y lo dono a dho colegio.

D. FRANCISCI

# DE AMAYA

## OPERA IVRIDICA,

*SEV*

Commentarij in tres Poſteriores libros Codicis,

*NECNON*

## OBSERVATIONES IVRIS.

A-37-20

Es de la Libreria del R.l y M.r Colegio de S.ta Cruz [illegible] [illegible]

# D. FRANCISCI
# DE AMAYA
## I.C. ANTIQVARIENSIS HISPANI,
## ET IN PINTIANA CVRIA REGII SENATORIS,
# OPERA IVRIDICA
*SEV*
## COMMENTARII IN TRES POSTERIORES
Libros Codicis Imp. Iuſtiniani, Necnon Obſeruationes Iuris nunc nouiter additæ;

*QVIBVS ACCEDVNT APOLOGIA EIVSDEM AVCTORIS pro ſtatuto Collegij Maioris Conchenſis, contra calumniam D. IOAN. DE ESCOBAR, & Indices locupletiſſimi.*

EDITIO NOVISSIMA A MENDIS EXPVRGATA.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA




*DE LA LIBRERIA*
DEL REAL COLEGIO MAYOR
*Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.*
Æ. 2.ª C. 24 N. 14.

LVGDVNI,
Sumptib. PHILIPPI BORDE, LAVR. ARNAVD, ET PETRI BORDE.

*M. DC. LXVII.*

CVM APPROBAT. DOCT.

# IESV CHRISTO
# DOMINO, DEOQVE
## NOSTRO OPTIMO MAX.

*SVVS SERVVLVS FRANCISCVS*
*Hoc Opuſculum humiliter offert.*

CVI aptiùs, ô CLEMENTISSIME DOMINE, verba noſtra dicabuntur, quàm æterno Verbo? Cui potiùs increatæ ſapientiæ pelago creatæ ſapientiunculæ guttas refundemus? An vt creſcas acceptis? Minimè, ſed vt creſcamus oblatis, & quod tibi gratum damus, nobis gratiùs redundet. Sed quid dona memoro qui debita perſoluo? Siquidem etſi innumera efferrem, nunquam redimerer, ipſo ſoluendi titulo denuò obæratus. Vnde enim me ſoluam qui à te ſoluo? è cerebro vigilantis cuiuſdam Iouis ſomniati doctam eductam Mineruam veteres Sapientes coluerunt, huic ſcripta ſua ſuo iure ſacranda exiſtimauerunt infeliciſſimi Myſtæ vanitatis & non arguatur furti catholicus, ô

*Vox magni ſenſúſque Dei quem fudit ab alta*
*Mente Pater.*

Qui tibi lucubratiunculas ſuas non reddiderit? Quod accepi à te, ô Domine, tibi reddo. Nihil eſt meum, imò ego nihil ſum, omnia bona à te proficiſcuntur, & vt cum ſeruo tuo Dauid dicam, Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Inſtrumentum 1. Paral. 29.14 ſum, vt cùm viderint homines humilem & ineptum homunculum ſcribentem, laudent nomen tuum in æternum, qui paruulos facis diſſerentes. Accipe ergo fronte tua, id eſt hilari, id eſt ſuauiſſimâ, quâ cœlum tempeſtatéſque ſerenas reſignatum, vt potui: volumen, qui illius ſecretioris ſacratioríſque voluminis ſignacula reſignaſti. Proſint Chriſtianæ tuæ Reipublicæ leges illucidatæ: quibus æternus Legiſlator aſſentis gubernandam. Placeat tibi labor hic, ô Domine: hoc deuoti tibi votum vnicum. Fauéque tuo ſeruo,

Comiſſion

## *Commiſſion del Obiſpo de Valladolid para que ſe de Cenſura ſobre eſte libro.*

VEA eſte libro eſcrito por el Señor Don Franciſco de Amaya, del Conſejo de ſu Mageſtad, y ſu oydor en eſta Real Chancilleria ſobre los tres poſtreros libros *Codicis Imperatoris Iuſtiniani*, y de ſu Cenſura el Señor Doctor Don Andres Santos anſi miſmo del Conſejo de ſu Mageſtad y ſu oydor en eſta Real Chancilleria electo Prior de Ronces-Valles y ſe nos traiga, cerca de la licençia que ſe nos pide que para el dicho efeto ſe lo remitimos, en Valladolid a 7. de Henero de mil y ſey ſcientos y treinta y ſiete años.

FR. GREGORIO Obiſpo de Valladolid.

---

## *Cenſura Dom. D. D. Andreæ Santos, olim Valentini & Barcinonenſis Apoſtolici Inquiſitoris, nunc Curiæ Valliſoletanæ Regij Senatoris, & Regij Templi de Ronce-Valles Prioris meritiſsimi, de libro & Auctore.*

IMperio (poſſet & nutu) Illuſtriſſimi Præſulis Valliſoletani totum hunc librum D. Franciſci de Amaya perlegi auidiſſimus: imò ſapientiæ theſaurum euolui Mineruæ promptuarium: quot litteras, tot gazas fundere iurem interpidus. Nihil hâc primâ voluminis parte Iuriſprudentia condidit excellentius, nihil tamen ſecretiùs veſtigatur: latent enim vt plurimum pretioſa, nec niſi de abſtruſa concha rapitur margaritum. Nihilominus volumen noſtrum Ciuile tot aliorum voluminibus adhuc imperuium vnius Franciſci noſtri opera iam penetratu facile, tardo, & vel etiam lippo vrinatori gemmas exhibet; vt putes totum Palladis ſuæ oleum profundo Iuris pelago ſuperfuſum, ſecretioribus latebris non ſolam perſpicuitatem, ſed & ſolem addidiſſe perſpicuum. Quidquid iacebat practicum acutiſſimè theorizat, quicquid eleuabatur theoricum planiſſimè iam reddit practicabile: eminet praxis, palpatur theoria, vtraque colluſtratur. Nudauit volumen noſtrum ſe antinomiis, iam mira concordiæ varietate circumueſtitum, & vbi grauem crederes oppoſitionem, iam nec leue diſſidium autumabis. Prætereo amœniſſimos ſtyli flores immixto grauitatis ſapore gratiores. Quidni è Muſis ortus Siren incantet, Pithô perſuadeat? Opus ergo cedro dignum, & ab ipſis Apollinis ſcriniis deductum, Iuſtitiæ emolumento, Hiſpaniæ decori, orbi vtilitati, ſub adamantinis, nedum æreis typis lucem videat Aſtris clariùs longè inuidendum. Vallis-Oleti Kal. Februarij Anno Domini 1638.

D. D. ANDREAS SANTOS.

---

## *Licentia del Obiſpo de Valladolid.*

NOs Don Fray Gregorio de Pedroſa por la gracia de Dios, y de la ſanta Sede Apoſtolica, Obiſpo de Valladolid, y del Conſejo de ſu Mageſtad, &c. Por quanto por nueſtra comiſſion, y orden, ſe vio el libro que ſe hace mençion en la comiſſion que dimos al Señor Don Andres Santos, paraque dieſe ſu cenſura y aprobacion. Por tanto damos licencia al Doctor Don Franciſco de Amaya, autor del dicho libro, paraque pueda imprimirle en eſtos reynos de ſu Mageſtad, guardando las leyes, y prematicas de ellos que en eſta raçon hablan, y que qualquiera impreſor lo pueda imprimir atento qua la dicha Cenſura conſta no tener coſa contra nueſtra ſanta Fee Catholica antes ſer de mucha vtilidad, y prouecho, y la dicha impreſion pueda hacer ſin incurrir en pena alguna. Fecha in Valladolid a nuebe dias del mes de Março, de mil ſey y ſcientos y treynta, y ocho años.

FR. GREGORIO Obiſpo de Valladolid.

Do-

*Dn. Doctoris D. Petri de Vega de la Penna, olim in Salmanticenſi Academia Primarij legum Anteceſſoris, & in Pintiana Curia Regij Senatoris, nunc in rei Dominica Prætorio Conſiliarij, viri undequaque Doctiſsimi & Nobiliſsimi, Cenſura ex Magni Conſilij decreto.*

VIdi libens, & legi libentiùs hunc librum, agnoſco Auctorem & manum, imò non ſine aliquo numine. Nam cùm eo operam nauauimus vtrique iuri in Salmanticenſi Academia pueri ambo. Ambo eodem fermè anno litterarum primam lauream accepimus. Ambo poſtea Ius ciuile profeſſi fuimus, & poſt hæc in Pintiano Regio Iuridico Conuentu ſimul jus reddidimus. Amaui auctorem,& cum eo maximâ amicitiâ dextras conjunximus, tum ob ingenium elegans, tum ad diligentiam ſedulam, qua maximè in illâ Academiâ ſupra multos caput extitit. Ipſum ego ſemper in magno habui vel virtutis eius quæ eminet, vel doctrinæ cauſa. Ita me auctor & ſcriptio trahunt. Iudicium de hoc libro non ſcribam, nam qualis ſit, ſtylus ipſe prodit, grauis & facundus, & præter omnem morem coniungens vtile dulci. Quàm pauci ſic ſcribunt inter noſtros! imò ſpondeo paucos in Europa eſſe qui meo quidem ſenſu ſic ſcribant, Certè indefeſſa induſtria & elegantia ſimul in concinnando hoc opere ſic apparent, vt alij omnes qui coronati, ad eius lucem videantur, tenebricoſi. Sed qui conati? imò nullus hanc viam tentauit, ſed ipſe

*Libera per vacuum poſuit veſtigia Princeps,* *Horat. lib. 1. Ep. 19.*
*Non aliena ſuo preſſit pede.*

Et cum altero meliùs dicet.

*Primus ego ingredior puro de fonte Sacerdos.*

Sacerdos, inquam, Themidis primus eſt, qui in volumine docuit non ineptire, qui claue aures non ſolùm Iuriſprudentiæ ſcholaſticæ, ſed & forenſis reſerat arcana myſteria. Quod verò ad Philologiam attinet, nihil eſt in omni litteratura, quod Noſter non liberauerit è ſacris, prophanis remotiſque ſcriptoribus. Ita omnia accuratiori lima perpoliuit, multáque opportunè miſcuit, ne ſtare quodam Rerum Veterum, aut Obſeruationum rariorum, vt Muſas ſermocinantes cum Iuriſconſultis audiamus. Hoc velut publico præconio nunc facio, legat & credet quiſquis mihi non credit. Hanc gloriam illuſtrat & auget altior doctrina, id eſt, pietas Catholica, qua liber enitet, vt nec contra fidem & mores ſit aliqua ſuſpiciuncula, quæ pias aures offendat. Quapropter luce dignum & Prælo cenſeo. Ita ſentio & teſtor. Datum Madriti poſtridie Kalend. Iunij, anno 1638. *Propert. 3. eleg. 1.*

Doctor D. PEDRO DE VEGA de la Penna.

# Summa Priuilegij Catholiciſſimæ Majeſtatis.

TIENE el Doctor Don FRANCISCO DE AMAYA oydor de la Real Chancilleria de Valladolid priuilegio de ſu Mageſtad Catholica pare poder imprimir eſte tomo de ſus obras Iuridicas por tiempo de diez annos. Dado en Madrid, a veyente y vno del mes de Iunio de 1638. y firmado de ſu Real mano y refrendado de Francisco Gomez de las prilla ſu Secretario.

SYLLA

# SYLLABVS TITVLORVM COMMENTARIORVM in Codicem, ordine Alphabeti.


*A.*

DE ANNONIS & Tributis. *pag.* 131
de Apochis publicis,& de deſcriptionibus curialibus, & de diſtributionibus ciuilibus. 173
de Argenti pretio quod theſauris infertur. 411
de Athletis. 378
de Auri publici perſecutoribus. 397
de Auro coronatio. 398

*B*

de Bonis vacantibus, & de incorporatione. 89

*C*

de Canone largitionalium titulorum. 186
de Collatione donatorum, vel releuatorum, aut tranſlatorum, ſeu adæratorum. 217
de Collatione æris. 225
de Conditis in publicis horreis. 204
de Conuenięndis fiſci debitoribus. 50

*D*

de Decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda. 355
de Decurionibus, & filiis eorum, & qui decuriones habeantur, &c. 234
de Delatoribus. 103
de Diſcuſſoribus. 219

*E*

de Exactoribus tributorum. 160
de Excuſationibus artificum. 396
de Excuſationibus munerum. 355

*F*

de Fide, & iure haſtæ fiſcalis, &c. 50
de Filiisfamil. & quemadmodum pro his pater teneatur. 296

*H*

de His quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis. 397
de His qui à Principe vacationem acceperunt. 355.
de His qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt. 72
de His qui in exilium dati, vel ab ordine moti ſunt. 396
de His qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt. 382
de His qui numero liberorum, vel paupertate, excuſationem meruerunt. 375
de His qui ſe deferunt 117

*I*

de Immunitate nemini concedenda. 198
de Incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, &c. 323
de Indictionibus. 160
de Infamibus. 382
de Irenarchis. 409
de Iure fiſci. 5

*L*

de Legationibus. 396

*M*

de Mulieribus in quo loco munera ſerui congruentia, vel honores agnoſcant. 396.
de Muneribus & honoribus non continuandis inter patrem, & filium, & de internallis. 342
de Muneribus patrimoniorum. 349
de Municipiis & originariis. 323

*N*

Ne fiſcus rem, quam vendidit, euincat. 69
Ne operæ à collatoribus exigantur. 396

*P*

de Periculo ſucceſſorum parentis. 396
de Petitionibus bonorum ſublatis. 117
de Pœnis fiſcalibus creditores præferri. 73
de Ponderatoribus, & auri illatione. 397
de Præbendo ſalario. 320
de Prædiis decurionum ſine decreto non alienandis. 312
de Profeſſoribus & Medicis. 375

*Q*

Quemadmodum ciuilia munera indicuntur. 350
Qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant. 375
Qui morbo ſe excuſant. ibid.
Qui ſponte publica munera ſubeunt. 350
de Quibus muneribus, vel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare. 375

*R*

de Reis poſtulatis. 396

*S*

de Sententiis aduersùs fiſcum latis retractandis. 84.
Si Curialis relicta ciuitate ius habitare malnerit. 323
Si liberalitatis imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit. 119
Si poſt creationem quis deceſſerit. 396
Si ſeruus, aut libertus ad decurionatum aſpirauerit. 303
de Superexactionibus. 173
de Superindicto. 160
de Suſceptoribus, Præpoſitis & arcariis. 396

*T*

de Tabulariis, ſcribis, logographis & cenſualibus. 396.
de Theſauris. 124

*V*

de Venditione rerum fiſcalium, &c. 61
Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere Sitoniæ. 211


SERIES

# SERIES
# TITVLORVM CODICIS
## LIBER DECIMVS.


PRÆFATIO pag. 1

TIT. I. DE iure fiſci. pag. 5
II. De conueniendis fiſci debitoribus. 50
III. De fide, & iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionibus. ibid.
IV. De venditione rerum fiſcalium cum priuatis communium. 61
V. Ne fiſcus rem, quam vendidit, euincat. 69
VI. De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt. 72
VII. Pœnis fiſcalibus creditores præferri. 73

* * * *

IX. De ſententiis aduersùs fiſcum latis retractandis. 84
X. De bonis vacantibus, & de incorporatione. 89
XI. De delatoribus. 103
XII. De petitionibus bonorum ſublatis. 117
XIII. De his qui ſe differunt. ibid
XIV. Si liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit. ibid.
XV. De theſauris. 124
XVI. De annonis & tributis. 131
XVII. De indictionibus. 160
XVIII. De ſuperindicto. ibid.
XIX. De exactoribus tributorum. ibid.
XX. De ſuperexactionibus. 173

* * * *

XXII. De apochis publicis, & de deſcriptionibus curialibus, & de diſtributionibus ciuilibus. 173
XXIII. De canone largitionalium titulorum. 186
XXIV. Ne operæ à collatoribus exigantur. 196
XXV. De immunitate nemini concedenda. 198
XXVI. De conditis in publicis horreis. 204
XXVII. Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere Sitoniæ. 211
XXVIII. De collatione donatorum, vel releuatorum, aut tranſlatorum, ſeu adæratorum. 217
XXIX. De collatione æris. 225
XXX. De diſcuſſoribus. 229
XXXI. De decurionibus, & filiis eorum, & qui decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur. 234
XXXII. Si ſeruus, aut libertus ad decurionatum aſpirauerit. 303
XXXIII. De prædiis decurionum ſine decreto non alienandis. 312

* * * *
* * * *

XXXVI. De præbendo ſalario. 320
XXXVII. Si Curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit. 323
XXXVIII. De mancipiis & originariis, ibidem.
XXXIX. De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, & de his, qui ſtudiorum cauſa in aliena ciuitate degunt. ibid.
XL. De muneribus & honoribus non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis. 342.
XLI. De muneribus patrimoniorum. 349
XLII. Quemadmodum ciuilia munera indicuntur. 350
XLIII. Qui ſponte publica munera ſubeunt. ibid.
XLIV. De his qui à Principe vacationem acceperunt. 355

* * * *

XLVI. De decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda. 355
XLVII. De excuſatoribus munerum. ibid.
XLVIII. De quibus muneribus, vel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare. 375
XLIX. Qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant ibid.
L. Qui morbo ſe excuſant. ibid.
LI. De his qui numero liberorum, vel paupertate excuſationem meruerunt. ibid.
LII. De Profeſſoribus & Medicis. ibid.
LIII. De athletis, 378
LIV. De his qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt. 382

* * * *
* * * *

LVII. De infamibus. 382
LVIII. De reis poſtulatis 396


LIX. De

L IX. *De his qui in exilium dati, vel ab ordine moti ſunt.* ibid
LX. *De filiisfam. & quemadmodum pro his pater teneatur.* ibid.
L X I. *De periculo ſucceſſorum parentis.* ibid
L X I I. *De mulieribus in quo loco munera ſexui congruentia, vel honores agnoſcant.* ibid.
L X I I I. *De legationibus.* ibid.
L X I V. *De excuſationibus artificum.* ibid.

*  *  *  *
*  *  *  *
*  *  *  *

L X VIII. *Si poſt creationem quis deceſſerit* ibid.
L X I X. *De tabulariis, ſcribis, logographis & cenſualibus.* ibid.
L X X. *De ſuſceptoribus, Præpoſitis & arcariis.* ibid.
L X X I. *De ponderatoribus, & auri illatione.* 397.
L X X I I. *De auri publici perſecutoribus.* ibid.
L X X I I I. *De his quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis.* ibid.
LXXIV. *De auro coronario.* 398
LXXV. *De Irenarchis.* 409
L X X V I. & fin. *De argenti pretio quod Theſauris infertur.* 411
*Apologia pro ſtatuto Collegii Maioris Conchenſis, contra calumniam D Ioan. Eſcobaris.* 413

## *Obſeruationum Iuris Liber primus. pagina* 425

Cap. I. De Principis poteſtate, de imperio ex lege regia in eum tranſlato; Exornantur & illuſtrantur Vlpianus, *in l. 1. ff. de Conſtit. Princip.* & Iuſtinianus. *in §. ſed & iure quid; inſtit. de iure quid, inſtit. de iure naturæ.* ibid.
I I. De Iuris facti ignorantia, de Infamia, de annô luctus; Explicatur Vlpiani obſcurus locus: *in l. genero 8. D. de his qui not. infam.* 435.
I I I. Explicatur Papin. *in l. 1. D. de legib.* & quomodo lex definiatur, coërcitio delictorum, quæ per ignorantiam contrahuntur. 437.
IV. Quo tempore ſpectanda ſit habilitas parentum ad contrahendum, vt legitima cenſeatur proles, intellectus *ad l. Paulus* 11. *ff. de ſtatu hominum.* 439
V. Vera concordia *l. 1. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſionem poſſ. cum l. fin. §. 1. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ.* 441
V I. Speciem quandam ſeruitutis eſſe, ne ab aliquo loco recedere liceat, donatur varia ſuppellectile, Papinian. *in l. Titio centum* 71. *§. Titio centum el 2. de condit. & demonſtr.* 443
VII. De conciliatione Antinomiæ quæ animaduertitur inter *l. etſi non adſcripta 9. C. de fidei com. lib.* & principium Tituli *Inſtit. qui teſtam. tutor. &c.* 447
V I I I. Explicatur. *l. 5. D. de Tutelis*, & defenditur eius deciſio contra argumenta Antonij Fabri. 449
IX. An adoleſcentes inuiti accipiant Curatores ad interpretationem, *l. 1. §. fin. ff. de minorib. §. item inuiti, Inſtit. de Curat. cum aliis iurib.* 451
X. An quando in lege vel alia diſpoſitione temporis fit mentio, intelligenda ſit de tempore vtili, vel continuo; lux datur *l. Paulus 38. §. fin. de liberali cauſa.* 453
X I. Falsò Doctores tradidiſſe deportatam fuiſſe matrem *l. Statius Florus 48. §. Cornelio, ff. de iure fiſci.* 454
X I I. Defenditur contra Ant. Fab. recepta lectio *l. ex facto 17. §. ex facto ff. ad S. C. Trebel.* & vera explicatione donatur. 458
X I I I. Seruum poſthumi alieni hæredem inſtitui potuiſſe, lux data Iauoleno, *in l. eius ſeruum 64. de hæred. Inſtit.* 461
X I V. De ſeruitute legata ſeruo, Papin. *in l. etſi maximè 5. de ſeruit. leg.* explicatus, Inter contractus & vltimas voluntates quoad hanc iuris partem noua & vera differentia. 464.
X V. Seruos proprios hodie etiam ſine libertate inſtitui poſſe; Iuſtinianus de argumentis Anton. Fab. vindicatus, varia iura explicata. 467
X V I. Ad Scæuolam *in l. vxorem 41. §. legauerat 6. ff. de leg. 3. & in l. prædia 27. §. licerto ff. de fund. inſtructo.* 469
XVII. Iure antiquo emancipatum emancipato conferri non debuiſſe, explicatur difficile Vlpiani reſponſum, *in l. 1. §. ſi ſit filius 16. ff. de coniungendis cum emancip. libert. eius*, Scæuolæque & aliorum abſtruſa loca reſerantur. 474

## *Obſeruationum Iuris Liber ſecundus.* 478.

Cap. I. De poſtliminii fictione, & an matrimonium captiuitate interruptum eo reſtituatur, ad interpretationem variorum iurium. ibid.
I I. De altera fictione legis Corneliæ lux data Iuliano, *in l. lex Cornelia 28 ff. de vulg. ſubſtit.* & Papiniano, *in l. pater inſtituto 10 ff. de* 

Captiuis

*Capitulis.* 482
III. De fideicommiſſi & legati, iure Digeſtorum, variis differentiis, & de eorum à Iuſt. facta exæquatione, Vlpianus luſtratus *in l. 1. de legat. 1.* 486
IV. Dotium cauſa multa introducta priuilegia, explicatur Vlp. locus *in l. ſi ego 9. §. ſi res 1. ff. de iure dotium cum aliis*, Defenditur Tribonian. contra Ant. Fab. 489
V. De lege Iulia & Papia circa matrimonia Senatorum & Patronorum libertabus, ad illuſtrationem Diocletiani & Maximiani Imperatorum, *in l. Vxorem 15. C. de nuptiis.* 494.
VI. De reuocatione libertatis propter ingratitudinem libertorum, iuſto commentario ornata, *l. 2. C. de libertis & eorum liberis.* 500
VII. De vſucapione rerum furtiuarum; Verum eſſe illud, nullam vſucapionem dari eius rei pro qua furti agi poſſit; De rei hæreditariæ expilatæ vſucapione diſſertum: Cur hæreditati furtum non fiet, & an ad rationem furti neceſſaria ſit poſſeſſio, explicata. *l. ſi homo 35. de vſucap. l. 1. §. Scæuola ff. ſi is qui teſtam.* 505
VIII. De re violenter poſſeſſa, quæ poſtea à domino precario conceditur, ad interpretationem ſententiæ Iuliani, relatæ ab Vlpian. *in l. certe 6. §. Iulianus ff. de precar.* 510
IX. De pignore ſubrepto à debitore eiuſdem domino; explacatur Vlpiani locus obſcurus, *in l. itaque fullo 12. §. ſed ei ſi res ff. de furtis.* 512
X. De donationibus inter virum & vxorem, neceſſariam fuiſſe in eis traditionem iure Pandectarum. Noua & vera concordia donatur, Vlpianus ſibi contrarius, *in l. Papinian. 23. & in l. ſi ſtipulata 33. de don. inter vir.* 515
XI. De conditione impoſſibili teſtamento adiecta *ad l. 4. §. 1. de ſtatulib. l. 4. §. idem Iulianus de condit inſtit. cum aliis.* 520
XII. Proſequitur præcedentium materia. Nouo ſenſu aperitur abſtruſum Pomponii reſponſum *in l. multa 6. §. ſi ſeruos ff. de condit. & demonſtr.* & alia multa iura. 525
XIII. De ſtipulatione ſeruum ſanum eſſe, furem non eſſe, exornantur Vlp. *in l. ſi ita quis 31. ff. de euiction.* & Pompon. *in l. ſi à ſubſtituto 45. §. 1. ff. de leg. 1* 529.
XIV. De liberatione pignoris debitori legata, defenditur Vlpiani ad Iulianum nota *in l. 1. §. 1. ff. de liber legat.* contra Fabrum & Schifordegherum. 532
XV. De appellatione poſt ſententiam excommunicationis latam, interpoſita; Illuſtratur Innocentii III. reſponſum, *in cap. Paſtoralis 35. §. Verum de appellationibus.* 536
XVI. Noua interpretatio Pomp. *in l. frugtur 45. ff. de vſuris*, & Pauli *in l. conficiuntur. 8. §. ſi poſt factum, de iure Codicillorum.* 539
XVII. Recondita quædam & non paſſim obuia de ſeparatione bonorum explicantur. Vlpiano allata lux *in l. 1. §. ſi filii 9. ff. de ſeparationib.* 542

---

## *Obſeruationum Iuris Liber Tertius.* 544.

CAP. I. De partus ex ancilla furtiua editi vſucapione exponuntur & exornantur quæ ad hanc obſcuram partem iuris pertinent. ibid.
§. 1. An ad partum ancillæ furtiuæ adquirendum bonæ fidei poſſeſſori neceſſaria fuerit vſucapio? 545
§. 2. De Ancilla prægnante ſubrepta, vel apud furem concipiente, aut enixa; diſcutitur latè an partus ſit pars matris. 551
§. 3. Præcedentium continuatio. De vera ratione eorum quæ ſupra dictum, cur bonæ fidei poſſeſſor vſucapere non poſſit partum ancillæ apud furem conceptum. 560
§. 4. De ancilla quæ vacuo vtero ſubrepta concepit & peperit apud bonæ fidei poſſeſſorem. 567
II. De petitione hæreditatis generalia quædam. Exornatur variè tractatio *l. 1. C. de pet. hæred.* cum aliis multis ad eam rem ſpectantibus. 577
III. De variis ſterilitatum cauſis, quæ remiſſionem mercedis colonis præſtare ſolent; Redigitur in amicitiam ius Pontificium & Ciuile. 588
IV. Nilus, ſiue *ad l. vnicam, Cod. de Nili aggeribus non corrumpendis*, commentarius. 591
V. Maiuma, ſiue *in l. vnicam C. de Maiuma lib.* 11. extemporalis recitatio. 598
VI. Eunuchus, ſiue in Conſtantii Imp. A. ſcriptum, quod extat *in l. Eunuchis 5. C. qui teſtam. fac. poſſunt*, ſolemnis diſſertatio. 608
VII. Libertatis fauore ius ſtrictum multoties inſuper habitum, ad explicationem *l. in teſtamento 38. ff. de fideicom. liber.* extrahuntur in lucem varia iura. 620
VIII. De Senatus Conſulto Silaniano difficile Mariani reſponſum, *in l. ſi ſequens gradus 15. ff. de S.C. Silaniano*, luce donatur, & varia iure eius tit. è tenebris eruuntur. 623
IX. Difficilis Pauli ſpecies *in l. Sempronius Attalus 26. ff. de vſufruct.* aperitur, explicatur noue, & multa de vſusfructus legati ceſſione adducuntur, quæ adhuc lucem non viderant. 627

# RECENSIO LEGVM
## Commentariorum.

A

AB honoribus. pag. 343. col. 1
Actores. 172.2
Ad collationem. 398.1
Ad inferiorum. 174.2
Æs quidem. 132.1
Æris pretia. 225.1
Archiatri. 377.1. & 2
Athletis. 378.1

C

Cauſas. 84.2
Certa forma. 25.2
Circenſium. 256.1
Ciues. 324.2
Cùm ad. 210.1
Curiales. 254.2
Curiales vendere. 312.2
Curialibus. 282.1

D

Defenſionis. 41.1
Diſpoſitionem. 217.2
Ducenarij. 161.1
Duplex ratio. 52.2

E

Eorum patrimonia. 42.1.
Eos qui. 375.1
Etiam hi. 355.2
Exemplo. 265.2
Ex omnibus. 361.2

F

Filios 236.2
Forma. 61.1

G

Grauiſsimum. 69.2

H

His noſtra. 198.1
Hydraula. 363.2

I

Id ab. 158.2
Indictiones. 132.1
Inductis. 355.2
Infames. 382.2
In fiſcalibus. 173.1
Inſtar rei. 14.1
Interualla. 343.1
Irenarcha. 409.1
Is cuius. 117.2
Iubemus. 411.1
Iubemus vt. 117.2
Iudices. 158.1
Iuſtas. 36.2

L

Licèt indiuiſa. 236.2

M

Magiſtros. 377.2
Maximarum. 375.1
Medicos. 377.1
Miſsi. 173.2
Monente. 115.2
Mulieres. 338.2

N

Nati. 265.2
Ne caſu. 231.2
Nec Intra. 377.1
Nec venditio. 319.1
Negotiantes. 374.2
Nemo. 124.2
Nemo carcerem. 164.1
Neque ſacrarum. 188.2
Nominationum. 241.2
Nulli. 211.1
Nulli ſalarium. 320.1
Nullus. 274.1

O

Obſeruare. 241.1
Occidendorum. 365.1
Omnem ſummam. 187.1
Omnes. 144.2
Omnes omnino. 149.2
Omnia quæ. 205.2
Operarum. 196.2
Oratione. 376.2

P

Per Bithyniam. 203.1
Per ſingulas. 233.2
Placet. 375.1
Poëtæ. 376.1
Præcepit. 189.2
Præcipimus. 192.2
Præſes. 303.1
Prohibitum. 31.1
Pro locis. 150.2
Prouidendum. 257.1

Q

Quando votis. 404.1
Quicumque. 179.1
Quidam ignauia. 261.2
Quiſquis. 117.2
Quod in libellum. 52.2
Quoties. 171.2
Quoties vrgente. 211.2

Quoties

Quoties in deſcept. 229.2

R

Recdatur. 377.2
Rem ſuam. 73.1
Retractare. 69.2

S

Scire debet. 89.2
Securitatibus. 177.2
Semel. ibid.
Seruum dom. 115.2
Si cùm. 236.2
Sicut honores. 342.2
Si diuina. 173.2
Si ei. 107.1
Si libertus. 303.1
Si minori. 20.2
Si prius. 8.1
Si quando. 100.1
Si quandoq;. 96.1
Si quis. 249.2
Si quis decurio. 254.1
Si quis decurionum. 312.2
Si quis in. 377.2
Si tempora. 53.1
Si vacantia. 100.1
Sordidorum. 375.1
Super creandis. 41.2

T

Tiberianus. 151.2

V

Vacantia. 89.2
Venatoribus. 364.2
Veterani. 350.1
Vniuerſos. 249.1

# INDEX LEGVM,
## QVÆ IN OBSERVATIONIBVS
### Iuris illuſtrantur, expenduntur, exornantur iuxta ſeriem litterarum.


L *Ab omnibus* 14. §. *in teſtamento de legat.* 1 pag. 528.22
*l. Adeo* 7. §. *cum quis de adquiren. rerum dom.* 468.23
*l. Ait prætor* 10. §. *per hanc. D. quæ in fraud. cred.* 558.53. & 54
*l. Ancilla* 60. *D. de furtis.* 565.47
*l. Antonius* 42. *D. de fideicom. libert.* 622.16

B

*l. Balliſta.* 32. *D. ad S.C. Treb.* 546.16
*l. Bene à Zenone C. de quadrien. præſcript.* 433.89
*l. Bonæ fidei* 48. §. *fin. D. de adquiren. rer. dom.* 550.38

C

*l. Certe* 6. § *Iulianus D. de precario.* 510. & *ſeq.*
*l. Clam. poſſidere D. de adquirend. poſſ.* 573. & 574. 48. & 54
*l. Conficiuntur* 8. § *ſi poſt factum D. de iure codicil.* 541. 16
*l. Cum ex* 20. § *fin. D. de furt.* 512.24
*l. Cum ſtatus* 32. §. *oratio D. de donat. inter* 518.34. & *ſequent.*
*l. Cum pater* 77. § *pater filiæ D. de legat.* 2. 517. 17. & 548.25. & 26
*l. Cum ſit probatum.* 6. *Codic. de vſucap. pro empt.* 512 23
*l. Cum tabernam.* 34. *D. de pignorib.* 473.38
*l. Cum tale* 72. § *falſam Digeſt. de cond. & demonſt.* 328. 22

D

*l. Debitor* 32. *D. de pignorib.* 473.38
*l. Decreto* 15. *C. ex quibus cauſ. infam.* 437.18
*l. Deprecatio.* 9. *D. ad legem Rhod.* 431.64. *cum ſeq.*
*l. Deducta* 58. § *hæreditatem D. ad S. C. de Trebellian.* 547.18. & 20
*l. Digna vox C. de legib.* 434.96
*l. Doli* 5. § *ſi quis Digeſt. de ſeruo corrupto.* 438.8

E

*l. Eius qui* 14. § *non ſolum de furtis.* 556.36. & 38.
*l. Eum qui* 18. *Dig. de his quibus vt indign.* 584. & ſeq. 585.81
*l. Eius ſeruum.* 64. *Digeſt. de hæreditat. inſtit.* 461. & *ſeq.*
*l. Equis* 8. *D. de vſuris* 548.23
*l. Etiam* 17. §. 1. *D de legat.* 3. 467.24
*l. Etſi* 6. *Cod. de nuptiis* 440.13
*l. Etſi maxime* 5. *de ſeruit. legat.* 464. & *ſeq.*
*l. Etſi non adſcripta* 9. *Codic. de fideicommiſſ. liber.* 447. & *ſeq.*
*l. Etſi pignus. D. quæ in fraud. cred.* 534.19
*l. Et ſeruorum* 5. *D. de ſtat. hom.* 440.14
*l. Ex conducto.* 15. § *ſi vis verſ. ſi qua tamen Dig. locati* 590.16
*l. Ex facto* 17. § *ex facto, & §. ſi quis rogatus D. ad Trebell.* 458. & *ſeq.*
*l. Eunuchis* 5. *Cod. qui teſtamen. facer. poſſ.* 608. & *ſeq.*

F

*l. Falcidæ* 24. §. 1. *D. ad legem Falcid.* 546.6. & *ſequent*
*l. Falſus* 43. § *ſi iactum Digeſt. de furtis.* 507.20. & *ſequent.*
*l. Falſus* §. *qui alienum D. eod.* 438.8
*l. Finalis* §. 1. *D quis ordo in bon poſſ.* 441. & *ſeq.*
*l. Finalis D. qui ad libertatem.* 475.43
*l. Final. D. de crimine expil. her.* 507.18
*l. Final. D. pro ſoluto.* 512.23
*l. Final. C. de liberal. cauſ.* 558.55. & 56
*l. Final.* §. *Proculus Digeſt. quæ in fraud cred.* 558.49.
*l. Final. D. de acquirend. rer domin.* 566.53. & *ſequentib.*
*l. Filius* 10. *D. de collation.* 477.23. & 48. 50
*l. Fructus* 45. *D. de vſur.* 539. & 540.1
*l. Furti* 6. *de his qui notan. infam.* 537.12

G

*l. Genero* 8. *D. de his qui notan. infam.* 435. & *ſeq.*
*l. Generali* 34. § *final. D. ritu nupt.* 498.45. & 46
*l. Generaliter* 24. § *ſi quis tutorem D. de fideicomm. liber.* 448.12

H

*l. Hæ demum. D. de operis liber.* 445.16
*l. Hæres* 51. §. 1. *D. de petit. hæred.* 586.86
*l. Hinc quæritur.* §. 1. *D. de peculio* 543.15
*l. Huiuſmodi* § *ſi cui Dig. de legat.* 1. 528.22

I

*l. Illa* 32. §. 1. *D. de her. inſt.* 480.15
*l. Illud* 40. § *prædo. de petit. her.* 587.94
*l. Imperatores* 34. *D. de iure fiſc.* 456.14
*l. Inficiando* § *quod furi D. de furtis.* 514.20
*l. Inde Neratius* §. *idem Iulianus D. ad leg. Aquil.* 527. 15
*l. In eo iure.* 45. § *fin. D. de ritu nupt.* 480.17. & 21
*l. In orbe D. de ſtat. hom.* 432.85
*l. In teſtamento* 31. *D. de cond. & dem.* 627.18
*l. In teſtamento* 38. *de fideicommiſſ. liber.* 621.5. & *ſequentib.*
*l. Is, cui* 18. *de cond. & dem.* 524.37
*l. Is, cui* 34. *Dig. de furtis.* 597.46
*l. Is, cui* 13. §. *fin. D. de acquir. her.* 442.10
*l. Itaque fullo* 12. § *ſed etſi res Dig. de furtis.* 512. & *ſeq.*
*l. Item ſi verberatum* § *item ſi, de rei vind.* 433.99.
*l. Item veniunt* § *hac aduerſus D. de petit. hæred.* 584.0 71. & 76 & §. *præter* 22
*l. Iuſto* 44. § *etſi poſſeſſionis D. de vſucap.* 559.61. & 562 20. *cum ſeq.* & 571.22. & *ſeq.*
§. *Idemque Inſt. Quibus manu. non licet* 467. & *ſeq.*
§. *Item inuiti. Inſt. de curator.* 451. & *ſeq.*

L

*l. Legatum* 116. *D. de legat.* 1. 536.31
*l. Lege* 44. §. *plane cum aliis* §§. *D. de ritu nupt.* 498. 41
*l. Lex Cornelia* 28. *D. de vulg. ſubſt.* 482. & *ſeq*

l. Licinius 48. D.de legat.2. 549.29.& 31.
l.Lucius 11.D.de vſuf. 430.53
l.Lucius 38.D.ſolut.matr. 482.43

M

l.Mille 154.D. de verb. ſig. 470.10
l.Mulier 22.§. ſed tamen verſ.preterea D.ad S.C. Trebell. 546.13.& ſeq.
l.Multa 6.§.ſi ſeruos D.de condit. & dem. 552.& ſeq.
l.Mutiane 7. in princip. & §. ex aſſe. D.de cond. & demonſt. 444.1.& 524.34.& alibi

N

l.Naturalem 5.§. fin. D. de adquiren.rerum dom. 483.10.& 11
l.Nec emptio 8.Dig. de contrahend. empt. 475.15
l.Nec ipſa 7. D.de collat. dot. 477.30
l.Neque 15. D.de vſuris. 586.587.86.95.& 96
l.Non alienat 119. D.de reg. iur. 536.32
l.Non eſt impoſſibile 50.D. de pactis 530.9
l.Non poteſt 23. D.de iudiciis. 586.89
l.Non poterit D. de furtis. 538.14
l. Non ſolum §.fin. D. de peculio. 502.25
l.Non ſolum 33. Dig. de vſucap. 568.8.& 511.16
l.Non vt à patre D.de captiuis.479.7.& 481.28.& ſeq.

O

l.Ob pecuniam 81.D.de furtis. 623.20.& ſeq.

P

l.Papinianus 23. Dig. de donat inter vir. 515.& ſeq.
l.Paulus 11. D. de ſtat. hom. 440.12
l.Paulus 29.§.1.Dig.de pignor. 556.40
l.Paulus 38. §.fin.D.de liberal. cauſ. 453.& ſeq.
l.Paulus 35. D. de fideicom. liber. 626.14
l.Pater 6. D. de collation. dot. 477.29.
l.Pater inſtituto D. de captiuis. 482.& ſeq.
l.Penult. D. de probation. 622.17
l.Penul. §.mancipia D. ſolut.matrim. 549.50
l.Penult. §.Romæ. D. de excuſat. tut. 470.9
l.Penult. D. de legat.2. 463.18
l.Penult.§.1.D.de auro & arg. 471.& 473.18.
l.Penult. §.1.D.de auro & arg. 471.& 463.21.& 35
l.Penult.de fundo inſtruct. 548.23.& 24.
l.Penult. D.de accuſation. 538.18
l.Penult.D. de extraordin. crim. 595.31.& ſequent.
l.Penult.C.de oper.libert. 445.16
l.Penult.C. de neceſſar.hæred. 468.9
l.Peto 69.§.prædium D. de leg.2. 458.41
l.Pomponius 44.§.idem ait Dig. de adquirend.rer.domin. 507.25
l.Poteſt 36. D. de vſucap. 546.9
l.Poſthumus 6. D. de inoff. teſtam. 463.20
l. Prædia 27.§.liber. D. de fundo inſtr. 470.& ſeq
l.1.Dig.de conſtit. Princip. 425.& ſeq.
l.1.Digeſt.de legib. 437.& ſeq.
l.1.§.fin.D.de minoribus. 451.& ſeq.
l.1.§.ſi ciſta.D. depoſiti.555.34. & in §.quæ depoſitis. 556.36.
l.1.§ fugitiuum. D. de fugitiuis. 566.50.& 51
l.1.D.ſolut.matrimon. 488,30
l.1.ex hoc reſcripto. Dig. de ventre inſp. 554.n.25
l.1.D.de legat.1. 486 & ſeq.
l.1.§.1.D.de liberat. 532.& ſeq.
l.1.§.fin.D.de obſequiis 561.12
l.1.§.ſi ſit filius. D.de coniung.cum emanc. liber. 474 & ſeq.
l.1.D.de ſeparat.in prin.& §. ſi filius. 542.& ſeq.
l.1.D.de S[illegible]uiano. 556.40
l.1.§. Ripa D.de fluminib. 593.10
l.1.§.Scæuola D.ſi is qui teſtam.liber. 505 & ſeq.
l.1.Cod.de curat.furioſ. 451.16
l.1.C.de excuſat.tutor. 610.98.& 99
l.1.Cod.de libertis. 503.35
l.1.C.ſolut.matrim. 549.30
l.1.C.qui admitti. 441.& ſeq.
l.1.C.de his quib. vt indign. 584.71.& ſeq.& 587.97
l.1.C.de partu pignor. 555.46
l.1.C.de naufragio lib.11. 431.72
l.1.C.de expenſ. ludor. eod.lib. 604.46
Princip. Inſt. qui teſtam. tut. dar.poſſ. 447.& ſeq.
Princip.Inſt.de donat. 488.25
Princ.Inſt.de heredib.inſt. 467.2.& ſeq
Princ.Inſt.de bonor.poſſ. 462.10.& ſeq.

Q

l.Qua ratione 9. §.fin.de adquir.rer.dom. 508.27
l.Quamuis 84. D.de furt. 512.22
l.Quamuis 10.D.de precario. 555.32.& ſeq.
l.4.§.Vimanus D.nautæ caup. ibid.34
l.4.D.vſufruct. 467.3
l.4.D.de liber.& poſthum. 616.73
l.4.§.idem Iulianus D. de cond.inſt. 521.& ſeq.
l.4.D.de penu. legat. 470.9
l.4.D.de fund.inſtr. 471.29
l.4. §.1.D.de ſtatu libr. 521.14
l.4. §.fructus,& §.lana D.de vſucap. 549.32.39.& 41 ad §.de illo §.ſed etſi, & §.ſi antequam dict. capit.1. §.3.num.25.& §.4.num.10. & 32.ad §.ſi rem.512. num.23.
l.4.D. pro ſuo. 572.58
l.4.D. de incendio. 431.72
l.4.§.fin.D.ad leg. Iul.pecul. 613.20
l.4.Cod. de paganis. 601.16
l.[illegible].C.de præpoſ.ſacr. cubic. 610.16
l.Quæ ſub conditione 8.§.mortuo D.de cond.inſt.527.15.& 16
l.Quæſitum 12.§.ſi inſtitutum defun.inſt. 619.95
l.Quemadmodum 8.de adquir. poſſeſſ. 488.28
l.Qui concubinam D.de legat.3. 446.32
l.Quidam 22.ff.de pact.dotal. 518.29
l.Qui filium 64.ff.de leg.3. 474.59
l.Qui heredi 44.de cond.& dem. 460.47
l.Qui officij 62.§.qui neſciens de contrah.emp. 448.15
l.Qui ob pactionem. 9. D.pro empt. 569.9.cum aliis.
l.Qui ſcit 25.§.bona fidei D.de vſur. 580.40
l.Qui tabernas 32.D.de contr.empt. 538.15
l.Qui vas 48.§.ancilla verſ.idem. D.de furt. 549.32.& 552.cum ſequent.& 563.27.& 28
l.Qui vltimo D. de pœnis. 538.15
l.Quod autem 7.D.de ſeruit.vrban. 572.42
l.Quod autem 7.§.vſque D.de donat. inter. 583.66
l.Quod ſi filius 11.D.de captiuis. 484.24

R

l.Recte dicimus,de verb.ſign. 467.3
l.Rem.in bonis 51.D.de acquirend. rerum domin. 488.28.29
l.Reſpondit 14 §.hæres D. de vſuris. 546.6

S

l. Scrilegij 6. §. is autem D. ad legem Iul. pecul. 597.46
l.Scientiam 45. D.ad leg. Aquil. 438.8
l.2.§.illud. D.de adoption. 618.83.& 85
l.2. §.pecuniam D.de donatio. 493.44.& ſeq.
l.2. §.fi.D pro emptore 511.19
l.2.C.de dote cauta. 519.39.& ſeq.
l.2 Cod.de libertis, & eorum liber. 500.& ſeq.
l.2.C.de alluuion. 593.13.& 14
l.2.C.de bonis proſcript. 457.33
l.2.C.de immunit. nem.conced.lib.10. 596.40.
l.Sed addes §.ſi quis mulierem D.locat. 555.34
l.Sed eſt quæſitum. 6. de liber.& poſth. 416.63.& ſeq


A [illegible] [illegible]

l.ſed ſi lege 25.§.ſi ante D.q.de petit.her. 580.42
l.ſed ſi mors 13.D.de donat. inter. 460.21
l.Sed interim 11.§.ſi vxor.D.de donation.inter. 491.18
l.Seruo 69 §.ſi teſtator. D.de legat.1. ibid.25
l.Seruus 7.§.fin.D.de bonor. poſſ. 442.8
l.Si aliena 10 §. Scæuola D.de vſucap. 551.43. & latiſſime 563.30
l.Si a ſubſtituto 45 §. 1.D. de leg.1. 529.& ſeq.
l.Si Auguſta D.de legat.2. 434.104
l.Si captiuus §.1.D. de captiuis 430.56
l.Si chorus §.1.D.de legat.3. 471.21
l.Si cum quis 41. D.de furtis. 508.24
l.Si de eo. §. ſeruum D.de adquir.poſſ. 574.55
l.Si domus 71.§.ſi fundus D.de legat.1. 534.15
l.Si ego 11.§.interdum D.de publician. 574.58. & in §. partus.§.3.25.& 26.& §. idem.
l.Si ego 9.§.ſi res D.de iure dotium. 489.& ſeq.
l.Si filia 5.D.de diuortiis. 482.42
l.Si filia 50.D.ſol. matrimon. ibid.
l.Si filius 21.D.de rit.nupt. 481.30
l.Si fur.32.D.de furt. 511.16
l.Si fructus C.de donat. inter 583.68
l.Si hæreditas 10. §. fin.D.de teſtamen.tut. 448.11
l.Si homo cuius 35.D.de vſucapion. 505.& ſeq.
l.Si id quod 73.D.de leg.2. 559.57
l.Si id quod §.illud conſtat,D.de donat. 518.30
l.Si ita quis 31. D.de euiction. 529.& ſeq.
l.Si ipſa 18.Dig. de eo quod met.cauſ. 582.55.& ſeq.
l.Si liberta. C.de nuptiis. 497.30
l.Si mandauero 22.§.is cuius D.mandat. 457.25.& ſeq.
l.Si Mænia 45. D.de hered.inſtit. 526.12.& 527.19.
l.Si mihi 12.§.1.D.de leg.1. 523.22
l.Si mulier.8.D.ad leg.Cornel. de ſicar. 552.3
l.Si non ſortem 26.§.libertus de cond.indeb. 502.21
l.Si pater captus.20.D.de vulg.ſub. 485.53
l.Si patrona 13.D.de rit.nupt. 499.49.& ſeq.
l.Si prægnans 42.D.de euict. 582.58.& ſeq.
l.Si peculium.20.§.is cui. D.de ſtatu lib. 454.10
l.Si quis alumnam 26.C.de nuptiis. 497.25.cum ſeq.
l.Si quis aliquid 38.qui abortionis de pœnis. 552.3
l.Si quis cum 7. §.ſi ancill.de excep.rei iud. 554.29.& ſeq
l.Si quis filio 6.§.hi autem & §.irritum 538.17.& 600. num.9
l.Si quis in Senatorio 27. D.de rit nup. 497.32
l.Si quis poſthumo.9.§.ſi filium Dig.de liber.& poſthum. 480.16.
l.Si rem.5.D.pro emptore. 512.12
l.Si ſeruo 84.D.de her.inſt. 514.8
l.Si ſeruus 27.§.& ſi D.ad leg.Aquil. 549.2.& 56
l.Si vir.D.ad leg.Falcid. 545.15
l.Sin autem 7.D. de ædilit.edict. ibid 87
l.Si tuis C.de oper.liber. 504.40
l.Solo 34.C.de liber.cauſ. 503.28
l.Statius Florus 48.§.Cornelio D de iure fiſc.454.& ſeq.
l.Stichus 39.D.de manum.teſtam. 492.34
l.Stipulatio 63.D.de iure dotium. 493.4
l.Stipulationes 72.de verb.oblig. 488.30
§ Sed quod Principi.Inſt.de iur.natur. 426 per tot.

T

l.3.D.Quod cum eo. 543.11
l.3.D.de tutelis. 449.& ſeq.
l.3. D.de fund. inſtruct. 548.25.& 26.
l.3.§.ſi emancipatus D.de bonor.poſſ. 440.11
l.3 D.de obſequiis 503.35
l.3.§.fin. D.de legat.3. 534.17
l.3.§.alio D.ad leg. Cornel.de ſicar. 614.50
l.3.§.itaque D.de muneris 438.8
l.3.C.de ædilit.action. 529.7.& 530.17
l.3.C.de alluuion. 593.12.& 14
l.Titio centum 71.§.& Titio et 2.de cond.& dem. 454. & ſeq.
l.Turpia 54 §.1.D.de legat.1. 527.17

V

Letus 68.D.de vſufruct. 545.1
l.Videamus 38.§.in Fabiana D.de vſuris. 558.53
l.Vir mulieri D.de donat.inter. 481.39
l.Uni. C.de Nili agger.non rump. 592.& ſeq.
l.Uni.C.de Maiuma. 598.& ſeq.
l. Vt liberis §. ſi duo D.de liber. cauſ. 470.& ſeq.
l.Vulgatis 21. §. ſi quis.2.D.de furt. 438.n.8
l.Vxor 55.D. de donat. inter. 576.n.6
l.Vxorem 41.§. legauerat D.de legat.3. 548.n.22.& 470.& ſeq.
l.Vxorem 15.C.de nuptiis. 494.& ſeq.
l. Vxores D de diuortiis 479.n.10.& 480.15

Ex Iure Canonico.

CAp. Paſtoralis 53. §. verum de appellat. 536.& ſeq.
Cap. præterea. eodem titul. 539.25
Cap.propter ſterilitatem de locato. 590.16
Cap. Tanta qui filii ſint legit. 439.1
Cap. 1. 30. quæſtion. 1. 440.9

# LOCA IVRIVM INTER explicandum diſcuſſa.

*DIGESTORVM.*


L. Pacta conuenta.de contrah.empt.& l. apud Iulianum. §. fin.de leg.1. cum aliis. pag.6.n.13
l.non puto.de iur.fiſ. 12. 49
l.poſt contractum.de donatio. ibidem 52.
l.Theopompus.de dot.præleg. 16.18
l.à Diuo Pio.de re iud. 17. 38
l.calculi de admin.rer.ad ciu.pet. 18. 43.18.48. & 19.59.
l.1 §.1.quæ ſententiæ. ibid.
l.quamvis. de condit.& dem. 19.54.55.& ſeq.
l.in omnibus.de diu. & temp. ibid. 59.60.61. & ſeq.
l.pen.de reſcind.vend. 23.36
l.emptor de R.V. 25.52.& ſeq.
l.ſi mandauero. §.is cuius bona.mandati. 29.34.35
l.eum qui.de per.& com.rei vend. 33.13
l.4.§.item quia ad l.Iul.maieſt. 35.38
l.4.§.ſi viam.de vſucap. 38. 19
l.qui iniuriarum de iniur. 43. 14
l.defuncto. de publ.iudic. ibid. 5
l.ex iudiciorum.de accuſ. ibid.
l.3.de publ.iud. 44.17
l.in conditione.de cond.furt. 47.49
l.3.§.fin.rer.amot. 48.60
l.2.§.deinde.de orig.iur. 51.68
l.1.§.caſum de poſtul. ibid. 9
l.fin.de iur.fiſc. 59.51
l.ſi res.§.1.de iur.fiſc. 62.12.& 65.36
l.ad certum 6.de ſeru.cum l.2.eod. 63.19
l.ſed etſi.§.fin.de vſufr. 64.27.28
l.4.cum aliis.de vſufr. ibid. 31
l.ſtatuliberi, §.Quintus,de ſtatulib. 66.42
l.ſi vſumfructum. §.in ſumma.de lib.cauſ. ibid.43
l.fin.ſi ager vect. ibid.45
l.1 §.qui in perpetuum.eod. 67.54
l. Fulcinius. §. illud. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat. 70.8
l.inter tutores. de adminiſtr. tut. 71. 20.21
l.qui quatuor, §.qui horros.de leg.3. 73.52
l.non puto.de iur.fiſc. 97.6
l.quod placuit.eod. 74.12
l.ita prætor §.ſi debitorem. quæ in fraud.cred. 75.13
l.aufertur §.fiſcus.de iur.fiſc. ibid. 17
l.Statius Florus. §.Cornelio Felici.eod. 76.24
l.ex facto.§.ex facto.ad Trebell. ibid.& ſeq.28.29
l.cum ratio. verſ.æquiſſimum. de bon.damn. 77.34. & ſeqq.
l.auxilium.de minorib. 88.30.31
l.diui fratres.de pœnis. 89.32.33
l.1.§.fin.de quæſtionib. ibid. 34
l.recuſare. §.ſi fiſco.ad Trebell. 95.20
l.2.§.fin.de ſuis.& legit. ibid.21.22.23.24.25.26
l.Lucius §.collegio.de leg.3. 96.& ſeq.6.7.8.9.10
l.1.§ initio.de offic.præf.vrb. 98.18
l.quæſitum, §. proinde 28. cum aliis, de fund. inſtr. ibid.26.
l.quid aliud.de V.S. 99.28
l.fin.§.1.quod vi,aut clam. 101. 4.5
l.filius non impeditur. de inoffic. teſt. 106. 28
l.3.§.verum 4.de SC.Sillan. ibid. 31
l.3.in princ.& l.ita fides.de iur.fiſc. 108. 4
l.qui teſtamentum. de probat. 109.19
l.edicto.§.1. de iur.fiſc. 110.23
l.ſi poſtulante,§ fin.ad SC.Trebell. ibid.2[illegible]
l.ex facto.§.Iulius.de vulg.ſubſtit. ibid.29.30
l.final.aliàs, ſi gener. de his quibus vt indign. 111. 33
l.eum qui.eod. 113.53
l.prædonis,de pet.hæred. ibid.54
l.edicto de iur.fiſc. 115.& ſeq.57.50.59.60.61
l.cum patrono.de honor.poſſeſſ. 119.11
l.ex facto.§ fin.ad SC. Trebellian. 120.24.25
l.1.§.fin.de magiſtr.conuen.9. ibid.18.19.20
l. ex [illegible] ad l.Cornel.de ſicar. 127.15
l.3 §.fi[illegible] 129.41 42.45
l.cum [illegible] §.qui non habita.de cenſib.133. 8. & 199.4.
l.ſi quis cùm à fideicommiſſario. de condict. indeb. 133.9
l.fin.§.fin. de contrah.empt. 135.19.20.21
l.epiſtola §.pactum de pactis. 137.35
l.inter debitorem eod. ibid.
l.ſine herede § Lucius de adminiſtr.tut. 140 36
l.Paulus §.domus.de pignorib. 141.62
l.cùm poſtulaſſem de damn.infect. ibid.63.64.77
l.filiusfam § diui.de leg.1. 143.89
l.Lucius. de euict. 150.14.& 154.21.& 451.5
l.ſi fundus locati. 154. 21
l.in agris.de adquir.rer.dom. 155.22
l.4.§.item qui confeſſum.ad leg.Iul.maieſt. 172.8
l.diuortio. §.quod in anno ſolut.matrim. 181.23
l.cùm de in rem verſo.de vſur. 182.33. & 240. 38. 42.43.47
l.operis.de oper.lib. 184. 51
l.1.§.à præfectis.de leg.3. 195.4
l.1.in fin.de [illegible] 201.25.26.27.28.29
l.ſi id quod. [illegible] de verb.oblig. 207. 13
l.in cauſæ. § idem Pomponius. de minorib. ibid. 12
l.1.§.itidem ad leg.Rhod.de iact. 214. 28
l.ſi pendentes. § ſi quid cloacarij.de vſufr. ibid. 29
l. forma. §.illum.de cenſib. 219.7.8.9
l.ſi ex toto de leg.1. 222.39
l.fundus. de leg.2. ibid.40
l.1.de contrah.empt. 226. 11
l.3.§.fin.de pecul. 238. 15
l.Lucius. de adminiſtr.tut. 239.18
l.ſi filius.de tutel. 240. 30
l.ſpadonem.alias, l.ſi quis inter. §.fin. de excuſ.tutor. ibid.31.
l.qui ſtatut.de re mil. 244.22
l.mo[illegible].§ nonnunquam.de pœnis. 250. 38
l.ſi pupill. §.1.de negot.geſt. 258. 8
l.in honoribus. § Philoſophis. de vacat.muner. 263. 24
l.1.de inſt.& iur. ibid.
l.cùm legitimæ. de ſtat.hom. 268. [illegible]
l.lex naturæ.eod. ibid.
l.quia ſemper de iure [illegible] voc. 269.13


l 3

# Loca Iurium


ibid.24.25.27.28
l.2.de ſtatu defunct. ibid.26
l.Seuerus.de decurionib.
l.Barbarius.de officio prætoris. 305.9.10
l.ſi is qui pro emptore, de vſucap. ibid.14.15.16.17
l.Caius. de iur.patr. 310.60
l.ſtatuliber. §.quintus.de ſtatulib. 318.46
l.1.ad municipal. 324.4
l.in orbe Romano.eod. ibid.& 333.81.& 82.& 397.16.& 599.16.
l.libertus. §.in adoptiua.ad municipal. 327.21.25
l.eius.qui.§.fin.eod. 337.126
l.cùm de lanionis, §. Sabinus. de fund. inſtruct.338.131.
l.ſemper. §.immunitati.de iure immunit. 341.20
l.libertus. §.præſcriptio.ad municipal. 344 6
l.pen.§.1.de decurionib. 349.44.47.48
l.2.& l.fin.in fin.de veteran. 352.23
l.prætor.§.fin.de vacat.muner. ibid.24
l.fin.de iur.immun. 368.26
l.1.§.remouet.verſ. ſed ſi quis.de poſtulando. 369.35
l.patronus.de leg.3. 380.22
l.2.de obſequiis. 384.11.12.13.14
l.ordine.ad municipal. 385.19
l.non poteſt. de furtis.cum l.quid ergo. §. grauior. de his qui not. infam.conciliata. 386.25
 ibid.29
l.4.§.4.de his qui not.infam. ibid.30
l.imperator. eod. 390.60
l.2.de crim.ſtell. 395.102.103
l.ad tempus.de decurionib. 404.3
l.Publius Mæuius. de condit. & demonſtr. ...9.& ſeqq.
l.prouinciales. de V.S. 405.7
l.ſi caluitur, §.1.eod.tit. 406.12
l.cùm plures §.cùm tutor de adminiſtr.tut.

*CODICIS.*

l.de rebus.de don.ante nupt. 12.51
l.3.fin.regund. 16.18
l.fin.de ponderator. ibid.23
l.2.de vſur.& fruct. 17.38
l.præſes de tranſact. 20.65
l.1.ſi venditor pign. 21.1.8.10
l.dolus. de rei vind. 22.19.20.21
l.fin.ſi aduerſ.fiſc.reſtit. 23.25.27
l.2.de bon.præſcript. ibid.33.34
l.fin.de exhib.reis. 33.14.17
l.1.de condict. ex leg. 37.5.8.10.11.12
l.ſuper.de præſcr.longi temp. 40.35.36
l.fin.rer.amot. 48.58
l.congruit.de locat.præd.ciu. 56.30
l.2.de fid.& iur. haſtæ fiſc. explicata, & collata cum l.1.h.t. 60.63.65
l.2. ſi ex plurib.tutorib. 72.22
l.2. de ſolutionibus. ibid.23.24.25.26
l.quiſquis.ad leg.Iul.maieſt. 78.40
l.ita demum.§.ſed ſiquidem de recept.arbitr. 88.24
l.ſi hæredum.de inoffic.teſt. 90.4.5
l.vnic.de his qui ſe deferunt. 113.57.58.59
l.pen.de his qui accuſat. 117.15.16
l.ſi qui proſcribente. de fide & iur. haſtæ fiſc. 133.5
l.1. ſine cenſu, vel reliq. 138.42
l.ex conuentione.de pactis. ibid.
l.2.de prædiis nauicular. 140.58.& 185.70.& ſeqq.
l.fin.vectigalia noua. 145.8
l.vnic.de ſuperindict. 148.29
l.præſes. de tranſactionib. 149.42
l.4.de cenſib. 150.9
l.mediterraneæ. de annon.& trib. 151.6
l.1.de fund. limitroph. ibid.7
l.3 eod. 156.33.34
l.2.eod. ibid.37
l.4.de offic.milit.iudic. 157.40
l.4.de probat. 161.12
l.2.ex quib.cauſ.infr. 163.20
l.1.de cohortalib. 167.26
l.ſi quis.de accuſat. 168.29
l.ſi apparitor.de cohortalib. ibid.32.33.34
l.vniuerſi vbi cauſæ fiſcal. 172.34
l.1.de apoch.publ. 174.1
l.1.de fideicomm. 182.33
l.ſi certis annis.de pact. 184.50.51
l.ſi creditor.de vſuris. 185.52
l.1.de fideicommiſſ. ibid.53.54.55.56.57
l.litibus.de agricol.& cenſ. ibid.58.59.60
l.miſſi.de exact.trib. 184.5
l.2.de lucris Aduoc. 197.7.8
l.vnic.de ſalgamo hoſp.non præſt. ibid.10
l.deuotum.de metatis. ibid.
l.2.de numerariis. 200.17
l.1.de immunitat. ibid.18.19
l.vnic.de impon.lucrat.deſcript. 201.202.30.31
l.4.erogat.mil.annon. 204.3.5.6.7
l.1.& 3.de quib.muneribus vel præſtat. 215.34.35
l.1.& 2. de nauib.non excuſ. ibid.37
l.vnic.de nautis Tiberinis. 216.44.& 290.51
l.pen.de omni agro deſert. [illegible]
l.fin.de alluuionib. ibid.[illegible]
l.vnic. de argenti pretio. 226.7.228.41
l.ſancimus.de Aduocat.diuerſ.iudic. 233.5.6
l.ſi quis argentum, in princ.de donat. ibid.
l.1.de conuen.fiſci debit. 238.9
l.1.quod cum eo. ibid.15.16.17.& 239.25.26.27
l.vnic.ſi poſt creat.qui deceſſ. 241.39
l.actuarios.de numerat.& actuar. 242.8
l.ſi quis decurio.de decurionib. 248.67
l.ſi quis decurio. ad leg.Corn.de falſ. 251.20
l.3.de ſeruis reipubl.manum. 252.30.31
l.3.de tabular. 253.32
l.iure de fabricenſib. 259.19.20.21
l.fin de naufrag. ibid.
l.vnic.vt nullus ex vicaneis. ibid.22.23.25
l.reddatur.de Profeſſ.& Medicis. 263.16.26
l.profeſſio de munerib patrim. 264.23
l.ſi quis curialis.de Epiſc.& Cler. ibid.25
l.ex empto.de decurionib. 272.45
l.eos eod. 273.52.& 54
l.1.§.fin ad municipal. ibid.
l.2.de conſulib. 296.21
l.fin.de tironib. 289.42.43
l.vnicuique.de proxim. ſacror ſcrin. ibid.
l.1.de conſulib.in verſ. quod ſi. 290.55
l.3.de conſulib. 291.59.61
l.laudabile.de Aduoc.diuerſ.iudic. 299.9
l.vniuerſi.vbi cauſæ fiſcal. 300.10
l.fin.de mil.teſtam. 302.35.36
l.vnic.non licere habitatorib. Metrocomiæ. 315.20
l.dudum.de contrah.empt. 316.24
l.ſi diuina.de exact.trib. ibid.36.26
l.quemadmodum, de agric.& cenſ. 318.46
l.2.vbi ſenatores,vel clariſſimi. 335.102.103
l.4.de crim.expil.hæred. 339.3
l.pen.de ſilentiar. 340.17
l.1.de vxorib. militum. 341.21
l.1.de munerib.& honorib. in §.infante. 348.41
l.fin.de re iudic. 356.4
l.cùm ſit de vſucap. ibid.5
l.2.de prætorib. 361.48
l.2.de cognit. [illegible]
l.2.de priuil.cor. [illegible]
l.vnic.de venat.fer. [illegible]
l.libertorum de dignit. [illegible]

l.vnic.ne operæ à collat.exig. 403.42
l.vnic.de oblat.voto. ibid.44
l.1.§.ideò de Aduoc.diuer.iud. 406.17
l.vnic.de au..publ.perſeq. 408.28
l.1.de conſulib. ibid. 33
l.2.§.iubemus de offic.præf.præt. Africæ. 410.6
l.vnic. C.Th. de luſoriis Danub. 157.44
l.1.C.Th.de liberal. Imp.ſocius. ....
l.1.C.Th.de canone frum.vrb. Rom. 406.29
l.plerique. C.Th.de veteran. 174.7
l.curiales C.Th.de decurionib. 264.25
l.32.C.Th. de erog.mil.ann. 319.8
l.vnic.C.Th. de præpoſ.lab. 361.32.40.50
l.1.C.Th.de venat.ferar. 368.27
l.2.C.Th.eod. 374.81
l.1.C.Th.de ponderat.& aur.illat. 408.28

## *INSTITVTIONVM.*

§.theſauros.de rer.diuiſ. 129.41.42.43

## *AVTHENTICA.*

De non alienand. §.quod autem. 16.23.24
Nouell. Maioriani. 405.3

## *REGNI HISPANORVM.*

## PARTITÆ.

l.13.tit.7.p.6.interpretata, & conciliata cum l.5. tit. 11.p.6. 112.43.44.45
l.6.tit.13.p.6. 122.41
l.4.tit.15.p.2. 219.13.14.15.16
l.4.tit.7.p.5. 260.29.30.32
l.7.tit.18.p.2. 280.55
l.17.tit.18.p.3. 371.53.54.55.56

## TAVRI.

l.4. 30.38
l.77. 81.67
l.41. 277.20

## NOVÆ RECOPILAT.

l.1.tit.6.lib.5. 10.23
l.3.& 4.tit.lib. 11.36
l.1.tit.21.lib.9. ibid.
l.11.tit.10.lib.5. 12.51
l.1.tit.15.lib.5. 19.58
l.12.tit.6.lib.5. 30.42
l.fin.tit.25.lib.4. 18.& ſeq.20.24.26
l.2.tit.15.lib.8. 115.69
l.11.tit.8.lib.5. 125.35
l.1.tit.20.lib.5. 127.20
l.1.tit.13.lib.6. 139.49.51
l.8.tit.15.lib.4. 146.18
l.2.tit.19.lib.6. 161.9
l.15.tit.1.lib.4. 168.38
l.6.tit.14.lib.6. 178.9
l.6.tit.6.lib.3. 274.8.& 368.49
l.4.& 7.tit.15.lib.5. 296.46. & ſeqq.
l.18.tit.7.lib.3. 367.14
l.21.tit.3.lib.7. 369.34
l.15.tit.7.lib.7. ...18
l.15.tit.7.lib.7. ....26
l.8.tit.27.lib.9. ....132.133

## *DECRETI.*

C.ſancitum.23.q.8. 176.15.16.18
C.attendendum.17.q.4. 222.37
C.Principales ſæculi 23.q.5.cum ſeq. ibid.42

## *DECRETALIVM.*

C.quia indicante de præſcrip. 9.18.& 19
C.2. de locat. 56
C. in præſentia. de probat. 156. & ſeq.27.28.29.30.31.32.33.& ſeq. vſque ad 36.
C.poſtulaſt.de Iudæis. 222.40.41
C.quanto 16. de cenſib. 287.31
C.quia circa.de priuileg. 31 39
C.fin.de iudic. 328.29
C.cùm acceſſiſſent. de conſtit. ...25.26.27
C.ſi de terra.de priuileg. ...30
C.accedentibus.eod.tit. ibid.31.32

## *VI. DECRETAL.*

Reg. qui tacet.de R.I. 149.37
C fin.de immunit.Eccleſ. 179.30
C.cui Epiſcopus.de offic.ord. 221.39

## *CLEMENTINA.*

1.de reb.Eccleſ. 86.56

## *CONCIL. TRID.*

Seſſ.25.cap.3.de Reform. 222.42

# NOMENCLATOR

## Auctorum, qui in hoc opere laudantur, corriguntur, vel explicantur.


A

ACCVRSIVS. 179.11
*Angelus.* 321.11.19
*Auendannus.* 275.9
*D.Auguſtinus.* 504.50.605.57
*Auſonius.* 200.11.205.8.235.5.283.5.297.27

B

*Barboſa.* 130.48
*Bobadilla.* 275.10
*Bodinus.* 95.38

C

*Capitolinus.* 205.8.294.12.296.21 331.58.
*Carança.* 268.20.& 23.270.29.271 38.39. *ibid. & ſeq.* 40.41.42.43.44.
*Caſsiodorus.* 187.8.229.6.590.14.606.67.624.2
*Ceuallus,* 120.19
*Ioan.Chumacero.* 77.32
*Cicero.* 645.3
*Claudianus.* 200.11.285.14.363.4.489 35.611.28.29.
*Columella.* 515.2
*Corippus.* 285.14
*Cuiacius.* 20.67.72.27.146.16.17.176 17.270.21.22.23.24.298.1.319.51.52. 356.6

D

*Dio.* 427.17.434.103
*Donellus.* 72.27.80.52

E

*Epiphanius.* ....22

F

*Ant.Faber.* 40.35.36.48.54.582.60
*Petr.Faber.* 310.60
*Feſtus.* 532.23

G

*Io. Garcia.* 109.17
*Gilchenius.* 227.15
*Gothofredus.* 176.17.241.21.22.23.24.291. 60.
*Iac.Gutherrius.* 192.8

H

*Horatius.* 244.22.321.16.28.449.1.495.9

I

*Iulianus Apoſtata.* ...30
*Iuuenalis.* 7.21.22.285.11.297.28.416.10 481.40.545.4
*Iuuencus Poëta.* 229.5

L

*Io.Bapt.Larrea* 36.40
*Liuius.* 28.22
*Greg.Lopez.* 109.18

M

*Martialis.* 103.5.153.11.217.49.285.19.481 40.499.54.614.51.
*Martianus.* 372.59.60.61.62.63.64
*Merillus.* 120.25
*Modeſtinus.* 285.11

O

*Ouidius.* 606.61

P

*Parladorius.* 97.14.15.17.274.19.20.21
*Paullus I.C.* 43.7.603.39
*D.Paullus.* 321.8.466.15
*Pichardus.* 43.6
*Platea.* 360.38
*Plautus.* 131.2
*Pomponius.* 428.33
*Prudentius.* 333.83.603.30.607.71

R

*Ramirez.* 29.32
*Rebuffus.* 300.16
*Romanus.* 208.18
*Rutilius Numatianus* 333.83

S

*Salmaſius.* 158.45.208.25
*Scæuola.* 123.47
*Schifordegherus.* 331.63.429.37
*Seneca.* 426.8.9.460.16.501.4.591.25.630. 18.
*Seruius.* ...18
*Sichardus.* 239.21.22.23.24
*Sidonius.* 149.39
*Silius.* 324.3
*Solorçan.* 305.10.11
*Sozomenus.* 611.31
*Spartianus.* 188.7.292.67.68
*Statius.* 186.4.309.49
*Suetonius.* 428.24.611.34
*Symmachus.* 187.12.252.22

T

*Tacitus.* 428.23.516.4
*Tertullianus.* 41.5.331.58.486.5.516.4.602.22
*Thomas de Villanoua.* 607.72
*Tribonianus.* 122.38.39.40.304.1

V

*Valençuela.* 207.15.16.233.14
*Virgilius.* 225.1.3.489.35
*Vlpianus.* 35.30.62.9.448.11.543.10
*Vopiſcus.* 157.44.209.26.216.42

# D. FRANCISCI DE AMAYA,

## I.C. ANTIQVARIENSIS, & in Pintiana curia Regij Senatoris,

*IN TRES POSTERIORES LIBROS CODICIS Imper. Iuſtiniani,*

## PRÆFATIO.

SVMMARIVM.

1. *De Imperatore Iuſtiniano.*
2. *De compoſitione Codicis.*
3. *Quare hi tres libri ab aliis diſſecti fuerint?*
4. *De eorum vtilitate, & difficultate*, num. 5.
6. *Qui ſcripſerint in eos?*
7. *Quantum laboris impenderit Auctor in his Commentariis?*
8. *Reddit rationem ſcriptionis.*

IMPERATOR † Iuſtinianus, quem falsò rudem & indoctum 1
Principem, litterarum expertem & analphabetum vocant Franciſc. Floridus, Sabinus, Alciatus, Budæus & alij, Suidæ loco decepti, cùm tamen illum ſapientiſſimum & doctum vocauerit Theodohadus apud Caſſiodorum *lib.*10. *epiſt.* 9. *&* 22. quia doctiſſimus, Iureconſultiſſimus, Philoſophus, & omni litteratura excultus fuerit, vt doctè probauit noſter olim amicus eruditiſſ. Dom Franciſc de Cordoua *in Didaſcalia*, *cap.*14. & Nicol. Alcmann. *in notis ad Hiſtor. arcanam Procopij*, quam Vaticana Bibliotheca in lucem dedit, *pag.*78. *lin.* 33. *& pag.* 86. *lin.* 12. *&*
*pag.* 88. † Iuſtinianus, inquam, Codicem ex Theodoſiano, 2
Hermogeniano & Gregoriano, inutili ſane, & multis inutilibus conſtitutionibus & defectibus refertis, ſuum Codicem confecit, accuratè limatum, purgatum, expolitum, & candidum, vt ipſe ait *in epiſt. de emendat. Codic.* & variis conſtitutionibus, quæ aliis deerant exornatum edidit, in duodecim libros diuiſum, fortaſſe ad duodecim Tabulas, in quo ius antiquum referebatur, attendens, & cùm corpus illud grande videretur, nouem libros vno volumine & corpore clauſit, & tres vltimos in aliud reiecit. Et hoc iure quidem,
† nam res quæ his tribus libris continentur, longè ab aliis ſunt remotæ & diuerſæ, cùm 3
in eis verſetur iuris totius publici tractatio, tum ad fiſcalia & Principis patrimonium, tum

ad Curiarum & ciuitatum munera, tum ad dignitates & diuerſa officia ciuilia & palatina ſpectans, cùm tamen in nouem ſuperioribus libris de iure priuatorum agatur, in quo tantò ſunt grauiores hi libri præ cæteris, quantò publicum ius præfertur priuato, & ideò ad perfectam Codicis compoſitionem deſiderabantur, cùm omne Ius ciuile in his duobus cardinibus rotare teſtetur Conſultus *in l. 1. §. huius ſtudij ff. de iuſtit. & iure.*

4 Quapropter † in horum librorum vtilitatis commendationem nullus eſt qui non pedibus manibúſque eat, vt fecit Bart. omnium interpretum Anteſignanus *in præfat. ad hos libros.* qui ait, *ſe diu corporis infirmitate grauatum à conſueto gaudio ſpeculationis doctrinæ ceſſaſſe, neque vires ſuas inſtaurare poſſe, & inde animaduertiſſe, poſſe facilè euenire, oblatâ ſibi occaſione, quâ auditoribus ſuis poſſet aliquid vtilitatis afferre, legendo eiſdem id quod ipſis acceptum foret, ſibique & eis nouum & delectabile, ac proinde tres hos Codicis libros ſibi fore legendos deſtinaſſe, vbi multa ſunt incognita, & per antiquos Doctores neglecta, & ſecundùm vſum frequentia.* Idem confirmat Pyrrhus *in præfat. ad hos libros,* Mendez de Caſtro *in proœm. ad tit. C. de annon. ciuil.* & noſter Valenzuel. *in proœm. num.* 4. hæc ſcribit: *Vt ſic interim non poßim non mirari, quòd cùm mira ſit horum trium librorum vtilitas, qui ſeparatim reconditam habent iuris publici, ac proinde Reipublicæ fructuoſam cognitionem, ita in re tam graui, & tanquam mirum in modum proficuâ, exili & depauperatâ manu proceſſerint omnes, vt vbertatem materiæ obtenebrauerint.* Hoc profectò veriſſimè teſtantur hi Auctores: nam horum librorum explicatio omne punctum tulit, in quo miſcetur vtile dulci. Nulla equidem eſt in eis lex aliqua, quæ vel cum forenſibus cauſis, aut ſcholaſticis diſputationibus, vel reconditæ philologiæ myſteriis non habeat communionem. Nihil enim de iure fiſcali ſtatuitur quod hodie non reſonet in Curiis. Nihil de iure Reipublicæ, de ciuitatum ordine & muneribus, Decuriis, Decurionibus, tributis, annonis, ſalariis, redditibus, quod hodie non vigeat. Nihil de patrimonio Principis, palatiis, monetis, Domus regiæ officialibus, vniuerſitatibus, ſpectaculis, ludis, frumentatione, fundis, paſcuis, aquæductibus, quod non ſit in viridi, vt aiunt, obſeruantia, & denique nihil de dignitatibus toto Orbe terrarum hodie ſcribitur tractatúrque, quod ex hoc librorum fonte non deriuetur.

5 Sed † proh dolor! quàm deſerti hi libri, &, vt Græci, teſte Luciano *in Toxari.* & Strab. *lib.* 7. mare appellabant, Axeni, & inhoſpiti: ita vt in admirationem facilè quis rapi poterit, ſi animaduerterit ex tanta in ius noſtrûm ſcribentium mole hos libros penè inſalutatos per tot ſæcula permanere, vt conqueritur Mendez de Caſtro *in dicto proœm.* ita vt ſi probaueris Antiphraſim Grammaticorum, qui multa dicunt nomen ſortita à contrario ſenſu, vt *Parcæ;* quia nemini parcant, ita hæc iuris pars præcipuo vocabulo *Volumen* appelletur, quia nunquam euoluatur. Quod credo eueniſſe vel ignorantiâ rerum antiquarum nebulâ obſcuriſſimâ plenarum, ad quam depellendam neceſſaria erat lectio Auctorum illorum temporum, quibus condebantur hæ leges, vt Codex Theodoſij, Symmachus, Sidonius, Caſſiodorus, Auſonius, Prudentius, Claudianus, Rutilius, Corippus, & alij inferioris æui, quando ſplendor ille Imperij, qui vſque ad noſtrum Theodoſium maiorem perſeuerauerat, obſcurari cœpit, Gothis in illud arma & ignorantiam litterarum introducentibus, quia labentis Imperij ætate, vt homines deſtituebantur ad agendum conſilio, ita & ad docendum eruditione & arte, vt ait Connan. *lib. 2. comm. cap.* 10 *num* 1. & confirmant Budæus *in l. eos. ff. ad l. Cornel. de falſ.* & Pyrrhus *in rub. infra de fundis rei priu.* Vnde ad interpretandos hos libros, non ſolùm neceſſaria eſt Iuriſprudentia Scholaſtica, ſed & forenſis, & humaniorum litterarum maxima cognitio extraordinariorum Auctorum, reconditæque eruditionis, & non ſtatim obuiæ ſumma notitia, linguæque Græcæ & Latinæ peritia. Quapropter non eſt mirum ſi antiquiores defecerint, Odofredus, Andreas de Barulo, Nicolaus de Neapolis, Accurſ. Bart. Bald. Angel. Ioann. de Plat. Petr. Rebuff. & Luc. de Penna, qui omnes mentem & exornationem legum non ſalutarunt nec à limine, verùm nec viderunt, iniuriâ temporum ſuorum, contenti quæſtionibus lecturas ſuas implere, & ſi aliquando volebant litteram aperire, ineptiis magnis inuoluebantur, vt Lucas de Penna, quem ineptiarum amaxarium vocat Cuiacius, ſumma cum ratione, *in l. temperent. infr. de veſtib. holober.* & adhuc de lecturâ Bartoli dubitatur, & alium patrem ei condonant quemdam, nempe Conti[illegible], aut Contilium Peruſinum, vt docet Tiraquell. *in l. 1. connub. num.* 35. *& ſeqq.* & Menoch. *de recuper. poſſ. remedio* 10. *num.* 7. Ab his ſeparandi erunt, & in alteram claſſem extrahendi, & Alciatus, Pyrrhus, Cuiacius & Gothofredus, qui hanc ſiluam cædere cœperunt, & tenebris aliqualem facem præbuere, annotationes aliquas breues adſcribendo, quibus huius Theſei labyrinthi latebræ & inextricabiles ambages extricari non ita formidabatur. Verùm huic rei plenum non eſt datum complementum, etſi Cuiacius *lib. 2. obſeru. cap.* 8. *in fin.* afferat his libris clariſſimum lumen prælaturum ſuis commentariis. Alteram claſſem componunt D. Franciſcus Valenzuela, Peſcador, olim Archiepiſcopi, Collegij Maioris Alumnus, & Academiæ Salmanticenſis legum Primarius Anteceſſor, qui ab

ab illius clariſſimæ domus filius non degenerans, imò veſtigia doctiſſimorum premens, in
omnes tres libros continuos fecit commentarios, quos ſemicomeſos & detruncatos in lu-
cem edidit Garſias Toletanus, qui poſtea ad omnes rubricas eorum librorum lucernam
appoſuit. Scripſerunt poſtea Fuluius, Conſtantius & Nouarius, Neapolitani, aliquos
titulos. Sed libri Valenzuelæ cum ingenti Reipublicæ litterariæ clade incendio conſum-
pti ſunt, & ſolùm ſuperſunt aliqua fragmenta lacerata & deformia. † Hi ſunt Auctores 6
(quod ſciam) qui hanc viam nobis munierunt, & ita de eis & de his libris vſurpari poterit
quod de agricolatione Virgil. *lib.Georgic.verſ.*147.

*Prima Ceres ferro mortales vertere terram*
*Inſtituit, quum iam glandes atque arbuta ſacra*
*Deficerent ſyluæ, & victum Dodona negaret.*
*Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos.*
*Eſſet rubigo, ſegniſque horreret in aruis*
*Carduus, intereunt ſegetis, ſubit aſpera ſylua,*
*Lappaque, tribulique: intérque nitentia culta*
*Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.*

adeò obſcuri remanſerunt etiam poſt interpretationem eorum Doctorum, nam

——— *ſæpè illos aſpera Ponti*
*Intercluſit, & terruit Auſter euntes.*

Quare non per hyperbolim dictum Pyrrhi accipio, qui *in epiſt. ad Anton, de Prato*, de ſuo in
hos libros labore impenſo ait, *Contemnendus non erit iſte qualiſcunque labor meus, qui viſus
eſt mihi cunctas Herculis ærumnas ſuperaſſe.*

Hinc † iam ſcriptis meis veniam exoro, ſi res feliciter non ceſſerit, cùm viam carpam 7
inacceſſam nullius antè tritam pede. Quando cum Plinio *lib.* 1. *hiſtor.* dixerim, *Præ-
terea iter eſt, non trita Auctoribus via, nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos
qui idem tentauerit. Nemo apud exteros qui vnus omnia ea tractauerit. Magna pars ſtudio-
rum amœnitates quærimus; quæ verò tractata ab aliis dicuntur immenſæ ſubtilitatis, obſcuris
rerum tenebris premuntur: Iam omnia attingenda, quæ tamen ignota, aut incerta ingeniis facta.
Res ardua vetuſtis nouitatem dare, noui auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem.* Quan-
do libris exquiſitiſſimis indigui, & multoties coniecturis eundum erat, quando linguæ Græ-
cæ cognitionem vix deguſtaui, etſi cum eodem Horatio ridere poſſem illos, qui tantum
Græcis litteris indulgent, vt nullum credant doctum niſi Græciſſantem, ita vt putent nihil
nos vidiſſe, nihil legiſſe, & denique nihil ſapere, niſi Græco ſurgat faſtu, Græca fulgeat
ſtola: ita eos taxat Poëta,

*At magnum fecit quòd verbis Græca Latinis*
*Miſcuit. O ſeri ſtudiorum, qui ne putetis*
*Difficile & mirum Rhodio, quod Pitholeonti*
*Contigit.*

Videndus etiam Carol. Scriban. *in Philoſoph. Chriſt. cap.*7. in hos elegantiſſimè irruens vt
ſic facilè repellas Bulengeri notam, qui *in Epiſt. ad Carol. Medices, lib.* 1. *de Imp. Rom.* Panci-
rolum vellicat quòd linguam Græcam non calluerit, vt legeret Sozimum, Socratem, Theo-
doretum, Sozomenum & Codinum, ad hanc prouinciam maximè conducentes, cùm ta-
men Latinè loquentes illi, & ferme omnes legantur, quorum ſententiæ vel hac, vel illâ lin-
guâ plenè agnoſcatur.

Dei itaque Omnipotentis fretus auxilio, qui linguas infantium facit eſſe diſertas, & ple-
rumque dona ſcientiarum abſcondita ſapientibus & prudentibus, reuelat ea paruulis &
ignorantibus, non ſum veritus ingenioli mei committere tam vaſto pelago ratem, quam
fragilem ſemper iudicaui, quando, vt Senecæ verbis vtar.

*Nondum quiſquam ſydera norat,*
*Stelliſque, quibus pingitur Æther,*
*Non erat vſus, & cùm*
*Sua quiſque piger littora tangens,*
*Patrióque ſenex factus in arno*
*Paruo diues, niſi quas tulerat*
*Natale ſolum, non norat opes.*

Cùm Voluminis nomen apud omnes horrori erat, & ab eius lectione omnes retraheban-
tur, inter occupationes Cathedrarum, inter tumultus, quibus plena ſunt fora, inter in-
ſtantias litigantium ab hac ſcriptione nunquam deſtiti. Amaui igitur hunc laborem, ex
quo primùm in Salmanticenſi Academia lecturas publicas inſtitui, & ibi multa quæ ad
litteræ, ſeu textus cognitionem deſiderantur, ex Alciato, Cuiacio, Lipſio, Caſaubono,

Pancirolo, Bulengero, Salmaſio, Sauarone, Iureto, Sirmondo hauſi, quædam addidi ex meo penu, poſtea in Granatenſi & Pintiana Regiis Curiis multa quæ ad forenſes cauſas pertinebant, cumulaui, id ſemper attendens ne aliorum paginas tranſcriberem, neque longiores commentarios ambiens, in quibus ferè per duodecim annos incredibili labore deſudaui, &, vt verba Plinij *lib. 1. in præfat.* iure mihi vindicem, *Nec dubitamus multa eſſe, quæ & nos præterierint. Homines enim ſumus, & occupati officiis, ſucciſiuiſque temporibus iſta curamus: id eſt, nocturnis, ne quid publicis putetis ceſſatum horis.* Senatorio nempe noſtro muneri,
8 quod totum hominem capit. Tu Lector optimè, animum † quo publicæ vtilitati inſeruire decreui, nullo profectò alio præmio mihi propoſito benignus reſpice,

*—— juuat immemorata ferentem*
*Ingenuis oculiſque legi;*

vt ſic alacriùs ad reliquos libros, quos iam paratos habemus edendos, accedamus.

# CODICIS DN. IVSTINIANI REPETITÆ PRÆLECTIONIS

## *LIBER DECIMVS.*

## TITVLVS PRIMVS.

### *De iure Fiſci.*

SVMMARIVM.

1. *De continuatione huius libri ad præcedentes*, & numero 2.
3. *Fiſcus, fiſcella & fiſcina unde originem traxerint, & quid propriè ſignificetur?* & n. 4. 5. & 6.
7. *Tempore Caroli Magni fiſcus quo ſenſu ſolebat accipi?*
8. *Fiſci etymon quod Accurſ. & alij antiqui tradiderunt, vt fiſcus ſemper ſit diues, & ſoluendo, remiſſiuè*, & num. 9.
10. *De ærarij & fiſci differentia*, & n. 12.
11. *Priuatorum pecunia in templis ſeruata.*
13. l. pacta conuenta. D. de contrah. empt. & leg. apud Iulianum 40. §. fin. de leg. 1. *cum alijs plicantur.*
14. *Conſtitutio Auguſti de coniungendo ærario cum fiſco.*
15. *De ærario publico & priuato explicantur varij Auctores, & quid in eis continebatur?* & n. 16. & 17.
18. *Sacræ largitiones ſucceſſerunt in locum ærarij, & quæ fuerint?*
19. *Ærarium eiſdemmet priuilegiis gaudebat, quibus & fiſcus.*
20. *Aſſeritur Cuiacij opinio contra receptam in Scholis Salmanticenſibus circa priuatum patrimonium Principis.*
21. *Fiſcus apud nos hodie vocatur, Camera, & qui redditus ſub eo cogantur? explicatur locus elegans Iuuenalis*, & num. 22.
23. *Laudatiuncula Hiſpani Imperij.*
24. *Iura fiſcalia intelliguntur de Regalibus eſſe.*
25. *An Epiſcopus poſſit habere fiſcum, & item Domini vaſallorum? remiſſiuè.*
26. *Quid interſit inter hunc titulum, & titulum* De priuilegio fiſci, & de iure Reipublicæ? *&* num. 27.

1 SOLENT † Doctores in huius libri ad præcedētes aperiendâ continuatione defatigari, quòd quamuis in aliis iuris noſtri partibus id poſſent ſecuriùs indicare, (licet de eo multi dubitent apud Ant. Pichard. *in prælud. ad lib. 4. Inſt. n. 1. & ſeqq. & in rub. 1. de iniuriis, n. 2. & 3.* poſt Don. *lib. 1. com. c. 1.* vbi etiam De Amaya in tres libb. poſt. Cod. *Tom. I.* Oſvvald.) In hac tamen Tribonianus turbato ordine titulos digeſſit, vt diſertiùs dicemus *in his commentariis.* Neque hoc abſque ratione effecit, nam res quæ iſtis tribus libris tractantur, non ita cohærent, imò plerumque ſunt ſeparatæ: quapropter non potuit ordinari ſeries titulorum, vt vnus tractatus neceſſariò ſequeretur antecedentem. † Quod 2
verò ad propoſitum attinet, vno verbo huius libri ad præcedentes continuationem in præfatione tetigimus, quòd cùm de rebus priuatorum nouem præcedentibus libris actum ſit, his vltimis de iure publico neceſſariò tractandum erat, iuxta *l. 1. § huius ſtudij ff. de iuſtit. & iure.* quod conſiſtit in rebus fiſci & ciuitatum, in Principis patrimonio, & in Reipublicæ dignitatibus & honoribus, de quibus agitur in hac vltima parte Codicis noſtri, & quas explicaturi imus. Faueas, ô Domine omnipotens immortalis, cœptis noſtris. Túque, ô Diua Virgo, quæ hodie exaltata es ſuper choros Angelorum ad cœleſtia regna, ſcrutulum tuum per vadoſum hoc mare euntem dirige, vt quidquid dixero, in Filij tui cedat laudem, & in Reipublicæ cedat vtilitatem.

Fiſcus † à ferendo, ſicut *fiſcina & fiſcella*, originem ſumpſit, teſte Varrone *lib. 4. de ling. Lat.* Vas 3
eſt quoddam ſparteum, ſeu genus quoddam ciſtæ, aut cophini viminei, aut iuncei, quo deferebantur, aut recipiebantur pecuniæ, & ruſtici, ſeu agricolæ vtenſilia ruri ferebant. Columell. *lib. 12. de re ruſtic. cap. 48.* ſic, *Tum diligenter mundatum protinus in torcular deferri, & integrum in fiſcos nouis includi.* Cicer. 2. in Verrem. *Reperiebam fiſcos quamplures cum pecunia Siculienſi à quodam Senatore ad Equitem Romanum eſſe tranſlatos: ex his quaſi decem fiſcos ad Senatorem illum relictos eſſe comitiorum nomine, leg. ſed addes 19. §. illud. D. locati.* Senec. *epiſt.* 119. Iuuen. *ſat. 4. verſ.* 160. Vuolfang. Lazius *lib. 2. comm. de Rep. Rom cap. 14.* Pet. Greg. *lib. 3. ſyntag. cap. 2. num. 6. & 11. & lib. 31. cap. 3. num. 1.* Schard. Caluin. & alij, *verb. Fiſcus*, Funger. *in etymol. eo verbo.* Alfaro *de offic. fiſc. gloſſa 9. tot.* Gutherius *de offic. dom. Aug. lib. 3. cap. 31.* Bobadill. *lib. 5. polit. c. 6. num. 1.* Barboſa *in l. 1. p. 7. num. 7. & 3. D. ſolut. matrim.* Parlador. *in ſeſquicent. differ. 111.* Gaſpar Barthius *lib. 35. aduerſar. cap. 13.* Pyrrhus *in præl.* & Valenzuel. *num 45.* † ita legimus apud D. Hieronym. quod de S. Hilario ait, *Fiſcellas iunco texens* 4
A 3

*æmulabatur Ægyptiorum Monachorum diſciplinam.*
& in præfat. ad lib. Iob, *Sicut fiſcellam iunco texerem*
*aut palmarum folia complicarem.* in quo, vt mos erat
Doctori maximo & eruditiſſimo, imitatus eſt Vir-
gil, *eclog.* 10. *verſ.* 71.

*Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibiſco.*

Tales ſunt in Bætica ſportulæ ex palmis confectæ,
quæ ſolent centum regales capere, & dicuntur *eſpor-*
*tillas de cjens Reales.*

5 Eo † ergo genere vaſorum, ſeu ſportularum,
pecuniæ publicæ ſolebant deferri, & quæ ad æra-
rium pertinebant. Nam cùm marſupia excreſcen-
tibus pecuniis non ſufficerent, fiſcis eſt vti cœ-
ptum, vt rectè notarunt Platea *in l. in prouinciis num.*
*fin. inf. de Numerar.* Beroald. *in Sueton. Auguſt. cap.*
15. Bulenger. *de Imp. Rom. lib.* 3. *cap.* 26. Dorleans *ad*
*Tacit. lib.* 1. *annal. pag* 114. & probat D. Iſid. *lib.* 20.
*Orig. cap.* 9. & Aſcon. 2. *in Verr.* ita: *Fiſci, fiſcinæ &*
*fiſcella ſpartea ſunt vtenſilia ad maioris ſummæ pecunias*
*capiendas; vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ,*
*quàm priuatæ, vt pro cenſu priuato loculos & arcam di-*
*cimus, ſic pro publico theſauro ærarij dicitur fiſcus.*
6 † Inde *fiſcus* pro Principis patrimonio accipitur
per metonymiam, collata appellatione continentis
in contentum, & *confiſcare* eſt ad Principis fiſcum,
ſeu cameram deferre, vt ex variis notant Pyrrhus *hic*,
& Vuolfang. & alij *ſuprà*, Barboſ. *numero* 8. *d. capi-*
*te* 31.

Hinc natum † credo ſæculo Caroli Magni *fiſcos*
7 vocari conſueuiſſe quædam genera bonorum, ſeu
prædiorum conceſſa ſubditis ab Imperatore, vt
conſtat ex Nithardo lib. 5. *Per Rhodanum vſque ad*
*mare Thyrrenum omnes, videlicet Epiſcopatus, Abba-*
*tias, Comitatus, fiſcos cis Alpibus.* Sangallienſis *lib.* 1.
*cap.* 16. *Habeas fiſcum illum Epiſcopatui tuo proximum,*
*& omnes ſucceſſores tui vſque in ſeculum.* Notauit
Caſp. Barthius *lib.* 45. *aduerſ. cap.* 24. qui exiſtimat
Germanicam eſſe vocem; ſed accedo Hierony-
mo Bignonio, qui in notis ad Marculphum tra-
dit *fiſcos* eo æuo dictos, quòd è rebus fiſci proue-
nirent.

8 Ex † quibus etiam cognoſcimus quòd cum ety-
mon fiſci ignorarent Accurſ. Bart. *num.* 10. Plat.
*num.* 11. & relati à Valenzuel. *hic n.* 45. *& ſeq.* Fulu.
Conſtant. *n.* 12. exiſtimabant fiſcum dictum quaſi
fixum, vel firmum, aut ſtabilem, quòd fiſcus ſit
ſemper ſoluendo & diues. *leg.* 2. *ff. de fundo dotal.*
quam ſententiam agnoſcit etiam Peregr. *de iure fiſci*
*lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 33. & Afflictis *lib.* 2. *feudor. tit. de*
*fratrib. de nouo benefic. num.* 49. & Alfaro *ſup. d. gloſſ.* 6.
*num.* 14. *& gloſſ.* 16. *num.* 126. Inde priuilegium ma-
gnum deducentes vt fiſcus ſemper cenſeatur eſſe
diues, † ita vt non teneatur præſtare fideiuſſionem
9 legis Toleti, vt obſeruant Gironda *de gabell.* 4. *part.*
*in princ. numero* 14. & Ceuall. 3. *p. quæſt.* 822. *num.*
61. & Hermoſill. *in leg.* 53. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 2. *num.* 13.
quod repugnat *leg. vnic. in prin. C. de caduc. toll.* quæ
tractatio, quia ad propoſitum noſtrum non perti-
net, ideò remittimus ab Alfaro relatis, & Bald. *in l.*
1. *infrà de conuen. fiſc. deb. num.* 7. Alex. *in l. ſi. n.* 9. *ff.*
*ſi cert. pet.* Iaſon. *in l. decem. num.* 32. *de V. O.* Panor-
mit. *conſ.* 29. *lib.* 2. Ancharan. *conſ.* 294. *&* 317. Valenz.
*hic num.* 47.

10 Differt † fiſcus ab ærario, cum idem videantur
ſignificare quòd Principis ſit propriè patrimo-
nium, cum ærarium ſit populi Romani, notant
Pyrrh. & Valenzuel. *hic num.* 21. Alfar. *d. gloſſ.* 9. *n.* 4.
Ærarium dictum fuit ab ære, Feſt. & D. Iſidor. *lib.*
16. *Orig. capit.* 17. & in æde Saturni collocatum, vt
docent Alex. ab Alex. 3. *gen. capit.* 2. & *ibi* Tira-
quell. Beroal. *in Sueton. Aug. c.* 29. *&* 36. *& in Claud.*
*cap.* 24. Buleng. *de Imperio Rom. lib.* 3. *cap.* 23. *verſ.*
*plura.* Ræuar. *lib* 4. *var cap.* 4. Demſter. *ad Roſinum*
*lib.* 7. *antiq. cap.* 31. & pecuniæ quæ in eo reconde-
bantur, dicebantur ſacræ & publicæ, vt *in tit. ff.*
*& Cod. l. Iul. pecul.* inde ſacratiſſimum ærarium, *leg.*
2. *C. de quadrien. præſcript. §. fin. Inſt. de vſucap.* & ſa-
crum, apud Symmach. *lib.* 1. *epiſt.* 54. *& lib.* 4. *epiſt.*
37. *& lib.* 10. *epiſt.* 26. Lamprid. *in Alex.* obſeruat
Salmeſius *ad eum in Diadum.* † Nam moris fuit in 11
templis priuatorum pecunias & res cuſtodire, vt
notat Lipſius *ad Tacit. lib.* 1. *annal.* & Dorleans *ibi-*
*dem*, & conſtat *ex l. cùm pater* 77. §. *donationis* 26.
*ff. de legatis* 2. *l.* 4. *in fin. cum ſeq. in fin. ff. famil. Erciſc.*
*leg.* 1. *§. ſi pecunia* 36. *in fin. & l.* 5. *in fin. ff. depoſit.* & ob
id templa ob pecunias depoſitas à ſeruis cuſtodi-
ta, diſco *ex leg. ſeruos* 17. *ff. de aliment. leg. l. ſeruos* 35.
*ff. de liber. cauſ.* † Hanc fiſci & ærarij differentiam 12
notauit Plin. *in Panegyr.* cum ita Traiano dicat:
*At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, quâ ærarium*
*cohibes, imò tantò maiori, quantò plus tibi licere de*
*tuo, quàm de publico credis.* Plura alia loca conge-
runt Ræuard. *dict. cap.* 4. Buleng. *dict. lib.* 3. *cap.* 26.
*in princ.* Dorleans *ad Tacit. lib.* 6. *ann pag.* 521. † Ne- 13
que in libris noſtris deſiderantur Iuriſconſult. re-
ſponſa, in quibus eadem differentia animaduerti-
tur, vt *in leg. pacta conuenta* 72. §. *fin. ff. de contrahend.*
*empt.* (cui non obſtat *leg. apud Iulianum* 4. *alias eſt*
*leg. cum ſeruus* 39. §. *fin. de legat.* 1. vt ad earum expli-
cationem notarunt DD. *in leg. inter ſtipulantem*, §.
*ſacrament. de verb. obl.* Cuiac. *lib.* 10. *q. Papin. in d. l.* 72. §.
Donell. *lib.* 2. *comm. c.* 5. *&* 6. *& lib.* 4. *c.* 2.) *leg. vnic. fin.*
*§. cum autem* 13. *& ſeq. C. de caducis toll. l. Procurator* 7.
*C. de edendo l.* 7. §. *ſi in locis* 10. *ff. hoc tit.* & inſcriptio
*l.* 1. *ff. de bon. damnat.* ibi legimus, Calliſtratus *lib.* 1.
*de iure fiſci & populi*, quaſi dixiſſet, de iure fiſci &
ærarij, vt explicat Ræuar. cui adiungas Lamprid. *in*
*Alexand.* ibi, *leges de iure populi & fiſci moderatas &*
*infinitas ſanxit.*

Verùm † vt hæc clariùs percipiantur, aduerto 14
Auguſtum poſt adeptum principatum, inter alia
quæ commemoro *lib.* 1. *obſeru. c.* 1. ſtatuiſſe vt æra-
rium populi & fiſcus coniungerentur, cum æra-
rium oneribus Reipublicæ non ſufficeret, diuiſis
inter Principem & populum prouinciis, teſte Sue-
ton. *in Aug. cap.* 47. Strabone *lib. vlt.* Dion. *lib.* 53.
*&* 54. vt ad interpretationem *tit. ff. de offic. Procon.*
*& de officio Præſid.* notarunt VVeſemb. *ibi.* Alciat. *in*
*l. ſpecioſus, de V. S.* & alij, quos refert Barboſ. *ſup. nu-*
*mer.* 8. Ex eo tempore ærarium iam non publicum
Imperij commodum, ſed tantum ciuitatis Roma-
næ reſpiciebat, vt colligitur *ex l. inter.* 17. §. *fin. ff.*
*de V. S.* † Poſtea verò ſequentes Imperatores ve- 15
terem morem retinentes, duo æraria conſtitue-
runt, vnum publicum, quod maius vocat Lamprid.
*in Diadumeno.* in quo reponebantur pecuniæ prin-
cipaliter pertinentes ad neceſſitates publicas. Al-
terum verò priuatum, in quo erant pecuniæ ad
Principis vtilitatem ſpectantes, quod ſpeciali no-
mine dicebatur *fiſcus*, vt apertè nos docent Spar-
tian. in Hadrian. *Damnatorum bona in fiſcum priua-*
*tum redigi vetuit omni ſummâ in ærario publico receptâ.*
Tacit. *lib.* 5. *Annal.* ibi, *Bona ærario ablata vt in fiſcum*
*cogerentur*, & Sueton. *in Aug. c. fin.* ſic, *in ærario & fiſ-*
*cus.* congerunt plura alia Buleng. *d. lib.* 3. *c.* 26. Gu-
therrius *de officiis domus Aug. lib.* 3. *cap.* 18. *verſ. æra-*
*rium.* Salmaſ. *in Lamprid. Diadum. pag.* 175. *numer.*
19. & Barboſ. *ſup.* Priuati ærarij fit mentio apud 16
Symmach. *lib.* 4. *epiſt.* 41. Trebellium *in Claud.* *in*
*l.* 1. *iud. de locat. præd. ciuil. l.* 3. *infr. de exactor.* Nouell.
Theodoſ. *de reſcind. vend.* & vtriuſque ærarij *No-*
*uell.* 7. *Valentinian. & Nouell.* 4. *Maiorani, de indulgen.*

reli

*reliquor.l.vn.infr.de quæſtor.* Sed quia admodum ob-
ſcurè ſupradicti Auctores hanc ærariorum diffe-
rentiam explicarunt, vt nullus poſſit disertè quid
ſub eis contineretur cognoſcere. Id clarius perci-
pies ſi aduertas, in ærarium publicum deferri con-
ſueuiſſe aurum & argentum quod ex prouinciarum
tributis cogebatur, & alias publicas ſpecies & ve-
ctigalia. *l.inter publica* 17. *§.fin.de V.S.* vbi Cuiac.
17 † Priuatum verò ærarium comprehendiſſe vniuer-
ſum patrimonium Principis, quod non tanquam
Princeps,ſed tanquam priuatus habebat, veluti agri
qui in variis prouinciis erant, ſaltus, emphyteuti-
ca prædia,coloni, & adſcriptitij greges, armenta &
huiuſmodi alia priuati patrimonij Principis. *l.1. &
tot.infr. de fundis patr.cum ſeqq.tit.* vel quidquid ti-
tulo donationis, hæreditatis, legati, vel caduci ad-
quiſitum eſt. Hoc patrimonium,res priuatæ,& res
dominicæ dicuntur, vt docent Accurſius & Barr.
*n.17.* Cuiac. & reliqui *in præſenti.* Peregrin. *de iure
fiſ.lib.1.tit.1.n.6.* Bulenger. *dict. lib.3.cap.16.& ſeq.*
Pancirol. *ad Notit. Imp. Orient. c.* 87.*& ſeq.* Sal-
maſius *ſuprà* Gutherrius *de officiis domus Aug.lib.3.*
18 *capit.18.ver. ærarium.* † Quod nomen poſteriorum
Imp.æuo fuit mutatum, & pro ærario ſacro, vel
publico *ſacras largitiones* dixerunt,vt dicam,ſi Deus
annuerit, *inferiùs ad tit. de canon. ſacrar. largit.* &
Præfectum huius ærarij, qui ita olim olim nuncu-
pabatur, Comitem ſacrarum largitionum voca-
runt, & ærarium priuatum, & priuatum patri-
monium, res priuatas, & Præfectum Comitem
rerum priuatarum, ita docemur *l.1.& ſeq.C.ne rei
dominicæ.l.1. & fin.infra de locat. præd.ciuil.l.1.infr.de
bon.vacan.l.2.infr.vt dignitat ordo l.2.infr.de muri e-
gul.l.1.& tot C.de officio Comitis ſacr. larg.* vbi Go-
thofr. iuncta inſcriptione *l.9.h.t.* explicant latè
19 Buleng.Pancirol.& Salmaſ. *ſuprà.* † Quæ æraria.
ſeu patrimonia eiſdemmet priuilegiis gaudent,qui-
bus & fiſcus *l fiſcus 6.in fin. D h t. l.2.§. hoc inter-
dictũ.D.ne quid in loco publ.l.1.& 2.C.de offic.Comit.
rer.priuat,iuncta d.l.39.§.fin.de leg 1.* Notant Cuiac.
*in d.l.6.* & ante eum Accurſ. *in rub.infr.de priuil.do-
mus Aug. & in l.princeps.ff.de legib.* Ang. *in §.edicto,
n.1. Inſt.de vſucap.* & Valenzuel. *hic num.34 & 43.
cum ſeq.* Neque admittendum eſt quod Barboſa *ſup.
num.9.* & 10.ex Connano *lib.3.comm cap.15.num.5.*
aſſerebat, pecuniam ſcilicet fiſci ad publicas vtili-
tates, publicam cauſam iudicari, non verò quan-
do fiſcus pro priuato patrimonio accipitur, quia
20 tunc vtitur iure priuati. † Item non minus fal-
ſum eſt quod in Scholis Salmanticen. receptum,
vidimus cum Toletan. *hic num* 4. qui contra Cu-
iac. aſſerebat patrimonium priuatum Principis
non contineri appellatione fiſci. Nam huic tradi-
tioni ſupradicta iura repugnant, & *l. bene à Zeno-
ne. C de quadrien præſc.* cum explicatione à me aſſi-
gnata *lib.1.obſ cap.1. num.89. & l. inter publica* 17.
*§.fin.de verb ſign.* (cui minimè reſpondet Barboſ.
*d.num.10.*) *leg.2. §.hoc interdictum 4.ff.ne quid in loco
publ.l. fin. C.ne rei dominic.* & huiuſmodi patrimo-
nia cõfunduntur *in l fin.C.de vectigal.l.fin infr.de bon.
vacan.l.1.& 2.C.de offic. Comit. rer. priu.* vbi res pri-
uata Principis dicitur fiſcalis. Notat Parlador. *ſup.
in ſeq. diff.111.num.5.* † Idque magis hodie pro-
21 cedet cùm Principes non ſoleant habere æra-
ria diſtincta, ſed omnes redditus ſimul colligan-
tur, vt ipſe Barboſ. agnoſcit *numer.11.* tuncque
certum eſt verti in publicam vtilitatem, & nullam
differentiam poſſe conſtitui, & ita ærarij nomine
deleto fiſci nomen ſupereſt (qui apud nos quoque
dicitur *Camera.*) tradunt Accurſ. Barr. Plat. Re-
buff. & Valenzuel. *hic num.19.& 44.* Peregrin. *de
iure fiſc. d.tit.1. in princip.* Gregor. per illum Text.
*in l.33.tit.13.part.5.* Bobadill. *d.lib.5.cap.6.num.1.*
Alfar. *d. gloſſ.9. num.4.* in quem rediguntur om-
nes prouentus, gabellæ, tributa, vectigalia, quæ in
compendium veniunt Reipublicæ obſeruant Franc.
Lucan. *de fiſco,1.p.numero 6.* Petr. Gregor. *d.lib.31.
cap.31. numer.3.* Parlador. *dict.numer.5.* Cuiac. &
Conſtant. *hic num.* 3. † Qui redditus & prouen- 22
tus ex multiplicibus aliis cauſis prouenire ſolent
in fiſcum, quales ſunt portoria, & pleraque alia
quæ in ingreſſu & egreſſu vrbium & Regnorum
ſoluuntur, & indictiones quæ edicto Principis in-
dicantur, oblationes, donatiua, confiſcationes,bo-
na vacantia, mulctæ, & ſimilia alia, quæ recenſet
*l.1. D. h. t.* & refert Valenzuel. *num.20.* & ab eo
mutuauit Toletan. *hic num.3.* & vltra eos Bobadill.
*d.cap.6. numer.3.* Petr. Gregor. *ſup. numer.14.* Bu-
leng. *d.lib.3. capit.26.* hócque ſignificat Iuuenal.
ſatyr.4.

*Quidquid conſp... ...cumque ex æquore toto,*
*Res fiſci eſt, vbicumque natat.*

Quod † conuenientius de Hiſpaniæ Imperio 23
dici potuit, cum tot gentibus & nationibus de-
uictis ex omnibus Orbis partibus Aſia, Africa,
Europa, & America tot ac tanta ditiſſima & pul-
cherrima tributa pendantur, ita vt cum eo nullum
vnquam Regnum, aut Imperium comparari queat,
vt conſuetá eruditione, & doctriná oſtendit Præ-
ceptor noſter omni laude maior, omni commen-
datione dignus, Domin. Ioannes de Solorza-
no *lib.1.de iure Indiar.cap.16.toto,* maximè *a nume-
ro 44.*

Hinc † conſtat hanc Cameram, ſeu fiſcum non 24
poſſe contingere niſi iure ſuperioritatis, cum fiſ-
calia de Regalibus cenſeantur, vt probant Auiles
*in cap.2.1.p.verb Cameræ,* & plures relati à Boba-
dill. *ſup.num.2.* Peregr. *ſup.tit. 2.num.1.* Petr. Gre-
gor. *d.cap.31.num.10.* Maſtrill. *de Magiſt. lib.3.
c.10. num.2.* & conſequenter ius confiſcandi habe-
re non poſſe niſi Principes,vel ciuitates,qui non re-
cognoſcunt ſuperiorem,vt ſunt S. Pontifex, Impe-
rator, Reges, Reſpublicæ Veneta & Genuenſis,
obſeruant Bald. & alij relati, Valenzuel. *hic numer.*
19. Bobadill. *lit. H.* & iam relati: & ſic hoc ius
non competet inferioribus, niſi priuilegio,aut præ-
ſcriptione muniantur, vt poſt Plateam *in l.1.infr.
de bonis vacan.* probat Garcia *de expenſ. cap.21.nu-
mer.21.* & Maſtrill. *d.cap.10.num.8.* † Quare con- 25
ſuetudine poteſt eſſe receptum, vt Epiſcopus ha-
beat fiſcum, & quòd eiſdemmet gaudeat priuile-
giis, quibus fiſcus regius, Bobadill. *lib 2. cap.
17.numer.196. lit. F.* Peregrin. *ſuprà numero 104.*
Petr.Gregor. *d cap 31.num.7.* Fuluius cum pluribus
*in l. vnic. infr. de pœnis fiſcal.n 47.* & latè Barboſ.*de
Epiſcop.alleg.107.n. 6.& ſeq.* & de dominis vaſſallo-
rum Bobadill. *d lib.3.c.16.num.110.*

Reſtat † nunc illam difficultatem diſcutere, 26
quam omnes Interpretes agnouerunt, quare Tri-
bon.hunc titulum ſubiecerit,cum alius ſit *de priui-
legio fiſci.* In quo articulo mirum eſt quantum
temporis conſumant, vt poſt Accurſ.Barr. *num.* 10.
Bald. Plat. *numero 10.* Rebuff. *numer.6.* docuerunt
Cuiac. ſtatim *in princ.* Valenzuel. *numero* 30 To-
letan. *num.7.& 10.* Schifordegh. *lib.1. ad Anton.
Fab. tract.8.quæſt.8.* Qui aſſerunt in hoc titulo agi
de iure, actione, vtilitate, & de omni remedio &
commodo fiſco competenti, ſiue iure communi,
aut particulari: at in titulo *de priuilegio fiſci* ſolùm
tractari de vnico eius priuilegio quod in prælatione
hypothecæ conſiſtit, & quomodo præferatur cæ-
teris creditoribus. † Differt quoque hic titulus ab

alio infrà *de iure Reipublicæ*, quia ibi Reſpublica ſumitur pro qualibet ciuitate, non pro Romana, cuius ius conſiſtebat tanquam publicum, ita Accurſ. *in l.2.illo tit.* Plat. *hic num.6.* Pichard. *in l.priuilegia,de priuil.cred. in* §.10. *Inſtit. de action. numero* 54. & confert Oſuual. *ad Donell. lib.5. capit.24. lit.A.*

## LEX I.

### *Impp.* SEVERVS *&* ANTONIN. AA. *Attico & Seuero.*

Si prius, quàm fiſci rationibus pater veſter obligaretur, perfectam prædiorum donationem feciſſe fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum geſtum eſt, non reſcinditur.

*SVMMARIVM.*

1 *Commendatur difficultas huius legis & ſubtilitas,& varia lecturæ Doctorum.*
2 *An actum hîc fuerit actione hypothecariâ, & an fiſcus ex contractu habeat tacitam hypothecam? & conuincitur ſententia quæ ita affirmabat*, & n. 3.4.5.6.& 7.
8 *Alia lectura Accurſij de actione in factum proponitur, & reijcitur.*
9 *Oſtenditur actum fuiſſe actione Paulianâ.*
10 *Quare introducta ſit actio Pauliana, &* num.11.
12 *An filiisfamil. facta fuerit in præſenti donatio, vel alicui extraneo,* & num.13.14.
15 *In donatione non habet locum euictio, niſi promiſerit,* & n.16.17. *&* 18.
19 *Donationem à patre factam fuiſſe filiis emancipatis, in ſpecie noſtra probatur,* & n.20.
21 *Perfecta donatio quæ dicitur hodie?* & n.22.
23. l.1. tit.6. lib.5. Recop. *explicatur.*
24 *Quid ſingulare contineat lex noſtra circa probationem donationis in præſenti factæ?*
25 *Fiſcus iure communi vtitur, quando non reperitur priuilegiatus ſpecialiter,* & num.28.
26 *Odioſa ſunt reſtringenda.*
27 *Fiſcus egit hîc tanquam priuatus creditor.*
29 *Proponitur ſolutio Doctorum Salmanticenſium, & reiicitur.*
30 *Quâ ratione cùm filij in præſenti fuerint rei, compellantur ad probationem contra fiſcum, proponitur communis ratio,& reiicitur,*& num.31.& 32.
33 *Adducitur vera ſpecies noſtræ huius legis, & quomodo fiſcus egerit, & filij exceperint, verè aperitur,*& num.34.& 35.
36 *Quando ex parte actoris eſt aliqua præſumptio legis, ea habetur pro fundamento,donec reus probet contrarium,explicaturque* l.3.& 4.tit.7.lib.7.Rec. & l.1.tit.21. lib.9. Recop. *& refertur deciſio Curiæ,*& num.37.& 38.
39 *Quæſtio exagitatur, an ſi in hac ſpecie non conſtet patrem antequam contraheret cum fiſco, donaſſe filiis, quia inſtrumenta non declarant,vtpotè eodem die confecta,an fiſci ius anterius,vel poſterius iudicetur?*& n.40.41.42.43.44 *proponiturque verior reſolutio,* & n.45.46.47.*&* 48.& n.50.
49 *Exornatur & explicatur* l.non puto.D.de iure fiſ. *& de Principibus fiſcum ſuum negligentibus.*
51. l.de rebus 13. C.de donat.ante nupt. *exponitur,* & l.11.tit.10.lib.5.Recop.
52 *Agitur de intellectu* l. poſt contractum D.de donation.
53 *Littera eius quæ ſit verior oſtenditur, & ſpecies,* & num.54.& 55.
56 *An reus capitalis criminis amittat dominium?*
57 *Pœna confiſcationis quando imponitur ipſo iure, an ſtatim perdatur dominium, vel ſit neceſſaria ſententia?* & num.58.59.60.61.62.& 63.
64 *Quid ſi donatio fiat reſeruata facultate diſponendi de certa quantitate commiſſo delicto, an fiſcus præferatur donatario in ea?*

COmmendant † Interpretes hanc legem, & 1
laudant eam de difficultate, ſubtilitate & ſolemnitate, quapropter varias explicationes eius litteræ tradiderunt (quas ipſi vocant *Lecturas.*) Ita colliges ex Odofredo, Platea, Rebuffo, Pyrrho & aliis *hîc.* Alexand. *in leg.1. ff. ſolut. matrimon.* qui valdè laborarunt in exquirendâ actione, quâ in ſpecie huius legis egerit fiſcus contra patrem, qui prædia quædam donauerat in fraudem ipſius fiſci
creditoris. † Prima fuit ſententia Accurſij *hîc,verb.* 2
*Probatus*, quam recipiunt Rebuffus, Nouar. *numero* 1. & relati à Valenzuela *numero* 3. Barboſa *in leg. 1. ff. ſoluto matrim. 2. part. numer.*13. & proſequuntur Lucas ante *num.*1. Platea *num.* 1. *verſ. quod legitime, in præſenti*, & alij frequenter tenent, communitérque, reſcriptum præſens de actione hypothecariâ eſſe accipiendum, quâ fiſcus conuenerit donatarium, qui vt à petitione liberetur, debebit probare donationem factam fuiſſe, antequam de-
bitum fiſcale contraheretur. † Fundamentum huius 3
ſententiæ eſt quòd fiſcus ex contractu habet tacitam hypothecam in omnibus debitoris bonis, *leg. fiſcus* 6. *leg. aufertur* 46. §. *fiſcus. ff. hoc tit. leg.2. C. in quibus cauſ. pig. leg. fin. C. de priuil. fiſci. leg. reſcriptum* 10. *ff. de pactis.* vbi Ant. Faber cum notatis à Couarr. *lib.1.var.cap.*16. Connan. *lib.4.comm.c.*16. *num.2.& c.17.n.7.* Donell. *de pignor.c.5.* Barboſ. *ſuprà num.*12. Peregr. *de iure fiſc.lib.6.tit.6. tot.* Guacin. *de confiſcat. bonor. concluſ.*22. Pichard. *in l. priuilegia, de priuil.cred.n.*72. *in* § 20. *Inſtit. de action.* Eſcobar *de ratiocin.c.39.n.8.& 9.* Gutier. *lib.3.1.p.q.*100. *& lib.5. q.99.&* 100. Fachin. *lib.10.contr.cap.*33. Cuiac. *in pa-
raphraſi ad tit. C. in quibus cauſ. pig.* † Quare dona- 4
tarius tenebitur contra fiſcum hypothecariâ agentem docere donationem ſibi factam ante obligationem fiſci, quod ſi fuerit probatum, abſoluetur à petitione fiſci, quoniam donatio bona fide facta ex ſuperueniente fiſcali contractu non debet reuocari, *argum. leg. ſi inter* 24. *ff. de donat.inter vir. leg ſi Gaudentius* 6. *C. de contrah. empt. l.4. C. de donat. quæ ſub modo*, & ita docuerunt Peguer. *qq.crim.q.*48. & Capiblan. *ſing.*1.

Conuinci † ſolet hæc explicatio ex eo quod fi- 5
ſcus agebat ad reſciſſionem donationis, ad quod non erat ſufficiens hypothecaria actio quæ tantùm eſt in rem perſecutio, *leg. pignoris* 18. *C. de pignorib. leg.pignoris* 17 *ff.eod.§.item Seruiana, Inſtit. de action.* non verò reſcindit factum, nam in ea non quæritur an facta ſit, necne in fraudem alienatio? quæ non poteſt facere deteriorem creditoris conditionem, *leg.debitorem* 15. *L. de pignor.* cùm ſemper tranſeat cum ſua cauſa *leg. diſtractis* 4. *C. de pignor. leg. ſi debitor* 11. *C. de diſtract. pign. leg. res pignoris* 10. *C. de remiſſ. pign.* & ideò cùm fiſcus contenderet hanc donationem factam fuiſſe in fraudem eius qui erat creditor, & ſic reſcindendo, vt ex vltimis noſtræ legis verbis conſtat, non potuit hypothecariâ agere, quæ non habet locum, quando alienata in fraudem creditorum reſcinduntur, *l. quod autem* 6. §.

apud

apud Labeonem leg. ait prætor 10. §. ſi cui 13. leg. cùm in
6 vetus 22. ff. quæ in fraud. cred. † Et verius eſt hy-
pothecariis creditoribus non dari actionem ad re-
ſcindendum quod in fraudem eorum geſtum ſit, vt
probant Ant. Fab. lib. 20. coniect. c. 16. & Schifor-
degh. lib. 1. tract. 8. quæſt. 1. & ſeq. licèt contrarium
tenuerint Oſvval. lib. 23. ad Doneli. capit. 8. lit. M.
Balduin. Mynſing. & Pichard. in §. item ſi quis in frau-
7 dem. 4. Inſtit. de action. numero 14. † Quare cùm de hy-
pothecariâ actum non ſit, eam tractationem omit-
timus, cùm ab hoc loco aliena ſit, etſi Bald. &
alij antiquiores, quos ſequitur Valenzuel. ex nu-
8 mero 3. hic, eam latè proſequantur † Hac omiſsâ le-
cturâ non minus reiicimus aliam, quam ſecundo lo-
co adduxit Accurſ. qui putabat fiſcum in ſpecie no-
ſtrâ egiſſe actione in factum, quæ ad pœnam competit
contra alienantẽ in fraudẽ creditoris: l. fin. §. fi. l. ait præ-
tor 10. §. ſi quis 3. ff. quæ in fraud. cred. l. ignoti 5. C. de reuo-
can. his quæ infr. iuncto Accurſ. verb. dabitur, in d. § 3. Ant.
Fabr. lib. 20 coniect. c. 15. Oſvval. ad Donell. ſup. lit. Z. Cu-
iac. in l. 78. de reg. iur. & lib. 12. obſ. c. 5.

9 Verior † fuit tertia Accurſ. lectura 2. verb. approba-
tus, verſ. vel dic caſum, quam probarunt Bald. num. 11.
verſ. tertio modo. Platea num. 5. Valenzuel. numero 22.
Cuiac. & Gothofred. hîc, actum nempe fuiſſe à fiſco
actione Paulianâ, per quam in fraudem creditorum
alienata reuocantur, reſciſſa traditione, quaſi in bo-
nis debitoris manſiſſet, & ab eo nunquam fuiſſet
alienata, §. item ſi quis in fraudem, Inſt. de action. to-
to tit. ff. quæ in fraud. cred. & C. de reuocan. his quæ in frau.
l. videamus 38. §. in Fauiana ff. de vſur. cum à me adductis
10 lib. 3 obſeru. 1. §. 2. num. 50. † Solebant enim debitores
poſſeſſionem bonorum, aut diſtractionem metuen-
tes, maturè res ſuas alienare in fraudem creditorum,
quod cùm iure validum eſſet, æquum fuit creditori-
bus ſuccurri, ne ex fraude ſuà debitor commodum
conſequeretur; & ita contra donatarium egit fiſcus
Paulianâ, iuxta l. quod autem 6. §. ſimili modo 10. l. omnes
17. § Lucius ff. quæ in fraudem, quaſi in fraudem donatio
facta fuiſſet, leg. in fraudem 45. in princ. D. h. t. ex traditis
à Flores de Mena libro primo q. var. q. 9. tota. Quare do-
natarius tenebitur probare ante fiſcale debitum dona-
tionem præceſſiſſe, quo probato abſolutio ſequetur,
cùm præſentibus tantùm, & non futuris creditoribus
ius reuocandi priùs alienata competat. d. l. ait prætor. §.
ita demum ff. quæ in fraud. l. 4. C. de priuil. fiſci. l. ſi quis 9. §.
ſed in his. C. de bonis præſcript. l. poſt contractum 15. ff. de do-
nat. docent DD. in dicto §. item ſi quis in fraudem, de actio.
11 & Couarr. l. 1. c. 7. n. 7. † Nec fiſcus priuilegium habet
vt præterita bona, quæ antea habebat debitor, proſequi
poſſit, notat Accurſ. hîc, verb. obligaretur. Platea n. 1. & 5.
Bart. n. 6. & 7. & Valenzuel. num. 23.

12 Sed † cùm hanc probemus lecturam, neceſſe erit
videre quibus facta fuerit donatio? Si enim filiis fami-
lias non potuerunt prædia adquiri, cùm pater eis ne-
queat donare, ſiquidem eo ipſo quod donat lex patri
iterum readquirit, l. 1. § 1 ff. pro donato. leg. cùm de bo-
nis 11. Cod. de donat. leg. donationes quas parentes 25. Cod.
de donation. inter leg. 3. tit. 4. part. 5. cum traditis à Do-
nell. lib 9. com. cap. 5. vbi Oſvvald. lit. D. & ſeqq. Ant.
Fabro de error. dec. 40. err. 3. & lib. 7. coniect. cap. 11.
Fachin. & aliis ab Oſvvaldo vbi proximè relatis, Ant.
Gomez. 2. tom. var. cap. 4. num. 25. & ita neceſſaria non
fuit actio Pauliana, cùm ipſo iure contractus nullius
13 eſſet momenti. † Quam difficultatem vt diſſoluant
Accurſ. d. verb. probatus, verſ. & ſecundum. Bart. num. 2.
verſ. item ſcias, arbitrantur prædia in noſtra ſpecie non
filiis, ſed cuidam extraneo fuiſſe donata, aduersùs quem
fiſcus actionem propoſuit, quemque donatoris filij
ſponte defendebant, vel ab eodem donatario requiſiti,
14 † quoniam prædiis per fiſcum euictis, poterat filiis do-
natoris denuntiari, vt mota controuerſia liti aſſiſte-
rent, vel euictionis nomine conuenire l. ſi fundo 53. §.
fin. leg. ſi ideo 55. in fin. l. Herennius 63. ff. de euiction. l. ſi
parentes 20. & ſeq. C. eod. docent Fachin. lib. 2. controu. c.
35. Pet. Greg. lib. 25 ſyntag. cap. 22. Ant. Fab. lib. 2. con-
iect. c. 3. & decad. 6. err. 1. Couarr. lib. 3. var. cap. 17. n. 2.
Ant. Gomez. 2. tom. var. c. 2. n. 39 Gutier. de iuram. con-
firm 1. p. c. 61. Queſada diuerſ. q. iur. c. 10. † Quæ doctri- 15
na etſi in ſe vera ſit, tamen noſtro propoſito non con-
uenit, quoniam in donatione euictio locum non habet,
etſi in totum res donatario euincatur, quia cùm dona-
tio contineat cauſam adquirendi merè lucratiuam, l. 1.
ff. de donat. l. vn. verſ. lucratiuas, infr. de imponen. lucrat. §. ſi
res aliena, Inſt. de legat. & lucratiuæ rei poſſeſſores ab
euictionis actione repellãtur, ne ex liberalitate ſua dã-
num quis patiatur. Paul. lib. 5. ſent. tit. 11. verſ. inuitus. do-
nator, & conſequenter eius hæredes eo nomine mini-
mè tenebuntur, l. 2. C. de euiction. l. ad res donatas 62. ff.
de ædilit. edict. l. Ariſto. 18. § fin. ff. de donat. l. Iulianus 131.
§. fin. d. verb. oblig. obſeruant omnes in d. l. 2. Gomez dict.
c. 2. n. 35. Padilla in leg. ſi profundo. C. de tranſact. Pancor-
uin. lib. ſing. obſeruat. c. 30 Caballin. de euict. §. 4. ex n. 2. &
§. 5 ex n. 82. videndus Guzman. de euiction. q. 25. tot.

Neque † poteſt dici donationem promiſiſſe eui- 16
ctionem, quo caſu & ipſe & hæredes tenentur, d.
l. 2. Cod. de euict. quia non eſt neceſſaria talis ſupple-
tio, cùm longè diuerſa ſit ratio & mens Impp. hîc,
qui non de extranea perſona loquuntur, in quam col-
lata fuit donatio, vt infrà dicemus, † Nec item admit- 17
tenda eſt euaſio eorum, qui dicunt donationem hîc
cœpiſſe à promiſſione & obligatione de donando,
non vero à traditione, quo in caſu cùm propter obli-
gationem perſonalem & actionem iam adquiſitam
donatario interſit rem non euinci, poterit euictione
contingente donatorem conuenire, l. 1. C. de iure do-
tium, notat Accurſ. in d. l. Ariſto, §. ſi quem ſequitur Go-
mez. d. n. 35. & Guzman. de euiction. d. q. 25. d. 19. & ſeq.
& num. 3. † Nam hæc doctrina inueteratus eſt error 18
Interpretum, quem conuincit Pancoru. ſup. d. cap. 30.
pag. 130. qui rectè ſenſit nihil differre an à promiſſio-
ne, vel traditione incipiat donatio, cùm ſemper vigeat
ratio d. l. ad res, vt non debeat ſuæ liberalitatis pœnam
pati donator, nec pro ea repromittere, pro qua nihil ac-
ceperit, quæ liberalitas non conſideratur in dotis da-
tione, in qua euictio locum habet, d. l. 1. C. de iure dot.
quia eſt cauſa onerofa, l. pro oneribus 20. C. de iure dot. l.
vn. verſ. neque enim infr. de imponend. lucrat.

Rectiùs † ergo dices donationem in præſenti pa- 19
trem feciſſe filiis ſuis, non verò collatam in extra-
neos, filióſque tum temporis fuiſſe emancipatos, qui
cùm reputentur extranei, l. 2. ff. ſi à parente quis fuerit
manu. §. emancipatos. Inſt. de exhæred. liberor. ideò ceſſan-
te re adquiſitionis effectu valebit donatio. l. cùm res
22. C. de donat. l. ſi quis, 9. §. 1. C. de bonis præſcript. ibi.
in emancipatos liberos, quam ſantentiam tradit vno ver-
bo Cuiac. hîc verb. probatus, & ratio eſt, quia donatio
facta filiis in poteſtate nullius eſſet momenti, l. cùm de
bonis 11. C. de donat. cum vulgat. docent Ant. Fab. lib. 7.
coniect. cap. 11. Robles, Marta, Petr. Greg. Menoc. & alij
multi apud Hermoſil. in l. 3. tit. 4. p. 5. gloſſ. 1. n. 13. p. 230.
& omnes Tauriſtæ in l. 17. Taur. per quam docent iure
regio hodie permitti donare parentibus filiis in pote-
ſtate. Idem Hermoſill. n. 38. qui omnes adducit † Idque 20
exiſtimo probari illis verbis, perfectam prædiorum dona-
tionẽ, vbi cùm perfecta appelletur, accipienda erit apertè
de filiis emancipatis, cùm nequeat intelligi de filiis in
poteſtate, neque etiam de extraneis, in quam rem ex-
pendo l. cùm de bonis 11. C. de donat. ibi, Deſtinationem ma-
gis paternæ voluntatis factam, quàm perfectam donationem.
Atque ita ea verba de perfecta & valida adquiſitione
donationis erunt intelligenda, non verò de perfectione
obligatiua, quæ tempore noſtræ legis ex ſtipulatione
de donando inducebatur, quamvis iam noua Iuſtinianẽ
conſti

conſtitutione *in l. ſi quis argentum* 35. *§. fi. C. de donatio. l.4. tit.4. part.* 5. ex quacumque declaratione voluntatis donatoris reſultat donatio, vt docent Oſvald. *ad Donell. lib.* 13. *cap.* 22. *lit C.* Ant. Fab. *lib.* 19. *coniect. cap.* 1. *& decad.* 44. *err.* 3. Tomas Sanchez. *lib.* 1. *de*
21 *matrimon. diſputat.* 6. *à num.* 2. † Et licèt hodie ſit perfecta donatio eo ipſo quòd donator dixerit ſe donare, id tamen procedit quoad obligationem, hoc eſt, quoad obligatiuam perfectionem, vt donatori incumbat neceſſitas traditionis, *d.l.* 35. *§. fin. §. aliæ, Inſt. de donat.* non verò quoad perfectionem acquiſitiuam, ſeu dominij tranſlationem, quod ſine traditione non transfertur, *l. quoties* 15. *verſ. cùm et ſi. C. de rei vend. § per tradi-*
22 *tionem, Inſt. de rer. diuiſ.* † Et ita rectè Accurſ. & Bart. *hîc n.*9. aiunt donationem dici perfectam quod ius & irreuocabilitatem, ſimplici conuentione tamen quoad noſtram ſpeciem requiri traditionem, quia antequam res donata tradatur, donans remanet dominus, & ſic poteſt eam obligare; quare ſi medio tempore, quod conſideratur inter donationem & traditionem, donator contraxerit cum fiſco, vel alio qui ex diſpoſitione legis in bonis contrahentis habeat tacitam hypothecam, etiam ad rem donatam pertinebit, cùm ante traditionem à donatore dominium non abſceſſerit, & ſic ſi poſtea eam tradiderit, cum pignoris onere in donatarium transfert, *l. fi. §. Lucius ff. de donatio.* notant relati à Peregrin. *d. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 3. Gutier. *de iurament. confirm.* 3. *p. cap.* 15. *n.* 23. *ver.* 4. Valenzuel. *hîc num.* 34. Atque ita debent probare filij donatoris factam fuiſſe donationem, & traditionem præceſſiſſe fiſci contractum, vt abſoluantur à petitione, obſeruant Accurſ. *hîc verb. perfectam.* Bart. *num.* 6. & Platea
23 *num.* 30. Valenzuel. *vbi proximè.* † qui rectè ex eâ doctrinâ infert interpretationem *ad l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* vbi cùm iubetur manere ſemper reuocabilem factam à parente donationem vtriuſque ſexus liberis in tertia parte bonorum, dum tamen non interceſſerit traditio poſſeſſionis rerum donatarum, intelligatur talem donationem ante interuentum traditionis manere imperfectam adhuc, non ſolùm quoad hoc vt parens poſſit ipſam reuocare ad libitum, ſed etiam quoad effectum, vt poſſit antequam tradat, obligare tales res, & iure hypothecæ ſubmittere etiam inuitis, ſeu ignorantibus liberis, ex *d. l. fin. §. Lucius.*
24 Sed † ſtatim ſeſe offert dubium, an lex noſtra aliquid contineat ſingulare in fauorem fiſci, & in eo verſari multi exiſtimarunt, vt donatarij, etſi rei fuerint. & ſic ad probationem non eſſent cogendi, *l. actor.* 23. *C. de probationib. l.*4. *C. de edendo, l. cogi* 12. *C. de petit. her.* cum adductis à Donell. *lib.* 25. *com. cap.* 1. *& in l. ſiue* 16. *C. de probation.* vbi etiam Gilch. tamen in fauorem fiſci obtinuit, vt ipſi teneantur probare prædiorum donationem fiſci contractum præceſſiſſe, ita Ripa *in leg. ſi debitor numer.* 7. *ff. de pignor.* Bart. & Platea *hîc*, & alij relati à Barboſa *in l.* 1. 2. *p. num.* 13. *ff. ſolut. mat.*
25 Couarr. *lib.* 1. *var. c.* 16. *num ſecundo.* † Quæ tamen ſententia ex eo diſplicet quòd fiſcus iure communi vtatur in caſibus, in quibus non reperitur ſpecialiter priuilegiatus, vt probauimus *libro tertio. capit.* 2. *numer.* 24. & Farinac. 1. *p. fragment. verb. fiſcus, numer.* 50.
26 † Nam priuilegia, vtpotè odioſa, ita debent interpretari, vt minus per ea ius commune lædatur, *leg. ſi quando* 35. *C. de inoffic. teſt. capit. odia* 15. *de reg. iur. lib.* 6. & ob id ab eo intellectu diſceſſit Barboſa *ſup.*
27 *num.* 18. † Neque quidquam facit pro ſuperiori ſententia quòd hîc agatur de priuilegio aliquo fiſci, aliàs enim non rectè collocaretur hæc Lex ſub hoc titulo. Quoniam reſpondeo fiſcum hîc egiſſe tanquam priuatum creditorem, vt probatur illic, *quod circa fraudem creditorum*, cùm dicere teneretur, *quod circa fraudem fiſci*, & quantum interſit vt creditorem fiſcum admitti, eruditè probauit D. Ioannes Larrea *in deciſ. Granatenſi* 35. *num.* 45. *&* 46. † Nec verum eſt affirmare 28
in hoc titulo ſolùm agi de priuilegio fiſci, cùm non ſolùm agatur de priuilegio particulari, ſed etiam de iure communi quod ei competit, vt *in l.* 2. *& fin. infr.* iuncta *l. de rebus* 13. *C. de donat. ante nupt.* vbi idem ſtatuitur iure communi quod hîc Impp. decernunt, facit *leg. ante omnia* 23. *ff. de probat. leg. & quæ nondum* 15.
*§. quod dicitur, ff. de pignor.* † Minus placet alia Bart. 29
& antiquorum hîc ſolutio, quam multi ex DD. Salmanticenſibus receperunt, qui ſupponunt fiſcum probaſſe fundum ad debitorem ſuum pertinuiſſe per confeſſionem donatariorum, inſupérque de die, quo prædia fuerunt obligata, docuiſſe ne aliter in cauſa ſuccumbat. Econtra autem donatarios affirmaſſe eametipſâ die præambulâ horâ antequam ſe obligarent, donationem præceſſiſſe (quod ſufficiens eſt ad prioritatem, *l. inter eos* 27. *l. Seia* 66. *§. virgini ff. de donatio. inter virum*, vt aduertit Platea *hîc n.*4.) cùm fiſcus id negaret. In quâ controuerſiâ in fauorem fiſci pronuntiatur, & donatariis onus probandi adiicitur, quæ explicatio apertè fictitia eſt, cùm minimè poſſit aliquâ particula huius legis corroborari.

Quapropter † in hac difficultate receptius eſt 30
quod Bulgarus exiſtimauit *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim. n.*6. quem ſequitur Barboſ. *ſup. d.* 2. *part num.* 19. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſump* 72. *num.* 7. *verſ. ſecundus caſus*, & totis amplectitur manibus D. Ioan. de Caſtill. *lib.* 5. *controu. c.* 89. *n.* 131. fiſcum ſcilicet egiſſe contra donatarios, qui in hac ſpecie fuerunt rei, ſed eis donationis probationem incumbere ex particulari fiſci priuilegio. Idque conſtat, quoniam regulariter contrarium erat dicendum *ex d. l. de rebus.* Ratio verò qua mouentur Impp. ea eſt, quoniam fiſcus agit de damno vitando, hoc eſt, de debito exigendo à debitore, qui reliqua ſoluere tenebatur; filij verò agebant de lucro captando, id eſt, de donatione, quibus concurrentibus procedit priuilegium fiſci, vt donatariis in hoc caſu incumbat onus probationis (in quam rem expendo *l. quod autem* 6. *§. ſimili modo* 11. *ff. quæ in fraud. cred.* ibi, *cùm lucrum extorqueatur, non damnum infligatur.*) Adiicitúrque reſtringendam hanc noſtram deciſionem ad terminos huius legis ſecundum *ſuprà* traditam rationem, ita vt ſi fiſcus agat ratione alicuius delicti ad bona capeſſenda, tunc non habeat locum noſtra deciſio, vtpotè quia agit de lucro, vt notabimus *in l. vnic. infr. de pœnis fiſc. cred.* Quod idem obtinebit, etiamſi ageret ratione proprij iuris, procedentis tamen à cauſa lucratiua, veluti donatione. Ita ſentiunt Iaſon *in d. l.* 1. *ff. ſolut. matrim. numer.* 37. Neguſant. *de pign.* 4. *memb.* 2. *p. num.* 118. & cum aliis Barboſ. *ſuprà*
† Hæc tamen interpretatio, etſi receptiſſima fue- 31
rit in noſtris ſcholis Salmantic. mihi nunquam placere potuit, ex eo quòd non conueniat literæ noſtræ, vbi nec de damno vitando, nec de lucro captando ſermo eſt, nec item in ea ratione fundatur. Secundò, quia, vt Pariſius *in d. l.* 1. *ſol. matr. num.* 13. conſiderat, donatarij iam agebant de prædiis ſibi quæſitis, quo caſu ſi prædia auferantur, magis dicetur damnum ſentire, quàm lucrum amittere donatarium, vt notant relati à Iaſon. *in leg. reprehendenda, num. fin.*
*Cod. de inſtitut.* † Cui argumento non ſatisfacit Bar- 32
boſa accipiens eam doctrinam, quando lucrum aufertur ex noua cauſa, non verò quando ex eadem, & cum qua à principio ius fuit quæſitum. Nam in noſtro caſu non poteſt eſſe ex eadem cauſa, cùm donatio non interuenerit in fraudem creditorum, quomodo procedit *dict. leg.* 6. *§. ſimili modo.* Tertiò, quia repugnat, quod ſæpius diximus, fiſcum vti iure communi vbi non reperitur priuilegiatus: at hîc priuilegiatum non eſſe, conſtat ex illis verbis, *quod citra fraudem creditorum.* Quartò, quod aliquando rei tenentur intentionẽ probare, vt *in l.* 3. *l. quingenta* 12. *l. quoties* 18.

§. 1.

§.1.l.in exceptionibus 19.in princ.& §§.ſeqq. ff.de proba-
tio.l.1.C.eod. cum adductis à Donell. lib.25.com.cap.2.
Cuiac.in princ.Cod.illo tit.& tamen hoc non fuit ob ali-
quod priuilegium actorum.

33 In hac ergo difficultate, quæ per tot ſæcula in-
terpretes fefellit, ita ego rem aperiendam exiſtimo,
iure nempe communi, & non aliquo priuilegio
fiſci,in noſtra ſpecie filios donatarios ad probationem
teneri, qua doceant rationem fiſcalem donationem
præceſſiſſe. Species ita ponenda eſt. Fiſcus egit con-
tra bona patris debitoris, & prædia illa donata
proſequebatur, tanquam adhuc paterna. Filij non
negabant eſſe paterna, ſed dicebant ab eo ſibi eſſe
donata. Inſtat fiſcus, & allegat in fraudem ſuam ta-
lem donationem factam, atque ita eſſe reſcinden-
dam. Filij excipiunt,dicendo donationem præceſſiſſe
rationem fiſcalem; hanc allegationem à filiis eſſe pro-
34 bandam rectè conſtituunt Impp. † Ratio eſt, quia
in hac ſpecie probare tenentur, eo ipſo quòd ex con-
feſſione filiorum conſtat ea prædia fuiſſe patris, nam
ſi patris aliquando fuerunt, conſequens eſt patris
quoque perpetuò fuiſſe, nam qui ſemel probatur
eſſe dominus præſumitur ſemper fuiſſe, niſi contra-
rium probetur, l. in finalibus 11. ff. fin. regun. quia
quod noſtrum eſt, perpetuò noſtrum manet, niſi fa-
cto noſtro alienauerimus, leg. id quod 11. ff. de reg.
iur. Quemadmodum & qui ſemel poſſedit, adhuc
poſſidere intelligitur.leg.3.§.in admittenda,ff.de adquir.
poſſ.cum adductis à Gilchen.num.2.& fin.Sichar.num.5.
Donell.num.2. & ante eos Accurſ. & reliqui in l. ſiue
35 poſſidetis 16.C.de probat. † Vnde ſi ea prædia apud pa-
trem manſerunt, efficitur ex ratione fiſcali & admini-
ſtratione ſibi eſſe obligata, & ita ex eis poſſe fiſcum
ſuo debito ſatisfacere, cùm pater aliunde non habeat
vnde ſoluat; hoc tamen iam non poteſt euenire, cùm
donatio ſit perfectè celebrata, quæ apertè præſum-
ptionem inducit in fraudem fiſci creditoris factam,
leg. omnes 17.§. Lucius, ff.quæ in fraud. cred. & ſic fun-
data eſt eius intentio aduerſùs donatarios, arg. leg.1.
Cod. de priuil.fiſc. leg.2. Cod. ne vxor pro marito quâ ad-
miſsâ neceſſe eſt vinci eos, niſi probent donationem
36 præceſſiſſe rationem fiſcalem.† Nam quando ex par-
te actoris eſt aliqua præſumptio legis, tunc illa præ-
ſumptio habetur pro fundatâ intentione actoris, do-
nec reus contrarium probet, d.l.1. C. de priuil. fiſc. &
d.leg.2. Cod. ne vxor. Hîc autem fiſcus actor fundatus
eſt ſupradicta præſumptione, vt dominus, qui fuit
dominus, manere præſumatur,not.Gilchen.Sichar.&
Donell. ſuprà laudati. Quapropter cùm in hoc caſu ea
præſumptione vtantur donatarij, vt dicant donatio-
nem præceſſiſſe debitum, iam certum eſt poſſeſſo-
rem & reum in exceptione eſſe actorem, & ſic ad
probationem teneri, dict. leg. in exceptionibus 19. ff de
37 probatione cum aliis adductis, † quam interpretatio-
nem apertè confirmat belliſſimum Impp. reſcriptum
in leg ſiue poſſidetis 16.Cod.de probat.vbi filij emancipa-
ti,qui aduerſùs alios fratres prædia donata ſibi à patre
dicebant,compelluntur in ea controuerſia probare,&
ſi poſſeſſores ſint, à patre ſibi donata eſſe prædia il-
la, quæ deciſio non aliâ ratione fundatur, vt ibi DD.
animaduertunt, licèt nullus eorum noſtræ legis non
meminerit, quod mihi admirationem non leuem
iniecit. Conducitque opinio Bart. in l. ſi priuſquam
15. ff. de noui operis nunt. per text. ibi numer.1. qui
ait, Ille pro actore eſt habendus, & partes actoris ob-
tinet, qui neceſſe habet probare de iure ſuo, quem ſe-
quuntur plures relati à Caſtillo de Tertiis capit.2.
numer.11. & capit.7. numer.9. vnde præſumptio iu-
ris, quæ pro aliquo aſſiſtit, aliquando efficit, vt etſi
aliquis tanquam poſſeſſor conueniatur, actoris partes
habeat, & qui contendit reus intelligatur quâ verâ
ratione fundatur iuſtitia, l.1. tit.21.lib.9. Rec. vbi ſi
Eccleſiaſticus à Fiſcali regio conueniatur ſuper iure
tertiarum, tenetur comparere coram Iudice laïco,
quia tunc intelligitur actor, & non reus, & ita tene-
bitur ſequi forum rei, vt eleganter probat Caſtillo
ſup. numero 25.& cap.7. num. 9. Item ex ea inſpectione
procedit l.3.& 4. tit.7.lib.7. Rec. quatenus probat in
cauſa terminorum ſi populus conqueratur contra Cle-
ricum ſuâ defensâ vel prato, aut terrâ, quam vocant
valdio, fuiſſe ſpoliatum ab eo, tunc hanc litem eſſe
agitandam coram Iudice ſæculari, iuxta dict. leg.4.
Nam cùm populus & Concilium de iure fundet, &
præſumptio contra Clericum ſit, Clericus obtinet
partes actoris, & ad probationem compellitur, in
dict.leg.3.iunctis quæ dico in l.3.infr.de apoch.num.31.
& ſic tanquam actor ſequi debet forum rei, id eſt,
Concilij; vnde non eſt mirum ſi cauſa coram ſæcula-
ri ventiletur, quibus rationibus motus fui in qua-
dam lite terminorum, vbi contra Clericum ageba-
tur, & Iudex Eccleſiaſticus volebat cauſam ad ſe
trahere, vt pronuntiarem eum vim facere, & ita om-
nes Auditores conuenerunt, cum Bobadill. lib.2. po-
lit. cap.18. num.19. & Mieres de maiorat.3.part. q.11.
num.32. eſt in contrarium eſſet Azeued. in d.l.3. tit.7.
lib.7.num.3.& 57. Auendañ. lib.1.cap.4.num.17.cum
Mexia, quem referunt, & Ceuallos 5. tom. de cognit.
per viam viol.2.part.q.128. tota. quod eſt menti tenen-
dum,nam noſtri Regnicolæ de iuſtitia dictarum legum
Toleti nunquam egerunt, † Rurſus expendo leg. gene- 38
raliter 24.§ ſed etſi 8.ff.de fideicomm.libert. vbi quia præ-
ſumptio eſt teſtatorem dare voluiſſe libertatem, ſi eam
petierit ab hærede ſeruus, cogetur hæres, ſi eam
denegat, probare contrarium, quæ præſumptio eſt
teſtatorem dare voluiſſe libertatem, ex d.l.1. C.de pri-
uil.fiſci,quod etiam ita notabo in leg.1.infr. de primipil.
Hanc interpretationem videtur ſenſiſſe Ruinus,Soci-
nus & Alciat. quos laudat ſuprà Barboſ. n.18.& licèt
ipſe ab eâ recedat, motus auctoritate dict. leg. de rebus
Cod. de donat.ante nupt. ei fundamento ſatisfaciam in-
frà, num.51.

Hinc † deſcendit dubij reſolutio, quod ſolent 39
Interpretes hîc attexere, quid ſcilicet dicendum erit,
quando in ſpecie noſtra non conſtitit patrem ante-
quam contraheret cum fiſco, donationem feciſſe, ob
eam rationem quòd licèt quiſque proprium inſtru-
mentum exhibeat, apparere tamen non poteſt, quod
eorum priùs fuerit confectum, quia eamdem diem
ambo habent, in dubio tamen eſt hora, † Pro fiſco 40
faciunt, anteriùs fuiſſe confectum eius inſtrumentum.
Primò, lex noſtra quæ ſecundùm communem ſenten-
tiam in concurſu fiſci & priuati præſumit pro fiſco.
Secundò, quia dos & fiſcus æquiparantur, l.2. Cod. de
priuil.fiſci notat Barboſ.d.2.part.n.16.At dotis inſtru-
mentum, ſi cum priuato concurrat, præferendum eſſe
tradunt poſt Bart. & alios antiquos Ant. Gomez. in
leg.50. Taur. numer.40. verſ. vnum tamen. & Barboſ.
vbi proximè numer.1. & 2. ex l. in ambiguis 70. ff. de
iure dotium, ergo fiſci inſtrumenti prælatio attendi de-
bet, † Rurſus facit lex ſi qui 28. ff. de iure fiſci, vbi ſi 41
fiſcus concurrat cum priuato creditore hypothecario
ad bona communis debitoris, præfertur in re poſteà
adquiſitâ, etiamſi priuatus anterior ſit, † (de cuius 42
legis interpretatione cum leg. fin.in princ.ff. qui potior.
vide Ant.Fab.lib. 2.coniect. cap.10. Forner.lib.2.ſelect.
cap.24. Cuiacium lib. 10. obſer.cap.22.) ergo potiùs in
noſtro caſu præferri debet, † Huic ſententiæ calculum 43
præbet Couar. libro primo var.cap.16.n.7. Peregrin. de
iure fiſc.lib.6.tit.6.n.21.& ſeqq.Menoch.lib.2.præſumpt.
72.num.12.& alij relati à Fachin. lib.10.controuer.c.53.
in printip. Farinac. 1.part.fragment.verb. fiſcus num.146.
Barboſ. dict. 2.part.num.12.& 13. Valenzuel. hîc n.20.
confert Molin.lib.2.de primogen.cap.7.n.5.Matienz.in
l.3.tit.7.gloſ.2.num.ſecundo.

Pro

*§.1.l.in exceptionibus* 19.*in princ.& §§ ſeqq. ff.de proba-*
*tio.l.1.C.eod.* cum adductis à Donell. *lib.25.com.cap.2.*
Cuiac.*in princ.Cod.illo tit.*& tamen hoc non fuit ob ali-
quod priuilegium actorum.
33 In hac ergo difficultate, quæ per tot ſæcula in-
terpretes fefellit, ita ego rem aperiendam exiſtimo,
iure nempe communi, & non aliquo priuilegio
fiſci, in noſtra ſpecie filios donatarios ad probationem
teneri, qua doceant rationem fiſcalem donationem
præceſſiſſe. Species ita ponenda eſt. Fiſcus egit con-
tra bona patris debitoris, & prædia illa donata
proſequebatur, tanquam adhuc paterna. Filij non
negabant eſſe paterna, ſed dicebant ab eo ſibi eſſe
donata. Inſtat fiſcus, & allegat in fraudem ſuam ta-
lem donationem factam, atque ita eſſe reſcinden-
dam. Filij excipiunt, dicendo donationem præceſſiſſe
rationem fiſcalem; hanc allegationem à filiis eſſe pro-
34 bandam rectè conſtituunt Impp. † Ratio eſt, quia
in hac ſpecie probare tenentur, eo ipſo quòd ex con-
feſſione filiorum conſtat ea prædia fuiſſe patris, nam
ſi patris aliquando fuerunt, conſequens eſt patris
quoque perpetuò fuiſſe, nam qui ſemel probatur
eſſe dominus præſumitur ſemper fuiſſe, niſi contra-
rium probetur, *l. in finalibus* 11. *ff. fin. regun.* quia
quod noſtrum eſt, perpetuò noſtrum manet, niſi fa-
cto noſtro alienauerimus, *leg. id quod* 11. *ff. de reg.*
*iur.* Quemadmodum & qui ſemel poſſedit, adhuc
poſſidere intelligitur, *leg.3.§.in admittenda, ff.de adquir.*
*poſſ.* cum adductis à Gilchen. *num.2.& fin.* Sichar. *num.5.*
Donell. *num.2.* & ante eos Accurſ. & reliqui *in l. ſiue*
35 *poſſidetis* 16. *C. de probat.* † Vnde ſi ea prædia apud pa-
trem manſerunt, efficitur ex ratione fiſcali & admini-
ſtratione ſibi eſſe obligata, & ita ex eis poſſe fiſcum
ſuo debito ſatisfacere, cùm pater aliunde non habeat
vnde ſoluat; hoc tamen iam non poteſt euenire, cùm
donatio ſit perfectè celebrata, quæ apertè præſum-
ptionem inducit in fraudem fiſci creditoris factam,
*leg. omnes* 17. *§. Lucius, ff. quæ in fraud. cred.* & ſic fun-
data eſt eius intentio aduersùs donatarios, arg. *leg.1.*
*Cod. de priuil. fiſc. leg.2. Cod. ne vxor pro marito* quâ ad-
miſsâ neceſſe eſt vinci eos, niſi probent donationem
36 præceſſiſſe rationem fiſcalem. † Nam quando ex par-
te actoris eſt aliqua præſumptio legis, tunc illa præ-
ſumptio habetur pro fundatâ intentione actoris, do-
nec reus contrarium probet, *d.l.1. C. de priuil. fiſc. &*
*d. leg.2. Cod. ne vxor.* Hîc autem fiſcus actor fundatus
eſt ſupradicta præſumptione, vt dominus, qui fuit
dominus, manere præſumatur, not. Gilchen. Sichar. &
Donell. *ſuprà* laudati. Quapropter cùm in hoc caſu ea
præſumptione vtantur donatarij, vt dicant donatio-
nem præceſſiſſe debitum, iam certum eſt poſſeſſo-
rem & reum in exceptione eſſe actorem, & ſic ad
probationem teneri, *dict. leg. in exceptionibus* 19. *ff de*
37 *probatione* cum aliis adductis, † quam interpretatio-
nem apertè confirmat belliſſimum Impp. reſcriptum
*in leg ſiue poſſidetis* 16. *Cod. de probat.* vbi filij emancipa-
ti, qui aduersùs alios fratres prædia donata ſibi à patre
dicebant, compelluntur in ea controuerſia probare, &
ſi poſſeſſores ſint, à patre ſibi donata eſſe prædia il-
la, quæ deciſio non aliâ ratione fundatur, vt ibi DD.
animaduertunt, licèt nullus eorum noſtræ legis non
meminerit, quod mihi admirationem non leuem
iniecit. Conducitque opinio Bart. *in l. ſi priuſquam*
15. *ff. de noui operis nunt. per text. ibi numer.1.* qui
ait, *Ille pro actore eſt habendus, & partes actoris ob-*
*tinet, qui neceſſe habet probare de iure ſuo*, quem ſe-
quuntur plures relati à Caſtillo *de Tertiis capit.2.*
*numer.11. & capit.7. numer.9.* vnde præſumptio iu-
ris, quæ pro aliquo aſſiſtit, aliquando efficit, vt etſi
aliquis tanquam poſſeſſor conueniatur, actoris partes
habeat, & qui contendit reus intelligatur quâ verâ
ratione fundatur iuſtitia, *l.1. tit.21. lib.9. Rec.* vbi ſi
Eccleſiaſticus à Fiſcali regio conueniatur ſuper iure
tertiarum, tenetur comparere coram Iudice laice,
quia tunc intelligitur actor, & non reus, & ita tene-
bitur ſequi forum rei, vt eleganter probat Caſtillo
*ſup. numero* 25. *& cap.7. num.9.* Item ex ea inſpectione
procedit *l.3.& 4. tit.7. lib.7. Rec.* quatenus probat in
cauſa terminorum ſi populus conqueratur contra Cle-
ricum ſuà defensâ vel prato, aut terrâ, quam vocant
*valdio*, fuiſſe ſpoliatum ab eo, tunc hanc litem eſſe
agitandam coram Iudice ſæculari, iuxta *dict. leg.4.*
Nam cùm populus & Concilium de iure fundet, &
præſumptio contra Clericum ſit, Clericus obtinet
partes actoris, & ad probationem compellitur, *in*
*dict. leg.3.* iunctis quæ dico *in l.3. infr. de apoch. num.31.*
& ſic tanquam actor ſequi debet forum rei, id eſt,
Concilij; vnde non eſt mirum ſi cauſa coram ſæcula-
ri ventiletur, quibus rationibus motus fui in qua-
dam lite terminorum, vbi contra Clericum ageba-
tur, & Iudex Eccleſiaſticus volebat cauſam ad ſe
trahere, vt pronuntiarem eum vim facere, & ita om-
nes Auditores conuenerunt, cum Bobadill. *lib.2. po-*
*lit. cap.18. num.19.* & Mieres *de maiorat. 3. part. q.11.*
*num.32.* eſt in contrarium eſſet Azeued. *in d.l.3. tit.7.*
*lib.7. num.3.& 57.* Auendañ. *lib.1. cap.4. num.17.* cum
Mexia, quem referunt, & Ceuallos *5. tom. de cognit.*
*per viam viol.2. part. q.128. tota.* quod eſt menti tenen-
dum, nam noſtri Regnicolæ de iuſtitia dictarum legum
Toleti nunquam egerunt, † Rurſus expendo *leg. gene-* 38
*raliter* 24. *§. ſed etſi* 8. *ff. de fideicomm. libert.* vbi quia præ-
ſumptio eſt teſtatorem dare voluiſſe libertatem, ſi eam
petierit ab hærede ſeruus, cogetur hæres, ſi eam
denegat, probare contrarium, quæ præſumptio eſt
teſtatorem dare voluiſſe libertatem, ex *d.l.1. C. de pri-*
*uil. fiſci*, quod etiam ita notabo *in leg.1. infr. de primipil.*
Hanc interpretationem videtur ſenſiſſe Ruinus, Soci-
nus & Alciat. quos laudat *ſuprà* Barboſ. *n.18.* & licèt
ipſe ab eâ recedat, motus auctoritate *dict. leg. de rebus*
*Cod. de donat. ante nupt.* ei fundamento ſatisfaciam *in-*
*frà, num.51.*
Hinc † deſcendit dubij reſolutio, quod ſolent 39
Interpretes hîc attexere, quid ſcilicet dicendum erit,
quando in ſpecie noſtra non conſtitit patrem ante-
quam contraheret cum fiſco, donationem feciſſe, ob
eam rationem quòd licèt quiſque proprium inſtru-
mentum exhibeat, apparere tamen non poteſt, quod
eorum priùs fuerit confectum, quia eamdem diem
ambo habent, in dubio tamen eſt hora, † Pro fiſco 40
faciunt, anteriùs fuiſſe confectum eius inſtrumentum.
*Primò*, lex noſtra quæ ſecundùm communem ſenten-
tiam, in concurſu fiſci & priuati præſumit pro fiſco.
*Secundò*, quia dos & fiſcus æquiparantur, *l.2. Cod. de*
*priuil. fiſci* notat Barboſ. *d.2. part. n.16.* At dotis inſtru-
mentum, ſi cum priuato concurrat, præferendum eſſe
tradunt poſt Bart. & alios antiquos Ant. Gomez. *in*
*leg.50. Taur. numer.40. verſ. vnum tamen.* & Barboſ.
*vbi proximè numer.1. & 2. ex l. in ambiguis* 70. *ff. de*
*iure dotium*, ergo fiſci inſtrumenti prælatio attendi de-
bet, † Rurſus facit *lex ſi qui* 28. *ff. de iure fiſci*, vbi ſi 41
fiſcus concurrat cum priuato creditore hypothecario
ad bona communis debitoris, præfertur in re poſteà
adquiſitâ, etiamſi priuatus anterior ſit, † (de cuius 42
legis interpretatione cum *leg. fin. in princ. ff. qui potior.*
vide Ant. Fab. *lib.2. coniect. cap.10.* Forner. *lib.2. ſelect.*
*cap.24.* Cuiacium *lib.* 0. *obſer. cap.22.*) ergo potiùs in
noſtro caſu præferri debet, † Huic ſententiæ calculum 43
præbet Couar. *libro primo var. cap.16. n.7.* Peregrin. *de*
*iure fiſc. lib.6. tit.6. n.21. & ſeqq.* Menoch. *lib.2. præſumpt.*
72. *num.12.* & alij relati à Fachin. *lib.10. controuer. c.33.*
*in princip.* Farinac. *1. part. fragment. verb. fiſcus num.146.*
Barboſ. *dict.2. part. num.12. & 13.* Valenzuel. *hîc n.20.*
confert Molin. *lib.2. de primogen. cap.7. n.5.* Matienz. *in*
*l.3. tit.7. gloſ.2. num. ſecundo.*

Pro

44 Pro inſtrumento priuati firmarunt Barr. poſt Dy-
num *in leg. non puto* 10. *ff. de iure fiſc.* Alex. *in leg.* 1. *n.* 2.
*ff. ſol. matr.* & relati à Gabriele Sarayna *in addit. ad Ma-
theſilan. ſingul.* 71. Barboſ. *dict.* 2. *part. n. vndecimo ver. ad
complementum.* Farinac. & Fachin. *ſuprà*, ille *n.* 195. hic
*d. cap.* 33. *alias eſt* 34 *verſ. altera eſt.* Ea ratione mori,
quòd cùm partium iura ſunt obſcura, fauendum eſt
potius reo, quàm actori. *leg. inter* 38. *ff. de re iudic. leg.
Arrianus* 46. *ff. de obligat. leg. fauorabiliores* 45 *ff. de
reg. iur.* At in præſenti donatarij erant rei: ergo
pro eis debet præſumi. Deinde expendunt *dict. leg.
non puto* 10. *ff. de iure fiſci*, vbi videtur ſtatui in du-
45 bio eſſe iudicandum contra fiſcum, † Aliis hæ opi-
niones diſplicent, quia rectiùs iudicant arbitrio Iu-
dicis eſſe relinquendum, vt voluit Menoch. *dict.*
46 *præſumpt.* 72. *num.* 17. † Alij nullum priuilegium fiſci
agnoſcunt, neque reo, aut fiſco prærogatiuam præ-
ſtant, ſed aiunt idem eſſe admittendum quod inter duos
priuatos, qui cùm mutuo ſe impediant, propter ni-
miam incertitudinem neuter præualet, *argumento,
leg. ſi fuerit* 10. *ff. de reb. dubiis*, *leg. duo ſunt* 39. *ff. de
teſtament. tutel.* ita poſt Salycet. docuit Barboſ. *ſup.
num.* 16. & in alio eleganti caſu Peregrin. *libro quar-
to de iure fiſc. tit.* 8. *num.* 12. *verſ. mihi verò.* Valenzuel.
*hîc n.* 21. & dicemus nos *in l. vn. infr. de pœnis fiſcali-
bus*, & ita res procedet vt nullum inſtrumentum
præceſſiſſe intelligatur, ſed ambo admittentur pro
parte, vt ſenſit Socin. iun. quem ſequitur Fachin.
*ſup. dict. cap.* 33 *in fin.* & huic ſententiæ videtur fauere
47 *leg. ſi fundus* 16. § *ſi duo ff. de pignorib.* † Et hâc ſenten-
tiâ admiſsâ ſolent ad fundamenta pro prima ſententia
adducta reſpondere. *Primum*, nempè non obſtare,
quia lex noſtra ſecundùm veram, quam retulimus,
interpretationem non anteponit fiſcum, niſi propter
præſumptionem iam aſſignatam, in quo nullum eſt
priuilegium. Neque item *ſecundum de dict. leg. ſecun-
da, Cod. de priuil. fiſc.* quia ibi æquiparatur fiſcus &
dos quoad priuilegium prælationis, non verò quo-
ad præſumendum de prioritate, de quo nos agimus,
in quo fiſcus non æquiparatur doti, ex *d. l. non pu-
to*, cùm tamen dos habeat tale priuilegium, *dict.
leg. in ambiguis. Tertium*, item non obeſſe quòd ex
*dict. leg. ſi qui, de iure fiſci*, deduximus, cùm *ibi* conſta-
ret de bonis poſteà adquiſitis poſt contractum fiſca-
lem, ita vt ſi dubium eſſet, fiſcus nullum haberet pri-
uilegium, & ſic non diceretur præuenire cauſam
48 ſuam. † Ad alterius ſententiæ rationes reſpondent
*d. lege inter pares*, cum ſimilibus, non minus procede-
49 re in fiſco, quàm in priuato, ſi reus ille ſit. † Maio-
rem difficultatem agnoſcunt quod attinet ad *l. non pu-
to, de iure fiſc.* Nam de eius interpretamento egerunt
relati à Menoch. *d. præſum.* 72. *ex num.* 1. Barboſ. *ſup.
num.* 13. & 14. Gutier. *de iuram. confir.* 1. *part. cap.* 16.
*n.* 68. Farinac. 1. *p. fragm. verbo fiſcus n.* 87. & dicam ego
*in l. vn. infr. de pœnis fiſcal. cred. præf.* Sed verius dicen-
dum eſt in ea non ſcribi, in cauſis dubiis contra fiſcum
eſſe iudicandum, id enim abſurdum videbatur, ſed Iu-
dicem non delinquere, ſi in cauſis dubiis contra fiſcum
iudicauerit. Nam cùm olim fiſco tantum apud ma-
los Principes deferri conſueuiſſet, vt non ſolùm in
cauſis dubiis, ſed ferè ſemper fiſcus vinceret, quam
ob cauſam Plinius Traianum commendat quòd fiſcus
nunquam ſuis temporibus vinceret, ſed vinceretur,
*cuius cauſa*, inquit, *mala non eſt, niſi ſub bono Principe*,
quem imitatus eſt Caſſiod. *libro* 1. *epiſt.* 22. dum ait,
*Quapropter ſit interdum cauſa mala fiſci, vt bonus Prin-
ceps eſſe videatur, maiori quippe victoria perdimus, quàm
ſi nobis indebitè victoria ſuffragatur.* conferunt *l. fin. §. fin.
C. de caducis*, & quæ *ibi* cumulant Gothofr. Demſter.
*lib.* 7. *antiquit. Roſin. cap.* 36. Claud. Minoes *ad Alciat.
emblemat.* 146. Petr. Gregor. *lege* 31. *ſyntagm. c.* 31. *n.* 13.
Valenzuel. *hîc n.* 30. & *ſeqq.* & videnda eſt *l.* 14. *tit.* 15.
*p.* 2. quo attento dixit conſules ſe non putare delictum
eſſe, quaſi malè iudicauerit Iudex, ſi in cauſa dubia con-
tra fiſcum iudicauerit, non tamen inde ſequitur contra
fiſcum eſſe iudicandum.

Sed nihilominus, etſi ſupradicti Auctores hanc 50
controuerſiam diremerint, non tamen in noſtra ſpecie
loquuntur, id eſt, quando *fiſci* inſtrumentum con-
currit cum inſtrumento donationis filiorum, & in-
certum eſt quòd fuerit priùs confectum; nam reſo-
lutio *ſuprà* adducta non ſatis hanc rem explicuit. Di-
cendum ergo erit pro fiſco hoc in caſu iudicandum,
quoniam fraudis eſt maxima ſuſpicio contra pa-
trem, in fraudem feciſſe donationem tam coniun-
ctæ perſonæ. *l. data* 27. *C. de donatio. l. pen. §.* 1. *verſ. fa-
ciliórque ſuſpicio. D. de bon. libert.* notat. Bart. *in l. poſt
contractum, num.* 3. *D. de donat.* & relati à Mario Muta
*deciſ.* 49. *num.* 15. Maceraten. *lib.* 3. *var. reſol.* 40. *ex
numer.* 1. & 2. quam ſuſpicionem cùm eneruare non
poſſint filij, quia eodem die confectum inſtrumen-
tum demonſtrant, conſequens eſt vt tanquam in
fraudem factum cenſeatur poſterius, & meritò fiſ-
cus præferatur in re donatâ, & hoc non aliquo pri-
uilegio, ſed iure communi, vt dixi ſuprà *num...* † Ne- 51
que ſupradictæ ſententiæ quidquam aduerſatur quod
Barboſ. *ſup. numer.* 18. exiſtimabat ex *lege de rebus* 13.
*C. de donatio. ante nup.* vbi creditores non obtinent,
niſi probent rem donatam, ſibi antea fuiſſe obliga-
tam, quod in præſenti erat dicendum, niſi priuilegium
fiſci interueniret. Nam reſpondendum exiſtimo ibi
egiſſe hypothecariâ creditores contra vxorem, cui
maritus donauerat rem propter nuptias, & ſic poſ-
ſidebat. Allegabat vxor ſibi ante obligationem fuiſ-
ſe donatam, & ita creditores teneri probare prio-
rem fuiſſe obligationem quia hoc caſu præſumptio
eſt contra ipſos, cùm quælibet res libera præſu-
matur, niſi contrarium probetur. *lege altius* 8. vbi
Accurſ. *verb. prohibetur. C. de ſeruitut.* atque ideò ſem-
per tenebuntur ad probationem. *l. & quæ nondum* 15. §.
*quod dicitur, de pignorib.* Contrarium eſt in caſu, de
quo agimus, vbi non agebatur hypothecariâ, ſed
Paulianâ, vt probauimus *ſuprà nu....* in quo lapſus
eſt Bart. *in d. §. quod dicitur*. & ſic cùm præſumptio
eſſet pro fiſco, tranſtulit onus probationis in filios, vt
diximus *n.* 33. Vnde infertur ad interpretationem *leg.*
11. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* ex donatione omnium bonorum
factâ à debitore fiſci filio Clerico fraudem præſumi, &
teneri carceribus eum debere, donec probet de ſuo iu-
re: de quâ deciſione præter Matienz. & Azeued. *ibi*, vide
Leon. *deciſ.* 9. *n.* 14. *Valent.* cum aliis quæ cumulant re-
lati à Hermoſill. *in lege* 2. *tit.* 4. *pag.* 5. *gloſ.* 6. *tot.* maximè
*n.* 13. & *ſeqq.* vbi de probatione fraudis & ſimulationis.
& ratio redditur *in d. lege.* 11. ibi, *porque el derecho preſu-
me que lo hiço cautelosamente.*

Secundo † ex *ſuprà* iam reſolutis infero interpre- 52
tationem ad celebre Martiani reſponſum *in lege
poſt contractum* 15. *Digeſt. de donatio.* vbi ſecundùm
vulgarem lectionem donationes factæ poſt con-
tractum crimen capitale valent, (*capitale* vocat cui
pœna eſt mors, aut deportario. *lege edicto* 13. *D. de
bonor. poſſ. lege* 2. *in princ. Digeſt. de pœnis. l. licet*
103. *D. de verb. ſign.* docent Cuiac. *tract.* 5. *ad Afri-
can. in eadem l. edicto.* & relati ab Oſvval. *libro* 18. *com.
c.* 10. *lit. E. pag.* 316.) Quia fiſcus in delinquentis bonis
ius cenſetur habere. *l. qui pœna* 8. *D. de manumiſſ. l. quæ-
ſitum* 15. *D. qui & à quib. lege donationes* 31. *§. fin. D. de do-
nat.* ergo lex noſtra ſuperfluè expoſtulat, vt donatio in
filios ante contractum fuiſſet facta, vt ſic contra peti-
tionem fiſci ſe tueri poſſent, cùm ſemper valeret dona-
tio. † Cui difficultati vt ſatisfaciamus, priùs animad- 53
uerto tripliciter illius litteram circumferri, vt *ibi* agno-
ſcunt Gothofred. & Giphanius. Cuiac. *in dicta leg.* 31. *§.
fin. de donat. l.* 2. *Reſp. Papin.* & Oſvval. *ad Don. lib.* 9. *c.* 10.
*lit.*

*tit.* *DD.* poſt Lyclamam *lib.5. membran. eclog.6.* In
vulgatis Codicibus ita legitur, *Poſt contractum capita-
le crimen donationes factæ valent, niſi condemnatio ſecuta
ſit.* in Florentinis, *Donationes factæ non valent, niſi
condemnatio ſecuta ſit.* in Haloandri libris, *Non valent
ſi condemnatio* &c. Interpretes verò modò hanc, modò
illam lectionem amplectuntur, vt videre eſt apud An-
ton. Fab. *lib.7. coniectur. cap.20.* qui Haloandri lectio-
nem ſecutus, quam iam olim agnouerat Odofredus
54 hunc eſſe IC. ſenſum exiſtimat. † Donationem poſt
contractum capitale crimen non tenere ſecutâ con-
demnatione, ita vt valeat ſi non ſequatur. Ratio eſt,
quia aliàs non erat opus conſtitutione Impp. Seueri
& Antonini, ad inducendum, vt valeret donatio quæ
à Domino facta eſſet, cùm certum ſit etiam poſt cri-
men capitale contractum, delinquentem Dominum
manere. *dicta leg. quæſitum.* & ideò ſuccedit regula
iuris, de quâ *in leg. quâ ratione 9. §. hæ quoque res. Di-
geſt. de adquirend. rerum domin. §. per traditionem, Inſtit.
de rerum diuiſ.* Vt verò donationes hæ non valerent,
licèt factæ à Domino conſtitui neceſſe fuit, cùm ſub-
eſſet cauſa ſic conſtituendi, & tamen communis iuris
regulæ reſiſterent, ſicut etiam neceſſaria fuit D. Pij
conſtitutio *in dicta. leg. qui pœna. Digeſt. de manumiſſ.*
ex qua & ex *dict. leg. poſt contractum*, quæ Auctorem
habent Martianum, conſtat *ibi* tractaſſe non quæ do-
nationes valeant, ſed quæ non valeant, nam omnes
55 debent valere quæ non ſunt prohibitæ. † Huius rei
eam putat eſſe rationem, non quòd fiſcus habeat ius
pignoris taciti à die delicti, ſed quòd non ſine ſuſpi-
cione pœnæ factæ videantur poſt contractum crimen.
*dicta leg. qui pœna.* vel cùm futurum proſpiceret. *dict.
leg. quæſitum.* ibi, *Multo prius conſcientia delictorum,
quàm damnatione ius datæ libertatis eum amiſiſſe, lege ſi
aliquis 7. Digeſt. de mortis cauſ. donat. leg. ſi quis poſt hac 9.
C. de bon. proſcript.* ibi, *ea etiam, quæ ab innoxio marito.
& verſ. ſiquidem.* ita vt in ſuſpenſo ſit validitas dona-
tionis quo vſque certum ſit ſequutam eſſe condemna-
tionem, vel ſequi ampliùs non poſſe defuncto delin-
56 quente. † Quæ tamen ſententia multis diſplicuit,
quoniam reus capitalis criminis non amittit domi-
nium, neque adminiſtrationem rerum ſuarum. *lege
aufertur 46. §. in reatu. D. de iure fiſci. leg. ex indicio-
rum 20. Digeſt. de accuſat.* atque ita poterit rectè do-
nare, & donec non reuocetur, tenebit etiam in frau-
dem fiſci facta. *lege in fraudem 45. in princ. Digeſt. hoc
titulo.* Nam verum eſt quòd ſi poſt contractum cri-
men donationes factæ ſecutâ damnatione nullæ iudi-
carentur in effectu, reo interdicebatur rerũ ſuarum ad-
miniſtratio, & conſequenter commercium, cùm nul-
lus eſſet qui metu eiuſdem periculi cum eo vellet
contrahere, *argum. leg. aut prætor 7.* alias eſt *lege etſi
ſine 8. §. quæſitum Digeſtis de minorib.* quam ob cauſam
procedit *leg. reo 41. ff. de ſolutionibus.*
57 Quare † verius dicendum exiſtimo pœnam confi-
ſcationis bonorum aliquando imponi ipſo iure, ita vt
in fiſcum bona transferantur ſtatim ac quis deliquit,
etſi ſententia non ſequatur, vt *in leg. commiſſa 14. D.
de publican. leg. Imperator 43. D. h. t. auth. inceſtas. C.
de inceſtis nupt. leg. fin. D. ad l. Iul. maieſt.* cum adductis
*in l. fin. infr.* in quibus fiſco datur rei vindicatio, quæ
non niſi Domino competit. *leg. in rem. 25. D. de rei
58 vind. cum vulg.* † Sic hæreticus ipſo iure amittit do-
minium, & in fiſcum tranſit. *cap. cùm ſecundùm, de
hæreticis libro 6.* cui adde Caballum *var. caſ. 295. leg. 4.
tit. 2. p. 7.* docent Bart. *in dicta l. poſt contractum, n. 12.*
Grego. *in d. leg. part. verb. non debe.* Couar. *in 4. 2. part.
cap. 6. §. 8. num. 8. & 9.* Gom. *3. tom. var. cap. 2. num. 3.*
Peregrin. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. numer. 16.* Barboſ. *in
leg. diuortio. §. ſi vir, num. 44. & ſeqq.* Maſtrill. *de indult.
cap. 22. num. 13.* Caſtillo *libro 6. contr. cap. 137. num. 31.*
Barboſa *ad ll. Portug. lib. 5. tit. 6. §. 10. num. 4.* & Her-
moſill. *in leg. 2. tit. 4. part. 5. gloſſ. 1 & 2. ex numer. 2.
& gloſ. 6. tota.* Surd. *deciſ. 116.* Gutierr. *lib. 2. can. q. 5.
tot.* & maximè *numer. 14.* & alij, quos congerit San-
chez *libro 2. Moral. cap. 22. numer. 2. ver. tandem.* † Eo- 59
dem modo Sodomita *in leg. 1. tit. 21. lib. 8. Recop.* iun-
ctis relatis à Farinac. *quæſt. 148. num. 14.* & nobis di-
ctis *in leg. vnic. infr. pœn. fiſcal.* † Alij etiam Auctores 60
addunt crimen maieſtatis, nam tales rei bonorum ad-
miniſtrationem amiſerunt à die criminis, ita vt alie-
nare nullo modo poſſint, ſed ad fiſcũ res deuoluitur.
*dicta lege 4. part.* ita Decian. *lib. 7. crim. cap. 4. num. 38.*
Farinac. *4. part. quæſt. 116. n. 13.* Boſſius *in praxi crim.
de crimine læſæ maieſt. n. 63.* Boër. *deciſ. 1277. num. 18.*
Menoch. *conſ. 99. n. 160. & ſeq.* Burſat. *conſ. 7. n. 30. & 31.
& conſ. 4. num. 3.* Surd. *deciſ. 247. num. 1.* † Quod in- 61
telligendum eſſe rectè aſſerunt, vt ſecundùm quid
perdatur dominium à delinquente ſub conditione,
nempe ſi feratur ſentẽtia, & ſic ſecundùm quid domi-
nium fiſcus adquirit, cùm ſæpè Dominus dicatur qui
habet ius ad rem. *leg. rem 52. ff. de adquir. rer. dom. leg.
is qui actionem 15. ff. de reg. iur.* notat Molin. *de iuſt.
& iur. tom. 1. tract. diſp. 95. verſ. dubium verò eſt.* † Et ita 62
*in dicta leg. Imperator,* in fiſcum dominium tranſire di-
citur, vt competat rei vindicatio, ſecutâ nempe con-
demnatione, tunc enim ad eas recuperandas compe-
tit, non antea. *leg. ex facto 43. §. Iulius, de vulgari,* cum
traditis à me *libro 5. obſer. cap. 2. ex num. 85.* & Cuiac.
*in dicta leg. Imperator.* Quo modo procedit *dicta leg.
fin. ff. ad leg. Iul. maieſt. & dicta cap. cum ſecundum.* con-
ferunt tradita à Giurb. *conſ. 65. n. 53. & ſeq.* & quæ di-
co *in leg. iudices, infr. de dignitat.* & ita neceſſe non erit
vt ſententia ſit condemnatoria, ſed declaratoria deli-
cti. *dicta c. cùm ſecundùm.* & de hac re pleniùs erunt
conſulendi Farinac. *dicta quæſt. 116. n. 17. & quæſt. 164.*
Peregrin. *de iure fiſ. lib. 4. tit. 5. num. 8.* Sanchez, & Gu-
tier. *ſup. num. 14. & ſeq.* Surd. *de alim. tit. quæſt. 32.* Man-
tic. *de tacit. & amb. lib. 13. tit. 39. tot.* Ceuallos q. 687.
& alij iam relati à Hermoſil. *dicta gloſſ. 1. ex num. 2. &
gloſ. 6. tot. ſuprà,* & à nobis *in l. fin. infr. h. t.* † Hinc eſt 63
quòd ſi ipſo iure donationes factæ annullarentur, non
erat neceſſaria cõſtitutio Impp. Seueri & Antonini in
crimine maieſtatis, vt docemur *in l. fin. C. ad leg. Iul.
maieſt.* & in crimine repetundarum *in lege ex indicio-
rum 20. ff. de accuſat.* in quibus apertè loquitur *dicta l.
poſt contractum.* nam *ibi* fit mentio conſtitutionis Impp.
Seueri & Antonini, quâ introductum erat, vt in his
criminibus læſæ maieſtatis & repetundarum, ſecuta
condemnatione à tempore delicti, donationes factæ
non valeant, quia etſi dominium rerum ſuarum reus
adhuc retineat, ſecuta tamen condemnatione retrofin-
gitur dominium non fuiſſe à tempore delicti, & quo-
dammodo amiſiſſe dominium ex tunc ille videtur, *di-
cta l. fin. C. ad legem Iul. maieſt. dicta l. donationes 31. §. fin.
de donat. dict. l. ex iudiciorum.* ita ſentire videtur Bart.
*in d. l. commiſſa, & in dicta l. poſt contractum,* vbi etiam
Caſtrenſ. Peregr. *de iure fiſc. d. lib. 5. tit. 1. n. 167.* Cuiac.
*d. lib. 12. Reſp. Pap. in dicta leg. 31. §. fin.* In aliis verò
criminibus donationes factæ à delinquente valent
cũ effectu, niſi fraus à fiſco probetur, quia tunc reuo-
cabuntur. *§. item ſi quis in fraudem. Inſt. de action.* Ma-
ceraten. *dict. lib. 3. var. reſol. 40. numer. 2.* Giurb. *dict.
con. 54. n. 20.* & Caſtillo *ſuprà, & tom. 5. cap. 112. n. 43.*
vbi de ea quæſtione an reus criminis ante ſententiam
condemnatoriam poſſit repudiare legatum? & in
aliis ſimilibus quæſtionibus, Gutier. *lib. 2 canonic. quæ-
ſtione 5. num. 63.* Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 32. à num. 6.
& ſequent.* Dom. Præſes Valenzuel. *tom. 2. conſil. cen-
teſimo vigeſimo octauo numero trigeſimo ſecunda* niſi li-
bertas eſſet quæ in fraudem fiſci non valet ipſo iu-
re. *dicta lege qui pœnæ.* quoniam ſi ſemel compete-
ret, non poſſet reſcindi. *lege initi. 9. D. de manumiſ.
vind.*

64 His addi poteſt alia non diſſimilis inſpectio, an ſi
donatio fiat à patre de omnibus bonis & futuris, re-
ſeruatâ ſibi facultate de certâ quantit te diſponendi,
ſi fiſcus contra eum agat commiſſo delicto, in illa
quantitate pręferendus ſit donatario, vel an ipſi accre-
ſcat excluſo fiſco? Hanc quæſtionem pro vnâ & alterâ
parte tractauit Marius Muta *deciſ.49.* qui contra fi-
ſcum deciſum fuiſſe teſtatur, cui etiam ego aſſentior,
quoniam donans omnia ſua bona conferens in dona-
tarium, nulla bona verè & realiter ſibi retinuit, ſed
tantùm ius diſponendi: facultas autem & illa reſerua-
tio non præſtat dominium, neque retinet, imò omne
illud quantum ad partem reſeruatam iam eſt tranſla-
tum, licèt ſub conditione, *ſi non diſpoſuero.* quæ ſi non
fuerit adimpleta, neque diſponat, donatarij iam à
tempore donationis effecta videtur, *argum. leg. ſi tibi
homo 86. §. cùm ſeruus D. de legat. 1.* ibi, *ſi non repulerit
ex die aditæ hæreditatis, eius fuiſſe intelligitur.* facit etiam
optimè *l. quædam 16. D. de reb. dubiis l. 1. §. vtrùm D. ſi
quid in fraud. patr.* vbi dicitur quòd ſi res eſt dubia, cui
competat dominium, ſcilicet ex pòſt facto retroduci-
tur, & apparet quid actum ſit, veluti ſi res ſit legata,
& deliberante legatario hæres alij tradiderit, ſi volue-
rit legatarius legatum habere, traditio nulla eſt; ſi verò
repudiat, valet, ita eodem modo ſi donans diſponit de
re reſeruatâ, nunquam donatarij fuiſſe videtur; ſi verò
non diſponit, eius ſemper fuiſſe intelligitur, ita vt fi-
ſcus nunquam talem rem poſſit præoccupare: neque
item confiſcare diſponendi facultatem, quæ eſt per-
ſonaliſſima, & pœna non amittitur. *leg. cùm pater 77.
§. hæreditatem, de legat. 2. leg. ex facto 17. §. ſi quis rogatus
el. 2. ff. ad Trebell.* Hæc addere libuit fundamentis Mutę,
qui ea omiſerit; cætera apud ipſum relinquo.

## LEX II.

### *Imp.* GORDIANVS A. *Serenio.*

**Inſtar rei iudicatæ obtinere minimè poteſt computatio à tabulariis facta, niſi ſententia Procuratoris fuerit comprobata.**

*SVMMARIVM.*

1. *Quare hæc lex apponatur ſub hoc titulo?* & num. 9.
2. *Tabulariorum munus quod?*
3. *De officio Procuratoris Cæſaris.*
4. *Quo tempore fuerit inſtitutum hoc officium, & auctum?*
5. *Procuratores Cæſaris aliquando vicē Præſidis agebant.*
6. *Quomodo intelligendum ſit Præſidum loco fungi Procuratores? contra Cuiac. & Lipſ.* & num. 7.
8. *Procuratores Rationales & Catholici dicti.*
10. *Hypotheſis noſtræ legis proponitur, confirmatur iuribus & DD.*
11. *Ratio eius.*
12. *Tabularij, ſeu calculatores admittuntur vt teſtes &* num. 14. 25. 34. & ſeqq. *& de eorum fide multa* num. ſeqq. *& an ſit exequenda declaratio peritorum?* num. 15.
13. *Quando incidit actus de quo Iudex non eſt inſtructus, periti adhibentur.*
16. *Quando monetur lis ſuper aliqua re, in qua neceſſarij ſunt periti, quot adhibeantur?*
17. *In ore duorum, vel tr ũm teſtimonium debet eſſe.*
18. *Agitur de intellectu l. 3.* C. fin. reg. cap. quia indicante, de præ crip. & l. Theopompus, de dot. præleg. *&* n. 19. & 22.
20. *Quando non adeſt copia peritorum in arte, vnus an ſufficiat, refertur, & reprobatur,* & n. 21.
23. L. fin. infr. de ponderator. *explicatur.* & auth. de non alien. §. quod autem, *&* n. 24.
29. *Explicatur* c. qui indicante, de præſcrip.
30. *Quare admiſſa fuerit in præſenti ſententia Procuratoris Cæſ. in quo dubio variæ difficultates proponuntur, & multa iura explicantur circa auctoritatem & poteſtatem calculatorum,* & n. 31. & ſeqq.
38. *Explicatur* l. à diuo Pio, de re iud. & l. 2 C. de vſur. & fruct. *& qui ſint Iudices dati & arbitri,* & n. 39. & 40. *vbi* de l. 1 C. de pedan. iudicibus.
41. *Refertur caſus in quo calculatores habent aliqualem iuriſdictionem,* & n. 42.
43. *De computatione erronea ad interpretationem* l. calculi D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. l. 1. §. 1. D. quæ ſententiæ. & n. 44. & 48. *& de errore rationum ſententia confirmatur,* n. 45. 46. & 47.
49. *Quando præſumatur error interueniſſe, vt annulletur actus?*
50. *Tranſactio an retractetur prætextu erroris calculi?* & n. 51. 52.
53. *An retractetur calculatio ob modicum errorem,* & num. 54. *vbi de* l. quamuis 32. de cond. & dem. *&* n. 55. & ſeq.
57. *An emphyteuta qui minus ſoluit per errorem, cadat à iure ſuo?*
58. *Expenditur* l. 1. tit. 15. lib. 5. Recop. *& an loquatur in cenſu irredimibili?*
59. *Intra quod tempus retractari poſſit error calculi? vbi de interpr.* l. calculi. D. de admin. ret. ad ciuit. l. in omnibus, de diuerſ. & temp. & n. 60. 61. & ſeqq.
67. *Reiicitur Cuiacij emendatio ad* d. l. calculi.
68. *De interpretatione* l. Præſes 12. C. de tranſact.
69. *De praxi computationum, remiſſiuè.*

ANTEQVAM huius loci aggrediamur tracta- 1
tionem, tanquam neceſſaria duo erunt
aperienda. *Primum,* qui ſint huiuſmodi ta-
bularij? *Secundum,* quis Procurator qui
ſententiâ ſuâ poteſt calculationem confirmare? ita
enim ſciemus quâ ratione hæc lex ſub titulo hoc ſit
appoſita, quæ magis ad priuatorum, quàm ad fiſci
cauſas videtur pertinere, vt agnouit hìc Accurſ. *gloſ.
fin. in fin.* Bart. *n. 9.* Rebuff. *n. 3.* † Tabulariorum er- 2
go officium erat calculare rerum fiſcalium & priua-
torum rationes, ad eorum enim examen pertinebat
eaſdem conficere, examinare cum debitoribus fiſcali-
bus, & eas in publicum ærarium inferre. Horum mi-
niſterio breues debitorum conficiebantur, qui ducen-
nariis ſolebant præſtari, de quibus dicemus *in l. 1. infr.
de exact. trib.* inde nomē ſortiti quòd cenſuales tabulas
retinerēt, & conficerent ipſa inſtrumenta tributorum
& cenſuum exſoluendorum, originalia nempe, & fi-
dem facientia *d. l. miſſi 6. de exact. tribut. leg. 2. infr. de
conuenien. fiſ. deb. l. duos 13. infr. de ſuſceptor. l. 1. infr. de
immun. nemini conced. l. 4. infr. de Numerar. l. 1. infr. de cenſ.
l. 1. infr. de apochis. l. fin. D. ſi menſor. falsũ mod.* notant Va-
lenzuel. *hìc, ex num. 1. & 4.* Briſſon. Schard. & reliqui
*verbo Tabularius.* Cuiac. *in d. l. duos.* Pancirol. *in not.
Imp. Orient. c. 7.* P. Gregor. *lib. 18. ſyntag. c. 8. n. 3.* Ioan.
Sauaro *ad Sidon. lib. 5. epiſt. 7. verbo ſalaria tabularijs.*
Bulenger. *lib. 4. de Imper. Rom. c. 7.* Iuret. *ad Symmach.
lib. 9. epiſt. 10. verb. liberum eſt* Gothofred. *in d. leg. miſſi.*
hodie apud nos dicuntur *Contadores.*

Fit ſecundo loco mentio Procuratoris. Hic fuit 3
Procurator Cæſaris, qui inter fiſcum & priuatos ius
dicebat, & rationes omnium redditunm & vectiga-
lium quę ad Cæſarem ſpectarent, procurare diligenter
cum facultate definiendi, tributa & omnes redditus
colligere, aliaque quæ ad fiſcum & patrimonium
Principis pertinebant, diſponere, ad eius curam ſpe-
ctabat. *leg. Procurator. 7. C. de edendo. leg. 1. & 2.
cum alijs C. vbi cauſæ fiſcal. leg. 1. & 3. infr. de fide & iure*

*haſtæ*

*haſtæ l.* 1. *C. de iuriſd. om. iud.* Dio *lib.* 53. Pomponens
4 Lætus *de Magiſt. Rom. cap.* 25. † Hîc eius officium
Auguſti temporibus inſtitutum fuiſſe ex Strabone di-
dicimus *libro fin.* & cùm nullam iuriſdictionem ſub
Claudio magnopere eius creuit auctoritas, à quo iu-
dicandi poteſtatem videtur accepiſſe, vt demonſtrat
Sueton, *in Claud. cap.* 12. nam vt rata eſſent quæ Pro-
curatores ſui in iudicando ſtatuerent, precariò exigit:
idque etiam confirmat Tacitus *lib.* 12. *ann.* dum ait,
*Eodem anno ſæpius audita vox Principis parem vim rerum
habendam à Procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſta-
tuiſſet.* & ita neſcio quomodo excuſari poſſit incuria
Spartiani, qui ſub Seuero ait procurationem rei priua-
tæ primùm inſtitutam, quod etiam notauit Salmaſius
5 *ibidem.* † Supradicta de his Procuratoribus intellige
qui tantùm patrimonium Principis procurabant:
nam alij vice Præſidum fungebantur. *l. qui mittuntur*
35. §. *item* 2. *D. ex quibus cauſ. maior. l.* 1. *C. de pedan.
iudicib. l.* 3. *C. vbi cauſæ fiſcal. l.* 4. *C. ad l. Fabiam. leg.* 2.
*C. de pœnis.* ob idque cùm iuriſdictionem haberent tan-
quam Præſides de capite ſententiam ſolebant dicere.
& ita Pontius Pilatus cùm eſſet Iudææ Procurator,
vt conſtat D. Lucæ *cap.* 3. *in princ.* ſententiam tulit
de capite noſtri capitis Ieſu Seruatoris: ita docet
Cuiac. *in l.* 5. *in fin. D. de iure fiſci* & Iuſt. Lipſ. *ad
Tacit. lib.* 11. *annal. pag. mih.* 307. *& ſeq.* cuius ſcripta,
eo non relato (vt ſolent exſcribere Auctores) tranſcri-
6 pſit Bulenger. *lib.* 3. *de Imp. Rom. cap.* 19. † Sed hi
non ſatis rem hanc explicarunt, dum non ſeparant
huiuſmodi Procuratores ab iis, qui in fiſci cauſis ver-
ſabantur, quibus tempore Tiberij, qui fuit ante Clau-
dium, nulla erat iuriſdictio, vt probauimus, & ſic Pi-
latus qui ſub Tiberio ſententiam illam nefandam tu-
lit, non poterat, ſi tantùm erat Procurator Cæſaris,
cognitionem habere, imò Præſidem fuiſſe tempore
quo Dominus Ieſus noſter paſſus eſt, conſtat ex ſa-
cro ſancto Euangelio Matthæi *cap.* 27. vbi Pilatum
Præſidem vocat. Vnde neſcio quo malo caninæ hæ-
reſis genio Gaſpar. Barthius *lib.* 7. *aduerſar. cap.* 2. ait
Chriſtianos Chronologos incurioſitate quapiam
Præſidem Pilatum appellare, qui cùm neſciret quæ
*ſuprà* diximus, ex ſuo cerebro multa *ibi* adducit.
7 † Quare dices Procuratores qui vice Præſidum erant,
non res fiſcales, ſed Prouincias regere conſueuiſſe, dif-
ferreque ſolùm à Præſidibus, vel Proconſulibus no-
mine tantùm, vel honorifico illo titulo, *leg. ex con-
ſenſu* 23. §. 1. *D. de appellat.* iunctis quę *ibi* tradit Cuiac.
*lib.* 19. *Reſp. Pap. & lib.* 19. *obſ.* 13. & Robert. *lib.* 1. *ani-
mad. cap.* 21. Guterr. *lib.* 3. *de offic. dom. Auguſt. ca-*
8 *pite* 34. † Procuratores verò Cæſaris (de quibus no-
ſter eſt ſermo) regulariter, vt ita dicam, res fiſcales
tantùm procurabant, qui etiam Rationales ſunt dicti,
& Catholici. *tit. de officio Procurat. Cæſar. vel Rationa-
lis l.* 3. *infr. tit. proximo l. ad fiſcum* 5. *C. vbi cauſæ fiſcal.
leg. patris* 28. *C. Theod. de appell.* ibi, *Si à Rationali, vel
alio, qui curam fiſcalis commodi gerit, fiſcale debitum po-
ſtulante,* cui coniunge *l. quoniam* 14. *iuncta epigraphe, &
leg. fin. C. Th. eod.* Capitolin. in Gordianis. *Cum qui-
dam Rationalis acriùs ſæuiret, & ſibi vltra procurationem
omnia vindicans.* de his erunt accipienda plurima iuris
loca, præcipuè *l. non licet* 46. *D. de contrah. empt. leg. ne
quidquam* 9. *in princ. ff. de offi. Proconſ.* vt dicam *in l.* 1.
*inf. de iure haſt. fiſc. & in l.* 3. *de bon vac.* & erunt con-
ſulendi Cuia. *in d. l.* 5. *de iure fiſci.* P. Gregor. *lib.* 49. *ſyn-
tag. c.* 7. *tot.* Duaren. Vueſemb. & Ant. Fab. *in tit. de
offi. Procur. Cæſ.* Polletus *lib.* 5. *hiſt. fori Rom. cap.* 17.
Briſſon. *lib.* 3. *antiq. cap.* 18. Leuin. Torrent. *ad Sueton.
ſupr.* Oſvval. *ad Donell. lib.* 17. *com. cap.* 7. *lit. BB. &
cap.* 9. *lit. P. & cap.* 10. *lit. A.* Dorleans *ad Tacit. lib.* 4.
*annal. pag.* 454. Iuſt. Lypſius *ſupr.* Pancirol. *ad Not.
Imp. Orient. cap.* 74. *in medio.* Buleng. *d. lib.* 3. *c.* 19. *&
ſeq.* Guterrius *de officiis domus Auguſt. lib.* 3. *c.* 33. *&* 34.

Farinac. 1. *tom. fragm. verb. fiſcus n.* 180. † Ex quibus 9
iam conſtat computationem, de qua in præſenti, inter
fiſcum & priuatos interueniſſe, nam ſi de re fiſcali non
ageretur, Procurator cognoſcere nequiret. *leg.* 2. *C. ſi
aduerſùs fiſc. l. pen. C. ſi mancipia fuer. alie. verſ. quo igitur
l.* 1. *C. de iuriſdict. om. iud.* iuncto Accurſ. *ibi verb. perſonas*
& hæc circa litteram & collocationem huius legis
ſufficiant: nunc autem ad deciſionem aperiendam ac-
cedamus. 10

Proponit Gordianus vtilem in materia computa-
tionum regulam, vt computatio à tabulariis facta ſen-
tentiæ vim non habeat, niſi Iudicis ſententia confir-
metur; idem ſtatuitur *in l.* 1. *infr. de apoch. publ.* facit
*l. in omnibus* 13. §. *Republicæ. de diuerſ. & temp. præſcript.
l. calculi* 9. *D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. lege vn. C.
de errore calculi.* vbi dicitur computationem non ap-
probatam poſſe intra certa tempora retractari, quod
non procederet ſi ſententia Iudicis fuiſſet confirma-
ta, quoniam res iudicata inſtaurare non ſinit quæ iam
finita ſunt. *l.* 4. *& ſeq. C. de re iudicat. leg.* 21. *tit.* 6. *lib.* 3.
*l.* 24. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* explicant hanc materiam præ-
ter DD. hîc Azeued. *in d. leg.* 24. Auiles *in cap.* 30. *Præt.
verb. faga pagar. num.* 5. Auendañ. *de exequen. mand.* 2.
*part. cap.* 10. *n.* 17. alios referens Parlador. *lib.* 2. *quotid.
c. fin.* 1. *parte* §. 6. *toto.* Gut. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 37. Eſco-
bar. *de Ratiociniis cap.* 31. *toto.* † Ratio non eſt in 11
difficili, quia cùm hi tabularij iuriſdictionem ali-
quam non habeant, neque ipſi poſſint debitores com-
pellere ad debitum ſoluendum, ſed deferre eos Pro-
curatori Cæſaris, vt compellantur ſoluere, non eſt
mirum ſi eorum computatio rei iudicatæ inſtar non
obtineat, niſi ab eo, qui iuriſdictionem habeat, fuerit
quod actum eſt confirmatum. † Non enim huiuſmo- 12
di calculatores admittuntur tanquam Iudices, ſed tan-
quam teſtes, imò plerumque erant ſerui, *leg.* 3. *infr. de
tabular.* dixi *in l. vniuerſos, infr. de decurio.* † & vbi ali- 13
quis actus in iudicio incidit, in quo Iudex inſtructus
non eſt, tunc ad peritos in illo recurrendum eſt, vt ſic
teſtimonia circa illum proferat, & huic probationi
poſtea accedit Iudicis ſententia, quemadmodum pre-
tium rei probatur per æſtimatores electos in ſpecie.
*l.* 2. *C. de reſcin.* vt cum multis docet Hermoſilla *in l.* 56.
*tit.* 5. *p.* 5. *gl.* 6. *n.* 23. † Idque confirmatur, quia tales 14
periti adhibiti in tali actu duo ſaltem debent interue-
nire & iurare, *l. ſemel* 6. *infr. de re milit. l. iuriſiurandi* 9.
*C. de teſtib. l. hac edictali* 6. §. *his illud. verſ. mobilium verò.
C. de ſecund. nupt. l.* 50. *& ſeq tit.* 5. *lib.* 2. *Rec.* docent Bart.
*in l.* 1. *in princ. D. de ventr. inſp.* Alex. *in l.* 1. §. *fin. de verb.
obl* relati à Menoch. *de arbitr. caſ.* 114. *n.* 27. Maſcard. *de
probat. concl.* 1164. *n.* 29. *& ſeq* Mynſing. *cent.* 6. *obſer.* 54.
Riccius *collect.* 1144. Hermoſilla *ſup. ex d. n.* 23. *cum ſeq.*
Donell. *n.* 19. & Gilchen. *n.* 20. *in d. l. iuriſiurandi.* Gar-
cia *de expenſ. c.* 24. *num.* 10. Bobadill. *lib.* 5. *polit. c.* 8. *n.* 9.
Ceuall. *q.* 1. *n.* 24. Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 113.
*num.* 17. Burſat. *conſ.* 105. *num.* 9. *lib.* 1. Hector Felicius
*allegat.* 19. *num.* 33. *p.* 1. † Et de fide adhibenda peritus 15
in arte, Sanch. *ſup. diſp.* 112. *à n.* 1. Surd. *lib.* 1. *conſ.* 126.
*n.* 16. Lara *de vita hom. c.* 27. *à n.* 29. Gomez 2. *tom. var.
c.* 9. *in fin.* Pacian. *de probat. cap.* 47. *n.* 14. Giurb. 1. *p. elu-
cubrat. cap.* 9. *gloſſ.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1174.
Pinell. *in l.* 2. *p.* 3. *cap. fin n.* 5. *C. de reſcind.* Padilla *in l.* 3.
*n.* 23. *C. de iuris & fact. ign.* Gratian. *reg.* 349. alter Gra-
tian *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 235. *num.* 29. *& cap.* 572.
*numero* 48. Riccius *collect.* 1144. Farinac. *quæſt.* 127.
Hermoſill. *vbi ſupr.* & an declaratio peritorum ſit
exequenda non obſtante appellatione? Ceuall. 5.
*tom. com.* 2. *part. quæſt.* 161. *tot.* † Hinc eſt quod 16
ſi lis moueatur ſuper finibus, plures agrimenſores
adhibentur. *leg. ſi irruptione* 8. §. *ad officium D. finium
reg.* & obſtetrices vt deponant an mulier ſit præ-
gnans, necne, an virgo, an corrupta. *l.* 1. *in princ. D. de
ventre inſp. capite propoſuiſti, de probat. capite fraterni-*

*tatis 6. de frigid. & malef.* iuncto Sanchez *ſup.num.16. & diſp.109. numer.* 8. item de valetudine alicuius infirmi duo Medici deponunt. *cap. ſignificaſti* 18. *de homicid d.leg. ſemel.infr.de re mil.*& de impotentia coëundi licèt fallax ſit plerumque Medicorum iudicium, *cap.nec aliqua 27. q.1.* Sanch. *d.lib.7. diſp.107. num.7.* Lara *de vita hom. cap.7. numer.* 30. Robert.4.*rer. iudic. c.8.* Farinac. *de falſit. q.*150. *num.* 168. de comparatione litterarum, *leg.comparationes* 19. *§. omnes. iuncta gloſ.verb.ab his, C. de fide inſtrum.* & generaliter quoties in controuerſia emerſerit dubium quòd in ſcientia, vel peritia artificum conſiſtat, ad peritos in illa arte recurrendum eſt, vt teſtimonio eorum ſtetur. Ita not. Lucas & Platea *in d. l. ſemel.* Panormit. Imol. & reliqui *in d. cap. propoſuiſti.* Greg. *in l.7. tit. 8. part.5. gloſſ.4.* Azeued. *in leg.4. numer. 40. tit. 14. lib.8. Rec.* Gothofred. *in leg.3.§. fin.lit. F.D.de ſuis & legit.* Gra-
17 tian. *d.2. tom.cap.235. num. 28. & ſeqq.* † Ratio eſt, quia omne teſtimonium in ore duorum, vel trium debet ſtare, ita vt ſi quis grandi præfulgeat dignitate, ei ſoli non credatur. *cap.cùm eſſes, de teſtam. leg. vbi numerus, D. de teſtibus. cap.licet vniuerſis, eod. tit. d. l. iuriſiurandi.* cum latè adductis à Farinac. *de teſtibus q.63. cap.5.* Donell.*lib.25.comm.c.24. & cap.10. & in d. leg. iuriſiurandi*, & *ibi.* Gilchen plures referens *num.* 51. Quod & hîc animaduertitur, dum tabularij duo adhibiti fuerunt ad computationem faciendam, ex quo iam conſtat tanquam teſtes, non tanquam Iudices admitti, & ideò neceſſariam fuiſſe in noſtro caſu ſententiam Iudicis, quâ confirmet quod à tabulariis geſtum fuerit.

18 In contrariam verò nos ire ſententiam videtur ſuadere *l.3. C. finium regund. & c. quia indicante 9. de praſcript.* vbi ſi contentio ſuper limitibus oriatur, agrimenſoris diffinitione terminari debere, docent Pontifex & Imperator, atque ita tanquam Iudex adhibetur peritus in arte: nam tanquam teſtis vnus non ſufficeret. Qua etiam difficultate inuoluitur *leg. Theopompus 14. D. de dote præleg.* vbi ex vnius teſtis Polliani teſti-
19 monio quantitas dotis præſtatur. † Quàm difficultatem vt tollant Panormit. *n.6.* Decius *n.18.* Felin. *n.7.* Mynſing. *n.* 16. & alij *in d.cap. propoſuiſti*, & relati à Iaſon. *in l.1.§. fin.n.7. D.de verb. oblig.* vbi etiam Bart. *n.5.* Roman. *num. 6.* idem Bart. *in d.l.1. de ventr. inſp. n.4.* exiſtimant illa iura ſingulare ius continere, quod obſeruatur in cauſis quæ ſolent iudicio peritorum tractari, in eo nempe leo, aut ciuitate, vbi vnicus tantùm reperitur in arte peritus, quo in caſu ne inopia probationis veritas pereat, vnum aduocare ſufficiet.
20 † Idque comprobatur, quia duo periti tunc ſunt aduocandi, quando commodè haberi poſſunt, alioquin vnum ſufficeret, ex doctrina multorum conſtat, quos refert Menoch. *d.caſ.114. n.27. & de adipiſcen. rem.5. n.162.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſian.7.n.9.* Ceuall. *ſup.* Sanch. *d. diſp.115. num.17.* & probatur *in d. leg. Theopompus, & in Auth. de non alienand. §. quod autem, ſeu Nouell.7.cap. 3. verſ.quod autem.* ibi, *aut etiam vnum, ſi vnum ſolum ciuitas habeat. & in l. fin. infr. de ponderatoribus*, vbi quoties de qualitate ſolidorum aureorum concertatio exoritur, ſtandum eſt dicto periti, qui qualitatem & veram auri æſtimationem patefaciat.

21 Hæc tamen interpretatio vera non videtur, quoniam vnus peritus non ſufficit, quando controuerſia aliqua ex peritorum iudicio, aut depoſitione terminanda eſt, vt diximus *num.* 10. *& ſeq.* Prætetquam quòd in dictis iuribus nullum eſt verbum ex quo ſu-
22 pradicta doctrina probari queat. † Neque obſtat. *d. l. Theopompus*, nam omiſſis pluribus interpretationibus, quæ irca illam cumulant Couarr. 2.*var.c.13.* Menoch. *de arbitr. q.58.* Padilla *in l. ſi quis maior numero. 17. C. de tranſact.* Spino. *de teſtam. gloſſ.5. num.* 17. Garcia *d. cap. 24. num. 21.* verè reſpondendum eſt cum Cuiac. *ibi*, Donell. *in dicta lege iuriſiurandi, num 9.C.de teſtibus.* Ceuallos *commun. contra com. quæſtion. 1. num.28. & ſequentibus* Oſvval. *lib.vigeſimoquinto* Donell. *cap.5. lit. B.* Pollianum in ſpecie i. fidem facere, quia teſtator ei credi voluit, vt denotant illa verba, *Pollianus ſciens mentem meam.* Cùm verò teſtatori libera ſit de rebus ſuis diſponendi facultas, *l. verbis legis* 144. *de verb. ſignif.* cum vulgatis, non eſt dubium quin potuit voluntatis ſuæ declarationem Polliano committere, quod cùm ſit, non creditur vni teſti, ſed teſtatori, cùm nihil interſit, an teſtator quid dicat, aut decernat, vel ille, cui ipſe dederat eius rei decernendæ po-
teſtatem. *l.item 6.§.1.D.quod cuiuſcumque vniuerſ.* † Ne- 23
que item quidquam impendit. *l.fin.infra de ponderator.* Nam reſpondetur id iure ſingulari obſeruari in eo, qui ad æſtimandam auri quantitatem præficitur, quia fides eius à populo eſt approbata; vt docet Garcia *ſup.num.22.* & Gomez 2. *tom cap.9 num.5.* idque apud nos procedit ex *leg.1.tit.23.lib.lib.5.Recop.en el contraſte*, qui Græcè Ζυγοστάτης vocatur, vt notauit idem Gar-
cia *vbi proximè*, ad illius legis explicationem. † Eo- 24
dem modo ſatisfit alteri difficultati deductæ *ex d. auth. de non alien. §. quod autem.* illud ſpecialiter admiſſum in rebus Eccleſiæ, vt ſufficiat vnius declaratio, vt ſciatur quantum pro re in emphyteuſim datâ præſtandum ſit, præcipuè cùm adeſſe debeant Epiſcopus, OEconomus, Presbyteri & Diaconi, qui rem oculis debent animaduertere, quibus veritas faciliùs occurrit, quàm auribus. *§.fi.Inſt.de gradib.* iuxta not. ab Alberico *in l.ſi irruptione. §.fin. D. fin.reg.* Auiles *in cap. pp.c.6.per tot.* & Hieron.de Monte Brixiano *in tract.de finib.regun.c.30.n.5.* & quæ nos ſtatim dicemus.

Quare veriùs alij cenſuerunt ſupradictorum iu- 25
rium explicationem pendere ex illa quæſtione, an periti adhibiti ad rei qualitatem, vel negotium declarandum, admittantur tanquam teſtes? In qua re teſtes verè non eſſe, nec iuſtificari, imò magis eorum declarationem iudicium eſſe, quàm teſtificationem, docent Bart. & alij relati à Thom. Sanchez *d. diſp.113. num.7.* Farinac. *de teſtib. quæſt.68. §.2. n.95.* Maſcard. *de probat. concl.1169.num.21.* Oſvval. *ad Donell.lib.25. cap.14. lit. B* quibus adſtipulatur *l. certi iuris 7. C. de iudicijs.* ibi, *Quid enim obſtaculi eſt, homines qui alicuius rei peritiam habent, iudicare d. c.quia indicante.* ibi, *Agrimenſoris diffinitionem, d.l.3. C.fin. reg.* ibi, *Huiuſmodi litigium terminetur.d.l.hac edictali §. his illud. C. de ſecun. nupt.* ibi, *Æſtimatione habitâ per eos, quos vtraque pars elegerit, arbitros iudicaturos. d. auth. de non alienandis §. quod autem.* ibi, *diffiniatur ab architectis.* † Secundò; 26
quia hi periti non iurant de veritate dicenda ſimpliciter, ſed de teſtimonio ferendo eius, quod ſecundùm artem credunt, vt affirmant relati à Gilchen. *in l. comparationes num.7.C.de fide inſtrum. & in d.l. iuriſiurandi num.20. C.de teſtibus.* Hieron. de Monte Brixiano *ſup. c.32.num.3.* Neque deponunt de ſenſu corporeo, ſed de iudicio intellectus, iuxta peritiam ſuæ artis, quia aliàs cùm de facili poſſint errare, periurium contraheretur, *argum. l.4. D.de in litem iur. l. Marcellus 11. §. iu-
rare. D. rer. amot.* † Deinde, quia datur actio contra 27
agri menſorem, ſi per imperitiam malè declarauit, & tenetur de dolo, & latâ culpâ. *l. 2. D. ſi menſor. falſ. mod. dix.* Quod idem dicitur de Iudice, *l.filius 15.D. de iudicijs. l. fin. D. de extraord. cognit.* obſeruat Brixian. *ſup.c.32.*poſt gloſſ. & Panorm. *num.10. in d.c.quia indicante.* item etiam & talis peritus poteſt recuſari, teſte Sanchez *ſup.* & Hermoſill. *d. gloſſ.6. n.46.& ſeqq.* Quare cùm non ſint verè teſtes, ſed magis arbitratores, vnius tantùm ſufficit teſtimonium, & ideò *in d.c. quia indicante*, agrimenſoris ſit mentio, & quamuis *in d.§.officium.* plures requirantur, hoc prouenit, quia ad ea, quæ frequentius accidunt, leges adaptantur, non

quia

quia neceſſariò duo agrimenſores requirantur.
28 † Quæ explicatio minus arridet, cùm omnia iura &
doctrinæ *ſuprà* adductæ duos peritos requirant, &
multoties plurimos, vt *in d.cap.propoſuiſti*, vbi ſeptem
mulieres deponunt. *& in cap laudabilem.* 5. *& c. fin. de
frigid. & malef.* tres obſtetrices adhibentur, & quin-
que *in l.1. in princ.& §.ſi mulier, D. de ventr.inſp.*

29 Quapropter dicendum eſt, *in d.cap.quia indicante 9.
de præſcript.* agrimenſorem vnum dantaxat adhiberi,
quia à populo deputatur, & fides eius eſt approbata
de publico: vt *in d.l. fin.infr. de ponderator.* & ob id
eorum atteſtationi ſtandum eſt, vt in cuſtode vinea-
rum, aut pratorum, vel publico nuntio admiſſum eſt,
*in cap. cùm parati 19. iuncta gloſſ. verb. ſuus nuntius, de
appellat. leg. magis 5. §. ne tamen. D. de rebus eor. leg.1.
tit.17. lib.5. Recop.* ibi, *porque ſon perſonas publicas* ob-
ſeruat Menoch.*de arbitr.caſ.99.& 112.& de præſumpt.
lib.2. præſum.26.* P. Gregor. *lib.47. ſyntag.cap.40.num.
fin.* quos corruptè allegat Oſvval. *lib.23.*Donell.*caſ.2.
lit. P.* Matienz. *in d. leg.1. Recop. gloſſ. fin.* alios refe-
rens Bobadill. *lib.1. polit. cap.13. num.44.* Farinac. *de
teſtib. quæſt.63.c.1.* & nos dicemus *in leg. omnes, infr.
de aquæduct.* & ita *in tit. D. ſi menſor. falſum*, de vno
tantùm, nón de pluribus fit mentio,& *in l.4. in princ.
& in leg. ſi irruptione 8. in princ. D. finium regun.* cùm
talis perſona, vtpotè publica, publicam habeat au cto-
ritatem. Vide plura de agrimenſore apud Nouar. *hîc
ex num.14.*

30 Aſſignauimus iam veram noſtræ legis rationem,&
cur duo tabularij adhibiti ſint ad calculationem fa-
ciendam. Nunc alia enodanda eſt difficultas quæ ex
ſupradictis originem ſumit, ea eſt quòd videbantur
iſti calculatores ſententiam ferre, & I dices eſſe, &
ſic non erat neceſſaria Procuratoris Cæſaris ſenten-
tia,vt inſtar rei iudicatæ calculatio obtineret, ita de-
ducitur ex *leg. ſi cui libertas 50. in fin. D. de cond. &
demonſtr.* vbi calculator arbiter dicitur,& ſententiam
ferre in expungendis rationibus adhibitus: idem pro-
batur *in leg.vix certis 53. §. liber etiam. D. de iudic. l.1.
§.ſed ſi 7. verſ. diuus. D. ſi is qui teſtam. liber.l.5. in fin.
D. de manumiſſ. l. ſi purè 37. l. ſi pater 47. §. ſi Sticho 2.
D. de fideicommiſſ. liber.leg. ſi reſiduum 5. C. de diſtract.
pig.* iuncto Accurſ. *ibi, verb. arbitrium*, tradit Horo-
ſcius *in l.arbitro 9. D. qui ſatisdare* & notauit Ca-
ſtrenſ.*in l.ſi cui.*facit etiam quòd arbitri ſententia à Iu-
dice non comprobatur,ſed exequitur *l.à Diuo Pio 15.
D.de re iudic.l.1.D.de arbitr.l.35.tit.4.l.17.tit.23.p.3.*

31 His iuribus vt faciamus ſatis, conſtituenda eſt dif-
ferentia inter computatores à partibus nominatos ſuâ
voluntate & conuentione inter litigantes habita, vel
inter computatores à Iudice nominatos per modum
iudicij. Primo caſu quo à partibus nominati ſunt cum
facultate calculandi & declarandi per commemora-
tionem dati & accepti quantum vni parti, vel alteri
aſſignari debeat, nulla eſt poteſtas calculatorum, &
ideò talis declaratio nullam paratam habebit execu-
tionem, vt hîc, quia rationes priuatim diſpunctæ in-
ſtar priuati inſtrumenti habentur. *leg. inſtrumenta 15.
Cod. de probatio.* niſi coram Tabellione eaſdem ratio-
nes approbauerint, & in iure recognouerint, & tunc
tanquam quodlibet inſtrumentum Guarentigiũ exi-
ſtimanda eſt calculatio, argum. *leg.tale pactum 40.§.
qui prouocauit. D. de pactis. l. cùm antea 5. Cod. de re-
cept. arbitr.* docet Accurſ. *in l.1. C.comm. vtriuſque iu-
dicij.* Bart. *hîc num.16.* Couar. *lib. 2. var. cap.11. n.4.*
Gutierr. *lib.1.p.q.37.n.2.* Parlador. 2. *quotid.cap. fin. 1.
p. §.6.* Auiles & alij relati à Muñoz de Eſcobar *de ra-
tiocin. cap.31.n.1.& 5.* D. Ant. Pichar. *in manduct. ad
prax. 2. p. precept. 5. num.16.* qui pro hac parte addu-
cunt *l.1. §. præterea, D. de contraria & vtili tutelæ act.*
32 † (Idemque dicunt eſſe ſi tales rationes priuatim ſub-
ſcriptæ coram Iudice productæ recognoſcantur à
partibus. *leg.50. tit.4. Recop.* vbi Azeued. *numero 28.
& ſeq.* ſicut de quolibet priuato chirographo à parti-
bus recognito tradunt noſtrates,quos adducit Parlad.
*d.1.part.§.5. per tot.* Pichard. *d. præcept. 5. num.7.* & in
propoſito Eſcobar *d.cap.31. num.5.*) † Si verò admiſ- 33
ſi fuerint tanquam arbitri, & cum arbitrandi pote-
ſtate, virtute compromiſſi,quo plena eis facultas con-
ceditur, ſententia calculatorum per ſe firma eſt, &
ſiue iuſta, ſiue iniuſta, abſque vlla Iudicis confirma-
tione debet exequi *l.diem 27.§. ſtari. D de recep.arbitr.
l.1. C.eod.l.4.tit.21.libro 4. Rec.* docet. Bart. *in præſent.
num.11.verſ.ſi vero.* Alex. *conſil.21. num.28. lib.7.* quia
tunc ex propria compromiſſi natura illud inducitur,
vt affirmant per *text. ibi in cap. dilecti 4.extra de arbi-
tris* Gutierrez *in leg.nemo poteſt num.147.de leg.1. & de
iuram. confir. 3.p c.14.tot.* Parlad.*d.c.fin.1.p. 2.§.tot.*Scac-
cia *de appellat.q.17.limit.13.*

Alter caſus eſt † quando calculatores à Iudice no- 34
minantur tanquam periti in arte calculandi vt Iudex
inſtruatur, & tunc talis calculatio executioni non
mandatur, niſi confirmata fuerit à Iudice, iuxta ſpe-
ciem noſtram. Quando enim calculatores tanquam
periti nominantur, tunc non tanquam Iudices,ſed ve-
luti teſtes adhibentur, & talis calculatio habet vim
probationis,& ideò niſi Iudex confirmauerit,execu-
tio non habebit locum. *l.ſed etſi 11 §.ſi cùm de heredi-
tate. D.de iureiur.* vbi Accurſ.*verb. probatum ſit.* Iaſon.
*in §. item ſi quis, num.3. Inſt. de action.* Gutier. *libr.1.
p.1.quæſt.37. num.3.* qui praxim huius rei refert; &
Eſcobar. *dict. cap.31.num.8.& 9.* † Aut verò calcula- 35
tores nominantur tanquam Iudices delegati, & tunc
computatio eorum ex ſe valida & firma eſt, neque ab
eo qui delegauit confirmationem accipit,ſed ipſe exe-
quitur, *l.à Diuo Pio 5. de re iudic.d.l.ſi cui libertas, cum
ſimil. de cond. & demonſtr.* tenent Auiles *in cap.30. 1. p.
verb. faga. pagar. num.5. in fin.* Montaluo, Caſtill. &
Azeued. relati à Gutierr. *d. quæſt.37. num.2.* qui cor-
ruptè allegant *l.2. Cod.de vſufr. leg.* cùm allegare vo-
luerint *l.2. Cod. de vſuris & fruct.* † Sed & in eo quo- 36
que, meo iudicio,labuntur dum aſſerunt confirmatio-
ne Iudicis talem computationem non indigere, ſed
exequendam ita eſſe, appellatione non obſtante, vt *in
auth.de ſanctiſſ. Epiſc.§. œconomos, ſeu nouell.123.c.23.*
tenent relati à Gutier.*ſup.num.1.in fin.* † Nam illius 37
Authentici caſus eſt ſpecialis ratione cultus diuini,vt
poſt Accurſ. & Bart. *ibi* rectè notauit Eſcobar. *d.c.31.
num.6.* iure verò hodierno ſupradicta ſententia ap-
probata eſt, vt reliquatio à computatoribus deſigna-
ta, & Iudicis ſententia comprobata exequatur appel-
latione remotâ, vt docet Gutier. *ſup. num. fin.ex l.22.
tit.6. lib.3. Recop.* † Quæ omnia etſi vera agnoſcam, 38
adhuc tamen arbitror Interpretes noſtros non ſatis
hanc rem calluiſſe: & quod attinet ad *dict. leg.à Diuo
Pio, & dict. leg.2. Cod. de vſur. & fruct.* vbi arbitro-
rum ad rationes aſſignatorum fit mentio,ibidem nul-
lum verbũ eſt de Iudice delegato,ſed de arbitro qui &
Iudex datus dicitur, qui longè diſtat à delegato. Da-
bantur enim Iudices à Magiſtratibus maioribus, qui
non ſolebant iudicare in cauſis priuatis,ſed ius dicere,
id eſt Iudices litigantibus conſtituere, *leg.1. Cod. de
pedan. iudic. leg.1. D. de iuriſd.* & *leg. cum prætor 12.
D. de iudiciis*, explicauit Gouea *in leg.eum qui 13. D.
de iuriſdict.* Duar. *in leg. iuriſgentium §. & ideo D. de
pact.* Ant.Faber *lib.4. coniect.cap.7.* Menoch. *de arbitr.
quæſt. 2. num.11.* Morla *in emp. tit. de iuriſdictio. in præ-
miſſ. numer. 89.* Oſvvald. *ad Donell, lib. 17. cap 21.
lit. F.* Pichar. *in §. actionum.quæſt.1.& 2. Inſt. de action.
& in §. igitur, numero 14. Inſtitut. de obligat. quæ ex
quaſi contr.* † Hi autem Iudices interdum diceban- 39
tur dati, interdum arbitri, hi, in bonæ fidei iudi-
ciis, illi in ſtricti iuris adhibiti fuerunt, vt ex Se-
nec. *lib.3. de benef. capite 7.* Cicer. *in orat. pro Roſcio.*

Lipſius notauit *ad Senec. dict. cap.7.* Quapropter cùm
rationes reddere ſit actus bonæ fidei, in quo latior ſit
interpretatio, quia ex bono & æquo iudicatur, de eis
ſupradicta iura loquuntur, id eſt, de Iudicibus illis à
Prætore datis, quorum ſententiam ipſe executioni
40 mandabat, *dict. leg. à Diuo Pio*, cum adductis. † Et
ita Procurator Cæſaris *in l.1. Cod. de pedan. iudicibus.*
arbitros non dabat, quia ad res fiſcales & computa-
tiones faciendas pertinebat, quorum datio non obti-
nuit, quia inter priuatas perſonas ius non dicebat.

41 Superioribus † & alius caſus coniungendus erit,
quando ex Iudicis præcepto calculatores ab ipſis par-
tibus in iudicio nominantur, qui per talem nomina-
tionem quodammodo iuriſdictionem habent, quoad
calculationem attinet, ita notauit Alex. *d. conſ.21.n.8.*
Azeued. *in l.22. tit.6. num.3. lib.3. Rec.* Eſcob. *de ra-
tiocin.cap.8. num.24.* & ante eos Caſtren. *in d. l. ſi cui,
de cond. & demonſtr.* & alij, quos refert idem Eſcobar.
42 † Qui etiam adiicit computatores omnes ſolùm ha-
bere à lege facultatem calculandi ac diſpungendi ra-
tiones illas, quæ coram iure producendi, nam alia iu-
riſdictio eis non datur, & ideò rectè *num.*18. taxat il-
los calculatores, qui ſibi adrogant licentiam pro-
nuntiandi ſuper calculis & articulis rationum, cùm
id ſit contra *leg.50. tit.5. libro 2. Recop.* vbi prohibe-
tur nominatio calculatorum ad pronuntiandum ſuper
rebus, quæ in iure conſiſtunt, ita exarata ſunt verba,
*no los nonbren para ningun articulo que conſiſta en derecho.*
Nam ſemper eſt neceſſaria confirmatio Iudicis (vt in
præſenti docemur) vt computatio talis habeat aucto-
ritatem rei iudicatæ, ea tamen confirmatio ita proce-
det, ſi vota calculatorum ſint conformia, ex *leg.24.
tit.21. lib.4. Recop.*

43 Hinc infertur interpretatio ad Modeſtini reſpon-
ſum *in leg. calculi 8. D. de adminiſt. rer. ad ciuit.* qui aſ-
ſerit retractationem erroris calculi extendi poſt de-
cennium, aut bicennium, niſi rationes gratioſè ex-
punctæ dicantur, nam tunc non retractabuntur. Quæ
traditio valdè videtur probare concluſionem no-
ſtram, nam ſi calculatio antequam à Iudice confirma-
retur, inſtar ſententiæ & rei iudicatæ obtineret, non
potuiſſet retractari, *l.2. Cod. de re iudic. l. vnic. Cod. de er-
rore calculi,* ibi, *ſi res iudicatæ non ſunt, leg. ſemel, infr. de
apoch.* ergo iudicium eſt calculatores nullam iuriſdi-
44 ctionem habuiſſe. † Cui traditioni repugnat *l.1.§.1.
D. quæ ſententiæ ſine app.* vbi ſi calculi error in ſenten-
tia eſſe dicatur, non eſt neceſſaria appellatio, quia ta-
lis ſententia eſt ipſo iure nulla; & tamen eo in caſu
45 computatio à Iudice fuit confirmata, † Pro quorum
iurium explicatione animaduertendum eſt cum Ana-
nia, Corneo & aliis relatis à Decio *in d. l. vn. Cod. de
error. cal. num.1. verſ. ſed tu, & num 9.* Bobadill. *lib.5.
polit. cap.4. num 76. & ſeq.* Eſcobar. *ſup. cap.41. num.1.*
rationes ſemel expunctas iterum non debere reiterá-
ri, *d. l. vnic. d. l. ſemel* (vbi dicam) *infr. de apoch. leg. vn. infr.
46 de ſolut. & liber. dedit. ciuit. l.5. tit.5. lib.2. Rec.* † Ra-
tionem aſſignauit *l.2. Cod. de re indic.* quoniam nullus
erit litium finis, quod incommodum è Republica tol-
lere omnia iura ſemper curarunt, *l. fin. D. pro ſuo, leg.
properandum, C. de iudiciis, cap. finem litibus, de dolo &
contum.* obſeruat Iaſon *in d. l. vn. num. 2.* & Giphan.
quòd rei iudicatæ authoritas aperte induxit, vt quo-
ties error fuerit ſententiâ Iudicis confirmatus,
quæ iam in rem iudicatam tranſiſſet, talis error non
poſſit retractari, *l. ſi fideiuſſor. 29. §. in omnibus, D. man-
dati, l.1. Cod. de condict. indeb.* Docet. Bart. *hîc num.7.
& in eius addition.* Angel. *lit. B.* Ayora & ita procedit
*d. l. vn.* ibi, *ſi res iudicatæ non ſunt* iuncta *d. l.2. Cod. de re
indic.* verùm id intelligendum erit, quando bonâ fide
& citra fraudem factum ſit, *l. qui filium 22. D. de ma-
numiſſ. teſta n.* & iuxta hanc obſeruationem accipien-
dus eſt IC. *in l. quamuis 32. D. de cond. & demonſtr.* ex
doctrina Oldrad. & aliorum, quos laudat Bobadill. *d.
c.4. n.76. in fin. lit. M.* Caſtillo *in l.17. Taur. n.17. ver.
quoad decimam,* Gutier. *de iuram. confir.1. p.c.40. n.28.*
† Secùs erit quando rationes non fuerunt approbatæ 47
& confirmatæ iudiciali ſententiâ, tunc enim intra tem-
pus decennij, aut biennij reuideri potuerunt, vt *in d.
l. calculi, l. in omnibus 3. §.1. D. de diuerſis & temp. præ-
ſcript.* & peti poterit vt iterum reuideantur, vt notant
Bart. & reliqui *in l. vn. Cod. de err. cal.* Barth. Socin.
*conſ.92. & conſ.25. libro 4. & conſ.190. num.3. lib.2.* Paul.
Pariſ. *conſil.131. libro 1.* Ioan. & Dominic. *in cap.1. de
Cler. ægrot. lib.6.* † Quibus non obſtabit *d. l.1. §.1. D.* 48
*quæ ſententia.* Nam reſpondendum eſt cum Pacio *in
Antinom. cent.7. q.73.* quem ſequitur Oſvval. *lib.27.*
Don. *cap.6. lit.C.* Gilchenius *in d. l. vn. num.2. & 3.* &
Giphan. *ibi*, & ante eos cognouerat Accurſ. *hîc verſ.
ſed tunc ſi ſententia*, & Bart. *numero 4.* & Valenzuel
*hîc num.* 11. diſtinctione adhibitâ, an ſcilicet error
calculi fuerit in ipſa ſententia commiſſus, vt tunc
ea ſententia ſine appellatione reſcindatur; *dict. le-
ge 1. §.1. leg. ſi expreſſim 19. Digeſt. de appellat. l.2.
Cod. quando prouocare non eſt neceſſ.* & huc educenda
ſunt quæ tradunt poſt Accurſ. & Bart. *ibi*, Iaſ. *tom.7.*
& alij *in l. cum prolatis, D. de re indicat.* Marant. *de or-
din. iud. 4. part. numero 5. & 6. part. numero 117.* & Van-
tius *de nullit. cap. de nullit. ſentent. numer. 118. & ſeqq.*
& alij relati à Valenzuel. *hîc num.26.* An verò quan-
do error commiſſus eſt in ipſis rationibus, quæ poſtea
fuerint à Iudice confirmatæ & approbatæ, quo caſu
non retractatur, *dict. leg. vnic. Cod. de error. calcul.* no-
tat Trentacinq. *libro 3. pract. tit. de reſolutio. reſol. 7.
numero 16.* Eſcobar *dict. cap.41. num.1.* vbi latè. Ratio
eſt, nam ſi propter errorem res iudicata, vel tranſa-
ctio ſemel ritè facta reſcinderetur, nullus eſſet litium
finis, vt docet eleganter Giphanius *in dict. l. vnic.* At
verò ſi inter aliquos rationes fuerint factæ allegando
errorem, poteſt peti vt iterum rationes examinentur,
quoniam error veritati non adfert præiudicium, *dict.
l. vn.* notant Valenzuel *hîc num. 9.* & *ſuprà* allegati.
† Error verò tunc præſumendus eſt interueniſſe, vt 49
ſit totus actus nullus, eo ipſo quòd veritas oſtenditur
in contrarium, vt notauit Accurſ. *in l. de ætate 12. §. fin.
D. de interrog. action.* cui adhærent. Iaſon. *in leg. ſi poſt
diuiſionem, num.3. D. de iuris & fact. ign.* Alex. *conſ.69.
num.4. lib.3. & conſil.145. numer 6. lib.6.* Fulgoſ. *con-
ſil.237.* Franc. Curt. *conſil. 69. col. fin. verſ. quod vide-
mus,* & probat *l. ſed ſi putem 22. cum ibi à DD. notatis, ff.
de condict. indeb. & in leg. cùm de indebito 25. D. de
probat.* obſeruant Interpp. *in l. error, Cod. de iuris & fact.
ign. & in leg. non fatetur, D. de confeſſ.* vbi Bartol. &
Valenz. *hîc n.10.*

Quod verò diximus de retractatione ob errorem, 50
non habebit locum quando calculatio facta à partibus
non ſolùm continet computationem, ſed etiam pa-
ctum, aut tranſactionem generalem, aut ſpecialem,
nam tunc remanet calculatio firma, ita vt non poſſit
reuocari prætextu erroris, ità docet Bart. *hîc,* Salycet.
& Iaſ. *in dict. l. vn. Cod. de error. calcul.* Socin. *conſ.190.
num.5. lib.2.* Trentacinq. *dict. leg. libro. 3. p.p. tit. de ſo-
lut. reſol. 7. num. 4.* Valenzuel. *hîc numero 13.* † Quod 51
tamen procedere exiſtimo, niſi in ipſa tranſactione
error interueniat expreſſus, veluti ſi in ea dicatur,
quòd tertia pars de centum petitis erant quinqua-
ginta, & ideò pro quinquaginta fuerit facta tran-
ſactio, quia eo in caſu retractatio admittetur, tradunt
Gilchen. *in dict. leg. 1. numero fin.* Trentacinq. *ſuprà*
& ſolutum prætextu talis tranſactionis poteſt re-
peti vt indebitum, quemadmodum & promiſſum
ratione erroneæ calculationis poteſt vt indebitum
condici quoad liberationem, quam promiſſor re-
ctè petit, quod expreſsè confirmat *dicta lex vni-
ca,* ibi, *Sed etſi per errorem calculi velut debitam*

*quantita*

*quantitatem cùm eſſet indebita promiſiſti, condictio com-*
*petit.* Neque tranſactio poterit obſtare quæ non eſt
facta ſuper errore calculi, imò potiùs erratum eſt in
ipſa calculatione, vt eleganter docet Valenzuel *n.* 14.
† Eodem modo excludenda eſt retractatio ob erro-
rem calculi, ita vt nullo modo contra calculum poſ-
ſit veniri, quando factis calculis & reliquis aſſignatis
inter partes paſciſcatur, vt talibus calculis perpetuò
ſtetur, ita docent Bart. *hîc num. vndecimo* & alij relati
ab Eſcobar. *dict.cap.*41*.& ſeqq.*DD.*in d.l.vn.*qui hanc
quæſtionem latius pertractarunt.

53 Rurſus & admonendus eris in hac materiâ, vt er-
ror calculi non retractetur ob modicum errorem, vt
probatur *in l.quamuis* 32 *D.de cond. & demonſtr.* quam
ad id ſingularem vocauit Bald.vt refert Iaſon. *in dict.*
*leg.vnic. num.*4*. & in l.ſciendum, numero* 16*. D.qui ſatiſ-*
*dare,* & Hippol.de Marſil. *in l furem, num.*12 *D.ad l.*
*Corn de ſicar.* & Valenzuel. *hic num.* 16. Ratio eſt,nam
quæ modica ſunt, non attenduntur, *l.ſcio* 4. *D. de in*
*integr. reſt.l.res* 54. *D. de contr. empt. cap.licet cauſam,*
*de probat,* ibi, *nulla, vel modica*, cum notatis ab Ay-
mon. Crauett. *conſ.*46*.numero* 22*.& ſeq. & conſ.*182.
Marſilio *ſupr.numero* 9 Decio *in cap. de appellationi-*
*bus, extr. de appellat.* & relat. à Barboſ. *in Axiomat.*
54 *inraxiom.* 151*. tot.* Valenzuel. *hic numero* 16. † Qui
rectiſſimo iudicio contrariam ſententiam amplecti-
tur, vt etiam prætextu modici erroris calculatio retra-
ctetur. Nam *dict.leg quamuis,* vbi Auctores ſuam pro-
babant ſententiam, aliena eſt ab eis, quoniam ea ſit
mens Conſulti quod bonâ fide & imprudenter atque
citra omnem dolum, ſeu malam fidem fuerint ibi red-
ditæ rationes, quod ſanè errorem indicat, in quo nul-
lus datur conſenſus, neque fraudandi animus, qualis
datur in eo, qui dolosè in modicâ quantitate calcu-
lationem fecit *leg.*1*.D.de dolo* & id videtur adſtrui *in*
*dict. leg.quamuis,* quæ de magnâ non minus, quàm de
modicâ quantitate agit, ibi, *minus ſolutum ſit,* vt quan-
do bona fides adhibita in reddendis rationibus & im-
prudentia, aut ignorantia erroris in perſonis calcu-
latorum, qui veluti certum quid exiſtimarunt, iuſtas
eſſe rationes, & computationes rectè factas, effecit ne
in præiudiciũ ſtatuliberi retractarentur, vt patet ex illis
verbis, *ſine fraude tamen bona fide redditas eſſe rationes,*
quæ demonſtrant errorẽ quantitatis magnæ, aut mo-
dicæ non obeſſe quominus libertas competat. Nam
etſi verum ſit leges modica deſpicere, & quæ parui
ſunt momenti, non attendere, vt diximus, tamen
in ſpecie *dict.leg quamuis,* ſi citra huiuſmodi rationem
modicitas in calculatione interueniens efficeret vt
retractatio non admitteretur, falſa eſſet traditio Con-
ſulti, cùm *ibi* ageretur de conditionis implemento,
55 † vbi minima quæque attenduntur, *l.in executione* 85.
*§ item ſi ita* 6*. D. de verb. obligat. l.qui hæredi* 44*.l. Mæ-*
*uius* 55*. D.de cond & demonſtrat.* tradit Decius *in dict.*
*cap. de appellationibus, numero quarto* Cotta *in memorab.*
*verb.conditio* Præcipuè cùm pro forma requiratur, cu-
ius omiſſio etiam in modico actum vitiat, vt obſeruat
Bald. *in l teſtamentum,de teſtam.& conſil.*250 *libro quin-*
*to,* Bartol. *in l. Græcè, §.illud,de fideiuſſoribus* & relati à
Barboſ. *de axiomat. verbo conditio* 48*. numero* 1*. &* 2.
56 † Vnde *dict.leg. quamuis*, nihil de modicâ re dicat,
ſed de cauſa erroris bonâ fide contracti, quidquid
Bald. & alij aſſeruerint, diſtinguendum erit in ſupra-
dicta quæſtione cum Valenzuela *ſup.numero* 17. vtrum
ex bona fide & ſine dolo fuerit minus ſolutum, aut
per dolum & fraudem. Primo caſu talis defectus
non vitiabit actum, ſiue modica quantitas, vel immo-
dica interuenerit, quia in vtroque caſu militat ratio
*dict. leg. quamuis.* Secundo vero caſu, quando fraus
dedit cauſam omiſſioni, nocebit ea in omnibus caſi-
bus, in quibus pro ſubſtantiâ & formâ actus requiri-
57 tur ſolida ſolutio. † Et ideo emphyteutæ & alij, qui
minus quam debent ſoluerint, non cadet à iure ſuo, ſi
per imprudentiam ſoluerit, & per errorem, de inter-
ueniente ſcilicet computationis difficultate, aut in-
tricatione, quamuis lex contractus exactam & deter-
minatam quantitatem expoſtulet; cum tamen con-
trarium ſit dicendum, quando ſcienter & per dolum
omiſſa fuit etiam in modicâ quantitate ſolutio, vt no-
tauit Socin. *in dict. leg. quamuis, num.fin* & Valenz.
*dict.numero* 17*. in fine*, ad eam concordiam reducens
quod in eo propoſito adduxit Iaſ. *in leg.* 3*.§. ſi ſortem,*
*numero quinto & in dict.leg.in executione § item ſi ita, de*
*verb.oblig.* † & ita procedet deciſio *leg.*1*. tit.*15*, libro* 58
*quinto Recop.* vbi ſtatuitur in contractibus cenſuum
inſpicienda eſſe pacta & contentiones contrahentium
circa commiſſa, & cætera alia, quæ pœnam conti-
neant contra ceſſantem in ſolutione, nullâ adhibitâ
differentiâ vtrum ceſſatio ſit in modicâ, vel immo-
dicâ quantitate, vt ſi per errorem & ſine dolo deficiat
ſolutio, nulla incurratur pœna, quæ tamen habebit
locum, etiamſi ceſſatum ſit in quamuis minimâ quanti-
tate, ſi ſcienter fiat, & cum dolo, cùm eo caſu ſit in-
ſpicienda lex contractus, quæ ob ceſſationem ſolu-
tionis totius quantitatis infert pœnam commiſſi, aut
priuationis, & id videntur ſignificare verba *dict. leg.* 1.
ibi, *ſe guarde el contrato pueſto que la pena ſea grande,* &
obſeruat Gomez *in leg.*68*. Tau. numero* 3. Valenz. *hic*
*numero* 18. quamuis Couarr. *libro* 3 *var. cap.* 7 *nume-*
*ro* 1. & Matienz. *in dict. leg* 1*. gloſſ* 2*. numero* 4. eam
legem intelligant in cenſu qui non poteſt redimi quem
vocant perpetuum, neſcio quomodo ea praxis adapta-
ri poteſt verbis illis *dict. leg* 1. ibi, *ſobre ſu credad.* quæ
etiam cenſui redimibili adaptantur, vt rectè idem Va-
lenz animaduertit.

Nunc videndum eſt intra quod tempus retractari 59
poſſit error calculi? & videtur dicendum etiam poſt
viginti annos poſſe errorem allegari, vt expreſsè docet
*dict. leg.calculi D. de admin. rer. ad ciuit.* vbi Accurſ.
& cæteri, *& in l. in omnibus* 13*. D. de diuerſ. & temp.*
*præſcript.* Bart. *hîc num.*7. Cuiac. quoque, & Valen-
zuel. *numero* 36. Iaſon *conſ.*210 *libro* 2*.& in l.vn. Cod.*
*de err. calcul.* Caſtillo *in l.*27*. Tau. in q. circa rationes*
*reddendas*, Eſcobar *dict. cap.*41*. num.*8*. & ſeq* Forcat.
*in necyoman. dial.*10. Bobadill. *vbi ſupr. numero* 77.
Pancoruin. *obſeruat. caput.* 24. † Sed obſtat *dict.* 60
*leg.in omnibus, § Reipublicæ,* vbi rationes ſubſcriptæ &
expunctæ aduerſus eum, qui adminiſtrauit vltra vi-
ginti annos, retractari nequeunt. Quorum iurium
difficultatem componere tentarunt poſt Accurſ. *ibi.*
Cuiac. Valenzuel. *hic.* Forcatul. & Pancoru. *vbi pro-*
*ximè,* qui aſſerunt *in dict. leg calculi.* erratum fuiſſe in
ipſa numeratione, quia ſexaginta & viginti centum
efficere intellexerunt computatores. At *in d. §. Reipu-*
*blicæ* in æſtimatione tantum rei, quia ſupputando ſe-
xaginta & quadraginta quæ debitor præſtitit, centum
facere concluſum eſt, ſed reuera debitor triginta tan-
tum intulit. Quare in hac ſpecie paulò difficilius &
breuiori tempore retractatio admittenda eſt, *d.leg.*1*.§.*
1*.D.quæ ſentent.* † Quæ tamen explicatio diuinato- 61
ria eſt, cùm ex dictis iuribus minimè poſſit conſtare.
† Minúſque admitti debebit alia Pancorui, qui *ad d §.* 62
*Reipublicæ,* hunc ſenſum adaptat, vt verbum *poſſunt,*
citra negationem referendum ſit ad primum caſum, vt
contra adminiſtratorem vltra viginti annos retracta-
tio admitti poſſit, contra hæredem verò vltra de-
cem annos non poſſit. Quod neſcio qua ratione poſ-
ſit admitti, cum clauſula illa, *retractari non poſ-*
*ſunt*, non minus referatur ad vnam, quàm ad
alteram partem, ex vulgari regula *leg.*4*. Digeſt. de*
*vulg.* quòd vna determinatio reſpiciens plura deter-
minabilia, ea pari modo determinet. † Reiicienda quo- 63
que eſt alia explicatio quam ſibi aliqui Præceptores
Salmaticenſes adrogarunt, & originaliter fuit Accur-

*ſij in d.l.calculi.* qui diſtinguebant inter reuocationem
ratione erroris calculi, vel ratione gratiæ admiſſæ in
cauſa: vt quia calculator admiſit exceptionem, quam
admittere non debebat, vel acceptum tulit quod non
debuit. Primo caſu concedunt reuocationem intra
triginta annos, iuxta *d.leg.calculi.* Secundo verò non
niſi intra viginti aduerſùs adminiſtratores, vt *in d. §.
Reipublicæ.* quæ doctrina neque adaptari poteſt ver-
bis dictorum iurium, neque rationem differentiæ con-
64 ſtituit. † Eodem morbo laborat alia traditio Va-
lenzuelæ *hìc d. numero 36.in medio. verſ. Nos verò* qui
de expunctione rationum accipiendum cenſet Mode-
ſtinus *in d.l.calculi,* id eſt, de cancellatione, quam reii-
cimus.

65 In tantâ ergo difficultate exiſtimarem ego differen-
tiam eſſe conſtituendam inter retractationem ratio-
num propter calculi errorem, vel ob alterius cauſæ al-
legationem, nam certum eſt non ſolùm rationes reui-
deri poſſe, vbi error in Mathematicis conſiſteret, vt
putà quando calculatores dixerunt duo & tres eſſe
octo, vel vbi erratum eſt in iure, eo quòd oneratus
ſit adminiſtrator de illis parcellis, ſeu ſummis, quibus
iure onerari non debuit, vel è contra non fuit onera-
tus de parcellis iure ab ipſo debitis, vel etiam quando
allegatur vis, dolus, fraus, metus, vel ambitio, vt *in leg.
Præſes 11.C.de tranſact.l.tutor.7.§. competit.D. de admi-
niſtr.tut.* Primo caſu procedit *d.leg.calculi.* vbi de er-
rore expreſsè loquitur Conſultus, cùm tamen *in d.§.
Reipublicæ*, cum generaliter loquatur, non autem de
errore de aliis cauſis accipiendus ſit. Ratio differentiæ
eſt, quoniam cum error veritati non afferat præiu-
dicium, tantum tempus conceſſum eſt, quantum
præſtatur præſcriptionibus iuris perſonalis *l.ſicut.leg.
omnes,C.de præſcript.trigint.* At quando dolus, aut me-
tus, aut fraus interuenit, ſufficiet minus tempus, quo-
niam eo in caſu agetur contra adminiſtratorem, non
ſolum vt retractentur rationes, verùm vt puniatur
tanquam falſus. *leg.1.§.ex illa 9. D.ad l.Cornel.de falſ.*
vt docet Eſcobar. *ſupr.cap.1. numer.7.* Quod plau-
ſibilius videtur in ea difficultate, quam nemo huc vſ-
que diſſoluit. Subdit quoque Modeſtin. *in d.l.calculi,*
non eſſe dandam ſupradictam retractationem, *ſi ratio-
nes gratiosè expunctæ ſint.* id eſt, ſi aliqua pars, aut ſum-
ma fuerit àdmiſſa ob gratiam, quia fortè eam expen-
ſam, quam admittere non debuit, per gratiam, vel ami-
citiam admiſit, ſciens non fuiſſe debitam, vel cum plus
fuiſſet, debitum remiſit per gratiam, tunc enim ille,
qui ratione illius gratiæ voluerit retractare, non po-
terit, & ſibi imputet ſi gratiam fecerit, docet Rebuff.
*in l.cognoſcere 56. §.diſpungere, verſ.ſecundus caſus, D.de
verb.ſign. argum.l.ſed ſi lege 22. §. conſuluit. Digeſt. de
66 pet.hæredit.* † In qua quoque relapſi ſunt Bobadill. &
Eſcobar. *ſup.* diſtinguentes, vt ſi per gratiam expunctæ
ſint rationes, præſcribantur viginti annis; ſi verò per
errorem, triginta annis, hoc enim reſpuit *d.lege calcu-
li,in fine,* vbi dictio *ſed*, cum ſit aduerſatiua, apertè do-
cet nunquam eſſe retractandas in eo caſu, quando
67 per gratiam expunctæ ſunt rationes. † Item etiam &
Cuiacius non minori errore labitur *hìc*, cùm *in d.le-
ge calculi.* loco vocis illius *gratiosè*, reponit *rationes,*
quem notat Giphan. *in d.lege vn.Codice de error.calcul.*
& ante eum eleganter Valenzuela *hìc d. num.36.verſ.
vt inde intelligas non poſſe admitti interpretationem Cuia-
cij.* cùm verbum *expunctæ*, disertè comprehendat ſub-
ſtantiuum *rationes,* vel *computationes.* Tum etiam, quia
ex verbo *calculi* initio poſito deducitur æquipollenter
iuxta ſubiectam materiam verbum *rationes*, vel *compu-
tationes*, vt patet ex *l.prima,§.1.ff.quæ ſent.ſine app.* vbi in
principio dicitur *calculi error*, quod poſtea dicitur *com-
putationis error.* Vnde in rationibus gratiosè expunctis
vult IC. non eſſe admittendam retractationem vllo
tempore ex eo ſolùm quod gratiosè expunctæ ſint.
Non verò loquitur vbi in ea gratioſa expunctione
error interuenit calculationis.

Neque ſupradictis aduerſabitur *lex Præſes Codice de* 68
*tranſact.* Nam rectè reſpondet Forcatul. *d. dialog.20.*
*numero 3. ibi* non fuiſſe in calculo erratum, ſed ſuper
re certâ debitum ciuitatis remitti, contra *leg. Impera-
tores 37. Digeſtis de pactis, lege tutor.7.§.competit. Dig.
de admin.tut.leg.in hæredem 5. Digeſt. de calumn.* Quod
quia liquidiſſimum erat, reſcinditur *leg.4.D.de decret.
ab ordin.* ciuitas quippe quæ indubitata ſunt remitte-
re nequit, docet quoque Gilchen. *in d.lege Præſes, nu-
mer. fin.*

Solet quoque hìc tractari de praxi huiuſce iuris,
quomodo admittendi ſint calculatores, & quomodo 69
calculatio executionem mereatur. Id ſanè rectè pro-
ſequuntur Noſtri, præcipuè Eſcob. *ſup. capit.31. tot.*
Gutierr. *libro 1.pp.quæſtione 37.numero 3.* Parlad. *libro
2.quotid.cap.fin.1.part.§.6. numero 3.* Azeued. *in lege
22.tit.6.libro 3.Recop.* Amad.Rodriguez *de execut. c.1.
art.3.ex n.20.*

## LEX III.

### IDEM A. *Atticæ.*

Si minori pretio quàm res eſt, apertâ fraude emptoris, vel gratiâ, quæ obligata ſunt fiſco, venierint: aditus Procurator meus debitam quantitatem inferenti reſtitui ea prædia iubebit.

### *SVMMARIVM.*

1. *Species vera huius legis,* & n.22.23.& 24.
2. *Creditor etiam inuito debitore pignus vendere poteſt ſi ei non ſoluatur.*
3. *Qualiter talis venditio debeat fieri vt valeat?*
4. *An neceſſarium ſit vt inter contrahentes paciſcatur de vendendo pignore? defenditúrque contra Cuiac. & alios vulgaris lectio* l. pen. D. de pign. act. *&* num.5.
6. *Pignoris venditio non valet ſi ſolemnitas iuris in ea non interuenerit, ita vt Dominus poſſit rem vindicare non reddito pretio,* & num. 8. *& remiſſiuè de interp.* l.1.Cod.ſi vendito pign. *cum aliis, &* num.7.& 10.
9. *Venditio celebrata cum debitâ ſolemnitate, dolo tamen emptoris gratia minori pretio res diſtracta fuit, actione pignoratitiâ in id quod intereſt tenetur creditor, non verò emptor, niſi in aliquibus caſibus,* & num.10.
11. *Quare debitor ſi agat contra emptorem, quando creditor non eſt ſoluendo, teneatur pretium refundere cum vſuris?* & num.12.& 13.
14. *Quæ actio competens dicatur, vt emptor conueniatur à debitore eo in caſu, & quid ſit interdictum fraudatorium?* & num.15.
    *Expenditur alia ratio Neotericorum,* num. 16. *& reijcitur,* num.17.& 18.
    *Vbi de ea reſtitutione agitur, quæ competit ex tit. ex quibus caus.maior.*
19. *Contra emptorem competere in integrum reſtitutionem generalem, quæ naſcitur ex fraude & iuſtitia cauſa, probatur, & expenditur mens* l. dolus 10. C.de rei vindic.*&* n.20.& 21.
22. *Aduerſus debitorem propter pignus competit actio pignoratitia in ſpecie huius legis.*
23. *Contra Plateam probatur valuiſſe hìc venditionem.*

25. *Ex*

ſij *in d.l.calculi.* qui diſtinguebant inter reuocationem ratione erroris calculi, vel ratione gratiæ admiſſæ in cauſa: vt quia calculator admiſit exceptionem, quam admittere non debebat, vel acceptum tulit quod non debuit. Primo caſu concedunt reuocationem intra triginta annos, iuxta *d.leg.calculi.* Secundo verò non niſi intra viginti aduerſùs adminiſtratores, vt *in d.§. Republicæ.* quæ doctrina neque adaptari poteſt verbis dictorum iurium, neque rationem differentiæ con-
64 ſtituit. † Eodem morbo laborat alia traditio Valenzuelæ *hîc d. numero 36.in medio. verſ. Nos verò* qui de expunctione rationum accipiendum cenſet Modeſtinus *in d.l.calculi.* id eſt, de cancellatione, quam reiicimus.

65 In tantâ ergo difficultate exiſtimarem ego differentiam eſſe conſtituendam inter retractationem rationum propter calculi errorem, vel ob alterius cauſæ allegationem, nam certum eſt non ſolùm rationes reuideri poſſe, vbi error in Mathematicis conſiſteret, vt putà quando calculatores dixerunt duo & tres eſſe octo, vel vbi erratum eſt in iure, eo quòd oneratus ſit adminiſtrator de illis parcellis, ſeu ſummis, quibus iure onerari non debuit, vel è contra non fuit oneratus de parcellis iure ab ipſo debitis, vel etiam quando allegatur vis, dolus, fraus, metus, vel ambitio, vt *in leg. Præſes 11.C.de tranſact.l.tutor.7.§. competit. D. de adminiſtr.tut.* Primo caſu procedit *d.leg. calculi.* vbi de errore expreſsè loquitur Conſultus, cùm tamen *in d.§. Republicæ*, cum generaliter loquatur, non autem de errore de aliis cauſis accipiendus ſit. Ratio differentiæ eſt, quoniam cum error veritati non afferat præiudicium, tantum tempus conceſſum eſt, quantum præſtatur præſcriptionibus iuris perſonalis *l.ſicut.leg. omnes, C.de præſcript.trigint.* At quando dolus, aut metus, aut fraus interuenit, ſufficiet minus tempus, quoniam eo in caſu agetur contra adminiſtratorem, non ſolum vt retractentur rationes, verùm vt puniatur tanquam falſus. *leg.1.§.ex illa 9. D.ad l.Cornel.de falſ.* vt docet Eſcobar. *ſupr.cap.1. numer.7.* Quod plauſibilius videtur in ea difficultate, quam nemo huc vſque diſſoluit. Subdit quoque Modeſtin. *in d.l.calculi,* non eſſe dandam ſupradictam retractationem, *ſi rationes gratioſè expunctæ ſint.* id eſt, ſi aliqua pars, aut ſumma fuerit admiſſa ob gratiam, quia fortè eam expenſam, quam admittere non debuit, per gratiam, vel amicitiam admiſit, ſciens non fuiſſe debitam, vel cum plus fuiſſet, debitum remiſit per gratiam . tunc enim ille, qui ratione illius gratiæ voluerit retractare, non poterit, & ſibi imputet ſi gratiam fecerit, docet Rebuff. *in l.cognoſcere 56. §.diſpungere, verſ.ſecundus caſus, D.de verb. ſign. argum. l.ſed ſi lege 22. §. conſuluit. Digeſt. de pet.hæredit.*
66 † In qua quoque relapſi ſunt Bobadill. & Eſcobar. *ſup.* diſtinguentes, vt ſi per gratiam expunctæ ſint rationes, præſcribantur viginti annis; ſi verò per errorem, triginta annis, hoc enim reſpuit *d.lege calculi,in fine,* vbi dictio *ſed*, cum ſit aduerſatiua, apertè docet nunquam eſſe retractandas in eo caſu, quando
67 per gratiam expunctæ ſunt rationes. † Item etiam & Cuiacius non minori errore labitur *hîc*, cùm *in d.lege calculi.* loco vocis illius *gratioſè*, reponit *rationes*, quem notat Giphan. *in d.lege vn.Codice de error.calcul.* & ante eum eleganter Valenzuela *hîc d. num.36.verſ. vt inde intelligas non poſſe admitti interpretationem Cuiacij.* cùm verbum *expunctæ*, disertè comprehendat ſubſtantiuum *rationes*, vel *computationes.* Tum etiam, quia ex verbo *calculi* initio poſito deducitur æquipollenter iuxta ſubiectam materiam verbum *rationes*, vel *computationes*, vt patet ex *l.prima,§.1.ff.quæ ſent.ſine app.* vbi in principio dicitur *calculi error*, quod poſtea dicitur *computationis error.* Vnde in rationibus gratioſè expunctis wult IC. non eſſe admittendam retractationem vllo tempore ex eo ſolùm quod gratioſè expunctæ ſint. Non verò loquitur vbi in ea gratioſa expunctione error interuenit calculationis.

Neque ſupradictis aduerſabitur *lex Præſes Codice de tranſact.* Nam rectè reſpondet Forcatul. *d. dialog.20. numero 3. ibi* non fuiſſe in calculo erratum, ſed ſuper re certâ debitum ciuitatis remitti, contra *leg. Imperatores 37. Digeſtis de pactis, lege tutor.7.§.competit. Dig. de admin.tut.leg.in hæredem 5. Digeſt. de calumn.* Quod quia liquidiſſimum erat, reſcinditur *leg.4.D.de decret. ab ordin.* ciuitas quippe quæ indubitata ſunt remittere nequit, docet quoque Gilchen. *in d.lege Præſes, numer. fin.* 68

Solet quoque hîc tractati de praxi huiuſce iuris, quomodo admittendi ſint calculatores, & quomodo calculatio executionem mereatur. Id ſanè rectè proſequuntur Noſtri, præcipuè Eſcob. *ſup. capit.31. tot.* Gutierr. *libro 1.pp.quæſtione 37. numero 3.* Parlad. *libro 2.quotid.cap.fin.1. part.§.6. numero 3.* Azeued. *in lege 22.tit.6.libro 3.Recop.* Amad.Rodriguez *de execut. c.1. art.3.ex n.20.* 69

## LEX III.

### IDEM A. *Atticæ.*

Si minori pretio quàm res eſt, apertâ fraude emptoris, vel gratiâ, quæ obligata ſunt fiſco, venierint: aditus Procurator meus debitam quantitatem inferenti reſtitui ea prædia iubebit.

### *SVMMARIVM.*

1. *Species vera huius legis,* & n.22.23.& 24.
2. *Creditor etiam inuito debitore pignus vendere poteſt ſi ei non ſoluatur.*
3. *Qualiter talis venditio debeat fieri vt valeat?*
4. *An neceſſarium ſit vt inter contrahentes paciſcatur de vendendo pignore? defenditúrque contra Cuiac. & alios vulgaris lectio* l. pen. D. de pign. act. *&* num.5.
6. *Pignoris venditio non valet ſi ſolemnitas iuris in ea non interuenerit, ita vt Dominus poſſit rem vindicare non reddito pretio,* & num. 8. *& remiſſiuè de interp.* l.1.Cod.ſi vendito pign. *cum aliis, &* num.7.& 10.
9. *Venditio celebrata cum debitâ ſolemnitate, dolo tamen emptoris gratia minori pretio res distracta fuit, actione pignoratitiâ in id quod intereſt tenetur creditor, non verò emptor, niſi in aliquibus caſibus,* & num.10.
11. *Quare debitor ſi agat contra emptorem, quando creditor non eſt ſoluendo, teneatur pretium refundere cum vſuris?* & num.12.& 13.
14. *Quæ actio competens dicatur, vt emptor conueniatur à debitore eo in caſu, & quid ſit interdictum fraudatorium?* & num.15.
*Expenditur alia ratio Neotericorum,* num. 16. *& reijcitur,* num.17.&18.
*Vbi de ea reſtitutione agitur, quæ competit ex tit. ex quibus cau.maior.*
19. *Contra emptorem competere in integrum reſtitutionem generalem, quæ naſcitur ex fraude & iuſtitia cauſæ, probatur, & expenditur mens* l. dolus 10. C.de rei vindic.*&* n.20.& 21.
22. *Aduerſùs debitorem propter pignus competit actio pignoratitia in ſpecie huius legis.*
23. *Contra Plateam probatur valuiſſe hîc venditionem.*

25. Ex

25. *Expenditur* l.fin. C. ſi aduersùs fiſcum reſtitur. *&* num.27.

26. *An OEconomus Eccleſiæ qui rem nulliter alienauit, poſſit retractare venditionem, & aduerſus proprium factum venire?*

28. *Confutatur error antiquorum volentium Procuratorem Cæſaris eſſe Iudicem quando emptor conuenitur à debitore in hoc caſu.*

29. *An fiſcus trahat cauſam ad ſuum Iudicem?* & num. 30. & ſeqq.

33. *An fiſcus exiſtat ſemper ſoluendo, & prius ſit excutiendus, quàm eius fideiuſſor?* & numero 34. *&* 35.

36. *Agitur de interpretatione* l.pen. D. de reſcind. vend. *&* numer. 37. *& de oblatione pecuniæ ibi facta,* num. 38.

39. *An remedium* leg. 2. C. de reſc. vend. *potuit intentari à debitore, hic,* numero 41. & ſeq. & 44. & 45.

40. *An eius legis remedium fuerit cognitum ante Diocletianum?*

42. *An remedium huius legis habeat locum in ſubhaſtatione publicâ?*

43. dict. lex 2. *an in dolo, vel in læſione pretij fundetur?*

46. *An dolus dedit cauſam contractui in hac ſpecie?* & num. 47. & 48.

49. *Quando dicatur res vendi gratia emptoris, & quando per fraudem?*

50. *An ſi emptor in hac ſpecie velit pretium ſupplere, id facere poſſit?*

51. *Debitor cui debeat ſoluere cùm rem auocat in hoc caſu?*

52. *De interpretatione* l. emptor. 65. D. de R.V. *& num.* ſeqq.

1 VARIÆ ſunt lecturæ quas ad hoc Gordiani reſcriptum adferunt Interpretes, Accurſ. Bartol. Platea, Rebuff. & Valenzuel. *hic*, ſed eis inſuper habitis vera ſpecies eſt. Fiſcus habuit debitorem Seium, qui eidem fiſco, vel res ſuas tacitè cum eo contrahens, obligauerat, iuxta *l. aufertur* 46. *§. fiſcus, D. hoc tit.* vel expreſsâ conuentione, vt *in l. fin. D. qui potiores.* Inter eas res ſunt prædia obligata, quæ vel fraude, colluſione, aut gratiâ emptoris minori pretio, quàm valebant, diſtracta ſunt ex officio, vt *in l. 2. infr. de iure haſtæ fiſc. leg. 1. Cod. ne fiſcus rem quam vend.* vel ab alio Procuratore Cæſaris, vt ponit Cuiac. ex *l. fin. Cod. ſi aduerſ. fiſcum.* Hoc caſu ſi debitor fiſco intulerit, vel ſoluerit quantitatem quam debebat, prædia ea conſequetur.

2 Hæc ſpecies vt clarius procedat, ſciendum eſt creditorem ſimul atque pecunia deberi cœperit, nec ei ſoluatur, poſſe pignus rectè conſtitutum iure vendere, atque diſtrahere, inuito etiam debitore, *leg. 1. & tot. Cod. debitorem vendit. pign. l. ſi ceſſante 7. cum aliis illius tit. Cod. de diſtract. pign. leg. 3. §. 1. Cod. de iure domin. impetr. leg. 4. D. de pignor. act. leg. ſi creditor 52. D. de act. empt. l. ſi pupillorum 7. §. 1. D. de reb. eorum*, etiamſi debitor inhibuerit in ſuo teſtamento alienationem, nam ius creditoris ob id non læditur, *l. filiusfam. 114. §. diui 14.* ibi, *ſed hæc nec creditoribus, D. de legat. 1. dict. leg. 1. Cod. debitorem vend. pign. l. non eſt nouum 46. D. de acquir. rer. domin.* explicant Cuiac. *libro quinto, obſer. cap. 16. & in d. tit. Cod. debit. vend. pign.* Pinell. *in leg. 2. Cod. de reſcind. 2. part. cap. 2. numero 4. & ſeq.* Donell. *in dict. leg. 4. Cod. de diſtr. pign.* Gothofred. *in dict. leg. 3. §. 1. Cod. de iure dom.* Schifordegh. *ad Ant. Fab. libro 2. tract. 19. quæſt. 5.* & alij relati à noſtro Prædeceſſore Ant. Pichar. *in §. Actionum, quæſt. 24. num. 24. infr. de action.* † Quæ diſtractio debet fieri ſinceriter & bo-
3 nâ fide, *dict. leg. 4. dict. leg. ſi ceſſante, l. quæ ſpecialiter 9. Cod. de diſtr. pign.* quod idem eſt ac ita vendere vt bonus paterfamilias faceret in re ſua, & omnia obſeruare, propter quæ res facile emptorem inueniret, & quàm optimè vendi, *leg. penult. Cod. ſi de vendit. pign. ag. iuncta l. ea igitur 14. D. de pignor. act.* Aliaque ſolemnia debent interuenire, quæ ſedulò commemorant Accurſ. *hic ſchol. 1.* Donell. per Text. *ibi, in dicta l. 2. numero 7. & in dict. leg. pen.* vbi etiam Gothofred. Schifordegh. *dict. quæſt. 5.* Giphan. *in leg. 2. Cod. de diſtr. pign. verſ. quod attinet ad ſolemnia,* & Cuiac, *in eod. tit. verſ. ad hæc notandum,* & nos dicemus *in leg. 1. infr. de fide & iure haſtæ fiſc.* † In quo reiiciendus eſt ipſe Cu- 4
iac. inter alia requiſita connumerans, vt hæc diſtractio fiat ex pacto, vt *in l. penult. D. de pign. act.* vbi quòd Florentiæ ſcriptum eſt ita *cùm in venditione quæ fit ex facto, ſuum negotium creditor gerat* ita ipſe legendum exiſtimat, *quæ fit ex pacto:* vt *in §. contrà autem creditor, Inſt. quibus alien. licet leg. 7. Cod. de diſtr. pign.* quam lectionem (prout ei mos eſt) repetit *libro tertio Reſp. Pap. in dict. l. penult.* & Ant. Fab. *in rat. in eam legem, & ibi* quoque Gothofred. qui ſolet ſemper Cu-
iacium exſcribere. † Quæ lectio admittenda non eſt, 5
quoniam ſequeretur non poſſe creditorem ſine pacto pignus vendere, quod falſum eſt, ex *dict. leg. 4. D. de pignor. act.* vbi etiamſi non conuenerit vt pignus vendi
poſſit, nihilominus licet diſtrahere. † Hinc eſt quod 6
ſi venditio pignoris fiat ſine debitâ ſolemnitate, non iure facta erit, & debitor, ſi velit, rem vindicabit ab emptore non reddito pretio. Nam cùm ipſo iure nulla fuerit venditio, debitor eius rei adhuc dominus permanſit, & iure ordinario eam vindicat vt dominus, *l.*
*in rem 25. cum vulg. D. de rei vind.* ergo redditio pretij 59
ei non incumbit, quia dominus à quolibet vindicat rem ſuam ſine damno, aut impenſa propria; quando rem ipſe non vendidit, aut eius venditioni aſſenſum non præbuit, *l. ſciens 7. Cod. de ſenatuſconſ. Velleian. l. ſi mancipium 23. Cod. de rei vind. l. redemptores 39. § fin. cum l. ſeq. D. eodem, l. 2. Cod. de furtis, leg. 1. in fin. Cod. de præſcript. trigint.* docent Socin. *reg. 439.* Cuiac. & Giphan. *in tit. Cod. de vendito pignore*, Gothofred. *in dict. leg. 2. Cod. de fur.* Ant. Fab. *de error. decad. 1. err. 5. & 6.* Schifordegh. *ſup.* & Barboſ. aliud agens *in l. quæ dotis*
*34. num. 140. D. ſol. matr.* & alij DD. *in d. iur.* † Húc- 7
que ſpectat *l. 1. Cod. ſi vendito pign. l. ſi fundum 27. Cod. de euiction.* de quarum interpretatione erunt conſulendi Schiford. *ſup.* Couarr. *libro 3. var. cap. 17. num. 1. & 2.* A. Gom. *tom. 2. var. capit. 2. numer. 8. & 39. & 42.* Forner. *libro 2. ſelect. cap. 13.* Greg. *in l. 19. tit. 5. part. 5. verb. tornar el precio.* Queſada *q. iuris cap. 10. num. 2. & 6.*
† Dixi iure ordinario à debitore vindicari, non verò 8
agere pignoratitiâ, vt malè ſenſit Donell. *in dict. leg. 4. num. 8.* Nam hoc caſu, de quo loquimur, eodem modo cenſetur ac ſi creditor refragante conuentione vendidiſſet, vt patet, & tamen ipſe Donell. in eo concedit vindicationem, *in tit. C. ſi vendit. pign. num. 2.*
At verò ſi facta ſit venditio à creditore ſecundùm 9
iuris formam, dolo tamen malo & fraude, minori pretio emptoris gratia diſtraxit, eo in caſu competit debitori actio pignoratitia contra creditorem in id quod intereſt rem minoris venditam eſſe quàm valebat *l. 1. in princip. l. 3. Cod. ſi vend. pign.* in quo continetur res ipſa vel pretium iuſtum, *leg. 4. & 7. Cod. de diſtr. pign.* At in emptorem nulla competit actio, etſi mala fide verſatus ſit, quoniam ipſo iure pignoris dominium tranſit in emptorem, & iuſta fuit emptio, vtpotè adhibitis debitis ſolemnitatibus, & non debet temere conuelli fides auctionis publicæ quæ iure perfecta eſt, vt obſeruant Cuiac. Donell. & Giphan. *in d. tit. Cod. ſi vendit. pign.* & Schifordegh. *ſupr. d. quæſt. 5.*
† Aliquando ſolet aduersùs emptorem debitor agere 10
ſi interueniente eius mala fide creditor ſoluendo non eſt, *l. 1. & 3. Cod. ſi vend. pign.* Quibus non obſtat *l. 4.*

eiuſdem

eiuſdem tit. quoniam cum Donell. ibi num. 5. Cuiac. in
fine, Pinell. in leg. 2. Cod. de reſcind. 2. part. capit. 2. nume-
ro 3. reſpondendum erit, non negare Gordianum
prius eſſe conueniendum creditorem, verùm poſſe
etiam & emptorem competenti actione conueniri, id
eſt, priùs diſcuſſo creditore per pignoratitiam. Nam
competens actio nulla eſt debitori conceſſa, niſi priùs
conſtiterit creditorem ſoluendo non eſſe, vt in dict. leg.
& eo caſu quo conuenerit emptorem, debebit ei pre-
tium cum vſuris offerre, quanti ſcilicet pignus vendi-
tum eſt, vt in d. iuribus l. ſi cum 6. Cod. de reſtitut. milit.
11 leg. 2. Cod. de vxoribus milit. † Rationem reddit Do-
nell. ſup. num. 7. Quia pretium ſit in rem debitoris, &
in vtilitatem eius, cùm ſolutum ſit creditori quo libe-
12 ratus eſt, † Quæ ratio etſi ab Accurſ. antea fuerit
inſinuata in d. l. 1. gloſſ. magna & hîc verb. inferenti, verſ.
ſi pretium, omnino eſt falſa, quia cum venditur pignus,
totum illud negotium eſt creditoris, dict. l. penult. D. de
pignor. act. leg. quod ſeruus 11. D. de in rem verſ. facitque
principium iuris planiſſimum, patrem, vel dominum
actione de in rem verſo non teneri, niſi animus fuerit
filio, vel ſeruo principaliter gerendi negotij, & augen-
di patrimonij patris, vel domini. d. leg. & ideo 7. §. fin.
D. de in rem verſo. Quod in noſtro caſu procedere non
poteſt, cùm creditor ſuum, non debitoris, negotium
gerat, imò in eius perniciem & damnum emptionem
13 facit. † Verior ergo ratio mihi videtur quæ traditur
à Cuiacio in d. tit. Cod. ſi vend. pign. verſ. notandum, quo-
niam emptor qui ex iuſtâ emptione factus eſt domi-
nus rei, facit vt amittat dominium debitor, l. dolus 10.
Cod. de reſcind. vend. quare æquum eſt vt petente de-
bitore vnuſquiſque ius ſuum integrum recipiat, debi-
tor rem cum fructibus, emptor verò pretium cum
vſuris.

14 Sed dubium eſt quæ actio competens dicatur in hoc
caſu, cum actio pignoratitia ſolum inter debitorem &
creditorem habeat locum ex negotio contracto, §. fi-
nal. Inſtit. quibus modis re contrah. obligatio. & antiqui
poſt Accurſ. in dict. leg. 1. Cod. ſi vend. pign. vbi Salicet.
numero 1. Barboſ. numero 6. Rebuff. numero 2. Platea
num. 4. verſ. item quæro, exiſtimant competere interdi-
ctum fraudatorium, quod differt ab edicto de his, quæ
in fraudem creditorum, quia illud loquitur quando
debitor alienat in fraudem creditorum, vt diximus
in leg. 1. ſuprà hoc tit. Hoc autem econuerſo quando
alienatur in fraudem cuiuſpiam, cuius fit mentio in l.
ſi poſtulante 67. §. 1. D. ad Trebell. l. pupilli 92. D. de
ſolution. notant Schard. & alij verb. interdictum frauda-
torium, & relati ab Oſuuald. libro 23. Don. cap. fin. lit.
15 X. † Verùm hoc diſplicet Donello in d. tit. Cod. ſi vend.
pign. numero 8. nàm edictum illud eſt de his rebus,
quas debitores ipſi alienant. Hîc autem agimus de re-
bus alienatis ab ipſis creditoribus in fraudem debito-
rum, & quando res à debitore alienantur, neceſſe fuit
actionem proponere creditori ad eas reuocandas, quia
debitor dominus fuit, & iure ſuo alienanit. §. item ſi
quis in fraudem, Inſtit. de action. At cùm dolo malo
creditor pignus vendit, & emptor eodem dolo emit,
non fuit neceſſe debitori nouam actionem proponere,
cùm venditio iure non valuit omni ex parte, & debi-
tor dominus manſerit, de cuius ratione & veritate
nunc agere non libuit, cùm ad alia properemus. Neo-
16 terici † ferè omnes competere aiunt debitori actio-
nem in rem vtilem, impetratã tamen per in integrum
reſtitutionem ex ea parte edicti, quâ maiores ex iuſtâ
aliquâ cauſâ vocantur, leg. 1. & tit. D. ex quibus cauſ.
maior. de qua actione reſtitutoria in rem exempla ha-
bemus in leg. emptor 65. D. de rei vind. l. metu 9. §. volen-
ti, & §. licet l. ſi mulier 21. §. fin. D. de eo quod metus cauſ.
l. 3. & 4. Cod. eod. l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. vendit. pign. l. 2.
Cod. de prædiis minor. tradit idem Donell. d. numer. 8.
verſ. ſupereſt igitur, & in l. 2. numer. 18. Cod. ſi propter pu-
bl. penſit. Cuiac. & Giphan. ſup. & ante eos tenuit
Ac. in d. l. 1. Cod. ſi vend. pign. verb. iubebit. † Sed ea ra- 17
tio mihi minimè placet, quoniam actio in rem dari
non poteſt ei, qui dominus non eſt, ſiquidem ex iuſta
venditione tranſlato dominio in emptorem nunquam
potuit ea actio accommodari, etiamſi eſſet vtilis, quæ
non minus efficax eſt ad agendum, quàm directa, leg.
actio 47. D. de neg. geſt. l. ſi hæres 70. D. ad Trebell. cum
notatis ab Ant. Fab. in dicta lege actio, & in lege ſecun-
da D. de poſſeſſ. hær. pet. Oſuuald. libro 21. Donellus
capite 1. littera H, & à me libro 1. obſ. capite, 11. numero
29. † Rurſus ipſa actio reſciſſoria, de qua in dicto ti- 18
tul. D. ex quibus cauſ. maior. non requirit duplicem
actum, ſcilicet vt reſtituatur, & poſtea agatur, ſed vno
iudicio vtrumque facit, lege ſed etſi 26. §. ſi feriæ, lege
necnon 28. §. fin. D. illo titulo & in vno eodémque libel-
lo petitur & actum reſcindi, & rem reſtitui, vt ex mul-
tis quos refert & obſeruat Pichard. in dicto §. rurſus 5.
numero quinto Inſtitut. de action. Vltimò facit lege dolus
decim. Codice de reſcind. vend. ibi, Non aduersùs eum rei
vindicatio, ſed reſtitutio in integrum competit, quæ ver-
ba apertè excludunt rei vindicationem.

Quare in hoc caſu arbitror non fuiſſe introductam 19
aliquam actionem aduersùs emptorem, ſed tantùm in
integrum reſtitutionem datam generalem, quæ ex do-
lo & fraude aduerſarij, & ex iuſtitia cauſa naſcitur,
cuius exemplum præſtat dicta lex dolus, vbi cùm dolo
emptoris qui vendiderit, & poſtea emptor in alium
rem transferat, non aduersùs tertium, in quem domi-
nium tranſtulit, datur rei vindicatio, ſed in integrum
reſtitutio contra ipſum doloſum. † In qua ſpecie ni- 20
hil dices cum Accurſ. ibi, ſi eam reſtitutionem referas
ad edictum, ex quibus cauſis maiores, vt in lege in con-
tractibus, Codice ex quibus cauſis maiores. Nam etſi ma-
iores ſoleant reſtitui ex cauſis illo edicto contentis,
inter quas dolus connumeratur. Nihilominus tamen
non eſt vera reſtitutio: ſic enim videmus ex Pauliana
& Fabiana actione alienata reuocari, & tamen non
ſunt propriè reſtitutiones, Donellus libro 21. comm. ca-
pite quinto, vbi Oſuuald. littera C. Deinde, quia vt ait
Faber in Ratio. ad legem 1. §. 6. Digeſtis de dolo, laudatus
ab Oſuualdo, nunquam haberet locum edictum de do-
lo, ſi reſtituerentur in integrum ratione doli, iuxta le-
gem quidam 38. Digeſtis de dolo, quam explicat idem
Faber libro ſecundo coniect. capite 12. † Quare veriùs 21
dices dari in integrum reſtitutionem generalem, vt
diximus, quæ omnia reponat in priſtinum ſtatum, non
ex eo edicto, quoniam cùm valuerit venditio, & do-
minium ex ea tranſlatum ſit, non potuit interuenire
aliud remedium, & ita ex æquitate illa reſtitutio datur
extraordinaria, vt in lege Diuus 33. D. de re iudic. l. 3. §.
Diuus 9. D. de iure fiſc. l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrum. vbi in in-
tegrum reſtitutio datur, quæ non poteſt de reſtitutio-
ne ordinaria intelligi.

Ex quibus iam colligitur in ſpecie noſtra fiſcum 22
pignus vendidiſſe, & contra debitorem egiſſe actione
pignoratitiâ, quæ actio eſt perſonalis, & eo caſu, vt
eleganter agnouit Valenzuel hîc, ex n. 8. verſ. poſt alios,
competit l. fin. C. de diſtract. pign. iuncta l. ſi rem. 9. §. om-
nis, D. de pignor. act. non verò rei vindicatio, quæ vt
diximus, competere nequit non domino. † In qua 23
re valde deceptus eſt Platea hîc n. 1. circa fin. qui aſſerit
nullam fuiſſe venditionem, & ſic non fuiſſe tranſla-
tum dominium, & ob id competere rei vindicationem,
quod vtique falſum eſſe conſtat ex ſupradictis. Quo
errore inuoluuntur alij antiquiores Interpretes poſt
Accurſ. & Bart. proſequitur Valenzuel hîc ex num. 2.
& præcipuè num. 6. qui in varias inciderunt difficul-
tates, ſcilicet quomodo hîc conueniatur fiſcus qui
non poſſidet, ſed emptor, affirmántque rem non fuiſ-
ſe traditam à fiſco, quod mere confictum eſt, cùm ea
verba, reſtitui ea prædia iubebit, demonſtrent traditio-
nem

nem interceſſiſſe. Neque veroſimile ſit fiſcum vendidiſſe bona ſui debitoris, & non tradidiſſe emptori,
24 cui ex cauſa emptionis tradere neceſſe erat. † Igitur verius eſt debitorem egiſſe contra fiſcum quem conuenit coram ſuo Iudice, id eſt, Procuratore Cæſaris, qui, vt notauimus *in lege ſecunda ſuprà numero primo & ſecundo* Iudex erat inter fiſcum & priuatum, & cùm fuerit per fraudem venditio celebrata, etiamſi valeat, nihilominùs tamen reſcinditur, quod vtique fieri non poſſet ſi rectè, & vt oportebat facta fuiſſet, *lege ſecunda Codice ſi antiquior credit. leg. ſecunda Codice ſi propter publ. penſit. lege ſi ceſſante ſeptima Codice de diſtractione pignoris*. Ratio eſt, quoniam fraus & dolus nemini debet patrocinari, neque congruat vt cum damno debitoris emptor locupletetur, & ex dolo & fraude conſequatur commodum, *lege itaque fullo 12. cum vulgat. D. de furt.* & id apertè accideret in noſtro caſu, quia ex parte fiſci interuenit mala fides, *lege prima infrà de iure haſtæ fiſci lege 2. Codice ſi propter public. penſit. lege tertia §. diui D. de iure fiſci*, cúmque eam ſemper videatur habere, qui rem magni pretij pro viliori vendidit, *lege magis puto quint. §. non paſſim, verſiculo idem prætor, Digeſtis de rebus eorum, lege prima iuncta gloſſa verb. dolo. & leg. 4. C. ſi vendito pign. l. ſi pignora 50. D. de euictio.* Bart, *in lege alio, num. 3. in fin. & num. 14. D. de alim. leg.* Gamma *deciſ. 77. num. 4.* & fiſcus re ſuâ per fraudem priuauerit debitorem, æquum fuit vt reſcindatur contractus, maximè cum ipſe debitor debitam
25 pecuniam obtulerit. † In cuius veræ explicationis firmationem adducit Valenzuel. *num. 2. l. fin. C. ſi aduerſus fiſcum reſtitutio*, vbi fiſcus fuit conuentus, quemadmodum in noſtro caſu, coram ſuo Iudice, quia per colluſionem, vel fraudem nimis exiguo pretio fundum vendiderat Procurator Cæſaris, & quamuis fraus fuerit ab ipſo Procuratore commiſſa, rectè poterit idem venditionem retractare, & aduerſus factum ſuum ve-
26 nire. † Quemadmodum Eccleſiæ œconomus, qui vendidit rem Eccleſiæ per fraudem, aut non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, poteſt venditionem infirmare, & contra proprium factum venire, *lege iubemus nulli 14. §. ſanè ſi hæc 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* vt notat *ibi* poſt Bald. & antiquiores Salycet. *num. tertio*, Panorm. Anania *num. 15.* Beroi. *numero 18. & 32.* Imol. *num. 18. per text. ibi in capite ſi quis presbyterorum, de rebus Eccleſiæ*, & plures alij relati à Gutier. *libr. tertio pp. quæſt. 41. ex numero 1. & maximè num. quinto* & præter eos Gratus *conſ. 91. num. 25. libro 1.* Crauetta *conſ. 200. ex num. 7.* Afflict. *deciſ. 240 numer. 8. & in conſtit. Neapol. rub. 5. numero 7. in capite 1. § ſi Titius num. 15. ſi de feud. fuerit controu.* & Valenzuel *hic num. 3.* & ego, Deo dante, dicam *in l. quemadmodum 7. infra de agricol. & cenſ.* vbi Doctores hanc quæſtionem pertractant circa poſ-
27 ſeſſorem maioratus, qui rem alienat, & ſimiles. † Vel ſi (vt *in tractatu d. l. fin. C. ſi aduerſ. fiſc.* quam explicabam) Procurator Cæſaris non ſit qui fraudem commiſit, ab alio, nempe qui non vendidit, retractatio fieri poterit, quem ſenſum ipſa *l. fin.* edixit illis verbis, *tunc temporis Procuratoris noſtri*, quaſi ab alio inualidationem faciendam proteſtans.

28 Ex quâ verâ reſolutione primò deduco falſam eſſe Accuſ. Bart. *numero 4. ad finem* Plateæ *numero 4. verſ. quæro nunc*, & aliorum, quos retulit Valenzuel. *num. 10. ſuprà* aſſertam opinionem, qui dicebant quod cùm in noſtra lege conuentus fuerit emptor, coram Procuratore Cæſaris debuiſſe conueniri, quod variâ ratione
29 & fundamento adſtruere conantur. † & illa magis fuit recepta, vt ſpeciale ſit in fiſco venditore, vt poſſit trahere actorem ad ſuum Iudicem, qui erat Procurator: vnde cùm emptor cauſam habeat à fiſco, potitur foro ipſius fiſci, & ita inſpicitur forus fiſci vendentis, & non forus emptoris, & ita lex noſtra continebit caſum ſpecialem, cum regulariter ſi alius eſſet venditor, & non fiſcus, eſſet inſpiciendus forus emptoris conuenti, ex regula *l. venditor 49. D. de iudiciis* ſequuntur hanc doctrinam Barboſa *in d. l. venditor num. 151.* poſt alios antiquos *ibi* Peregrin. *de iure fiſc. lib. 7. tit. 1. num. 9.* Farinac. *1. p. fragm. verb. fiſcus num. 182. & ſeq.* & ante eos Mart. Laudenſ. *de fiſco q. 27.* Angel. *in §. actionum num. 19. Inſt. de actio.* Burgos *in cap. fin. num. 16. de emptio. & vend.* † Et ratio eſt, quoniam fiſcus re 30
euictâ emptori ſaltem tenetur reſtituere pretium, atque ita ſuccedit regula quæ habet quod fiſcus comparans in cauſa pro ſuo intereſſe, cauſam trahit ad ſuum Iudicem, de qua Capycius *dec. 197.* Cagn. *in d. l. venditor 49. n. 17.* Platea *in l. non iniuſta, n. fin. infr. de conuen. fiſci debit.* & latè Guſman *de euictio. quæſtione octaua ex numero 1.*

Contraria autem ſententia in fiſco, nempe quoad 31
hanc ſpeciem, nihil eſſe ſpeciale placuit Baldo *hic n. 2.* Couar. *in 1. parte cap. 8. num. 5. verſ. idem* Rebuffo & aliis, quos ſequitur Barboſ. *ſup. n. 153.* & Valenzuel. *hic num. 10. verſ. Verumtamen recepta hæc*, quam ſententiam veriorem ego agnoſco, cùm de tali priuilegio nullum ſit ius, quod illud inducat, & certum ſit vbi fiſcus non reperitur ſpecialiter priuilegiatus vti priuilegio priuati, vt probauimus *lib. 3. obſeru. cap. 2. num. 24.* & ita *in l. vn. ad fin. cum gloſa infr. de vendit. rer. fiſcal.* cùm emptor qui à fiſco emit, reconuenitur, apud ſuum Iudicem iudicium peragitur. † Accedit etiam in ſu- 32
pradictis terminis non agi de fiſcali iure, aut priuilegio aliquo, ſed de tertio emptore, qui cauſam à fiſco habuit, & qui iuſtè apud ſuum Iudicem conuenietur, cuius iudicium non poterit declinare, allegans fiſcum proprium habere Iudicem qui eſt Procurator, cùm is fiſco Iudex ſit, quando conuenitur: at emptor eſt conuentus, non fiſcus, & non poterit opponere, fiſco faciendam eſſe ſolutionem debitæ quantitatis, & ſic coram eius Iudice hoc eſſe allegandum, quæ enim ad fiſcum pertinent, noluit lex poſſe allegari niſi ab ipſo fiſco, iuxta celebrem Accurſ. doctrinam *in l. his conſequenter 18. §. ſed an in familia. D. famil. erciſc. verb. non pertinere.* † Neque in contrarium quidquam facit 33
deciſio noſtræ legis. Nam affirmandum eſt in ea non agi de conueniendo emptore qui non poterat conueniri, niſi prius excuſſo fiſco, qui erat creditor, vt iam ſæpè diximus: at cùm fiſcus ſemper exiſtat ſoluendo, *l. 2. in fin. D. de fund. dotal.* († quapropter ab eo non 34
exigitur cautio ſicut à priuato, licèt nō ob id eius fideiuſſor poſſit conueniri antequam ipſe excutiatur, vt verius reſoluunt Caſtrenſ. & Cuman. *in l. fin. D. ſi cert. pet.* Roman. *ſing. 64. & conſ. 93.* Chaſſaneus *in conſuet. Burg. rub. 5. §. 2. n. 2.* Ant. Gabr. *lib. 4. comm. concl. tituli de fideiuſſore concluſione prima, numero tertio & quarto*, & noſter Valenzuel. *in rub. tituli numero quadrageſimo ſeptimo*, & Fuluius *numero decimo tertio* reprobatâ contrariâ opinione Bald. *in lege prima, numero decimo ſeptimo infr. de conuen. fiſci debitor.* Bar. & Alex. *in d. leg. finali ſi cert. pet. & in lege decem. de ver. obl.*) † Nunquam 35
poteſt euenire caſus ille, vt emptor conueniatur ante fiſcum, & ideò ſuperflua erit eius rei tractatio, quæ verior eſt ſolutio, & noſtræ deciſioni congruentior, quàm quæ traditur ab Angel. *in principio Inſtitutorum de except. n. 17.* quem ſequitur Barboſ. *ſup. num. 153.* qui præſupponebant venditionem fuiſſe nullam in præſenti, quod tamen iam probauimus eſſe falſum. In qua re etiam lapſi ſunt Socin. *conſ. 91. col. fin. lib. 3.* & Corneus *conſ. 79. ad fin. libri quarti* quos laudat idem Barboſ. *ſup. num. 155.* qui dicebant debitorem non ſolùm habere actionem aduersùs fiſcum, ſed etiam aduerſus emptorem, quia erat nulla venditio, quæ doctrina generaliter eſt falſa.

*Secundò* ex *ſuprà* tradita vera doctrina venit expli- 36
candus Scæuola *in l. pen. D. de reſcind. vendit.* vbi ait fundum venditum fuiſſe ob vectigal Reipublicæ mi-

noris

nori pretio, quàm valebat, & ob id reſciſſam vendi-
tionem domino fundi pecuniam offerente, quod ea
ratione procedere, quoniam præceſſit oblatio verba-
lis debitoris pecuniam offerentis, exiſtimarunt Bart.
& reliqui *ibi* Cuiac. *in tit. C. de diſtr. pign. verſ. eſt etiam*,
& relati à Barboſ. *in l. ſi mora* 10. *n.* 56. *D. ſolut. matr.*
Verùm id negauit Salyc. *in l. ſi reſiduum, in fi. C. de diſtr.*
*pig.* qui ait reſciſſionem venditionis non ratione ver-
balis oblationis factam, ſed potiùs quoniam cùm de-
bitor profeſſus eſſet ſe velle vectigal exſoluere, vt
venditionem ita excuſaret, nihilominus poſtea fuit
venditus fundus minori pretio quam deberetur pro
vectigali integro, & ita reſcinditur venditio in fauorem
fiſci, ne aliàs remaneat fraudatus in vectigali, quod
37 ſibi debebatur. † Quæ interpretatio diſplicet Barbo-
ſæ, quoniam vt procedat oportet præſupponere de-
bitorem vectigalis nulla alia habere bona, niſi fun-
dum illum ad exſoluendum vectigal, cùm nõ aliter poſ-
ſit conſiderari fiſci præiudicium. Minus eſt admitten-
dus Accurſ. Bald. & alij, quos refert & refellit Barboſ.
38 *ſup. n.* 58. † Qui aliis interpretationibus reiectis *n.* 92.
cenſet verius *in d. l. pen.* ante venditionem interceſſiſſe
oblationem realem, quia ſola verbalis ſolutio nullius
momenti foret vt venditio impediretur, neque offerre
pecuniam non eſt dicere ſe eſſe paratum ſoluere, ſed
præſentem offerre, id eſt, pecuniam quam debebat ſe-
cum ferre, & eam totam repræſentare creditori, *arg. l.*
*cùm ſeruus* 82. *D. de cond. & dem.* ibi, *nam non vtique ſi*
*ille in folle reliqua obtulerit, liber erit.* vbi docet Gotho-
fredus & Donell. *in lege ſi acceptam decima nona Codice*
*de vſuris num.* 4. *&* 5. *& libro* 15. *com. cap.* 13. Gratianus
*diſceptatione forenſi tomo ſecundo, cap.* 260. *leg. cùm poſſeſ-*
*ſor* 5. *Dig. de cenſibus*, & ita licet propter oblationem
realem factam extra iudicium non impediatur venditio
rei pignoratæ, impeditur ſi ſequatur depoſitio & con-
ſignatio, *leg. ſi reſiduum quint. leg. ſi priùſquam octaua Cod.*
*de diſtractione pignoris lege ſecunda Codice debitorem ven-*
*ditionis pignoris* tametſi oblatio realis *in dicta lege pe-*
*nult.* impediet venditionem pignoris, & factam reuo-
cabit, quoniam ibi fundus vendebatur propter vecti-
gal non ſolutum Reipublicæ, quaſi propter hoc fun-
dus incidiſſet in commiſſum, *lege finali infra de exactio-*
*ne trib. leg.* 1. *&* 2. *C. ſi propter publ. penſ.* & ſpeciale eſt
in debitore vectigalis, vel tributi, vt ſi realiter offerat
pecuniam, & officialis cui incumbebat, noluit eam ac-
cipere, excuſatur ab hoc commiſſo, ita vt propter eam
cauſam fundus vendi non poſſit, *l. prima infra de ſuſcept.*
39 *Tertio* ex *ſuprà* reſolutis deduco non potuiſſe hunc
debitorem (cuius pignus per fraudem minori pretio,
quam valebat, venditum eſt hîc) intentare remedium
*leg. 2. Cod. de reſcind. vend.* quod poſt Acc. *verb. pretium*,
tenuerunt Bart. *num.* 11. Platea *n.* 5. Valenzuel. *num.* 13.
*hic*, Cagnolus *in d. lege* 2. *n.* 211. *quæſt.* 46. Baldus, Saly-
cetus & alij relati à Pinell. *in dicta leg.* 2. *pagin.* 2. *cap.* 2.
*n.* 1. Ratio eſt multiplex, quia, vt ſentit Pinellus reme-
dium *d. l.* 2. nondum erat cognitum ante Diocletianum
& Maximianum eiuſdem legis Auctores, cùm multò
ante floruerit Gordianus, qui noſtram hanc tulit, vt
conſtat ex faſtis conſularibus Contij Chron. Caſſiod.
Zonar. *libro* 2. *ann.* Baron. *tomo* 2. *ann.* Turſellin. *libro*
4. *Epitomes hiſt. Chronolog.* Marcelliana *anno Chriſti*
40 239. *& ſeq.* † Quæ ſententia licèt vt inaudita & no-
ua defendatur à Pinello *in de leg.* 2. 1. *p. cap.* 1. *num.* 2.
fuit de mente Accurſij *ibi, verb. humanum*, & aliorum,
quos refert Padill. *ibi num.* 10. *verſ. vnde ipſe infero*, licet
communior ſit altera, quæ remedium illud ante Dio-
41 cletianum cognitum fuiſſe aſſeuerauit. † Secunda ratio
eſt, quia imputari debet debitori quia ea lege pignus
42 tradidit vt vendi poſſit. † Tertia, quia, vt Platea con-
ſiderat, fiſcus non poteſt vendere pignus niſi in publi-
ca ſubhaſtatione *lege* 1. *infra de iure haſtæ fiſc.* Cùm ta-
men remedium *l.* 2. non habeat locum in ea *l.* 1. *infrà*
*prædiis decur.* vbi dicam, & *in lege* 1. *infra de iure haſtæ*,
& licèt hoc argumentum parum firmum ſit, quia con-
traria ſententia verior eſt, vt probant relati ab Oſuu.
*libro* 23. *Donelli c.* 13. *lit. G. circa fin.* Matienz. Morl. &
alij relati *in d. l.* 1. *infra de iure haſtæ.* † Magis ex eo 43
ſuaderi poſſe exiſtimo, nam *d. lege* 2. ſe fundat in læ-
ſione quæ ex pretio reſultat, quando re ipſa deceptio
interuenit: at in noſtra ſpecie dolus & fraus inter-
uenit, quæ ex qualitate facti, non ex quantitate pretij
æſtimatur, *lege dolus* 10. *C. de reſcind. vend.* multúm-
que differunt an vendatur minori pretio propter do-
lum: an verò, quia ita contingit, *d. lege dolus, l. ſi volun-*
*tate* 8. *C. illo tit.* docet Cagnolus *ſup. n.* 211. Caſtren.
*n.* 1. Pinell. *n.* 11. *in d. l.* 2. quando verò dolus interuenit
& fraus, tunc non habet locum *d. lex* 2. † Rurſus, quia 44
non conſtat ex noſtra lege minoris pretij quantitatem
eſſe vltra dimidiam quod eſt neceſſarium *in d. l.* 2. Ne-
que item venditionem factam fuiſſe à domino ipſoque
venditore, & debitor non poteſt agere, niſi creditore
non exiſtente ſoluendo, vnde non poterit contra em-
ptorem agere, ex *d. l.* 2. quia contra ipſum non agit. At
*in dicta lege* 2. agitur contra ipſum, vt patet ibi, *pretium*
*te reſtituente emptoribus.* † Denique, quia *in d. lege* 2. 45
datur electio emptori, an velit pretium ſupplere, vel
rem reſtituere, quæ tamen denegatur in ſpecie noſtra,
vt dicam *infra num...*

Obſtabit iuxta ſupradicta contra legem noſtram ea 46
difficultas, quòd in illo contractu dolus dedit cauſam
contractui, nam ea ratione venierunt quæ fiſco obli-
gata ſunt, quia gratia emptoris fraus interuenit, & ita
nullus erat contractus ipſo iure, *lege, & eleganter* 7. *ff. de*
*dolo, lege ſi quis cùm aliter* 36. *ff. de verborum obligatione*
cum notatis à Cuiacio *in lege ſi mulier* §. *ſi dos, ff. de eo*
*quod met. cauſ.* Pinell. *in d. lege* 2. 3. *p. capite* 2. *numero* 19.
Morla *in emp. titulo de pactis in præmiſſ. numero* 37. *& ti-*
*tulo* 9. *n.* 95. Pichard. *in princ. inſt. de except. num.* 18. *&*
*ſeq.* † Sed reſpondendum erit valuiſſe venditionem, 47
quia debitor cui fraus & dolus damnum dederat, non
vendidit, neque ipſe principaliter fuit inductus per do-
lum ad vendendum, neque emptor cum domino ali-
quid geſſit, & ita valida fuit venditio, vtpotè facta ab
eo qui ius diſtrahendi habuit, & ideò ſi aliquis dolus
dolus interuenit, non eſt de his, qui ſolent dare cau-
ſam contractui, ſed qui incidunt in contractum, qui
non reddunt actum nullum, cùm tamen alter annullet,
vt notant Auctores nuper laudati. † In qua re deceptus 48
eſt Platea *hîc in fine*, dum præſupponit in hoc caſu in-
ualidam eſſe venditionem, contra *dictam l. ceſſante* 7. *C.*
*de diſtr. pign.* † Gratia itaque emptoris intelligitur fa- 49
cta venditio, quando apertè dictum eſt rem pluris eſſe,
quàm venditur, ſed ita vendi vt emptori gratificetur,
& petitur ab emptore vt hanc gratiam ineat, emptor è
contra pollicetur ſe gratum fore, & acceptat. Per frau-
dem verò venditio dicitur ſi præmio creditorem em-
ptor corruperit, *l. qui fundum* 7. §. *procuratoris verſ. quod*
*ſi empt. D. pro empt. l. fin.* ibi, *non per colluſionem*, *C. ſi vend.*
*pign.* notant Donell. *in eo tit. n.* 4. & Cuiac. *in fin.*

Sed quæſtionis eſt, an ſi in hoc noſtro caſu emptor 50
velit pretium ſupplere iuſtum, ne res ſibi auferatur,
poſſit id facere, & audiendus ſit, vt ita impediat ven-
ditionis celebratæ reſciſſionem? Negatiuè reſpondet
Acc. *hîc*, & expreſſius *in d. l.* 4. *C. ſi vendito pignore gloſ.*
*finali* Bald. *in præſenti n.* 5. Platea *n.* 6. Salycet. & alij *in*
*d. lege n.* 4. Valenzuel. *hîc n.* 19. & mouentur ea ratione
quòd *in d. l.* 2. *C. de reſcin.* ideò iuſtum pretium ſupple-
tur, quia contractus annullabitur ex modicitate pretij,
quo ſuppleto ceſſat nullitas, & ita poteſt ſuppleri pre-
tium. At in noſtro caſu contractus non valuit propter
fraudem quam non tollit pretij ſupplementum. † Rur- 51
ſus quæritur cui ſit facienda hæc ſolutio à debitore, &
ait cum Accur. *verb. inferenti.* Platea *n.* 2 Rebuff. *in princ.*
Cuiac. Valenzuel. *hîc n.* 18. faciendam eſſe fiſco non de

toto pretio, ſed de debita quantitate, & fiſcus venditionem reſoluit, pretium reſtituit emptori & debitori rem cum fructibus & damni æſtimatione *lege quarta Codice ſi vendito pignore*.

52 Hinc deſcendit declaratio ad Papin. traditionem *in lege emptor* 65. *Digeſtis de rei vend.* qui ait quòd ſi emptor à creditore emerit, non priùs teneatur rem tradere, donec pretium cum vſuris recuperauerit. Quæ fiſco ſummè difficilis eſt ſi proponas ſpeciem, iuxta Accur. ſententiam, quam ſequitur Cuiac. *ibi libro* 2.
53 *quæſt. Papin.* ita. † *Creditori meo prædium pignoraui & obligaui in ſortem & vſuras, deinde me ignorante Titius prædium emit & accepit, non à me, neque à creditore diſtrahente iure pignoris, ſed ab alio non domino.* Sequitur iſtum emptorem malæ fidei poſſeſſorem fuiſſe, cùm ea ratione tradiderit poſt emptionem, pecuniam quam debitor verúſque dominus debebat, vt liberaret fundum hypotheca, non quidem vt liberaret dominum, ſed fundum illo iure. Quo in vſu neceſſarium non eſt pretium offerre *lege* 3. *lege ſi mancipium* 23. *Codice de rei vindicat. l.* 2. *C. de furt.* Quare non potuit neque pretium recipere, neque vſuras cum fructibus compenſare, vt *infrà* ait Pap. ſi coniungas *l. minor* 40.
54 *§. prædia, de minor.* † Secundò non minus difficilis eſt ſi emptor à creditore vendente accepit iuxta ſpeciem noſtram, nam cum debitor non poteſt conueniri niſi creditor exiſtat non ſoluendo, vt dixi *ſuprà ex l.* 1. *C. ſi vendito pignore*, & ſi emit colludens in pretio & per fraudem, cenſetur eodem modo malæ fidei poſſeſſor, & fructus nequit compenſare, *d. l.* 4. *C. ſi vend. pign.* quæ rationes dubitandi propriores ſunt ad mentem Pap. quàm quæ aſſignantur ab Ant. Fab. *in ration. ad d. l. emptor.* Nam illæ nimis generales ſunt, & mi-
55 nimè ſcopum & difficultatem attingunt. † Accurſ. difficultatem diſſoluere tentat, cuius tertiam ſolutionem ſequitur Cuiac. quæ & menti & literæ Pap. contraria eſt, ſed verius dico, confingendam eſſe ſpeciem eius legis iuxta terminos *l. ſi creditor* 28. *D. de pignor. act. & leg.* 2. *D. quibus mod. pign.* vbi dicitur Titium prædium in pignus tradidiſſe Seio creditori, qui caſu quodam illud amiſit, & alter non dominus vendidit Sempronio. Seius repetit actione hypothecariâ non prædium, ſed ipſam ſortem, & omne debitum conſecutus eſt. Nunc autem ſi Titius dominus ſuperueniat, & fundum vindicet, repellitur exceptione doli mali, niſi Sempronio offerat pecuniam, quam creditori eius dederat, & vſuras eiuſdem quantitatis tanquam priori creditori. Ratio eſt, quia cum ſolutione emptoris fuerit debitor liberatus, *l. ſicut* 8. *§. fin. D. quib. mod. pign.* [etſi non ipſo iure, ſed ope exceptionis, nam qui ſoluit, magis fecit vt ſuum, quàm alterius negotium gereret, tamen idem effectus ex vtroque caſu reſultat, *l. nihil intereſt* 112. *D. de reg. iur.*] æquum eſt debitorem repelli ſi totam pecuniam & vſuras, quas creditori debebat, non præſtet, *l.* 1. *in princ. l.* 3. *Dig. quib. mod. pign. l. res* 21. *C. de pignor. l. fin. § quatuor. D. de leg.* 2. Nec tantùm antiquas illas vſuras, quas præſtitit, recuperabit, verùm & nouas, id eſt, illas quæ currere cœperunt à die dimiſſi prioris creditoris ex pecunia poſſeſſoris, ad exemplum earum quas veteri creditori ſoluebat, quod ſignificant illa verba, *vſurarúmque medij temporis.* Medium tempus vocat quod interceſſit inter diem factæ ſolutionis, & vindicationis. Sed illud intereſt quòd veteres illæ vſuræ non compenſantur cum fructibus, quia cenſentur tãquam ſors ad effectum illum: at nouæ compenſantur, ſi tantum eſt in vſuris, quantum in fructibus perceptis ante prædij vindicationem, & ob id ait Pap. duntaxat compenſari vſuris nouis: proſequuntur latiùs Cuiac. & Ant. Fab. *locis iam ſuprà relatis.*

## LEX IV.

*Impp.* DIOCLETIAN. *&* MAXIMIAN. A A. *Niceti.*

**Certa forma ſuper Metroicis data eſt, qui iuſſu Principis illam ciuitatem tranſlati ſunt. Nam prædia eorum, quæ antequam demigrarent, habuerit, ſi ab eis diſtracta non eſſent, fiſci rationibus vindicari, iampridem decretum eſt, niſi aliud ſpeciali præcepto Auguſta Maieſtas decreuerit. Vt igitur à Principibus ſalubriter ſtatutum eſt, ita ſaluis his, quæ vtiliter placuerunt, parentibus hæredes eos exiſtere minimè oportere, nullâ legis ſanctione ſtatutum eſt.**

### SVMMARIVM.

1 *Emaculatur littera noſtra in voce* Metroicis, *& vera reponitur.*
2 *Qui ſint* Metœci *in hac lege?*
3 *Multiplicem ob cauſam deducta colonia apud Romanos*, & num. 4. 7. & 10.
5 *Expenduntur Virgilij, Eumenij & aliorum loca.*
6 *De varijs gentium mutationibus.*
8 *Explicantur illa verba noſtræ legis*, qui iuſſu Principis, *&c. & de tranſlatis in alias vrbes ob coactionem Principis, vel ſponte*, & numer. 11.
9 *Quid ſit incola ad interpret.* l. pupillus, §. incola. de verb. ſign. & l. idem 12. §. fin. de excuſat. tut. *&* num. 10. & 11.
12 *Quare huiuſmodi Metœci, ſeu tranſlati poterant de rebus ſuis diſponere?* & num. ſeqq.
13 *Amor in patriam magnus, & patria carere triſtiſſimum.*
14 *Boni Principis eſſe fiſci compendium contemnere.*
15 *Ratio ob quam Metœci compelluntur vendere prædia tempore migrationis, & an pœnæ cauſa, vel ob adminiſtrationem migratio hac contingit*, & num. 16.
17 *Explicantur ea verba noſtra*, ſaluis his, quæ vtiliter placuerunt.
18 *Expulſio Moriſcorum à Philippo III. facta laudatur.*
19 *Ratio dubitandi quare concederetur tranſlatis, vt poſſent hæredes exiſtere ſuis parentibus*, & num. 24. 27. & 31.
20 *Coloniarum alia Latina, alia ciuium Romanorum*, & num. 21.
22 *Liuij locus expenditur, & illuſtratur, & quæ fuerit colonia Libertinorum.*
23 *Noui homines dicti Hiſpani à Liuio, quia ſerui ſine dominis.*
25 *Nullus potuit hæres inſtitui niſi qui eſſet ciuis Romanus.*
26 *Deportati quia non erant ciues Romani, hæredes inſtitui non poterant.*
27 *Metœci ea ratione hæredes eſſe potuerunt, quia lege non vetabantur, & quomodo hoc ſit intelligendum.*
28 *Quod lege cautum non eſt, non inducit priuationem.*
29 *Liberti Latini & Iuniani, etſi ciues Romani non eſſent, hæredes exiſtere potuerunt, explicantur Vlpiani aliqui loci*, & num. 30.
32 *Ramireſij ſpecies ad noſtram legem propoſita reiicitur, & vera littera mens aſſignatur.*

33 *Bona alicuius ſi publicentur ſtatu integro manente, non ex hoc probibetur alia adquirere.*
34 *Agitur de interpr.* l.2. C.de bonis proſcript. *& de differentiâ publicationis factæ cum deportatione, vel integro ſtatu manente, ad interpr.* leg. ſi mandauero, §. is cuius bona, D. mandati, *&* numero 35.
36 *In confiſcationem non veniunt iura conditionalia, & quomodo hoc procedat?*
37 *An veniant in confiſcationem bona adquiſita poſt commiſſum delictum condemnatione non dum ſecutâ remiſſiuè.*
38 *Declaratur* l. 4. Taur. *quæ loquitur de teſtamento eorum, qui ad mortem damnantur*, & n.45.
39 *Forma à lege inducta neceſſariò eſt obſeruanda.*
40 *Quid dicatur pro forma requiri in lege?*
41 *Forma mandati quatenus eſt præcisè obſeruanda.*
42 *De forma* l.12.tit.6.lib.5. Rec.
43 *An recantantes palinodiam teneantur præciſe dicere ſe mentitos?*
44 *De præſentia Parochi & teſtium in matrimonio.*

1 **M**ENDVM in huius legis litteram irrepſit
in voce *Metroicis.* Nam etſi eam agnoſ-
cant Accurſ. *hîc, & in l.fin.infr.de exacto-
rib.trib.* Rebuff.& alij antiqui *in præſenti,*
quos ſequitur Forcatul. *dial.*18. *num.fin.* Verior eſt
alia quam reponunt politioris litteraturæ interpretes,
Alciat.Pyrthus, Cuiac.& Gothofr. *hic.* VVolfan.Laz.
*lib.2.com. Reip. Rom. cap.*13. *verſ. Metœcium,* Panciroſ.
*lib.*3. *cap.*31. *§.de incolarum capitatio, pag.* 500. & do-
ctiſſimus noſter amicus D.Laur. Ramirez de Prado *in
libello* cui nomen *Teſſera legum,* vbi noſtram legem il-
luſtrat, *in verſic. ſed vt dictæ legis,* qui omnes legunt
2 *Metœcis.* † Sunt autem *Metœci,* vt ipſi Auctores tra-
diderunt, & ex ipſamet noſtra lege conſtat, qui iuſ-
ſu Principis ad colonias collocandas de vna ciuitate
in aliam transferebantur. Vnde plures voluerunt me-
trocomias dictas eas ciuitates ex quibus coloniæ de-
ducebantur, vt dicam *in l.vnic.infr.de Metropoli Beryto.*
3 † Deductio coloniarum multiplici de cauſa facta eſt,
vt referunt Sigonius *lib.2.de antiq. iur. Italiæ cap.* 2. &
Lipſius *lib.*1. *de magnitud. Rom. cap.*6. Alexand. ab
Alex. *lib.*4. *genial. capit.*10. VVolfang. Laz. *lib.*12.
*comm.Reip.Rom.cap.*2. P. Faber. *lib.* 2.*ſemeſt.cap.*4.*verſ.
ea coloniæ deductio.* Roſin. *lib.*7. *antiq.cap.*47.*& lib.*10.
4 *cap.*23. † Transferebantur itaque variæ gentes de
vno in alium locum iuſſu Principis. Aliquando ſpon-
te ſua Principis impetrato reſcripto, vt *in l. idem Vl-
pianus* 12. *§.fin.D.de excuſat. tut.* Aliquando verò in
pœnam. Vtramque cauſam coniunxit Cicero pro
Cæcinna his verbis. *Certè quæri hoc ſolere me non præ-
terit, quemadmodum ſi ciuitas adimi non poſſit in colonias
Latinas ſæpe noſtri ciues profecti ſunt aut voluntate, aut
legis mulctâ.* & hoc ita factum, vel vt victos hoſtes
ea ratione deprimerent aliorum incolatu, vel vt re-
gionem non ita munitam conſeruarent, vel quia ob
tumultum, proditionem, aut hoſtilitatem ſedibus pro-
priis pellebantur, & eorum domus & agri militibus
qui ſtrenuè decertarant, in præmium aſſignabantur,
obſeruant Forcatul. *d.dial.*18.*num.*5.*&* 6. & Ramirez
5 *ſuprà,* & dicam *infrà.* † Hucque reſpexerunt quam-
plurima Auctorum loca: præcipuè Melibœus apud
Virgil. *eclog.*5. Nam cum Cremonenſes Caſſij & Bru-
ti partes fouerent, deinde ab Auguſto deuince-
rentur, agros eorum militibus aſſignauerat, ita in-
quit:

*Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua,*
*Nos patriam fugimus.*
*At nos hinc, alij ſitientes ibimus Afros,*
*Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.*

Et eclog.9.

*O Lycida, viui peruenimus, aduena noſtri,*
*[Quod nunquam veriti ſumus] vt poſſeſſor agelli*
*Diceret, Hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.*

Congruunt alia quæ congeſſimus ad interpretatio-
nem *l.Lucius* 11.*de euiction. lib.*1.*obſeruat.cap.*1.*ex nu-
mer.*53. & quæ dicam *ad tit. infr. de fundis limitrophis,
& in l. infr. de his quæ ſponte munera publica* ſub Iuſtin.
*lib.*8.*hiſt.de Philippo* ſic. *Victis populis reuerſus in regnum
vt pecora, paſtores, nunc in hibernos, nunc in æſtiuos ſal-
tus traiiciunt; ſic ille populos & vrbes ad libidinem ſuam
transfert, miſeranda vbique facies & excidio ſimilis erat.*
Idem commemorat Philo Iudæus *in lib. Quod Deus
ſit immutab.* quem vide notabiliter loquentem Senec.
*de Clement.lib.*1.*cap.*1. ita introducit Principem de ſua
poteſtate loquentem. *Quas nationes funditus exſcindi,
quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos
Reges mancipia fieri, quæ ruant vrbes, quæ oriantur, mea
iuriſdictio eſt.* Congruentior eſt locus Eumenij in Pa-
negyr. ad Conſtantin. *Diuus pater tuus ciuitatem Hæ-
duorum voluit iacentem erigere, perditámque recreare,
non ſolùm pecuniis ad calendaria largiendis, ſed etiam Me-
tœcis vndique transferendis, vt eſſet illa ciuitas prouincia-
rum velut mater, quæ reliquas vrbes quodammodo Roma-
nas prima feciſſet.* † Hæ autem gentium mutationes 6
frequenter olim acciderunt, nam ſcimus varias na-
tiones fœcunditate aliarum prouinciarum captas pa-
triâ non præſtante alimenta, vel horrore cœli, vel
quia paulatim genus humanum exuberauit (vt Ter-
tulliani *de anima cap.*30. verbis vtar) vel conſilio
exonerandæ popularitatis gratia in alios fines exami-
na gentis eructaſſe, háſque ſolemnes mutationes *Me-
tœcias* appellatas, notat Nicolaus Bellus *lib.*5.*polit.c.*79.
† Sed hæ mutationes ob multas rationes. Romani 7
verò ſupradictis moti ſunt. Ita Strabo *lib.*3. ait, *Verùm
vbi Anas ſeſe flectit in Auſtrum, mediam inter amnes re-
gionem determinans, quam Celtæ maiori ex parte incolunt,
& Luſitanorum, quos ex vlteriori Tagi regione in colo-
niam Romani deduxere.* & Paulo inferiùs. *Fuit & Ze-
lis vrbs Tingi finitima, hanc ad vlteriorem ripam Romani
coloniam traduxere quibuſdam ex Tingi aſſumptis accolis &
habitatoribus Roma eò demiſſis, & vrbi ipſi Iuliæ Iozæ no-
men indidere.* Rurſus *infrà eodem libro,* (ne extra Hiſpa-
niam noſtram diuagemur) de Corduba & Hiſpali Bæ-
ticæ noſtræ inſignibus vrbibus ſic loquitur, *Inhabita-
uerunt eam initio & Romanorum & indigenarum viri de-
lecti. Poſt has Hiſpalis claret ipſa quoque Romanorum
colonia, ac nunc Imperium ibi durat, honore autem & re-
centi militum Cæſaris eo miſſorum inhabitatione Bætis præ-
cellit.* Senec. *de conſolat. ad Heluiam.* ita fatur *Hic de-
inde populus* [Romanus] *quot colonias in omnes pro-
uincias miſit? vbicumque vicit Romanus habitat ad
hanc commutationem, locorum libenter nomina dabat,
& relictis aris ſuis, transmaria ſequebatur colonus ſe-
nex.* confert Tertullian. *de Pallio capit.* 2. obſer-
uant Lipſ. *lib.*1. *de magnit. Rom.capit. vlt.* P. Gregor.
*lib.*15. *Syntag. capite trigeſimo, numero quarto.* Bernard.
Aldrete *libro primo, de origine linguæ Caſtellanæ ca-
pit.*21. videndus VVolfang.Laz. *de migration.Gentium,
toto.*

Hinc iam aperitur ſenſus illorum verborum noſtræ 8
legis, *qui iuſſu Principis in aliam ciuitatem tranſlati ſunt.*
vbi Metœcorum natura explicatur, qui ſunt, vt Alciat.
docuit, qui ſedes mutant, & de vno loco in alium
tranſeunt, vel coactione Principum quaſi pœnæ no-
mine in aliquam vrbem deſignatam, vel ob alias cau-
ſas migrare coacti. Latinè dicuntur Incolæ, migra-
tores, coloni habitantes in aliena ciuitate. † Ita col- 9
ligitur ex Pompon. *in l.pupillus* 239.*§.incola. & §.ad-
uena. de verb. ſign.* vbi cùm de incolis & aduenis diſ-
ſereret, de vrbibus & oppidis mentionem adiungit,
explicat poſt Cuiac.& Gothofr. *ibi* Ramirez *hic.verſ.
venit ab eadem* & nos dicemus *ad titul. infr. de incolis.*

† De

10 † De his etiam eſt capiendus Modeſtin. *in d. l. idem Vlpianus* 12. *§. fin. D. de excuſat. tut.* vbi ſi tutor aliquis iuſſu Imperatoris domicilium alio tranſtulerit, à ſolicitudine tutelæ excuſatur, ſi id in litteris Imperatoris contineatur, vt quamuis tutor eſſet, nihilominus migraret. Nam talis migratio fiebat à Principe, vt dixi *ſuprà*, & pœnæ nomine & inuitatis ciuibus vel ob adminiſtrationem, vel ob regiminis, vel ſtatus cauſam vt ſubſidium præberetur aduerſus rebelles, vel ad tumultus (vt rectè ait Tacitus) qui mouebantur, ipſóſque priores municipiorum populos coërcendos, vel hoſtium incurſus repellendos, vel ſupplendos, vel ſupplendum ciuium numerum, vt diſcimus ex Sicul. Flacco *de condition. ægror.* & Iul. Frontin. *de coloniis Italiæ*, & notat P. Faber *lib. 2. ſemeſt. cap. 4.* Lipſ. *d. lib.* 1. *c. 6.* & Aldrete *d. c. 21.* Quin & coloniarum infrequentiæ ſolitum eſt nouarum familiarum adiectione ſubueniri, vt Liuius demonſtrat *lib. 4.* & Tacit. *lib. 1 hiſt.* Eadem largitione ciuitatum quoque ac prouinciarum animos aggreſſus Hiſpalienſibus & Emeritenſibus familiarum adiectiones dono dedit, vt
11 Lipſius notauit. † Quapropter non probo Ramirezij ſententiam *hìc*, qui *d. l. idem §. fin.* voluit ſolùm loqui de Metœcis, qui ſuâ ſponte migrarunt, quos ſeparat ab his, de quibus in præſenti: quia noſtri Imperatores de illis Metœcis loquantur qui per coactionem Principis tranſlati ſunt. Nam verba *d. §. fin.* non ſolùm poſſunt intelligi de ſpontaneâ migratione, vt voluit Valenz. *hìc num. 4.* verùm & de coactâ, vt intellexerunt Cuiac. & Gothofr. *in d. §. fin.* Cùm tamen veriùs accipienda ſit ſpecies noſtra de ea migratione, quæ non ob pœnam, ſed ob alias cauſas, quas ſtatus ratio ſuadebat, facta eſt, vt nunc ſubiiciemus.

12 Hi autem Metœci, ſeu tranſlati tempore migrationis poterant de rebus ſuis diſponere, & prædia ſua vendere, ita vt quæ ab eis diſtracta non eſſent, fiſco vindicarentur, niſi ſpecialiter Princeps conceſſerit, vt ea ſibi retineant, quamuis non vendant. Quod & Nicephorum Imperatorem in Catholicos exercuiſſe docuit Cedrenus, qui eos coëgit ex omnibus regionibus in Sthlabinium demigrare, & ſuas habitationes vendere. Ratio autem quâ mouentur Impp. noſtri, ea videtur eſſe, quia ſatis fuit viſum vt patria ac propriis ſedibus carere compellerentur, arg. *l. diuus* 14. *D. de*
13 *offic. præſid.* † Cùm nihil triſtius, aut miſerius, quàm ſemper patriâ carere, & re grauius quàm dicitur, teſte Eurip. *in Phœniſſ.* congruit Sidon. *lib. 5. ep. fin. & carm. 23. verſ. 33.* Caſſiod. *lib. 1. epiſt. 21. & lib. 8. epiſt. 31.* *Feris* inquit, *datum eſt agros ſyluaſque quærere, hominibus autem focos patrios ſupra cuncta diligere.* obſeruant Cerda & Pontanus *ad Virgil eclog. 1.* ad illud. *Nos patriam fugimus* & noſter Præceptor Dom. Ioann. de Solorzan. *de parricid. lib. 8. cap. 4. & 6.* & ita qui eo afficiebantur dolore, non debuerunt vno impetu & patriâ & facultatibus priuari. Præcipuéque cùm publicæ vtilitatis cauſa huiuſmodi homines migrarent in colonias, æquum fuit vt fiſcus intraret, quando ipſi de prædiis non diſponerent, argumento eorum quæ de peculio caſtrenſi ſolent dici, ex *l. filiusfam.* 18. *D. ad l. Falcid. l. proponebatur 9. D. de caſtren pecul.* & facit *l. vnic.*
14 *§. hac autem* 14. *in fin. C. de caduc. tollend.* † Fiſci enim compendium ſemper apud bonos Principes contemnitur, vt eleganter ait Caſſidor. *lib. 1. epiſt. 22. & lib. 4. epiſt. 38.* ibi, *Cùm omnes rei publicæ partes deſideremus augeri, crementa tamen fiſcalium tributorum iuſtiſſimo ſunt penſanda iudicio, quia ſeruientium imminutio eſt huius illationis acceſſio, quantúmque pars illa proficit, tantum ſe hæc à firmitate ſubducit. Sed à nobis qui fiſci vtilitatem ſtabiliri volumus diuturnitate conſiſtere, excludenda eſt diſpendioſa ſemper enormitas, ne augmento ſuo tumens, ſumma deficiat, incipiátque magis deeſſe, quia immaniter viſa eſt accreuiſſe.* Quod idem eſt ac illud Traiani noſtri ſcomma, qui fiſcum lieni comparabat, quia creſcente eo reliqui artus tabeſcant, de quo Alciat. *embl. 146.* & facit *l. 14 tit. 5. part 3.* & quod de fiſco dicebat Iuſtinus minor apud Corippum *lib. 2. num. 7 de eius laudibus.*

*Quæ ſua ſunt capiat, quæ ſunt priuata relinquat.*
*Nec patimur quemquam ſacratum lædere fiſcum.*
*Nec lædi quemquam ſinimus ſub nomine fiſci.*

† Cauſa verò, propter quam compelluntur vendere 15
prædia Metœci, & ſi non faciant, fiſco applicentur, ea videtur proprior, ne aliàs amore patriæ incenſi, & facultatem repetundarum, colonias desererent, vt doctè aduertit Platea *hìc num. 2.* *argum. l. milites 13. ff. de re milit. l. qui habebat 101. de legat. 3. l. quicumque 5. infr. de cohortalib.* Ducimus namque (vt Quintilian. ait *declam. 298.*) quendam aduerſus ipſas terras conſuetudine affectum, & neſcio qua vehementi affectione feruntur in homines, *l. 1. §. ſed etſi rem ff. ſi quid in fraud. patron.* notat Sauaro *ad Sidon. lib. 5. epiſt. 5.* Hæc ratio ad mobilia non pertinuit, cum in eis ceſſet, ſiquidem migrantes ea ſecum per ſe poſſunt, argum. *l. licitatio. 9.*
*in fin. ff. de publican.* † Benignè itaque ſe geſſerunt Dio- 16
cletian. & Maxim. in hac ſpecie, quoniam hæc migratio non tam pœnæ cauſa, quàm ob adminiſtrationem & publicam vtilitatem contigerit, & ſic benignè ſunt
interpretanda. † Id meo videri rectè probant illa ver- 17
ba, *ſaluis his quæ vtiliter placuerunt.* quæ non niſi de vtilitate & fauore migrantium intelligi poſſunt, quaſi dicant formam à legiſlatoribus datam fuiſſe, vt prædia illa vendere liceret, & id ob vtilitatem migrantium, nam verſus ille, *à Principibus ſalubriter ſtatutum eſt*, ad communem Reipublicæ vtilitatem reſpicit, id eſt, vt migratio fieret, & migrantes vendere poſſent prædia ſua. Verſus verò ſequens, *ſaluis his quæ vtiliter placuerunt*, priuatam vtilitatem reſpiciat Metœcorum, & ſic nihil eſſe innouandum quoad eorum ſucceſ-
ſionem, quominus hæredes nõ poſſint exiſtere. † Hæc 18
omnia ferè quæ lex noſtra ſtatuit, & quæ circa eius explicationem congeſſimus, ad viuum vidimus expreſſa an. 1610. quo Philippus III. bonæ mem. Rex noſter, ex his regnis omnes illos, qui ex genere Maurorum deſcendebant, in exteras ciuitates Africæ & aliarum confinium prouinciarum demigrare coëgit, eiſdem mobilibus permiſſis, ſed prædiis fiſco applicatis. Quæ expulſio omnibus aliis felicior fuit, quia ita Imperio noſtro lux expectata refulſit, dum fæce illa Mahumetana liberata Hiſpania Catholicæ religionis hoſtibus inteſtinis fugatis fœlix fauſtáque ſemper permanet ſecura mente, fide pura: de ea expulſione videndi Marquez *libro primo del gouernador capite ſecundo ad fin.* Salazar de Mendoza *libro quarto de las dignidades, capite, quinto* 8.6. Petrus Aznar *in proprio de ea re libro.* Iaime Bleda *in hiſtor, de los Moros de Eſpaña libro octauo toto.*

Sed nunc & nos cogimur reſerare circa noſtræ le- 19
gis verba, illud dubium, quare qui de vna ciuitate in aliam iuſſu Principis tranſlati ſunt, poſſent hæredes exiſtere ſuis parentibus, quidnam difficultatis hoc habuit, & quæ fuerit dubitandi ratio? Nullus ex Interpretibus hanc difficultatem aperit, cuius veſtigiis potuiſſemus inhærere, ſed non ob id perterriti ſumus quominus hoc dubium intactum relinqueremus.
† Ego ex eo pendere arbitror ſi ad certas Romanos (vt 20
diximus) colonias, ſeu oppida ex ſuâ gente conſtituere ſolitos, eáſque duplicis generis, nam aut erant Latinæ, aut ciuium Romanorum, vt obſeruat Turneb. relatus ab Schardo & Caluino *de verb. iur. verb. coloniam* Roſin. *lib. 10. antiq. cap. 22.* Beroald. *ad Sueton. in Iulio capite 8.* Pancirol. *lib. 2. var. cap. 152.* Iuſt. Lipſ. *d. cap. 6. in fin.* Cuiac. *lib. 10. obſeru. capite 35.* & noſter Aldrete *d. lib. primo cap. 3.* & confirmat Liuius *lib. 42.* illud

*agitabatur vti colonia deduceretur, nec ſatis conſtabat*
*vtrum Latinam, an ciuium Romanorum deduci placeret.*
21 † Colonia Romana erat, in quam deducebantur ci-
ues Romani, qui iure Quiritum gaudebant, & ius Ro-
manorum ciuium habebat, erátque colonia quaſi effi-
gies, ſeu paruum ſimulachrum Romæ, vt ait Agell.
*libro* 16. *Noct. Attic. capite* 13. & ideò in eis coloniis
theatrum, forum & alia quæ Romæ erant peculiaria,
ædificabantur, vt ex Virgilio probat Pancirol. *dicto*
*capite* 152. In Latinam verò coloniam deducti non
erant ciues Romani, imò eo ipſo quod in eam dedu-
cerentur, amittebant ciuitatem Romanam, teſte Cice-
rone *in oratione pro domo ſua.* Concedebatur tamen ma-
giſtratibus eorum, vt poſſent obtinere ciuitatem Ro-
manam, vt ob id ciues Romani iura adipiſcebantur, vt
tantùm magiſtratus gerere poſſent, ita diſcimus ex
Appiano *libro ſecundo* Aſconio *in oratione in Piſonem,*
Carolus Sigon. *libro primo de antiq. iure Ital. cap. quar-*
*to,* Aldrete *dicto libro primo capite tertio* & indicat Iu-
ſtinianus *in lege vnic. in princ. C. de Latin. liber.* ibi, *ad*
*ſimilitudinem antiquæ Latinitatis quæ in colonus miſſa eſt.*
& Suetonius *in Iulium capite octauo, decedens ergo ante*
*tempus colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adiit.*
22 † Hinc lucem accipiet elegans Liuij locus *libro* 43. *&*
*alia noui generis hominum ex Hiſpania legatio venit ex mi-*
*litibus Romanis, & ex Hiſpanis mulieribus, cum quibus*
*connubium non eſſet, natos ſe memorantes ſupra quatuor*
*millia hominum, orabant vt ſibi oppidum in quo habita-*
*rent, daretur. Senatus decreuit vti nomina ſua apud Lu-*
*cium Canuleium profiterentur, eorúmque ſi quos manumi-*
*ſiſſet, eos Carteiam ad Oceanum deduci placere. Qui Car-*
*teienſium domo manere vellent, poteſtatem fore vti numero*
*colonorum eſſent agro aſſignato; Latinam eam eſſe, liber-*
*tinorúmque appellari.* idem ex hoc loco notarunt do-
ctiſſ. Ambroſius de Morales *libro* 7. *hiſtor. capite* 29.
Ludouicus Nonius *in deſcript. Hiſpan. capite vndecimo*
& eruditus Ioannes de la Puente *libro tertio de las dos*
*monarquias capite nono* §. *primo* qui adiicit quòd cùm
Carteia vocata ſit *colonia Libertinorum* coniectari poſ-
ſet: ex ea fuiſſe illos Hebræos qui cum aliis in Diui
Stephani necem conſpirarunt. Nam *Actor. capite ſex-*
*to* legimus, *ſurrexerunt autem quidam de Synagoga quæ*
23 *appellatur Libertinorum.* † Secundò notandum ex illo
Liuij loco, quòd quamuis illa colonia diceretur Liber-
tinorum, Hiſpani illi non fuerunt effecti ciues Roma-
ni per manumiſſionem Canuleij, ſed Latinæ conditio-
nis, qualis erat ipſa colonia, cuius conditio, vt ait
Agellius *ſuprà capite* 15. ibi *magis obnoxia eſt, & minus*
*libera, quàm municipij.* Erant quippe illi Hiſpani pro-
geniti ex militibus Romanis, & mulieribus Hiſpanis
(nam arma victoribus hanc licentiam omni ætate con-
ceſſerunt,) & ſic erant ſerui, vtpotè nati ex mulieribus
bello captis, quæ iure belli libertate amiſsâ ancillæ
erant, & quidem ob id manumiſſi à Canuleio, nam
Romanis cum ſeruis non erat ius connubij, vt docui
*libro ſecundo obſeru. capite quinto num.* 14. Hócque vo-
luit ſignificare Liuius illis verbis, *cùm quibus connu-*
*bium non eſſet*, iuncto Vlpian. *in fragm. titulo quinto* §.
*quarto* Carebant tamen dominis iſtiuſmodi homines,
quos enim dominos haberent niſi parentes? ea ratio-
ne eos vocauit, *noui generis homines. Noui*, quia verè
ſerui, cùm partus ſequatur ventrem, §. *vnic. Inſtit. de*
*ingenuis*, & quia non habebant dominos, cùm ſem-
per ſeruus præſupponat dominum, ſicut filius ſup-
ponit patrem, cùm ſint correlatiua, etſi non igno-
rem ſeruum aliquando dari ſine domino, *vt in lege*
*quod ſeruus* 36. *D. de ſtipul. ſeru. lege in princ. Codice*
*communi de manumiſſ.* iuncto Oſuual. *libro ſecundo cap.*
*nouo littera K.*
24 Ex his ſequitur quod cùm coloni (miſſi in colo-
niam ita dicebantur ab agrorum nouâ dedicatione, vt
obſeruant *ſuprà* laudati) verè fuerint aut peregrinæ,
aut minus liberæ conditionis, cùm deſiiſſent eſſe ciues
Romani, iam cognoſcimus quâ ratione dubitandi
fuerit motus conſultor hìc, vt quæreret an hæredes
poſſent exiſtere ſuis parentibus, cùm non minus obſ-
cura ſit reſponſio Imperatorum, cùm aſſerunt nullâ
lege prohibitos fuiſſe hæredes inſtitui. † Quia nul- 25
lus poteſt hæres eſſe niſi qui ſit ciuis Romanus, ſiqui-
dem teſtamentum eſt iuris ciuilis, id eſt, iuris ciuitatis,
*lege tertia D. de teſtamentis* iuncta *lege prima D. ad legem*
*Falcidiam* cuius nullum commercium habet qui ci-
uitatem amiſit, etiamſi libertatem retineret, vt docent
Ant. Fab. *de error. deciſ.* 72. *error.* 9. Schifordegh. *lib. tertio*
*tractatu* 19. *quæſt. quarta circa fin.* Donell. *lib. comm. ca-*
*pite* 27. *& in lege prima numero quarto, Codice de hæredi-*
*bus inſt.* vbi Gilchen. *numero duodecimo*, Pichard. *in*
*principio Inſt. de hær. Inſt.* Gothofredus *in lege ſed ſi*
32. *Deciſione de iure fiſci.* Atque ita Cicero laudatus à
Sigonio *de antiquo iure, libro primo capite duodecimo.*
Archiam Poëtam ciuem Romanum eo argumento
fuiſſe oſtendit quòd hæreditatem adiiſſet. † Quapro- 26
pter deportati qui Romanam ciuitatem amittebant,
§. *minorib. Inſtitut. de capitis dim. leg. ſunt quidam* 17.
*de pœnis* cum aliis à me adductis *libro primo obſeru. ff.*
*capite duodecimo, numero octauo & nono*, hæredes inſti-
tui non poterunt, *dicta lege prima Codice de hæredum*
*inſtitutione.* At hi qui in coloniam mittebantur, deſi-
nebant eſſe ciues Romani, vt diximus, ergo non po-
tuerunt hæredes inſtitui.

Huic difficultati vt ſatisfaciã, aduerto quòd etſi tales 27
coloni, ſeu Metœci ex deductione illâ amitterent, ci-
uitatem nihilominùs hæredes ſuis parentibus exiſtere
potuerunt. Rationem adiicit lex, quoniam in ipſius
legis ſanctione & formâ tale non exprimitur, ſed tan-
tùm erat formâ comprehenſum (id eſt, epiſtola Im-
peratoris, ſeu inſtructione data eis, quorum curæ de-
mandata erat migratio) vt prædia vendere poſſent, non
aliud, qua ratione vſus Imperator Marcus *in lege & ſi*
*quis* 14. §. *Diuus* 14. *Digeſt. de religioſis* ibi, *pœnam ta-*
*men in eum ſtatutam non eſſe*, & Iuſtinianus *Nouell.* 2.
*capite tertio, verſiculo ſicut enim, quæ eſt anthoritas de non*
*eligendo, ſecund. nub.* ibi, *nec qualibet eſt lex aliquid tale*
*dicens.* † Quorum auctoritate Baldus & alij relati à 28
Tiraq. *in lege ſi vnquam, verbum reuertatur, ex numero*
249. tenent quod lege cautum non eſt non inducere
priuationem, neque imponi niſi à lege exprimatur,
ſequuntur Rolandus à Valle *conſultatione* 27. *numero*
*decimo quarto,* Menochius *de arbitrario caſu vigeſimo ſe-*
*ptimo per tot.* Molina *de primogenitis, libro* 1. *capite nono,*
*numero decimo* Farinacius *primo tomo criminum, quæſtio-*
*ne decima octaua, numero ſexto & ſeptimo.* † Neque de- 29
ſtituitur exemplo, quod etſi Metœci non ſint, adhuc
potuerunt hæredes eſſe, cùm ſciamus libertos Latinos
& Iulianos ciues Romanos non fuiſſe. §. *libertinorum,*
*Inſtitutione de libertinis*, Vlpianus *in fragmenta, tit.* 5.
*verſiculo connubium, & verſiculo connubio, & verſiculo ex*
*eine, & tit. ſeptimo, verſiculo in poteſtate, & titulo vigeſimo,*
*verſiculo Latinus Iunianus.* Notat Gothofredus *in d. ti-*
*tulo quinto*, & tamen potuerunt hæredes inſtitui,
Vlpianus *titulo vndecimo verſiculo teſtamento tutores*
16. vbi Latinus Iunianus dicitur habere teſtamen-
ti factionem, idemque repetit *titulo* 19. *verſiculo man-*
*cipatio, & titulo vigeſimo, verſiculo Latinus.* Qui 30
Vlpiani loci magnam iniecerunt difficultatem Oſu-
ualdo *libro ſeptimo ad Donell. capite* 25. *littera*
*A, circa finem* qui aduerſus Fabrum contendit La-
tinos Iunianos etſi non ciues tamen hæreditatem
capere potuiſſe. Sed eum reiicit Fabri ſimia Schi-
fordg. *ſupra quæſtione quinta*, ex eo quòd Liberti-
norum conditio non vna erat, cùm melior eſſet
Libertinorum Iunianorum, quam dedititiorum. Vl-
pianus *in fragmenta titulo tertio* Iunianus autem in-
ter alias prærogatiuas habuit, quod etſi tanquam

ciues non poſſent capere ex teſtamento, cùm tamen lex Iunia Norbana, quæ de eis lata fuit (vt ex Dione *libro* 25. refert Antonius Auguſt. *de legibus, cap. de lege Iunia*, Hottomanus *in dicto §. libertinorum, enuntiatione tertia*, cuius verba tacito eius nomine tranſcripſit Schifordegh. *ſuprà dicta quæſtione quinta.*) Latinum inſtitui, aut ei legari non prohibuerit, ſed eâ conditione ſi intra centum dies creationis ciuis Romanus efficeretur, vt idem Vlpianus apertè docuit *titulo* 17. *in principio & titulo* 22. *verſiculo Latinus Iunianus*, quod variis modis poterat conſequi, quos recenſet Vl-
31 pianus, *titulo tertio.* † Sic etiam in noſtro caſu, etſi ciues coloni non eſſent, tamen prohibiti non fuerunt parentibus ſuis hæredes exiſtere, etſi enim ex aliorum teſtamentis illi non poſſent, vt ex paterno teſtamento hæredes eſſent, & æquitas & naturalis ratio ſuadet, & commune votum parentum, *lege cùm ratio ſeptima Deciſione de bon. dam. lege nam etſi parentibus* 15. *Deciſione de inofficioſo teſt.* & cùm Latini liberti ad ſimilitudinem latinitatis coloniarum introducti ſint, vt docuit Iuſtinianus *in lege vnic. in primo Codice de latinis libertinis*, non eſt incongruum ſi iſti habeant teſtamenti factionem, & non capiant niſi eâ conditione, *ſi intra centum dies fiant ciues:* ac tranſlati, aut Metœci, qui ciues habebant parentes, æquum fuit vt cum effectu caperent; etſi enim ciues non eſſent, adhuc tamen imaginem quandam retinebant ciuilitatis, præcipuè cùm lex à ſucceſſione tali eos non
23 excluſerit. † Vnde minus bene Ramirez *hic* fingit ſpeciem ad noſtram legem de oppidanis in ditionem redactis, cùm de ciuibus Romanis loquantur Imperatores, vt ex ſupradictis apparet. Item non potuit eſſe ratio dubitandi ad illud dubium, *an hæredes eſſe poſſent?* quòd prædia quæ non diſtraxerunt, fiſco ſint applicata, cùm potiùs fuerit quòd non erant iam ciues Romani. Tertiò dum ait formam ſuper Metœcis datam ad vlteriora extendi non debere, quaſi neget hæredes eos poſſe exiſtere ſuis parentibus, apertè repugnat iis, quæ iam conſiderauimus, cùm eodem modo hæredes ſi exiſtant, poſſunt prædia hæreditaria vendere ſicut propria, vt in principio conceſſum eſt in venditione rerum immobilium. Itaque forma illa, ſeu lex ſuper metœcis data, ſeu iis qui iuſſu Principis demigrabunt de vna in aliam ciuitatem, tantùm loquuta eſt, tantùm comprehendit prædia eorum, qui antequam demigrarent habuiſſent, vt ſi ab eis diſtracta non eſſent, fiſco vindicarentur, niſi aliud Princeps decreuiſſet. At verò de hæreditatibus parentum cùm dubitaretur, reſpondent Imperatores nullâ lege ſtatutum fuiſſe, eos non poſſe exiſtere hæredes, quaſi dicant *in verſiculo vt igitur, vſque in finem.* Præter ea quæ vtiliter placuerunt, id eſt, in fauorem Metœcorum, vt ſcilicet de bonis ſuis immobilibus poſſet diſponere, nihil quoad ſucceſſionem ſtatutum eſt, neque in forma data Metœcis dicitur eos non poſſe eſſe hæredes, neque prohibitione legis expreſsâ excluduntur, atque ita innuit poſſe hæredes eſſe, vt diximus, & hæc meo videri eſt ipſiſſima mens noſtrorum Imperatorum.

33 Ex hac vera, ni fallor, ad noſtram legem aſſignatâ interpretatione infero ad quæſtionem, quam omnes Interpretes in præſenti tractarunt, Bar. nempe, Platea, Rebuff. & Valenzuel *ex numer. octauo cum ſequentibus* an ſi bona alicuius publicantur ſtatu integro manente, ex hoc prohibitus cenſeatur alia bona adquirere, & ex teſtamento capere, & quòd non cenſeatur prohibitus, tenent ſupradicti, quibus ſubſcribunt plures, quos refert Farinacius *ſuprà quæſtione* 25. *ex num.* 138. Ant. Gom. *tertio tomo var. cap.* 14. *num. primo* Alexander *conſultatione* 75. *num.* 15. *libro primo*, & aliis laudatis Valenzuel *numero nono*, Fachineus *libro nono controu. capite* 51. conferunt tradita à Cuiacio *in lege octaua Deciſione de teſtamentis & libro ſexto obſer. capit.* 23. Antonius Faber *in Iuriſprudentiam titulo vndecimo principio ſecundo*, & pro eis eſt *lex ſi mandauero* 22. *§. is cuius bona, Digeſtis mandati* ibi, *quia publicatis bonis quidquid poſtea adquiritur, non ſequitur fiſcum*, de qua lege videnda ſunt quæ ego tradidi *lib. primo obſeruationum cap. vndecimo ex n.* 25. Secundò ſolet expendi *leg. eius qui* 8. *§.* 1. *Digeſtis de teſtam* ibi, *bona eius quæ tunc habuit publicabuntur.* & ego præter omnes induco in hanc rem nobile I.C. reſponſum *in lege Statius Florus* 48. *§. Cornelio Fœlici Digeſtis de iure fiſci*, vbi ſecundùm veriorem explicationem, quam tradidi *dicto libro primo obſeruationum c. vndecimo per tot.* & maximè *n.* 41. ſi mater grauata reſtituere hæreditatem condemnetur, & fiſco bona publicentur, interim non admittitur Cornelius fideicommiſſarius dum viuit mater, quia vt ait Conſultus, ipſa potuit alias res adquirere poſt publicationem bonorum.

Huic reſolutioni obſtat *lex ſecunda Codice de bonis proſcriptis*, vbi deportati bona adquiſita poſt publicationem & pœnam irrogatam publicantur, & hæredem non poſſunt habere, cuius difficultate vexantur Doctores, vt teſtatur Oſvvald. *libr.* 17. Don. *capite quarto litera G*, Fachineus *ſuprà* Benedictus Pinell. *libro ſecundo, ſelectorum capite decimo numer. vigeſimo &* 25. & cum aliis Genua *in eius Antinom. pagina* 156. ſed verè reſpondendum erit cum Cuiacio *dicto libro 6 obſeruationum cap.* 23. quem ſequuntur Antonius Faber *dicto principio ſecundo.* & Fachin. *dicto cap.* 51. quòd ſi cum publicatione bonorum deportationis pœna coniungatur, tunc quia per deportationem ciuitas amittitur, etſi poſtea poſſit adquirere, tamen omnia fiſco vindicantur, neque poterit de eis diſponere per teſtamentum, neque ex eo quidquam capere. Secus autem erit ſi ſola pœna publicationis irrogetur, vt integer ſtatus maneat, & ciuitas non amittatur, vt *in lege tertia in fine C. de ſent. paſſis.* ibi, *Quòd ſi ob pecuniam debitam fiſco bona eius occupata ſunt, manſit vnà cum ſuis creditoribus obligatus*, hanc diſtinctionem eleganter propoſuit Iulius Paulus *in dicta lege cùm ratio ſeptim. §. fin. ff. de bon. dam.* ibi, *Poſt condemnationem adquiſita ſi is cuius bona publicata ſunt, relegatus ſit, ad hæredes eius pertinent teſtamento ſcripto, vel hæredes ab inteſtato. Nam relegatus in inſulam teſtamẽti factionem habet, ſicut reliqua iura. Quòd ſi deportatus ſit, quia ciuitatem amiſit, hæreditatem habere non poteſt, & adquiſita fiſcus accipit*, quem locum ex Baſilicis reſtituit Cuiacius *dicto lib. ſexto cap.* 23. & hanc interpretationem expreſsè confirmat *dicta lege ſecunda Codice de bonis proſcriptis* quæ de deportato accipienda eſt. At verò *dicto §. is cuius bona*, de eo loquitur, qui vel relegatus eſt, vel ſaltem eius bona tantùm publicata ſunt abſque deportatione, vt indicatur *ibi*, quia *publicatis bonis, quidquid poſtea adquiritur, non ſequitur fiſcum*, ita doctè ante omnes præſenſit Platea *hîc ſtatim in principio*, licèt ipſe cum communi ſeductus acceperit *d. § is cuius*, de deportato, quod minimè conuenit cum ratione à I.C. ſubiecta, etſi aliquis dictum Pauli locum non approbet, quaſi ſine auctoritate ſit, ſupradictam diſtinctionem comprobatur *lege quarta Digeſtis de interdictis, lege tertia Codice ſi pendente appellatione mors interuenit lege finali Codice ſi reus, vel accuſator.* † Vnde reiiciendus eſt Valenzuel. *hîc numero* 12. *& ſeq.* qui exiſtimat bona poſt publicationem quæſita, & bona futura, etſi quoad præſentem ſtatum non veniant in confiſcationem, id eſt, in continenti, tamen poſt mortem damnati talia bona applicabuntur fiſco, non virtute confiſcationis, ſed quia damnatus nullum habet hæredem, & eo modo accipit *dict. l. is cuius bona*, cum Aretin. *in l.* 1. *Cod. de hæred. inſtit.* Platea *hîc*, & Bart. *in l. ex facto §. ex facto, Dig. ad Trebellian.* quod tamen falſum eſt, ex ſuprà

adductis. † Neque obſtat ſententia multorum, qui teneant iura conditionalia non venire in generali confiſcatione, quam ampleƈtuntur, Caſtren. *in l. quoties, n.* 5. *per text. ibi, D. de nouat.* Iaſ. *in l. ſi quis arbitratu, n.* 19. *D. de verb. obl.* Fodius *in praxi tit. de publicat. bonor. n.* 14. Decius *conſ.* 135. *num.* 5. Ant. Gomez *d. cap.* 14. *ex n.* 2. Roman. *ſin.* 170. Iul. Clar. *lib.* 5 *ſent. §. fin. qu.* 78. Nam ea eſt accipienda vt non poſſint confiſcari ante euentum conditionis: at verò conditione eueniente, cùm retrotrahatur conditio ad tempus contractus ab initio purè contracta, videtur obligatio, & tunc temporis cùm confiſcatio fiebat in bonis fuiſſe, *l. ſi filius* 78. *D. de verb. obl. l. quæ legata* 16. *in fin. non omne* 144. *D. de reg. iur. §. ex conditionali* 6. *Inſt. de verb. obl.* vbi not. Pichard. Cuiac. Donell. & alij *in d. l. ſi filius* Oſuuald. *lib.* 9. *cap.* 6.
37 *lit. D.* † Illud etiam addes ſupradictis, in confiſcationem non venire bona poſt commiſſum delictum adquiſita, nondum tamen ſecutâ condemnatione. Quæ cùm non ſit propria huius loci diſputatio, vide Gomez. *in l.* 4. *Taur. num.* 4. vbi Auendan. *num.* 4. Gomez. de Leon. *reſponſ.* 68. *num.* 2. Aluarad. *de coniect. ment. teſt. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 15. Pinell. *in rub.* 1. *p. numer.* 3. *C. de bon. mat.* Auiles *in cap.* 1. *p. in proœm. verb. en los caſos numer.* 7. & 9. Quemada *quæſt.* 16. *fiſcali,* Humada *ad Greg. in l.* 2. *gloſſ.* 20. *num.* 1. Carpan. *ad conſtit. Mediolan. cap. omnium, n.* 354. & *ſeq.* Gutier. *lib.* 1. *pp. quæſt.* 39.
38 *numer.* 6. Gironda *de priuileg. num.* 1568. † Iuxta quæ procedit *d. l.* 4. *Taur. quæ eſt l.* 3. *titul.* 4. *lib.* 5. *Recop.* quâ cauetur vt condemnatus ad mortem ciuilem, vel naturalem, poſſit condere teſtamentum, & codicillos facere, aliamque quamlibet vltimam voluntatem inſtituere, tanquam ſi non fuiſſet condemnatus, eius enim deciſio procedet in his bonis, quæ habuerit, exceptis illis, quæ ex delicto confiſcantur, vel erunt confiſcanda, vt diſertè exprimitur illis verbis, *Puedan diſponer de ſus bienes ſaluo de los que por el tal delito fueren confiſcados.* Vel etiam in bonis quæ poſt delictum commiſſum obuenerunt, iuxta doctrinam *ſuprà* adductam. Imò etſi nulla bona habeat condemnatus, adhuc tamen eius teſtamentum tenebit in aliis cauſis, veluti in bonis futuris, in tutoribus conſtituendis filiis ſuis, & in ſubſtitutione pupillari, vt conſiderant Noſtrates Ant. Gom. Tellus Fernandez, Velaſquez, & alij Tauriſtæ, Azeued. & Matien. *in d. l.* 3. *Recop.* Gutierr. *lib.* 2. *pp. quæſt.* 38. & 39. Molina, Mieres, Spino & alij, quos refert Didac. Corneio *in addit. ad Ant. Gomez. in d. l.* 4. quorum ſcripta non tranſcribo, adeat illos qui volet de ea re latiorem tractatum.

39 Rurſus inferunt interpretes ex noſtra lege quod in iis quæ à lege reperiuntur conſtituta, certâ formâ, & determinatione aſſignatâ, non liceat talem formam tranſgredi, aliter autem actus contra legis formam factus nullius erit momenti, *l. probibitum* 5. *infr. eod. tit. l.* 1. *infr. de prædiis decurion. l. cùm hi* 8. *§. eam tranſactionem. D. de tranſact. l. conſtitutionibus* 24. *in fin. D. ad municip.* ita vt forma ſpecificè adimpleatur, & non per æquipollens, *l.* 1. *§. opus nouum. D. de noui op. nunt.* vbi DD. & ſi plura ſint requiſita pro forma, omnia debeant obſeruari, etiam in ſuperfluo, vt inquiunt Angel. & DD. *in l.* 1. *§. ſed ſi mihi, D. de verb. obl.* adde quæ notauit D. Ioannes Baptiſta Larrea *deciſ.* 43. *Granatenſi, numer.* 4.
40 & 5. † Dicitur autem pro forma aliquid requiri, quando lex vlteriùs proceſſit annulando actum, *l.* 3. *C. de ſentent. ex pericul. recit.* Vel ſi lex fuerit concepta verbis prohibitiuis, *leg. non dubium, Codice de legibus dicta lege* 1. *infr. de præd. decur.* Si verò conſtat legem principaliter intendere certum finem, & effectum & formam induxiſſe, vt ex ea facilius is effectus ſequeretur, ſi ille ſequatur, etiam non ſeruata illa forma, ſed per modum æquipollentem, valebit actus, quamuis formæ non fuerit ſpecificè obtemperatum, *leg. vlt. §. fin. D. mandat.* quam ad hoc expendit Iaſ. *in leg. tranſactionis num.* 5. *C. de tranſact.* & *conſ.* 22. *colum.*
*pen.* † quia licet forma mandati ſit præcisè obſeruanda 41
*leg. ſi quis pro eo* 46. *D. mandat. cap. cum dilecta* 22. *in fin. de reſcript.* vbi tamen ea forma reſpicit certum effectum, ſcilicet ne mandans obligetur in plus quam mandauit, ſi is effectus ſequatur, ſatisfactum erit formæ præſcriptæ, notat Bald. *per text. ibi in lege ſi quis mihi* 25. *§. ſed quid ſi mandauit, D. de adqui. her.* vbi Iaſ. *numer.* 1. Alexand. *conſil.* 64. *numer.* 5. *volum.* 7. latè exornat Tiraquell. *de retractib. libro* 2. *§.* 4. *gloſſa* 6. *numer.* 31. & *poſt leges connub. gloſſ.* 7. *à num.* 59. & alios plures refero *in leg.* 1. *infr. de præd. decurion. numer....* & poſt Plateam *hîc num. fin.* Lucam de Penn. *num.* 13. & 14. Valenzuel *num.* 15. qui huius tractationis varia exempla adaptat, † vt eſt *leg.* 12. *tit.* 6. *lib.* 5. *Rec.* 42
quæ certam formam ſtatuit vnius quintæ partis tantùm, intra quam ſolam liceat parentibus diſponere ad libitum in præiudicium filiorum, vt præcisè ita obſeruetur, vt quæcumque donationes factæ in vita à parente, quantumuis minimæ veniant cumulandæ & conferendæ, & ex eis fiat cumulus, qui ſi vel ſolus, vel cum aliis donationibus coniunctus compleat totum quintum, non poterit pater vltra diſponere, vt aduersùs Rod. Suarez *in leg. quoniam in prioribus, quæſtio.* 9. *verſ. vbi autem pater,* tenet Tello *in leg.* 28. *Tau. num.* 4. *verſ. vltimò hæc lex,* † Rurſus idem Valenzuel. 43
*num.* 32. quærit an in palinodia recantanda ab eo qui iniuriam fecit, vt Parlador. *lib.* 1. *quotid. cap.* 17. docet, debeant obſeruari pro forma verba recantationis, ſcilicet ſe fuiſſe mentitum, an verò ſufficiant alia verba id declarantia, & quamuis Greg. *in l.* 8. *tit.* 3. *p.* 7. *verb. mentio.* teneat pro forma requiri dicere ſententiam, contrarium tradit *in lege* 25. *tit.* 18. *part.* 2. Auiles adhæret primæ ſententiæ *in cap. præt. in proœm. numero* 20. *verſ. adde quòd licèt.* Did. Perez *in lege* 2. *tit.* 29. *libro* 4. *ordin. verb. primeramente,* arbitratur ſufficere verba æquipollentia. Sed dicendum *eſt d. legem* 8. primæ non inducere aliquam formam, ſed ſolùm requirere ſub illis verbis talem recantationem, quæ apertè denotet conuitiantem fuiſſe mentitum, & ita ſiue dicat ſe mentitum eſſe, vel ſe verum non dixiſſe, vel quid ſimile, ſufficiat. Vel ſi dicat tale conuitium non eſſe in perſona iniuriati, ſed eſſe virum bonum, & ab tali maculâ alienum & liberum, & ita vidi multoties practicari in Granatenſi Curia iniuriantes relaxari *Con que diciendo que nolo dijo ni que puedo, porque lo tiene por limpio y en qui en no cabe tal,* † Vl- 44
teriùs & *numer.* 33. infert ad Concil. Trident. decretum *ſeſſ.* 24. *c.* 1. *de reform.* vbi pro forma expoſtulatur in matrimonio præſentia Parochi & teſtium, in qua re multum dilabitur, quo morbo hic vir alias doctiſſimus in ſuis ſcriptis laborat extra limites materiæ ſaltando, & ſeſe diffundens vſque ad nauſeam. Nos eam inſpectionem aliis relinquimus. † & ſolùm illam breuiter perſtringemus quoad *dict. l.* 4. *Taur.* nam vt 45
poſſit damnatus teſtari, vt diximus *ſupr. numer.* 38. ampliandum ſit, vt poſſit teſtari de his donis, quæ eadem ſententia ſunt confiſcata; verùm de tali confiſcatione in eo delicto lex non loquatur, quia ea confiſcatio facta per Iudicem eſt ipſo iure nulla, vtpotè facta contra legis formam, vt probatur *in leg.* 5. *verſ. otro ſi decimos, tit.* 31. *part.* 7. vbi Gregor. *verb. ſeñalados.*

## LEX V.

*Exemplum ſacrarum literarum eorundem AA. ad Flaccum.*

Prohibitum eſt cuiuſcumque bona,qui fiſco locum feciſſe exiſtimabitur, capi prius quàm à nobis forma fuerit data. Et vt omni prouiſionis genere occurſum ſit Cæſarianis: Sancimus licere vniuerſis,quorum intereſt, obiicere manus his, qui ad capienda bona alicuius venerint, qui ſuccubuerit legibus,vt etiam ſi Officiales auſi fuerint à tenore datæ legis deſiſtere,ipſis priuatis reſiſtentibus, à facienda iniuria arceantur. Tunc enim is, cuius intereſt bona alicuius non interpellari, Officialibus volentibus ea capere, debet acquieſcere, cùm literis noſtris cognouerit non eſt arbitrio ſuo Cæſarianos (id eſt, Officiales) ad capiendas eaſdem veniſſe facultates, ſed iuſtitiæ vigorem id fieri ſtatuiſſe.

*S V M M A R I V M.*

1 *Executori qui ad bona vacantia occupanda mittitur, ſi literas regias non oſtendat, reſiſti impunè poterit, & quis dicatur Cæſarianus, remiſſiuè.*
2 *De huius traditionis ratione diſſeritur, & inter ignotum & notum ponitur differentia.*
3 *Reſiſti non poteſt Officiali qui eſt notus,quia portat inſignia ſui officij.*
4 *Ratio communis ab Interpretibus tradita reijcitur, ex litera noſtræ legis, & vera proponitur.*
5 *Tandiù Iudex talis reputabitur, quamdiù erit iuſtus, & legum formam conſeruat.*
6 *Magiſtratibus magna debetur obedientia, ita vt qui eis reſiſtit, Deo reſiſtere dicatur.*
7 *Qui Magiſtratui maledixerit, grauiter eſt puniendus, quod & ad inferiores miniſtros pertinere proba...* & num.8. & 9.
10 *Quando Iudex iuſtitiæ modum excedit, priuatus cenſetur,& poterit reſiſti.*
11 *De defenſione vitæ & bonorum, plura remiſſiuè.*
12 *Quando licita ſit reſiſtentia contra Officialem qui excedit in officio, vel officium?*
13 *Explicatur* l. cum qui 13. D. de peric. & comm. rei ven. *& de ædilium munere.*
14 *Explicatur & exornatur* l.fin.C.de exhiben.reis,*&* num.17.
15 *De iure noſtro nemo poteſt capere niſi cum mandato Iudicis, de tali mandato conſtare debet per ſcripturam,* & n.16.
18 *Alguacellus qui falsò aſſerit ſe mandatum habere ad capiendum, eſt grauiter puniendus.*
19 *Iniuſtè incarceratus an poſſit carcerem frangere, & ſi timeatur de morte ſibi iniuſtè inferenda, poſſit cuſtodes occidere?* & n.20.22.23. & ſeqq.
21 *Honoris iactura magis timetur, quàm mors.*
26. *Proponitur caſus qui de facto euenit in carceris effractione, an illum confringens incurrat excommunicationem Bullæ in Cœna Domini?*
27 *Expenduntur verba Bullæ,quibus excõmunicatio introduci videtur,& adducuntur alia fundamenta,& n.28.*
29 *Adſtruitur pars quæ excommunicationem incurſam negat, & agitur de voce* quomodolibet.
30 *Oſtenditur in dicto caſu non eſſe violatam iuriſdictionem Eccleſiaſticam.*
31 *An propter impeditam ſententiæ executionem incurratur excommunicatio?*
32 *Explicantur verba Bullæ quæ de canonibus ſacris & decretis Conciliorum loquuntur,* & numero 33. & 34.
35 *Verbum* ſecundùm *eſt demonſtratiuum.*
36 *Leges pœnales non extenduntur ad hunc caſum Scholaſtici Salmanticen.*
37 *Regis Auditores qui cognoſcunt per viam violentiæ, non incurrunt cenſuram Bullæ.*
38 *Explicatur* l.4. §. item quia, D.ad l. Iul. Maieſt.
39 *Carcer poteſt infringi propter notoriam iniuſtitiam, non ſolùm à reo, ſed à cognatis.*
40 *Laudatur D. Ioan. Baptiſta Larrea rei dominicæ fiſcalis.*
41 *Qualis poſſit eſſe reſiſtentia in noſtra lege?* & n.42. & 43.
44 *De qua forma ſit accipienda lex noſtra?* & numero 45.

CVM certa forma ſoleat dari vt bona quæ fiſco dicuntur delata; vel quia vacantia, vel ob aliam cauſam fiſco vindicantur, *l. fin.infr de bon. vacant.*(vbi dicam) *Nouell.* 18. *cap.* 10. *quæ eſt authent. de collatorib.* §. *eos autem,* neceſſarium eſt vt Officiales executores, ſeu adminiſtri Procuratoris Cæſaris (qui ob id *Cæſariani* hîc vocantur, *& in l. defenſionis, infr. l. ſi quos poſthac 9. in fine, C. de bon.proſcript. & in tit. C. To. de Cæſarianis,* & etiam *Catholici*, ſeu *Catholiciani*, quia ipſe Procurator Catholicus in libris Baſilicôn nominatur, vt notarunt Alciat. relatus ac Schar. & aliis *de verb. iur. verb. Cæſariani*, Cuiac. *hîc* Petr.Gregor. *lib.*47.*Syntag.capite* 40. *numer* 2. Bulenger. *de Imp. Rom. lib.* 3. *cap.*17. *in fine,*) qui ad talia vacantia bona occupanda mittuntur, formam, ſeu literas regias ei, cuius intereſt [quia ſcilicet habent ius ad bona] demonſtrent,aliter autem de facto ei reſiſti poterit, *leg.quoniam* 21.*C.de appellat. leg. prima,C. quando liceat vnicuique, l. deuotum 5. infr. de metatis, l. contra 5. infr.de executoribus l.omnes* 33. *in fine infr.de decurion.leg.toties* 6.§. *fin.de pollicitat. Auth. quomodo oport. Epiſc.* §.*fin. capite, ſi quando, de offic. deleg.leg fin.Cod. de exhib. reis, leg.*20. *tit.* 9. *part.*2. *leg.*2. *tit.*29.*p.*7.*l.*18.*tit.*13. *leg.* 1. *& octaua titul.*14. *lib.*2. *ordinam.* facit *lege* 7. *& decimaſeptima titulo* 23. *lib.*4. *Recop.* explicant materiam poſt Bart. Plateam & reliquos antiquos, & Valenzuel. & Nouar. *in præſenti,* Didac.Perez,Auiles, Anton. Gom. & alij relati à Bobadill. *lib.* 1. *polit.cap.*13.*num. decimoſexto: litera A.&* *n.*45.51.*&* 132. Azeued. *in l.*7. *titulo* 23. *lib.*4. *Recop. ex n.quinto.* Puteus *de Syndicat. verb. reſiſtentia* Caſſan. *in conſuet. Burgun. rub.*1.§.7.*num.*13.*& ſeq.* Maſcard. *de probat. concl.* 189.*n.*26. Petr. Gregor. *lib.* 47. *Syntag. cap.*40. *tot.maximè num.*17. Caualcan. *de brachio regio* 1. *part. n.*223. *& ſeq.* Iul. Clar. *lib.*5. *ſentent.* §. *fin. q.*29. & *ibi* Baiar. Farinac. 2.*tom.crim. quæſt.*32. *n.*29. *&* 31. *cum ſeq.* Carauitt. *ritu* 36. & modernus Narbona *in l.*20.*titulo* 1.*lib.* 4. *Rec.gloſſ.*18. *tota.* † Huius rei ra- 2
tionem illam eſſe docet Bart. *n.* 1. *in præſ.* quoniam executores non poſſunt abſque Iudicis mandato aliquem capere, bonáve apprehendere, quia abſque mandato, vel literis talis Officialis notus non eſt, per eáſque fit notus omnibus quorum intereſt, *dicta auth. de collator.* §. *eos,* & ſic ei non poterit reſiſti. † Iuxta 3
quæ deciſio noſtra locum habebit, quando Officiales mittuntur de vna prouincia in aliam; cùm præſumptio ſit Officialem eſſe notum in eadem prouincia, & ideò reſiſti eis minimè debet, maximè cùm tales

miniſtri debeant portare ſigna ſui officij, vt apud nos ſolent virga inſigniri, alias priuati iudicabuntur, *argument. legis ſi ignorans* 53. *D. locati, leg. item apud Labeonem.* 15. §. *ſi quis virgines, D. de iniurijs leg. decernimus, infrà. de aquæductu*, ibi, *vt huiuſmodi annotatione manifeſti ſint omnibus*, ſequitur Platea *num.* 3. *in fine*, Lucas *num.* 18. Rebuff. *num.* 1. *in præſen.* Caſſan. *ſupr. n.* 23. & in hanc partem inclinare videtur Azeued. *in leg.* 5. *n.* 5. *&* 6. *tit.* 22. *lib.* 8. *Recop.* Boër. *deciſ.* 170. *num.* 5. Clarus *dicta quæſtio.* 29 *in fine principij* Farinac. *dicta quæſt.* 32. *num.* 31. *&* 37. Bobadill. *dicto cap.* 13. *num.* 50. qui inde ſubinferunt reſiſti poſſe miniſtris, qui non gererent ſolita ſui officij inſignia, vt latè docent relati à Bobadill. *vbi proximè numero* 51. *lit. G,* Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 5. *c.* 8. *ex n.* 106. Narbon. *dicta gloſſ.* 18. *n.* 79.

4 Verùm hæc ratio noſtræ legi non congruit, quæ inter ignotum & notum nullam facit differentiam, quam cùm lex non inducat, nec nos quidem, *lege de pretio, cum vulg. D. de Publicia.* neque in eo conſiſtit impunitas reſiſtentiæ quòd ſit notus, aut ignotus Officialis, ſed quòd formam legis non obſeruarunt, vt conſtat ibi, *aut etiam ſi Officiales auſi fuerint à tenore datæ legis deſiſtere*, quæ verba rationem continent cur liceat Officialibus reſiſtere, ſcilicet quòd cùm capienda ſint bona iuxta formam à Iudice datam, quæ in ſcriptis redigi debet; ſi quando contigerit quòd miniſtri ſine ea capiant, iniuſtè agere dicuntur, & vim facere, *leg. plerique* 18. *D. de in ius vocan.* iuncta *l. nec magiſtratibus* 32. ibi, *vel quaſi priuatus. D. de iniurijs.* & ideò eis impunè reſiſti poterit. † Tamdiu
5 enim Officialis, vel Iudex, dicitur Iudex, quamdiu iuſtus putatur, & iuris formam conſeruat. Quia nomen quod ab æquitate ſumitur per ſuperbiam, non tenetur (vt verba Caſſiodori detorqueam *lib. tertio, var. epiſt.* 27.) Iuſtus autem eſt qui ſecundùm ordinem legum procedit, qui à iuſtitiæ tramite non recedit, quare ſi Iudex hæc non obſeruat, ampliùs Iudex non eſt, ſed priuatus, *lege tertia, D. de offi. præſid. lege fin. D. de iuriſd. cap. iuſtum.* 23. *quæſtione* 2. *cap. quorumdam, de exceſſib. prælat. cap. cùm æterni, iuncta gloſſ. verb. iudex, de re iudicat. in* 6. Vnde ſicut cuilibet permittitur reſiſtere aduersùs violentiam ſibi factam per priuatum, *l. vt vim, D. de iuſt. & iur.* iunctis quæ tradit Donell. *lib.* 17. *comm. capite* 2. vbi Oſvval. *lit. D. & ſeqq.* Pichar. *in* §. *iniuria à num.* 3. *Inſt. de lege Aquil.* & tradit in propoſito Farinac. *ſupr. numer* 89. *& ſeq.* poſt Guliel. Bened. *in cap. Raynutius, de teſtam. verb. in eodem teſtamento el* 1. *n.* 69. rectè conſequitur quòd cùm ſit prohibitum bona alicuius capere, priuſquàm forma fuerit Officialibus data, contrafacienti meritò reſiſti poterit, conferunt notata ab Accurſ. *in dicta leg. deuotum verb. conceſſum, infr. de metatis*, & Narbona *infrà* referendo *num.* 36.

6 Aduersùs hanc rationem obſtat, ciues ad obedientiam Magiſtratibus præſtandam promptos eſſe debere, *lege veluti, D. de iuſt. & iur. capite* 2. *de maior. & obed.* quia factum legis & Iudicis pari paſſu ambulat, *leg. ſeruus* 9. *D. de manumiſſ.* ita Bald. *in lege data opera num.* 19. *Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* Quin etiam Magiſtratus dicitur Dei ordinatio, *cap. ne is* 12. 15. *quæſtio* 1. *cap. non ſolum* 27. 23. *quæſtio.* 5. ita vt qui ei reſiſtit, Deo reſiſtat, *Deutero.* 17. *verſ.* 10. *Prouerb.* 8. *verſ.* 15. D. Paul. *ad Roman.* 13. *verſ.* 2. D. Petro 2. *verſ.* 13. *cap. qui reſiſtit,* 97. 11. *quæſtio.* 3. *l. addictos* 6. *Cod. de Epiſcop. audient.* congerunt in propoſito multa ſcitu digna, Did. Perez *in lege quinta titulo* 12. *lib.* 8. *ordinam. verb. que lo maten.* Farinac. *dicta quæſtio* 32. *n.* 86. *& ſeq.* Bobadill. *libr.* 3. *polit. cap.* 1. *per tot.* Maſtrill. *lib.* 5. *de magiſtr. cap.* 3. *toto. & lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 24. Narbon. *in l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *Rec. gloſſ.* 18. *ex n.* 1. † Qua-
7 re qui Magiſtratui maledixerit, grauiter debet puniri. Nam, vt ait Ariſtot. *in problem. ſect.* 19. *problem.* 14. non tantùm in Magiſtratum deliquiſſe videtur, ſed etiam in Rempublicam contumelioſè egiſſe, obſeruat Petr. Gregor. *libro* 2. *de Republ. cap* 6. *num.* 20. & ideò iura ſemper id curarunt, vt debitus honor Iudicibus deferatur, *cap. vt debitus* 59. *de appellat. l.* 3. §. 1. *D. de eo quod metus, leg. obſeruandum* 19. *in fine, D. de offic. præſid. l. cui muneris* 12. *D. de muneribus, lege fin. in princ. Cod. quando prouocare.* † Hócque & in eorum miniſtris 8
ſimiliter viget, cùm ſuperior non ſolùm per ſe, verùm etiam & per ſibi ſubditos iniuriam pati credatur, *l.* 1. §. *item, D. de iniur.* §. *patitur &* §. *ſeruis, infr. eod.* & ita reſiſti eis non debet, ſed eo caſu quo excedunt, vel mandatum ſuperioris non adimplent, tunc ad Iudicē poteſt haberi recurſus, qui talia impunita eſſe non patietur, *leg. ſi quis fortè* 6. §. *ſi quos, D. de pœnis, lege omne* 12. *Cod. de offic. Rect. prouin. lege* 3. *Cod. quorum appellat. auth. de mandat. Princip.* §. *deinde competens. verſ. quòd ſi delinquens, coll.* 3. tradunt Bart. & Alberic. *in d. l. ſi quis fortè,* §. *ſi quos,* Marant. *in prax.* 6. *part. n.* 182. & alij relati à Plaza *de delict. c.* 29. *n.* 9. Iul. Clar. *in prax. cap. fin quæſt.* 19. *verſ. ſed hîc incidenter,* & à Farinac. & Bobadill. *ſupr.* plura & ſingulari eruditione notauit doctiſſimus amicus & Collega noſter D. Ioan. Baptiſta Larrea *in tract. de author. Magiſtratuum, per tot.*
† Pro quibus pondero *leg. eum qui* 13. *iuncta leg. antecedenti, D. de peric. & comm. rei vend.* vbi cùm lectos 9
in via poſitos Ædilis concidiſſet, ſi id non iure feciſſet, datur contra eum actio legis Aquiliæ, & ita eodem modo in noſtro caſu ſi non iure procedat Iudex, vel miniſter, adhuc ſuſtinendus eſt, & poſtea coram Iudice ſuperiori actio de eo quod intereſt proponenda. Ruſus faciunt *d. l. nec Magiſtratibus, cum l. ſeq. D. de iniurijs. leg. ab executione* 5. *C. quorum appell. leg. qui grauatos* 5. *infr. de cenſib.*

Sed quamuis ea traditio in ſe vera ſit, adhuc à dicta 10
ſententiâ non erit recedendum, quam varia iura iam expenſa confirmant, & tuentur Farinac. *ſupr.* & Bobadill. *dict. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 16. *lit. A,* Azeued. *in d. l.* 7. *tit.* 23. *lib.* 4. *Rec.* Nam etſi verùm ſit Iudicibus eſſe parendum, vt ex argumento conſtat, tamen quando ipſi iuſtitiæ modum excedunt, aut quando miniſtri abſque eorum mandato procedunt, cùm priuati tunc cenſeantur, vt diximus, non poteſt reſiſtentia, quæ priuato fit, cenſeri facta in contumeliam eiuſdem Magiſtratus.
† Et cùm defenſio naturalis ſit non tantùm vitæ, *d. l.* 11
*vt vim*, verùm etiam & bonorum, *leg.* 4. §. *lex, D. ad l. Aquil. cap.* 2. *&* 3. *extr. de homicid.* cum adductis ad eorum iurium explicationem à Ceuall. 1. *p. comm. quæſtio* 349. Trentacinq. *lib.* 1. *var. tit. de defenſione, reſol.* 1. Suarez *de cenſur. diſp.* 46. *ſect.* 1. *&* 2. Azor. 3. *tom. moral. lib.* 2. *c.* 1. Sayro *lib.* 5. *Theſaur. conſcien cap.* 17. *num.* 22. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 4. *diſp.* 16. Fachin. *libr.* 1. *controuerſ. cap.* 30. *&* 31. Oſvval. *ſupr. d. cap.* 2. *lit. L,* conſequens eſt nuntio qui abſque literis priuatus iudicatur, bona capere volenti poſſe Dominum iure reſiſtere. Nam talia iniuſta exequendo Iudex, nec miniſter reputatur, cùm in eo deficiat iuſtitia, & ſimilis efficiatur brutis, & ſic ei reſiſti poterit ex illa licentia à iure naturali permiſſa, quia non tam videtur reſiſtentia, quàm iniuriæ ac violentiæ propulſatio, *l.* 1. §. *ſi ideò, D. ne vis fiat l.* 1. §. *Oſilius, D. ne quis eum,* docent Farinac. *dicta q.* 32. *n.* 29. Narbon. *n.* 42.

Neque obſtant iura pro confirmatione argumenti 12
expenſa, nam reſpondendum erit cum Luca de Penna *in dicta leg. contra, infrà de exactor. num.* 2. quem ſequitur Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu, verb. reſiſtentia cap.* 22. *n.* 2. Farin. *ſupr. num.* 104. *& ſeq.* quòd aut Officialis excedit in officio, aut excedit officium. Excedere officium eſt, quando is qui certum officium habet, intromittet ſe in aliud ad eum non pertinens, quo caſu ſi ad factum procedat, licitum eſt ei reſiſtere, ex hac lege

lege cum ſimilibus, & ratio eſt, quoniam in eo quod
facit extra officium, priuatus iudicatur, *l.3.D.de offic.*
*præſid.l.fin.de iuriſdict.* iuxtà doctrinam Panormitan.*in*
*cap.fin.num.7.de reſcript.* & Auiles *in cap. 1. verb. man-*
*dado, num.34.* ſi verò excedit in officio, verbi gratia,
quia cum ſufficeret vnam, vel duas res capere, plures
ceperit, aut cùm iubet aliquem incarcerari, eo non
fuit contentus Iudex, ſed eum compedibus & cate-
nis onerauit, cùm ſufficeret libera cuſtodia, & deni-
que excedit intra ſphæram ſui officij, tunc ei reſiſti
non poteſt, ſed taliter grauatus ad Iudicem ſuperio-
rem recurrat, qui grauamen illud emendet, aut tollat.
Nam, vt eleganter ait Maranta, quem ſequitur Farinac.
*ſupr.num.121.* quando Iudex aliquid iniuſtè fecit, non
debemus ſtatim ad reſiſtentiam conuolare, & ad alia
remedia de facto, cùm habemus remedium iuris, id
eſt appellationem, quæ ad id propriè inuenta eſt, *cap.*
13 *cùm ſpeciali.§.porrò, de appellat.* cum aliis. † Sic *in dict.*
*leg. eum qui.ff. de peric. & com.* datur contra Ædilem
actio legis Aquiliæ, quia non iure lectos in via publi-
ca poſitos confregerit. Nam cùm inter alia munera
Ædilitia, quæ recenſet Budæus *in leg. 2. §. deinde cum*
*placuiſſet, ff. de orig.iur.* Duaren.*libro primo diſp.cap.26.*
Balduin. & Mynſing. *in §. prætorum. Inſt. de iure nat.*
Gothofred. *in leg. 1. ff. de via public.* Pancitol. *lib.2.*
*var. cap.40.* Bulenger. *lib. ſeptimo de Imp.Rom.cap.17.*
Ianus Langlæus *lib.8.ſemeſt. capit. 14.* illud fuit, vt
quidquid in publico ſitum inueniſſet, id pro ſuo offi-
cio diſcerpere poſſit, & ita prohibitum erat ne quis
ante ergaſteria, vel officinam, in qua laboratur, quid
proiectum, propoſitumue ſit, quod viæ ineundæ im-
pedimentum afferre poſſet, *lege prima ff. de via public.*
cùm poſitos lectos in via vidiſſet forte vt exinde por-
tarentur, *argumento dict. leg. 1. §. ſtudeat.* hinc ait I.C
nō iure ab Ædile fuiſſe confractos, quia ſcilicet in of-
ficio exceſſit, & ideò datur legis Aquiliæ actio con-
tra ipſum, vt ad eius ſpeciei explicationem notarunt
Connan. *lib. ſeptimo comm.cap.10.* Hottoman. *lib. 18.*
*epitomat. in Pand. titulo ſexto numer. 4.* Anton. Fab.
*lib.2. coniect. cap.4.* Vnde deſcendit quod quoties con-
tra notoriè Iudicem iniuſtè agere, & exequi iniquè,
tunc licita erit reſiſtentia; ſecus tamen in dubio in
quo obediendum eſt Iudici. *dict.l. nec magiſtratibus,*
*de iniur.* docet Lucas *hìc num.9.* Farinac. *dict.quæſt. 12.*
*num. 118.* Narbona *d. gloſſ. 8. n.36.* qui multas ad id
quæſtiones ſpectantes referunt.

14 Hinc infero *primò* interpretationem ad *leg.fin.Cod.*
*de exhib. reis,* quæ cum Baldo dupliciter intelligitur à
Valenzuel. *hìc num.4. & 13.* vt quod ait neminem in
iudicio exhibendū eſſe niſi de cuius exhibitione Iudex
pronunciauerit, accipiatur de exhibitione perſonali,
id eſt, vt nemo capi poſſit perſonaliter, niſi talis ca-
15 ptura fiat de Iudicis mandato. † Quod confirmatur
*leg.7. tit.23. lib. 4. Recop.* vbi ſtatuitur neminem ſine
mandato ad capturam procedere poſſe, niſi quando in
flagranti delicto capiatur, vt conſtat ibi, *ſaluo al que*
*hallaren haciendo de litto.* quod & iure ciuili conſtitu-
tum fuiſſe conſtat ex traditis à Bart. *in dict. leg. fin*
*num.2. ex leg. capite quinto 25.* & *ibi* notat. *ff. ad leg.*
*Iul. de adulteriis, leg. raptores 54. C. de Epiſcop. & cle-*
*ricis* cum aliis quæ obſeruant poſt Bald. *in dict. leg.*
*fin.* Caſſan. *in conſu. Burg. rub.1. §.7. num.16.* & Ant.
Gom. *3. tom.var. cap.9. num.3.* Hoc enim caſu, in
quo mandato Iudicis vtitur Officialis, minimè ei po-
terit reſiſti, imò ipſe reſiſtentem poterit offendere, vt
docet Bald. *in dict. leg.fin.* Caſtrenſ. *conſ. 194. lib.2.*
Bolongn. *conſil. 63.* Felin. *in c.cum iuramento, de homi-*
16 *cid.* † Mandatum tamen debet dari in ſcriptis, *leg. Pa-*
*latinos. infra. de collatio. fund. fiſc.* vbi Bart. *num.2. l.de-*
*fenſionis, & l. miſſi. infr. de exact. tribut.* notat Platea
*hìc num.3.* Valenzuel. *num.9. & 25.* Bald. *in l.conſen-*
*taneum, notab.7. Cod.quomodo & quando, & in c.compara-*
*ti, de appellat.* Iaſ. *in l.cùm proponas la 1. n.7. C. de pa-*
*ctis,* vbi Decius & Alciat. *num.3.* Caſſan. *ſupr. n.26.*
& probatur *in leg.3. titulo tertio lib.4. Recop.* nam cùm
ad faciendam citationem requiratur mandatum in ſcri-
ptis, multò magis erit neceſſarium in captura cùm
eædem rationes militent, de quibus *in dict. leg. 3.* &
ita notandus eſt caſus noſtræ legis, quatenus requirit
litteras interuenire debere, ita vt non credatur nuntio
Principis, niſi eiuſdē litteras non demonſtret, *l.1. Cod.*
*de mandat. Princip. leg. ad probatorias 9. infr. de diuerſ.*
*offic.* docet Afflict. *in præludiis feud. numer.13.* & alij
relati à Valenzuel. *hìc num.15.* † *Secundò* accipi poteſt 17
*dict.leg.fin. C.de exhib. reis,* in exhibitione verbali, ſeu
citatione, aut vocatione in ius, vt nimirum talis cita-
tio nequeat fieri ſine licentia & mandato iudiciali *leg.*
*ſed ſi hac 10.§.prætor ait.ff.de in ius.voc.*ibi, *ſine permiſſu*
*meo* tradunt Bart. Bald. & alij *in dict. leg. fin.* Iaſon. *per*
*text. ibi in §. quadrupli. verſ. ſed furti. Inſtit. de actio.*
Marant. *in praxi tit. de citatio. num.51.* Pal.Rub. *in cap.*
*per veſtras, notab.1. §. 1. num.octauo* Felin. *in capite 1.*
*de libelli obl.* Rebuff. *1. tom. ad ll. Gallicas, tit. de cita-*
*tio. in princ.* Duenas *reg.97.* & apud nos expreſsè caue-
tur *dict.leg.3.tit.3. lib.4. Rec.* & ſic de ea vocatione in
ius illam legem intelligunt Duar. *lib.1. diſp. cap.1.*
& relati ab Oſuual. *lib.23. Donell. cap.2. lit. Q.* Nam
prius quàm fieret vocatio, adeundus erat Prætor, libel-
lo dato vt vadari reum liceret id eſt, ita vocare vt
niſi vadibus ſatis daret, manum iniicere liceret, ſi
verò ſine Prætoris licentia id fieret, actor qui in ius
vocabat, actione iniuriarum tenebatur, ex *leg.ſi ve-*
*ro 5. §. qui pro rei ff. qui ſatis dare cog.* quæ ita eſt ac-
cipienda cum Rober. *3. ſentent. cap. primo* A. Aug.
*libro ſecundo emend. cap. 1.* Reuard. & aliis relatis ab
Oſuuald. *d. loco.* † Vnde infertur quòd ſi Officialis, 18
ſeu Alguacellus ſine mandato Iudicis alicui afferat ſe
mandatum habere ad eum capiendum, vel ad pignora
exhibenda, cùm tamen id falſum ſit, & ob hanc con-
cuſſionem, ne in carcerem detruderetur impetitus
aliquid dederit Officiali, tunc talis Alguacellus non
ſolùm in pœna quadrupli erit puniendus, ſed etiam
criminaliter ob delictum, *dict. §. quadrupli,* vt notant
Angel. Plat. Iaſ. & Bart. *per text.* ibi *in dict. leg. Palati-*
*nos, infr.de collat. fun. fiſc.* Ripa *in cap.1.de iudiciis num.*
*87.* Alciat. *de præſumption.reg.3.præſ.14.* Bald. & alij *in d.*
*l. fin.* & eſt egregius Vlp. locus *in l. qui nomine 25.ff.ad*
*leg.Cornel.de falſ.* cuius auctoritate Roman. *ſing.317.*
aſſerit teneri pœnâ falſi eum, qui ſic falsò egerit, li-
cèt ad arbitrium Iudicis hoc remitterem, prout in caſu
ſimili vidi iudicatum Granatæ, dum fiſci patronum
agerem contra quendam improbiſſimum Alguacel-
lum, qui ea fraude in plures vtebatur, nam priuatus
fuit in perpetuum officio, & in exilium ire iuſſus; pœ-
nâ pecuniaria quoque mulctatus.

*Secundò* ex *ſuprà* à nobis tradita ratione infertur, 19
quòd ſi aliquis ſit iniuſtè carceratus ſine metu pœnæ,
de qua latè Muta *deciſ.39. tot.* poterit carcerem fran-
gere, & aufugere, vt tradunt multi, quos refert Fa-
rinac. *crim. tom.2. q.30. à num. 120.* idque *num. 129.*
extendit, vt ſi aliter mortis periculum & iniuſtam Iu-
dicis condemnationem euadere non poſſit, ſit eidem
licitum impunè cuſtodes vulnerare, vel etiam occide-
re, ita docent Lucas *hìc num. 11.* quem ſequitur Me-
noch. *de arbitrar. caſ.101. num.5.* Maſcard. *de probatio.*
*concluſ. 266. num. 27. & concluſ.820. num. 17.* & alij
relati à Farinac. *ſupr.* & Ameſcua *de poteſt.in ſeip.lib.2.*
*cap.9. num.3.* qui pro ſe adducunt. *l.nihil 26. ff. de ca-*
*ptiuis, iuncta l.1.in fi.ff.de bonis eorum qui antè ſentent.*
vbi dicitur quòd ſi aliquis fuit captiuus, nihil intereſt
an vi, vel fallacia hoſtes euadat, iuxta illud Virgilij,

— *Dolus, an virtus quis in hoſte requirat.*

Ignoſcendúmque ſit ei, qui qualitercumque ſangui-
nem ſuum redemerit. † Cui ſententiæ ita generali- 20
ter

ter ſumptæ acquieſcere non po..um, & ita ab ea re-
ceſſerunt Boër. *deciſ.* 215. *num.* 33. Couar. *lib.* 1. *var.*
*cap.* 2. *num.* 13. Farinac. *ſupr. numer.* 130. Ameſcua *dict.*
*lib.* 2. *de poteſtat. in ſeipſ. cap.* 9. *num.* 3. & aliis relatis à
Muta *dict. decſ.* 39. *num.* 22. qui omnes ſupradictam
ſententiam temperant cum his requiſitis. *Primum,*
quòd notoriè conſtet illum iniuſtè & indebitè fuiſſe
incarceratum, & condemnatum, quo caſu cùm Iudex
vt priuatus procedat de facto, poteſt ei reſiſti, præci-
puè ſi agatur de damno irreparabili, ſi fortè Iudex
vapulationem infligere tentat, torturam, vel ignomi-
21 niam aliam homini aliàs honeſto, aut nobili. † Nam
cùm honor & dignitas ita periclitetur, cuius metus
viris bonis maior eſt, quàm mortis, *leg. iſti quidem. ff.*
*de eo quod metus cauſ. leg. in eadem, ff. ex quib. cauſ. maior.*
*leg. ſi adulterium* 38. §. *fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. leg.* 4.
*& 6. leg. fin. in fin. tit.* 13. *parte* 2. *leg.* 1. *tit.* 14. *eadem*
*part. Eccleſiaſt. cap.* 20. cum adductis à Bobadill. *lib.* 2.
*polit. cap.* 14. *num.* 44. Tiraquell. *de nobil. cap.* 20. *n.* 63.
Trentacinq. *reſol. lib.* 1. *tit. defenſione, reſol.* 1. *numer.* 5.
Frehero *de exiſtimatio. lib.* 2. *cap.* 8. *ex num.* 10. ita reſi-
ſtentia excuſabitur, quia Iudex ita procedens dicitur
hoſtili & tyrannico modo procedere, quia talis execu-
tio eſt ſimilis violentiæ latronum, iuxta ea, quæ tra-
dit Hortenſ. Caualcan. *de brachio regio* 2. *part. num.* 66.
22 *& 67.* † *Secundum* requiſitum eſt, quòd iniuſtè incar-
ceratus ſit in euidenti mortis periculo, illúdque aliter
euadere non poteſt, niſi frangendo carcerem, & cu-
ſtodes occidendo, vt notat Farinac. *ſupr. dict. quæſt.* 32.
23 *num.* 91. *& ſeq.* † Neque obſtat huic ſententiæ hos
cuſtodes innocentes occidi permitti: nam eis non in-
cumbit meritorum cauſæ examen, neque iuſtificatio-
nis cognitio, vel an ſit nullum, vel non iuſtum, vel
iniuſtum, Iudicis ſui præceptum, vel an iuſtè ſit ſen-
tentia data? *leg. quinta tit.* 15. *part.* 7. Baldus *conſ.* 36.
*vol.* 2. Decian. 1. *tom. crim. lib.* 4. *cap.* 38. *num.* 3. & vt
eleganter ait Caſſiod. *libro* 2. *var. epiſt.* 26. ibi, *Nimis*
*iniquum eſt vt ille patiatur diſpendium, qui imperium fecit*
*alienum,* & *libr.* 12. *epiſt.* 3. ita fatur, *Caret culpa qui im-*
*perata perfecerit, in executore illud eſt peſſimum ſi Iudicis*
*relinquat arbitrium,* & ſic videbatur dicendum ſupradi-
24 ctam doctrinam valde eſſe periculoſam, † Huic enim
argumento reſponderi poterit talem incarceratum in-
iuſtè detentum, & iniquitate notoriâ condemnatum,
non ſolùm ſine cauſæ cognitione, vel proceſſu &
formâ iudiciali, verùm & contra leges, vel iracundiâ,
aut motu Iudicis, (quibus caſibus iuſta eſt reſiſtentia, *l.*
*vnic. verſ. etſi contra leges. Cod. qui pro ſua iuriſdictione.*
Narbon. *dict. gloſſ.* 18. *num.* 52. *& ſeq.*) vitam ſuam eo
in caſu defendere poſſe contra cuſtodes, qui cùm eis
notoria ſit innocentia rei, & iniquitas iudicantis, te-
nebantur in eo caſu Iudici non obtemperare, vt tra-
dunt plures, quos refert Bobadill. *dict. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 47.
poſt Auendan. *cap.* 2. 1. *part. pag.* 29. *lib.* 1. Azeued.
*in leg.* 4. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recop. per text.* ibi *iuncta leg. ſi*
*vindicari* 20. *Cod. de pœnis,* quam in hanc rem allegat
Auiles *cap.* 11. *part. verb. mandamientos, n.* 19. atque ideò
præcepto exorbitanti Iudicis morem gerentes coope-
rare videntur in eadem iniquitate, *c. p.* 1. vbi Gloſſ.
*verb. pari pœna, de officio & poteſt. iud. deleg.* & ita eis
25 tanquam vim inferentibus aliâ vi reſiſti poteſt. † Cui
reſolutioni non oberit *leg. non videtur* 167. §. *qui iuſſu,*
*& leg. non poteſt.* 199. *ff. de reg. iur.* vbi ille qui iuſſu Iu-
dicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia
parere neceſſe habet. Nam præterquam quòd in exe-
cutoribus, vel miniſtris Iudicum eas leges non ad-
mittat Dyemenus *ibi*, tamen cum Cagnol. *num.* 5. &
P. Fabro *ibidem*, poſt Decium, reſpondeo, tunc eam
deciſionem procedere, quando præceptum fuit iu-
ſtum, vel ſaltem dubium; ſecùs verò vbi de iniuſtitia
conſtaret apertè, prout in caſu propoſito, tunc enim ei
parendum non eſt, vt reſoluimus.

Hinc excuſabam ego quod Salmanticæ accidit 26
anno 1617. die 22. Nouembris (quo die in maius
Collegium Conchenſe ſum cooptatu ) Nam cùm
controuerſia quædam oriretur (vt plerumque mos
fert) ſuper aula inter Collegam Collegij maioris Ar-
chiepiſcopi, & alium Cathedrarum Candidatum, Iu-
dex ſcholaſticus, vt rixis, quæ exinde naſci poterant
Auditoribus hunc, vel illum fauentibus obuiam iret,
Collegæ domum ſuam in carcerem aſſignauit. Hoc
indignè tulit familiaris quidam Collegij, in verba pro-
rumpens libera, quia incarcerationem non niſi ex ma-
gna cauſa cum illarum maximarum domuum alumnis
exequi Iudices non ſoleant. Iudici verba nuntiantur
ſiniſtra iam & peiora, quibus ita excanduit, vt igno-
miniosè familiatem in vincula publica coniecerit, &
celerrimè cauſa habita paucis horis ad ſui defenſionem
aſſignatis illum ad ducentos ictus condemnauit, à re-
gno exulare iuſſit, quod ſi non obſeruaſſet, triremi-
bus mancipauit dum Collegæ ſcholaſticum Salman-
ticenſem conueniunt, captum famulum expoſtulant,
promittunt caſtigationem, habitûs priuationem, aliáſ-
que pœnas. Scholaſtici iuuenili calore incenſi carce-
rem effregerunt, captúmque in ſuam domum alacres
reducunt. † Quæſitum eſt tunc inter viros doctos, an 27
effringentes carcerem Eccleſiaſticum contraxerint
excommunicationem in Bulla in Cœna Domini à
Clemente VIII. prolatam contra impedientes iu-
riſdictionem Eccleſiaſticam (qualem habet Scholaſti-
cus Salmanticenſis, iuxta formam Bullæ Innocentij
VIII. quam obſeruari præcipit *l.* 20. *tit. de los eſtu-*
*dios generales libro primo Recop.*) Verba enim Bullæ
hæc ſunt capit. 16. *Excommunicamus nec non qui Ar-*
*chiepiſcopos, Epiſcopos alióſque ſuperiores, vel inferiores*
*Pralatos, & omnes alios quoſcumque Iudices Eccleſiaſticos*
*ordinarios quomodolibet impediunt, quominus ſuâ iuriſdi-*
*ctione Eccleſiaſticâ contra quoſcumque vtantur, ſecundùm*
*quod canones & ſacr  nſtitutiones Eccleſiaſticæ, & decre-*
*ta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſta-*
*tuunt.* ita referunt Hugolin. *de cenſuris Romano Ponti-*
*fici reſeruatis capite decimo ſexto* Sayrus *libro tertio the-*
*ſaur. caſ. conſcientiæ capit.* 20. Marius Alterius *de cen-*
*ſur. libro* 5. *diſp.* 17. expendebantur verba, *quomodo-*
*libet impediunt.* quæ videntur & effracturam carceris
comprehendere. † *Secundò* ponderatur *lege cuiuſque* 4. 28
§. *eum qui. ff. ad leg. Iulian. maieſtat.* vbi crimen ma-
ieſtatis incurrit qui confeſſum in iudicio reum, &
propter hoc in vincula coniectum, dimiſerit, vbi
Bart. notat eum, qui captum, conuictum & confeſſum
à carcere extraxerit, incurrere crimen læſæ maie-
ſtatis. *Tertiò* expenduntur verba Hugolin. qui ver-
bum *impedire* interpretatur, id eſt, ne fiant ea quæ
ad iuriſdictionem pertinent, ne facta executioni
mandentur, aut quæ executioni mandata ſunt, reuo-
centur.

Sed hæ rationes tanti apud me non fuerunt, vt di- 29
cerem excommunicationem incurſum eo caſu pro-
pter carceris effracturam. Quoniam S. Pontificis in-
tentio in dicta Bulla non fuit comprehendere hu-
iuſmodi genus impedimenti, ſed illa, ex quibus iuriſ-
dictio Eccleſiaſtica impediretur, quæ ſint tali excom-
municatione digna, id eſt, delicta atrociſſima. Nam
ſi verbum *quomodolibet* ita generaliter ſumeretur, poſ-
ſet impedimentum leuiſſimum comprehendere, ve-
luti ſi Epiſcopi Alguacello captus ſubduceretur, vel
qui conſilium præbuit capto, vt aufugeret à carcere,
vel ſi Procurator cauſarum, vt ſolent huiuſmodi ho-
mines, proceſſum reddere tardaret. Cùm tamen qui
à carcere fugit non peccat, vt docet D. Thom. 2. 2.
*quæſtio.* 69. Vaſq. *in* 1. 2. *diſputatio.* 174. *capite* 2.
Eman. Rodriquez *in ſummo* 3. *tom. capite* 62. *nume-*
*ro* 3. Couar. *libro* 1. *var. capite* 2. *numero* 11. Farinac.
*quæſtio* 30. *numer.* 120. & relati ab Ameſuca *de*
*poteſt.*

*poteſt. in ſeipſum libro 2. capit. 9. numer.* 1. Vel ſi odio, amore, aliáve cauſa ſimili retrahatur Iudex ne in aliquē flagitioſum animaduertat, quod impedimentum ſufficiens non eſt, vt teſtatur Mar. Alterius *dict. diſputatio 17. verſ. impedire.* At res cruda eſſet ſi tali excommunicatione puniretur, quæ Romano Pontifici reſeruatur, vt in alio propoſito notant Dominic. & Francus *numero 2. in capit. quoniam, de immun. Eccleſ.*
30 *lib. 6.* † Neque in ſupradicto caſu impedita eſt iuriſdictio Eccleſiaſtica ſcholaſtica, ſed tantum publico carceri illata fuit violentia & vincula fracta, quod longè diuerſum eſt. Nam Iudici non eſt impeditus vſus iuriſdictionis, & cauſæ cognitio, neque ſententiæ prolatio in caſu contumaciæ, & abſentiæ, & ita tantùm fuit ei materia ſubtracta, in qua iuriſdictionem exerceret, non verò vſus impeditus, nam executio ſententiæ non eſt iuriſdictio, ſed extremum iuriſdictionis, *leg. vnic. §. is videtur, ff. ſi quis ius dicenti non obtemp.*
31 obſeruant Duaren. *lib. 1. diſp. capit.* 50. Cuiac. *lib. 24. obſeru. cap. vigeſimo quinto.* † Et quamuis ſi impediretur executio ſententiæ, huiuſmodi excommunicationem incurri aſſerat Hugolin. *ſupr.* & Mar. Alterius *dict. diſp. 17. cap. 1. verſ. tribus,* quia nihil refert iudicaſſe niſi iudicatum fuerit executum, cùm ſit finis ſententiæ, vt executioni mandetur. Panormitan. *in cap. paſtoralis, §. quia verò, numero ſecundo & ſeq. de officio deleg.* Hoc non eſt admittendum quando talis executio impeditur per ſubtractionem materiæ licitè factam (vt *infrà* dicam) vt in dicto caſu accidit, quod eſt quando Iudex ex abrupto procedit, iuris ordine non ſeruato. Vel reſponde *ſecundò.* Quando impeditur executio publicè vſurpando cognitionem & iuriſdictionem, iuxta terminos *dict. cap. quoniam, de immun.*
32 *Eccleſ. lib. ſexto* † Confirmatúrque hic diſcurſus, quia dicta Bulla ſe refert ad ſacros Canones, & Conciliorum, & præſertim Conc. Tridentini decreta. At *Canonum* verbo comprehenditur conſtitutio *dict. cap. quoniam* (vt notat Suarez. *tom. 5. in 3. part. ff.* Thom. *diſp. 22. ſect. 2. num. 94.* Alterius *dict. diſp. 17. cap. 2.*) quo fertur excommunicatio contra impedientes iuriſdictionem Eccleſiaſticam, nam ſupradicta Bulla ſo-
33 lùm addidit reſeruationem Sedi Apoſtolicæ. † Rurſus verba illa, *& preſertim Tridentini,* ſpectant, *ad ſeſſ. 25. capit. 20. de Reform.* vt aſſerunt idem Suarez & Nauarr. *in ſumm. cap. 27. numer. 72. verſ. quinto.* At *dict. cap. quoniam,* loquitur, quando Domini temporales, Balliui, aut Iuſtitiarij, vel Iudices ſæculares impediunt iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Ad quod etiam reſpexit Concilium Trident. dum Principes exhortatur, vt iuriſdictionem Eccleſiaſticam amplifi-
34 cent, magnifaciant, defendant, tueantur. † Vndè ea loca ſunt accipienda, quando ita impediatur iuriſdictio, vt minimè exerceri poſſit, vel ſi eam vſurpauerint, aut tollant, vel cùm hoc non fecerint, cognitionem cauſarum abſtrahunt, vel ei obſtant, ſubditóſque compellunt, ne eos tanquam Iudices recognoſcant, ſed vt ad fora ſæcularia ſuas lites deferant, hócque publicâ manu & auctoritate faciunt, quod apertè declarant *dict. cap. quoniam,* & d. Concil. Trident. caput, *iuncto cap. non minus 4. de immun. Eccleſ.* ibi, *Iuriſdictionem etiam & auctoritatem Prælatorum ita euacuant, vt nihil poteſtatis videantur reliquiſſe.* Iuxta quæ iura intelligenda ſunt dicta verba Bullæ, propter relationem factam ad Concilia generalia; & cùm non ſint alia niſi ſupradicta, debemus ad ea referre dicta verba, & ea in eodem proprio caſu accipere, quia relatum debet aptari referenti, vt ex aliis notat Matienz. *in l. 2. gloſſ. 9. 11. tit. 4. lib. 5. Recop.* Narbon. *in leg. 20. gloſſ. 15. n. 9. tit. 1. lib. 4. Rec.* Barboſ. *de Axiomat. iur. verb.*
35 *relatum* 201. † Et de eis caſibus loqui Bullam, indicat verbum *ſecundùm,* quod eſt demonſtratiuum, vt docent Bar. *per tex.* ibi *in l. eum, qui §. Iulianus, ff. de conſt. pecun.* Matienz *ſupr. n. 13.* Barboſ. *de dictionibus in verbo ſecundùm* 358. & ita ex relatione quam facit vox illa, ſenſus Bullæ erit, vt omnes illi, qui ſecundùm Canonum tenorem quomodolibet impedierint iuriſdictionem, incurrant ſupradictas cenſuras. Nam quantumcumque ſint generalia verba legis, debent intelligi ſecundùm ſubiectam materiam, *leg. ſtipulatio iſta, de verb. oblig.* vbi notant DD. & Morla *tit. de legibus, q. 1.*
*n. 14.* † Et præcipuè cùm leges pœnales non ſint extendendæ, *c. in pœnis, de reg. iur. in 6. c. odia. eod. tit. l. cum quidam, de liber. & poſth.* hæc excommunicatio non poteſt habere locum hoc in caſu, quando Prælati habent cum iuriſdictione Eccleſiaſtica iuriſdictionem quoque ſæcularem, qualem habet Scholaſticus Salmanticenſis, vt docet Marius Alter. *ſupr. cap. 1. verſ. cùm autem,* quia canon ille ſolùm loquitur de iuriſdictione tantùm Eccleſiaſtica. † Et facit etiam, quia Re- 37
gij Auditores, qui per viam violentiæ extraordinariè cognoſcunt, an vim faciant Iudices Eccleſiaſtici, non ex hoc incurrunt excommunicationem, vt tenent Ceuallos *tom. 4. in diſcur. ad Regem à num. 60. cum ſeq. & quæſt. 897. ex num. 131. & ſeq. & tom. 5. de cognit. per viam viol. in proœm. cap. 1. num. 3. & capp. ſequentib.* Seſſe *in diſcurſu ad Regem 2. tom. deciſ. in prin. & de inhibition. cap. 8. §. num. 66. & 92.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 3. part. tertia numero octauo.* Salgado *de Regia poteſt. in proœm.* Carraſ. *ad ll. Recop. cap. 6. §. quarto num. decimo octauo.* Pereyra *de manu regia tot. & maximè cap. 4. num. nono & cap 6. num. 13* D. Fran. de Leon. *deciſ. 2. Valent. tot.* Narbon. *in leg. 80 tit. 5. lib. 2. Recop* Cenedo *quæſt. can. quæſt 45. ex n. 6.* Bonacin. *de cenſur. cap 14. diſputat. 75. num. 9. & ſeq.* quia non cognoſcunt de iuriſdictione quantum ad iuſtitiam cauſæ, ſed de mero facto, an vim faciat Iudex procedendo.

Neque in contrarium eſt *dict. leg. 4. §. item quic. ff. ad leg. Iul. maieſt.* quia, vt *ibi* Gothofr. animaduertit, eius verba ſunt immutata, & ita legenda, *& qui confeſſum in hoc iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum emiſerit,* ita vt non loquatur I. C. de quolibet confeſſo & conuicto, ſed de reo confeſſo & conuicto in crimine Maieſtatis, vt ante Gothofred. rectè intellexerunt Accurſ. *ibi verb. reum, verſ. vel dic.* Greg. *in leg. 13. titulo 29. p. 7.* Ant. Gom. *3. tom. var. cap. 2. n. 7. verſ. quoad primum.* Farinac. 1. *tom. crim. quæſt. 30. ex num.* 102. Neque deſtituitur ratione hæc lectio, quia ſi à carcere aliquem educere crimen eſſet Maieſtatis, non erat neceſſarium vt de crimine aliquo accuſaretur reus, ſed ſufficeret eſſe in carcere. Neque minus erat neceſſarium vt eſſet confeſſus, ſiquidem ſi propter debitum aliquod incarceraretur, carcerem effringere crimen eſſet Maieſtatis. Quapropter exiſtimarunt relati à Bobadill. *lib. 3. polit. cap. 15. num. 132.* debere eſſe conuictum & confeſſum de aliquo graui crimine. Sed verius eſt *dict. §. item qui,* referendum eſſe ad titulum ſub quo iacet, nempè criminis Maieſtatis, iuxta vulgare noſtrorum, qui leges ſecundùm rubricas accipiendas pronunciant.

Alterum fundamentum pro parte eorum qui carcerem violarunt, & vinctum eduxerunt, ex noſtra doctrina, & iis quæ pro legis huius exornatione congeſſimus, elicitur. Nam cùm de notoriâ iniuſtitiâ & & iniquitate ſententiæ conſtat, tunc licitum eſt non ſolùm vt ipſe carcerem infringat incarceratus, vt diximus, ſed cognati, vicini, amici & extranei poterunt; cùm enim alicui ſe defendere licitum eſt, tertio quoque idem licebit, *leg. 3. in princ. leg. ſi quis in ſeruitute ſeptima §. fin. ff. de furtis,* ibi, *Parvique referre putat Dominus an vicinus, an quilibet tranſiens apprehendat? cap. non in inferenda 23. quæſt. 3.* ibi, *Qui enim non repellit à ſocio iniuriam ſi poteſt, tam eſt in vitio quam ille, qui facit,* docet Gloſſ. *per text.* ibi, *in cap. vlt. vigeſimo tertio q. 3.* Lucas *hic numer. 12.* Farin. *d. q. 32. n. 30. & 56. num ſeq.*

Bobadill. *lib. 2. polit. cap. 17. num.* 176. & alios referens Narbon. *d. gloſſ.* 18. *num.* 57. *& ſeq.* Quare etiamſi Bulla tales comprehendiſſet, cùm intelligenda ſit quando iuſtitiæ ordo ſeruaretur, & cum cognitione cauſæ procedatur, cùm ea omnia defecerint, in ſupradicto caſu eam effractionem non eſſe punibilem arbitratus ſum, in quam quoque ſententiam conſpirarunt multi ex noſtræ Academiæ clariſſimis Anteceſſori-
40 bus, † Quorum aliqui defenſionem variis allegationibus ſuſceperunt, præcipuè noſter amicus, & Collegij noſtri alumnus, doctiſſimus Dom. Ioannes Baptiſta Larrea, tunc temporis Veſpertinæ Iuris ciuilis Cathedræ perpetuæ moderator, dein ad Granatenſem Curiam euectus, & nunc rei dominicæ conſilij fiſci regij facundiſſimus Patronus, qui & equitatus S. Iacobi purpureâ cruce inſignitus, qui eam allegationem diſertiſſimo Hiſpano ſermone elegantiſſimè diſpoſuit, dein ſuis deciſionibus Granatenſibus iterum typis mandauit *diſp. 1. ex num. 41. cum ſeqq.*

41 Denique circa noſtræ legis explicationem notandum eſt, qualis reſiſtentia interuenire debeat, vt ſatisfiat permiſſioni in præſenti conceſſæ, & Bart. *num.* 3. *&* 4. Platea *num.* 4. Lucas *n.* 14. quos ſequitur Cuiac. *hîc, & in d.l. contra, infr. de executor.* eam eſſe definiunt, quæ viribus & armis fieri poſſit, etiam conuocatis vi-
42 cinis, † Sed cum Paride de Puteo *in tract. de ſyndicat. verb. reſiſtentia, cap. 1. num.* 3. quem ſequitur Farinac. *dict. q.* 32. *num.* 112. opinabar eam reſiſtentiam non debere eſſe ita effrænatam, ſed legitimam, *dict. l. contra,* ibi, *Licebit Prouinciali ſi probetur obnoxius executor, temeritatem legitimè repellere,* cui coniuge *c. ad hoc* 63. 16. *quæſt.* 1. Farinac. *vbi proximè,* Narbona alios referens *d. gloſſ. 8. num. 66. & ſeq.* Caualcan. *de brachio regio* 1. *p. num.* 226. legitima verò reſiſtentia erit, ſi prius licito modo & ſine armis Iudicis admonetur, vel executori ne illud faciat, & cùm è contra faciat, & nullum aliud remedium iuridicum inueniatur contra motum Iudicis, vel mandatum, aut nimietatem miniſtri, qui iuſtitiæ & iuris ordines & limites notoriè excedit, ita vt ex eo damnum, aut grauamen parti inferatur, tunc eo
43 in caſu licita erit reſiſtentia, † Quemadmodum enim dicitur iuſta defenſio quæ fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando aliter mors vitari nequit, *cap. 1. de homicid. Clem. ſi furioſus, eodem* cum adductis à Pichard. *in* §. *iniuria el.* 1. *toto,* & maximè *num.* 41. *Inſt. de iniur.* Sayto *lib. 6. Theſaur. c. 17. num.* 7. & alij ſuprà relati, ita etiam legitima erit reſiſtentia, quando aliter Iudicis iniquitas non valet, abhibitâ, vt dixi, moderatione ſupradictâ, ita vno verbo docuit Platea *in dict. leg. contra, in fin.* Ad idque videtur reſpexiſſe Paul. *lib. quinto ſentent. tit.* 12. *verſ. quoties,* in illis verbis. *Quoties ſine auctoritate iudicati Officiales alicuius bona occupant, adito Procuratore iniuria ſubmouetur.* Nam ſi Officiales formam & mandatum non adducant, tunc non eſt ad reſiſtentiam confugiendum, ſed coram Iudice querelam proponant qui eos puniat, qui contra formam legis ſine mandato aliquid exequebantur.

44 Sed antequam hinc abeamus, neceſſarium tantiſper diſcutere quæ forma fuerit hæc, cuius mentio fit ab Imperatoribus, & ſciendum eſt eam pertinuiſſe ad eam partem, quando vacantia bona, vel alia quælibet fiſco deferebantur. Nam ſi quis pro qualitate delicti proſcribebatur, bonorum eius indagatio fiebat, ſiue inquiſitio duplex ne quid fiſco per gratiam, aut colludium ſubduceretur. *Prima* per officium Iudicis, qui capitis ſententiam dixit. *Secunda* per Procuratorem Cæſaris, *leg. ſi quis intra 7. Cod. de bonis præſcrip.* iuncta *leg. 4. ff. de cenſib. in princ.* Poſt publicationem verò horum bonorum, vel ſi erant vacantia & caduca, vel commiſſa patrimonio Principis addicebantur, datis ad id Officialibus, qui talia bona caperent iuſſu Principis, qui litteras ad id dirigebat, vt conſtat ex noſtra lege, iuncta *leg. fin. infr. de bon. vacan.* ibi, *iuſſu noſtro,* quæ diſpoſitio dicebatur *forma,* ſeu epiſtola formalis, vt ego explicui *lib. 1. obſeru. c. 1. n. 108. & ſeq.* itaq; vacantia bona ita incorporabantur in Prouinciis quæ Cæſa-
ris Procuratorem non habebant, † Nam mittebantur 45
ad Præſides executores, ſeu Officiales à Comite rerum priuatarum, ad quem pertinebat huiuſmodi munus, *l. 3. infr. de bon. vacan. l. 2. infr. de canon. largit. titulo l. 1. & fin. Cod. Theod. de incorporat.* tradit Cuiac. *in dict. l. 3.* & Gothofred. *in dict. l. fin. de bon. vacan.* qui Officiales inquirebant præſente fiſci Patrono de bonis vacantibus, & ſi nullus eſſet repertus poſſeſſor, Principi intimabatur locum ærario factum eſſe, & iuſſu eius, ſeu forma data talia bona occupabantur, *d. leg. fin.* vbi dicam, Deo fauente.

## LEX VI.

### *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Prouinciales.*

Iuſtas etiam, & quæ locum habent, fiſci actiones præcipimus concremari, ob hoc ſolum, quòd ſuis temporibus prolatæ non ſunt: vt iam calumniæ priuatorum eo ſaltem arceantur exemplo, quòd iuſtas fiſci lites ſilere præcipimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Varietas DD. circa intelligentiam noſtræ legis, an de fiſco poſt tempus, vel ante tempus petente, Conſtantinus ſit accipiendus?*

2 *Ante tempus petens rem amittit, etiamſi ſit fiſcus, cùm in hoc non habeat priuilegium,* & n. 3. & 4.

5 *Agitur de interpretatione diff.* l. 1. C. de condict. ex lege.

6 *Traditur & reijcitur opinio D. Pichardi.*

7 *Probatur fiſcum ante diem agere, nec petere poſſe.*

8 *Aſſignatur communis interpretatio, vt lex illa loquatur in cauſa primipilari,* & num. 9.

10 *Vera adducitur interpretatio* ad d. l. 1.

11 *Noſtræ legis vera ſpecies loquitur in fiſco agente poſt præſcriptionem iam impletam,* & num. 12.

13 *Iure Digeſtorum qui ante tempus petebat, poterat rurſus agere.*

14 *Ratio dubitandi ad noſtram legem, & itidem ratio decidendi proponitur,* & num. 15.

16 *Differentia inter res & actiones fiſcales quoad præſcriptionem, & de ius ratione affertur,* & n. 17.

18 *Vt prædium ſeruiens è ſeruitute liberetur, non eſt neceſſarium aliquod factum eius, qui prædij eſt Dominus, ſed ſufficit negligentia alterius.*

19 *Explicatur* l. 4. §. ſi viam. D. de vſucapion.

20 *Quomodo procedat* lex Regni fin. tit. 15. lib. 4. Recop. *quæ de ſalarijs famulorum præſcribendis tractat,* & num. 24. 26.

21 *Leges ciuiles non poſſunt inducere præſcriptionem cum peccato.*

22 *Actiones quæ contra nos ſunt, ſolâ negligentiâ Aduerſariorum præſcribuntur, & traditur ratio,* & n. 23.

25 *Lex ex iuſtâ causâ poteſt terminum conſtituere intra quem quis agat, aut excludatur, vt in iure exequendi.*

27 *De ratione noſtræ legis diſſeritur, & oſtenditur Imperatores multoties inſtrumenta quæ contra priuatos habebant, publicè concremaſſe.*

28 *In publicis remiſſionibus Imperatores ſolebant chartas concremare.*

29 *Quantum temporis ſit neceſſarium in præſcriptione contra fiſcum?*
30 *Auctores laudantur qui iura de hoc loquentia explicarunt.*
32 *Quemadmodum dictam difficultatem componant*, & num. 32.
33 *Concordia inter dictà iura quæ de præſcriptione contra fiſcum agunt, ſit difficilis ex* §. res fiſci, Inſt. de vſucap. & num. 35.
34 *Vſucapionis & præſcriptionis diuerſa natura exponitur. & qui eam explicent, remiſſiuè.*
35 *Ant. Fabri* ad d. §. res fiſci *reſponſio refertur, & refellitur*, & num. 36. *agitur de* l. ſuper. Cod. de præſcript. long. temp.
37 *Plauſibilior interpretatio adducitur.*

1 DVBII ſunt maximè Interpretes, an hæc
Conſtantini ſanctio de fiſco ante tempus
petente, an poſt tempus, ſit accipienda?
2 † Accurſ. qui ſemper familiam ducit, *verb.*
*vt iam*, exiſtimauit fiſcum cùm deberetur ſibi in diem,
ante tempus egiſſe, & eo caſu tanquam quilibet priuatus rem amittere, vtpotè plus petens, §. *ſi quis agens* 33.
*Inſt. de action. l. ſi mandauero* 22. *in princ. ff. mandati, leg. eum qui* 41. *ff. de verb. obl. c.* 1. *de plus pet.* exornant Farinac. 1. *p. fragm. verb. creditor. n.* 75. *& ſeq.* Capiblanc. *ſing.* 64. Pichar. *in d.* §. 33. Nam cùm fiſcus non reperiatur ſpecialiter priuilegiatus quoad hunc caſum, debet vti iure priuati, vt notauimus *in leg.* 1. *ſupr. hoc tit.* & Valenz *in rubr. eod. num.* 53. *leg. de contractu. Cod. de reſcind.* & probatur hîc illis verbis, *vt iam calumniæ priuatorum*, quibus fiſci & priuati adæquata videtur conditio. Quia apud bonos Principes fiſci cauſa pe-
3 ior eſt, vt diximus *in rub.* † Pro qua parte expendi
poſſunt verba illa, *& quæ locum habent*, quæ de actione non extincta accipi debent, & cùm poſtea adiiciatur priuationis cauſa ſeu cremationis, ſupponitur habitus, id eſt, actionis ſubſiſtentia. Planè enim actiones, quæ ante tempus proponuntur, ſi exceptione non elidantur, procedunt, *argum. leg.* 1. *ff. quando dies leg.*
4 *ced.* † Et iuxta hanc interpretationem probat Con-
ſtantinus actionem perimi, & extingui, ſi fiſcus agat ante tempus, quemadmodum perimeretur, ſi ageret priuatus, *d.* §. *ſi quis agens*, quod innouatum eſſe ex §. *ſed hodie, Inſt. de except.* autumant Accurſ. Bart. Platea, Pyrrhus & Valenz. *hîc num.* 3. & Nouar. *n.* 2. *ſeq.* quo non pœnam amiſſionis, ſed duplicatas inducias ſpectare debere conſtitutum eſt, cui conſonat *leg.* 45. *p.* 5. *tit.* 2. quaſi idem & in ſpecie noſtra ſit admittendum, & ante tempus petentes non puniantur in amiſſione cauſæ, ſed in ſpectandis duplicatis induciis, & quemadmodum creditor ante tempus petere non poteſt, an poſſit ei debitor ante diem ſoluere. D. Larrea *deciſ. Granatenſi* 15. *per totam.*
5 Verùm etſi ita apud omnes receptus ſit hic intelle-
ctus, vt conſtat ex Bart. Platea *num.* 1. Luca, Rebuff. & Nouario *n.* 5. præcipuè Valenz. qui ſuo more diffusè totum commentarium huius legis circa eam inſpectionem conſumpſit, *& in rub. h. t. num.* 54. Pichar. *in dict.* §. *ſi quis agens, num.* 53. contra eos videtur eſſe difficilè reſcriptum Imperatoris *in leg.* 1. *C. de c. [illegible] ex lege*, quo loci etſi ante tempus debita exigi non poſſint, ſpeciali tamen fauore fiſcus à debitoribus ſui debitoris poterit petere, atque ita dicendum videtur multò magis poſſe debitorem ſuum ante diem conuenire, & ita ex ea lege *ibidem* docuerunt poſt Accurſ. Bald. Alberic. Alexand. & Iaſ. *in leg. pecuniam* 1. 9. *ff. ſi cert. pet.* Lucan. *de fiſc. in princ. num.* 7. Martin. Lauden. *de fiſco q.* 25. Coſta *lib.* 2. *ſelect. c.* 15. Valenz. *in rub. h. t. num.* 55. Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 73.
6 Alfaro *de offic. fiſc. gloſſ.* 16. *n.* 36. † Nec quidquam
difficultatis tollit quod tradit Pichar. *ſupr. n.* 59. fiſcum *in dict. l.* 1. non exigere debitum ante diem, quia præſens erat eius debitor, & purus, & cùm eſſet effectus non ſoluendo, rectè potuiſſe recurrere contra debitorem ſui debitoris, neque debuiſſe ſpectare diem ſolutionis, cùm debitor fiſci non poſſit ſua bona vendere, neque pecuniam in ſolutum alteri tradere, vel aliter à ſe abdicare, adeo vt fiſcus talem præſtitam pecuniam poſteriori creditori poſſit auocare. *l. pecunia* 5. *C. de priuileg. fiſc.* cum infinitis, quos refert Caſtillo, *tom.* 4. *contr. c.* 61. *ex n.* 64. *& tom.* 5. *c.* 78. cùm omnia bona ſua ſint tacitè hypothecata, *l.* 3. *Cod. de priuil. fiſci*, & ideò potuit fiſcus ſuo iure vti, volens à debitore exigere.
† Quæ interpretatio partim confìcta videtur. Nam 7
etſi verum ſit poſſe fiſcum à debitore ſui debitoris auferre debitum, *leg.* 3. *Cod. quando fiſcus, vel priu.* Nego tamen poſſe petere ante diem, vt probatur expreſsè *in d. l.* 1. ibi, *Licèt ante tempus debita exigi non poſſint*, quaſi dicatur, illæſam manere regulam, quæ etiam in fiſco locum habet, vt ante diem ſuum debi-
torem non poſſit exigere. † Et quamuis in contra- 8
rium videantur nos inclinare verba ſequentia *d. l.* 1. illa, *Commonebit tamen debitorem tuum, vt ante definitum tempus debita repræſentet, vt fiſco pecunia exſoluatur*, quæ coniuncta cum eiuſdem legis principio ſatis indicant, dubitatum fuiſſe, an ſi debitor fiſci haberet debitorem in diem, poſſet ante tempus petere, & Imperatores conſtituiſſe petere poſſe, quia ob neceſſitates publicas fiſci cauſa potior debet eſſe. Id regulariter procedere exiſtimant Barboſ. *in l.* 1. *p.* 7. *ex n.* 1. *ff. ſolu. mat.* Greg. *in l.* 45. *tit.* 2. *p.* 5. relatique à Farinac. 1. *p. frag. verb. fiſcus num.* 104. & Roder. Suarez *in leg. poſt rem iudicatam, in declar. legis Reg. limit.* 7. *num.* 7. ob cauſam neceſſitatis publicè. Vel quando debitores principales fiſci idonei reperti non ſunt, *l.* 4. *C. quan-*
*do fiſcus, vel priu.* vel in cauſa primipilari. † Itaque ne- 9
ceſſe erit vt priùs debitores ſint excuſſi, antequam ad debitorum debitores perueniatur, *leg.* 3. §. *multa, ff. de iure fiſc.* Verùm id ante diem fieri non poterit, quia *dict. l.* 1. loquitur in caſu ſpeciali, quando ob debitum primipilare exhauſta ſunt bona debitoris, tunc enim quia neceſſitas publica vertitur, vt explicabo *in lege* 1. *infr. de primipilo.* iure ſingulari in eo tantùm caſu receptum eſt, non verò in aliis, in quibus etiam in fiſco remanet ius commune intactum, vt *in noſtra lege.*
Hæc comminiſcuntur DD. vt *d. l.* 1. difficultatem 10
eludant; ſed mihi non probantur, quia verſus ille, *Licèt ante tempus debita exigi non poſſint*, expreſſus eſt contra eos, & alius in vltima parte poſitus, ibi, *debita pecunia exſoluatur*, non poteſt intelligi, niſi de debitore puro. Quare cum Valenzuela noſtro *in rubric. hoc tit. ex num.* 56. accipiendam eſſe autumo *in dict. leg.* 1. in extraordinario remedio condictionis ex lege, vt ſcilicet dicamus fiſcum *ibi* non intendere, nec proponere actionem ante diem, ſed potiùs pecuniam, quam debitor fiſcalis mutuam dedit, auferre, & auocare à debitore ſui debitoris, nullâ habitâ conſideratione dilationis, quam debitor fiſcalis dederat ſuo debitori, ex pacto vt in diem ſolueret, idque conſtat, quia cùm *in d. l.* 1. *in princ.* regula generalis proponatur etiam in fiſco agente ex hac lege noſtra, ſubiicitur poſtea caſus, qui ſub ea regula non comprehendatur, *in verſ. tamen, ſi ſe ex primilo*, id eſt, debitorem fuiſſe debito tempore à fiſco conuentum, & ita iuſtè actionem propoſuiſſe, & cùm conſtaret exhauſtum eſſe patrimonium Vlpij debitoris, potuit fiſcus in ſubſidium extraordinario iure agere condictione ex ea lege aduerſùs debitorem ſui debitoris, vt ante debitum & præfinitum tempus ſibi ab Vlpio creditore debitam pecuniam repræſentaret, & ita reuocat fiſcus pecuniam alienatam à ſuo debitore condictione ex lege, nullâ expectatâ dilatione eidem debitori ab Vlpio præſtitâ

& agit actione illâ perſonali contra tertium poſſeſſorem, quia ad inſtar hypothecæ res exigitur, quàm perſona, & res ipſa, hoc eſt, pecunia euincitur, *leg. deferre*, 18. *§. fin. cum ll. ſeq. ff. hoc tit. leg. pecuniæ* 5. *Cod. de priuil. fiſci*, iuxta quæ iura procedere *dict. l.* 1. ſatis ex eorum ſpeciebus animaduertes, ita præſenſit qui omnia præſenſit, Accurſ. *in dict. leg. pecuniæ, verb. extraordinario iure, & ſcholio antecedenti*, & conferunt tradita à Gutierrez *lib.* 3. 1. *p. quæſt.* 100. & Schifordegh. *ad Ant. Fab. lib.... tract.* 8. *quæſt* 8. vbi alios refert circa alias practicas quæſtiones, quas hîc repetere locus non ſinit, quemadmodum & quæ DD. hîc inculcant de eo, qui ante tempus petit.

11 Vt tamen ad veram ſpeciem noſtræ legis deſcendamus, verius arbitror eam non eſſe accipiendam de fiſco ante tempus agente, ſed de fiſco qui poſt præſcriptionem impletam agebat: vt eo caſu excludatur ſi ſuo tempore actionem non propoſuit, id eſt, intra tempus legitimum quo debuit agere, atque ita quemadmodum priuatorum actiones præſcriptione excluduntur, ita fiſcales, quam interpretationem agnouerunt Accurſ. *verb. vt iam. verſ. vel poteſt.* Bart. *num.* 3. Platea *num.* 2. *verſ. poſt actionem.* Gothofred. & Cuiac. *hîc* idem Cuiac. *de præſcript. & termin. c.* 28. & 31. Pichard. *ſupr. num.* 54. Farinac. *dict. verb. fiſcus, num.* 147. & probant *leg.* 2. & 3. *ff. de requiren. reis, vel abſent. damn. l.* 1. *§. diuus, ff. hoc tit. l.* 1. *Cod. de quadrien. præſcript. leg. omnes* 4. *verſ. nullum, leg. competit, in fin. C. de præſcript. trigint. leg. in omnibus* 13. *ff. de diuer. &*

12 *temp. præſcript.* † Item etiam hæc eadem interpretatio adiuuatur illis verbis, *præcipimus concremari*, & ibi, *ſilere*, quibus donotatur totaliter actiones fiſcales eſſe extinctas, nec debere ſuſcitari, tanquam mortuas & finitas. At qui plus complexus eſt ſuâ petitione, & ante tempus petebat, etſi rem amittebat, poterat tamen reſtitui, etiam maior. *§ ſi quis agens* 33. *Inſtit. de actio.* ergo etiam & fiſcus, vt dicam *in leg. vnic. infra. de ſentent. aduerſ. fiſcum*, cùm tamen illud remedium Prætores introduxerint aduersùs iniquiſſimam *legem* 12. *Tab.* quâ conſtitutum erat, vt plus petentes litem perderent, vt notauit ex aliis Pichar. *in dict. §. ſi quis agens num.* 11. & 12. non poteſt in concrematis actionibus Prætoris remedium habere locum. Rurſus expendo verba illa, *vt iam calumniæ priuatorum.* Nam quomodo cenſendæ eſſent calumniæ in eo, qui potuit iuſto errore ductus ex iuſtiſſima cauſa plus petere.

13 † Cùm tamen adhuc ius ſuum non admittebat iure Digeſtorum ille, qui ante tempus peteret, cum adueniente tempore poterat nihilominus rurſus agere, *leg. grege* 23. *§. ſi ſub conditione, ff de pign. l. bonem* 43. *§. ſi ſub conditione, ff. de Ædilit. edict.* notant relati à Pichar. *ſupr. num.* 45.

14 Ratio dubitandi noſtræ legis fuit, quòd aduersùs fiſcum nulla vſucapio competere poterat. *leg. quamuis* 18. *l. vbi lex* 24. *in fin. ff. de vſucap. l.* 2. *C. commun. de vſucap. l.* 1. & 2. *Cod. ne rei dominicæ, §. res fiſci. Inſt. de vſucap.* cum adductis à Connan. *lib.* 3. *com. cap.* 15. *n.* 5. Donell. *lib.* 5. *com. c.* 24. ſed eâ non obſtante Conſtantinus conſtituit, quòd ſi fiſcus actiones ſuo tempore non protulit, tunc præſcriptione temporis excludatur.

15 † Neque obſtabit ratio dubitandi, cui non ſatisfacit Pichar. *in d. §. res fiſci*, conſtituens differentiam inter vſucapionem & præſcriptionem, vt videlicet hanc admittant res fiſcales, non alteram. Non enim poteſt talis diſtinctio conuenire noſtræ deciſioni, cùm indiſtinctè ſcriptum ſit in præſenti, *ob hoc ſolum quòd ſuis temporibus prolatæ non ſunt*, quæ verba tam comprehendunt vſucapionem, quàm præſcriptionem. Rurſus, quia cùm Iuſtin. *in d. §. res fiſci*, aſſerat non habere locum vſucapionem, videbatur corrigere noſtram legem, cùm præſcriptio atque vſucapio iam

16 vnam ſortiantur *l. vn. C. de vſucapion. transform.* † Quare rectiùs dicendum exiſtimo cum Connan. *d. cap.* 15. *n.* 5. Oſvvald. *ad Donell. d. c.* 24. *lit. B.* conſtituendam eſſe differentiam inter res, & inter actiones fiſcales præſcriptione adquirendas, vt dicta iura de rebus fiſcalibus intelligantur, in quibus locum non habet vſucapio, quia iniquum videbatur aduersùs fiſcum competere vſucapionem, cuius vnius copiis Reipublicæ adiumenta comparantur, & in quo conſeruando publicæ vertitur vtilitas, *l.* 3. *infr. de primipilo. d. l.* 1. *C. de condict. ex l.* At contradicendum eſt in actionibus quæ fiſco competunt, in quibus habet locum præſcriptio, iuxta diſpoſitionem noſtram, & *d. l. in omnibus, d. leg. quamuis, de vſucap.* † Ratio verò ea proprior videtur, 17
quoniam res fiſci ſunt iam in patrimonio fiſci, eáſque habet in ſuo dominio. At non habet actiones, nec poſſunt dici res eſſe fiſcales, & ob id meritò ſi ſuo tempore prolatæ non ſunt, concremantur, ſeu inutiles pronuntiantur, (& quamuis videretur in contrarium eſſe *l. res in bonis* 52. *de adquir. rer. dom.* ea intelligenda eſt vt loquatur impropriè, vt indicat vox *intelligimur*, denotatiua improprietatis, *leg. intelligendus* 152. *ff. de verb. ſignif. l. pen. ff. de ſtatu hom.*) Quemadmodũ *in d. l.* 1. *§. diuus, & §. præſcriptio, & in l. intra* 10. *§. fin. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. iuncta d. §. res fiſci* bona vacantia nondum adquiſita, vel, vt vulgò vocant, non incorporata, præſcribuntur, quoniam eæ res nondum fiſci poſſunt intelligi, *argum. l. fin. Cod. ne rei dominicæ.* Quapropter in præſenti non immeritò ſtatuitur vt negligens fuerit fiſcus in petendo, ita vt tempus legitimum tranſactum ſit, poſtea à mouendâ actione excludatur. Eo enim caſu minimè præſcribitur directò contra fiſcum, ſed ex ſola eius negligentia nullo debitoris facto interueniente debitor ſibi parat libertatem à fiſci petitione. † Exemplum præſtat 18
I. C. *in l. ſi partem* 19. *§. fin. ff. quemadm. ſeruitut. amit.* vbi ad hoc vt ego libertatem prædij mei à ſeruitute adquiram, ſufficiet alterius negligentia in vtendo.
† Quomodò explicari debet traditio, *leg.* 4. *§. ſi viam ff. de vſucapion.* quo in loco I. C. ait quòd ſi à te expulſus fuero de via, quam debebat tuus fundus, & ea vſus non ſemper tempus conſtitutum, non vtendo amittam viam. Idque difficilè videbatur, nam ſine bona fide vſucapio non procedit ſeruitutis. Sed ita ea res eſt explicanda, vt *dict. §. ſi viam*, loquatur in amiſſione ſeruitutis, quæ cùm ex ſolo non vſu eius cui debetur deſcendat, nulla bona fides in præſcribente requiritur, quemadmodum neque vlla ſcientia, vel patientia eius contra quem præſcribitur, vt obſeruat Forcat. *in l. ſeruitutes* 14. *num.* 21. & *ſeq. ff de ſeruitut.* & in his terminis exiſtimo procedere Conſtantinum *hîc*, vbi ex ſola negligentia fiſcus excluditur, vt conſtat, ibi, *quod ſuis temporibus prolata non ſunt.* † Aliud exemplum poteſt adduci ex *l. fin. tit.* 15. *lib.* 4. *Recop.* quâ conſtituitur 20
vt famulorum ſalaria pro ſeruitio petendo triennio præſcribantur, quod ea ratione procedit, quod iam negligentia famulorum ſalarium non petentium præſumptionem præſtat, vt intelligatur ſalarium ſolutum, atque ita ſolâ ſuâ negligentiâ famulum excludit à petitione, & eo caſu præſcribitur ſine facto Domini, qui etſi habebat malam fidem, nihilominus tutus erit. Nam etſi res quæ propriè præſcribi vſucapíve dicuntur, ſi poſſideantur à præſcribente cum ſcientia rei alienæ retineri non poſſint ſine peccato, *cap. fin.* vbi omnes, *de præſcript.* † Cùm non poſſint leges ciuiles præſcriptionem inducere cum malâ fide, etiam in foro 21
ciuili, quia in materiâ peccati, prout eſt ea præſcriptio, ſtandum eſt iuri Canonico, vt docent Decius *num.* 25. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* Fortun. *de vltimo fine iur. illat.* 1. *in princip.* Couarruu. *in reg. poſſeſſor.* 2. *parte §.* 11. *numero* 3. & 5. Padill. *in leg.* 2. *numero* 78. *Cod. de ſeruitut.* Did. Perez. *ad rub. tit.* 14. *lib.* 3. *ord.* Gilchen. *de præſcript.* 2. *part. memb.* 2. *cap.* 3. *n.* 3.

Molin.

... a. *de iuſt.& iur.tom.1.diſput.66.* Turamin. *lib.ſingul.de leg. c.1.part.cap.3.numero* 28. Mynſing. *lib.4.obſeru.6.* Gail. *lib.2. obſeru.18.num.7.* (quidquid in contrarium velit impiiſſimè & ignorantiſſimè hæreticus Oſuuald. *lib.5. Donell etiam damnati cap.17.lit. C.* cuius notatum meritiſſimè fuit à libro expunctum, & cum aliis eius memoriæ hominibus exulare iuſſum
22 ab Eccleſia Romana & Catholica Matre noſtra.) † Tamen actiones quas habent alij aduerſus nos, & iura quæ etiam in noſtris prædiis habent, cum à nobis non poſſideantur, & ita ſcientia noſtra, qua ſcimus eos illa iura habere, non tollit quominus per hoc ſi tempore ad præſcriptionem neceſſario non vtantur, eiſdem actionibus nos aduersùs eos ea præſcribemus, cùm ſine noſtro peccato id eſſe poſſit, ius enim quod improbat præſcriptionem cum malâ fide, intelligi debet de ea, quæ procedit à poſſeſſione & facto præſcribẽtis, non verò de ea, quæ prouenit ex ſola negligentia il-
23 lius contra quem præſcribitur. † Nam *d. c.fin.de præſcr.* fundatur in eo quod ſit contra iuſtitiam retinere rem quam poſſeſſor ſcit eſſe alienam, debitor autem, qui perſonali actione tenetur, licet ſciat ſe debere, ſi non ſoluat id quod neque expreſsè, neque tacitè petitur, non peccat, quia non tenetur offerre, & poteſt probabiliter credere creditorem conſentire in dilatione ſolutionis, & ideò ante interpellationẽ expreſſam, vel tacitam debitor non dicitur moroſus, nec tenetur de interitu rei debitæ, *leg quod te mihi 5.ff.ſi cert.per.l.ſi ex leg.23.ff.de verb.obl.* Accedit etiam, actiones temporales præſcribi & extingui per lapſum temporis, non conſideratâ bonâ, vel malâ fide debitorum, & contra quos dabantur, vt patet in actionibus prætoriis in actione quantò minoris, redhibitoria, de dolo, reſtitutione in integrum, & ſimilibus, *princ. Inſtit. de perpet. & temp.act.leg.ſciendum 19.ff.fin.ff de Ædil.edict.leg.fin. Cod.de temp.in integr.reſtit.cap.1.de in integr.reſtit.lib.6.* docent poſt Bart. & Caſtr. *in d.l.4.§.ſi viam, de vſucap.* Panor. *n.13.* Felin. & alios *in d.c.fin.* Ferretum *in l.3.de vſucap.n.86.& ſeq.* & alios relatos à Gilchen. *ſup.d.2.p. membr.2.c.3.* Couarr. *ſupr.n.5.& in 4. decr.2.p.cap.6. §.8.n.16.* Menoch. *de recuper.rem.15.n.187.& ſequen-*
24 *tibus.* Molin. *d diſp.66.in princ.* † Vnde ſuccedit quòd ſtante lege Regni poterit dominus etiam cum malâ fide famulum excludere à petendo ſalario poſt triennium, quia non tam ipſe dominus dicitur præſcribere, quàm ipſe famulus à petitione excludi. Neque mala fides domini in conſideratione eſt, ſed negligentia fa-
25 muli non petentis punitur, † & certum eſt quod lex & Iudex miniſter legis ex iuſta cauſa poteſt terminum præfinire, intra quem teneatur quis agere, & eo elapſo excludatur, non conſideratâ bonâ, vel malâ fide eius, contra quem actio competit, ex iuribus allegatis ab Accurſ. *verb.decreto in l.ſed et ſi 26.§.ait prætor.ff.ex quib. cauſ.maior.* & valet conuentio inter partes, vt niſi creditor intra certum tempus debitum petat, excludatur, *l.ſi quis poſtquam.ff.de fideiuſſ.* obſeruat Bart. *per text. ibi in l.fin ff.rem ratam*, quod iure noſtro ſtatutum eſt ex *l.63.Taur.* vt decennio præſcribatur ius exequendi, nam etiam cum mala fide præſcribitur, vt agnoſcunt *ibi* Com. *n.1.* Gutierr. *lib.1.pp.q.90.* vbi alios refert,
26 † & ita procedit *d.leg.fin.Rec.* dum ait, *Dentro de tres annos que fuerem deſpendedos die los tales, Señores, y que paſados aquellos no los puedan mas pedir,* & infra, *los quales paſados tres annos no puedan pedir.* ita tenent Parlad. *in ſexquicent.different.12.§.2.num.3.& 4.* Sanchez *lib.7. de matr. diſp.37.n.17.* Gutier. *in l.nemo poteſt, n.202.& ſeq.& 487. de legat.& de iuram. confirm.3.p.cap.1.n.21.* Azeued. *in l.6.* Valaſc. *conſult.125.toto tit.15.lib.4.Rec. n.65.* Gilchen. *de præſcrip.2.part.princ.membr.2.cap.3. tot.& cap.4.num.23.* Flores de Mena *lib.1.var.quæſt.8. §.2.n.38.& ſeq.* Giurb. *deciſ.13.* Barboſ. *ad ll.Portugal. lib.4.tit.32.ex n.1.* Quorum primi rectè tenent in foro conſcientiæ teneri dominum ad ſoluendum ſalarium, ad cuius ſolutionem iure exteriori non poterat compelli. Verùm his etiam adiicerem, non poſſe procedere quod ait Couar. *d.§.11.n.3.& 4.d.tom.1.diſp.67. verſ his ita,* cum Gamma *deciſ.354.* qui exiſtimarunt dominum non poſſe præſcribere contra famulum cum malâ fide, quando ſcilicet ſcit non ſoluiſſe, quia in ſpecie legis noſtræ Recop. dominus non præſcribit, ſed tantum excluditur famulus vt agere non poſſit, & ita non attenditur an habeat, vel non, malam fidem: vt accidit in præſenti. Nam fiſcus tantùm excluſus eſt eo quod ſuo tempore actionem non propoſuit, & ita ſi fuerit negligens in petendo excludetur ſicut quilibet priuatus.

De ratione noſtræ legis vt diſſeramus, nulla alia 27
congruentior reddi poteſt meo videri, niſi vt ſic priuati à calumniis arceantur, exemplo Principis qui nec proprio fiſco non pepercit, cum actiones quas contra alios habebat, & quæ iuſte moueri poterant, nec debebant excludi, ſiquidem fiſco competebant, etiam poſt lapſum temporis (hoc ſignificant illa verba, *& quæ locum habent*, & illa, *iuſtas fiſci lites*) ardere Imperator conſtituit. Quod beniguiſſimè multi fecere debita ſubditis condonantes, & inſtrumenta & chartas concremari iubentes. Ita de Caligula refert Sueton. *in eo c.15.in fin.* Spartian. de Hadriano ita refert. *Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens infinitam pecuniam quæ fiſco debebatur priuatis debitoribus in vrbe atque Italia, in prouinciis vero etiam ex reliquo ingentes ſummas remiſit ſyngraphis in foro Diui Traiani quo magis ſecuritas omnibus roboraretur incenſis.* De Gratiarum refert Auſon. *in gratiarum actione pro Conſulatu* idem factum, cuius verba, quia cum noſtris conuenire videntur, non grauabor adſcribere. *Neque verò vnum aliquod bonum vno die præſtas, ſed indulgentias ſæculares per ſingula horarum momenta multiplicas. Vel illud vnum, cuiuſmodi eſt de condonatis reſiduis tributorum? Quis vnquam Imperatorum hoc prouinciis ſuis, aut vberiore te indulgentia dedit, aut certiore ſecuritate proſpexit, aut prudentia conſultiore muniuit? Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iuſſiſti. Videre in ſuis quæque foris omnes ciuitates conflagrationem ſalubris incendij. Ardebant ſtirpes fraudum veterum, ardebant ſeminaria futurarum. Iam ſe cum puluere fauilla miſcuerat, iam nubibus fumus inuoluerat, & adhuc obnoxij in paginis concrematis ductus apicum & ſeſtertiorum notas cùm inuanita de ratione cernebant, quod raminerant legi poſſe & veteres.* † Moriſque 28
videtur fuiſſe in huiuſce remiſſionibus ab Imperatoribus factis chartas publicè concremari, vt animaduertimus *in l.2.C.Theod. de indulg. debit.* ibi, *& chartas ſuperflua deſcriptionis cremari cenſemus, l.3.eod.tit.* ibi, *Atque vt ipſa memoria reliquorum intercidat chartas omnes, quibus & debitorum nomina & debita continentur, vndique in medium congregatis palàm flãmis iubemus aboleri.* Quin etiam eundem morem adhibitum & in ſolutione facta à Iuſtino Imperatore narrat Corrippus *lib.2.n.8.*

*Hinc rutili lucent chartis ardentibus ignes,*
*Hinc radiat fuluum concertans ignibus aurum,*
*Hinc chartas flammæ ſ... igunt.*

Ad idque & noſter Conſtantinus reſpexit, admonens priuatos vt à calumniis abſtineant, ſequentes Principis exemplum, vt quemadmodum ipſe fecit, ita & ipſi faciant. Æquiparatur ergo fiſcus & priuatus, & iure communi parificantur, vt præſcriptione tam vnus, quàm alter excludatur. Vtitur ergo Imperator argumento de maiori ad minus, ita, ſi enim fiſcus excluditur præſcriptione, cur & priuatus quereretur ſi eæ etiam excludatur, vt Rebuff. animaduertit *hîc*, quaſi cum Euangelio dicamus, ſi hæc fiunt in viridi, quid erit in arido.

Sed cùm lex noſtra fiſcum tempore excludi ſtatue- 29
rit, nunc quantum temporis ad hoc neceſſarium

ſit, opportunè quæri debet, vt fiſcus actiones deper-
dat; nam hoc diueſimodè in iure ſcribitur. Cùm vi-
ginti annis perimi actiones doceamur *in leg. in omni-
bus, 13. de diuerſ. & temp. præſcr. & in l. 4. §. 1. ff. de re-
quir. reis.* Quinquennio *in leg. 2. C. de vectigal.* Qua-
driennio *in l. 1. C. de quadrien. præſcript. leg. intra* 10.
*§. 1. ff. de diuer. & temp. l. quia autem 6. §. certè 6. ff. ſi
quis omiſſ. cauſ.* & ita reſcripſiſſe D. Pium tradit Cal-
liſtrat. *in l. 1. §. Diuus 2. ff. de iure fiſci, in l. quamuis
18. ff. de vſucap.* deſignatur diutina poſſeſſio, quæ
decennio comprehenditur, *l. ſi cum fideicommiſſa 16.
§. Ariſto. ff. qui & à quib. l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de adquir.
poſſ. iuncta gloſſa vtrobique.* & Auctoribus, qui de ver-
30 bis iuris ſcripſerunt, *verb. diu.* † Hanc iurium & rei
perplexitatem explicare conantur Bart. *in d. l. in omni-
bus* Platea *hic num. 3. verſ. quaro* Peregrin. *de iure fiſc.
lib. 5. tit. 8. tot.* Connan. *lib. 3. comm. cap. 15. num. 5.* Pi-
chard. *in §. res fiſci Inſtit. de vſucap.* Cuiac. *lib. 13. Reſp.
Papin. in dict. leg. intra, & in dict. leg. 1. §. Diuus, & §.
præſcriptio ff. hoc tit. & de præſcript. cap. 23. & 24.*
Ant. Fab. *lib. 7. coniect. cap. 10.* Gilchen. *in auth. quas
actiones, cap. 13. Cod. de ſacr. Eccleſ.* Borrell. *de præſtant.
Regis Cathol. cap. 14. num. 61. &* ex quorum traditio-
31 nibus ita res erit explicanda. † Scilicet vt res quæ in
patrimonio ſunt, fiſci & incorporatæ, dicuntur, mini-
mè vſucapi nequeant, *dict. §. res fiſci, Inſt. de vſucap. l. 2.
C. commun. de vſucap.* cum aliis *ibi* adductis à Gothofr.
& nobis *ſuprà*, præſcribuntur tamen triginta annis,
ex *leg. cùm notiſſimi 7. Cod. de præſcript. triginta*, no-
tant plures, quos refert Gilchen. *in dict. auth. quas
actiones, cap. 8. num. 1. & ſeq. & cap. 11. num. 17.* At ſi
fortè bona fuerint vacantia (quia defunctus ſine ſuc-
ceſſore deceſſerit) quæ ex lege Iulia fiſco deferuntur,
*leg. quidam 96. §. quoties, de legat. 1.* Vlpian. *in fragm.
tit. 28. §. 1. in fine*, & dixi *in leg. infr. de bon. vacant.*
tunc ſi quadriennium prætererit, non eſt ius fiſco
bonorum vacantium vindicandorum, nam excluditur
qui poſt quadriennium nuntiat fiſco ea bona, & ita
fiſcus ea non vindicat, *dict. leg. 1. §. Diuus, dict. leg. 1.
32 Cod. de quadrien. præſcript.* † Si verò bona cadant in
commiſſum, quia id quod vehebatur, ob aliquam cau-
ſam publicatur, præſcriptione quinquennij excludi-
tur fiſcus ab eo vectigali commiſſo vindicando, *dict.
leg. 2. Cod. de vectigal. leg. 6. in fin. tit. 6. part. 7.* notat
Azeued. *in l. 7. n. 12. tit. 11. lib. 6. Recop.* licèt nimis nu-
dè rem pertractet. In aliis autem denuntiationibus
quæ ſolent fiſco fieri, præſcriptio vicennij eum exclu-
dit, quæ eſt ſententia *dict. leg. 1. §. præſcriptio. ff. hoc tit.
& dict. l. in omnibus.* dum ait, *exceptis cauſis in quibus
minora tempora ſeruari conſtitutum eſt*, (ſcilicet cauſa
commiſſi, & bonorum vacantium) *viginti annorum præ-
ſcriptio cuſtoditur*, explicant *ſuprà* adducti.

33 Quæ reſolutio etſi vera ſit, & dictis iuribus con-
ueniat, adhuc res in tuto non eſt, propter difficulta-
tem quam obiicit Iuſtin. *in dict. §. res fiſci*, vbi ex Pa-
piniani ſententia docet bonæ fidei emptorem rerum
vacantium quæ nondum fiſco nuntiata ſunt, poſſe
vſucapere, hoc eſt, eorum bonorum dominium, bien-
nio, (quod erat vſucapionis tempus, ex *lib. 12. Tab.
princ. Inſtit. de vſucap.*) Atque ita indicat quadriennij
præſcriptionem quæ contra fiſcum bona vacantia
vindicantem dabatur, eo in caſu neceſſariam non eſſe,
ſiquidem qui rem vſuceperat biennio, & Dominus
iam erat vſucapione factus, ad quid quadriennij præ-
ſcriptionem, ſeu exceptionem opponere neceſſe ha-
bebat? Cùm etiam iuris ratio olim non patiebatur vt
vſucapio cum præſcriptione concurreret, ex earum re-
34 rum diuerſa natura. † Quam explicarunt Donell. *lib.
quinto. comment. cap. 4.* vbi Oſuual. alios congeſſit *lit.
B. & ſeq.* Reuar. *in Tribonian.* Ant. Fab. *lib. 19. coniect.
cap. 10.* Schifordech. *lib. 1. tract. 5. q. 6.* Fachin. *lib. 1.
controuer. cap. 70.* Cuiac. *adtit. Cod. de præſcript. long.
temp.* Gilchen. *de præſcript. 1. p. c. 2. & 3* Parlador. *lib. 1.
quotid. c. 1. toto.* † Huic ergo difficultati ſatisfacere 35
conatur Ant. Fab. *lib. ſexto coniect. c. 10.* differentiam
conſtituens quoad hanc partem inter eum, qui em-
ptionis cauſa capit, vel ex donatione, aut alia lucra-
tiua cauſa, vt minus fauorabilis ſit donatarius, quàm
emptor, qui poſſit biennio vacantia bona vſucapere,
donatarius verò non niſi quadriennij ſpatio, quod &
in aliis articulis fuiſſe obſeruatum, coniicitur ex *leg.
ſuper longi vndecimo Cod. de longi temp. præſcript.* vbi
verba illa, *perſpicuo iure ſancimus*, non obſcurè ſigni-
ficant latam eam legem dubitationis tollendæ cauſa,
ne quis fortè hac in re lucratiuam cauſam ab oneroſa
ſecerneret potius, quàm quòd ita ius antea eſſet vt ſe-
cerni deberet. † Quæ tamen ſententia mihi non pro- 36
batur, nam nullibi traditum eſt donatarium quoad
vſucapiendum ſeparari ab emptore, imò ſemper hu-
iuſmodi cauſæ vſucapiendi pari paſſu ambulant, *§. ſi
quis à non Domino Inſtit. de rer. diuiſ.* ibi, *Bonâ fide fun-
dum emerit, vel ex donatione, leg. ſi quis diuturno 10. ff. ſi
ſeruitus vind. leg. locus 26. ff. de adquir. poſſeſ.* facit *leg.
quod autem 6. § ſimili modo 11. ff. quæ in fraud. cred.*
Neque inuenire poſſunt differentiæ talis rationem,
cur quoad bona vacantia vſucapienda, ſeparanda ſit
cauſa emptionis à cauſa donationis, & merum com-
mentum erit talem rationem aſſignare. Neque *dict. l.
ſuper longi*, ad rem facit, quæ Auctorem habet Iuſti-
nianum, qui voluit declarare *leg. vnic. verſ. licèt. ex titu-
lo lucratiuo. Cod. de vſucap. transfor.* vt procederet
etiam in adiectionibus poſſeſſionis, in quibus conti-
nuatur poſſeſſio anterioris poſſeſſoris, etiamſi ex titu-
lo cœpta ſit lucratiuo. Nam in quæſtione acceſſio-
nis differentia fuit inter cauſam lucratiuam, vel non
lucratiuam: vt ei qui rem habet ex cauſa lucratiua,
vt donatarius, noceat vitium auctoris, emptori verò
non nocebat, qui habet ex cauſa oneroſa, & hoc Iu-
ſtin. emendauit dictis legibus.

Quare in ſupradicta difficultate arbitror Papin. ſen- 37
tentiam fuiſſe, vt prohibitio vſucapionis rerum fiſca-
lium non haberet locum in iis, quæ ad fiſcum pertine-
re potuiſſent, non verò erant incorporatæ, ſed tali-
ter, vt eæ res rectè poſſent vſucapi, ſententiam admi-
ſerunt D. Pius, Seuerúſque & Antonius, qui addide-
runt vt poſſent vſucapi bona vacantia quæ ad fiſcum
pertinebant. Verùm quia huiuſmodi res fiſci quo-
dammodo erant, non ita facilè admiſerunt vſucapio-
nem, vt biennium, quod erat iure ciuili aſſignatum
vſucapioni, quarumlibet rerum; procederet quoque in
rebus fiſcalibus, & ita tempus dublicatum eſt, & pro
biennio quadriennium aſſignatum, vt colligitur ex *d. l.
intra §. 1. de diu. & temp. d. l. 1. §. Diu. hoc tit.* Quòd tẽpus
cùm excederet vſucapionis naturam præſcriptionem
dixerunt, & hoc voluit Modeſt. *in d. l. quamuis*, dum ait,
*Quamuis aduersùs fiſcum vſucapio non procedat*, (intel-
lige regulariter, *leg. vbi lex 24. in fin. ff. de vſucap.
leg. 2. Cod. comm. de vſucap.*) *tamen in bonis vacantibus
quæ aliàs ſi nuntiata eſſent, fiſco competebant, præſcriptio
diutina admittitur. Diutinam* vocauit quadriennium,
quod diutinum tempus eſt reſpectu biennij illius iure
communi in vſucapionibus dati, ſicut longum tempus
dicitur biennium reſpectu anni, *in l. ſi finita 15. §. Iulia-
nus, ff. de damn. infecto.* exceptis verò his cauſis, in qui-
bus minora tempora cuſtodire ſpecialiter ſtatutũ eſt,
viginti annorum præſcriptio cuſtoditur, *l. in omnib. de-
cimo tertio. ff. de diuer. & temp. d. l. 2. de requir. reis*, quæ
minimè tollitur, ex *l. omnes. C. de præſcript. triginta*, imò
potiùs confirmatur omnis præſcriptio quæ legibus &
conſtitutionibus definita eſt. Quomodo ergo hodie
procedat contra fiſcum præſcriptio, erit conſulendus
pro eo articulo poſt Peregrin. Alfaro *de officio fiſcalib.
gloſſ. 16. ex num. centeſimo ſexageſimo quinto* poſt Pla-
team *hic n. 3.* Angel. & alios *in d. §. res fiſci.*

LEX

## LEX VII.

*Idem A. ad Voluſianum P.V.*

Defenſionis facultas danda eſt his, quibus aliquam inquietudinem fiſcus infert: cùm facultates eorumdem adhuc controuerſia pendente inquietari deſcribíque fas non ſit. Vbi ergo controuerſia extiterit fiſco alicuius patrimonium vindicante, apud eum omnibus facultatibus conſtitutis cognitio ventiletur, vt cùm rei exitus debere eas vindicari probauerit, tunc demum res perſequi liceat, & ſuper modo facultatem ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales ſeruos inueſtiganda eſt: vt ſi quid ſubtractum fuerit, exigatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *De defenſione remiſſiuè.*
2 *De defenſione iudiciali danda reis.*
3 *Facultates eorum cum quibus fiſcus agit, non ſunt deſcribendæ.*
4 *Qui ſint in præſenti conditionales ſerui?*
5 *Explicatur obſcurus locus Tertulliani.*
6 *Fiſcus pro rebus confiſcatis poteſt petere qualibet inſtrumenta.*
7 *Remiſſiuè exornatur hæc lex.*

1 TRACTANT hîc generaliter DD. plura de defenſione cuilibet concedenda, & nemini deneganda, de quo aliqua diximus *in leg. quinta ſuprà hoc tit.* videndi DD. *in leg. vt vim, Digeſt. de iuſtit. & iur.* & alij plures, quos refert Præceptor noſter in hac Curia Valliſoletana olim regius Senator, & Salmaticenſis Primarius Anteceſſor, D. Antonius Pichardo *in §. iniuria, à n. 3. Inſt. de lege Aquilia.* adde quæ de defenſione iudi-
2 ciali notauit Dom. Larrea *1. tom. deciſ. Granatenſ. 4. n. 10. & deciſ. 20. num. 43.* † Sed hoc nimis generale cùm ſit, hîc tractatur de defenſione iudiciali, de qua eſt elegans locus Pauli *in leg. vnius decima octaua § cogniturum, ff. de quæſtion. Clem. Paſtoralis, de ſent. & re iud.* Hæc ſemper eſt concedenda reis, etſi conueniantur à perſona priuilegiata, qualis eſt fiſcus, *leg. quod placuit trigeſima ſeptima ff. hoc. tit.* Neque enim illicitam defenſionis dandæ denegationem, poteſt licitum
3 facere priuilegium perſonæ, *leg. ſi à milite trigeſima verſ. edictum, ff. de mil. teſtam.* † Hinc infertur facultates eorum quibus aliquam controuerſiam fiſcus infert, non poſſe ea pendente deſcribi; quod intellige de deſcriptione occupatoria bonorum, quæ continet incorporationem in fiſcum, de qua nos agemus *in l. 3. infr. de bonis vacant.* Nõ verò de nudâ & ſimplici deſcriptione bonorum, quæ fit ad effectum ne res dilabatur; ſeu occultetur, quæ lite pẽdente fieri non eſt prohibita *l. fin. infr. de bon. vacant.* & ita agneſcit Accurſ. *hîc* & Bart. *n. 4.* Valenzuel. *num. trigeſimo* poſt Plateam, Rebuff. & Pyrrhum. Molin. *de Hiſp. primog. lib. 1. c. 15.*
4 *num. 32.*

Ait lex, *per conditionales ſeruos.* Qui ſint huiuſmodi conditionales ſerui, , nondum eſt in comperto, vt conſtat ex Prateio & aliis *de verbis iur. verb. conditionales.* Cuiac. & Gothofed. & Schifordech. *lib 3. ad Ant. De Amaya in tres libb. poſt. Cod.* Tom I. *lib. tract. 26. quæſt. 7.* Rectiùs ergo doctiſſimus vir, & meritò alios excellens, Iacob. Cuiac. ſub nomine Tabularios intelligit, ex *l. ſcripturas 11. C. qui potiores*, vbi eius perpetuus ſuffurator Gothofredus cùm ſcholium tranſcripſiſſet, tacito nomine, vt ſolet ſententiam ſequitur. Sed ambo maiori egent luce. *Vocat ergo ſeruos* Imperator eo ſenſu quo Tabularij, ſeu Tabelliones vocantur, vt dixi *in leg. vniuerſos 15. infr. de decurion. Conditionales* verò, ea ratione, quia tali officio, ſeu miniſterio ita erant adſtricti, vt ad aliud adſpirare per quinquennium nequirent: quod ea ratione factum tradit Imper. Iulianus *in l. iubemus 8. Cod. Th. de Numerariis*, ibi, *Quia iniquum videtur pro alienis fraudibus rudes & nuper adſcriptos compelli ratiocinia præſtare*, & ita *in l. 3. & in l. actuarij 5. l. quanquam 7. illo tit.* ſolicitè iubentur actuarij conditionales eſſe, id eſt, ita ad-
ſtricti muneri ſuo, vt inde ad aliam dignitatem non 5
aſcendant. † Quomodò explicanda ſunt verba illa, aliàs obſcura, Tertulliani *de idololatr. c. 12.* ibi, *Opera conditionalis eram.* quæ ineptè intelligit Pamelius rectè reprehenſus à Iunio & Cerda *ibi*, qui explicant de eo qui certis conditionibus operas ſuas locat, ſed nullo ſenſu Tertulliano digno. Ego ita illum accipio. Ita operas meas locabam, ita eram operarius, vt nunquam inde dimouerer, adhærebam ſemper operi inchoato, quæ interpretatio ſuadetur ex verbis antecedentibus, vbi adducit illud Euangelij, neminem ad aratrum manum imponentem, & retrò reſpicientem aptum eſſe, item ex verbis ſubſequentibus, neminem poſſe duobus dominis ſeruire, & ita mens Tertulliani eſt aperta de eo, qui operi & muneri ſuo ita eſt mancipatus & adſcriptus, vt inde ad alia non attendat. *Opera* dixit, figurato modo, pro operario, ideſt, exercitium pro exercitatore, ſicut Virgilius *eccl. 7. verſ. 16.*

*Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum.*

id eſt; Corydon erat magnus certator, vt exemplis 6
Poëticis *ibi* demonſtrat Cerda *num. 10.* † Hinc occaſione horum verborum ſolent Doctores maximè Bart. *num. 10.* Platea *num. tertio* & Valenz. *num. trigeſio octauo*, docere quòd quoties bona in fiſcum deferuntur, cogi poſſe omnes Notarios ad exhibenda inſtrumenta ad ea bona ſpectantia pro inquiſitione contractuum, quod vtile eſſe pro *l. 3. tit. 26. lib. 8. Recop.* exiſtimat noſter Valenzuela.

Alias quæſtiones & inſpectiones ad hanc legem 7
ſpectantes videas apud Farinac. *1. p. frag. lit. A. numero 37. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 9. ex numer. 59.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 6. cap. 10. ex num. 10.* Giurb. *conſil. 67. num. 15.*

## LEX IX.

*Impp.* HONOR. & THEODOS. AA. *Patricio Comiti rerum priuatarum.*

Super creandis ſuſceptoribus periculo Procuratorum rei Dominicæ diſpoſitionem tuæ ſublimitatis firmam eſſe præcipimus, &c.

HANC legem illuſtrauit commentariis ſuis eruditis D. Don. Lorenc. Ramirez de Prado *in ſua teſſera legum.* Vide Ioann. Gutierr. *lib. 4. p. 1. quæſt. 54. in fin. & conſ. 31. n. 23.* Barboſ. *ad ll. Portugall. lib. 3. tit. 76. §. 3.* & nos de huius explicatione agimus *in l. 2. infr. de Decurion.*

## LEX X.

*Iidem* AA. *Palladio P P. Orientis.*

Eorum patrimonia mortuorum, qui vitæ ſuæ tempore diuerſis conſcientiam ſuam dicuntur polluiſſe criminibus, fiſci rationibus nequaquam competere, vel ab eo alienari cenſemus, niſi poſt publicam accuſationem eos conſtiterit fuiſſe conuictos.

### *SVMMARIVM.*

1 *Varia ad hanc literam D D. lecturæ afferuntur.*

2 *Hæredes ex crimine defuncti non tenentur, niſi condemnatio ſecuta ſit viuo eo.*

3 *Iura & D D. qui de hac materia egerunt,* & num.4.

5 *Contra defunctos ſententia pronuntiari non poteſt.*

6 *Delicta morte quare extinguantur?* & num.ſeq. & 9.

7 *Expenditur Paul.* in leg. ſi pœna 20. ff.de pœnis, *oſtenditúrque pœnas inductas vt homines non ſolum puniantur, ſed etiam emendentur, & non quia peccatum, ſed ne peccetur,* & n.8.

10 *Vt hæredes delinquentis teneantur, neceſſe eſt vt lis ſit conteſtata cum eo,* & n.11.

12 *Lis quando in criminalibus dicatur conteſtari,* & n.13.

14 *Explicatur* l. qui iniuriarum 28. ff. de iniuriis, *& quomodo iniuriarum actio poſt litis conteſtationem in bonis computetur.*

15 *Agitur de explicatione* l.defuncto, de publ. iud & l. ex iudiciorum, de accuſat. *& an ſit neceſſaria litis conteſtatio, & condemnatio, vt contra hæredes actio competat,* & num.19.

16 *Alia ſunt publica, alia priuata crimina, ſeu iudicia.*

17 *Illuſtratio* leg.3. ff. de publ. iudiciis, *& de verbo,* remitto, & permitto, *vſu promiſcuo,* & n.18. & 19.

20 *De crimine repetundarum quoad hunc tractatum.*

21 Cohecho *Hiſpanum verbum vnde originem traxerit, reprehenduntur illi, qui linguam noſtram ab exteris vocibus deducunt.*

22 *De crimine Barateriæ, & quomodo pœna horum criminum tranſeat ad hæredes,* & n.23. & 24.

25. *Condemnari ſolet etiam ille, qui ex redditibus regalibus aliquid ſubtrahit, etſi moriatur ante accuſationem,* & num.26.

27 *Regulariter contra hæredes pœnæ pecuniariæ locum non habent, niſi lis ſit conteſtata, & condemnatio ſecuta cum ipſis reis in delictis publicis, & de ratione,* & num.28.

29 *Græci Interpretes reprehenduntur in explicatione* d. l. ex iudiciorum, de accuſ.

30 *An ſit ſufficiens condemnatio in publicis iudiciis vt contra hæredes actio detur, etiamſi defunctus appellauit, &* & n.31. & 32.

33 *Quid dicendum quando non erat condemnatio præſcripta, ſed tantùm concluſum in cauſa, & an pari paſſu ambulet eſſe concluſum, vel latam ſententiam,* & num.34.

35 *Et an quando reus eſt confeſſus & conuictus, ſi moriatur, teneantur hæredes?*

36 *Confeſſus in iure habetur pro condemnato, etiamſi fictè confiteatur,* & n.37. & 38.

39 *Quando imponitur pœna ipſo iure, an ex delicto ſine litis conteſtatione ab hæredibus poſſit repeti pœna?* & n.40. *& an neceſſaria ſit ſententia declaratoria delicti?* & n.41. & 42. *vbi tractatur qunado hæredes teneantur exonerare conſcientiam defuncti in his quæ debet ex delicto.*

43 *Secretarij ſi munera accipiunt ipſo facto ſine ſententia declaratoria, remanent condemnati.*

44 *An ſi fideiuſſores Iudicum temporalium moriantur ante ſententiam condemnatoriam, teneantur hæredes eorum,* & num.45.

46 *Quatenus teneantur hæredes ſi lis non ſit conteſtata, & quomodo detur actio quatenus ad eos ex delicto peruenerit,* & num.47.

48 *Hoc in caſu, an hæredes teneantur in ſolidum, an tantùm in id quod ad eos peruenerit, agitúrque de explicatione.* l. in condictione 9. ff. de condict. furtiu. num.49.

50 *Condictio furtiua ex maleficio deſcendit.*

51 *Condictio furtiua in ſolitum competit contra hæredes,* & num.52.54.

53 *In obligationibus indiuiduis ſinguli in ſolidum tenentur, & quando plures rem ſubtrahunt, pro parte non reſtituunt, ſed totam rem.*

54 *Cuiacij opinio adſtruitur, aſſerentis condictionem furfurtiuam non dari contra hæredes in ſolidum, ſed quatenus ad eos peruenit, & idem ius obtinere in actione rerum amotarum,* & n.55. & 56. & 57. *vbi reijcitur interpretatio Ant. Fabri, & Donelli,* ad leg.fin. Cod. rer.amot.

58 *Vera interpretatio* ad leg.fin. Cod.rer.amot. *& numer.* 59.

60 Leg.3. §.fin. ff.rer.amot. *illuſtratur.*

61 *Quomodo agatur contra hæredes in his articulis, an inſtantia veteri, an noua? & n.62. & quomodo ſententia formanda?* & num.63.

64 *Si aliquis poſtuletur reus quòd virginem corruperit, & pendente lite mulier quæ honoris reſtitutionem poſtulat, decedat, an adhuc teneatur reus poſt mortem mulieris?* & num.66.

65 *Controuerſia circa* cap.1. & 2 de adult. *an copulatiuè, vel alternatiuè ſit accipienda?* & n. 68.

67 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, quomodo id intelligatur?* & num.69

70 *Obligatio ſtupratoris etſi ſit alternatiua, non habet effectus electionis.*

71 *Pœnam ſtupri transfert mulier ad ſuos hæredes, vel tanquam intereſſe, vel tanquam pœnam delicti.*

72 *Secunda lectura noſtræ legis de eo, qui mortem ſibi intulit, proponitur.*

73 *De eo qui ſe occidit vel tædio vitæ, vel ob aliam cauſam quomodocumque, contra eius hæredem agere poteſt fiſcus,* & num.74.

75 *Bona ſe occidentis quomodo capiat fiſcus iure Regio* leg.8. tit.23. lib.8. Recop. *& quomodò explicetur?* & num.76.

TRIPLICITER hanc legem accipit Accurſ. 1
quem & reliqui ſequuntur, & vt vocant, tres lecturas conſtituunt. Sed congruentiùs in vno tantùm caſu accipiendam autumo hanc deciſionem. † In eo nempe, qui crimen commiſit, quod ad 2
hæredes non tranſit, niſi viuo delinquente condemnatio intercesserit, ita vt neceſſe ſit ad hoc vt hæredes teneantur quòd viuus præceſſor ſit conuictus, & condemnatus. Quàm interpretationem videntur indicare illa verba, *Niſi poſt publicam accuſationem eos conſtiterit fuiſſe conuictos.* Nam cùm omnia crimina morte extinguantur, & pœnas corporales & pecuniarias ceſſare dicemus. † Ita probatur *in leg.* 2. 3
*leg. defuncto 6. ff. de publ. iudic. leg. ex iudiciorum 20. ff. de accuſat leg. ſi pœna 20. ff. de pœnis, leg. 1. ff. de priuat. delict. leg. conſtitutionibus 33. ff. de oblig. & act. leg. ſicuti 38. leg. pupillum 111. ff. de reg. iur. leg. pœnales 32. ff. ad leg. Falcid. leg. 1. & 2. Cod. ſi reus, vel accuſator. §. non autem, Inſt. de perpet. & temp. actio. c. admonere, 32. quæſt. 2. c. quorundam. 23. diſt. cap. cauſam quæ el 1. qui filij ſint legit. c. à nobis el 2. de ſent. excom. l. ſeptima verſ. etſi*

per

per auentura, titulo octauo part.3.leg.7.& 23.tit.1.part.7.
4 † explicant poſt Bart.Plat.Valenzuel.& alios hic,& in
dict.iurib. Cabailus reſol.crim.caſ.298. numero tertio.
Peregrin. de iure fiſc. libro quarto titulo quinto. Farinac.
tract.crim.quæſt.10.numero 36. Medices in tract. Mors
omnia ſoluit,2.part.concluſ.32. Barboſ. in leg.filius 15.ff.
de iudiciis. Gal. libro primo de pace publ.cap.20. Tiber.
Decian. libro quinto crim. cap.57. ex numero primo Si-
char. Donell.& Cuiac. in leg.vnic.Cod.ex delict.defunct.
vbi etiam Caldas Pereyra; 3.p.ex numero primo Meno-
ch. conſ.99 libro primo Phœbus deciſ.131.tom.2. Ber-
tazol. conſ.crim.33. libro ſeptimo Ant. Gomez. 3.tom.
var.cap.1.numero 78.& ſeq.& numero 85.Robert. lib.1.
rer.iudic.cap.10. Griuell. deciſ.6.tot. Pichard. in §.non
autem,ex numer.1.de perp.& temp.act. Schifordech. lib.
1.ad Ant. Fab. tract.10 toto, & lib.1.tract.1.quæſt.9.&
5 10. † Idque adeò verum eſt,vt contra defunctos non
poſſit pronuntiari in quolibet negotio,ſiue criminali,
ſiue ciuili, ita vt ſi feratur,ſit nullius momenti. leg.de
quare 74.§.cùm abſentem ff.de indic. leg. in ſumma 49.§.
fin.ff.de re iudic.leg.pen.Digeſt.quæ ſentent.ſine appell.leg.
15.tit.22.p.3. cum adductis à Rom.ſing.522.Medices
ſup. concl.101. D.Ioan.Fran.de Caſtillo deciſ.60. n.6.
Siciliæ Franchis dec.241. Maſtr. dec.137.Surd.conſ.99.
ex n.1.vol.1. Cabedo c.196.p.1.Reuſner.dec.22.n.18.
lib.1. Græneus lib.1.9. concl.109.conſider.1.
6 Ratio verò huius rei multiplex ſolet aſſignari,præ-
cipuè à Menoch. dict.conſ.99.num.150. Marc.Ant.Eu-
genio conſ.21.num.2.& ſeq. Caldas in dict. leg.vnic.5.p.
p.ex num.1. Valenzuel. hic num.4. ideo delicta morte
extingui, quia qui moriuntur, videntur quaſi ad ſu-
perius tribunal adduci, iuxta gloſ. in cap.1.26.quæſt.7.
& ſic in iudicio diuino qui adſtarent iudicio humano,
debuerunt ſubtrahi. cap.quorundam, cap. epiſtolæ vige-
ſim.tert.diſt. tum etiam, quia inter mortuos & viuos
nullum eſt commercium, & ab animabus à corpori-
bus ſeparatis omnino aliena eſt conuerſatio, vt docet
Abulenſ. in Matth.cap.25.quæſt.295. & ex ſacris Pa-
tribus Auguſtino, Athanaſio, & aliis, euincit Men-
doza in quodlibet.qq.q.5.pag.351. Marc. Ant.Del Rio
7 diſquiſit.Magic.lib.2.quæſt.26.ſect.1.† Veriorem ratio-
nem propoſuit Iul.Paul. in leg.ſi pœna 20.ff.de pœnis,
ibi, Quia, inquit, pœna conſtituit in emendationem homi-
num,quæ mortuo eo,in quem conſtitui videtur,deſinit. Cùm
enim ſcopus & finis pœnis pœnarum ſit vt reus pu-
niatur,& pœna attentior fiat & correctior, & cæteri
deterreantur, vt ſcripſit Plato in Gorgia, & D.Augu-
ſtin.& alij relati à Tiraq. in leg.9. connub. numero 124.
& probauit Vlp. in leg.1.ff.de iuſt.& iur.cap.de his,33.
quæſt.2. cum notatis à Doctiſſimis noſtris Præceptori-
bus Ioan.de Solorzan. libro primo de parric.cap.1.& 2.
Ant.Pichard. in rub.Inſt.de publ.iudiciis,ex numero primo
8 & à me lib.1.obſeru.cap.4.numer.1. † Et ita pœna in-
troducta ſit non tam,quia peccatum eſt,ſed ne pecce-
tur in poſterum, & morte eius, qui delictum commi-
ſit, ceſſet ſpes illa, ob quam pœnæ delinquentibus in-
fliguntur,expediens viſum eſt morte extingui delicta,
9 ita obſeruat Hottoman. in dicto §. non autem. † Cui
etiam congruit alia ratio Donelli in dict.leg.vn.Cod.ex
delict.defunct.num.10. quod cùm omnis pœna ſit deli-
cti coërcitio, leg.aliud eſt 131.de verb.ſign. conueniens
eſt vt ibi ſit pœna, vbi noxa eſt, & vt ea ſuos ſequatur
Auctores,neque vlterius progrediatur metus, quam
reperiatur delictum, ne alioqui ſi mortui delinquen-
tis hæredes tenerentur, innocentes pro nocentibus
pœnas luerent, quod eſſet iniquiſſimum, leg. crimen
26.ff.de pœnis, leg.fin.ff. de bon. dam. leg.1.ff. de priuat.
delict.leg.ſancimus 22.C.de pœnis.
10 Nunc videamus vt hæredes delinquentis teneantur,
tur,quid erit neceſſarium? & dicendum eſt neceſſariam
non eſſe condemnationem delinquentis, ſed ſufficere
vt contra eius hæredes agatur ad pœnam pecunia-
riam,vt lis ſit cum eo conteſtata, dict.leg.vnic. Cod.ex
delict.defunct.leg. nemo 87.leg.pœnalia 124.l.omnes 139.
Dig. de reg.iur.leg.omnis 26.& conſtitution.33. leg.ſcien-
dum 57.ff.de oblig.& act.leg.ex iudiciorum 20.ff.de accu-
ſat.dict.§.non autem leg.25.titulo primo parte ſeptima leg.
67.ſtyli. explicant Farinac. dict.quæſt.10.num.50.& ſeq.
Gomez. dict.3.tom.cap.1.n.84. Suarez alleg.26. Gail.
dict.c.20.n.13. Caldas in dict.leg.vnic.3.part.n.1. Gua-
cin, de defenſ.reor.tit.2.defenſ.23.n.2. Oſaſcus dec.Ped.
149.n.3.& 4.Caball.d.caſ.298.n.10.& ſeq.Auend.reſp.3.
num.1. Couar. lib.3.var.c.3. n.7.verſ.quærendum. Greg.
in d.l.25.verb. a ſi como. Donell. in d.l.vnic.n.48.& 58.
Barboſ. in d.l.filium n.153. † Ratio eſt, teſte Hottom. 11
& aliis in dicta l.vn. Greg.vbi proximè, Schifordeghe-
ro d.tract.10. quæſt.1. quia cùm per litis conteſtatio-
nem noua oriatur obligatio, l.3.§.idem ſcribit Dig.de
peculio.leg.nulla 23.C.de procurat. notant Duaren. in tit.
Dig.eod.c.fin.verſ.3.procurator.& videtur quaſi contra-
ctus celebrari de re in iudicium deducta,ideo meritò
in ſolidum actio aduerſus hæredes competit, cùm
obligationes ex contractu ad eos tranſeant, & aduer-
sùs eos poſſint in ſolidum exerceri. l. ex contractibus
49. Dig. de oblig.l.hoc iure 152.in fin.l. ad ea 157.§.fin.
de reg.iur.explicant Ant.Fab. lib.1.coniectur.c.12. Hot-
toman. lib.4.obſeru.cap.5. Ob idque dixit IC. in d.om-
nes. has actiones ſemel incluſas in iudicio ſaluas per-
manere. † Quando vero dicatur lis conteſtata in cau- 12
ſa criminali,dubitari poteſt ex iis,quæ tradunt Caball.
d.caſ.298. numer.26. Farinac. ſuprà. Bucharroni dif-
ferent.14. & Ant.Fab. libro 7.coniect.cap.20.verſ. ſicque
igitur in hac parte. In quo dubio dicendum eſt quòd
ſi reus compareat in Iudicio, & examinetur,tunc reſ-
ponſio,ſeu confeſſio, quam facit ad interrogationem
iudicis,inducit litis conteſtationem,etiamſi pars con-
traria non ſit præſens, & ſiue procedatur ad inſtan-
tiam partis, vel ex officio, docent ex Bart. in l. is qui
reus, num.4. Digeſt.de publ. iud. Farinac. vbi proximè.
† Idem erit etiamſi lis non fuerit ita conteſtata, ex eo 13
quòd per reum ſteterit quominus conteſtaretur, quia
videlicet latitauerit, vel aufugerit, vel non compa-
reat, vel ſit contumax,vt docent Sichar. in d.leg.vnic.
num.16.& 17. Donell. num.59. Caball. num.32. Quia
contumacia operatur omnes effectus veræ conteſta-
tionis. leg.properandum §.ſiquidem. Cod.de iudiciis.auth.
qui ſemel.Cod.quomodo & quando iudex. Greg. in leg.9.
tit.22.part.3.gloſſ.3. Scaccia de iudiciis lib.1. c.91.n.27.
l.1.& 2.tit.11.lib.4.Recop.vbi Azeued.& habetur con-
tumax pro confeſſio Farinac. num.58.
Ex qua vera doctrina infero interpretationem ad l. 14
qui iniuriarum 28. Digeſt. de iniuriis. vbi iniuriarum
actio poſt litis conteſtationem in bonis computatur,
quod difficile eſt,ex l.item apud 5.§.iniuriarum 14.Di-
geſt. de iniur. vbi iniuriarum actio in hæredes neque
hæredi competit. l.pœnales 32. Digeſt.ad l.falcid. ibi,
Sed ne in actoris quidem bonis defuncto eo iniuriarum actio
poterit computari.l.ſi eum 10.§.qui iniuriarum. Digeſt. ſi
quis cautio. Sed reſpondendum eſt iniuriarum actio-
nem hæredi non competere, quia magis habet vindi-
ctæ, quam rei perſecutionem. leg.2.§.emancipatum.ff.
de collat.l.his ſolis 7.verſ.actionem.Cod.de reuocand.donat.
cum notatis à Cuiac. lib.4. obſeru.c.19. & Gothofr. in
d.l.7. Pichard. in d.§.non autem, num.10. Poſt litis ve-
rò conteſtationem etiam hæredi & in hæredem datur
l.iniuriarum 13.in princ.Digeſt.de iniuriis quia per eam
videatur quaſi contrahi noua obligatio de his rebus,
quæ in iudicium deducuntur. dict.lege 3.§.idem ſcri-
bit.Digeſt.de peculio. aduertit Hottoman. in d.leg.vnic.
Sed aduerſus ſuperiora obſtat lex 3. & l.defuncto 6. 15
Digeſt.de publ.iud. vbi docemur, actiones ex delicto
competentes poſſe exerceri, etiamſi lis cum defuncto
delinquente conteſtata non ſit. Quod idem conſtitui
videtur in l.fin. Digeſt.ad l. Iul. pecul. l.fin. ad leg. Iul.

*maieſt.lege* 2. *Cod.de apoſtat.* Rurſus accedit *l.ex indicio-*
*rum* 20. *de accuſat.* quæ requirit non ſolùm quod lis
conteſtata ſit, ſed etiam & quòd condemnatio ſe-
quatur. Quas difficultates vt explicemus, animad-
uertendum eſt, alia eſſe publica crimina, ſeu iudicia, &
alia priuata. *toto tit. de publicis iudiciis. Digeſt. & Inſt. de*
16 *priuatis delictis.* † Publica iudicia ea ſunt, in quibus
crimina illata cenſentur illata Reipublicæ: at priuata
quando homini priuato inferuntur. *d. princ. Inſt. de pu-*
*bl. iud.* & publica dicuntur, quia accuſatio cuilibet de
populo competit, vel quia quilibet de populo læſus eſt:
ita Gothof. *in rub. ff. de publicis iud.* Hottom. & Caluin.
& alij *verb. iudicia priuata.* Pichard. *in princ. Inſt. de pu-*
*bl. iud. num.* 3. *& ſeq.* vbi alios retulit. Inter ea tamen
crimina plures ſunt differentiæ quas cumulant *ſuprà*
*adducti.* Quod verò attinet ad noſtrum propoſitum
in priuatis delictis ſufficit conteſtatio, vt ad hæredes
tranſeant actiones pœnales, vt *in dicta l. vnic. cum ſimi-*
*bus.* In publicis tamen criminibus non ſolùm neceſſa-
ria eſt litis conteſtatio, verùm & condemnatio debet
præcedere, ita vt ſi ante decedat reus, lis extinguatur,
*dict. leg.* 3. † quæ de publico iudicio, aut crimine ac-
17 cipienda eſt, iuxta inſcriptionem tituli, ſub quo iacet,
& vox *publica* id quoque denotat. Neque impedit
verbum illud *permittitur*, nam variè lectio illius cir-
cumfertur, Ant. Auguſtinus *lib.* 1. *emend. cap.* 1. & Go-
thofr. *ibi* legunt *permittitur*, quo ceſſat difficultas
Cuiac. *lib.* 21. *obſer. c.* 29. quam ſequitur Lipſius *ad*
*Tacit. lib.* 1. vulgatem lectionem retinent, & vocem
*permittitur* interpretantur, id eſt, *remittitur.* nam
promiſcuus vſus eorum verborum, vt vnum pro altero
accipiatur apud Authores. *libro vndecimo Metamorph.*
*verſ.* 377.

*Sed mora, damnoſa eſt, nec res dubitare remittit.*

vbi *remittit*, eſt *permittit.* ita *ibi* quoque notauit Pon-
tanus ſatis ieiunè. Tacit. *lib.* 1. *ann.* ibi, *Remiſit Cæſar ad-*
*roganti moderatione.* licet de ea lectione dubitet Dor-
lſans *ibi*, ſed Cuiacio aſſenſit Lipſius. Idque melius
probatur *in l. adigere* 6. § *fin. Digeſt. de iure patron. lege*
*Imperatores* 37. *de pactis.* † Sed quamuis hæc ab ali-
18 quibus recipiantur, & reminiſcor in Salmanticenſi
Academia quemdam magnum Doctorem eam inter-
pretationem tanquam de cœlo lapſam in quadam op-
poſitionis (vt vocant) lectione tradidiſſe: mihi tamen
non arrident, quia cùm loquatur Vlp. *in dicta lege* 3.
de accuſatione publici criminis, non potuit remitti
quod iure iam erat remiſſum, & extinctum, *argum.*
*leg. quinta verſ. poſt defectum. Digeſt. de iniuſt. rup.* Ad
quid enim precibus impetrari debuit quod iure com-
muni conceditur. *leg. vnic. infr. de theſau.* atque ita cùm
accuſatio non potuiſſet proponi reo defuncto, remit-
ti minimè neceſſarium erat. † Quare ponenda eſt ſpe-
19 cies *dictæ leg.* 3. *iuxta dict. l. ex iudiciorum*, in aliquibus
criminibus publicis, in quibus ſingulari ratione etſi
mortuus iam fuerit reus, adhuc permittitur accuſatio,
vt ſunt crimen Maieſtatis, non omne, ſed illud quan-
do aliquis hoſtili animo aduerſus Principem, vel Rem-
publicam animatus ſit. *l. fin. Dig. ad l. Iul. maieſt.* Item
etiam in criminibus ſimilibus, in quibus principaliter
attenditur confiſcatio, vt ſunt crimen deſertionis mi-
litiæ. *lege* 4. *infr. de re milit.* & hæreſis, *l. apoſtatarum.*
*Cod. de apoſtat.* cum aliis aſſignatis ab Accur. *in dicta l.*
*ex iudiciorum.* Greg. *per text. ibi in lege ſeptima titul. pri-*
*mo part.* 7. Farinac. *dict. queſt.* 10. *num.* 37. *cum ſequent. &*
*n.* 42. Donell. *in dict. leg. vnic. num.* 67. Caldas 2. *part. n.*
12. *&* 13. Auendañus *reſp.* 1. *n.* 2. Sed an idem in crimi-
ne horrendo ſodomiæ, rectè tenet Farin. *ſup. n.* 44. non
debere contineri ex iis quæ diſputo *in l. vnic. inf. de pœn.*
*fiſc.* item in crimine aſſaſſinij, idem Farin. *n.* 76. Decian.
*lib.* 9. *crim. c.* 30. *num.* 45. Auend. *ſup. num.* 2. alia crimina
adiicit Ant. Fab. *lib.* 7. *coniect. capit.* 20. *verſ. ex quo ma-*
*gis.*

His annectendus eſt caſus præcipuus repetunda- 20
rum, id eſt, quando Iudices turpiter iuſtitiam vendunt,
munera recipiendo, vt aliquid contra illam faciant,
vt docet Accur. *in l.* 1 *verb. capit. Digeſt. ad leg. Iul. repet.*
Bobadill. *lib.* 5. *polit. cap.* 1. *num.* 228. Dicitur *repetunda-*
*rum*, ſi ſuppleas *pecuniarum*, vt dicam *in l.* 2. *infr. de ex-*
*cuſat. mun.* quia repetebantur pecuniæ datæ Iudicibus,
vt obſeruant qui de verbis iuris ſcripſerunt, *verb. Re-*
*petundæ*, & Petr. Herodius *libro* 9. *rer. iudicat. titul.* 3.
† Apud nos vocatur *Cohecho*, nomine inde deducto, 21
vt vult Parlador. *lib.* 2. *quotid. cap. fin.* 81. *num.* 16. à vo-
ce Latina *coëmptio.* quæ ſignificat emere in malâ par-
te; quæ ſignificatio mihi nunquam in mentem venit,
ex iis, quæ dicam *infr. in tit. vt in coëmptione ſpecierum*
*nemini liceat, &c.* Tum, quia multò magis ex verbo
Hiſpano *conhecho*, quaſi factum inter duos, poteſt de-
duci, ſicut dicimus *correos*, qui ſimul ſunt rei, *congouer-*
*nador*, *coheredero*, *complice*, *coligados*, & ſimiles voces.
Miſeriùs profectò ſe geſſit Don Sebaſtianus Couarr.
*in theſauro Hiſpanic. vocum*, illam à Gallico verbo *con-*
*fit* deducens, id eſt, corruptela. Sed has origines ſem-
per odi, quaſi ſermo Hiſpanus nunquam niſi à voci-
bus extraneis deduci poſſit, Cùm tamen ille ſuas pro-
prias & genuinas habeat non à corruptâ latinitate,
neque ab aliis linguis emendicatas ethymologias.
Nam lingua Hiſpana, ſeu Caſtellana, quâ vtimur, pro-
pria eſt noſtra à Tubale noſtro conditore per manus
accepta, vt eruditè tradit Dom. Gregor. Lopez Made-
ra *in libro del Monte ſanto*, & nos dicemus *infrà in l.* 2.
*de excuſ. mun. n.* 22. non à Græcis, neque Romanis,
neque Barbaris Mauris, vt aliqui barbari & impij
contra patriam crediderunt. Ita ergo videmus in ver-
bo *cohecho*, quod merè eſt Hiſpanum, metaphoricum
& genuinum à voce *cohechar*, quæ ſignificat cùm agri-
cola terram parat & diſponit vt ſeminari poſſit, &
inde metaphoricòs *cohechar* dictum cùm aliquis ani-
mum Iudicis muneribus datis placat, demulcet, ac diſ-
ponit, vt ſententiam in ſui fauorem accipiat. † Huic 22
finitimum eſt aliud crimen *Barataria* nuncupatum,
quod cum repetundarum crimine ſolet confundi, ſed
re vera diuerſum eſt, vt animaduertit Paz *in praxi.* 1.
*tom.* 8. *part. cap. vnic. n.* 36. Bobadill. *ſup.* Quia hoc com-
mittitur quando aliquid recipitur directè contra iu-
ſtitiam. *Barataria* verò cum prætextu officij aliquid
recipitur, vt Iudex iuſtam ſententiam ferat, vel nego-
tium aliquod citius & maturius quàm ſperatur fiat,
vel quando fiunt pactiones ante ſententiam ſuper
pœnis imponendis, vel ſi pœnam à lege impoſitam
temperauit, vt condemnatus ſententiæ acquieſceret,
vel ſi à ſubditis vilius aliquid emeret, vel carius ven-
deret, & in aliis caſibus comprehenſis *in l.* 1. *& tot. C.*
*& ff. ad leg. Iul. repetun.* cum adductis à Maſcar. *de pro-*
*bat. concl.* 164. *tot.* Greg. *in lege* 25. *tit.* 22. *p.* 3. *verb. quaſi.*
Decian. *lib.* 8. *crim. c.* 32. Matienz. *in dial. Relat.* 3. *part.*
*cap.* 24. Bobadill. *d. c.* 1. *n.* 228. Berart. *de viſitat. toto*
*cap.* 17. † In his ergo criminibus dicendum eſt pœ- 23
nam tranſire ad hæredes Iudicis corrupti, vel barata-
rij, non ſolùm ad intereſſe partium in malè recepto,
verùm etiam & ad pœnas pecuniarias, quas ob crimen
illud contraxerit, quamuis lis cum defuncto non ſit
conteſtata, neque accuſatio propoſita. *l.* 2. *ff. ad l. Iul.*
*repetun. l.* 2. *C. eo. l. ex iudiciorum, verſ. exceptio repetunda-*
*rum, l.* 8. *tit.* 1. *p.* 2. docent DD. in dictis iuribus, præci-
puè Put. *de ſyndicat. verb. hæres, & verb. multa.* Auiles *in*
*c.* 4. 1. *p. verb. entegrare, num.* 12. *& in cap.* 1. *ſyndic. gl.* 1.
*n.* 16. Matienz. *d. dial. Rec.* 3. *p. c.* 25. *n.* 1. Gom. *d. cap.* 1.
*n.* 80. *verſ. tertius caſus.* Iul. Clar. *q.* 51. Caldas *in dicta*
*lege vnic.* 4. *p. n.* 32. *&* 5. *p. num.* 2. *&* 16. Farin. *d. q.* 10.
*num.* 75. Auendañ. *d. reſp.* 3. *num.* 1. Herod. *lib.* 9. *rer.*
*iud. tit.* 3. *c.* 10. Menoch. *de arbitr. q.* 86. *n.* 23. Bobadill.
*dicto lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 83. & eo non relato Berart. *de*
*viſitat. cap.* 1. *n.* 21. † vbi meminerunt elegantis Plinij 24
loci

loci *lib.3.ep.9.* qui refert quendam Cecilium Claſſi-
cum noſtræ Beticæ Proconſulem, qui prouinciam
grauibus rapinis & nundinationibus ſpoliauerat,
etſi mortuus fuerit ante accuſationem, nihilominus,
bona quæ ſuſtulerat, reſtituere fuiſſe condemnatum.
Item & illius dicti Optati Mileuitani *lib.6. vt terreatis*
*viuos, malè tractetis & mortuos.* Confert quoque Quin-
til. *declam.274.*ibi, *Non ſatis putauerunt maiores eas pœ-*
*nas conſtituere, quas poſſit aliquis excipere in vita, mul-*
*tò magis tangit ſepultura ad cogitationem poſt ſe futuro-*
*rum plerique grauius mouentur*, ita elegantiſſimè rem
pertractauit, vt ſolet, Dom. Ioannes de Solorzano Pe-
reira *in quadam de huius rei argumento allegatione*,
quam pro fiſco ſcripſit, dum Regium fiſcalem in Con-
ſilio Indiarum ſupremo ageret, cuius ſcriptis nunc hæc
noſtra ditamus, vt quotidie edocemur, quia ius dene-
gat ſuum remedium à iure ciuili introductum, ad faci-
liorem exitum cauſæ.

25 Similiter agitur contra eum, qui cùm in publica
eſſet adminiſtratione, vel officio, aliquid ceperit, vel
vſurpauerit ex regalibus redditibus, vel publicis, aut
ſacris rebus, qui etſi iam ſit mortuus propter eius gra-
uitatem criminis, conueniuntur hæredes non ſolùm
propter intereſſe, ſed propter pœnas. *lege fin. Digeſt.*
*ad l. Iul. peculat. leg.2. Cod. eod. lege 7. titu. part. 7.* docent
*ſuprà* laudati Gom. *d. cap. 80. verſ. quartus caſus.* Cald.
*ſup. d. 2. part. num. 35. & 5. part. num. 43.* Auend. *d. reſp. 5.*
*num. 1. verſ. ſecunda concl.* Farinac. *num. 74.* Bobadill.
*d. cap. 1. numer. 88.* Berart. *cap. 1. num. 21.* Decian. *lib. 8.*
*crim. cap. 29. & 30.* & Felician. *de cenſibus lib. 3. c. 4. n. 18.*
26 Ceual. *q. 3. n. 4.* Azeued. *in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recop.* † Idem
erit quando Iudex, vel alius regius Adminiſter, qui
poteſt ſyndicari, defraudauit vectigalia, vel commiſſa,
vel vt ſibi retineret, vel vt alij raperent, diſſimulaue-
rit manifeſtari cùm potuiſſet apprehendere. *lege frau-*
*dati 8, lege commiſſa 14. Digeſt. de Publican. leg. 2. titul.*
*quarto lege 5. tit. 7.* ita poſt Bart. & Caſtren. *in dict. le-*
*ge ex iudiciorum*, notant Bertachin. *de gabell. 4. part.*
*num. 41.* Gom. *ſup. verſ. ſextus caſus.* Farinac. *numer. ſe-*
*ptuaſimo ſexto* Tuſchus *lit. P. concl. 256. numer. quinto &*
39. Roland. *conſ. 42. num. 3. libro 3.* Colerus *de proceſſ.*
*execut. 1. part. capite tertio num. 84.* Borcholten. *in cap.*
*vnic. de regal. num. 48.* Roſenthal. *de feudis cap. 5. concl.*
*56. n. ſecundo & 3.*

27 Cœpimus dicere *ſuprà* aliqua eſſe crimina, in qui-
bus etiam poſt accuſationem mortuis reis intenditur,
regulariter verò in cæteris criminibus publicis non
exceptis neceſſarium eſt, vt contra hæredes pœnæ
pecuniariæ locum habeant, non ſolum quod lis ſit
cum ipſis reis conteſtata, ſed etiam quod condemnatio
ſequuta ſit, *dicta lege ex iudiciorum, de accuſation. iun-*
*ctâ lege noſtra* ibi, *fuiſſe conuictos*, quod de condemna-
tis accipiendum eſſe rectè exiſtimarunt Cuiac. & Go-
thofr. *in præſenti.* hanc traditionem ſecurè obſerua-
runt Bart. *in dict. leg. ex iudiciorum.* Alber. & alij *in*
*dicta l. defuncto. Digeſt. de publ. iud.* Medices *ſup. 2. part.*
*concl. 2. num. 82.* Gomez *ſup. num. 82.* Peregrin. *de iure*
*fiſc. lib. 4. tit. 5. num. 38.* Farinac. *d. quæſt. 10. num. 45.*
Barboſ. *in d. lege filius. num. 155.* Griuell. *deciſ. 6. n. 8.*
& alij relati à Hermoſill. *in d. gloſ. 1. ex num. 14. in l. 5.*
28 *tit. 3. part. 5.* † Ratio verò differentiæ cur in priuatis
delictis ſufficiat conteſtatio, in publicis verò requira-
tur & condemnatio, eam reddunt relati Auctores, &
Cuiac. *in tit. Cod. ex delict. defunctor.* Ant. Fab. *lib. 7. con-*
*iect. cap. 20. verſ. ſanè priuatorum.* quòd publica iudicia
ſint grauiora, & irrogent pœnam corporalem, quan-
do principaliter de illis agitur, & in conſequentiam
agitur de bonis. *leg. 3. Cod. ſi penden. appell. l. fin. Cod. ſi*
*reus, vel accuſat.* & ideò licet non agatur niſi de pœ-
nis pecuniariis, cùm iam per mortem extincta ſit pœ-
na corporalis, cenſetur quoque extincta cauſa bono-
rum, quæ non principaliter veniebat, ſed in conſe-
quentiam. *l. 3. § fin. Digeſt. de ſeruit. leg. cùm principalis*
*de R. I.* & ideò ad hæredes quoad bona non tranſeunt
pœnæ illæ, niſi iam fuerit lata ſententia contra defun-
ctum; nam tunc in bonis fit executio ratione ſenten-
tiæ condemnatoriæ. † Vnde rectè P. Fab *in l. nemo* 29
*enim 88. de R. I.* Græcos Interpretes reprehendit quòd
*in d. lege ex iudiciorum*, exiſtimaſſent litis conteſtatio-
ne omnis publica iudicia perpetuari, & in hæredes
tranſire, perperam verba illa corrumpentes, *quàm ſi lis*
*conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta*, & ita legentes,
*Quàm ſi lis conteſtata, aut condemnatio fuerit ſequuta.*
quæ lectio longè abeſt à mente Modeſtini, qui cùm in
principio dixiſſet ex iudiciorum publicorum admiſſis
actiones pœnales in hæredes tranſire, non aliter, quàm
ſi & conteſtatio & condemnatio mortem rei præceſ-
ſerit. Deinde *in verſ. excepto*, à ſuperiori regula crimen
repetundarum & Maieſtatis exceperit, in quibus etſi
nec litis conteſtatio, nec condemnatio facta fuerit,
hæredes coguntur actiones pœnales ſubire. Poſtre-
mò *in verſu vltimo* ad priuata delicta ſeſe conuertens,
adiicit pœnam ab hærede peti poſſe, ſi viuo reo accu-
ſatio mota ſit, licet condemnatio ſequuta non ſit. Er-
go neceſſariò præſupponi debet in principio de litis
conteſtatione & condemnatione ſimul egiſſe. Idque
confirmatur, quia ſi disiunctim legendum eſſet, *lis*
*conteſtata, aut condemnatio*, non deberet incipere à litis
conteſtatione, ſed ita deberet ſcribere, *quàm condemna-*
*tio fuerit ſecuta, aut lis conteſtata.* nam condemnatio li-
tis conteſtationem præſupponit. In cuius confirma-
tionem poteſt adduci quod adduximus ad explicatio-
nem *l. poſt contractum 15. ff. de donat. in l. 1. ſup. h. t. n. 52.*
& verba illa noſtræ legis, *l. ſi poſt publicam accuſatio-*
*nem eos conſtiterit fuiſſe conuictos.*

Sed ſtatim ſeſe offert dubium, An ſit ſufficiens con- 30
demnatio in his iudiciis ad hoc, vt inſtantia ad hære-
des tranſeat, etſi defunctus appellauit à ſententia con-
demnationis, vel ipſi hæredes exiſtunt intra tempora
appellationis, vel condemnatio iam tranſierit in rem
iudicatam, ita vt appellatio cenſeatur extincta? & qui-
dem Acc. *in dicta l. ex iudiciorum, verb. aduersùs*, quem
ſequuntur Farin. *dicta q. 10. n. 46.* Cald. *in d. l. vnic. 3. p.*
*n. 5. & 5. p. n. 44.* & Donell. *ibi n. 65.* Griuell. *dicta dec. 6.*
*n. 9.* & Hermoſill. *d. gloſ. 1. n. 19.* Exiſtimant neceſſa-
rium eſſe vt ſententia tranſeat in rem iudicatam, ex-
tinctâ iam appellandi facultate, quia appellatio opera-
tur vt iudicatum extinguatur, reuocenturque omnia
ad terminos conteſtationis. *l. furti 6. §. 1. ff. de furt. l. 1.*
*§. fin. ff. ad Turpill. l. ſciendum 15. §. ſi fundum Digeſt. qui*
*ſatis dare cog.* cum traditis à me *libro 2. obſeru. cap. 15. ex*
*num. 12.* Ruſſus facit *lege fin. Cod. ſi reus, vel accuſ.* ibi,
Si *quis capitali pœnâ, vel deportatione damnatus appella-*
*tione interpoſitâ, & in ſuſpenſo conſtitutâ, fati diem functus*
*eſt, crimen morte finitum eſt.* † Contrariam verò ſenten- 31
tiam, quam credo veriorem, tenuit Bart. *in dicta l. ex*
*iudiciorum, & in leg. ſi qua pœna ff. de verb. ſignif.* & alij,
quos refert & ſequitur Peregrin. *dicto tit. 5. n. 38.* eam-
que probat *dicta lege ex iudiciorum*, quæ cùm dicat, *&*
*condemnatio fuerit ſecuta*, verificatur in prima vice, *lege*
*mortuo boue 89. §. hoc ſermone, de verb. ſignif.* præcipuè
cùm generaliter loquatur ſine diſtinctione aliqua, an
ſit appellatum, vel intra tempus appellandi, & ita ge-
neraliter debet intelligi *l. de pretio. ff. de Public.* Deinde
expendo *l. fin. Cod. ſi reus, vel accuſ.* ex qua conſtat quòd
aut in delicto capitali condemnatio corporalis fuit
impoſita ſolùm, aut cum condemnatione corporali,
ſententia etiam & ad bona ſe extendit; vt plerumque fit
cùm rei ob delicta ſolent corporali pœnâ affici, & in
tantum in bonis condemnari applicatâ aliquâ parte
eorum accuſatori, vel Cameræ regiæ. *Primo* caſu deli-
ctum morte extinguitur. *Secundò* verò quoad bona
adhuc remanet examen poſt mortem rei, quod elegan-
ter docuit. *l. 3. Cod. ſi penden. appell. & l. vnic. Digeſt. eod.*
*l. 23.*

*l.23.tit.1. part.7.* & agnoſcunt antiquiores *in dictis*
*iuribus.* Farin. *ſupr. num.47. & 57.* Tuſchus *lit. M.*
*concl. 396.num.16.& 38. & lit. S. concl.577. numer.5.*
Peregin. *ſupr.num.38.* Donell. *num.65.* Greg. *in dicta*
*lege 23. verb. dicho* Cald.*dicta 3.p.num.4. & 5.p. n.44.*
Caballus *caſ.* 298. Barboſ. *ſupr. num.* 107. qui latè
tractant quando pœna pecuniaria venit in conſe-
32 quentiam delicti, vel principaliter. † Quibus addi
poteſt quòd quamuis nulla pœna pecuniaria inflicta
fuerit, ſed tantùm corporalis, & ſic extingueretur iu-
dicium morte rei, adhuc tamen accuſator mortuo reo
potuiſſet petere vt lis finiretur ad effectum expenſa-
rum & intereſſe quod à defuncto poſſet obtinere, vt
definitum eſt apud Ant.Fab.*lib.4. Cod.tit.12.definit.1.*
33 † Idémque pari ratione erit dicendum, vt morte rei
non impediatur proſecutio cauſæ, etiam in delictis
publicis, quando non interuenit condemnatio, ſed
erat concluſum in cauſa, & delicta erant iam certa, &
liquidè de eis conſtabat, ita Farinac. *ſupr. num 52.* re-
ferens Mandell. *conſ.99. num.2.vol.1.* Iul. Clar. *q.51.*
*verſ.ſcias etiam* Sichar.*in d.l.vn.n.20* Griuell. *ſupr.n.11.*
Greg. *in l.23. tit. 1. p.7. verb. el acuſado.* qui reddunt
eam rationem quòd paria ſint eſſe concluſum in cauſa,
vel latam eſſe ſententiam. *l. qui pœnæ 8. §. diuus D. de*
*manumiſſ.* cum adductis à Tiraq. *poſt ll. connub. gloſ.2.*
34 *num.6.& 9.* Gail. *lib.1. de pace, cap.20. num.25.* † Ve-
rùm de hac ſententia ſemper dubitaui, quia cùm *in*
*dict. l.ex iudiciorum*, apertè deſideretur condemnatio,
fruſtrà decimus concluſionem cauſæ idem efficere,
nam etſi paria videantur concluſio & lata ſententia,
id erit verum in eo caſu, quando idem effectus reſul-
tat ex vno ac ex alio, & non requiritur ſententia pro
forma. At verò cùm in noſtro caſu pro ſolemnitate
& formâ requiratur quòd lata ſit ſententia condem-
natoria, concluſio in cauſa non habebit eandem vim
& effectum, quem habet condemnatio, & ſic non po-
terit parificari, quia diuerſus effectus reſultat ex cau-
ſæ concluſione, ac ex condemnatione. Nam ſi con-
cluſâ cauſâ moriatur, hæredes non tenebuntur; ſi ve-
35 rò condemnatio ſit lata, tenentur, vt dictum eſt. † Hinc
etiam diſſoluitur illud dubium ſi reus moriatur, qui
aliàs erat iam confeſſus & conuictus, vel ita notorium
erat reum deliquiſſe. Nam dicunt relati à Farinac. *ſup.*
*num.56. & 57.* Cald. *dicta 3. part. num.3.* Don. *n.58.*
*in d. l. vnic.* hæredes teneri ex eo quòd paria ſit ſen-
tentiam eſſe latam, vel reum eſſe confeſſum & conui-
36 ctum. † Nam confeſſus in iure pro condemnato ha-
betur. *l. vnic. C. de confeſſ. leg. perinde 25. in fin. ff. ad l.*
*Aquil.* vel ſi crimen ſit notorium, *l. qui ſententiam 16.*
*C. de pœnis. l. ictus fuſtium. D. de his qui not. infam.* cum
aliis adductis à Marc. Ant. Eugenio *conſ.21. numer.8.*
*& 24.* Oſaſc. *deciſ. Pedem. 149. num.9.* Confeſſio
quippe ſuperat omnem probationem, & eſt regina
earum, vt probat Riminal. iun. *conſ.503.num.3.lib.5.*
Sard. *conſ. 60. num.1.vol.1.& conſ.540. num.24. vol.4.*
37 Ludouiſius *deciſ. 357. n.3.* † His etiam addunt ſuffi-
cere confeſſionem fictam, id eſt, illam quæ reſultat
ex contumaciâ, præcipuè cùm ſententia Iudicis iam
contumax fuit declaratus, & in pœnis legalibus in-
curriſſe, vt arbitratur Farin. *d.quæſt.10.n.58.* Ant. Ro-
38 ber. *lib.1.rer.iudic.cap.10.* † Sed eodem modo quo ſu-
perior ſententia, hæc exploditur, quoniam etſi con-
feſſus & conuictus pro iudicatô habeatur, ex latiſſimè
adductis à Farinac. *quæſt.81. ex n.1.* non tamen habet
per omnia eumdem effectum quem habet res iudica-
ta, cùm etiam hæres poſſit reuocare confeſſionem de-
functi tanquam erroneam, vt tradit idem Farinac. *vbi*
*proximè n.19.* quòd poſt ſententiam non admittere-
tur, & item poſſit appellare. Farinac. *q.101. ex n.131.*
*& ſequentib.*

39 Altera quæſtio eſt, quid erit dicendum quando pœ-
na à lege ipſo iure imponitur delicto, an ſufficiat
quem illud commiſiſſe, vt quamuis moriatur ante li-
tis conteſtationem, vel ſententiam, ab hæredibus pœ-
na, vel ſi eſſet, ab eius fideiuſſoribus reperatur; &
quidem prima ſententia habet, quòd ſi lex delictum
prohibuit pœna impoſita ipſo iure, ipſo facto, &, vt
leges noſtræ loquuntur, *por el miſmo caſo ayan per-*
*dido y pierdan des de luego.* iuxta doctrinam Acc. *in l.3.*
*§. quod autem. ff. quod quiſque iuris.* Bart. *in l. commiſſa.*
*ff. de publicanis. & in l. Imperator. D. h.t. & in dict. leg.*
*ex iudiciorum.* Bal. *in l.1. D. de priu. delict.* Felin. *in*
*cap. Rodulphus, de reſcript. num.48. & ſeq.* Tiraq. *in*
*leg. ſi vnquam, verb. reuertatur, n.298.* Menoch. *conſ.99.*
*num.158. vol.1.* Peregrin. *dict.lib.4. tit.5.num.7.* Poſ-
ſunt peti pœnæ ab hæredibus, vel fideiuſſoribus,
quamuis viuo reo non fuiſſet accuſatio propoſita, nec
lis conteſtata, nec condemnatio ſecuta. † Quod pro- 40
batur *primò* ex *l. Caius 22. D. de SC. Syllan.* vbi pœ-
na hæredis indigni qui neglexit vindicare necem de-
functi, quia eſt impoſita ipſo iure, ab hærede recu-
peratur. *Secundò* facit *lex 1. §. quod autem. D. quod quiſ-*
*que iuris*, vbi pœna illius edicti, quia eſt impoſita ipſo
iure, vt *ibi* aduertit Acc. tranſit ad hæredes. *Auth. de*
*inceſtis nupt. in princ. cet. de homicid. in 6. c. accuſatus 8.*
*§. in eo vero, cap. cùm ſecundùm 19. de hæretic. eod. lib.*
Denique facit *d. l. ex iudiciorum, verſ. adeò.* ibi, *Adeò*
*vt ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen contraxit, nihil*
*ex bonis ſuis alienare, aut manumittere eum poſſe.* & con-
ducunt quæ cumulauimus *in l.1. ſup. hoc tit.* ad inter-
pretationem, *legis poſt contract ff. de donat.* videndi ſunt
Bar. & alij antiquiores *in dicta leg. 3. §. quod autem.*
Bald. *in leg. quæ ſub conditione. §. fin. de cond. inſtitut. &*
*in leg. data opera. Cod. de his qui accuſ. poſſ. & in rubr.*
*Cod. ſi pendent. appellatio.* Barbatia *conſ. fin. vol.1.* Due-
ñas *reg. 13. limit.2.* Gom. *dict. cap.1. num.80. verſ. ſex-*
*tus caſus.* Tiraq. *in leg. ſi vnquam. verb. reuertatur, n.241.*
Farinac. *dict. q.10. num.68. & q.19. numer.45. & ſeq.*
Giurb. *conſ.65.n.46.* Couarr. *in 4.p.2.cap.6.§.2.num.6.*
Th. Sanchez. *lib.2. moral. toto cap. 22.* Greg. *in leg.25.*
*tit.1.p.7. verb. à ſi como.* Ceuall. *qq. comm. quæſt.113. nu-*
*mero 2.& q.687.* Nicol. Garcia *de beneficijs 2.tom.p.11.*
*c.1.n.11.* & Hermoſill. *d. gloſ.1.n.20.*

Altera ſententia mihi magis placuit, vt in his deli- 41
ctis, in quibus ipſo iure imponitur pœna, ſi ſint pu-
blica, neceſſe ſit vt feratur ſententia ſaltem quæ de-
claret delictum commiſſum eſſe; etſi enim non requi-
ratur ſententia condemnatoria, nihilominus declara-
toria neceſſaria eſt, *argum. cap. cùm ſecundum, de hæret.*
*lib. 6. & leg. eius qui delatorem 29. ff. h. tit.* tradunt
Alexand *in leg. ſi quis maior, num.13. C. de tranſaction.*
Curt. ſenior. *conſil.59.n.7.* Menoch. *de arbitr. caſ.220.*
*num.6. & de recuper. rem.5. num.68.* Mynſing. *cent.1.*
*obſer.43.* Peregr. *dict. tit.5. numer.8.* Caball. *reſ. crim.*
*caſ.298. num.6.* Beccius *conſ.37.num.15. vol.1.* Nicol.
Garcia *dicta 11. part. cap.10. num.5.* Scaccia *de indi-*
*ciis lib.2.cap.9.num.243.* & diximus *in dicta leg.1. ſupr.*
*hoc tit. ad fin.* † Quam doctrinam limitabis in delictis 42
repetundarum, & barataríæ, & ſimilium, in quibus
hæredes tenentur exonerare conſcientiam defuncti in
his quæ ipſe debet ex ſuo delicto. *cap. fin. de ſepulturis.*
*c. in literis, de raptor. cap. tua nos, de vſuris.* cum iis, quæ
coniungunt Ant. Gom. *dict. c.1. num.85. in fin.* Couar.
*lib.3. var. c.3. num.7.* Dueñ. *reg.13. num.12.* Oſaſcus
*deciſ. Pedem.152. num.5.* Gail. *dicto lib.1. de pace publ.*
*c.20. n.12. & 22.* Barboſ. *in d. leg. ſi filius, de iudic. ex*
*num138.* Caldas *in dicta lege vnic. C. ex delict. defun. 4.p.*
*numer.2.& ſeq.* Fachin. *libro 9. contr. cap.5.* & cum hoc
pertineat ad animæ ſalutem, ius Canonicum debet ob-
ſeruari in quocumque loco & foro, iuxta communem
reſolutionem, quam tradunt Rolan. *conſ.99. num.23.*
*vol.3.* Barboſ. *in l. Iulianus 16. num.138. D. de iudiciis.*
Couarr. *ſupr.* Farin. *num.64.* Bertazol. *conſ.362.lib.2.*
Seraphin. *de priuil. iur. priu.48. n.10.& priu.66.n.2.& 3.*
† Rur

43 † Rurſus limitarem ſupradictam ſententiam in caſu *legis fin.tit. 3.lege 2.tit.9. lib.2. ordin. & l.1.tit.18.lib.2. Recopil.* vbi cum tractatur de ſecretariis regiis & aliis Adminiſtris Regiarum Cancellariarum, qui munera accipiunt, & de Tabellionibus, aut Secretariis, qui plus quàm per leges taxatum, à partibus acceperint, adiicitur, *En las quales penas les condenamos des de agora por manera que ſean obligados alas pagar in foro conſcientia ſin que mas ſean in eſperen ſer condenados en ellas.* Quod idem diſponitur *l.4.tit.fin. lib.2. ordinan. & l.4. tit.16.lib.6.Rec.* in Gallinariis Regiis; his enim caſibus non videtur eſſe neceſſaria ſententia declaratoria ad hoc vt hæredes teneantur, quia, vt inquit Tuſchus *verb.declaratio, concl.98.num.57.* ex quo condemnatio non requiritur, debet intelligi abſque aliqua declaratione, & ita quamuis Did.Perez *in d.l.4.tit.fin.libro 2. ordin.* dubitet de eius legis praxi, adhuc tamen rectè procedit etiam in vtroque foro cùm requiratur iuramentum, & ſunt illæ conditiones quaſi leges contractuum, cum quibus acceptantur talia officia.

44 Alia quæſtio eſt ad hunc tractatum ſpectans, an cùm Iudices & alij miniſtri temporales legibus noſtris teneantur fideiuſſores præſtare, quid erit dicendum ſi fideiuſſores dati mortui fuiſſent ante ſententiam condemnatoriam, hæredes eorum fideiuſſorum an conueniendi ſint, vel liberi remaneant? Hanc dubitationem tetigit Accurſ. *in §.fideiuſſor el. 1.verb.relinquit. Inſt.de fideiuſſ.* & *ibi.* Ioan.Fab.Plat. & Angel.Medices *in tract. Mors omnia ſoluit.2. p.concl.45.num.124.* Menchac. *lib.3.contr. illuſt.cap.96.n.23.* Caldas *ſupr.4. numer.17.* Decian. *conſ.72.num.7.lib.2.* Mantic. *de ambig.conu.2.part.lib.16.tit.20. num.5.* & relati à Farin. *tract.de carcerib quæſt.34.num.12.* Pyrrhus Maur. *de fideiuſſ.cap.17.* Griuell. *deciſ.6.num.12.* qui aiunt quod etſi fideiuſſores teneantur ratione delicti per alium commiſſi, hæredes eorum non debent remanere obligati mortuis eis, *argum.l.ſi cùm §. qui iniuriarum. ff.ſi quis cautio.* 45 † Contrarium verò tenent Imol. *in l.poteſt accipi.ff.de fideiuſſ.* quem ſequitur *vbi prox.* Caldas *numer.17.* Heringius *de fideiuſſ. cap.20.§.10. numer.21.* Roland. *conſ.58.num.1.& ſeq.vol.1.* Quoniam etſi talis fideiuſſio fiat pro delinquentibus, tamen qui fideiuſſerunt non tenentur ex delicto, ſed ex contractu, & ita hæredes tenebuntur non extincta, neque alterata obligatione morte fideiuſſoris. *dicto §. fideiuſſor.leg.1. §.fideiuſſor.Digeſt. de fideiuſſor. lege ex contractibus, Digeſt.de obligat.leg.2.§.ex his.de verb.oblig.* Rurſus, quia ſi viuit reus pro quo fideiuſſio facta eſt, & adhuc viuit cauſa fideiuſſionis, dicendum erat ceſſare obligationem, quia ſit mortuus fideiuſſor, vt rectè notauit Imol. *ſupr.* adiiciens eo caſu quo practicanda eſſet ſupradicta traditio, eſſet ſane quando fideiuſſor mortuo iam reo principali deceſſiſſet, quia tunc cùm liberarentur hæredes quantum ad pœnas pecuniarias quæ ad eos non tranſeunt, eodem modo liberarentur hæredes fideiuſſoris. *cap.cum principalis, cap.acceſſorium, de reg.iur. in 6.* Non vero quando reo adhuc viuo mortuus fuit fideiuſſor, quia eo in caſu eius hæredes tenentur, quia fideiuſſores ſiue interuenerint pro contractu, ſiue pro delicto, ſemper relinquunt hæredes ſuos obligatos. *lege ſi ſeruum 91.§.nunc D. de verb.oblig.l.3.§.1.l.4. cum aliis, de fideiuſſor.leg.fideiuſſoris.C.eodem.* docet Hering. *ſupr.n.21.& ſeq.* Farin. *q.34.num.12.* Pyrrh.Maur. *d.c.17.num.3.* & alij relati.

46 Cum verò *ſuprà* dixerimus ex delictis actiones contra hæredes competere, ſi lis fuerit cum defuncto conteſtata, vel condemnatione ſequuta. Nunc verò quatenus teneantur ſi lis non ſit conteſtata, operæ pretium erit explicare, & dicendum eſt quod ſi lis non ſit conteſtata aduerſus hæredes, actio ex delicto deſcendens non datur, niſi tantùm in id, quod ad eos ex delicto peruenerit. *lege inde Neratius 23. §.hanc actionem. D.ad l. Aquil.l.ſicuti 38.l.cum prætor.127.de reg. iur. dicta l.vnic.C.ex delict.defunct. l. quod diximus 16.§. in hæredem, cum ſeqq. D. de eo quod metus cau.lege in hæredem 26.D.de dolo.l.3.§.fin.D.rerum amot.* cum infinitis quæ recenſet Cuiac.P.Fab.& alij *in dicta l.ſicuti.de reg.iur.* Schifordegh. *d.lib.1. tract.10.q.1. & lib.2.tr.1. toto.* idem Cuiac. *lib.7.obſeru.cap.37. & lib.13.c.37.& in d.l.vnic.C.ex delict.defunt.* Ant.Pichar. *in d.§.non autem, num.35.& ſeqq. Inſt.de perp.& tem.act.* Fachin. *libro 9.contr.cap.5.* Ant.Fab. *lib.4.coniect.cap.1.& in Ration.ad leg.5.de calumniat.& in d.l.quod diximus.* Donell. *in d.l.vnic.num.30.* Farinac. *d.quæſt.10.num.64.* & Hermoſill. *d.gloſſ.1.n.22. in d.l.5. tit.3. part.5.* † Ratio 47 æquiſſima eſt quoniam quod turpiter & ſcelere quæſitum eſt, ad compendium hæredis non debet pertinere, & ita turpia lucra hæredibus quoque ſunt extorquenda, licet crimina extinguantur; ne alieno delicto ditentur, vt conſiderarunt Pompon. *in d.l.ſicuti* & Vlpian. *in l.in hæredem 5.D.de calumniat.& in dicta l.quod diximus,* & Imp. *in d.l.vnic.* eſtque adeò verùm, hæredem in id quod ad eum peruenerit, vel factus eſt locupletior, teneri vt ſufficiat exiguo temporis ſpatio, &, vt dicam, inſtanti, ſeu atomo temporis apud hæredem fuiſſe, vt poſſit conueniri, *d.l.cùm Prætor 127.de regul. iur.* Peruenire quippe dicitur cum effectu, & continet id quod durat. *l.vtrum.23.D.de petit. hæred.*

Sed an in hæredes detur actio ex delicto deſcendens 48
cùm non pœnæ, ſed meram rei perſecutionem contineat, ita vt in ſolidum teneantur, an verò tantùm in id quod ad eos peruenerit, dubium eſt à politioris notæ Interpretibus ſatis agitatum, Cuiacio nempe, & Antonio Fabro, & aliis, quos retulit Fachin. *d.c.5.* & ſimia Fabriana Schifordeg. *ſupr.* & Hermoſill. *in l.5.tit.3.part.5.gloſſ.1.ex numero 9.& ſeqq.& numer.13.* & communi calculo admiſſum eſt regulariter actiones non tranſire in hæredes in ſolidum, licèt rei perſecutionem contineat; vt probatur *in lege fin.Cod.rerum amot.lege 3.§.fin.Digeſtis eod.lege ſi hominem 7. §.1. lege de eo 18. Digeſtis depoſit.dicta lege vnic.Cod.ex delict.defun. lege ait Prætor.9. §.fin.cum ll.ſequentib. Digeſtis de reb.auct.iud.* cum aliis: quibus apertè docemur hæredem ſolùm ex his actionibus conueniendum, quatenùs ad eum aliquid peruenerit. † Neque huic veræ 49 traditioni obſtat *leg.in condictione 9 ff.de condict.furt.1.* vbi Vlp. condictionem furtiuam aduerſus hæredem in ſolidum competere ſcribit. Cui difficultati non ſatisfaciet qui cum Accurſ. *in dicta l.vnic.gloſſ.magna,* & Bart. cum reliquis antiquioribus dixerit, condictionem furtiuam non ex maleficio oriri, ſed ex variis cauſarum figuris, vt *in leg.1.D.de oblig.& act.* † Quo- 50 niam verius eſt condictionem furtiuam ex maleficio deſcendere; cum furtum maleficium ſit, & ex furto condictio furtiua naſcatur. *§. ſic itaque, Inſt. de actio.* Alioquin enim ſi ea condictio ex maleficio non deſcenderet, noxalis non eſſet, cùm ea tantùm actio noxalis ſit, quæ ex maleficio competit. *l.1.Digeſt.de noxal. act.* & condictio furtiua aduersùs dominum ſerui qui furtum commiſit, noxalis eſt, *leg.4. Digeſt.de condict. furt.* Idque magis apertè probatur ex *leg. ſi ambo 10. §.1. Digeſt. de compenſat.* vbi expreſsè dicitur condictionem furtiuam ex maleficio oriri. † Quare verius 51 eſt dicendum condictionem furtiuam in ſolidum aduerſus hæredes competere, vt expreſsè docet Conſultus *in d.lege in condictione,* quia ea ſit rei perſecutoria. *l.ſi pro fure 7.§.1.cum l.ſeq.D.de condict.furtiu.* & ita aduerſus hæredem furis cæteróſque ſucceſſores locum habet *§.fin.Inſt.de oblig.quæ ex delicto.* Quia odium furis id extorſit. *§.plane odio.Inſt.de actio.* ob quam cauſam introducta eſt ea condictio, vt notant Cuiac.& relati ab Schifordegh. *d.lib.2.tract.1.quæſt.4.in princ.* facitque *dicta l.pro fure.§.fin.* vbi probatur condictionem furtiuam ad hæredem tranſire, quia rei perſecu-

tionem

tionem continet. At conſtat actiones quæ rei perſe-
cutionem continent in hæredem in ſolidum compe-
tere. *l. in honorariis* 35. *D. de oblig.* ergo apertè oſten-
dit condictionem furtiuam in ſolidum dari contra hæ-
redem. Quia ratio adducta ab Vlp. inepta eſſet, quo-
niam actiones quæ rei perſecutionem non continent,
aduerſus hæredes ſolùm locum habent, quatenus lo-
cupletiores ſunt facti, ex ratione *ſupra* adducta, ne alie-
no ſcelere ditentur, quod ego præter alios probo ex *l.
ſi hominem* 7. §. 1. *D. depoſit.* vbi actio depoſiti ex dolo
defuncti in hæredem competit in ſolidum, eâ ratio-
ne adiectâ, quia dolus ex contractu reique perſecu-
tione deſcendit, ideóque in ſolidum competit. *leg. ſi
52 duo* 22. *D. depoſ.* † Rurſus, quia cum *in d. §. fin.* dixiſſet
Vlp. condictione furtiua furtis hæredem teneri, adie-
cit id non ſolùm eſſe verum ſi adhuc res furtiua extat,
verùm etiam, ſi perierit, veluti ſi ſeruus furtiuus de-
ceſſerit, viuo ſcilicet fure, vt rectè Accurſ. *ibi*, & Ant.
Fab. *d. lib.* 4. *cap.* 1. interpretantur. Alias enim *in verſ.
ſed etſi* ineptè quæreret de ſeruo mortuo apud furis
hæredem, vel apud alium, nam ſæpiùs idem repeteret.
Hæc & alia argumenta ſunt Ant. Fabri *dicto cap.* quæ
53 ego non tranſcribo. † Illis ex meo marte addendum
eſſe exiſtimaui, quòd in obligationibus indiuiduis ſin-
guli in ſolidum tenentur, præcipuè in obligationibus
reſtituendi aliquam rem, qualis eſt hæc, de qua agi-
mus, quia dici non poſſit quando plures rem ſubtra-
xerint ſingulos pro parte furtum feciſſe, ſed totam
rem vniuerſos furaſſe, *lege vulgaris* 21. §. *ſi duo. Digeſt.
de furt.* ita eodem modo cùm hæredes furis teneantur
rem reſtituere, & tradere, hoc pro parte effici non po-
teſt. *dicta lege ſi duo, verſ. quod ſi lancem, Digeſt. depoſit.*
docet Bart. *in lege ſtipulationes non diuid. oppoſit.* 8. *nu-
mero* 10. *Digeſtis de verb. oblig.* vbi Iaſ. *numero* 18.
Donell. *numero* 14. Fachin. *libro* 10. *contr. cap.* 63. Ra-
tio eſt, quia vnum fuit furtum, & non poteſt diuidi,
quia cenſeretur factum pro parte, ſi pro parte eſſet
ſoluendum. *dicta l. vulgaris.* §. *ſi duo de fur. lege in depoſi-
ti* 9. *Digeſtis depoſiti. leg. ſi plures. D. arbor. furtim cæſ. lege
item Mela* 11. §. *ſed ſi plures. l. ita vulneratus* 52. §. *fin. Di-
geſt. ad legem Aquiliam. lege ſi cum exceptione* 14. §. *fin. D.
de eo quod metus cauſ. lege tres* 55. §. 1. *verſ. nam cum aliis
Digeſt. de adminiſtr. tut.* Quibus iuribus docemur,
quòd ſi à pluribus res fuerit ſubtracta, in ſolidum ſin-
guli tenentur. Ergo eodem modo & hæredes furis in
ſolidum tenebuntur, cum ipſi ſuccedant in ius omne
defuncti. *lege hæreditas. D. de reg. iur.* ius verò dicimus
non ſolum quod defunctus habuit, ſed quod aliis te-
nebatur. §. *fin. Inſt. de locat. l.* 1. *& ſeq. Digeſtis de bon.
poſſeſſ. l.* 1. *& fin. C. de hæred. actio.* Schifordech. *d. tract.*
10. *quæſt.* 1. Indeque qualitas actionis non debuit mu-
tari ex perſona hæredum *lege* 2. §. *ex his D. de verb. obl.*
& ita quamuis hæredes non delinquant, in ſolidum
tamen debent conueniri, quia non debuit fieri dete-
rior conditio rei quoad reſtitutionem, ex eo quod de-
functus fuerit fur. *dicta lege ſi duo.* §. *quod ſi lancem*
hanc ſententiam probat Ant. Fabr. *ſupr.* & relati à
Fachin. *dicto libro* 9. *cap.* 1. Pichard. *in* §. *pœna manifeſti
numero* 15. *& ſeq. Inſt. de oblig. quæ ex delict. & in dicto* §.
*non autem* 36. *Inſt. de perp. & temp.* Schifordegh. *dicto
libro primo tract.* 10. *quæſt.* 1. *& ſeq. & libro* 2. *tract.* 1. *tot.*
maximè *quæſt.* 9. & Hermoſill. *in dicta gloſſ.* 1. *num.* 10.
*in d. l.* 5. *tit.* 5. *part.* 5.

54 Ab hac tamen ſententia diſceſſit Cuiac. *d. libro* 7.
*cap.* 37. ( quem ſequitur Vulteius *in* §. *planè odio. nu-
mero* 11. *Inſt. de actio.* & Gothofred. *in lege fin. C. rer.
amot.* ) contendens condictionem furtiuam non dari
in ſolidum contra hæredes, ſed in id tantum quod ad
hæredes peruenerit. Cui non deſunt multa argumen-
ta quibus ſuam adſtruat opinionem, & in primis ad-
ducit *lege fin. C. rer. amot.* vbi actio rerum amotarum
non datur in ſolidum contra hæredem, & tamen ea
actio æquo iure procedit cum condictione furtiua.
*lege contra* 6. §. *item hæres. D. rer. amot.* atque ideò eodem
modo & in ea condictione non id ſolidum tenebun-
tur: id etiam probatur *ex lege* 3. §. *fin. D. rer. amot.* † Ne- 55
que ſatisfaciunt Ant. Fab. *d. cap.* 1. & Sch fordegh.
*dict. lib.* 1. *tract.* 10. *q.* 3. dicentes multum differre ſi quis
dicat hæredem non teneri actione rerum amotarum in
ſolidum, quod falſum eſt; aliud verò hæredes non te-
neri in ſolidum, ſed in quantum ad eos peruenit. Nam
hoc caſu ſignificamus cùm plures ſunt hæredes eius
qui res amouit, ſingulos in ſolidum non teneri, ſed
vnumquemque pro ea parte tantùm, quæ ad eum per-
uenit, cùm tamen omnes in ſolidum teneantur, quam-
uis nihil ad eos peruenerit, quemadmodum loquitur
Vlp. *in dict. l. in condictione*, vt oſtendat cùm plures ſunt
hæredes, eos in ſolidum teneri, nam non eſt exigen-
dum ab omnibus ſimul in ſolidum id quod ſubtractum
eſt, ſi ad eos nihil peruenerit, non quia plurium hæ-
redum melior debuit eſſe conditio, quàm vnius; ſed quia
ſi omne id quod ſubtractum eſt, ad aliquos ex cohæ-
redibus peruenerit ſolidum, ab iis petendum ſit,
non ab aliis, ad quos nihil peruenerit, aut ſi
plus ad illos, quàm ad hos peruenerit, plus ab illis,
quàm ab his peti debeat, † Hæc enim interpretatio 56
adaptari nequit *dict. l. fin.* in qua ea diſtinctio inter hæ-
redem, vel hæredes minimè aduertitur. Tum etiam,
quia falſum eſt dicere hæredes eius, qui rem amouit,
vel ſubtraxit, ſingulos in ſolidum non teneri, ſed
vnumquemque pro ea parte tantum, quæ ad eum per-
uenerit, *d. leg. ſi duo* 22. §. *quod ſi lancem D. depoſiti*, ibi,
*Niſi integra rei reſtitutione eum*, ( ſcilicet hæredem)
*cum quo actum fuerit, liberari non poſſe, condemnandum ta-
men pro qua parte hæres extitit.* de cuius explicatione
vltra Accur. Caſtrenſ. & Fulgoſ. *ibi* videndus erit Egui-
nar. Baro *de diuiduis libro* 2. *cap. fin.* Interpretes *in leg.* 4.
§. *Cato. de verb. oblig.* præcipuè Socin. iun. *numero* 51.
Pinell. *in l.* 1. 3. *p. num.* 10. *C. de bon. mat.* Ioan. Robert.
3. *ſent. cap.* 8. & noſter D. Melchior de Valencia *tract.
illuſt. libro* 2. *tract.* 4. *cap.* 4. *ex num.* 14. & Hermoſill. *d.
gloſſ.* 1. *num.* 12. † Minus bene ſe geſſit Donell. *in dict.* 57
*l. vnic. num.* 35. qui ea verba *d. l. fin. quatenus ad eos perue-
nit*, ambigua eſſe cenſet, & ſignificare poſſe quatenùs
ad eos peruenit ex hæreditate, id eſt, ex rebus amotis,
quæ interpretatio ſicut aliæ eiuſdem Auctoris ſimiles
interpretationes, reiici debet, cùm violentiam irroget
litteræ illius legis. In quam etiam videtur recidere
alia Schifordegh. *ſupr. d. quæſt.* 3. † Ego tamen, niſi 58
me fallit animus, facile ita remouendam eſſe difficul-
tatem *dict. leg. fin. Cod. rer. amot.* exiſtimo, ſi dicamus
ſpeciali iure admiſſum eſſe, vt eius qui rem amouit
hæredes non teneantur niſi quatenus ad eos peruenit,
quia in eo caſu non committitur furtum, vt Nerua &
Caſſius exiſtimarunt, *leg.* 1. *D. rer. amot.* item etiam,
quia cùm vxor, aut filius ita ſint viro, aut patri con-
iuncti, vt minimè in eos furti actio competat, non de-
buerunt hæredes in plus teneri, quam ipſe qui rem
amouit, & cùm lenius agatur in ea actione, *l. penult.
D. rer. amot.* cum ea quæ rem amouit, eodem modo &
lenius erit agendum cum eius hæredibus, vt in ſoli-
dum non teneantur, *l.* 3. §. *pen. D. de peculio.* † Neque 59
obſtat quod actio rerum amotarum & condictio fur-
tiua parificentur *in dict. leg. contra*, §. *item hæres l. ſi mu-
lier* 24. §. *hæc actio. D. rer. amot.* Quia ea æquiparatio
non procedit quoad omnia, ſed quoad ea, quæ iure
exprimuntur. At quantum ad hanc partem non con-
ſtat eas actiones eſſe æquiparatas, cum condictio in
ſolidum, actio verò rerum amotarum in quantum ad
hæredem peruenerit, competant. † Minus obſtat *l.* 3. *fin.* 60
*D. rer. amot.* quia pater ibi non fuit conuentus actione
rerum amotarum quaſi hæres filiæ, ſed cùm pater agat
de dote, adiuncta filia non aliter agere poteſt niſi ſatiſ-
det ſe in ſolidũ ſoluturum quod filia amouerit, & quod
iudica

iudicatum fuerit, quia ex perſona filiæ agit, & ſic in ſolidum defendit, vt notauit *ibi* Accurſ. *verb. in ſolidum,* quòd etiam cum filia mortua eſt tenetur pater in quantum eſt locupletior. Hæc addere libuit iis, quæ circa hunc articulum fusè & confusè admodum ſcripſere, Anton. Fabian. Shifordegh. *ſupradictis locis*, quos ad longiorem huius rei tractatum conſulere poteris.

61 Vt verò huic tractatui vltimum complementum accedat, reſtat videre quomodo huiuſmodi cauſæ ſint cum hæredibus proſequendæ, & quidem ſi viuentibus reis conteſtata eſt lis, certum eſt in hæredem inſtantiam tranſire, *leg. hæres abſens* 19. *leg. ſi petitor* 30. *leg. ſi is qui* 35. *Digeſt. de iudiciis*, vbi notat Barboſ. *& in leg. ſi conſtante*, §. *fin. Digeſt. ſolut. matrim.* Sichar. *numero* 20. *in dict. leg. vnic. Codic. ex delict.* vbi Caldas 4. *part. numero* 25. *&* 5. *part. numero* 5. Gregor. *in leg.* 45. *titul.* 1. *part.* 7. qui dicunt eſſe agendum eâdem inſtantia veteri, non noua, & ita hæredes tenebuntur in eo ſtatu litem ſuſcipere, iuxta ea quæ in ſimili tradit Couar. *in* 1. *p. cap.* 13. *& ſeq.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 26. *Peruſ.* Gail. *libro* 4. *obſeru.* 69. *&* 70. & ita contra Procuratorem nominatum à defuncto abſque citatione hæredum ferri debet ſententia, & præiudicium iis cauſabit. Gail. *ſupr. obſeru.* 709. *numero* 7. Franch. *deciſ.* 241. Surdus *conſ.* 99. *numero* 17. ſed ſi Procurator non erat nominatus, citari debent hæredes vel officio Iudicis, vel ad petitionem partis, & ſi reus mortuus eſſet, cum ignoraretur eius mors à Iudice, & ferret ſententiam diffinitiuam alteram interlocutoriam ferre tenetur, qua transferat in hæredem cauſam illam, & iubere vt de ſtatu certiorentur, & de ſententia vt eis præiudicet, & contra ipſos poſſit executioni mandari, quia iam contra defunctum reddita eſt inefficax. *l.* 2. *D. quæ ſent. ſine appell. l. ſi eum* 33. *D. de fideiuſſ.* docet *ibi* Caſtren. *& in l. in ſumma, D. de re iudic.* Bart. *in l. poſtulante, D. ad Trebell.* Panormit & Decius *in cap. quia de iudiciis*, Gama *deciſ.* 324. Maſtrill. *deciſ.* 137. *numero* 13. Gail. *d. obſeru.* 109. *ex num.* 4. vbi Græueus *in additio. conſid.* 2. Cabed. *dec.* 197. *numero* 6. *part.* 1. Caldas *ſupr.* 4. *p. num.* 24. Valaſc.
62 *conſult.* 38. † Si verò lis cum defuncto non fuerit conteſtata, nec cœpta controuerſia, verùm contra ſua bona, vel hæredes, aut fideiuſſores fiſcus, aut alij pro ſuo intereſſe agere intenderent, ex eo quod delicta aliqua commiſerit quæ morte non extinguuntur, tunc hæredes, aut fideiuſſores citandi ſunt, vt cum illis cauſa agatur, & defuncti memoriam, & bona & innocentiam defendant. Quod & in crimine hæreſis, aut Maieſtatis obſeruandum eſt ita Farinac. *dict. quæſt.* 10. *numero* 83. Caldas *ſup.* 5. *p. num.* 5. Caballus *caſ.* 598. *numero* 29. *& ſeq.* Cabedo *ſup. num.* 6. Oſaſcus *deciſ.* 148. *in princip. &* 106. *num.* 2. etſi hæredes non comparerent, vel quia ignoraretur vbi eſſent, vel longinquis partibus agerent, tunc ſufficeret bonis conſtituere defenſorem cum quo lis poſſit peragi, vt docet idem Cabedo *ſup. num.* 8. *&* 9. Greg. *in l.* 10. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ. penult.* Garcia *de expenſ. cap.* 20. *num.* 3. cui defenſori non debet dari terminus, aut conſultandos hæredes, vel fideiuſſores, quia ita fieret lis immortalis. Panormit. *in cap. expoſitum numero* 5. *de dilatio.* Azeued. *in*
63 *lege* 3. *tit.* 8. *libro* 4. *Recop. numero* 24. † Forma autem ſententiæ in huiuſmodi caſibus erit vt nec defunctus, nec eius memoria condemnetur, (quia hoc tantum habet locum in criminibus læſæ Maieſtatis, aut hæreſis) ſed declarare defunctum pro tali exceſſu pœnam à lege impoſitam incurriſſe, & ita bona ſua, aut hæredes obligatos manere ad ſoluendum, & quòd ad id compellantur, ita poſt alios Mandel. *conſil.* 90. *numero* 5. *verſ. puto tamen.* Follerius *in praxi crim.* 6. *part. princip. numero* 12. Caball. *caſ.* 298. *num.* 37. Peregrin. *de iure fiſci. libro* 4. *tit.* 5. *num.* 34. Farinac. *d. quæſt.* 10. *num.* 83. licet Griuell. *deciſ. Dolan.* 6. *num.* 8. *& ſeqq.* contrarium teneat.

Huc vſque dictum eſt de reo defuncto, quando an- 64
te, vel poſt litis conteſtationem moriatur. Nunc etiam & viuere neceſſe eſt, quid dicendum ſi actor moriatur; cuius ius extinctum videtur morte ſuâ; veluti ſi aliquis reus fuerit poſtulatus quòd virginem corruperit, quæ ab eo expoſtulat, vt honorem amiſſum reſarciat, & pendente lite mulier deceſſerit. Quæritur an vir adhuc teneatur ad dotem perſoluendam; vel inſtantia ſit perempta morte ipſius mulieris? Hanc quæſtionem mouent poſt Caualcan. *deciſ.* 10. *part.* 3. *num.* 38. & Claud. *in addit. ad Bertazol. conſ.* 96. Ioan. Baptiſt. Lupus *de illegitimis, comment.* 1. §. 5. *numero* .. Baiar. *ad Iul. Clar vel ſtuprum. num.* 24. Cancer. 3. *par. var. cap.* 11. *numero* 132. *& ſeq.* Fontanell. 2. *tom. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 5. *part.* 1. *numer.* 86. *& ſeq.* Nauarra *de reſtitutio. libro* 2. *cap.* 3. *numero* 435. Bonacina *tom.* 1. *tract. de matrim. quæſt.* 4. *punct.* 17. *propoſ.* 3. *numero* 10. In qua re aſſentiur Baiar. Cancer. & Fontan. qui volunt ſtupratorem teneri ad dotis conſtitutionem, etiamſi mulier ſtuprata fuerit mortua pendente lite. Nam eo ipſo quòd mulier de ſtupro queritur, videtur ſe conformare cum legis diſpoſitione, quæ eſt quòd aut cum ea nubat vir, vel dotem præſtet, *cap.* 1. *&* 2. *de adulte-*
*riis.* † Circa quæ iura licet controuerſia fuerit an 65
obligatio ſtupratoris ſit copulatiua, ita vt teneretur ducere & dotare, vel alternatiua, ita vt vel vnum, aut aliud debeat adimplere, generali conſuetudine hoc vltimum receptum eſt, vltra DD. *in d. iur.* tenent relati à Fontanel. *dict. gloſſ.* 5. *numero* 8. Gutier. *libro* 1. *can. cap.* 37. *numero* 7. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 4. *diſt.* 104. *numero* 9. Farinac. *quæſt.* 147. *ex num.* 97. *& deciſ.* 74. Ant. Fab. *in Cod. libro* 9. *tit. ad leg. Iul. de adult. diffin.* 5. Tuſch.
*tom.* 7. *lit. S. concl.* 709. *num.* 27. *& ſeq.* † Et ita cùm reum 66
poſtulauerit, videtur agnoſcere dotis conſtitutionem, quam ad ſuos hæredes tranſmittit, *leg. ſi penum* 24. *l. cum ſine* 19. *D. quando dies l. ced.* quæ conſtitutio dotis pœnæ nomine applicatur, & ſic in libello ſtupratæ ſemper adiicitur, vt nomine intereſſe condemnetur in tantum Ant. Gom. *in l.* 80. *Taur. numero* 8. Vnde eneruatur illud argumentum quo vſi ſunt partis contrariæ aſſertores, nempe Borgnin. Caual. *d. deciſ.* 10. *& in repertorio deciſio. verb. matrimonium ſine denunciatione, numero* 7. & Claud. *in addit. ad conſil.* 96. *Bertazol. lit. B.*
† Quod lex compellit ſtupratorem ad dotandum, & 67
cùm dotis nomen non ſit ſine matrimonio, *l. fin. Cod. de donat. ante nupt. l.* 3. *ff. de iure dot.* cum notatis ab Ant. Fab. *in Ratio. ad leg. nec vllam* 13. §. 1. *verſ. item pro dote, per text.* ibi, *de pet. hær.* non poteſt aliquid peti ſine matrimonio, & ſi moriatur antè, nihil tranſmittit ad
hæredes. † Quo argumento ita inſultat Caualcan. 68
vt reprehendens quandam declarationem Iudicis, qui mortuâ muliere corruptâ ſtupratorem ad dotandum condemnauerat, ait hoc fuiſſe ex capite proprio, & iudicatum contra omnes leges & Prophetas. O maximum Borgnini argumentum qui Iudicem illum, qui rectiſſimè iudicauerat, ipſe contra leges & Prophetas
condemnat, & id non ſine ratione dicemus. † Nam 69
aliàs ſequeretur quòd ſi non poſſet nubere ſtuprator, vel quia eſſet Sacerdos, aut aliàs vxoratus, vel quia eſt illi valde diſpar coniugium, vel aliâ ratione, tunc non teneretur dotem dare cùm matrimonium non eſſet. Quod tamen falſum eſt, vt omnes poſt Panorm. & alios *in dict. cap.* 1. *de adult.* obſeruant, & Molina *d. diſp.* 104. *numero* 9. Gutier. *d. cap.* 37. *num.* 3. Dotem ergo vocant lucra reſpectu matrimonij quod contrahere poteſt, vt mediante dotatione contrahat, quæ aliàs non ita congruè ob violatam virginitatem nubere non poteſt, & hoc ſenſu dos dicitur eſſe etiam ſine matrimonio, *leg. quæſitum* 17. §. *fin ff. de rebus auct. iud. poſſid. l. ſi ſponſa* 74. *D. de iure dot.* & ita obligatio

dotis in hoc caſu eſt verum intereſſe partis, vt poſt
Panorm. Butrium & Ananiam tenet Gregor. *in leg. 2.*
70 *tit. 19. p. 7.* † Et quamuis obligatio ſtupratoris ſit al-
ternatiua, vt diximus, & in vtrumque ſit in obligatio-
ne dotare, vel nubere, & ſecundùm iuris regulas in al-
ternatiuis debitoris ſit electio. *reg. in alternatiuis, de
regul. iur. in 6.* cum vulgatis, in hoc tamen caſu electio
non eſt, neque poteſt eſſe ſtupratoris, nec ſtupratæ,
neque Iudicis qui in pœnis ſolet habere electionem.
Siquidem poteſt mulier tenuere & nolle contrahere
cum ſtupratore, etiamſi ipſe velit cum ea inire matri-
monium ad effugiendam pœnam, quo caſu pœnas pe-
cuniarias reportabit tanquam verum intereſſe, *dict.
cap. 1. de adult. verſ. ſi verò*, aduertit Couar. *in 4. part. 2.
cap. 6. §. 8. num. 15.* quia nullus poteſt ad contrahen-
dum inuitus compelli, & ita nec Iudex poterit impo-
nere præceptum præciſum contrahendi, vnde eſt vt
ſtuprator cùm nequeat petere electionem, præcisè
procedit eo in caſu pœna pecuniaria, quæ habet locum
quoties eſt impedimentum iuris inter partes ne poſ-
ſint nubere, vt voluit Anania *in cap. 2. de adult. num. 2.
verſ. ex prædictis*, veluti ſi mulier iam cum alio con-
traxerat, & peteret contra ſtupratorem, vt tenet Ant.
Gom. *in leg. 80. Taur. num. 11.* vel eſſet conſanguinea,
71 vel vir vxoratus. † Hancque pœnam transfert mu-
lier in ſuos hæredes, qui ex eius capite capiunt, tum
propter intereſſe, tum & propter ſtupri delictum, &
ob iniuriam factam non ſolùm ipſi virgini, ſed etiam
eius patribus, aut cognationi, *dict. cap. 2. de adult.* no-
tat Molin. *d. diſp. 104. num. 9. in fin. & num. 12.* Cancer.
*ſup. num. 44.* Fontanell. *n. 88.* & alij relati à Farinac.
*d. quæſt. 147. n. 108. & 129.*
72 Vt iam noſtræ legis tractatui finem imponamus,
ſecundo modo eam accepit Accurſ. poſt antiquos In-
terpretes Pileum & Ioannem, in eo qui cum crimen
commiſiſſet, mortem ſibi conſciuit, ſic enim expli-
cant illa verba, *qui vitæ ſua tempore conſcientiam ſuam
polluiſſe criminibus*, quaſi velit lex in tali caſu non ali-
ter ad fiſcum bona eſſe deferenda, quàm ſi conſtet ip-
ſum mortem ſibi intuliſſe propter crimen, non verò
tædio vitæ, quod crimen debet probari poſt mortem
*l. in fraudem 46. §. eius D. hoc tit. leg. 1. Cod. de bon. dam.*
73 † Quæ traditio ita obſcurè à DD. proponitur, vt vix
ſine labore intelligas quid in hoc caſu tenendum ſit.
Ego itaque rem ſic habere opinor, quòd ſi aliquis reus
poſtulatus de aliquo crimine mortem ſibi conſciuerit,
quæratur quomodo contra hæredem debeat procedi?
& dicendum eſt, quod ſi tædio vitæ, vel dolore, vel
ob aliam cauſam, aut morbum ſibi manus intulerit,
tunc hæredem habere poterit, *leg. ſi quis filio 6. §. eius
qui 7. D. de iniuſt. rupt. l. fin. §. ſi quis 4. Digeſt. de bonis
eorum qui ante ſent. l. 2. C. qui teſtam. facer. poſſ.* & tunc vt
cum eis controuerſia ſuper bonis fiat, neceſſariò ad-
mittendum erit quod de criminibus publicis, aut pri-
74 uatis dictum eſt. † Si verò conſcientia criminis &
occaſione pœnæ quam ſubiturus erat, ſe occidit, ſi cri-
men de quo accuſabatur, erat publicum, quod memo-
riam eius damnat, tunc hæredem habere non poterit,
& ſic in fiſcum bona transferuntur, quia pro confeſſo
habetur. *§. per contrarium 1. de hæred. quæ ab inteſt. l. fin.
in princ. D. de bon. eor. qui ante ſent.* At ſi delictum erat
tale quod bona non adimeret, vt furtum, & ſimilia,
ea diſtinctio adhibenda eſt, quæ de crimine priuato
agit *ſuprà*. vt ſcilicet morte extinguatur crimen, ve-
rum accuſabitur de crimine ſecundo, id eſt, de morte
ſibi illata, & tunc hæres poterit innocentiam rei de-
fendere, ita docet Bald. *in dict. l. 2. Cod. qui teſt. facer.*
de qua ſi non conſtat, tunc ſententia non erit condem-
natoria, ſed declaratoria, illum nempe ſe occidiſſe, vt
ait Platea *hic num. 5.* Farin. *quæſt. 128. ex n. 47.* docent
relati ab Azeued. *in l. 8. tit. 23. libro 8. Reo. n. 3.* & dixi-
75 mus *ſuprà n. 40. & ſeq.* † De iure verò noſtro hæc di-
ſtinctio neceſſaria non eſt, nam *dict. l. 8.* bona eius, qui
ſe occiderit, fiſco applicantur, ſi non habeat hæredes
deſcendentes, neque attenditur an tædio vitæ, vel do-
lore, aut morbo, vel conſcientia ſceleris ſe occidat,
ſed indiſtinctè quomodocumque ſe occidat, amiſſio
bonorum inducitur, & id rectiſſimè. Nam deſperatio
quacumque ratione accidat grauiſſimum crimen eſt,
& odioſiſſimum peccatum, vtpote quod auferat Deo
quod pulchius, & tanto Domino piiſſimo dignius eſt,
id eſt, miſericordiam, & eius pietatis confidentiam
denegat non minus caſus tædij, quam doloris, vel con-
ſcientiæ, & ob id iure Canonico talibus denegatur Ec-
cleſiaſtica ſepultura, & pro eis orare prohibetur *cap.
placuit 27. quæſt. 5. c. ex parte el 2. de ſepult. l. 1. & 2. tit.
27. pag. 7. l. 24. tit. 1. ead. p.* videndi Plaza *de delict. c. 23.*
Tiraquel. *de nobil. cap. 31. n. 359.* Farinac. *qu. 128. tot.*
† Quod verò *d. l. 8.* &c. vult ad fiſcum ſe occidentis 76
non pertinere, *ſi hæredes relinquat deſcendentes*, cum ef-
fectu accipi debet, vt notauit Valenzuel. *hic n. 11.* &
Azeued. *ibi num. 22.* Nam ſi ex capite impotentiæ,
vel nobilitatis excludantur ab hæreditate, fiet locus
fiſco, qui non excludetur eo prætextu quod talis deſ-
cendens ex potentia ſanguinis, vel iuris deliberandi
tranſmiſerit ad hæreditatem ad quoſcumque hæredes,
quia *d. l. 8.* tantum deſcendentes voluit admitti, non
aſcendentes, aut collaterales, & illi ſi ſint hæredes, at-
que ita denegandum erit ius tranſmiſſionis, quia non
eſt hæres ille, in quem facta eſt tranſmiſſio, quia po-
teſt non eſſe hæres cùm poſſit repudiare.

## TIT. II.

### *De conueniendis fiſci debitoribus.*

AD l. 1. hoc tit. vide quæ latè diximus *in l. 1.
infr. de Decur.* Oſuual. *ad Donell. lib. 15.
c. 48. lit. L. & ſeq.* Trentacinq. *lib. 3. var. tit.
de ſolut. reſol. 16. n. 3.* Surd. *conſ. 4. vol. 1.* Pez.
*de iure fiſc. lib. 6. tit. 6. num. 25.* Maſtr. *ad Capyc. dec. 54.
Tuſc.*

## TIT. III.

### *De fide, & iure haſtæ fiſcalis, & de adjectionibus.*

SVMMARIVM.

1 *Huius tituli littera emaculatur.*
2 *Auctio publica fiebat haſtâ in foro poſitâ, & vnde ori-
go eius ſolemnitatis*, & num. 3.
4 *Haſta inſigne Imperij non ſolum apud Romanos, ſed
etiam apud alias Nationes*, & num. 5.
6 *Centumuiri ſub haſta iudicabant, explicatur* l. 2. §. de-
inde 29. de orig. iur. & num. 7.
8 *Vera proponitur Pomponij littera, & mens in* d. §. 29.
*& an priùs fuerint decemuiri, an centumuiri.*
9 *Explicatur Vlp.* in l. 1. §. caſum D. de poſtulan. *&
an haſta fuerit inſigne Magiſtratus?*
10 *Venditio publica ſemper exercebatur haſta in foro po-
ſitâ.*
11 *Haſta pro auctione publica vſurpatur.*
12 *Quare domina dicatur haſta ab Iuuenali, & creditoris
Cicerone, triſtis à Propertio.*
13 Haſtæ *verbo intelligimus hodie locum in quo plus lici-
tantis res addicuntur.*

14 Quid

14 *Quid haſtæ verbo in noſtro titulo concipiatur, & quæ huius tituli intentio?*
15 *Quanta ſit fides auctionis & haſtæ?*
16 *De adiectionibus remiſſiuè tractatur ad explicationem ſecundæ partis noſtri tituli.*
17 *Differentia inter adiectionem & addictionem proponatur remiſſiuè.*

1 DVPLEX mendum in huius tituli inſcri-
ptionem irrepſerat, & cum perperam lege-
batur, *de fide inſtrumentorum*, quod legibus
ſubiectis non conuenit, in quibus de in-
ſtrumentis nihil ſtatuitur, & cum adiectum eſſet ver-
bum *addictionibus*, vel *auctionibus*, vt legit Pyrrhus
cum *de actionibus* concipi deberet, & ita in Codice
Theodoſiano *lib.10.tit.17.* verius exaratum eſt, *De fi-
de, & iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionibus*, ita poſt Ac-
curſ. & alios notarunt Cuiac. Gothofred. & Valenz.
2 ſtatim *in princip.* † Agitur ergo in hoc titulo de bo-
nis debitorum fiſci vendendis in publica auctione, vt
ex illis ſolutio eidem fiat, *l.1.tot. Cod. ſi propter publ.
penſit.* quæ auctio fiebat haſta in foro poſita, vt ex
Cicer. 2. *Philipp.* Valer. Max. *libro 5.cap.1.* probat
Alex. ab Alexan. *libro 3.genial.cap.1.* cum ſuo Tiraq.
Panciroll. *libro 1.var.cap.35.& 93.* Oſuuald. *ad Donel.
lib.1.c.14.lit.C.* & animaduertitur *in l.ſi quos 16. C.de
reſcind.vend. l.ſi hypothecas 8. C.de remiſ. pign. l.3. C.de*
3 *exec.rei iud.* cum aliis *ll.hoc tit.* † Origo huius ſolem-
nitatis inde deducta eſt, quia haſta apud Romanos in
frequenti vſu, ita vt Romulus eius fundator, ſeu am-
plificator *Quirinus* dictus quod haſtam (quæ *quiris*
Sabinâ voce haſta eſt) ſemper geſtarit, vt obſeruauit
eleganter Ouid *lib.2.Faſt.*

*—— At tertia dicta Quirino*
*(Qui tenet hoc nomen Romulus antè fuit)*
*Siue quod haſta quiris priſcis eſt dicta Sabini:*
*Bellicus à telo venit in aſtra Deus.*

4 Nam *haſta* inſigne fuit Imperij, teſte Feſto *verb.celiba-
ri haſta, lib.3.* & ob id Reges antiqui haſtam pro dia-
demate, ſeu ſceptro geſtarunt, vt probat ex Iuſtino
*lib.43.Hiſt.* P.Greg. *lib.6.Syntag.cap.14.n.7.& lib.47.
c.24.* Sic *Regum lib.1.c.22.num.6.* dicitur, *Saül autem
cùm maneret in Gabaa, & eſſet in nemore quod in Rama, ha-
ſtam manu tenens, cùmque ſerui eius circumſtarent eum.*
vbi certum eſt haſtam ibi eſſe ſceptrum, vt nota-
runt Sacri Scriptores, & præcipuè Gaſpar Sanctius.
Hucque alluſit Claudian. *de nuptiis Honorij, ver-
ſic.119.*

*—— Qui cuſpide Gallos.*
*Italiámque fouet.*

Et lib.2.de raptu Proſep.

*Et Pandionias quæ cuſpide temperat arces.*

5 † Quod præcipuè apud Romanos obtinuiſſe docemur
ab Halicarnaſſ. *lib.5.* apud quos pro Marte haſta cole-
batur, vt Varro Auctor eſt Arnobius *lib.9.* & Clemens
Alex. *in orat.ad gentes.* Qui ita huic ſuperſtitioni ſe
manciparunt, vt per haſtam ipſi Romani intellige-
rentur. Vnde Roma haſtata Sidonio *carm.2.verſ.398.*
6 *& carm.5. verſ.62. & carm.7. verſ.49.* † Inde etiam
centumviri cùm cogerentur iudicare in loco, in quo
conſederant, haſtam fixam habebant, & in haſtas, ſeu
tribunalia, diuidi ſolebant, vnde haſta pro centumvi-
rali iudicio per metonymiam accipitur *leg.2. §.deinde
cùm eſſet 29. de orig.iur.* ibi, *Deinde cùm eſſet neceſſarius
Magiſtratus qui haſtæ præeſſet, decemviri in litibus iudi-
candis ſunt conſtituti*, ita legendum exiſtimarunt Bu-
dæus, Zaſius & Cuiac. *ibi, & lib.3.obſeru.c.32.* & P.
Greg. *d.c.24 num.5.* non, vt antea legebatur, *centumui-
ri*, quod videtur pugnare cum Quintilian. *lib.5.inſtit.
cap.2.* & Matth. *lib.7.ep.62.*

*Hunc miratur adhuc centum grauis haſta virorum,*

In quo dubio referando vehementer æſtuat Ræuar.
*pro tribun.cap.19.* neque immeritò, cum ante Auguſti
tempora decemviri haſtam centumviralem non vi-
deantur coëgiſſe, ſic teſtatur Sueton. *in Auguſt.cap 36.*
Quâ difficultate motus adiicit aliud eſſe haſtæ præeſ-
ſe, aliud centumviralem haſtam cogere, aut certè ve-
hementer lapſum Pomponium *in d.l.2.§.deinde.* † Bu- 7
dæus exiſtimat decemviros illos ex centumviris fuiſ-
ſe, qui cum opus eſſet, centumviros cogerent ad ha-
ſtam, id eſt, ad locum, ad quem haſta fixa conuenire
ſolebant, id videtur ſequi Petr.Gregor. *ſupr. d.num.5.*
& A.Auguſt. *de legibus cap. de lege Æbutia de centum-
viris, pag.mihi 33.* Nam litibus (vt antiqui dicebant)
iudicandis centumviri cum deſignati eſſent, his decem
viri præerant, quod videtur confirmare Auctor Poë-
matij, ad Piſonem, ſiue is ſit Ouidius, ſiue Lucanus.

*Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum,*
*Et firmare iubet centeno Iudice cauſam.*

† Quæ ſi tibi non arrideant, & retinere rectiùs iudi- 8
carem antiquam lectionem Pomponij, qui ita verè
ſcripſit. *Deinde cùm eſſet neceſſarius magiſtratus qui ha-
ſtæ præeſſent, centumviri litibus iudicandis ſunt conſtituti*,
quæ lectio confirmatur ex *d.l.2.poſt aliquod 28.* vbi di-
citur quòd cum prætores litibus finiendis impares eſ-
ſent, tum quod multæ eſſent, tum quòd bellis deti-
nerentur, neceſſariò inuentus eſt Magiſtratus cẽtum-
virorum, & prius eorum creatio facta, quam decemvi-
rorum, quibus ab Auguſto poſtea data eſt facultas vt
centumviris præeſſent, & eos ad haſtam cogerent,
quo in ſenſu accipiendus eſt Suetonius *ſupr.* & Poë-
matij locus, vide Polletum *lib.3 hiſt.fort.Rom.cap.14.*

Vnde cum iudicia ſub haſta veluti popularia eſſent 9
Romanorum, quorum præcipuum tribunal erat haſta,
& tale inſigne populum iudicij & cauſarum locum
admoneret, videtur de haſta capiendus Vlp. *in dict.
leg.1.§.caſum.D.de poſtulan.* ex Ræuardi ſententia *dict.
cap.19.* vbi cæcus vtriſque luminibus orbatus à poſtu-
lando repellitur, ea ratione, quoniam *inſignia magi-
ſtratus videre & revereri non poſſit.* id eſt, non poteſt vi-
dere haſtam Magiſtratus ſedentis pro tribunali, quæ
interpretatio aliena eſt ab ſenſu, & mente Vlpiani,
quia haſta non fuit inſignè Magiſtratus, ſed loci iudi-
cialis & tribunalis. Inſignia autem Magiſtratus, quo-
rum meminit Vlp. *in dict. §. caſum,* erant geſtamina,
aut ornamenta, quibus à cæteris hominibus ſepara-
batur, vt auguſtior ſpectabiliórque appareret, vt no-
tant Briſſon. *libro 3.antiq.cap.14.& 15.* Panciroll. *li-
bro 1.var.cap.9.in princ.* qualia erant trabea, prætex-
ta purpurea, faſces, ſceptrum, ſella curulis. Senec. *de
beneficiis libro 1.cap..* ibi, *Quid habet corona pretioſum?
quid prætexta, quid faſces, quid tribunal & currus? Nihil
horum honor eſt, ſed honoris inſigne*, & Prudent. *in Rom.*

*—— Nónne curſim tranſeunt*
*Faſces, ſecures, ſella, prætexta toga,*
*Lictor, tribunal, & trecenta inſignia.*
*Quibus tumetis?*

De his inſignibus eſt videndus Briſſon. *d. libro 3. cap.
13.* & poſt eum Pancir. *dict.cap.9.cum ſeq.* Gothofred.
*in dict.§.caſum.* Bulenger. *de Imper.Rom.libro 2.cap.14.*
& nos, Deo volente dicemus *in tit.infr. de Decurion. in
leg. fin. & in titul. infr. publicæ lætitiæ nunt.* Fuit ete-
nim apud omnes Nationes commune, Iudices veſti-
bus ab aliis ſeparari, quemadmodum apud nos Regio-
rum Auditorum inſigne eſt veſtis talaris, ſinuoſæ
quam *Garnacha* vocamus, cæterorum Iudicum eſt
virga quæ ab haſta illa antiqua videtur originem de-
ſumere.

Hic quoque factum eſt, vt ſemper haſtæ vſus in om- 10
nibus negotiis publicis frequens fuerit apud Roma-
ros, & ideò cum publica venditio, ad quam qui vo-
luiſſet admittebatur, exercenda eſſet auctionibus & li-
citationibus, ſub haſta fiebat. Sic captiui vendeban-
tur ſub haſta, vt ex Auctoribus probat Simon Schard.

*de verb.iur.verbo haſta ab haſto.* & in qualibet auctione, præcipuè facta à fiſco de bonis proſcriptorum, vel damnatorum, vel aliorum debitorum haſta fixa peragebatur, præcone proclamante & inuitante ad plus licitandum, vel denuntiante rem eſſe venalem, ita obſeruauit Acron. *in Horat. lib.*1. *Satyr.*6. Cælius Rodigin. *libro* 21.*lect.cap.*17. Petr. Gregor. *dict.capit.*24. *numero* 9. Pancirol. *d.libro* 1.*cap.*93. Dorleans *ad Tacit.libro* 6.*annal.pag.*542. Quibus adiici poteſt elegans Claudiani locus *in* 4.*conſul.tu Honorij,verſ.*495. vbi inter alia quæ in Honorij benignitatis commendationem recenſet, ait,

*Impia continui ceſſant augmenta tributi*
*Non infelices tabulæ, non haſta refixas*
*Vendit opes auidas, emptor non voce citatur.*

Cui congruit Tertullian. *in Apog. cap.*13. agens de gentium idolis quæ ſub haſta venibant. *Si Capitolium; ſi olitorium forum petitur, ſub eadem voce præconis, ſub eadem haſta, ſub eadem annotatione quæſtoris dignitas addi-*
11 *cta conducitur.* † Hinc haſta pro auctione publica apud Auctores. Tacit. *libro* 3. *annal.* agens de mancipibus, ſeu redemptoribus, qui eo ipſo quod conductas operas non præſtiterant, aut vias non munierant, inſectabuntur pignoribus captis. *Quod haud perinde publicè vſui habitum, quàm exitioſum multis quorum in pecuniam atque famam damnationibus haſta ſæuiebat.* Senec. lib.1. de ira cap.2. *Videbis cædes, ac venena, vrbium clades, & totarum exitia gentium, & Principum ſub ciuili haſta capita venalia. leg.*1.*cum aliis toto hoc tit.* & ſub haſta dicuntur bona comparari quæ licitando emuntur, *leg.fin.Cod. ſi propter publ.penſit.* & contractus ipſe dicitur *haſta* & *ſubhaſtatio*, teſtantur Petr. Greg. *dict.cap.*24.*num.*9. Gothofred. *hîc*, & Pancirol. *dict.ca-*
12 *pit.*93. † Inde ab Iuuenal. haſta *domina* appellatur, *ſat.*3.*verſ.*33.

*Et præbere caput domina venale ſub haſta.*

Per hypallegem ab effectu, quòd ea mediante ſerui venditi efficerentur dominorum, vt explicat *ibi.* Grangeus. Sicut Cicero vocauit eam *Cruentam*, 2. *Philip.* quod bona Pompei haſtæ à Cæſare fuerint ſubiecta. & Propertius *triſtem perticam libro* 4. *eleg.*1. ex ſententia Beroal. *ibi*, & Lipſij *libro* 3. *var. lect. capit.*23.

*Abſtulit excultæ pertica triſtis opes.*

13 † Vita haſta fuit titulus quaſi iure gentium tutiſſimus, quo emptores conſequerentur dominium rei licitatæ, quaſi omnium conſenſu accedente. Sed formâ illâ & ſolemnitate mutatâ, res manſit, & *haſtæ* verbo intelligimus publicum locum, vbi publicè res venduntur per licitationes emptorum, quæ venditio dicitur *auctio*, qua res plus licitanti addicuntur, apud nos di-
14 citur, *Almoneda.* † Vnde in hoc titulo ſolùm agitur de illa ſubhaſtatione fiſcali, quæ ad petitionem fiſci creditoris, aut eius Procuratoris ſolempiter fit, vt pro debito ſibi exſoluendo bona debitorum ſuorum diſtrahantur, vel ſi alicuius bona publicarentur, eodem modo vendantur. Oſtenditurque quanta ſit fides talis venditionis, quámque firma ſit & ſecura, vt nequaquam poſſit quocumque prætextu reſcindi, *dict. leg. ſi hypothecas, Cod. de remiſſ.pign. iuncta leg. quæcumque* 5. *infr. hic tit.* ita vt ſi inſtrumenta emptionis à fiſco factæ non extent, ſi tamen legitimis probationibus doceatur, emptionem fiſco auctionante celebratam nul-
15 latenus conuellatur, *leg.*3.*hoc tit.* † Adeò publicæ auctionis non modo iure Romano, verùm etiam omnium gentium inſtituti tanta eſt auctoritas & vis, vt nullus neque certior, neque firmior dominij adquirendi modus eſſe cenſeatur, *dict.l.quæcumque hoc tit.* Idcircóque haſta in foro propoſita auctiones fiebant, vt diximus, quaſi populus data fide publica earum venditionum euictionem belli & armorum periculo in ſe reciperet, ob eamque cauſam quarum rerum venditiones vulgari & vſitato modo factæ non valerent, pleræque ſolemnitate ſubhaſtationis adhibita quaſi fide publica data firmitatem obtinerent, vt conſiderauit Hottom. *conſ.*24.*in princ.*

Secunda pars noſtri tituli inſcribitur, *de adiectionibus*, quæ ſunt licitationes, ſeu promiſſiones offe- 16
rentium maius pretium in auctionibus fiſcalibus, apud nos dicuntur *Pujas, leg.*1. *infr. de vend. reb. ciuit. leg.*2. *infr. de locat. præd. ciuil. leg. pen. infr. de omni agro deſer. iuncta l. ſi tempora, infr. hoc tit. l. Lucius* 21.§.*fin. D. ad municip.* obſeruant Gothofred. *in dict. leg.*1. *de vend. reb. ciu.* A. Auguſtin. *libro* 2. *emen. cap.* 3. Parlador. *lib.*2.*quot. cap. fin.*5.*part.*§.13.*toto, maximè numero* 14. Gutier. *de gabell.rub.de las poſturas y pujas, quæſt.*141. *& ſeq.* qui multa ad has auctiones neceſſaria addu-
cunt. † Differt autem *adiectio* ab *addictione*, quo- 17
niam ea eſt collatio rerum ſubiectarum voci præconis facta eis qui in auctione plus licitatus eſt (nos dicimus *el remate*) rectè docuit Cujac. *hîc*. id eſt, adjudicatio rei venalis facta emptori qui meliorem attulerit conditionem, *toto tit. D. de in diem addict.* cum iis quæ tradunt Parlador. *d.*5.*part.*§.13.*n.*1. Gutier. *de gabell. quæſt.*152. Azeued. *in rub.tit.*13.*libro* 9. *Recop.* Oſvvald. *ad Donell. libro* 16.*cap.*8. *lit. A.* eámque differentiam comprobarunt IC. *in l.*4.§.1. aliàs eſt *l. ſi res* 5.*l.licèt* 7.*l.ſed ſi proponatur* 10.*cum ſeq. D. de in diem addict.* quæ verò fuſiſſimè, vt ſolet, adducit Valenzuela *in hac rubrica* de fide inſtrumentorum, cùm minimè ad tractatum noſtrum pertineant, delenda ſunt. Nam extra chorum & propoſitum loqui etiam ſi pulcherrimum ſit, in ſe frigeſcit.

## LEX I.

*Imp.* ANTONINVS A. *Curtio.*

Quod in libellum contuliſti, Procuratori meo, ad cuius officium deſiderium tuum pertinet, allega, cui ſi probaueris, non auctore Procuratore, vel eo, cui vendendi fuit facultas, neque habitis haſtis, neque omni ordine peracto, venditas res eſſe, & id quod ex cauſa iudicati debes, exſolueris, reſciſsâ venditione malâ fide factâ, eaſdem res recipies cum fructibus, quos ad emptorem malâ fide perueniſſe, vel peruenire debere, conſtiterit.

## LEX II.

*Imp.* GORDIANVS A. *Heracleoni.*

Duplex ratio deſiderium tuum iuuat: & quod prætermiſsâ haſtarum ſolemnitate poſſeſſiones tuas ex officio diſtractas ſuggeris: & quòd pretij vtilitate ob exiguum debitum gratioſam emptionem in fraudem tuam inutilitatémq; rationum mearum Aduerſarium commentum fuiſſe dicis. Quapropter illicita iſta redargue, tam indemnitati fiſci conſulturus, quàm tuæ ſecuritati operam laturus.

LEX

## LEX III.

### *Impp.* DIOCLETIAN. *&* MAXIM. AA. & CC. *Marcellinæ.*

Si tempora, quæ in fiſcalibus auctionibus, vel haſtis ſtatuta ſunt, patiuntur: cùm etiam augmentum te facturam eſſe profitearis, adi rationalem noſtrum, vt iuſtam vberioris pretij oblationem admittat.

*SVMMARIVM.*

1 *Vt venditio rerum fiſcalium nullo modo poſſit infirmari, ſolemnitas huius tit. admiſſa eſt.*

2 *Quæ requirantur ad hanc ſolemnitatem ſubhaſtationis?*

3 *Quando dicatur ceſſare in ſolutione debitor, & an neceſſarium ſit vt per biennium ceſſet, ſicut colonus dicitur ceſſare, ſi per biennium non ſoluat?* & num.4.

5 *De iure Regio ſi dies ſolutioni appoſita non eſt, decem dies dantur ad ſoluendum.*

6 *An ſi ceſſetur in locatione, poſſit expelli conductor, ſeu colonus, remiſſiuè.*

7 *Requiritur ad venditionem rerum, vt vendantur in publica ſubhaſtatione, cum aliis requiſitis,* & n.8.

9 *Aliud requiſitum eſt, vt res æſtimetur, & iuſto pretio vendatur.*

10 *Pretium debet ſtatim ſolui, & non eſt habenda fides de pretio.*

11 *Præſentia Procuratoris Cæſaris requiſita in ſubhaſtatione, explicantur aliqua iura quæ hoc Præſidi attribuunt, & quæ fuerit differentia inter hos Magiſtratus quoad fiſci cauſam.*

12 *Requiritur etiam in hoc actu vt citetur debitor.*

13 *Solemnitas de qua hic pro forma cùm requiratur, ea deficiente cenſetur actus geſtus cum malâ fide.*

14 *Et hæc præſumptio malæ fidei eſt iuris, & de iure.*

15 *Quos fructus teneatur reſtituere malæ fidei emptor in caſu horum iurium.*

16 *Præſentia Iudicis omnem dolum & fallaciam excludit,* & num. 56. & ſeq.

17 *An fiſcus rei ſubhaſtatæ dominium transferat in emptorem.*

18 *Quomodo debitor oneretur ad probandum ſolemnitates iuris in haſta non interueniſſe, cum ſit probatio negatiua?*

19 *Examinatur quæſtio Alberici de plus offerente poſt adiectionem,* & num.20.

21 *De ſubhaſtatione rei minoris, vel Eccleſiæ, aut fiſci, & quomodo æquiparentur?* num.22. *& an commoda ciuitatum eo iure cenſeantur?* & n.23.24.25. & 59.

26 *Si addictio priùs facta reſcindatur, an antiquior licitator poſſit pro eodem pretio quod offert ſecundus rem retinere* por el tanto, *&* num.27. & 28. cum ſequenti, & n.53. & 35. *vbi refertur ius regium.*

30 *Interpretatio* l. congruit 4. infr. de locatio. prædior. ciuil. *quis ſit ibidem, perpetuarius colonus, & de locatione ad longum tempus?* num.31. & 32.

34 *De gratificatione inter duos facienda, remiſſiuè.*

36 *Quando duo ſimul licitauerint, an ſit gratificationi locus?*

37 *Vt plus offerens admittatur, debet plus offerre in quarto pretij oblati.*

38 *An per oblationem maioris quantitatis factam à ſecundo licitatore liberetur primus?* & num.39.40.41.

42 *Quoties viget aliqua conſuetudo in ſubhaſtatione, ſeruanda eſt.*

43 *Eccleſia an in ſubhaſtatione teneantur eam dare plus offerenti, vel ei, qui iuſtum pretium obtulerit?*

44 *Iure regio quid tenendum quoad liberationem primi offerentis,* & num.45.

46 *Reſciſſa addictione* y abierdo & remate *dominium reuertitur ad venditorem, & fructus ad eum pertinebant, qui percepti ſunt medio tempore,* & num.47. 48.50.54. & 55.

49 *De reſtitutione gratioſa quæ ſit debitori pretium addictionis refundens, remiſſiuè.*

51 *Explicatur* l. fin. D. de iure fiſci *&* num. 52. & 53.

56 *An in re ſubhaſtatâ habeat locum remedium* l. 2. C. de reſcin. *&* num. 57.

58 *Quantum fuerit tempus intra quod res ſit licitanda, & de priuilegio quod in hac re habuit fiſcus ad intellectum* l. Lucius 21. §. fin. D. ad municip. *&* n. 59. & 60. *& quid apud nos receptum ſit ex lege Regni? num. 61.*

62 *An tempus auctionibus datum poſſit minui, vel extendi, remiſſiuè.*

63 *Explicatio* l. 2. h. tit. *& collatio cum* l. 1. h. tit. *&* numer. 63.

64 *Actionum cumulatio admitti poteſt, remiſſiuè.*

65 *Explicantur verba,* d. l. 2. *illa,* vtilitatémque rationum, *& defenditur lectio vulgaris contra Cuiacium.*

CVM ob ceſſationem ſolutionis poſſit fiſcus bona debitoris non ſoluentis vendere, *l.1. & tot. Cod. ſi propter publ. penſit. l. Titius 21. cum l. ſeq. in princ. & §.1. D. de iure fiſci. leg. vnic. infr. de vend. rer. fiſcal.* vt hæc venditio firmitatem habeat, & conuelli nullatenus poſſit, neceſſario in ea debet interuenire ſolemnitas ſubhaſtationis, ſine qua emptor tanquam malæ fidei poſſeſſor rem cum fructibus reſtituet, *dict. leg. 1. & ſeq. Cod. ſi propter publ. penſ. l. edicto. Cod. ſi aduerſ. fiſcum, l. ſi qu[illegible] 16. Cod. de reſcin. vendit. l. 1. & 2. Cod. Th. hoc tit.* docet Aponte *de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 5. num. 31. & ſeq.* & Nouar. *hic ex numero 1.* alios referens & Hermoſil. *in l. 52. tit. 5. part. 5. gloſſ. 7. numero 1.* † Solemnitas verò ea eſt, vt debitum ſubſit in quo ceſſatum ſit debitori interpellatione, *leg. 2. C. ſi propter publ.* Deinde, vt bona capta vendantur in publica auctione, vt *hic,* & plus offerenti addicantur, *Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacr. Eccleſ. l. penes 4. Cod. de vectigal.* Auendañ. *in cap. 12. 1. part. num. 7. part. 2.* Cui auctioni præſit Procurator Cæſaris, qui fiſci Iudex erat, vt dixi *in l. 2. ſupr. de iure fiſc. num. 3.* Deinde vt res iuſto pretio vendantur, *l. 3.* vbi dixi, *ſupr. de iure fiſc. l. 2. infr. l. 3. §. Diui D. de iure fiſc. dict. l. ſi quos, leg. 1. Codic. de præſcript. triginta.* Explicant præter Accurſ. *verb. omni ordine*, cæteri ordinarij, Auendañ. *in dictionar. verb. Almoneda.* Peregr. *de iure fiſc. lib. 6. titul. 4. tot.* DD. *in d. l. ſi quos,* Sichar. *in l. 1. C. ſi propter pub.* Parlador. *libro 2. quot. cap. fin. 5. p. §. 13. numero* 14. Hottom. *conſ. 24. n. 4. & ſeq.* & in redditibus regalibus locandis tradit Azeued. *in l. 2. per text. ibi tit. 11. lib. 6. Recop.* & Nouar. *hic ex num. 3.* 1 2

Ceſſare in ſolutione dicitur debitor, quando diu ceſſaſſet, quod interpretantur Hugo, & Azo, quando per biennium ceſſauit, nam vbi aliquid non eſt in lege deciſum, ſolemus ſimile aliud amplecti, *l. neque 10. l. non poſſunt 12. l. de quibus 32. D. de legibus.* At in colono ſtatutum eſt, vt ceſſet in ſolutione per biennium, poſſit ei rectè adimi res locata, *l. quæro 54. §. inter D. locat. Aut. qui rem, C. de ſacr. Eccleſ. Auth. de non alien. reb. Eccl. §. ſcire, & §. verùm, & Auth. de alienat. & emphyt. cap. 8.* & facit *leg. cum domino 50. ff. locat.* ita Sichard. *in l. 1. C. ſi propter pub. num. 2. & 3.* tranſcribens Accurſ. gloſſam *verb. ceſſationem*, & nihil addens, † Quæ ſententia mihi non probatur. Nam ceſſare dicitur debitor quando interpellatus vbicumque, & quomodocumque non ſoluit, *l. mora 32. D. de vſuris. iuncta l. ſi ex legati 23. Digeſt. de verb. oblig.* vbi hoc Iudicis arbitrio relinquit 3 4

Martianus, ita diſertè, vt mirer in re tam apertâ hæ-
ſitaſſe Interpretes, videndi Donell. *in d.l.2.C.ſi propter*
*pub.n.6.* & Pichard. *in tract.de mora, numero 66. & ſeq.*
5 † Noſtro verò ſi dies appoſita non eſt ſolutioni, de-
cem dies ad ſoluendum indulgentur. *l.2.tit.1.parte 5.*
6 *l.6.tit.17.libro 4.Recop.* † Neque quod de locatione
adducebatur indiſtinctè verum eſt, vt conſtat ex tra-
ditis à Gomez *2.tomo cap.3.num.6.* Gregor. *in l.5.& 6.*
*titul.8.parte 5.* Gutier. *de iur.confir.1.parte 37. numero*
*11.* Trentacinq. *libro 3. var.titul.de locat.reſol.4. num.*
*11.* Molin. *de iuſt.tomo 2.diſp.499.* Giphan. *in l.2.Cod.*
*de iur. emph.* Pich. *in §.actionum quæſtio 17.numero 24.*
*& ſeqq. Inſt.de action.* qui de hoc articulo locationis
late tractarunt. Vide quæ tradunt DD. *per text. ibi in*
*cap.fin.de locato*, cum traditis à Gutierr. *ſupr.cap.31.*
Barboſa *in l.ſi de vi, numero 287.de iudiciis*, Gomez &
alij *in l.68.Taur.* Auendañ. *de cenſib.cap.90.* Surd. *dec.*
*300.* Molin. *d.tomo 2.diſp.453.* Fachin. *libro 1.controu.*
*cap.93.& ſeq.* & Felic. *de cenſ.l.3.c.4.n.18.* Ceual. *q.3.*
*n.4.* Azeu. *in l.6.tit.15.lib.4.Rec.*

7 Rurſus requiritur vt res diſtrahantur ſub haſta &
in publica auctione, iuxta ea, quæ diximus in rubrica
libellis propoſitis, aut programmatibus, aut per præ-
conem publicum denuntiatæ, *l.4.Cod de diſtract. pign.*
Quia cùm plus licitanti debeat res addici, colluſio quæ
interuenire poterat, ita euitabitur, cùm poſſet pretio
viliori vendi, vel per gratiam emptoris, *l.3.de iure.fiſc.*
*l.2. infr.h.t.l.1. C. de præſcript. triginta* vel ambitione,
vel pacto non vendi, *l.3.C.de execut.rei iud.* vel etiam
aliæ fraudes committi, vel in damnum fiſci, aut debi-
toris, *de l.ſi quos C.de reſcin.l.fin.C.ſi aduerſ.fiſcum*, velu-
ti ſi ſcientibus & colludentibus Officialibus fiſci bo-
na addicerentur emptoribus minimum pretium offe-
8 rentibus. † Has excludit publica ſubhaſtatio ſolem-
niter facta, id eſt, voce præconis, & ſub annotatio-
ne Procuratoris Cæſaris, & per tempus conſtitutum
(de quo dicemus,) & in populi conſpectu per appari-
tores Magiſtratus, *leg.ſi pignora 50.ff.de euictio.leg.qui*
*erat 49 ff.fam.erciſc.*. & hoc eſt quod dicitur *in leg.2.*
*Cod.ſi propt.publicas*, vt res vendatur ſincere, & bona
fide, & *in h.l.11.vt omni ordine peracto*, docet Peregrin.
9 *dicto titulo 4.numero 6.* † Requiritur etiam vt res iuſto
pretio vendatur, nam Officiales debent diligenter
conſiderare iuſtum rei pretium, *d.l.2.* cum adductis
iuribus *ſupr.num.1.* & ita quamuis plus offerenti de-
beat res addici, ita addictio facienda eſt, dum tamen
non excedat iuſtum pretium, vt rectè aduertit Iodoc.
Damhaud. *de ſubhaſtat.cap.5.num.21.* Azeued. *in d.l.2.*
*num.4.* Peregr. *d.tit.4.n.8.* Donell. *in d.l.2.C.ſi.propter*
*publ.* Hotoman. *d.conſ.24.ex num.2.* Vnde neceſſe erit
vt res æſtimetur, & taxetur, & ea æſtimatio debet præ-
cedere vt fraudes euitentur quę poſſent interuenire in
præiudicium debitoris circa iuſtum pretium rei, aliàs
erit nulla ſubhaſtatio, docent Paul.Caſtr. *in l.ſi quos, C.*
*de reſcind.* & alij relati à Gratian. *diſcept.foren.4.tom.c.*
*686.n.3.& 4.* Surd. *conſ.2;6.lib.2.* & à Nouar. *hic n.8.*
10 † Pretium autem debet ſtatim ſolui pecunia præſente
& numeratâ, non enim ſufficit haberi fides de pretio,
*l. à Diuo Pio 15. §.ſed ſi emptor. Digeſt.de re iudicat.* vt
obſeruant Accurſ. *in præſenti, verb.facultas.* Bart. *num.8.*
Valenzuel. *num.8.& 9.* Giurb. *deciſ.53.* Farinac. *deciſ.*
*Rot.in nouiſſ.464.* Aponte *de poteſt.Proreg.tit.4.§.6.tot.*
Fontanel *de pact.clauſ.7.gloſſ.3.p.6.num.20.tom.2.* Gra-
tian. *diſcept.tom.2.c.7.num.4.& 5.* Hermoſill. *in d.l.*
*52.gloſſ.7.num.2.& ſeq.* & ego *in l.vnic.infr.ne fiſcus rem*
11 *quam vend.* † Præterea in ſubhaſtatione neceſſaria eſt
Procuratoris Cæſaris præſentia (qui, vt diximus *in*
*leg.2.ſupr.fiſc.* Iudex ſolus erat fiſci) quam apertè iura
noſtra deſiderant, *& l.2.l.fiſcum 5. C.vbi cauſæ fiſcal.l.*
*fin.C.vectigal.noua.* Neque obſtat *l.2.C.ſi propter publ.*
*& l.1. C.de præſcript. triginta.* vbi Præſidis iuſſus re-
quiritur, non Procuratoris. Nam reſpondendum eſt,
omiſſo Bart. & aliis, Præſidem omnium rerum cogni-
tionem, de quibus cæteri ſolebant iudicare, Magiſtra-
tus habuiſſe, *l.ne quidquam 9.in princ.ff.de offic.Proconſ.*
Menoch. *de præſumpt. libro 2.præſumpt.18. numero 28.*
atque ita multoties adhibebatur vnà cum Procuratore
Cæſaris ad cauſæ cognitionem, *l.cùm aliquid 8. C.vbi*
*cauſæ fiſcales*, ita vt nihil intereſſet an Præſes, vel Pro-
curator cognoſceret, vt dicitur *in leg.fin. Cod.ſi propter*
*publicas*, vnde aliquando curabant fiſcale commo-
dum alij præter Procuratores, vt docemur ex *l. patris*
*28.Cod.Theod.de appellat.* ibi, *Vt ſi à Rationali, vel alio,*
*qui curam fiſcalis commodi gerit*, quod non niſi à Præſi-
de, aut Proconſule fieri potuit, *d.l.2.Cod ſi propter pu-*
*bl.* Idque indicat Dionis teſtimonium *libro 53.* etſi
reclamante Lipſio *libro 11.annal.Tacit.pag.308.in paru.*
Nam certum eſt multoties Procuratores Cæſaris in
aliquas Prouincias non miſſos, & tunc Præſides quo-
ties de fiſcali cauſa agebatur, cognoſcebant vt aduer-
tit Gothofred. *per text.ibi, in lege penult. de reſcind.*
*vend.* † Sed & aliud requiſitum omittere nolui, quod 12
proponitur *in l.3.C.de diſtract.pignor.l.41.& ſeq.titul.*
*13.part.5.* ſcilicet, vt neceſſarium ſit citare debitorem,
cuius bona venduntur, aliter enim adiectio, ſeu *el Re-*
*mate*, nullius erit momenti, & conſequenter venditio,
quia in vnoquoque actu præiudiciali debent citari ij,
de quorum præiudicio tractatur, *leg.nam ita Diuus 39.*
*ff.de adoptio.l.de vnoquoque 47.ff.de re iud.* vbi DD. Par-
lador. *libro 2.quotid.cap fin.5.part.§.9.num.20.* & nul-
lus alius actus poteſt eſſe maioris præiudicij debitori,
quam ſuorum bonorum venditio. Quare citatio
facienda eſt non ſolùm in principio ſubhaſtationis,
verùm & in adiectione, ſeu *Remate.* Ita tradunt Bald.
Alber. & alij *in dicta lege 4.* Guid.Pap. *deciſio.319.* Re-
buff. *de ſubhaſtat.artic.7.gloſſ.vnic.numero 15.* Rota *de-*
*ciſio.385.numero 3.* & Vrſill. *in addit.numero 3.* Gama
*deciſio.203.numero 3.* Auendañ. *in diction.verb.* Almo-
neda, *verſ.in iſta materia.* Couar. *2.var cap.11. num.3.*
Azeued. *in l.19.tit.2. libro 4.Recop. numero 69.* Parlad.
*ſupr.Gratian.2.tom.diſcept.cap.375.& tom.4.c.739.nu-*
*mero 22.& ſeq.* Rodig. *de ann.redditib. libro 2.quæſt.17.*
*numero 18.* Amat.Rodriquez *de executio.cap.5.num.82.*
Caldas *de emption.cap.11. numero 14.* & videndus om-
nino D.Franciſc. de Leon. *libro 2. poſt deciſio.73. in*
*reſp.iuris pro Ant. Tallada ex numer.135.* ita vidi practi-
cari Granatæ in regiâ Curia, vbi adiectio facta eam
ob cauſam reſciſſa eſt, quod debitor citatus non fuiſſet
*para el remate.*

Ratio vero quare noſtra iura ſine hac ſolemnitate 13
emptionem reſcindendam eſſe, & conſequenter mala
fide factam cenſendam ſtatuant, ea videtur, quam præ-
ſenſit Accurſ. *hic verb.omni, verſic. ſed ſi aliquid*, quod
talis ſolemnitas pro forma requiritur, quâ deficiente
corruit actus, *leg.cum hi 7.§.ſi Prætor ff.de tranſact.* di-
ximus *in leg.2 ſupr.de iure fiſci*, ex quo ſequitur ven-
ditionem quæ non iure facta fuit, reſcindendam eſſe,
*d.l.2.C.ſi propter publ.* & conſequenter malæ fidei em-
ptorem cenſendum, qui contra iuris diſpoſitionem
emit, non ſeruatis debitis ſolemnitatibus, & iuris or-
dine, *l. quemadmodum 7.infr.de agricol. & cenſ. cap. qui*
*contra, de regul. iuris, libro 6. iuncta hac l.1.* ibi, *Reſciſſa*
*venditione malâ fide factâ, lege prima, Cod. de præſcriptio.*
*trigin.* docet Accurſ. *in præſenti, verb.mala fide.* Platea
*numero 4.* Iaſon *in §.item ſi quis in fraudem, numero 45.*
*Inſt.de action.* Nam ex omiſſione ſolemnitatis requi-
ſitæ in aliquo actu præſumitur mala fides. Dueñas
*regul.255.* & poſt Accurſ. *hic* notarunt Bartol. Pla-
tea & cæteri. Roman. *conſil.54.numero 5.* Iaſ. *ſup.d.*
*numero 45.* Boher. *deciſ.1.numer.34.* Menoch. *de recop.*
*remed.15.numero 179.* & alij relati à Valenz. *hic num.*
*28.& ſeqq.* à Hermoſill. *in leg.4.titul.5.part.5. gloſſ.*
*12. num.44.* † Quæ præſumptio inducitur ab ipſa 14
lege abſque vllis aliis probationibus in medium
dedu

deducendis, vt docet Bart. *in l.quod Nerua n.14.ff. de-*
*poſiti.* Alex. *conſil.* 103. *n.*13. *lib.*1. nam eſt præſum-
ptio iuris, & de iure, quæ in contrarium probatio-
nem non admittit, vt docet Pariſius *in cap.ſi diligenti*
*n.*16. *de præſcript.* idque probatur *in hac l.*2. dum con-
ſtanter ait malam fidem interueniſſe in venditione, eo
ipſo quòd ſine debitis ſolemnitatibus celebrata ſit.
Hæc enim eſt vis legis præſumentis malam, eo ipſo
quòd in actu debitæ ſolemnitates non interuenerint,
15 *dict. leg. quemadmodum*, docet Valenzuel. *hic nu-*
*mero* 30. † Quapropter tenebitur reſtituere fructus
perceptos, vel percipiendos, ad quos ſemper malæ
fidei poſſeſſor obligatus remanet, *§. ſi quis à non do-*
*mino. Inſt. de rerum diuis.* cum vulgatis, quos adduxi-
mus *lib.*2. *obſer.c.*16. *tot.* & in ſpecie probat *l.*1. *C. ſi*
*vend. pign. l.*1. *in fin. infr. de præd. decur.* quamuis ad
perceptos tantùm conſtringatur emptor malæ fidei,
*in l.ſi fundum.*17. *Cod. de rei vin.* illud debet intelligi,
quando emit ex titulo à iure approbato, non verò
quando non habet titulum, vel talem, qui ſit repro-
batus à iure, vtpotè quia defecit iuris ſolemnitas, vt
poſt Bart. *hic n.*2. notat Platea *num.*3. & Pyrrhus, &
probatur *in l.*40. *tit.*28. *part.*3. *verſ. altercero,* etſi non
ignorem aliter interpretari *d.l.*17. vt conſtat ex tradi-
tis à Pichar. *in §.etſi in rem, num.*66. *Inſt.de offic. iudicis*
& Donell. *lib.*20. *comm.cap.*5. ſupradictam doctrinam
damnans; ſed eam nunc retinemus, quia in praxi magis
eſt admiſſa, & ita non ſolùm de perceptis fructibus te-
netur, ſed etiam de iis, quos debuit precipere, & ſuâ
culpâ non percepit, cùm tamen percipere poſſet, *§ etſi*
*hæreditas, Inſt.de offic.Iud. l.*2. *C.de fruct. & lit. expen. l.*
*ait Prætor* 10. *§. & fructus* 20. *ff. quæ in fraud. cred.* do-
cent Beroi. *in cap. grauis. de reſt.ſpol.n.*34. Tiraqu. *lib.*1.
*de retract. §.*15. *gloſſ.* 1. *num.*28. Choppus *lib.*2. *de fruct.*
*tit.*4. *cap.*2. Natta *conſil.* 536. *num.*17. *lib.*3. Lariott. *in l.*
*fructus, col. antepen. D. de regul. iuris*, Pichard. alios re-
ferens *in d. §. etſi in rem, n.*66. *& ſeq.* Valenzuel. *hic*
*num.*40. qui *num.*48. reprehendit Acc. *hic in ſchol. fin.*
qui difficultate *d.l.ſi fundum,* ſuperatus, excuſabat ma-
læ fidei poſſeſſorem à fructuum percipiendorum re-
ſtitutione, vt noſtræ legis litteram effugeret, varias
adducebat interpretationes, quæ à vero longè abſunt,
ita vt in iis refellendis tempus conſumere neceſſarium
16 non ſit. † Contrà autem erit, quando debitæ ſolem-
nitates admiſſæ ſunt, quia tunc contractus ita validus
& firmus permanet, vt minimè conuelli poſſit, *l.pen.*
*& fin.infr.d.l.*1. *Cod.ſi propter publ. l.ſi hypothecas* 8. *Cod.*
*de remiſſ. pign.* Nam præſentia Iudicis omnem exclu-
dit dolum & fallaciam, & qui ad emptionem accedit,
quaſi ſuæ emptionis Authorem habet, *d.l.*2. *C.ſi pro-*
*pter publ.* ac tunc edicitur veriſſimè bonæ fidei poſſeſ-
ſor, qui Auctore Iudice comparauit, *l.qui auctore* 137.
*ff. de regul. iur. l.iuſte* 11. *ff. de adquir. poſſeſſ.* cum no-
tatis *infrà, & in titul. de præd. decurio.* & ritè & ſecun-
dùm ius omnia præſumuntur peracta, ſi Iudicis aucto-
ritate ſunt celebrata, & ſic tanquam iuridicè facta
venditio non retractabitur, *l.*3. *ſi dolo* 5. *in fin. l.ratas* 7.
17 *C. de reſcind. vend.* † Neque obſtabit quòd fiſcus cum
Dominus non ſit rei ſubhaſtatæ in emptorem domi-
nium eo in caſu transferre non poterit, *l. clauibus* 74.
*de contr.emptio. iuncta l.traditio* 20. *ff. de adquir.rer.dom.*
*leg.nemo plus* 54. *&* 120. *ff. de reg.iur.* ſiquidem debitor
eſt Dominus, & quod meum eſt, ſine facto meo à me
non poteſt auferri, *l.id quod noſtrum* 11. *ff. de regul. iur.*
Nam reſpondeo non ſolùm eum, qui ſit Dominus rei
venditæ, dominium transferre poſſe, verùm etiam &
creditorem qui rem ſibi obligatam vendit ceſſante de-
bitore, vt oſtendimus *in l.*3. *ſupr. de iure fiſc.* At nemo
ignorat fiſcum bona debitorum ſuorum omnia iure
pignoris obligata habere pro debito, *l.*1. *in fine, ff. in*
*quibus cauſ. pignor. l. aufertur* 46. *§. fiſcus, ff. de iure fiſc.*
Quare ſi fiſcus has res vendiderit ſolemniter, & ſe-
cundùm iuris formam, rectè venditæ & traditæ non
poterunt emptori auocari, notat Donell. *in d. leg.*1. *in*
*princ.C. ſi propter publ.*

Sed difficilis videtur noſtra conſtitutio dum à debi- 18
tore expoſcit probationem, quâ probet has ſolemni-
tates in ſubhaſtatione non interueniſſe. Iam videtur
conſtringi ad probandam negatiuam, cuius probatio
eſt impoſſibilis, *leg.actor* 23. *Cod.de probat. c.ſuper hoc,*
*de renunt. c.quoniam contra* 11. *de probat. cap.bonæ* 33. *de*
*elect. cum alijs vulgatis*, quæ cumulat Aluarez *de Axio-*
*mat. lit.N. num.*23. *l.*1. *&* 2. *titul.*24. *p.*3. quam diffi-
cultatem agnouit Accurſ. *gloſſ. magna hic.* Bald. *n.*7.
& Valenzuel. *ex n.*[illegible] *cum ſeqq.* ex quorum mente reſ-
ponderi poteſt nega[illegible]æ probationem incumbere de-
bitori neganti ſolemnitates defuiſſe, quia cùm ea pro-
batio ſit fundamentum ſuæ intentionis, incumbit ei-
dem, *l.ſi per alium* 5. *§. docere, ff. ne quis eum, qui in ius*
*voc. eſt*, vbi notant DD. ratio eſt, quia vbi actor fun-
dat intentionem in negatiua, tenetur omnino eam
probare quomodo poſſit, vt docet poſt Bart. Iaſon
*in l.in illa ſtipulatione, num.*14. *de verb. oblig.* & plures
referens Valenzuel. *num.*18. Neque negatiuæ proba-
tio impoſſibilis eſt, quia multiplices, & concludentes
habet probationes, teſte Paulo Caſtr. *in d.l.actor.* Ripa
*in cap.cùm Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ.n.*83. *&* 84. Fe-
lin. *in cap.*3. *loco, de probat. num.*6. Decius *in d.cap.quo-*
*niam contra, n.*6. *&* 18. Ant. Fab. *lib.*1. *commun. tit. de*
*probat. concluſ.*6. Decian. *reſponſ.*4. *numer.*24. *lib.*3. &
Platea *hic n.*2. Lucas *num.*19. Valenzuel. *num.*17. *&*
*ſeq. in præſenti*, qui latè de eâ re agit, quem conſulas.
Vnde etſi probationis onus incumberet emptori con-
tractum ſolemniter fuiſſe celebratum, *l.quæcumque* 13.
*§.fin. ff. de publician.* tamen ſolemnitas ex[illegible]inſeca ſem-
per præſumitur, & pro actu geſto præſu[illegible]io trans-
fert onus probationis in Aduerſarium, *leg.*[illegible]*m preci-*
*bus* 18. *Cod. de probat. l.generaliter* 24. *§.ſi pa*[illegible]*, verſ.*
*ſed cum, D.de fideicom.libertat.* notant relati à [illegible]och.
*libr.*2. *de præſumpt.præſ.*75. *num.*12. *& ſeq. & lib.*3. *præ-*
*ſumpt.*132. *numer.*4. Maſcard. *de probat. concluſ.*1321.
*num.*10. *&* 21. Azeued. *in l.*4. *tit.*5. *lib.*7. *Rec. num.*36.
& ita notarunt *in præſenti* Bart. Bald. *num.*16. *verſ.*
*quæro, an in dubio.* Rebuff. *poſt princ.* Plat. *numero* 2.
& faciunt quæ dixi *in leg.*1. *ſupr. de iure fiſc. num.*36.
*& ſeq.*

Ex quibus omnibus, & ex iis, quæ circa firmitatem 19
ſubhaſtationis dicta ſunt, *primò* venit examinanda tra-
ditio Alberici *in l.*1. *Cod.ſi in cauſa iudicat.* quam etiam
notauit Gregor. *in l.*5. *tit.*19. *p.*6. *verb. mas por ella,* &
Bobadilla *lib.*3. *polit. cap.*4. *num.*20. *&* 21. qui eam
proponit quæſtionem. Poteſtas Bergomi licitabat ve-
ctigalia, & in licitationis calore, iuxta *l.*9. *ff. de publi-*
*can.* negotiator communis proiecit in terra baculum,
dicens quòd quicumque vellet pro mille libris, reci-
peret baculum, & haberet vectigal, ſeu, vt ipſe ait,
*datium.* Accepit quidam baculum, poſtea alius offert,
quæſitum eſt, an ſit admittendus? † Quæſtionem ad 20
vtramque partem exagitant. Ego verò exiſtimarem
plus offerentem admittendum eſſe ad adiectionem,
quia argumentum deductum *ex l.*1. *&* 2. *infr. ne fiſcus*
*rem quam vend. in l.ratas* 7. *l.ſi quos* 16. *C. de reſcin.vend.*
*d.l.ſi hypothecas Cod.de rem.pignor.* quod probat firmam
manere debere ſubhaſtationem, procedit quoties in
tali ſubhaſtatione adhibita fuit iuris ſolemnitas & or-
do. Quo in caſu adiectio non debebit admitti, iuxta
id quod diximus *num.*13. *& ſeq.* Quoties verò ſub-
haſtatio debitâ ſolemnitate caruit, rectè admittitur
licitator qui plus obtulit, *Authentic. hoc ius porre-*
*ctum, Codic. de ſacroſanct. Eccleſ.* & facit *lex* 3. *ſu-*
*prà de iure fiſc.* cum relatis à Bobadill. *ſuprà nu-*
*mero* 20. *lit. A,* & cùm in ſupradicta ſpecie iuris ordo
in ſubhaſtatione adhibendus ſeruatus non ſit, rectè
potuit addictio infirmari, & plus offerens admitti.

21 † Idem erit dicendum, quando res erat minoris, fiſci,
vel Eccleſiæ, quæ in ſubhaſtatione vendebatur, cùm in
earum rerum venditione adhibenda ſit, ex traditis ab
Accurſ. & reliquis *hîc*, Bart. *in l. alio*, *num.* 21. *ff. de
alim.leg.* Luca *penult. colum.* Afflict. *deciſio.* 340. Va-
lenz. *hîc num.* 74. *in l.* 4. *ex num.* 20. *infr.* Couar. 1. *var.
c.* 5. Nam venditio valebit facta in ſubhaſtatione pu-
blicâ, niſi de ſorde, gratia, aut dolo doceatur, aut ma-
gna ſit minoris vtilitas, vel non opportuno tem-
pore, aut intempeſtiuè addictio fit, quia tunc reſtitu-
tio conceditur, *l. ait Prætor* 7. *aliàs eſt l. etſi ſine* 8. §. *quæ-
ſitum, ff. de minor. l.* 5. *verſ. e a vu decimos*, *tit.* 19. *p.* 6. do-
cet eleganter Valenz. *num.* 10. *& ſeqq.* poſt Bart. *n.* 7.
Plat. & alios *in h. l.* 4. *h. tit.* & dicam *infrà num.* 59. *&* 60.
vide latè Scribentem has quæſtiones cum multis rela-
tis ab Hermoſilla *in leg.* 52. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 40.
22 *& ſeqq.* † Nam ratio quæ in minore militat, ea etiam
militat in Eccleſia, fiſco & Republica, vt notant In-
terpretes *in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ita in ſpecie te-
nuerunt Greg. *in d. l.* 5. & Valenzuela *in l.* 4. *hoc. tit. nu-
mero* 20. *& ſequentibus*, & à Gutier. *lib.* 1. *pp. quæſt.* 38.
*tot.* Bobadill. *d. lib.* 3. *pol. cap.* 4. *n.* 10. Ceuallos 3. *tomo.*
23 *comm. q.* 756. *num.* 63. Cuiac. *in l. fin. de iure fiſci.* † Qui
id vtiliter extendunt ad commoda, vel annonam ciui-
tatum, vt ſunt *el abaſto de carnes y otros mantenimientos.*
Nam ſi poſt addictionem harum rerum *hecho y a el re-
mate, otro hiciere baia*, vel meliorem aliam conditionem
obtulerit, ita vt inde ſequatur maior vtilitas, ſupradi-
cta diſtinctio admitti debebit, vt ſi addictio celebrata
ſit ſine auctoritate Iudicis, & deputatorum priuatim,
& ſine præconiis, & iuris ſolemnitate omiſsâ, rectè
admittetur ſecundus meliorem conditionem offerens,
id eſt, *la baia que hace. dict. Auth. hoc ius porrectum, dict.
leg.* 3. *ſupr. de iure fiſc. leg.* 2. *h. tit. leg.* 1. *&* 2. *infr. de ven-
den. reb. ciuit. leg. nominationum* 46. *infr. de decurion.*
quoniam certum eſt eo in caſu nullius momenti fuiſ-
24 ſe omnia geſta, vtpotè omiſsâ formâ legis. † At verò
ſolemniter & ritè omnia fuerunt peracta, iuxta *leg.* 4.
*tit.* 3. *lib.* 7. *ordin.* & tradita ab Auendañ. *de exequen.* 2.
*part. cap.* 12. *num.* 12. addictio poſt venditionem perfe-
ctam conuelli non debet, neque eſt diminutio, ſeu *la
baia* admittenda, *leg. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. fac.
leg.* 2. *&* 2. *infr. ne fiſcus rem quam vend.* cum aliis addu-
ctis ab Azeuedo *in leg.* 2. *titul.* 1. *lib.* 2. *Recop. ex n.* 13.
Bobadill. *ſupr.* Gutierr. *dict. lib.* 1. *pp. quæſt.* 38. *num.* 2.
25 *&* 3. † Qui rectè id limitant, niſi de fraude, aut col-
luſione doceatur, vel magna eſſet vtilitas, quæ verſa-
retur ſi addictio reſcinditur, & magnum commodum
afferret ciuitati, nunc enim, vt de minore diximus, ita
etiam & ciuitas reſtituenda contra eſſet, ita tenent
Auend. *d. c.* 12. *n.* 12. & Azeued. *ſupr.* Aliter autem non
facilè eſt danda reſtitutio contractus ritè celebratos,
*l. verum* 11. §. *ſciendum* 3. *l. quòd ſi minor* 24. §. *non ſem-
per, ff. de minoribus*, & ita intelligo *l.* 4. *infr. hoc tit.* ibi, *ſi
tempora patiuntur, iuncta l. Lucius* 21. §. *fin. ff. ad muni-
cipalem* Gutierrez *ſupr.* & videndus Hermoſilla *dict.
gloſſ.* 7. *n.* 43. *& ſeq.*
26 Quòd ſi de magnâ ciuitatis vtilitate conſtet, & ita
*ſcabre el remate*, ſeu addictio reſcinditur, quæ priùs
fuerat facta. Quæri ſolet apud noſtros, An ſi ille, in
quem addictio facta erat, paratus ſit idem pretium
offerre quod ſecundus licitator obtulerat, ſit præfe-
rendus *por el tanto?* In hac re diuerſi ſunt DD. vt vide-
re eſt apud Gutier. *d. q.* 38. *n.* 6. *& de gabell. lib.* 7. *q.* 140.
*n.* 10. *& ſeq.* Ceuallos *d. q.* 756. *n.* 65. qui aſſerunt præ-
ferendum primum, ex *l. congruit.* 4. *infr. de locat. prædio.
ciuil.* vbi ita ſcriptum eſt, *Congruit æquitati, vt veteres
poſſeſſores fundorum publicorum nouis conductoribus præfe-
rantur, ſi facta per alios augmenta ſuſcipiant*, idem proba-
tur *in l. fin.* §. *ſi verò, illo tit.* vbi eadem fermè deciſio
27 inuenitur. † Contrarium tenet Bobadilla *d. c.* 4. *n.* 21.
aſſerens non poſſe primum licitatorem idem pretium
offerentem præferri ſecundo, niſi plus licitatus ſit.
Cuius opinio etſi reiiciatur à Ceuallos *ſupr. num.* 66.
mihi tamen veriſſima videtur, ex eo quòd per in inte-
grum reſtitutionem reſciſsâ addictione venditio, ſeu
locatio priùs facta ita remanet, tanquam ſi facta non
eſſet, cùm recedatur à primâ, & ad ſecundam perue-
niatur, *l.* 4. § *ſi ex duobus, aliàs eſt l. ſi ex duobus l. ſi ven-
ditor* 14. §. 1. ibi, *cùm alia venditio. &* §. 2. ibi, *abitum
eſt à priori emptione, l. cùm in diem* 8. *& ſeq. ff. de in diem
addict.* iunctis traditis ab Oſvval. *lib.* 16. *Don. cap.* 18.
*lit. E*, Ergo nullum ius relinquitur primo licitatori,
ex quo poſſit tantum offerens, rem retinere. Nam
quod nullum eſt, nullum poteſt producere effectum,
& ſemel addictione reſciſsâ cùm debita ſolemnitas
neceſſaria ſit, & ita præconizanda ſit res, certum
eſt non niſi plus licitanti dandam.
*Secundò* expendo iura quæ pro hac parte videntur 28
expreſſa *in lege, item quod* 6. §. *fin. cum ll. ſeqq. ff. de in diem
addict.* vbi dicitur poſſe venditorem meliori allatâ
conditione rem addicere poſteriori, niſi prior paratus
ſit plus adiicere, ergo ad hoc vt prior admittatur, ne-
ceſſe eſt vt plus adiiciat, non verò eamdem quantita-
tem ſoluens præferri debet. Cui adiungas *leg. ſi in em-
ptionem* 35. *ff. de minoribus*, vbi minor qui poſt addi-
ctionem rem retinet, ſi poſtea adiectio fiat, poterit per
in integrum reſtitutionem petere vt res ab eo non au-
feratur, ſi ipſe quoque offerat quod ex licitatione ac-
ceſſit; ergo regulariter non eſt præferendus prius lici-
tator, ſi id ex cauſa minori conceditur, ſcilicet quòd
res addicta maiorum eius fuerit. Quia ſi prior præ-
ferendus eſſet, non ita homines inuitarentur ad plus
licitandum, cùm ſcirent primos licitatores illud ius
habere, & ſic Reſpublica, aut ciuitates damnificaren-
tur, cùm de talibus contractibus ſemper dubitare-
tur, vt conſiderat Gutierr. *dicto libro* 7. *quæſt.* 140.
*num.* 13.
*Tertiò*, quia ex *l.* 20. *tit.* 11. *lib.* 5. *Rec.* ſpecialiter in- 29
troductum eſt, vt populorum prouiſores, & qui di-
cuntur obligati ob fauorem Reipublicæ pro tanto
pretio capere piſcaria ab ementibus, ita vt eis præfe-
rantur *por el tanto*, quod in aliis rebus non habet lo-
cum, vt *ibi* Matienz. aduertit *gloſſ.* 1. & Bobadill. *d. c.* 4.
*num.* 26. quia res pro eodem pretio habere, & aliis
præferri odioſum eſt, *l. dudum C. de contrah. empt. l.* 8.
*d. tit.* 11. & ſic non eſt extendendum, ex vulgatis, ita
etiam in noſtro caſu non debet extendi quod à iure
non repetitur extenſum. † Neque in contrarium facit 30
*dicta lege congruit infr. de locat. præd. ciuil.* Nam reſpon-
deri ſolet eam eſſe accipiendam de locatione, quæ fit
à colonis perpetuariis de rebus fiſcalibus, ſeu patrimo-
nij Principis, vt patet ex *leg.* 1. *& fin. illo tit. iuncta leg.
viam* 10. *C. de locato, & d. l. congruit*, illic, *veteres poſſeſ-
ſores.* Perpetuarius autem ille eſt, qui ad longum tem-
pus conduxit, quod decennium interpretamur, *argum.
l. fin. C. de longi temp. præſcript.* & eorum quæ tradit
Valaſc. *de iure emph. quæſt.* 29. *num.* 5. Pinell. *in leg.* 1. 3.
*part. num.* 63. *C. de bon. mater.* Caroc. *de locat. titul. de lo-
cat. ad longum tempus.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 5. *&* 31.
& alij plenâ manu congeſti à Barboſ. *in remiſſ. ad or-
din. Luſitan. lib.* 4. *tit.* 23. *num.* 2. † Quæ locatio vide- 31
tur quoddam ius tribuere conductoribus, quod vtile
dominium appellant, cuius vtilitatis causâ actio com-
petit, *l.* 1. *& fin. ff. ſi ager vectig. l. ſuperficiario* 74. aliàs
incipit, *id eſt, ff. de rei vend. l. tutor* 16. §. *fin. ff. de pignor.
act. leg. grege.* 13. §. *& in ſuperficiarijs*, *ff. de pignor. l.* 1. §.
*quod ait* 3. *iuncta l. fin. ff. de ſuperficiebus, l. poſſeſſores* 12.
*in fine, infr. de fund. patrimon.* obſeruant Duar. *lib.* 1. *diſp.
cap.* 17. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 16. *cum ſeq.*
Valaſcus, *ſupr. quæſt.* 20. *n.* 19. *& quæſt.* 29. *n.* 13. Barboſ.
*in l. ſi filiofam.* 26. § *fin. n.* 38. *ff. ſolut. matrim.* Gutier. *lib.* 2.
*can. qq. cap.* 8. *ex n.* 22. Caſtillo *lib.* 5. *contro. c.* 65. *n.* 36.
*& ſeq.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 525. *à n.* 2. Schifordegh.

*libro*

*libr.1.ad Ant. Fab.tract.*18. *in princ.* Maſtill. *deciſio.*4.
*num.*2.Riccius *collect.*694. Sanchez *in ſum.tomo* 3.*lib.*7.
*cap.*13. Peregrin. *de fideicom. art.*4. *num.*106. Trenta-
cinq. *lib.*2. *var.tit. de minoribus, reſol.*9.*num.*38. licèt ea
ſententia diſplicuerit ante omnes Cumano *in l.codicil-
lis* 91.*§. inſtituto, num.*3.*de legat.*3. Greg. *in l.*19. *tit.*8.
*part.*5.*verb. ſurida* Connan. *lib.*7.*com.cap.*12. *numer.*3.
Schiford. & Barboſæ *ſupr.* Ceuall.*d.q.*736. *numer.*74.
Ant.Fab. *lib.*20.*com.c.*11. Mouentúrque ex generalita-
te *l. non ſolet* 29.*ff. locati,l.*2. *C.de præſcript. triginta*, &
quòd in iure talis differentia non reperiatur, & no-
tauit Accurſ. *in d.l. codicillis §. inſtituto, verbo non exti-
tiſſe.* Gregor. *ſupr.* Vueſemb. *in paratitl. ad tit. ff. locat.*
Pinel. *d.*3.*p.num.*66. *& ſeq.* Sed eam in praxi defendit
Valaſcus *d.quæſt.*29.*num.*28. ita accipiens *num.*24. *d.l.
congruit*, & in Valliſoletana Curia aliquoties ſecun-
dùm eam doctrinam communem vidi varias lites di-
rimere, & locationem ad longum tempus pro aliena-
tione æſtimare, & videnda ſunt quæ ſcribo *l. vnic. in-*
32 *fr. de vendit. rer. fiſcal. ex num.*45. *cum ſeq.* † Et ſecun-
dùm hanc accipienda eſt *dicta lex congruit*, de locatio-
ne nempe perpetuaria, de qua loquuntur leges illius
tituli *C.de locat. præd.ciuil.* Perpetuarij verò ſunt, vt
rectè docuerunt Alciat. *lib.*1.*parerg.cap.*37. Connan.
*d.lib.*7.*cap.*12.*num.*2. Tiraq. *de retract. lig.§.*1. *gloſſ.*14.
*num.*84. Valaſc. *ſupr.quæſt.*36. qui fundum à Republi-
ca, vel Principe certo canone in vitam ſuam habent,
vel etiam ea lege, vt ad alios transferre poſſint, *l. fin.
illo tit.l.*1.*C.de officio comit. ſacri palat.* Quod in eis ali-
quod ius eſſe ſatis indicat, ſiquidem ſi id non habe-
rent, qui poſſent donare, vel quolibet alio titulo rem
transferre, vt expreſsè videmus *in d.l.fin. §. iure igitur*,
& ob eam rationem *in d.l.congruit*, dicuntur poſſeſſo-
res coloni, quia eis videtur tradita poſſeſſio, & ſic
præferri debent, cùm ius retentionis eis permittatur.
Quapropter cùm *dict.lege fin.* apertè ſtatuatur, vt
conductor perpetuarius ſi ab altero offeratur au-
gmentum, poſſit pro eo pretio rem habere, & ſic præ-
ferri, *& d.l. congruit*, de veteribus poſſeſſoribus loqua-
tur, apertè erit dicendum ſpecialiter de eis colonis
perpetuariis, ſeu veteribus tantùm eſſe accipiendam,
neque ad alios caſus eſſe porrigendam, ex iis quæ ob-
ſeruat Peregrin. *de iure fiſc.lib.*6.*titul.*5.*num.*5.

33 Supradicta verò ſententia ita temperari poteſt, vt
primus licitator præferatur, quando de eius admini-
ſtratione confiditur magis, quàm de ſecundo, quia vel
malè ſuo muneri ſatisfacit, vel idoneos non præſtat fi-
deiuſſores, aut ſit homo malæ mentis, & ad rixas &
lites paratus, & ita plus expediet ciuitati primum lici-
tatorem habere, quàm ſecundum, *l.*4.*in fine,leg. Sabi-
nus* 9. *cum l. ſeq.ff. de in diem addict.* ita Bart. *in l.*4.*infr.
h.tit. numer.*5. *verſ. item hoc*, quem ſequitur Auiles *in
cap.*32.*pp.verb. de puiar. num.*6. Boërius *deciſio.*248. &
34 Bobadill. *ſup.num.*22. † Quo in caſu locus erit grati-
ficationi, *argum.l.fin.ff.de Religioſ.* & aliorum iurium,
quæ *ibi* adducit Accurſ. *verb. Gratificationi*, & Tiraq.
*de iure primog. q.*2. *num.*3. *& ſeq.* Peralt. *in l.ſi quis ſer-
uum* 8. *§. ſi inter duos, per text.* ibi *de legat.*2. Ceuall.
*quæſt.*248. *num.*27. *& ſeq. & in præfatione ad comm.quæſt.*
35 *num.*101.*& ſeq.* † Et ratio eſt, quia, vt dicatur, plus
offerri requiritur quòd ille qui offert ſit idoneus ad
ſoluendum, vnde primus, qui maiorem idoneitatem
habet, rectè tanquam plus offerens præferretur, vt ait
Auiles *vbi proximè.* Qui hodie apud nos id aliter pro-
cedere docet, nam locatores gabellarum, vel rerum
ciuitatum, ſi non præſtent fideiuſſores idoneos, reddi-
tur res conducta ad primum locatorem, & illud quod
plus obtulit, poſterior licitator debet à primo perſol-
ui, ex *l.*11. *cum ſeqq. titul.* 11. *lib.*9. *Rec.* vbi docuit
Azeued. & Gutierr. *lib.*7. *de gabell. q.*155. non enim
per maiorem licitationem etiam acceptatam liberan-
tur præcedentes licitatores, ſed tenentur ſi redditus
locatus reducatur ad turnum (vt aiunt) ex *leg.*12.*tit.*11.
*lib.*9. vbi notant ſupradicti Auctores, & dicam *infrà
num.*44. † Quod mihi videtur tantum eſſe admitten- 36
dum circa non præſtitos idoneos fideiuſſores; in aliis
verò cauſis iam aſſignatis dicerem gratificationi eſſe
locum, ſicut illa etiam admittitur, quando duo eodem
tempore licitauerint, ita vt non conſtet quis eorum
prior fuerit, ita tenuit Bald. *in l.fin. Cod.de teſtam.ma-
numiſſ.* Firmian. *de gabellis* 2.*p. quæſtio* 9. quos cum
aliis rationibus ſequitur Ceuallos *com. quæſtio* 248. *ex
num.*27. licèt Peregrin. *de iure fiſc. lib.*6. *titul.*5 *num.*7.
veterem conductorem præferendum eſſe arbitretur,
& Azeued. *in l.*1. *titulo* 13. *num.*2. *lib.*9. *Recop.* aſſe-
rat moris eſſe vt denuo res ſubhaſtetur, in quod pro-
cliuior ſum. † Rurſus quod de reſtitutione diximus, vt 37
reſciſsâ addictione ſecundus licitator admittatur, ita
procedet, quando adiicitur quartum eius pretij quod
præſtitum erat, vt cautum eſt *leg.*5. *&* 6. *tit.*13. *lib.*9.
*Rec.* & obſeruant Gutier. *de gabell. lib.*7. *quæſt.*142.
*n.*2. *& ſeq.* Azeued. *in d.ll. & in l.*12. *illo tit.* Lazarte
*de decim.vend.c.*18.*n.*21. Hermoſill. *in d.l.*52.*tit.*5.*p.*5.
*gloſſ.*7.*num.*43.

*Secundò* ex decidendi ratione *ſuprà* allatâ, & iis quæ 38
circa eam collegi, infero ad illam difficilem quæſtio-
nem, An per oblationem maioris quantitatis, vel me-
lioris cõditionis factam in publica ſubhaſtatione à ſe-
cundò licitatore liberetur primus? hanc quæſtionem
examinarunt Bart. *in l.licitatio.num.*1.*ff. de publican.* vbi
Caſtr. & alij Platea *in h. l.*4. *infr. num.* 2. *in fin.* poſt
Bar. vbi etiam Valenzuel. *num.* 16. Cremen. *ſingul.*41.
Caſſaneus *in conſuet. Burg. rub.*5. *§.*1. *num.*25. Angel.
*conſ.*324. Stracha *de decoctor.*5. *part. num.*8. Boher. *de-
ciſio.*248. & alij relati à Pinell. *in leg.*2. *C.de reſcin.*2.
*part.cap.*2. *n.*29. Auiles *d. verb. puiar. n.*8. Gutier. *d.
lib.*7.*quæſt.*134. *& quæſt.*155.*num.*29. Azeued. *in leg.*4.
*tit.*5. *lib.*7. *Recop.num.*26. Hermoſill. *in d. leg.*52. *dict.
gloſſ.*7. *num.*31. *& ſeq.* † Et primum licitatorem non 39
liberari, ſi poſtea ſecundus Domino, vel vectigalis
locatori diſpliceat, imò poſſe venditorem ſpreto ſe-
cundo licitatore acceptare primum, tenuit Bart. quem
ſequitur Alex. *in addit. ad eundem Firmian.* & alij lau-
dati à Pinell. *ſupr.* quibus fauet *l. Sabinus* 9. *cum l.ſeq.
ff.de in diem addict.* facit. *l.ſi ſeruus plurium* 50.*§.ſi quis
ante, ff. de legat.*1. Contrarium conſuluiſſe Baldum
refert Caſtrenſ. *in d.l.licitatio num.*3. vt per oblationem
ſecundi licitatoris cenſeatur receſſum ab oblatione
primi, ita vt liber remaneat, *argum.l. ſtipulatus* 44. *ff.
de fideiuſſor. l. ſi præſes, pen.* aliàs incipiebat *Valerianus*,
*ff.de prætoriis ſtipul. l.cùm in plures* 60.*§. leg. dicta, ff. lo-
cati*, hanc partem tenuit quoque Alber. *in l.ſi venditor,
ff. de in diem addict.* & Curtius *lib.*2. *coniect. ad fratr.
capite* 10. *ad fin.* Sichar. *in rubr. Cod.de vectigal. nu-
mero* 5.

Hanc ergo Doctorum varietatem plures voluerunt 40
componere, præcipuè Pinell. *num.*30. Auiles *numer.*8.
*verſic. quod ego intelligo*; quorum concordia non per
omnia ſedat difficultates, Res meliùs explicabitur ſi
dicas, quòd ſi in venditione facta in publica ſubhaſta-
tione interuenerit pactum inter venditorem & em-
ptorem, vt oblata meliori conditione primus emptor
remaneat liberatus, ſi alius plus obtulerit, remanebit
liber primus, ex *d.l.Sabinus, ſecundo reſponſo*, ſi verò
nullum pactum tale interueniat, ſed tantùm genera-
liter proclamatum eſt à Præcone, quòd res plus offe-
renti adiudicabitur, & ſecundus emptor maiorem
quantitatem offerat, & ſit æquè ſoluendo, quemad-
modum primus licitator liberatur, ita tenetur vendi-
tor ſtare ſecundo licitatori, quo in caſu procedit opi-
nio Baldi, & iura pro eo adducta. Quòd ſi ſecundus
licitator, qui maiorem quantitatem obtulit, ſoluendo
non ſit, vel non ſit æquè idoneus ſicut primus, non
liberatur primus, ſed poteſt venditor ſpreto ſecundo

eligere primum, & ſic procedit *dicta lege Sabinus. cum l. ſeq.* & opinio Bar. cuius rei ea eſt ratio, nam etſi oblata fuerit maior quantitas à ſecundo, ex quo tamen ipſe non eſt æquè idoneus ſicut primus, non dicetur offerri melior conditio, *leg. 4. §. fi. ff. de in diem addict.* Sed ſi venditor acceptet & approbet ſecundam licitationem, primus licitator liberatur, ita vt venditor non poſſit habere recurſum contra ipſum,
41 *l. ſi venditor 14. §. ſed ſi emptor, ff. de in diem addict.* † Id tamen limitandum erit, vt non procedat in venditione factâ à priuato in publicâ ſubhaſtatione, quia talis res non poteſt adiudicari ſecundo licitatori plus offerenti, niſi factâ priùs denuntiatione primo qui licitauit, *leg. neceſſe 8. ff. de in diem addict. lege 40. titulo 5. parte 5.* † Rurſus limitanda erunt ſupradicta, ſi de eâ re vigeat conſuetudo in eo loco quo fit ſubhaſtatio, nam ſi more receptum eſt primum licitatorem manere liberatum per oblationem ſecundi plus offerentis, talis conſuetudo ſeruanda erit, *leg. ſi publicanus 4. §. fin. l. locatio 9. §. earum 6. ff. de publicanis*, docet Guid. Pap. *deciſio. 536.* & Boher. *d. deciſio 248.* poſt Bal. *in l. fin. in princ. C. de iure dominij.* Auendañ. *in diction. verb.* Almoneda, & Valenzuel. *in dicta l. 4. n. 16. verſic. quoad primum igitur.* Nam iuxta talem conſuetudinem cenſentur contrahentes voluiſſe contrahere, *l. quòd ſi nolit 31. §. qui aſſidua ff. de ædil. edict.*

43 *Tertiò* limitatur ſupradicta reſolutio, vt non procedat in rebus Eccleſiæ, quæ licèt vendi debeant in publicâ haſtâ, *Auth. hoc ius porrectum, C. de ſacr. Eccl.* adiudicandæ non ſunt plus offerenti, ſed illi qui offert iuſtã æſtimationem tantùm propter bonam fidem, quæ magis in Eccleſia exigitur, quàm in cæteris hominibus, vt notauit Gloſſ. *in cap. ea enim, verſic. hoc ius. verb. vt plus 10. quæſt. 2.* quam ſequitur Roman. 55. & 762. Boher. *dicta deciſio. 248. n. 2.* Damhaud. *de ſubhaſtatio, cap. 5. n. 11. cum ſeq.* Azeued. *in l. 2. n. 4. tit. 11. lib. 9. Rec.* & relati à Valenzuel. *in d. l. 4. infr. h. tit. n. 15.* Verùm huiuſmodi Gloſſæ doctrina in praxi non ſeruatur, vt teſtatur Rebuff. *1. tomo ad ll. Galliæ, titul. de præconijs & ſubhaſt. n. 21.* & Valenzuel. *d. n. 15. ad fin.* Quoniam ea præſumitur eſſe iuſta quantitas rei, quæ pro ea offertur, & tanti præſumitur res valere, quanti emitur. Pinell. *in d. l. 2. C. de reſcind. 3. p. c. fin.* Imò qui haſtæ fiſcali, aut Eccleſiæ præſidet, tenebitur plus offerenti dare, vt notauit Barr. *in h. l. 4. infr.* vbi etiam Platea, & ita conſtat ex *d. l. 32. tit. 11. lib. 9. Rec.* ibi, *y que ſeano torgadas al que mas diere por ellas*, vbi notarunt plures relati ab Azeued. *ibi num. 3. & 4.*

44 *Quarta* limitatio ſupradictæ reſolutionis procedit, attento iure hodierno, ex *l. 12. d. tit. 11. lib. 9. Recop. & l. 10. & ſeq. tit. 22. eod. lib.* Quibus cauetur minimè eſſe liberatum primum licitatorem in ſubhaſtatione reddituum regalium, vel vectigalium Principis, nam ſi appareat quòd is, in quem facta eſt addictio, non ſatis dat idoneè, debet fieri regreſſus ad præcedentes priores licitatores, ita vt gradatim deueniendum ſit ad eum, qui idoneos præſtet fideiuſſores, vt dixi *ſuprà num. 35.* ex Gutier. *de gabell. d. q. 155. n. 29. & q. 134.* Azeued. *in l. 4. tit. 5. lib. 7. Rec. num. 26.* & Valenzuel.
45 *in d. l. 4. h. tit. num. 16. ad fin.* † Qui limitat ſupradictas leges regias, vt non procedat, quando Officiales Principis iubebant ſubhaſtationis præconium ita concipi, vt per oblationem ſecundi licitatoris liberetur primus, vel tale pactum interueniat inter Officiales & licitatorem, nam ſeruabitur talis pactio ex *d. l. Sabinus, de in diem addict.* & ius ſaluum manebit fiſco aduersùs ipſos Officiales, à quibus conſequetur damna & intereſſe, ſi ex pacto, vel præconio arguatur dolus, ſeu culpa aliqua, *arg. l. periculum 35. D. ſi cert. pet. leg. cùm quæritur 16. D. de admin. tut.* obſeruat Bald. *conſ. 191. in fine libri tertij.*

46 *Tertiò* ex *ſuprà* adducta ratione noſtrorum iurium deduco, quòd ſi addictio, vel adiudicatio reſcindatur prætextu alicuius rationis, *y ſe abrio el remate*, & iterum res proclamata eſt, dominium reuertitur ad debitorem, vel ad fiſcum vendentem, ita vt fructus medij temporis ad debitorem, vel ad fiſcum ſpectent, non verò ad illum, in cuius perſonâ addictio prima fuit facta, etiamſi in eius perſonâ remanſit ex ſecundâ licitatione res ſubhaſtata *leg. 4. §. fundo leg. item quòd 6. in princ. & §. ſi quis extiterit. D. de in diem addict.* tradit Accur. *in l. 4. hoc tit. verb. admittat*, quem ſequitur Platea *ibi num. 3. in fine* Auiles *in cap. 32. pp. verb. de pujar. n. 15.* Barboſ. *in l. diuortio, in princ. n. 89. D. ſol. matr.* Ratioque eſt, nam cùm prior addictio ſit reſciſſa *y abierto el remate*, ille in cuius perſona remanſit res licitata, non remanet Dominus eius rei, & ſic reuerti debet ad debitorem, ne dominium ſit in pendenti dum iterum proclamatur, *arg. l. 1. D. de vſucapt.* ibi, *ne rerum dominia in incerto eſſent, l. 1. §. ſi quis proximior. D. vnde cognati, l. finali in fin. D. com. prædio.* & quamuis prima licitatio eſſet in pendenti, donec maiori licitatori fieret addictio: nihilominus aperta addictione non ſunt iam illa bona primi licitatoris, licèt ſola pretij quantitas quam obtulit duret, ſed illius, cuius antea fuerant, & ſic non poterit facere fructus ſuos, quia remanent reſciſſa addictione in eodem ſtatu, in quo antea fuerant ante venditionem. Quia titulus qui ſua natura eſt reſolubilis, facta reſolutione efficit, vt res cum fructibus interim perceptis reſtituatur, *dicta leg. 4. in principio cum alijs §§. l. item quòd 6. l. Imperator 16. ff. de in diem addict. lege is qui vndecimo §. ſi fundus 10. ff. quod vi, aut clam. lege finali ff. de iure fiſci lege autem 23. §. cùm redhibetur, ff. de ædil. edict. leg. videamus 38. §. item ſi 2. ff. de vſuris leg. 1. C. de his quibus vt indig.* vbi notant Bald. Caſtrenſis, Alex. & alij, Panorm. Tiraquel. & plures relati à Salgado *de Regia protectione 4. part. cap. 14. num. 140.* Reuocata enim ſententia, cuius cauſa quis poſſidebat res cum fructibus, eſt reſtituenda, *lege filio 16. §. fin. ff. inoffic. teſtament.* cuius argumento ita tenent relati à Salgado *vbi proximè, n. 145. & ſeqq.*

Sed obſtat, quòd poſt addictionem & applicatio- 47
nem bonorum, dominium tranſlatum eſt in emptorem, quia venditio iudicialis facta in publicâ ſubhaſtatione dominium transfert, ſi ab ipſo Domino facta fuiſſet, *lege ſi ob cauſam 13. C. de euictione leg. ſi plus 74. §. 1. D. eod. leg. non eſt nouum 46. D. de adquir. rer. dom.* & quamuis ſolemnitas ſubhaſtationis non fuerit obſeruata, nihilominus tamen ille, qui emit, videtur eſſe bonæ fidei poſſeſſor, quia iuſtè poſſidet qui Auctore Iudice poſſidet, *l. iuſtè D. de adquir. poſſ.* & ſic debuit lucrari fructus. *§. ſi quis à non domino, de rer. diuiſ. cum vulg.* quia mala fides ceſſat vbi adeſt error iuris dubius, & concurrit auctoritas iudicialis, *c. cùm delectus, verſ. cæterùm, de conſuet.* Giurb. *deciſ. 89. num. 11.* Salgad. *d. c. 14. n. 138. & 139.* † Cui difficultati reſpon- 48
dendum eſt, adhibitâ diſtinctione, quam in aliis caſibus *ſuprà* tradidimus cum Gutier. *lib. 1. pp. q. 38. num. 2. & 3.* Nam aut ſolemnitates omnes ſubhaſtationis fuerunt obſeruatæ, aut non. *Primo* caſu, ſi reſcindatur venditio facta in publicâ ſubhaſtatione, vel propter reſtitutionem in integrum, quæ competere ſolet minori, fiſco & Eccleſiæ, vel aliis perſonis priuilegiatis, *lege 4. h. t. lege 1. infr. de venden. reb. ciuit. lege Lucius 21. §. fin. D. ad municip.* † Vel propter reſtitutionem gra- 49
tioſam, quam vocant quæ ſolet ex æquitate concedi debitoribus, qui addictionis pretium & expenſarum ſoluere volunt, de qua agit Pinell. *in lege 2. C. de reſcind. 2. p. n. 27.* Couar. *2. var. cap. 11. num. 3.* Molin. *de iuſt. & iur. diſp. 575.* Perez *in l. 3. tit. 8. ordin. verſ. dubitari præterea ſolet.* Ceuall. *q. 633. tot.* Gutierr. *lib. 2. pract. q. 161. à n. 1. & lib. 4. q. 69. num. 16.* Felician. *1. tom. de cenſibus c. 3. n. 10.* Giurb. *deciſ. 105. num. 14.* Eſcobar. *de ratiocin. comput. 14.* Beltramin. *ad deciſ. 297.* Ludouiſij

*damiſſij num.* 10. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7.
50 *gloſ.* 3. *p.* 2. *n.* 15. † Vel ob enormen læſionem, de qua dicemus. His enim caſibus reciſsâ venditione & addictione *y remate*, fructus perceptos ab emptore minimè eſſe reſtituendos arbitror, quia Dominus verè fuerit ex venditione, *lege infrà de vend. reb. ciui.* ibi, *auferri ſibi dominium poſſit, iuncta lege* 3. §. 1. *leg. Iulianus* 12. §. *ſi fructibus* 10. *D. de actio. empti leg. penult. Cod. eodem,*
51 cum adductis à Maſtrill. *deciſione* 33. *num.* 4. † Sed huic reſolutioni obſtat *l. fin. D. de iure fiſci*, in cuius ſpecie fiſco diſtrahente, & addictione reciſſa, fructus qui percepti fuerint inter primam & ſecundam licitationem, ad eum pertinent, non ad emptorem. Quod ex eo patet, nam Valerij Patroini fiſci Procuratoris ſententia, qui ad fiſcum pertinere dicebat, non fuit admiſſa, non quia contraius eſſet, ſed quia aliter caſus euenerit, ſcilicet quòd licitatio & addictio intra tempus vindemiarum euenerat, id eſt, pendente vindemia nondum erant lectæ, aut perceptæ vuæ, & ſic nullus fructus collegerat emptor ante ſecundam addictionem. Sed, vt faciliùs explicetur mens IC. ita ponenda eſt ſpecies.
52 † Valerius fiſci Procurator addixit certa prædia cuidam Staltitio, *remato el prodio*; verùm quoniam in fiſcalibus auctionibus ex priuilegio fiſci nondum poſt primam addictionem ſit ſecura venditio, ſed alia ſpectatur, & maius pretium intra certa tempora offerente alio, poſſet reſcindi venditio, & ei addici. *dicta leg.* 4. *hoc titulo* vbi docet Gothofredus *litera F.* & Cuiacius *in dicta leg. finali leg.* 1. *infrà de vend. rebus ciuil.* Euenit vt quodam plus licitante idem Staltitius prædia addicta eodem pretio recepit, & reſtituit. Quæſtio inde orta fuit de fructibus. Patroinus ad fiſcum pertinere affirmabat, ſi modò percepti fuiſſent inter primam & ſecundam licitationem, id eſt, *deſpues de aberto el primer remate.* Quemadmodum ſi in diem addictio facta ſit, & poſtea melior conditio offertur: quo caſu certum eſt fructus ad venditorem pertinere, qui medio tempore ſunt percepti, *lege item quod ſexto* §. *fin. cum alijs, D. de in diem addict.* Quàm doctrinam non infirmat, ſi dicat Conſultus receſſum fuiſſe in ea ſpecie ab hoc tractatu; quoniam, inquit, erat tempus vindemiarum, & pendente vindemiâ vtraque licitatio interuenerat, & ſic nulli fructus fuerunt coacti. Quaſi diceret, cùm nullos fructus collegerit emptor, de hac difficultate non fuit actum. Atque ita conſtat ad fiſcum venditorem pertinere fructus, vt intellexit Accur. *in dicta lege fin. verb. vniuerſos*, & Barboſa *in leg.*
53 *diuortio, in principio num.* 89. *&* 90. † Huic difficultati rectè ſatisfieri poteſt cum Bar. & Cuiac. *in dicta l. finali*, vt poſt venditionẽ & addictionem factam à fiſco ſub haſtâ alius poſſit admitti, ſi licitari velit, & pretium augere addictione reſciſſa, *dicta lege* 4. *hoc tit. leg. Lucius* §. *fin. D. ad municip. d. leg.* 1. *de vend. rebus ciu.* & hoc ex priuilegio ſpeciali fiſci, quod ex dictis iuribus competit, ex quo reſcinditur venditio, & habetur pro non facta, vnde emptor non potuit fructus prætendere, vt docet cum Bar. & Plat. Barboſ. *d. num.* 89. Quod priuilegium debet accipi in re quæ ſit ipſius fiſci, non verò debitorum eius, & vt in haſta læſio interueniat, vel alia iuſta cauſa, vt conſiderat Gutier.
54 *d. lib.* 1. *pp. q.* 38. *num.* 2. † At extra hunc caſum venditor minimè fructus iam perceptos poterit adquirere, quia ſinceriter facta ſubhaſtatione, & cum debitis ſolemnitatibus dominium tranſlatum rectè, etſi poſtea reuocatio introducatur, fructuum adquiſitionem cau-
55 ſabit. † *Secundò* verò caſu quando ſubhaſtatione ſine debitis ſolemnitatibus celebrata eſt, & ſic nulla fuit, cùm dominium non fuerit tranſlatum ex venditione emptor cenſetur malæ fidei poſſeſſor, & fructus non poterit adquirere, vt diximus *ſupr. num.* 13. *& ſeq.* & ſic pertinebunt reſciſſa addictione ad venditorem *l.* 1. *C. ſi vendito pignore l.* 2. *C. ſi antiquior creditor.*

*Quartò* & principaliter ex noſtrorum iurium ra- 56
tione deduco: quòd quamuis ſubhaſtationis fides & auctoritas magna ſit, vt diximus *in rub. in fin. ex lege qui ſi aliter* 9. *Codice de diſtractione pignoris lege ſi hypothecas* 8. *C. de remiſſ. pignoris leg. quacumque* 5. *h. tit.* ita vt rerum quarundam, quæ ſub haſtâ venduntur, euictio nõ præſtetur, quaſi Magiſtratus ipſe, cuius auctoritate atque præſentia auctio fit, Auctor ſit talis venditionis idoneus, *leg. etſi is* 10. *ff. de diſtr. pign. leg.* 1. *Cod. creditorem euict. pign.* eâque adſtante purgari videatur fraudis & exceptionis periculum, quia ſemper præſumitur pro Iudicis decreto, *lege ab ea* 5. *in fin. de probat. leg. ingenuum* 25. *de ſtat. hom. leg.* 1. vbi dicam, *infrà de præd. decur.* ita videbatur dicendum in venditione, quæ in publicâ ſubhaſtatione fit, nullam poſſe fraudem, aut dolum committi, neque item læſionem inde aliquam poſſe prouenire quæ inducat remedium, *lege ſecunda Codice de reſcindend. vendition.* ſi fortè quis fuerit vltra dimidiam iuſti pretij damnificatus, cùm ſubhaſtatio probet iuſtum pretium, & res tantùm valeat, quantum vendi poſſit, *l. mortis* 18. §. *fin. D. de donatione cauſâ mortis* & iuſtum pretium dicatur quod quis licitando conſequi poteſt. *Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacr. Eccl. l. fin.* §. *fin. C. de admin. tut. iuncta l.* 2. §. *tut.* 8. *D. pro emptore.* Ita ſentiunt Peregrinus *de iure fiſci lib.* 6. *titul. quarto num.* 8. *in fin.* & relati à Morl. *in emp. tit.* 9. *quæſt.* 25. *numero tertio.* Oſvval. *libro* 23. *Don. cap.* 13. *littera G.* Matienz. *in l. prima gloſſ.* 9. *numero primo titulo vndecimo* poſt Angel. Fulgoſ. & alios, quos retulit Fachin. *libro ſecundo controuerſ. capite* 20. *verſ. cæterùm.* Ceuallos *com. quæſt.* 536. Maſtrill. *deciſ.* 33. *num.* 8. Valenzuel *in l. quinta num.* 8. *infra & in l. tertia numer.* 14. *ſupr. de iure*
*fiſc.* † Contrariam ſententiam, ſcilicet Iudicis decre- 57
tum, neque publicam ſubhaſtationem, non excludere remedium *leg.* 2. *C. de reſcind.* tenent Pinell. Gomez & alij relati à Morla *vbi prox. num.* 2. & Oſvval. *d. littera G.* Fachin. *d. c.* 20. *verſ. altera eſt.* Maſtril. *deciſ.* 33. *num.* 10. Giurb. *deciſ.* 105. Azeued. *in d. l.* 1. *tit.* 11. *n.* 31. *lib.* 5. *Reg. & in l.* 19. *tit.* 21. *n.* 125. *cum ſeq. lib.* 4. *Rec.* Lazarte *de decim. vend. cap.* 18. *num.* 82. Gutier. *libro primo pp. quæſt.* 161. *num. quinto & de gabell. lib.* 7. *quæſt.* 147. Ant. Fab. *de error. decad. decim. err.* 7. & *ſuprà* tetigimus *in lege tertia de iure fiſc. num...* quibus ergo calculum præbeo, quoniam in publica ſubhaſtatione poteſt interuenire fraus & dolus, vt probatur *in lege edicto. C. ſi aduerſ. fiſcum, & in l. ſi quos* 16. *C. de reſcind. vend. l. ordo* 3. *C. de execut. rei iud. leg. prima infr. de prædiis decur. in fine l. prima C. ſi vendito pignore* & expreſſum videtur *in h. l.* 2. *h. t. iuncta dicta lege* 3. *ſupra de iure fiſc.* & facit *l. ſiquidem* 11. *Codice de prædiis minor.* vbi minor reſtituitur aduersùs venditionem ſi fuerit læſus in pretio, etſi cum decreto facta ſit venditio. Deinde facit, quia non ex eo quòd ſubhaſtatio ritè & ſolemniter facta, aut pro rei iudicatæ auctoritate pro ritè facta habenda impedit ne reſcindi poſſit, ſiquidem non reſcinditur interpoſitio decreti; ſed venditio, cuius cauſa diuerſa eſt à decreto. Certùmque eſt Iudicis præſentiam excludere metum & dolum, *l. non eſt veroſimile* 23. *D. de eo quod metus cauſ. l. nuptura* 57. *ad fin. ff. de iure dotium.* Sed cùm præter dolum poſſit quis decipi in pretio, remedium quod datur læſis vltra dimidiam non excluditur per ſubhaſtationem; aliud quippe eſt de læſione in pretio agi, aut de iuſta cauſa vendendi cum iudiciali decreto & ſolemnitate iuris, vt *in d. l.* 1. *infr. de præd. decur.* vbi prætextu nullitatis non infirmabitur contractus, non tamen negat poſſe infirmari prætextu læſionis, vt ratiocinatur Ant. Fab. *d. error* 7. & Morl. *ſup. n.* 4. & conducunt tradita ab Azeued. *in leg.* 4. *numero* 2. *& tertio titulo quinto lib.* 7. *Rec.* Hodie verò apud nos ſine difficultate procedit hæc opinio, ex *lege* 1. *titulo vndecimo lib. quinto Rec.* quæ iubet competere dictum remedium intra qua-

driennium

driennium à tempore venditionis computandum, quam explicat Valenzuela *in lege 5. hoc tit. ex numero* 8. vbi multa conducibilia ad eius exornationem adducit.

58 *Quintò* infertur interpretationem *ad h.leg.4.hoc tit.* vbi ſi aliquis velit plus offerre, vel adiectionem facere, debebit eam proponere intra tempora quæ fiſcalibus auctionibus data ſunt, *leg. Lucius 21. §. fin. D.ad municip. leg. 4. C.de vectigal. & com. leg.1. infr. de vend. reb.ciuit.* facit *leg. fin. D.de iure fiſc.* Quantum autem tempus hoc fuerit, intra quod res licitanda ſit vſque ad addictionem. Credo de iure Digeſtorum Procuratoris Cæſaris arbitrio datum fuiſſe, vt videre licet ex dictis iuribus, à quibus certus terminus non eſt aſſignatus. Obtinuit tamen, vt in rebus fiſcalibus vendendis viginti dies ſubhaſtationibus dentur, iuxta *Auth. hoc ius porrectum.Cod.de ſacr. Eccleſ.* vbi notauit Acc. & in præſenti *verb. omni ordine*, quem ſequuntur plures relati ab Azeued. *in leg.3.tit.vndecimo libro nono Recop.* Molin. *lib.4. de primogenitis cap.3.num.46.* poſt Bar. Plat. Valenzuel. *numer.18. in dicta leg.4. hoc tit.* Roland. a Valle *conſ. trigeſimo 3. num. decimo tertio volumine primo.*

59 † In qua re fiſcus priuilegium habuit, vt poſt addictionem factam intra certum tempus adiectionem poſſet admittere, quod priuilegium aliis perſonis, neque ciuitatibus conceſſum non fuit, niſi ſpecialiter eis indulgeretur, & ſic fiſcus meliori conditione vſus fuit, docuit Accur. Platea & Pyrrhus *in dicta leg.4.* ita accipientes *dicta leg.Lucius. §. fin.D. ad munic.* vbi Cuiac. *lib.2. obſ. cap.24.* loco illorum verborum, *idem reſpondit*, reponit, *iidem reſcripſerunt*, vt de Seuero & Antonino intelligantur, quorum reſcriptum *in antecedenti §.* retulerat Iulius Paulus, quæ emendatio mihi non arridet, quia falſum eſt dicere Paulum vti reſcripti verbis, quæ ſi referret, non adiiceret, *non poſſe recedi à locatione*, ſed tertiuè ſcriberetur, *non poteſt recedi*, vt ſic Imperatores loquerentur, non verò Paulus. Tum etiam, quia cùm toties in eiuſdem legis contextu apponantur illa verba, *idem reſpondit*, leuiſſima coniectura eſt, ex eo quòd Imperatorum vnicum reſcriptum apponeret IC. aliud voluiſſe interſerere.

60 † Sed difficilis eſt ea traditio Pauli, quam non agnouerunt Bar. *n.2.verſ quæro.* & Valenz. *n.18.* dum priuilegium illud fiſci ad ciuitates extendunt, cùm tamen eis repugnet *dicta lege Lucius §. fin. & leg.4. h.t.l. Antiochenſium 37. D. de reb. auct. ind. poſſ.* Quapropter varias explicationes *ad d. legem. Lucius §. fin.* adferunt relati à Morla *in emp. tit. de reſt. in integrum quæſt.1.ex num 46.* qui rectè ait multum referre, an ciuitas poſſit reſtitui, vel an vtatur fiſci priuilegio, quòd attinet ad adiectiones admittendas. Nam fiſcus habuit proprium priuilegium de adiectionibus admittendis, etiam, poſt perfectam venditionem, vt *in d. §. fin. & d.leg.4.* & hoc ſine reſtitutionis auxilio, ſed iure proprio. At ciuitates ſi nullam de ea re prærogatiuam, aut priuilegium habent, venditionem perfectam non poterunt infirmare, niſi extraordinario remedio reſtitutionis causâ cognitâ, vt explicui in alio ſimili *in leg. vnic. infr. de ſent. aduerſ. fiſcum*, & ita dicemus ciuitates rectè admitti ad tale priuilegium, vt notauimus *ſupr. num.21. & ſeqq.* & explicat Morla *vbi proximè.*

61 † Iure tamen noſtro ex *d. leg.3. titulo vndecimo lib.9. Recop.* quadraginta dies aſſignantur in auctionibus gabellarum, intra quos addictio facienda eſt: in aliis autem auctionibus fiſcalibus triginta dies conſtituuntur, *leg.decima 3. titulo 4. lib.6. ordin.* in bonis ciuitatum locandis tenenda eſt forma, *l.4. titulo quinto, lib.7. Rec.* vbi vtrobique notat Azeued. Auendañ. *2. part.pp. cap.12.num.4.verſ. tertium requiſitum.* Gutierrez *de gabellis lib. ſeptimo quæſtione 153. tot.*

62 † Qui latè agit de illa quæſtione, an terminus huiuſmodi legalis poſſit minui, vel extendi, de quo erit quoque conſulendus Azeued. *in dicta leg.4. titulo quinto libro ſeptimo Rec. num. decimo quinto & in lege quinta titulo vndecimo lib.19. num.1. & ſeq.* poſt Bar. Plat. Rebuff. & alios *in dicta leg. 4.* vbi Valenzuel. *num.2.* qui reſoluit officialem poſſe augere tempus præfixum à iure in ſubhaſtatione, non verò minuere, ex recepta traditione Accurſij *in leg.finali D.de feriis*, & ex traditis à Felin. *in cap. licèt cauſam. numero decimo ſeptimo de probat.* Iaſo. *in l.2. D.de re iudic.* & expendit in eam rem *l.2.tit.13.lib.99. Recop.*

Ex his iam manent explicata hæc iura, nam lex prima concors eſt cum lege ſecundâ, eámque habet velut exemplum, vt Bar. & reliqui rectè ſentiunt. Nam 63
quod in prioribus verbis Antonius Imp. ait preces libellum continere, id ipſum aſſerit Gordian. *in leg.2.* illa voce, *deſiderium*, quia etiam vtitur *dicta l.1.* Rurſus quod ait *leg.2.* res venditas eſſe non peracto omni ordine, *dicta leg.2.* explicuit prætermiſsâ haſtarum ſolemnitate. Quaſi dicat, quòd ſi debitor egerit eo prætextu quòd poſſeſſiones ſuas ſine ſolemnitate ſubhaſtationis fuerint diſtractæ, & quòd iuſto pretio venditio non fuerit facta, tunc reſcindatur, vtpotè deficiente formâ, cuius omiſſio annullari facit actum, cum malâ fide cenſeatur facta, cùm iuſto pretio non ſit venditum, vt dixi *in leg.3. ſupr. de iure fiſc.* & facit *leg.1. C. ſi vend. pign.* debet enim fiſcus vendere iuxta æſtimationem rei *l.3. §. Diui 5. D. de iure fiſc.* & ſic duplici ex capite agitur *in d.l.2.* tum ex defectu ſolemnitatis, tum ex pretij vtilitate, quæ inducit malam fidem *d.l.3. de iure fiſ.* † Vnde ſolent Bart. Bal. Platea, 64
Rebuff. & Pyrrh. deducere admitti poſſe cumulationem actionum plurium in eandem rem competentium, quarum quælibet ſufficiat ad obtinendam victoriam vt declarant DD. *in l. edita. C. de edend.* vbi Gilchen. *ex num.152.* poſt Dynum *in cap. nullus pluribus, de reg. iur.in 6.* Bar. *in leg. Diuus ff. de re iudic. & conſ.140.* Pyrrh. *in d. leg.2.* vbi etiam Valenzuel *n.5.* & multi laudati ab Oſvvald. *lib.21. com. Donell. c.3. lit.D.& ſeqq.* † Rurſus quod ait hæc *l.1.* totum de- 65
bitum perſoluendum eſſe fiſco, *d. l.2.* ſubiicit conſulendum eſſe fiſci indemnitati, & quòd lex noſtra reſciſsâ venditione, res eſſe cum fructibus reſtituendas debitori, expreſſit *d.l.2.* debitori alloquens, *tuæ ſecuritati operam laturus*, & quod vna de probatione à debitore facienda dixit altera, *illicita iſta redargue.* † Sed 66
antequam abeamus, explicanda ſunt illa verba *d.leg.3. tit.in fraudem tuam vtilitatémque rationum mearum*, quæ congruum ſenſum non videntur habere, quia ſignificant emptionem illam gratioſam fuiſſe factam ad vtilitatem fiſci, & ſic menti Gordiani repugnat, qui innuit in perniciem fiſci factam. Quâ difficultate oppreſſus Accur. *in d.l.2. verb. vtilitatem*, nihil non tentat, & Lucas de Peña peiùs eam explicuit, & Valenzuel *num.9.* ſatis obſcurè loquitur. Aliam viam ingreſſus eſt Cuiac. cenſens vnicum nomen eſſe *inutilitatem*, & vnam dictionem, quæ reſtituenda eſt quoque *leg. fin. C. de ſeruit. & l.1.§. hac autem 4. ff.depoſiti*, quod cùm notaret *in d.l.2.* iterum repetit *lib.16. obſer.c.29.* affirmans hac voce vſum Ciceronem *lib.2. de inuentione*, & Caſſiod. *in Rhetorica cap. de genere cauſarum.* Sed eum reprehendit Ioan. Robert. *lib. recept. lect.cap.31. & lib.2. animad.cap.26.* licèt ipſe ſeſe defendat *lib.2. notat. cap.26.* ſub nomine Antonij Mercatoris. Verùm ſi inter duos hos infenſiſſimos viros iudicium meum interponere poſſum, à Cuiacio recedo. Nam quamuis admittam vocem *inutilitas* in linguæ Latinæ Auctoribus reperiri, nego tamen neceſſariam eſſe *in d.l.2.* cuius ſenſus ſatis conſtat, etſi dicamus nullum damnum fiſco obuenire ex eo quòd res per gratiam viliùs ſit vendita, cùm fiſci debitum eſſet exiguum, & Officiales fraudem commiſerunt non contra fiſcum, cui ex illâ vili venditione ſatisfactum eſt, ſed contra debito

debitorem, cuius res plus valebat. Allegabant itaque hoc vtilitatem fiſci ceſſiſſe, quod merum commentum erat. Rurſus ſi emendationem Cuiacij admitteremus, non rectè poterant Aduerſarij Heracleonis, qui rem venditam repetebat, dicere in rationum Dominicarum inutilitatem, ſeu damnum venditionem factam, imò potiùs contractum defendebant, quod in fiſci vtilitatem ceſſerat, quod commentum, ſeu falſum eſſe Heracleon affirmabat. Cæteras huius tituli leges ſpeciali commentario non explicamus, cùm ſatis ex iis, quæ adduximus, exornatæ ſint.

## TIT. IV.

### *De venditione rerum fiſcalium cum priuatis communium.*

## LEX VNICA.

*Imp.* ALEXANDER A. *Epicteto.*

Forma eſt, quoties ad fiſcum vel minima portio rei pertinet, vt vniuerſa à Procuratoribus meis diſtrahatur, ſed pretium partis tantùm in fiſcum redigatur, reliquum dominis partium reſtituatur. Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dediſti, apud ſuum Iudicem conueni, vſurum defenſionibus, ſi quę ſibi competunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Socius ſine conſenſu ſocij in re communi nihil poteſt, & plura de re communi,* & n. 2. & 3.

4 *Fiſcus poteſt rem communem ex ſpeciali priuilegio vendere inuito ſocio.*

5 *Referuntur alia priuilegia fiſci circa res cum alijs communes.*

6 *Qua in ratione fundetur huiuſmodi priuilegium fiſci, & de controuerſia Bulgari & Martini circa poteſtatem Principis in rebus ſubditorum,* & n. 7.

8 *Ob vtilitatem publicam introductum probatur, vt fiſcus rem communem vendere poſſit, & in quo conſiſtat talis ratio?* & n. 10. 13. & 14.

9 *Debitor non poteſt efficere vt creditor accipiat inuitus particularem ſolutionem.*

11 *Communio ſolet excitare diſcordias.*

12 *Expenditur* leg. ſi res 21. §. 1. D. de iure fiſci, *&* numero 36.

15 *Hoc priuilegium fiſci procedit, ſiue res habeat commodam diuiſionem, ſiue non, contra Martini opinionem,* & num. 18.

16 *Diuiſio rei poteſt fieri non ſolùm per partes naturaliter ſeparatas, verùm & per confuſas, & quæ per intellectum conſpiciantur magis quam materialiter,* & num. 17.

19 *Explicatur* leg. ad certam 6. D. de ſeruit. cum l. 2. eod.

20 *Quomodo intelligatur illud quod dicitur,* quod commune eſt, meum eſt.

21 *An neceſſaria ſit vtilitatis cauſa vt procedat hoc priuilegium?*

22 *An fiſcus ſi ſit vſufructuarius partis rei, poſſit rem diſtrahere ad vtramque partem diſcutitur, & probatur negatiua* n. ſeq. & n. 29.

23 *Vſusfructus in multis pars dominij cenſetur, & quomodo hoc intelligatur?* & n. 24. & 31. cum ſeqq.

25 *Vſufructuarius non poteſt ratione partis retrahere rem communem ex iure regio.*

26 *Vſufructuarius in re tantùm habet ius incorporale.*

27 *Vſufructuarius non poteſt ſine proprietario ſeruitutem imponere,* ad l. ſed etſi 19. §. fin. D. de vſufruct. *& de eius intellectu agitur,* & n. 28.

30 *Ex venditione factâ à fiſco dominium verè transfertur.*

31 *Explicatur* l. 4. cum aliis, D. de vſufr.

32 *Socius non poteſt inuito altero ſocio imponere ſeruitutem in re communi.*

33 *Fiſcus poteſt remittere ſeruitutem, vel vſumfructum communem.*

34 *Fiſcus an poſſit hypothecare rem communem ſicut poteſt vendere, & an ſi eam rem habeat obligatam cum alio, poſſit liberare?* & n. 35.

37 *An pignoris datio comprehendatur venditionis nomine?* & n. 38. & 40.

39 *Probibitus emere non eſt prohibitus accipere in pignus, nec prohibitus vendere non eſt prohibitus in pignus dare.* ad l. in quorum 24. de pignoribus, cum l. 1. §. eam rem, D. quæ res pig.

41 *Illuſtratur* leg. ſtatuliberi §. Quintus D. de ſtatulib.

42 *De authoritate Quinti Mutij Scæuolæ, & de I.C. interpretationibus.*

43 *Intellectus* ad l. vſumfructum §. in ſumma, de liber. cauſ.

44 *Diſcutitur quæſtio, an fiſcus rem communem poſſit locare, vel dare in emphyteuſim,* & n. 46.

45 *Locatio ad longum tempus, & emphyteuſis comprehenditur alienationis nomine, & transfertur ex eis contractibus poſſeſſio & dominium vtile.*

47 *Locatio ad longum tempus, & emphyteuſis conſiſtat, etiamſi nihil præſtetur ſtatim, & ex eis non transfertur dominium, & non differunt in ſubſtantia,* & n. 48. & 49.

50 *An transferatur dominium ſaltem vtile ex emphyteuſi & locatione ad longum tempus, & de diſtinctione dominij vtilis & directi,* & n. 52.

51 *Veteres in quinquennium conſueuerunt locare.*

52 *Expenditur* l. fin. D. ſi ager vectig. *& reprobantur Donell. & Cuiac.*

53 *In emphyteuſi conceſſa à Principe poſſeſſores Domini fiunt.*

54 *Explicatur* l. 1. §. qui in perpetuum. D. ſi ager vectig. *& de actione in rem vtili,* & n. 55.

56 Clem. de reb. Eccl. & c. 2. de locat. *explicantur, & quare ibidem ſub nomine alienationis comprehendatur locatio ad longum tempus?*

57 *Quid in praxi tenendum eſt in eo articulo?*

58 *Quando fiſcus ad breue tempus locat, remiſſiuè.*

59 *An rem communem poſſit fiſcus donare, & quid de iure regio, & de ratione tractatur,* & n. 60. 61. & 63.

62 *An quoque poſſit fiſcus rem permutare?*

64 *Quæ ſolemnitates debent interuenire in venditione à fiſco facienda hac in ſpecie, & an fides de pretio habenda ſit, & cui dandum pretium?* & n. 65.

66 *Qua actione aget ſocius contra fiſcum pro partis ſuæ pretio?*

67 *Socius ſi velit rem emere, erit præferendus aliis emptoribus.*

68 *An debeatur gabella de parte ſocij quam vendit fiſcus?* & num. 69.

70 *An hoc priuilegium fiſcale competat Eccleſiæ?*

ETsi ſocius inuito altero ſocio in re communi nihil poſſit, cùm non ſit ſolidus Dominus, *l. parietem* 8. *l. in re communi* 26. *D. de ſeruit. vrb. iuncta l.* 2. *D. de ſeruit. l. vnus ex ſociis* 34. *D. de ſeru. ruſt. l. proprium* 5. *in fi. D. com. prædio. l. Sabinus* 28. *D. comm. diuid.* Quia non debet 1

alteri per alterum iniqua conditio inferri, *leg. non de-*
*bet 75. D. de regul. iur.* cum notatis à Felin. *in cap. cùm*
*omnes, n. 15. & ſeq. de conſtitut.* Fran. Marco. *deciſ. 489.*
Petr. de Vbaldis *in tract. de ſociet. q. 12.* Bohet. *conſ. 6.*
Bertaz. *conſ. 57. & ſeq. & conſ. 211. lib. 1.* Dueñas *reg.*
295. Vital. *lib. 2. var. cap. 5.* † Ita vt ſi ſocius vendide-
2 rit rem communem, alteri ſocio qui non vendidit, da-
tur rei vindicatio partis ſuæ in emptorem, etiam non
oblato pretio *l. 3. C. de rei vind. tot. tit. C. de com. rer. alien.*
vbi ita poſt alios notauit Cuiac. & omnes *in præſenti,*
cùm inuitus rei Dominus vendere cogi non deb[illegible] *l.*
*nec emere C. de iure delib. l. inuitus Cod. de* [illegible]
iunctis quæ adducemus *infrà in tit. vt nemini liceat in*
3 *emptione ſpec.* † Neque poſſit quis plus iuris in alium
transferre, quàm ipſe habet, *l. nemo 54. D. de regul. iur. l.*
*traditio 20. de adquir. rer. dom.* Neque cum alio com-
mune habeo meum, non dicatur niſi quoad partis
meæ diſpoſitionem, *l. ſerui 5. §. Labeo. de leg. 1. l. nemo*
*ex ſociis 68. D. pro ſocio l. ſi ſocius 16. D. ſi cert. pet.* vbi
4 notat Iaſ. *n. 3.* & Panorm. *in c. ratio n. 2. de reſcript.* † Hæ
omnes regulæ in fiſco locum non habent, cui priuile-
gium hac lege conceditur, vt rem communem cum
priuato poſſit alienare inuito ſocio, etiamſi in eâ
quantumcumque minimam habeat portionem, & ex
tali venditione dominium rei in emptorem tranſibit,
parte tamen pretij ſocio conſeruatâ, quod etiam ante
Alexandrum in præſenti cōſtituerat Antoninus *in l. 2.*
*C. de commun. rer. alien.* & ſequutus eſt Rex noſter
Alphonſus *in l. 55. tit. 5. part. 5. vbi gloſ. 1.* multa conge-
5 rit Hermoſilla *num. 1. & ſeqq.* † Neque eſt inſolens in
iure circa res communes fiſci & priuatorum ſimile
priuilegium, nam inſtrumenta communia fiſcus ha-
bet, *l. procurator 7. C. de edendo l. fin. Cod. de fide inſtrum.*
*l. 4. in fin. ff. fam. erciſc.* obſeruant Gothofred. & alij *in*
*dicta l. 7.* Item etiam fiſcus eligit portionem quam ex
rebus eorum, qui ſe detulerunt, reportat, niſi ſit vxor
defuncti, *l. vnic. infrà de his qui ſe deferunt,* notant Va-
lenzuel *hîc,* & Fuluius Conſtant. *n. 8. & ſeqq.* poſt Pe-
regrin. quem non refert, *lib. 6. de iure fiſc. titul. 4. n. 25.*
*& 26.* Alfar. *de officio fiſcal. gloſ. 34. §. 1. num. 23. & ſeq.*
Caſtillo *lib. 3. quotid. c. 6. ex n. 13.* Dueñas *reg. 375.* Deci.
*in leg. id quod noſtrum, de regul. iur.* Baiad. *ad Clar. q. 95.*
*n. 24.* Poteſt etiam & fiſcus rem ſibi & alij commu-
nem alteri in totum hypothecare, & alia facere, quæ
ex *infrà* dicendis cognoſcentur.

6 De ratione huius priuilegij diſquirunt Interpretes,
& in primis Accur. *in proœm. ff. in princip. verb. ſanctio-*
*rem,* vult hoc inductum ex plenitudine poteſtatis
quam in rebus priuatorum multi concedunt Principi.
Qui agens de illa controuerſia quæ inter Bulgarum
& Martinum circa poteſtatem Principis in rebus
ſubditorum interfuit (cuius memini ego *lib. 1. obſer. c. 1.*
*num. 51.*) Ait ipſe Accur. illud intelligendum eſſe cir-
ca partem, & ſic ſentit in parte liberam eſſe Principis
poteſtatem, cùm afferat Martini ſententiam probari
ex hac noſtrâ lege, quatenùs concedit Principi libe-
ram facultatem diſponendi de re ſubditi etiam contra
eius voluntatem. Nam Martinus voluit ſubditorum
bona eſſe in liberâ Principis diſpoſitione, contrarium
tenente Bulgaro, vt refert quoque ipſe Accurſ. *in*
*leg. 3. Codic. de quadrien. præſcript.* quem ſequuntur
plures à nobis relati *dict. lib. 1. obſ. cap. 1. num 50. &*
*ſeqq.* licèt quoad hanc ſententiam Martino adhæreant
Bar. *hîc,* & Bald. *num. 7.* Salycet. *in dicta leg. 2. Cod.*
*de comm. rer. alien.* † Verùm iam olim probauimus
7 falſam eſſe Martini ſententiam, & à Chriſtiano Prin-
cipe alienam eſſe, *dicto capit. 1. num. 51.* & præter *ibi*
adductos videndi Præceptor noſter D. Solorzan.
*lib. 1. 2. de iure Indiar. capit. 21. numer. 43. & ſeq. &*
*maximè n. 62.* Caſtillo *lib. 3. controuer. c. 6. toto.* Giurb.
*conſ. 57. num. 6.* & nouiſſimus Guſman *de euict. ca-*
*pite 52. tot.* & in noſtrâ ſpecie ante omnes tenuit Al-
ber. *in proœm. ff. col. 6.* Cagnol. *num. 111. verſ. ad*
*legem,* Valenzuel. *hîc num. 2.* Fuluius Conſt. *num. 53.*
qui rectiſſimè notat legem noſtram non fundari in
aliquâ ratione dominij, aut proprietatis, quam Prin-
ceps, vel fiſcus habeat in rebus ſubditorum, ſed con-
ſiſtere in mero priuilegio & ſingulari iure, & ita falsò
adduci pro opinione Martini quæ iure noſtro regio
reprobatur *in l. 2. tit. 1. p. 2.* cum aliis quæ adduxi *dict.*
*lib. 1. cap. 1.* & Caſtill *d. c. 6. n. 13.* & lex noſtra ad rem
non facit. Nam ſi Princeps diſponere potuiſſet de re
priuatorum, ad quid exigeret, vt in tali re partē habe-
ret, vt vendere poſſet, ergo non ratione facultatis libe-
ræ, ſed ratione partis id facit, vt præſenſit Bal. *in d. l. 2.*
*Cod. de comm. rer. alien.*

Verius igitur dicendum eſt grande hîc priuilegium 8
fiſco conceſſum, vt denotat vox *forma,* quæ ſignificat
priuilegium *d. leg. 2. Cod. de com. rer. al.* ibi, *iuxta pro-*
*prium priuilegium vendit,* vt firmat Valenzuel. *hîc n. 1.*
& ſi ſciam eam voculam variè accipi ſolere, vt ob-
ſeruant Accurſ. & reliqui antiqui *hîc,* & Gothofred.
& Fuluius *num. 4.* & ego *dict. lib. 1. cap. 1. num. 108.*
Ratio priuilegij fuit (teſtantibus *hîc* Rebuffo, Valen-
zuel. *num. 3. in fin. & num. 6.* Fuluio *num. 5.* Cuiac. *in*
*in leg. res 22. §. 1. ff. de iure fiſc.*) vtilitas fiſci quæ cùm
ſit publica, priuatæ debuit præferri, *leg. 3. infr. de primi-*
*pil.* vbi dicam. Quæ in eo conſiſtit præcipuè, quia
res integra commodiùs vendatur, quàm particulatim,
*arg. leg. in commodato 17. §. duobus ff. commod.* ibi, *Nam*
*eum qui carrucham, vel lecticam commodauit, non rectè*
*acturum de ſingulis partibus, leg. non eſt nouum 10. ff. de*
*actio. empt. leg. 3. §. vbi duo. ff. de duobus reis leg. ita ta-*
*men 5. §. ſi tamen, Digeſt. iudicat. ſolut.* ibi, *Ne de-*
*fenſio per plures ſciſſas incommodo aliquo afficiat actorem,*
*leg. & ancillarum 27. §. fin. Digeſt. de peculio,* ibi, *Eſt*
*enim iniquum in plures Aduerſarios diſtringi eum qui cum*
*vno contraxerit.* Quorum iurium ſimilitudine tenent
plures, † non eſſe admittendum debitorem, qui ve- 9
lit vt creditor inuitus cogatur accipere particularem
ſolutionem, quia plurima incommoda habet partium
ſolutio & exactio, vt ait IC. *in leg. 3. Digeſt. fam. erciſc.*
docent poſt Bar. *in dict. §. duobus,* Alex. *in leg. cùm qua-*
*dam puella §. fin. in fin. Digeſt. de iuriſdict.* Decius, Do-
nell. & alij *in leg. quidam exiſtimauerunt. Digeſt. ſi cert.*
*pet.* Matheſilan. & eius additio. *ſing. 115.* Fachin. *lib.*
*10. controu. c. 59.* Morl. *tit. 8. quæſt. 8.* Duar. Cuiac.
& Donell. *in l. 2. §. & harum, ff. de verb. oblig.* Sarmien.
*lib. 2. ſelect. c. 16.* Ant Gomez. *2. var. c. 3. n. 13.* Couar. *3.*
*var. cap. 18. n. 4. verſ. & tamen* & in cenſibus tractant
Gutier *lib. 2. pag. 1. quæſt. 174.* Azeued. & Matienz. *in*
*leg. 1. tit. 15. lib. 3. Recop.* Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 8.*
*num. 16.* Rodriq. *de annuis redd. lib. 1. quæſt. 18. n. 35. &*
*ſeq.* † Quod nulla alia ratione procedit, niſi ex in- 10
commodo quod affert ſi res diuidatur per partes *leg.*
*Mænius 52. in fin. Digeſt. fam. erciſc.* & cùm poſſit tota
integra vendi, grauaretur fiſcus ſi partem tantùm ven-
deret, cuius non inueniret facilè emptorem, tum cùm
nihil ſe habere arbitraretur, ſi totam rem non emeret,
*leg. 2. infr. quando & quibus quarta pars.* tum, quia, ad
venditionem partis non ita accederet propter com-
munionem, † quæ plerumque ſolet excitare diſcor- 11
dias *l. cùm pater 77. §. dulciſſimis 10. D. de legat. 2. l. in re*
*communi 26. D. de ſeruit. vrb. l. ſancim. 34. §. ne autem 2.*
*C. de donat.* iunctis quæ tradit ad eius rei illuſtrationem
Tiraq. [illegible] *primog. q. 4. n. 27.* Noſter Collega Ioan. Roias
*in epitom. ſucceſſion. c. 5. n. 27. cum ſeq.* eleganter de more
Ioan. Sauaro *in notis ad Sidon. Apoll. lib. 4. ep. 1.* Oſuval.
*ad Donell. lib. 9. c. 11. lit. B.* Valenzuel. *hîc n. 6.* & ita in
commune nemo cōpellitur ſtare *l. 1. & ſeq. C. com. diuid.*
Fontanell. *1. tom. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 2. n. 31.* † In 12
quam rem expendi poteſt *l. res. 22. §. 1. ff. de iure fiſci,*
vbi fiſcus vt faciliùs inueniat emptorem, ſi in bonis
fiſco vindicatis ſint res aliis obligatæ (ita ponendum
eſt)

eſt) non ob id impeditur fiſcus vendere; quia etſi aliis ſint pignoratæ, venduntur cum ſua cauſa, id eſt, ſaluo iure pignoris, & quia pauci emerent res obligatas, fiſcus vt faciliùs inueniat emptorem, poterit eas vendere, ea lege vt præcedentibus creditoribus priùs ſatisfiat ex pretio, & ſuperfluum fiſco inferatur, vel ſi nihil ſit ſuperfluum, id eſt, ſi quantum eſt in pretio, tantum debeatur creditoribus pignoratitiis, fiſcus totum pretium ſoluet eis. Vel aliquando fiſcus integrum pretium accipit, recepto onere in ſe ſoluendi creditoribus, & liberandi pignoris, & id fit ob illam rationem, vt faciliùs inueniat emptorem, iuxta noſtram ſpeciem.

13 † Nec ſolùm propter vtilitatem fiſci hoc introductum priuilegium cenſeri debet, ſed etiam & propter dignitatem & maioritatem, *argum l. ſancimus* 34. *§. ne autem, Cod. de donatio.* firmat Bal. *in cap.* 1. *de fratrib. de nouo benefic. inueſt.* & Boher. *deciſ.* 5. *numer.* 5. & notat Fuluius *hîc num.* 7. Atque ideo magis dignum trahit ad ſe quod eſt minus, & ſuperat vincitque illud, *leg. quæ religioſis* 43 *ff. de rer. diuiſ. l. ſi communem* 10. *ff. quemadmod. ſeruit. amitt.* cum adductis ab Aluarez *in locis comm. lit. D.* & in ſpecie docet Lucas

14 *hîc num.* 17. † Quod vtique admittendum fuit, cùm hoc priuilegium non tendat in aliquod incommodum ſocij, cui ſuæ partis pretium conſeruatur, & addicitur & ſic quod ei non fuit damnoſum, non debet recuſare in alterius commodum, *argument. l. in creditore* 38. *ff. de emption.* ibi, *Cui enim non æquum videbitur vel hoc ſaltem conſequi emptorem, quod ſine diſpendio creditoris futurum eſt? leg. cùm in fundo* 78. *§. ipſius ff. de iure dotium, iuncta leg. in ſumma. §. item Varus ff. de aqua pluuia*, & quamuis hæc ſocietas fiſci ſimilis videatur leoninæ, vt ait Hippolyt. *ſing.* 655. nihilominus pro hoc incommodo alia habet commoda ſocius, quæ niſi cum fiſco ſocietatem haberet, non conſequeretur, vt *in dict. l. ſi communem. ff. quemadmod. ſeruit. l.* 1. *&* 2. *Cod. ſi vnus ex plurib.* & habens rem communem cum fiſco, non excluditur niſi ex eadem præſcriptione, quâ fiſcus, docet Fuluius *hîc num.* 14. *&* 15.

15 Hoc autem priuilegium fiſcale *primò* procedit ſiue res habeat commodam diuiſionem, ſiue non, vt contra Martinum (cuius *ſuprà* meminimus, qui hanc deciſionem accipiebat tantum quoties res communis diuidi commodè non poterat) tenent: Accurſ. *verb. diſtrahatur.* Odofred. Bar. & reliqui antiquiores, Valenzuel. *num.* 7. Fuluius *num.* 21. *hîc* Gregor. *in l.* 53. *tit.* 5. *part.* 5. *verb. vender, in fin.* Dueñas *reg.* 375. *n.* 5. Peregrin. *dict. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 23. *verſ. amplia etiam.* Qui aiunt quòd etſi maior ſit ratio in caſu quo res diuidi nequeat, iuxta *d. l. ſi communem, & c. per tuas, verſ. quod autem, de arbitris* & quæ cumulat Iaſon *in leg.* 1. *Cod. de tranſact. & in leg. ſi emancipati, Cod. de collat.* vbi Decius *numer.* 5. Marſil. *ſing.* 180. Corſetus *ſingul.* 71. *&* 228. Rebuff. *in auth. Habita Cod. ne filius pro patr. in priuil. ſchol.* 106. Maranta *de ordin. iudic.* 4. *p. diſt.* 11. *num.* 22. *&* 24. Gregor. *in leg.* 5. *tit.* 3. *pag.* 3. *verb. huerfano*, tamen ea eſt vis generalitatis noſtræ legis, vt omnem caſum contineat, ſiue ſit difficilioris, ſiue faciliories probationis, *arg. l.* 1. *§. quod autem, ff. de aleatorib.* & eorum quæ notat Tiraq. *de retract. lign. lib.* 1. *§.* 1. *gloſſ.* 14. *num.* 101. *& in leg. ſi vnquam, in princip. n.* 116.

16 † Vltra eos ego pro hac opinione conſidero malè à Martino & eius ſectatoribus de diuiſione tractaſſe, quia diuiſio rei fieri non ſolum poteſt per partes diſcretas, & naturaliter ſeparatas, verùm & per partes confuſas, & pro indiuiſo, non realiter ſeiunctas, ſed quæ intellectu magis conſtent, quàm corpore, vt fit diuiſio in iudiciis diuiſoriis, vt fit diuiſio in partes diſcretas, *leg. non poſſumus.* 7. *ff. ſi pars hæred. pet. §. penul. Inſt. de officio iudic. l. ſi ſtipulatus* 9. *§. qui decem. l. ſi Stichus* 29. *ff. de ſolutio. l. in ſtipulationibus* 54. *de verb. oblig.* & tunc non tam partes diuiſio conſtituit, quàm totum aliquid in portione diuiſa; *l. rectè dicimus* 25. *§. Quintus, de verb. ſign. l. ſi quis partem, ff. commun. præd.*

† *Secundo* modo fit diuiſio inter ſocios in partes non 17 diſcretas, & realiter ſeparatas, ſed mixtas & confuſas, quæ oculis non videntur, ſed mente & intellectu, ita docuit IC. *in l. ſeruus communis* 5. *ff. de ſtipul. ſeru. leg. Mænius* 61. *§.* 1. *de leg.* 2. quo in ſenſu quantumuis res connexa & cohærens dicitur diuidua, vt homo, equus, nauis, fundus, domus, & per partes præſtari, *dict. leg. ſtipulatus* 9. *§. qui decem dict. l. in ſtipulationibus, leg. cùm Stichus* 29. *cum ſimilibus*, quia licèt, realem, ſeu materialem diuiſionem recipiant, *leg. Caius* 86. *§. Titius, de legat.* 2. *leg. quòd in rerum* 24. *§. ſi quis poſt, in fin. de legat.* 1. *l. locus* 60. *de verb. ſign. leg.* 4. *§ fin. regum. c. afferte, de præſumpt.* tamen cùm in plurimum iſtarum rerum diuiſio earum ſubſtantiam, vſum, aut effectum impediat, meliùs & frequentiùs pro partibus indiuiſis per intellectum diſtribuuntur. † Vnde ſequitur quòd cùm 18 ſocius ſemper per intellectum & mentem in re communi partem habeat, nulla maior ratio euincere potuit, vt diſpoſitio legis de re indiuiſibili acciperetur, quàm de ea, quæ commodè diuidi potuiſſet. Præcipuè, nam cùm lex ait poſſe fiſcum diſtrahere, quamuis miniam portionem habeat, apertè videtur loqui de re quæ diuidi commodè poterat, vt expreſsè confirmatur *in d. leg.* 2. *Cod. de comm. rer. alien.* quæ loquitur de fundo, ſeu poſſeſſione (nam poſſeſſio pro fundo ſolet in pleriſque iuris locis accipi *leg. fin. Cod. de locat.* cum aliis) quæ tamen ſi communis eſſet fiſci & ſocij, diuidi poterat regionibus & finibus, vt *in leg. ſi partem* 25. *ff. de ſeruit. vrban. leg. ſi quis duas* 6. *§. ſi quis partem, ff. com. præd. leg.* 3. *§. fin. Digeſtis qui potiores in pignor. d. leg. Caius* 86. *§. Titius, de leg.* 2. *leg. rectè* 25. *§. final. de verb. ſignif.* notat eleganter Gothofred. *in d. §. ſi quis partem*, & Matienz. *in leg.* 13. *titul.* 1. *gloſſ.* 3. *num.* 5. *lib.* 5. *Rec.* & *infrà* referendi. † Quomodo pro- 19 cedit *lex ad certam* 6. *ff. de ſeruit.* vbi ad certam partem fundi ſeruitutem tam remitti, quàm conſtitui poſſe, docet Paulus. Cuius traditio videtur eſſe contra, *l.* 2. *eiuſdem titul. leg. vnius ex ſociis* 34. *ff. de ſeruit. ruſt.* quæ aiunt vnum ex ſociis non poſſe imponere ſeruitutem ſine ſocio. Quæ leges ita procedent ſi dicas ideò ſeruitutem ad partem conſtitui, vel remitti poſſe, quia pars illa non erat indiuiſa, vt *in dict. leg.* 2. ſed certa & diuiſa, & fundus inter ſocios certis finibus & regionibus diſtributus iuxta *dict. leg. Caius §. Titius* quo caſu ſocij vnius factum nullum damnum alterius parti afferre poteſt, quia pars diuiſa & diſcreta prædium magis, quàm pars prædij eſſe cenſetur, *dict. l. ſi quis duas §. ſi quis partem*, cum aliis. Neque intellectu conſpicitur, ſed ſenſu corporeo, id eſt, oculis, & ſic dicitur certa à cernendo, & pars indiuiſa incerta appellatur, *in leg. placet.* 25. *ff. quibus modis vſusfr. leg.* 1. *§. hoc interdictum, ff. vti poſſidetis*, tradunt Cuiac. *lib.* 21. *Paul. ad edict. in dict. leg. ad certam*, & antea obſeruauerant Accurſ. Bar. Fulgoſ. Eguinar Baro, & Forcatul. *ibi*, & ſequuntur Connan. *lib.* 4. *com. cap.* 9. *n.* 5. Donell. *lib.* 11. *com. c.* 9. Vacon. *declarat. iur. declar.* 63. *num.* 7. Mudæus *ad tit. ff. pro ſocio, pagin.* 64. † Vnde 20 conſequimur quòd quamuis quod cõmune eſt meum ſit, *l. illud* 46. *de ritu nupt. l. meritò* 51. *ff. pro ſocio*, iuncto Decio *in l. id quod noſtrum, ff. de reg. iur. num.* 4. Alciat. *per text. ibi. in l. pupillus* 239. *§. fin. ff. de verb. ſignif.* Forcatul. *in d. l.* 2. *n.* 4. *de ſeruit.* Hoc tamen eſt intelligendum non ſimpliciter, ſed ratione partis, ita vt ſi non poſſit exerceri ius dominij pro parte indiuiſâ, abſque eo quòd contingatur pars altera quæ eſt alterius ſocij, id ne in ſua parte licebit ei, qui rem communem cum alio habet, docet Sichard. *ad tit. C. de comm. rer. alienat. n.* 2. At verò ſi in ſua ſola parte poſſit aliquid facere, vt de alieno nihil attingat, hoc vtique facere poterit, vt *in dicta leg. ad certam. lege nemo ex ſacris* 68. *ff. pro ſocio*,

*leg. ſi ſocius* 16. *ff. ſi cert. pet. leg. vnic. Cod. ſi communis*
*res pign.* in quibus hac de cauſa rei communis vendi-
tio & pignoratio valet. Quod tamen in fiſco, vt di-
ctum eſt, non attenditur, cùm quomodolibet res at-
tingatur vendi & diſtrahi poſſit, vt in præſenti decidi-
tur.

21 *Secundò*, ſupradictum priuilegium procedet, etiamſi
nulla ſubſiſtat vtilitatis cauſa. Nam cùm fiſco conce-
datur priuilegium vt poſſit diſtrahere tanquam ſi res
tota ſua eſſet, de cauſa quæri non debet, ſiquidem
nullum eſſet priuilegium, cùm iuſtâ ſubſiſtente causâ
Principi licita ſit venditio, etiam in re aliena, vt pro-
batur *in l. Lucius* 11. *ff. de euictio.* (ad cuius Interpreta-
tionem ita docuimus *lib. 1. obſeru. c. 1. n.* 58. *& ſeq.*) *& in*
*l. 2. tit. 1. pag. 2. l.* 31. *tit.* 18. *pag.* 3. cum aliis. Quare cùm
generaliter lex noſtra priuilegium illud concedat, non
eſt cur cum Accurſ. & Salycet. *in d. l.* 2. Bar. Bal. *n.* 7.
Plates. *n.* 1. *hic*, requiramus cauſam, neque euidentem
vtilitatem, vt contra ipſos rectè tenuit Valenzuela *hîc*
*n.* 5. *&* 8. præcipuè, quia cùm ſecundùm veriorem
ſententiam, de qua *infrà* agam, non ſolùm rem com-
munem fiſcus poſſit diſtrahere, verùm & donare, vt
noſtro iure regio conſtitutum eſt, ex *l.* 53. *tit.* 5. *pag.* 5.
ſequitur nullam cauſam neceſſariam eſſe, cùm dona-
tio propter nullam cauſam fiat, *l.* 1. *ff. de donat. l. dona-*
*ri* 83. *de regul. iuris*, & cùm *in d. l.* 53. *partitæ* tam do-
natio, quàm venditio pari iure procedant, quantum
ad hanc facultatem fiſco conceſſam, ſequitur vt ſi in
vna diſpoſitione, qualis donatio, non requiritur cau-
ſa, eodem modo neque in venditione, ex *reg. l.* 4. *ff. de*
*vulgari* docet Valenzuel. *d. n.* 8. *hîc*.

22 Sed quæſitum eſt, cùm fiſco hoc ius vendendi datũ
ſit quoties ad ipſum vel minima rei portio pertineat,
an ſi fiſcus habeat in re vel in parte vſumfructũ, poſ-
ſit eo priuilegio vti, & inuito proprietario rem inte-
gram diſtrahere. Hanc quæſtionem pertractarunt poſt
Bal. *in d. l. 2. Cod. de com. rer. al.* Peregrin. *d. tit.* 4. *n.* 25. *verſ.*
*& ſecundùm.* Caſtillo *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 27. Alfaro *de officio*
*fiſcal. gloſſ.* 34. *n.* 25. Valenzuel. *n.* 12. & Fuluius *n.* 42.
*in præſenti*, & alij relati ab Hermoſill. *in d. leg.* 53. *tit.* 5.
*pag.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 8. & pro parte affirmatiuâ in fauorem
23 fiſci faciunt, ſequentia fundamenta. † *Primò*, vſum-
fructum in multis caſibus dici partem dominij *l.* 4. *ff.*
*de vſufr.* & Domini appellatione vſufructuarium con-
tineri, *l. in vendi ione* 8. *ff. de reb. auct. iud. poſſ. leg. liber ho-*
*mo* 118. *in princ. de verb. oblig.* & portionis inſtar obti-
nere, *leg. cum filius* 76. §. *Dominus, de legat.* 2. ita vt qui
vſumfructum ſtipulatur, videatur partem fundi ſtipu-
lari. *l. qui vſumfructum* 58. *ff. de verb. oblig.* & emolu-
mentum rei continet, *leg. Mæuius* 66. §. *fundo legato* 6.
*de legat.* 2. cùm non minus caueatur vſufructuario
damni infecti nomine, quàm Domino proprietatis, *l.*
*Prætoris* 5. §. *fin. l. qui bona fide* 13. §. *& ſuperficiarium.*
*ff. de dam. infect.* Quibus & aliis argumentis Fuluius
in præſenti tenet in ſtrictâ diſputatione fiſci priuile-
gium etiam, & quando habet vſumfructum, eſſe ad-
mittendum, ſicut quando habet partem, conferunt
quæ tradit Caſtillo *de vſufruct. cap.* 54. *ex n.* 2. *cum ſeq.*
24 † Sed his non obſtantibus tam in praxi, quàm in ſtri-
ctâ diſputatione ſcholaſticâ aſſero veriorem contra-
riam ſententiam & in iudicando, & conſulendo ſe-
quendam, cùm vſufructuarius verè nec propriè Do-
minus ſit. *l. rectè dicimus* 25. *de verb. ſignif. l. ſi Titio* 33.
§. *vſumfructum. ff. de vſufr.* quiâ cùm ſit ſeruitus, *l.* 1. *ff.*
*de ſeruit. l.* 1. *de vſufr. l.* & ſeruitus ſit quædam qualitas,
ſeu accidens, ſitque prædij, ſeu rei pars qualificatiua,
non ſubſtantialis, vt docuit Bart. *in d. l.* 1. *de ſeruit.* Co-
ſtan. *q. iur. c.* 18. *n.* 2. & probat *l. qui fundum*, 12. *ff. quem-*
*admod. ſeruit. l. via* 23. §. *ſi fundus ff. de ſeruit. ruſt. l. cum*
*fundus* 12. *ff. com. præd. l. quid aliud* 86. *de verb. ſign.* non
poteſt res ſua nemini ſeruire, *l. vti frui* 5. *ff. ſi vſusfr. pe-*
*tat. leg. in re communi* 26. *ff. de ſeruit. vrb.* Neque etiam
proprietas quæ eſt ſubſtantia. *princ. Inſtit. de vſufr.* de-
buit ab accidente attrahi & abſorberi. † Qua ratione 25
cùm ſocius *ex l.* 75. *Taur.* quæ eſt *l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *Rec.*
poſſit retrahere rem ratione communionis, non per-
mittitur id vſufructuario ratione partis, vt rectè do-
cuit Matienzo *in d. l.* 13. *gloſſ.* 3. *n.* 11.

*Secundò*, quia cùm hoc priuilegium detur fiſco, 26
quando habet rem communem cum aliquo, non po-
teſt dici communem rem cum aliquo habere, quando
vſumfructum habeat. *dict. l. rectè dicimus*, vbi IC. ſcri-
bit totum fundum meum dici etſi alienus ſit vſusfru-
ctus ſiquidem fiſcus tantùm habet ius incorporale, &
alter priuatus corporale quid tenet, in quo non poteſt
habere communionem, cuius intuitu valeat venditio.

*Tertio*, quia vſufructuarius ſine proprietario non po- 27
teſt ſeruitutẽ imponere, nec adquirere, neque è contra
proprietarius imponere per quam deterior fiat vſus-
fructus, *l. ſed etſi* 19. §. *fin. cum. l. ſeq. ff. de vſufr.* Cuius
deciſionem mirabilem appellant & illuſtrare conten-
dunt præter Fulgoſ. & alios *ibi*, Caſtren. *in d. leg.* 2. *de*
*ſeruit. n. fin.* Cæpolla *de ſeruit. vrban. c.* 14. *n.* 8. Salicet. &
Caſtren. *in l. fin.* §. *filius autem, in fin. Cod. de bon. quæ lib.*
& alij relati à Mendez de Caſtro *in l. cùm oportet n.* 128.
*Cod. de bon. quæ liber.* Alciat. *n.* 53. & Curtius iun. *nu-*
*mer.* 37. *in l. pen. C. de pactis.* Pinell. *in leg.* 1. *Cod. de bon.*
*mat.* 2. *p. n.* 74. Menchac. *lib.* 1. *de ſucceſſ. creat.* §. 7. *n.* 40.
*ad fin.* Oſvval. *ad Donell. lib.* 10. *c.* 11. *lit. A.* qui variis
interpretationibus eam legem explicarunt. † Sed ea 28
interpretatio ad noſtrum propoſitum magis facit,
quàm ſcripſit Cuiac. *in* §. *religioſum, Inſt. de rer. diuiſ.*
*& in leg.* 2. *de ſeruit.* & audientibus nobis Salmanticæ
dictauit Dominus D. Ioan. de Solorzano *in commenta-*
*rijs doctiſſimis ad l.* 2. *ff. de ſeruitut.* proprietarium nem-
pe nec conſentiente vſufructuario ſeruitutem impo-
nere poſſe, per quam deterior fiat conditio vſusfru-
ctus, quoniam ex perſona vtriuſque non poſſit ea vi-
res capere. Proprietarius non poteſt, quoniam ius
vtendi & fruendi, in quo omnes ſeruitutes conſiſtũt,
alienum eſt, neque item fructuarius, quia prædij non
habet dominium, ſine quo ſeruitus imponi nequit.
*l.* 1. *ff. com. prædio.* Neque alteri altero conſenſum præ-
ſtando aliquid agunt, quoniam ſe inuicem obſtant,
neque ſibi poſſunt hoc inuicem dare, cùm impedi-
mentũ ſeruitutis imponendæ non remoueãt, *arg. l. cùm*
*quis* 165. *de regul. iuris*, † Ergo eodem modo ſicut vſu-
fructuarius non poteſt imponere ſeruitutem, ita nec 29
fiſcus vſufructuarius poterit vendere (cùm ſeruitutis
impoſitio ſit ſpecies alienationis, *l. ſi. C. de rebus alien.*
*non alien.*) præcipuè in damnum proprietatis, à qua ita
diuiſus eſt, & alienus, *l. ſi poſtulauerit* 27. §. *iubet lex*
11. *ff. ad l. Iul. de adulter.* vt nec in minima quidem
portione cum proprietate aliquid habeat commune,
ex dictis iuribus, & tamen hoc priuilegium non aliâ
ratione, niſi ob communionem conceſſum eſſe, nos
doceat *l.* 2. *Cod. de comm. rer. alien.* & lex noſtra cum
inſcriptione tituli. † Quod ea ratione fulcitur, nam
cùm ex venditione facta à fiſco dominium transfera- 30
tur in ſpecie noſtra, *iuncta d. l.* 2. *C. de com. rer.* ibi, *cùm*
*partis Dominus eſſet, & l.* 53. *t.* 5. *p.* 5. vbi expreſsè dicitur
dominium transferri & ita omnes agnoſcunt, teſte
Fuluio *hîc n.* 50. & Caſtillo *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 26 *in medio*, &
*infrà* dicemus. Minimè quando fiſcus vſufructuarius
eſt, transferri dominium poteſt, cùm apud ipſum non
fuerit, quia nemo dat quod non habet, nec res dica-
ur ad illum pertinere, qui vſumfructum habet tan-
tùm.

Nec huic reſolutioni quidquam repugnat *d. l.* 4. *ff. de* 31
*vſufruct.* cum *ſuprà* adductis, de quorum interpreta-
tione conſulendi erunt Pinell. *in l.* 1. 3. *p. Cod. de bon.*
*mat. à n.* 1. Vigilius *in* §. *alienus, Inſt. de hæred. inſt.* Tiraq.
*de retra. lig.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 55. Rob. *lib.* 3. *ſent. c.* 18. Conn. *lib.* 4.
*comm. c.* 5. Cuiac. *lib.* 17. *q. Papin. in. l.* 33. §. *vſumfructum.*
*ff.*

*ff. de vſufr.* Ant. Fab. *lib.* 19. *coniect. c.* 18. Ant. Pichar. *in princ. Inſt. de vſufr. num.* 17. Caſtillo *de vſufr. c.* 32. Oſvvald. *ad Donell. lib.* 6. *cap.* 9. *lit. C.* Morl. *in empor. tit. de ſeruit. q.* 1. *n.* 10. Matienz. *in dict. leg.* 13. *gl.* 3. *n.* 12. Qui verius cenſent vſumfructum dici partem dominij eſſe, non quia vſusfructus ſit dominium, ſed dominij effectum habebat, & inſtar dominij ſit, & ſimilis ſit parti dominij, quia omne emolumentum rei continet, & vſufructuarius illud percipit, quemadmodum perciperet Dominus, & multa conceduntur vſufructuario, quæ Domino conueniunt, & ſic impropriè & abuſiuè dicitur Dominus, quia non eſt pars dominij integralis, ſiue ſubſtantialis, ſed pars ſubiectiua, vt docet Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 8. & hoc non ſemper, neque regulariter, ſed in aliquibus caſibus, de quibus Cuiac. *d. lib.* 17. *quæſt. Papin. in d. §. vſumfructum,* & Donell. *d. lib.* 9. *cap.* 9.

32 Hæc omnia limitanda eſſe crediderim, quando fiſcus vſumfructum haberet cum aliquo communem, vel aliquam ſeruitutem prædialem, iuxta ſpeciem *l.* 2. *ff. de ſeruit. leg. vnus ex ſociis* 34. *de ſeruit. ruſt. leg. proprium* 5. *in fin. leg. ſi quis duas,* 6. *§. ſi tamen, l. fin. ff. com. præd. leg.* 4. *§. ſi fundus, ff. ſi ſeruit. vind. leg.* 10. *tit.* 31. *p.* 3. in quibus non poteſt ſocius nec adquirere, nec imponere ſeruitutem in re communi, ex ratione quam adferunt Bat. Paul. Alber. & Fulgoſ. *in dict. lege* 2. Iaſon, Alciat. Duar. & Donell. *in leg. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. oblig.* idem Duar. *lib.* 1. *c. pen.* Donell. *lib.* 11. *com. cap.* 9. Connan. *lib.* 4. *comm. c.* 9. *num.* 5. Vitalis *lib.* 2. *var. cap.* 3. Balduin. *in §. ideo. Inſt. de ſeruitut.* Gouean. *in lege* 1. *§. ſi vſusfructus, ff. ad leg. falcid.* Parlador. *lib.* 1. *quotidian. cap.* 6. *num.* 5. Vacon. *lib.* 5. *declar.* 73. *num.* 6. Eguinar. *lib.* 1. *de diuid. & indiuid. c.* 5.

33 *& lib.* 2. *cap.* 2. † Nam in ſpecie noſtra fiſcus rectè poterit vendere & cedere tale ius, quod commune cum alio habebat, quia non minus rei appellatio comprehendit res corporales, quàm incorporales, *lege* 5. *ff. de verb. ſignif.* Tunc enim ſi in gratiam Domini fundi ſeruientis velit vendere, aut remittere ſeruitutem, vel ſi ſit vſufructuarius, in gratiam proprietarij remittat, aut vendat vſumfructum, iuxta priuilegium huius legis valida erit ſupradicta ceſſio. Dixi *in gratiam proprietarij*, quia vſusfructus non ita valeat alienari, cùm ſi extraneo ceditur, nihil agatur, *§. finitur. Inſt. de vſufr.* & ita in propoſito docuit Valenzuel. *in præſenti n.* 13.

34 His finitima eſt illa inſpectio, an priuilegium, de quo *in præſenti,* habeat etiam locum, quando fiſcus debeat hypothecam pro parte. Sed quia hic articulus confuſè à Doctoribus traditur, præcipuè Bart. *num.* 4. Plat. *n.*.. Valenzuel. *n.* 15. Fuluio *n.* 52. *&* 62. *hic* Peregrin. *d. tit.* 4. *n.* 23. *verſ. & ſecundùm. regulam* Caſtillo *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 24. *&* 26. & Girond. *de priuil. n.* 1242. *& ſeq.* ideò ſeparandas putaui duas quæſtiones. Prima eſt, An ſi fiſco & Titio res ſit hypothecata, fiſcus poſſit liberare eam inuito creditore correo? Altera eſt, An rem, quam communem habebat cum Titio, poſſit hypothecæ ſubiicere & obligare, ſicut poteſt vendere?

35 † Quantum ad primam arbitror fiſcum non poſſe remittere ius hypothecæ communis. Ratio eſt, quia, vt *ſuprà* dictum extat, neceſſariò requirit priuilegium fiſci, vt in eo adſit dominium, *d. l.* 2. *C. de com. rer. alien. iuncta hac l. noſtra, & d. l.* 53. *partitæ,* quod in hypothecæ iure non inuenitur, *l. neque pignus* 45. *ff. de regul. iuris,* & cùm ius hypothecæ afficiat totam rem, etiamſi pro parte indiuiſa ſocius hypothecæ eam dederit, *l.* 3. *§. fin. ff. qui potiores in pign. l. ſi conſenſit* 7. *§. fin. ff. quibus mod. pignus,* ſi fiſcum liberauerit, hypotheca nihil ſocio poterit præiudicare in ſua parte, quia ei remanet ſaluum ius illud, *l. ſi quis putans* 6. *§. ſi fundus* 8. *ff. comm. diuidund.* ibi, *Sed ius pignoris creditori manebit, etiamſi adiudicatus fuerit, nam et ſi pars ſocio tradita fuiſſet, integram maneret.* Conducit *l.* 4. *§. de manum. vind.* cum Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 9. & ſic nulla vtilitas ex ſupradicta remiſſione conſequetur, neque aliquid poterit operari huiuſmodi priuilegium. † Neque obſtabit 36 *l. res* 22. *§.* 1. *ff. de iure fiſc.* cuius deciſionem notabilem ad hanc materiam vocauit Bar. *hîc num.* 4. quia, vt dixi *ſuprà n.* 12. IC. *ibi* non agit de re fiſco obligatâ, ſed de re, quæ cùm obligata eſſet alij, fiſco vindicata eſt, quod diuerſum eſt à noſtra quæſtione, vt notauit *ibi* Cuiac.

Quoad ſecundam quæſtionem Accurſ. *in l.* 1. *C. ſi communis res pign. verb. præiudicium*, tradit quòd cùm 37 fiſcus poſſit rem ſibi & priuato communem vendere, poſſit etiam obligare, cui ſententiæ adhæret Platea *hîc poſt princip.* cùm *venditionis* verbo comprehendatur etiam pignoris datio, *l. ſtatuliberi* 29. *§. Quintus Mutius ff. de ſtatulib.* ibi, *Quoniam lex* 12. *Tabul. emptionis verbo omnem alienationem complexa videtur, l. ſi vſumfructum* 23. *§. in ſumma, ff. de liber. cauſ.* ibi, *Qua de venditis ſeruis dicta ſunt, etiam ad donatos referri poſſe, & ad eos, qui pignori ſe dare paſſi ſunt.* & alienatione prohibita non minus emptio quàm hypothecæ, aut pignoris datio prohibita eſt, *l.* 7. *fin. C. de rebus alien. non alien.* docent Accurſ. *in l.* 2. *Cod. de vſucap. pro empto.* vbi reliqui DD. & plures relati à Barboſ. *de appellat. verb. verbo alienatio.* 14. *n.* 9. † Nihilominus tamen dicen- 38 dum eſt legem noſtram non poſſe extendi vltra terminos venditionis, in quibus loquitur, & ſic non comprehendere hypothecam, nec pignoris dationem, vt rectè notauit Ripa *l.* 1. *de pignor. n.* 16. & Valenzuel. *hîc n.* 15. *verſ. obdurata tamen eſt.* Nec item certum eſt venditionis appellatione contineri pignoris dationem, vt docuerunt Beroius & alij *num.* 14. *in c. nulli, de reb. Eccleſ.* Couarruu. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 7. Pinell. *in leg.* 1. 3. *p. n.* 18. *Cod. de bon. mat.* Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 10. Cùm venditio ſit ſpecialis contractus à cæteris ſeparatus, quemadmodum à pignoris datione ex traditis à pluribus *infrà* referendis. † Rurſus, quia 39 prohibitus emere, non propterea cenſetur prohibitus accipere in pignus, nec prohibitus vendere, non eſt prohibitus in pignus dare, *l. in quorum* 24. *ff. de pignor. iuncta l. codicillis, pen. §. inſtituto ff. de leg.* 2. cui non obſtat *l.* 1. *§. eam rem. ff. quæ res pignor.* Nam ſatisfacies ex eis, quæ Gothofred. *ibidem* adducit, & Pinell. *in l.* 2. *C. de reſcin.* 2. *p. c.* 1. *n.* 14. vt in re cuius commercium non ſit, non valeat pignoratio, ſicut neque emptio, quia vbi nullum eſt commercium rei, minimè poteſt in contractum adduci. *l. ſed & quod* 9. *in fin. ff. de pign.* vbi notat Gothofred. & Morl. *dict. tit.* 9. *in præmiſſ. n.* 31. facit quoque *l. ſi pupillorum* 7. *§. ſi prætor. ff. de reb. eor.* vbi tutor, qui habet facultatem vendendi, non habet facultatem pignorandi, vt ex ea deduxerunt *ibidem* Bald. Roman. Alex. *n.* 2. Iaſon. *n.* 13. *in l. in actionibus, ff. de in litem iur.* Decius *n.* 7. Cagnol. *n.* 14. *in l. non debet cui. ff. de reg. iur.* Gregor. *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *verb. que la impidieſe. verſ. & ſi data.* Molin. *d. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 20. † Vltimò, quia priuilegium hoc eſt ſtrictè in- 40 terpretandum, cùm ſit generale, *l. in fraudem* 15. *in fin. ff. de milit. teſtam. iuncto cap. cui de non, de præbendis lib.* 6. *c. ſuſceptum de reſceptum, de reſcript. lib.* 6. Neque debet in ſocij iniuriam extendi *l.* 2. *§. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco pub.* obſeruat Lucas *hîc n.* 8. & cùm fiſcus non habeat priuilegium, niſi ſpecialiter reperiatur priuilegiatus, vt docui *lib.* 3. *obſer. c.* 2. *n.* 14. ſequitur quòd cùm loquatur Imperator ſolùm in venditione, non potuit extendi ad pignus, in quo non militat eadem ratio, illa ſcilicet, quæ in venditione, vt res vendatur in plus, quando tota venditur, & non pro parte, & datio pretij quæ facienda eſt ſocio, in caſu pignorationis non procedit, quia *emptionis* verbo veniunt tantùm ea, quæ pretio adquiruntur, *l. ſciendum* 19. *§. emptorem ff. de Ædilit. edict.* Vnde nihil ſocius conſequetur niſi damnum, coactus ſtare dationi pignoris, cuius

ratione poſſet poſtea propriâ re priuari, ſi debitor
non ſolueret, & ſic priuilagium fiſci, quod nulli ſocio
damnoſum eſſe poteſt, cùm ei pretium ſoluatur, con-
tra mentem legis fieret odioſum, vt animaduertit
Fuluius *in præſenti n.65. in fin.* licèt ipſe diſtinctione
quadam inter has ſententias vtatur, quæ ex ſupradi-
ctis apertè refellitur.

41 Neque contra hanc quam tuemur ſententiam ne-
gotium faciet *d.l.ſtatu liberi. §. Quintus, ff. de ſtatulib.*
quia ei ſatisfacere ſolent plures, quos referunt Pinell.
*in leg. 2. C. de reſcin. 2. part. c. 1. num.* 10. Sarmient. *lib. 3.*
*ſelect. cap.* 1. Cuiac. *lib. 2. obſer. c. 7.* Robert. *lib. 1. ani-*
*maduer. c. 7. & 8.* Connan. *lib. 7. com. cap. 6.* Rebuff. *in*
*l. alienationis 28. verſ. ſed an venditiones, de verb. ſignif.*
Caſtillo *d. lib. 3. cap. 6. num.* 21. Pichar. *in rub. de em-*
*ptione* Morl. *in emp. tit. de contrah. empt. in præmiſſ. n. 8.*
*& 28.* Lazatre *de decim. vendit. c. 1. num.* 30. Qui ſcri-
bunt *emptionis* nomine contineri ibidem omnem alie-
nationem, non ex naturâ & proprietate ſermonis, ſed
ex identitate rationis, & ex mente legis, quæ ex eo
colligitur quòd lex attendebat rationem dominij, vt
patet ibi. *Neque intereſſe quo genere quiſque Dominus*
*fieret*, & ita reſpicit tranſlationem dominij, & non
modum alienandi. Nam cùm ſecundùm legem 12.
Tabul. de qua Vlpian. *in fragm. tit. 2.* ſtatuliber alie-
nati poſſet, & parendo conditioni in perſona empto-
ris liber fieret, videtur complexa *emptionis* verbo
quamcumque alienationem, vt ſicut in perſona em-
ptoris ſi conditioni pareatur liber fieret, ita dando cui-
cumque, qui ex quâcumque causâ Dominus eſſet, *l. 4.*
*§. ſi ſub conditione 6. ff. de fideicom. lib.* Vnde ſiue det ei
qui Dominus factus eſt ex teſtamento, vel emptione,
42 aut alio quouis titulo, liber erit ex mente legis. † So-
lebant Iureconſulti de legum 12. Tab. mente & ver-
bis diſputare, vt docuimus ad interpretationem *l. 3. ff.*
*de tutelis, lib. 1. obſer. cap. 8. & lib. 3. cap. 1. §. 1. in princ.*
in quo præcipuus videtur fuiſſe, & ſupradictæ quæ-
ſtionis primus Auctor Quintus Mutius Scæuola,
cuius auctoritas plerumque in variis iuris locis lau-
datur, vt præter dicta iura animaduertitur *in leg. ve-*
*tus 68. ff. de vſufru. leg. 2. §. poſt hos 41. ff. de orig. iur.*
43 *leg. ſi vſumfructum, ff. de liber. cauſ.* † Rurſus minimè
noſtræ reſolutioni refragatur *dict. leg. ſi vſumfructum, §.*
*in ſumma. de lib. cauſ.* Nam reſpondendum eſt edicto
Prætoris occurſum eſſe calliditati eorum, qui cùm ſe
liberos eſſe ſcirent, dolo malo paſſi ſunt pro ſeruis ſe
venundari. *leg. ſi rectiſſimè 14. ff. de liber. cauſ.* Huius
edicti rationem extendit IC. *in d. §. in ſumma*, vt lo-
cum habeat non ſolùm in venditione, verùm etiam
& in pignoris datione, ſi aliquis dolo malo pro ſeruo
ſe pignori dederit. Hoc autem, non quia pignoris da-
tio comprehendatur appellatione venditionis, ſed ex
paritate rationis, quia non minus decipitur emptor,
quàm qui pignus accipit, vt non tam proprietas ver-
bi, ſed mens Prætoris attendatur. Quemadmodum
pignoratio ſolet contineri ſub nomine alienationis,
quæ cùm ſit nomen generale, comprehendens omnes
alienandi ſpecies, *Nouell. 7. ſeu Auth. de non alienand.*
*rebus Eccleſ. §. alienationis*, docet Pinell. *in leg. 2. Cod. de*
*reſcind. 2. part. cap. 1. n. 14.* continet quoque & pigno-
rationem, *cap. nulli. de reb. Eccleſ. cap. Abbatibus 12.*
*quæſt. 2. Auth. hoc ius porrectum. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*
*Auth. de alienat. & empyht. §. & hoc ſiquidem ſuper his.*
Non ex proprietate verbi, ſed ex mente legis, ſcilicet,
quia eſt actus proximus, per quem facilè deuenitur
ad alienationem, vt notant Doctores *in dict. cap. nulli.*
Bart. *in dict. leg. in quorum, de pignor.*

44 Alia quoque quæſtio non eſt omittenda, An poſſit
fiſcus rem communem locare, vel in emphyteuſim
dare? In qua partem affirmatiuam tenuit Bald. *conſ.*
*332. & 336. volum. 5.* Boſſius *in praxi tit. de fiſco &*
*eius priuil. num.* 39. & alij relati à Fuluio *hic num.* 58.
Caſtillo *d. lib. 3. cap. 6. n.* 18. qui nullâ aliâ ratione
mouentur, niſi illâ, quam ſæpiùs tetigimus, quòd
venditionis nomine veniat omnis contractus, & alie-
natio, ex quo dominium transfertur, vel perpetua vti-
litas, *ex d. §. Quintus.* † Et quamuis eâ vnicâ ratione 45
moueatur Bald. adhuc tamen pro eo non inutiliter
conſidero locationem ad longum tempus, ſeu emphy-
teuſim (cùm nulla conſtituitur inter eos contractus
differentia, ex Molin. *de iuſt. & iur. tom. 2. diſp. 445.*
*verſ. hinc oritur.*) comprehendi appellatione alienatio-
nis *cap. 2. de locatio. Clem. 1. de reb. Eccleſ.* vbi no-
tant Interpretes. Item quòd per locationem ad lon-
gum tempus transfertur poſſeſſio & dominium vtile,
*leg. 1. & 2. ff. ſi ager vectig. l. 1. §. quod autem, & l. fin. ff.*
*de ſuperficieb l. ſuperficiario 74.* aliàs incipit, *id eſt, de*
*rei vin. cum pluribus adductis ſuprà in l. 1. de fide & iure*
*haſtæ fiſcal. n. 31.* † Verùm quoad noſtram quæſtionem 46
attinet verior eſt contraria ſententia, quæ contra Bald.
ait fiſcum non poſſe communem rem locare ad lon-
gum tempus, neque item in emphyteuſim concedere,
hanc tenuit Peregrin. *de fideicom. art. 4. num. 23. verſ.*
*amplia. item.* Calicius *in Margarita fiſci dub. 3.* Caſtillo
*dict. lib. 3. cap. 6. num. 18. & ſeq.* Fuluius *n. 59. & 60.*
*hîc.* licèt ipſe Italorum more diſtinctionem velit
quandam introducere, quæ mihi non placet. Mouen-
tur ſupradicti, quia priuilegium fiſci eſt vt poſſit ven-
dere rem communem, ſed cum illa qualitate, vt ſocius
accipiat ſuæ partis pretium & æſtimationem. At per
locationem ad longum tempus, vel emphyteuſim
non conſequitur partis ſuæ integrum pretium, contra
verba noſtræ legis, ibi. *Sed & pretium partis tantum in*
*fiſcum redigatur, reliquum dominis partium reſtituatur, &*
*d. leg. 2. C. de com. rer. alien.* ibi, *partem pretij*, quæ tran-
ſcripſit *d. l. 53. p. 5. tit. 5.* ibi, *Mas con todo eſo debedar la*
*eſtimacion ſegun la parte que auien en aquella coſa.* Ergo
minimè ſatisfiet formæ legis, & ſic non valebit con-
tractus, *leg. 1. infr. de prædijs decur.* cum *ibi* adductis,
nam pretij nomen ad alios contractus non pertinet,
niſi ad venditionem, vt diſcurrit *leg. infra de prædijs de-*
*cur.* ibi, *Quoniam ſacræ conſtitutiones de pretio locutæ*
*ſunt*, vbi *ibi* animaduertam. † At certum eſt locatio- 47
nem, vel emphyteuſim celebrari poſſe ſine eo quòd
aliquid Domino præſtetur pro introitu, aut ingreſſu,
quod vocant, vt docet Ceuallos *q. 571.* & Molin. *dict.*
*tom. 2. diſp. 450.* & quamuis à principio aliquid præ-
ſtaretur, non tamen poteſt eſſe integrum pretium, vt
patet, & ita ſine pretio cogeretur ſocius inuitus con-
ductorem perpetuum ferre, & re ſua carere. † Rurſus 48
pro hac parte expendo verbum *diſtrahatur*, quo vti-
tur lex noſtra, quod ſignificat vendere, diuidere, *l. 1.*
*& tot. Cod. & ff. de diſtr. pign. leg. cùm hi 7. §. ſi vni, de*
*tranſact.* & clariùs verbum *vendidit* adduxit *dict. leg. 2.*
*Cod. de com. rer. al.* quaſi ſolùm priuilegium hoc ſit
de venditione. Quomodo ergo trahi poterit ea deci-
ſio ad locationem, vel emphyteuſim? præſertim cùm
ex venditione dominium transferatur, *leg. claui-*
*bus 74. leg. cùm manu ſata 80. §. fin. de contra. em-*
*ptione §. vendita. Inſtit. de rer. diuiſ.* ex locatione ve-
rò non transfertur, *l. conuenit 65. ff. de contr. empt. l. non*
*ſolet 39. ff. locati.* Neque item ex emphyteuſi, vt *infrà*
dicam, cùm eius ſit naturæ, vt poſſit auocari & aufer-
ri res, ſponſio non ſoluatur, vt obſeruant relati à Pi-
char. *in §. adeo n. 1. Inſt. de locat.* quoad ſubſtantiam
non differt emphyteuſis à locatione ad modicum
tempus factâ, vt firmant relati à Morl. *tit. de locato, in*
*præmiſſ. n. 32.* Vnde malè poterit noſtra deciſio ad eos
contractus extendi, vide quæ tradit Schifordegh. *lib. 1.*
*ad Ant. Fab. tr. 18. q. 2.*

Hac ergo opinione retenta nihil contra eam vrgent 49
*ſuprà* adducta fundamenta, nam iam reſponſum eſt
*ad d. §. Quintus Mutius.* Nec Baldi ratio aliquid euin-
cit, cùm locatio non ſit actus ex quo transferatur
domi

dominium, nec perpetua vtilitas, aut fruitio. Neque
emphyteuſis, cùm ille qui conceſſit, verus dominus
maneat, vt docet Pichar. *in §. adeo Inſt. de locat. num.* 33.
50 *& ſeq.* † Neque in contrarium eſt communis ferè
omnium Interpretum traditio, volentium transferri
ſaltem vtile dominium ex locatione ad longum tem-
pus, nam incerta eſt ea diſtinctio dominiorum vtilis
& directi, vt rectè animaduertit idem Pichard. *ſupr.*
& Oſvvald. *lib. 9. Don. c. 14. lit. Q.* Cuiac. *lib. 12. Paul. ad
edict. in l. 74. de rei vind.* & falſum eſt ex locatione lon-
gâ transferri dominium vtile, vt ante omnes notauit
Cuman. *in l. codicillis, pen. §. inſtituto numer. 3. de leg. 2.*
Connan. *lib. 7. comm. cap. 12. num. 3.* & Pinell. *in d. l. 1.
de bon. mater. 3. num. 66.* contra Pragmaticos, qui eam
doctrinam contra iuriſprudentiam veram inuexerunt,
cùm nulla differentia ſit inter locationem ad longum
tempus, vel ad breue, cùm in multis iuris locis repe-
riatur locatio in plures annos facta, *l. ſi in lege 24. §. fin.*
51 *leg. qui fundum 32. l. cum in plures 60. ff. locati.* † Quod
non de duobus, aut tribus annis intelligendum eſt, ſed
ad minus de quinquennio, in quod veteres conſueue-
runt locare, *d. leg. ſed ſi l. §. ſi domus cum aliis*, idque lu-
ſtrum vocarunt, vt notat Gothofred. *in §. ſi domus, &
in dict. lege qui fundum,* & tacito eius nomine Schifor-
degh. *d. quaſt. 2.* & ante eos Cuiac. *in dict. leg. 24. §. fin.
lib. 34. Paul. ad edict. & in l. 74. de rei vin. lib. 21. Paul. ad
edict.* & ego pluribus probaui *in commentariis ad Oui-
dium in Ibim,* quæ adhuc imberbis conſcripſi, & nunc
ſcrinio continentur noſtro, ad illum verſum,

*Tempus ad hoc luſtris mihi iam bis quinque per-
actis.*

Et ex *dict. leg. qui fundum* ſerie conſtat in plures, quàm
quinque annos locationem factam, ſi coniungas *fun-
di partem 79. ff. de contrah. empt.* vbi locatio ad decem
annos fit, quod tempus in opinione ſupradictorum
52 DD. longum tempus reputetur. † Rurſus expenditur
*l. fin. ff. ſi ager vectigal.* vbi in rem actio quæ competit,
ſi ad longum tempus, vel in perpetuum fundus con-
ducatur *l. 1. §. 1. ff. illo tit. in d. l. fin.* habet locum ſi ad
tempus conductus ſit. Quod non poteſt intelligi cum
Donello *lib. 9. cum cap. 13. circa fin.* Cuiac. *in not. ad tit.
Inſt. de locat. & lib. 21. Paul. ad edict. in d. l. 74. de rei vin-
dic. in fin.* (& ante eos dixerunt Antiqui) dum tempus
non ſit modicum. Nam, vt rectè docuit Schifordegh.
*ſupr.* poſt alios quos retulit, & Ant. Fab. *in Ratio. ad d.
leg. fin.* ea lex minimè de modico, aut longo tempore
aliquid ſignificat, ſed adiicit, *ad tempus* quod non ma-
gis modicum, quàm longum continet, imò potius mo-
dicum magis, quàm longum comprehendit, vt conſtat
53 ex *l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperficieb.* † Minus obſtant con-
ſiderationes pro contraria opinione aſſignatæ. Nam ex
locatione ad longum tempus, nullum transfertur do-
minium. Neque leges quæ pro ea ſententia adduci ſo-
lent, *l. poſſeſſores 12. in fin. infr. de fund. patrimonial.* cum
aliis, quas ſignaui *ſupr. in l. 1. num. 31. & ſeqq. de fide &
iure haſtæ fiſc.* quidquam faciunt, quia procedunt in
emphyteuſi à Principe conceſsâ, quæ pro perfecta
alienatione habetur, & ex liberalitate Principis domi-
ni conſtituuntur. *Nouell. ſeu Auth. de non alienand. §.
alienationis,* ibi, *Et in perpetuum extenſam emphyteuſim,
quæ non procul ab alienatione conſiſtit. l. 4.* ibi, *iure domi-
ni, dict. leg. poſſeſſores 12. infr. de fund. partrim.* ibi, *cùm
fundorum ſint domini. leg. ſi qui 5. infr. de diuerſ. prædiis
vrban.* ibi, *Cùm ſufficiat poſſeſſoribus quod apud eos domi-
nium in perpetuum ex noſtra liberalitate permaneat. leg. pri-
ma infr. de fund. rei priuat.* docet cum Valaſc. Sarmien. &
aliis Pichar. *in dict. §. adeò numer. 31. & 35.* Quare
cùm tales emphyteutæ domini verè ſint, non eſt ille
54 caſus ſpecialis ad alios porrigendus. † Neque quid-
quam in contrarium dices, ſi adducas *d. l. 1. qui in per-
petuum. ff. ſi ager vectig.* cui congruum reſponſum dari
poſſe negat Molin. *libro primo de primog. cap. 21. n. 17.*
Nam reſpondendum eſt nihil ibi de dominio tradi, ſed
tantùm de in rem actione, quæ iis, qui in perpetuum
agrum vectigalem conduxerunt, conceditur. Sed non
inde deduces cōductores eſſe dominos, cum ea actio in
rem ſoleat competere iis, qui domini non ſunt, vt
vſufructuario, creditori, & ei, qui locum publicum
conductum habet, *l. ei qui 16. ff. de ſeruit. leg. 1. §. item
Iuliano. ff. de remiſſion. l. nec creditores 10. Cod. de pignorib.
§. æquè, Inſt. de actio leg. 1. iuncta gloſſ. verb. conduxerit. ff.
de loco publ. fruen.* † Quæ actio non eſt directa vindi- 55
catio, quæ domino competere ſolet. *leg. in rem 23. de
rei vind.* ſed, actio, aut vindicatio vtilis, *leg. ei qui. de ſer-
uit.* ibi, *Fundi vtilis petitio dabitur, idem ſeruari euenit &
in eo, ad quem vectigalis fundus pertinet.* ita ſenſit Acc.
*in dict. leg. 1. §. qui in perpetuum.* Hæc eadem actio ſolet
quoque concedi ſuperficiario. *l. 3. §. pen. ff. de noui oper.
nunt. leg. ideſt 74. & leg. ſeq. ff. de rei vin. leg. 1. §. quod ait.
§. fin. ff. de ſuperficieb.* Quæ æquitate ſuadente ſolet da-
ri, obſeruat Pichard. *ſupr. n. 36.* & diximus *lib. 1. obſeru.
cap. 11. num. 29. & ſeq.* quia datur iis, qui non ſunt do-
mini, ſed accommodatur quaſi dominis, ita Ant. Fab.
*lib. 20. coniect. c. 11.* & ita datur ſuperficiario in dictis
iuribus, qui vindicat quaſi ſua eſſet ſuperficies, cùm
eius ſit dominus, qui eſt ſoli eodem modo emphy-
teuticarius, qui fundum in perpetuum conduxit, vel
ad longum tempus, ſub annuo vectigali ſi amittat poſ-
ſeſſionem, quamvis dominus non ſit, experitur vtili
in rem actione vindicandi gratiâ, nec quia habeat eam
actionem, deducetur habere vtile dominium, vt doctè
explicat Cuiac. *in dict. leg. 74. de rei vin. lib. 21. Paul. ad
edict.* & Ant. Fab. *in Rat. ad d. §. qui in perpetuum*, licet
neſcio quo errore ductus, *de err. prag. dec. 63. err. 9. in
princ.* aſſerat directam eſſe eam actionem, quæ datur
vectigalis prædij poſſeſſori. Item & Morla *in tit. de loc.
in præm. n. 33.* cùm veriori ſententiæ adhæſiſſet, aſſerit
dominium transferri in emphyteutam, & locatorē per-
petuum, per pleniſſimam detentionem, in quo tamen
fallitur, vt conſtat ex iis quæ diximus. Videſis Ant. Fab.
*lib. 20. coniect. c. 11. & d. err. 9.* Don. *lib. 9. com. c. 13. & 14.*
vbi etiam Oſvval. qui ſimul cum Cuiac. Schifordegh.
& aliis explicant qui ſint vectigales fundi, qui ſuperfi-
ciaria, & alia quæ propria ſunt eius articuli. † Non 56
denique obſtat *Clem. 1. de reb. Eccleſ. & c. 2. de locat.* vbi
ſub nomine alienationis continetur locatio ad lon-
gum tempus. Nam ibi non comprehenditur proprio
nomine, ſed ex extenſione legis, quæ voluit vt prohi-
bitâ alienatione comprehenderetur ea locatio & em-
phyteuſis. Quæ verò fuerit ratio, non explicatur
Interpretes, cùm in eo errore perſiſtant, vt per loca-
tionem dominium transferri exiſtiment. Ea tamen mi-
hi proprior videtur, quia videretur res Eccleſiæ alie-
nata perpetuò, ſemper ab cedente vtilitate rei locatæ
ad longum tempus, ſicut de vſufructu relicto ciuitati,
dixit I. C. *in leg. an vſus fructus 56. ff. de vſufr. l. ſi vſusfru-
ctus 8. ff. de vſufr. legat.* & poſſet euenire vt ſi ad lon-
gum tenpus non eſſet locata, vtilior eſſet Eccleſiæ, &
ita in effectu fraus fieret prohibitioni legis, ſi eo mo-
do intentio eius eluderetur, cùm ſiue per emptionem,
ſiue per locationem, aut emphyteuſim Eccleſia re illâ
careret, quam ob cauſam prohibito vno actu aliena-
tionis, prohibendus quoque fuit omnis actus ei ſimi-
lis, & qui eumdem effectum habet, *leg. ſicut 8. §. ſed &
ſi 1. ff. quib. mod. pig.* vbi notat Gothofr. *lit. Z.* † Apud 57
nos verò ſupradicta diſtinctio dominiorum recepta
eſt, ex *l. 73. Taur.* quæ eſt *l. 13. tit. 11. lib. 5. Recop.* vbi
emphyteuſis dominus, dicitur dominus directi do-
minij, & ita in praxi admitterem ego eam diſtinctio-
nem non ſolùm in emphyteuſi, verum & in longâ lo-
catione, vt alienatione prohibitâ, cenſeantur quoque
& locatio ad longum tempus prohibita, & emphy-
teuſis. Quod tamen ad noſtram quæſtionem fiſci at-
tinet, & ſi pro ea parte fundamentum haberet Baldi

opinio, tamen ex iis, quæ vltrà conſiderauimus, mi-
nimè neque in puncto iuris, neque in praxi admitten-
58 da erit. † Si verò ad breue, ſeu modicum tempus fiſ-
cus vellet rem locare, tunc obſeruandum quod circa
duos ſocios, ſcripſere Ant. Gom. *2. tom. c. 3. n. 14.* Me-
noch. *de arbitrar. caſ. 442.*

59 Non potuimus breuiùs dictam quæſtionem per-
ſtringere. Nunc de altera agendum eſt, an noſtræ legis
diſpoſitio procedat in donatione, ſi videlicet fiſcus
rem communem donare poſſit. Et quidem ſeparan-
dum eſt ius commune à iure noſtro regio ſeptempar-
tito. Nam iure communi videtur dicendum non poſ-
ſe noſtram legem in donatione procedere, vt volunt
omnes *in d. l. 2. C. de com. rer. alien. & hic*, & agnoſcit
Fuluius *n. 66.* & Greg. *per text. ibi in dict. leg. 53. tit. 5.*
*p. 5.* & Caſtillo *dict. lib. 3. c. 6. num. 14.* Quare autem
60 id dicant, rationem nullam expreſſerunt. † Ego eam
eſſe cenſeo, quia venditionis appellatione non conti-
netur donatio, *l. ſi quis fundum 37. iuncta l. ſeq. ff. de con-
trah. empt.* vbi ſi fiat venditio fundi quanti ab illo em-
ptus eſt, & poſtea inueniatur donatus, non valet ven-
ditio, *leg. ſicut 8. §. ſed ſi permiſerit 13. ff. quibus mod. pi-
gnus*, vbi ſi permiſit creditor debitor pignus vendere,
& donauit, non videtur adimpleuiſſe id, ad quod con-
ſenſum aptauit creditor. Facit quoque eleganter *leg.
fin. infr. de prædiis Decurio.* vbi prohibita venditione
prædiorum, nõ eſt prohibita donatio, quod Zeno Im-
perator ex eo deducit, quòd lex pretij meminerit. Er-
go eodem modo & hîc donatio prohibita videtur fiſ-
co, cùm pretij quoque meminerit lex noſtra, vt *ſuprà*
61 animaduerſum eſt. † Deinde facit *leg. ad res 62. ff. de
ædilitio edict.* vbi Ædilitium edictum non compre-
hendit res donatas, quia, vt inquit Modeſtin. nullum
pretium interuenit. Ergo cùm nullum pretium inter-
ueniat, minimè poterit venditio comprehendere do-
nationem, cùm diuerſa militet ratio. Nam etſi ex
venditione, ſicut ex donatione, transferatur domi-
nium, & ita videatur idem effectus ex vtraque reſul-
tare. Differunt tamen in hoc quod ex donatione
nullum eſt pretium quod ex re conſequatur ſocius,
cùm tamen id neceſſarium ſit in formâ à lege noſtra
introducta, ibi, *Sed pretium partis tantum in fiſcum re-
digatur, reliquum dominis partium reſtituatur*, ex quo
appellatione venditionis minimè venire donationem,
tenent Oſvval. *ad Donell. lib. 9. com. c. 14. lit. G.* & Ant.
Fab. *lib. 14. coniect. c. 13.* & nos dicemus *in d. l. fin. infr.
de prædiis decurio.* licèt formidoloſè hanc partem, vt
ſolet, teneat Greg. *in d. leg. 51. verb. toda.* & cum variis
diſtinctionibus Fuluius *hîc n. 66. & ſeq.* inter donatio-
nem remuneratoriam & ſimplicem, quas attulerat
62 Carol. Tapia *in rub. de conſt. Princ. c. 1. n. 73.* † Vnde quo-
que eadem ratione dices non eſſe extendendam no-
ſtram deciſionem ad permutationem, nam quamuis
ſimilis ſit emptioni quæ à permutationibus cœpit.
*l. 1. ff. de contrah. empt.* & multa ij contractus habeant
affinia, quæ obſeruant VVeſembec. *in paratitl. tit. de
rer. perm. n. 2.* Hottoman. *lib. 19. epitom. in Pandect. tit. 4.
n. 7.* Gom. *2. var. c. 8. n. fin.* Cuiac. *lib. 5. q. Paul. in l. natu-
ralis, §. & ſiquidem, ff. de præſcript. verb.* longè inter ſe
differunt, vt notant DD. *in l. fin. ff. de condict. cauſ. dat.*
cùm ſit contractus innominatus, & aliud pro alio de-
tur, non verò pretium, & ſic ſocius rem pro re haberet
63 inuitus, vt obſeruat Fuluius *n. 68. hîc.* † Hodie ex *d. l.
53. partitæ* iure noſtro inductum eſt, vt hoc fiſci priui-
legium habeat locum in donatione, quod videtur ori-
ginem ſumpſiſſe ex *l. 2. & l. benè à Zenone, C. de qua-
drien. præſcr.* vbi Principi licet rem donare, vel aliena-
re in totum, atque ita multò magis debuit ei permitti,
vt in parte habeat quod habet in toto. Quia etſi ratio
*ſuprà* aſſignata noſtræ legis non militet in donatione,
decet tamẽ Principem exercere liberalitatem, ad quod
non eſt neceſſaria cauſa aliqua, vt Greg. Lopez vole-
bat, ſed ob ſpecialem fauorem fiſci id permiſſum eſſe
dicemus, vt rectè notat Caſtillo *d. c. 6. n. 14. & 15.* nam
qui donat, id non facit niſi vt liberalitatem exerceat,
non ob cauſam vllam, *leg. 1. ff. de donat. & d. lex partitæ*,
talem cauſam non exigit, ſed ita ait, *Otro ſi decimos que
ſi el Rey ouieſe alguna coſa comunalmente con otros que la
pueda vender toda o dar por raçon de aquella parte que à en
ella epaſa el ſennorio de aquella coſa alque la vende o alque
lada.* quibus verbis cùm & venditio & donatio con-
tineatur, ſicut in venditione non dicetur interuenire
debere cauſam, ita nec in donatione, ex regula *l. 4. ff. de
vulg.* quæ ait vnam determinationem reſpicientem
plura determinabilia, pariformiter ea determinare.
Hoc ita procedet ſecundum Gregor. & Caſtill. *d. n. 15.*
vt æſtimatio partis ſocio reſtituatur (quod dare bo-
num cambium vocat Gregorius) ex *leg. venditor 13. §.
ſi conſtat. ff. com. prædio l. 31. tit. 18. parte tertia* idque non
omiſit Rex noſter Alphonſus, qui poſt dicta verba
ait, *Mas con todo eſo debe dar la eſtimacion acada vno de
los otros.* vt refundatur ſcilicet, & exſoluatur domi-
no p[illegible] ſuæ pretium, & iuſtæ æſtimationis quan-
titas.

Nunc videndum eſt quæ requirantur, vt valeat hæc 64
venditio à fiſco facienda? & dicendum eſt eaſdem ſo-
lemnitates eſſe obſeruandas, quæ in qualibet vendi-
tione rei fiſcalis adhiberentur, ſi integra & ſolida res
eſſet fiſci: quod notabiliter dixiſſe Bart. *hîc* ait Ful-
uius *num. 69.* ſed id apud Bartolum non legi, nec de
ea ſolemnitate aliquod verbum inuenies. Fateor ta-
men veram eſſe eam doctrinam vt illa ſolemnitas in-
teruenia, de quâ egi *in l. 1. ſupr. de fide & iure haſtæ.*
Nam cum fiſcus rem communem vendit, eam vendit
tanquam ſuam, *l. bene à Zenone; Cod. de quadrien. præ-
ſcript.* & transfert dominium ea de cauſa etiam partis
ſocij, vt diximus. Vnde eſt debere fieri venditionem
præſenti pecunia. *l. 1. ſupr. de fide, & iure haſtæ.* quia ſo-
cius non eſt obligandus vt habeat fidem de pretio,
cùm ſtatim ſit fiſco ſoluendum, & partem quoque ſo-
cio dandam, ita Accurſ. *in l. vnic. verb. neceſſitatem, C. de
com. ſeruo manum.* quem ſequitur Tiraquell. *de retract.
lig. §. 3. gloſſ. 5. numer. 1.* poſt Bald. & alios *in dict. l. vnic.*
Fuluius *hic n. 69.* qui pro hac parte adducunt *leg. Iu-
lianus 13. §. offerri 8. ff. de actio empt.* † Pretium verò 65
dandum eſt fiſco, à quo poſtea ſocius accipiet, iuxta
illa verba noſtræ legis, *redigatur, & reſtituatur*, quæ in
id expendunt Accurſ. *verb. redigatur*, & Fulu. *n. 72.* & ob
hoc non minus in fiſci, quàm ipſius priuati fauorem
inductum eſt, nam fiſcus facilius pretium exiget, & ab
eo ſocius accipiet ſine labore, licet debitor poſſit ſo-
cio ſoluere ad euitandum circuitum, præcipuè ſi ipſe
inſtet, *leg. res 22. §. 1. ff. de iure fiſci.* † Qua vero actio- 66
ne aget ſocius contra fiſcum pro partis ſuæ pretio re-
cuperando. Omnes conueniunt competere actionem
negotiorum geſtorum, ratam habendo venditionem
à fiſco non ſuo nomine factam, *leg. 3. Cod. de rei vind.*
vbi ſi mater inuita filia rem vendidit, poterit venditio-
nem ratam habere, & aduerſus venditricem actione
negotiorum geſtorum agere, *leg. ab vno 19. C. de negot.
geſt. iuncta leg. Pomponius 9. ff. eodem.* & ſi ſocio non ſa-
tisfit, & pars pretij non ſoluatur, dabitur rei vindica-
tio ad recuperandam partem ſuam, vt tenuit Bald. *conſ.
336. volum. 5.* quem ſequitur Fuluius *n. 74.* & ante eos
notauit Azo. *in ſumm. tit. Cod. de rebus alien.* & proba-
tur *in l. 54. tit. 5. part. 5.* etſi de ratihabitione dubitem,
quia ea ſolet adhiberi, quando ſocius, vel alius ven-
dit ſine voluntate domini rei communis, vt ſic vi-
deatur tranſlatum dominium in emptorem. At in præ-
ſenti non eſt neceſſaria, cùm reluctante, vel igno-
rante ſocio efficaciter vendit fiſcus, *l. qui poteſt inui-
tis 26. ff. regul. iuris*, & ſine eius voluntate totum tranſ-
fert dominium, vt animaduertit Valenzuel. *hic n. 17.
in fin.*

Hinc

67 Hinc deducitur fiſcum requirere debere ſocium, an velit ipſe rem emere, quo in caſu aliis erit præferendus, ita Bald. *in d.l.2.C.de com. rer. alienat.* & omnes *ibi.*Fuluius *n.69.hic*,poſt Felin.*in cap.quæ in Eccleſiarum, n.18.verſ.ſextò declaro,de conſt.* Hyppo. *ſing.*441. Imo ſi ipſe ſocius velit retrahere,rectè id poterit,cùm ratione communionis poſſit eodem pretio ab emptore redimere partem alienatam. Quod etſi iure communi non ſit expreſſum, de iure tamen noſtro id licebit ſocio, etiam venditione iam facta, dum tamen retrahat intra nouem dies poſt celebratum contractum, ſicut poteſt conſanguineus, vt prius conſtitutum erat, ex *l.55.tit.5.p.5.& l.73.Taur.* quæ eſt *l.13.tit.11.lib.5.Rec.* vbi *gloſſ.3.* notauit Matienz.& Azeued. Ant.Gom. *in l.72.cumſeq.Taur.n.27.* poſt Greg. *in dict.leg.55.partita.* Hermoſill. *ibid.gloſſ.7.n.*10.

68 Non eſt alia prætermittenda quæſtio, an de venditione partis ſocij debeatur gabella, cùm eam fiſcus de ſua parte non ſoluat? *leg.licitatio 9.§. fiſcus, ff.de public.* & Gutier. *de gabell.lib.7.quæſt.85. in princ.* & cùm hæc venditio ſit neceſſaria, videtur gabellam non deberi, nam ex tali venditione non ſoluitur, vt docent DD. *in leg. Cæſar. de publican.* & relati à Gutierr. *d.lib.7. qx.22.n.5.* Parlad. *lib.1.rer.quot.c.3.§.2.n.*17. Auendañ. *reſp.13.ex n.6.* Fuluius *hic n.79.* Quæ ſententia etſi Lazarti non placuerit, *de decim. vend.c.19.n.*100. & Gutier. *d.q.22.n.7.* ego in ſpecie noſtra exiſtimo ſocium, cuius partem fiſcus alienauit, minimè ad gabellam teneri, vt tenet, licet obſcurè, Peregr. *dict.lib.6.tit.4.n.27.*

69 & latè defendit Fuluius *n.84.* † Quòd etiam ex fundamento ipſius Lazartis & adſtrui noſtra ſententia poteſt, qui ait, is qui cogitur vendere, verè dicitur vendere, *l.1.in princ.verſ.& ſi plures,Cod.de com.ſeruo manum.* ergo cum vendat, cogetur gabellam ſoluere, quia verè venditio interuenit. Hoc etenim argumentum fallit in ſocio fiſci, quia ipſe non eſt venditor, ſed fiſcus, fiſcus vendit quaſi ſolidus eſſet rei dominus: ſocius nihil in contractu ponit, ſed ſe habet tanquam extraneus, ita vt nec pretium ab emptore recipiat, ſed à fiſco; & quamuis ad conſequendum pretium ratam habere debeat venditionem, vt diximus, & ſic videatur ipſe contraxiſſe, nihilominus talis ratihabitio non eſt vera, ſed cauſatiua, ne & re & pretio careat, imò nõ eſſe neceſſariam iam aſſeruimus. Rurſus facit traditio ipſiuſmet Lazartis *ſupra num.*107. de re à Principe priuato ablata, dato ei pretio, iuxta *leg. item ſi verberatum, ff.de rei vind. & leg.Lucius* 11. *ff. de euictio.* in qua debetur gabella.

70 Pro complemento non eſt omittendum an alij præter fiſcum competat hoc priuilegium? & Platea, Pyrrhus & alij *hic*, & alij quos refert Fuluius *num.*25. & M.Ant.Genuen. *in prax.Eccl.quæſt.*251.*num.*2. & relati à Barboſa *in locis comm.loco* 49. tenent omnia priuilegia fiſci competere Eccleſiæ, ex *leg.fin.Cod.de ſacroſ. Eccleſ.* quæ ſi habeat rem communem cum alio, poterit ſicut fiſcus vendere. Sed de ea ſententia apertè dubito, quia nullum ius competens fiſco competet Eccleſiæ, niſi in caſibus à iure expreſſim æquiparatis, vt docent Gregor. *in leg.19.tit.8.part.5. verb.dos caſos.* Pachin. *lib.6.controu.cap.3.& 38.* Barboſa *in leg.ſi filio 26.§.fin.num.40.ff.ſolut.matr.* & alij relati à Fuluio *hic, num.*27. Item, quia videmus multa competere fiſco, quæ tamen ſine controuerſia non competunt Eccleſiæ, vt eſt ius tacitæ hypothecæ, *leg.2.Cod de priuil.fiſc.* & eſſet res magni præiudicij, cùm ex diſpoſitionibus piis Defunctorum ſoleant Eccleſiæ cum priuatis res habere communes. Deinde, quia fiſci appellatione non venit Eccleſia, at hìc de venditione fiſci agitur. Neque in contrarium eſt *dict.leg.fin.de ſacr. Eccleſ.* quæ id non probat, teſte Farinac.& aliis, & Ceuall. *quæſt.*49. ſed hoc limitabis in re communi pro amplianda, vel ædificanda Eccleſia, ex doctrina Bald. & Ripæ *in leg. ſerui electione, §. Labeo. de leg. primo* ſicut aliàs poteſt cogi ad vendendum ſolum ſuum, ex Couar. *3.var.c.14. num.2.* Ant. Gom. *in leg.46. Taur.num.9.* & dicemus *alibi.* Fulu. *n.89.* qui alias cauſas proſequitur, ex *n.86.* in quibus ſecluſo fiſci priuilegio poteſt ſocius de re communi diſponere, vt eſt quando medietatem bonorum donauit, de quo vide Guid.Pap. *deciſ.*601. Vel quando ſeruus eſt communis, qui poteſt ab vno manumitti, ex *leg.vnic.Cod.de comm.ſeru.manum.* vel quando tractatur de conſeruanda ipſa re. Cremenſ. *ſing.*98. & alios, vide apud Fontan. 1.*tom. clauſ.4.gloſſ.92.p.n.11. & ſeq.* & Plateam *in leg.vnic.n.2.& 3.infr.non licere habitat.metrocom. & in leg.fin.per text.* ibi, *infr.de agricol. & mancip.*

# TIT. V.

## *Ne fiſcus rem, quam vendidit, euincat.*

### LEX I.

*Imp.* ALEXANDER A. *ad Hermiam.*

Grauiſſimum verecundia mea duxit, vt cuius rei pretium cum bona fide eſſet addicta, ſemel fiſcus acceperit, eius controuerſiam referat. Non ſolum ergo emptorem ab eadem ſtatione, ſed ne ab alia quidem quæſtionem pati debere, æquum eſt, cùm etiam in his venditionibus emptore non inquietato officia inter ſe poſſint experiri.

### LEX II.

*Impp.* HONORIVS & THEODOS. A A. *Palladio P.P. Orientis.*

Retractare fiſcum, quod ſemel vendidit, æquitatis honeſtatiſque ratio non patitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Fiſcus plures ſtationes habebat, & quæ ſint hæ, & unde dictæ?* & n.2.3.4.6. & 7.

5 *Stationum nomen quod hodie vſurpatur in Eccleſia, unde originem ducat?*

8 *Explicatur* l.Fulcinius. §.illud. ex quibus cauſ. in poſſ.eat.

9 *Concluſio quæ ex his legibus deducitur, & ratio quæ euictionem tollit.*

10 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repelli certum eſt.*

11 *Princeps licèt ſit legibus ſolutus, non eſt ſolutus legibus æquitatis, & honeſtatis.*

12 *Non eſt honeſtum, neque verecundum Principi contractus à ſe geſtos in contrahentium damnum retractare.*

13 *Princeps non eſt legibus contractuum ſolutus.*

14 *Omnes ſtationes fiſcales etſi diuerſæ ſint, vnum Principem repræſentant.*

15 *Quã actione experiri poterit vna ſtatio contra aliam, & refertur quæſtio de facto.*

16 Con

16 *Compenſatio an habeat locum de vna ſtatione in aliam, ad explicationem* l.1.C.de compenſ. *& num.17. & de eius rei ratione,* & num.18.& 19.

20 *Declaratur* l.inter tutores 36.de admin. tut. *& de differentia inter diuiſionem rerum pupilli & fiſci quod ad adminiſtrationem attinet,*& num.21.

22 L.2.Cod.ſi ex pluribus tutor, *explicatur remiſſiuè.*

23 *Interpretatur & emendatur* l.2.C.de ſolution. *& n.* 24.25.& 26.

27 *Reprobatur Cuiacij ſpecies ad* d.leg.2. *& Donelli defenſio vulgatæ lectionis.*

28 *Verba illa,* ſi bona fide eſſet addicta, *noſtra legis, quomodo accipiantur?*

29 *Vt procedat lex noſtra, requiritur quod fiſcus ex venditione receperit pretium.*

30 *Seruus actor ſi vendatur, retrahi poteſt ab alterâ ſtatione fiſcali, & qui ſit ſeruus actor,* & num.31.

32 *An fiſcus in duplum, vel in ſimplum teneatur de euictione, remiſſiuè.*

1 FISCVS plures ſtationes, ſeu manſiones, aut
menſas habebat, in quibus officia fiſcalia con-
ſiſtunt, vt *hîc, & in l.1.C.de compenſat. l.2.C.*
*de ſolutio. leg. in ſingulis* 19. *C. Th. de ſuſceptor.* Nam
cùm ex diuerſis cauſis res in fiſcum ſolerent inferri,
vt dicam *infr. ad tit. de canone larg. tit.* & in diuerſis locis
& prouinciis eſſent fiſci Officiales, qui eius res cura-
rent, ſcilicet tributa vectigalia quæ exiguntur, & res
quæ confiſcabãtur. Quælibet curatio dicebatur *ſtatio,*
& diuerſas ſtationes, diuerſumque officium quæque
regio habebat, *argum. l. duos 13. infr. de ſuſcept. l.2. iuncta*
*inſcriptione, & l.7.C.Th. eodem.* & in vnaquaque res fiſ-
cales quæ ad diuerſos titulos, ſeu cauſas pertinebat,
tractabantur. Pancirol. *ad Not. Imp. Orien. c.74. verſ.*
2 *Prefecti.* † Vt ſi aliquis præpoſitus ſit ſtationi gabel-
larum, vel collectarum, vel pœnarum fiſcalium, vt vi-
dere eſt ex *leg. in prouinciis 4. infr. de num. & actuar. leg.2.*
*infr. de exactor. trib.* & de his eſt accipienda *l. vniuerſi* 5.
*C. de vectig. & com.* vt teſtatur Donell. *lib.16. com. c.15.*
*& in l.1.n.1.C. de compenſ.* Cuiac. *hîc, & lib.3.q. Papin.*
3 *in l. cùm militi* 16. *ff. de compenſ.* † Dictæ ſunt ſtatio-
nes, quia ſtatur & conſiſtitur in adminiſtratione re-
rum fiſci, ſumpta vox à ſtatione verbo caſtrenſi, & in
caſtrenſi opera vſurpato metaphoricõs, nam ſtatio mi-
litaris dicta, quia militibus inde progredi non licuit,
vox Tertulliano frequenter vſurpata *in Apolog. cap.2.*
*num.16. & de oration. in fin. & de corona mil.* vnde Pa-
piniano *lib.12. Theb. verſ.*

*Immiſſo ceſſit ſtatio horrida ſomno.*

Docent Pamel. *ad Tertul. dict. locis.* Cerda *ad eundem d.*
*lib. de oratio cap.14.* ad illud, *ſi ſtatio de militari exemplo*
*nomen accepit, num.*151. Dorleans *ad Tacit. libro primo*
4 *annal. pag.93.* † Et milites dicti ſtationarij, de quibus
videas Pancir. *in Not. Imp. Orient. cap.9. libr. ſecundo var.*
*cap.266.* Buleng. *lib.6. Imp. Rom. cap.32. & lib.4. cap.38.*
5 vbi de ſtationibus cuſtodum Principis. † Vnde ver-
bum *ſtationum,* olim frequentatum Chriſtianis, quod
noſtra tempeſtate viget in Eccleſia Catholica, vt do-
ctè docent Cerda, Pamel. & Dorleans. Nam illæ in-
dicebantur ab Epiſcopis, quaſi à Duce, & perageban-
tur à Chriſtianis, quaſi à militibus, & ita cœmeteriis
& Baſilicis indictis ſtationibus ad memorias Marty-
6 rum excubabant, & priuilegia ducebant. † Dictæ
quoque ſunt ſtationes, loca vbi conueniunt homi-
nes confabulandi, aut negotiandi cauſa. Iuuenal.
*Sat.11.*

—— *Omnis*
*Conuictus thermæ, ſtationes, omne theatrum*
*De Rutilo.*

Tertullian. *de præſcript. cap.10. vbi enim erit finis quærendi, vbi ſtatio credendi.* Plin. *lib.1. epiſt.12.* Agellius
*lib.13. noct. Att. cap.13.* docent Cuiac. *lib.2. obſeru. cap.*
*fin.* Schardus & Caluin. *de verb. iur. verb. ſtatio.* Barthius
*libro 2. aduerſ. cap.21.* † Denique ſtatio eſt locus, in 7
quo quis muneris ſui cauſa ſiſtit, & ab interuentori-
bus ſolet appellari. *leg. ne quis 6. infr. de dignit. leg. item*
*apud Labeonem 15. §. conuitium ff. de iniuriis.* † Et de his 8
eſt accipiendus locus difficilis. I.C. *in leg. Fulcinius 7.*
*§. illud. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* ibi, *Si circa colum-*
*nas, aut ſtationes ſe occultet.* quæ verba variè explicarunt
Cuiac. *lib.1. obſer. cap.13.* quem rectiſſimè notat Briſ-
ſon. *lib.2. antiq. cap.12.* quod litteram inuertat, & lo-
co *ſtationes,* reponat *ſtatuas,* eas ſtationes interpretans
tabernas, & manſiones, quæ in foro reponebantur,
cui ego aſſentior, cum Oſvval. *lib.23. Donell. cap.13.*
*lit. C.* vide quæ dico *in l.2. num.26. infr. de exact. trib.*

His poſitis Imperator Alex. hac in lege primâ de 9
ſtationibus fiſcalibus, ſeu de Officialibus variis man-
ſionibus militabant, apertè loquitur, qui grauiſſi-
mum verecundiam ſuam duxiſſe teſtatur, vt cuius rei
pretium ſemel fiſcus accepit, referat eius controuer-
ſiam, & ne quod bonâ fide addixerit, vel vendiderit,
vna ſtatio alia retrahat, vel euincat, ex eo quod ad ſe
pertinebat. *lege prima infr. de fundis rei priu.* Ratio eſt
poſita *in leg. . hoc tit.* quia retractare fiſcum quod ſe-
mel vendidit, æquitatis & honeſtatis ratio non pati-
tur, Nam cùm fiſcus vnus & idem ſit in hac vel illâ
ſtatione, qui rem diſtraxit, & idem ſit qui nunc con-
trouerſiam mouet, & omnes Officiales fiſcum vnifor-
miter repræſentent *leg.1.C. de compenſat.* improbè fa-
cit qui rem à ſe diſtractam euincere procurat, con-
tra proprium factum, *leg. poſt mortem 25. Digeſt. de*
*adoption.* & ideo repellendus eſt, ſicut repellitur qui
alienauit, *leg. vindicantem 17. ff. de euiction. leg. cùm à ma-*
*tre 3. Cod. de rei vind.* † Et perpetua eſt illa iuris re- 10
gula, quem de euictione actio tenet, eundem agen-
tem exceptione repelli, *leg. exceptiones 11. leg. ſi ob cau-*
*ſam 13. & ſeq. Cod. de euictio. leg. vindicantem 21. leg. Seia*
*73. §. eod. l.1. ff. de excep. rei vend.* cum adductis à Ca-
ballin. *de euictio. §.5. num.2.* Pinell. *in leg.1. Cod. de*
*bon. mat. 3. part. n.72. & 83.* Rod. Suarez *in l. quoniam*
*in prioribus, ampliat. 7. n.6.* Fanucius *de inuent. hæred. 7.*
*part. num.*150. Quamuis enim Princeps legibus ſit 11
ſolutus *leg. princeps, ff. de legib.* cum latè à me traditis
*lib.1. obſeru. cap.1.* & nouiſſimè à Domino D. Ioan. del
Caſtillo *in erudito tractatu de Tertiis c.18. num.2.* Æqui-
tas & honeſtas quæ legum ſunt pars, *§. iuris præcepta,*
*Inſtit. de iuſt. & iur.* & ius ſit ars boni & æqui, *lege*
*prima ff. illo tit.* efficiunt vt inuerecundum ſit Principi
contra emptorem agere, qui eius fidem in contrahen-
do ſecutus eſt, *argum. leg. ex imperfecto vigeſima tertia*
*ff. de legationib.3.* ibi, *Ex imperfecto teſtamento legata,*
*vel fideicommiſſa Imperatorem vindicare inuerecundum eſt*
*lege tertia Cod. de teſtam. leg. ſi quis 6. cum l. ſeq. Cod. qui*
*teſtam. facere poſſ.* conducunt quæ adduxi *dict. lib.1.*
*capit.1. num.7. & maximè num.97.* & facit *leg. cum am-*
*plius 84. §. fin. de reg. iur.* † Et hoc eſt quod Alexan- 12
der optimus Princeps in præſenti Catholico magis,
quàm pagano digna illa verba effundens, ait. *Grauiſ-*
*ſimum eſſe verecundia mea duxit.* Cui conuenit quod
Traianus noſter ferè in ſimili ſpecie dixit *in leg.1. ff. de*
*interdict. & relegat.* ibi, *Seio relegatorum bona, auaritia*
*ſuperiorum temporum fiſco vindicata; ſed aliud clementiæ*
*meæ conuenit, qui inter cætera, quibus innocentiam rationum*
*meorum temporum hoc quoque remiſi exemplum.* Quin non
eſt honeſtum, & verecundiâ Principis dignum, vt in
emptoris damnum diſpliceant quæ ſemel placuerunt,
& firmam venditionem retractare, quod in priuato
iniquiſſimum videretur, *c. quod ſemel. de reg. iur. in 6.*
*leg. fin. ff. com. prædio. l. ſicut 5. C. de oblig.* Fides enim ſem-
per debet eſſe cara Principi, vtpotè ſanctiſſimum hu-
mani pectoris bonum, vt doctiſſimè Lipſius docuit
*lib.2. polit. c.14. & in monitis & exemp. polit. lib.2. cap.13.*
& poſt eum Carol. Scriban. *lib.1. polit. Chriſt. c.15.* &

ante

ante eos P.Greg. *de Republ.lib.8. cap.8. toto*, & idem
quoque Ioan. Chokier. *lib.2.politicor. cap.12. & 13.*
13 *& ſeq.* Præſumitúrque Princeps iuſtitiæ plenus, &
ſic tenetur facta ſeruare, quia etſi ſoluatur legibus,
non tamen ſoluitur legibus conuentionum & contra-
ctuum, qui ſunt de iure gentium, vti eleganter ait Bald.
*in leg.1. in princ.ff.de conſt.princip.* & Iaſ. *in leg.1. ff. de
pactis, numer.4.* vbi ex aliorum placitis obſeruat quod
quamuis Deus ſubiecerit leges Principi, non tamen
ſubiecit contractus, vel conuentiones, alias nemo
cum eo contraheret, ſequitur Gothofr. *in notis ad No-
uell.105.c.2. in fin.* quæ eſt *Auth. de conſulib. §.ſubia-
ceat.* licet corruptè alleget Iaſonem, & eleganter Ca-
ſtillo *ſupr. de Tertiis d.cap.18.n.34.& 35. & ſeq.* Inde-
que cauſæ & conuentiones quæ ad Principem ſpe-
ctant, dicuntur bonæ fidei, *arg. leg.2. §. maritò. ff.ne
quid in loco publ.l.Cæſar 15.§.de publican.leg.ex facto 45.
in princ.ff.de vulg.* notat Bald. *in tit.de pace Conſtant. § ſi
qua vero.* Iaſ. *in §. actionum. in princ. Inſtit. de action.*
creditúrque ſemper velle vti iure communi, præcipuè
in contrahendo, vt ex aliis docet Ant. Pichard. *in*
14 *dict.§. actionum, quæſt.3.numero 6.& 7.* † Neque in fiſ-
co valet diuerſa qualitas, aut diſcretio iurium, aut
diſſimilis aliqua repræſentatio conſiderari, iuxta *l.tu-
torem, ff. de his quibus vt indig.* & quæ notat Aretin.
*in leg.in plurium, ff.de adquir. hær.* Decius *in cap. ex lit-
teris, num.14.de probatio.* cùm vnus & idem ſit in hac,
vel in illa ſtatione, & in vtraque Princeps idem ſit,
vnus ſpiritus regit hæc omnia officia, in quam rem
poteſt adduci illud D.Paul. *1. Corinth.cap.12.* ibi, *Di-
uiſiones gratiarum ſunt. Alij quidem per ſpiritum datur
ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij gratia ſanitatum,
alij operatio virtutum, alij prophetia, alij genera lingua-
rum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus
diuidens ſingulis prout vult.* & quemadmodum plures
hæredes inſtituti, omnes repræſentant defunctum,
ita & ſimiliter omnes ſtationes fiſcales vnum Princi-
15 pem repræſentant. † Et quamvis diuerſa ſint officia,
poterunt ſanè inter ſe experiri non inquietato empto-
re, vt ait Platea *hîc in fin.* actione, non quæ competit,
fiſco, ſed quæ competit adminiſtratori, vt aſſerit Bald.
*in præſ.num.1.* & hæc erit ex Accurſij ſententia nego-
tiorum geſtorum in ſubſidium, ex quo reſolues illud
dubium quod in facto contigiſſe ſcribit Lazarte *de de-
cim.vendit. cap.7. numero 60.* Nam cùm gabellarius
vnius membri, ſeu adminiſtrationis conueniſſet ven-
ditorem pro gabella, & executio fieret auctoritate Iu-
dicis in bonis mobilibus, quæ ſola habebat, & vix
ſufficiebant ad ſolutionem. Alter gabellarius, ad
quem pertinebat rerum mobilium gabella, petebat
eam ex pretio venditionis, in quo præferendum eſſe
dicebat ſuum ius contra alterum exequentem, etſi bo-
na non ſufficerent. In quâ re etſi ipſe dubius proce-
dat, ego ex ſupradictis exiſtimo, gabellarium ſecun-
dum excludendum, quia vtrumque debitum ſit fiſcale,
neque quod vna ſtatio vendit, alia debet retrahere, &
prætendere aliud lucrum.

16 Sed contra *ſuprà* tradita obſtare videtur *lex 1. Cod.
de compenſat.* vbi de vna ſtatione in aliam compenſa-
tio in cauſa fiſcali non datur. Quod tamen difficile
iudicabitur, cùm vnus & idem ſit ſemper fiſcus, vt
diximus, & compenſatio non minus æquitate natu-
rali conſiſtit, quàm ciuili, vt obſeruant VVeſemb. *ad
tit. de compenſat.numer.3.* & Pichar. alios referens *in §.
in bonæ fidei 30.inſtit.de action.num.28.* & probatur *in l.
inter 36. ff. de adminiſt.tut.* Quæ æquitas non minor
eſt, quando in vna eadémque ſtatione debitum eſt,
quàm quando in diuerſa. Cùm ſi inter tutores diuiſa
ſit tutela, rectè compenſatio opponitur, quia etſi plu-
res tutores ſint, vna ſit eademque tutela. *dict.leg.inter.*
17 † Cui difficultati reſpondendum eſt, compenſatio-
nem ſemper debere fieri inter ipſos contrahentes, &
de eo quod ab vtraque parte debeatur, *leg.eius 9.Cod.
de compenſ.* docet Donell. *lib.16.com.cap.15.* & Pichar.
*ſupr. numer.23.* & quamvis fiſco agenti rectè opponi
poſſit compenſatio, *leg.fin ff.de compenſ.leg.aufertur 46.
§.qui compenſationem. ff. de iure fiſci*, & fiſcus ſemper
vnus & idem ſit, tamen compenſatio locum non ha-
bet, quando quod ab vna ſtatione mihi debetur, id
alteri agenti opponere velim, docent relati ab Eſco-
bar *de ratiocin.cap.36.n.3.* Medices *de compenſ.1. part.
quæſt.38.tota.* Peregrin. *de iure fiſc.lib.6. tit.7.num.15.*
Trentacinq. *lib.3. var.tit. de compenſat. reſol.1.num.11.*
† Ratio eſt, quia officia fiſcalia aliter confunderentur; 18
vt expreſsè demonſtrat Antonius *in dict.l.1.* id eſt, vt
euitetur confuſio, *argum. leg. conſulta diualia 23. C. de
teſtament.* ibi, *Abſurdum eſt enim, ſi promiſcuis actibus re-
rum turbentur officia, & aliis creditum alius ſubtrahat.* fa-
cit quoque *leg.1.infr.de apparitor.præfect.annon.* & illud
Caſſiodori *libro ſeptimo epiſt.27.* ibi, *Vtile eſt vnum ſem-
per eligere, cui reliqui debeant obedire, quia ſi voluntas
diuerſorum vaga relinquitur, confuſio culparum amica ge-
neratur.* Quæ confuſio non ſolum eſt contra Officia-
les, ſed & adminiſtrationem ipſam, vt conſiderat Do-
nell. *in dict.leg.1.* Nam ſi ſtatio huius loci cogeretur
admittere compenſationem eorum, quæ alij ſtationi
debentur, cogeretur inquirere quomodo altera ſtatio
ageret, & reuidere, an bene, vel malè rem gereret, aut
adminiſtraret: Item & interueniret fiſci præiudicium;
nam cùm altera ſtatio ignoret in quantum debitor
ſuus alterius ſtationis creditor eſt, implicarentur offi-
cia variis cognitionibus, & eueniret aliquando, vt
compenſato iam debito cum ſtatione cui debebat, ite-
rum debitum petat ab altera, cui erat debitor. Quod
ferendum non fuit, & ideò Senatuſconſultis & reſcri-
ptis principalibus ea compenſatio interdicta eſt, niſi
fiat in debito & credito eiuſdem ſtationis. † In quam 19
rem expendo *leg.in prouinciis 4.infr.de numer.& actuar.
leg.2.infr.de executor.& exactor.* vbi in id cui vni com-
miſſum eſt, alter non debet ſe intromittere, *Ne*, in-
quit ea lex, *dum hoc ſibi inuicem mutui officij licentia pa-
tiuntur, agant cuncti quod ſingulis credebatur*, vbi nota-
uit Accurſ. & Lucas *in d.l.2.* Platea *in d.l.4.* Ex quo
fulcitur ſententia Cyni, quã poſt Iul.Clar. *§.fin.q.78.n.
28.* & *ibi* Baiard. *n.141.* recipit Mieres *de maior.1.p.q.58.
n.82. & 92.* qui docent creditorem vnius territorij
in bonis delinquentis ab illo fiſco confiſcatis agere
non poſſe contra illum fiſcum, neque item recepto-
res vnius prouinciæ poſſe occupare bona alterius pro-
uinciæ.

Neque his contrarius eſt Papin. *in dict.leg.inter tu-* 20
*tores 36 ff.de adm.tut.* vbi confuſio officiorum admitti-
tur, & compenſatio. Siquidem ſi tutela diuiſa ſit inter
duos tutores, vnus rerum ciuitatis, alter prouincia-
lium, & agit mecum tutor ciuitatis, id ſanè compen-
ſabo, quod debet mihi pupillus ex causâ prouincia-
li, & tamen non minor eſt æquitas compenſationis
in hoc caſu, quàm in alio, neque diuerſa ratio, cùm ſi
vna eſt tutela, diuiſa tamen, ita vnus eſt fiſcus, ſed
diuiſus in ſtationes. Erant, vt diximus, ſtationes fiſci
multæ, vnaquæque regio ſuam ſtationem habebat, etſi
ſpectarent omnes vnum Principem, vt *in præſenti, & in
leg.2.C.de ſolut.* Accedit *leg.2.C.ſi ex pluribus tutor.* vbi
diuiſâ tutelâ inter tutores prouinciales, ſi lis pupillo
inferatur, ille tutor, qui in ea prouincia adminiſtrat,
liti aſſiſtere debet, non ille, qui in altera prouincia res
alias adminiſtrat. † Huic difficultati reſpondent Do-
nell. *d. lib.16. com.cap.15.& in dict.leg.1.C.de compen.
num.5.* Cuiac. *lib.3.quæſt.Papin.in leg.cum militi, de com-
penſ.& in d.l.inter. ſtatim ſeq.* relictâ interpretatione Si-
char. *in dict.leg.1. numer.3.* multum quoad hanc ſpe-
ciem differre fiſcum à tutela. Nam in tutela bona non
ſunt ſeparata, vnum eſt tãtum patrimonium, & quam-
vis diuiſum ſit, officio Magiſtratus diuiſum eſt, non
iure;

iure. Iure ipſo ſinguli in ſolidum ſunt tutores,& ideò
non poteſt hæc diuiſio tutelæ impedire compenſa-
tionem quæ fit ipſo iure. Vnde ſi agat vnus tutor, is
cum quo agit, nomine pupilli, rectè compenſat quod
ei debetur ex aliâ cauſa. Neque obſtat ea diuiſio, quia
cùm non ſit iuris, ſed iuriſdictionis, modum admini-
ſtrationi facit, id eſt, non diuidit tutelam ſed tantùm
adminiſtrationem, vt ſciat quiſque tutorum quid ad-
miniſtrare debeat. Contra autem eſt in fiſci ſtatio-
nibus, in quibus à iure, non à iuriſdictione fit diui-
ſio illa adminiſtrationis, & ſic, ne confundantur offi-
cia, vt diximus, compenſatio non admittitur. Itaque
ſeparantur pupilli bona à Iudice, quæ ſeparatio indu-
cit commodiorem tantùm adminiſtrationem, & qui
cum tutore agit, non tam cum ipſo agit, quam cum
pupillo, qui verè eſt debitor, non tutor. At admini-
ſtratio fiſcalis cùm diuidatur à lege, diuerſa corpora
conſtituit, diuerſam adminiſtrationem, neque ſtatio-
narij plus capiunt, quàm quod debetur in ea admi-
niſtratione, in eo territorio vbi præponuntur, & hoc
eſt quod vno verbo Papinian. *in dict. l. inter*, aſſeruit.
*Nam diuiſio tutelæ quæ non iuris, ſed iuriſdictionis eſt, mo-*
22 *dum adminiſtrationi facit.* † Add. *l. 2. C. ſi ex plur. tut.* Reſ-
pondet Cuiac. *d. lib. 5. quæſt. Papin. in d. l. inter.*

23 Difficultatem faciebat *l. 2. C. de ſolutio.* vbi fideiuſ-
ſor liberatur, ſi ei debitori, pro quo interceſſerat
in vna ſtatione, qui in altera creditor eſſet, fiſ-
cus ſucceſſerit. Ita rectè legit Cuiac. & pro illa vo-
ce *rationibus*, quæ in vulgatis erat, repoſuit *ſtationibus*,
quod non vno in loco ſcriptum reliquit, vt ſolet, ſed
ſcripſit *hic & in dict. tit. Cod. de ſolution. & libro tertio
quæſt. Pap. in dict. leg. cum militi.* Sequitur Contius &
Gothofred. *ibi*, ſed ante ipſos animaduertit Accurſ.
*ibi*, vt Conſtat ex ſcholio *liberari*, dum iuxta termi-
nos *d. leg. 1. Cod. de compenſ.* ſpeciem ponit, loquens de
24 duabus ſtationibus. † Sed difficilis ea videtur ex iis,
quæ *ſupra* conſiderauimus, cùm debitum in vna ſta-
tione contractum, quemadmodum non inducit com-
penſationem, ita etiam nec liberationem debuit indu-
cere, cùm compenſatio ſit ſolutio. *l. 4. C. de compenſ.*
25 docet Donell. *d. lib. 16 c. 15. in princ.* † Huic tamen dif-
ficultati ſatisfacies, ſi dixeris quòd cùm fiſcus ſucce-
dit debitori, & creditori, confunduntur actiones per
aditionem, *l. debitor ſub pignore 59 ff. ad Trebell. leg. Gra-
nius 71. ff. de fideiuſſ. l. Stichum 95. §. aditio. ff. de ſolution.
leg. debitori. C. de pactis.* Quia aditio & ſucceſſio habet
vim ſolutionis, *leg. ſi debitori 52. ff. de ſolutio. leg. hæres
à debitore 21. ff. de fideiuſſ.* & ita videtur ſibi ipſi ſatiſ-
feciſſe fiſcus, quomodo fideiuſſor, qui in vna ſtatione
interceſſerat, non poteſt reconueniri à fiſco, qui ſui
ipſius debitor eſt, & creditor, & non poteſt quis eidem
pro eodem eſſe obligatus, *leg. ſi quis pro eo 56. §. 1. ff. de
fideiuſſor.* cum aliis, & ita principali obligatione ſu-
blatâ, fideiuſſoria quoque diſſoluitur, *leg. in omnibus*
26 *43. ff. de ſolution.* † Neque obeſt quòd diuerſæ ſint ſta-
tiones. Nam cùm fiſcus idem ſemper ſit, & verum
quoque ſit, eſſe debitorem ex vna ſtatione, æquitatis
cauſa efficit, vt contra fideiuſſorem creditor ex alia
non agat. *leg. ſi is qui 40. cum ſeq. ff. de euictio.* iuncto no-
27 ſtro titulo. † Vnde non aſſentior Cuiacio *in præſen-
ti*, qui ſpeciem *d. l. 2.* ait contra Accur. ponendam, ita
vt fiſcus ſucceſſerit duobus, ſcilicet creditori, & debi-
tori, ex diuerſis tamen ſtationibus. Rectius Donell.
*in dict. leg. 2.* in vno eodemque debitore, & creditore
caſum confingit, & quamuis *num. 4.* contra Cuiac. ve-
lit vulgatem lectionem defendere, & non *ſtationibus*,
ſed *rationibus* legendum. Mihi non placet, quia nulla
eſſet ratio dubitandi, quare fideiuſſor liberaretur. Cùm
enim fiſcus ſucceſſiſſet, nihil ad rem pertinet quòd ſuc-
ceſſerit ex hac, vel ex illa cauſa, dum tamen ſucceſſerit
in eadem obligatione debitoris & creditoris. Rurſus &
ipſe Donellus damnandus eſt, dum *num. 3.* vult fiſcum
ſuccedere ex damnatione, cùm tamen, vt dicemus *infr.
ad tit. de bonis vacant.* fiſcus tunc non ſuccedit, neque
eſt hæres.

Hinc ſatis patet iam minimè fiſcum poſſe rem vni 28
ſtationi addictam ab altera ſtatione euincere, vt ſemper
cauſa addictionis maneat firma. Quod ita accipien-
dum eſt, ſi ſeruatis ſolemnitatibus fiat addictio, de quo
egimus *in l. 1. ſupr. de iure haſtæ fiſc.* vt ipſe Alex. *in præ-
ſenti* docet illis verbis, *ſi bonâ fide eſſet addicta*, quæ bo-
na fides ex Accurſij ſententiâ debet interuenire tam
ex parte emptoris, quàm ex parte venditoris, aliter
enim ratione malæ fidei fiſcus referet controuerſiam,
*argum. dict. legis primæ ſuprà de iure & fide haſtæ.* quod
ſenſiſſe Martinum tradit Accur. *in præſenti ſchol. 1.*
& ſequitur Valenzuel. *numero nono.* † Rurſus vt pro- 29
cedat lex noſtra, requiritur quòd fiſcus ex venditio-
ne receperit pretium, vt docemur ibi, *Vt cuius rei pre-
tium ſemel fiſcus acceperit.* Nam procurator Cæſaris
non poteſt vendere habitâ fide de pretio, quoniam
habet mandatum limitatum, vt eleganter ait Aponte
*de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 6. n. 10. & 11.* cùm vendat ex
causâ neceſſariâ ad ſatisfaciendum creditoribus, vel
ſibi, non poteſt hoc fieri niſi pretio ſoluto. *leg. ſi cura-
tor 5. in fin. ff. de iure fiſci leg. à diuo Pio 15. §. ſed ſi em-
ptor. 7. ff. de re iud.* vbi docent Interpretes, *& in leg. 1. ſup.
de fide & iure haſtæ n.* 10. vbi diximus pluribus laudatis.
Alioquin enim ſi Officialis fiſci fuerit præſens vendi-
tioni per alium factæ, cui tacitè, vel expreſsè conſen-
ſit, non recepto pretio, tunc fiſcus non dicetur ven-
didiſſe, *leg. aliud eſt vendere 160 de regul. iuris*, & ideò ne-
que tenetur de euictione, ceſſante diſpoſitione noſtro-
rum iurium obſeruat Bald. *per text. ibi, in leg. quidam ex
part. 11. ff. de euiction.* Ancharran. *conſ. 76. dubit. 4.* Valenz.
*in l. 2. h. t. num. 2.*

Hæc tamen deciſio noſtra limitari debebit, ſi altera 30
ſtatio ſeruum vendiderit actorem, nam eo in caſu po-
terit fiſcus, vel altera ſtatio retrahere venditionem, vel
euincere ſeruum, *leg. bonorum 8. leg. ne procuratoris 30.
leg. aufertur 46. §. actores, ff. de iure fiſc.* Actores ſeruos 31
vocabunt Procuratores, & œconomos, vt dixi *in leg. 4.
infr. de exact. tribut.* quibus domus & rationum fami-
liarium cura mandabatur, & qui negotia domini age-
rent, & qui res fiſcales tractabant. Quapropter incon-
ſulto Principe vendi non potuerunt, quia huiuſmodi
homines maximo vſui fiſco eſſe poſſunt, cùm ſint pe-
riti rationum, & adminiſtrationum fiſcalium, & dam-
num fiſco eueniret ex illorum venditione, *leg. fin. ff. de
offic. præſid. iuncta leg. interdum 16. 2. ff. de publican.* notat
Cuiac. *in hoc l. 2.*

Quod verò ſpectat ad tractatum de euictionibus hìc 32
omiſimus, cùm ſolùm perſtringamus præcipuum hu-
ius tituli. Videbis alias quæſtiones apud Aponte *de po-
teſt. Proreg. tit. 4. §. 4. tot.* Alfar. *de officio fiſc. 18. n. 10. &
gloſ. 34. priuil. 7. n. 48.* Guzman. *de euict. quæſt. 8. n. 20. &
ſeq.* vbi de illa quæſtione, an fiſcus teneatur de euictio-
ne in ſimplum, vel in duplum, *ad l. ſi procurator 5. ff. de
iure fiſci.* vide quoque Hermoſill. *in l. 32. tit. 5. p. 5. gl. 1.*

## TIT. VI.

## *De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt.*

AD *leg.* vide Eſcobar *de ratiocin. cap. 14. n. 31.* Flores de Mena *lib. 2. var. quæſt. 21. n. 162.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 304. n. 11. & 20.* Bobadilla *lib. 5. polit. c. 4. n. 81.* Surd. *tom. 3. conſil. 391. n. 14.* Maſtr. *de magiſt. lib. 6. c. 8. n. 74.*

Ad *l. 2.* vide Giurb. *conſ. 72. n. 32.*

## TIT. VII.

*Pœnis fiſcalibus creditores præferri.*

### LEX VNICA.

*Imp.* ALEXANDER A. *Marcello.*

Rem ſuam perſequentibus pœnæ exactio poſtponitur. Sicut itaque in ſortis quantitate fiſci perſecutio potior eſt: ita in triplo, quod pœnæ nomine adiectum eſt, propria forma ſeruanda eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Concluſio huius legis præcipua eſt, vt præferantur creditores priuati fiſco in pœnis, quæ & multis iuribus & Doctorum traditionibus comprobatur & exornatur*, & num. 2.

3 *Fiſcus agens ratione delicti agit de lucro captando contra debitorem, etſi habeat ius prælationis, regulariter poſtponitur.*

4 *Non eſt par cauſa lucri & damni, & qui agit de lucro, non ita priuilegiatus exiſtit.*

5 *Publicatio bonorum habet tacitam conditionem, ſi æs alienum deducatur.*

6 L. non puto 10. ff. de iure fiſc. *quomodo accipiatur, explicatur eius mens*, & num. 7. & 8.

9 *Examinatur Alfari opinio de priuilegio fiſci circa noſtrum tractatum*, & num. 11.

10 *Fiſco ita erit fauendum, vt nihil pro eius vtilitate contra ius admittatur.*

12 L. quod placuit. ff. de iure fiſci, *explicatur contra Alfarum.*

13 Lex ait Prætor 10. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred. *expenditur. & illuſtratur.*

14 *An fiſcus habeat in pœnalibus tacitam hypothecam? & num. 15. & 16.*

17 *Explicatur* lex aufertur 46. §. fiſcus, ff. de iure fiſci.

18 *Iure regio an detur ius tacitæ hypothecæ fiſco ad intellectum* leg. 9. tit. 3. part. 5. *&* numer. 19. 20. 21. & ſeq.

23 *Reiiciuntur Auctores, qui ad hypothecam tacitam fiſco competentem requirunt quòd ſit pœna certa.*

24 *Illuſtratur* l. Statius Florus. §. Cornelio Felici, de iure fiſci, *&* num. 26.

25 *Querela Auctoris de ſui temporis Doctoribus Salmanticenſibus.*

26 In dict. §. Cornelio *mater non fuit deportata, ſed eius bona confiſcata, & ita non præfertur filius.*

28 *Interpretatur* lex ex facto 17. §. ex facto 5. ff. ad Trebellian. *&* num. 29. *& plura de deportatorum conditione referuntur*, & numer. 40. 31. & 33.

32 *Laudatur dominus Don Ioannes Chumacero.*

34 *Proponitur difficultas* l. cùm ratio, verſ. æquiſſimum, ff. de bonis damnat. *& explicatur* numeris ſeqq.

35 *Votum commune omnium parentum vt filios relinquant heredes.*

36 *Filius viuo adhuc patre exiſtimatur dominus ſuorum bonorum ad plures effectus.*

37 *Bona paterna filiis reſeruantur hodie ex* Auth. bona damnatorum. Cod. de bon. proſcript. *in omnibus criminibus quæ iure Digeſtorum confiſcationem habebant*, & num. 38. 39 & 41.

40 *Diſpoſitio* leg. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. *contra omnem æquitatem eſſe videtur.*

42 *Filius in bonis paternis, an verè ſit creditor, an fictè &* num. 43.

44 *Filij ſi confiſcentur patris bona, non amittunt ſuam legitimam, niſi expreſsè à lege priuentur, ad interp.* leg. 5. tit. 31. part. 7. *&* num. 45.

46 *Quæ delicta ipſo iure habeant annexam confiſcationem, & latè diſcutitur de crimine ſodomiæ circa confiſcationem contra filios, &* num. 47. 48. 49. 50. *& negatiua omiſſa pars quæ facit pro filiis defenditur, &* num. 52.

51 *Delinquentes ex* l. 4. Tau. *non poſſunt teſtari de bonis confiſcatis.*

53 *Filij ſodomitæ eximuntur infamia paterna, & quid id operetur.*

54 *Crimen ſodomiæ & maieſtatis non in omnibus æquiparatur, licèt quoad probationem pari paſſu ambulet.*

55 *Fiſco agenti contra bona ſodomitæ obſtant filij quaſi creditores ex deciſione noſtri tituli*, & num. 56.

57 *An viuo patre poſſint filij agere contra dotem inofficioſam, & quando contra fiſcum ad recuperationem legitimæ*, & num. 58. & 59.

60 *Refellitur Ant. Fabri ſententia circa eam quæſtionem, an filij ſint creditores in legitima?* & n. 61.

62 *Iure noſtro omnia bona patris ſunt legitima filiorum præter quintum.*

63 *Explicatur* lex 4. Tau. *quâ attentâ, ſodomita poteſt teſtari.*

64 *Dicterium illud quòd quæ ſpeciali nota digna ſint, niſi ſpecialiter de eis fiat mentio, neglecta cenſeantur, quomodo adducatur quoad priuandum hæreditate paternâ filium ſodomitæ?*

65 *An ſodomita poſſit poſt mortem accuſari?*

66 *Sententia priuans filios ſodomitæ hæreditate paternâ, eſt nullâ.*

67 L. 77. Tau. *quatenus diſponit vnum ex coniugibus non puniri ob delictum alterius, habet locum in quocumque crimine.*

68 *An præferatur fiſcus creditori qui ex pœnâ creditor eſt, vel è contra.*

69 *Expenditur* lex. 5. tit. 1. lib. 8. Recop. *& explicatur contra Azeuedum, & alios, & an præferatur fiſcus quando agit de lucro?* & numer. ſeq. & 72.

70 *Explicantur illa verba noſtræ legis*, ſicut itaque in ſortis quantitate, ita in triplo, &c. *&* num. 71.

73 *De indulto generali, an pars legitima cenſeatur, qui accuſat tanquam vnus de populo, vel denuntiat, vel detulit de crimine, de cuius pœnâ ſibi lucrum quærendum eſt.*

74 *Quis dicatur pars in proſecutione delicti, an etiam & qui agit ad commodum à lege applicatum accuſatori*, & num. 75. 76. 77. & 78. & n. 84. *& an poſſit facere pacem*, & num. 86.

79 *Princeps nihil ſtatuit cum damno tertij, etiam in indulto generali, oſtenditur offenſum & delatorem ante ſententiam nullum maius habere vnum ac alterum.*

80 *An ante condemnationem ius quod habet ad pœnam delator, ſit conſiderabile?*

81 *Ius reuocabile multoties in iure attenditur & conſideratur, & adducuntur exempla.*

82 *Ius quærendum & in ſpe competens, non poteſt tollere Princeps*, & num. 83. & 87. *& quando poſſit?* num. 88.

89 *An creditores ſi agant contra fiſcum in prælatione ſummariè agendum ſit? &* num. 90.

91 *Quomodo fiſcus ſatisfacere debeat creditoribus, & de pœna* del deſprez? *&* num. 92.

1 PRÆSTAT hic titulus & lex vnica ſententiam ſanè optimam, vt ſi aliquis fuerit condemnatus à Iudice certa pœna fiſco applicanda, quam poſtea fiſcus vendicare intendit, ſi condemnatus credito-

res habuerit, prælationem non habebit fiſcus, ſed
priuatus. Idem etiam ſtatuitur *in l.non poſſunt.* 11. *l.in*
*ſumma* 17 *leg.res* 22.§.1 *leg. quod placuit* 37.*l. Arrianus*
42.*ff.de Iure fiſc.* facit *leg.ſi marito* 32.*&* 38 *ff.ſolut. ma-*
*trim.lege ſecunda Cod.in quib.cau.pign.leg.prima C. de pe-*
*tit.her.leg.*105.*ſtyli.lege nona titulo tertio p.*5.*lege ſecunda*
2 *tit.*15.*libro octauo Recop.* † Explicant Cuiac. *in dict.ll.de*
*iure fiſc. in recitation.ad illum tit. & lib.*10. *reſp.Papin. in*
*dict.leg.quod placuit, & lib.*11.*reſp.eiuſdem,in leg.*20. *&*
*lib.*6.*in l.*18.§.*fin. illo tit.* poſt Bart. *in leg.*1.§. *ſeruus, ff.*
*ad Sillan. & in leg. Meuius* 66. §.*duorum, num.* 24. *ff. de*
*legat.*2.Greg. *in dict.leg.*9.*part gloſſ.*9.Couar. *lib.*1. *var.*
*cap.*16. Ant. Gom. *in leg. ſeptuageſima octaua Tau. n.*5.
*&* 6. Peregrin. *de iure fiſc.libro quarto titulo octauo n.*12.
Barboſ. *in leg.ſi conſtante* 25.§.*fin.ff.ſolut.matrim.& in l.*1.
*p.*2.*num.*12. *& ſeq.eod.tit.* Sixtin. *de regalib.lib.*2. *cap.*8.
*num.*85. Oſvvald. *ad Donell.lib.*23.*cap.*15.*lit.C.*Auend.
*in capp.pp.cap.*18 *num.*3.*in fin.* Azeued *in dict.l.Recop.&*
*in leg.*3. *tit.*10.*lib.*4.*Rec.num.*62. Paz *in dict.l.*105.*ſtyli,*
*ſchol.*2.Bobadill. *lib.*5.*pol.c.*6.*n.*7.*&* 8.Alfar. *de offic.fiſ-*
*cal.gloſ.*16.*priuil.*26.*n.*117.& nos *lib.*1.*obſer.c.*21. *& ſeq.*
& D.Ant. Cabreros *in eleganti tract.de pœna tripli, c.*6.
poſt hæc ſcripta viſus ex *n.*1. † Ratio eſt, nam et ſi fiſcus
3 inter creditores habeat ius prælationis, *toto tit. Cod.de*
*priuileg. fiſc.leg. aufertur* 46.§.*fiſcus ff. de iure fiſc. leg.* 1.
*Cod.in quib.cauſ.pign.cum not.à D. D.in leg.priuilegia ff.*
*de priuil.cred.* Couar. *ſuprà* Barboſ. *in dict.lege* 1.2. *part.*
*num.*13. Ant.Fab. *in leg.reſcriptum* 10.*ff.de pactis.* Gutier-
rez *lib.*5.*pp.q.*99.*&* 100. Tamen in pœnalibus actioni-
bus admiſſum non eſt, vt fiſcus anterioribus creditori-
bus præferatur, & vt in pœnâ exigenda haberet priui-
legium, quod aliàs haberet ſi rem ſuam ex contractu
ſuo, vel eius, qui ſucceſſit, ageret. Nam fiſcus quando
agit ad pœnæ perſecutionem, ratione delicti agit vt lu-
crum captet, quo in caſu priuatus potior eſſe debet, qui
ita agit, vt damnum effugiat, & vt quod ei debetur ex
contractu, & ſic ex ſuâ diligentiâ perſequatur, *leg.fin.*§.
*licetatia. Cod.de iure deliber.l.fin.Cod. de adquir. poſſeſ.leg.*
4 *apud Celſum* 4.§.*Auctoris* 31.*ff.de doli excep* † Facit *lex*
*fin.*§ *ſi quis verò C.de codicillis.* ibi, *Non enim par eadém-*
*que ratio videtur amittere debita, & lucra non captare.* Ne-
que congruum eſt vt confiſcatio quam fiſcus facit, de-
beat aliis eſſe damnoſa, & pœna vnius alteri præiudi-
care, *leg.ſancimus* 22.*Cod.de pœnis,* & ita I.C. *in leg. Pro-*
*culus* 26.*ff.de dam infect.* ait non eſſe parem cauſam lucri,
& damni, & abſens cauſa Reipublicæ reſtituitur contra
pariter abſentem, qui agit de lucro captando, *leg.ſi.ff.ex*
*quib.cau.maior.* & Eccleſia contra Eccleſiam, *c.auditis,in*
*fi.de in integ.reſt.* docent Gloſ. *in c.dilecti,in fin de except.*
Accur. *in l.eleganter* §.*qui reprobos,ff de pig.act.* Couar. *in*
*leg.poſſeſ.*2.*p.*§.2.*n.*4.*& ſeq.* Tiraq. *de retract. lib.*1. §.35.
5 *gloſ.*2.*n.*7. Tuſchus *lit. D.conclu.*14. † Quare cùm pœna-
lia odioſa ſint, *l.pen de pœnis,cap. odia,de regul. iuris in*
6. nil mirum ſi in eis contra fiſcum reſpondeatur, vt
publicatio bonorum ita accipiatur, ſi æs alienum de-
ducatur, *l.non poſſunt* 11.*de iure fiſc.l.mulier* 72.*cum vulg.*
*de iure dot.* ita tradiderunt Rebuff. *n.*1. Platea *n.*3. Va-
lenz. *n.*3. Fulu.Conſtant. *n.*53. *in præſenti.* Gutier. *de*
*iur. confir.*1.*p.c.*16.*n.*68. Th.Sanch. *de matr.lib.*6.*diſp.*4.
*n.*9. & relati à Barboſ. *ſup.d.*2.*p.n.*14.Forner. *lib.*3.*ſelect.*
*cap.*16. Oſvvald. *d.lit.C.* Farinac. 1.*p.fragm.verb.fiſc.n.*
189. & ego *dict.capit.*11. *numer.*16. & Cabreros *dict.*
6 *cap.*6.*num.*5.*&* 6. † Ad quam tractationem referre ſo-
lent DD. *leg.non puto* 10 *ff.de iure fiſc.* quæ cùm dicat in
dubiis cauſis contra fiſcum eſſe pronuntiandum, affir-
mant procedere, & accipiendam eſſe in pœnalibus,
vt docuerunt plures relati à Barboſ. *l.*...*n.*14.Farinac. *d.*
*n.*189. Bobadill. *ſuprà n.*8. *in fin.* & Alfaro *infrà* refe-
rendo, & à me laudati *in leg.*1. *ſuprà de iure fiſc. num.*..
7 Fulurio *hîc n.* 57. † Quæ interpretatio priùs diſplicuit
Alexand. & Alciat. *in dict.l.*1.*ſol.matr* nam præterquam
quòd reſtringit illius legis generalitatem, non loquitur
ſolùm in bonis fiſco ex delicto alicuius delatis, ſed
etiam in contractibus, ſucceſſionibus, vel aliis cauſa-
rum figuris, ex quibus ius fiſco deſcendat. *leg.*1.*&* 3.§.
*cùm quinquennium leg.*6.*l.ſi is qui* 28 *de iure fiſc.* † Neque 8
admittenda eſt Alberici lectio, qui ita eius legis verba
reponebat, *Non puto facile delinquere,* contra omnium
Codicum fidem, vt aduertit Ant.Aug. *lib.*1.*emen.c.*3. Vo-
luit itaque IC. dicere in dubiis cauſis, ſi Iudex contra
fiſcum facilè iudicauit, non ob id committere delictum,
etſi ſemper reperiatur fiſcus priuilegiatus. *argum.legis*
*primæ* §.*in cauſa.de quæſtione.*

Vnde non eſt admittenda D. Franciſc. de Alfaro 9
opinio *de offic. fiſcal. gloſ.*16. *priuil.*16. *numer.*116. *&*
*ſeqq.* qui docet hoc in caſu contra fiſcum non eſſe reſ-
pondendum, & ſolùm ſtatui vult in hac lege vt fiſcus
priuilegio careat, & ita ſi ſolutio facta ſit fiſco de cau-
sâ pœnali, priuatus debitum prætendens, non poterit
reuocare, *lege ait Prætor* §. *ſi fugitiuum ff. de priuil.*
*cred.* † Quæ ſententia falſa equidem eſt, & quamvis 10
ipſe Alfarus vt regij fiſci Aduocatus iura fiſcalia ſo-
lertiſſimè defendat, ego etiam & eodem munere ſum
functus in regiâ Curiâ Granatenſi (ad quod Re-
gis noſtri magnificentia poſt conſuetos in Collegio
maiori Conchenſi decem, & in Salmanticenſi Aca-
demia in Cathedrarum petitione octo annos fui eue-
ctus,) & ita ad fiſci defenſionem non minus ſum ad-
ſtrictus, verùm ita, vt exiſtimem taliter fiſci atten-
dendam eſſe vtilitatem, vt contra iuris regulas nihil
admittatur. † Neque enim nos fiſco fauere debemus 11
plus quàm ipſi Principes voluerunt, qui ita modera-
tè ſe geſſerunt, vt in hac cauſa rectiùs eſſe vinci fi-
ſcum non priuatum exiſtimauerint. Quod in Tra-
iano Hiſpano noſtro laudat Plinius, & in Marco An-
tonino Capitolinus, de quâ re eſt elegans Caſſiod.
locus *libr.*1. *var. ep.*22. & Alciati emblema 146.*& l.*
*diui* 6.§.*fin. D.de iure codicill.leg.*3.§.*ſi quis palam,de iu-*
*re fiſc.l.vnic.*§.*fin. Cod.de caducis,* cùm aliis in confirma-
tionem noſtræ concluſionis adductis, præcipuè quæ
in ſpecie *l.in ſumma* 17.*D.de iure fiſci,* ibi, *Sciendum eſt*
*omnium fiſcalium pœnarum petitionem creditoribus poſt-*
*poni.* expreſsiùs *in l.rec.*22.§.1.*eod.t.* ibi, *Permittitur Pro-*
*curatori vendere eâ lege, vt in primis creditoribus præce-*
*dentibus ſatisfiat, & ſi quid ſuperfluum eſt, fiſco inferatur,*
*aut ſi acceperit, totum fiſcus ſoluat ipſe, vel ſimpliciter, ſi*
*vendit Procurator, iubebit pecuniam quam deberi creditori*
*priuato fuerit probatum, exſolui ei.* Ecce expreſſiorem
legem, quæ ſtatuit contra doctrinam Alfari, vt fiſcus
exſoluat, etiamſi debitum ſuum antè accepiſſet, &
hoc maxima cum ratione fieri videmus, nam aliter
facilè eluderetur noſtra deciſio, & ſimiles, ſi priua-
tus non potuiſſet reuocare ſolutionem pœnæ fiſco fa-
ctam. † Neque Alfaro proficiet *dict.leg. quod placuit.* 12
Nam illa verba, *Non vt ius commune priuatorum fiſcus*
*amittat,* non probant fiſcum hoc in caſu priuatis
æquiparari, ſed tantùm ſignificant, quòd ſi fiſcus in
actione pœnali ſit antiquior priuato creditore, non
quia creditores fiſco præferantur in actione pœnali,
hinc conſequatur eius cauſam eſſe debere deterio-
rem in eo caſu, cùm priuatus quilibet præferretur,
& æquum ſit ius commune fiſco non denegari. Igi-
tur ſicut priuatus agendo furti ex cauſa antiquiori
præfertur creditoribus poſterioribus, ita etiam fiſ-
cus, & ita Papiniani mens *ibi* fuit, quòd ſi pœnæ de-
bitio ſit antiquior credito, non auferatur fiſco ius
commune priuatorum, quamvis certet de lucro. Nam
quod placuit poſt creditores eſſe pœnam fiſcalem,
ita procedit ſi creditores fuerint anteriores, non ve-
rò poſteriores, etſi enim ſit ius pœnale quod com-
petit fiſco, cùm tamen ipſe anterior ſit, rectè erit præ-
ferendus, ita rectè explicuit Cuiac. *in dd.ll.* Vnde non
rectè deduces pro Alfaro priuatum debitum ſuum
prætendentem non poſſe ſolutionem factam reuo-
care,

13 cate, cùm Papinian. diuerſa in ſpecie loquatur. † Neque argumentum deductum ex *l. ait Prætor §. ſi fugitiuum, D. de priuil. cred.* ad rem pertinet. Nam talis lex nunquam in meis libris apparuit, etſi eam conquiſierim diligenter. Credo tamen voluiſſe allegare. *l. ait Prætor* 10. *§. ſi debitorem, D. quæ in fraud. cred.* vbi IC. ſcribit quòd ſi debitorem meum & complurium fugientem conſequutus ſim, & abſtulero ei quod mihi debebat, multum intereſſe an hoc factum ſit antequam mitterentur creditores in poſſeſſionem bonorum, an poſtea? Vt primo caſu non detur actio in factum, quæ competit contra ſolum nudum factum alienationis; ſecundò verò detur. Quod ita procedit, quia primo illo caſu nullam videtur fraudem feciſſe creditor, qui ſuum repetat, quamuis ſciat debitorem non omnibus eſſe ſoluendum, ſibi enim inuigilauit, recipitque ſuum ad quod ſoluendo auctoritate iudiciali potuit debitor cogi. *l. quod autem 6. §. apud Labeonem 6. Digeſt. quæ in fraud. cred.* At in noſtro caſu fiſcus contra leges fraudem facit, ſi velit quod alij debitum erat ſibi vſurpare, ſiquidem poſt creditores tunc admittitur, non anteà, ex noſtrâ lege, & ſimilibus.

14 Sed contra videtur obſtare, quòd fiſcus habet tacitam hypothecam in omnibus cauſis, *l. aufertur 46. §. fiſcus, Digeſt. de iure fiſci. leg. 2. Cod. in quibus cauſ. pign. leg. 2. & 3. Cod. de priuil. fiſci. leg. 22. tit. 3. pag. 5.* & dixi *in leg. 1. ſupr. de iure fiſci.* & ſic etiam in pœnalibus idem priuilegium fiſco competere, vt habeat hypothecam, dicendum eſt. Cuius difficultatis occaſione quærunt Interpretes, an fiſcus habeat in pœnalibus hypothecam tacitam pro debito ſibi ſoluendo, ſicut habet pro principali debito. Quæ inſpectio maximè controuerſa eſt apud omnes, vt conſtat ex Accurſio *ſchol. vlt.* Platea *numero ſecundo* Valenzuel. *ex numere 14.* Fuluio *ex numero 106. in præſenti.* Greg. *in leg. 9. tit. 3. pag. 5.* Tello Ferdin. *in l. 4. Taur. numero 61.* Donell. *de pignor. cap. 5.* Cuiac. *in dict. l. quod placuit.* Alfar. *de offic. fiſc. gloſſ. 34. num. 130. & ſeqq.* Thom. Sanch. *de matrim. libro primo diſp. 4. numero 9.* Gutier. *libro 2. can. quæſt. 5. numero 56.* & nouiſſimè Hermoſilla *in l. 9. tit. 3. pag. 5. gloſ. 8. ex numero 2.* & Gratian. *diſcept. foren. 2. tom. cap. 304. numero 9. & ſeq.* Fontanell. *de pact. nupt. 2. tom. clauſula 7. gloſſ. 2. pag. 9. numero 64.* & alios plures referente Giurb. *conſil. crim. 75. numero*
15 *octauo.* † Sed in eâ controuersâ quæſtione exiſtimo cum Cuiac. Gratian. & Tello noſtro Accurſij auctoritatem ſequentibus dicendum eſſe, quòd etſi fiſcus habeat tacitam hypothecam in omnibus bonis ſui debitoris, vt diximus *in dict. l. 1. ſupr. de iure fiſc.* eam tamen habere non poteſt in cauſis pœnalibus. Et hoc voluit dicere D. Pius apud Vlpian. *in l. reſcriptum 10. Digeſt. de pactis,* in quibuſdam cauſis fiſcum non habere hypothecam, & ratio eſt, quia publicatio bonorum ita accipitur, vt æs alienum deducatur, *l. mulier 72. de iure dotium,* vt diximus *num. 5.* atque ita minimè poterit fiſcus creditoris anteponi. Neque ante ſententiam, quia nullum ius habet in bonis, *l. ex iudiciorum 20. Digeſt. de accuſat.* neque poſt ſententiam, quia eſt effectus dominus, *l. commiſſa 14. Digeſt. de publicânis,* & in re propria pignus non conſiſtit, *l. neque pignus 45. Digeſt. de regul. iur.* & certum eſt quod vbi fiſcus non reperitur ſpecialiter priuilegiatus, iure aliorum priuatorum gaudere, vt ex aliis dixi *lib. tertio obſer. capite 2. num. 14.* & aliis infinitis relatis Giurb. *conſil. ſexageſimo ſeptimo, numero decimo quarto,* de hypothecâ autem iſta non extat ius aliquod in pœnalibus priuilegium tribuens, ſed tantùm ratione contra-
16 ctus. † Neque admitto quod exiſtimarunt Couar. *libro 1. var. cap. 26. num. 8.* & Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro 11. tit. 18. numero 31.* Gratian. *ſupr. num. 10.* hoc priuilegium habere contra creditores qui ex delicto commodum etiam cum fiſco reportant. Nam, vt dixi, iure communi ſolùm gaudet fiſcus, *dict. leg. quod placuit* & ſic iure aliorum priuatorum tunc vti
debebit. † Non obſtat in contrarium *dict. leg. aufer-* 17
*tur, § fiſcus,* cuius deciſionem expreſſam reputat Alfaro *ſupr. numero centeſimo trigeſimo ſexto.* pro contraria opinione. Nam illa vox *ſemper,* qua vtitur Hermogenianus *ibi,* inquiens, *fiſcus ſemper habet ius pignoris,* non ita generaliter debet accipi, vt nullam inducat exceptionem, aliàs vehementer obſtaret *dict. leg. reſcriptum, & l. fiſcus 6. Digeſt. de iure fiſc.* neque enim inſolens eſt in iure, vt huiuſmodi generalitates limitentur, vt dixi ad interpretationem *leg. 1. Digeſt. de leg. 1. libro ſecundo obſeru. cap. 3. num. 22. & ſeq.* Minus ad rem facit *l. Imperatores 34. Digeſt. de iure fiſc.* ibi, *tu te pœna ſubdidiſti.* vt in delictis quaſi contrahatur, & delinquens obligetur ad pœnam. Nam aliud eſt contrahere, aliud delinquere, vt in contractu datur hypotheca, non in delicto, ex iuribus noſtris, *& dict. leg. Imperatores* quam corruptè allegat Alfarus, alium ſenſum habet, vt animaduerti *libro primo, obſeru. cap. 13. numero 14.*

Iure autem regio hoc videtur fuiſſe immutatum, ex 18
*leg. 9. tit. 3. part. 5.* vbi conceditur fiſco ius tacitæ hypothecæ in criminalibus, vt ſuadent illa verba, *O ſi ouieſe ante fecho con el Rey, porque fueſen ſus bienes obligados, o por malfretias que ouieſe ante fecho porque ouieſe algo de pechar caeſtonce las debdas ſe deben ante pagar que el condeſijo.* & ita ex hac lege mouetur Alfaro, vt affirmet iure noſtro ſupradictam ſuam opinionem indubitatam fieri. Verùm neque his attentis verbis dimoueor à *ſuprà* iam firmata ſententia, quæ nec iure regio innouatur, neque tacita hypotheca vl-
lo modo fiſco conceditur in bonis delinquentis. † Sed 19
neceſſarium eſt, vt difficultatem, quam inijcit *dict. leg. partita,* diluamus eam agnoſcit & intentat explicare Greg. *ibi,* & fuſiſſimè vt ſolet, Valenzuel. *hic numero 17. cum ſeq.* quem ſequitur Garſia Toletan. *in lucerna rubricar. ad hunc tit. numero 8.* Qui aiunt intelligendam eſſe legem regiam in caſu, quo debitor depoſiti, antequam depoſitum acciperet, propter delictum pœnâ fuiſſet affectus, & poſtea depoſitum accepiſſet, tunc enim ratio expoſtulat vt fiſcus præferatur, non depoſitarius, quod conſtat ex æquiparatione caſuum, quando antea contraxit cum Rege, ob quem contractum remanſerunt eius bona obligata, & quando commiſit delictum, & condemnatus eſt. Verùm decipiuntur, dum exiſtimant ius tacitæ hypothecæ lege regia introduci in bonis delinquentis.
† Nam lex illa loquitur de creditoribus priuilegia- 20
riis qui quando ad bona communis debitoris concurrunt, eorum priuilegia ex cauſa æſtimantur, *leg. priuilegia 32. D. de priuil. credit.* aliàs eſt *D. de bon. auct. iud.* iuxta *ibi* latè adducta à Pichard. *ſub. tit. de action. § quædam numero 21.* Cuiac. & omnibus *in l. aſſiduè 12. Cod. qui potior.* & Oſuual. *libro 23. capite 15.* ita vt qui potentius priuilegium habet, præferatur, *leg. ex facto 53. verſ. planè, & verſ. ſi dos. Digeſt. de pecul. leg. ſi hominem 7. §. quoties. cum leg. ſeq. Digeſt. depoſiti, leg. ſi ventri 9. § in bonis, Digeſt. de priuil. credit.* iunctis quæ ad earum explicationem congerunt Donell. *in leg. 2. Cod. qui potiores.* Gomez *in leg. 55. Taur.....* Couar. *pp. cap. 24.* Gutierrez *de iuram. confirm. 1. part. cap. 46. numero ſecundo & alleg. 4.* Ant. Fab. *libro octauo coniect. cap. 11. de error. decad. 2. error. 1.* Forner. *libro octauo ſelect. capite 8.* Caſtillo *libro tertio quotid. capite 16.* Duaren. *ad titul. Digeſt. depoſiti, capite 4.*
*verſ. aliud ſingulare.* † Vnde ſicut actio funeraria om- 21
nes alias antecedebat, *leg. pen. Digeſt. de religioſis, leg. 30. tit. 13. pag. 5.* docent relati à Pichar. *in dict. leg. priuilegia, numero vigeſimo tertio & in §. fin. numero 4. Inſt. ad leg. falicid.* Couar. *libro 2. var. cap. 1. num. 10.* Menoch.

*de arbitr. caſ.* 387. Pet. Fab. *libro* 2. *ſemeſt. capit.* 1. Ita etiam & iure regio introductum eſt, vt depoſiti cauſam, quamuis priuilegiatam, antecedat fiſci debitum, quando ante depoſitum condemnatio præceſſit, quaſi ipſe fiſcus præuenerit cauſam prælationis, *l. ſi quis mihi* 28. *de iure fiſc.* Non itaque inferes ex hoc iure prælationis introductum ius hypothecæ. Nam multum differre vnum ab alio, rectè animaduertit Ant. Fab. *de error. decad.* 6. *err.* & Oſvval. *libro vigeſimo tertio Dom. cap.* 15. *lit. A.* Hancque mentem fuiſſe legis regiæ apertè indicat ſeries ipſa, quæ cum in depoſito loquatur, quod cætera alia credita antecedit, excipit hypothecam, funeris impenſam, & alia priuilegia, inter quæ connumerat, ſi cum Rege contraxiſſet, ex quo tacitè bona iure pignoris tenerentur, vel ſi delictum commiſiſſet, & ante depoſitum pœnâ fuiſſet affectus, quo in caſu præfertur talis cauſa depoſito, etſi priuilegia maxima habeat, vt referunt *ſuprà* relati. Hancque ſenſum habent illa verba *O por malfetrias que obieſe ante fecho porche obieſe algo depechar, caeſtonce tales debdas como eſtas ſedeben ante pagar que el condeſijo.* debitum hoc intellige poſt ſententiam, nam antea nihil debetur, vt diximus, *& in leg.* 1. *ſupr. de iure*
22 *fiſc.* † Neque Valenzuelæ fauet d. lex Regia *in verſ. caeſtonce*, vbi cùm pariformiter determinet omnes illos caſus, qui præceſſerêt, cùm loquatur de hypothecâ tacitâ, de eâ intelligendus quoque ſit verſus alter, *o por malfetrias.* Nam reſpondeo, illos caſus coniungi non quoad hypothecam, ſed quoad prælationem, quæ datur contra depoſitum, ſicut in funeris impensâ, & ſimilibus, quod ipſe Valenzuela poſtea, licèt coactus, agnouit *dict. num.* 17. *verſ. retinemus igitur*, adiiciens ad hoc vt fiſcus eâ prærogatiuâ prælationis gaudeat, neceſſe eſſe vt ante contractum depoſiti initum ſit commiſſum delictum, vt patet ibi, *o por malfetrias que ouieſe ante fecho.* & quòd ante depoſitum conſtet fiſco aliquid eſſe exſoluendum, vt conſtat ibi, *porque oujeſe algo depechar.* idque intelligit, ſi tale ſit delictum perpetratum, in quo pœna ipſo iure committa-
23 tur certa & determinata. † Sed iam diximus *in leg. fin. de iure fiſci.* etiam in tali caſu debere intervenire ſententiam declaratoriam delicti, & ita neceſſaria non ſunt quæ ſic circa hanc rem congerit Valenzuela, Cùm in omnibus delictis, in quibus imponitur pœna certa, ſemper eſt neceſſaria ſententia, vt dominium in fiſcum tranſire poſſit, vt dixi *in l.* 1. *ſupr. de iure fiſc.* & ideo neſcio quid velint DD. dicere, cùm vt fiſco tacitâ hypothecam contra creditorem concedant, exigant vt pœna ſit certa, non verò quando ſit incerta, vt putarunt poſt Odofred. & Bal. *in dict. leg.* 1. *num.* 7. quos ſequuntur Alfar. *d. gloſſ.* 34. *num.* 137. Garſias Tolet. *in rub. hoc tit. n.* 8. Quoniam de ſupradicta differentia dubito inter pœnam certam, & incertam, cùm nullum ius tale priuilegium conceſſerit fiſco.

24 *Secundò* aduerſus legem noſtram obſtare videtur nobile & famigeratum Pauli reſponſum *in leg. Statius Florus* 48. §. *Cornelio Felici. D. de iure fiſci.* vbi mater hæres inſtituta rogata fuerat reſtituere hæreditatem Cornelio filio poſt mortem ſuam; ea poſtea condemnata & à fiſco bonis occupatis: Cornelius fideicommiſſarius aiebat ſe in ea hæreditate fiſco potiorem eſſe debere, quoniam bona pœnæ cauſa publicata fuerint, & conſtat creditorem in fiſcalibus pœnis fiſco præferendum eſſe. Nihilominus decretum eſt fiſcum excluſo Cornelio ad bona admittendum, huius legis difficultas valde à noſtris vexata eſt *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, de lib. & poſth.* vt tradidi ego *lib.* 1. *obſer. cap.* 11. *toto.* vbi in eius explicatione deceptos fuiſſe
25 latè probaui. † Et reminiſcor etiam cum vera mente illud difficillimum caput donaſſem, multos ex Primariis Salmanticenſibus vt antecedentium gregem more pecudum ſequerentur, à mea ſententia receſſiſſe, ne ex claro fonte haurirent, ægrè ferentes illi, qui in maiori ſuggeſtu conſtituti erant, iunioris Anteceſſoris, prout ego eram, ſequi opinionem, hoc enim malum in Academia ſemper inualuit, vt nemo æſtimetur (vt ait Seneca) pro eo quod eſt, ſed ſtatim illi adiicitur, ea quibus adornatus eſt, id eſt, Cathedras, antiquitatem, oppoſitiones ex baſi magnum iudicantes, ex cothurnis. Sed calamum cohibeo, ſi repulſas riſi, & multos, qui ſe doctos iactabant. Marſyas multoties Apollinibus præpo-
nentes. † Reuertamur ergo ad *dict.* §. *Cornelio* in cu- 26
ius ſpecie, ea ratione fiſco conceſſa eſt aduerſus fideicommiſſarium prælatio, quia cùm poſt mortem eſſet grauata mater reſtituere, per confiſcationem bonorum non intelligitur dies veniſſe. Nam etſi de morte naturali ad ciuilem & è contra, valeat argumentum, vt docent DD. *in dict.* §. *& quid ſi tantum* & à me relati *dict. cap.* 11. hoc habet locum in pœna deportationis,
vel ſimili. † At *in dict.* §. *Cornelio.* mater non fuit de- 27
portata, ſed tantùm bona eius confiſcata, quod expreſsè probat littera ipſa, quæ tantum matrem damnatam fuiſſe ait, & certum eſt confiſcationem bonorum multoties fieri ſine deportatione, *leg.* 3. *Cod. ſi pendent. appell. l. fin. Cod. ſi reus, vel accuſator. l. cum ratio* 7. §. *fin. Digeſt. de bon. dam. l. ſi fundus* 33. *Digeſt. locati. leg. ſi mandauero* 22. §. *is cuius bona, Digeſt. mandati*, & ſi *ibidem* deportatio interveniret, mater non poſſet, dum viueret, alias res adquirere, ex quibus fideicommiſſario poſſet ſatisfieri, ſiquidem fiſcus ſibi adquireret, *l.* 2. *C. de bonis proſcript.* ergo cùm adquirere poſſet, non dicemus deportationem interueniſſe. Vnde non eſt mirum, ſi fiſcus præferatur, nam cùm nondum dies fideicommiſſi veniſſet, pendente ſcilicet conditione, cuius dies ſi ſit incertus, conditionem facit, *l.* 1. §. *dies l. dies* 75. *Digeſt. de condit. & demon.* non potuit admitti fideicommiſſum ante implementum conditionis, *l. ſed. ſi ante* 10. *Digeſt. ad Trebell.* & quoniam fieri poterat, vt viuente matre hærede filius moreretur, quo caſu extingueretur fideicommiſſum, *leg. huiuſmodi* 13. *Digeſt. quando dies legat. cedat.* conſequitur iam Cornelium eo tempore quo mater viuebat, non fuiſſe creditorem, *leg. is cui* 42. *Digeſt. de obligatio. & actio.* & nec potuiſſe ante pœnam eſſe, id eſt, iuxta terminos noſtræ legis præferri. Nam ille eſt præferendus, qui vere creditor eſt, non is, cuius ius pendet ex euentu conditionis, ita explicui *dict. cap.* 11. Vnde deſcendit quòd ſi aliquis grauatus de reſtituendo poſt mortem ſuam patiatur bonorum confiſcationem propter delictum, eo in caſu non fideicommiſſarius, ſed fiſcus bona habebit vſque ad mortem naturalem delinquentis, vt notauit *hic* Platea *num... verſ. quod autem* Neque obſtat *leg. Imperator* 12. *Digeſt. de fideicom. liber.* vbi publicatis bonis Titiani ſerui publicè manumittuntur, & ad fiſcum non tranſeunt. Nam reſpondeo *ibi* Tragædos legatos cum adiectione, *ne cui ſeruiant*, & ita ne fiſco ſeruiant contra voluntatem teſtatoris, *leg. rogo* 21. *leg. generaliter* 24. §. *ſi petitum* 7. *Digeſt. de fideicom. liber.* non potuerunt in illum tranſire. Cum ergo neque apud eum cuius bona publicata ſunt, manere potuiſſent, & ex SC. Rubriano, cuius mentio eſt *in leg. cum vero* 26. § *ſubuentum* 7. *Digeſt. de fideicomm. lib.* data cenſetur libertas ei ſeruo, ex eo quod dicatur *ne cui ſeruiat*, conſequitur publicè eſſe manumittendos Tragædos; publicè, quia fiſcus non poteſt, neque etiam legatarius, ille quia non eſt dominus, hic quia bonis publicatis eſſe deſiit.

Hinc eſt Vlp. explicandus *in leg. ex facto* 17. §. *ex fa-* 28
*cto* 5. *Digeſt. ad SC. Trebellia.* vbi ſi hæres ſit grauatus reſtituere hæreditatem, *ſi ſine liberis deceſſerit*, & fuerit deportatus. Quærit Conſultus, an fideicommiſſi conditio defeciſſet liberis editis? & diſtinctione

adhibitâ

adhibita reſpondet, an filij nati, vel ſaltem concepti ſint ante deportationem, vel poſtea, vt primo caſu conditio deficiat, ſecundo verò non proſit ſuſceptio liberorum, quia tanquam ab alio ſuſcepti exiſtimantur; præcipuè cùm bona fiſco vindicantur, atque ita fiſcus quocumque euentu fideicommiſſario etiam in pœnalibus præfertur, cùm ciuiliter fuit mortuus per deportationem, & ſic fideicommiſſi dies venerat eo tempore, quo ſine liberis erat, & mortuus credebatur, *l. verum 63. §. fin. D. pro ſocio, l. 1. §. fin. D. de bon. poſſ. contra tab. leg. 4. §. ſi deportatus, D. de bon. liber.*
29 cum à me adductis *lib. 1. obſer. c. 11. num. 3. & 4.* † Difficultatem huius reſponſi excitare conatur Ant. Fab. *lib. 17. conteſt. capit. 20.* variis modis tentans Triboniano magis, quàm Vlpiano illud adſcribere. Miſerum ſanè interpretandi effugium, quaſi non niſi ſecando nodos huiuſmodi, ſi quos obiecit diſputatio iuris, diſſoluere non poſſimus. Quid enim magis cachinnum mouere poterit, quàm dicere Vlpianum non ſic loqui ſolitum, *Nos igitur hoc dicemus*, cùm frequentiſſimum ſit apud Latinos pluralibus vti, aut quis in tantâ librorum mole, quos Vlpianus edidit, affirmare audebit, hæc verba eius non eſſe? Alias atque alias rationes ab eo adductas reieci *d. lib. 1. cap. 12.* hîc adducere non libuit, nec repetere. Tantum contentus
30 ero, ſi veram IC. mentem aperuero. † Qui fiſcum admitti dum viuit deportatus exiſtimat, & fideicommiſſarium excludi, quoniam potuit deportatus reſtitui, & alios liberos ſuſcipere, quo potuit extingui fideicommiſſum vt in ſpecie *d. §. Cornelio* diximus. Neque obſtabat fideicommiſſarij allegatio, qui dicebat fratrem eſſe ſine liberis mortuum ciuiliter, & ſic eueniſſe tempus conditionis, iuxta argumentum quod de morte ciuili de naturalem ſolet in iure habere locum, *l. Gallus. §. & quod ſi tantum de lib. & poſth.* Nam quamuis in inſulâ liberos deportatus ſuſcepiſſet, reputantur tanquam ab alio homine ſuſcepti, ſiquidem per deportationem alius homo creditur tali pœna affectus, ab eo multum diuerſus, qui antea erat, cùm iam non ſit ciuis Romanus, *§. minor. Inſt. de cap. dom. l. ſunt quidam 17. ff. de pœnis,* cum aliis notiſſimis. Quare cùm illa conditio ſemper cenſeatur appoſita, in quacumque diſpoſitione, *l. ſi hæres in eadem cauſa manſerit idem, l. cum quis 38. D. de ſolutio.* liberi ſuſcepti in deportatione non proderunt, quia ab alio ſuſcepti intelliguntur, non tamen admittitur fideicommiſſarius, propter ſpem quæ viget quòd deportatus poteſt reſtitui, *l. intercedit 59.*
31 *D. de cond. & demon.* † Quoniam deportatus ad illum tantùm effectum mortuus creditur, vt non poſſit bonis fideicommiſſi frui, tamen ex alio capite cùm poſſit reſtitui à Principe, & ſua bona recuperare, quoad illam ſpem viuus reputatur, *d. l. intercedit, leg. 1. C. de ſent. paſſ.* Quare deportatus licet in multis cauſis habeatur pro mortuo, non tamen quoad illam ſpem, quæ ſemper attenditur à iure. Nam ſi pendente deportatione fideicommiſſarius ad illa bona admitteretur, cùm eidem fuiſſent adquiſita, poſtea reſtitutus deportatus non potuiſſet ea auocare, ſiquidem reſtitutio non trahitur ad ea, quæ alteri ſunt quæſita, *l. fin. Cod. de ſent. paſſ. cap. quamuis de reſcrip. libro ſexto* docet Coſta *in §. & quid ſi tantum 2. p. numero 42.* Quin etiam infringi potuiſſet voluntas teſtantis, ſi deportatus reſtitus liberos ſuſcepiſſet, & nihilominus admitteretur fideicommiſſarius tanquam ſi conditio extitiſſet.
32 † Quapropter cùm ob has cauſas fideicommiſſarius non admittatur cui dies non venerat, *arg. leg. ex ea parte 121. §. in inſulam, D. de verb. oblig.* iunctis traditis à Pichar. *in lectura ad leg. Gallus, cap. 2. numero 148. & ſeq.* doctiſſimo Domino D. Ioanne Chumacero, meritiſſimo poſt varios honores tum Collegij maioris Diui Bartholomæi, Veſpertinæ legum Cathedræ apud Salmanticenſes, tum Conſilij Supremi Cameraliſque apud S. Pontificem Regio Oratore *lib. ſing. ſelect. cap. 10. numero nono* Cuiacio *libro 11. Reſp. Pap. in dict. §. in inſulam.* † Neque etiam deportatus poſſit bona habe- 33
re, interim admittitur fiſcus, & potior habetur fideicommiſſario, & bona ita occupantur à fiſco, vt cum ſua cauſa vindicentur, id eſt, vt cum ſuo onere in fiſcum tranſeant, *leg. 3. §. fin. D. ad Trebellian.* ſcilicet vt adueniente conditione, & mortuo deportato ſine liberis, ante, vel poſt deportationem ſuſceptis, teneatur fiſcus fideicommiſſario omnia bona reſtituere, vt latius aduerti, *d. lib. 1. cap. 12.*

Non minor eſt alia difficultas contra deciſionem 34
noſtram, & *ſuprà* traditas reſolutiones, quæ oritur ex Paulo *in l. cùm ratio 7. in princ. verſic. æquiſſimum D. de bonis damnat.* vbi filij condemnatorum præferuntur fiſco in pœnis parentibus inflictis, cùm ita dicat Conſultus, *Æquiſſimum exiſtimatum eſt, eo quoque caſu, quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum.* † Pro cuius explicatione in memo- 35
riam reuocandum eſt, votum naturale eſſe omnium parentum vt filij ſuperſtites ſint poſt mortem ſuam, & vt in ſuis bonis ſuccedant, *dict. leg. cum ratio l. nam etſi parentibus 15. D. de inoffic. teſt.* Quod naturâ ipsâ docente & impellente fieri omnes cognoſcunt, vt doctè & eleganter oſtendit Præceptor noſter D. Ioan. Solorzan. *libro ſecundo de parricid. capite decimo.* Qua attenta ratione eo in caſu quo publicantur parentum bona, propter aliquod crimen, & in fiſcum coguntur, æquum exiſtimatum eſt vt liberorum ratio haberetur, & ita dimidia pars bonorum parentum eis præſtabatur, *leg. 1. Digeſt. de bonis damn. l. fin. Cod. de bon. proſcript.* docent Ant. Fab. *de erroribus decad. 75. error. 1.* Ratio ea fuit, ne alieno admiſſo pœnâ afficerentur, cùm pro vnius delicto alius non puniatur, *dict. l. cùm ratio.* Farinac. *1. part. 1. crim. quæſt. 24. num. 1. & ſeq.* & ſuis bonis ad quæ iure naturali vocantur, defraudarentur, & ſic veluti ad debita bona vocari æquum fuit, *dict. leg. cùm ratio, dict. l. nam etſi parentibus, de inoffic. teſt. l. in ſuis 11. D. de lib. & poſth. l. ſcripto 7. in fin. D. vnde liberi, §. ſui. Inſt. de hæred. qual.* vbi Pichar. *numer. 16.* & Gutier. *numer. 89. & ſeqq.* DD. *in dict. iur.* Oſvval. *ad Don. libro ſeptimo cap. 2. lit. P. & Q.* Spino *de teſtam. gloſſ. 19. ex num. 22.* † Qua- 36
re filius dicitur quaſi dominus *in dd. ll.* viuo adhuc patre, propter probabilem ſpem conſequendæ hæreditatis poſt mortem patris, quæ ſpes in iure effectus habet contra tertium alium, qui ad bona paterna admitti deſiderat titulo lucratiuo, veluti ſi inofficioſam donationem fecerit contra officium pietatis, ita vt nec legitima quidem portio ſuperſit filio, de eâ donatione poterit filius conqueri, quaſi de bonis ſuis debitis, priuatus à patre, vt eleganter conſiderat Duaren. *ad tit. de liberis & poſth. cap. 3. verſ. moribus noſtris*, Oſvval. *ſupr. lit. S.* & ante eos Roland. à Valle *infra* referendus. Alios effectus conſiderant Tellus Fernan. *in leg. 13. Tau. num. 11. & ſeq.* Gutier. *in cap. quamvis pactum, in princip. num. 11. & in d. §. ſui. num. 89. & ſeq.* alios referens Valdes *in addit. ad Rod. Suarez in l. quoniam in prioribus, ampl. 1. euidential. lit. H.* Quibus addere poteris & confiſcationem, vt contra fiſcum filius in bonis paternis anteponatur, quemadmodum alius creditor, qui agat de damno vitando, vt diximus.

Quod maximè procedit hodie ex Iuſtiniani con- 37
ſtitutione, quæ refertur *in Auth. bona damnatorum, Cod. de bonis proſcript.* Nam cùm iure Digeſtorum bona paterna à fiſco conſequebantur, Imperator conſtituit, vt bona non confiſcentur, ſed filiis referuentur in omnibus criminibus, quæ confiſcationis pœnam antea habebant, excepto crimine Maieſtatis, in quo veteres leges obſeruantur in præiudicium liberorum, idque *l. 5. tit. 31. p. 7.* ſtatutum eſt, & exornant plures, quos

refert Peregrin. lib.5 .de iure fiſc.tit.1.per tot. Ant.The-
ſaur. deciſ.Pedem.4.10.& 198. Hondedeus conſil.110.
Farinac. in prax. quæſt.24.n.34. Giurb. ad conſuet. Meſ-
38 ſanen.1.p.4 gloſſ.5.n.35.† Quæ reſeruatiò damnato-
rum filiis facta generaliter procedit in omnibus deli-
ctis, quæ à lege confiſcationem bonorum habent,
etiam expreſſam, niſi ipſa lex expreſsè in præiu-
dicium filiorum confiſcationem admittat, vt in cri-
mine Maieſtatis, ex l.quiſquis, C.ad l.Iul. maieſt. &
ſimilibus ita tenuerunt Roland. à Vall. conſ.97. tot.
volum.2. ex numero 20. alios referens Farinac. dict.
numer.34.& num.9. & quæſt.25.& de hæreſi quæſt.191.
tot. Sanchez libro 1 moral.cap.16. numer.25. Gutier. de
delict. quæſt.40. tota. Azeued. in leg.1.tit.3.libro 8. Rec.
numero 229. & in leg.8. titul.23. numero 17.eod. lib. &
videtur conſentire Roder.Suar. cum Valdes in leg.poſt
rem,notab.13.numero primo & num.9.pag.599. etſi con-
trarium ſequantur poſt Bart. in leg.1. numero 3. D.de
bon.dam. Cephalus conſil.79.à num.4.Greg.in dict.leg.5.
part.verb.ſeñalados. Molin. libro ſecundo de primog.c.10.
numero 69. & relati à Farinac. d.quæſt.25. num.7.& 8.
39 † Sed, ni fallor, ſuperior ſententia verior eſt, iuxta
ea, quæ attulimus. Nam delictum parentis non de-
bet filios ſuis propriis bonis ſpoliare, ad quæ & na-
turalis ratio & iura omnia filios inuitant, præcipuè
cùm lex in præiudicium filiorum non diſponat. Ne-
que tam odioſum & ſanguinarium ius in perniciem
filiorum debemus extendere, neque ipsâ lege ſeue-
riores eſſe quæ tantùm confiſcationem generaliter in-
40 troduxit. † Quapropter non immeritò Ioan. Igneus
in l.fin num.44. D.de Sillanian. quem ſequitur Ceual-
los com.q.633.num.37.& ſeq. & relati à Farinac.4.part.
crim.q.116.num.143.diſpoſitionem l.quiſquis,C.ad l.Iul.
maieſt. odioſam,ſanguinariam,iniurioſam, iniquam, &
contra naturalem æquitatem iuris diuini & humani
compoſitam eſſe cenſet. Hoc non aliam ob cauſam,
41 quam quia filios priuat bonis paternis. † Quomodo
ergo poterimus talem facere interpretationem, & le-
gis intentum extendere, cùm odia reſtringere debea-
mus, & extenſiones cohibere, cap. odia de regul. iuris
cum vulg.& latè cumulatis à Farin. 1.p.frag.lit.E.nu-
mer.11.& ſeq. conducit Cephal. conſ.166.n.17.& 18.
vol.2. Quare imponentia confiſcationem bonorum,
tanquam iuris communis correctoria, & pœnalia eſſe
ſtrictiſſimè intelligenda, vt minus ſemper quàm ſit
poſſibile ius commune,de quo in d. Auth.bona damna-
torum, lædatur,tradiderunt in ſpecie Roland. ſupr.num.
17.& ſeq. & relati à Farinac. d.q.25.num.21.
42 Rurſus facit quod cùm,vt ſuprà diximus, filius cre-
ditor cenſeatur in bonis paternis, præferendus ſit fiſ-
co, qui agit de lucro captando. Non eneruat hanc
conſiderationem,ſi dicatur filium non eſſe verè credi-
torem, ſed quodammodo, vt in dict. l.in ſuis, de lib. &
poſth. & ſic dominus fictè,magis, quam vere, vt aſſe-
runt relati à Roland. conſ.97.num.7. Nam aſſero d.l.in
ſuis, loqui in dominio bonorum paternorum, quorum
viuo patre quodammodo domini exiſtimantur. At
quis negabit filios eſſe creditores in legitima ſibi de-
bita iure naturali? Nam creditor dicitur non tantùm
qui pecuniam mutuam dedit,ſed & hi, quibus ex qua-
cumque cauſa debetur, vel in diem, vel ſub conditio-
ne, aut purè, etiam ſi natura tantum debeat, l.credito-
res 11.D.de verb.ſignif.l.quibus 40.§.dominus,D.de cond.
& dem. ibi, Naturale magis,quàm ciuile debitum ſpectan-
dum eſſe iuncta l. hoc iure 19. §.ſi quis ſeruo, D.de donatio.
l.cùm illud 25.§.hæres.D.quando dies leg.ced. ibi, Quia
ſi verbo debiti naturalem obligationem cogitauit, l. fideiuſ-
43 ſor 16.§.fideiuſſor.D.de fideiuſſ. † Quo attento filium
creditorem patris eſſe, & hæreditatem paternam filiis
deberi,multa iura dixerunt, vt videre eſt ex l. Papinia-
nus 8.§.ſi quis impubes 15.D. de inoffic.teſt. ibi,Quaſi æs
alienum,l.& quia 10.D.pro ſocio, ibi,Vel à parente,vel li-
berto quaſi debitum hæreditas obuenit,leg.1.§.largius, D.de
ſucceſſ.edict. ibi, Ad propria bona veniunt, l. hac edictali
6.in princ. ibi, Ita tamen,vt quarta pars,quæ eiſdem liberis
debetur ex legibus, nullo modo minuatur, Cod.de ſecund.nupt.
l.2.Cod.de inoffic.donat. ibi, Vt ſibi quartam partem debi-
tæ ab inteſtato portionis,l.fin.verſ.ſi quis verò, Cod.de codi-
cill.l.pen.§.omnia igitur, C.de adoptio. ibi, Naturalia de-
bita,l.vnic.in princ.infr.de imponen. lucrat. deſcript. ibi,
Debitum naturale perſoluitur. Nouel.18. quæ eſt Auth.
de trient.& ſemiſſ.in præfat. docent Bart.& DD. in l.fin.
D.de lib.agnoſc. Chifletius de portione legitima cap.1.
Surd.& alij relati à Robles de Salcedo de repræſent.l.2.
cap.16.n.35. Thom. Sanch. d.lib.1.moral.cap.16.n.25.
Peregrin. d.libro 5.tit.1.ex num.34. Ant. Fab. de error.
decad.75.error.5. Menoch. de arbitr.caſ.149. Spino de
teſtam.gloſſ.20.ex num.25. Tiraquel. in l.ſi vnquam,verb.
ſuſceperit, num.113. Gutier. lib.5.pp.quæſt.55.num.7.&
ſeq. Fuſarius de ſubſtit.quæſt.296.num.33.73.& 214.&
alios referens Oſvval. ad Donell. lib.19.cap.4.lit.T. &
Hermoſill. in l.13.tit.5.part.5.gloſ.1.num.8.& ſeq. li-
cèt ipſe Robles d.cap.16.num.81.& ſeq. alios ſecutus
malè contrarium adſtruat, filium nempe non eſſe cre-
ditorem patris quoad legitimam. Nam debitio, vt
ita dicam, magis conſiſtit in hoc, vt pater teneatur
relinquere, quo attento verè creditor eſt filius quo-
ad noſtrum caſum,& alios effectus, quos conſiderant
Tello & Gutier. ſupra relati. Quapropter ſi ex forma
ſtatuti confiſcentur bona patris,relinquenda erit legi-
tima filiis,vt teſtantur Iul.Clar. in §.fin.quæſt.78.num.
26.Peregr.dict.lib.quinto tit...num.34. Ant.Fab. d.decad.
75. error.5. qui etſi contrarium adſtruere nitantur,
neſcio an rationes ita validiores ſint, vt à propoſito
nos dimoueant.

Quod verò diximus filiorum legitimam minime 44
confiſcari ex parentum delictis,niſi expreſsâ lege con-
fiſcatio inducatur,iure noſtro indubitatum videtur, ſi
attentè conſideres verba leg.5. tit. 31.pag.7. illic, E
aun decimos que ningun ome por ierro que aya fecho non
deben ſer tomados todos ſus bienes ſi vbiere parientes que
ſuben o deciendan por linea derecha. Fueras ende elque fue-
ſe iuzgado por trayador o en otros caſos ſeanalados que ſon
eſcritos en las leyes deſte libro en que ſeñaladamente los
mandaſſen tomar. Vbi cùm conſtituat regulam genera-
lem, vt in omnibus delictis, in quibus locus eſt con-
fiſcationi, reſeruentur bona condemnati deſcendenti-
bus, vel aſcendentibus, ſubiungit in verſ. Fueras ende,
limitationem filiis reſeruationem bonorum auferens
in caſu proditionis,& in aliis caſibus expreſſis in qui-
bus leges expreſsè ſtatuunt confiſcationem,vt indicat
vox illa ſeñaladamente. Idque ex eo ſuadetur magis.
Nam caſus proditionis,in quo lex exceptionem exem-
plificat, cum ſit ex illis caſibus, in quibus confiſcatio
expreſsè in præiudicium filiorum extenditur, ex dict.
leg.quiſquis, Cod.ad leg.Iul. maieſt.lege 2.tit.7.pag.7. ne-
ceſſariò efficit, vt illa verba, O en otros caſos ſeñalados
en que ſeñaladamente los mandaſe tomar, intelligantur de
caſibus eiuſdem qualitatis,in quibus lex expreſsè etiam
ad filios extendat confiſcationem, quia verbum otros,
ſeu alios, repetit eandem qualitatem,& ſimilitudinem
in ſubſtantiâ,vt docet Felin. in cap.ſedes n.6. de reſcrip.
aliis relatis à Sanchez de matrim. lib.3.diſp.20.n.3. Fa-
rin. 1.p.dec.Rotæ nouiſſ. dec.663.n.8. & latè Barboſ. de
dictio verb. Alius 26. tot. † Facit etiam quòd cùm 45
in noſtro Regno ſublata ſit omnis confiſcatio ta-
cita, quam leges antiquæ introduxerunt in conſe-
quentiam condemnationis mortis, aut deportationis,
quæ ob aliquod delictum olim imponebantur, le-
ge 1. Digeſt. de bonis dam. & docet Alfar. de officio fiſ-
cal.gloſſ.20.§...numero 152.cui confiſcationi poſſet ap-
plicari reſeruatio, quam lex dicta partitæ in fauorem
deſcendentium facit, neceſſariò debet applicari deli-
ctis expreſſæ confiſcationis. Si enim contraria ſen-
tentia

tentia ſequenda eſſet cum Gregorio & Molina, confunderetur regula cum exceptione ſi vnam & alteram eiſdemmet caſibus applicaremus, contra naturam exceptionis, quæ ſemper id agit, caſus exceptos à regula ſeparare, vt obſeruant Bart. & alij *per text. ibi, in & in his* 15. *D. de legibus* Surd. *deciſ.* 125. *n.* 17. Oſvvald. *ad Donell. lib.* 22. *cap.* 1 *lit. L.* Vnde ſuccedit filiis condemnati reſeruari bona parentis, non ſolùm quoad quantitatem quæ legibus ſucceſſionis poterit in legitimâ portione conſiſtere, iuxta Clar. *in §. fin. q.* 78. *n.* 26. ſed abſolutè in omnibus bonis, vt probauimus ex *d. l. partita*, & dicemus *infrà*, & ita fuiſſe teſtatur Theſaur. *dec.* 104. *n.* 2.

46 Sed videamus quæ delicta hodie hanc confiſcationem habeant contra filios? & exiſtimo nulla alia niſi crimen horrendum hæreſis & Maieſtatis, ex *d. l. quiſquis, & cap. cùm ſecundum, de hæret in* 6. cum adductis à DD. quos refert Farinac. in propriis quæſtionibus *de crimine hæreſis & Maieſtatis*, præcipuè *q.* 21. *n.* 11. *& ſeq.* Alfaro *d. gloſſ.* 20. §. 10. *n.* 151. & Molin. 3. *tom. de iuſt. & iure diſp.* 658. Sanch. *lib.* 2. *oper. mor. c.* 27. *cum ſeq.* Caſtillo *tom.* 5. *c.* 103. *num.* 3. *&* 19. *& tom.* 6. *c.* 137. *n.* 31. An idem in turpiſſimo ſodomiæ crimine admittatur, vt contra filios confiſcatio habeat locum quæſtio eſt, quâ in Granatenſi regia Curia dubitari vidi. Nam cùm fiſcus ad bona condemnati admitti deſideraret, filij contra eum ſupradicta allegabant, ne in præiudicium ſuæ legitimæ bona omnia confiſcarentur. Pro fiſco contra filios, cùm tunc Regius fiſci Aduocatus eſſem hæc fundamenta cumulaui.

47 † *Primò*, quia huiuſmodi tria delicta hæreſis, Maieſtatis, ſodomiæ quoad confiſcationem ſunt exæquata, vt videre eſt ex *l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 8. *Recop.* vbi Reges Catholici vt nefandum crimen penitus ab Hiſpaniâ extirparent, & odium illud, quo omnes Hiſpani, Deo fauente, crimen tale proſequimur, & horreſcimus (omnibus totius Orbis regionibus in hoc Hiſpaniæ noſtræ primas tribuentibus) magis ac magis augerent, grauiſſimis & prudentiſſimis verbis ſtatuunt, vt ſi in illo abominando crimine aliquis repertus fuerit eo modo, quo in crimine hæreſis, vel læſæ Maieſtatis concremetur, & bona quæcumque habuerit fiſco vindicentur, verba ea ſunt, *Mandamos que qualquiera perſona que cometiere el delito nefando contra natura ſiyendo en el conuincido por aquella manera de prueba que ſegun derecho es baſtante para probar el delito de heregia o* crimen læſæ Maieſtatis *ſea quemado y que aſi miſmo aya perdido por el miſmo hecho todos ſus bienes.* Ex quibus conſtat quòd quamuis pœna impoſita ſodomiæ crimini æqualis videatur cum duobus illis, nihilominus maior videtur, quàm quæ hæreticis imponitur, nam ſi hæreticus non ſit conuictus, vel dogmatiſtes, aut relapſus, adhuc ei ſolet indulgeri. In proditore quoque combuſtio non inuenitur, ſed vt caudæ equi alligatus & raptatus furca ſuſpendatur, ergo ſi horribilior pœna, vtpotè ignis, huic crimini conſtituitur, conſequens eſt voluiſſe Reges noſtros eamdem admitti quoad confiſcationem. Sed in duobus illis criminibus contra filios habet locum confiſcatio, ergo & in ſodomia admittenda eſt, cum parificentur hæc tria crimina quoad pœnas in illo verſu, *Que ſegun derecho es baſtante para probar el delito de eregia o læſa Maieſtatis*, & ita in ſpecie tenet Grati. 1. *reg.* 55. *numer.* 40. Alfaro & alij relati à Hermoſill. *in l.* 2. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 17. ſicut etiam & quoad alios articulos, vt volunt relati à Farinac.

48 *quæſt.* 10. *num.* 44. † Rurſus facit quòd cùm *ſuprà* dicta lex voluerit reſoluere dubitationem illam, an huiuſmodi delictum ſodomiæ priuet ipſo iure dominio, vel an opus ſit declaratoria ſententia (de qua quæſtione videndi ſunt Farinac. *quæſt.* 148. *n.* 12. *& ſeq.* Azeued. *in d. l.* 1. *tit.* 21 *lib.* 8. *Rec. num.* 29. *&* 69. & quæ dixi *in l.* . *& fin. ſupr. de iure fiſc.*) illud tamen addidit, vt ex tunc ex ipſomet facto priuetur ipſo iure ſuis bonis, *y que aya perdido por eſe miſmo hecho y ſi noſtra declaracion alguna todos ſus bienes*, vt *in cap. vergentis, de hæret. d. cap. cùm ſecundum leges*, iunctis à Gomez *tom.* 3. *variar. c.* 2. *num.* 2. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap. fin.* Peregrin. *d. lib.* 5. *tit.* 1. *num* 52. latè Th. Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 14 *totò.* Alfar. *de offic. fiſcal. gloſſ.* 20. §. 10. *num.* 153. & diximus *in l.* 1. *ſupr. de iure fiſc. ad fin.* † Ergo in fiſcum ex le- 49
gis diſpoſitione bonis tranſlatis propter delicti perpetrationem, ſi filij ad eam admitti velint, iam occupare non poterunt ea bona, quæ non ſunt patris, nam ſententia ſolùm declarat commiſſum eſſe crimen, & dominium bonorum tranſlatum fuiſſe iam illo die criminis in fiſcum, & ita ſententia non transfert dominium, ſed iam tranſlatum declarat, *l. ex diuerſo* 35. §. 1. *D. de rei vind. l. Pomponius* 40. §. *ſed & is. D. de procur. l. ſicuti* 8. §. *& ſi quidem* 4. *D. ſi ſeruit. vind.* vbi notant DD. & poſt eos Socin. iun. *conſ.* 45. *numer.* 2. *libro* 2. Garcia *de nobilit. gloſ* 8. §. 1. *num.* 2. *& gloſſ.* 6. *numer.* 48. Gratian. *diſcept. foren.* 1. *tom. cap.* 37. *n.* 11. & expreſsè docet *l.* 10. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* vbi Azeued. *n.* 19. † Nec 50
filius viuo patre ad legitimam admitti poterit, *l.* 6. *Cod. de inoffic. teſt. l.* 1. §. *ſed impuberi, De collat.* ibi, *Præmatura eſt enim collationis ſpes, cùm adhuc viuat is, de cuius bonis quarta debetur*, videndus Spino *de teſtam. gloſſ.* 17. *num.* 55. Roland. *d. conſ.* 97. *num.* 4. Chifletius *de legitim. portio. cap.* 15. Gratian. 4. *tom. diſcep.* 794. *numer.* 1. Pinell. *in l.* 1. *Cod. de bon. mat.* 3. *part. num.* 75. Padilla *in l.* 3. *Cod. de iuris & fact. ign.* Menchac. *lib.* 1. *illuſt. contron. quæſt.* 37. atque ita cùm per delictum pater abdicauerit à ſe bona ſua, filij ius quæſitum fiſco in bonis patris viuentis non poterunt poſt eius mortem auferre, neque quaſi hæredes, quia viuentis nulla eſt hæreditas, *l. qui ſuperſtitis, D. de adquir. hær.* cùm vult neque quaſi creditores, quia non ſunt verè tales, neque quaſi Domini, quia ſunt Domini quodammodò, vt obſeruat Ant. Fab. *decad.* 75. *err.* 7. † Vltimò adiice- 51
bam, quòd cum attenta *l.* 4. *Tauri*, delinquentes non poſſint teſtari de bonis confiſcatis, ſequitur nec diſponere in fauorem filiorum, iuxta adducta à Tello *ibi num.* 35. Farinac. *quæſt.* 148. *num.* 16. Azeued. *in dict. l.* 1. *tit.* 21. *num.* 31. & ſic non admittentur filij ſodomitæ ad bona parentis, quoniam ita *dict. l.* 1. *tit.* 21. generaliter loquitur, & indiſtinctè, vt nihil afferat de eo articulo, an habeat filios, vel non delinquens, & ita cùm lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, iuxta iura vulgata. Maximè cùm reſeruatio legitimarum ita ſit notabilis, vt incredibile videatur legem ſilentio inuoluere voluiſſe eam, cùm ita facilè eſſet legis conditoribus exprimere, ex vulgatiſſima regula *l. item apud Labeonem* §. *ait Prætor, D. de iniur. l. vnic.* §. *ſin autem ad deficientis, Cod. de caducis*, ibi, *Nam ſi contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea diſponere. c. ad audientiam* 12. *de decimis.* ibi, *Nam ſi intelligeremus tantùm de noualibus vbi ponimus de laboribus, de noualibus poneremus. cap. inter corporalia. Epiſc. verſ. vnde ſi circa.* notant Socin. iun. *conſ.* 26. *numer.* 6. *&* 7. *lib.* 4. *& conſ.* 100. *n.* 1. *lib.* 1. Simon de Prætis *conſ.* 90. *num.* 22. *&* 23. Molin. *de Hiſp. prim. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 58. Achilles Pedroch. *conſ.* 5. *num.* 51. Hondedeus *conſ.* 57. *num.* 32. Gutier. *lib.* 3. 1. *p. q.* 16. *num.* 48. & ita deprehenditur *d. l.* 1. noluiſſe condemnati filiis bona relinquere quæ fiſco voluit applicare: nam hoc eſſet velle donare, & cùm hoc non dixerit, noluiſſe creditur, conferunt quæ tradunt Roland. *conſ.* 56. *num.* 24. *lib.* 3. Borgnin. *deciſ.* 5. *num.* 39. *&* 44. *p.* 3. Peregrin. *de fideicom. art.* 11. *num.* 35. & ita in ſpecie videtur tenere hanc ſententiam Alfaro *ſupr. d. gloſſ.* 20. §. 10. *num.* 151. dum æquiparat hoc delictum cum criminibus læſæ Maieſtatis & hæreſis, & expreſsè defendit Gratian. *reg.* 55. *numero* 40. & Hermoſill. *dict. gloſſ.* 1. *num.* 17. *in dict. leg.* 2. *tit.* 4. *p.* 5.

52 Contraria ſententia, meo iudicio, verior videtur, & ſecundùm eam vidi pronuntiari in Granaten. Prætorio in illa cauſa ſodomiæ. Fundamenta iacta ſunt *ſuprà*, quæ ſolidiſſima ſunt. Neque enim lex priuare intelligitur filios ſua legitima portione, niſi id expreſsè declaret, cùm confiſcatio ſit pœna quæ non debet extendi, niſi ad perſonas in lege expreſſas.

53 † Quod & *in d.l.1.tit.21.* euidenter oſtenditur, vbi poſt pœnam huic delicto impoſitam, vt flammis ſubdatur reus, bonis fiſco applicatis. *in verſ. Otro ſi mandemos.* eximuntur filij, deſcendentes ſodomitarum ab omni infamia, & nota, quam ob delictum parentum poterant contrahere, vt conſtat ibi, *Mandamos que los hijos y decendientes de os tales culpados aunque ſean condenados los delinquentes por ſentencia no incurran en infamia ni en otra macula alguna.* quibus verbis videtur noluiſſe legem quæ filiorum famæ prouidit, eos, à ſubſtantia paterna remouere: nam non ſatis caueret ſi famam conſeruaret, non verò bona: ſiquidem infamia non carerent ſi bonis paternis ſpoliati exiſterent. In quam partem adduco *d.l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* ibi, *Sint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur.* quaſi diceret ex paupertate infamiam naſci. Cùm valeat hoc argumentum, priuantur bonis, ergo & fama, & è contra, facti ſcilicet incapaces ſucceſſionis, vt videtur ſentire Molin. *lib.4. de primog. cap.11.num.50.& 54.* Thom. Sanchez *lib.2.moral.c.30. num. 1.* Si enim quis filios videret pauperes, vtpotè priuatos bonis paternis, nónne refricaret indignam facti memoriam, & conſequenter notati, & maculati eſſent contra legis intentionem, quæ non ſolùm prouidit contra infamiam iuris, ſed & contra infamiam facti, vt docent me illa verba, *no incurran en infamia ni en otra macula alguna.* quæ vtramque infamiam comprehendunt. Ergo ex *d. l.1.* liquidiſſimè apparet, noluiſſe Reges noſtros filios priuare bonis, quos fama & integritate non priuarunt. Hanc noſtram ſententiam licèt ſtrictim, & vno, vt aiunt, verbo ſequuntur Molin. *d. cap.11. n.51.* & Azeued. *in l.2. tit.18.n.22. lib.8. Recop.* dum de filiis hæreticorum & proditorum agentes, an in maioratu ſuccedere poſſint, adiiciunt, *De filio namque illius, qui crimen nefandum commiſit, nulla dubitatio eſt quin ſuccedant.* Vellem ego, vt *ſuprà* adducta argumenta viderent: nam fortaſſis non ita intrepidè affirmarent abſque dubitatione hanc quæſtionem procedere. Sed nunc multo meliùs poterimus dicere ſine dubitatione eſſe, cum ita latè diſcuſſam proponamus dubitationem.

54 Igitur contraria argumenta ita diluenda ſunt. Nam nego generaliter in omnibus exæquatum eſſe ſodomiæ crimen cum duobus illis Maieſtatis & hæreſis. ſiquidem, vt diximus, diuerſam pœnam habeant, & filij in eis perpetuâ afficiantur infamia, & paupertate. Quod tamen in ſodomia non procedit, cùm infames non ſint, neque etiam non confiſcentur bona ſodomitæ in præiudicium filiorum, expenſa *d.l.1.* prout *ſuprà* vidimus. Item Maieſtatis reis ſtatuitur raptatio, & ſuffocatio, ſodomiæ verò concrematio. Æquiparantur ergo *in d. l.1.* illa tria crimina quoad confiſcationem, vt ſodomitæ bona confiſcentur, dum tamen filij non reperiantur. Item & quoad probationem delicti & ordinem iudiciarium, vt patet ibi, *Seyendo en el conuencido por aquella manera de prueba que es baſtante para probar el delito de eregia o crimen læſæ Maieſtatis,* & inferiùs, id magis clareſcit. *Y que en el dicho delito y proceder contra el que locometiere y en la manera de la probança aſi para interlocutoria como difinitiua y para proceder a tormento y en todo lo otro mandamos ſeguarda la forma y orden que ſe guarda en los dichos crimines de eregia y læſæ Maieſtatis.* Itaque cùm in hac parte duntaxat exequentur, non dicemus confiſcationem admittendam, quam lex non admiſit, cùm exæquationem fecerit quoad probationem & ordinem cauſæ, non quoad ſententiam, & condemnationem.

Secundum argumentum non obſtat, quia reſpon- 55
deo verum eſſe ex die commiſſi delicti dominium bonorum in fiſcum transferri miniſterio legis. Sed hoc intelligendum eſſe de eis bonis, quæ erant propria ſodomitæ, qui filios non habebat: nam ſi filios habeat, cùm ipſi creditores ſint, vt iam probauimus, condemnationi præferuntur, & fiſco accedenti ad bona obſtant ex noſtra lege, cùm ex iure quod habet filius ad legitimam non minus creditor cenſeatur, quàm alius extraneus, vt fiſco præferatur. Ant. Fab. *dicta deciſ. 75. err.7.* præſertim cùm lex de eo ſodomita accipiatur, qui filios non habet, ad quos non extenditur confiſcatio, niſi palam exprimatur, vt dixi. † Neque 56
per omnia verum eſt, quòd cùm viuo patre filius non admittatur ad legitimam; contra fiſcum iam occupantem bona poſtea non poſſit admitti, quia, vt rectè Roland. ſcribit *d.conſ.97. num.27.* attenta ea ratione ſequeretur filium non poſſe reuocare donationem inofficioſam factam à patre, cùm tempore mortis bona non reperiantur in bonis patris, quod tamen eſt falſum, *toto tit. C.de inofficioſ.donat.& de inoffic.dot.* † Rur- 57
ſus ſequeretur non poſſe filios viuo adhuc patre agere ad reuocationem dotis inofficioſæ, per querelam *leg. vnic. C.de inoffic. dotib.* Quod etſi contradicant Baeza *de non melior. filior.cap.34. num.8.& ſeq. & cap.36. q.1. & 2.* Gutierr. *lib.5.1. p. q.41. n.22.* Matienz. *in leg.3. tit.2. gloſſ.4.num.2. lib.5. & in l.3. tit.8. gloſſ.7. num.4.* Contrarium verius eſt, ex *leg.8. tit.4. p.5.* ibi, *Conque finque en ſaluo a ſus fijos la ſu parte legitima tanbien enuida de ſu padre como deſpues de ſu muerte.* & ex *d.l.1.tit.2. lib.5. Rec.* ibi, *lo que mas diere lo aya pro perdido,* & ſic applicabitur non aliis, niſi filiis. & ita tenet Azeued. *in dict.leg.1.tit.2.num.18.& ſeq.* † Itaque vt filij agere 58
poſſint in caſu noſtro, non eſt neceſſarium vt ſpectetur mors naturalis parentum (quia in ea ſpecie non admittuntur tanquam patris hæredes, ſed iure reſeruationis, ex beneficio Principis: ita obſeruauit Peregrin. *d.lib.5.tit.1.num.5.* Tellus *in d.l.4. Taur.num.15. verſ. poſt. hæc autem.*) ſed ſufficiens eſt mors ciuilis ex ſententia proueniens, ex qua publicatis bonis & condemnato patre habetur tanquam ſi verè mortuus fuiſſet. Aduertunt Roland. *d.conſ.97. num.38.* Peregrin. *d.tit.1.num.37.* Farinac. *d.q.24.n.35.* Marta *de ſucceſſ. legal.1.p.quæſt.8.art.3.num.8. & 9.* Menoch. *conſ.944. num.49.vol.10.* Giurba *in conſuet. Meſſan.1.p.c.4.gl.5. num.35.& conſ.45. n.3.* Ant. Theſaur. *dec. Pedem.14. n.4.* Guacin. *de confiſcat.concl.13.limit.23.n.16.* † Quod 59
etiam procedat, etſi pater contumaciter abſens condemnatus fuerit, vt eo in caſu non minus militet ſupradicta ratio reſeruationis. Quidquid in contrarium voluerit Azeued. *in l.3.tit.10.lib.4.Rec.num.133.* Nec Doctores, quos allegat, loquuntur in propoſito, ſi rectè eos relegeris, & ideò ſi ſodomita in abſentia condemnatus ſit, & filij ſe opponant contra eandem ſententiam, non erit exequenda elapſo anno fatali, in præiudicium filiorum, quia vt eis poſſet præiudicare, neceſſariæ erant veræ probationes, non verò confeſſio ficta quæ ex contumacia reſultat, tradit Boſſius *in prax. tit. de bon. publ.num.56.* Roland. *conſ.29.n.21. & ſeq.lib.3.* Farinac. *d.quæſt.24.n.217.& q.116. n.130.* Gratian. *diſcep. foren. cap.217. à n.23.* Ant. Theſaur. *deciſ. Pedem.198. n.7.* Guacin. *de confiſcat. concluſ.13. lim.1. n.4.* & attento iure noſtro docuit Azeued. *in d.l.3.n.13.*

Ex quo mihi non rectè congruit quod tradit Ant. 60
Fab. *dict. decal.75. err.7.* qui contrariam ſententiam tuetur, quaſi DD. ea ratione moueantur vt dicant auferri non poſſe legitimam filiis, cùm ea per ſtatutum tolli non poſſit, cùm ſit iuris naturalis; in hoc enim fundamentum non pono, neque de ea diſputatione

nunc

nunc agimus, ſed quòd in ea ſit creditor filius, &
quod ſtatutum expreſſum eſſe neceſſe ſit, quo filij
priuentur paternis bonis, & profectò hanc quæſtio-
nem maximè confundit, cùm legitimam filiis iam pa-
ter teneretur relinquere iure nouiori, vt vnde legibus
debita dicebatur, non tam ex iudicio patris dicatur
prouenire, quàm ex legis prouidentia, *argum. l. ſi adro-
gator. D. de adoption.* quia taxata erat vt eſſet quarta
pars portionis, quam ab inteſtato filius eſſet habitu-
rus. *l. cùm quæritur* 6. *l. parentibus* 8. *l. quoniam* 32. *C. de
inoffícioſ. teſtam.* docet Pichard. *in* §. *igitur quartam, nu-
mero* 38. *Inſt. de inoffi.* Donell. *lib.* 19. *comm. cap.* 4. vbi
multas affert rationes Oſvvaldus. Ant. Fab. *decad.* 12.
61 *tot.* † Vnde non rectè ſentit in eo caſu neceſſariam eſ-
ſe indulgentiam Principis, & portionem illam legiti-
mariam eſſe à fiſci manibus capiendam, ex *l. ſi deporta-
tus* 8. *& leg. quando quis* 10. *C. de bonis proſcript.* nam
Princeps ex confiſcatione non videtur comprehende-
re quod proprium cenſetur filiorum, iuxta noſtræ le-
gis rationem, & indulgentia neceſſaria erat in his
confiſcationibus tacitis, ex *tit. de bonis damnatorum*;
non verò in confiſcatione generali nõ exprimente, vt
etiam in filiorum damnum bona cogerentur, poſt-
quam iam ex *d. Auth. bona damnatorum. C. de bon. pro-
ſcript.* ſublata fuit tacita confiſcatio, vt *ſuprà* dictum
eſt. Quare cùm fiſcus non admittatur ad bona con-
demnati, nam confiſcatio in noſtro caſu non habet lo-
cum, fiſcus non capiet à manu aliena quod ipſe habet
62 ſuo iure. † Idque apud nos arbitror non ſolùm pro-
cedere in portione legitimariâ, verùm in omnibus
condemnati bonis, quoniam ex lege Hiſpaniæ omnia
patris legitima ſunt filiorum, præter quintum, de quo
poterit, ſi voluerit, inter filios diſponere, ex *leg.* 10.
*&* 17. *Taur. l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* cum traditis à no-
ſtratibus *ibidem.* Villadiego *in leg.* 1. *tit.* 4. *lib.* 4. *fori iu-
dic. num.* 3. *&* 4. Oſvval. *dict. cap.* 4. *lit. Z.* & ſic
minimè eis bonis priuabitur filius, ſi lex cum expreſsè
non priuet.

63 Alterum argumentum non nocet noſtræ ſenten-
tiæ, imò potiùs apertè ei fauet. Nam *d. l.* 4. *Taur.* lo-
quitur quando condemnatus bona non habet, ſed
ſunt confiſcata, ita vt quoties bona per legem propter
delictum confiſcantur, non poſſit delinquens de parte
confiſcatâ diſponere, vt docent *ibi* DD. & præcipuè
Azeued. *in l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 5. *n.* 19. Itaque ſodomita re-
ctè poterit facere teſtamentum, vt docet Tellus *ibi
n.* 55. *& ſeq.* Matienz. *in d. l.* 3. *tit.* 4. *gloſſ.* 7. *num* 4. dum
tamen de bonis confiſcatis non diſponat. Nam mens
*d. l.* 4. *Taur.* eſt, quemlibet condemnatum ad mortem
teſtari poſſe, & de ſuis bonis diſponere, dum tamen
non diſponat de bonis confiſcatis. Vnde verſus ille,
*ſaluo de los que por el tal delito fueren confiſcados*, non pro-
hibet teſtamenti factionem in condemnato, quoties
bona confiſcantur, ſed tantùm diſpoſitionem de eis
bonis confiſcatis, vt etſi poſſit teſtamentum condere,
non tamen poſſit diſponere de illis bonis, quæ fiſco
propter delictum applicantur: quæ eſt mens genuina
& litteralis *d. l.* 4. etſi contrarium teneat. Valenzuel.
*in leg.* 1. *infr. de petition. bonor. ſubl. n.* 24. & Hermo-
ſill. *ſupr. d. n.* 17 qui mouentur & æquiparatione il-
lius criminis cum hæreſi & Maieſtatis, vt ſicut hære-
ticus eſt incapax factionis teſtamenti, *Auth. credentes.
C. de hæreticis.* ita & ſodomita; ſed iam docuimus il-
64 lam æquiparationem non eſſe generalem. † Neque
ſimiliter obſtat alterum argumentum deductum ex
*l. item apud Leonem*, cum vulgatis; nam illud dicte-
rium quòd *quæ ſpeciali nota digna ſint niſi ſpecialiter no-
tentur, videantur quaſi neglecta.* Magis fauet noſtræ ſen-
tentiæ, ſi quidem cum ſpeciali notâ digniſſimum eſ-
ſet, vt in ſodomiæ crimine filij ab ſucceſſione paternâ
remouerentur, id exprimere, cùm eſſet contra omnia
iura & rationem naturalem filiis hæreditatem pater-
nam adiicientes, cùm id non expreſſerit *d. l.* 1. ſpeciali
notâ, ſed omiſerit, videtur quaſi neglectum & reli-
ctum, iuxta diſpoſitionem iuris communis, quòd fi-
lios non remouet niſi ob delicta hæreſis & Maieſta-
tis, & ita ſuccedit regula vulgaris, *expreſſa nocere, non
expreſſa non nocere. l. expreſſa* 195. *de reg. iur.* in quo
nulla donatio poteſt conſiderari, ſed tantùm con-
ſeruatur ius filiorum. † Denique non obſtat alterum 65
argumentum de ſodomita poſt mortem accuſato.
Nam rectius eſt quoad hoc non eſſe tale crimen pa-
rificatum cum hæreſi, & proditione, vt docuit Fari-
nac. *d. q.* 10. *num.* 44.

Hæc omnia ita procedere exiſtimo, vt etſi expreſsè 66
ſententia contra ſodomitam lata repelleret filios à bo-
nis paternis, & fiſcum anteponeret, nullum eis infer-
ret præiudicium, quoniam ipſo iure eſt nulla contra
reſeruationem, quam leges faciunt in bonis paternis in
fauorem filiorum, & Iudex nullam contra legis diſpo-
ſitionem habet iuriſdictionem, quamuis ſimpliciter in
fiſci fauorem pronuntiatum eſſet, cùm ſententia ita
ſit accipienda, pro vt de iure pronuntiari debuit, notat
Crauetta *conſ.* 23. *num.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 597. *num.* 3. *lib.* 4.
Borgn. Caualcan. *deciſ.* 27. *num.* 73. *& ſeq. & deciſ.* 32.
*num.* 3. *p.* 2. Surd. *conſ.* 579. *num.* 6. *vol.* 3. Salgado *de Re-
gia protect.* 4. *p. cap.* 10. *n.* 49. & in propoſito tradit The-
ſaur. *deciſ. Pedem.* 198. *num.* 2. Farinac. *quæſt.* 25. *num.* 31.
Baiar. *ad Iul. Clar.* §. *fin. q.* 8. *n.* 11. quos ſequitur Gua-
cin. *de confiſcat. concl.* 1. *limit.* 4. *ex n.* 4. videndus quo-
que Greg. *in l.* 5. *tit.* 3. *p.* 7.

Quod de filiis huc vſque diximus, extendunt leges 67
noſtræ etiam & ad coniuges, vt propter delictum
viri mulier, neque propter delictum mulieris vir
non deperdat bona ſua, neque medietatem bonorum
conſtante matrimonio lucratorum, etiamſi condem-
natus fuerit ob crimen hæreſis, vt expreſsè cauetur
*l.* 77. *Taur.* quæ eſt *l.* 10. *tit.* 9. *lib.* 5. *Rec.* Ratio eſt, quæ
ex noſtrâ lege colligitur, ne creditores damno affi-
ciantur ex alterius delicto, & cùm quilibet ex coniugi-
bus ex alterius delicto non teneatur, *toto tit. C. ne vxor
pro marito* & ſi ſocij ſint, *l.* 4. *C. de crim. expil. hær.* ſocius
non poteſt inuito altero ſocio de bonis alterius diſ-
ponere. *l.* 2. *D. de ſeruit.* dixi *in l. vnic. ſuprà de vendit. rer.
fiſc.* neque ſocius pro alterius delicto teneatur. *l. cùm
duobus* 52. §. *fin.* aliàs eſt *l. ſi fratres.* §. *fin. l. adeo* 59. *in fin.
D. pro ſocio* & vxor in bonis dotalibus domina ſit, vt
*alibi* diximus ex *l. in rebus. C. de iure dot.* conſequitur
quòd ſi fiſcus ad bona ex delicto alicuius ex coniu-
gibus admittatur, ei tanquam creditor præferatur
alter, qui remanet liber ex lege noſtra. Cùm ita-
que creditrix in bonis dotalibus cenſeatur mulier, *l.
ſi marito* 31. *in princ. D. ſol. matr. l.* 2. *C. eod. l.* 1. *C. ad l. Iul.
de vi publ.* & agat in eo caſu de damno vitando, con-
gruum eſt vt fiſco præferatur. Ita Peregrin. *d. tit.* 1. *lib.* 5.
*num.* 82. *& ſeq.* Alfar. *de offic. fiſcal. d. gloſſ.* 20. *num.* 216. *&
ſeqq.* & ordinarij *in dict. l.* 77. *Taur. & in d. l.* 10. *tit.* 9. *lib.* 5.
*Recop.*

Limitanda tamen eſt deciſio noſtra, quando cre- 68
ditor eodem modo ac fiſcus agit de lucro captando,
quod contingere poteſt, quando ex diſpoſitione le-
gis, vel hominis propter delictum imponitur pœna,
cuius pars applicatur fiſco, altera verò denuntiatori, vt
annis præteritis vidimus in eis Pragmaticis, quæ ob
grauiſſimam omnium rerum caritatem & pretia ex-
ceſſiua, ad ea taxanda & cohibenda latæ fuerunt à Re-
ge noſtro, & in aliis pleriſque legibus, vt *in l.* 2. *tit.* 26.
*lib.* 8. *Rec.* & quando creditores exiſtunt ex delicto,
vel ſi concurrat fiſcus & creditor, reo pœna affecto
in centum applicatis fiſco, & centum offenſo, vel
denuntiatori, & in patrimonio condemnati non ſint
niſi centum tantùm, quiſnam ſit præferendus? Qui-
bus in caſibus prælationem fiſco tribuunt ex *l. non
puto. D. de iure fiſci* Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 8. Va-
lenzuela

lenzuela *hîc n.6.* Peregrin. *lib.4.tit.8.num.*12.Gut.*lib.2.*
*can.q.cap.5.num.57.* Caballus *reſol.crim.caſ.*202.*num.*10.
Fuluius *hîc num.*64. *& ſeq.* & Hermoſill. *in d.l.9.tit.4.*
*p.5.gloſſ.*8.*num.7.& ſeq.* quibus fauet *l.105.ſtyli.* & ita
69 *ibi* annotauit D. Chriſtoph. de Paz *ſchol.2.* † Sed ita
ieiunè, & generaliter accipiens hanc doctrinam, vt
non attenderit *ad l.2.tit.15.lib.8. Rec.* quæ apertè eam
videtur corrigere, dum ſtatuit in ſeditionibus quadru-
pli pœnam imponendam, dum tamen parti læſæ quod
in vim pœnæ perſoluendum erat, prius perſoluatur,
quàm fiſco, vt ſuadent illa verba, *conque pague prime-*
*ro a la parte lo tomado con el doblo.* Cui non rectè ſatis-
facit Azeued. *in lege 3.tit.10.libro 4.Rec.n.*62. accipiens
illa verba, non de pœna applicata parti, ſed de reſtitu-
tione damni dati, quod quidem damnum prius parti
eſt ſoluendum, quàm fiſco. Nam hanc interpretatio-
nem refellunt ea verba, *lo tomado con el doblo.* quæ non
ſolùm aiunt damnum eſſe ſoluendum priùs offenſo,
ſed etiam & duplum, quod in pœnam à lege reportat,
illúdque duplum, quod excidit, conſtat non eſſe ex
ablatis, ſed ex pœnâ. Quod minimè attendit Azeue-
do immeritò, notans Auendañum, qui *cap.18.1.p.n.3.*
*in fin.* dixit eas leges corrigi ex *d.l.2. Rec.* Neque iu-
ris ratione hæc deſtituuntur, nam cùm fiſcus & credi-
tor concurrit ex eodem delicto & causâ, nullibi in
iure reperitur priuilegiatus vt præferendus ſit, & ſic
vbi non reperitur priuilegiatus ſpecialiter, fiſcus vti-
tur iure priuati, vt docui *lib.3. obſ. cap.2. num.* 24.
Cùm ergo ſi ex eadem cauſa duo exiſtunt creditores,
nullus in concurſu præfertur, ſed ambo æqualiter ad-
mittuntur. *leg.1. C.ſi plures vna ſent. iuncta l. reos* 11.§.
*cùm in tabulis D. de duob. reis*, & iis, quæ diximus de
duobus inſtrumentis, *in l.1.ſupr. de iure fiſci num....* ita
fiet in hoc caſu, & ſic in hanc ſententiam inclinat Pe-
regrin. *d.tit.8. num.12. verſ. mihi*, quem ſequitur Ca-
ballus *dict.caſu* 202. *n.10.& ſeq.* & tenet latè Fuluius
*hîc n.*65. & Hermoſill. *ſupr. n.8.*

70 Verùm apertè videtur deſtrui hæc ſententia ex lege
noſtra, vbi videmus denuntiatorem, ſeu alium quem-
libet, qui contra delinquentem agit, præferri omni-
no fiſco in ea parte, quæ ei applicatur pœnæ nomine.
Nam quid aliud ſonant illa verba, *Sicut itaque in ſortis*
*quantitate fiſci perſecutio potior eſt, ita in triplo quod pœnæ*
*nomine adiectum eſt, propria forma ſeruanda eſt.* Quo-
rum ſenſus eſt quòd quemadmodum fiſcus rem ſuam
repetens omnibus præfertur, ita in eo quod pœnæ
71 nomine adiectum eſt, cedit creditoribus. † (Idque ſi-
gnificat vox *forma*, id eſt, regula, ſeu lex, conſtitutum,
vt poſt Accurſ. *hîc verb. propria*, docet Gothofred. *in*
*l. vnic. ſupr. de vend.rer.fiſc.*) veluti ſi aliquis ex fundo
fiſcali arbores pomiferas cædit, tenetur facta rei æſti-
matione in quadruplum. *l. in fraudem* 45.§. *fin. D. de*
*iure fiſci.* Item etiamſi Arcarius fœnebrem pecuniam
ſumpſerit, quadrupli pœna afficitur, *in l.1. ſupr. de his*
*qui ex publ. ratioc.* & fuerit interuerſor, vel decoctor
pecuniæ publicæ. *l. qui in contractibus* 8. *ſupr. de iure*
*fiſc. leg. ab his infr. de naucler.* cum adductis ab Alfar.
*de offic. fiſ. gloſſ.20. n.*455. his ergo caſibus & ſimili-
bus fiſcus eſt in ſimplo creditor, quia rem ſuam perſe-
quitur, & in eo eſt præferendus, vtpotè in ſorte prin-
cipali *l.3. C. de priuil. fiſc.* cum notatis *ibi* ab Accurſ.
*l.35.tit.13.p.5.* At verò in triplo quod continet pœ-
nam, præferatur ille, cui applicatur, vt notarunt *hîc*
Bar. *num.*1. Bal. & Platea *num.*1. idem Bar. *in d. leg. ab*
*his.* idem Bal. *in cap.1.§. duo, de pace tenend.* Did. Perez
*in rub. tit.9. lib.9. ordin. verſ. quæri etiam poteſt.* Nam
triplum eſt pœna, vt docet Vlp. *in l. item ſi cum exce-*
72 *ptione* 14. §. *quatenus* 10. *D. de eo quod met.* † Hinc
conſtat contrariam Couar. & aliorum ſententiam
iure non probari, etſi eam in puncto iuris veriorem
afferat Caballus *d.caſ.*202. *num.*11. cùm lex ſtyli non
ſit in vſu, neque obſeruetur niſi de vſu & conſuetudi-
ne doceatur, vt teſtantur Noſtrates apud Burg. de Paz
*in l.1. Taur. ex n.*280. & Azeued. *in l.3.num.8. & ſeq.*
*tit.1.lib.2.Recop.* etſi Paz *in notis ad ll. ſtyli* velit *in pro-*
*œmio* contrarium aſſerere. Neque pro Couar. & aliis
facit *d.l. non puto*. de cuius ſenſu iam egimus.

Vnde infero ad quæſtionem quam multis in cauſis 73
agitari vidi in regio Granatenſi iuridico conuentu.
Nam cùm anno 1629. Octobris 19. die ob Principis
noſtri natiuitatem, vt mos eſt Catholicis noſtris Re-
gibus, ob publicam hanc lætitiam, ex *l.1.tit.32.p.7.* &
aliis, quæ tradit Tiber. Decian. *lib.3. crimin.cap.35. in*
*princ.* & Larrea *deciſ. Granat.*25. *tota*, vbi pulchrè, vt
ſolet, indulgeri ſoleat delinquentibus pœnarum abo-
litio, & Rex noſter Philippus IV. piiſſimè indulgen-
tiam fecerit omnibus, qui ſine parte, vel accuſatore
legitimo in carceribus detinebantur. Quæſitum eſt,
an cenſeretur pars legitima, vt obſtaret capto, vel ac-
cuſato, ille, qui denuntiauit contraueniſſe aliquem,
vel tanquam vnus de populo detulit de aliquo deli-
cto, de quo pœna erat applicanda fiſco, & ipſi quo-
que accuſatori. † Et videbatur dicendum partem non 74
dici accuſatorem, ſeu delatorem, vt contra eius volun-
tatem indultum regium competeret, quoties accuſa-
tor interuenerit, non tanquam proſequens ſuam, vel
ſuorum iniuriam, ſed tantùm agens ad commodum,
quod ex delatione accuſanti leges ſolent applicare.
† Mouebantur reorum Aduocati ex eo, quòd quere- 75
la, ſeu delatio iſtius accuſatoris non prouenit ex of-
fensâ ſibi facta, ſed quia leges non ſeruauerit reus tale
delictum prohibentes, in quo tantùm Reſpublica, vel
Princeps offenditur, & conſequenter pœna omnis ad
fiſcum pertinet in ſatisfactionem iniuriæ, iuxta nota-
ta à Surdo *conſ.*152. *n.*16. ergo delator excluſus eſt
ex indulgentia Principis remittentis omnem iniuriam
illam, & pœnam quæ ob ſatisfactionem ei debeba-
tur, & delator nullam iniuriam patitur, vel damnum,
in cuius ſatisfactionem ei pœna applicabatur. † *Secun-* 76
*dò* facit, quoniam etſi lex imponat pœnam eius tranſ-
greſſoribus, accuſatori non ex eo adquiſita fuit actio,
aut ius aliquod ad conſequendum illud intereſſe quod
propter accuſationem ei lex defert, & intereſſe partis
quod lex attendit, vt nolit ſub indulto tale delictum
comprehendere, eſt quando tali parti offenſa aliqua
fuit facta, cuius remiſſionem, aut veniam lex attendit,
vt indultum principale habeat effectum. At denun-
tiator non poteſt facere pacem, neque deſiſtere, *leg. res*
*quæ* 22. §. *fin. D. de iure fiſc.* cum *infrà* adducendis *n.*86.
quia incidet in S.C. Turpillianum, *l. ab accuſatione.§.*
*nuntiatores. leg. in ſenatus* 15. *D. ad SC. Turpillian.* De-
cian. *lib.5.crim.c.5.num.1.verſ.tertiò.* † Imò nec reus 77
erit ſecurus, etſi deſiſtat accuſator, quia cùm ſit actio
popularis, cuilibet de populo ius accuſandi competit.
Accurſ. *in l. tranſigere, verb. prohibitum. C. de tranſact.*
vbi Bar. & Salicet, Couar. *lib.2. var.cap.10. n.5. verſ.*
*nono.* Farin. *q.4. ex n.*37. vel Regio fiſcali proſequendi
facultas competat, ex doctrina Bal. quam laudat Ma-
ſtrill. *deciſ.*203.*num....* & ita in his criminibus accuſa-
toris pax, aut venia non eſt in conſideratione, ad hoc
vt gratia Principis comprehendat accuſatum, cùm
aliàs gratia nullius eſſet momenti, & nemo gaudere
poſſet beneficio Principis, ad quem tantùm pertinet
iniuriam ſuam remittere. Farinac. *q. 6. n.2.* Maſtrill.
*ad indultum cap.2.n.1.* & pœnas pecuniarias ad fiſcum
ſuum pertinentes, & intereſſe Reipublicæ. Peregrin.
*lib.4. de iure fiſc. titul.8. num.*15. Maſtrill. *vbi proxim.*
*cap.19. num.2.* Seſſe *de inhibitio. cap.3. §.5. num.*89. &
ita fuiſſe iudicatum in vendentibus frumentum vltra
taxam, vt gauderent indulto, etiam pace non obten-
ta, docet Maſtrill. *ſuprà numer.*12. Fuluius *hîc num.*73.
etſi verum eſſe dicas cum Couarr. *ſupr. dict. capit.*16.
*lib.1.var.* fiſcum eſſe in pœnis præferendum, non verò
partem illam, cui intereſſe datur, quod principalius

erit

erit attendi debet, *argum.leg.ſi in emptione* 34. vbi notat Bald. *D.de contrah.empt.* & expreſſiùs probatur *in l.1.Digeſt.de auct.tut.* cum adductis à Tiraq. *de ret.lign.* §.30 *gloſſ.*1. *num.*4. † Accedit factâ condemnatione fiſcum omnia conſequi, & delatorem contra eum habere actionem, vt partem pœnæ conſequatur, vt docent ex aliis Auiles *in c.*2.*Præt.verb.camara num.*3.Mathefilan. *notab.*70. Peregr. *d.lib.*4.*tit.*8.*num.*32. Bertazol. *conſ.*163.*n.*5. Gratian. *tom.*5.*diſcept.c.*840. *n.*3. & ita nullum ius habet delator ante conditionem *l. eius* 29.*ff.de iure fiſci.* vbi Bart. *cap.cùm ſecundum, de hæret. in* 6. vbi DD. cum notatis à Gonzal. *in reg. Can. gloſſ.* 15.*n.*155.Maſtrill. *ſup.c.*22.*n.*14. Fachin. *lib.*1.*contron. c.*93.Gutier. *conſ.*43.*n.*15. & à me adductis *in l.*1.*ſupr. de iure fiſc.ad fin.*& hanc ſententiam defendebat Dom. Larrea *deciſ.Gran.*27.*ex n.*7.*cum ſeqq.*

79 E contra autem facit Principem in gratia generali ſemper attendere vtilitatem tertij, ita vt nihil cum eius damno velit ſtatuere. *l.*2. §. *ſi quis à Principe D.ne quid in loco publ.* cum latè congeſtis à Ceuallos *qu.*2. *num.*32. Guzman. *de euict q.*52.*ex n.*2. Giurb. *conſ.*57. *n.*6.& 7. Maſtrill. *ſupr.c.*21.*n.*1. & add.Mol. *lib.*1.*c.*8. *n.*28. & *ſeq.* Neque ius alteri quæſitum tollit, vt latè diſſerui *lib.*1.*obſeru.c.*1.*ex num.*51. etiam in indulto generali, vt nunc audiemus, etiamſi contrarium malè velit Fuluius *hic num.*103.& nullus dicet in offenſo maiorem eſſe actionem ad pœnam conſequendam, quàm habet delator; cùm ex diuerſis cauſis quilibet ad pœnam à lege inductam, vel arbitrio Iudicis ſtatuendam agat. Offenſus ex iniuriâ ſibi facta, delator verò ex violatione legis, & ante ſententiam, maius ius ad pœnam conſequendam non habet vnus magis, quam alius, vt patet, imò delator aliquando certius ius habet, cùm offenſus multoties arbitrariam pœnam conſequatur, delator non niſi legitimam. Et quamvis contrariæ partis aſſertores dicant ante condemnationem nullam eſſe quæſitam priuato actionem, quænam actio ante condemnationem offenſo competere poteſt ad eius pœnæ perſecutionem, quando cauſa, & lis non eſt ſententia deciſa? Nulla equidem ratio differentiæ quoad hoc poteſt excogitari, & ſic pari

80 paſſu ambulat, & delator, & offenſus. † Rurſus falſum eſt dicere ante condemnationem nullum ius habere, nam tale ius quod habet ad proſequendam litem, vt conſequatur præmium ſuæ accuſationis, conſiderabile eſt, & per accuſationem ei radicatur. *lege id ad apud ſe* 143. *Digeſt. de ver. ſign.* cùm non minus ex delicto obligetur mihi deferenti reus, quàm ex obligatione. *l. obligamur* 52.*in princ. iuncto verſ. ex peccato. de oblig. &*

81 *act.*§.*fin.Inſt.de oblig.leg. Imperatores* 34.*de iure fiſc.* † Et non eſt nouum in iure vt attendatur hoc ius reuocabile, & ſic in conſideratione, vt vidimus in legato relicto ante acceptationem legatarij. *lege ſi tibi* 87. §. *cùm ſeruus, delegat.*1. Nam quæ pendente acceptatione ſeruus legatus adquirit, legatario quæruntur & in eo qui petitione hæreditatis agit ex die côteſtationis, intelligitur reus malæ fidei poſſeſſor, lata iam ſententia, vt reſtituat omnes fructus *l.*1.*Cod.de pet.hær.* & ſic quamvis pœna non ſit debita delatori, eſt tamen quaſi debita, vt in terminis indulti tenuit Bertazol. *conſ.*165. Vnde non immeritò dixerunt Bar. *conſ.*157. *num.*3. & Peregrin. *lib.*2.*de iure fiſc.tit.*1.*numer.fin.* quòd ſi delator moriatur antequam agnoſcat lucrum quod in præmium lex ei præſtat, tranſmittit ad hæredes, vt expreſsè probatur *in lege edicto* 13.§. *ad hæredes. Digeſt. de iure fiſc.* Rurſus facit *leg.at vbi* 24.*Digeſt.de pet.hær.* vbi poſſeſſor hæreditatis, qui tenetur reſtituere quidquid ex hæreditate, vel nomine hæreditatis ad eum peruenerit. *l.vtrum.*23.*leg.item veniunt.*§.*item non ſolùm. D.illo tit.* non reſtituit pœnam ſi deiectus ſit à poſſeſſione, vel ſtipulatus eſt iudicio ſiſti, quia propriè eſt debita poſſeſſori, & ita in hac ſpecie pœna debet iudicari propria denuntiatoris, quam veluti ſuâ induſtriâ adquiſiuit. † At ius hoc in ſpecie competens, non poteſt tol- 82
lere Princeps, neque item ius quærendum, vt docent Aretin. *conſ.*74.*n.*10. Decius *conſ.*107.*in fin.*Menchac. *d. ſucceſſ.creat.*§.1.*n.*29. Roland. *conſ.*45. *n.*113.*vol.*4. Surd. *conſ.*1.*n.*29.& *conſ.*317.*n.*32. Menoch. *conſ.*158. *n.*33.& *conſ.*250.*n.*75.Molin. *de primog.lib.*3.*c.*3. *n.*11. latè Petra *de poteſt.Princ.c.*30.*toto*, & maximè *ex n.*31. idem Molin. *lib.*1.*c.*8.*n.*31. vbi eius Addit. *n.*28.*verſ. cum Auctore.* obſeruat etiam & in optima quæſtione Caſtil. *tom.*5.*c.*67.*n.*57. Azeued. *in l.*4.*tit.*14. *lib.*4.*recop.n.*2. Gutier. *lib.*4.*pp.q.*11.*n.*12.& nouiſſimè Eſcobar *de puritate & nob. prob.*1.*p.q.*7. *ex n.*5. & 131. *cum ſeq.* & id probatur *in l.ſi teſtamentum* 10. *C. de teſt.* vbi teſtamentũ non reſcinditur auctoritate Principis, & tamen eo in caſu hæres nondum adquiſierat hæreditatem, vt patet *l.ſi donationem* 5 *C.de rer. donat.* ita enim Principis indulgentia cenſenda eſt ne lædat aliquem. *l.reſcripta* 7.*C.de precib.Imp.offer.* vbi verba, *vel crimen ſupplicantibus indulget*, ita explicat Græca ſynopſis, quam refert *ibi* Gothofred. id eſt, quoties citra criminis accuſationem veniam indulget. † Vlteriùs expen- 83
do *l.*2.*C.de in ius vocan.* vbi libertus qui in ius vocare ſine venia non poteſt patronum ſuum, vel eius filios, alioquin pœnâ tenetur *l.pen.& fin.ff. de in ius voc.* cùm à pœna remiſſionem peteret, ait Gordianus reſcripto Principis id fieri non poſſe. Et ratio eſt, quoniam ius illud pœnæ exigendæ adquiſitum erat patroni filio. Ita eodem modo in noſtro caſu Princeps non intelligitur velle accuſatori, qui ius ad pœnam perſequendam habet, præiudicare, cùm in indulto aſſerat eis delictis gratiam facere, quæ pendent ſine parte; iuxta notata à Couar. *lib.*3.*var.cap.*6.*n.*5. Burgos de Paz *in ll.Taur.in proœm.n.*331.Surd.2.*tom.conſ.*203.*n.*17. Menoch. *conſ.*307.*n.*42.*vol.*4. † Deinde, quia non minus 84
dicitur pars delator ad accuſandum, quàm offenſus, cùm non minus dicatur in vno ac in alio caſu ad inſtantiam partis procedi, vt ait Iul.Clar. §.*fin. quæſt.*3. *numer.* 1. Giurb. *dicto conſil.* 57. *numero* 17. & 20. Nam iſte talis querelam proponit, & libellum, & lis cum eo conteſtatur, & ad probandum ſe aſtringit, ita vt ſi calumnioſè detulerit, vel colludat, punietur, & ad expenſas tenebitur, vt tradit Iul. Clar. *d.* §.*fin.q.*11.*n.*3.& *q.*31.*n.*24. Ber. Diaz *in prax.c.*6.*n.*9. & *ſequentibus* Dom. Larrea *dicta deciſio.* 27. *numero* 5. ergo ſi talis accuſator pro ſua parte omnibus his ſe ſubmittit, pars verè & indubitatè cenſendus eſt, alioqui cùm ſpe præmij, quod ex pœna delicti lex proponit, allectus ad accuſandum proceſſerit, deceptus videretur à Principe, ſi ſuo indulto eum excluderet. *leg.*1. *Cod. de his qui veniam ætat.* cum adductis à Giurb. *dict. conſil.*7. *num.*2. & grauis iniuria fieret priuato, qui poſt varias expenſas in lite factas, Dominus iam inſtantiæ factus excluderetur. † Neque 85
obſtant in contrarium adducta, quia, vt diximus, nulla differentiæ ratio reddi poteſt quoad offenſum, vbi eum, qui ad accuſationem populariter proceſſit. Neque pars pœnæ quam accuſatori lex defert, fiſco datur, vel ſpectat ad Principem, ſed ad illum priuatum ex miniſterio accuſationis, præſtito præmio. † Et 86
quamuis non poſſit facere pacem delator, *leg. Arrianus* 42. §. *quia autem. ff. de iure fiſc.* Peregr. *ſupr. lib.*2. *tit.*1.*n.*5. Alfar. *de offic. fiſcal. gloſſ.*17.*n.*17.& 52. non ex eo ſequitur non eſſe partem. Siquidem non eſt bona conſequutio, non poteſt facere pacem, ergo non eſt pars legitima, & è contra. Imò in caſu in ſpecie indulti crederem quòd ſi faceret pacem delator, valeret, ad effectum conſequendæ gratiæ principalis, & liberaretur reus quaſi iam de medio ſublatâ parte, neque eo in caſu delator incideret in SC. Turpillianũ, vt aduertit Tib. Dec. *lib.*3.*crim.c.*35.*n.*7.& 8.& 44. & ita vidi practicari in regiâ Curiâ Granatenſi; nam cùm

quidam

quidam ex regiis Pragmaticis, quæ pretia rebus poſuerunt, mercatores veſtium (quos *Roperos* vocamus) detuliſſet, & litem cum eis perageret, adſiſtente me tanquam Regio fiſci Patrono, obtinui contra ipſos ne indulti gratiam conſequerentur, quaſi delictum eſſet cum parte, & cùm poſtea cum delatore pacem facerent, parte illâ ſublatâ remanentes ſine accuſatore indultum obtinuerunt. Hæc omnia intelligas velim in eo delatore, qui agit, & ad vindictam publicam ſimul, & ad præmium, quod ex pœna ei lex defert: nam ſi tantùm agit ad vindictam, cùm tota pœna applicanda ſit fiſco, crederem in indulto generali partem non cenſeri, cùm totum ius ſpectet ad fiſcum,
87 quod Princeps remittere poteſt. † Qui tantùm remittit pœnam corporalem, ſeu pecuniariam ſibi debitam, vel debendam, non tamen priuato, vt notauit Accurſ. *in dict. leg. 2. C. de in ius voc. verb. concedi*, quem ſequitur *ibidem* Bart. *num.* 3. Fulgoſ. *num. fin.* Decius poſt Iaſon. *ibi num.* 10. *& in lege Barbarius num.* 3. *ff. de offic. Prat.* Alex. *conſ.* 44. *num.* 8. *lib.* 1. Iul. Clar. *in dicto §. fin. quaſt.* 59. *in princ.* Pariſ. *de ſyndicat. verb. compoſitio, verſ. Nam dicit.* & facit *l.* 3. *tit.* 25. *lib.* 8. *Recop.* ibi, *Las cartas de perdon por las quales ſequita el derecho a las partes,*
88 *mandamos que no valan.* † Niſi id fiat pro causâ iuſtiſſimâ, & pro bono pacis, & publicâ vtilitate, quo in caſu poterit indulgentiam facere, ſicut de bonis priuatorum poteſt diſponere, & damna & iniurias abſque eorum conſenſu, vt docuerunt Bart. *in leg. quæcumque* 5. *ſupr. de fide & iure haſtæ, & in proœm. ff. num.* 5. Bald. *in lege reſcripta in fin. C. de precib. Imp. offer.* Alex. *conſ.* 215. *lib.* 2. Fulgoſ. *conſ.* 143. Roman. *conſil.* 310. Ruinus *conſil.* 60. *n.* 6. Crauett. *de antiq. temp.* 1. *p. princ. num.* 51. Menoch. *de recup. poſſeſſ. rem.* 10. *n.* 111. *verſ. declaratur primo.* Suarez *alleg.* 10. *num.* 1. Menchac. *controuerſ. illuſt. cap.* 4. *num.* 11. Valenzuel. *in dicta lege quæcumque numer.* 31. & ita quamvis *in lege* 1. *tit.* 25. *lib.* 8. *Rec.* diſponatur, non aliter valere veniam delicti, & pœnarum remiſſiones à Principe factas, quàm ſi remittat pars offenſa, adhuc in ſupradicto caſu, etſi non remittat valebit venia, ſiquidem reluctante, & inuitâ parte offenſa, id ex communi vtilitate & ratione graui poterit Princeps facere. *lege qui poteſt inuitis. Digeſt. de reg. iur.* quod ita intelligo, ſi Princeps expreſsè id declaret, ſecùs verò ſi dubia ſit voluntas eius, quia in dubio nunquam præſumitur velle præiudicare tertio. Iuxta ea quæ notauimus *ſuprà numero* 87. *& lib.* 1. *obſeruat. cap.* 1. *ex num.* 51.
89 *Vltimò* pro coronide adiiciendam duxi doctrinam Bar. *in dicta leg. res quæ §. res autem. Digeſt. de iure fiſc.* qui ait quòd vbi fiſcus occupat bona delinquentis per executorem, & apparent creditores, qui prælationem contra fiſcum prætendant, tunc debebit fiſcus eis ſoluere debita ſua ſummariè ſine ſtrepitu & figura iudicij, non ſpectata ſententia. Pro qua traditione videtur eſſe *lex ſi quis poſthac* 9. *Codic. de bon. proſcript.* ibi, *ſtatim*, quæ vox denotat ſummariam cognitionem, præſertim ſi adiicias vocem illam *mox*, quæ celerem vindicationem ſine dilatione ſignificat, vt aduertunt de his dictionibus relati à Barbos. *de diction. verb. ſtatim. num.* 5. *& verbo mox.* notat in ſpecie Valenzuel. *hîc num.* 18. & Fuluius *num.* 83. & quamvis ab hac ſententia diſceſſerit Rom. *in lege* 1. *§.* 1. *Digeſt. de verb. oblig. numer.* 15. adhuc dicemus Bar. ſententiam rectè probari *in dicta lege ſi quis poſthac.* nam *ibi*, agitur de fiſco occupante res vxoris propter confiſcationem bonorum mariti, quo in caſu vxor debebit ſtatim res ſuas recipere, & veluti manu iniecta vindicare. Cùm ergo vindicationem concedat lex, protinus res ſuas recuperabit, quod tamen procedere exiſtimo, quando euidenter oſtendatur de iure proprio, & probet res ſuas eſſe, vel ſibi debitas. At ſi petitio creditorum delinquentis confiſcati requirat altiorem indaginem, & examen ordinarij iudicij, tunc ſanè ceſſabit deciſio *dict. legis ſi quis poſthac.* & obſeruabitur iudicium ordinarium. *lege vnic. infra de conductor. & procur.* ſiquidem in re dubia & controuerſa non ex eo quòd creditores rem ſuam perſequantur, debet deterior eſſe cauſa fiſci. † Quapropter tunc ſummaria cognitio ſufficiet, quando notoriè conſtet de iure creditoris per 90
euidentiam facti, vel per inſtrumentum authenticum, vel aliam claram probationem, vel allegationes, aut confeſſiones, in quam rem conſidero quòd etſi agenti remedio recuperandæ poſſeſſionis, non obſtat exceptio dominij, etſi incontinenti illud probet, *cap.* 1. *de reſt. ſpol.* ſi tamen de tali exceptione conſtat notoriè, tunc ſtatim Iudex pronuntiat, vt docent Francus *in c. ad decimas, de reſt. ſpol in* 6. *num.* 11. quem ſequitur Gratian. *tom.* 4. *diſcep. c.* 740. *num.* 47. & Menoch. *de recuper. rem.* 1. *num.* 26. *cum ſeq.* ita & in noſtro caſu Iudex ſummariè cognoſcet, quando euidenter conſtat de debito & iure creditoris, non verò quando id nondum liquet: & ita ſunt componendi Bar. & Roman. cum noſtro Valenzuela *ſuprà*, quem tacitè tranſcribit Fuluius *dict. num.* 83.

Tenebitur tamen fiſcus creditoribus omnibus rem 91
ſuam & debita perſequentibus ſatisfacere, vt reliquum ſibi retineat: nam ad fiſcum nulla bona poſſunt pertinere, niſi ea quæ ſuperſunt deducto ære alieno. *lege non poſſunt* 11. *lege in ſumma* 17. *lege res quæ* 21. *§. primo Digeſt. de iure fiſc.* quod erit vel ſoluendo de propriâ pecunia ipſius fiſci, vel aſſignando bona delinquentis, vel dando propria bona fiſci, vt docet Mandell. *conſil.* 531. *numer.* 54. quem ſequitur Fuluius *hîc numer.* 110. *& ſequent.* vbi latè *ſequentib. numeris* id explicat, ampliat, & limitat quem videre poteris, quia multa diligenter ad hunc tractatum ſpectantia congeſſit, quæ ego tranſcribere ex meo more nolui, niſi tantum tetigero illam controuerſiam Afflicti & Gigantis decertantium; nam ille volebat fiſcum præferre omnibus creditoribus delinquentis in expenſis factis pro eo capiendo, alter negabat, de qua vide Peregrin. *de iur. fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 193. & cum Gigante tene minimè eſſe fiſcum præferendum, vt reſoluit Bajard. ad Clar. *q.* 68. *n.* 169. † Conſulendi quoque 92
erunt Azeued. *in lege* 3. *tit.* 10. *lib.* 4. *Recop. n.* 60. *&* 61. poſt Paz *in prax. tom.* 1. 5. *p. cap.* 4. qui tractant, an deciſio noſtra habeat locum in his pœnis, quæ apud nos dicuntur *del deſprez y omecillo.*

## TIT. IX.

### *De ſententiis aduersùs fiſcum latis retractandis.*

LEX VNICA.

*Imper.* ANTONIVS A. *Acutiano.*

Cauſas, in quibus contra fiſcum iudicatum eſt, intra triennium retractari poſſe, & poſt id tempus, ſi præuaricatio arguatur, vel manifeſta fraus probetur, notum eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia omnem finem imponit controuerſiæ, & ita à Iudice denuò immutari non poteſt, & n.* 2.

3 *Si contra fiſcum iudicatum eſt, intra triennium poteſt retractari ſententia.*

4 *Quomodo ſupradicta traditio ſit accipienda?* & n.12.

5 *Aduocati fiſci præſentia neceſſaria eſt quando fertur ſententia, & plura de Aduocato fiſcali,* & n.6.

7 *An promoter fiſcalis creatus à Iudice ſuppleat vicem regij fiſcalis, ita vt cum eo lis incœpta & peracta ſuſtineatur? Refertur caſus de facto in Granatenſi curia,* & n.9.

8 *Defectus citationis eſt inſanabilis, quia ſit citatio de iure diuino, & naturali.*

10 *Induſtria fiſcalis electa eſt à Principe, & ſic non ſuppletur ab alio eius abſentia, etiam ſi adſit fiſci Aduocati officialis,* & n.11.

13 *An retractanda ſit ſententia contra Eccleſiam, vel minorem lata, ex defectu Aduocati?*

14 *Sententia contra fiſcum lata retractatur ſi omiſſum ſit inſtrumentum, vel de nouo ſit repertum, & quid de iure regio,* & n.15. *& an habeat locum in republica & Eccleſia?* n.16. *& etiam in priuato,* n.17.

18 *Quomodo intelligendum ſit hoc priuilegium fiſcale de retractatione ſententiæ, & in quo differat à iure reſtitutionis quæ ad eundem effectum conceditur priuato?*

19 *Quis ſit effectus eius differentiæ retractare ſententiam per actionem, vel per reſtitutionem?*

20 *Adducitur lex nona Philippi III. quâ prohibetur in integrum reſtitutio contra ſententias reuiſionis, aut aliud quodcunque remedium, & tractatur an eâ l. ſublatum ſit priuilegium noſtri tituli? &* n.37.

21 *Otioſa redditur diſputatio Bar. & aliorum, an reſtitutio in integrum, de qua hîc ſit intelligenda ſecundùm tempora Antonini, vel Iuſtiniani,* in l.fin.C. de tempor. in integr. reſt.

22 *Sententia lata contra fiſcum eſt nulla, cùm de fraude, vel præuaricatione iudicis, aut Aduocati fiſcalis conſtat: & quid de arbitro, diſcutitur* n.23.

24 *Interpretatur remiſſiuè* l. ita demum 31. §. ſed ſi quidem de recept. arbitr.

25 *An Iudex corruptus poſſit cognoſcere de ea nullitate, quæ ob id infirmat ſententiam?*

26 *Si ſententia feratur teſtibus pecuniâ corruptis, vel per falſa inſtrumenta, valet, etſi veniat poſtea reſcindenda.*

27 *An fiſcus in criminalibus poſſit vti remedio huius legis, & retractare ſententias?*

28 *Latè fundatur competere fiſco ius retractandi ſententiam in criminalibus, & competere in eis reſtitutionem ad interpretationem* l. 1. §. qua l. D. ad l. Iul. de ambitu, *& n.29. & n.36. &* 37.

30 *Illuſtratur* lex auxilium 37. D. de minor. *& n.31.*

32 *Expenditur & explicatur* l. Diui fratres 27. ff. de pœnis. *& agitur de reſtitutione à Principibus Decurionibus conceſſa,* & num. 23.

34 *Declaratur* l. 1. §. fi. ff. de quæſtionib.

35 *Iure regio partit. conceditur reſtitutio à Iudice, neque eſt neceſſaria conceſſio Principis in criminalibus.*

38 *An fiſcus gaudeat in alijs cauſis priuilegio minoris; vt poſſit in integrum reſtitui? remiſſiuè.*

1 SENTENTIA diffinitiua lata, cùm ex ſua natura omnem controuerſiæ finem imponat, *leg. 1. Digeſt. de re iudic.* quia, vt ait Caſſiodor. *lib. 1. ep. 5* ibi, *In immenſum trahi non decet finita litigia, quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententijs adquieſcitur.* Poſtquam Iudex ſententiam dixit, amplius eam reuocandi non habet facultatem. *l. quod iuſſit 14. in fin. leg. Paullus 42. l. acta 45. §. 1. l. iudex 55. l. cùm quærebatur 62. ff. de re iudic. l. 1. C. ſententiam reſcind. l. moris 19. §. ſed enim. l. Diui. 27. ff. de pœnis. leg. 1. §. fin. Digeſt. de quæſtion. l. 3. C. comminationes, epiſtol. l. 4. C. de except. l. 19. tit. 22. p. 1.* exornant Hippolyt. *ſing. 338.* Caſſan. *in conſuet. Burg. rub. 1. §. 5. n. 124.* Couar. *in 4. §. vlt. n. 15.* Gomez *3. var. c. 13. n. 36.* Donell. *lib. 22. c. 5.* vbi Oſvval. *lit. B. & lib. 27. com. c. 1.* De Amaya in tres libb. poſt. Cod. *Tom. I.* Oſvval. D. Valenzuela, Velazquez *conſ. 40. ex n. 4. & conſ. 72. n. 31.* Paz *de tenuta c. 14.* Langlæus *lib. 5. ſemeſt. c. 2.* Scaccia *de re iudic. gl. 14. q. 2. n. 7.* Otero *de paſcuis c. 12. n. 11.* Coſta *de ſcientia facti, cent. 1. diſt. 94.* Mena *ad Gam. deciſ. 10. n. 6.* & D. Ioan. de Eſcobar. *de puritate 2. p. q. 4. art. 1. ex n. 1.* † Quia quia ſemel ſententiam 2
dixit, ampliùs Iudex non manet, atque ita mutare non poterit cùm iam à Iudice non mutetur, ſed à priuato, cui impunè non parebitur. *l. fin. ff. de iuriſdictio. l. 3. Cod. eod.* Quò reſpexit Senec. *lib. 7. controuerſ. c. fin.* ibi, *Iudex quam tulit de reo tabellam, reuocare non poteſt* & Apule. *lib. 1. florid.* ibi, *Proconſulis tabella ſententia eſt, quæ ſemel lecta neque augeri littera vna, neque minui poteſt.* explicant relati ab Oſvval. *dict. lib. 27. Donell c. 1. lit. H.* & conferunt Menoch. *de arbitr. q. 67.* Matienz. *in leg. 9. tit. 4. gl. 4. n. 1.* Gratian. *reg. 421.*

Hoc tamen in cauſis fiſci hac lege locum non ha- 3
bet, nam ſi contra fiſcum iudicatum eſt, intra trienium poteſt retractari ſententia ex cauſa, poſt trienium verò, ſi præuaricatio, vel manifeſta fraus arguatur. *l. Imperatores 35. ff. de re indicata. l. 4. Cod. eod. l. ſub prætextu 19. Cod. de tranſact.* vbi prætextu nouorum inſtrumentorum res iudicata retractari prohibeatur, niſi in negotio publico, ſeu fiſci. Idem probatur *in dicta l. 19. partita.* notant in dictis iuribus Interpretes, præcipuè Alex. & Iaſ. *in dicta l. Imperatores.* Riminal. Curtius & Alciat. *in d. l. ſub prætextu.* vbi etiam Meneſes. Idem etiam & in iureiurando deciſum firmat Caius *in l. admonendi 31. ff. de iureiur. l. 1. C. de reb. cred.* † Sed 4
res hac diſtinctione procedet, nam ſi ſententia lata contra fiſcum ritè & rectè lata eſt, quia legitimè fuit defenſus, & perſonæ legitimæ interuenerunt, & omnia ſolemniter peracta ſunt, valet ſententia, ita vt non poſſit retractari, niſi per appellationem. *l. illud 9. ff. de appel.* quia in hoc caſu nullum maius ius habet, quàm priuatus, vt ſentit Accurſ. *hîc,* & Platea *ante num. 1.* Si verò non interueniant perſonæ neceſſariæ ad defenſionem cauſæ, tunc ſententia eſt ipſo iure nulla, nec erit appellatio ad id neceſſaria, Platea *vbi proximè.*
† Quare ſi fiſci Aduocatus in cauſa abſens ſit, & fera- 5
tur ſententia contra fiſcum, cauſa ex integro cognoſci oportet, vt docemur *in l. 3. §. Diuus 9. l. ſi fiſcus 7. ff. de iure fiſc. l. fin. Cod. de Aduocat. fiſci l. omnes 5. infr. de delatorib. l. fin. C. ſi aduerſ. fiſc.* congerunt plura poſt Acc. & antiquiores Garcia *de nobilit. gl. 3. n. 12. & ſeq.* Peregr. *de iure fiſc. lib. 7. tit. 2. n. 2. & tit. 4. n. 2.* Maſtrill. *3. tom. deciſ. 213. & ſeq. n. 21.* Alfar. *de offic. fiſc. gloſſ. 16. n. 210. & gloſſ. 18. n. 15.* Cuiac. *in d. leg. 3. §. Diuus Hadrianus de*
*de iure fiſc.* † Tanta eſt patroni fiſcalis auctoritas, & 6
tantum quod de eius auctoritate & præſentia leges ſperant, vt minimè videatur defenſus fiſcus, ſi ille abfuerit, vel non adſiſtat tali cauſæ, iuxta ea quæ notabimus *in dicta leg. fin. de Decurion.* Præterquam quòd Aduocatus fiſci pars cenſetur Iudicis fiſcalis, & ita ſententia videtur quaſi à non toto Iudice lata, ſicut dicitur de Aſſeſſore eſſe portionem Iudicis. *leg. omnes. Cod. Theod. de ijs qui adminiſtrat.* ita vt vbi moris eſt, cum Aſſeſſore debere Iudicem pronuntiare, nulla erit ſententia ſi non adhibeatur, vt obſeruauit Cuiac. *in d.*
*§. Diuus.* † Quod ego ampliandum cenſeo, etſi talis 7
cauſa agitata fuerit cum promotore fiſcali creato nempe à Iudice ordinario, qui tamen in Curia litem defendat, vt de facto agitatum eſt in Granatenſi prætorio, cùm fiſci aduocatione fungerer. Nam cùm cuiuſdam bona venderentur ab executore Cameræ, qui promotorem creauerat, cùm ab eius ſententia regium tribunal adiretur, cum eodem promotore lis incœpta etiam peracta fuit, & fiſcus condemnatus,
non citato regio fiſcali. † Dicebam defectum citatio- 8
nis eſſe inſanabilem, quòd ſit iuris naturalis, & diuini citatio. *Clem. Paſtor. §. Cæterùm 8. de re iudic. c. 1. de cauſ. poſſeſſ. l. fin. Cod. ſi per vim, vel alio modo,* cum adductis

ab Oſvval. lib.23. Don. cap. 2. lit. A. & ideo quamuis
lex 4. tit. 17. lib. 4. Rec. & Regia Pragmatica Philippi
prohibeat allegationem nullitatis contra ſententiam
vltimam, quam vocant de reuiſta, attamen non prohi-
bent nullitatem allegari, quæ prouenit ex defectu na-
turali citationis, vt affirmat Auendañ. de ſecund. ſuppli-
cat. n.4. Azeued. in dicta l.4. Paz de tenut. 1. p. cap. 14.
num.8. Gutierr. lib. pract. q.96. num.6. & ratio eſt, quia
ſine citatione non poteſt dari litis conteſtatio, & abſ-
que ea iudicium eſt inualidum, vt ſcribunt DD. in c.1.
de lit. conteſt. Azeued. reſp.1. num.20. & Paz in lege 1.
ſtyl. num.26. Neque item reus poteſt venire inſtructus
ad agendum, & ſe defendendum, & ita non poteſt
condemnari qui eſt auditus. l. defenſionis, ſupr. de iure
fiſc. c.1. & c. cùm Eccleſia, de cauſ. poſſ. Azeued. in d.
l. 10. tit. 17. lib. 4. Rec. num. 118. Bobadill. lib. 2. c. 10.
9 num. 48. & 49. † Rurſus quòd etſi lis agitata fuerit
cum promotore fiſcali, adhuc tamen ob rationes ſuprà
conſiderata, quia abſentia fiſcalis regij non potuit
ſuppleri ex perſona promotoris, quia hic non ſupplet
abſentiam illius, cuius officium ita eſt perſonaliſſi-
mum, vt alius eius nomine nõ poſſit deſeruire, neque
ſubſtitui in Regia Cancellaria ſine Regis licentia, ſi
contingat abeſſe l.1. tit. 13. lib. 2. Rec. Imò & regia
ſchedula quæ habetur in regiis ordinationibus Can-
cellariæ Granatenſis, ſtatuitur, vt ſi moriantur fiſca-
les, non poſſit alius in eorum locum intrare, ſed ſta-
tim Regi denuntietur, vt de fiſci patrono prouideat.
10 † Ratio eſt, quia eius induſtria tantum eſt electa à
Principe. cap. fin. §. fin. de offic. & poteſt. Iudic. deleg.
leg. inter artifices 38. de ſolution. cum aliis quæ con-
gerit Menoch. lib. 2. præſum. 21. & in propoſito no-
tat Montaluo in Repertor. verb. Procurator fiſcalis. Di-
dac. Perez per text. ibi, in leg. 12. tit. 13. lib. 2. ordin.
quos ſequitur Alfaro ſupr. gloſſ. 28. num. 2. & nos
dicemus in l. nullus infr. de Decurion. Vnde cùm pro-
motor ille nõ potuerit ſupplere præſentiam perſona-
liſſimam fiſcalis res ita indicatur, ac ſi ſine parte le-
gitima lis peragererur, & conſequenter nullius mo-
menti debuit intelligi, quia idem eſt nulliter aliquid
fieri, vel minus legitimè. Afflict. deciſ. 366. Montea-
11 legre in prax. lib. 1. c. 12. n. 7. † Idque extendit Alfaro
ſupr. gloſſ 9 n. 27. vt ſit nulla ſententia, etiam ſi ſit præ-
ſens Officialis fiſcalis, qui dicitur el agente fiſcal. &
gloſſ. 34. n. 226. tractat an ſi præſens ſit fiſci patronus,
ſit quoque neceſſaria notificatio ſententiæ. Quod
credo verius, & ita ſolet practicari, vt fiſcali notifice-
tur, qui ſolet reſpondere vt acta ſibi addicantur, aliàs
12 terminus non currit. † Quod verò de nullitate ſen-
tentiæ diximus, ita accipiendum eſt, ſi ſententia quæ
lata eſt, magis in fiſci vtilitatem, quàm in damnum
vergit, nam tunc non retractabitur, vt ſoluit Accurſ.
in d. §. Diuus. & Platea hîc ante numer. 1. argum. leg. non
13 eo minus. Cod. de procur. † Hinc deducunt Aretin. in
leg. 4. Cod. de poſtulando. Decius in leg. 1. Cod. de repud.
bon. poſſ. & alij, quos ſequitur Valenzuel hîc num. 21.
ampliandam eſſe ſupradictam concluſionem, vt quod
de fiſco diximus, idem & in Eccleſia procedat, & in
minore, quibus ſi deficiat Aduocatus, ſententia erit
nulla ipſo iure, iuxta legem noſtram. Quia in Aduo-
cato conſiſtit magna pars defenſionis. l. Aduocati 14.
Cod. de Aduocat. diuerſ. indicior. Sed de ea doctrina ſæ-
piùs dubitaui, quoniam non eſt eadem cauſa in Aduo-
cato Eccleſiæ, vel minoris, quæ militat in Aduocato
fiſci, cùm hoc ſpecialiter admiſſum eſt, vt ſine eo ne-
queat ferri ſententia, & pro ſolemnitate requiritur
eius præſentia, quod ſecus eſt in priuato. l. 4. Cod. de
poſtulan. leg. 1. Cod. de repud. bon. poſ. nam acta ſine eo
rata ſunt. Donel. lib. 18. com. c. 4. & latè Garcia de no-
bilit. gloſſ. 3. tot. & maximè num. 12. Neque præſentia
Aduocati inducit omnimodam defenſionem, vt ex eo
defectu poſſit ſententiam retractari, quia Iudices ma-
gis attendunt cauſarum merita, quàm patrociniũ Ad-
uocati, & cuncta rimantur, & meditatione ſeria con-
ſiderant illud, in quo & honor proprius, & conſcien-
tia periclitatur, memoréſque ſunt illius dicti Impera-
torij in l. properandum 13. § ſin autẽ reus, verſ. cùm autem.
C. de iudiciis, ibi, Litigatoris abſẽtia Dei præſẽtia repleatur.
At Aduocati nihil attendunt præterquam ſuã cauſam
fouere, & fundamentis iuris ſtabilire, etſi ea falſa ſint.
Accedit, de fiſco ad Eccleſiam non rectè ſumi argu-
mentum, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt docuimus
in l. vnic. ſupr. de vend. rerum fiſcal. n. 70.

Rurſus ſententia feratur contra fiſcum, vel quia 14
inſtrumentum quod pro eo faciebat, omiſſum eſt, vel
quia de nouo nunc reperiatur, nunc vſque ad trien-
nium retractabitur ſententia in contrarium lata ex
noſtra lege. docent omnes in dicta leg. ſub prætextu 19.
leg. ſi de falſis 42. Cod. de tranſactio. l. 4. Cod. de re iudic.
dicta l. Imperatores 35. ff. eod. l. admonendi. D. de iureiur.
vbi Iaſon & alij. & tradit Bar. Platea num. 1. Valen-
zuel n. 22. hîc. Garcia de nobilit. gloſ. 6. §. 2. toto. maxi-
mè ex num. 5. Ceuall. com. contra comm. q. 542. & 650.
n. 8. tom. 3. Fachin. lib. 1. controu. c. 52. & lib. 9. c. 8. Od-
dus de reſtitut. 2. part. quæſt. 73. & ſequent. Alfar. de offic.
fiſc. gloſ. 16. n. 161. & gloſ. 34. num. 228. Cuiac. lib. 18.
obſeru. cap. 35. Peregrin. de iure fiſc. lib. 7. tit. 4. ex n. 1.
Farinac. quæſt. 101. à num. 35. & q. 11. num. 11. & ſeq.
Morla in emp. tit. 11. quæſt. 6. Paz de tenuta c. 14. n. 20.
& ſeq. & capit. 32. à num. 34. Aluar. Valaſ. conſul. 52.
num. 13. Trentacinq. lib. 2. var. tit. de ſententiis reſol. 3.
Maſtrill. deciſ. 97. num. fin. Gilchen. in l. ſi falſis. Cod.
de tranſact. Schrader. in l. admonendi à num. 80. de iure-
iur. Donell. lib. 23. com. cap. 7. & ibi Oſvval. Scaccia
de re iudic. gloſ. 14. quæſt. 32. Eſcobar. ſup. d. 2. p. q. 4.
a. 4. §. 1. ex n. 1. † Idque clariùs probatur in l. 19. tit. 22. 15
part. 3. vbi dum prohibet retractationem ſententiæ,
quæ lata eſt contra priuatum, etiamſi poſtea demon-
ſtraſſet inſtrumentum de nouo repertum, quod ſi in
iudicio adduceretur tale erat, vt non aliter Iudex iudi-
caret, iuxta ſuprà adducta iura ſubiicit exceptionem.
Fueras ende ſi el iudicio fuiſſe dado contra ſuper ſoneros o
empleytos que per pertineciesſen a ſu Camara. Caeſtonce ſi
fuoſſen falladas tales pruebas bien pueden vſar dellas para-
des facer el inicio que fueſſe dado contra el. vbi verba
illa tales pruebas, non ſignificant neceſſe eſſe in-
ſtrumenta eſſe de nouo reperta, ſed talia eſſe de-
bere, quæ ſufficiant ad victoriam cauſæ, argum. dictæ
legis admonendi, de iureiur. verſ. ſolis. † Hoc inconcuſ- 16
ſum eſt in fiſco ex noſtra lege, quam etiam extendunt
ad Rempublicam, Eccleſiam, pupillum, minorem, &
alias cauſas pias & fauorabiles, ex lege fin. Cod. de ſacr.
Eccleſ. Auth. de non alien. reb. Eccleſ. §. finimus. Accur.
hîc gloſ. 1. in fin. Bar. num. 7. Plat. num. 1. Iaſon & alij
in dicta leg. Imperatores. Socin. in cap. ſuborta, de re iudic.
quia in priuilegiis valet argumentum de fiſco ad Ec-
cleſiam, vt plenâ manu congeſſit Oſvval. ad Donell.
lib. 21. c. 7. lit. H. idem Donell. in d. l. ſub prætextu n. 4.
Morl. in emp. tit. 5. in præmiſ. num. 9. Fachin. lib. 1. con-
trouerſ. c. 53. Garcia d. gloſ. 6. §. 2. n. 9. Gregor. in d. l. 19.
verbo contra el Rey. Alfaro ſupr. gloſ. 16. num. 191. Ant.
Fab. de error. prag. decad. 19. error. 5. toto, & & maxi-
mè num. 11. & alij iam relati ſuprà. Qui omnes do-
cent quòd quemadmodum fiſco competit in inte-
grũm reſtitutio ad retractandam ſententiam, ita & Ec-
cleſiæ & pupillo. † Sed cùm etiam priuato hoc ius 17
concedant, vt prætextu inſtrumenti nouiter reperti
poſſit quoque implorare in integrum reſtitutionem,
ex clauſula, ſi qua mihi, de qua in leg. 1. ff. ex quibus cauſ.
maior. arg. l. cùm miles 30. §. fin. D. illo tit. l. 1. C. eod. l. dolus
10. Cod. de reſcin. ven. l. Diuus 33. D. de re iudic. l. 1. & tot.
C. ſi ex falſis inſt. l. ſi Prætor 75. verſ. Marcell. D. de iudiciis.
Neſcio quomodo cum fiſco æquiparentur ſpeciali pri-
uilegio Eccleſia & Reſpublica; præſertim cùm difficile
videa

videatur priuilegium eſſe particulare fiſci duntaxat, & non priuati, cui iura tale denegarunt. Quod DD. ſupradictæ ſententiæ non aperiunt, ſed imò fiſco eamdem reſtitutionem in integrum concedunt, ad retractandam ſententiam, quam etiam concedunt priuato, vt docent Accur. *hîc gloſ. magna, verſ. aut omiſſum eſt.* & Platea *num.* 1. Bald. *in dicta leg. ſub prætextu num.* 3. Greg. *in d.l.*19. *partitæ, ver. en aquel tiempo.* Ceuall. *d. q.*838. *num. octauo & quæſt.*840. *num.* 1. *& ſeq.* Florez *lib.* 1. *var. quæſt.* 5. *num.*61. *& ſequent.* Quinetiam & Alfar. *ſupr. gloſ.*34. *n.*128. cenſet nullum in hoc eſſe fiſci priuilegium, cùm in quolibet priuato, vt ait inueniatur.

18 Quapropter in hac difficili inſpectione dicendum exiſtimo cum Guillelmo de Cuneo, quem ſequitur Iaſon *in d.l. admonendi num.* 10. *de iureiuran. verſ. nunc neceſſarium eſt,* & obſeruat quoque Bald. *in d.l.*4. *Cod. de iudic. num.* 3. & Platea *in præſenti num.* 1. *verſ. ſed in hoc eſt.* Boſſius *in praxi tit. ſi aduersùs rem iudicatam,* & Farinac. *quæſt.*101. *num.*35. fiſcum ſpeciali priuilegio noſtræ legis admitti ipſo iure ad retractationem ſententiæ intra triennium, neque eſſe neceſſariam reſtitutionem (de quâ nullum eſt verbum in præſenti) quæ cùm ſit remedium extraordinarium, ceſſare debet, quando remedium ordinarium adeſt. *argum. l. in cauſæ* 16. *ff. de minor.* Nam eo ipſo quòd allegetur & probetur contrà, ſententiam fuiſſe latam ſine præſentiâ regij fiſcalis, vt *ſuprà* diximus, vel quia non fuerunt producta inſtrumenta, vel fuerunt omiſſa, aut interuenerit corruptio teſtium, aut Iudicum, vel dolus, aut præuaricatio, fraus, aut falſum inſtrumentum, vel alia legitima cauſa, tunc ſententia retractabitur ſine in integrum reſtitutione, ſed merâ actione, vt expreſsè probatur ex iis, quæ conſiderauimus ad interpretationem *l.*4. *ſupr. de iure haſtæ fiſcal. & l. Lucius* 21. *§. fin. D. ad municip. in l.* 1. *ſupr. de iure haſtæ fiſcal. ex n.*59. At ſi priuatus ſit qui ſententiam retractare intendit, ſi fuerit minor, in integrum reſtitutionem implorare tenetur, ex traditis à Morla *tit.* 5. *quæſt.* 3. & ad eius exemplum Reſpublica & Eccleſia, iuxta doctrinam adductam; ſi verò ſit maior, ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa.* & ita ſi probent inſtrumenta eſſe de nouo reperta, vel falſas fuiſſe probationes, poterunt ex reſtitutione impetratâ ſententiam retractare. *d.l. admonendi* 31. *de iureiur.* (de cuius intellectu vide Donell. *lib.*24. *com. c.*9. & *ibi* Oſvval. *cap.* 17. *lit. A. & ſeq.*) *dicta l.* 1. *& tot. Cod. ſi ex falſ. inſtrum. l. ſi Prætor.* 75. *§. Marcellus D. de iudicijs,* quam (etſi calumnietur magis quàm explicet Ant. Faber, ſuo more contendens eum verſum eſſe Triboniani, rectè ei ſatisfacit Oſvval. *d.c.*17. *lit. G.*) explicant ita relati à Farinac. *dict. q.*111. *n.*11. Eſcobar. *ſup. d. q.*4. *a.*4. *§.* 1. *n.*78. *& ſeq.* & à nobis *ſuprà.*

19 Neque exiſtimet quiſpiam parui momenti eſſe hoc priuilegium fiſcale quoniam cùm per ſimplicem actionem, ſeu querelam contra ſententiam agat fiſcus, ſtatim de ea retractione agitur, quod non ita in aliis procedit: nam prius reſtitutio impetranda erit, & de æquitate conſtare debet, quàm ad negotium principale perueniatur. Adeundus ergo erit Iudex, & allegabitur de inſtrumentis repertis, & probabitur ad ſuam notitiam non perueniſſe vſque adhuc, nec per eum ſtetiſſe, probabitúrque læſio & æquitas, quibus in integrum reſtitutio poſtulabitur ad retractandam ſententiam, vt in ſpecie *leg. Diuus* 33. *D. de re iudicat. coniuncta l.* 1. *ff. ex quibus cauſ. maior.* At fiſcus mero iure ad retractationem admittitur, ex ſola nuda allegatione, quod etiam docuit Valenzuel. *hîc n.*13. *&* 14. & videtur comprobare *d. leg.*4. *Cod. de re iudicat. & d.l. Imperatores,* quæ loquuntur de iure ordinario priuatorum, vt minimè res iudicatæ iterum reſtaurentur, niſi in negotio publico, ſeu fiſcali; non tamen excludunt æquitatem illam, quæ verſatur in introducenda reſtitutione, & ita loquitur *d.l. Imperatores,* vtens verbis, *minimè oporteat.* & *d.l.*4. *exemplo graue eſt,* quæ non omnino excludunt æquitatem reſtitutionis; nam videtur æquum vt ſi apocha ſolutionis poſt ſententiam inueniatur, eâ repertâ & cognitâ veritate retractetur, ſi probet condemnatus ſe nullam habuiſſe notitiam talis inſtrumenti, ſiue ſit non apocha, ſed teſtamentum, aut ſint teſtes, in qua re nullam inuenio differentiam cum Garcia *ſupr. n.*10. ſiue aliud quodcumque remedium, quo reperto ſententia non ita ferretur.

Hodie verò ex Pragmatica Philippi III. edita Valliſoleti 22. die Iunij anni 1615. contra ſententias reuiſionis Magni Conſilij, aut Cancellariarum, non poteſt opponi vllum remedium neque nullitatis, neque in integrum reſtitutionis, vt conſtat *ibi. Declaramos que en la diſpoſicion de la dicha ley.* (que es la *l.*4. *tit.*17. *lib.*4. *Recopilat.*) *quedo comprehendido y quitado el derecho de la reſtitucion* in integrum *aſſi la que compete a los menores y vniuerſidades y demas perſonas priuilegiadas como las que por iuſtas cauſas concede el derecho a los mayores aunque ambas concurran en vna miſma perſona, y mandamos que no ſe puedan intentar contra las tales ſentencias ninguna de las dichas reſtituciones, ni por la via y remedio dellas tornarſe à mouer ſuſcitar ni tratar los pleytos que por las ſentencias quedaren acabados.* Quæ diſpoſitio locum habet in omnibus illis, qui ad retractandam ſententiam nullum aliud remedium habent, niſi in integrum reſtitutionis, vt obſeruat Torreblanc. *de iure ſpiritual. lib.*15. *c.*12. *toto.* At non videtur ſublatum remedium ordinarium ſimplicis querelæ, vel actionis, de quo *in præſenti.* Nam etſi *d.l.*4. *tit.*17. *lib.*4. *Rec.* nullitatem allegari prohibeat etiam in perſona quamuis priuilegiati, & etiam in d. Pragmatica tollatur in integrum reſtitutio, non tamen ſublatum eſt remedium ordinarium actionis competentis fiſco ex noſtro iure, cum ſimilibus, quod mero iure competit, vt in alio caſu docet Torreblan. *d.c.*12. *n.*92. Atque ita illud admitterem in ſolo fiſco, ex *dicta l.*19. *partitæ,* etiam ſtante dicta Pragmatica, quæ tantùm in integrum reſtitutionem ſuſtulit, quod non habebit locum in Eccleſia, minore, Republica, & aliis priuilegiatis, quia cùm per reſtitutionem admittantur, tale priuilegium iam eſt ſublatum. Ita etiam procedit praxis hodierna, cùm ſucceſſor in maioratu aduersùs ſententiam reuiſionis latam contra anteceſſorem allegat non fuiſſe plenè defenſum, ex regula *l. ſi perluſorio* 14. *l. ſi ſeruus plurium* 53. *§.* 1. *de leg.* 1. cum vulgatis, & adductis à Molina *lib.*4. *de primog. cap.*8. *n.*7. *& ſequent.* vbi eius Additio *n.*7. Caſtill. 6. *tom. cap.*157. *num.*17. tunc enim non per viam reſtitutionis, aut nullitatis ſubintrat, ſed dicens ſententiam reuiſionis ſibi non nocere, neque præiudicare, & ſic quotidie videmus hoc colore plures ſententias reſcindi, etiam ſtante d. lege de Valladolid anni 1615 quæ non reſcinderentur prætextu reſtitutionis, vel nullitatis, *arg. l. ſi Prætor* 75. *in fin. ff. de iudicijs,* cum adductis à Bart. *in l. ſi fin. D. rem. ratam, n.* 1. & Surdo *conſil.*268. *n.*15. & dictas leges regias in multis caſibus non procedere, egregiè docet Torreblanc. *d. lib.*15. *de iure ſpirit. c.*12. & etiam quælibet reſtitutio ſublata eſt ſupradicta lege quod non aduertit Torreblanc. *d.c.*12. *n.*109. *& ſeq.* 20

21 Vnde infero quoad fiſcum non eſſe neceſſariam diſputationem Bartol. *hîc numero* 3. & *in dicta lege. Imperatores.* Curtij *in dicto lege admonendi, numero* 9. & aliorum, quorum meminit Valenzuel. *hîc numero* 29. qui exiſtimant reſtitutionem hanc, quæ, vt ipſi exiſtimant, competit fiſco, eſſe intelligendam ſecundùm tempora huius legis, quam condidit Antoninus: at verò attento iure nouo, de quo *in leg. fin. Cod. de tempor. in integr. reſtit.* competere fiſco quadriennium, quod etſi ex alio capite conetur

reiicere Bal. Caſtrenſ. & Salicet. *in d.leg.4. Cod. de re iud.* quod *dict.leg.fin.* concedat reſtitutionem in caſu, in quo olim dabatur annus vtilis, & conſequenter in reſtitutione quæ conceditur ex edictis, non autem in ea, quæ prouenit ex conſtitutionibus, qualis eſt hæc noſtra, atque ideò diſſimiles eſſe terminos vnius iuris & alterius. Ergo exiſtimo otioſam eſſe hanc diſputationem, cùm de in integrum reſtitutione fiſci hîc non agatur, vt dictum eſt, ſed de mero priuilegio fiſco competenti, & ſic hodie durabit iuxta *ſuperiùs* animaduerſa; quæ fuit ſententia Bald. *hîc num.6.* Plateæ & Alex *ad Bar. hîc.* Caſtren. *dict. l.4.* & probatur *in d. l.19. partita.* ibi, *Para des facer el inicio que fuedado contra el faſta tres annos des de el dia que fuedada la ſentencia.* vbi Gregorius etiam notauit, licèt ij Auctores in contrariâ ſemper perſiſtant ſententiâ, vt fiſcus admittatur per reſtitutionem.

22 Quod verò diximus de inſtrumentis de nouo repertis, & de abſentiâ Aduocati fiſcalis, intelligendum eſt vbi non interuenerit fraus, vel præuaricatio, quia eo in caſu dabitur ad reſcindendam ſententiam quadriennium, vt hîc docemur, cum diſtinctione tamen ab Accurſio traditâ *in præſenti.* nam ſi interuenerit corruptio Iudicis, aut Aduocati fiſcalis, qui cùm à cæteris Aduocatis differat, & pars cenſeatur Iudicis, eodem iure eſt cenſendus, vt notauimus *ſuprà, & in l. fin. infr. de Decurion.* & agnoſcit quoque Acc. tunc ſententia erit ipſo iure nulla contra fiſcum lata *leg. venales 7. Cod. quando prouocare non eſt neceſ.* iunctis quæ poſt antiquos adducit Parlador. *lib.2. quotid. cap. fin.1. part. §.1. numer.16.* Cened. *collect.28. ad Decretum.* Menoch. *de arbitrar. caſ.342. & ſeq.* omnino videndus Farinac. *quæſt.111. num.197. & ſeq.* & relati ab Oſvval. *lib.27. Donell.cap.7. lit. B.& lib.28. cap.2. lit. A.* & in ſpecie docuit Bar. *hîc n.5.* Platea & Valen-
23 zuel. *num.32.* † Quod an & in arbitro admittendum ſit, variè diſputatum eſt à DD. vt videmus apud Accur. *in l.ita demum 31.verb. exceptio. ff.de recept. arbitr.* Interpretes *in dicta leg. venales.* vbi Bal. *num.4.* Socin. *reg.356.fallen.1.n.1.* Menoch. *d.caſ.343.n.7.* Donell. *lib.28. com.cap.10.* Farinac. *d.q.111. num.203.* qui aſſerunt valere ſententiam arbitri, etiam pecuniâ corrupti, licèt aduersùs corrumpentem competat exceptio doli. Sed verius credo non valere ſententiam, cùm arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum. *l.1.ff.de recept. arb. l.4.tit.21. lib 4. Recop.* vbi eamdem habet executionem ſententia arbitri, quam haberet ſi lata eſſet à Iudice. Si ergo parificantur, & iudicialis ſententia eſt
24 nulla, eodem modo & data ab arbitro. † Neque obſtat *l.ita demum 31. verſ. ſed ſi quidem. D. de recept. arbitr.* cui reſpondet Valenzuel. *hîc num. 32. verſ. mouemur.* poſt Acc. *ibi,* & Ioan. de Imola *in l. Diuus num.17.ff. de re iud.* qui videantur ad interpretationem *dictæ l.4. Rec.* cum relatis à Farinac. *d. q.111. num.203. & ſeq.*
25 † Sententia verò à Iudice corrupto lata, cùm ſit nulla ipſo iure, de hac nullitate propriæ ſententiæ, idem Iudex nequit cognoſcere, licèt Iudex ordinarius aliàs de nullitate ſuæ ſententię cognoſcat, vt obſeruarunt DD. per tex. *ibi, in l. abſentem. Cod. de accuſat.* Bar. *in l.ſi vt proponis la 2. C.quomodo & quando Iudex. num.3.* Vantius *de nullit. tit. coram quo nullitas proponi poſſ. num.11.* Menoch. *de arbitrar. quæſt.67. num.13.* Valenzuel. *hîc*
26 *num. 33. in fin.* † Sed quando teſtes pecuniâ fuerint corrupti, vel ſententia lata per falſa inſtrumenta erit valida mero iure, ſed per in integrum reſtitutionem reſcinditur. *l. Diuus 33. D. de re iudicat* cuius auctoritate ita tenent ad eius legis explicationem & exornationem poſt DD. *ibi* Iaſon. *in leg. admonendi. de iureiur. num.10.* Alciat. *in dict. l.ſi ex falſis. C. de tranſact.* vbi etiam Bar. Bal. Alex. *num.7.* Iaſon. *num.6.* Panormit. *num.25.* Decius *n.21.* poſt gloſ. *in c. licet cauſam, de probatio.* Giphan. *in l.ſi quis maior 41. in fin. C. de tranſact* Donell. *lib.27. comm.cap.7.* vbi adducti ab Oſvval. *lit.C.& ſeq.* Paz *de tenut. d. cap.14. num.7.* Quod ita procedere exiſtimo, etſi priuatus ſit, qui petit reſtitutionem ex iuſta cauſa, vt docuit Accur. *hic,* quem ſequitur Bar. *n.6. in præſenti* fiſcus verò aget mero iure, vt diximus.

Sed quæſtio eſt à ſupradictis non diſſimilis, an fi- 27
ſcus in criminalibus poſſit vti remedio legis noſtræ aduersùs ſententiam quæ reum abſoluit, vel in minorem condemnauit pœnam, quàm delictum expoſtulabat? Quæſtionem hanc pertractarunt Peregrin. *de iure fiſc. lib.7. tit.4. num.1.* Garcia *de nobilit. gloſ.3. §.1. num.18.* Gaſpar. Theſaur. *lib.1.q.forenſ. quæſt.59. tota,* Fachin. *lib 9. controu. cap 81.* Farinac. *d. q.101. n.35.* Riccius *in Curia Archiep. deciſ.2. part. deciſ.81. num.2.* Alfar. *de offic fiſcal.gloſ.17. num.45.* Qui in criminalibus fiſco denegant reſtitutionem in integrum contra ſententiam latam (loquuntur iuxta doctrinam communem, quæ non mero iure, ſed per reſtitutionem priuilegium hoc fiſco competere exiſtimat.) mouentur ex *l.auxilium 37.ff. de minor.* vbi denegatur
reſtitutio ad pœnam perſequendam. † In contrarium 28
inclinat lex noſtra, quæ generaliter omnes cauſas comprehendit, neque inter criminales & ciuiles differentiam conſtituit aliquam. Cui fundamento non ſatisfacit Fachinæus, dicens noſtram legem agere generaliter de ſententiis contra fiſcum latis retractandis; quæſtionem verò eſſe de ſententiis latis in pœnalibus, in quibus cùm minores non habeant reſtitutionem, multo minus fiſcus; quod non eſt tollere difficultatem. Nam maius priuilegium habet quoad retractationem ſententiarum fiſcus in præſenti, quàm minor, vt iam probauimus *n.13 & 16.* & ita quoad hanc partem ita differunt, vt nequeat de vno ad alium valere argumentum, & verbum *cauſas,* quo vſus eſt Imperator *hic,* non minus comprehendit ciuiles, quàm criminales, vt agnouit Theſaur. *dicta q.59. n.4.* qui diſtinguit inter delicta atrociora, & alia minora, vt in his non poſſit fiſcus, in aliis verò poſſit reſtitui: quæ diſtinctio nullo iure probatur, neque ratione. Alfarus omnino negat reſtitutionem in criminalibus, ſed quo
fundamento non video. † Nam in pœnalibus datur 29
in integrum reſtitutio, vt probatur *in l.1.verſ.qua lege, ff.de leg. Iul.ambit.* vbi ſi aliquis de ambitu damnatus alium conuicerit, in integrum reſtituitur, quæ lex etſi, vt Cuiac. & Ant. Fab. *in dicta l. auxilium,* exiſtimant, quos ſequitur Oſvval. *ad Donell.lib.21.c.12.lit.I.* non loquatur de reſtitutione prætoriâ, ſed de legali, quia lex pro præmio aufert infamiam, nihilominus negari non poteſt reſtitutionem dari veram in criminibus eo
in caſu, de quo loquitur. † Neque obſtabit *dicta l. au-* 30
*xilium,* quæ denegat reſtitutionem minori contra omiſſam accuſationem, ſiquidem aliud eſt non dari reſtitutionem ad accuſandum, vt agnóſcit Parlador. *lib.2. quotid. cap.11.num.5. verſ poſtremo,* & Gutier. *in Auth. ſacramenta, num.138.* aliud poſt accuſationem interpoſitam, & litem, iam conteſtatam, cùm negari non poſſit quòd ſi minor in aliquo actu litis fuerit læſus, poſſit in integrum reſtitutionem poſtulare. *leg. in cauſæ 16. §. fin. ff. de minorib.* & hoc minimè denegat, *d.l.auxilium,* imò quotidie videmus in ambabus Curiis Pintianâ & Granatenſi expoſtulatas reſtitutiones & conceſſas, docet Parlad. *d. cap.11. num.6.* quidquid Gutier. contrarium afferat *lib.1. pract. quæſt.70.* & Oſvval. *dict. lib.21. cap.12. lit. I.* & ita poterit retractare ſententiam in criminalibus per dictam reſtitutio-
nem. † Quia ratio qua mouetur Tryphonnius *in d.leg.* 31
*auxilium,* fuit ea, teſte Donello *d.lib.21. c.12.* & Oſvvaldo *ibi lit. L.* quòd omiſſam accuſationem non niſi malitiosè, aut turpiter per reſtitutionem repetere geſtit. Siquidem aut pertinet ad vindictã publicã ſolùm, & minoris, nihil intereſt, cùm accuſatio alij noceat,

& ei non proſit, malitiis indulgendum non eſt. *leg. in fundo 38. verſ. conſtituimus. D. de rei vind. leg. 5. C. per quas perſon.* apud pœnam pecuniariam continet, quæ cedit commodo actoris, & qui hanc repetit, non id agit vt ſuum conſequatur, qui de ſuo nihil amiſit, nec pœnam lucri cauſa perſequitur, quod ex læſa exiſtimatione turpiter quæreretur, ſed perſequitur ratione vindictæ. At verò quando accuſauit & proſequutus eſt litem, ſi ſententiam propter aliqua cauſas ex ſuprà dictis contra ſe reportauit, neſcio, quare ſicut in ciuilibus retractabit, vt diximus, in criminalibus id non
32 eueniet? † Ad quod expendo *l. Diui fratres 27. D. de pœnis*, vbi ait IC. quòd ſi Iudex ſententiam protulit in criminalibus, non poteſt illam reſcindere. Subiicitque, quòd ſi de ſe quis mentitus eſt, vel cùm non haberet inſtrumenta probationum, quæ poſtea repererit, pœna affectus eſt, nonnulla extare reſcripta, quibus vel pœna imminuitur, vel in integrum reſtitutio conceditur, idque à principalibus fieri poſſe, quod non de Principibus intelligas, cum Accur. *ibi*, & ferè omnibus Doctoribus (qui vulgarem litteram ſequuntur, quæ ita legit, *à Principibus*, cùm rectiùs legendum ſit cum Gothofr. *principalibus*.) ſed de Decurionibus ciuitatum, qui *principales* dicuntur, vt docemur ex eadem lege *§. ſequenti.* & dicam *in rub. infr. de decurion.* Vnde non debet admitti traditio Bar. & aliorum, qui à Principe eam reſtitutionem petendam autumant. Nam neceſſarium non erat, vt de ea reſtitutione extarent principalia reſcripta, ſi à Principe impetranda eſſet; ſi enim ait IC. nonnulla extare reſcri pta, quibus Decurionibus conceditur reſtitutio, ad quid iterum impetratio reſtitutionis erat neceſſaria, ſi Principes iam eam conceſſerant? nam inepta fuiſſet ſeries ipſa litteræ, ſi cùm à Principe dixiſſet reſtitutionem conceſſam poſtea adiiciſſet, & hoc Principem fa-
33 cere debere. † Quare quod vult *ibi* Calliſtratus, eſt in integrum reſtitutionem poſſe poſtulari à Decurionibus, quando non habens probationum inſtrumenta condemnatus eſt, vt probatur *in l. moris eſt 9. § iſtæ ferè. ff. de pœnis.* ibi, *liberandi erunt*, quæ verba de in integrum reſtitutione Decurionibus conceſſa eo in caſu
34 accipienda ſunt. † Et cùm in Decurionibus hoc tantùm reſcriptis caueatur, procedere poſſe, vt *in d. l. diui fratres* docemur, non obſtabit *l. 1. §. fin. de quæſtion.* quæ hanc reſtitutionem ſolum Principem concedere ſolere, tradit, vt firmarunt Panorm. & Felin. *in c. ſuborta. de re iudic.* Iaſ. *in l. 1. in princ. C. de precib. Imper. offer.* & Addit. *ad Roman. ſing.* 189. Curtius Riminal. & alij *in d. l. 4. Cod. de iudic.* Bar. & omnes *in dicta l. Diui fratres.* Couar. *de ſponſal. 2. part. c. 8. §. 12. n. 15.* & plures alios congerens Farinac. *q. 11. n. 12.* Riccius *2. p. curiæ, dec. 81. num. 4.* Siquidem tantùm Decurionibus reſcripta Principum reſtitutionem conceſſerunt, in cæteris autem ſi
35 ſpecialiter imperaretur, vt *in d. §. fin.* † Licet hodie iure regio partitatum Iudex ſine Principe poterit eam reſtitutionem concedere, ex *l. quarta tit. 30. part. 7.* & quamuis Gregor. *ibi verb. debelo quitar*, conetur defendere ſupradictam communem ſententiam; ſi rectè verò attendantur verba, probant non eſſe neceſſarium Principem adire, ſed Iudicis arbitrio reſeruari, vt patet. ibi, *Pero ſi ante que fagan la iuſticia fallare el iuzgador en verdado que lo que conocio no era aſi debelo quitar.* & ita eam legem accipit Ant. Gomez *3. var. cap. octauo*
36 *num. 4.* & Valenzuel. *hic num. duodecimo.* † Cùm ergo, vt diximus, Decuriones poſſint reſtitui in criminalibus, multò magis reſtituendus eſt fiſcus qui Reipublicæ æquiparari ſolet; præcipuè cùm à lege habeat priuilegium generale, ſententias contra ſe latas retractandi, & fiſcalis qui eius nomine petit, nullum commodum reportet, ſed tantùm intendat publicam criminis vindictam, quod Reipublicæ vtile eſt. *l. ita vulneratus cum vulg. ff. ad leg. Aquil.* & conſiderat The-
ſaur. *ſupr. num. 9.* † Id quoque admittendum exiſtimo, 37
etiam extante ſupradicta Pragmatica anni 1615. cuius *ſuprà* meminimus *num. 20.* quæ non habet locum in Iudicibus cauſarum criminalium, qui vulgo dicuntur *Alcades, de corte*, ſed tantùm in ſententiis prolatis à ſupremi Conſilij Senatoribus, & Cancellariarum Auditoribus, vt praxi admiſſum eſt in noſtris Curiis.

Videamus tamen pro colophone, an fiſcus in aliis 38
habeat id priuilegium, vt ſaltem per in integrum reſtitutionem poſſit reſtitui, ſicut minores vigintiquinque annorum: quod diſputat ad vtramque partem Fachin. *lib. 9. controuerſ. cap. 80.* & tradit Alfar. *de offic. fiſci gloſ. 16. num. 191. & ſeq. & gloſ. 18. num. 25.* Morla *in emp. tit. de reſtitut. num. 9. verſ. duodecimo.* Oſvval. *lib. 21.* *Donell. cap. 7. lit. H.* poſt Maurit. *de reſtitut. cap. 210.* & nos diximus *in l. 6. ſupr. de iure fiſc. & in tit. infr. de iure Reipub.* & omnes rectiùs cenſent fiſco competere in integrum reſtitutionem, quia cùm competat Reipublicæ & minori, multò magis competit & fiſco, vt probauimus *in d. l. 6.* Idque apud nos indubitatum eſt, ex *l. 10. tit. 19. p. 6.*

## TIT. X.

### *De bonis vacantibus, & de incorporatione.*

### LEX I.

*Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Sirioni Rationali.*

Scire debet grauitas tua inteſtatorum res, qui ſine legitimo hærede deceſſerint, fiſci noſtri rationibus vindicandas, nec ciuitates audiendas, quæ ſibi earum vindicandarum ius veluti ex permiſſu vindicare nituntur: & deinceps quæcumque inteſtatorum bona ciuitatibus obtentu priuilegiorum ſuorum occupata eſſe compereris, ad officium noſtrum eadem reuocare non dubites.

### LEX IV.

*Impp.* HONORIVS & THEODOSIVS. AA. *Palladio P.P.*

Vacantia mortuorum bona tunc ad fiſcum iubemus transferri, ſi nullum ex qualibet ſanguinis lineâ, vel iuris titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem.

*SVMMARIVM.*

1 *Quæ dicantur bona vacantia?*
2 *Deficientibus omnibus qui habent ius ſuccedendi, ſuccedit fiſcus ex lege Iulia Caducaria.*
3 *Fiſci ſucceſſio in bonis vacantibus pertinet ad regalia.*
4 *Agitur de interpretatione vera l. ſi hæredem 16. C. de inoffic. teſtam. & n. 5.*

6 *Hæreditas iacens cenſetur dominia rerum quæ fuerunt defuncti, & multum differt à bonis vacantibus,* & num.28.

7 *Fiſcus quando occupat bona vacantia, an ſuccedat iure hæredis, vel iure proprio?* & n.8.

9 *Proponitur diuerſarum ſententiarum concordia, & diſtinctio inter modos varios ſuccedendi.*

10 *De modo ſuccedendi à fiſco per annihilationem perſonæ.*

11 *Fiſcus dicitur ſuccedere in bonis vacantibus per occupationem, & ipſo iure dominium in illum transfertur.*

12 *Fiſcus non compellitur facere inuentarium bonorum vacantium.*

13 *Fiſcus ſuccedere intelligitur quaſi hæres cùm ab eo fideicommittitur.*

14 *Examinatur quæſtio, an fiſcus teneatur ad præſtationem legatorum quæ defunctus reliquit, cuius bona vacantia ſunt?*

15 *Fulcitur pars affirmatiua, & negatiua,* & n.16.

17 *Probatur ſententia quæ denegat legatorum præſtationem, & ſatisfit argumentis contrariæ,* ex l. cùm fiſco 9. D. de SC. Sillanian. *&* l.quidam 96.§. quoties.de l.1. *n.*18.*& 19.vbi laudatur D. Gabriel Henriquez, olim Anteceſſor Salmanticenſis.*

20 *Explicatur* leg.recuſare 6. §. ſi fiſco. D. ad Trebell.

21 *Proponitur difficultas* leg.2.§.fin. D.de ſuis & legit. *tentantur variæ explicationes, & quæ verior videtur, deſignatur,* & n.22.& 24.

23 *De cretione hæreditatis, remiſſiuè.*

25 *Reijcitur Merilli expoſitio ad* d.§.fin.

26 *Commendatur difficultas* d.§.fin. *& tentatur vera eius mens.*

27 *Fiſcus attento iure regio non tenetur ad legatorum præſtationem.*

29 *In bonis vacantibus fiſcus quibus præferatur, an affines eum excludant, an tutor in bonis vacantibus pupilli? & diſquiritur de ratione,* & n.30.

31 *An excludant fiſcum in bonis vacantibus vxor, vel maritus, & quid hodie de iure regio,* & n.32.

33 *Agitur de interpretatione* l.12.tit.8.lib.5.Recop.

34 *Ciuitates non habent ius vindicandi bona vacantia.*

35 *Ius confiſcandi non competit ciuitatibus, quia priuatorum loco habentur, niſi à Principe tale ius conſequantur.*

36 *An Domini vaſſallorum habeant ius vindicandorum bonorum vacantium, remiſſiuè.*

37 *Ciuitates & Barones, poſſunt præſcribere ius bonorum vacantium.*

38 *Bodini ſententia reijcitur.*

39 *Fiſcus à bonorum huiuſmodi vindicatione excluditur præſcriptione.*

40 *De bonis illis quæ oberrant, & apud nos dicuntur* moſtrencos, *remiſſiuè.*

1 BONA vacantia dicuntur quæ omni domino, omníque iure vacua ſunt, & ab omni ſpe aditionis, quæ ab aliquo fieri poſſit, aliena. *lege filiusfamil.*114. *in princ. de legat.* 1. *lege* 2. §. *fin. Digeſtis ad SC. Tertyllian. leg. ſi bona* 5. *Cod. de bon. auct. iudic. poſſ. lege* 1. *Cod. de donat. inter. lege* 6. *ad fin. tit.*13. *part.*6. *leg.*12. *tit.*8. *lib.* 5. *Recop.* veluti ſi aliquis decedit ab inteſtato, nullis relictis deſcendentibus, aſcendentibus, collateralibus, vel alio qui ei poſſit ſuccedere, vel ius ad ea bona habere, vt poſt Plat. & reliquos in his iuribus *num.*1. & Valenzuel. *in rub. hoc tit.num.*2.*&* 3. notarunt Peregr. *de iure fiſc. lib.*4. *tit.*3. *à num.*2. & aliis pluribus relatis Alfar. *de offic. fiſc. gloſ.*20. §.9. *num.*121. Pichard. *de adquir. hæred.c.*5.*num.*1.*& ſeq.* Maſtrill. *de magiſtr. lib.*3.*capit.*10. *n.*365. Ant.Fab.*lib.*17. *coniect.c.*2. Borrell. *de præſtant. Regis,c.*14. *tot.* Cabedo 2. *p. deciſ.*50. Sixtin. *de Regal. lib.*2.*c.*9. *num.*1.*& ſeq.* Azeued. & Matienz. *in d. l.*12. *Recop.* Farinac. 1. *part. frag. verb. fiſcus, num.*111. †In 2
hæc ergo bona deficientibus omnibus, qui legitimum ſuccedendi ius habent, fiſcus ſuccedit ex lege Iulia Caducaria, vt teſtatur Vlpian. *in frag. tit.*28. *verſ. inteſtati.* cuius meminit Iulianus *in l.quidam* 96. §. *quoties, D de leg.*1. & ita conſtituit in noſtris legibus, *& in l. & in l. ſi hæredem* 10. *Cod. de inoffic. teſt. l.penul.inf. de præpoſ. ſacr. cub.l.fin.*§. *ſi quis in furore, Cod.de curat. furioſ.l.recuſare* 6. §. *ſed ſi fiſco, D.ad Trebell. l.in princ. D. de ſucceſſor.edict.l.*4.§.*eadem, D.de fideicom.liber.l.*1. §.2. *D. de iure fiſc.* Caſſiodor. *lib.*5. *epiſt.*24. † quod iure 3
regalium ad Principem pertinet, ex *cap.vnic.quæ ſint regal.* vbi notarunt DD.feudiſtæ, & Maſtrill. *ſupr.n.*359. Alfar.*d.gloſ.*20.*num.*6. *ad fin.* Sixtin. *d.lib.*2. *c.*9. *n.*31. Ioan.Ant.Nouar. *in ſchol. ad h.l. vacantia h.tit.num.*1. & nouiſſimè Caſtillo *de Tertiis c.*41.*n.*150. Rationem reddit eleganter Caſſiodor. *libro* 6. *epiſt.*8. ibi, *Quia Principis perſona poſt omnes debet eſſe, neque optare ſolet adquirere, dummodo ſint qui relicta debeant poſſidere,* &c. vt aiunt Imperatores *in l.*1.*Cod.de ſecund.nupt & in leg. vnic.*§. *hæc autem, fin. Cod.de caducis,* ne fiſci ſui videantur habere rationem, ei non pepercerunt, ſed vltimum ad caducorum vindicationem vocarunt, quod boni Principes ſemper curant, vt [di]ximus *in tit. ſupr. de iure fiſci*, & ſic quilibet, qui e[ſt e]x quâlibet ſanguinis lineâ vſque ad decimum gradum, vel habet aliquam cognationem, vel alium iuris titulum, quia à iure prius vocantur, vt ſunt vxor, & vir, & patronus, *l.*1. *Cod. vnde vir. & vxor. princ. Inſt. de ſucceſſion. lib. & de ſucceſſ. cognat.l.*1. *Cod. vnde cognat. h. l.*4. quam ita explicant Gotofr. Pichard. *d.c.*5.*n.*4. Maſtrill. *d.cap.*10. *n.*336. Caſtillo *ſupr. n.*153.*& ſeq.* vbi tractat an iure regio conſanguinei admittantur vſque ad decimum gradum?

Sed obſtat difficile Alexandri reſcriptum *in l. ſi hæredum* 10. *Cod. de inofficioſ. teſtam.* vbi vacantia bona 4
dicuntur ea, quæ ad filium poterant pertinere, & tamen ad fiſcum deferuntur. In quâ difficultate diſſoluenda valde torquetur Ant. Fab. 17. *coniect. c.*2. qui tandem illa verba, *vtpote vacantia,* ſolito more eiicienda eſſe ex contextu conatur, quem notat noſter Ant. Pichar. *d.c.*5.*n.*7.*& ſeqq.* vbi doctè de ea lege differit, ad eius intellectum duos caſus conſtituens. Primus eſt, à quo etiam Ant. Faber non diſſentit, quando Quintianus facto teſtamento deceſſit, extraneis inſtitutis hæredibus, & filio exhæredato, quo caſu ſcripti hæredes adierunt, & antequam filius ageret deceſſerunt, ita vt vel iure ſucceſſionis ad fiſcum bona pertinerent, vel quia illi hæredes ſine hærede deceſſerunt, & ita bona vacantia filio ſum delata; vel ob aliam cauſam quæ figurari poteſt, filius poſtea aduenit, cùm poſt quinquennium poſſit, *l. contra* 16. *C.de inoffic.teſtam.* & vult agere contra teſtamentum paternum. Obſtabat ei quòd hæredes deceſſerant, & neſciebat apud quem Iudicem res peragenda erat. Reſpondet Imp. apud Procuratorem ſuum, à quo res fiſcales tractari ſolebant, vt dixi *in leg.*2. *ſupr. de iure fiſci.* & ita filius quemadmodum contra hæredes ſi vixiſſent proponere poterat inofficioſi querelam, ita eodem modo & contra fiſcum aget, quia quando fiſcus alicui ſuccedit, eo ipſo iure vtitur, quo vſurus erat is cui ſucceſſit, *leg. fiſcus* 6. *cum vulgat. Digeſt. de iure fiſci.* In qua re neſcio quid concoquere non poteſt Ant. Faber, nec intelligere quomodo ſuperſtite filio bona patris ſint vacantia, nam rectè vaccare poſſunt bona quæ per aditionem hæredum Quintiani, & ſucceſſionem fiſci ei obuenerunt. Iuxta ea quæ *infrà* adduco ad interpretationem *leg.*96. §. *quoties, de leg.*1. † Cui 5
reſolutioni non obſtant verba ſequentia, *vel ipſius Quintiani bona, vtpote vacantia,* vbi tota vertitur difficultas,

ficultas, quæ ſecundum caſum amplectuntur. Nam omiſſis quæ Pichardus proſequitur, quia minimè ab eo nodo ſe diſſoluit, breuiter & facilè reſpondeo, caſum à primo longè diuerſum ſub vnicâ diffinitione comprehendiſſe Alexandrum, in quo non minus, quàm in primo agere debebat filius coram Cæſaris Procuratore, is erat, ſi videlicet eodem Quintiano mortuo ab inteſtato bona, verbi gratia, filio non apparente, quia abſens cum eſſet, mortuus credebatur, hærede non extante legitimo, quaſi vacantia delata ſunt fiſco, tunc filius hæreditatem paternam petet coram Procuratore Cæſaris, ſicut in primo caſu, quia is erat competens Iudex quæ interpretatio ſuadetur illis verbis, *quem patrem eſſe dicis*, quia nondum conſtabat an is filius eſſet Quintiani, & ſic optimè potuerunt bona vacantia cenſeri cum à fiſco eo nomine occupata eſſent, & poſtea filium ea vindicantem dicere vacantia non eſſe, cum Quintiani filius ſit, quæ meo videri eſt ipſiſſima mens Alexandri.

6. Altera difficultas remanet diſcutienda, quomodo poſſint dici bona vacare, cum re ab inteſtato deducta hæreditas iacens quædam domina cenſeatur, quæ ſub ſuo dominio continet omnes res quæ defuncti fuerunt, *leg. non minus* 31. *Digeſt. de hæred. inſtitut.* iuncto Pichard. & aliis à me allegatis *lib.* 1. *obſeruat. cap.* 1. *num.* 39. *& libro* 3. *cap.* 1. *n.* 4. vnde nunquam poſſunt dici bona vacare, nam fiſcus eadem poſtea occupans in illorum dominium ſuccedit, quemadmodum hæres
7 cùm adit hæreditatem. † Quam difficultatem vt diſſoluamus, prius de eâ quæſtione ſatis controuerſa agere opus eſt, an quando fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus, ſuccedat iure hæredis, vel ipſo iure fiſco ea bona adquirantur? Cuius rei inſpectio multas diſſoluit quæſtiones, vt ait Fontanell. *de pact. nuptial.* 2. *tom. clauſ.* 5. *gloſſ.* 4. *n.* 63. *& ſeq.* In qua re, prima fuit ſententia quod quando vacantia ſunt bona, fiſcus non ſuccedit vt hæres, neque dicitur in hæreditate ſuccedere, ſed bona ipſo iure tranſire in fiſcum, *leg.* 4. *§. eadem conſtitutio. ff. de f[illegible] com. liber.* vbi libertas fideicommiſſaria conſeruatur ex conſtitutione D. Marci bonis fiſco delatis; & tamen conſtitutioni locus erat cùm nemo defuncto hæres exiſtebat, *l.* 2. *D. de fideicom. lib. iuncto princ. Inſt. de eo cui libertat. cauſ.* Secundo facit *l.* 4. *h. tit.* quæ fiſcum admittit, nullo extante legitimo hærede, ergo non eſt hæres, quia ſi eſſet, non diceretur non extare legitimum hæredem, cùm ipſe ex lege admittatur, Rurſus facit *leg. quidam* 96. *§. quoties, de legat.* 1. per argumentum ab ſpeciali, vbi fiſcus præſtat tantùm legata & fideicommiſſa, quando ex lege Iuliâ vacantia bona ad fiſcum pertinent, quod etiam probat *l.* 2. *C. ad l. Iul. de vi priu.* ergo quando non ex lege Iuliâ, ſed ex aliâ cauſa ad fiſcum bona vacantia deferuntur, non tenebitur legata & fideicommiſſa præſtare, idque ex eo prouenit, quòd non ſit hæres. Vltimò facit *l. ſi conſtante* 24. *§. fin D. ſolut. matr.* vbi inſtantia, ſeu iudicium dotis, dote confiſcatâ non tranſit ad fiſcum, ex quo euincitur non eſſe hæredem, nam ad eum quoque tranſiret ſi hæres eſſet, qui in vniuerſum ius defuncti ſuccedit, *l. nihil aliud* 24. *de verb. ſignif. l. hæreditas* 62. *D. de regul. iur.* hancque ſententiam tuentur Peregrin. *dict. tit.* 3. *numer.* 22. Barboſa *in dict. leg. ſi conſtante, §. fin.* Ceuall. *com. contra com. quæſt.* 822. *n.* 1. *& ſeq.* Pichar. *ſup. d. cap.* 5. *num.* 14. *verſ. contraria, & in princ. Inſt. de eo cui liber. cauſ. n.* 56. Farin. *p. frag. verb. fiſcus, num.* 116. & relati à Fuluio Conſt. *in l. vnic. ſupr. pœnis fiſcal. num.* 134. & Valenzuel *in rub. hoc tit. num.* 3. *in h. l.* 11. *num.* 3.

8 Contrariam ſententiam, quæ admittit fiſcum ſuccedere iure hæredis, eiuſque perſonam, cuius bona occupauit per ſucceſſionem, repræſentare, iuxta *Auth. de iureiuran. à mor. præſt. in princ.* fouent ſequentia fundamenta. Primò quòd ſicut hæres tenetur omnibus creditoribus hæreditariis, *§. hæres quoque, Inſt. de obligat. quæ ex quaſi contr. leg.* 1. *Cod. de hæred. action.* ſic fiſcus occupans bona vacantia tenetur ſatisfacere his, quibus ex eis bonis aliquid debetur, *leg.* 2. *ſupr. de fiſcal. vſur.* vbi fiſcus qui priuato ſucceſſit, vſuras tenetur perſoluere, ad quas aliàs ipſe non cogebatur ex ſuis contractibus, *leg. cum quidam* 18. *§. fiſcus ff. de vſuris* Rurſus facit *leg.* 1. *§. an bona, de iure fiſc.* vbi quæritur, an bona quæ ſoluendo non ſint ipſo iure fiſco quærantur? Quæ dubitatio nullius eſſet momenti, ſi fiſcus non teneretur ad ſolutionem eorum, quæ debebantur ab eo, in cuius bonis ſucceſſit. Accedit his *l. vnic. §. fin. Cod. de caducis toll.* ibi, *Fiſcum noſtrum vltimum ad caducorum vindicationem vocari.* quæ verba ita debent intelligi, vt quemadmodum ad coniunctum, vel ſucceſſorem ab inteſtato bona cum ſuo onere deferuntur; ſic & in fiſco debet obſeruari, vt teneatur onus bonis iniunctum agnoſcere, quando eis ſuccedit, *l.* 3. *§. cùm ex cauſa, D. de iure fiſc.* vbi omnia relicta in teſtamento eius, cui fiſcus ſuccedit, ſoluere tenetur; quod etiam demonſtrat *l. cum fiſco* 9. *D. de SC. Sillan. l. in facto* 60. *§. fin. D. de cond. & demonſtr. l.* 2. *§. fin. D. ſi quis aliquem teſtari, l.* 3. *§. fin. l. ex facto* 17. *§. ex facto* 5. *ff. ad Treb. l. ſi ſeruus* 50. *§. ſi quis ante, de legat.* 1. *l. dicitur* 14. *de iure fiſci.* Præterea pro hac parte expendi poteſt *l. filiusfam.* 114. *§. qui inteſtatus* 1. *ff. de legat.* 1. vbi, *Qui inteſtato decedit, & ſcit bona ſua ad fiſcum peruentura vacantia, fidei eius committere poteſt,* hoc tamen non faceret, niſi fiſcus hæres eſſet, *§. præterea, Inſt. de fideicomm. hæred. l. ſi Titio* 92. *de legatis* 1. in quo reſponſo abundare verbum *vacantia*, exiſtimauit Ant. Fab. *d. lib.* 17. *coniect. c.* 2. quod neceſſarium non eſt cum mens IC. ſit quod ſicut poteſt ab inteſtato relinquere fideicommiſſum à legitimis hæredibus, ita etiam à fiſco, qui eſt legitimus hæres, & ſucceſſor, vt conſtat ex generalitate *l. qui per ſucceſſionem* 194. *D. de reg. iur.* Vltimò expendo *l. item veniunt* 20. *§. ait Senatus, ff. de petit. hær.* ibi, *idem etſi vacantia.* ex qua conſtat pro bonis vacantibus fiſco competere petitionem hæreditatis, & ſic eſſe hæredem, quia petitionis duo ſunt effectus, vt declaretur hæres, & quod hæreditas reſtituatur, vt docet Donell. *lib.* 19. *com. c.* 14. vbi Oſuual. *lit. A.* dixi latè ego *lib.* 3. *obſeru. cap.* 2. *ex n.* 1. *præcipuè num.* 15. vt eius reſponſi auctoritate tenuit Bart. *in h. l.* 4. *& in l. facultas n.* 6. *ſupr. de iure fiſc.* Bald. *in l. eam quam, num.* 5. *C. de fideicom.* Caſtren. & Alex. *in d. l. ex facto, §. fin. num.* 7. *D. ad Trebel.* poſt Accur. *ibi in d. §. ex facto. verb. ſi alieno*, Tiraq. *in tract. le mort.* 2. *p. declar.* 15. *num.* 20. relati à Peregr. *d. tit.* 3. *n.* 22. & à Fuluio *in d. l. vnic ſupr. pœnis fiſcal. cred. n.* 135. *& ſeq.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 59 *toto, & tit.* 1. *q.* 31. Cuiac. *in l. dicitur, de iure fiſc.* Gothofr. *in l.* 128. *§. fin. D. reg. iur.* Oſvval. *ad Donel. lib.* 9. *c.* 1 *lit. S.*

Ego verò in hac contrarietate adhibendam eſſe 9
diſtinctionem arbitror cum Platea *hîc ante num.* 1. Peregrin. *ſupr.* Ceuall. *d. q.* 822. *num.* 12. *& ſeq.* inter varios ſuccedendi modos. Nam ſi fiſco deferantur bona iure hæreditario, tunc nulla eſt dubitatio, vt rectè docuit Pichard. *d. c.* 5. *n.* 16. cum aliis à ſe relatis. Si verò deferantur bona ex aliquo delicto confiſcata, vt in crimine Maieſtatis, & ſimilibus, vel ex reſtitutione faciendâ incapaci, vel ex inultâ morte defuncti, vt in Sillaniano, tunc cùm auferat ab hærede tanquam ab indigno, *l.* 1. *& tot. D. de his quibus vt indig. l. ex facto.* 43. *§. Iulius D. de vulg. l. ſi ſequens gradus* 15. *D. de SC. Sillan.* non poſſumus dicere fiſcum eſſe hæredem ſed quendam ſucceſſorem, & eâ ratione tenebitur ad onera, quia ſubintrat in omne ius condemnati, *d. l.* 2. *C. ad l. Iul. de vi. l. ademptis, Cod. de ſent. paſſ. l. ſi vt proponis, C. de bon. damnat. l. ſi debitori* 47. *l. inter eos* 51. *ff. de fideiuſſ.*
† Fitque hæc ſucceſſio per annihilationem perſonæ, 10

vt docet Mantica *de tacit.& ambig.conuen.lib.*12.*tit.*18.
*n.*18. Trentacinq. *lib.*1.*reſol.var.titui.de iure fiſc.reſol.*2.
*num.*2. Fontanel. *d.tom.*2. *claſ.*5.*gloſ.*4.*num.*64. quia
etſi hæreditatem reportet,aufert ab hærede tanquam
ab indigno qui hæres adhuc manet *dict.l.ex facto,§.In-
lius,ff.de vulg.* & ita non repræſentat perſonam de-
functi, nec perſonam condemnati, ſed tantum ſucce-
dit in eius bonis tanquam vniuerſalis ſucceſſor bono-
rum, iuxta ea quæ obſeruat Bart. *in rub.de adquir.hær.
num.*4. & alij DD.poſt eum Platea *in h.l.*1. Barboſ. *in
dict.l.ſi conſtante,§.fin.num.*7. *in fin.* & relati à Sanchez
*lib.*2. *moral.cap.*14.*num.*4. & ſic non tenebitur ex ſua
perſona, ſed ex rebus ipſis, quia talia bona tranſeunt
cum ſua cauſa, *d.§.ex facto*, cum ſimilibus, & ſic non
eſt mirum,ſi fiſcus, quamuis non ſit hæres, teneatur
ad omnia commoda, & incommoda, quibus affecta
ſunt illa bona, qua ratione præſtabit legata, *l. ſi ſer-
uus* 50. *§.ſi quis ante de leg.*1.*l.cum tabulis* 16.*§. fin ff.de
his quibus vt indig.* docet Donell. *lib.*8.*com.cap.*29 cum
bona ſint ſubiecta æri alieno, *l.fideicommiſſum* 50.*§.
tractatum,D.de iudicijs.*

11 Succedit etiam fiſcus eodem modo, ſi bona
fuerint vacantia, ſi nullus exiſtit hæres tuncque
ſi bona talia æri alieno obnoxia fuerint, fiſcus
ad ea tenebitur, ex ſupradicta ratione, & ea ſucceſſio
dicitur fieri magis per occupationem, quàm ipſo iu-
re, *l.fin.infr.h.t.* ibi, *Vt iuſſu noſtro nomine occupentur æra-
rij*, quæ occupatio minimè poteſt eſſe aditio illa, quæ
ſolet fieri ab hærede, ſed ipſo iure dominium rerum
vacantium, cùm iam ſit in fiſcum tranſlatum, ſubſe-
quitur occupatio, quod innuere videtur Iuſtin. *in §.
res fiſci. Inſtit. de vſucap.* vbi vacantia bona fiſco non
nuntiata vſucapi poſſe ait, quod non poteſt eſſe, niſi
dicamus dominium iam eſſe fiſci, nam alias ſi vacantia
eſſent, nullius erat dominium, & quæ potuit eſſe ra-
tio dubitandi, niſi quia res fiſcales non poſſunt vſuca-
pi; eáque ratione pro eis datur fiſco vindicatio tan-
quam domino, *l.in rem* 25. *D.de rei vind. iuncta h.l.*1.
ibi, *Fiſci noſtri rationibus vindicandas.* Quare licèt fiſ-
cus ſuccedens in his bonis vacantibus teneatur credi-
toribus defuncti, *l.non poſſunt* 11.*ff.de iure fiſci*, non ta-
men tenetur vltra vires hæreditarias, ſicut teneretur
ſi vt hæres ſuccederet, quia non datur illa identitas
perſonarum, quam ius inducit inter hæredem & de-
functum, vt docuerunt poſt Bart. *in d.rub. de adquir.
hær.num.*4.*& in l.*1.*§.an bona,de iure fiſc.* Roman. *in l.
vnic.C.quando non pet.par.* Corneus *in l.*1. *num.*2.*C.vn-
de vir & vx.conſ.*324.*num.*3.*lib.*4. Coſta *in l.qui duos,
§.cum in bello, verb.mater, de reb. dub.* Farinac. *quæſt.*25.
*n.*183.*& in frag.verb.fiſc.num.*116.*&* 118. Ceuall. *d.
q.*822.*tota*, & alios referens Pichar. *dict.cap.*5.*num.*6.
12 Fuluius *in d.l.vnic.num.*157. † Qui aſſerunt, eo in ca-
ſu fiſcum non teneri conficere inuentarium bonorum
ſibi delatorum vacantium, quia non conuenitur tan-
quam hæres,ſed tanquam poſſeſſor, & obligatio non
deſcendit ex perſona,ſed ex bonis,docent etiam relati
13 à Valenz. *in h.l.*1.*n.*10.& Nouar. *n.*15.*in h.l.*4. †Con-
trà autem erit, ſi teſtator eo caſu quo bona vacaue-
rint,reliquerit fideicommiſſa,vt in ſpecie *d.l. filiusfam.*
114.*§. qui in teſtato de leg.*1. quia tunc dicemus ſucce-
dere quaſi hæredem,cùm ſuccedat ex voluntate ipſius
defuncti ab inteſtato, & ideò tenebitur non quaſi in
bonis vacantibus ſucceſſerit, ſed in hæreditariis fidei-
commiſſa præſtare, ſiquidem ex iudicio defuncti con-
ſequitur hæreditatem, *l.qui liberis* 8.*§.hæc verba,Digeſt.
de vulgar.* ibi, *Quia non ex iudicio veniunt*, *l.ſed etſi* 6. §.
*fin.ff.de leg.*3. ibi, *Quoniam qui fortuito,non iudicio teſta-
toris conſequitur hæreditatem, non debet onerari*, ergo cùm
ex iudicio & voluntate teſtatoris conſequatur fiſcus
hæreditatem, non fortuito, vt in bonis vacantibus ac-
cidit, rectè hæres cenſebitur, fiſco enim intelligitur
hæreditatem reliquiſſe, quam non ademit, *l.conficiun-
tur* 8.*in princ.D.de iure codicillorum*, hoc tamen intelli-
gas quando fiſcus ſpecialiter grauatur, nam ſi teſtator
grauet generaliter per illa verba, *quiſquis mihi hæres erit,
reſtituat*, non comprehenditur fiſcus, quia in bonis
vacantibus non ſuccedit vt hæres, ſed iure proprio, vt
docet Acc. *in l.qui filio* 38. *verb.liber,in fin. de hær. inſt.*
Caſtrenſ. *in l.eam quam num.*5.*C.de fideicomm.* Corneus
*conſ.*324.*n.*8.*lib.*4. & contra Cuman. *in l.*1.*n.*3. *de iure
codicill.* Merichac. *de ſucceſſ.reſol.§.*3.*num.*38. Valenz.
*hîc n.*7.

Hinc venit aperienda alia inſpectio,an in bonis va- 14
cantibus ſuccedens fiſcus teneatur ad præſtationem
legatorum,ſeu fideicommiſſorum, quæ in teſtamento
relicta ſunt illius, cuius bona occupauit vt vacantia?
In qua controuerſia digladiantur Interpp. *in rub.ff. de
adq.hær.* & alij,quos refert *ibi* Pichard. *d.c.*5.*n.*23. *&
in princ.Inſt.de eo cui liber.cauſ.num.*52. Chiffetius *de iu-
re fideicomm.lib.*4.*c.*1. Connan. *lib.*3.*comm.c.vlt.num.*7.
Menchac. *de ſucceſſ.progreſ.§.*17.*n.*25.Farinac. *d. verb.
fiſcus,num.*120. *& q.*25.*n.*186. Oſvvald. *ad Don.lib.*7.
*c.*20. *lit.C.* Sixtin. *de Regal. lib.*2. *cap.*9. *n.*42. *& ſeq.*
Fuluius *in d.l.vnic.n.*133.*& ſeq.* Valenz. *in h.l.*1.*n.*3.*&
ſeq.* Nouar. *in h.l.*4.*n.*16. † Et ſoluenda eſſe legata 15
affirmat Bal. *n.*5. Meneſes *n.*58. *in l.eam quam Cod. de
fideicom.* & relati à Farinac. & Pich. *ſupr.* Fachin. *l.*6.
*contr.c.*22.*verſ.cæterùm.* Ceuall. *quæſt.*144. *in fin.* qui
pro ſe adducunt iura id expreſsè probantia, *leg.cum fiſ-
co* 9. *D.de SC.Sillan.l.recuſare* 6.*§.ſi fiſco ff. ad Trebell.l.
quidam* 96.*§. quoties,de leg.*1. & his addo locum Vlp.
difficilem *in l.*2.*§.fi. ff.de ſuis & legit.* vbi ſi hæres fidei-
commiſſo grauatus repudiauerit hæreditatem, ea tran-
ſit ad legitimum cum eo onere fideicommiſſi, ergo
eodem modo & in fiſcum bona tranſeunt cum illo
onere.

Contrarium exiſtimarunt alij, & meo quidem iu- 16
dicio verius, & ſecundùm iuris artem certius, nam
quis illud iuris principium ignorauit, quod ſi hæres
ſcriptus non adierit hæreditatem, omnia quæ in teſta-
mento ſcripta ſunt, corruunt, re ad inteſtati cauſam
deuoluta. Quapropter pupillaris ſubſtitutio euaneſ-
cit, vt neque legata præſtentur, neque libertates com-
petant, *princ.Inſt.de hæred.quæ ab inteſt.l.ſi nemo* 9.*ff. de
teſt.tutel.l.Titius* 45.*§.ſed verum eſt, ff. de excuſat,l.*1.*ff.
de iniuſt.rup. l.*2. *§. adeò,de vulg.leg.*1.*§.ſed ſi filius, de
legat.*3.*l.ſi patronus* 12.*§.ex teſtam.ff.de bon.liber.l.*1.*§.*1.
*ff quis ordo in bon.poſſ l.*1.*in princ.ff.de ſuis & legit.l.*2.*ff.
de teſt.manum.l.inteſtatus* 64.*de verbor.ſign.l.ſi nemo* 181.
*D de reg.iur.l.*[illegible] *§.libertatibus* 6. *C.de caduc.* Etenim
quæ in teſta[illegible] relinquuntur, tacitam habent con-
ditionem, [illegible] hæreditas, *l.*3.*ff.de leg.*3. neque
poteſt ex teſtame[illegible] quidquam valere, niſi aut tan-
quam ex teſt[illegible] aut tanquam ex codicillis, quæ
duæ ſpecies ſunt ſu[illegible]remarum voluntatum, *l.ſi idem* 7.
*l.fin.§.fin.C.de codicill.* At teſtamentum ſi irritum fiat,
non poteſt valere vt teſtamentum, neque etiam iure
codicillorum, cùm teſtator non cauerit vt tanquam
codicilli valerent, *l.cohæredi* 41. *§. quod ſi hæredem* 3.
*D.de vulg.l.*1.*ff.de iure codicillor.* cum traditis à Sichar.
*in l.ex teſtamento* 29. *ex n.*8. *C.de fideicomm.* Atque ita
fiſcus minimè tenebitur re ad inteſtati cauſam deuo-
luta, nulló[illegible] hæ[illegible]de exiſtente ſuccedens legata præ-
ſtare, cùm [illegible] ea bona vt vacantia, non vt hæredita-
ria, *d.l.*[illegible] Facit [illegible]iam *l.quòd diuo* 50.*de manum.te-
ſtam.* vbi vacantibus bonis fiſcus libertates non præ-
ſtat, *& leg.*1.*§.illud ce*[illegible]*, de legat.*3. vbi ſi aliquis in-
teſtatus [illegible] grauauerit aliquem, iuxta *§.præterea
Inſt.de fideicom.hæ*[illegible] qui primo gradu ſucceſſurus eſt, ſi
iſte repudiet [illegible] ſequentem gradum deuoluitur ſuc-
ceſſio, qui fideicommiſſo non tenetur, de cuius expli-
catione poſt Gothofr. *ibi* agit Anton.Fab. *lib.*18.*con-
iect.cap.*14. & Oſvval. *lib.*8.*Donel.cap.*8.*lit.B.* quibus
& aliis fundamentis huic ſententiæ adhærent relati à
Pichar.

Pichard. *in d.§.princ. num.*55. Peregrin. *de iure fiſc. d. lib.*4.*tit.*3.*num.*26. Valenz. *hîc n.*3. *& ſeq.*

17 Hac igitur probatâ & approbatâ ſententiâ fundamenta contrariorum non obſtant. Primum ex *dict.l. cum fiſco.* cui ſatisfacies haud difficulter. Nam ibi aditio facta erat ab hærede necem teſtatoris non vindicante, à quo tanquam ab indigno auſertur hæreditas, quæ cum ſuo onere tranſit in fiſcum, indigno adhuc hærede remanente, *d.leg. ex facto, §.Iulius.de vulg.* ibi, *Qui in fraudem legum fidem accommodat, adeundo hæres efficitur, nec deſinit hæres eſſe, licet res quæ ita relictæ ſint, auferantur.* Vndè cùm bona tranſeant cum illo onere, certum eſt legata præſtanda non ex perſona fiſci, ſed condemnati, cum legatariis non debeat hæredis delictum nocere, *l.*3.*§.fin.ff.ad Trebell.l.Imperator* 12. *in fin. D.de fideicom. lib.leg.*3.*§.tacita. verſ. cùm ex cauſa, ff.de iure fiſci.* docet Fachin. *d.c.*22.*verſ. & ideo leges*, & ita accipiendus erit IC. *in l.dicitur* 14. *D. de iure fiſc.* qua
18 maximè innititur Sixtinus *ſupr.* † Maiorem difficultatem continet *d.l.quidam* 96.*§.quoties,ff.de leg.*1. quam expreſſam pro altera parte iudicat Fachin. *ſupr.* Sed ſi bene attendatur, nihil pro ea faciet. Nam vt rectè Imola *ibi* præſenſit, & Valenzuel. *hic num.*4. & Pichard. *de adquir. hæred.d.c.*5.*n.*17. verba illa, *vacantia bona*, intelligenda ſunt iuxta illa, *ex lege Iulia*, quæ lex cùm tantùm loquuta fuerit de caducis, id eſt, de illis bonis, quæ ad hærede cadebãt aliquo modo ob delictum, & fiſco vindicabantur, *l.*2.*D.ad l.Iul.de vi publ.* & ita bona vacantia ibi accipienda ſunt de caducis, non vero de his bonis, de quibus non agimus, & ita loquutus fuit Iulianus ſecundùm ſubiectam materiam, lex itaque Iulia Papia quoque dicta, vt notaui *lib.*2. *obſer.cap.*5.*n.*5. induxit, teſte Vlpian. *in frag.tit.*28. & Iuſtin. *in l.vnic.in princ.C.de caducis,* vt hæreditates ad fiſcum pertinerent, quando poſt teſtatoris mortem deficiebant, quia hæres moreretur, vel quando quis communi quidem iure capere poterat, ſed ex lege Papia capere prohibitus erat, quo in caſu loquitur Iulianus teneri fiſcum ad legatorum præſtationem, ſi ad eum talia bona pertineant, quæ *vacantia* appellauit, quia his vocibus, *vacantia & caduca*, promiſcuè vti ſolent IC. vt videre eſt *in l.*3. *in princ. D.de his quæ in teſt.delen.* & notauit ex Baldui.Schar. *de ver. iur. verbo caducum, in medio*, & etiam alij.

19 Quòd ſi hæc interpretatio tibi non placuerit, non ineptè dicere poteris *in d.§.quoties*, I.C. loqui generaliter de bonis vacantibus, quomodocumque fiſco delatis, quo caſu tenebitur ad legata, non illius, cuius bona vt vacantia deferuntur, ſed alterius, cuius ipſe hæres extitit, ita vt ponamus fiſcum non ſucceſſiſſe in bonis vacantibus illius teſtatoris, qui legata reliquit, ſed illius hæredis, qui poſtquam adiuit hæreditatem, nondum ſolutis legatis deceſſerat, cuius bona vt vacantia ex lege Iulia & Papia fiſcus occupauit. In qua ſpecie ait Iulianus teneri fiſcum ad ſoluenda legata, ad quæ tenebatur hæres, cui ipſe ſucceſſit, & ſanè meritò, quia cùm ſit ſucceſſor bonorum, ad debita tenetur, *l.*2.*Cod.ad leg.Iul.de vi.leg.ſi merito* 32. *D. ſol. matr.l.ſi vt proponis* 5. *Cod.de bonis proſcript.* Quemadmodum fiſcus generaliter tenetur rem alienam repertam in bonis eius, cui ſuccedit, vero Domino reſtituere vel creditori ſoluere, *l.in fraudem* 45. §.1. *D. de iure fiſci,l.fin.ſupr.eod. iuncta l.ſi hæredum* 10.*C.de inoffic. teſt.* de qua egimus *ſuprà n.*4. *& ſeq.* docet Pegado *in quæſt.fiſcal. q.*7. *num.*3. Cui conſequens eſt vt *in dict. §.quoties*, fiſcus teneatur ad legata quæ is cuius bona vacantia occupauit, cœperat debere ſimul atque adiuit hæreditatem, *§.hæres, Inſtit. de oblig.quæ ex quaſi contr.* Quam interpretationem adiuuant verba *dict.§.quoties,* vbi IC. non loquitur ſimpliciter de legatis, ſed de his, *quæ præſtare cogeretur hæres à quo relicta erant.* At hæres præſtare cogeretur ea, quæ aditione confirmata ſunt, non illa, quæ teſtator reliquit in teſtamento deſtituto, & cuius bona fiſcus vt vacantia occupauit, quia hæredem non habuit. Hæc interpretatio fuit D. Gabrielis Henriquez quondam Salmanticenſis legum Primarij, & in rei Dominicæ Senatu, deinde Conſiliarij meritiſſimi, à quo eam excepimus, cùm primis noſtræ iuuentutis annis eum audiremus, cuius nunc doctrinæ calculum præbemus, Præceptoris optimi memoriæ litantes.

Ad aliud fundamentum deductum ex *l. recuſare* 6. 20
*§.ſi fiſco, ff.ad Trebell.* reſpondemus loqui in fiſco, qui occupauit bona vacantia, & codicillis ſpecialiter fuit grauatus ea reſtituere, iuxta terminos *dict. leg. filiusfam.§. qui inteſtato de leg.*1. qui caſus præſupponitur ab Vlp. licet non fuerit expreſſus, quia de eo principaliter non quærebatur, ſed de eo, an fiſcus poſſit cogi adire & reſtituere hæreditatem, iuxta *l.*4.*ff ad Trebell.* ad quam quæſtionem neceſſariò præſupponendum erat neceſſariò fuiſſe fiſcum rogatum, *leg.*1. *§. hoc autem*, ibi, *rogatuſque ſit, D. ad Trebellian.* atque ita his terminis præſuppoſitis, reſpondet IC. fiſcum cogi poſſe. Neque obſtabit fiſcum hæredem non eſſe, vt diximus, & ſic ad legata non teneri; quia etſi legata non præſtet, fideicommiſſa tamen potuerunt relinqui ab omnibus, qui ex iudicio defuncti acciperent hæreditatem; *§ præterea Inſt.de fideicom.hæred.* quem intellectum præſenſerunt Cuman. *in d.§.ſi fiſco n.*5. & Alex. *num.*2. & Valenz. *hîc num.*5.

Fortius ſtringit *d.l.*2.*§.fin.ff.de ſuis & legitim.* vbi ſi 21
hæres ſcriptus repudiat hæreditatem, hæreditas tranſit ad legitimum, cum onere fideicommiſſi ab hærede ſcripto relicti. Neque poteſt intelligi Vlpian. de fideicommiſſo generaliter à quocumque relicto, in qua difficultate Cuiac. *lib.*18.*obſeru.cap.*12. Ant.Fab. *lib.*6. *coniect.cap.*14. Giphan. *in l.*4. *C.ad Trebellian.* Merill. *lib.*2.*obſeru.cap.*11. variè illud reſponſum interpretantur. Cuiacius diſtinctionem adhibuit inter hæredem ſcriptum, qui potuit adire coactus à fideicommiſſario, ſed repudiauit in fraudem fideicommiſſi, & gratiam hæredis ſcripti, & inter eum, qui ante repudiationem mortuus eſt. Quod mera eſt diuinatio, vt tacito Cuiacij nomine aduertit Ant.Faber *dict.cap.*14. & Merill. *d.cap.*11. qui eam interpretationem conuincunt & reiiciunt. Alia peior eſt interpretatio quæ in ſcholis Salmanticenſibus (vt reminiſcor) tradita eſt, vt loquatur Vlp. de fideicommiſſo imperſonaliter, & ſimpliciter relicto, iuxta terminos *l.eam quam, Cod. de fideicom.* quod minimè conuenit verbis *d.§.fin.* vt latius tradidi cùm eam legẽ auditoribus meis dictabam, Co-
cis Cathedram in Academia relegens. † Quare hac 22
& aliâ Bart. interpretatione damnata *in l.ille à quo,n.*2. *D. ad Trebell. & in l.*4.*Cod.eod.num.*3. & reiecta emendatione Fabri *d.cap.*14.*& lib.*18 *cap.*14. certius videtur Vlp. mentem calluiſſe Merill. *ſupr.* qui ait *in d.§.fin.* hæredem inſtitutum fuiſſe cum cretione, vt probatur,
ibi, *Finge eum ſuperuixiſſe centum diebus.* † Cretio au- 23
tem modus fuit adquirendæ hæreditatis, qua aſſignabantur hæredi ſcripto centum dies, vt deliberaret, vellet, necne, hæreditatem, cerneretque, id eſt, decerneret, an hæres eſſe vellet, de qua re videndi erunt Donell. *lib.*7.*com.cap.*8. vbi Oſvval. *lit. H. & ſeq.* Gothofr. *in l. cretionum* 17.*C.de iure deliber.& in not.ad Vlp.in frag.tit.* 22.*§.cretio.* vbi etiam Cuiac. *& in l.*1. *D.de iure delib.* Pichard. *in §. item extraneus num.*27. *& ſeq Inſt. de hæ-*
*red.qualit.& de adquir.hæred.cap.*4.*num.*2. *&* 3. † Vnde 24
ſpecies *dict.§.fin.* ea fuiſſe videtur. Hæres inſtitutus eſt cum cretione vt intra centum dies cerneret, ſeu adiret, grauatus eſt reſtituere hæreditatem. Intra eoſdem centum dies hæres repudiauit, & intra eoſdem poſt repudiationem deceſſit. Agnatus, qui tempore repudiationis illius erat proximior, poſtea inter eoſdem dies deceſſit. Quærit Vlp. vtrùm legitimus hæres admit-

tatur

tatur qui fuerit proximus tempore repudiationis, vel tempore mortis hæredis, & reſpondet poſteriorem admitti, quoniam etſi repudiata hæreditas non poſſit iterum adiri, *l.4.Cod.de repudian.hæred.l.is qui* 13.*D.de adquir.hæred.* tamen in inſtitutione facta cum cretione pœnitentiæ locus erat, vt ſcribit Vlp. *in frag.tit.*22. *verſ. cum cretione*, atque ita repudiatio in ea ſpecie non efficit, vt proximo hæredi deferatur hæreditas, ſed tunc cùm dies cretionis elapſi ſunt. Nam proximum, non eum quærimus, qui fuit cum moreretur, paterfamilias, ſed qui primus eſt cùm repudiatur hæreditas, *d.l.*2.§.*interdum,de ſuis & leg.* taliter vt inteſtatum deceſſiſſe certum ſit, atque ita conſequitur poſt repudiationem ſucceſſionem eſſe, quia non eſt talis teſtamenti deſtitutio in eo caſu, nec prius defertur, quàm certum ſit ex teſtamento adiri non poſſe, *l.quandiu* 89 *de regul.iur.* Quia igitur hæres inſtitutus cum cretione repudiauerat, & tamen adire poterat, intra eoſdem dies, ex eo quærebatur, an proximo deferretur hæreditas qui proximus erat tempore repudiationis, vel tempore mortis hæredis.

25 Hæc interpretatio etſi verè explicet ſpeciem, quam principaliter Vlp. proponit, non tamen aperit vltimum verſum eiuſdem, quare ſcilicet iſte proximus admittatur ad ſucceſſionem cum onere fideicommiſſi? & quidem ipſe Merillus obſcurius loquitur Vlpiano ipſo, & iam in explicationem Cuiacij *ſuprà* reiectam inclinat, iam ab eâ ſubtrahit, ita vt minimè poſſis ab eo Proteo veram extorquere rationem quam inquirimus, & ſanè ſolùm concludit tranſire onus in proximum, quia potuit cogi hæres, quod tamen apertè negatur *in l.ille à quo* 13.§.*quid ergo, verſ.dicendum, iuncta l.facta* 63.*in princip. D.ad SC.Trebell.*

26 Diu me torſit huius reſponſi difficultas, vt ſi multoties meditatione fatigatus deſperauerim de eius aſſequendâ mente, & cùm Salmanticæ de eo agerem, exiſtimaueram poſteriorem legitimum hæredem ad onus fideicommiſſi teneri, ex reſcripto Diui Pij, qui multa ſpecialia circa reſtitutionem Pegaſiani SC. introduxit, quorum mentio extat *in l.apud Iulianum* 11.§.*vtrum,in fin.cùm leg.ſeq. & in leg.cogi* 16.§.*fin. D.ad SC.Trebell.* verùm nondũ à difficultatibus me expedieram. Nunc iterum atque iterum re perpenſa aio Vlpian. *in d.*§.*fin.* propoſuiſſe ſpeciem iuxta doctrinam, quam priùs antecedenti reſponſo tradiderat, quo ſcilicet tempore proximitas agnati inſpiciatur, & cum docuiſſet proximum illum eſſe accipiendum, qui proximus eſt cùm repudiatur hæreditas, ſubiicit poſtea §.*fin.* in quo dubitat, an poſſit etiam poſt repudiationem ſucceſſio dari, id eſt, an proximus alius poſſit conſiderari diuerſus ab illo, qui tempore repudiationis proximus erat. Reſpondet affirmatiuè in ea ſpecie, quis fuit hæres inſtitutus cum cretione, & grauatus reſtituere hæreditatem, quam repudiauit, & iuxta reſcriptum Diui Pij, de quo in d. iuribus compulſus fuit adire, verùm ipſe allegat centum dies ſibi à defuncto datos, intra quos deliberare poterit an adire, vel repudiare velit, & vt ex Vlp. conſtat. *in frag.tit.*22.*verſ.cretio.* qui cum cretione inſtitutus eſt, ſicut non aliter excluditur, quàm ſi intra dies cretionis non creuerit, ita etiam, etſi conſtituat ſe nolle hæredem eſſe, poteſt iterum, ſi ſuperſunt dies cretionis, adire, quia cretio eſt dierum certorum ſpatium quod datur inſtituto ad deliberandum, quam deliberationem datam à teſtatore fideicommiſſarius non potuit infirmare, nam etſi compellere poſſet ex Diui Pij reſcripto non niſi poſt centum dies deliberationi conceſſos, compulſio & realis reſtitutio locum habere non potuit. Quapropter cùm tranſactis centum diebus cretionis, iam qui proximus fuerat tempore primæ repudiationis mortuus fuerit, cúmque tempore quo compulſio effectum ſortiri inceparat deceſſerit inſtitutus, proximus iam eſt qui primo tempore fuerat poſterior, quia tunc certum eſt illum à nemine in ſucceſſione præcedi qui cum onere fideicommiſſi ſuccedit, quia reſcriptum Diui Pij efficit, vt ei qui compulit adire, & reſtituere ſibi hæreditatem, reſtituatur hæreditas, etſi iam compulſus qui reſtitutionem facere debebat, mortuus fuerit, & ſic quicumque in ea ſucceſſerit, reſtitutionem faciet, quia mediante D. Pij conſtitutione bona ſunt affecta cum onere illo reſtituendi, quod egregiè probatur *in d.leg. apud Iulianum,* § *fin.* ibi, *Cùm igitur demonſtrauerit Diuus Pius ſuccurri hæredi inſtituto, dici poteſt etiam in cæteris cauſis exemplum hoc ſequendum, ſicubi venerit reſtituatur fideicommiſſaria hæreditas ei, qui compulit adire.* Cum ergo illius Principis exemplum in ſimilibus cauſis proponatur, ex eo dicemus cum Vlpiano onus fideicommiſſi ad quemcumque ſucceſſorem pertinere, vide quæ dico *in l.*3.*infr.de apochis n.*47.

Supereſt tamen vt videamus, an in noſtro caſu vacantium bonorum fiſcus teneatur ad legatorum præſtationem, attento iure, quo vtimur, regio, *l.*1.*tit.*4. *lib.*5.*Rec.* quâ cauetur vt legata conſeruentur, etſi nullus ſit ſcriptus hæres, vel is, qui ſcriptus eſt, hæreditatem non adeat, & fiſcum in bonis vacantibus ſuccedentem ad legata præſtanda teneri, poſt Azeued. tenent relati à Pichar. *in d.princ. Inſt. de eo cui liber. cauſ. num.*54. Sed, meo quidem iudicio, parum attentè hoc conſiderarunt, nam, vt ſæpius diximus, fiſcus non ſuccedit vt hæres, neque in ea bona ſuccedit vt hæreditaria, ſed vt vacantia, vt ſupradicti Auctores non negant. At *in d.l.*1.*Recop.* quamuis dicatur deſtituto teſtamento legata præſtanda, hoc in eo caſu ſtatuitur, quando non fecit teſtamentum, & adiicit, *En tonces ere de aquel que ſegun derecho y coſtumbre de la tierra auia de exedar en caſo que el teſtador nohiciera teſtamento*, quæ verba accipienda eſſe de his, qui iure hæreditario veniunt, indicant illa *ere de aque*, & ſimilia. At verò iam *ſuprà* reſoluimus fiſcum non admitti ad bona vacantia iure hæreditario, ſed iure Regalium, atque in fiſco locum non habebit illa lex regia. 27

Conſtat ergo ex tam longè petitis hæreditatem, quatenus domina eſt multum differre à bonis vacantibus, nam hæreditas eſt quid iuris, & quæ abſque bonis poteſt conſiſtere, dummodo aliqua eſſe poſſint. At bona ſunt quid corporale, & quando non reperiuntur nihil ſunt, neque ſunt in conſideratione. Hæreditas repræſentat defunctum, bona non repræſentant. Hæreditas dicitur repræſentare defunctum, ne bona, quæ erant hæreditaria, fiant vacantia, ergo mortuo aliquo ſine hæredis ſpe fient vacantia, non iure hæreditario, aut ſucceſſorio, ſed ſingulari. Itaque cùm ſpes eſt quod hæreditas poſſit adiri, datur hæreditas, ſpe tamen illâ deficiente, euaneſcit, & fiunt bona vacantia, quod ſatis innuit Vlp. *in l.*1.*D.de ſucceſſor.edict.* vbi cum ſpes eſt ſucceſſionis, conſtituitur hæreditas eo tamen quòd ea ſpes deficit, conſtituitur ſeparata bonorum natura, vt eleganter obſeruauit Platea *hìc* ſtatim *in princ.* Spino *de teſtam.gloſſ.*33.*n.*13.*&* 14. & Ant. Fab. *de error.deciſ.*3.*err.*3.*num.*6.*& ſeq.* Valenz. *in h.l.*4.*n.*1.*&* 2. 28

Sed cùm *ſuprà* diximus fiſcum poſt omnes eſſe, dubitari ſolet, an in occupatione bonorum vacantium præferendus ſit omnibus affinibus, pupilli tutoribus, vxori, vel marito? In quo dubio dicendum eſt excluſos eſſe affines, quoniam iure affinitatis ſucceſſio non eſt, *l.affinitatis* 7.*C.com.de ſucceſſ.* & ita ſocer, priuignus, & ſimiles excluduntur *in l.*3.*&* 5.*C.illo tit.* docent relati à Farin. 1.*p.frag.d.verb.fiſcus n.*121. Oſvval. *lib.*9.*Donell.cap.*1.*lit.V.* † Excluduntur quoque tutores, vt contra fiſcum in bonis vacantibus pupilli ſuccedant, vt docet Bar. *in l.quo tutela, D.de regul. iuris,* & alij antiquiores, quos refert Ant. Gom. *in l.*8. *Taur.n.*24. Spino *de teſtam.gloſ.*1.*n.*38. Farin. *vbi prox.n.*122. *& ſeq.* 29 30

& *ſeq.* Oſvval. *d.c.1.lit.X.* Nec video quæ fuerit ratio dubitandi, qua moueantur Accurſ. *in d.l.quo tutela gl. 1. ad fin.* & Bal. *in l.1.C.vnde vir & vx.& in l.ſi quis filio, §.eius, qui.D.de iniuſt. rupt.& in l.ſi qua illuſtris, Cod. ad Orphitian.* Alber. & Corneus *in d.leg.1.Cod. vnde vir.* Affl. *in c.1.verb.bona, tit.quæ ſint regal.* & Platea *hîc.* Nam etſi eam aſſignet ex eiſdem Oſvval. *dict.lit.X.* & ex traditis à Menoch. *de arbitrar.caſ.101.n.4.* propter magnum nutritionis affectum, de quo dixi *lib.3. obſeruat.c.1.§.3.num.11.& 12.* non debet ille affectus tanti æſtimari vt tutores fiſco anteponat, vt tradunt *ſuprà* adducti, & Camill.Borrell. *de præſtant.Regis c.14.num. 37.& ſeqq.*

31 Præponitur fiſco vxor in bonis mariti, & è contra, vt expreſſum extat *in l.2.infr.de petit. honor. l.1. C.vnde vir.& vxor.& in l.fin.C.Theod. de legitim. hæred.* ibi, *Niſi ille caſus emerſerit, vt nemo de propinquis ſucceſſionem mortui vindicare poſſit ex lege cum fiſco noſtro qualiacumque iura matrimonij præponamus, l.23.tit.11.p.4.l.1.& 6. tit.13.p.6.* idque iure antiquo cautum fuiſſe conſtat ex *d.l.1.C.vnde vir.* ibi, *Maritus & vxor ab inteſtato inuicem ſibi in ſolidum pro antiquo iure ſuccedant*, (vbi *ius antiquum*, ait Gothofred. Cuiacium ſequutus *lib.3. obſeru.c.12.* dici habita ratione conſtitutionis nouæ latæ ab eiſdem Imperatoribus Theodoſio & Valentiniano, quæ eſt *d.l.fin.C.Th.de legit.hær.* quod mihi non probatur, veriúſque arbitror ius antiquum dici ius duodecim Tabularum, quo vxor viro, vel vir vxori hæredes inuicem erant ab inteſtato, vt ex Dionyſ. Halicarnaſ. *lib.2.* colligit Balduin. *ad ll. Romul. c.14.* &
32 cum aliis Oſvval. *ad Donell.lib.4.c.1.lit.K.*) † Rationem huius rei aſſignat Ant.Gom. *in dict.l.8.Taur.num. 20.* Farinac. *d.verb. fiſcus num.131.* Cuiac. & reliqui *in d.l.1.C.vnde vir.* & *in præſent.* Bart.Platea & Valenzuel. *n.31.in h.l.4.*Nouar. *ibi n.9.* Peregr. *de iure fiſc. lib.6.tit.3.num.4.* Borrell. *de præſtan. Regis c.14.n.19.*
33 *& ſeq.* D.Ioan.del Caſtillo *de Tertiis c.41.n.154.* † Et quamuis hodie, an procedant ſupradicta, dubitauerit Palacios Rub. *in l.32.Taur.n.12.* & *ibi* Tellus *n.4. & in l.3.Taur.3.p.n.13.* propter *l.20.tit.18.lib.8.ordin. & l.12. tit.8. libro 5. Recop.* verius eſt dicendum vxorem in bonis mariti, vel maritum in bonis vxoris excludere fiſcum, vt probant Matienz. *in d.l.12.*& relati ab Azeued.& Caſtillo *ſupr.* & Valenz. *d.n.31.verſ.hodie tamen.* Qui rectè ratiocinatur non eſſe credendum ſimplici ſermone & generalitate illâ *d. l.2.* omnem iuris communis & Partitarum deciſionem funditus euertere voluiſſe, *l.ſi quando, C. de inoffic. teſt.* & ſic multis in caſibus egere ſuppletione. Nam illa verba, *ſi no hiciere teſtamento en que eſtablezca heredero*, ſupplenda ſunt ne excludant caſum in quo defunctus nullo inſtituto hærede diſpoſuit de rebus ſuis, vel legando: vel alia relicta particularia faciendo, nam etſi tunc ab inteſtato hæredes non ſuccedant, tamen adhuc excluditur fiſcus, neque bona dicentur vacantia quæ certum habent iudicium defuncti, & omnino validum, *leg.1. tit.4.lib.5.Recop.* & eodem modo ſuppleri debet quoad alios caſus omiſſos, patroni ſcilicet, ſpurij, adoptiui, Collegij, Doctoris, confraternitatis, militis expoſiti, qui fiſco ſolent præferri, vt proſequuntur Borrell. & Farinac. *ſupr.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib.3. c.10. ex n. 368.* Thom.Valaſc. *allegat.37.* poſt Peregr. & alios iam allegatos Tiraq. *in tr.le mort.2.p.declar.15.tot.* qui ſanè caſus omiſſi remanent in diſpoſitione iuris communis & regij Partitarum, *argum.l.commodiſſimè D. de liber.& poſth.* ſuppleri quoque debet eadem illa lex 12.& in caſu ſucceſſorum tranſuerſalium, quod inſpecto ſono verborum videtur generaliter comprehendere, in quocumque gradu exiſtentes; adhuc tamen ciuiliter eſt accipienda, vt ad ſolum decimum gradum incluſiuè referatur, ex *l.6.tit.3.p.6.*

34 Excludere fiſcus ſolet ciuitates, vt docemur *in h.l.* quæ reuocat quæcumque priuilegia bonorum vacantium ius ciuitatibus indulgentia. Ratio videtur fuiſſe, quia cùm hoc ſit de regalibus, & competat reſpectu regiæ dignitatis, non poſſunt illud habere ciuitates quæ priuatæ cenſentur, *l.2.infr.de iure reipub.* ibi, *cauſa eius non ſeparatur à cæteris creditoribus, l.bona 15. D. de verb.ſign.cum lege ſeq. l.ſimile 10. D. ad municip. l.nihil 15. D.ad SC.Macedon.* ideò Nicenſes à Traiano expoſtulabant, vt priuilegium quo bona ſuorum ciuium inteſtatorum concedebantur ab Auguſto, confirmaret, vt conſtat ex Plin. lib.10. *epiſt.88.* docent relati à Farinac. *ſupr.n.113.* Lucas *hîc n.7.* Nouar. *numer.1.* & Valenzuel. *num.13.* Mantic. *de tacit.conu.lib. 11.tit.18.ex num.18.* Ratio dubitandi erat quod ciuitates ad Decurionis inteſtati bona vocantur, *leg.4.C. de hæreditat. Decurion. l.vnic. C.Theod.de bonis Decurionum.* ibi, *ſi Decurio ſine liberis inteſtatus diem vitæ ſoluerit, cui neque voluntas poſtrema legibus fulta, neq; aliquo iure gradu proximo hæres extiterit, bona eius curiæ ſuæ commodis cedant*, & ſic quo videbatur permiſſum, vt ad ciuium inteſtatorum vacantia bona admitterentur. † Quod 35
tamen denegatur hic, quia eis non poteſt competere ius confiſcandi, cùm ciuitates fiſcum non habeant. Molin. *de primog.lib.1.cap.25.num.21.* & antè docuerunt Bald. *in tit.de Allodiis numer.10. in feud.* Alex. *in addit.ad Bar.hîc numer.4.& 11.*Pyrrhus & Platea *n.11.* Valenzuel *dict.num.13.* Niſi à Principe tale ius ſit eiſdem conceſſum, vt probatur *in cap.cùm ſecundum, de hæretic.lib.6.* ibi, *Per Principes & alios dominos temporales, leg.ſi quis preſbyter 20. Cod.de Epiſcop. & cler.* vbi notauit Bald. *& in leg.ſi quis, Cod.de hæred. Decur.* Molin. *dict.cap.25.num.21.* Valenzuel. *dict.num.13.* idem ius habent ciuitates quæ non recognoſcunt ſuperiorem, vt Reſpublica Venetorum, & Genuenſium, vt firmat Borrell. *de præſtan. Regis dict.c.14. num.6.* Maſtrill. *de magiſt.dict. lib 3. cap.10. num.391.* & ante eos tenuerunt antiqui in præſenti, præcipuè Lucas *num.7.* Bar. *in leg.ex quibuſdam num.2.ff. de iure fiſci, & in l.item veniunt 22.§.aut ſenatus, ff.de pet.hær.* Alex. *conſ.6. num.7. lib.1.* Afflict. *de ſucceſſ. ab inteſt.1.p.num.83.* † An id 36
quoque procedat in dominis vaſallorum, diſputant Nouar. *in h.leg.1.numer.3.*Valenzuel. *num.14.* & Bobadill. *lib.2. politic.cap.16.num.216.lit.B.& C.* vbi plures refert, qui tenent quod etſi domino vaſallorum à Rege ſint conceſſæ dignitatis regalis præeminentiæ, non tamen poterit occupare bona vacantia, quia hoc ius non eſt effectus iuriſdictionis, ſed tantum dignitatis. † Non nego tamen ciuitates & Barones poſſe 37
conſuetudine, aut præſcriptione hoc ius in bonis vacantibus adquirere, ſicut priuilegio poſſent, vt ex Bar. *hîc*, & reliquis docent Alex. *conſil.13.n.18.lib.8.* Boſſius *in praxi cap.de fiſco num.7.* Decian. *reſpon.35. num. 63.& 64.lib.2.* Valenzuel. *n.14.* & alios referens Nouar. *in h.l.1.n.6.* † Vnde ex ſupradictis colligitur, ita 38
bona vacantia fiſco deferri, vt nullum ius priuatis eorum vindicandorum competere poſſit, vt conſtat ex latè iam à nobis *ſuprà* animaduerſis, quæ apertè refellunt ignorantiam loquaciſſimi Ioannis Bobini, qui *lib.1.de Repub.cap.18.* aſſerit iure Romano cuique licuiſſe occupare bona vacantia, inepte profectò, prout in aliis damnatus ille confundit res pro derelicto habitas, & bona vacantia, ex *leg.1.ff.pro derelicto*, vt rectè eum reprehendit Sixtinus *d.c.9.n.34.*

Verùm etſi fiſcus hoc ius duntaxat ipſe habeat, ab 39
huiuſmodi bonis vindicandis ſolet excludi præſcriptione, *leg. intra 10. Digeſt. de diuerſ. & temp. præſcrip.* aduertunt Platea *hic num.5.* Sixtin. *d.cap.9. numer.34.& ſeq.* & diximus nos *in leg.6.ſupr. de iure fiſci.*

Quid autem dicendum erit de his bonis, quæ domino carent, & oberrant ſine ſcientiâ, vel voluntate dominorum, quæ apud nos dicuntur *meſtrencos, in leg.6.* &

*& 7.tit.13.lib.6. Recop.* videndi erunt Couar. *in reg. peccatum 3.p.§.1.num.3. & ſeq.* Auendañ. *de exequen. cap.7.num.5.* Azeued. *in leg.6.tit.15.lib.4. Rec.num.55.* Bobadill. *lib.2.cap.16.num.133.* Lara *de capellan. lib.1. cap.22.num.11.* Pichar. *de adquiren.heredit. capite quinto numero vigeſimo quarto & ſeq.* & Borrell. *de magiſtr. libr.4.cap.20.* ipſos adeas,cum occaſio expoſtulauerit, nos enim tantùm ſignamus,non tranſcribimus.

## LEX II.

*Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Æmilium. V.P. Rationalem.*

Si quando annotationes noſtræ contineant poſſeſſionem, ſiue domum, quam donauerimus,integro ſtatu donatam: hoc verbo ea vis continebitur,quam ante ſcribebamus, cum adiacentibus, & mancipiis, & pecoribus, & fructibus, & omni iure ſuo, vt ea,quæ ad inſtructum poſſeſſionis, vel domus pertinent, tradenda ſint.

*SVMMARIVM.*

1 *Oſtenditur malè à Triboniano hanc legem ſub hoc titulo collocari.*

2 *Verba* integro ſtatu *in donatione poſita, quid continent?* & n.29.

3 *Principis beneficium latiſſimè interpretatur*, & numero 5.

4 *In vltimis voluntatibus fit lata interpretatio, & quid in teſtamento importet clauſula* vti eſt.

5 *Domus,vel fundi nomine non continentur res, quæ ibi ſunt, & quæ amoueri poſſunt*, & n.12.

6 *De interpretatione* l.Lucius 93. §.collegio.ff.de legat.3. & num.7.8.9. & 10.

11 *Relicta domo cum onere maioratus, non continentur res magni valoris.*

13 *Si Princeps concedat fortalicium, an conceſſa videantur munimenta?*

14 *Parladorij ſententia reiicitur, qui exiſtimabat donationem Principis de bonis vacantibus eſſe ſtrictè interpretandam,& de intellectu* l.1.infr.de petit.bonor. vac. & num.15.& 17.

16 *Quæ per importunitatem conſequuntur, videntur conceſſa ſine voluntate Principis.*

18 *Interpretatur* lex 1.§.initio 4.ff.de inoffic.præfect. vrbi, *& an appellatione vrbis, ſeu ciuitatis veniat territorium?* & num.19. *& expenditur* l.1.tit.10. lib.5.Recop. *circa caſtri conceſſionem*, num.20.

21 *Quid ſub hoc nomine* adiacentia *veniat in lege noſtrâ, & quid pertinentiarum appellatione comprehendatur?*

22 *Pertinentiæ licèt in dupli modo conſiderentur, reiicitur ea diſtinctio,& omnes in conceſſionem Principis veniunt,etiam ſi ſint molendina,& alia huiuſmodi,* & num.23. & 24.

25 *Quæ dicantur adiacentia domus, aut fundi, & an vinum ſub eo nomine comprehendatur.* & num.26. *vbi agitur de interpretatione* leg.quæſitum 12.§. proinde 28. *cum aliis*, ff.de fund.inſtruct.

27 *In noſtra lege ſub eâ cauſulâ* integro ſtatu, *veniunt pecora,& mancipia,& dotes prædiorum,& quæ ſint, explicantur, item etiam continentur ſeruitutes, & quomodo conſiderentur partes fundorum, explicatur* l.quid aliud 86.de verb.ſignif.& num.18.

30 *Caſus de facto refertur, & quid deciſum in Curia Pintiana circa ſincuram, & ius patronatus Regni Gallitiæ,in condemnatione facta ad reſtituendum ius patronatus cum annexis, an comprehenderetur annexorum nomine ſincura, ſeu ius percipiendi decimas?* & n.ſeqq.vſque in fin.

CVM ſolerent Impp. res vacantes, quæ in 1
fiſcum erant coactæ, donare, vel vendere, ideò de eis ſubiicitur hæc lex in hoc titulo, quæ aliàs minimè ad illius tractationem pertinuiſſet. Adeò vt niſi ex his bonis vacantibus domum donatam concedas, non poteris negare Triboniani incuriam, etſi ipſe in iuris libris conſarcinandis non indiligens. Sed in his Codicis poſterioribus non ſolùm titulorum ſeriem omiſit, ſed aliquando & legum,vt iam *alibi* diximus. Vnde multas leges è ſuis titulis reiectas, & in minus proprium locum tranſlatas,animaduertimus,cum Cuiacio *in notis ad tit. Inſt.de gradib.cognat. & lib.3. obſeru. c.37.* & ſic credo legem hanc magis pertinere *ad tit. infr.de bonor.petit.ſubl.* † Si itaque fundus, aut domus,vel poſ- 2
ſeſſio ab Imperatore donata ſit, & in adnotatione, ſeu ſcripturâ dicatur domum donari *integro ſtatu*, his verbis continebuntur adiacentia, mancipia, fructus, pecora, & omne illud quo inſtructa cenſetur poſſeſſio.
† Ratio eſt, nam etſi donationis ſtricta exiſtimetur 3
natura, *l.cùm indebito 25.in fin.ff.de probatio.* & notat Gothofred. *hîc*,& ante eum Rebuff.ante *num.1.* præcipuè, quia domus nomine ſola intelligitur, *l.qui fundum 7.§.1.ff.pro emptore,c.1.§.è contrario, de inueſtit. de re alien.* iuncto Iul.Clar.4. *ſent.§.feudum quæſt.88.verſ. ſed pone.* Mant. *de tacit.& amb.lib.4. tit.15.ex n.1.* Tamen beneficium Principis latiſſimam recipit interpretationem, *l.3.ff.de conſt.c.olim.16. de verb.ſign.* vbi gloſſ. *verb. largiſſimè*, cum notatis ab Eguin. Baron. *in d.l.3.* Donell. *lib.1.com.c.15.* vbi Oſvvald. *lit.E.& F.* Parlador. *in ſexquicent.differ.13.§.1.n.1.* Sanchez *de matrim.lib.8. diſp.1.n.4.* Ioan.Gutier. *lib.4.pract.q.11. num.2.* Menoc. *de præſumpt.lib.3.præſumpt.97.n.17.& ſeq.* Maſtrill. *de magiſt.lib.1.c.14.num.2.* Cabedo *2.p. dec.95 tot.* Barb. *de axiomat. iur. verb. beneficium, axiom. iur.verb. beneficium, axiom.36.* & ante eos in propoſito obſeruauit Platea *in præſenti n.3.* † Et ita videmus, 4
quia in vltimis voluntatibus cùm eadem recipiatur interpretatio *leg.fin. Cod.de poſth.hær.inſt. iuncta l. vel negare 5.ff quemadmod.teſt.aper.l.in teſtamentis 12.ff.de reg. iur.* ſi relinquatur domus,aut fundus, *ita vti eſt*, mancipia, ſi qua fuerint, in eo debentur, *leg.quæſitum 78.§. peto.l.prædiis 91.§.fin.leg.qui habebat 101.§.fin.de leg.3. leg.prædia 27.§.affini ff.de fund.inſtruct.* † Extorſit hoc 5
Principis liberalitas, cùm minimè fundi, vel domus appellatione continerentur res, quæ moueri poſſint, ſed tantùm res, quæ ibi perpetuò ſunt poſitæ, *leg.cum fundus 21. l.dolia 26. ff. de fund. inſt.* Nam vt ait Vlp. *in leg.fundi 17.in pr.ff.de action.empti.* ibi, *Fundi nihil eſt, niſi quod terra ſe tenet: ædium autem multa eſſe, quæ ædibus affixa non ſunt, ignorari non oportet, vtputa ſeras, claues*, docet Mantic. *d.lib.4.tit.15.n.5.*

Sed obſtat, Scæuola *in l.Lucius 93.§.collegio fabro- 6
rum,ff.de legat.2.* vbi legato fundo cum ſiluis, quæ ei cedere ſolent, *vti optimus maximuſque eſſet*, non comprehendi,ſcribit, ea quæ ibi erant tempore mortis, id eſt, fœnum, paleam,neque vaſa vinaria, id eſt,cuppas, quæ in cella defixæ erant,neque granaria.Quod tamen pugnat apertè cum ſupradictis, *& l.dolia 26.ff.de fund.
inſtr.* † Cui difficultati ſatisfaciunt Cuiac. *in l.206.* 7
*ff.de verb.ſign.* Oſvval. *ad Donell.lib.8.cap.19.lit.C.pag.667.* Theſaur. *lib.1.qq.forenſ.cap.84.num.4.& ſeq.* & ante eos iam ſcripſerant Bar. & reliqui *in d. leg.fundi.* Diſtinctionem adhibentes inter dolia & reliqua quæ ſunt alligata ædibus, vbi perpetuò ſint, & ita cohæreant,vt ſine ruinâ ab ædificio auelli non poſſit, vt *in d.l.*

*d.l. dolia,d.l.fundi §. Labeo,de act.emp.* aut inter ea, quæ
poſſunt ſeparari ſine vitio fundi, vt *in d.§.collegio.* nam
primo caſu partes ipſius fundi eſſe videntur, *d.l.cùm
fundus,in fin.*ſecundo verò legato non cedunt,cùm non
conſiderentur tanquam partes.

8 Quæ interpretatio mihi non arridet, nam *in d.§.
collegio*, cuppæ & dolia in cella erant defixa, quæ fuit
ratio dubitandi,quâ conſultor Scæuolam adierat.Neq;
ad rem pertinet quod exiſtimat Tiraq. *de retract.lig.§.1.
gloſſ.7. num.*98. qui ſuſpicatur in eo Sceuolæ contextu
mendum aliquod irrepſiſſe, ſiquidem illius ſententiæ
multa iura repugnent; cui adhæret Gothofred. *in d.§.
collegio.* Attentiùs ſe geſſit Cuiac. *lib.3.Reſpon.Scæuol.in
dict.§.collegio,* qui ait Scæuolam ad quæſtionem volun-
tatis defuncti reſpexiſſe,non ad quæſtionem de iure,vt
quod legatum eſt, relinquatur arbitrio Iudicis, quod
9 à Scæuolæ litterâ & mente alienum eſt. † Qui, vt
ego arbitror, attendiſſe videtur voluntatem teſtatoris;
qui non legauit ſimpliciter fundum, ſed adiecit, *vti
optimus maximuſque eſt*, quæ vulgaris fuit clauſula
adiici conſueta venditionibus fundorum, vt pluribus
comprobat Briſſon. *de formul.lib.6.p.*561. quâ obliga-
batur venditor præſtare fundum ab omni ſeruitute li-
berum,*l.cùm venderes 59.ff.de contrah.emp. l.penult.ff.de
euiction.l.qui vti 90.l.ſi cùm fundum 126.l.non tantùm 169.
de verb.ſign.* iunctis quæ ad eius rei cognitionem & diſ-
putationem poſt antiquiores obſeruant Cuiac. *lib.2.
obſer.c.20.& in d.l.cùm venderes.* Balduin.*in Scæuol.pag.*
240.Cabotius *lib.2.diſp.c.*25.Ant.Gomez *lib.2.var.c.2.
n.*44.& Mudæus *de action.empti,pag.149.& ſeq* Vnde te-
ſtator tantùm voluit fundum præſtari liberum à ſerui-
tute,vt expreſsè docemur *in leg.ſeruo legato 69.§.ſi fun-
dus,de legat.*1.non verò voluit illis verbis,*vti optimus*,vt
in tali legato comprehenderentur pabula, fœnum, &
quæ ibi erant tempore mortis. Ratio eſt, quia palea &
fœnum rectè poſſunt tolli ſine ædificij mutatione.*d.l.
cùm fundus.*

10 Maior tamen difficultas eſt de doliis & cuppis,
quas non eſſe legatas ait Scæuola contra *d.l. dolia 76.
de contrah. emp. l.granaria* 18.*l.pen.§. dolia,ff.de action.
empt.* Sed reſpondebis, cuppas & dolia & granaria il-
la, de quibus in illo legato, non fuiſſe contenta, quo-
niam etſi defixa erant ibi,ita repoſita ſunt,vt poſt mor-
tem teſtatoris tollerentur, cùm ad vitam tantùm ſuam
poſuiſſet, & cuppæ dolia ita ædium, ſeu fundi exiſti-
mantur, ſi ita alligata ſunt fundo,vt ibi perpetuò repo-
ſita, *d.l. dolia 26.de fund. inſtr.* non verò ſi ad tempus,
iuxta ſupradicta iura, & ita eæ res legato cum illâ clau-
ſulâ *vti optimus*,fundo non continentur,Quæ interpre-
tatio confirmatur ex *d.§.collegio*,ibi,*Quæro,an ea quoque,
quæ in diem mortis ibi fuiſſent*; quæ verba coniuncto §.
*quidam, eiuſdem leg. Lucius*, ibi, *an mancipia quæ in his
prædiis morata in diem mortis,* ſignificant patremque fa-
milias illas cuppas habuiſſe in illo fundo, non vt per-
petuò ibi fuiſſent,ſed in diem ſuæ mortis propriis vſi-
bus tantùm applicata, quaſi vlteriùs, ſi vellent hære-
des,ibi non eſſent. *argum.leg.villæ 16.§.fin.verſ.quoniam
ipſe, ff.de fund. inſtrum.* Ex quibus conſtat voluntatem
defuncti non eſſe extenſam ad illas res, quæ ibi habe-
bat, non vt perpetuò eſſent, ſed tantùm ad commo-
diorem vſum,nam multoties cuppæ & dolia non erant
defoſſa,ſeu defixa vt videre eſt *in l. in inſtrumento 8.verſ.*
11 *conſeruandi,ff.de fund.inſt.*† Vnde infero quòd ſi aliquis
domum reliquerit alicui cum onere maioratus, ſi ibi
relictæ ſint res magni valoris,appellatione domus non
continebuntur in maioratu, quatumvis ſint pretioſæ,
dum tamen non eſſent eæ repoſitæ, theſauri gratiâ,
iuxta ea quæ latè trado *lib.1. obſer.c.16. ad l.vxorem,§.
legauerat,de fundo inſtr.*& notat ferè in ſimili caſu Mie-
res *de maiorat.* 1.*p.q.*10.*num.*78.Alias vtiles quæſtiones
adducit Theſaur. *d. lib.1. q.84.ex n.9.* & Mantic. *dict.
tit.15.toto.*

Hæc in defunctorum voluntatibus ita accipienda 12
ſunt, quoniam iuxta eorum voluntatem relicta inter-
pretantur. At in beneficiis Principum cùm latiſſima
fiat interpretatio, vt diximus, ea omnia comprehen-
duntur, etſi non ſint defixa, vt ibi perpetuo maneant.
nam, vt ait Anaſtaſius Imp. *in l.fin.verſ.cùm per abſur-
dum,infr.de Præpoſit.agent.in reb.* ibi, *Temerarium eſt pro-
pter aſtutam interpretationem velle beneficia Principis ſtrin-
gere & diminuere* obſeruat Bal.*in leg.ſi.1.lect.ff.de conſt.*
Ancharran. *in cap. cùm dilecti, in fin.de donatio* & cum
aliis Tiraquel. *de retract. lign.§.1.gloſſ.7.n.97.* Mantica
*infr.* refer. Gutier. *lib.3. 1.p. quæſt.7. numer.19.& 20.* 13
† Qui tenent quòd ſi Princeps concedat alicui forta-
licium (ita loquuntur) ſeu caſtellum, aut arcem, in
qua ſunt multa munimenta,conceſſa videntur,etſi non
ſint affixa, *argumento l.Seia 20.§ Tyrannæ 7.ff.de fund.
inſtr.*Cui ſententiæ adhærent quoque Cabedo 2.*p.de-
ciſ.95.in prin.*Azeued. *in leg.1.tit.10.lib.5.Recop.n.*39.&
alios referens Mieres *de maior.4.p.quæſt.33.num.32.&
ſeqq.* & Caſtillo *tom.5. c.62. n.51. & ſeq.* & quid in
poſſeſſore maioratus,qui bombardas & alia arma bel-
lica in arcem inuexit, vt ibi perpetuo eſſent, ad inter-
pretationem *l.46.Tauri*,vide poſt Mol. *lib.1.de primog.
c.26.n.4.& 5.* vbi eius additio plures refert,& Caſtil.
*ſup.n.52.*pro quibus expreſſa videtur noſtra deciſio.

Vnde ferenda non eſt ſententia Parladorij *in ſexq.* 14
*differ.13.§.1.n.*8.qui exiſtimat conceſſiones quæ fiunt
à Rege de bonis vacantibus antequam ad fiſcum ſint
delata, eſſe ſtrictim interpretanda, quoniam aduersùs
leges conceduntur, *leg.1.infr. de petition. bonor. ſublat.
l.13. tit.10. lib.5. Recop.* quod quàm à ratione & à le-
ge noſtra ſit alienum, nemo eſt qui non videat. Nam
*d.l.1. de bon. pet.* nihil ad eius propoſitum conducit,
cùm non ex eo quòd interdicatur quis petere bona
vacantia, interdicitur Princeps ea concedere motu
proprio(vt ipſa *lex 1.in fin.*declarat)& quòd tali factâ
conceſſione pleniſſimè habeatur talis liberalitas; vt
notauit *hic* Platea *n.1.* † Quo in ſenſu accepit *d.leg.1.* 15
Gregor. *in l.29. tit.18. p.3.verb. contra los derechos del
Rey.* etiam reſponſum præbens ad eam quatenus con-
ſtituit vt ſi conceſſio ſit contra iura fiſci, vel Regis;
non teneat, quod ſimiliter innuere videtur Iuſtin.
*Nouell.134. c.3.* quæ eſt *Auth. vt nulli iudicum, §. &
hoc vero iubemus,* ibi, *Si verò ad læſionem eſt fiſci,nihil ſu-
per ea omnino agi.* Nam rectè ea iura accepit; quòd ſi
conceſſio fiat in læſionem, ſeu præiudicium tributo-
rum regalium, quæ ad publicam vtilitatem reſpciunt,
tunc ſi alicui concedatur ne ſoluat,etiamſi motu pro-
prio fiat, non debet ſtatim adimpleri, ſed ſpectanda
erit ſecunda iuſſio, cuius reiterationem aſſignat *d.l.29.
partita.* ibi, *Canon an fuerça ninguna porque pueden ſer
dadas* (las cartas) *con prieſa de afincamiento o gran cuy-
ta.* Quæ fuit ratio *d.l.1.de petit. bon.* ibi, *Quoniam ple-
rumque ita in nonnullis cauſis inuerecunda petentium inhia-
tione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus.*
† Ex quo colligit Bald. quòd in his, quæ prohibita 16
ſunt impetrari, ſi reſcriptum impetretur, præſumitur
impetratum per importunitatem petentis, atque ita
citra voluntatem Principis,qui nimiâ inhiatione præ-
ſumitur conſtrictus conceſſiſſe non tribuenda *c. fin. de
reſcript.lib.6.vbi gloſſ. verb. importunitatem,leg.1.tit.12.
lib.3. ordinam. l.24. tit. 3. lib. 2. ordin.* & *ibidem* Di-
dac.Perez. exornat Azeued. *per tex. ibi in l.13. tit.16.
lib.5.Rec.& in l.1. n.1.& ſeq. tit.14. lib.4.Rec. & l.16.
tit.1. lib.5.* vbi Matienz Petra *de poteſt Princip. c.32. n.*
273.Baſil. *de matrim. lib.4.c.5.n.13.& 17.*& Cabreros
*de metu lib.2.c.3. n.34.& 35.* & dixi *in tit.infr.de collat.
donator.ad fin.*& Valenzuel. *in d.l.1.de petit.bon.ex n.40.*
ac proinde iuſtè venit infirmanda impetratio,ex nota-
tis à Caſtren. & aliis, quos refert Cranetta *conſ.16.
numer.13. & 17.* & Platea *numer.7. in dict. leg.1.*
vbi etiam plura cumulat Valenzuel.niſi *dict.n.40.* niſi

Princeps apponat clauſulam in reſcripto, quâ deroget
prohibitioni iuris, vt aduertunt Cyn. & Bar. *in l. fin. C.
ſi contra ius, vel vtil. & in Extrauag. ad reprimendum,
verb. non obſtantibus.* Caſtrenſ. *conſ.* 278. *num.* 1. Felin.
*in c. nonnulli, de reſcript. n.* 2. quia tunc ceſſat vitium ob-
reptionis, vel ſubreptionis, aut importunitatis, & ſic
apponi conſueuit clauſula, *motu proprio, & certâ
ſcientiâ.* de quâ vide quos latè refert Barboſ. *de clau-*
17 *ſul. cauſ.* 79. *tot. &* 59. † Neque obſtabit noſtræ reſo-
lutioni ſi dicas cum Azeued. *in d. l.* 13. *tit.* 10. *lib.* 5. *n.* 7.
& Rebuffo, quem ſequitur, non valere conceſſionem
Principis motu proprio factam, niſi bona vacantia fiſ-
co ſint iam applicata & incorporata. Nam etſi Re-
buff. *in l. ſylua §. ſtipulæ, verſ. inde bona vacantia. D. de
verb. ſignif.* teneat conceſſionem bonorum vacantium
Regis etiam proprio motu factam non valere, ſi ne-
dum ea bona ſint declarata vacare, & Regi eſſe adiu-
dicata. Hoc dubium otioſum planè eſt, nam bona va-
cantia non dicuntur, niſi iam declarata per ſenten-
tiam, & fiſco adiudicata, vt docet Paul. *lib.* 5. *ſentent.
tit.* 12. *iuncta l. prohibitum, & leg. defenſionis, ſupr. de iure
fiſc.* & diximus *ad dict. l.* 1. *ſupr.* atque ita conceſſio
Principis non ſubſiſtit, etiam motu proprio facta,
quaſi de bonis alienis. Neque aliud dicitur *in d leg.* 1.
*infr. de petit. bon.* quæ non loquitur de eis bonis, quæ
iam ſunt fiſco applicata, vt rectè tradit Sixtin. *de Re-
gal. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 38. *& ſeq.* quod cum iure communi
rectè conuenit prohibente, ne huiuſmodi bona petan-
tur, & ita non erit neceſſaria talis quæſtio.
18 Rurſus deduco ex noſtræ legis interpretatione *ad
l.* 1. *§. initio* 4 *ff. de officio præfect. vrbi.* quo loci ait Vlp.
quòd ſi Princeps Præfecto vrbi fideicommiſit quid-
quid intra vrbem admittitur, intelligatur etiam com-
miſiſſe, & quod intra terminos vrbis commiſſum eſt.
Nam in beneficiis appellatione *ciuitatis* venit totum
territorium, vt docet Bart. *in l. vrbis, ff. de verb ſign.* cui
fauet *l. pupillus* 239. *§. territorium. ff. eod.* notat Mantica
*de tact. & amb.* 1. *tom. lib.* 4. *tit.* 14. *toto, &* 2. *tom. lib.* 13.
19 *tit.* 24. *n.* 4. *& ſeqq.* Rod. Suarez. *alleg.* 6. *n.* 1. *& ſeq.* † In-
de ſubinferens *n.* 5. cum Ancharrano *in reg. acceſſorium,
de regul. iuris,* per conceſſionem caſtri videri conceſſam
iuriſdictionem, etiam in territerio, & per conſequens
conceſſo territorio, merum & mixtum imperium vi-
deri adhærere adminiſtrationi, quam ratione territorij
quis habet, *l. fin. Cod. vbi & apud quos in integ. reg. l. qui-
cumque, infr. de fundis limitoph.* vtpotè adiacens, vel
cohærens, *leg. creditor* 52. *§. fin. ff. de action. empt.* & qui
concedit locum cum ſuis finibus, videtur concedere
quidquid intra fines continentur, tradunt Platea *h. n.* 3.
*verſ. ſimiliter.* Gutier. *d. lib.* 5. *pp. q.* 70. *num.* 32. Suarez
*d. alleg.* 6. *num.* 5. *&* 6. & *ibi* eius Additionator Valdes
Matienz. *in l.* 1 *tit.* 10. *lib.* 5. *gloſ.* 21. *num.* 24. Azeued. *in
eadem l.* 1. *n.* 34. *& ſeqq.* Nouar. *hîc n.* 4. *& ſeq.* Menoch.
*de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 97. *num.* 14. Mantica *d. tit.* 24.
*n.* 5. *&* 7. *&* 12. *& dict. tit.* 14. *n.* 20. Borrell. *de magiſtr.
lib.* 1. *c.* 1. *n.* 102. *& ſeq.* & plures referens Bobadill. *lib.* 2.
20 *cap.* 16. *n.* 70. *&* 217. † qui cum noſtris limitat hanc
doctrinam ex *d. l.* 1. *Rec.* vbi ſtatuitur quòd ſi Rex do-
nauerit villam, aut caſtrum, vt cum eo iuriſdictio
data cenſeatur, neceſſe eſt vt in donatione, ſeu conceſ-
ſione apponatur clauſula expreſſa, vt integrè donatur
ſibi nihilo reſeruato, vel quòd donat cum dominio
Regali, ſicut Regi competebat; ſecus autem ſi dicatur
in priuilegio, donari caſtrum cum ſuis iuribus, quæ in
eo & in terminis ſuis Rex habet, hac clauſulâ non cõ-
prehéditur iuriſdictio, ſed tantùm donati videntur red-
ditus & iura poſſeſſionis & fundi, quæ in eo Princeps
habet, id eſt, vt tranſtuliſſe videatur ea iura, quæ in
priuatum tranſire poſſunt, ita etiam docuit Lucas *in
l.* 1. *infr. de veteran.* Auandañ. *in capp. præt.* 1. *p. c.* 4. *num.* 5.
Azeued. *in d. l.* 1. *num.* 34. *& ſeq.* Bobadill. *dict. cap.* 16.
*num.* 70. Quod etiam adſtruitur ex noſtra lege quæ
clauſulam, *integro ſtatu manente,* deſiderat vt veniant
acceſſoria, & adiacentia.

*Adiacentia* autem ſunt, quæ alicui rei mobili, vel 21
immobili cohærent. *l. librorum* 52. *§. chartis, ver. nam
interdum ff. de l.* 3. *Pertinentias* dixerunt antiqui, *c. cùm
ad ſedem* 15. *de reſt. ſpoliat.* Pertinentiarum nomine
comprehenduntur, vt demonſtrant Innocent. *in d. cap.
cùm ad ſedem.* & Oldendorp. apud Schard. *de verb. iur.
verb. Pertinentia.* Rod. Suarez. *alleg.* 7. *n.* 13. Mant. *dict.
tit.* 14. *n.* 32. Menoc. *de præſump. lib.* 3. *præſum.* 99. *n.* 7. *&
ſeq.* Sixtinus *lib.* 1. *de Reg. c.* 5. *n.* 94. *& ſeq.* latè & vtili-
ter pluribus congeſtis Mieres *de maiorat.* 4. *p. q.* 20. *ex
n.* 132. *& q.* 33. *n.* 32. *ſeq.* & Salg. *de Reg. protect.* 4. *part.
c.* 10. *num.* 88. *& ſeqq.* Nouarius *hîc n.* 2. *&* 3. *Acceſſoria,*
vel acceſſiones, quæ vel lege, vel conſuetudine, aut
ſtatuto deſignantur in hoc vt alicui rei extrinſecus ac-
cedant, vel eidem adiiciantur, veluti ſi Princeps con-
cedat alicui caſtrum, ſeu villam cum pertinentiis, hoc
videtur accedere quod erat ſubiectum dicto caſtro ra-
tione iuriſdictionis, vt notat Azeued. *in leg.* 13. *tit.* 7.
*lib.* 7. *Recop. n.* 1. Mieres *d. q.* 20. *n.* 131. *& ſeq. &* 1. *part.
q.* 10. *n.* 106. Barboſ. *de appell. verb. pertinentia.* & variis
exemplis demonſtrat Salgado *d.* 4. *p. c.* 10. *n.* 92. *& ſeqq.*
† Huiuſmodi pertinentiæ dupliciter conſiderantur, 22
vt cum multis tradit Menoc. *ſupr.* aut enim ſunt pro-
ximæ, aut remotæ. *Proximæ* dicuntur, ſine quibus
res principalis ſtare non poteſt, veluti arma bellica in
caſtro, annona, & his ſimilia. *Remotæ* quæ ita ſunt in
caſtro, vt ſine eis poſſit ſtare, vt molendina, valles, ſeu
paſcua, nemora, prædia. Verùm cùm hæc pertinentia-
rum diſtinctio ad rem non faciat, neque ex illa ali-
quis deducatur effectus, ea ratione indiſtinctè omnes
in conceſſionem Principis prouenire exiſtimo, ſiue
remotas ſiue proximas. † Quapropter rectè proce- 23
dit doctrina Bal. *in cap.* 1. *de capitaneo qui curiam vend.*
quem refert & ſequitur Suar. *d. alleg.* 7. *num.* 14. quòd
ſi Princeps concedit caſtrum cum pertinentiis ſuis,
etiam videatur concedere molendina tanquam acceſ-
ſoria eiuſdem, item flumina, nemora, venationes, au-
cupationes, paſcua, & alios prouentus, vt tenet Bar-
batia *in c. Rodulphus n.* 73. *de reſcrip.* Azeued. *ſupr. d. n.* 1.
Mieres *d. qu.* 20. *n.* 1, 32. *& ſeq.* vbi plures refert, & Me-
noch. *d. præſumpt.* 99. *num.* 10. Nouar. *in præſenti n.* 2.
† Ita è contra, ſi iuſſu Principis demoliatur caſtrum, 24
extinguuntur omnia iura, & pertinentiæ ipſius, vt ſit
par & æqualis poteſtas conſtruendi, & deſtruendi, *cap.
verbum, de pœnit. diſt.* 1. aduertit Bald. *conſ.* 121. *vol.* 4.
Auiles *in capp. pp.* 22. *in princ. num.* 17.

Quod verò attinet ad noſtrum propoſitum, domus 25
aut fundi acceſſoria & adiacẽtia ſunt, vt in noſtrâ lege
exprimitur, mancipia, pecora & fructus, & omnia alia
iura, ita vt ſupplex contineatur, non tamen vinum,
quia id ad domum inſtructam non pertinet, *l. ſi ita* 15.
*§. domo ff. de fundo inſtruct.* † Cui obſtat *l. quæſitum* 12. 26
*§. proinde* 28. *& §. Neratius* 35. *& §. idem reſpondit* 39. *ff.
de fundo inſt.* vbi vina contineri docemur. Huic diffi-
cultati reſponſum afferre poteris ex diſtinctione quam
obſeruat Antoninus Imp. *in l.* 1. *C. de verb. ſign.* An vi-
num ſit in domo fortè commercij cauſa, vel vt illud
in aliam partem transferret, vel vinum habuit vſus ſui
cauſa, in hoc caſu vinum continetur, in illo non con-
tinetur, ſi domus inſtructa ſit legata; ita eleganter do-
cuit Cuiac. *in paraphraſi ad tit. C. de verb. ſig. poſt princip.*
† Continentur etiam in noſtra lege pecora & man- 27
cipia, quæ in fundo donato erant fundi colendi gratiâ,
*l. ſi mancipia* 19. *ff. de fund. inſtr. l. cùm de lanionis* 18. *§. cui
fundum, verſ. tametſi, ff. eod.* & omnia illa, quæ dotes
prædiorum nuncupantur, *in l.* 2. *§. fin. leg. Seia* 20. *§. præ-
dia. ff. illo titul.* id eſt, inſtrumenta, & omnis appa-
ratus, ſine quo fundus coli, exerceri, vel cuſtodi-
ri non poteſt, vt ſunt ſerui, qui colunt agros, boues
aratorij, vaſa omnia ad agriculturam neceſſaria, *leg.*

*inſtru*

28 *inſtrumento* 8.*ff.de fund.inſt.* † Non minus ſub eâ clau-
ſulâ *integro ſtatu*, continentur iura alia, quæ ſunt ſer-
uitutes , quæ etſi non ſint partes fundi,ſeu poſſeſſio-
nis (*poſſeſſiones* fundos vocat Imperator noſter, vt dixi
*lib.1.obſeru.cap.*16.*num.*5.) & aduertit quoque Valen-
zuel. *hic num*8. ſubſtantiales, ſunt tamen qualificati-
uæ,ſeu vt ait Bar. *in leg.1. de ſeruitut.* accidentales, vt
indicat Conſultus *in leg.qui fundum* 12. *ff. quemadmod.
ſeruit.leg via.§.ſi fundus, de ſeruitut. ruſt.leg. cum fundus*
12.*ff.comm.prædior.* Quo reſpexit Celſus *in l.quid aliud*
86.*ff.De verb.ſign.* cum dixit, *Iura prædiorum nihil aliud
eſſe, niſi prædia qualiter ſe habentia* , quæ verba (etſi
contorqueant Alciat.& Brechæus, *ibi*, & *æqualiter* le-
gendum putent) hunc habent ſenſum, non vt volue-
rit IC. dicere ſeruitutem prædij eſſe prædium ipſum,
cùm ſubſtantia ab accidenti toto genere diſtet,ſed eſſe
habitum, ſeu conditionem , quâ prædia qualiter , id
eſt,certo modo ſe habent. *dict.leg.qui fundum* 12. Po-
ſuit itaque rem qualitate ſuâ notatam pro qualitate
ipſius rei , vt docuerunt Connan. *lib.*4. *comm. cap.*7.
*num.*8. Donell. *lib.9.comm. cap.*21. vbi Oſvvald. *lit. D.*
Forner. *lib.2.ſelect.c.*18. Cuiac. *lib.9.obſeru.cap.*37.*&
in l.1.ff.de ſeruitut.* vbi Forcatul. *num.*19. Ant. Coſt.
*quæſt.iur.cap.*18. & Vitalis *lib.2.var.cap.*2.

29 Ex quibus omnibus rectè colliges totam rationem
inducendarum illarum rerum non tam ex Principis
beneficio prouenire, quàm ex naturâ illius clauſulæ ,
*integro ſtatu* , quæ omnia illa complectitur vt veniant
in donatione , ſcilicet in ſtatu illo integro , in quo ſi-
mul erant cum fundo, vel domo tempore illo,quo res
vacauit,vt conſtat expreſsè in lege noſtrâ illic,*hoc ver-
bo ea vis continebitur* , quod eleganter & doctè contra
omnes antiquos animaduertit Valenzuel *hic ex num.*5.
& ſic idem erit admittendum in quolibet priuato, qui
vendiderit, donauerit, aut legauerit fundum , aut do-
mum, *l.quæſitum* 78. *§.peto.ff.de leg.*3. vt venditio ex-
tendatur ad rem cohærentem & connexam, *leg. Seiæ*
20.*§.Tyrannæ* 7.*ff.de fund.inſt.* cum aliis , tradit Sald. *in
cap.1.de Capitan.qui cur.vend.* Salic. *in l.1.in fin.ff.de iu-
riſd.omn.iud.* Felin. *in c.Rodulphus,verſ.territorium, ff de
reſcr.col.*10.Valenz.*ſupr.*& Salgado *d.c.*10.*n.*102.*& ſeq.*
& ante omnes præſenſit Acc. *hic* , *verb. adiacentibus,
in fin.*

30 Vltimò ex ſupradictis deducitur reſolutio magnæ
quæſtionis, quæ in lite incidit ſatis dubiâ inter Nobi-
lem quemdam Galletiæ,& monaſterium D. Bernardi.
Nam cùm Nobilis condemnatus eſſet ad reſtituen-
dum caſtrum ( *coto* vocant ) & ſimul ius patronatus
cuiuſdam Eccleſiæ cum ſuis pertinentiis & annexis.
Dubitatum fuit apud executorem, an quædam ſincu-
ra (ſic dicitur ius quoddam percipiendi fructus ex de-
cimis prouenientes ) quæ ibi erat , ad ius patronatus
pertineret tanquam pertinens ad illa bona , & annexa
31 cenſenda eſſet. † Videbatur excedere executor ſi com-
pelleret non ſolùm ad reſtituendum ius patronatus,ſed
& ſincuram, ex Salgado *d. c.*10.*n.*88. Quia reſtitutio
ſolùm facienda erat de illis bonis,quæ annexa erant iu-
riſpatronatus,ex Bobadill. *lib.2.pol.c.*20.*n.*49. Salgad.
*ſup.4.p.c.9.ex n.*1. at ſincura non poterat annexa cen-
ſeri,cùm ius patronatus non habeat annexum ius per-
cipiendi decimas, in quibus fundat Epiſcopus, Eccle-
ſia,vel Parochus, *c.contingat* 29.*c.dudum* 31. *de decim.*
& ſub naturâ patronatus non veniant decimæ , niſi
priuilegio, aut conſuetudine ſint vnitæ Innocent. &
alij relati à Mant. *lib.4. de tacit. & amb. tit.*14. *n.*32.
cùm hæ res ſint diſtinctè, & realiter ſeparatæ , ſiqui-
dem patronatus eſt ſpiritualibus annexum , *c. quanto,
de iudic.* † Sincura vero eſt mere temporale & ſæcu-
32 lare ius,& ita venditur, emitur & diuiditur inter hæ-
redes , vt docuerunt poſt Garciam *de expenſ. c.*9. *ex
n.*91. Barboſ. *in l.Titia* 35.*ex n.*44. *ſol.matr.* Ceuall. 4.
*tom.q.*897. *n.*136.*& ſeq.& 5. tom.q.*25.*n.*20. Bobadill.
*lib.2.c.*18.*n.*146. Gutierr. *lib.1.pp.qu.*15. Monet. *de
decim.c.5.q.3.n.*63. Caſtill. *de Tertiis c.*10.*num.*6. &
ſic erat neceſſaria annexio expreſſa , quia ea , quæ di-
uerſæ ſunt naturæ , & ſeparata & diſtincta , de per ſe
ſtare poſſunt, etſi addita ſint alteri rei, non remanent
annexa,neque dicuntur pertinentia , niſi ita ſint con-
iuncta, vt vna ſine aliâ ſtare nequeant,ex Molin.*lib.* 1.
*de primog.c.*26.*n.*3. † Et cum in ſententia quæ execu- 33
tioni mandabatur, non eſſet expreſſa condemnatio, vt
decimarum fructus, ſeu ſincura reſtituerentur , quan-
tum ad illorum reſtitutionem , non debebat executor
ſe extendere, cùm ſententia ſit ſtricti iuris , *l.1.Cod.ſi
plures vnâ ſent.l.Diui* 27.*§.1.ff.de liber. cauſ. l.ſi à te* 9.*ff.
de excep.rei iud.* notant plures, quos longâ manu con-
geſſit Salgad. *d.4.p.c.*8.*n.*47.*& c.9.n.*2. *&* 97. nec vl-
trà extendatur, quàm importat verborum ſonus, & ſic
nullam recipiat extenſionem, exceſſiſſe notoriè vide-
batur executor de re ad rem , dum iuſſit bona reſtitui,
quæ minimè comprehenſa erant in ſententiâ , quia
quod in ſententia non reperitur expreſſum , cenſetur
omiſſum. Tuſc. *tom.7.pract.concl.lit.S.concl.*126.*n.*66.
Bobadill. *lib.2.c.*20.*n.*49. Salg.alios referens *d.c.*9.
*n.*14.*&* 99. † Denique allegabat reus hoc ius perci- 34
piendi decimarum fructus , minimè pertinuiſſe ad ius
patronatus, ſed fuiſſe ſemper in ſuo maioratu ex tem-
pore immemoriali, per quod habent titulum Nobiles
& alij in Galletia , vt etſi non conſtet de conceſſione
Apoſtolica, adhuc tale ius eis competat , vt probant
Garcia & alij *ſuprà* relati *n.*12. quod multoties in no-
ſtrâ curiâ obtinuit contra Epiſcopos & Monaſteria,
vt tanquam mere ſæculare à laïcis poſſideantur; & de
eis Curia cognoſcat. † Nihilominus tamen Collegæ 35
mei, & ego, decreuimus, executorem non exceſſiſſe
reſtituendo Monaſterio non ſolùm dictum caſtrum,
ſeu Cotum,& ius patronatus Eccleſiæ , ſed etiam ſin-
curam, & ius percipiendi decimarum fructus, quam-
vis de eis non fuerit expreſſa facta mentio in ſenten-
tia, ſed ita dicebatur generaliter *Condenamos atque reſti-
tuya el dicho Coto y el patronazgo de Santa Maria conto-
do lo al dicho Coto y patronazgo anexo y perteneciente.* quia
ſufficiens viſum eſt vt virtualiter comprehenderetur
ſincura , & ita executore rei iudicatæ latæ ſuper reſti-
tuenda non excedit, ſi eam exequatur in pertinentiis
& appendicibus pertinentibus,cohærentibus, vel an-
nexis, etiamſi in ſententia non exprimantur , vt doce-
mur ex iis , quæ huc vſque diximus , in noſtræ legis
explicationem , & in propoſito notant Auiles *in c.1.
præt.verb.mandado n.*13.*& ſeqq.* Gratian. 2. *tom.c.*333.
*n.*12. Surd. *conſ.*135.*n.*4.*& ſeq.* Mant. *d.lib.4.tit.*14.
*n.*33. & alios referens Salgado *de reg.protect.d.4.part.
c.*10.*n.*88. *& ſeq.* & maximè *num.*111. † Præcipuè 36
cum Monaſterium probauerit ſuam intentionem plu-
ribus adductis antiquiſſimis ſcripturis, ex quibus ma-
nifeſtè conſtabat dicto Monaſterio multos pios viros
donationem feciſſe, & ceſſiſſe,alios vendidiſſe partem
portionis, quæ eis competebat in dicta Eccleſia San-
ctæ Mariæ in illo iure percipiendi fructus & redditus
quia redditus nequeunt intelligi,niſi de illo iure deci-
marum,ex traditis à Caſtillo *de Tertiis c.2.n.3.& ſeqq.*
vbi ſuo more alios numerat. † Quæ ſcripturæ cùm 37
eſſent antiquiſſimæ, & pluſquàm ducentos annos ex-
ceſſiſſent , & differentes decimarum portiones conti-
nerent, videbantur facere indubitabilem probationem
adeo vt neque aliqua comprobatione opus eſſet,etiâſi
de falſo arguerentur ,ex doctrina communiter recepta
à Greg.*in l.*115.*verb.non deve,tit.*18.*p.*3. Couar.*c.*21.*pp.
n.*7.cum aliis Ant.Gom. *in l.*45.*Taur.n.*87.*ad fin.* Aze-
ued. *in l.1.tit.*21.*n.*140.*lib.4.Rec.*& ab Aſſlict. *dec.*251.
*n.*6.Belt.*in add.ad Lud.dec.*51.*n.*11.Grat.*2.t.diſt.c.*268.
*n.*52. & Barb. *in l.ſi alienam* 12.*n.*86.*verſ.2.caſus ff.ſol.
mat.*& quãuis non dicantur ſolemnes,quia caret ſigno
& ſubſcriptione Tabellionis,ex *l.*12.*&* 24.*t.*25.*l.4.Rec.*

*leg.54. tit.18. p.3.* cum adductis à Mieres *de maiorat. p.1.q.62.num.*10. *& ſeq.* Quia tales ſcripturæ confectæ erant multò ante tempora harum legum, ad quas non extenduntur, ſed ad futuras, *c.2.& fin. de conſtit. cum vulg.* & antiquitas tanta ſupplet omnes defectus ſolemnitatis, & efficit, vt probantes exiſtimentur, etſi deficiant alia requiſita legalia, vt firmat Couar. *dict. cap.21.num. ſeptimo verſ. ſecundus caſus, & verſ. quintus caſus.* Surd. *conſ.245.num.24. & 25.* Mieres *d.1.part. cap.62.num.89.*

38. Ex quibus remanet certam & iuridicam fuiſſe noſtri Senatus deciſionem, quia fructus illi pertinebant ad ius patronatus, & reus condemnatus erat ad illius reſtitutionem cum pertinentiis & ancexis, & ſic videbatur expreſſa condemnatio tanquam ſi fructus ſpecialiter eſſent comprehenſi, vt cum Salgado *ſuprà* reſoluimus, & præcipuè cùm petiti eſſent à Monaſterio, & de eâ re plenè cognitum, quia reus negabat eos ad ſuum maioratum pertinere, & replicabat Monaſterium totum ſuum eſſe, & adduxit ſcripturas iam dictas, & teſtibus probauit illos fructus ſemper perceptos fuiſſe ratione illius iuris patronatus, quod cum caſtro in forum, ſeu emphyteuſim anteceſſoribus dicti Nobilis fuerat conceſſum, & ſic ſententia reuiſionis in executoria insertæ condemnauit iuxta petita de omni ad ius patronatus pertinente, etſi expreſsè non fecerit mentionem de fructibus ſincuræ.

## LEX III.

*Imppp.* VALENTINIAN. VALENS. *&* GRATIAN. AAA. *ad Florentium Comitem rerum priuatarum.*

Si quando aut alicuius publicatione, aut ratione iuris aliquid rei noſtræ addendum eſt ritè: atque ſolemniter per Comitem rerum priuatarum, deinde per Rationales in ſingulis quibuſque prouinciis commorantes incorporatio impleatur, & diligens ſtylus ſigillatim omnia ſcribat; tituli verò, quorum adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſubſtantiis, non niſi publicâ teſtificatione proponuntur: grauiſſimis ſtatim ſubdendis ſuppliciis, qui huiuſmodi aliquid propriâ vſurpatione tentauerit.

## LEX V.

*Impp.* THEODOS. *&* VALENTINIAN. AA. *Hieritocrati Com. rerum priuatar.*

Si vacantia, vel alio modo bona delata legibus ad ærarium prohibeantur, certi Palatini electi, & iuſiurandi obſtricti, mittantur, vt eorum inſtantia Præſes prouinciæ, præſente fiſci patrono, diligenter inquirat, cuius vacans cadénſque fuerit patrimonium, quantumque, vel quale videatur, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Quomodo fiat incorporatio rerum vacantium, quæ fiſco adyciuntur,* & n. 2.

3 *Titulum rei apponere poteſt fiſcus, & quid ſit* Titulus; *Quidque per id ſignificetur, interpretatur* l.fi.§.1.ff. quod vi, aut clam. *&* n.4. & 5.

6 *Titulus vnde dictus, & de more Hebræorum titulos ædibus inſcribendi?* & n.7.

8 *Vela ad Martyrum fores appenſa* Tituli *vocabantur.*

9 *De Comite rerum priuatarum, de eius officio. Vnde dicatur Comes? Idem ac Procurator Cæſaris, Rationalis nuncupatus de eius cura. Perfectiſſimi titulo decoratus. Declarata inſcriptionis nota huius* leg.2. h.t. *&* num.10.11.12. & 13.

14 *Quæ pertinuerint ad Comitum curam?*

15 *Solemnitates quas debent adhibere Comites rerum priuatarum in incorporatione rerum, quæ fiſco vindicantur, explicantur verba* h.l.5.

16 *Conciliantur noſtræ leges quæ inter ſe pugnare videbantur,* & num. 17.

18 *Forma horum iurium admittenda eſt, quando proclamatis bonis nullus eſt contradictor.*

19 *Quis ſit legitimus contradictor ne bona vacantia fiant, & etiam in poſſeſſione hæreditaria, ex edicto Diui Hadriani,* & num. 20.

21 *De ſtylo curiæ, & quomodo ſit obſeruandus, remiſſiuè.*

POSTQVAM bona vacantia, vel aliàs delata fiſco ſunt nuntiata, debet fieri ipſorum in eum incorporatio, id eſt, in fiſci corpus redigere, ſeu in patrimonium conuertere, & eius rationibus adſcribere, vt in his legibus ſtatuitur, iuncta ſecunda parte noſtræ rubricæ, *illic, de incorporatione, leg.1. & tot. Cod.Th. de incorporatione, l.1.C.Th. de bonis proſcript.* notat Cuiac. *hîc verb. addendum.* Sixtin. *de regal. lib.2. cap.9.n.3.& 33.* ita vt bona quoad dominium ipſo iure in fiſcum transferantur, vt cùm poſſeſſio apprehenditur, tunc fit incorporatio: obſeruant relati à Maſtrill. *lib.3. de magiſtr. cap.10.numer.361.* & Farinac. *1.p.fragm.lit. B.num.116.* † quæ quidem fit lapſo termino banni, quo proclamatur an hæres aliquis ſit, qui 2
defuncti hæreditatem ſibi debere putent, vt ſe ſiſtant; quâ diſcuſſione & inquiſitione præmiſsâ, ſi nemo comparuerit, bona vacantia eſſe cenſentur, vt *in h.l. fin. l. ſi eo tempore 6.C. de remiſſ. pign. l. ſi quis intra 7.C. de bon. proſcript. l.4.ff. de cenſib.* cum adductis à Sixtin. *d.c.9.n.30.* Alfar. *de offic. fiſc. gloſ.34.§.8.n.232.* Hoc autem ritè ſolemniter fit bona in libro deſcribendo, cum regiſtro bonorum fiſcalium, & inuentario faciendo, & hæc propriè dicitur incorporatio.

Fiebat hæc incorporatio aliquando, vt hîc dicitur, per tituli appoſitionem, quæ nonniſi à fiſco fieri 3
poterat. *tit.C. vt nemo priuat. titul. l.1. infr. de nauib. non excuſ. l.1. infr. de Alexand. prim. l.4. infr. de priuil. dom. Auguſt. l.2. infr. de aquæ duct. l.1. C.Th. de incorpor. l.9.C.Th. de indulg. deb. c.1.16.q.1.* Caſſiod. *lib.4.ep.14.& l.5. ep.6.& lib.9.ep.18.* Symmach. *lib.2.ep.27.& lib.5.ep.54.* Erátque *Titulus* vela quædam regiam repræſentantia maieſtatem, vel imaginibus Imperatorum, aut nomine inſignita, *cortinas regias* vocat D. Ambroſ. *lib.5.ep.33.* de eis eſt capiendus Tertull. *de habitu muliebri, cap.*8. ibi, *Sed & parietes Tyriis & Hyacinthinis, & illis regiis velis, quæ & vos operosè reſoluta transfiguratis,* vela regia dixit, vt amplificaret ornamenta & tapetia, vt explicat Reuar. *lib.5. var. cap.11.* & Roa *de die natali c.21.* quæ erant vela purpurea, auro pretioſiſque lapillis & gemmis prætexta, quibus Imperatores vtebantur quo etiam modo accipiendam putat *leg.2. Codic. vt nemo priuatus titulos,* &c. ibi, *Ne quis vela regia ſuſpendere, vel titulum audeat.* quæ de tapetis illis non loquitur, ſed

ſed de illis velis, quæ prædiis aut aliis rebus impone-
bantur, vt cognoſceretur quis eorum eſſet dominus.
4 † Erat itaque pannus purpureus, vt dixi, ſeu tabella,
qua nomen domini illius rei, cui erat affixa, contine-
batur. Cicero *lib. 3. de officiis.* ibi, *Sic tu cùm ædes pro-
ſcribas, tabulam tanquam plagas ponas, domum propter vi-
tia vendas,* quod eleganter declarat *leg. ſi qui pro atroci-
tate* 11. *C. Th. de bonis proſcript.* ibi, *Si bona proſcriptionis
nomine vindicata fiſcalibus ſint ſocianda corporibus, comme-
morationem noſtrorum nominum in his titulis nolumus fieri,
qui eorum poſtibus adfigentur,* expreſſiùs tabulæ nomine
titulos vocauit Iuſtin. *Nouell.* 28. *cap.* 5. quæ eſt *Auth.
de Moderatore Helenoponti.* §. *oportet.* ibi, *Caue-
bit verò, vt nempe titulos imponat prædiis, vel alienis ædi-
bus, ſiquidem hoc ſolummodo fiſci proprium eſt, & regia-
rum domuum tam noſtrarum, quam Auguſtæ. Si verò ſub
alterius appellatione tabulas, ſiue titulos impoſitos deprehen-
dat, tam ipſas protinus detrahet, quàm eum, qui illas affi-
xerit, peruestigabit. At ſi quidem is, qui ſe rei dominum
eſſe dicit, hoc fecerit, prius his titulis quos appoſuit, ad ca-
put eius impactis confractiſque,* eodem modo loquendi
vtitur *Nouell.* 29. *ſeu Aut. de Prætore Paphlagoniæ, cap.* 4.
5 *§. certè quod facilè, & Nouell. trigeſima ſeu Auth. de Pro-
conſule Cappadociæ c. 8. in fine.* † Vnde intelligit Venu-
leium *in leg. fin. ff. quod vi, aut clam.* Duaren. *libro ſe-
cundo diſput. cap.* 40. ibi, *Si ad ianuam meam tabulas fixe-
ris, & ego eas prius quàm tibi denuntiarem refixero.* qui de
his titulis, ſeu tabellis, in quibus inſcribebatur domi-
nus ædium, ſupradicta verba ſatis ieiunè accepit, nec
minus Cuiac. *libro decimo ſexto obſeru cap.* 12. licèt diſ-
putationem Conſulti non malè explicet. † Dictæ
6 ſunt tituli huiuſmodi tabellæ, aut vela, à tuendo, quòd
eum locum vbi eſſent pro ſuo vindicarent, atque tue-
rentur, vt eum nemo inuadere auderet, docent om-
nium elegantius Cuiac. *hîc,* & Iuretus *ad Symmach. li-
bro quinto miſcell. epiſt.* 54. *& in auctario epiſt.* 23. quem
tranſcripſit, eius nomen, provt ſolet, reticens Buleng.
*de Imper. Rom. libro tertio cap.* 26. *verſ. olim ſinguli,* viden-
dus Baron. *annal. 2. tom. anno Chriſti* 112. *numero quinto*
Hottoman. *de verb. iur. verb. titulus.* Broſſæus *in not. ad
Caſſiod. libro quinto epiſt.* 6. Stevvechius *in Vegetium li-
bro ſecundo cap.* 13. Mart. de Roa *libro quarto ſing. capit.*
7 10. *in fin. & de die Natali, cap.* 21. † Qui rectè adiicit
hunc morem apud Hebræos obtinuiſſe, vt ædes &
alia huiuſmodi dominorum titulis ad memoriam po-
ſteritatis inſcriberentur, vt conſtat *lib.* 2. *Reg. cap.* 18.
ibi, *Porrò Abſalon erexerat ſibi cùm adhuc viueret, titu-
lum qui eſt in valle Regis. Dixerat enim, Non habeo fi-
lium, & hoc erit monumentum nominis mei, vocauitque ti-
tulum nomine ſuo.* Sic etiam & Iacob, vt legimus *Geneſ.
cap.* 28. lapidem quem ſuppoſuit capiti, cum in ſom-
nis vidit ſcalam, *erexit in titulum,* inſcribens ſcilicet,
*Non eſt hîc aliud niſi domus Dei, & porta cœli.* & Leuit.
c. 26. *Non facietis vobis idolum, nec titulos erigetis, nec in-
ſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum.*
8 † Solebant quoque vela ad Martyrum fores ſuſpen-
dere, in quibus depingebatur ipſius Martyris imago,
aut inſcribebatur nomen, quæ etiam *Tituli* dicebantur,
vt conſtat ex Gregor. Turonen. *lib.* 4. *Miracul. B. Mar-
tini,* & ex B. Paulino *Natali* 6.

*——— qui pulchra tegendis*
*Vela ferant foribus, ſeu puro ſplendida lino,*
*Siue coloratis textum fucata figuris,*
*Hi laues titulos lento poliant argento,*
*Sanctáque præfixis obducant limina lamnis.*

& Prudentio *hymn.* 5. *de ſancto Vicentio,*

*Iam nunc & oſſa extrinxero,*
*Ne ſit ſepulchrum funeris*
*Quod plebs gregalis excolat,*
*Titulúmque figat Martyris*

9 Vnde *Titulus* pro Eccleſia dicebatur, vt eleganter notat
Roa *d. cap.* 21. ad Iuret. *ad Symm. in auct. epiſt.* 23.

Et vt ad tractatum noſtrum redeamus, bonorum
in fiſcum incorporatio fiebat à Comite rerum priua-
tarum, ad cuius diſpoſitionem & curam rerum fiſca-
lium cognitio pertinebat, earumque gubernator fuit,
& Iudex, *toto tit. Cod. de officio Comit. rer. priuat. l. 2. infr.
de petit. bon.* & vniuerſum priuatum patrimonium
Principis adminiſtrabat (& ob id priuata ratio dici-
tur Straboni *lib.* 17.) bona caduca exigebat viceſimas
hæreditatum, ac alia ſimilia ad fiſcum pertinentia.
Eius miniſterium eleganter ſuo more depingit Caſ-
ſiodor. *lib* 6. *formul.* 8. † Comitis inde nomen fluxit, 10
quia à principio qui Proconſules, aut Prætores in
prouincias euntes comitabantur, vel Senatus, aut ip-
ſorum voluntate in negotiis publicis obeundis ita di-
cebantur, vt pluribus oſtendunt *infrà* referendi, ita
etiam contubernales & amici Principis, familiares,
collegæ, qui Principem, quò cùm irent, ſequebantur,
eius cōſiliis intererant, & iudicanti adſidebant, eo no-
mine vocari cœperunt. Spartian. in Hadriano. *Cum
iudicaret in conſilio, habuit non amicos ſuos ſolùm, & Comi-
tes, ſed & Iuriſconſultos.* Lamprid. in Alexand. *Iniuriam
nulli vnquam amicorum Comitumve fecit.* notant Salmaſ.
ad Trebellium *pag.* 191. *num.* 21. Buleng. *lib.* 2. *de
Imper. Rom. cap.* 17. *& lib.* 4. *cap.* 24. Guterrius *de officiis
domus Aug. lib.* 1. *cap.* 17. inde factum eſt ſequentibus
temporibus, vt hæc etiam appellatio honorarij tituli
vice omnibus Magiſtratibus, tam ciuilibus, quàm mi-
litaribus, indiceretur, & omnia officia Comitum no-
mine continerentur, vt Omnes ſacrarum largitionum,
metallorum, theſaurorum Hiſpaniæ, Illyrici, Italiæ,
& ſimilium, vt videre eſt ex ſupradictis, & Pancirol.
*in Not. Imp. Orien. c.* 74. † Vnde qui antea Procurator 11
Cæſaris dicebatur, rerum priuatarum Comes dici cœ-
pit. Res priuatas dicebant, quia, vt dixi *in rub. de iure
fiſci,* duplex Principis fuit patrimonium. Publicum
ſcilicet, & priuatum, illud ærarium, hoc fiſcum dixe-
runt, & licèt mediæ ætatis ſcriptores promiſcuè his
vocibus fuerint vſi, *l.* 1. *§. ex illa ff. ad leg. Cornel. de falſ.
leg. vnic. C. de quæſtor.* cùm volunt ſeparare ærarium à
fiſco, priuatum ærarium vocant, id eſt, priuatam rem
omnem Principis, *leg.* 2. *§. hoc interdictum, ff. ne quid in
loco publ.* & priuatæ rationis cauſæ ſunt quæ fiſcales
& iuris fiſci appellantur, toto titul. *Cod. vbi cauſæ fiſ-
cal.* Differentia verò erat inter huiuſmodi res quod di-
uerſos adminiſtratores & diuerſas arcas habebant, ha-
bito reſpectu ad duplex ærarium olim vſurpatum, vt
non differant, niſi quia ſub duobus Comitibus, & di-
uerſis arcis, res huiuſmodi tractarentur, cùm reuera
omnia eſſent Principis, *l. fin. C. de quadrien. præſcript.* vt
docet Pancirol. *ſupr. c.* 87. *in fine.* † Cùm ergo bonis 12
in diuerſis regionibus ſitis ſufficere non poſſent, plu-
res in Prouinciis inſtituti ſunt Procuratores rei domi-
nicæ, Rationales dicti, qui res ad Comitis Præfectu-
ram pertinentes tractarent, exigerent, procurarent,
res fiſci & tributa, fundorúmque emphyteuticorum
prouentus, & patrimonialium penſiones, *leg. ſuper
creandis, ſupr. de iure fiſc. l. ad fiſcum* 5. *cum aliis, C. vbi
cauſæ fiſcal. leg.* 2. *C. de modo mulct.* ibi, *Procuratores
meos, vel rationales,* ſic legendum, non vt aliquibus
placuit, *id eſt, rationalis, leg.* 2. *infr. de mancipiis & co-
lon. leg.* 4. *infr. de collat. fund. patrim. leg. rationales* 41.
*cum aliis C. Th. de appellation.* Capitolin. in Albino.
*Ad Procuratores meos litteras miſi. & cùm opus fuerit Ra-
tionalibus dabis,* & ſic cùm in diuerſis prouinciis
commorarent, *leg.* 1. *Cod. Th. de incorporat.* inde dicti
Rationales Ægypti, Africæ, Hiſpaniæ, Italiæ, & in-
terdum plurium prouinciarum, vt liquet ex inſcri-
ptione, *l.* 1. *C. Th. de communi diuidun.* ibi, *Conſtanti-
nus A. Gerulo Rationali trium prouinciarum, & in l. dona-
torum* 5. *C. Th. de petition. & vltro dat. Callepio Rationa-
li trium prouinciarum, & in l.* 2. *C. Th. de ſuſceptor. præp. ad
Eufraxium rationalem trium prouinciarum.* Rationalium

 

Hiſpaniarum fit mentio in inſcriptione *leg. vnic. Cod.*
*Th. de his qui ſe deferunt.* docent eleganter Cuiac. &
Gothofred *in dict. tit. C. de offic. Comit. rer. priuat.* P. Gre-
gor. *lib. 31. ſyntag. cap. 31. numero tertio.* Pancirol. *ad Not.*
*Orient. cap 74. & 87.* Salmanaſ. *ad Spartian. in Seuero*
*pag. 68. num. 39.* Buleng. *libro tertio de Imp. Rom. cap. 17.*
*& 21.* Gutierr. *de officiis domus Auguſt. lib. 3. capit. 25.*
& dixi *in leg. 2. ſupr. de iure fiſci*, & notarunt quoque
antiqui, Azo & Platea *hic*, & Valenzuel. *numero 1.*
13 † Huiuſmodi autem Rationales perfectiſſimorum ti-
tulo decorari conſueuerunt, & ita Æmilius Ratio-
nalis rei priuatæ in inſcriptione *l. 2. ſuprà* his ſingu-
laribus litteris, V. P. deſignatur, id eſt, Vir perfectiſ-
ſimus, vt Magno priſcus ſcriptor in Notarum libro
apertè docuit. Sic legimus apud Symmach. liber. 10.
ep. 55. *Nam cùm apud virum perfectiſſimum Rationa-*
*lem Baſſianum, primò delator bonorum ſecundùm ſacra*
*ſcita peteretur*, fuit enim illo ſæculo titulus dignita-
tis, vt conſtat ex *titul. infr. de perfectiſſimatus dignitate*,
notat Iuret. *ad Symm. lib. 10. ep. 4.* & nos, ſi Deus ſinat,
*in d. tit.*
14 Hinc iam liquet Comites rerum priuatarum, ſeu
rationalem adminiſtraſſe omnia bona, quæ ad fiſ-
cum Principis pertinebant, tributa, vectigalia, cadu-
ca & vacantia bona omiſſa, tacita fideicommiſſa the-
ſauros inuentos, & vaga mancipia, & quidquid ne-
gotij erat in quo aliquid commodi fiſcalis appare-
bat, *leg. vnic. Cod. de officio Comit. rer. priuat.* Caſſiodor.
*lib. 6. form. 8.* explicant Pancirol. *d. capit. 87.* Bulenger.
*dict. lib. 3. capit. 17.* Gutherr. *d. lib. 3. capit. 25.* cum aliis
15 iam adductis *ſuprà.* † Quare non immeritò in his le-
gibus de bonis vacantibus, his Comitibus & Ratio-
nalibus cura & diſpoſitio mandatur, vt ſolemniter
& ritè omnia peragant, quæ continentur *in l. ſi quis*
*intra 7. Codic. de bonis. proſcript. & in l. fi. h. t.* inuenta-
riúmque, ſeu deſcriptionem omnium rerum faciant,
ne quid furto ſubducatur, & cæteras ſolemnitates
adhibeant, quæ in his iuribus deſiderantur, quoties
ait lex, *ratione iuris aliquid rei noſtræ addendum eſt*, id
eſt, quoties ex legibus caducis, explicat Cuiacius *in*
*præſenti*, quem rectiſſimè notat Valenzuela *num. 2.* ge-
neraliter ea verba accipiens, vt intelligamus *ratione*
*iuris*, id eſt, quoties legis miniſterio, & ipſius diſpo-
ſitione deferuntur bona fiſco, ſcimus enim variis ex
cauſis id fieri, quas retulit *l. 1. ff. de iure fiſci*, ita *in h. l.*
*fin.* dicitur, *Si vacantia, vel alio modo bona delata legibus ad*
*ærarium perhibeantur*, quæ verba ſunt aliorum commen-
tarius. Quaſi diceret, quoties bonis fiſco delatis incor-
poratio facienda eſt, ritè & ſolemniter omnia pera-
gantur, & deſcriptio fiat non ſolùm bonorum mobi-
lium, ſeu immobilium, ſed & iurium, & actionum, ſi-
quidem indiſtinctè veniunt iura, & actiones, *l. ſi adem-*
*ptis, C. de ſentent. paſſ.* iuncta *h. l. fi.* & quæ cumulat Va-
lenzuela *num. 3. hic.*
16 Sed in hac formulâ conficiendi inuentarium, ſeu
deſcriptionem circa rerum vacantium incorporatio-
nem, & reliquas ſolemnitates, videntur hæ noſtræ
leges ſecum pugnare, & vna, aut alia ſuperfluere.
Hanc difficultatem præſenſit Accur. *hic, verb. Rationa-*
*les*, vt de Comite rerum priuatarum intelligatur *h.*
*l. 3.* At verò *l. fin. de Procuratoribus*, vt illi poſſint in-
corporationem facere, hi verò non niſi priùs miſſis
Palatinis. Aliter DD. antiqui & Cuiacius hanc dif-
ficultatem aperire conantur, ſed ita obſcurè, vt diſer-
tè veritatem non adipiſcamur. Ego verò ita dicen-
dum eſſe exiſtimo, hanc *l. 3.* eſſe intelligendam de Co-
mite rerum priuatarum, qui ritè & ſolemniter hanc
formam tenebatur ſeruare, quando incorporatio fie-
17 ret. † Verùm cùm huiuſmodi homines fraudibus
& rapinis eſſent infames, ſolerentque res vacantes
eripere, & fiſcus defraudare, vt inſinuatur *in h. l. 3. in*
*fi. & in leg. fin. h. t. verſ. nam ſi quid. & in leg. defenſio-*
*nis 7. ſupr. de iure fiſci*, ibi, *Siquidem conſueto fraudum,*
*quibus omnia temerare conſueuerunt, leg. 2. Cod. Th. de bon.*
*vacant.* & probat Alexander Imperator, qui multum
eos oderat, & *malum neceſſarium* vocabat, vt refert *in eius*
*vita* Lamprid. & diximus *in leg. 2. de iure fiſci*, & dicemus
*in tit. de diſcuſſor.* cum aliis, ita effectum eſt vt cautelæ
*dict. leg. 3.* adiiceretur alia *in d. l. fi.* ea ſcilicet, vt ſi va-
cantia bona & ſimilia alia vt caduca & commiſſa nun-
tientur, prius mittantur Palatini Officiales, ſeu exe-
cutores Comitis, qui inquirant cuius fuerit patrimo-
nium vacans, quantumque & quale videatur, & vt
proponant, an aliquis in contrarium reclamitet? Iuxta
*dict. leg. defenſionis, de iure fiſc.* Cúmque nullus appa-
reat contradictor, referatur hoc ad Principem, vt eius
iuſſu res nomine occupentur ærarij, id eſt, incorpo-
ratio fiat ritè & ſolemniter à Comite, ſeu Rationali
cauſâ à Principe cognita, vt fraudes & furta euitaren-
tur, vt expreſsè conſtitutum eſt *in leg. prohibitum 5.*
*ſupr. de iure fiſci.* † Quæ forma ita procedet, ſi huiuſ- 18
modi bonis non ſit facta controuerſia, neque cum data
reclamandi copia, & vt vtar voce vulgari, *præconizatis*
*bonis* nullus apparet contra fiſcum contradictor, cuius
interſit ne bona vacantia in fiſcum cogantur, vt *in leg.*
*fin.* aliàs autem admittetur diſpoſitio *d. leg. prohibitum,*
*& d. l. defenſionis*, vbi diximus. † Dicetur autem legi- 19
timus contradictor, qui impedire poſſit confiſcatio-
nem bonorum, vt notarunt Baldus *in h. l. fin. numer. 6.*
*verſ. nota vndecimò*, & Platea *numer. 3.* poſt Bart. *in l. ſi*
*finita. §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect.* qui domi-
nium habeat, vel poſſeſſionem, *l. ſi quis poſthac 9. Cod.*
*de bonis proſcript.* ibi, *Quocumque titulo quæſitas, & quo-*
*quo modo occupatas*, docent Accur. *in leg. res, gloſſ. 1. de*
*iure fiſc. & in leg. ſi filio. §. 1. verbo inuitis, ff. ſol. matrim.*
quem ſequitur Alex. *in leg. ſi marito, num. 2. ff. illo titul.*
Platea *in leg. vnic. ſupr. pœnis fiſcal.* † Quemadmodum 20
legitimus contradictor dicitur ad impediendam miſ-
ſionem in poſſeſſionem hæreditariam conceſſam, ex
*l. fi. C. de edicto Diui Hadria.* qui teſtatoris mortis tem-
pore legitimo modo poſſidebat, vel etſi non poſſide-
bat, oſtenderit titulum legitimum, vt ad illius legis
interpretationem tradiderunt Menoc. *de adipiſcen. re-*
*med. 4. tot.* Villaguta *dec. 10. num. 5.* Forcatul. *dialog. 21*
& ex noſtris Ant. Gomez. *in l. 45. Tau. num. 34.* Parla-
dor. *lib. 2. quotid. cap. 5.* Spino *de teſtam. gloſ. 34. tot.* Did.
Perez *in l. 1. tit. 14. lib. 3. ordinam.* Mieres *de maiorat. 3.*
*part. quæſt. 15. num. 23.* D. Ioan. del Caſtillo *lib. 3. quo-*
*tid. cap. 24.*

Antequam hinc abeamus, illud etiam non omitte- 21
mus quod notare ſolent Interpretes *in præſenti*, quate-
nùs forma & ſtylus diligens commendatur, ſemper
ſtylum curiæ in quacumque diſpoſitione iudiciali
eſſe attendendum, ita vt ſtylo non ſeruato actus ſit
nullus, *cap. quàm graui 6.* ibi, *Quam in ſtylo, de crim. falſi*
*capit. ex litteris 11. de conſt. leg. fin. Cod. de iniuriis*, docent
Puteus *deciſ. 353. lib. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præ-*
*ſumpt. 8.* Gutierr. *lib. 1. can. capit. 33. numer. 35.* Garcia
*de beneficiis, 1. p. cap. 5. numer. 87.* & cum aliis pluribus,
quos adducit Barboſ. *in collect. ad Decretal. in d. cap. quàm*
*graui numer. 3. & in d. cap. ex litteris*, & amicus noſter
D. Anton. Cabreros *de pœna tripli, præludio 4. num. 16.*
*& ſeq.*

TIT.

# TIT. XI.

## De Delatoribus.

### SVMMARIVM.

1 Quid ſit deferre, quid delator? & n.2.
3 Delatoris nomen olim execrabile à malis Principibus affecti præmio, à bonis pœnâ, & n.4.
5 Explicatur Martialis, & eius vetus lectio defenditur.
6 Quinam de delatoribus ſcripſerint?
7 Delatorum nomen in aliud honeſtius commutatum. Inde dicti Curioſi frumentarij Irenarchæ, & Quadruplatores, explicantúrque hæc nomina, & n.8. 9.10.& 11.
12 Delatio legibus fuit reſtricta ad certum modum, & quis delator dicatur in noſtro titulo?
13 Perſonæ quæ deferre non poſſunt proponuntur.
14 Regius fiſcalis ex legibus noſtris non poteſt ad accuſationem proſilire ſine delatione ab alio factâ, & de varijs pœnis delatorum. & n.15.
16 De talionis pœna, & an hodie ſit in vſu? & n.17. & 18.
19 Teſtis falsò deponens punitur pœnâ talionis diſquiritur de ratione, & quid dicendum de delatoribus in ſyndicatu?
20 Qui excuſentur à pœnis contra delatores ſtatutis? & prius agitur de eo, qui ex neceſſitate officij detulerit ad exornationem l.2. infrà hoc titulo, & num.21.
22 Regij fiſci patroni cùm ex neceſſitate officij accuſent, non condemnantur de calumniâ, neque in expenſis.
23 An patronus fiſci condemnetur in expenſis ſi per calumniam egerit.
24 Melioris conditionis cenſetur eſſe qui facit ex neceſſitate officij, quàm ex voluntate.
25 Tutor, vel curator, aut teſtamenti executor, qui rem vendidit, non tenetur de euictione.
26 Tutor, aut curator, etſi teſtamentum agnoſcat, & reportet legatum, rectè poterit pupilli nomine de inofficioſo contra illud agere.
27 Poteſt quis fungi vice duarum perſonarum.
28 L. filius non impeditur 22. ff. de inofficioſo teſtam. exornatur.
29 Aduocatus qui ex officij neceſſitate facit remiſſiuè.
30 A pœnis contra delatores ſtatutis eximitur qui ſuam defenſionem magis attendit, quàm alterius accuſationem, ad l.3. hoc tit.infr.
31 Emaculatur l.3.§. vtrum 4.ff.de SC.Sillan. & proponitur vera lectio.
32 Diſcutitur quæſtio de ſtatuto quo præmium proponit occidenti bannitum, an haceat locum in occidente ad ſui defenſionem, & num.33.
34 Accuſator qui ex iuſtâ cauſâ prouocatus recuſauit, excuſatur à calumniâ ſi non probet, remiſſiuè.

1 DEFERRE idem eſt ac nuntiare fiſco bona eſſe vacantia, aut caduca, delictum denuntiare, accuſare reum de crimine, vt poſt Accur. hîc docet Valenzuel. num. 2. Rebuff. in l.delata hæreditas, de verb. ſignif. ver. inſuper notandum. Schar. Caluin. & reliqui verb. deferre. Tiber. Decian. lib. 3. criminal. cap. 2. num. 1. & ſeq. Petr. Gregor. lib. 32. ſyntag. cap. 4. num. 1. Peregrin. de iure fiſc. lib. 2. tit. 1. n. 1. Beroal. ad Sueton. in Iulio. c. 30. & in Auguſt. cap. 10. & probatur in l. 4. C. ad l. Iul. repet. l. cùm patronum 10. ff. de iure pat. leg. deferre 18. per tot. ff. de iure fiſci, l. hi tamen 11.
§. fin. ff. de accuſ. † Inde dicitur Delator, qui occultè, clam 2
& malignè ob præmium, vel aliam cauſam crimina commiſſa Principibus denuntiabat, multoties calumnioſe, & ob inuidiam magis, quàm ſi ſibi, aut Reipublicæ prodeſſet, cap. delatori 5. quæſt. 6. iuncta l. 4. h. t. l. noſtris 8. C. de calumniator. † Vnde nomen hoc adeò 3
olim execrabile fuit, vt Conſtantinus in l. 2. C. Th. de petit. & vltro dat. vnum maximum humanæ vitæ malum dixerit; adeóque turpe, vt iniuriarum teneatur, qui alium delatorem appellauerit, nam, vt famoſi ex delatione notabantur l. 2. in princ. ff. de iure fiſci. l. 3. h. t.
† Ab Imperatoribus crudelioribus Tiberio, Nerone, 4
Domitiano præmio ſunt affecti, vt teſtatur Cornel. Tacit. lib. 4. annal. ibi, Sic delatores genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam ſatis coercitum per præmia eliciebantur. Sub optimis verò Principibus ſupplicio, ita legimus apud Capitolin. Pertinacem delatores vinctos grauiter puniri iuſſiſſe, ſi probarent delato pecuniæ præmio infames dimiſiſſe, & quantum odij concitarent in ſe delatores, probant voces Senatus Romani Imperatorem acclamantis, quas deſcribit Lamprid. in Commodo. ibi, Nunc ſecuri ſumus delatoribus metum ſalui ſimus, delatores de Senatu delatoribus fuſtem te ſaluo, delatores ad leonem te imperante. Delatoribus fuſtem. ita apud Ammian. lib. 22. legimus Iulianum Imperatorem duos delatores, qui cuiuſdam Florentis fugitiui latebras monſtrare promittebant, iniurioſe delatores appellaſſe ita addens, Non eſſe imperatorium obliquis flecti indicijs ad retrahendum hominem metu mortis abſconditum. † Eóque pertinet notiſſimus Martialis noſtri 5
locus, qui Cæſarem laudans, quòd expulerit delatores, ita cecinit in Amphitheatr. epigr. 4.

*Turba grauis paci, placidaque inimica quieti,*
*Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes.*
*Traducta eſt Gyaris, nec cepit arena nocentes.*
*Et delator habet quod dabat exilium.*

De cuius loci explicatione latè agunt Critici, Lipſius, Ramirez, Rader. Demſter. Farnabus & alij referendi, variè lectionem tertij verſus capientes. Alij legunt Traducta eſt Getulis, alij Gyaris, alij Cybiris, alij titulis. Ego verò lectionem antiquam retineo Gyaris nempe. Senſus Poëtæ eſt, turba delatorum traducta eſt, id eſt, tranſuecti, deportati in inſulam (ita apud Sueton. in Calig. cap. 15. ibi, Carpentúmque quo in pompa traduceretur.) in inſulam nempe Gyaram breuem ſanè & arctam exulibus aptam, vt priſcus Scholiaſtes Iuuenalis ſat. 10. ad illud docuerat.

*Vt Gyaræ clauſus ſcopulis paruâue ſeripho.*

& probat ipſe ſat. 1. ver. 73.

*Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum.*

Quorum delatorum turba tanta fuit, vt Gyaris, ſeu Gyaræ arena eo eos nequiret capere, non abnuo Radero hæc aſpernanti, quaſi delatores grauioribus pœnis afficiendi eſſent; ſed miror non attendiſſe Martialem teſtari in ſequenti verſu delatores in exilium actos vt de Traiano quoque commemorat Plin. in Panegyrico. Nec minus mihi arridet quod de Amphitheatri arenâ ait Lipſius, cùm iam de re confectâ loquatur Martialis, vt ſubiicit.

*Exulat Auſonia profugus delator ab vrbe,*

& non ineptè arena de littore maris accipiatur, iuxta illud Virgilij

*—— hoſpitio prohibemur arenæ.*

† Ita olim iure optimo ſæuitum fuit in delatores va- 6
rijs pœnarum generibus, vt ex Sueton. in Tito c. 8. & in Domitian. c. 8. Xiphilino in Tito, & aliis probant Rader. & cæteri ad Martial. dict. epig. 4. Briſſon. lib. 3. antiq. c. 17. Demſter. ad Roſin. lib. 9. c. 9. Poller. libro 4. hiſtor. fori Rom. c. 2. Cuiac. ad Paul. lib. 5. ſentent. tit. 13. Iuret. ad Symmach. li. 10. miſcellan. epiſt. 55. Nicolaus Bellus lib. 2. rer. polit. diſcurſ. 33. & ante eos Alex. ab Alex. lib. 4. genial. c. 22. vbi etiam Tiraquell. qui multa de de-

latoribus tradunt, quæ nos quaſi ab aliis occupata re-
linquimus, ne, vt alij fecerunt, ea tranſcribamus, quibus
adde Pinedam *in c.*10. *Eccle.verſ.*20.§.7.*n.*17. & nouiſ-
ſimè D. Ant. Cabreros *in tract. de tripli pœna c.* 10. *ex*
*n.*1. vbi eleganter, vt ſolet, & huius noſtri commen-
tarij mentionem facit, quia manuſcriptum vidit, do-
ctiſſ. Larréa *deciſ. Granatenſi* 27.*per totam*, vbi plura
congerit omnino videnda.
7 Hinc factum eſt delatorum nomen adeò odio ha-
bitum, vt in aliud honeſtius ſæpiùs commutaretur.
Nam *curioſi* dici cœperunt, qui crimina Iudicibus
nuntiabant. *l.*1.*infr. de curioſis, leg. non patimur* 13. *infr.*
*de curſu publ.* notat P. Gregor. *lib.*32. *ſyntag.c.*4.*n.*2.&
dicam *in d. tit. de curioſis* Ita curioſum non ſolùm do-
mus ſuæ, ſed amicorum vocat Spartian. Hadrianum
pro eo, qui multa ſcire cupiat, & rimetur, quales erant
delatores, vt *ibi* interpretatur Salmaſius, & ante eum
8 Torrentius *ad Suetony Auguſt. cap.*27. † Dicti etiam
*frumentarij*, vt animadertimus ex Spartiano *in Hadrian.*
*Erat*, inquit, *curioſus non ſolùm domus ſuæ, ſed etiam ami-*
*corum, ita vt per frumentarios occulta omnia exploraret,*
*nec aduerterent amici ſciri ab Imperatore ſuam vitam*
*prius, quam ipſe hoc Imperator oſtenderet.* Aurel. Victor.
*in Diocletian.* ibi, *Remotum peſtilens frumentariorum ge-*
*nus, qui cùm ad explorandum annuntiana..nque, qui fortè*
*motus exiſterent, inſtituti viderentur.* Meminit frumen-
tariorum Euſeb. *lib.*7.*c.*40. D.Hieronym. *in Abdiam.*
*c.*1. & fusè explicat Baron. 2. *tom. annal. anno* 261.
*n.*17. Caſſaubon. & Salmaſ. *ad Spartiani locum*, Panci-
rol. *in not. Imp. Orien. cap.* 64. Buleng. *lib.*6. *de Imp.*
*Rom.cap.*42. Gutierr. *de offic. domus Aug.lib.*3. *cap.*10.
*in fin.& c.*13.*ad fin.* Cerda *in aduerſar. c.*35.*n.*10. qui
exiſtimant nomen illud inde deductum à militibus,
qui ad perquirenda frumenta mittebantur, & ob id
dicebantur frumentarij, & ſic iſti inueſtigabant quæ
in ciuitatibus, aut prouinciis fierent. Genus hoc ho-
minum deſcribit eleganter Ammiam. Marcell. *lib.*14.
*in princ.* ibi, *Excogitatum eſt ſuper his, vt homines qui-*
*dam ignoti vtilitate ipſa parum cauendi ad colligendos ru-*
*mores per Antiochiæ latera cuncta deſtinarentur, relaturi*
*quæ audirent, hi peragranter & diſſimulanter honoratorum*
*circulis adſiſtendo peruadendoque diuites domos egentium*
*habitu quidquid noſcere poterant, vel audire, latenter in-*
*tromiſſi per poſticas in regiam nuntiabant id obſeruantes*
*conſpiratione concordi vt fugerent quadam, & cognita du-*
*plicarent in peius, laudes verò ſupprimerent Cæſaris, quas*
*inuitis compluribus formido malorum impendentium expri-*
9 *mebat.* † Irenachæ etiam dicebantur, licèt eorum diuer-
ſum fuiſſe miniſterium dicemus *in tit. infr. de Irenarch.*
10 † Dicti quoque & *Indices*, vt Aſcon. eſt auctor, qui
in dicem vocat, qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius,
latebras indicat. *leg. indicaſſe* 197. *de verb.ſig.* Sueton.
*in Tiber. cap.*73. *& in Claud.cap.*35. Plin. *in Paneg.* do-
11 cet Pollet. *in hiſt. fori Rom.lib.*4.*cap.*2. † *Quadruplatores*
quoque ſunt dicti, vt conſtat ex Capitolino *in Anton.*
*Pio.* de quo tradit quadruplatores extinxiſſe, & in M.
Aurelio. *Calumniis quadruplatorum interceſſit appoſita*
*falſis delatoribus nota.* vbi vocem *nota* vult. Demſterus
*infrà* referendus, referri debere ad elementum *K.* quod
ex lege Rhemnia frontibus candenti ferro imprimeba-
tur. Sed tu ſimpliciter cape vocem illa de infamiâ; *No-*
*ta* enim nihil aliud ſignificat. *l.multi* 18.*ff. de liber. &*
*poſth.* Meminit quoque iſtorum quadruplatorum Vo-
piſcus *in Aurelian.* qui ait Aurelianum quadruplato-
res ingenti ſeueritate proſequutum. Nomen inde re-
ceperunt, vt docet Aſconius *act.*4.*in Verrem*, quòd ſe
eo quæſtu tuebantur, vt eas res perſequerentur, qua-
rum ex legibus quadrupli actio erat. Nam Nero dela-
torum licentiam volens comprimere, præmia ad quar-
tam reuocauit, ſequitur eo non relato Alex. ab Alex.
*d.lib.*4.*c.*22. vbi Tiraquell. *lit.G.* Petr.Greg.*lib.*32.*c.*4.
*n.*8. Videndus quoque Pollet. *lib.*4. *c.*2. Cuiac. *in l.*2.
*h.t.* Gothofred. *ad leg.* 13. §.5. *lit. Q. de iure fiſc.* Oſv-
val. *lib.*18. *Donell.c.*8.*lit. O.* Demſter. *ad Roſin.lib.*9. *an-*
*tiq.c.*9. & Menoch. *de arbitr. c.*198.
Cùm ergo genus hoc hominum adeò obnoxium 12
reputaretur, & à plurimis ex Principibus exilio, de-
portatione, infamiâ variiſque aliis pœnarum generi-
bus fuerint coërciti, vt *ſuprà* iam attigimus. Reſtri-
cta fuit quoque eorum licentia, & conſtitutum vt cer-
to modo delatio fiat, vt ſic malitiis occurratur, & ne
formidine pœnæ deſint delatores, qui vera crimina
aliorum detegerent. Itaque delator in noſtro titulo
erit detector, qui quæ ad fiſcum pertinent defert &
nuntiat. *l. intra* 10.*ff. de diuer. & temp. præſcrip. leg. edicto*
13 *ff. de iure fiſci*, veluti bona vacantia caduca, commiſ-
ſa, theſaurum inuentum, vaga mancipia, tacita fidei-
commiſſa *l.*1.*l.*3. *§. in locis, l. in ſumma* 17 *l. delator* 44.
*cum aliis, ff. de iure fiſci*, nec non & qui crimina nun-
tiat, vel accuſat, ex quibus fiſco applicanda venit pœ-
na *l. fin. infr. h.t.* docent Platea & reliqui *hîc* Valenzuel.
*n.*4.*& ſeq.* Decian. *d.lib.*3.*c.*2.*n.*6. † Hoc ita intelligi 13
debet, dum tamen is, qui defert, non ſit prohibitus,
nam aliquæ ſunt perſonæ quæ deferre nequeunt, vt
ſerui, & mulieres, & alij, qui connumerantur *in l.*2.§.
*Imperator* 6. *l. deferre* 18, *tot ff. de iuro fiſc.* docent Va-
lenzuel. *hîc n.*7. Peregrin. *de iure fiſc. d. lib.*2.*tit.*1. *n.*2.
Alfaro *de officio fiſcal. gloſ.*17.*n.*9. Farinac. *tom.*1. *q.*12.
*num.*8.*& ſeq.* † Quibus accedit quod grauiter conſti- 14
tuit *l.*3.*ti.*13 *lib.*2. *Rec.* ne ſcilicet Regius fiſcalis non
præcedente delatore ad accuſationẽ proſiliat, & vt de-
lator apud Tabellionem proponat delationem, ne eam
poſſit negare etſi eam non probauerit, pœnis quæ à
iure ſtatuuntur coërceatur, *l.*5. *d. tit.*13. † Pœna au- 15
tem eſt infamia propter calumniam, *l.*2.*ff. de iure fiſci,*
*l. noſtris. C. de calumniat*, & aliis pœnis, de quibus *in l.*
*Senatus* 15.*tota, leg. de eo* 23. *cum ſeq. l. non tantùm* 24 *ff.*
*de iure fiſc. l.*1.*& tot. ff. ad SC. Turpill.* quæ etiam & ad
mortem extenduntur, *l. omnes* 5 *h. tit.* ibi, *Contra delato-*
*res ſeueritatem Iudicum implorare ferro diſtrictam.* Ali-
quando relegatio & fuſtigatio indicitur, vt probatur
*in l. fin.§. vnuſquiſque, infr. h.tit.* quam ex Baſilicis re-
ſtituerunt Cuiac. & Gothofr. ibi. *Grauiſſimis verberi-*
*bus caſtigandum, & perpetuo fore relegandum*, docent
Accur. *in l.*1 *infr. verb. ſi verò non probant.* Platea *in l.*4.
*infr. numer.*2. Didacus Perez *in leg.*3.*tit.*12.*lib.*2. *ordin.*
Petr.Greg *ſupr. num.*9. Couarruu. *lib.*2. *var. cap.*9.*n.*1.
*verſ. nihilominus.* Clarus *in praxi* §.*fin.q.*7.*n.*12.*& q.*81.
*num.*3. Paz *in prax. tom.*15.*part.c.*2.§.*vnic. num.*4. Frehe-
rus *de infamia lib.*3.*c.*6. *toto.* Oſvval. *lib.*18. *Donell.c.*8.
*lit. O.* Farinac. *tota q.*16. *maximè n.*5.8. *&* 15. Ratio
æquiſſima fuit, quam tradunt Honorius & Theodoſ.
*in l. fin. Cod. de accuſat. & in leg. fin. Cod. de calumniat. &*
*in leg ſi quis ad ſe* 7. *Cod ad l. Iul. de vi publica.* ibi, *Quia*
*non debet eſſe impunita licentia mentiendi cum calumniantes*
*poſcat ad vindictam ſimilitudo ſupplicij* & æquum ſit, vt
qui aliteri inurere infamiam, & delictum per calum-
niam conatur, eam ipſe incurrat. Nam quod quiſque
iuris in alium ſtatuerit, ratio expoſtulat vt eo iure vta-
tur, *leg.*1.*& tot. Digeſt. quod quiſque iuris*, cum aliis vul-
gatis.
Sed quæſtio eſt, an talionis pœnæ delatoribus ho- 16
die locus ſit? quam diſcutit Iul. Clar. *in d. §. fin. q.*81.
*num.*3. Couar. *lib.*2.*var.cap.*9.*n.*1. Ant. Gomez *in leg.*
*fin. Tau.n.*7. Pichard. *in princ. Inſt. de publicis iudicijs*
*n.*35. latè Farinac. 1. *tom. crim. q.*16. *ex n.*1. Gothofr.
*in l. fin. C. de accuſat.* vbi cæteri, Oſvval. *ad Donell. lib.*18.
*cap.*10.*lit. E.* & Lucas *in l.*1.*h.t. num.*16. Valenzuel. *hîc*
*num.*10. *verſ. ſed & illud.* Morla. *in emp. tit.*2.*in præmiſſ.*
*n.*45.*& ſeq.* & Bobadill. *lib.*5.*polit.c.*2.*n.*93.*& ſeqq.* qui
tandem concludunt hanc pœnam generali conſuetu-
dine ab aulâ receſſiſſe, & pœnam delatoribus arbitrio
Iudicis ſtatuendam, obſeruant relati à Farinac. *ſupr.*
*num.*5. Lucas & Morl. & Valenzuel. *ſupr.* † Verùm 17
ego

ego in aliâ ſum opinione, exiſtimans non ſolùm attentis legibus Regni, ſed & iure communi ſi delator falſa crimina detulerit, ſi delicti grauitas id expoſtulet, poſſe talionis pœnam exerceri, quod euinco ex *leg. 1. §. ſenatus 15. in prin. l. Arrianus 42. §. fin. ff. de iure fiſc.* Item, quia ſi eâ ratione defeciſſe iam exiſtimant, quòd olim delatores ſe ſubſcriberent ad ſimilitudinem ſupplicij, ita vt punirentur, ſi in accuſatione defeciſſent, *l. ſi cui ff. de accuſat. leg. fin. C. eod.* cum adductis à Morl. *dict. tit. 2. num. 45. & ſeq.* Scaccia *de iudiciis c. 51.*
18 *num. 7.* Couar. *dict. cap. 9. num. 1. verſ. olim.* † Hodie *leg. 3. tit. 13. lib. 2. Rec.* tenetur in ſcriptis proponere delationem, quam ſi non probauerit *in leg. 5. illius tit.* condemnatur in omnibus illis pœnis, quæ à iure ſunt contra delatores calumniantes ſtatutæ, & etiam in expenſis, vt conſtat ex illis verbis, *Si alguno no probare la delacion que hiço le condenem en todas aquellas penas que el derecho diſpone y en las coſtas*, vbi verbum *todas* comprehendit & talionem, cùm ius ipſum ſimilitudinem ſup-
19 plicij in talia perpetrantes inducit, vt dicam. † Rurſus facit *l. 83. Tau.* quæ eſt *l. 4. tit. 17. lib. 8. Recopilat.* vbi teſtis falsò contra aliquem deponens in cauſa capitali, in qua ſi verum diceret, pœna mortis reo imponeretur, eadem pœnâ punitur, quâ reus ipſe puniendus eſſet. Rationem eius eam eſſe fatentur noſtri DD. quòd per talem teſtẽ non ſteterit, vt docet Azeued. *in d. l. 4. n. 52.* & probat eadem lex ibi, *pues por el no quedo de dar ſela.* Tum etiam, quia non minus falſus eſt qui falſum teſtimonium dixerit, quàm qui denuntiationem falſam proponit. *l. 1. §. ſed ſi quis ob renuntiandum, iuncto principio ff. ad l. Cornel. de falſis*, vbi tenetur lege Corneliâ de falſis, qui pecuniam acceperit, vt denuntiaret (ita interpretanda ſunt illa verba, *ſi quis ob renuntiandum*, iuxta vulgatam lectionem. *ſi quis ob denuntiandum*, quæ ita explicat Gothofredus *ibidem.*) Quin etiam & plus iniquitatis continere videtur falſa delatio, quàm teſtimonium, quia falſus teſtis ſolum ſuum falſum iuramentum perhibet, etſi malo animo & iniquè hoc faciat. At delator calumnioſus non ſolùm ipſe improbè ſe gerit, ſed etiam inducere procurat ipſos teſtes, & quantum in ſe fuit, fecit, & per ſe non ſtetit vt innocens condemnaretur, & ita crimen magis conſummauit, quàm falſus teſtis. Vnde cùm *dict. l. 83. Tau.* voluerit talionem in falſis teſtibus inuocare, eandem pœnam in falſo delatore voluit locum habere, nam calumniantes debet poſcere ſimilitudo ſupplicij, *dict. l. fin. C. de accuſat.* quia non debent eſſe ignari cùm delationem proponunt eam ſe ſententiam ſubituros ſi crimen obiectũ non potuerint comprobare, quam reus debebat excipere, vt aliàs dixit Conſtant. *in l. ſi quis ad ſe 7. C. ad l. Iul. de vi publ.* quam ſententiam tenet Lucas *in h. l. 1. n. 17.* Platea *in l. ex varia, num. 2. h. t.* Carauit. *ritu 68. num. 11.* Grammat. *ad conſtit. Regni num. 15.* Quid autem erit dicendum de his delatoribus, qui in ſyndicatu Iudices ſolent perſequi, & accuſare, quos vocamus *capitulantes.* Dic eos, ſi non probent crimina quæ accuſant, puniendos eſſe præter pœnas à iure ſtatutas, etiam in expenſis. Quod procedet, etiamſi ex capitulis aliqua probent: nam reſpectu aliorum quæ non probarunt, calumnioſi ſunt, & ſic in hac Pintiana Curia vidi practicari, iuxta doctrinam Bobadill. *lib. 5. polit cap. 2. ex n. 92. maximè num. 98.*

20 Excipiuntur autem à prædictis pœnis delatores, etſi in probatione defecerint, ſi ex neceſſitate officij, aut Iudicis præcepto detulerint. *l. 2. h. t. l. fiſcus 38. §. delatoris ff. de iure fiſc.* quibus adiunge *l. poſt legatum 5. §. aduocatum 13. l. tutelam 22. ff. de his quibus vt indig. leg. pen. ff. de poſtulan. l. ſi pars 10. §. fin. ff. de inofficioſo teſt. l. ſi pignora 50. ff. de euictio.* facit quoque *l. in fraudem 10. §. fin. ff. de his quibus vt indig. leg. qui cùm maior 14. ſi pater 7. ff. de bonis libert. l. non eſt 6. l. cùm quædam 26. ff. de adminiſtr. tutor. l. 2. C. de his qui accuſ. non poſſ.* & poſt DD. in dictis iuribus obſeruat Alfaro *de officio fiſcal. gloſ. 17. n. 27.* Azeued. *per textum ibi in l. 5. tit. 13. lib. 2. Rec. num. 2.* Farinac. *d. quæſt. 16. num. 16. & ſeq. &* notant Lucas *num. 12.* Valenzuel & alij *in dict. l. 2.* † Ra- 21
tio eſt ea, quia cùm, vt diximus, delator ſit qui ſpe præmij & lucri ſponte defert, *leg. 2. in princ. de iure fiſc.* cùm officij neceſſitate id facit, neceſſitas officij excuſata eſſe debet, ſiquidem primo caſu nulla poteſt excuſatio dari ſub ſpecie honeſti, propter quod odio ſunt habiti tales delatores apud omnes, vtpotè lucroſi & ſanguinantes, vt loquitur Tacitus *de claris orator.* & obſeruat Dec. *d. lib. 3. crim. c. 4. n. 6. & ſeqq.* Attamen in ſecundo nullus Iudicum calumnia notabit delatorem qui non ſuis ſimultationibus, non iniquo & prauo animo accuſationem inſtituit, ſed coactus ex officio, & eius neceſſitate inſtante, vt aliàs dixit de tutore Tryphoninus *in d. l. tutorẽ 22. de his quibus vt indig.* & ita cuilibet officium ſuum non debet eſſe damnoſum, *c. cùm non deceat de electio. in 6. l. ſed ſi quis 7. C. quemadmod. teſtam. aper. l. ſi ſeruus 61. §. quod verò. ff. de furtis, l. abſentia 140. de reg. iur.* cum aliis adductis ab Accur. *in d. l. ſed ſi quis. verb. damnoſum.*

Vnde conſtat regios fiſci patronos, qui in omnibus 22
iuridicis conuentibus à Rege proponuntur, variiſque honoribus decorantur, vt dicemus *in l. fin infr. de Decurion.* calumnia non eſſe notandos, neque in expenſis condemnandos, tum quia delatores non ſunt, tum quia nec ſpe lucri, aut pecuniarij commodo ad accuſationem procedunt, neque præter conſuetum ſalarium, etſi in cauſa vincant, aliquid reportant, neque aliquo quæſtu, aut commodo mouentur, niſi bono publico ad publicam vindictam, vt peccantium temeritas cohibeatur, & delicta punitione digna plectantur, feliciter, & quietè homines viuant, petitis ad id à delinquentibus pœnis vel corporalibus, aut pecuniariis, vt probatur *in l. 4. h. t. l. 2. in princ. ff. de iure fiſc.* & docent Alfaro *d. gl. 17. num. 2. & ſeq.* Dec. etſi fiſcalium non meminit, *d. lib. 3. cap. 4. num. 15.* P. Greg. *d. lib. 32. cap. 4. numer. 12.* Farinac. *dict. quæſt. 16. num. 22. & ſeq.* Azeued. *in d. l. 5. tit. 13. lib. 2. Recop. n. 2. & in l. 1. tit. 22. lib. 4. Recop. n. 6.* Ceuall. *1. tom. com. q. 539. ex num. 6.* Barboſ. *in l. eum quem temere 79. in princ. n. 195. cum ſeqq. ff. de iudiciis.* † Neque admittenda eſt eiuſdem Fa- 23
rinacij doctrina *n. 20.* qui ſecutus Peregrini & aliorum opinionem exiſtimat Procuratorem fiſcalem teneri ad damna & expenſas, ſi per calumniam aliquam egerit. Nam etſi id vidiatur probare *l. non eſt ignotum 6. Cod. de adminiſtr. tutor.* quam cum aliis legibus corruptiſſimè allegat, ad rem non facit, cùm diuerſum ſit officium tutoris ab officio fiſcalis, nam tutor cùm nomine pupilli accuſat, id facit proprio nomine, & ſic calumnia eius ſi euidens ſit, punitur, *l. Polla 2. C. de his quibus vt indig. l. 2. C. de his qui accuſ. non poſſunt.* vt notat Accur. *in d. l. Polla, verb. pupilli.* At verò regius fiſcalis etſi calumnioſè egerit, nunquam punietur, quia nullum lucrum reportat, & id facit nomine Reipublicæ, non proprio, quod facit vt minimè puniri poſſit, *l. 2. in princ. ff. de iure fiſc.* idque diſertè probat *l. 4. h. t.* ibi, *Vt hi qui Reipublicæ cauſas defendunt, delatorum criminibus non teneantur.* Hoc tamen longè ſecuriùs attento noſtro iure procedit ex *dict. leg. 3. tit. 13. lib. 2. Recop.* quæ prohibet fiſcalem ad accuſationem proſilire ſine delatore, notat Otalora *de nobil. 3. parte 3. princip. capite 1.* præterquam quòd cùm ſemper à Rege creentur fiſcales litteris, nobilitate, maturitate & prudentia inſignes, nunquam de eis talis præſumptio erit capienda, vt eruditè in propoſito agnoſcit P. Greg. *d. c. 4. n. 12.* At verò inſtigator, vel delator, qui fiſcali detulerit calumnioſè, rectè condemnatur in expenſis, & ideò ſine fideiuſſoribus idoneis nunquam fiſcalis procedit ex d. lege Regni, &

ita

ita ſunt intelligenda quæ tr… : Barboſa *ſupr.* & alij
iam relati.

24 Vnde conſtat melioris conditionis cenſendum eſſe
eum, qui facit aliquid ex neceſſitate officij, quàm ex
voluntate, *l.ſi fideiuſſor.7. §.ſi neceſſaria, ff.qui ſatisda-
re cogan.l.2.§. vis fluminis, verſ.ſi quis, ff. ſi quis cautio.*
notant Bar. *n.*2. Bald. Platea & reliqui, qui rectè ca-
ſum ponunt quando cauſa fuit cœpta per delatorem,
qui moritur, vel ſe abſentat, nam eo in caſu ſi Iudex
conſtituat alium, poſt eam peragere, & ſi non probet,
& in probatione ſuccumbat, non tenebitur pœnis de-
latorum, quod probatur *in d.l.2.h tit.* ibi, *Iuſſu Procu-
ratoris, vt cauſam ab alio delatam inſtrueres,* & ſequitur
in optimo caſu Otalora *de nobil.3.p.tertiæ p.princ.c.1.
num.*10.

25 Ex quibus ſequitur quòd cùm venditor, qui rem
vendidit, teneatur de euictione, *l.ex empto.11.in princ.
de actio. emp. l.ſi in venditione* 60. *ff. de euictio. l.non du-
bitatur 6. Cod.eod.cum vulgatis*, ſi aliquis tanquam tu-
tor, vel curator, vel executor teſtamenti rem vendide-
rit tanquam ex neceſſitate officij ſibi incumbentis,
non tenebitur de euictione, *l.ſi pignor.50.ff.de euictio.l.
Iulianus 13.§.ſi procurator 25.ff. de act. emp. leg. qui
erat 49.ff. famil. erciſ.* quibus iuribus ita docuerunt
Gutier. *de tutel.1.part.c.1.n.22.* & alij, quos latè con-
geſſit Guzman. *de euict. q.53.per totam.* Item etiam nec
Magiſtratus iure Magiſtratus vendentes de euictione
teneur, *d.l.ſi pignor.* docent Montan. *de tut.c.31.ff.5.n.4.*
Giurba *in conſ. Meſſan.1.part.c.2.gloſ.13.n.13.* & alij
relati à Perey. *de empt. cap.31. num.*20. Hermoſilla *in
leg.32.tit.5.part.5.art.4.n.42.* Guzm. *ſup.n.11.* Item
non tenentur creditores, ſed ipſi debitores, *leg.ſi plus
74.§.ſi iuſſu. ff. de euict.* Viuius *deciſ.24.num.1.& ſeq.*
Ludouiſ. *deciſ.*119. Pereyr. *dict.cap.31.num.*20. Surd.
*conſ36.num.*17. Gratian. *diſcept.tom.1.cap.175.num.4.*
Trentacinq. *lib.3.reſol.17.tit. de empt. & ven.* Caſtillo
*lib.4.contr.cap.42.ex n.*70. Maſtrill. *deciſ.18.num.4.*
Guzman. *de euict. q.47.n.17.& ſeq.* Hermoſill. *ſupr.
gl.1.art.3.n.*23. Debitor tamen etſi ex naturâ euictio-
nis teneatur in id quod intereſt rem non fuiſſe eui-
ctam, *leg.cùm ſucceſſores 23. Cod. de euict.* cum vulgo
eo caſu tantum tenetur, quantum pretio liberatus eſt,
*d.§.ſi iuſſu.*

26 Secundò ex ſupradictis ſequitur quòd cùm tutor,
aut curator non admittatur niſi pupilli nomine ad
rem gerendam, ſi in teſtamento legatum acceperit, in
quo pupillus ſit exhæredatus, etſi iudicium teſtatoris
agnouit, rectè poterit eiuſdem pupilli nomine de inof-
ficioſo agere, *d.l.tutorem 22. de his quibus vt indig. leg.
ſi pars 10. §.fin. leg. aduerſus 30. §.fin. ff. de inofficioſo,
§.ſi tutor. Inſt. eodem. l.13.tit.7.p.6.* docent relati à Pi-
char. *in d.§.ſi tutor. n.*8. Nam etſi verum ſit de inoffi-
cioſo agere non poſſe illum, qui iudicium teſtatoris
agnouit, *l.Papinianus 8.§.ſi conditioni ff de inoffic.teſtam.*
cum traditis à Donell. *lib.19.com.c.6.* vbi Oſvval. *lit.
B.& ſeq.* & tutorem defuncti voluntatem poſſe agno-
ſcere, *l.cùm quadam 26.C. de admin. tut.l.fin.ff. de inoffic.
teſtam.* nihilominus cùm ad querelam pupilli nomine
accedit, minimè ei debet præiudicare, quod ex neceſ-
ſitate officij alias facere tenebatur, *leg. nec non 6.
Digeſtis de tutor. & curat. dat.* notat Pichard. *ſu-
prà num*3. *& ſeq.* poſt Accur. *in dict. §.ſi tutor* Pla-
27 team, Angel. & reliq. *in dict. leg.2.h.tit.* † Præcipuè,
quia in tali caſu fungitur vice duarum perſonarum,
ſicut videmus in iure tutorem rem ſibi debitam tra-
dere poſſe ſibi ipſi *leg. fiſtulas 78.§. fundum. D.de con-
trah. empt.l.debitor meus 13.D.de negot.geſt.l.quoties 9.§.
ſicut 5.D. de admin. tut.l. creditorem 8.C.qui dare tutor.*
& in aliis caſibus, vt *in l.profectitia 5.§.fin. D. de iure
dot.l.ſi verò 64.§. item quidquid. D. ſol. matr. l. item eo-
rum 6. in princ. D. quod cuiuſque vniuerſ.l.ſi pater 15.§.
qui duos. D.de adoption.l.miles 75.§.fin.de legat.2.l.ſi quis-
reum 5.§.fin.de liberal.legat.* & diximus *lib.1.obſeru.c.7.
n.*15. & docent Tiraq. *de retract. lig.§.1.gl.18.num.*23.
Menoch. *de recuper, rem.1.n.*36. Pincl. *in l.1.C. de bon.
mat.3.part.num.73.ad fin.* Gratian. *diſcept.foren. tom.1.
cap.111.n.13.& tom.2.c.298.num.1.&* 26. Gothof. per
tex. *ibi in l.ſi quis decurio 21.C.ad leg.Cornel. de falſ.* Bo-
badill. *lib.3.polit.cap.8.n.*68. Micres *de maiorat.4.pag.*
*q.*16. Morl. *in em.tit.de contrah.emptio.quæſt.7.n.6.* † Húc- 28
que pertinet deciſio Tryphonini *in l.filius non impedi-
tur 22. D.de inofficioſ.teſtam.* vbi ſi pater in teſtamento
vxoris, à quâ exhæredatus eſt filius, legatum accepe-
rit, poterit agere nomine filij, ita vt ſi non obtineat,
ad legatum admittetur, quoniam in tali caſu indi-
gnatio eſt filij, cuius nomine agit, & ei parat commo-
dum victoriæ, de cuius legis explicatione erit conſu-
lendus Alciat. *lib.4.paradox. cap.3.* Connan. *lib.9.
comment.cap.9 in fin.* Riminald. *in l.1.num.379 Cod.qui
admitti.* vbi Camill. Plaut. *verb. emolumentum.* Pinell.
*in l.1.Cod.de bon.mat.1.part. à num.*19. Ant.Fab. *lib.7.
coniect. cap.9.* Barboſa *in l. Lucius 19. num 12. D.ſol.
matr* Pichar. *in d.§.ſi tutor.* † Vbi etiam agit de Aduo- 29
cato quando ex officij neceſſitate aliquid facit, poſt
Greg. *in leg.13.verſ. fueras ende*, per tex. *ibi gloſſ.18.
tit.7 part.6.*

Et vt ad principalem noſtri tractatus articulum re- 30
uertamur à pœnis contra delatores ſtatutis etiam li-
ber erit qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur,
*l.deferre 18.§.ſed ſi communem, l.fiſcus 38.§.fin.l.delator
44. D de iure fiſci*, facit *l.qui ex libertate 26. D. de liber.
cauſ.* Ita in ſpecie probatur *in l.3. hoc tit. infr.* vbi ſi
aliquis ad ſuam defenſionem cùm ab Officialibus
fiſci conueniretur, alium talis fundi poſſeſſorem eſſe
dixerit, non tam delator dicitur, quàm ſui defenſor,
nec tam videtur alium deferre, quàm delationem con-
tra ſe factam repellere, vt eleganter aſſeruit *ibi* Accur.
Non eſt ergo accuſatio, ſed defenſio, quamobrem,
cùm S.C.Syllaniano, aut lege Cornelia præmium præ-
ſtetur ei, qui ex familiâ ſeruorum cædem domini in-
dicauerit, vel accuſauerit, *l.1.C. pro quibus cauſis ſeruus
pro præm.l in lege 25.D.de SC. Syllaniano*, cùm traditis
à Cuiac. *lib.18.obſeru. cap.22.* Duaren. *ad tit. D.de
SC. Syllan. verſ. Quintum caput*, non videtur accuſaſſe
vt præmium conſequatur qui in alium cùm arguere-
tur crimen detorſit, *l.3.§.vtrum 4. D. de SC. Syllan.*
† vbi corruptè in vulgaribus codicibus legebatur per- 31
peram *vindicaſſe* pro *indicaſſe*, vt rectè animaduertunt
poſt Ant.Aug. *lib.2.emend.cap.19.* Cuiac. & Duar. *vbi
proxime.* † Cuius textus argumento Bart. *in d.l.3.* & 32
Platea *num.2.* docent quòd ſi præmium ex ſtatuto pro-
ponatur occidenti bannitum, ſeu hoſtem, & aliquem
eum occiderit non vltrò, ſed ſe defendendo, non ha-
bebit præmium, quia lex non conſiderat quod caſu
euenerit, ſed quod principaliter fit *leg. ſi quis nec cau-
ſam,* & quæ *ibi* notant DD. *D.ſi certum petat. l.qui in-
iuriæ 53. in principio D.de furtis*, obſeruat Decian. *reſ-
pon.4.num.16. lib.3.* non enim voluit ſtatutum præ-
mio afficere illum, qui non vt pareret legi, & ob ſpem
præmij, ſed ob neceſſitatem propriæ defenſionis id ef-
fecerit, *d.§.vtrum, l.vnum ex familia 67.§.ſi de falcidia.de
leg.l.2.de condit. & dem.* † Verùm in hoc caſu Bal. *in l.* 33
*genero.D. de his qui notant.* Roman. *in d §.vtrum.* Alex.
*in addit. ad Bar.in dict.l.3.* vbi Valenzuel. *num.5.* & in
ſuam ſententiam adfert *d.l.2.D.de condit. & dem.* quia
conditio iſta, *ſi occiderit bannitum, ſi ceperit bannitum,*
non eſt conditio poteſtatiua, & ideo non eſt regulan-
da, iuxta ſecundam partem illius legis, ſed eſt conditio
mixta non minus ex poteſtate, quàm ex inſidiis &
fortuna defendens, & ob id ſufficiet vt quomodocum-
que impleatur iuxta priorem partem *d.l.2.* Atque ita
lex non conſiderat propoſitum & mentem facientis,
ſed factum ipſum, *l.hæc conditio 10.l.ſi iam facta 11. D.
de cond. & dem.* vbi etiam Cuman. aduertit. Contra-

rium

rium tamen erit, ſi is qui manifeſtauit delinquentem,
id faciat, quia inculpabatur de tali crimine, tunc etiam
cùm non ſponte hoc faciat, ſed vt ſe excuſaret, non
34 conſequetur præmium, vt *in d.l.* 3. † Inde quoque ac-
cuſatores, qui ex iuſtâ cauſa prouocati accuſationem
inſtituerunt, excuſandi erunt à pœnâ calumniæ, vt fu-
ſe tradit Farinac. *d.q.* 16. *n.* 33. *& ſeq. & n.* 56. quod pro-
batur *in l.* 5. *tit.* 13. *lib.* 2. *Rec.* vbi delator in expenſis &
pœnis condemnatur, ſi delationem non probet, niſi iu-
ſtam habuit cauſam accuſandi.

## LEX I.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Baſsio.*

**Si ei, qui capere poteſt, tacitum fideicommiſſum relictum eſt, ceſſat delatio. His enim prohibetur tacitè relinqui, qui palàm relictum capere non poſſunt.**

*SVMMARIVM.*

1 *Proponitur concluſio huius legis de tacito fideicommiſſo relicto incapaci, exornatur multorum iurium & Doctorum auctoritate.*
2 *Tacite aliquid relinqui quomodo dicatur?*
3 *Huius rei origo deducta eſt à lege Papia.*
4 *Agitur de interpretatione* l. 3. in princ. & l. ita fidei 40. D. de iure fiſci, *an tacitè, vel non, in formulis, de quibus ibi videatur rogatus hæres,* & n. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
9 *Declaratio nihil de nouo addit, ſed tantùm exprimit quod dictum fuerat.*
17 *Lapſus Ioannis Garciæ circa interpretationem* d. l. ita fidei.
18 *Opinio Gregorij Lopez reiicitur.*
19 *Expenditur & illuſtratur* l. qui teſtamentum 27. D. de probationibus.
20 *Profeſſio teſtatoris dicentis ſe debere incapaci, videtur in fraudem legis fieri.* & n. 21.
21 *Tota vis & ſubſtantia taciti fideicommiſſi conſiſtit in interpoſitione fidei, explicatur* l. edicto 13. §. 1. D. de iure fiſci *&* num. 23.
24 *Hæres qui tacita fide non accommodauit, ſed incapaci bona præſtat, iudicatur indignus & examinatur hic articulus, & de interpretatione* l. ſi poſtulante 67. §. fin. ff. ad SC. Trebell. *&* numer. 25. & 26. & numer. 28.
27 *Orbus & vxor ex lege Papia ſolidam hæreditatem non capiebant,* & numer. 60.
29 *Explicatur* l. ex facto 43. §. Iulius, ff. de vulg. ſubſt. *&* num. 30.
32 *Quomodo probetur interueniſſe tacitam fidem de reſtituendo incapaci?* & num. 32. 34. & 35.
33 *Expenditur & explicatur* l. fin. *quæ alias incipit* ſi genet ff. de his quibus vt indign.
36 *Omnis ſubſtantia huius delicti conſiſtit in accommodatione hæredis, quâ præſtat fidem de reſtituendo.*
37 Reg. quia tacet, de reg. iur. in 6. *cum aliis iuribus explicatur.*
38 *Actus clam geſtus non nocet quando conſtat de veritate contraria.*
39 *An vt fiſco locus ſit, requiratur ſola accommodatio fidei, & an ſit neceſſaria traditio hæredis?* ad l. 5. C. ad l. falcidiam, & num. 40. 41. 42.
43 *Interpretatur* l. 13. tit. 7. p. 6. *circa proximum articulum, & conciliatur cum* l. 5. tit. 11. p. 6. *&* n. 44. & 45. *& contra Gregorium arguitur & proponitur vera reſolutio,* & num. 46.
47 *An hæres qui tacitam fidem accommodauit, poſſit in conſcientiâ retinere hæreditatem, an verò teneatur reſtituere?* & num. 48. 49. 51. 55.
50 *Teſtator poteſt grauare hæredem ne deducat quartam Trebellianicam, remiſſiuè.*
52 *Pœna non debetur ante condemnationem.*
53 *Explicatur* l. eum qui, ff. de his quibus vt indignis.
54 L. prædonis 46. ff. de pet. hæred. *intellectus breuiter proponitur.*
56 *Seruus, vel filiusfam. tacitè rogati de reſtituendo incapaci, excuſantur à pœnâ noſtræ legis, & quatenus ſuperioris mandatum excuſet.*
57 *Is qui ſe detulit fiſco, an reportet tertiam partem eius quod reſtituere promiſerat vel dimidium, explicatur* l. edicto, de iure fiſci & l. vnic. infrà de his qui ſe deferunt, *&* n. 58. 59.
60 *Explicatur eadem* l. vnic. in verſ. quod ſi ab vxore, *& defenditur lectio vulgata* d. l. edicto, §. 1. ff. de iure fiſci, *contra Cuiacium,* & n. 61.
62 *Verbum* ſi quis, *&* quicumque, *quare comprehendat fœminas, & neceſſaria fuerit extenſio, & declaratio Traiani.*
63 *Datur eligendi facultas inter fiſcum & mulierem, ſe deferentem in portionibus quibus diuiditur hæreditas.*
64 *Aliud requiſitum vt rectè fieri poſſit delatio.*
65 *Qui ſe detulit in criminibus, mitius eſt puniendus.*
66 *Quis dicatur inimicus mulieris, & fiſci, & occultator geſtorum?* in d. l. vnica.
67 *Quare hæredi qui tacitam fidem interpoſuit, irrogetur deportatio?*
68 *Hodie ſunt incapaces iure noſtro filij Clericorum, adduciturque Motus Pij V. quo eadem incapacitate afficiuntur etiam nepotes, quamuis ſint legitimi.*
69 *Cautelæ quibus ritè poſſint hæredes inſtitui incapaces.*
70 *Coram quo iudice fiebant delationes? remiſſiuè.*

CVM variis ex cauſis delatio fieri ſoleat, 1
de quibus *in l.* 1. *ff. de iure fiſci*, inter quas
ea recenſetur, quando tacitè aliquid reli-
ctum eſt. Alex. *in præſenti* conſtituit diffe-
rentiam inter eum, qui capere poteſt, & incapacem, vt
ſi tacitum fideicommiſſum huic relinquatur, delatio
in fiſcum fiat, quæ tamen ceſſabit ſi capaci relictum
fuerit, etſi tacitè id relinqui contingat, quod apertè
quoque ſtatutum videmus *in l.* 3. *in princ. ff. de iure fiſci,*
*iuncta regula l.* 3. *ff. ſi cert. pet. l. in fraudem* 10. *l. hæres* 11.
*& ſeq. l. eum qui* 18 *& ferè tot. ff. de his quibus vt indig. l.*
*beneficio* 59. §. *fin. ff. ad l. falcid. l. ita fidei* 40. *l. Arria-*
*nus* 42. *in princ. l. Statius* 48. *& l. ſeq. ff. de iure fiſci, l.* 3.
*ff. de probat. l. prædonis* 46. *de petit. hæred. l. cùm quidam* 17.
§. *in tacito, ff. de vſuris, leg. ex facto* 43. §. *Iulianus, ff. de*
*vulgar. leg. in tacitis* 103. *l. Lucius* 123. §. *fin. de legat.* 1.
*leg.* 3. *Cod. ad leg. falcid.* Vlpian. *in frag. titul.* 25. §. 17.
*leg.* 13. §. *la ſeſta raçon. tit.* 7. *parte ſexta leg.* 5. *titul.* 11.
*ead. part.* Explicant ordinarij in dictis iuribus P. Gre-
gor. *lib.* 42. *ſyntag. cap.* 29. *n.* 4. *&* 5. Couar. 2. *p. de ſpon-*
*ſal. cap.* 8. §. 5. *tot.* Peregr. *de iure fiſci lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 5.
*& tit.* 19. *tot.* Mantica *de coniect. lib.* 10. *tit.* 4. *tot.* Alfar. *de*
*offic. fiſcal. gloſſ.* 34. *num.* 165. Cuiac. *in l.* 1. *de iure fiſc.*
*& lib.* 9. *Reſp. Papin. in d. l.* 3. *de prob. & lib.* 13. *in l. hære-*
*ditatem de his quibus vt indign. & in d. l. in tacitis.* Donell.
*lib.* 6. *com. cap.* 17. Petr. Faber. *lib.* 2. *ſemeſt. cap.* 13. Garcia
*de tacito fideicom. poſt tractatum de expenſis.* Molin. *de iuſt.*
*tomo* 1. *q.* 169. Pichard. *in princ. Inſtit. de fideicom. hæred.*
*n.* 31. *&* 32. Farinac. 1. *p. frag. verb. fiſcus ex n.* 75. Fuſar.
*de ſubſtitut. qu.* 574. *tot.* & ego *lib.* 3. *obſeru. c.* 2. *n.* 84. &
Caſtillo *de Tertijs, c.* 41. *n.* 158. *& ſeq.* † Dicitur tamen 2
tacitè aliquid relinqui cùm hæres nec teſtamento, nec
codicillis rogatur, ſed domeſticâ cautione, aut chiro-
grapho

grapho in fraudem legum, vel pollicitatione, aut fide
datâ ſe obligat ad præſtandum fideicommiſſum ei, qui
capere non poteſt, quia ſcilicet teſtamenti factionem
non habet, vel aliàs eſt inteſtabilis, *l.in tacitis* 103. *ff.*
*de legat.* 1. *l. in fraudem* 10. *ff. de his quibus vt indign.*
docet Caſtrenſ. & reliqui *ſupr.* Cuiac. & Gothefred. *in*
*d.l.in tacitis,& lib.9.Reſp.Papin.in l.ff.de probatio.* Garcia
*ſupr.n.*2.

3 Hoc autem ius dimanaſſe certum eſt ex lege Iuliâ
& Papiâ, quæ plurimos fecit incapaces, cœlibem
nempe, & orbum, & ſimiles, de quibus dixi *lib.* 2. *ob-*
*ſer. cap.*4. *in pr. & lib.* 5. *c.*6. *n.*27. *&* 31. & id poſtea
auctum eſt SC. Planciano, cuius mentio fit *in l. bene-*
*ficio* 59. *in fin. ff. ad leg. falcid. coniuncta l. hæres* 11.
*ff. de his quib. vt indig.* & Vlp. *in frag. tit.*25.§ 17. Nam
etſi prius fideicommiſſa relinquerentur iis, qui iure
directo capere non poſſent, *princ.Inſt.de fideicom.hæred.*
poſtquam tamen ad iuris neceſſitatem fuerunt reda-
cti, & eorum vſus percrebuit, vt incapacibus adhuc
fideicommitteretur, & ita leges quæ incapacitatem
imponebant, eluderentur, cùm vnâ via incapaces ca-
perent quod alia prohibebatur, contra *l.ſi ſponſus 6.in*
*princ.ff. de donatio. inter. l.quæritur* 38. *ff. de bon. liber.*
*reg.cùm quid, de regul. iur. lib.*6. ſtatutum fuit, ne lice-
ret incapacibus relinquere, etſi relinqueretur, & hæ-
res tacitam fidem accommodaret de reſtituendo inca-
paci tale relictum fiſco vindicaretur, vt cum dictis iu-
ribus docet Pichard. *in d.princ.n.*31.*&* 32. quod cùm
frequenter teſtatores vſurparent contra legum prohi-
bitiones, Iureconſulti de variis formulis diſputarunt,
an ex eis fraus legi facta videatur, vt tacitè reliquiſſe
viderentur.

4 Inter eas diſputationes nobilior eſt quam proponit
Calliſtratus *in l.*3 *in pr.ff.de iur. fiſci*, ſentiens non eſſe
fraudem legi factam, ſi teſtator ita dixerit, *Vos rogo, vt*
*in eo, quod à vobis petij, fidem præſtetis, perque Deum, vt*
*faciatis, rogo,* quia non videtur tacitè reliquiſſe, vt Iu-
lianus ait, cuius ſententiæ adhæret cùm tunc tacitè
videtur relinqui, quoties quis neque teſtamento, ne-
que codicillis rogaretur, ſed domeſtica cautione, aut
chirographo. Vnde cùm in ea ſpecie nulla propona-
tur tacita conuentio, neque vlla cautio, non videtur
hæres ex eo tacitam fidem accommodaſſe, & ſic ma-
5 nebit relictum apud ipſum hæredem. † Contra quam
ſententiam videtur eſſe Iulius Paullus *in l.ita fidei* 40.
*ff. de iure fiſci*, qui aſſerit in ea formula, *Rogo fundum*
*Titio des de quo te rogaui*, qui Titius incapax erat, tacitè
videri rogatum hæredem, & legem eluſam, & eius
interpretationem magis, quàm in altera formula; quo-
niam fit contra legem, dum incapaci tacitè relinqui-
tur, & contra eius interpretationem fraus aſtutior
committitur, cùm ne quis diceret, teſtatorem tacitè
rogaſſe, palam dixit, *fundum Titio des*, exprimendo rem
& legatarij perſonam. Ratio eſt, quia cùm exprimit
fundum ſine nomine, obſcurè rem exprimit, id eſt,
fundum generaliter, ſiue rem incertam, & diuerſitas
fundorum obſcurum legatum facit, & obſcurum ta-
citum eſt, & ita hæres taciti fideicommiſſi pœnam
ſuſtinebit.

6 In hac autem Iuriſconſultorum aperta controuer-
ſia, meo iudicio, Calliſtratus magis, quàm Paulus
ſecundùm iuris principia reſpondet, imò eius ſenten-
tiam defendi vix poſſe attenta iuriſprudentia, & diſ-
putandi ſtricta ratione intrepidè aſſererem. Nam ob-
ſcuritas illa, quæ ex generali legato fundi oriebatur,
non poteſt ita efficere, vt tacitum videatur, quia nemo
negabit rem fuiſſe legatam. At lex non prohibet rem
legari, quæ nequeat tunc deſignari, ſed ne tacitè relin-
quatur, ſiue legatum ſit generis, ſiue ſpeciei, neque
in eo caſu fides tacitè interpoſita eſt, neque erat neceſ-
ſaria, cùm palam rogetur hæres dare illi Titio fundum;
quando verò fundum generaliter legat teſtator, non
eſt quid obſcurum, cùm hæres dare teneatur fundum
ex his quos habebat teſtator, *leg. ſi domus* 71. *ff. de*
*legat.*1. & ſic incertus eſt fundus de certis, hoc eſt, de
illis, quos habebat, *argument. leg. qui duos* 20. iuncto
Gothofr. *ibi, ff. de legat.*1. *l. quidam* 6. *ff. de reb. dub.*
Non itaque ſcimus qualis fundus fuerit legatus, ſed
ſcimus fundum eſſe legatum, *leg. legato* 37. *verſ. ſi de*
*certo, de legat.*1. qui tamen poſtea ex deſignatione hæ-
redis, vel legatarij certificabitur, *argum.d.leg.quidam* 6.
*leg.ſi cognatis* 20. *ff. de reb. dub.* & talis certificatio ni-
hil addit legato, ſed tantùm declarat vnum ex illis
fuiſſe legatum, vt belliſſimè probatur *in l.hæredes* 21.
*§. ſi quid poſt factum, ff. de teſtament.* † Quare magis 7
videtur incertum legatum, quàm obſcurum. Incertum
dicitur quod non in ſpecie, ſed generaliter, & indiſtin-
ctè profertur, veluti homo, fundus, triticum, *leg. hæ-*
*redes* 25. *§. ſi incerto* 17. *ff. famil. erciſc. leg. cùm incer-*
*tus* 13. *ff. de legat.*1. *l. nuper* 85. *de leg.*3 *l.in ratione* 30.
*§. certis, cum ſeq. ff. ad leg. falcid.* not. Briſſon. Hotto-
man. Schard. & alij *de verb. iur. verb. incertus*, & me-
liùs Vlpian. *in l.vbi autem* 75. *ff. de verb. oblig.* ibi, *Vbi*
*autem non apparet quid, quale, quantúmque ſit, incertam*
*eſſe ſtipulationem dicendum eſt. Ergo ſi quis fundum ſine*
*propria appellatione, vel hominem generaliter ſine proprio*
*nomine, aut vinum, frumentum ſine qualitate dari ſibi ſti-*
*pulatur, incertum deducit in obligationum*, & Iauolen. *in*
*l.qui ex pluribus* 106 *ff.de verb.oblig.* & ita magis corpus
ignotum videtur legatum, vt loquitur Papin. *in leg.*
*cùm poſt* 69. *§. gener.ff. de iure dotium.* † Vnde cùm po- 8
ſtea hæres fundum dat, vel legatarius eligit (iuxta di-
ſtinctionem, de qua *in d.l.legato* 37. *de leg.*1. quam ex-
plicat *ibi* Cuiac. *& tract.*5. *ad Afric. in l.ſi ſeruus* 108.
*§.cùm homo, de legat.*1. Donell. *lib.8.comm.cap.*19. vbi
Oſvval. *lit.I.& ſeq.*) declaratur res quæ legata intelli-
gitur à teſtatore, quæ declaratio nihil de nouo addit,
vt eleganter probatur *in l.hæres palam* 21.*§.ff.de teſtam.*
vbi ſi fortè ait Vlp. obſcurius quid dictum eſt in teſta-
mento, quoniam Stichum legauerat, cùm plures
Sthicos haberet, vel Titio amico, cùm eſſent plures
Titij legatum, poſſe declarare teſtatorem hanc obſcuri-
tatem ſine ſolemnitate teſtamentaria, & addit, *Quia*
*nihil nunc dat ſed datum ſignificat.* Probat etiam *leg. ſi-*
*cut* 9. *§. ſed ſi quæritur, verſ.& ſiquidem, ff. ſi ſeruit. vind.*
*l.ſi donatæ* 36. *§. fin. ff. de donat. inter.* † Quorum iu- 9
rium argumento tenuerunt Marta *de iuriſdict.*4. *part.*
*cent.*2. *caſ.* 152. *n.*4. Lancellot. *de attentat.*2.*part.c.*4.
*limit.*21. *num.*3. Anton. Gabriel. *comm. concluſ. lib.*6.
*tit.de reg. iuris, concluſ.*3. Steph. Gratian. *diſcept.*1. *tom.*
*c.*157. *num.*1. Surdus *deciſ.*19.*& conſ.*288.*num.*10. &
alij relati à Barboſ. *de diction. dictio.*80. declarationem
nihil de nouo addere, ſed tantùm exprimere quod di-
ctum fuerat. † Atque ita *ſuprà* dicta obſcuritas, vel 10
incertitudo, quam agnoſcit Paull. in dicto legato, non
potuit efficere vt tacitè videatur relictum ad hoc vt
recidat in fiſcum. Neque huic difficultati occurrit
Paul. *in d.l.ita fidei.in verſ.non eſt*, vbi ait, *Non poſſe dici*
*palam relinquere quod ex teſtamento ſciri non poteſt, cùm*
*recitatur.* Nam tempus quo ſpectatur quando fraus
videatur legi facta, non eſt tempus recitati teſtamen-
ti, ſed exitus ſpectatur, *d.l.*3.*§. quando* 2. *de iure fiſc.* id
eſt, vt fiſcus non debeat quærere de conditione cuiuſ-
quam, an ſit capax, vel non, donec ad eum legatum
pertineat. *l.non oportet.* 52. *de legat.* 2. (quam ad hunc
tractatum pertinere rectè vidit Cuiac. quem *ibi* ſe-
quitur Gothofredus.) Ergo an ſit in fraudem tacitè
relictum fideicommiſſum illius fundi, non debet in-
ſpici tempore recitati teſtamenti, ſed poſt aditam hæ-
reditatem, quo tempore poſt legatum acceptare, *leg. ſi*
*tibi homo* 86. *§. cùm ſeruus, de l.*1. & tunc cùm electio
ad legatarium pertineat, *d.l.legato*, & ſic neſcio qui po-
tuit legatum obſcurum dici à Paullo. † Præterea, quia 11
cùm deſignetur perſona Titij incapacis à teſtatore,
non

non debet in fiſcum cadere fideicommiſſum, ſed remanebit apud hæredem, qui non accommodauit tacitè fidem ſuam, & cùm non delinquat ipſe, ſed teſtator, non eſt cur patiatur aliquam pœnam, *leg. qui teſtamento 27. ff. de probatio.* iuncto Bart. *in d. leg. 3. per text. ibi, ſtatim in princ.* Peregrin. *dict. lib. 3. tit. 19. n. 6.*

12 Hæc tanti apud me ſunt ponderis, vt exiſtimem Paullum aliàs grauiſſimum & doctiſſimum Iureconſultum ſecundùm veram & ſtrictam iuris diſputationem non reſpondiſſe *in d. l. ita fidei.* & vt magis iuribus fiſci faueret, quàm teſtamento, & conſequenter Calliſtrati ſententiam *in d. l. 3. in princ.* veriorem eſſe, & iuxta bene fundatam iuris prudentiam. Neque mireris, ſi videas nos inter iuris patres diſputare, nam & ipſi homines fuerunt, ſine vera luce fidei vitiis dediti, & fæce idolorum obcæcati, & quidem multoties partibus ob pecuniam conſulentes, & ſectis diuiſi inter Sabini & Proculi ſectatores. Quapropter non eſt mirum ſi multoties errauerint, & ſic neſcio an Paullo adhærerem ſi Calliſtrati, cuius ſententiam amplectimur, auctoritas non extaret, qua contra Paullum pro-
13 tegimur. † Vnde ſuppletio, quam adducit Cuiacius *in d. l. 3. & lib. 21. quæſt. Paul. in dict. l. ita fidei*, vt in ea ponendum ſit hæredem interpoſuiſſe ſecretam & domeſticam cautionem certi fideicommiſſi, apertè repugnat verbis Paulli, qui non in cautione fraudem reperit, ſed in obſcura oratione, quæ ex legato genericè relicto naſcitur, ita vt ex eo quod obſcurum eſt, legatum deducat tacitè relictum fuiſſe. Minus ad rem facit quòd alij (qui ante nos Voluminis Cathedram in Salmanticenſi Academia moderarunt) dixerunt *d. l. 3.* intelligi de legato relicto capaci, quod ineptiſſimum eſt, & contra ipſum Iureconſultum, qui intendebat diſputare, an in ea ſpecie, *Vos rogo, vt in eo quod à vobis petij, fidem præſtetis*, aliquid fraudis reperiretur; & ait quòd quamuis non appareat quid voluerit teſtator ab hæredibus petere, tamen quærebatur à Iuliano, an fraus aliqua ineſſet? & reſpondet nullam fraudem eſſe factam, quia neceſſarium eſt vt interueniat aliqua cautio, aut chyrographum, in quo ſe obligaret ad reſtituendum incapaci. Quare in caſu incapacitatis apertè loquebatur, & cùm in teſtamento rogatus fuerit hæres, conſtat non eſſe tacitè relictum, & ſic fraudem non eſſe factam, quæ facta intelligeretur, ſi extra teſtamentum rogatio interueniret, *dict. leg. in tacitis, dict. leg. in fraudem 10. D. de his quib. vt in dig.* & ita quamuis palam non videatur rogatus hæres, & ſic videbatur eſſe tacitum fideicommiſſum, cùm non appareat quid ab eo petitum fuerit; nihilominus non eſt fraus legi facta, cùm in teſtamento rogatio interuenerit.
14 † Hæc eſt Calliſtrati mens, Iuliani adhærens doctrinæ, quæ apertè impugnatur à Paullo, cui aiebat tacitè rogationem factam, quia ex teſtamento ſciri non poterat quando recitatur quid relictum ſit. At Calliſtratus & Iulianus tantùm deſiderant vt extra teſtamentum rogatio interueniat. Ex quibus iam cognoſcimus hos Iureconſultos apertè contrarios in eadem ſpecie extitiſſe, & fruſtra inter eos quæri conciliationem.

15 Verùm ſi quis nos increpet quaſi Gallorum & aliorum Interpretũ morem ſequamur (quem Hiſpani ſemper reprehendunt) qui antimonias in iure agnoſcunt, & multoties vel literam inuertunt, aut mutant, & vbi difficultate opprimuntur, contra Conſultos, aut ſaltem contra Tribonianum gladium ſecatorium arripiunt. Ego viam tentare intendo, qua me quoque poſſim tollere homo, vt Virgilij verba detorqueam, & hos diſſentientes Iureconſultos in amicitiam redigere, aduertendo Calliſtratum *in dict. leg. tertia* loqui quando generaliter nulla perſona demonſtrata rogatus eſt hæres aliquid adimplere, ſed tantùm dixit teſtator, *vt in eo quod à vobis petij fidem præſtetis* qua in ſpecie cùm non ſit cautio, nec chyrographum, in quo perſona incapacis deſignetur, non videtur fraus legi facta. Quia tunc intelligitur fieri, quando in cautione ſe obligat hæres dare incapaci; verùm cùm non ſit cautio, neque perſona, non dicetur fraus, & ita opus erit probatione, teſtatorem ſcilicet reliquiſſe incapaci, vt obſeruat Bar. *in leg. Lucius §. in teſtamento, de legat. prim.* & relati à Peregrin. *lib. 3. titulo 19. numero 3.* de qua probatione *infrà* dicemus. Iuxta quæ videtur procedere *d. l. Lucius 123. §. in teſtamento*, vbi dicitur quod etſi qui tacitam fidem accommodaſſet, vellet ſe tueri quod teſtator non demonſtrauerit perſonam incapacis, ſi tamen probatum fuerit, accommodatio in fraudem legum intelligitur tacitum
fideicommiſſum. † At verò *in d. l. ita fide*, deſignata eſt 16
perſona Titij incapacis, & cum conſtet de eo & de obſcuritate legati, creditur non palam, ſed magis vt legem circumueniret, ita legaſſe, quia quando recitatur teſtamentum, non cognoſcitur quid voluerit relinquere teſtator, ex quo eius animus facilè deprehenditur.

Ex quo detegitur lapſus Ioan. Garciæ *in opuſculo de* 17
*tacito fideicomm. num. 3.* qui *in d. l. 3.* exiſtimabat obſcuritatem illam fuiſſe circa perſonam incapacis, quoniam teſtator dixit, *Titio rogo des*, & tamen plures erant Titij, nam certa perſona fuit, vt conſtat ibi, *ſi Titius capere non poſſit.* Quomodo ergo Titium capere non poſſe cognoſcemus, niſi Titij perſona cognoſcatur? Rurſus, quia obſcuritas illa non ponitur in Titio, ſed in generalitate fundi, vt conſtat illic, *Quamuis enim fundum nominauerit, non tamen cognoſci poteſt de quo ſit rogatus hæres*, &c.

Rurſus explodenda eſt opinio Gregorij *in l. 13. tit. 7.* 18
*part. 6. verb. en peridad*, qui aſſerit tacitum videri fideicommmiſſum vt fiſco applicetur ſi fiat accommodatio tacitæ fidei in publico inſtrumento, in quo adſint teſtatoris preces, ſi tamen rogetur Tabellio & teſtes de ſecreto ſeruando, quam opinionem notat Garcia *ſup. n. 6. & 7.* quia vt dictum eſt, ad hoc vt dicatur tacitum fideicommiſſum, ſufficit quod interponatur extra teſtamentum, ſiue in cautione, aut alio inſtrumento, *d. l. in tacitis*, cum aliis, etiamſi de ſecreto conſeruando nihil inter teſtatorem & teſtes ſit actum.

Sed aduersùs ſupradicta obſtare videtur, *l. qui teſta-* 19
*mentum 27. ff. de probation.* vbi relictum incapaci non recidit in fiſcum, ſed apud hæredem remanet. Cui difficultati reſpondet Bart. *in d. l. 3. de iure fiſc.* aliud eſſe accommodare tacitam fidem de reſtituendo incapaci, aliud teſtatorem legare ipſi incapaci palam & publicè. Primò caſu, quia fit legi fraus, dum contra eius prohibitionem vult teſtator relinquere, & hæres præſtare, aufertur ab eo relictum, & fiſco vindicatur, iuxta noſtram legem cum ſimilibus. Secundo verò caſu cùm teſtator palam relinquit incapaci, nec fidei aliqua accommodatio interuenit, cùm ex parte hæredis nullum crimen committatur, tunc apud ipſum remanet legatum quod inutile ruit, & contra legem, vtpotè relictum ei, qui nullo modo capere poterat, *d. l. 3. §. ſi quis palam, de iure fiſci, l. 1. C. de hæred. inſt.* notant plures relati à Peregr. *d. tit. 19. n. 2.* Garcia *ſupr. n. 10.* poſt Gomez. *in l. 9. Tau. n. 21.* plures relati à Farinac. *d. 1. p. fragm. verb. fiſcus n. 35. & 37.* Iul. Clar. *in §. teſtamentum q. 31. n. 3.* Phœbus *deciſ. Luſitan. 40. n. 7. tom. 1.* & poſt Bart. *in leg. fin. n. 8. ff. de his quib. vt indig.* Cuiac. *lib. 7. obſeru. c. 31. in fin.* (vbi Goueanum perſtringit, qui legata incapacibus relicta ad fiſcum pertinere docuerat, & ambo in allegatione falluntur, nam debuerant allegare *l. 3. ſi quis palam.*)

Vnde cùm teſtator profeſſus fuerit ſe debere inca- 20
paci, videtur talis profeſſio eludendæ legis gratiâ magis facta, quàm quòd teſtator aliquid deberet, *leg. cùm quis decedens 37. §. Titia 6. D. de legat. 3.* Ratio eſt, quia

in quolibet actu, qui fraudis præſumptionem habet,
non ſufficit confeſſio partis, ſed neceſſaria eſt vera
probatio, *l. per diuerſas* 22. *verſ. ita tamen, iuncta l. ſeq.*
*verſ. ſi quis, C. mandati* notat Matienz. *in l.6. gloſ.7. tota,*
*tit.8. lib.5. Recop. maximè num.6.* & vbi eſt diſpoſitio
legis prohibitiua, non ſtatur confeſſioni contrahentis,
ſeu teſtantis, docent plures relati à Pinell. *in l.1. C. de*
*bon. mater. 3. part. num.* 23. Garcia *de tacito fideicom. n.17.*
21 *& ſeq.* Gutier. *de iuram. 1. part. cap.3. num.10.* † qui re-
ctè tenet quòd ſi pater vendat filio ſpurio, cui nec do-
nare, nec vendere nequit, non credetur eius confeſ-
ſioni, ſi dicat ſe recepiſſe pretium, vt expreſsè proba-
tur *in l.6. tit.8. lib.5. Rec.* quà filius Clerici ita incapax
efficitur circa bona paterna, vt nec per contractum
emptionis, vel venditionis aliquid conſequi poſſit,
tradit in variis quæſtionibus, vt eſt in confeſſione do-
tis receptæ, vel donationis inter virum & vxorem,
Barboſ. *in l.1. D. ſol. mat.6. part. num.31.* Gutier. &
Matienz. *ſupr.* Garcia *d. num.18. & ſeq.* & cum aliis,
quos plenâ manu congerit D. Ioan. de Caſtillo *lib.5.*
*controu. cap.* 111. *tot. & lib.6. cap.125. num.14.* E contra
autem, ſi hæres confiteatur ſe tacitam fidem accom-
modaſſe, ex hac confeſſione non inducetur probatio
contra incapacem, cui prius hæres dederat rem hæ-
reditariam, vt eleganter probat Garcia *ſupr. num.16. &*
22 *ſeq.* † Vnde conſtat non ſufficere ſi probetur defun-
ctum reliquiſſe incapaci, ſed totam vim fideicommiſſi
taciti conſiſtere in interpoſitione fidei, quam facit
clam hæres, ſeu grauatus, vt docent plures relati à
23 Peregrin. *d. tit.19. num.6.* & dicemus *infrà.* † Sed ob-
ſtat *l. edicto 13. §. 1. D. de iure fiſci*, vbi palam & ta-
citè relictum æquiparantur, & in vtroque caſu fiſco
locum fieri, teſtatur Paull. illis verbis, *Quæcumque*
*profeſſa eſſet, vel palam vel tacitè, relictum ſibi*, quæ ver-
ba communiter ſolent explicari, ita vt præcedentibus
ſint aſſuenda, hoc ſenſu, præmium ſe deferenti conce-
di, ſiue quis palam, ſeu ſecretò ſe deferat. Verùm cùm
ex eo ſenſu nulla ratio dubitandi cõſtat, meliùs dices,
quòd vbi fiſco locutus eſt, is qui ſe defert ex edicto D.
Traiani in præmium dimidiam partem conſequi eius,
quod fiſco applicatur, ſiue palam ſiue tacitè relictum
proponatur. Hoc ea ratione dixit IC, quia vtro-
que caſu poteſt id fieri, tacitè, cùm ex teſtamento ro-
gatur hæres, vt dictum eſt: palàm, cùm fideicommiſ-
ſum fuerit relictum ei, qui cùm capax eſſet ab initio,
poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas incapax
factus fuiſſet, quo caſu ex lege Papiâ caducum ſit reli-
ctum, & ita delatori locus erat, ita rectiſſimè docuit
doctiſſimus Cuiac. *in recitat. ad illam legem.*

24 Quod autem diximus quòd ſi teſtator palam reli-
querit incapaci, relictum apud hæredem remanere, li-
mitandum erit, ſi hæres bona reſtituat incapaci, nã eo
caſu, etſi deficiat tacita fides, quam non præſtitit hæ-
res, tamen reſtitutio illa contra leges facta inducit ta-
citam fidem, & iudicare nos facit hæredem pro indi-
gno, & ſic ab eo auferretur relictum, ita primus om-
nium docuit Bald. *in l. eam quam, Cod. de fideicom. n.21.*
quem ſequitur Ant. Gomez *in l.9. Tau. num.21.* qui ad-
ducit *l. ſi poſtulante 67. §. fin. D. ad Trebellian.* vbi ſi
hæres grauatus de reſtituenda hæreditate ei, qui ſoli-
dum capere non poſſit vt tota ei adquiratur, ſuſpectam
dicat, aufertur ab eo quod capere non potuit, & Baiar.
25 *ad Clar. q.79. num.8.* † de quâ ſententiâ dubitauit Io-
annes Garcia *de tacito fideicomm. num.11. & 12.* Sed
vereor an ſcopum attigerit veritatis. Nam cùm IC.
Valens ſcribat, *Si donationis causâ ſuſpectam hæreditatem*
*ſibi hæres dixerit, & reſtituerit ei, qui ſolidum capere non*
*poſſit, aufertur ei quod capere non poteſt.* Verbum illud *au-*
*fertur* explicandum cenſet, id eſt, non facit ſuum, ex
*leg. omnes 139. §. non videtur, de reg. iur.* vt non refe-
ratur ad fiſcum, ſed faciat relationem ad eos, qui iure
perſequi poſſint. Ita vt ex illo verbo tantùm intelli-
gamus, incapacem partem eam, quam capere non po-
teſt, ſuam non feciſſe, cùm auferri à ſe poſſit, *d. §. non*
*videtur.* † Quæ interpretatio indigna eſt viro doctiſſi- 26
mo, & vt incipiamus ab opinione Baldi & Gomezij,
eam veram eſſe crediderim, quia ſemper in his fraudi-
bus exitus ſpectatur, *l.3. §. quando autem 2. D. de iure*
*fiſci*, facit *leg. ſæpe 53. in fin. D. de ver. ſig.* ibi, *Nemo*
*ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit,*
*nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fue-*
*rit, l. item apud 15. §. abduxiſſe 17. D. de iniuriis*, ibi,
*Abduxiſſe videtur non qui abducere comitem cœpit, ſed qui*
*perfecit, l.1. §. fin. D. quod quiſque iuris*, & ſequeretur
etiam quòd fraus legi fieret maxima, ſi ex eo quòd
teſtator inſtituerit hæredem capacem, & palam roga-
ret, vt incapaci reſtitueret, cùm in ea ſpecie apud hæ-
redem remaneret, vt diximus, poſſet hæres illico reſti-
tutionem facere incapaci, prohibente lege, à quo non
poſſet abduci fideicommiſſum, quoniam hæres palam
grauatus eſt quòd tamen intolerabile eſt.

Quare rectè aiunt ſupradicti DD. in tali caſu aufer- 27
ri ab incapace relictum, & fiſco applicari. Idque aper-
tè probatur *in d. l. ſi poſtulante §. fin.* vbi grauatus fuit
hæres reſtituere hæreditatem, ei qui ſolidum capere
non poteſt, putâ quia erat orbus, aut vxor, qui ex diſ-
poſitione legis Papiæ ſolum ſemiſſem capiebant, *l. ſi is*
*qui 6. Digeſt. de adquir. hær. l. cùm ei 42. leg. ſi Titio 55.*
*§.1. de legat.2. leg. ſed ſi hoc 62. §.1. ff. de cond. & dem.*
*leg. cogi 16. § qui ſolidum Digeſt. ad Trebell.* docent Con-
nan. *lib.8. com. cap.1. num.6.* Balduin. *ad leg. Papiam.*
*pag.94.* Goucan. *in d. leg.6. de vulg.* Cuiac. *ad tit. Cod.*
*de infirman. pœnis cœlib.* Eduar. Caldeir. *lib.4. var. cap.3.*
*num.10.* Gothofr. *in not. ad Vlpian. in frag. tit.13. §. de*
*orbo, lit. Q. & tit.15. in princip.* Oſvval. *ad Donel. lib.6.*
*cap.17. lit. P.* † Quapropter vt ſolidam hæreditatem 28
caperet donationis causâ, *in dict. §. fin.* nam antè nulla
fraus interuenerat, dixit ſuſpectam hæreditatem, vt
ſic compulſus à Prætore adiret, & nihil apud ſe rema-
neret, ſed totam reſtitueret, *leg.4. ff. ad Trebell. §. at ſi*
*plus, Inſt. de fideicom. hær.* cum vulgatis, quòd cùm
eludendæ legis gratiâ id factitatum ſit, dimidium hæ-
reditatis, quod orbus incapax non poteſt retinere,
fiſcus aufert. Ratio eſt, quia cùm hæres vt eluderet
legem prohibentem, donationem fecerit, eo prætex-
tu vt per coactionem nihil apud ſe remaneret, & in-
capax non niſi dimidium capere poſſet, fiſcus ab eo
auferr illud dimidium, in quo fraus interuenit, quod
apud ipſum non potuit remanere, propter incapacita-
tem, neque apud hæredem, tum propter fraudem do-
nationis tum quia propter coactionem nihil habet, *l. ſi*
*totam 83. D. de adquir. hær.*

In contrarium verò eſſe videtur difficile Paulli reſ- 29
ponſum *in leg. ex facto quadrageſima tertia §. Iulius D.*
*de vulg.* vbi cùm hæres qui tacitam fidem accommo-
dauerat de reſtituendâ parte ſuæ portionis, & ſic à fi-
ſco erepta ſit, cùm filio teſtatoris eſſet pupillariter
ſubſtitutus. Quærebatur, an ad ſubſtitutionem admiſ-
ſus pro ea parte, pro quâ ſcriptus eſt, admittendus
ſit, an verò pro eâ tantùm, quæ apud ſe remanſerat;
& reſpondet ex ſubſtitutione fieri in ſolidum hære-
dem, in quantum ſcriptus eſſet, non verò pro eâ parte,
quæ ei ſolùm remanſerat, ablata alia à fiſco propter ta-
citæ fidei accommodationem: hanc difficultatem diſ-
ſoluere tentarunt Cuiac. *lib.12. obſeru. c.13. & lib.9. q.*
*Paulli in dict. §. Iulius, in fin.* Pichard. *ad tit. de adquir.*
*hæred. c.29. n.49. & ſeqq.* D. Melchior de Valencia *il-*
*luſtr. tract.1. cap.2. n.24.* poſt Bar. *in d. iur.* † qui diffe- 30
rentiam conſtituit inter ſubſtitutionem & ius accre-
ſcendi. Nam ſubſtitutio cohæret perſonæ, ita vt qui
ſemel eſt hæres, nunquam deſinat hæres eſſe, *leg. to-*
*ties 81. D. de adquir. hær.* iuncto Schifordeghero *lib.3.*
*ad Ant. Fab. tract.19. q.1.* & ideo cùm hæreditas aufer-
tur propter tacitam fidẽ tanquam ab indigno, remanet
hære

hæredis perſona, & ſic non poteſt pars, quæ hæredi
prouenit ex ſubſtitutione, in fiſcum tranſire, ſatis
enim punitus eſt in eo, in quo fecit contra leges. At
ius accreſcendi cùm non reſpiciat perſonam, ſed rem,
& portio portioni veluti alluuio, accreſcat, *leg. ſi
Titio* 33. *D. de vſufr.* tranſit etiam ad fiſcum, cui por-
tio ab indigno ablata accedit. *dict. leg. ſi totam. de adq.
hæred.*

31 Cùm autem diximus de fraude hæredis conſtare de-
bere, hæc quomodo probetur, tradunt DD. præcipuè
Gomez *in leg.* 9. *Tau. num.* 24. Matienz. *in dict. leg.* 6.
*gloſ.* 8. *num.* 11. *& ſeq.* Garcia *ſupr. num.* 24. Mantic. *de
coniect. lib.* 10. *tit.* 4. Farinac. *dict. verb. fiſcus num.* 81.
qui cum aliis tradunt, poſſe conſtare de tacito fidei-
commiſſo, ex veroſimilibus coniecturis, & præſum-
ptionibus, quæ euidenter ex actibus exterioribus col-
ligi poſſunt. Nam cùm clam & latenter accommoda-
ri ſoleat fides, ad eam probationem recurrendum eſt,
ex quâ ſolet detegi dolus, aut aliqua cauſa alia occulta,
quæ non poteſt per teſtes probari, iuxta *leg. dolum* 6.
*Cod. de dolo leg. conſenſu* 8. §. *ſuper plagiis Codic. de re-
pudijs leg. ſicut* 8. §. *ſuper vacuum. D. de quibus modis
pign. leg. non omnes* 5. §. *à barbaris D. de re milit.* docet
32 Ant. Gom. *ſupr. num.* 25. *&* 26. † Quæ tamen opinio
apertè eſt contra *d. l.* 3. §. *tacitæ. D. de iure fiſc. iuncta l.
fin.* quæ incipit, *Si gener. D. de his quib. vt indig.* vbi
ex manifeſtiſſimis probationibus hanc probationem
eſſe colligendam docemur, quorum iurium auctorita-
te contrarium dicendum erit cum Accur. *in d. l. fin. de
his quibus vt indig.* quem ſequitur Cuiac. *lib.* 14. *Reſp.
Papin.* ibi, *& in d.* §. *tacita* Garcia *ſupr. num.* 25. & Fa-
rinac. *num.* 82. ſcilicet hanc rem non ſumptionibus
ſed productis in medium probationibus luce clario-
ribus. Vt enim eleganter Quintilian *declamat.* 325. ait
*Difficile eſt quidem natura probare tacitum fideicommiſ-
ſum, cùm cauſa ſit latens, & natura recondita, cùm
ſcrutemur conſcientiam illius, qui fideicommiſſum ſe præ-*
33 *ſtaturum pollicitus eſt.* † Vnde cùm vxor inutiliter hæ-
res inſtitueretur ex lege Papia, nam ſolidum capere
nequibat, vt diximus *ſuprà.* Quæſitum eſt apud Pa-
pin. *in d. l. ſi gener*, an ſi gener ſocerum hæredem inſti-
tuiſſet, ex hac inſtitutione iuſta prẹſumptio taciti fidei-
commiſſi induceretur. Qui ait ex eo ſolo non admitti
iuſtam præſumptionem, ſed obſcuriſſimam. Nam non
ſufficit præſumptio quam quis ſibi adumbrat, vel ad-
fingit, ſed manifeſtiſſimæ requiruntur probationes
quoties aſſumuntur ex indiciis, coniecturis & argu-
mentis, *l.* 3. §. *præterea. D. de ſuſpect. tutor.* ibi, *Si prætori
liqueat ex apertiſſimis rerum argumentis l. fin. C. de proba-
tio.* iunctis quæ obſeruat Caball. *reſol. crim. caſ.* 288.
34 † Quare non admitto eam coniecturam, quam ſolent
admittere DD. *hîc* poſt Bar. *in l. poſt contractum, num.* 4.
*de donat.* Imol. *in l. ſi is qui ex bonis, de vulgar.* Gomez.
*d. n.* 26. *in fin.* Corneus *conſ.* 310. *vol.* 1. *in princip.* Pe-
regr. *d. lib.* 3. *tit. fin. n.* 5. qui aſſerunt quòd ſi pater filij
ſpurij inſtituerit Titium hæredem, & poſt aditionem
hæreditatis partem, aut omnem hæreditatem ſpurio
dediſſet, vel eo conſentiente & vidente, in poſſeſſione
bonorum reperiretur, tunc iuſtè præſumi fraudem &
tacitam fidem, quæ ſententia mihi non arridet, ex *d. l.*
35 *fin. ff. de his quib. vt indig.* † Quin etiam & ſine fraude,
aut aliâ fidei accõmodatione poſſumus ponere homi-
nem inſtitutum fideliſſimum & rectiſſimum, diuitem
& probum, cui pudeat ſpurium egentem & miſerum
videre, & velit illi, à quo honoratus eſt ex inſtitutio-
ne, in filio miſero gratitudinem præbere, iuxta do-
ctrinam Bar. quam laudat Farinac. *d. verb. fiſcus n.* 91.
Quare ſi nulla alia probatio tacitæ fidei interueniat,
non ex hoc iudicarem incapacem vt fiſco reſtitueret,
nam non eſt hæc manifeſtiſſima probatio, qualis re-
quiritur in dictis iuribus, cùm iuxta illud ore omnium
vſurpatum, non probat hoc eſſe, quod ab hoc con-
tingit abeſſe, *l. neque natales* 10. *C. de probatio.* quod
ita deciſum fuiſſe in Luſitaniæ Senatu, teſtatur Phœ-
bus *deciſ.* 40. *tom.* 1. & docuit Clar. *in* §. *teſtamentum,
quæſt.* 31. *num.* 5. *&* §. *fin. quæſt.* 79. *num.* 7. licèt ipſe velit
fraudis præſumptionem eſſe, ſi dum viueret hæres,
permiſit ſpurium bona poſſidere, cùm verius ſit ex
hoc non oriri plenam probationem, neque talem præ-
ſumptionem conferre ad victoriam, ex Farinac. *ſupr.
n.* 92. Quod verò diximus de inſtitutione, idem ad do-
nationem extende, ſi ſpurij pater donauerit alicui, qui
poſtea eadem ſpurio dederit, et ſi fraudem legi factam
cenſeant Bal. & alij, relati à Couar. *d.* 2. *p. de ſponſal.
c.* 8. §. 5. *num.* 8.

Conſequimur ex *ſuprà* adductis ad hoc vt fiſco lo- 36
cus ſit, quoties tacitum fideicommiſſum relinquitur,
non ſufficere probare teſtatorem rogaſſe tacitè, ſed re-
quiri hæredem huic rogationi annuiſſe de reſtituendo
incapaci, quoniam delictum conſiſtit in accommoda-
tione fidei, *l.* 3. *in princ. de iure fiſci*, ibi, *Sed domeſticâ
cautione obligaret ſe ad præſtandum ei. d. l. in tacitis, de l.* 1.
ibi, *Obligaret ſe ad præſtandum*, *l. in fraudem* 10. *de his
quib. vt indig.* ibi, *Vel aliud tacitè promittit.* † Neque 37
obſtat *regula, Qui tacet, de reg. iur. in* 6. & quòd actus
clandeſtinè factus inducat præſumptionem fraudis, *l.
fin. D. de ritu nupt. l. non exiſtimo* 54. *verſ. & multum re-
fert, D. de admin. tutor. c. quia propter* 42. *in fin. de electiõ.
cap. conſuluit* 24. *verſ. ne vero, de officio deleg.* Nam reſ-
pondendum eſt *d. reg. qui tacet*, non habere locum in
valde præiudicialibus, *l. filium* 8. §. *inuitum, ff. de procur.
leg. ſicut* 8. §. *non videtur, Digeſt quibus modis pign.* do-
cent Salicet. & alij *in l.* 1. §. *magiſtrum.* 5. *Digeſt. de exer-
cit. act.* alios referens Oſvval. *ad Donel. lib.* 12. *cap.* 27.
*lit. A* & graue præiudicium inferretur hæredi, ſi nullâ
fide præſtitâ cogeretur re carere, & puniri ſine culpâ
propriâ, contra *l. ſancimus, Cod. de pœnis, l. ſi ideo, C. de
his quibus vt indig.* † Neque actus clam geſtus nihil 38
operatur in eius damnum, quando rei veritas præſum-
ptionem extinguit, aliàs enim diceremus quòd ſi te-
ſtator clam & tacitè relinqueret capaci, fiſcus ob præ-
ſumptionem fraudis admitteretur, contra regulam
huius noſtræ Regis, cùm in tali caſu nulla fraus facta
intelligeretur, ſiquidem ei poteſt relinqui tacitè, cui
poteſt & palam, vt cum Accurſ. *hic gloſſ. fin.* docent re-
liqui. Nam poteſt teſtator aliquibus rationibus moue-
ri, vt tacitas ordinationes conſtituat, quod interdum
neceſſe eſt fieri, ne ſecreta patrimonij, & ſuſpectum
æs alienum pandantur, meliúſque iudicant tacere,
quàm proferre, vt ait, etſi in alia ſpecie. Alexander
Imperator *in leg.* 2. *Cod. de aliment. pupill. præſtan.*
facit *lex quem hæredi* 25. *Digeſt. de reb. dub. leg. qui-
dam cùm filium* 46. *de her. inſtit.* §. *ſin autem, Inſt. de pu-
pill. ſubſt.* docent Bald. & Plat. *in præſenti*, & alij iam
relati.

Sed an requiratur etiam vt fiſco locus ſit, ſola ac- 39
commodatio hæredis, an verò neceſſaria quoque ſit
actualis rei reſtitutio facta incapaci, quæſtionem facit
*l.* 3. *Cod. ad leg. falcid. iuncta gloſa* ibi, *verb. adminiſtraſ-
ſe*, quod exponit, id eſt *ſoluiſſe*, quam tranſcripſit. *l.* 13.
*titul.* 7. *parte* 6. ibi, *Ca ſi el credero compliese tal ruego del
teſtador e la entregaſſe al otro perderia porende el derecho
que auia en la eredad.* Verius tamen eſt contrarium, vt
in eadem *leg.* 3. aduertit Salicet. Imol. *in d. l. in tacitis.*
Meneſes *in rubr. Cod. de fideicommiſſ. numero* 13. Gre-
gor. *in dict. leg. partitæ, verb. cumpliese, verſ. hoc etiam,*
& ſolam accommodationem reddere hæredem indi-
gnum, ita vt ab eo tacitè relictum auferatur, neque eſ-
ſe neceſſariam præſtationem, idque ita expreſſum eſt
eſt *in dict. l.* 3. vt mirer Accurſij interpretationem ta-
lem quæſtionem induxiſſe. † Adminiſtrare enim fidei- 49
commiſſum (quâ phraſi vtitur Alexander) non eſt
ſoluere, ſed accommodare tacitam fidem id eſt, qui
curam gerit taciti fideicommiſſi, quemadmodum

adminiſtrare res ciuitatis dicitur curare, *l.* 1. *& tot.ff.de admin. rer. ad ciu.l.præſes*, *Cod. de tranſact.* & quamuis Spiegel. & Caluinus *de verb. iureiur.verb. adminiſtrare*, velint ſententiam confirmare ex *l.ſi pars* 10. §. *fin.ff.de inoffic. teſt.* vbi illa verba, *Niſi id eorum alij adminiſtrauit*, interpretantur, id eſt, reſtituit, quod etiam recepit *ibi* Gothofr. Falluntur profectò. Nam mens Iureconſulti eſt ea, niſi nomine alterius petat legatum non ſuo, quia ex neceſſitate id fecit, ſiquidem adminiſtrabat negotia, quale eſt, officium tutoris, aut curatoris
41 non poſſe admitti, vt agat de inofficioſo. † Hancque expoſitionem apertè comprobat *d.leg.*3. in cuius ſpecie minimè fuit facta reſtitutio incapaci ſi expendas ſequentia illa verba, *Cum quartam quæ aufertur hæredi, qui contra legem fidem ſuam obtulit.* Nam ſi aufertur hæredi, quia fidem ſuam obtulit, non aufertur incapaci, & ſi reſtituiſſet eidem ab eo incapace auferretur.
42 † Rurſus expendi poſſunt multa iura, vt *in l. ex facto* 43. §. *Iulius, ff de vulg. l. Imperator* 12. §. *fin.ff.de fideicommiſſ. liber.* ibi, *Hæreditate fiſco vindicatâ, quia tacitè quis rogatus erat ei, qui capere non poterat, reſtituere hæreditatem*, *leg.ita fidei* 40. *Digeſt. de iure fiſc.* in quibus quæſtio non eſt vt fraus legi videatur facta, an reſtituerit hæres, ſed an interpoſuerit fidem ſuam?

43 Difficultatem maiorem continet *d.l.*13. *titul.*7 *p.*6. qua opprimitur Gregor. *ſupr.verſ.& ſic quod hæres, poſt medium*, qui ait hanc legem non corrigere ius commune, vt patet *ex l.*4.*tit.*11.*p.*6. vbi hæres accommodans tacitam fidem priuatur, quod non conuenit verbis *d. leg.*5. quæ ita obſcura ſunt, vt magis videantur dicere hæredem non debere obedire teſtatori roganti, vt incapaci fideicommiſſum præſtet, vt patet illic, *Porque acaece que los facedores de los teſtamentos rueganas condidamente a los crederos no ſcantenudos de los obedecer en eſto.* Quid autem eſt, non obligentur obedire, niſi non teneantur reſtituere? Adiicitq, lex, *E ſi contra eſto faziaren pierdan.* & ibi, *E ſon tenudos de caber ſu ruego*
44 *& de obedecer ſu mandado.* † Quare idem Gregor. ſecundò exponit *dict. leg.*13. vt loquatur in caſu nouo quando hæres fuit ſecretò interrogatus de reſtituendo, non tamen conſtat de accommodatione fidei, vt ex ipſomet actu reſtitutionis factæ incapaci fiſcus admittitur.

45 Verùm repugnant verba *d. l.*13. quæ de probatione, aut præſumptione nihil determinat, ſed tantùm connumerat caſus, in quibus aufertur hæreditas ab hærede, & inter alios hunc noſtrum ponit, ſi adimpleuit quòd teſtator rogauerat, & rem incapaci tradidit. Et miror doctiſſimum virum Gregorium Lopez, affirmaſſe *in d.l.partita* non dici tacitam fidem accommodaſſe hæredem. Verba ſunt eius. *Vt enim hîc vides, non dicitur quòd hæres fidem accommodauit, ſed quòd rogamen tacitum teſtatoris impleuit, reſtituendo incapaci*, quem ſequitur Garcia *de tacit. fideicommiſſ.num.*15.*verſ. ex quibus*, qui ait caſum illum comprehendi ibi quando teſtator tacitè rogauit, hæres verò non interpoſuit fidem, neque promiſit, ſed poſtea reſtituit incapaci, ex quo reſultat & inducitur fideicommiſſum tacitum, & fiſco mancipatur, ita vt ex lege regia inducatur tacitum fideicommiſſum ſine fidei interpoſitione, quod repugnat menti ipſius legis. Nam hæres non punitur ob reſtitutionem, ſed ob fidei præſtationem. Cùm prius dicat teſtatorem rogaſſe *en paridad*, id eſt, tacitè, vt reſtitueret, & poſtea ſcribitur *e ſi el eredero compliese tal ruego o mandamiento*, id eſt, ſi annuiſſet, & tacitam fidem accommodaſſet, & poſtea, *e la entregaſſe a lotro*, hoc eſt, reſtituiſſet incapaci, aliàs ſuperfluerent illa verba.

46 Quare dicendum eſt, verum eſſe quod Gregorius aſſeruit, & Molin. *de iuſt. & iur. tom.*1. *diſp.*169.*verſ. quarta concluſio*, legem illam noluiſſe corrigere ius commune, non enim eſt credendum Regem Alphonſum eo tantùm vnico verbo, *e la entregaſſe*, velle totum ius euertere, & requirere præter accommodationem fidei tacitæ, etiam reſtitutionem, *argum.l.ſi quando* 35. *Cod. de inoffic. teſt.* Præterea, quia cùm in principio & fide legis connumeret ſex caſus, in quibus hæres priuatur hæreditate, vt conſtat ibi, *Seys raçones moſtraron los ſabies antiguos que por cada vna dellas debe perder el credero la erentia del final.* & infrà, *E por qualquiera deſtas ſeys raçones pierde el eredero la erentia*, Certum eſt eo caſu, quo reſtitueretur hæreditas incapaci, non poſſe dici *perdere hæredem*, ſed ipſum incapacem, in quem iam erat facta præſtatio, & ita non bene adaptaretur exemplum caſui propoſito, ſcilicet quando perdit hæres, vel ei aufertur, qui, vt diximus, non priuatur, ſed incapax, à quo aufert fiſcus. Ergo cùm expreſsè loquatur dicta lex quando hæreditas aufertur ab hærede, & ipſe punitur, dicendum eſt neceſſariò non requiri reſtitutionem, ſed reſpexiſſe ad ea, quæ frequentiùs fiunt non determinando, ſed declarando. Hæc in tam difficili re poſſunt accipi, dum alij meliora excogitent. Nihilominus tamen in hac Curiâ Pintianâ iuxta rigorem legis Partitæ iudicatum eſt in quadam lite de Aſturias, vbi hæres, quia nondum reſtituerat hæreditatem, etſi tacitam fidem accommodaſſe diceretur, abſolutus fuit à petitione, in quo negotio cum aliis Collegis ego interfui, & quia inſtantia reuiſionis adhuc pendet, ſententiam meam non profero.

Nunc autem ea inſpectio apetienda erit, an hæres 47
rogatus de reſtituendâ hæreditate incapaci teneatur in conſcientiâ facere reſtitutionem, an verò tutè poſſit retinere apud ſe quod rogatus fuerat reſtituere? Hanc quæſtionem tractant omnes poſt Bar. *in d.l.fin. D.de his quib. vt indign.* & præcipuè Valenzuela *hîc ex num.*12. *verſ.præterea* Gomez *ſup. num.*28. Couar. *dict.*§.5. *num.*9. Garcia *ſup. num.*38. Matienzo *in l.*6. *tit.*8. *gloſſ.*8. *num.*8. Moliñ. *de iuſt. diſt.* 169. Leſſius *eod. tract. lib.*2. *cap.* 19. Spino *de teſtam. gloſ.*27.*n.*31. *& ſeq.* Phœbus *deciſ.*40. *num.*9. & indeciſam reliquit Ant.Fab. *in ratiŏn. ad l. prædonis* 46. *D.de pet. hær.* † Et 48
pro negante parte faciunt, quòd ſit poſſeſſor malæ fidei hæres qui tacitam fidem accommodauit, *leg.eum qui* 18. *in prin. D. de his quib. vt indign.* Et cùm mala fides ſit mala conſcientia, non poteſt cum ea hæreditatem retinere, *c. fin. de præſcript.* † In contrarium eſt 49
concors noſtrorum & Theologorum ſententia contra Bar. Sotum, Gomeſium, Farinac. *d. verb. fiſcus n.*108. *&* 109. & alios, affirmantium rectè poſſe in conſcientia retinere hæredem omnia bona, quæ promiſit reſtituere, quoniam ille hæres per inſtitutionem & aditionem factus eſt verus Dominus rerum hæreditariarum, *argum.l.ex facto* 43. §. *Iulius, de vulg.* & quamuis hanc rationem impugnet Garcia *ſup.n.*39. ex eo quòd hæres, qui accommodauit tacitam fidem, non habeat voluntatem teſtatoris, qui contrarium rogauit & petiit. Adhuc dices verum dominum eſſe hæredem ex voluntate teſtantis. † Nam aliàs diceremus hæredem 50
inſtitutum & grauatum reſtituere omnem hæreditatem ſine deductione Trebellianicæ (quod poteſt teſtator prohibere, ex traditis à pluribus, quos refert Molin. *de iuſt.diſp.*187. *verſ. dubium eſt.* Oſvval. *ad Donell. lib.*7.*c.*29.*lit. A.*) non eſſe verum dominum ante reſtitutionem, quia reſtituere teneatur contra §. *reſtituta. Inſt.de fideicom.hæred.* cum vulgatis. † Rurſus, quia te- 51
ſtator voluit vt hæres efficeretur Dominus hæreditatis, & poſtquam dominium in eum fuerit tranſlatum, voluit vt reſtitueret. Aliàs enim diceremus hæredem reſtituentem non transferre dominium in incapacem, ſiquidem nemo dat quod non habet, *l.traditio* 20. *D. de adquir. rer. domin.* iunctis quæ obſeruat Couar. *d.*§. 5.*n.*11.*verſ.Tertiò infertur*, & facit *d.l.ex facto*, §. *Iulius*, vbi

vbi etiam poſt amiſſam hæreditatem & fiſco vindicatam adhuc remanet hæres. Diceremus quoque fiſcum non poſſe auferre ab hærede fideicommiſſum, quia ſi ipſe non eſſet Dominus, rebus illis non priuaretur, quas non habebat, & ita pertinerent ad legitimos hæredes. At certum eſt fiſcum auferre ab hærede in pœnam delicti, quòd in accommodatione commiſit, vt dixi, ergo hæres verè Dominus erat. Cùm itaque id verum ſit, & promiſſio, qua ſeſe adſtrinxit hæres ad reſtituendum, ſit ipſo iure nulla, vtpotè contra legis prohibitiuæ præceptum, vt dicam *infrà*, & pœna non
52 debeatur, † neque lex pœnalis obliget ante Iudicis ſententiam, *l. eius qui 29. D. de iure fiſci, cap. cùm ſecundùm 19. de hæretic. lib. 6.* docent Morl. *in emp. tit. 1. q. 8. & 9.* Garcia *de benefic. 11. p. cap. 10. à num. 7.* Ceuallos *q. 687.* Thom. Sanchez. *lib. 2. moral. cap. 22. ex num. 6.* Phœb. *n. 10.* Molin. & Couar. *vbi ſupr.* & in propoſito noſtro hæredem non teneri ante ſententiam condemnatoriam reſtituere ea bona fiſco, tenet Valenz. *in præſenti ex n. 23.* contra Bar. Segur. Gom. Sotum *li. 4. de iuſtit. q. 5. art. 1.* Roias *de ſucceſſ. cap. 20. n. 152.* & alios, quos refert Meneſes *in rub. C. de fideicom. num. 13.* quibus etiam opituletur Tiraq. *in l. ſi nunquam, verb. reuertatur, n. 236.* Vnde conſequimur hæredem incapaci rem tradere non teneri, neque etiam in fiſcum deferre, ita eleganter ratiocinantur iam *ſuprà* pro nobis adducti.

53 Neque obſtat fundamentum contrariorum deductum *ex d. l. eum qui. ff. de his quib. vt indign.* Nam omiſſis multis quæ ego circa eius intellectum latè tradidi *lib. 3. obſer. cap. 2. ex n. 71. cum ſeq. & maximè numer. 82.* quæ hîc repetere ſuperuacuum duxi. Reſpondeo *in d. eum qui,* malæ fidei poſſeſſorem quem non cenſeri antequam lis mota fuerit à fiſco, ex eo quòd fraus legibus facta ſit. Poſt litem autem motam ſecutâ condemnatione tenebitur fructus omnes reſtituere, quia poſt litis conteſtationem latâ iam condemnationis ſententiâ ex eo tempore cenſetur malæ fidei poſſeſſoris, qui tacitam fidem accommodauit, vt expreſſum eſt *in l. 1. Cod. de petit. hæred. l. 1. C. de his quib. vt indig. iuncta l. qui ſcit. 25. §. bonæ fidei D. de vſuris l. ſed ſi l. 25. §. ſi ante litem, D. de petit. hær.* Itaque dum lis non mouetur, vel dum ſententia non fertur, remanet hæres bonæ fidei poſſeſſor, quia bonæ fidei poſſeſſor eſt, qui ſcit rem, quam poſſidet, alienam non eſſe, vt docent à me relati *d. c. 2. n. 28.* & cùm hæres ſciat illam rem ſuam eſſe dum ab eo per ſententiam non aufertur, verè dicitur bonam fidem habere, vt dicto loco ego latè explicui, & ad hæc reducenda ſunt quæ ad ſedand[am] hanc difficultatem adduxit Phœbus *d. deciſ. 40. num. 11. & 12.* Molin. *d. diſp. 169.* poſt Couar. *ſup.*

54 Ex quo etiam deſcendit interpretatio ad *leg. prædonis 46. D. de petit. hæred.* vbi prædo dicitur qui tacitam fidem accommodauit, nam non dicitur eſſe prædonem, ſed prædonis loco, vt aduertunt ſupradicti, & Valenzuel *hîc n. 25.* Differunt nempe & prædo, & qui tacitam fidem accommodauit, etſi ambo habeant malam fidem; nam hæres eam non habet, niſi poſt litis conteſtationem; prædo verò ſemper eſt in ea, & ſic æquiparantur, inſpecto ſcilicet effectu, vt ſicut prædo compellitur reſtituere rem cum fructibus, ſic etiam qui tacitam fidem accommodauit, compelletur cum omni emolumento bona reſtituere, vt expreſsè docet Scæuol. *in l. cùm quidam 17. §. in tacito, D. de vſuris* non igitur negat Modeſtin. *in d. leg. prædonis*, eum eſſe verum hæredem, vt notat Ant. Fab. *de error. decad. 26. err. 9. n. 20.* & relati ab Schifordegh. *lib. 2. tract. 28. q. 7.* & ego *d. c. 2. n. 41. & ſeq.*

55 Neque huic ſententiæ, quam tuemur, obſtat hæredem hunc qui tacitam fidem accommodauit deſtitui defuncti voluntate, neque habere defuncti conſenſum, & iudicium in his bonis, & ſic ea poſſidere ſine titulo, tanquam habita cum mala fide, & contra Domini voluntatem. Quia facilè reſpondetur duplicem conſiderari in noſtra ſpecie defuncti voluntatem; prima conſiſtit in ipſa inſtitutione rogati, quæ mero iure valet. Altera verò conſiſtit in precibus clam interpoſitis, quibus accedit accommodatio fidei, quæ voluntas cùm contra leges ſit, & bonos mores, veluti turpis, & de iure impoſſibilis, habetur pro non ſcripta, & ſolùm remanet pura inſtitutio, iuxta ea quæ circa impoſſibiles & turpes conditiones docent DD. ex *l. 3. ff. de cond. & demonſtr. & l. conditiones 14. cum l. ſeq. ff. de cond. inſtit.* & nos latè tradidimus *lib. 2. obſeru. c. 11. & 12.* & ita iuſtè effecit lex, quæ probauit eam voluntatem, pro qua parte eſt iuſta, & poſſibilis, ſcilicet quoad hæredis inſtitutionem; pro ea verò parte, pro qua turpiter ſe geſſit teſtator, eiecit & improbauit, *l. multa 6. §. 1. l. hæc ſcriptura 26. de cond. & demonſtr.* docet eleganter Valenzuel *in præſenti n. 26.*

Limitari ſolet deciſio noſtra, quando filius familias, 56
vel ſeruus rogantur tacitè incapaci reſtituere tunc enim excuſantur à pœna, *l. in fraudem 10. §. fin. ff. de his quibus vt indign. l. ſi tacitum 23. ff. ad l. Falcid.* Ratio eſt quam tradit Vlpian. *in leg. ad ea 157. ff. de regul. iur.* nam in his quæ carent atrocitate facinoris, ignoſcitur ſeruis, vel filiis, ſi patribus, vel dominis obtemperauerint, *l. is qui 11. §. an ignoſcitur 7. ff. quod vi, aut clam. l. liber. homo 37. in princ. ff. ad l. Aquil. l. ſeruus 20. ff. de oblig. & actio. l. filius 14. ff. ad l. Cornel. de falſ. iuncta l. non videtur 167. l. is damnum 169. ff. de regul. iur. leg. 5. in fin. titul. 11. p. 6.* conducit *l. liberorum 11. §. fin. ff. de his qui not. infam.* Quapropter ſeruus multoties ſeneriùs punitur ſi ignorante Domino, quàm ſi ſciente commiſerit, *l. 2. Cod. de ſepulchr. viol.* etſi vt parenti, vel Domino obtemperauerint in re indifferenti, vel peccaminoſa, pulchrè Th. Sanchez *lib. 1. mor. c. 7. toto.* Videndi quoque Platea *in l. 2. h. tit.* Clar. *in d. §. fin. q. 60. num. 15. & 16.* Farinac. *de pœnis temp. q. 97. n. 131. 149. & 162.* vbi tradunt quatenus ſuperioris mandatum excuſet in delictis. Itaque confiſcabitur hæreditas reſtituta incapaci, & ſi ſeruus, vel filius non ob id priuentur falcidia, vt docet Gregor. *in d. l. 5. verbo no la deben.* Platea *hic num. 2. & in l. 2. infr. num. 5.* Cuiac. *lib. 37. q. Papin. in d. l. ſi tacitum,* & *ibi* quoque Gouean. *ff. ad leg. Falcid.* poſt cæteros antiquiores Fuſarius *de ſubſtit. quæſt. 574. num. 2.* quod non ſolùm arbitror obtinere quoad falcidiam, ſed & quoad omnem hæreditatem, vt generaliter loquitur *dict. lege in fraudem §. fin.*

Secundò limitatur lex noſtra, ſi hæres, qui tacitam 57
fidem dedit, fiſco ſeipſum detulerit, nam pro præmio denuntiationis reportat tertiam partem eius, quod reſtituere tacitè ſe obligauerat, ita docemur ex *l. vn. infr. de his qui ſe deferunt, l. 1. in princ. l. edicto 13. l. Senatus 15. §. Senatus, cum l. ſeq. l. Statius 48. l. cùm tacitum 49. ff. de iure fiſci, l. 14. tit. 7. p. 6.* tradunt præter DD. in dictis iuribus Ant. Gomez *in l. 9. Ta[ur]. num. 31.* Cuiac. *in d. l. edicto, §. 4.* Cabreros *de triplo c. 10. n. 10.* id ius introductum eſt ex edicto D. Traiani, qui ſtatuit, vt qui contra legem Iuliam & Papiam tacitè fideicommiſſum ſe reſtitutum pollicitus eſt, ſi ſe deferat, dimidiam partem habeat. † Sed in hac re videntur iura in portione 58
aſſignanda ſe deferenti diſſidere, cùm *in d. l. edicto*, dimidia, at *in dict. leg. vnic.* tertia pars aſſignetur, quod diſſoluere tentant Accurſ. *in dict. leg. vnic. verb. tertiam.* vbi etiam Valenzuel ex *numero 2. verſ. verumtamen,* & Bart. correctionem inducens. Cuiacius verò in dictis locis differentiam conſtituit inter eum, qui ſe detulit, cùm eſſet rogatus, & eum qui erat incapax, quam ante illum agnouit Platea *in dict. lege vnic. ante numer. 1.* à quo quidquid *in dict. leg. edicto,* conſcripſit, mutuauit, Plateæ nomine ſuppreſſo [vt mos eſt Gallis interpretibus] ſolùm de ſuo addens ſpe-

cioſitatem verborum, nihil verò de ſubſtantiâ. Sequuntur eamdem differentiam Bar. & Alberic. *in d.l. Senatus* § *Senatus.* Lucas *in d.l. vnic. n.*17. *verſ. adde,* & Valenzuel. *n.*4. *verſ. planius*, & Gregor. *in d. l.*14.
59 *partitæ, verb. la mitad.* † Itaque hi Auctores aſſignant differentiam illam, ita vt ſi qui ſe detulit erat hæres, qui tacitè ſe adſtrinxerat, tertiam partem conſequatur, vt *in d. l. vnic.* Si verò erat ipſe incapax, tunc dimidiam ferret, vt *in d.l. edicto.* Ratio differentiæ eſt, quia quo difficilius quiſque ſeipſum defert, eo maiori præmio debuit inuitari, vnde cùm hæres quando ſe defert, non tam defert ſeipſum, quàm incapacem, cui reſtitutus eſt minorem conſequitur portionem, incapax verò fideicommiſſarius maiorem, quia ſe priuat re quam habebat, cùm quilibet magis ſe diligat, quàm alium, & minus ſit rem, quam non habet, præſtare, quàm à ſe abiicere, quod ſupradictæ leges rectè declarant, cùm in eo, qui ſe detulit, apertè loquantur, quod capere non potuerat, & *d. l. vnic.* expreſsè in hærede, cuius tacitæ fideicommiſſa fuit hæreditas.

60 Sequitur *in d.l. vnic.* verſus, *Quod ſi ab vxore,* qui vt accipiat lucem, aduerte vxorem ex lege Papiâ decimariâ, vt *ſuprà* attigimus, non potuiſſe à marito inſtitutam ſolidam capere hæreditatem, ſed tantùm decimam, teſte Vlp. *in frag. tit.*15. & colligitur ex *l.*1. *in fin. & l. ſeq. Cod. de infirm. pœn. cœlib. & l. fin Cod. Th. de inofficioſ. dotib. & ex l. pro commoditate* 7. *Cod. Th. de nauiculariys,* ibi, *Et vacatione legis Iuliæ & Papiæ potiantur, vt etiam nullis interuenientibus liberis*, [ita rectè legit Cuiacius in not. *ad Vlp. d. tit.*15.] *Et viri ex teſtamento vxorem ſolidum capiant, & ad vxorem integra voluntas perueniat maritorum.* Quare ſi ſupra portionem eius relinquebatur tacitè, & profeſſa eſſet vxor, fiſcóque detuliſſet hanc fraudem, dimidiam totius patrimonij partem conſequebatur, etſi enim deferre non poſſint mulieres, quia ab omni aliâ accuſatione arcentur, *l. deferre* 18. *ff. de iure fiſci, l.*2. *l. mulierem* 13. *ff. de accuſat.* Tamen ex beneficio Imperatoris Traiani deferre ſe permiſſum eſt, vt teſtatur Vlpian. *in l. ait Diuus* 16 *ff.*
61 *de iure fiſci.* † Húcque pertinet *d.l. edicto,* §.1. ibi, *Vt quæcumque profeſſa eſſet,* vbi de beneficio hoc mulieribus indulto à Traiano loquitur, vt indicat aſſignatio dimidiæ partis quæ vxori quoque aſſignatur *in d. leg. vnic.* & ſic non debet ſcribi, vt vulgo circumfertur, *Quicumque profeſſus eſſet*, & exiſtimat Cuiacius; ſed retineat veterem lectionem quæ conſona eſt rei quam tractabat Vlpianus, imò & neceſſariò ita legi debet. Nam cùm in principio de edicto principali tractaret, vbi ſcriptum erat, *Quicumque profeſſus fuerit*, vt videmus *in d. l. ait diuus.* 16. *ff. de iure fiſci.* Deinde adiicit, *Idem poſtea edicto ſignificauit vt quæcumque profeſſa eſſet.*
62 † Quaſi denotet quòd cùm verbo *quicumque*, non comprehenderentur fœminæ, quia nec deferre, neque accuſare poterant, *d.l.*2. *d l. mulierem,* & tantùm de maſculis intelligeretur, poſtea edictum ampliaſſe Traianum vt etiam & fœminas comprehenderet, ita explicat rectè hanc rem idem Vlp. *in d.l. ait Diuus*, vbi illuſtrans edictum Traiani, ait verbo *quicumque* comprehendi fœminas, non quia in illa ſententia comprehenderentur, iuxta notata à Donello *lib.*1. *com. c.*14. & *ibi* Oſvval. *lit. C.* Menoch. *conſ.*95. *num.*14. *lib.*1. Tiraq. *de retract.* §.1. *gl.*9. *n.*1. *Sed quia* inquit, *beneficio D. Traiani deferre ſe permiſſum eſt.* Nam non ſemper verbum *ſi quis*, aut *quicumque*, comprehendit fœminas, vt latè docent quos adducit Barboſa *de diction. dictione* 317. & 373. & ita intelliges quod ait *l. pronuntiatio* 195. *in princ. ff. de verb. ſig.* dum ait *Pronuntiationem ſermonis in ſexu maſculino ad vtrumque ſexum plerumque porrigi*, vt ſæpius id accidat, non ſemper, vt eleganter notauit Gothofr. *ibi* Et ita neceſſariam fuiſſe declarationem Traiani certum eſt, de qua loquitur expreſsè *d.l. edicto,* §.1.

Nam aliàs ſuperflueret, ſi edicto ſignificaretur iterum quod iure communi & ſuo edicto conſtabat.

Huic edicto aliud addidit priuilegium Conſtanti- 63
nus *in d.l. vnic. verſ. id etiam habitura,* vt ex duabus partibus, in quas diuidendum eſt patrimonium, ipſa quæ ſe detulit, eligat portionem q[u]am velit [ita legendum eſt, non *optionem*, vt in vulgatis, veriórque eſt lectio *eiuſdem legis vnicæ in Codice Theodoſiano ſub eodem tit. de his qui ſe deferunt.*] Quod plerumque in diuiſionibus fit, vt *in capit.*1. *extra de parochis, & in leg.* 2. *infr. de metatis, leg. ſi pater* 40. *cum leg. ſeq. ff. de hæred. inſtit.* §. *fin. Inſtit. de vulg.* confert *gloſſ. fin. in leg. Neſennius* 34. *ff. de negotijs*, cum adductis à Tiraq. *de iure primog. quæſtio.*17. *opinio.* 4. *numer.*10. Decio *conſil.*76. & in propoſito Platea *ſupr. num.*1. & Cuiac. *in d.l. edicto.*

Rurſus delatio fieri debet vt proſit, *continuò* ac 64
actum fuerit, id eſt, ſtatim fiſco nuntiari debet. Quod verò tempus debeat interuenire inter accommodationem, & Platea *num* 2 *&* 3. *verſ. tertiò nota*, dicendum eſt verbum illud intelligendum eſſe cum interuallo & temperamento temporis, id eſt, poſt apertas tabulas, dum tamen annus non tranſierit, *d.l. edicto,* §. *cùm ante, iuncta l.*2. §. *confeſtim* 43. *ff. ad SC. Tertyllian.* docent Valenzuel. *in d.l. vnic. n.*5. *verſ. rurſus.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, n.*119. Colerus *de proceſſ. executiu.* 4. *p. c.*2. *n.*7. *&* 8. & de ſimilibus dictionibus *ſtatim, confeſtim, mox, continuò*, vide Barboſam *de diction.* in vnaquaque earum.

Hinc notare ſolent Interpretes quòd cùm benigni- 65
ter agatur cum ſe deferente, in reliquis cauſis mitiùs puniendum, qui ſe detulerit, vel confeſſus fuerit ſponte, *c. non dicatis* 12. *q.*1. & in crimine Maieſtatis ſtatuitur *in l. quiſquis* 5. §. *ſanè*, *C. ad l. Iul. Maieſt.* facit *in l. eos* 13. *in fin. ff. de cuſt. reor. l. teſtamento* 90 *de her. inſt.* vbi Bald. notant Tiraq. *de pœnis temp. cauſ.*30. Clar. *in d.* §. *fin. q.*60. *à n.*24. & alios ſuo more cumulans Farinac. *de reo confeſſ. q.*81. *tot.* Cauall. *crim. caſ.*56. *tot.* Guacin. *de defenſio. reor. tom.*2. *defenſ.*32. *c.*36. qui variè hanc rem pertractarunt.

Sed explicatione eget quod in vltima parte *dict. leg.* 66
*vnicæ* Conſtantinus conſtituit, cùm mulieris inimicum vocat occultatorem geſtorum, id eſt, illum, qui tacitam fidem accommodauit de reſtituenda ſolida hæreditate vxori. Quomodo ergo inimicus dici potuit mulieris, pariter, & fiſci. Nam ſi in fiſci damnum reſtituturus erat, hoc non videbatur verti in damnum mulieris, cui facienda erat omnimodo reſtitutio, & ſic in eius lucrum tendebat. Cui dubio ſatisfacies relictis ineptiis Lucæ de Penn. *in d.l. vnic. num.*12. & Angel. *in addit. ad Bart.* ibi *lit. B*, occultatorem, ſeu adminiſtrum taciti fideicommiſſi, mulieris dici inimicum, vel quia propter tacitæ fidei interpoſitionem cauſam præbuit, vt vxor eo quod capere poterat priuaretur, niſi ſe detuliſſet, fiſco quippe dãnum inferebat, quia celabat & occultabat lucrum quod poterat capere ſi detuliſſet. Nec non etiam & mulieri, quoniam negabat fidei interpoſitionem celando chirographum, aut teſtamentum, vt ſic pars, quam ipſe non poterat capere, apud ſe remaneret. † Ex quo reſultat aliud dubium, 67
qui fit, vt qui tacitam fidem accommodauit, omni iure puniatur priuatione hæreditatis, at *in dict. leg. vnic.* deportatio quoque indicatur. Sed reſpondere poteris, occultatorem non ſolùm dici quia tacitam fidem interpoſuit, ſed quia occultabat teſtamentum, cautionem, aut chirographum, in qui fidei interpoſitio continebatur, quo caſu deportatio irrogatur, & priuatur ſuâ ſubſtantia, quia ſic fiſcum fraudare volebat, & mulierem, non ſolùm delinquendo in tacitæ fidei interpoſitione, verùm & dum vellet dolo facere quominus geſta illa ſupprimerentur, quam interpretationem ſubolfecit Bald. *in dict. leg. vnic. num.*6.

illis

illis verbis, *Item nota quod iſte, qui tacitam fidem accommodauit, ſi geſta occultat,id eſt,negat ſe tacitam fidem ſuſcepiſſe, & fortè chirographum,quo poterat delictum probari, celat, ſiue celare faciat, deportatur omnibus bonis ſibi ademptis*,& ita propter hunc dolum non ſolùm priuatur hæreditate,ſed etiam & bonis propriis,vt ait d.lex, quam peſſimè accipiebat Cuiacius de hæreditate tantùm, de quâ agebatur, nam patrimonium non diceretur illius hæredis, quod iam erat diuiſum inter fiſcum & mulierem.

68 Abundè iam diximus quæ ad perſonam hæredis, qui tacitam fidem accommodauit, pertinebant; nunc videamus qui hodie ſint incapaces, qui ex noſtris legibus, ſicut olim ex lege Papia, prohibentur capere; eſt itaque incapax filius Clerici, qui nec patri,nec matri poteſt ſuccedere, *cap.per venerabilem, qui filij ſint legit.l.6.& 7.tit.8.lib.5. Recop.* quæ erat *l.9.Tau.* vbi notant DD. & Molin. *de iuſt. tom.1. diſp.167. & ſequenti:* & *infrà* referendi. Sed dubium eſt, an quemadmodum filius Clerici non poteſt legibus noſtris inſtitui, ita etiam & nepos ab eo legitimè ſuſceptus? quod dubium contrahitur propter motum Pij V. in Bulla quæ incipit, *Quæ ordini Eccleſiaſtico*, publicata 2.Martij anni 1571. vbi §.4. hæc adiiciuntur. *Dein verò diſtrictiùs inhibemus, ne talia ſiue in prædictos illegitimos vtriuſque ſexus, ſiue in illorum coniuges, ſiue ipſorum parentes, filios, deſcendentes, aſcendentes, vel alios cognatos fiant*, Quam Bullam refert Laërtius Cherubin. *2.tom. Bullarij in Pio. V. Bulla* 117.*pag.*325. & Quaranta *in ſumma Bullarij,verb.illegitimi*, & eius meminerunt Nauarr. *in cap. non liceat 12. quæſtio.2. de ſpoliis clericor.*§.19.& Axor. *tom.2.Moral.inſtit.libro 2.cap.4.q.7.§.Pius V.*& Ant.Fernandez Maur. *in ſumm.4. part.cap.*15.§.4. *numero* 9.& nepotes eſſe excludendos,nullâ factâ mentione Bullæ, tenet Leſſius *de iuſt. & iur. lib.2. cap.19. dub.6.à n.*58. & Surd.*de aliment. tit.1.quæſt.*10. Sed credo in Hiſpaniâ tale ius eſſe receptum, vt nepotes legitimi incapaces reputentur, ſicut patres eorum, qui filij fuerunt Clericorum, & ita in vtraque Cancellariâ Pintianâ & Granatenſi nunquam vidi Pij V. motum eſſe receptum,imò Quaranta *ſuprà* declarat ſolùm obtinere poſſe in terris quæ pertinent ad dominium temporale Pontificis,cum Nauar.*conſ.4.n.6.& 7.de teſtam.* quibus ego calculum præbeo.

69 Non omiſerunt Interpretes cautelas, quibus parentes vti poſſint, vt vtiliter ſpuriis & aliis, qui ſunt bonorum ſuorum incapaces, relinquere queant propria bona. De eis cautelis loquor, quæ licitè & in conſcientiâ peragi poſſint,non de aliis peccatum continentibus, in quibus & teſtator & hæres lethaliter peccant, teſte Molina *de iuſt.1. tom. diſp.169. concl.1.* Verùm cùm de hac re latè agat noſter Præceptor Ant.Pich.*in tit.de hæred. quæ ab inteſt. in pr.§.7. de legitim. illegitim. filior.ſucceſſ.ex n.19.* ego, qui tranſcribere horreo, libenter in hac re ſuperſedeo, vide Menoch. *tom.6. conſ.*511.& Parlad. *lib.1.rerum quotid. c.16.* poſt Ant.Gom.*in l.9.Taur.n.17.&* 18.

70 Reſtat videre coram quo Iudice olim proponerentur huiuſmodi delationes, vt fiſcus tanquam ab indigno auferret hæreditatem, & iam ex adductis *in l.5. ſup.de bonis vacant.* conſtat apud Procuratores Cæſaris actitatas, qui Comes rerum priuatarum & Rationalis dicebatur, & cognoſcebat de iis, quæ ad fiſcum pertinebant, vt diximus *in d.l.5.* Nunc autem quomodo apud nos fieri debeat nuntiatio, explicat Gregor. *in l.14.tit.7.part.6.verb.a la corte*, Alfar. *de offic.fiſc.gloſſ.17.tota.*

## LEX II.

*Imp.* GORDIANVS *Eutychemo.*

Monente officij ſollicitudine, quinimo iuſſu Procuratoris, vt cauſam ab alio delatam conuenienti diligentia inſtrueres, non ipſum voluntarium delatoris munus ſuſcepiſſe te actorum lectio, quæ precibus intexta ſunt, manifeſtè declarat. Et propter, ne quid in perſonâ tuâ, quod eſt ſectæ temporum meorum alienum, attentetur, Præſes prouinciæ vir Clariſſimus ad ſollicitudinem ſuam reuocabit.

QVAE pertinent ad hanc legem ſcripſi *in rubr.ſuprà hoc titulo,ex num.*20.

* Ait lex, *Quod eſt ſecta temporum meorum alienum*, ſecta nihil aliud eſt, quàm ratio, diſciplina, bona gubernatio, tranquillitas publica, bonum commune, loquendi modus Imperatoribus non infrequens, *l.2.& vlt. Cod.ne fiſcus, vel reſpubl.* ibi, *Temporum meorum diſciplina non patitur*, & ibi, *Contra ſæculi noſtra tranquillitatem,§.fi.Inſt.de legat.*ib., *Secta meorum temporum non patitur,l. falſi 5.C.ad l.Cornel. de falſis l.fi.in fi.C.de pactis*, eleganter Corippus *lib.2. de laudib. Iuſt.num.*8.

*Tranquillam faciam ſecuris ciuibus vrbem.*
*Credite non patitur ſeclorum ſecta meorum.*
*In iuſtos ſæuire diu.*

Iuſtitiam namque diſciplinam rectóſque mores & virtutes ſuis temporibus attribuere conſuetum eſt ab Auctoribus, & hoc ſtudium ineſſe debere omnibus Magiſtratibus, ſcribit Symmach. *lib.10.epiſt.*30. & 32. & 47. profitetur ſe amantiſſimum bonæ famæ ſæculi ſui, *& lib.5.epiſt.54.& lib.1.epiſt.*58. & Principibus ſuæ famæ conſulentibus ſemper curæ fuit ſua tempora attendere, vt ab omni vitio & turpitudine libera eſſent, felicitatem, mores, leges, laudéſque ſui ſæculi celebrare. *Auth.de lenonib.* ibi, *Cauſæ ſic impiæ ſub noſtris temporibus præſumantur,l. ſæcuritati 19.C. Th.de petit. & vltrò dat.* ibi, *Vt bonis ſæculi poſſit affectio.* & Theodoſ. *Nouell. de lenonib.* ad iniuriam ſuorum temporum ait pertinere ſi lenones admittantur, & Iuſt. *in l.vn.Cod.de ſenatuſconſ.Claud.in princ.*Valentin. *in l.nemo 7.C.de Pagan.* ibi, *Abſit à ſæculo noſtro.* Caſſiod. *lib.1.ep.6. & lib.2. p.13. & lib.3.epiſt.17.* vbi notauit Fornerius & Iuret. *ad Symm.lib.1.epiſt.*58. & eleganter *l.7.tit.7. lib.5.Rec.* ibi, *Mirar por la conſeruacion de la nobleça y que en nueſtros tiempos ſea accrecentada.*

## L. III. IV. & V.

VIde quæ ſcripſi *in rubr.hoc tit.ſupr. ex num.20. & num.30.& ſeq.*

## LEX VI.

*Imppp.* GRATIAN. VALENTINIAN. & THEODOS. AAA. *Palladio Conſulari Lydiæ.*

Seruum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum ſeueriſ-

ſimæ ſententiæ ſubiugari, etiamſi obiecta probauerit, excepto crimine Maieſtatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Quot ſerui, tot hoſtes.*
2 *Serui non poſſunt eſſe delatores in capita dominorum.*
3 *Idem ius in libertis militaſſe probatur.*
4 *Ratio huius iuris,* & num. 5.
6 *Excipiuntur aliqua crimina, in quibus permittitur ſeruo dominum accuſare, vt in crimine Maieſtatis.*
7 *Idem eſt in crimine hæreſis.*
8 *Et in peccato ſodomiæ, & falſæ monetæ* & n. 10.
9 *In his criminibus Regius fiſcalis poteſt procedere abſque delatore.*
11 *Annonæ vtilitas commendatur, & eius ratione ſeruus poteſt accuſare.*
12 *Legibus noſtris probibentur eſſe dardanarij, & qui officia publica adminiſtrant, ſi comparant vt carius vendant puniuntur.*
13 *Quomodo intelligendum ſit quòd ſuprà diximus de ſeruo accuſante dominum ob grauiorem annonam.*
14 *Boni Principes extra hos caſus domini reuerentiam fiſco prætulerunt.*
15 *Ita prohibetur ſeruus accuſare dominum vt pœnâ mortis afficiatur eo ipſo tantùm quòd accuſat declaratur* l. pen. Cod. de his qui accuſat. *& quomodo hoc intelligatur?* & num. 16.

1 CVM vetus ſit prouerbium totidem eſſe
hoſtes, quot ſeruos, cuius meminit Theo-
phil; *in tit. 1. de his qui ſunt ſui,* & ante eum
Seneca noſter *epiſt.* 47. & vt ipſe ait *epiſt.* 4.
ibi, *Non pauciores ſeruorum ita cecidiſſe, quàm Regum.*
2 † Optimo iure hîc domeſticis eorum inſidiis & dolis
cohibitio imponitur, ne aduersùs dominos inſurgant,
& fortaſſis leui de causâ moti ad accuſationem pro-
ſiliant, delicta dominis obtrudentes, vbi nulla com-
miſerunt, & ita Imperator Seuerus conſtituit ne ſer-
ui delatores dominorum audiantur, vt teſtatur IC. *in*
*leg. 2. §. Imperator 6. ff. de iure fiſc.* & Imperatores Arca-
dius & Honor. *in leg. penult. & fin. Cod. de his qui accuſ-*
*non poſſ. leg. fin. infr. in quibus cauſis coloni, leg. qui accuſa-*
*re 8. ff. de accuſat. leg. 1. & tot. C. Th. ne præter crimen. leg. 6.*
*tit. 2. part. 3.* & de Gordiano apud Herodianum *libro* 5.
legimus delatores omnes, & ſeruos, qui dominos de-
tulerant, ſupplicio affeciſſe. Tacitus quoque Imperat
tor, ne quidem in cauſa Maieſtatis ſeruos in capita do-
minorum interrogari prohibuit, vt memoriæ prodidit
Flau. Vopiſcus *in eo.* Idem etiam conſtituiſſe Traianum,
3 conſtat ex Plinio *in Paneg.* † Quæ prohibitio vide-
tur etiam comprehendiſſe & libertos, vt indicat *l. 1. ff.*
*de his quibus vt indign. & l. pen. C. de his qui accuſare non*
*poſſ.* quæ loquitur de familiaribus domûs & ſeruis, &
ſic libertos videtur comprehendere, vt conſtat *ex l. præ-*
*ſenti 6. §. ſanè 5. C. de his qui ad Eccl. confug.* ibi, *familiaris*
*ſiue libertus*, nam familiæ appellatio eos comprehen-
dit, *leg. ædiles 25. §. familiæ 2. ff. de ædil. edict.* & eò ſpectat
Martial. *libro* 10. *epig.* 34.

*Qui ſua reſtituis ſpoliato iura patrono,*
*Libertis exſul non erit ille ſuis.*

Quem locum explicui ego *libr. 2. obſeru. cap. 6. num.* 14.
4 *& ſeq.* videndus Cuiac. *in l. 2. §. 6. de iure fiſci.* † Ne-
que enim ferendum fuit vt aduersùs dominos inſtitue-
re accuſationem poſſent, qui ad obediendos eos ita
naturali ratione compellantur, vt eorum vitam prote-
gere & tueri debeant, *leg. cùm dominus 19. ff. ad S.C. Syl-*
*lan. iuncta leg. 1. in princ. & §. tuliſſe 35. cum ſeq. ff. eod.* &
præcipuè liberti qui erga patronos gratos ſe præbere
tenentur, ob magnum acceptæ libertatis beneficium,
vt latè diſſerui *dicto libro 2. cap. 6.* facit *leg. vnic. infr. de*
*conduct. & procurat. in fin. l. 3. §. de his 17. ff. ad SC. Syllan.*
† Accedit etiam quòd cùm ſerui quoad ius ciuile 5
nihil ſint, *leg. quod attinet, cùm vulgat. ff. de reg. iur.*
& pro mortuis reputentur, minimè in iudicio ſiſten-
di habere poſſunt licentiam, *leg. ſeruus 6. Cod. de indi-*
*cijs*, cum adductis Barboſa *in l. ſi longiùs 18. §. ſi filius-*
*famil. num. 77. de iudicijs*, docent poſt antiquiores *in*
*præſenti* Alber. Salicet. & alij in dictis iuribus Petr.
Gregor. *lib. 32. ſyntag. cap.* 17. & Tiber. Decian. *lib. 3.*
*crim. cap. 14. num. 10. & 17.*
Aliqua tamen ſunt delicta & cauſæ, in quibus 6
propter publicam vtilitatem permittitur ſeruo accu-
ſare Dominum, eos connumerat Hermogenianus *in*
*l. vix certis 53. ff. de iudicijs,* & Impp. *in d. l. pen. Cod. de*
*his qui accuſ. poſſ.* Primum eſt crimen læſæ Maieſta-
tis, *l. Maieſtatis 6. verſ. ſed & ſerui, & l. ſeq. in fine. Cod.*
*ad l. Iul. Maieſt. l. 1. tit. 18. lib. 8. Recop.* quia in hoc cri-
mine cenſetur ſerui proditio honeſta, *l. 2. C. Theod. ne*
*præter crimen Maieſt.* præcipuè cùm ſit ita odioſum,
& contra naturalem fidelitatem, quâ Principes debe-
mus proſequi, de quo multa Farinac. & reliqui eiuſ-
dem farinæ Auctores. † Secundum eſt crimen hæ- 7
reſis, quod cæteris horribilius eſt, & grauius, *cap. ver-*
*gentis, & ibi gloſſ. cum alijs, de hæretic. cap. clericis, de im-*
*mun. Eccleſ. in 6. l. 1. tit. 3. lib. 8. Recop.* docent plures
relati à Gutier. *de delictis, qu. 33. num. 46. & ſeq.* † His 8
ſimile eſt peccatum nefandum, nam ob eius deformi-
tatem & turpitudinem ſeruus poteſt Dominum ac-
cuſare & deferre, quod noſtro iure Regio ſecuriùs
procedet, quoniam hoc delictum exæquatum eſt cum
ſupradictis, vt docemur *in l. 1. tit. 21. libro 8. Recop.* ibi,
*Y que en el dicho delito y proceder contra el que lo cometie-*
*re y en la manera de probança y en todo lo otro, mandamos*
*ſequar de la forma y orden que ſequarda en los delitos de*
*egregia y læſæ Maieſtatis* diximus *in l. vnic. ſupr. pœnis*
*fiſcal.* † Vnde rectè infertur quòd cùm Regius fiſca- 9
lis non poſſit ſub pœnâ duarum millium duplarum,
niſi cum delatore aliquem de delicto accuſare, vel ci-
uiliter, vel criminaliter, niſi factum fuerit notorium,
vel ex mandato Principis procedat, *l. 3. tit. 13. Rec. lib. 3.*
iunctis adductis ab Alfaro *de offic. fiſc. glo. 17. cum ſeq.*
Garcia *de nobilit. gl. 3. num. 18. & ſeq.* Hæc prohibitio
ceſſat in his criminibus, nam rectè poterit accuſatio-
nem inſtituere abſque delatore ex noſtra lege, quia
hæc crimina ita ſunt horribilia, vt contra ea regulæ
iuris communis inſuper habeantur, vt eleganter do-
cet Garcia *d. gloſſ. 3. num. 35.* & Valenzuel *hîc num. 3.*
† His etiam adiunges crimen falſæ monetæ, nam cùm 10
ſine moneta commercium non ſit, *leg. 1. ff. de contrah.*
*emptione*, nihil eſt vtilius Reipublicæ, quàm prouidere
ne qua fraus in moneta cudenda adhibeatur, *l. 2. Cod.*
*de falſa monet.* cum adductis à Decian. *libro 7. crim. c. 23.*
Quapropter ſeruus non ſolùm poteſt inſtituere accu-
ſationem, ſed etiam & ob id libertatem præmio conſe-
quetur. *l. 2. C. pro quibus cauſ. ſerui pro præm. l. 2. C. Th. de*
*falſa mon.*
Aliud crimen eſt, ſi dominus accuſetur à ſeruo, 11
quòd fraudauerit annonam publicam, idque vtilitas
publica introduxit, ne carior fiat, vt dixi *libro 3. obſ.*
*cap. 4. n. 27. & ſeq. & ad tit. infr. de frum. verb. Conſtant.*
*& in l. 1. ad fi. infr. de conditis in publ. horr.* Nam quàm
neceſſaria ſit prouiſio victualium, omnes ſciunt ex
Azeued. *in l. 9. tit. 5. libro 7. Recop. in præfat. num. 4.* &
Bobadil. *libro. 3. c. 4.* Adam. Contzen. *libro 7. polit. c. 27.*
& aliis, quos refert nouiſſimus Cabreros *de metu lib. 2.*
*cap. 1. ex num. 65.* Húcque alluſit lex Iulia annonaria, de
qua *in l. 1. & tot. ff. ad l. Iul. de annon. & l. annonam. ff. de*
*extraordin. crim.* (& quæ adducit Azeued. *in l. 4. & 5.*
*tit. 25. lib. 5. Rec. num. 11.* & Tib. Decian. *lib. 7. crim. c. 22.*)

vbi

vbi pœna in eum ſtatuitur, qui contra annonam fecerit, ſocietatémve coierit quo annona carior fiat, & ita Lucanus noſter *lib.* 1. rectè dixit.

——— *ſumma fauoris.*
*Annona momenta trahit.*

12 obſeruat Bellus *libro* 1. *rer. polit. capite* 89. † Quapropter in legibus noſtris prohibentur dardanarij, & qui res venales comparant, vt cariùs poſtea eas cum graui Reipublicæ damno vendant, *l.* 20. *tit.* 3. *&* *l.* 3. *tit.* 5. *libro* 7. *Recop.* præcipuè illi prohibentur hæc facere, qui officia publica adminiſtrant, obſeruant Azeued. *in l.* 15. *titul.* 7. *libro* 3. *Recop.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 584. Bobadill. *libro* 2. *cap.* 12. *numero* 41. *&* 42.

13 Hoc autem quod de ſeruo diximus, ita rectè explicat Ant. Faber *in Rat. ad l. vix certis.* Si tam arctiore annonâ populus opprimeretur, vt inde multa damna & incommoda ſequuta fuerint, vt exemplis demonſtrauimus *dicto libro* 3. *obſeru. cap.* 4. *num.* 28. *&* 29. & poſt me demonſtrant Cabreros *dict. capit.* 1. *numero* 66.

14 In aliis cauſis regulariter leges accuſationem contra dominum prohibuerunt, fiſcali commodo reuerentiam domini præferentes. Nam ſicut antiquis carior fuit diſciplina caſtrorum, quàm charitas filiorum; ita bonis Principibus inuidioſum eſt viſum ex accuſationibus ſeruorum lucrum capere. *argum. l. Imperatorem* 91. *D. de hæred. inſt. l.* 2. *in fin. l. fin. C. ne fiſcus vel Reſpubl. res quæ* 22. *§. lites, D. de iure fiſci* notat Platea *in præſenti n.* 1.

15 Ex quo deſcendit adeò prohiberi accuſationem dominorum à ſeruis factam, vt etiam delatio ſola mortis pœnam inducat, *dict. leg. penult. Cod. de his qui accuſ.* ibi, *Ante exhibitionem teſtium, atque examinationem iudicij in ipſa expoſitione criminum, atque accuſationis exordio vltore gladio feriatur*, quæ verba declarant illa noſtræ legis, *ſeueriſſimè ſententiæ ſubiugari*, quæ de morte accipienda ſunt, prout intelligit Accur. *hic*, & probatur *in l. omnes* 5. *ſupr. h. ti.* ibi, *Seueritatem Iudicum implorare ferro diſtrictam*, vbi Accurſ. *verb. implorare.* Item & concrematio imponitur *in l.* 7. *infrà h. tit.* (quam ex Baſilicis repoſuit Cuiac. & Gothofredus) ibi, *Seruis quidem ſtatim igni tradatur, ſi dominum detulerit.* Hoc autem ea ratione, quia ſerui ſolent ſemper grauiùs puniri, *l. capitalium.* 28. *§. fin. D. de pœnis, iuncta l. aut facta* 16. *§. perſona, & l. in ſeruorum* 10. *& l. ſeruus* 34. *D. eodem.*

16 Sed in hac re cum iudicio diſtinguit poſt Salicetum Platea *in præſenti num.* 2. *verſic. quæ autem*, dicens, attendendam eſſe qualitatem delicti de quo Dominus à ſeruo accuſatur. Nam ſi ex eo imponeretur pœna mortis, tunc rectè pœna ſupradicta exerceretur. Secus autem ſi alia mitior pœna eſſet imponenda, & ſic talionis pœna in quocumque euentu accipienda eſt, hanc opinionem ſequuta eſt *l.* 6. *tit.* 2. *part.* 3. vbi notat Gregor. Lopez *verb. o per dimiento.* Ratio quare hæc ſeueriſſima pœna conſtituitur ea eſt, vt ſic ſerui à calumniâ arceantur, & aliis proditoribus exemplum præſtet, *l. Diuus* 6. *in fine, D. de cuſtod. reor. l.* 1. *C. ad l. Iul. repetund.*

## TIT. XII.

### *De petitionibus bonorum ſublatis.*

### LEX I.

*Imppp.* Gratian. Valentinian. *&* Theod. AAA. *Eutropio PP.*

Quiſquis in crimine Maieſtatis deprehenſus fuerit, &c.

Vide quæ ad illuſtrationem huius legis dico *in leg.* 2. *ſupr. de bon. vacant. & in l. vnic. infr. de collation. donator.*

## TIT. XIII.

### *De his quæ ſe deferunt.*

### LEX VNICA.

*Imp.* Constantin. A. *Maximo.*

Is cuius tacitè fideicommiſſa fuerit hæreditas ſtatim officio grauitatis tuæ nunciet, &c.

Ad huius legis exornationem videnda quæ adduxi *in l.* 1. *ſup. de delatoribus ex n.* 57. *cum ſeqq.* & quæ doctè obſeruat D. Ant. Cabreros *de pœna triplic.* 10. *toto, & n.* 8.

## TIT. XIV.

### *Si liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit.*

### LEX VNICA.

*Imp.* Constantin. A. *ad Mygdonium Caſtrenſem Palatij.*

Iubemus vt ſi quis fortè ex his, quibus communiter à nobis aliquid donatum ſit, nullo hærede relicto deceſſerit, ad conſortem potiùs ſolatium, quàm ad perſonam aliam pars decedentis perueniat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Explicatur epigraphe noſtra leg*[illegible] *fuerit.* Caſtrenſis Palatij, *quo anno vixerit* [illegible]*donius hic, & quare ad eum dirigatur hæc lex?* & n. 2.

3 *Proponitur deciſionis huius ſumma, & ratio dubitandi,* & num. 4.

§ Varij

5 *Varij caſus, in quibus pars ſocij accreſcit ſocio, excluſo fiſco.*

6 *Expenditur* l. ſi communi 24. de bon. liber. *& remiſſiuè conciliatur cum* leg. 13. D. de iureiuran. *& alia exempla ſimilia adducuntur*, & numero.7.

8 *An per ius accreſcendi pars vacua accreſcat ſocio in ſpecie noſtra.*

9 *Ius accreſcendi non habet locum in contractibus, ſecus in donatione Principis.*

10 *Oſtenditur in præſenti non dari ius accreſcendi.*

11 *Expenditur* l. cum patrono 6. D. de bonor. poſſ. *& exornatur.*

12 *Vera ratio, quare in hac ſpecie ars deficiens pertinet ad ſocium*, & num. 13.

14 *An in emphyteuſi duobus conceſſa, pars deficiens pertineat ad ſocium, vel ad Dominum rei*, & numero 27.

15 *Ius non decreſcendi, non habet locum in contractibus.*

16 *De emphyteuſi ad feudum valet argumentum.*

17 *De emphyteuſi parenti & filiis conceſſa.*

18 *De emphyteuſi, aut feudo duobus à Principe conceſſo.*

19 *Cenalli incuria maxima reprehenditur.*

20 *Sub nomine hæredis qui veniant?* & n. 21.

22 *Clauſula*, ſi ſine hærede deceſſerit, *quomodo excludat fideicommiſſarium?* & num. 23.

24 *Explicatur* l. ex facto 17. §. fin. D. ad SC. Trebell. *&* num. 25.

26 *Agitur de intellectu* l. in præſentia, de probation. *& latè exornatur, & an monaſterium poſſit haberi loco filij?* & num. 27. 28 29. & 30.

31 *Vera ſpecies* d. cap. in præſentia, *proponitur variis rationibus inſuper habitis*, & num. 32. 33. & ſeq. vſque ad 36.

37 *Appellatione hæredis an veniant hæredes ab inteſtato in ſpecie noſtra, expenditur* l. 1. C. Th. hoc titulo, *& reprehenditur Tribonianus, & quòd in libris Iuriſconſultorum multa de ſuo addiderit, vel detraxerit*, & n. 38. 39. & 40.

41 *Malè Interpretes hîc egiſſe. an ſocio præferenda eſſet vxor, & quare? & interpretatur*, l. 6. tit. 13. p. 6.

42 *Socius ſi ciuiliter moriatur, an pars ſocio adquiratur, & quomodo procedat argumentum de morte naturali ad mortem ciuilem?* & n. 43. & 44.

45 *Mouetur quæſtio ſatis difficilis, an ſi teſtator legauit vxori, & poſt mortem voluit reſtitui ſuis filiabus, vnâ decedente pars ad hæredem mortuæ pertineat, an totum ad ſuperſtitem filiam?* & num. 46.

47 *Interpretatur Scæuola* in l. Lucius 78. §. Caio 7. D. ad SC. Trebellian, & in l. fin. §. filium, D. de legat. 2. *&* num. 48.

49 *Examinatur etiam alia quæſtio de donatione facta alicui & filiis ſuis, qui ex ſecundo matrimonio naſcantur, cum tamen ex primo filium haberet, an vno mortuo tota donatio ad ſuperſtitem pertineat, excluſo fratre primi matrimonij?*

50 *De donationibus Regis Henrici, & an in eis habeat locum lex noſtra*, & num. 51. & 53.

52 *An in feudis militet noſtra deciſio, remiſſiuè.*

54 *An lex noſtra habeat etiam locum in donationibus factis à Principibus inferioribus qui recognoſcunt ſuperiorem?*

1 DIREXIT Conſtantinus ad Mygdonium hanc legem, quam nominat *Palatij Caſtrenſem*, vt *in l. 1. & 2. infr. de Caſtrenſiata.* Caſtrenſes ſub poſterioribus Imperatoribus vocarunt, miniſtros aulicos ſacro miniſterio Principis deputatos, teſte Lamprid. *in Alexand.* ibi, *Aulicum miniſterium in id contraxit, vt eſſent tot homines in ſingulis officijs, quot neceſſitas poſtularet, ita vt annonas, non dignitatem acciperent, omnes Caſtrenſes miniſtri.* Miniſterium videtur fuiſſe circa epulas Principis, nam menſas ornabant, & reliqua ad eas neceſſaria attendebant, vt docemur ex Corippo *lib. 5. de laudibus Iuſtini num. 6.* Curabantque vt palatium, mundum inſtructumque eſſet, & Principi ſplendidè miniſtraretur, & ſic pædagogia, ſeu qui menſæ adſtabant, ſub eius erant diſpoſitione, prout apud nos eſt *el Mayor domo, mayor del Rey o el Maeſtre ſala.* Notant doctè Pancirol. *in Not. Imp. Orien. cap. 91.* & poſt eum, Bulenger. *libro 2. de Imp. Rom. cap. 36.* Caſaubon. & Salmaſ. *in Lamprid. ſuprà.* Gutherr. *de offic. domus Aug. lib. 3. cap. 30.* Cerda *in Tertullian. de Corona militis cap. 12. num. 231.* Cuiac. *ad tit. infr. de Caſtrenſian.* vbi nos quoque dicemus, ſi Deus ſinat. Mygdonius hic fuit Caſtrenſis ſacri palatij anno ſalutis 315. ſecundùm tabulas Conſulares Contij, quem ſequitur Pancirolus *ſupr.* † Ad 2
eum igitur (quaſi ad quem liberalitates Principum magis ſpectabant, ſiquidem ſub eius diſpoſitione erant piſtores, prægustatores, pincernæ, veſtitores, fullones, cura palatiorum, omneſque miniſteriales, in quos plerumque Principes liberalitates ſuas exercebant) ſcribitur hæc deciſio. † Quæ ſtatuit quòd ſi 3
duobus Princeps res aliquas donauerit, & alter ex eis nullo hærede relicto deceſſerit, pars quæ defecerat ſuperſtiti accreſcat, quam partem vocat *ſolatium*, id eſt, annua ſalaria, ſeu mercedes, donationes, largitates, aut liberalitates, quæ à Principibus ob exhibita ſeruitia, vel ob magnificentiam concedebantur, *l. fin. Cod. de hæred. decur.* dixi *in leg. vnic. infr. de oblat. vot. & in l. fin. infr. de decurion.*

Dubitatio orta fuit, nam cum ſolerent Principes 4
multas res vacantes, quæ fiſco obueniebant, plerumque concedere, *leg. 2. ſupr. de bonis vacant. leg. 1. in fin. infr. de petit. bonor. ſubl.* & apud nos quoque videmus *in l. 10. tit. 5. & l. 1. tit. 26. libro 8. Rec.* videbatur quòd ſi duobus facta fuiſſet liberalitas, & vnus eorum ſine hærede deceſſerit, pars quæ vacabat ad fiſcum pertineret, quoniam inteſtatorum res, qui ſine hærede legitimo deceſſerint, fiſci rationibus vindicantur, *l. 1. ſupr. de bonis vacant.* vbi dixi. Sed nihilominus vult Imperator vt apud ſocium remaneat, fiſco excluſo, vt beneficia Principis latiſſimè interpretentur, vt dixi *in l. 2. ſupr. de bon. vac. in princ.* † Sic videmus in bonorum poſſeſ- 5
ſionibus, *l. vnic. C. quando non petent.* in nauiculariis ſine hærede decedentibus fiſcum non admitti, ſed corpus nauiculariorum, *leg. 1. C. de hæred. decur.* & in milite, decurione, cohortali & fabricenſi ſtatuunt leges omnes dicti *tit. C. de hæred. decur.* & in bonis Presbyteri idem admittit *l. ſi quis Preſbyter. 20. Cod. de Epiſc. & cler.* Nam multæ ſunt perſonæ quæ excludunt fiſcum, quas connumerat Platea *in d. l. 1. ſupr. de bonis vac. num. 3. verſ. nunc quæritur.* Tiraquel. *in tract. le mort. 2. part. declar. 15. num. 6.* Petr. Greg. *lib. 47. ſyntag. cap. 15.* & alios referens Oſvval. *ad Don. lib. 9. cap. 1. lit. T.* Maſtrill. *de magiſtr. lib. 3. cap. 10. ex num. 372.* qui hoc ius extendunt ad Doctorem Collegialem, ſcholaſticum, ſine hærede decedentes, vt præferatur contra fiſcum collegium, vel Academia, & tutor in bonis pupilli, & ſimilibus ſucceſſionibus, quas recenſent ſupradicti. † Alterum exemplum eſt *in l. ſi communi 24. D. de* 6
*bonis liber.* vbi ſi communis liberti alter ex patronis libertum iureiurando conſtringat ne vxorem ducat, portio vtrique debita ſuperſtiti patrono conceditur, quaſi accreuerit ei pars quam ſua culpa patronus amiſit, quia patronus non poteſt cogere libertum ad tale iuramentum, aliàs priuatur iure patronatus, *l. adigere 6. l. qui contra 15. D. de iure patron.* ad cuius rei explicationem vide Cuiac. *in d. l. 24. ſub lib. 65. Digeſt. Iulian. & lib. 25. obſeru. c. 35. & lib. 27. c. 34.* Duaren. *de*

*iure*

iure accreſ. lib. 1. cap 17. Fachin. lib. 4. controuer. c. 96. qui agunt de conciliatione d. l. 24. cum l. ſi duo 13. in
7 princ. de iureiur. † His etiam addo propriorem ſimilitudinem caſuum, quam præſtat. §. fin. Inſt. de donatio. vbi ſi communi ſeruo imponebatur libertas, pars ſocio accreſcebat, donec Iuſtinianus libertatis fauore ductus aliud ſtatuit: facit etiam l. duobus 30. D. de liberal. cauſ. quæ ad hanc iuris accreſcendi tractationem pertinere videtur, vt rectè conſiderauit Merill. in l. deciſio, Iuſtin. ad l. 1. C. de comm. ſeruo manumiſſ. Alterum exemplum eſt in cap. vnic. de duob. fratribus à Capit. inueſt. in feudis. vbi ſi fratribus duobus inueſtitis vnus decedat, ad fratrem, non ad dominum pars pertinet.

8 Sed controuerſum eſt, an huiuſmodi ſucceſſio ſocij, de qua in præſenti, fiat per ius accreſcendi. In qua re concors eſt Doctorum omnium traditio, per ius accreſcendi hoc effici, ita tenent pro Accurſ. hîc Platea, Rebuff. & Lucas, Bar. & Iaſ. & Ripa in l. re coniuncti num. 152. de legat. 3. idem Iaſ. in l. ſi mihi & Titio, num. 6. de verb. oblig. Ant. Gom. 1. tom. var. cap. 10. numero ſecundo, Gutierr. in l. vnic. C. quando non petent. part. num. 16. & 41. Mantic. de tacit. conuent. 2. tom lib. 22. tit. 34. num. 11. Vnde caſtro, vel alia re donata à Principe duobus ſociis, vno eorum decedente ſine hærede, eius portio
9 alteri accreſcit, neque ad Principem reuertitur. † Nam licet in contractibus verius ſit non habere locum ius accreſcendi, vt notarunt relati à Pichar. in §. erat olim num. 2. Inſt. de donation. & in §. quod ſi quis, Inſt. de inutilibus n. 10. Duar. lib. 1. de iure accreſ. cap. 16. in princ. Oſvval. ad Donell. lib. 7. cap. 12. lit. L. & reliqui in d. l. re coniuncti 89. de leg. 3. & in l. ſi mihi & Titio 110. de verb. oblig. Tamen hoc fallit in donatione & liberalitate Principis, iuxta ſpeciem noſtram, ita obſeruarunt plures quos refert Marta de ſucceſſ. legal. 3. p. quæſt. 3. art. 2. num. 21. & ſeq. maximè num. 28. Gratian. 2. tom. forenſ. c. 272. ex num. 19. Surd. 4. tom. conſ. 517. n. 1. & 2. Aurel. Corbul. de emphyteuſi tit. de cauſa priuat. ob lineam finitam, num. 103. Michaël. Craſſus de ſucceſſio. §. ius accreſcendi, qu. 33. Petra de poteſt. Princip. cap. 18. n. 9. Paul. Æmil. Gallus de exception. 3. part. tit. 2. except. 3. num. 116. Menoch. lib. 6. conſ. 514. toto Fuluius Conſtant. in l. 1. C. de filiis official. n. 74.

10 Verùm hæc mihi non arrident, imò exiſtimo locum non habere in ſpecie noſtra ius accreſcendi, & ſine ratione DD. hanc materiam cum noſtrâ confundere, quod & docuit in præſenti Bal. num. 2. & in l. ſi qua, Cod. ad Tertyllian. quem ſequitur Valenzuel. num. 22. & ille Garſias Toletan. in rub. hoc tit. n. 5. & antea tenuit Accur. in l. 1. Cod. de hæred. decur. & quamuis nulla adducant fundamenta, ea mihi ſolidiora videntur. Primum, quia poſt adquiſitam portionem ſemel à ſocio ceſſat ius accreſcendi, l. ſi minor 61. D. de adquir. hær. l. aquam 16. §. fin. D. quemadmod. ſeruit. excepto tantùm vſufructu, ex ratione, de qua in l. 1. §. interdum, D. de vſufr. accreſ. vt docent Bar. in d. l. re coniuncti n. 49. & in l. 6. in l. 6. in princ. num. 2. de bon. poſſ. Iaſ. in d. l. re coniuncti num. 233. Donell. lib. 10. com. cap. 23. & ibi Oſvvald. lit. B. Atque ita poſtquam ſocius partem ſuam habuit, non potuit iure accreſcendi alteri ſocio accreſcere iuxta rationem, quâ introductum eſt ius accreſcendi tam in legatis, quam in hæreditatibus, de quâ eleganter Pi-
11 chard. de adquir. hæred. c. 29. ex n. 1. † Secundò expendo l. cum patrono 6. in princ. de bonor. poſſ. vbi etſi accreſcat patrono petenti bonorum poſſeſſionem contra tabulas in dimidia parte, altera dimidia deficiens, hoc non fit per ius accreſcendi. Nam non omne quod accreſcit eo iure conſequi ſolet, imo diuerſo iure ad dimidiam vocatur patronus ſcilicet iure prætorio ad dimidiam, & ad alteram tanquam hæres iure teſtamenti. At ius accreſcendi inter eos tantùm verſatur, qui eodem iure vocantur, non diuerſo, vt teſtatur ibi in d. l. 6. Cuiac. lib. 41. Paul. ad edict. Mantic. lib. 22. de tacit. conuen. tit. 34. n. 1. & 2. & Duar. lib. de iure accreſ. c. 19. & ita cùm ſocius in re communiter à Principe donatâ conſequatur partem ex eius liberalitate, partem verò alio iure diuerſo, ſcilicet ex morte ſocij, minimè potuit hoc effici iure accreſcendi.

Quare verius dicendum eſt ad porcionem deficien- 12
tem vocari ſocium iure ſucceſſionis, nam in eam partem legis auctoritate ſuccedit, ſicut vir & vxor, l. 1. &. C. vnde vir. Decuriones, Fabricenſes, & Nauicularij, ſi Nauicularius, Fabricenſis, aut Decurio ſine hærede decedat, vt notauimus ſuprà num. 4. & 5. & docet Peregrin. lib. 4. de iure fiſc. ti. 3. num. 8. & ſeq. Hoc itaque eâ ratione prouiſum eſt, quia, vt inquit aliud agens Anaſtaſius in l. 2. infr. de Præpoſit. agent. in reb. ibi, Perabſurdum pèrque temerarium eſt Imperialem liberalitatem aſtutâ interpretatione non ad augmentum, ſed diminutionem conuertere, cùm latiſſimè ſint beneficia Principum accipienda, l. fin. D. de conſt. princ. Vnde deſcendit hanc ſucceſſionem extraordinariam eſſe, & particularem, & quæ ſolùm in donatione principali locum habet, nam ſocius vocatur duntaxat ad portionem vacantem, non verò ad reliquam ſocij morientis hæreditatem, cum iure ordinario, qui in re certâ hæres eſt, ad omnem hæreditatem admittitur, l. 1. §. ſi ex fundo, D. de hær. inſt. cum notatis à Caſtillo lib. 3. controuer. capit. 17. toto. Schifordeghero lib. 3. ad Ant. Fab. tract. 14. quæſt. 1. Oſvval. ad Donel. lib. 6. cap. 18. lit. K. & ſeq. quod non niſi ſpeciali legis prouiſione fieri potuit, vt fiſcus admittatur ad hæreditatem eius, qui ſine hærede deceſſit, ſocius autem ad illam partem liberalitatis, ad quam ſi lex noſtra lata non eſſet nequiret admitti, l. 1. & 3. verſ. nouo. D. de pet. hær. iuncta l. obuenire 130. de verb. ſig. & l. legitima 6. D. de pactis, l. 3. §. penul. D. de crim. ſtellion. conferunt Briſſon. & reliqui. verb. legitimum, Balduin. ad ll. Rom. c. 22. Reuard. ad eaſdem. c. 12. & 17. Bellon. lib. 3. ſupput. cap. 7. cuius rei exemplum propoſuimus ſuprà de dicta l. ſed cum patrono 6. de bonor. poſſ. cum aliis, in quibus diuerſimodè ſucceditur in parte hæreditatis, & in parte aliâ, ita quoque ſentire videtur Salicet. in d. l. vnic. Cod. quando non petent. part. n. 35. & docet in propoſito Fuluius
Conſtant. in leg. 1. infr. de filiis official. n. 74. † Vel dicas 13
id procedere ex tacitâ ſubſtitutione fideicommiſſariâ, ſeu reciproca, quam Princeps cenſetur inter conſocios feciſſe, argum. l. cùm ita 31. §. in fideicommiſſo de leg. 2. cum traditis à Couar. & Coſta infrà referendis; & facit l. Titius 24. cum ſeq. D. de hær. inſt.

Ex quo deſcendit reſolutio ad quæſtionem quam 14
huius legis occaſione excitarunt Bar. Bal. & alij antiquiores, quos refert Iaſon. in l. ſi mihi & Titio, num. 6. de verb. oblig. Mantica d. lib. 22. tit. 34. num. 23. & ſeq. Marta d. art. 2. num. 21. & ſeq. Gratian. 2. tom. cap. 272. num. 13. & ſeq. Clarus verb. emphyteuſis, qu. 39. An in emphyteuſi duobus conceſſa, altero ex ſociis præmortuo ſine hærede adquiratur pars deficiens alteri an verò ad dominum pertineat (dixi ſine hærede, id eſt, quando nullus hæres extitit, nam emphyteuſis ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos, tranſit, vt multis firmat Oſvval. lib. 9. Don. cap. 14. lit. B.) Ratio eſt, quia in contractibus, qualis eſt emphyteuſis, §. adeò. Inſt. de locat. non eſt locus iuri accreſcendi, vt diximus, quod poſt ſemel adquiſitam portionem locum non habet, cùm per concurſum duorum factæ ſint partes, argum. §. ſi eadem res, Inſt. de legat. l. planè 34. §. ſi coniunctim. D. de leg. 1. l. coniunctim 80. de legat. 3. quæ partes etſi non ſint diuiſæ, intellectu diuiduntur, l. ſeruus 5. D. de ſtip. ſeru. & vnuſquiſque pro ſua parte videtur recepiſſe. capit. 1. de fratre de nouo benefic. infeud. Vnde quælibet quæſita portio non poteſt alteri accreſcere, & quia non eſt in ſolidum ei quæſita, ſed diuerſim, leg. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, D. commod. non
poteſt recipere ius non decreſcendi. † quod multi ex 15
DD.

DD. relatis à Mantica *d. tit.* 54. *num.* 5. & Pichard. *in d. §. ſi eadem res, num.* 12. ſolent in contractibus reperire, verius dicendum eſt tale ius non dari, vt contra multos tenet Oſvval. *libro* 7. *Don. cap.* 17. *lit. I.* ea ratione. Nam aut in ſolidum aliquibus res relinquitur, aut diuiſim. Si in ſolidum relinquitur, altero deficiente, qui illam rem, habebat, nihil accreſcit alteri, neque de nouo quidquam habet per ius non decreſcendi, quia pars illa nunquam fuit eius, qui defecit. Si vero diuiſim, non eſt locus iuris accreſcendi in re quam non conſequitur, videndus Duar. *lib.* 1. *de iure accreſcen. cap.* 1. † quam doctrinam extendes
16 etiam & ad feudum cum ſupradictis, quoniam de emphyteuſi ad feudum valet argumentum, vt notant laudati è Matta *ſupr. num.* 25. Couar. *libro* 2. *var. cap.* 18. *num.* 1. Euerar. *in locis leg. loco de emphyteuſi ad feudum.*

17 Supradicta reſolutio temperanda erit, vt rectè poſt Bart. docuerunt Clarus *ſupr.* & Matta *n.* 24. ſi emphyteuſis à principio conceſſa ſit parenti communi pro ſe & filiis, qui ſe moriatur, & poſtea decedat, alter ex filiis ſine filio, vel alio hærede fratri accreſcet, quia talis emphyteuſis cenſetur paterna, non virtute iuris accreſcendi, ſed propter primam conceſſionem, ſeu inueſtituram parenti factam, & ita magis iure ſucceſſionis, quàm alio, vt ſcribunt relati à Matta *ſupr. n.* 24. *& ſeq.* Mantica *d. cap.* 34. *n.* 19. *& ſeqq.* & Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 18. *n.* 2.

18 Si vero emphyteuſis, vel feudum duobus concedatur à Principe, iuxta legem noſtram ad ſocium pertinebit pars deficientis virtute cuiuſdam extraordinariæ ſucceſſionis, quam operatur lex, quæ ſi lata non eſſet, contrarium diceremus, docent Matta *numero* 28. Surd. *d. conſ.* 517. *num.* 1. *verſ. Rurſus,* Gratianus *numer.* 19. licèt ipſi communem errorem ſequentes, aſſerant hoc fieri per ius accreſcendi, videndus etiam Mendez de Caſtro *ad titul. infr. de annon. ciuilibus notab.* 12. *num.* 1. *&* 2.

19 Inter ea explodenda eſt incuria veniâ indigna Ceuallos *quæſt.* 260. *com. contra com. num.* 6. qui cùm *ibi* tractaret illam quæſtionem, an ſimonia eſſet prohibita de iure diuino, vel poſitiuo, ſubiicit, & ita tenet Cynus, quem ſequitur Alex. *conſ.* 30. *numer.* 8. *vol.* 1. dicens quod hæc eſt crebra opinio, & quod ita ſit, intelligendus textus *in l. vnic. Cod. ſi liberalit. Imper. ſocius lib.* 10. Qui poteſt conuenire lex noſtra cum diſtinctione, an ſimonia ſit prohibita, quia ſimonia, vel quia prohibita? Neque Alexand. *d. conſ.* 30. *num.* 8. quidquam de ſimonia pertractat, & miror cùm alter Toletanus Ximenez, qui ius ciuile cum regio concordat, Ceuallos alleget in noſtræ legis exornatione hoc non aduertiſſe. Sed hoc malum iam in noſtros Auctores irrepſit, vt aliorum fidem ſequantur non lectis, nec viſis originalibus.

20 Nunc operæ pretium erit cognoſcere quando ſocius in ſpecie noſtra *ſine hærede* dicatur decedere, & & quidem ſub nomine *hæredis* comprehenduntur non ſolùm proximi, ſed & vlteriores, & in perpetuum ſuccedentes, & qui per ſucceſſionem, quamvis longiſſimam, defuncto hæredes extiterint, *l. hæredis* 65. *l. ſciendum* 70. *l. hæredis.* 70. *de verb. ſignif. l. qui per ſucceſſionem* 194. *de reg. iur. l. ex facto* 17. *§. fin. D. ad SC. Trebellian. l.*
21 *fin. C. de hær. inſt. l. in annalibus* 22. *Cod. de legat.* † Comprehenduntur itaque hæredes tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, aſcendentes & deſcendentes collaterales, & reliqui etiam legitimi, vt vir & vxor, notant *in præſenti* Doctores. Verum multoties huiuſmodi appellatio vel ampliatur, vt iuxta ſubiectam materiam eius ſignificatum accipiatur, vt rectè conſiderant Platea *hîc num. fin.* Fuluius *in d. l.* 1. *n.* 85. *infr. de filiis official.* & præter eos Bar. *in l. Gallus, §. etiamſi parente, num.* 4. *&* 7. *de lib. & poſth. & in l. pro hærede* 20. *§. ſi quid tamen, de adquir. hær.* Caſtrenſ. *conſ.* 453. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 117. *num.* 4. *vol.* 4. Marcus Ant. *in addit. ad eum conſ.* 30. *vol.* 1. Intrigliol. *de feudis quæſt.* 48. *n.* 31. *& quæſt.* 49. *num.* 40. *& quæſt.* 50. *num.* 122. *& ſeq. & quæſt.* 51. *num.* 31. *& de ſubſtitution. cent.* 3. *quæſt.* 54. Camil. de Medices *conſ.* 99. *num.* 6. Peregrin. *in repetit. cap. in præſentia, de probat. lib.* 6. *var. ex n.* 177. Menoch. *conſ.* 514. *n.* 5. *libro* 6. Caldas *de nomin. emph. qu.* 15. *&* 23. *tot.* latè & vtiliter Fuſarius *de ſubſtit. fideicomm. quæſt.* 339. *ut.* cum aliis, & Barboſa *de appell. verb. hæres, tot.*

Vnde multi cenſent ad excluſionem fideicommiſſarij ſi in diſpoſitione apponatur verbum *ſi ſine hærede,* ſolum in eo comprehendi liberos, vt idem ſit, *ſi ſine hærede deceſſerit,* ac, *ſi ſine liberis,* vt docet Bernard. *in cap. in præſentia, de probation. verb. abſque liberis,* receptus à Felin. *num.* 19. Anchar. *num.* 17. Decio *n.* 150. Imol. *n.* 14. Mynſing. *num.* 52. *ibidem,* quibus ſubſcribunt Iaſ. *in l. Gallus, §. quidam rectè num.* 31. *&* 38. Peregrin. *de fideicom. art.* 32. *numer.* 31. *&* 36. Intrigliol. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 54. *numero* 2. *& quæſt.* 62. *num.* 27. Ioſeph. de Ruſticis *de liber. in condit. poſit. libro* 5. *cap.* 1. *num.* 47. *&* 48. & Hermoſill. *in leg.* 7. *gloſ.* 5. *num. fin. tit.* 4. *part.* 5. quorum ſententiæ fauet *leg. ex facto* 17. *§. fin. D. ad Trebell.* 22

A quâ ſententia recedunt multi, vt conſtat ex Corneo *conſ.* 271. *à num.* 4. *tom.* 4. Alciat. Butrio. & Imol. *in d. cap. in præſentia,* & relatis ab Intrigliol. *ſupr.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit n.* 47. *& de retract. lig. §.* 1. *gl.* 8. *n.* 20. Fuluio *ſupr. n.* 86. quia verbum *hæres,* comprehendit hæredem extraneum, *l. ſi pactum* 9. *D. de probat. dict. l.* 107. *de verb. ſign.* † Neque facit in contrarium quidquam *d. l. ex facto, §. fin.* nam in eo non exiſtente decreto D. Pij ex regulis iuris excluderetur fideicommiſſarius, ita teſtatur Coſta *in §. & quid ſi tantum* 5. *part. num.* 38. & Peregrin. *in cap. in præſentia num.* 177. *ſeq.* & Caſtillo *tom.* 5. *c.* 96. *n.* 10. *&* 11. effecit enim D. Pius vt conditio iuxta ſui naturam haberet ſe ad eſſe & ad non eſſe, & ſic poſſet deficere, ſiquidem aliàs cùm ſaltim fiſcus ſit hæres, *l.* 1. *C. vnde vir. & vxor.* ſi relictum eſſet purum, contra tenorem verborum, fideicommiſſum remaneret inane, vt conſiderat Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 130. *n.* 25. Intrig. *d. quæſt.* 54. *num.* 3. *&* 4. Quapropter Diuus Pius effecit non vt conditio *ſi ſine hærede,* conuertatur in conditionem, *ſi ſine liberis,* vt aliqui exiſtimarunt, cùm in conditione, *ſi ſine liberis,* filij etſi actualiter non ſuccedant, ex eo quòd poſſunt ſuccedere, excludunt fideicommiſſarium, *l. filiusfam.* 114. *§. cùm erit* 13. *de leg.* 1. obſeruat *ibi* Cuman. & Intrigliol. *ſup. quæſt.* 59. *num.* 1. & ita *in d. §. fin.* non excludunt filij fideicommiſſarium ex ſuccedendi potentia, ſed ex actu, id eſt, ex eo quòd actualiter ſuccedant, vt explicat Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 9. ſed nulla ſubrogatione, ſeu conuerſione facta, D. Pius adiunxit verbum *liberos,* ſub verbo *hæredes* probato à teſtatore, neceſſariò exigens ad hoc vt excludatur fideicommiſſarius, grauatum decedere cum liberis hæredibus bonorum, vt *in l.* 1. *infr. de annon. ciuil. cap.* 1. *§. ſi clientulus, de alienat. feud.* tradit Bald. *in l.* 1. *C. de condit. inſer.* Coſta *ſupr. n.* 39. Mantic. *lib.* 8. *de coniect. tit.* 14. *num.* 5. & ita quoque teuuit noſter Præceptor D. Ioan. de Pareia *in repet. d. cap. in præſentia n.* 67. *& ſeq.* quam typus excuſit Salmanticæ anno 620. antequam emeritus Primarius ad Regium hunc Valliſoletanum conuentum Senatoriâ dignitate eueheretur. 23 24

Sed hæc mihi nunquam probantur, veriuſque exiſtimo quod *ſuprà* reſoluimus, ſcilicet appellationem hanc hæredis multoties reſtringi, vel ampliari, iuxta ſubiectam materiam *d. l. ſciendum* 70. *de verb. ſignif. leg. quis liberis* 6. *§. fin. D. de vulg. ſubſtit. l. quæ conditio* 39. *l. qui hæredi* 44. *de condit. & demonſt. l.* 4. *D. de oper. liber. l.* 8. *D. vnde leg.* Quare cum *in d. §. fin.* teſtator dixerit, *Vt ſi alieno hærede moriaris, reſtitues hæreditatem,* vocem illam 25

*alieno* accepit D. Pius de eo, qui non eſt ex liberis teſtatoris. Nam cum alias nunquam poſſet dici quem ſine hærede, cùm ſaltim fiſcum habeat hæredem, qui ſemper durat, & non moritur, & ſic fideicommiſſi conditio nunquam extitiſſet, iuxta ea quæ conſiderat Peregrin. *in d. c. in præſentia num.* 181. Franchis *deciſ.* 353. *n.* 9. neceſſaria fuit Diui Pij interpretatio, vt mens teſtatoris in illa conditione aliquid operaretur, quæ ipſa regit conditiones, *l. in conditionibus, de cond. & dem.* vnde cùm reſpectu liberorum cæteri hæredes, extranei reputentur, *§. cæteri, Inſt. de hæred qual.* videtur teſtator, qui ea conditione vſus eſt, de filiis loqui, & fideicommiſſarius inuitatus ſi ſine liberis decederet, Sic extraneus hæres opponitur ei, qui non eſt de familia, *l. pero* 69. *§. frat. de leg.* 2. ibi *Vel. extero hærede instituto*, & illis, qui non ſunt filij, *d. §. cæteri.* Itaque interpretatio D. Pij effecit, vt de vniuerſis filiis intelligeretur, quoniam extraneus hæres eſt, & qui emancipatus eſt, quamuis ſit filius, ratioque eſt, quia cùm teſtator filios alloqueretur eo modo noluit fideicommiſſarium admitti, niſi quando liberi defeciſſent, *argum. l. tale* 40. *§. fin. D. de pactis*; iunctâ doctrina Bart. *in dict. l. Gallus, §. etiamſi parente, num.* 7. quam coniecturam miror non attendiſſe plurimos ex Interpretibus, qui *d. leg. ex facto, §. fin.* explicarunt, videlicet Cald. *de nomin. emph. quæſt.* 22. *num.* 46. Coſta *in cap. ſi pater, verb. ſi abſque liberis, n.* 19. Caſtro *de annonis ciuil. notab.* 6. *num.* 1. *& ſeq.* Pallad. *in ſexquicentur. different.* 147. §. 2. Peregrin. *in d. cap. in præſentia, num.* 177. *& ſeq. & fideicom. art.* 32. *n.* 9. Menoch. *tom.* 10. *conſ.* 958. *n.* 1. Greg. *in l.* 28. *tit.* 8. *part.* 5. Marta *de iuriſdict.* 4. *part. caſ.* 20. *num.* 22. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 21. *num.* 22. Caſtill. *lib.* 5. *controu. c.* 96. *à n.* 10. *& libro* 6. *cap.* 14. *n.* 13. & alij *ſuprà* laudati.

26 Inde naſcitur grauior difficultas in exponendo obſcuro reſponſo Pontificis *in dict. cap. in præſentia* 8. *de probat.* ibi, *Quoniam non videtur ſine hærede decedere qui monaſterium ſibi hæredem instituit*, quæ verba difficilia meritò reputantur, quia eſſet in poteſtate grauati excludere ſubſtitutum, cum ſub conditione caſuali eſſet inſtitutus, *ſi ſine liberis decederet*, & item vt monaſterium haberetur loco filij, prout multi agnouerunt relati à Gratian. 2. *tom. diſcep cap.* 305. *toto.* Eman. Rodriguez *tom.* 2. *Regul. quæſt.* 77. *art.* 1. *& ſeq.* Franchis *deciſ.* 40. *num.* 1. Cenedo *quæſt. canonic. quæſt.* 6. *n.* 20. Tuſch. *lit. M. concl.* 344. Robles *de repræſent. l.* 2. *cap.* 17.
27 *à num* 10. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 430. *n.* 28. *& ſeq.* † Cùm verius ſit monaſterium minimè poſſe eo iure cenſeri, tum quia id nullo iure probetur, ſiquidem verè & naturaliter monaſterium nequeat dici filius, & verba legum & teſtatorum naturaliter ſint accipienda, *l. ſi ita quis* 53. *§. fin. de legat.* 2. *l. fideicommiſſum* 76. *D. de cond. & demon.* Imò nec filius fictus poterit dici cùm non tranſeat in poteſtatem Monachi; ſed verius ipſe Monachus in eius poteſtatem tranſit, vt de eo, qui ſe ad rogandum dederit, dicitur *in l. qui liberis* 8. *§. teſtamento, D. de bon. poſſ. ſecund. tab.* cùm capite fortunas quoque ſuas in monaſterium tranſtulerit. Ita tenuerunt Gutier. *lib.* 1. *can. quæſt.* 32. *num.* 54. Ceuallos *qu.* 192. *ad fin. & quæſt.* 806. Matienz. *in l.* 7. *gloſ.* 2. *num.* 21. *tit.* 11. poſt Couar. *libro* 1. *var. cap.* 19. *num.* 6. Gama *deciſ.* 316. *n.* 2. Seſſe *dec.* 44. *num.* 9. Fuſar. *ſup. n.* 303. Intrigl. *de ſubſt.* 3. *cent. quæſt.* 63. *n.* 25. & noſter D. Pareia *in d. cap. in præſentia, num.* 29. *& ſeq.* & antea tradiderunt antiqui, Felin. *ibi num.* 42. Bart. & alij relati à Tiraq. *in l.* 4. *§. ſi vnquam, verb. ſuſceperit, num.* 42. *& ſeq.*

28 Sed tunc obſcuriora fiunt illa verba, *cùm non videatur ſine hærede decedere qui monaſterium ſibi hæredem inſtituit.* quæ mirum eſt quam variè interpretentur ab Auctoribus. Nulla expoſitio profectò mihi arridet. Non illa quæ fuit Panormit. *ibi num.* 40. quam ſequuntur quoque Pariſ. *n.* 128. Barbatia 64. Iaſ. & alij *in Auth. ſi qua mulier, n.* 18. *Co. de ſacr. Eccleſ.* Caldas *de nomin. emphyt. quæſt.* 6. *num.* 10. qui aiunt ea verba eſſe Syndici monaſterij, non Pontificis deciſiua, atque ita ex allegatione litigantium ius non eſſe ſumendum, quod falſum eſt, vt teſtantur Mantua *num.* 50. Pariſ. *num.* 130. *ibi*, & Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 93. *numer.* 61. quia littera attentè perlectâ conſtat partium allegationes referri *in principio vſque ad verſic. Quare*, vbi Pontifex de meritis cauſæ incipit agere, ita vt totius deciſionis fundamentum collocet *in verſ. ſed etſi teneret*, vt rectè vidit Pareia *num.* 70. † Neque rurſus admitto quod idem 29 Pareia *ibi* docuit, dici Monaſterium loco hæredis, munere ſcilicet, & effectu, non verò nomine, quaſi ita ratiocinetur Pontifex. Filius, quia habet ius ſuccedendi in hæreditate ex iure ſuitatis excludit fideicommiſſarium, ergo cùm Monaſterium habeat ius ſuccedendi in bonis Monachi ex iure profeſſionis, in quod Monachus cum capite fortunas quoque ſuas tranſtulit, vt loquitur IC. *d. l. qui liberis* 8. *§. teſtamento, de bon. poſſ. ſecund. tab.* excludet fideicommiſſarium. Rationem annectit, quia *non videtur ſine hærede decedere*, quaſi dicat, ideò excludit, quia eſt hæres virtute adoptionis, vt filius virtute ſuitatis.

Quæ interpretatio quàm violenta ſit, & litteram 30 deſtruat, nemo eſt qui non videbit, quia Monachus eſt filius Monaſterij, non verò pater, vt dixi. Neque fictio quæ inducitur ex profeſſione, debet illum facere iam filium, iam patrem, *§. minorem* 5. *Inſt. de adopt. l. filio* 23. *D de lib. & poſth.* Rurſus, quia aliud eſt cum hærede decedere, aliud cũ filiis, *d. l. ex facto, §. ex facto*, cum dictis à nobis *ſupr. & in l. fin. ſupr. de iure fiſc.* & teſtator ad eos voluit reſpicere, & in eo caſu voluit excludere fideicommiſſum, non in alio, quando extraneus erat hæres. Neque ratiocinatio poteſt conuenire, quia non ſequitur, Monaſterium ſuccedit iure profeſſionis, ergo eſt filius, neque Monaſterium iure adoptionis vocatur tanquam filius, ſiquidem per illam fictionem debet cenſeri pater. Accedit verbum *inſtituit*, quod veram hæredis nominationem & vocationem præſupponit.

Quamobrem aut ego maior ſciolus ſum, quam om- 31 nes, aut dicam ſpeciem *dict. cap. in præſentia*, non rectè calluiſſe Doctores. Nam præſupponendum eſt, tanquam indubitatum, Monachum illum in oblatione Monaſterio factâ ita obtuliſſe ſe & ſua, vt voluerit Monaſterium ſuum hæredem eſſe, & conſequenter illud hæredem declaraſſe. Id aperte indicat allegatio fideicommiſſariorum, qui contendebant Monachum minorem fuiſſe tempore oblationis, quaſi dicerent non potuiſſe teſtari propter minorem ætatem. Secundò, quia verba illa, *intelligendum non eſſe ſine hærede decedere qui monaſterium inſtituit hæredem*, adeò certa & clara ſunt, vt neſciam quomodo clarius potuit id explicari à Pontifice, ſcilicet Monaſterium fuiſſe inſtitutum? & ita ſenſus eſt, qui inſtituit hæredem, quomodo poteſt dici mori ſine hærede? † Ex quo in 32 admirationem rapior quoties lego tot interpretantium volumina circa mentem *dict. capit. in præſentia*, ſcribentium Monaſterium haberi loco hæredis, & haberi loco filij, & ſexcenta huiuſmodi. Et ſi talis traditionis rationem, quam tradunt, attendas, eos confuſos videbis, non minus, quàm diuerſos diſtinguentes inter vitam contemplatiuam & actiuam, vt conditio quæ ab illa retrahit, ſit turpis, & ita reiicienda, quod nec Pontifex vnquam ſomniauit, vt animaduertit Couar. *libro primo var. capit.* 19. *numer.* 6. *&* 7. † Neque melior eſt alia ratio 33 quæ in noſtris ſcholis Salmanticenſibus à melioris iudicij viris ſolet amplecti, quos refert & ſequitur Pareia *ſupr. numer.* 30. *verſ. tertio autem*, & fuit originalis Caſtren. *in Auth. niſi rogati numer.* 4. *C. ad SC. Trebellian. & in Auth. ſi qua mulier, numer.* 3. *Cod. de ſacroſ. Eccleſiis.* & tenet quoque Cenedo *canon. quæſt.* 5.

*numer.*30. quam deducunt ex coniecturata mente teſtatoris quòd crediderit lex teſtatorem dum condit teſtamentum cogitare de ſuæ animæ ſalute, & ita ſupponere, quòd ſi ipſe de profeſſione filij cogitaret vt propriæ animæ conſuleret, prætuliſſet Monaſterium ſubſtitutis, quemadmodum prætulit filios grauati. Quoniam quiſque creditur magis diligere animam ſuam, quam ſubſtitutum, cùm pium ſit bona Monaſterio relinquere, & vtile animarum ſaluti, & ita grauato filio ſub conditione, *ſi ſine liberis*, ſubintelligenda eſt illa conditio prӕterquam ſi grauatus religionem pro-
34 fiteatur. † Quæ ratio non debet prætextu pietatis admitti, cùm ille, qui cogitat de animæ ſuæ ſalute, non ex hoc velle creditur Monaſterium admitti, cum plerumque maioris meriti ſit, ſuis conſanguineis relinquere, quàm Monaſterio, cùm in conſcientia teneatur teſtator relinquere conſanguineis, non extraneis, vt ex *cap. quicumque fin. 17. quæſt.* 4. colligunt relati à Gomezio *in l.* 8. *Tau. num.* 4. Palacios Rub. *in l. 17. num.* 13. *& in l.* 31. *num.* 51. Nauarr. *in Man. cap. 26. num.* 36.

35 Dicendum eſt itaque in ſpecie *d.c. in præſentia* ſubſtitutum fuiſſe excluſum, quia illa conditio, *ſi ſine liberis*, appoſita alicui, qui ingrediatur religionem, habetur pro non ſcriptâ, eo ipſo quod Monachi efficiantur, vt expreſsè deciditur *Nouell.* 123. *cap.* 37. quæ eſt, *Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. § ſed & hoc præſenti, alias incipit, Si quis ſub conditione.* ibi, *Tales conditiones inualidas & pro non ſcriptis eſſe.* Hoc autem introductum eſt religionis fauore, cuius reſpectu aliquando ſtricta diſputandi ratio inſuper habetur. *l. ſunt perſonæ* 43. *D. de religioſ. & ſumpt. fun.* & ex ſimilitudine nuptiarum ſpiritualium, quas cum monaſterio celebrat Monachus. *c. inter corporalia, de tranſlat. Ep.* vt ſicut conditio quæ impedit nuptias, fauore earum pro non ſcriptâ habetur, *l. quoties.* 22. *l. cum tale* 71. *§. reſcriptum. D. de cond. & dem. cum vulg.* ita & hæc, de quâ agimus, pro non edictâ habetur, fauore
36 religionis. † Quæ ratio etſi ab aliquibus ex Præceptoribus noſtris impugnetur, teſte Pareia *n.* 29. *&* 30. veriſſima eſt. Neque quidquam facit dicere in contrarium hanc conditionem reiici, quia auertit à monaſticâ vita, quia hoc non ſit propter eam rationem, ſed propter fauorem, quem in religionis conſeruatione impendunt leges. Minus ad rem facit alia ratio, vt deciſio *d.c. in præſentia*, iure communi, non verò iure ſingulari procedat, quia ea conditio ſit adimpleta, vt demonſtrant ea repetita verba, *non videtur ſine hærede decedere.* cum contrarium longe verius ſit, quia iure communi non potuit admitti monaſterium contra patruos ſubſtitutos, ex eo quod contrarium ſuadeant iuris communis regulæ, vt agnouit Gutier. *d. lib.* 1. *can. q.* 32. *num.* 19. Tum quia eſſet in poteſtate grauati excludere eos, contra expreſſam voluntatem defuncti, *l. ſub hac* 8. *D. de oblig. l. nec ei* 7. *§.* 1. *D. de adoption.* cum notatis à Fabro *in iuriſprud. tit.* 10. *princ.* 4. *illat.* 12. Cacheran. *deciſ. Ped.* 126. *num.* 15. *&* 16. Rurſus, quia illa verba potius fuerunt adiecta, non vt Pontifex decideret, ſed vt confirmaret principalem deciſionem, vt indicant verba ſequentia illic, *hoc monaſterio non nocebat.* quaſi diceret admittendum eſſe monaſterium, quia ei prodeſt iure ſingulari religionis, & quod adiuuabatur ex inſtitutione à Monacho factâ quod non poterat, inquit, monaſterio nocere, ſed imo prodeſt, quia videtur teſtator vocans ſubſtitutos in defectum liberorum velle eos admitti, quando ab inteſtato deceſſerit eius filius. Hæc in re lubrica & obſcura, vbi minimè pedem ſecurè, figere poteris, ſcripſi, fortaſſe viam muniui, vt alius veritatem facilius conſequi poſſit, altiùs & maiori cum ingenio ratiocinando.

37 Ex quo, vt filum noſtræ diſputationis repetamus, infertur in ſpecie, de qua *in hac lege vnica*, hæredis nomen non eſſe largè accipiendum, vt voluit Accurſ. *in præſenti*, & Plate. *n.* 7. *in fin.* Valenz. *n.* 20. in omni hærede, ſiue teſtamentarius ſit, ſiue legitimus, ſed ſtrictè vt tantùm filios comprehendat, vel hæredes ſcriptos in teſtamento, non tamen, qui ab inteſtato poſſunt venire: quod expreſsè demonſtratur *in l.* 1. *C. Th. hoc tit.* ibi, *Si quis fortè deceſſerit, qui communi nomine donatum aliquid impetrauerit, nec ſuperſtites reliquerit ſucceſſores, placet non ad extraneam perſonam, ſed ad ſocium peruenire portionem illius, qui inteſtatus, aut ſine liberis defunctus eſt.* quæ verba intellige de eo, qui nec teſtamentum fecit, hæredem inſtituendo, etiam extraneum, vel liberos, non reliquit; propter dictionem illam *aut*, quæ ita dicere cogit. Cùm illa verba, *nec ſuperſtites reliquerit ſucceſſores*, de filiis ſint accipienda, vt patet. Nam ſucceſſores ſuperſtites relinquit qui legitimos habet: & ſi dicas de legitimis *ibi* agi, qui poſſunt conuenire ſequentia verba, *placet non ad extraneam perſonam.* quæ enim alia perſona extranea admitti poterat, niſi qui vocabatur ab inteſtato, vel ius ſuccedendi habebat, vt vxor, vel maritus? Item etiam, quia *extranea* dicitur reſpectu filiorum, non autem reſpectu ſocij, ſi ea vox adaptetur præcedentibus illis, *ſuperſtites reliquerit ſucceſſores*, iuxta ea, quæ diximus. & ita Anianus *d. l.* 1. interpretatur, adiiciens, *Meritò enim ſocius præfertur, vbi nulla filij perſona interueniſſe cognoſcitur.* † Expunxit ergo 38
Tribonianus vocem *extraneam* ſatis audenter, & incautè, & ex duabus legibus, quæ in Codice Theodoſiano reperiuntur, hanc conflauit, quam in Codice noſtro Iuſtinianeo videmus, vt ſic clara Imperatorum reſcripta obſcuraret. Vnde cognoſcitur multa pro arbitrio in libris Iureconſultorum & reſcriptis Imperatorum addidiſſe, mutaſſe, & ſuſtuliſſe, ex ſuo capite, quorum libros ſi integros haberemus, paſſim eius manus animaduerteremus, prout hîc & in aliis legibus horum librorum. † Sic etiam & titulum ipſum im- 39
mutauit, & cùm antea ita conciperetur prout in Codice Theodoſij, *ſi petitionis ſocius ſine hærede defecerit*, in Codice noſtro repoſuit, *ſi liberalitatis Imperialis ſocius*, &c. Quamuis hoc non ſine ratione effecerit, vt ſcribunt Cuiac. & Gothofr. quia petitiones fuerant iam ſublatæ ex titulo *ſuprà de petitionib. bon. ſub.* Cum tamen lex noſtra multò ante ſcripta ſit, quam petitiones illæ abolerentur, vt inſcriptiones indicant. Nam hæc habet Auctorem Conſtantinum, illæ verò leges quæ petitiones tollunt, ſint Gratiani, & Valentiniani, & Theodoſij ſequentium Auguſtorum.

Senſus ergo noſtræ legis, & *d. l.* 1. *C. Th. hoc tit.* eſt, 40
quòd ſi ſocius moriatur, nullo hærede relicto, in teſtamento ſcilicet, vel moriatur ab inteſtato ſine liberis, tunc cæteri qui poterant ab inteſtato vocari, excludentur, & ſocius admittetur. Ita intelligas oportet illa verba *d. l. primæ.* ibi, *Qui inteſtatus, aut ſine liberis diem defunctus eſt*, vt *in leg.* 2. *in pr. & §. ad filiorum infr. quando & quibus quarta pars.* vbi quilibet hæres inſtitutus, vel ab inteſtato à curiali tenetur curiæ quartam reſtituere, præterquam ſi ſint filij teſtatoris. † Ex quo 41
ceſſat iam quæſtio quam mouet in præſenti Accurſ. *verb. nullo hærede*, & poſt eum Rebuff. *in fin.* Platea *n.* 7. *in fin.* Valenzuel. *num.* 20. Salicet. *in l.* 1. *C. vnde vir. & vxor. n.* 5. Alciat. *in l. ſi mihi & Titio* 110. *de verb. obl. n.* 19. An præferendus ſit ſocius vxori, qui malè anteponebant vxorem ſocio? Omitto eam inſpectionem, vxorem non admitti iure hæredis, ſed iure prætorio, quæ diſputare Interpretes coëgit, an bonorum poſſeſſor veniat hæredis appellatione? in quo articulo ſuo more ſeſe diffundit Valenzuela *d. n.* 20. cùm tamen ex ſupradictis ea diſputatio ceſſet. Neque *l.* 6. *tit.* 16. *p.* 6. quidquam in contrarium nos debet mouere, quæ poſt omnes legitimos hæredes vocat virum & vxorem, & poſtea fiſcum, & de ſocio nihil diſponit. Nam hæc ſucceſſio iure ordinario procedit, quæ non ex eo excludit extraordinariam & ſpecialem ſucceſſionem, de qua *in præſenti*, & quæ ſolùm habet locum in donatio-

ne

ne Principis duobus conceſſa. Vt enim Imperialis for-
tuna omnes ſupereminet, aliàs ita oportet principales
liberalitates culmen habere præcipuum, vt ait Iuſtin.
*in l. cùm multa 7. Cod. de bonis quæ liber.* facitque *l. pen. C.*
*de donat. inter l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript.* &
ita iam conſtat in hoc tractatu hæredis nomen dunta-
xat comprehendere ex teſtamento ſuccedentem, vel
eos, qui ſunt filij poſſeſſoris.

42 Nunc videndum eſt, an ſocius admittatur eo in ca-
ſu, quo ſocius non ſit mortuus naturaliter, ſed inutili-
ter, verbi gratiâ, ſi deportatus fuerit, vel in metallum
damnatus, vel fiat Monachus, vt in ſpecie *l. Gallus §. &*
*quid ſi tantùm D. de lib. & poſth.* iunctis quæ obſeruant
DD. *ibi*, & Caſtillo *lib. 6. controuerſ. cap. 162. tot.* & nos
*lib. 1. obſeru. c. 12. ex n. 2.* & eo in caſu dicendum arbi-
tror ſocium minimè admittendum, quia hoc verbum
*deceſſerit*, appoſitum in diſpoſitione, non verificatur in
morte ciuili, ſed in naturali. *l. Statius Florus 49. §. Corne-*
*lio, de iure fiſci.* & in terminis compendioſæ ſubſtitu-
tionis ita probant plures, quos refert Intrigliol. *de*
*ſubſt. 3. cent. quæſt. 49. tot.* Ratio eſt, quia mors ciuilis
eundem operatur effectum, quem naturalis, quando in
iure ita exprimitur, quod in præſenti non eſt expreſ-
ſum, nec poteſt talem effectum operari, & cum ſit
43 mentio mortis, in dubio intelligitur de naturali. † In
contrarium facit quod de morte naturali ad ciuilem
valet argumentum, quando idem effectus reſultat ex
vtraque *l. 1. §. fin. D. de bon. poſſ. contra tab. l. 4. D. de bon.*
*liber. l. actione 65. § publicatione. D. pro ſocio l. ex part. 121.*
*§. inſulam. de verb. oblig. § publicatione. Inſtit. de ſociet.* no-
tant plures à me congeſti *d. lib. 1. cap. 11. num.* 8. & poſt
illa ſcripta Fuſar. *de ſubſt. quæſt. 430. tot.* Vnde cum ſo-
cius ſine filiis & teſtamento deportatus eſt (nam ipſe
teſtari non poteſt, & ſi faciat, irritum fiet. *l. ſi quis filio*
*6. §. eius 7. D. de iniuſt. rup.*, cùm bona ſuo fiſco vindi-
centur, videtur dicendum, excluſo fiſco, vel Monaſte-
rio, ſocium ad eam portionem eſſe admittendum, quæ
44 ex liberalitate Principis contigit. † Facit quoque, quia
cùm ſocius admittatur, quando ſine liberis, vel ſine hæ-
rede ſcripto ſocius deceſſerit, non poterit Monaſte-
rium, vel fiſcus eum excludere, contra expreſſam diſ-
poſitionem noſtram, quæ prohibet, vt ad aliam perſo-
nam minimè tranſeat ea portio, iuxta eam doctrinam,
quæ habet non vocari monaſterium contra ſubſtitu-
tum, quando expreſsè illud excluſit teſtator, de qua
Pareia *in d. cap. in præſentia, num. 31.* & Fuſarius *d. cap.*
*430. num. 18.* & quando vult teſtator bona conſeruari
in familia, quo caſu excluditur. Fuſar. *vbi ſup. num. 54.*
Sic ſimiliter cum hic lex ſtatuat, vt in ſocio ſolatium
liberalitatis principalis permaneat, ſemper videtur vo-
luiſſe vt conſeruaretur in ſocietate. Neque oberit *d.*
*§. Cornelio*, cuius veram interpretationem tradidimus
*d. lib. 1. obſeru. c. 11. & in l. vnic. ſup. de pœnis fiſc.* indéque
ad alia argumenta facilè reſpondetur, non eſſe neceſſa-
rium, vt iure caueatur quod mors ciuilis habeat eoſ-
dem effectus, quos naturalis mors, ſed tantùm ſufficit,
vt alicui pœnæ tribuantur effectus tales, vt bonis
amiſſis, & in fiſcum tranſlatis, aliquis perdat ciuita-
tem, & libertatem, prout in deportatione & in metalli
damnatione videmus.

45 *Secundò* ex deciſione noſtræ legis, & iis, quæ ad eius
exornationem tradidimus, venit examinandum ſatis
graue dubium, quod primus excitauit Angel. quem re-
fert & ſequitur Platea *hic num... fin. ad fin.* Quod ſi te-
ſtator legauit vxori, ita vt poſt mortem ipſius tale le-
gatum reuerteretur ad filias eiuſdem teſtatoris, & ea-
rum hæredes, an moriente vnâ earum filiarum, & al-
terâ ſuperſtite ſuccedat in ea parte hæres extraneus fi-
liæ mortuæ. In quo dubio ſupradicti excludunt hære-
dem extraneum, quoniam repugnat præſumpta mens
teſtatoris, qui prædilexit vxorem, & prætulit filiabus,
& filias hæredibus ſuis, atque ita prius filiæ nominatæ
cenſentur prædilectæ, maximè quia ſunt nominatæ in
ſpecie, hæredes verò in genere, quo caſu debent præfer-
ri ex vulgari traditione, quæ præfert eos, qui ſpeciali
nomine ſunt nominati, iis, qui ſub generali nomine
ſunt nominati, iis, qui ſub generali nomine compre-
henduntur, quam probat *l. cùm ita 33.* aliàs eſt *l. cùm*
*omnia. § in fideicommiſſo. verſ. & poſt omnes. D. de leg. 2.*
vbi in fideicommiſſo familiæ relicto nominati præfe-
runtur, ita vt vno ex nominatis mortuo, portio eius ad
cæteros nominatos pertineat, & cæteri qui ſunt de fa-
milia, non admittantur niſi poſt omnes nominatos ex-
tinctos: quod poſt antiquiores *ibi* obſeruarunt Co-
uarr. *in 1. part. quæſt. 38. n. 4.* Coſta *in cap. ſi pater, verb. ſi*
*abſque liberis, num. 7. de teſt. in 6.* Caſtren. *conſil. 37. num.*
*49. lib. 2.* Menoch. *conſil. 514. n. 2. tom. 6.* Fuſar. *de ſubſt.*
*quæſt. 359. tota*, & in ſpecie Anellus Amatus *conſil. 36.*
*n. 6.* & præcipuè *conſil. 74. num. 33.* † Ruſſus facit *l. 4.* 46
*verſ. quem quidem. C. ad SC. Tertyllian.* ibi, *Quem quidem*
*ſemiſſem ſi duobus filiis, vel filiabus pluribuſve donauerit, &*
*fortè vnus, vel vna obierit, ſemper ad ſuperſtites fratres, vel*
*ſorores volumus pertinere.*

*Vltimò* expendo elegans reſponſum Iuliani *in l. qui-*
*dam teſtamento 30. de vulg. ſubſt.* vbi portio deficiens
non aliter ad ſubſtitutum pertinet, quam ſi omnes per-
ſonæ, quibus ſubſtitutio facta fuiſſet, prius defecerint:
cui adiunge *l. codicillis 34. in princ. iuncto verſic. idem*
*quæſiit. de vſufruct. legat. l. qui quartam 15. §. fin. de legat. 1.*
iuncto Menoch. *d. conſil. 514. num. 2.*

Neque in contrariam ſententiam nos debet mouē- 47
re Scæuola *in l. Lucius 78. §. Caio 7. D. ad SC. Trebellian.*
vbi in ſubſtitutione fideicommiſſariâ facta poſt mor-
tem plurium, admittitur ſubſtitutus poſt mortem cu-
iuſlibet ad eius portionem, vnde in ſpecie propoſita
poſt mortem cuiuſlibet nominatæ filiæ admittendus
erit hæres. Quo etiam modo videtur procedere, quod
idem Scæuola tradit *in l. fin. §. filium. D. de legat. 2.* vbi
ſi duobus libertis relinquatur, vt poſt mortem ſuam
filiis teſtatoris reſtituant, pars quæ vacauerit per mor-
tem vnius non remanet penes alterum, ſed ad filium
teſtatoris pertinere docet. † Quibus iuribus ita ſatiſ- 48
faciendum cenſeo, in hac ſuſtitutione precaria, ſeu fi-
deicommiſſaria ſemper eſſe attendendam voluntatem
teſtatoris, quemnam voluerit magis admitti ex voca-
tis, vel ex ſubſtitutis, *l. penult. D. de leg. 1. l. cùm propone-*
*batur 64. de l. 2. l. fideicommiſſa 11. § item ſi quis 19. de l. 3.*
cum aliis. Quare cùm *in d. §. Caio* prædilectus magis
fuerit ſubſtitutus, quam grauatus ſuperſtes, ſequitur
ad portionem eſſe admittendum; quod non procedit
quando ex grauatis, quibus ſubſtitutio facta eſt, ſuper-
eſt aliquis qui magis dilectus fuerit teſtatori, quam
ſubſtitutus. Nam ex veroſimili mente teſtantis debet
excludere ſubſtitutum, cum videatur tunc ſubſtitutio
facta poſt mortem omnium. *leg. ſi pater 25. Digeſt.*
*de vulgar. leg. penult. C. de impub.* vbi duobus impuberi-
bus inſtitutis pater adiecit, *Si vterque impubes deceſſerit,*
*Titium ſibi hæredem eſſe*, & cum quæreretur apud an-
tiquos, an id voluiſſet teſtator vt altero ex filiis defun-
cto impubere, ſubſtitutus ſtatim admitteretur, excluſo
fratre, docet ex Sabini ſententiâ Imperator altero mor-
tuo ſuccedere fratrem non ſubſtitutum, vt non aliter
maluiſſe cenſendus ſit teſtator ſubſtitutum admitti,
quàm ſi vterque filius in pupillari ætate deceſſerit, vt
docent Alex. & Decius *in d. l. penult.* Bar. *in l. hæredes mei.*
*§. cùm ita. ff. ad Trebell.* Couar. *in c. Raynutius, de teſt. §. 8.*
*n. 4.* Ant. Gabriel *lib. 4. com. opin. tit. de ſubſt. concl. 3. & 4.*
conferunt quæ tradunt Grauetta *conſ. 43.* & Menoch.
*conſ. 198. n. 17. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 75. n. 7.*

Huic finitima eſt alia quæſtio, An ſi facta ſit dona- 49
tio alicui, qui ex primo matrimonio filium habe-
bat, & ſecundas nuptias ambibat pro ſe, & filiis ſuis,
qui ex tali matrimonio procreandi erant, & duobus
filiis ſuſceptis moriatur, poſtea alter ex filiis obierit,

ſuperſtes frater in re donata præferendus ſit fratri ex primo matrimonio nato, ita vt eum excludat à portione vacante fratris mortui? In qua re conſuluit rectè Amatus *d.conſil.*74. rem omnem donatam ad fratrem pertinere, excluſo fratre conſanguineo, iuxta *ſuprà* reſoluta: quibus adiicies quæ obſeruat Ant.Gom. *in l.*8.*Taur.n.*9. qui docet fratribus vocatis à teſtatore, cùm haberet fratres vtrimque coniunctos, & alios ex vno latere tantum cenſeri vocatos fratres vtrimque coniunctos, quod præter ab eo relatos probant quoque allegati à Cornelio eius Additionatore *n.*9.

50 Rurſus ex ſupradictis circa legem noſtram infertur ad dubium aliud non inelegans, neque inutile, an ſit locus huic conſtitutioni circa ea bona quæ apud nos dicuntur *Enrriqueños*, quæ ex liberalitate Henrici Regis II. prouenerunt? Nam cùm occiſo fratre Petro cognomento *el Iuſticiero* regnare cœpiſſet circa annum 1365. vel, vt alij volunt, 1369. vt regiam dignitatem tueretur ad alliciendos confirmandoſque Procerum animos, multas magnaſque donationes effecit, ita vt videretur regni potentiam imminuiſſe in illorum temporum confuſâ perturbatione, vt teſtatur Marin. Sicul. *lib.*7.*de reb. Hiſpan.* Sedenno *de viris illuſtr. tit.*5. *cap.*5. Marian. *de reb. Hiſpan.lib.*10.*cap.*2. Illeſcas *lib.*6. *hiſt.Pontific.c.*19. Caſtillo *in hiſt.Gothor.lib.*4. *diſcur.*8. & paſſim noſtri, & Theatr.vitæ hum. *vol.*3.*lib.*11. cuius quidem donationis regiæ fit mentio *in leg.*11.*tit.*7. *lib.*5.*recop.* explicat Caſtillo *tom.*5.*controu.cap.*86.*ex n.*77. & relati à Robles *de repræſent.lib.*3.*cap.*16.*num.*10. quæ munificentiam, qua vſus eſt ita prodigè, teſtamento reſtrinxit, quam quoque reſtrictionem admiſit Ioannes I. Portugalliæ Rex mente priùs conceptam (vnde mentalis lex dicta) poſtea Eduardus eius filius in ſcripturam redegit *lib.*2.*ordinat. Luſitan. tit.*17.§.1. cuius verba refert Coſta *in q. patrui & nepot.*1. *p.tota,*
51 & Caſtill. *vbi proximè n.*142.† Eſt itaque dubitatio, An ſi duobus, aut pluribus conſortibus facta fuerit ea donatio alicuius rei, ſeu plurium rerum, oppidi ſcilicet, caſtri, iuriſdictioniſve, ſiue res ſit diuidua, vel indiuidua, ſecundùm ea quæ conſiderat Bald. *hîc n.*3.*&* 4. debeat pars ſocij decedentis remanere apud alterum ſocium? In quo dubio etſi videretur dicendum, iuxta regulam legis noſtræ, ad ſocium pertinere vacantem partem, excluſo fiſco, ne hæc lex corrigatur. *l præcipimus, C.de appell.* quod iura ſemper curant *l.*1. *C.de inoff. dotib.* item etiam, quia fuerint factæ eiuſmodi donationes ob ſeruitia & benemerita, vt teſtatur *d.l.*11. ad ſocium magis deſpuerunt pertinere, ſicut in feudis quæ tribuuntur ob ſeruitia *cap.*1. *de feudis,* vbi omnes
52 *c.*1.§.*fin. in quib.caſ.feud.amit.in feud.*† & in eis militare legem noſtram docuerunt Bal. *in l.vnic C.de caduc.tollend.* & alij, quos congerit Fulu.Conſtan. *in l.*1 *infr.de filiis official.num.*80. Fachin. 80.*lib.*7.*contr.cap.*63.

53 Nihilominus dices in terminis *d.l.*11. *Recop.* non eſſe locum noſtræ deciſioni, quæ minimè poteſt conuenire cum illa, *l.*4.§.*toties. D. de damno infect.* Nam Conſtantinus hic vocat ſocium, ſi ſine hærede alter deceſſerit. At *d.l.*11. nouam aliam formam præſcribit, ſcilicet vt tales donationes habeantur iure primogenij, & deferatur filio maiori maſculo eiuſdem donatarij ex iuſtis nuptiis procreato, & poſſeſſore mortuo ſine liberis legitimis, redire teneatur liberalitas ad regiam coronam. Vnde cum diſſimiles ſint caſus, & termini, nequit de vno ad alium valere argumentum. *l.Papinianus D.de minor. l.penult. D.de calumniat. Auth. cui relictum C.de indicta viduit.* ibi, *ſecundum terminos & caſus.* Ita eleganter notauit Valenzuela *hîc ex num.*23. *verſ.his igitur.* vbi latè diſputat, An in feudis habeat locum lex noſtra, cuius ſcripta tranſcripſit Fuluius *ſuprà* allegatus.

54 *Vltimò* circa legem noſtram dubitatur, An procedat in donatione facta à Principibus inferioribus, qui non ſint Imperatores, Reges, aut ſimiles, qui dicuntur ſoberani, aut ſupremi, habent tamen penè ſoberanum imperium, licet Imperatorem recognoſcant, quales ſunt Dux Mantuæ, Mediolani, Reſpublica Senenſis, quos nominat Menoch. *d.conſil.*514.*numer.*4. Petra *de poteſt.Princ. c.*6.*n.*75. qui cum aliis antiquis reſoluunt eas donationes regulandas eſſe iuxta legem noſtram. De aliis verò inferioribus, quales ſunt domini vaſallorum, & Barones, beneficium huius legis non eſſe accipiendum, rectè contra Lanarium *reſp.*13. docuit Fuluius *ſupr.n.*71.*& ſeqq.*

# TIT. XV.

## *De Theſauris.*

## LEX VNICA.

*Imp.* Leo A. *Erythrio P.P.*

Nemo in poſterum ſuper requirendo in ſuo, vel alieno loco theſauro, vel ſuper inuento ab alio, vel à ſe, effuſis precibus pietatis noſtræ benignas aures audeat moleſtare. Nam in ſuis quidem locis vnicuique dummodo ſine ſceleratis ac puniendis ſacrificiis, aut aliâ qualibet arte legibus odioſa theſaurum (id eſt, condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia) quærere, & inuento vti liberam tribuimus facultatem, nec vlteriùs Dei beneficium inuidioſa calũniã perſequatur, vt ſuperfluum ſit hoc precibus poſtulare, quod iam lege permiſſum eſt, & Imperatoriæ Maieſtatis videatur præuenire liberalitas poſtulanda. In alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, imò nec volentibus, vel ignorantibus dominis, opes abditas ſuo nomine perſcrutari. Quod ſi nobis ſuper hoc aliquis crediderit eſſe ſupplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco theſaurum ſcrutatus inuenerit, totum hoc locorum domino reddere compellatur, & velut temerator legis ſaluberrimæ puniatur. Quod ſi fortè vel arando, vel terram alienam colendo, vel quocumque caſu, non ſtudio perſcrutandi in alienis locis theſaurum inuenerit, id quod repertum fuerit, dimidiâ retentâ, alterâ dimidiâ datâ, cum locorum domino partiatur. Ita eueniet, vt vnuſquiſque ſuis fruatur, & non inhiet alienis.

*SVMMARIVM.*

1 *Summa huius legis, & enuntiatio quæ ex ea colligitur, exornatur tum legibus, tum Auctoribus.*

2 *Ratio inueſtigatur, quid ſit theſaurus, eius diffinitio & etymon,* & n.3.& 8.

4 *Theſauri nomine aliquando abutuntur Conſulti pro re & pecunia, quæ in poteſtate habetur,* & n.5.& 6.

7 *Theſaurus dicitur donum Dei, vel fortunæ.*

9 *Theſaurus an dominum habere deſierit, reprobatur Donelli ſententia. Quid ſi pecunia recenter ſit depoſita,* & n.10.

11 *Verba illa legis,ſine ſceleratis ſacrificiis,*aut alia arte legibus odioſa,*explicantur, & de arte magica aliqua adducuntur.*

12 *Oſtenditur omni iure damnatam artem magicam eſſe, & apud omnes nationes deteſtatam.*

13 *Ad theſauros inueniendos ſolent Magi vti dæmonis inuocatione.*

14 *Prohibentur in inuentione theſauri magica ſacrificia, & qualia hæc fuerint?*

15 *Explicatur* l.ex Senatuſconſulto 13.D.ad l.Cornel. de ſicar.

16 *Ratio quare inuentio theſauri prohibeatur mediante Magia, & de vana eius illuſione.*

17 *Theſaurus magicis artibus repertus adquiritur fiſco.*

18 *An in foro conſcientiæ poſſit retineri theſaurus magicâ arte repertus, & an lex noſtra ſit pœnalis?* & n.19. 20.21.

22 *Quis dicatur locus ſuus ad hoc vt adquiratur theſaurus, & an vſufructuarius faciat ſuum ſi repererit?* & n.23.

24 *An emphyteuta, qui inuenit theſaurum, faciat ſuum? Et quid de domino directo,* & n.25.26. *& quid de maioratus poſſeſſore,* & num.27. *& quid in loco pignorato,* n.28.

29 *An poſſit vti remedio* l.2.C.de reſcind.vendit. *ob theſaurum in re vendita repertum ab emptore, & quid in vena metalli,* & n.32.

30 *Aurifodinæ & argenti fodinæ & cætera vena metallorum, cenſentur fundi partes,* & num.31. *& quid de iure noſtro,* & num.33.

34 *An in adquiſitione theſauri neceſſariò debeant interuenire & inuentio, & apprehenſio?*

35 *Bonæ fidei poſſeſſor non ante fructus lucratur, quàm à ſole ſint ſeparati.*

36 *Explicatur verſus ille noſtræ legis,* in alienis, *tractatúrque de ea difficultate, quare conſentiente domino ſi aliquis inueniat theſaurum, nihil adquirat,* & n.37. 38.39.40.

41 *Prætenditur vera interpretatio & conciliatio* l.3.§.ſi in locis, D. de iure fiſci, & §. theſauros, Inſtit. de rer.diuiſ. & n.42.43.

44 *Vitanda eſt legum correctio, & quomodo hoc intelligatur?* & n.50.

45 *Si in loco Eccleſiæ inueniatur theſaurus, ad quem pertineat?* & n.46. *& reprobatur Barboſæ ſententia,* n.48.

47 *Doctori aſſerenti de conſuetudine non creditur.*

49 *Quid de iure regio hodie procedat in inuentione theſauri, & an* lex.1.tit.13.lib.6.recop. *corrigat ius commune?* & num.51.

52 *De eo qui vſurpat contra domini fundi voluntatem theſaurum inuentum, quâ actione teneatur?*

53 *De axiomate illo,* Fruſtrà precibus impetratur, quod à iure conceditur, *remiſſiuè.*

1 THESAVRI inueſtigandi in ſuo loco, vt inuento eo vtatur, cuilibet permiſſa eſt licentia, dummodò licito modo, non ſceleratis artibus, aut nefariis ſacrificiis inuentio fiat. In alieno verò loco prohibetur theſaurum ſuo nomine quærere, aliter domino reſtituere compellitur, niſi fortè arando, vel alienam terram colendo, theſaurum inuenerit: nam eo caſu inter dominum & repertorem partietur. Hæc eſt ſumma huius Leoninæ conſtitutionis. Eò ſpectant multa iura, *l.theſaurus 15. D. ad exhibend. l.item Labeo 22.D.famil. erciſc.l. à tutore 67. D. de rei vindic. l.diuortio 8.§.ſi fundum 12.in fin. D.ſolut.matrim.l.nunquam 31. §.theſaurus. l.ſi is qui 63.D.de adquirend.rer. domin. l.3. §.ſi in locis.D.de iure fiſc.§.theſauros, Inſtit.de rerum diuiſ. l.1.& 2.C.Th.de theſaur. Nouell.51. Leonis, de iuro regio. l.45.tit.28.p.3.l.1.tit.13.lib.6.recopil.*conferunt Caſſiodor.*lib.6. ep.8.* Alexand.ad Alex. *lib.2. genial.c.2.in fin.* explicant præter relatos à Pichar. *in d.§.theſauros.* Gothofr. *in not.ad d.Nouell.*51.Connan.*lib.3.com.c.4.* Donell. *lib.4.com. cap.*14. vbi Oſvval.Forcatol. *in Necyom. dial.*56.*num.*4.Barboſ.*in d.l.8.§.ſi fundum, num.*31.*& in §.ſi vir,num.*25.*D.ſolut.matrim.* Afflict. *deciſ.*321.Peregrin. *de iure fiſci lib.4.tit.2.* Farinac. *3.tom.crim.q.*104. *tot.*Molin.*de iuſtitia & iure* 1.*tom.diſp.*56. Gutier. *de tutel.3.part.c.26.& lib.41.part.quæſt.*36. Ceual. *com.quæſt.* 514. Maſtril. *lib.3.de magiſt.c.*10.*ex n.*316.& poſt hæc ſcripta (nam ſolemniter in Cathedra Voluminis hanc legem Salmanticæ explicuimus) D. Ioan. del Caſtillo *tom.7.de Tertiis.c.41.ex n.*104.

Huius enuntiationis ratio petenda eſt ex natura theſauri, qui ita à Paulo definitur *in d.l.nunquam.§. theſaurus,de adq.rer.dom.* ibi, *Vt ſit vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat.* In quam coniurant aliæ definitiones, traditæ à Leone hîc, vt ſit *condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia,* (ſeu *monilia,* vt legitur *in l.2.C.Th.h.t.* vt ſignificetur non ſolùm theſauri voce contineri pecuniam, ſed etiam quæuis alia pretioſa, vt docet Alciat.*lib.7.parerg.c.1.*) & à Caſſiodor.*d.l.6.epiſt.*8.qui ait *Eſſe depoſitiuas pecunias, quæ longâ vetuſtate competentes dominos amiſerunt.* quibus adſtipulatur Virgil. *lib.1.Æneid.verſ.*362. 2

> *Auxiliúmque viæ veteres tellure recluſit.*
> *Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.*

Notat Cuiac.*lib.31.Paul.ad edict. in d.leg.nunquam,* vbi etiam Giphan.Connan. *ſupr.d.c.*4.Petr.Gregor.*lib.*23. *ſyntag.c.3.num.19.& libro 3.cap.*11. Gregor. *in lege* 45. *tit.*28.*p.*3.Nauarr. *in Man.cap.17.num.*172.Ioan.Pineda *de rebus Salomon.libro.4.cap.*22.Cerda *ad Virgil.ſupr.* Forner. *in not. ad Caſſiod. dicta epiſt.*8. † Vnde theſauri 3
vox non omnem pecuniam reconditam continet; ſed eam tantùm, de cuius depoſitione, ſeu inſeſſione non extat memoria, indeque theſaurus dictus ἀ θῆ & αὔριον, ſi credimus noſtro doctiſſimo Iſidoro *lib.16. origin.cap.*17. quaſi repoſitum, vel quòd aſſeruatur in futurum, vel deponitur in craſtinum. Sequuntur Couar. *In.reg, peccatum 3.part.§.vti num...* Conn. *dict. cap.4.num.*3. Donel.*d.cap.*14.Pineda *dicto cap.*22. † Li- 4
cet impropriè eo verbo abutantur aliquando Conſulti *in leg.3.§. Neratius 3.l. peregrè 44. Digeſtis de adquir. poſſ.l.ſi vxori 39.§.1. D.de auro & arg. leg. l. item Labeo 32.Digeſtis fam.erciſc. dict. lege theſaurus 15. D. ad exhib.l.4.§. non ſit.D.ad l. Iul.pecul.* cum aliis, quæ obſeruaui ego *lib.1.obſeru.cap.26.numero 18. & ſeq.* & theſaurus quoque dicantur eædem met diuitiæ, *l.1.C.Th. h.t.* & pecunia in vſus repoſita, iuxta illud Euangelij, *vbi eſt theſaurus, ibi eſt cor tuum;* & Iſaiæ 39. D. Hieronymus dixit, *Ezechias theſaurum demonſtrat Aſſyriis, qui non debuerunt videre quod cuperent.* dicam *in lege 1. infr. de canone largit.tit.* † Vnde ſi quis metus vel præſidij, 5
aut cuſtodiæ causâ theſaurum ſub terra condiderit, huius depoſiti dominium non mutatur, imò & eius pecuniæ furtum fit, ſi quis theſaurum effodiat, & pecuniam auferat, *dicto §.theſauros,d.leg.theſaurus,* docent Platea *hîc num.1.& 2.* Cuiac. *in d.l.nunquam,& in l.44. in princ.de adquir.poſſ.libro 23.quæſt.Papin.* Ant.Fab. *in rat.ad dict. l.15. Dig. ad exhiben.* Molin. *d.1. tom.diſp.* 53. Donel. *dicto cap.*14. Gutier.*d.quæſt.36.num.*8. Barboſ. *in d.§.ſi fundum num.*26. Conn. *dict.num.*3. † Pro- 6
priè verò loquendo, theſaurus eſt, cuius non extat aliqua memoria, neque oſtendi poteſt eius dominus, & ideò cum non ſit alicuius, ſed in nullius bonis ſit, occupanti conceditur iure gentium, quo omnia, quæ nullius ſunt, occupanti conceduntur. *lege 3.in princ.de adquir.rer.dom.§.feræ.Inſt.de rer. diuiſ.cum aliis.* † Et ob id 7
dicitur theſaurus *domum Dei* in præſenti, vel *donum fortunæ,in lege ſi is qui 63.Digeſt.de adquir.rer.dom.* quaſi non humana induſtria, ſed beneficio potiùs diuino reperiatur, vt explicat Barb.*in d.§.ſi fundum,n.*41.& ideò

Plato *lib. 2. de leg.* de theſauro inuento decreuit, ad quem pertineret, ſi dubitaretur, Deum eſſe conſulendum. & Philoſtrat. *libro 2. de vita Apollonij*, refert Apollinem conſultum cui dandus eſſet theſaurus inuentus, reſpondiſſe, ei qui iuſtior eſſet, & optimus, quaſi huic
8 Deus tale beneficium conferre voluiſſet. † Rationem verò ſupradictam expreſſit Paul. *in dicta lege nunquam. §. theſaurus.* ibi, *Sic enim fit eius quod non alterius ſit.* id eſt, vt non aliter adquiri poſſit iure naturali, niſi certum eſſet nullius in bonis extare theſaurum, notant relati à Gutier. *d. quæſt. 56. n. 1. in fin.* Molina *d. 1. tom. diſp. 53. in princ.*

9 Vnde colliges erraſſe Donel *d. capit. 14.* dum ait theſaurum non deſinere dominum habere, quantumvis longo tempore depoſitum, imò ſemper theſauri aliquem eſſe dominum, ſed propter ignorantiam noſtram deſiiſſe dominum habere. Verius quippe exiſtimo theſaurum vt verè theſaurus ſit, & inuentori adquiratur, debere eſſe ſine domino, & eius depoſitionis nullam extare memoriam, alioquin furtum committeretur. *argum. l. fin. verſ. omnes autem. Cod. vnde vi*, iunctis quæ diximus *ſuprà*, notat Platea *hic num. 1.* Cujac. *libro 23. quæſt. Pap. in l. peregrè de adquir. poſſ.* & ideò Iureconſulti ratiocinatio *in d. l. nunquam §. theſaurus*, ea fuit. *Talis pecunia dominum amiſit, ergo ita fiet eius, qui inuenerit, cùm non ſit alterius.* Quapropter duo requiruntur ad rationem theſauri, vnum quòd depoſitus iam olim fuerit, & alterum quòd eius nullus ſit dominus, vti obſeruant Molina *d. diſp. 53. in princ.* Bar-
10 boſ. *d. num. 56.* Gutier. *ſupr. num. 3.* † Vnde ſi pecunia recentis eſſet depoſitionis, vel formæ vel ex inſtrumento ibi incluſo conſtet de deponente, non cenſebitur theſaurus, *l. à tutore 67. D. de rei vindic. d. l. theſaurus, D. ad exhiben.* & ſi abſcondens non extat, reſtituendus eſt eius hæredibus, neque aduerſus eos vlla poteſt opponi præſcriptio, cum qui poſſidet fundum, non ob id cenſeatur abſconditum in eo theſaurum poſſidere, *leg. 3. §. Neratius, Digeſt. de adquir. poſſ.* Quod ſi abſcondentis non appareant hæredes, fiſcus theſaurum tanquam bona vacantia occupabit. *leg. 1. & pen. ſupr. de bonis vacant.* notant Garcia *de expenſ. cap. 22. numer. fin.* & relati à Barboſ. *ſupr. num. 26.* quem tranſcripſit Gutier. *ſupr. num. 2. & ſeq.* qui quæ ad hunc articulum pertinent vtiliter tractant.

11 Ea verò conditione vnuſquiſque ſuum faciet theſaurum in loco ſuo inuentum, ſi eum quærat, inquit lex noſtra, *Sine ſceleratis ac puniendis ſacrificiis, aut aliâ quâlibet arte legibus odioſâ.* id eſt, ſine arte magica, vel dæmoniaca, vt explicuit Acc. *in præſent. verb. arte.* Platea *num. 2.* & Pyrrhus & relati à Farinac. *d. quæſt. 104. n. 18.* Maſtrill. *d. lib. 3. c. 10. n. 315.* Ita enim Magiam vocauit Philo *l. de ſpecialib. legib.* dum de ea loquens ait, *Ex hac adulterata & corrupta deſcendunt quæ proprio maximè vocabulo malas artes dicimus circumlatorum arioloriúmque, ſtudia mulierum mancipiorúmque nequiſſimas expactiones.* Caſſian. *collat. 8. cap. 21.* ibi. *Quomodo hac curioſa & malefica doctrina diluuio non perierit, in cauſa fuit Cham, qui ſuperſtitionibus & ſacrilegis artibus infectus fuit, eaſque artes cùm in arcam inferre non auderet, diuerſorum metallorum laminis inſculpſit. Clandeſtinas* artes vocauit Arnobius *lib. 2. contra gen. execrabiles,* Lactantius *libr. 2. c. 17. illicitas.* Iul. Firmic. *lib. 2. cap. 9. nefarias.* Caſſiod. *lib. 9. epiſt. 18. ſacrilegas.* Sidon. *lib. 9. epiſt. 9. curioſas* Act. cap. 19. *Curioſitatem Caldaicam.* Tertullian. lib. de Ido-
12 latr. *Magicas l. multi 6. C. de maleficis.* † Nam huiuſmodi ars non ſolùm lege diuina prohibita eſt, *Exod. cap. 22. Leuit. cap. 19. & 20. Deuteron. cap. 18. Regum lib. 4. cap. 1. Paralipom. 2. c. 33.* & Chriſtiana pietate, teſte D. Auguſtin. *lib. 3. confeſſ. cap. 3.* Verum & humanis & poſitiuis ſtatutis per omnes ætates longè reiecta & odio habita apud omnes fere nationes, apud Hebræos conſtat *Reg. lib. 1. c. 28. & lib. 4. c. 23.* apud Romanos teſtatur Cornel. Tacit. *lib. 2. annal.* facta fuiſſe Senatuſconſulta de Mathematicis Magiſque, ab Italia pellendis. Apud Scythas Herodian. *lib. 4.* idque in ſua Republica ſuaſit Plato *lib. 11. de legib.* & magni Principes earum nationum id egerunt, vt id genus dæmoniorum à ſuis expellerent vrbibus, vt Saul Ioſias apud libros Regum iam citatos, Athalaricus apud Caſſiod. *lib. 9. ep. 18.* & alij Principes *in l. 3. & ſeq. C. de maleficis & math. l. 1. & tot. C. Th. eod. tit.* Paul. *lib. 5. ſent. tit. 23. §. 9. & ſequent.* Pontifices Summi *tot. tit. de ſortilegiis, cap. ad abolendam, de hæret. cap. admoneant 26. quæſt. 7. & tot. 26. quæſt. 5.* & Catholici noſtri Reges *in leg. 3. tit. 23. part. 7. leg. 9. tit. 1. lib. 8. ordinam. in lege 5. tit. 1. & l. 5. tit. 3. lib. 8. Recop.* cum latè adductis à Did. Perez *in dicta l. 9.* Azeued. *in dicta l. 5. tit. 5. libro* 8. Petr. Gregor. *lib. 34. ſyntag. cap. 14.* Balduin. *ad leges Rom. cap. 54.* Menoch. *de arbitr. caſ. 318.* Simancas *inſtit. Cathol. tit. 10. numero 16. & tit. 62.* Don. Fran. Torreblanca *de Magia libro 1. cap. 17. num. 5. & ſeq. & lib. 3. cap. 13.* Bulenger *de vetita & licita Magia*
*libro 1. cap. 21.* † Ratio ergo huius noſtræ prohibi- 13
tionis eſt, quia ſolebant Magi, aut huiuſmodi generis ſuperſtitioſi homines Dœmonis inuocatione & auxilio theſauros quærere. Lucian. *in Pſeudomante. Pollicentur malorum immiſſiones in hoſtes theſaurorum adminicula, & hæreditatum ſucceſſiones.* Auctorque eſt Glyacas *in annal. lib. 4. p.* & Cedr. *in Anaſt.* Chabadem Perſarum Regem cùm accepiſſet in confinio Indiæ & Perſidis eſſe theſaurum opulentum in arce Tzudarenſi, eò cum exercitu profectũ, Magos adhibuiſſe, quos Dœmones repulerunt, moxque ab Epiſcopo, qui diuina miniſteria eodem loco peregerat, fugatis Dœmonibus theſaurum repertum. Idem Lucianus *in Plexan.* de Apollonio Tyaneo refert, eum ſua arte (magica nempe) theſauros quærere, & inuenire profeſſum. His artibus, credo, Equitem illum Romanum Neroni promiſiſſe immenſas illas Didonis Reginæ opes, quas ſecum exportauit in Africam, vbi vaſtiſſimis & profundis ſpecubus recondiderat, licet id irrito conatu acciderit Neroni, vt memoriæ prodiderunt Sueton. *in Neron. cap. 32. & 33.* & Tacit. *lib. 16. ann.* Certum eſt enim poſſe Dœmonem, ſi vellet, & Deus permittat, Theſauros dare, cùm ipſe nouerit omnes theſauros abſconditos, vt docent Martin. Del Rio *lib. 2. diſquiſ. Magic. quæſt. 12. n. 10.* Pineda *de reb. Salom. lib. 4. cap. 22.* Torreblanca *de Magia lib. 2. c. 13. n. 45.* qui referunt Dœmones aſſeruare ingentes theſauros Antichriſto ad impios ſuos vſus, & hominum ſeductionem.

Prohibentur quoque in præſenti inueniendo the- 14
ſauro ſcelerata ſacrificia, magica ſcilicet, quæ fiebant plerumque ſcrobe facta, & in eam nigrarum pecudum ſanguine fuſo, & homine mactato, Dœmonibus inuocatis, vt docent Buleng. *lib. 2. aduerſ. Magos, cap. 11.* Nam amare ſanguinem humanum Dœmones dicuntur, vt teſtatur D. Auguſtin. *in c. nec mirum 14. 26. quæſt. 5.* ibi, *Dœmonibus enim accitis audent ventilare, vt quiſque ſuos perimant in aliis artibus inimicos. Hi etiam ſanguine vtuntur & victimis, & ſæpe contingunt mortuorum corpora.* Cicero in Vatinium, *Cùm inaudita ac nefaria ſacra ſuſceperis, cùm inferorum animas elicere, cum puerorum extis Manes mactare ſoleas.* Sic apud Heliodor. *lib. 6. Hiſtor. Æthiopicæ.* Anus maga lunam barbaris & inauditis nominibus precabatur, & brachium incidit, & lauri ſurculo ſanguine abſterſo rogum conſpergit. Conuenit quod de his ſacrificiis traditur à Cedreno in Iouiano. *Iouianus*, inquit, *Antiochiæ multas ciſtas in regia inuenit capitibus humanis plenas, multos puteos cadaueribus hominum refertos etenim infinitas mulieres prægnantes excidit, vt in earum fœtibus exta inſpiceret, & multos infantes mactatos ſub idolis ſuis defodit, & omnibus ſuis Dœmonibus immolauit.* Luculentius Zonaras de Magnentio. *Malorum tyranno faſtigium fuit quod ad magicas præſtigias animum appulit Maxentius cùm fœminas*

*prægnan*

*prægnantes medias ſecaret vt infantium exta ſcrutaretur*,
& quæ ſequuntur, de huiuſmodi ſacrificiis horrendis,
tum propter bellum auertendum, tum vt populi amor
conciliaretur, & ſimilia, eſt videndus Spartian. *in Di-
dio.Iulian circa finem.* Paul. Diachon. *lib. 11. hiſt. miſcell.
in Maxent.* Horat. *in Epod. od.* 5. cum adductis à Buleng.
*lib. 2. aduersùs Magos c. 11. 26. & 27.* cum aliis Tor-
15 rebian. *lib. 1. de Magia c. 16. n. 23. & ſeq.* † De his ſa-
crificiis eſt accipiendus Modeſtin. *in l. ex Senatuſconſul-
to 13. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* vbi pœnâ legis Corne-
liæ tenetur, qui *mala ſacrificia fecerit. Mala ſacrificia*
ſunt magica, & quæ in hac ſuperſtitionem tendunt, vt
explicuit Paul. *lib. 5. ſent. tit. 23. verſ. qui ſacra.* ibi,
*Qui ſacra impia nocturnaue vt quem obcantarent, interfi-
cerent, obligarent.* ita hæc ſacra *nocturna* vocat Horat.
*ſupr.* & *funeſta l. 7. C. Th. de malefic.* Hoc ideò, quia
Magiam maximè auerſati ſunt magnopere Romani
iam inde à lege 12. Tab. vt teſtantur Tertull. *de Idolo-
latr.* Plinius *lib. 28. c. 2.* Senec. *lib. 4. natur. qq. cap. 6.* &
notant eleganter Reuar. *ad l. 12. Tab. c. 23.* Balduin. *ad
eaſdem l. 54.* Gothofr. *ad eas. tit. 27. §. 10.* Cerda *eclog. 8.
Virgil. verſ. 95. n. 4.*

16 Quæ cùm ita ſint, Leo iuſtiſſimè *in præſenti* prohi-
buit ne quis etiam in ſuo fundo interueniente arte
magicâ, vel horrendis ſacrificiis thesauros requirat,
& aurum execrabili quærat affectu, vt verba detor-
queam *lib. 4. epiſt. 18. & 22. & 34.* ibi, *Quia intolera-
bilis exceſſus eſt, qui ſupernæ Maieſtatis affectat iniuriam,
& oblitus pietatis crudelia ſectatur erroris. Abſcedereque
debet ritus iam profanus, conticeſcereque pœnale murmur
animarum, verſarique non licet in magicis artibus tempori-
bus Chriſtianis. Quia nolumus lucra quæri, quæ per funeſta
poſſunt ſcelera reperiri.* & quamuis omnis ætas ſemper
tulit huiuſmodi impoſtores & maleficos, qui theſau-
rorũ inueniendorum rationem præſtigiis & aliis ſu-
perſtitionibus polliceantur, vt conſtat ex Luciano *in
Alexand.* & notat Baldui. *in dicta l. 54. in fin.* & Go-
thofr. *in d. leg. ex Senatuſconſulto.* & Martin. Del Rio
*d. lib. 2. diſquiſ. mag. quæſt. 12.* nullum tamen id conſe-
quutum inuenies, vt teſtatur Andreas Ceſalpin. *in ſua
Dæmonum inueſtigatione, c. 12.* & Paul. Grillandus *de ſor-
tileg. q. 3. n. 12.* his verbis, *Arte huiuſmodi iactant ſe poſ-
ſe inuenire theſauros in locis valde remotis, & ſubterraneis
abſconditos, & quandoque inducunt homines in talem inſa-
niam, vt foueas quàm ingentes conficiant pro inueniendis
theſauris, & iſta videtur mihi quòd ſit vna ex turpioribus
illuſionibus, quas Dæmon homini faciat, quia in rei veritate
nunquam legi, vidi, nec audiui, quemquam ex magicis huiuſ-
modi vnquam inueniſſe theſaurum.*

17 Hinc colligitur quòd ſi theſaurus inueniatur arti-
bus illicitis & ſuperſtitioſis, repertor illum ſuum non
facit, ſed fiſco adquiritur, cùm ex actu illicito & à le-
gibus reprobato commodum non eſt reportandum.
Quod etſi in noſtra lege clarè non exprimatur, apertè
tamen id indicat, ſi aduertas ante hanc conſtitutionem
neminem potuiſſe theſaurum à ſe inuentum etiam in
ſuo fundo lucrari, vt *in principio* Leo declarat, & *in l. 1.
D. de iure fiſc.* ibi, *vel quod dicatur theſaurum inueniſſe*,
aliàs falſa eſſent & ſuperflua eiuſdem verba, & cùm
ſit theſaurus donum Dei, vt diximus, ſacrilegis actibus
& artibus maculari, nec quæri non debet. Quàm
ſententiam concors Doctorum omnium calculus pro-
bauit. Accur. *verb. arte*, & omnes *in præſenti*, poſt eos
eam amplectuntur Couar. *in reg. peccatum 3. p. §. fin.
n. 2.* Ant. Gomez. *in l. 45. Tau. n. 51.* Barboſ. *in d. §. ſi
fundum n. 30.* Gutier. *d. q. 56. num. 10. & ſequent.* Molin.
*d. diſp. 56.* Valaſc. *de iure emphyt. q. 15. n. 4.* Farinac. *dict.
q. 104. n. 18.* Garcia *de expenſ. c. 22. n. 53.* Nauarr. *in
Manual. c. 17. num. 176.* Filliucius *2. tom. tract. 31. c. 6.
n. 153.* ſolo diſſentiente Alciat. *d. lib. 7. parerg. c. 1.* &
expreſsè hanc partem confirmat *leg. 45. tit. 28. p. 3.* ibi,
*Fueras ende ſi lo fallaſſe por encantamento ca eſtonce todo
debe ſer del Rey.* Quia nunquam licitum eſt ad magiam
recurrere, neque ad ſuperſtitioſas imprecationes, docet
Bar. *hîc* Valenzuel. *n. 16.* Tepatus *lib. 11. reſolut. tit. de
maleficis & mathem. in fin.* P. Gregor. *lib. 13. de Rep. c. 29.
& ſeq.* Bertazol. *conſ. 142.* Victoria *relect. 12. de arte
magic. propoſit. 2.*

Dubium tamen circa ſupradicta exagitare ſolent 18
iam allegati Interpretes, An qui arte magicâ theſau-
rum inuenerit, licitè in conſcientia retinere poſſit,
donec fiſcus illum non abſtulerit. Partem negantem
in conſcientia retineri poſſe ſecuriorem agnoſco, cum
Molina, Valaſco, Farinac. & aliis. Valenzuel. *n. 18.*
Nam talis adquiſitio non ſolùm eſt contra legem po-
ſitiuam, verùm & contra legem diuinam, vt *ſuprà* no-
tauimus *num...* & cùm facultas ſuum faciendi theſau-
rum ità tribuatur, dummodo fiat licito modo, conſe-
quenter non poterit illum ſuum facere, atque ita ne-
quit retinere in conſcientia. Idque comprobari pote-
rit ex noſtræ legis verſu *in alienis*, vbi ſi in alieno lo-
co theſaurus inueniatur, non fit inuentoris, quia talis
apprehenſio eſt interdicta, vt notauit Platea *hîc n. 8.*
ergo pari modo cùm interdictum ſit quærere arte ma-
gicâ, licitè non retinebitur quod iure reſiſtente adqui-
ritur. † Neque in contrarium facit quod adducunt 19
Nauarr. & Gutier. *ſupr. n. 21. & 22.* & Filliucius *dict.
c. 6. n. 153.* exiſtimantes legem hanc eſſe pœnalem, &
pœnam non ante deberi in conſcientia, quo vſque
condemnatio ſequatur, iuxta tradita ab eodem Gut.
*lib. 2. canon. q. cap. 5. num. 14.* & Morla *in emp. tit. de le-
gibus q. 9. tota.* Nam nego legem noſtram eſſe pœna-
lem, cùm nullam deuiantibus pœnam ſtatuat, iuxta
*l. legis virtus 7. D. legib.* ſed tantùm permittit theſau-
rum inuentori, dum tamen certo modo & conditione
quærat. Hic autem modus non eſt pœna quod patet;
quia in ſecunda parte qui in alienis agris contra Do-
mini voluntatem inuenerit, punitur tanquam temera-
tor legis ſaluberrimæ, quæ pœna non imponitur in
noſtro caſu. † Accedit etiam quòd etſi verùm ſit pœ- 20
nam non deberi ante condemnationem, id procedit
duntaxat quando imponitur pœna in re, cuius domi-
nium quæſitum eſt. Siquidem ſi lex ex iuſta cauſa
prohibet rei adquiſitionem, tunc adquirens ſtatim &
abſque vlla Iudicis, condemnatione tenetur in con-
ſcientia reſtituere, vt notat Morla *d. q. 9. num. 36.* At
certum eſt ex ſupradictis, theſaurum eâ arte repertum
non fieri inuentoris, ſed fiſci. † Idem erit quando 21
pœna non imponitur vt pœna, ſed tantùm vt condi-
tio, vel modus, vt accidit *in præſenti*, quo caſu ante con-
demnationem reſtituet, ita docent multi relati à Gu-
tier. *d. lib. 2. can. c. 4. n. 15.* Molin. *d. 1. tom. de iuſt. q. 96.
in fin.* Neque poterit dici illam prohibitionem eſſe
pœnam, vt aiebat Gutier. *n. 21. in fin.* cùm magis di-
cenda ſit exceptio regulæ, in qua repertor non facit
ſuum theſaurum inuentum.

At cùm adquiſitio theſauri ita contingat ſi in ſuo 22
loco quis inueniat, nunc opportunè, quærendum erit,
quis dicatur locus ſuus? Accur. *verb. nàm in ſuis*, pro-
batus à Platea *n. 3. verſ. ſed quæro*, ait proprium dici
debere locum reſpectu dominij directi, vel vtilis (duo
dominia doctrinæ gratia agnoſcimus nunc, vnum di-
rectum, id eſt, verum & proprium, *leg. ſi finita. §. ſi de
vectigalib. ff. de dam. infect.* Alterum vtile, vt diximus
*in l. vnic. ſupr. de vendit. rer. fiſc. num. 50. & ſeq.*) & ſic
inuenire in ſuo loco dicetur qui Dominus eſt non
tantùm ſolidæ proprietatis, verùm & nudæ, alio vſum-
fructum habente, *argum. §. alienus. Inſt. de hæred. inſt.*
& notaui *lib. 1. obſeru. c. 15. n. 2. & 6.* † Vnde vſufru- 23
ctuarius in loco vſusfructus ſi inuenerit theſaurum,
non faciet ſuum, cùm non ſit Dominus, neque the-
ſaurus in fructu, *l. ſi is qui 6. §. quod ſi ſeruus, ff. de ad-
quir. rer. dom.* licèt ratione inuentionis, quæ non vide-
tur fieri contra Domini voluntatem, dimidiam repor-
tabit

tabit tanquam ſi in aliena inueniſſet, tenet Barboſ. *in*
*d.§. ſi fundum*, *n.*25. *&* 28. cum aliis quos referunt
Gutier. *ſup.n.*35. Caſtill. *de vſufr. c.*37.*n.*20. Farinac.
*d.q.*104.*n.*14. Garcia *de expenſ.c.*22.*n.*49.*& ſeq.*& Va-
lenz. *hîc n.*8.*&* 62. *& ſeq.*

24 Quoad emphyteutam verò diuerſæ ſunt noſtro-
rum ſententiæ, An ſi in fundo emphyteutico theſau-
rus inueniatur, emphyteuta illum ſuum faciat (em-
phyteutam voco eum, qui habet vtile rei dominium
ad tempus, vel in perpetuum, pro quo ſoluit aliquid
reale directo Domino in recognitionem dominij, vt
explicauit Valaſc. *de iure emph. q.* 1.*n.*2. Donel. *d.c.*14.
*lib.*9. Pichard. *in §. adeò,n.*20.*Inſt.de locat.*)& frequen-
tior in hac re fuit ſententia emphyteutam ſibi adqui-
rere theſaurum, vt tenent plurimi relati à Valaſc. *ſupr.*
*q.*15.*n.*1. Garcia *n.*52. Barboſ. *n.*27. Gutier. *num.*25.
*verſ. contrarium.* Farinac. *n.*13. Gilchen. *in d. §.theſau-*
25 *ros n.*28. *de rerum dom.* Rationeque ducuntur. † Nam
ſi lex defert theſaurum ei, qui inuenerit in ſuo loco,
emphyteuta locum quem colit, ſuum dicere poteſt, te-
ſte Cicerone *lib.*7.*epiſt.fam. epiſt.*30. qui ait, id cuiuſ-
que proprium eſſe quo quiſque fruitur, atque vtitur,
*l.*1. *§. qui in perpetuum ff. ſi ager. vectig. l.*2. *l.*4.*l. poſſeſ-*
*ſores* 12. *infr. de fund. patrimon.* ibi, *cùm fundorum ſint*
*Domini*, quæ iura etſi procedere exiſtimet Valaſc.*dict.*
*q.*13.*n.*1. *verſ.rurſus*, & Pichard. *in d.§. adeò n.*35. in
fundis patrimonialibus Principis, idem admiſſum eſt
in fundis ciuitatum, *l.pen. infr. de diuerſ.prædijs vrb.* &
quamuis aliqui dixerint non eſſe certum omnem vti-
litatem ex fundo emphyteutico prouenientem ad em-
phyteutam pertinere, vt refert Pichard. *vbi proximè*
*n.*38. verius exiſtimo contrarium cum Barboſ. Gutier.
& Farinac. *ſupr.* qui ç is difficultatibus ſatisfaciunt, &
idem in feudo admittunt.

26 Contrà dicendum erit quando Dominus directus
inuenerit theſaurum in loco emphyteutico. Nam eo
caſu diuidetur inter eos, cùm conſideretur emphyteu-
ta tanquam verus Dominus fundi, & ſic neceſſariò ſe-
quatur proprietarium inuenire in loco alieno, *argum.*
*l.ſi vt certo* 5. *§. fin.ff. commod.* eſtque ſine dubio quòd
vbi concurrunt dominium vtile & directum, ſemper
vtile præfertur, *l. procuratore* 55. vbi poſt ordinarios
docet Ant. Fab *ibi,ff.de procurator.*Barboſ.*n.*29.Gutier.
*n.*27.*ſupr.* Vnde deducunt *numeris ſequentibus* theſau-
rum inuentum ab extraneo in loco emphyteutico
non debere diuidi cum proprietario, ſed cum emphy-
27 teuta. † Si verò in fundo majoratus inuentus ſit the-
ſaurus poſſeſſor ſuum efficiet, cùm ſit verus domi-
nus rerum majoratus, *l.non ideo* 66.*ff. de rei vind.* &
probat Molin. *lib.*1.*de primog.c.* 23.*tit.*7. Barboſ. *n.*20.
& alij relati à Gutier. *num.*29. Valenzuel *hîc. num.*29.
28 † Contrarium verò erit dicẽdum, ſi inueniatur theſau-
rus in loco pignorato, quia totum debebitur domino,
cùm conſtitutio pignoris non transferat dominium,
*leg.ſi dominium* 9.*leg.cùm dominam* 13.*Cod.de pignor.* ni-
ſi caſu illum reperiat, & tunc tanquam locator dimi-
dium ſibi, & alterum dimidium domino dare debet,
vt in fine noſtræ legis docemur, & firmat Gutier.*ſupr.*
*num.*33.Ciphan.*in d.l.ſi is qui* 53.*num.*10.*ff.de adquir.*
*rer.dom.*

29 Dubitabilior eſt caſus quem excogitauit Rom. *in*
*leg.ſi quis cùm aliter num.*13.*ff.de verb.oblig.* vbi etiam
Aretin.*numer.*8.*verſ.de cæteris*, & alciat. *lib.*7.*parerg c.*1.
& poſt eum examinat Connan. *lib.*3.*com. cap.*4.*n.*4.
Barboſ. *ſupr. num.*31. Gutierr. *n.* 12 *& ſeq.* & Fachin.
*lib.*1 *contron. c.*20.*verſ. Quartò controuertitur.* Valenzuel
*hîc n.*37. quando venditus eſt fundus in quo emptor
poſtea inuenit theſaurum, an venditor poſſit reme-
dio *legis ſecundæ C.de reſcind.* vti & Romanus conce-
dit, cui adſtipulatur Alciatus quòd deceptus vendide-
rit. Garcia *d. cap.*22.*num.*52. intelligit non bene eam
ſpeciem, quando magicis artibus inuentus eſt, quem
reprehendit Barboſ. & Gut.*ſupr.* qui aiunt quòd ſi ven-
ditus eſt fundus, & in eo emptor inuenerit theſaurum,
eum lucratur emptor, qui verè dominus factus erat
per venditionem, *leg.à tutore* 67.*ff.de rei vind.iuncta leg.*
*dolus* 10.*Cod de reſcind. vend.* Neque venditor poterit
vti remedio *dict.l.*2 nam ea tunc procedit, quando læ-
ſio in pretio interceſſit, & nequit dici minoris fundum
venditum, quoniam in eo eſſet theſaurus, ſiquidem is
theſaurus non fuit venditoris, qui illum ignorabat
*d.l.*3. *§.Neratius.ff.de adq.poſſ.* neque prædium augebat
cùm antequam effodiatur non eſt in conſideratione,
quia ignoratur; poſtea verò ratione inuentionis, non
venditionis adquiritur. Hoc tamen non obtinebit ſi
pecunia in fundo erat depoſita ſub terra, nam vendi-
tori reſtituenda eſt, vt notant ſupradicti. Certumque
eſt in remedio *d.l.*2. debere attendi æſtimationem ſe-
cundùm tempus contractus celebrati, auctam verò, vel
diminutam rem pretium nec minuere, nec augere, *l.ſi*
*voluntate* 6.*in fin.C. de reſcind.* Pinel. *in d.l.*2. 3.*p. c.*4. *n.*
15. & alios referens Azeued. *in l.*1.*n.*13.*tit.*11.*lib.*5.*Re-*
*cop.* videndus erit circa hunc articulum Valenzuel. *d.n.*
37.*&* 38. qui ſuo more diffuſiſſimè loquitur.

Hæc quæ diximus de theſauro, non procedunt circa 30
mineralia, auri fodinas, argenti fodinas vel venas cu-
iuſcumque metalli. Nam huiuſmodi res ſunt partes
fundi, & in bonis illius, qui fundi dominus eſt, in fru-
ctû eſſe cenſentur, *leg.diuortio* 8.*§.ſi vir. verſ.ſed ſi creti*
*fodinæ,leg.ſi fundus* 9.*ff.ſol. matrim. iuncta leg.item ſi fun-*
*di* 9.*§.ſed ſi lapidicinæ,leg.æquiſſimum* 17.*§.vnde eſt quæſi-*
*tum alias eſt l.ſi cuius* 13. *§.inde ff. de vſufr.* docet Barb.
*in dict.§.ſi vir.num.*14. & Garcia *de expen. d.cap.*22. *n.*
47. & ideo ipſius venditoris debent cenſeri, quia in il-
lo minerali habet dominium ſicut in toto fundo, &
ſicut illud quod ſuperiùs, reſpondet ſuperficiei mei fun-
di, cenſetur meum vſque ad cœlum, *leg. altius* 8.*Cod.de*
*ſeruitut.* ſic etiam quod eſt ſub fundo meo, debet cen-
ſeri meum vſque ad inferos, vt notat Cæpolla *de ſeruit.*
*ruſtic.c.*22. *n.*4.*& in l. inter publica* §.1.*n.*10.*ff. de verb.*
*ſignif.* † At theſaurus diuerſam habet rationem, nam 31
per ſe ſubſiſtit, & eſt quid ſeparatum à fundo repoſi-
tum in eo cauſa cuſtodiæ, & ideò nihil commune
habet cum ipſo fundo, *d. §. Nerarius.* Cæterùm vena
cohæret ſolo, & ipſius pars eſt, & ita qui Dominus eſt
fundi, debet cenſeri quoque Dominus partis cohæ-
rentis, *l.fructus* 44. *ff.de rei vind.* notat Barboſ. *in d. §.*
*ſi vir. n.*22. Gutier.*n.*39. *&* 60. † Quapropter in hoc 32
caſu habebit locum remedium *l.*2. *C.de reſcin.* ſi fortè
minoris diſtractus fuerit fundus, quamuis tales metal-
lorum venæ à principio ignorabantur. † Hodie tamen 33
ex lege Regni 2. *tit.*13.*lib.*6.*Recop.* minæ auri, argen-
ti & plumbi pertinent ad fiſcum & regiam (vt aiunt)
coronam, deductis expenſis, aliquâ parte datâ inuen-
tori, & Domino agri, & ideò minimè poterunt ſupra-
dicta obtinere, cùm ad emptorem non pertineant, vt
obſeruant Azeued. *in dict.l.*2. Gutier. *ſupr. num.*62. *&*
*ſeq.* Barboſ. *in d.§. ſi vir. n.*19. & dicam infr. *in tit. de*
*metallarijs.*

Cùm ergo theſaurus in fundo proprio inuentus 34
concedatur Domino, non ſine ratione quæri ſolet, an
ad adquirendum theſaurum inuentio ſufficiat, vel
etiam requiratur apprehenſio? quam quæſtionem tra-
ctant Socinus *in dict.l.*3. *§. Neratius n.*6. Auendan. *in*
*capp.pp.c.*4.*n.*25.*verſ.licet.* Barboſ. *in d.l.*8.*§.ſi fundum,*
*n.*3. *& ſeq.* Gutier. *d. q.*36. *n.* 30. Ceuallos *com. contra*
*com.q.*514. & poſt ordinarios noſter Valenzuel. *in præ-*
*ſenti n.*5. qui veriùs credunt cum Bar. *in l.*1. *in princ.*
*n.*18. *ff. de adquir.poſſ.* & aliis relatis à Gomez *in l.*45.
*Tau. n.*47. copulatiuè ad adquiſitionem theſauri re-
quiri inuentionem & apprehenſionem, cui ſententiæ
fauet omnino lex noſtra illis verbis, *Theſaurum quærere,*
*& inuento vti liberam tribuimus facultatem, & d. leg.*3. §.
*Neratius verſ. quidam putant, ff. de adq.poſſ.* ibi, *niſi loco*

*motu*

*motus ſit*. Neque enim res dicitur inuenta, niſi apprehenſa quoque ſit, *l. ſi Barſatorem* 13. *Cod. de fideiuſſor. l. eum pro quo* 17. *ff. de in ius vocando*, & qui dicit inuentorem facere ſuum theſaurum, dicit etiam & apprehenſionem, cùm verba ſint cum effectu accipienda, *l.* 1. *§. hæc verba. ff. quod quiſque iuris*, notat Accur. *in d. l. ſi Barſatorem*. Bobadill. *lib.* 4. *polit. c.* 5. *n.* 12. & relati à Barboſ. *in remiſſion. ad ordin. Luſitaniæ lib.* 5. *tit.* 62. *n.* 2. Ratioque eſt, nam ante apprehenſionem inuentor magis dicitur ſcire locum in quo eſt theſaurus, quàm illum inueniſſe, & dum eſt in eo loco, in quo fuit reconditus, adhuc dicitur theſaurus, & videtur remanere in ſua naturali libertate; & ſic nullius eſſe, vt docet Conn. *lib.* 3. *com. c.* 4. *n.* 1. Barboſ. Valenz. & alij *ſup.*
35 † In cuius confirmationem ego adduco quod de bonæ fidei poſſeſſore tradi ſolet in fructibus lucrandis, vt non ante poſſint lucrari, quàm à ſolo ſint ſeparati, *l. ſi fructuarius* 13. *ff. quibus mod. vſusfr. amitt. l. ſi eius* 78. *ff. de rei vind.* iunctis quæ explicat Donell. *lib.* 4. *comm. c.* 25. & *ibi* Oſvval. *lit. L.* Quod idem dicendum eſt de theſauro lucrando, vt non antea dicatur proprius, donec loco moueatur. Ita *ſuprà* laudati, qui contrariis argumentis ſatisfaciunt, & Balduin. *in dict. §. theſauros n.* 6. *de rer. diuiſ.*

36 Huc vſque egimus de theſauro in proprio fundo inuento; nunc de eo qui in alieno reperitur, agere oportet, pro explicatione verſus illius *in alienis*, vbi ſtatuit Leo, quòd ſi quis ſine voluntate Domini, vel etiam eo conſentiente datâ operâ in alieno fundo perquirat theſaurum, Domino fundi totum reddere compellatur, nec ratione inuentionis aliquis reportabit, imò aliis pœnis punietur tanquam temerator legis, vti explicant Balduin. *in d. §. theſauros n.* 15. Barboſ. *in d. §. ſi fundum, n.* 39. Gutier. *n.* 38. Farinac. *d. q.* 104. *n.* 4. Maſtrill. *de magiſt. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 320. Contrà erit ſi quis fortuitò in fundo alieno inueniat, nam tunc theſaurus diuidetur inter Dominum & inuentorem. *dict. l.* 8. *§. ſi fundum, ff. ſol. matrim. l. ſi is qui* 63. *ff. de acquir. rer. dom.* Idque etiam ſtatuiſſe Hadrianum auctor eſt
37 Spartianus. † Sed quæ ſit ratio, quare etiam Domino conſentiente ſi quis in alieno inueniat theſaurum, nihil habebit, ſed totum adquiratur Domino, non ſatis conſtat inter noſtros Interpretes, adeò vt Valaſcus *de iure emph. q.* 15. *n.* 7. nullam concludentem reperiri poſſe affirmauerit, cùm quilibet in re ſua ſit moderator & arbiter. *l. in re mandata. C. mandat.* & proprium
38 dici non poſſit quod in alium transferri nequit. † Et in primis Ioan. Faber. *in d. §. theſauros*, & Platea *hîc n.* 5. cui aſſentitur Gomez *in l.* 45. *Tau. n.* 51. & Forcat. *dialog.* 56. *n.* 5. Balduin. *ſupr. n.* 15. exiſtimarunt eam rationem quòd publicè interſit ſine iuſta cauſa non effodi agros; aut deuaſtari, vel ne in perquirendis theſauris agrorum cura deſereretur (quæ apertè impediretur ſi in vana perſcrutatione theſauri tempus conſumatur) quod maximè Reipublicæ intereſt, & neceſſarium eſt, ex traditis à Balduin. *in rub. Inſt. de vſucap. n.* 1. & *in l.* 9. *Romul. n.* 18. Petr. Gregor. *lib.* 40. *ſyntag.*
39 *c. fin n.* 1. Pichard. *in diſp. de nobilit. n.* 74. † Verùm hæc ratio non minus in propriis, quàm in alienis agris militat, vt conſiderat Valenzuel. *hîc num.* 53. & ideò Connan. *d. c.* 4. *n.* 1. & Cuiac. *hîc*, verba illa, *In alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, imò nec volentibus dominis*, legunt ita, *inuitis, id eſt, nolentibus*, quam lectionem reiicit Barboſ. *ſupr. n.* 39. *in fin.* quoniam à probatis abſit codicibus, & inepta ſit meo videri. Nec ipſe Barboſa mihi probatur, tres caſus confingens contra apertam litteram Leonis, & mentem veram deciſionis noſtræ. Neque ratio ab ipſo aſſignata melior eſt, qui aiebat, idcò in ſpecie hac nec ipſis dominis volentibus permiſſum eſſe, quoniam inuentio theſauri ex ſe incertiſſima eſt, & in qua ſæpiùs homines vanè & temerè ſe exercent, vt de Nerone teſtatur Tacit. *lib.* 16. *ann.* & vt ſic cohiberetur hæc hominum temeritas, & inconſulta cupiditas, effodiendo agros alienos, vt faciliùs ſe abſtinerent, cùm ſcirent nihil reportaturos, quæ ratio etſi placuerit etiam Gutierr. *ſupr. n.* 45. minimè conuenit verbis huius legis, nec aperit difficultatem, quam extricare intendimus.

Quare exiſtimo Leonem non prohibuiſſe, vt quis 40
etiam Domino volente non poſſet quærere in alieno fundo theſaurum; ſed vt quantumuis Dominus licentiam concedat; vt ſuo nomine quærat; non ex hoc poſſet theſaurum ſuum facere, ſed omnino totum reddere compelleretur, neque aliquam partem vindicare poſſit, eo colore quòd Domini voluntate quæſiuit, atq; ita conceſſio Domini inuentori non prodeſt, vt theſaurum conſequatur. Ratio huius rei proponitur *in fine*, illis verbis, *In eueniet vt vnuſquiſque ſuis fruatur, & non inhiet alienis*, quod & ius diuinũ Decalogi & poſitiuum auerſantur, *l.* 4. *Cod. fin. regund. ſi irruptione* 8. *ff. eod.* Optimum quippe iudicauit Imperator cohibere licentiam eorum, qui neglectis ſuis rebus aliena appeterent, *l.* 2. *C. Th. hoc tit.* cùm ſcirent quòd etſi dominus alieni fundi licentiam daret, non ex hoc aliquod ius contra ipſum conſequeretur inuentor, quoniam datio illa licentiæ non poteſt in eum transferre aliquod dominium theſauri, *argumento l. traditio* 20. *ff. de adquir. rer. dom.* ſiquidem ante inuentionem & apprehenſionem non eſt in bonis alicuius, *d. l. nunquam, de adq. rer. dom.* & poſtquam inuenit perſcrutator, iam lex illum detulit Domino fundi, non obſtante conceſſione ab eo factâ, quæ nihil in præiudicium legis operatur, imò inuentorem punit extra ordinem, iuxta Accurſium *verb. legis.* Hoc autem non obtinebit, ſi fortuitò & abſque induſtria theſaurus inueniatur, cùm ſupradicta ratio aliena appetendi deficiat, donum Dei cenſetur, & non humanâ induſtriâ quæſitus, & ob id rectè diuiditur inter Dominum & inuentorem.

Eadem diuiſio admittenda eſſet in theſauro inuen- 41
to in loco religioſo inter inuentorem & fiſcum, iuxta ſpeciem *l.* 3. *§. ſi in locis, ff. de iure fiſci, c.* 1. *quæ ſint regalia, in feud.* niſi in contrarium eſſet Iuſtinian. *in §. theſauros, Inſt. de rer. diuiſio.* qui totum inuentori tribuit, excluſo fiſco, quæ iurium contrarietas ita grauis per omnem ætatem exercuit Interpretes, quos retulit Barboſ. *ſupr. n.* 42. Gutier. *n.* 46. Donell. *lib.* 4. *com. c.* 14. & *ibi* Oſvval. *lit. F.* Genoa *in Antimon. pag.* 347. Balduin. Gilchen. Pichard. & reliqui *in d. §. theſauros*, Garcia *de expenſ. d. cap.* 22. *n.* 56. Duaren. *in d. l. diuortio, §. ſi fundum. ff. ſol. matr.* Connan. Alciat. & alij à nobis relati. & Valenzuel. *hîc num.* 24. & 25. qui cùm varias explicationes dederint, & latiſſimè de eorum iurium conciliatione egerint; eorum paginas tranſcribere pro meo more nolui, ſed tantùm contentus ero ſi plauſibiliorem referam concordiam, & poſtea meam proferam
ſententiam. † Barboſa itaque *num.* 44. quem ſequitur 42
Gutierrez *num.* 46. *verſ. Quartus & vltimus*, diſtinguunt inter theſaurum inuentum in loco ſacro, aut religioſo, pro vt loquitur *dict. §. theſauros*, vel in loco religioſo tantùm, vt *in dict. §. ſi in locis*, (theſauros autem in ſepulchris repoſitos fuiſſe non ſolùm apud Hebræos, ſed & apud alias gentes, teſtatur *lib.* 7. *antiq. cap. vlt. in fin.*) ſi in loco ſacro theſaurus reperiatur, in totum erit inuentoris, *d. §. theſauros*, quia attentâ ratione naturali totus debebat adquiri inuentori; & ius ciuile propter ſedandas diſcordias inter inuentorem & dominum; dimidium conceſſit vni, & dimidium alteri, quæ ratio ceſſat quando locus eſt ſacer; cùm ſit nullius, *§. nullius. Inſt. de rer. diuiſ.* Dubium tamen eſt quando locus eſt religioſus, in quo verſatur maior difficultas. Sed ea pacatur ſi diſtinguas inter locum religioſum, in quo habeas ius ſepulchri, vel religioſum quod ſit alterius quoad vſum. Primo caſu in totum adquiritur, *dict. §. theſauros*, cùm quoad dominium

nium non ſit in alicuius bonis, ſecundo vero dimidia pars theſauri quæritur, *d. §. ſi in locis.* Quia cùm ſepulchrum quoad vſum ſit in bonis alterius, & ſic quodammodo alienum non debet inuentor totum theſaurum lucrari. Verùm cùm tale ius quod habet qui ſepulchrum habet, non cenſeatur dominium, & dimidia theſauri inuenti detur Domino fundi, ea non erit concedenda habenti ius ſepulchri, ſed fiſco quæri tanquam dominio vacante. Hæc tamen interpretatio diſplicuit Gut. *d. n.46. verſ. ſed ſalua pace*, & Genoæ *in antin. n.25.* Quia diuinat vehementer ad dicta iura, quæ minimè loquuntur de his locis religioſis, in quibus quis habet ius ſepulchri, ſed tantum indiſtinctè procedunt, vt latè ſupradicti conſiderant.

43 Ego verò pro vera horum iurium explicatione conſtituo, quoad theſauri adquiſitionem attinet, varias ab Imperatoribus promulgatas eſſe leges, adeò vt ex arbitrio, libidineque eorum hæc res penderit. Nam Nerua, teſte Zonarâ, inuentum theſaurum dominis prædiorum reliquit. Hadrianus, vt ſcribit Spartianus, ſi in ſuo reperiſſet, totum, ſi in alieno, Domino dimidium, ſi in publico, dimidium fiſco conceſſit. Marcus Aurelius, & Ælius Verus, qui in iure Diui Fratres appellantur, dimidium fiſco, vt *in dict. § ſi in locis.* Alexander, teſtante Lampridio, theſauros repertos iis, qui repererant, donauit indiſtinctè. Conſtantinus ſi inuentor ſponte ſe detulerit, medietatem dedit, *in l. 1. C. Th. h. tit.* quod poſtea mutatum eſt à Gratiano & Valentiniano *in l. 2. illo tit.* ſtatutúmque vt ſi in ſuo reperiat quis, integrum recipiat, in alieno, verò dominus fundi ad quartam partem admittatur. Poſteriori quoque æuo, reuocata eſt hæc conſtitutio, & ſine voluntate Principis nemo nec in ſuo ſolo poterat quærere theſaurum, vt ex conceſſione noſtræ legis conſtat in principio, innouataque eſt dicta diſtinctio *dict. l. 2. C. Th. h. tit.* donec Leo Imperator *Nouell. 51.* aliam formam introduxit, & poſtea Fredericus *in d. c. 1. quæ ſint regal.* ita notarunt Balduin. & Gilchen. *in d §. theſauros n.18.* Cuiac. *lib 9. obſeru. cap. 37.* Quare cùm Iuſtinianus *in d. §. theſauros*, de theſauris non ſolùm in ſacris, vel religioſis locis, verùm & in publicis, aut Cæſaris repertis conſtituere vellet, receſſit partim à Diuorum Fratrum conſtitutione, de qua *in d. §. ſi in locis*, partímque eam admiſit. Quoad religioſum locum Hadriani conſtitutionem quaſi æquitati naturali magis conuenientem innouauit, & quoniam huiuſmodi loca quaſi in nullius bonis cenſerentur, inuentori totum tribuit, nec voluit ritu boni Principis fauere fiſco ſuo, niſi fortuito caſu inueniatur. Quoad publica tamen loca, vel fiſcalia, aut Cæſaris, Diuorum Fratrum legem retinuit *in verſ. & conuenienter*, ita tradiderunt poſt Angel. *n.1. in d. § theſauros*, multi quos retulerunt Gilchen. *ibi n.17.* Pichard. *n.2.* Cuiac. *in d. l. 3. §. ſi in locis*, Peregrin. *de iure fiſc. lib. 4. tit. 2.* Gutier. *d. n.46. in*

44 *fin.* † Neque contra hanc veriſſimam interpretationem obſtabit, quòd vitandæ ſint legum correctiones, nam ea ratio militat quoties non conſtat ex diſpoſitione legum de tali correctione. At in dictis iuribus aperta eſt Iuſtiniani voluntas Diui Hadriani conſtitutionem innouantis, vt notauit Couar. *in reg. peccatum 3. p. §. 2. n. 3. verſ. fortaſſis*, & dicam *infrà n.50.*

45 Sed cùm hodie loca ſacra & religioſa non accipiantur in ea ſignificatione, quâ antiqui vti ſolebant, apud quos diuerſo modo conſecrabantur, vt notarunt poſt Alex. ab Alex. *lib. 2. genial. cap. 8.* Gilchen. *in Auth. hoc ius porrectum n. 1. C. de ſacroſ. Eccleſiis.* Pichard. *in §. nullius 6. n. 3. Inſt. de rer. diuiſ.* & alij quos omitto, dubitari ſolet cum res ſacræ & religioſæ hodie ſint quæ ad Eccleſiam pertinent, & per Pontifices & Epiſcopos conſecrantur, non verò per priuatas perſonas, *toto tit. extrà de religioſ. domib. de conſecrat. Eccleſ. & de Eccleſiis ædific. cap. Eccleſiis 68. diſt. & de conſecr. diſt. 1. leg. 12. tit. 10. p. 1.* Si in loco Eccleſiæ inueniatur theſaurus, ad quem pertineat? & reſpondent plures quos laudant Barboſ. *n.45. in fin. & n. ſeq.* Gut. *n.47. ſup.* ad Eccleſiam eiúſque Prælatum pertinere dimidiam theſauri quæ fiſco applicanda erat. Nam iura ciuilia nequeunt ſtatuere vt in præiudicium Eccleſiæ quæreretur fiſco, *c. Eccleſia, de conſtit.* & ſic erit cenſendus theſaurus in hoc caſu tanquam in alieno loco repertus, quam ſententiam credo veriſſimam cum Platea *hîc n.6. verſ. hodie autem.* Angel. Fabr. & Portio *in d. §. theſauros.* Auendaño *de exeq. c. 4. n. 25. verſ. ſed iure regio.* Nauarr. *in Manual. c. 17. n. 174. ad fin.* Syluest. *in ſum. verbo inuentum n.4.* Couar. *in reg. peccatum 3. p. §. vltim.* Filliuc. *de tr. 31. cap. 6. n. 158.* & eleganter proſequitur Valenz *hîc n. 26.* Cùm non ſit cenſenda Eccleſia peioris conditionis quàm priuatus, vt notat Aluarot. *in c. vn. quæ ſint regalia*, & Caſſan. *in conſuet. Burgun. rub. 1. §. 1. n. 21.* & miror Barboſam, virum alioqui doctiſſimum, adeò leui fundamento in contrariam ſententiam iuiſſe, quam etiam malè amplectitur Auendaño *ſuprà*, & D. Io. del Caſtillo *tom. 7. de Tertijs, c. 41. n. 111.* † Neque obſtat *d. c. 1. quæ ſint* 46
*regalia.* Quia Princeps ſæcularis in præiudicium Eccleſiæ nihil poteſt ex defectu poteſtatis, vt eſt notum.
† Neque quod de conſuetudine teſtatur recipiendum 47
eſt, nam Doctori aſſerenti de conſuetudine, non creditur, vt ſcribunt poſt Bart. *in leg. de quibus n. 21. ff. de legib.* Bald. *in l. ſi is qui. §. 1. ff. de pignor.* Maſcar. *de probat. concl. 426.* Ant. Gab. *com. concl. tit. de probation. concl. 5.* Mynſing. *lib. 6. obſer. c. 68.* Thom. Sanch. *lib. 7. de matrim. diſp. 17. n. 8.* & aliis relati à Cenallos *tom. 1. q. 1. & 4 in quæſt. 897. n. 252. cum ſeqq.* † Neque vera eſt 48
reſponſio illa à Barboſa adducta, quòd Eccleſia quatenus eſt res ſacra, non eſt in dominio Prælati, ſed ſolius Dei & tantùm dicitur eſſe Prælati quoad titulum & adminiſtrationem, *c. ſi tibi abſenti, de præbend. lib. 6.* Cúmque locus ſacer non ſit in dominio Prælati, dimidia pars theſauri inuenti non pertinebit ad Prælatum, neque ad Deum, qui de his tranſitoriis non curat, quæ ſanè doctrina indigna eſt viro grauiſſimo. Nam etſi ſoleant dici bona Eccleſiarum Dei eſſe, *c. 5. remoto, in fine, 7. q. 1. c. plerique 8. q. 1. vbi gloſ. fin. c. 1. 12. q. 2. c. cùm ſecundum, de præbend.* Trid. *ſeſſ. 25. cap. 1. de refer.* cum traditis à Nauarr. *in apolog. de reddit. quæſt. 1. monito 24.* & Deus illorum bonorum fidelem & prudentem diſpenſationem Prælatis conceſſit, qui non ſunt Domini, ſed diſpenſatores, *cap. expedit. 12. quæſt. 1.* Verius eſt huiuſmodi bona in dominio eſſe Eccleſiæ particularis, cuius ſunt, vt penes Eccleſiam Salmanticenſem. *Eccleſiæ* nomine intelligo communitatem ipſam cum Capitulo, *d. c. ſi tibi abſenti*, ibi, *vt tuum dici valeat*, vt doctè reſoluit Sarmient. *de reddit. 1. part. c. 1. ex n. 15. & 21.* & expreſſius Molina *de iuſt. 1. tom. diſp. 142.* Neque ex hoc impeditur dominium Dei, ſicut non impeditur ex eo, quod legibus humanis introductum eſt, & illud, quod Deus in omnes & in omnia habet, vt ait Sarmient. *ſup. n. 22.*

Hæc iam olim obtinuerunt quæ huc vſque tradi- 49
dimus, verùm de iure noſtro omnes theſauri qui reperti fuerint, ad Principem & eius Cameram pertinebunt, ex *l. 1. tit. 13. lib. 6. Recop.* quartâ parte inuentori conceſſâ, dummodo ſeruetur ordo & diſpoſitio eiuſdem legis, quæ corrigat ius antiquum, & *leg. 45. tit. 28. p. 3.* vt docet Valenz. *hîc num. 69.* & obſeruat Gutier. *n. 53. verſ. rurſus* & D. Ioan. del Caſtillo *de Tertiis, cap. 41. n. 113.* qui id latiùs tractant. Ego verò autumo verba *d. leg. 1. Recopil.* generaliter non corrigere ius commune, ſed tantùm eſſe accipienda ſpecialiter de theſauris, qui iure aliquo ad fiſcum pertinerent, vel de repertis in locis ciuitatum, non verò in priuatorum fundis. In quam rem expendo illa *d. l. 1.* verba *Qualquiera que ſupiere que en la Ciudad villa o lugar don-*

de

*de morare o en ſu termino* … *te ſoro* … *s bienes que per*
*tenezcan annos.* quæ tantùm comprehendunt loca ci-
uitatum, aut populorum, ſiue ſint publica & commu-
nia, ſiue propria Reipublicæ; in his enim inuentus
theſaurus ad fiſcum pertinet, quartâ reſeruata inuen-
tori, ſi denuntiationem faciat in ſcriptis, & ad Princi-
50 pem Iudex remittat. † De fundis tamen priuatis, cùm
nihil dicat, videtur ius commune intactum relinque-
re, *leg. præcipimus 32. in fine, Cod. de appellat. leg. ſancimus*
27. *Cod. de teſtam.* Neque enim præſumitur correctio
& mutatio legum. *cap. cùm expediat, de elect. in 6.* iun-
ctis quæ obſeruat Menoch. *de præſumpt.* 38. Donell.
51 *lib. 1. com. cap. 23. in fin.* † De conſuetudine tamen
hæc non obtinent, ex eo quòd theſauri omnes, qui
reperiuntur, ad Principem pertinent iure rega-
liæ, vt probat Farinac. *dict. quæſt.* 104. *num.* 32. nul-
la habita diſtinctione inter prædium Principis, vel
priuati, quarta inuentori reſeruata, docent relati à
Gutier. *numer.* 55. Barboſ. *numer.* 49. Caſtillo *num.* 114.
& quamvis Syluest. *in ſum. verb. inuentum*, taxet eam
conſuetudinem, cui adſtipulatur Barboſ. *dict. numer.*
49. nihilominus talem conſuetudinem rationabi-
lem eſſe, probat Gutier. *num.* 56. & ita iam theſaurus
inuentus inter regalia connumeratur, vt cum mul-
tis probat Maſtrill. *de magiſtr. lib. 3. cap. 10. ex n.* 316.
& Cabedo *2. p. dec.* 56. & videndus Caſtillo *ſupr.*

52 Sed & antequam abeamus ab ſpecie noſtræ legis,
notandum erit, quòd ſi aliquis contra Domini volun-
tatem vellet inquirere theſaurum, alienum fundũ per-
ſcrutando, vel inuentum reportare, competet actio in-
iuriarum Domino. Platea *hîc n.* 8. & Farin. *ſup. n.* 30.
*ex l. iniuriarum* 13. *§. ſi quis me* 7. *ff. de iniurijs.* Contra
theſauri occupatatorem ſi agatur ciuiliter, dabitur
Domino vel condictio ex lege, aut rei vindicatio, vt
notauit Acc. *hîc verb. partiatur.* Platea *n.* 6. & Farin.
*n.* 27. ſi autem criminaliter, dabitur actio furtiua, quo-
niam innentor, vel retentor eſt prohibitus theſaurum
retinere, qui ad alium pertinet, docet Menoch. *lib.* 5.
*præſump.* 30. *n.* 6. Farin. *n.* 29. In quam rem expendo
*l. falſus* 43. *§. ſi iactum, de fur.* iunctis quæ ſcripſi *lib.* 2.
*obſer. c. 7. n.* 20. occultans verò theſaurum qui pertinet
ad fiſcum, punitur in perditione theſauri cum altero
tanto Farinac. *n.* 31. *l. 3. §. fin. ff. de iure fiſci.*

53 Vltimò ex noſtra lege *in verſ. vt ſuperfluum*, dedu-
cimus quòd quando à iure aliquid conceditur, impe-
tratio à Principe eſt otioſa, quod etiam probatur *in l.*
*Imperatores* 30. *de reb. auth. iud. poſſ. l. cùm interdicta, C.*
*arbitr. tutel.* & in quæſtiones expendunt Bar. *hîc*, Pla-
tea *n.* 7. Lucas *n.* 10. Valenz. *n.* 43. *& ſeq.* Aluarez *in*
*Axiom. lit. F. n.* 178.

# TIT. XVI.

## *De Annonis & Tributis.*

### *SVMMARIVM.*

1 Annona, *vnde dicta?*
2 *Plauti locus explicatur & exornatur.*
3 *Quid ſignificet* Annona *in ſingulari, & plurali nu-*
*mero?* & n. 4.
5 *Annonaria collatio quid fuerit, & annonaria cauſa,* &
num. 6.
7 *Prouinciæ pro cuiuſque fertilitatẽ annonariam collectio-*
*nem faciebant.*
8 *Tributum quid ſit, & vnde dictum?*
9 *Tributi nomen ſe habet generaliter & ſpecialiter.*
10 *Plures tributorum ſpecies, proponuntur remiſſiuè.*

ANNONAM ab anno dictam, quaſi quòd 1
in annum cuſtodiatur, vel ex anni prouen-
tibus ſumatur, ſcribunt Schard. & cæteri
*de ver. iur. in voce Annona.* Rebuff. *in leg.*
*frugem* 77. *de verb. ſign.* Petr. Greg. *lib. 36. ſyntagm. c.* 30.
*num.* 1. Mendez de Caſtro *ad tit. infr. de annon. ciuil. in*
*princ.* Bulenger. *lib. 6. de Imp. Rom. c.* 8. † & ita Turne- 2
bus *lib. 26. aduerſ. c.* 16. explicat illud Plauti *in Trinum.*
*act. 5. ſcen. 4. verſu* 83.

*Cœna hac annona eſt ſine ſacris hæreditas.*

Quaſi diceret, cœna iſta popularis annuus quidam
nobis eſt, ſicut frugum prouentus ſine vllo impendio,
vt hæreditas quæ nullis venit obnoxia, ſacrorum ſum-
ptibus (ſcio Muretum, Lipſium, Gruterum & Palme-
rium, quos ſequitur Oſvval. *lib. 1. Don. c. 15. lit. M.* &
Taubmanus in illo loco Plauti, in eo explicando de-
fatigari, ſed nunc Turnebo adhæreo, cùm qui Muſas 3
colimus ſeueriores non ita diſertiſſimus) † ſignificat
*Annona* ſingulari numero frumentum, vinum, oleum,
carnem & alia edulia & cellarienſes ſpecies *leg. pro lo-*
*cis 5. infr. h. tit. l. 1. & tot. infr. de erog. mil. annon.* &
ita in Codice Theodoſij concipitur noſter titulus, *de*
*annona & tributis, & annonam militarem* dixit Vulcatius
Gallican. *in Auidio Caſſio* pro omni commeatu, ſeu
prouiſione exercitus, obſeruat Cuiac. & Valenz. *n.* 9.
*in præſenti.* Gothofred. *in l. 32. §. Lucius, ff. de admin.*
*tut.* (& ante eos Pyrrhus *hîc*) Gutier. *de offic. domus*
*Auguſtæ lib. 3. c.* 17. † Annonæ verò pluraliter prolatæ 4
duntaxat ſignificant panes, vt obſeruat Salmaſ. *in not.*
*ad Lamprid. in Alex. p.* 226. licèt idem quoque in ſin-
gulari ſignificet *in tit. infr. de excoctio. milit. annonæ.*
† Hinc quia inter cætera tributa ſolebant penſitari in 5
certa ſpecie, veluti frumento, vino, oleo, & ſimilibus
poſſeſſores fundorum Principis, annona ſumitur pro
tributo illo in eis rebus conſiſtente, quod dicebatur
*annonaria collatio*, cuius fit mentio *in leg. 1. §. 2. & in leg.*
*fin. §. qui annonam. ff. de munerib. l. 1. C. de præſcrip. tri-*
*ginta l. 2. & 3. C. ſi propter publicas penſit. l. ſine hærede* 32.
*§. Lucius* 6. *ff. de admin. tut. l. vnic. C. de annon. & capit.*
obſeruat Cuiac. & reliqui *hîc*, Mendez *de annon. ciuil.*
*in rub. n. 13. &* 14. idem Cuiac. *lib. 6. reſp. Modeſt. in d.*
*§. Lucius.* Otalor. *de nobil. 1. p. c. 2. n. 4. &* 18. Pancirol.
*lib. 2. theſaur. var. c. 31. verſ. hæc diu obtinuerunt.* Eòque
pertinent *l. vſufructu* 7. *aliàs eſt l. hactenus* 8. *l. vſufru-*
*ctu* 52. *ff. de vſufruct. l. quæro* 28. *ff. de vſufruct. legat.*
*leg. inter* 42. *ff. de pactis, l. neque* 13. *ff. de impenſ. in reb.*
*dotal. l. in ſumma* 6. *C. de pignor.* cum aliis. † & *Annona-* 6
*ria cauſa* dicitur *in l. auſertur* 46. *§. vt debitoribus ff. de*
*iure fiſci*, & *Annonaria ſpecies, & indictiones in leg. 3. C.*
*Th. hoc tit. & in l. 2. h. t.* † Nam varias pro cuiuſque fer- 7
tilitate ſpecies diuerſæ prouinciæ præbuere, & cui-
cumque populo præceptum erat, vt quinquageſimam
frumenti, hordei quadrageſimam, vini & lardi viceſi-
mam Principi ſoluerent, vt docemur ex *l. modios 9. infr.*
*de ſuſceptor. & arcar. l.* 5. *C. Th. eod. leg. penes* 14. *cum*
*alijs, C. Th. hoc tit.* † Alia tributa ſoluebantur non in 8
iis ſpeciebus, ſed in auro, argento, ære, equis, aliiſve
ſimilibus corporibus, quæ ſub generali nomine tri-
buti in præſenti continentur, vt notant omnes *hîc.* Tri-
butum ab intributione dictum putat Vlp. *in l. ager.* 27.
*ff. de verb. ſignif. in fin.* vel vt meliùs cenſet Varro *lib.* 4.
*de ling. Latina, ad fin.* à tribubus, quòd ea primùm
pecunia quæ populo imperata eſt tributim à ſingulis
exigebatur. † Et quamuis *tributi* nomen generaliter 9
comprehendat omnes tributorum ſpecies, ſiue ſit tri-
butum, ſiue annonam, in hoc titulo ſpecialiter ſumi-
tur, vt ab annonis differat (ſicut ſolet dici de adoptio-
ne & adrogatione quæ ſe habent tanquam genus &
ſpecies) pro tributo quod præſtatur de rebus quæ non
conſiſtant in fructibus terræ, vt frumentum & cætera
ſimilia, ſed diuerſimodè ſe habent, vt ſunt omnia iura
regalia, quæ Principi dantur, vt publica penſitatio
impo

impoſitio, cenſus, vectigal, ſtipendium, indictum, collecta, & id genus alia, *d.l. ager, in fin. dict. l. inter* 42. *de pact. l.3. ff. de cenſib. l.2. §. ſi quid publici, de hæred. vel act. vend. tot. tit. infr. de exact. tribus* explicat Otalora
10 *ſup.* Marta *de iuriſdict. 4. p. caſ. 11. n.1. & ſeq.* † Horum tributorum plures ſunt ſpecies quas in præſenti enumerant Rebuff. Plat. Valenzuel. *n.3.* & reliqui, Marta *vbi proximè n.7. & ſeq.* Gutier. *de gabell. q.1. tot.* Molin. *de iuſt. 3. tom. diſp. 651. tota*, de quibus ſuis locis commodiùs agemus, & de aliis annonæ acceptionibus, *in tit. infr. de annon. ciuil. & de erog. mil. ann.*

## LEX I.

*Impp.* Valerianvs. & Gallienvs AA. & Valerian. Cæsar. *Antiocho.*

Æs quidem alienum proportione, ex qua quiſque defuncto hæres extiterit, præſtari oportet. Annonas autem is ſoluere debet, qui poſſeſſiones tenet, & fructus percipit.

---

## LEX II.

*Impp.* Diocletian. & Maximian. AA. & CC. *Herennio.*

Indictiones non perſonis, ſed rebus indici ſolent, & ideò ne vltra modum earundem poſſeſſionum, quas poſſides, conueniaris, Præſes Prouinciæ proſpiciet.

### *SVMMARIVM.*

1 *Concluſio & ratio horum iurium.*

2 *Quando prædia ſunt obligata, obligatio ea ita comitatur, vt quocumque vadant ſequatur.*

3 *Seruus realis dicitur prædio deberi, non perſonæ, & ideo libellus nomine prædij eſt concipiendus, ſi ſeruitus petatur.*

4 *Poſſeſſores ratione prædij non ſolùm tenentur ad tributa quæ nunc debentur, ſed & ad præterita, quod etiam extenditur & ad hæredes qui tenebuntur etiam re ipſa legata,* & num. 6. & 7.

5 *Explicatur* l. ſi qui proſcribente 6. ſup. de fide & iure haſtæ fiſc.

8 Leg. cùm poſſeſſor. §. qui non habita, de cenſibus, *explicatur, & ſpecies,* l. ſi quis cum à fideicommiſſario, cum aliis, ff. de condict. indeb. & num. 9.

10 *Prædij poſſeſſor tenetur præſtare decimas debitas à prædeceſſore.*

11 *Idem erit dicendum in penſione, & in poſſeſſore maioratus, & in tertio poſſeſſore rei emphyteuticæ,* & n. 12. *vbi tractatur an idem admittatur quando ſit recognitio cenſus?* & num. 13.

14 *Fundus affectus onere reali ad quemcumque vadat, tranſit cum ſuo onere, etiamſi ſit perſona Eccleſiaſtica, vel ipſa Eccleſia, & ea opinio vt veriſſima adſtruitur contra Martam, & explicatur* c. ſancitum 23. q. 8. & n. 15. 16. & 18.

17 *Mutatâ perſonâ mutatur rei qualitas, quomodo intelligatur?*

19 *Explicatur* lex fin. §. fin. ff. de contrah. emp. & *in optimis quæſtionibus expenditur multorum auctoritate,* & n. 20. 21.

22 *Defenditur* l. 8. tit. 18. lib. 9. Recop. *quæ ab Eccleſiaſticis perſonis gabellas exigendas conſtituit,* & n. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30.

*Vbi de interpretatione* cap. fin. de immun. Eccleſ. in 6.

31 *An in re hypothecata cum pacto de non alienando quæ ad Eccleſiam deuenit, ſi executio petatur, adeundus ſit Iudex Eccleſiaſticus vel ſæcularis,* & num. 32. & 33.

34 *Si pactum ſit inter ementes, vt poſſeſſor fundi non teneatur, ſed venditor, adhuc tamen poſſeſſor conuenietur ratione tributi.*

35 *Explicatur* lex epiſtola 52. §. pactum, ff. de pactis, *cum aliis, & conuenitur cum* l. inter debitorem 43. ff. de pact. *& tractatur quatenus fiſci ius priuatorum pactis poſſit lædi,* & num. 36. 37. 38. 39. 40. & 41.

42 *Proponitur ſolutio antimoniæ, quæ interuenit* in l. 1. C. ſine cenſu, vel reliq. cum l. ex conuentione 11. Cod. de pactis, *& variis adductis interpretamentis vera mens earum inueſtigatur,* & n. 43. 44. 45. 46. & 47.

48 *Vſufructuarius tenetur ad onera & tributa ſoluenda.*

49 *Quid ſit* ſolarium, *& quod ob tranſitum exercitus confertur & fuſiones* in leg. hactenus, & in leg. ſi pendentes, §. ſi quid. ff. de vſufructu, & n. 50. 51.

52 *Explicatur* lex qui quatuor 30. §. qui hortos, de legat. 3.

53 *An colonus, vel inquilinus teneantur ſoluere collectas debitas ratione rei conductæ?* & n. 54. *& quid in decimis?* & n. 55.

56 *Explicatio* l. ſine hærede 32. §. Lucius, ff. de admin. tut.

57 *An locuſtæ exterminandæ ſint expenſis colonorum, vel dominorum, attentâ l. Recopilationis?*

58 *Agitur de intellectu* l. 2. infr. de prædiis nauicular. *& de obligatione tacita nauiculariorum,* & n. 59. *vbi quid ſit munificum ius.*

60 *Diſcutitur quæſtio an onus reale quo afficitur prædium, afficiat, quoque melioramenta,* & numer. 67. 68. & 69.

61 *Expenditur pro ea parte vt non extendatur onus ad meliorata.* d. leg. 2. infr. de prædiis nauicular. *& in ea inducenda reiicitur Garciæ interpretamentum, & latius explicatur* num. 70. 71. 72. & ſeqq. vſque ad n. 76.

62 *Expenditur* l. Paulus 29. §. domus, ff. de pignorib. & l. cùm poſtulaſſem 44. §. damni. ff. de damno infecto, *& tentatur earum conciliatio,* & n. 63. 64. & 77.

65 *Quando aliquid additur, vel detrahitur alicui rei, efficitur res noua,* & n. 78. *& quid in re augmentata,* & n. 79.

66 *Mutans in refectionem ædificij habet ius prælationis,* & num. 80.

73 *Romanis magna cura ædificiorum fuit ne vrbs deformaretur ruinis.*

74 *Animoſus homo quis dicatur* in dict. l. 2. de prædiis nauicul.

81 *Quemadmodum res augmentata dicitur vt augmentum afficiatur onere reali, vel hypotheca,* & n. 82. 83. & 84.

85 *De eo ſeruitio quod apud nos* lanzas *vocatur, quod Proceres & titulati viri Regi exhibere tenentur, diſſeritur,* n. 86. 87. & 88. *& an Epiſcopi & Prælati ad id teneantur,* n. 89. *& interpretatur* l. filiusfam. 114. §. Diui, de l. 1. *& traditur Principem ſemper circa hoc tributum eſſe antiquiorem creditorem,* & n. 90.

91 *Æs alienum repertum in hæreditate diuiditur inter hæredes pro portionibus hæreditariis, & de ratione diſſerunt*

*diſſertum deducta ex repræſentatione defuncti*, &
num.92. *& de differentia inter actionem realem
& perſonalem quoad conueniendum hæredem*, &
num.93.

94 *Hæredes debitoris cenſus qui pro indiuiſo poſſident
rem hypothecatam, recognitionem facere tenen-
tur.*

1 COLLIGITVR ex his iuribus æs alienum
diuidi inter hæredes pro portionibus
hæreditariis, ſpecies verò annonarias
præſtandas ab eo, qui prædia poſſidet,
*leg.2. & fin.Cod.ſine cenſu,vel reliq.leg.2.infr. de prædiis
nauicul.* Rationem tradit Papirius Iuſtus *in leg. Impe-
ratores 7. ff. de publican.* quia in his tributis prædia
ipſa ſunt ad tributum præſtandum obligata, non per-
ſonæ, prædia præſtant, & ſunt in obligatione, non
perſonæ, *leg. cùm ſeruus 39. aliàs eſt leg. apud Iulianum,
§.hæres 5.ff.de leg.1.leg.prædiis 36.ff.de iure fiſci,leg.cùm
poſſeſſor 5.§.fin. ff.de cenſib.leg.1.C.in quibus cauſ.pign.d.
leg.2. de præd. nauic.* & facit elegans *leg. & ſi fortè 6.§.
etiam, ff.ſi ſeruit.vindic.* ibi, *Hanc ſeruitutem non hominem
debere,ſed rem.leg.denique 19 ff.de iure fiſc.* Onus etiam
reale ſequitur, & quocumque vadat fundus, tranſit
cum ſua cauſa, *leg.ſi conuenerit 18.§. ſi fundus,ff.de pign.
act.l.via 23.§.1.de ſeruit.ruſt. leg.in facto 60.§.fin.de con-
dit. & demonſtr. leg. alienatio.67. de contrah. emp. l.ſi de-
bitor 12.Cod. de diſtract.pign.leg. vnic. Cod.rem alien.ge-*
2 *rent.* † Eſtque in iure certum, vt quoties ius aliquod
ita prædiis adhæret, vt ea quocumque vadat ſequa-
tur, non tam perſonarum, quàm prædiorum ratio
in eius iuris exactione habeatur, & ita huiuſmodi
tributa & vectigalia quæ infixa ſunt prædiis, non
tam à poſſeſſoribus, quàm ab ipſis prædiis exigi di-
cuntur, vt notat Accurſ. per text. *ibi in l.4. §.is verò
ff.de cenſib. verb. profiteri*, & ideò propter rem poſſeſ-
ſores conueniuntur, *l.3. C. ſine cenſu*, docent Lucas,
Platea, Rebuff. Valenzuel. *num.3.* Nouat. *n.1.in præſen-
ti.* Cuiac. *lib.3.Reſp.Papin.in l.prædiis,de iure fiſc.* Donell.
*lib.15.com.c.44.* D.Fran.de Leon. *dec.1.* Valent. *num.1.
& ſeq.* Ant.Fab. *lib.20.coniect.c.9.* Afflictis *deciſ.95.* Pi-
nel. *in l.1. C. de bon.mat.2.part. n.72.* Quapropter hoc
genus vectigalis dicebatur fixum quòd prædiis impo-
ſitum onus eſſet eorum, vt cuiuſdam marmoris aucto-
3 ritate tradit Durantius *lib.2.var. cap.8.* † & ita de ſer-
uitutibus dixit Papin. *in leg.vnus ex ſociis 34.ff de ſeruit.
ruſt.* ſeruitutem prædio deberi, non perſonæ. Nam et-
ſi perſonæ deberi dicatur *in l.2.ff.de ſeruit. vend.* tamen
quia prædiis inhæret, *l.1. leg. cùm fundus 113. ff. com.
præd. §.ideo. Inſtit.de ſeruit.l. ſeruitutes 19 § ſi ſublatum,
ff.de ſeruit.vrb.* cum aliis, & non niſi prædiorum gra-
tia conſtitui poſſit, figuratâ loquutione prædiorum
magis, quàm hominum appellantur, vt rectè docuit
Duar. *in l.1 ff.de ſeruit.* quod adeò procedit, vt ſi aliquis
ſeruitutem deberi ſibi contendat, meliùs faciet ſi li-
bellum concipiat nomine prædij. *l. qui aliena.3. §.fin.
aliàs eſt l.liberto 3. §.fin. ff.de negot.geſt.cum l.2.C.de no-
xal.leg.lex vectigali.ff.de pignor.l.venditor 14. ff. com.præ-
dio.* quorum iurium argumento ita docent, Caſtren. *in d.
l.1.de ſeruit.n.2. & l.2.ff.ſi vind.* vbi etiam Fulgoſ. Bar.
*n.3.* Iaſ. *n.11.in l.ſi prius 15.ff.de noui oper.* & alij relati à
Socino *reg.389.* Cæpolla *de ſeruit.vrban.c.2.n.2.* Peralta
*in l. Mænius, §. fundi, de l.2.n.14.* quos immeritò repre-
hendit Morl. *in emp.tit.6.num.31.cum ſeqq.*

4 Ex quo infertur adeò ſupradictam doctrinam ve-
ram eſſe, vt poſſeſſores, qui nunc ſunt, teneantur, ſol-
uere tributa, non ſolùm quæ nunc debentur, ſed etiam
& illa, quæ debentur ratione temporis præteriti à
prædeceſſore, ſiue illum fundum emerit ab aliquo
priuato, ſiue etiam ab ipſo fiſco, *d.l. Imperatores, de pu-
blican.leg.fin.C.ſine cenſu, vel reliq.d.l.prædiis,de iure fiſc.
l.cùm poſſeſſor 5.§.qui non habita,de cenſib.* Rationem *ſu-
prà* tetigimus, quia huiuſmodi tributa ſunt onera agro-
rum, aut fructuum, qui ex eis percipiuntur, non verò
onera perſonarum, & ita cum rem comparaueris quæ
tributum debet, non eſt mirum ſi & præteriti temporis
reliqua ſoluas, explicant DD. *i. præſenti.* Cuiac. *in recit.
ad tit. de iure fiſci,in d.leg.prædiis.* Pinel. *in l.1.C.de bon.
mat.2.p.n.72.ver.nono.* Garcia *de expenſ.cap.11.n.50.* &
alios referens Narbona *in l.35.tit.3.lib.1. Rec.gloſ.4. n.
23.& ſeq.* Nouar. *hîc n.1.& 2.*

Sed obſtat *lex ſi qui proſcribente 6. ſuprà de fide & 5
iure haſtæ fiſc.* vbi poſſeſſor fundi non tenetur ſoluere
tributum præteriti temporis, cui difficultati ſatisfa-
ciunt Platea *in d.l.6.* Cuiac. *in dict.leg. prædijs*, & Go-
thofr. *in l. fin. infr. de cenſib.* qui dicunt procedere in
fiſco actionante, & fundum debitoris ſub haſta ven-
dente, quia plerumque fiſcus prædia vendit ſine onere
præteriti tributi, vel reliquorum, vt faciliùs inueniat
emptorem, & cùm olim ex *d.l. ſi prædiis*, contrarium
obſeruaretur, & id formidantes emptores nollent
comparare à fiſco, vt ad emptionem faciliùs incitaren-
tur, Impp. Valentinianus & Valens *in d. l. ſi quis*, hoc
ius introduxerunt, vt conſtat ex *l.1.C. Th.de fiſci debi-
tor.* quod receptum eſt *in l fin.infr.de cenſib.l.locorum 11.
in fin. infr.de omni agro deſer.l.2.de fund.rei priu.l.murile-
guli 11.infr. de murilegulis.*

Supradictum verò ius ſoluendi reliqua decurſa præ- 6
terito tempore, habet locum etiam & in hærede, qui
conueniri poteſt à fiſco ex cauſa præteritorũ tributorũ
quæ defunctus non ſoluit ſua die, etiam omiſſo lega-
tario, cui prædia talia relicta fuerint. *d.l.cùm ſeruus 39.
aliàs eſt l.apud Iulianum, §. hæres 5.de leg.1.* † Non etſi 7
hæres re certâ legatâ non teneatur amplius, quàm vt
talem rem præſtet, qualis eſt cum ſuo onere, vel iure,
*leg.ſi à ſubſtituto 43.§.2. de l.1.* ad cuius explicationem
notaui *lib.2. obſer.c.13.* planè in electione eſt fiſci, vel
cum legatario experiri tanquam cum poſſeſſore, vel
cum hærede, qui iam cœpit debere tributum præteri-
ti temporis ex perſona defuncti, & cùm res ſit obliga-
ta, tenetur eam luere, *leg. ſi res 57. ff. de leg.1.* vt *ibi*
notarant poſt Bar. Caſtrenſis, Duar. & alij. † Neque 8
obſtat *lex cùm poſſeſſor. 5. §.qui non habita. D. de cenſib.*
vbi datur actio hæredi qui prædia fideicommiſſario,
vel legatario præſtat, non habitâ ratione tributorum,
atque ita videtur non eſſe hæredem fiſco obligatum.
Quia reſpõdetur dictam doctrinam certam eſſe quoad
fiſci electionem, qui poteſt quemcumque conuenire,
licèt in dubio parcatur hæredi, *l.Sempronius 47. de le-
gat.2.* præcipuè cùm tributa ſint onera rei, *leg.vſufru-
ctu 7. aliàs eſt l.hactenus, verſ. quoniam, l.ſi pendentes 27.
§.ſi quid.ff. de vſufruct.* niſi de certa teſtantis volunta-
te apparuerit, vt eo onere leuaretur legatarius ab hæ-
rede, vt in ſpecie *leg. qui concubinam 29. aliàs eſt leg.
qui quatuor 30. §.qui hortos, de legat.3.* & ita præſumi-
mus præterito tributo legatarium cui dari vult rem
potius quàm hæredem onerare voluiſſe. Quapro-
pter legatarius, cui tale prædium relictum eſt aduer-
sùs fiſcum ex cauſa tributi præteriti, tenebitur hæ-
redi cauere de indemnitate, ita vt ſi negligens fuerit
hæres in ſolutione legati, vt eo nomine ſibi ſatis de-
tur, ex reſcripto D. Pij, habebit actionem, ſeu con-
dictionem indebiti, quaſi plus debito ſoluerit qui
ſoluit non exactâ cautione indemnitatis, *dict. leg. qui
poſſeſſor. § qui non habita, de cenſib.* † Quò pertinet ſpe- 9
cies *leg. ſi quis cùm à fideicommiſſario 39. ff. de condict.
indeb. l.3. §. item ſciendum, & §. fin. ff. ſi cui plus quàm
per legem fal.* ibi, *Quaſi plus ſolutum videtur ex eo quod
cautio intermiſſa eſt*, quod eleganter obſeruat Cuiac.
*lib.19.reſp.Papin.in d. §. qui non habita, & in d. leg. præ-
diis,de iure fiſc.* Vnde retinenda eſt vulgata littera *d.l.ſi
quis cum.* ex qua expungebat Ant.Fab. *lib.5.coniect.c.15.*
verba illa *plus debito*, quaſi ex Interpretis alicuius gloſ-
ſa & interpretatione ad præcedentia illa verba, *quaſi*

*indebitum*, in contextum irrepſerit. Nam aliud eſt repetere quaſi indebitum ſolueris, aliud quaſi plus debito, cùm aliquid deberes, & ideo ſenſus erit illorum verborum, *Quaſi indebitum plus debito tum ſolutum repetere poſſe*. Repetere poteſt qui non cauit quaſi indebitum quod ſoluit plus debito.

10 Quod verò reſoluimus de ſolutione præteriti temporis, vt ad præterita teneatur poſſeſſor, habet locum & in decimis impoſitis ipſi prædio. Nam talis prædij poſſeſſor tenebitur præſtare non ſolùm decimas decurſas à die poſſeſſionis adeptæ, ſed etiam & debitas à prædeceſſore poſſeſſore, vt notant gloſſ. *in c. tua nobis* 26. *de decimis, verb. ſic & dominus, in fin.* quam ſequitur *ibi* Panormit. *n.* 10. *& in c. cùm homines, n.* 6. *eod. tit.* Franc. Marcus 1. *part. quæſt.* 550. Rebuff. *de decim. quæſt.* 9. *n.* 9. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *ordinam. verſ. dubitatur.* Pinell. *in l.* 1. *C. de bon. mat.* 2. *part. n.* 72. *verſ. nono in decimis*, & cum Riccio & aliis Nouar. *hic num.* 3. Barboſa *in collect. ad d. cap. tua nobis num.* 13. Ratio eſt, quoniam decimalis præſtatio eſt tributum, ſeu onus reale, *d. c. tua nobis*; onus autem reale debet præſtari à poſſeſſore etiam pro præterito tempore, vt diximus. Quod ita quoque procedit, vt quamvis terra mutetur in aliam qualitatem, adhuc tributum debebitur, veluti ſi terra priùs erat frumentaria, & conuerſa eſt in vineam, vel oliuetum fuerit poſitum vbi priùs erant vites, *cap. commiſſum* 4. *de decimis, l. certo generi* 13. *ff. de ſeruit. ruſt.* vbi Accur. Bar. & Alberic. *cap. cùm in tua* 30. *de decim.* ex quibus deducunt Mieres *de maior.* 1. *part. quæſt.* 10. *numer.* 116. Valaſc. *conſult.* 58. *num.* 14. Valenzuel. *conſ.* 33. *ex num.* 26. Caſtillo *de Tertiis cap.* 15. *toto, ex numer.* 2. præſcribentem decimas prædij in quo fuerat ſatum frumentum, ſi alius fructus colligatur, eaſdem debere reportare, quod etiam tenet Burgos de Paz *conſ.* 50. *num.* 8. *& ſeq.* Nam tributum cùm ſit reale, nihil impedit quominus poſſeſſor decimas reportet quòd mutetur ſeminatio, aut plantatio in præiudicium iuris iam quæſiti, *leg. fin. ff. de vſu & hab.* Contrà erit ſi ius percipiendi erat ratione fructuum collectorum, tunc enim ex mutatione plantationis rectè immutabitur, ex traditis à Caſtillo *de Tertiis c.* 36. *n.* 54. *&* 59. cùm onus non ſit reale, ſed perſonale, vt contigit in hac Curia, in quadam lite. Ca-

11 ſtillo *d. c.* 15. *n.* 36. † Idem dicendum erit in ſolutione penſionis impoſitæ ſuper aliquo beneficio, quam ſoluere tenetur beneficij poſſeſſor, etiam ſi eam deberet prædeceſſor, vt docet poſt Gigam *de penſion. quæſt.* 43. 44. *&* 51. Nicol. Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *à num.* 190. & Narbona *ſupr. numer.* 24. Gratian. 1. *tom. diſcep. cap.* 94. *num.* 51. *& ſeq.* Ceuall. qui alias quæſtiones ſimiles allegat, *com. contra com. q.* 36. *num.* 18. *& ſeqq. & tom.* 4. *qu.* 897. *ex num.* 505. & Caſtillo 6. *tomo controuer. cap.* 161. *numer.* 31. *& de Tertiis cap.* 2. *numer.* 17. vbi in tertiis debitis Regibus noſtris loquitur, quod & in poſſeſſore maioratus præſtante & ſubeunte onera realia, quæ tempore prædeceſſoris decurſa erant, veluti alimenta fratribus, aut aliis de familia debita, obſeruat & Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 27. *num.* 8. *&* 9. & Valaſc. *de iure emp. quæſt.* 17. *num.* 17. & Caſtillo *de vſufr. cap.* 56. *num.* 14. *& tom.* 5. *cap.* 161. *ex num.* 32. & Additio. Mo-

12 lin. *d. c.* 27. *n.* 8. † Idem in tertio poſſeſſore rei emphyteuticæ, vt teneatur ad canones præteriti temporis, tenet Molina 1. *tom. de iuſt. & iure, diſp.* 456. *verſ. Quod verò.* Pinell. *d. num.* 72. *verſ. nonò ampliatur, & verſ. decimo.* Maſtrillus *deciſ.* 171. & in recognitione cenſus vt recognoſcentes teneantur non ſolùm ad futuras, ſed etiam & ad præteritas præſtationes, docet cum multis Auendan. *de cenſib. cap.* 99. *num.* 4. poſt Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap fin. num.* 3. *& in addit. ad eum locum num.* 2. qui plures cumulat, quos tranſcripſit Auendan. *ſupr.* & vltra eos Pinel. *ſup. d. num.* 72. *verſ. quinto limitatur*, & Valaſc. *de iure emph. q.* 17. & ratio eſt, quia cenſus conſtituitur ſuper re *leg.* 1. *&* 2. *Cod. de iure emph.* hæc autem verba *ſuper re*, inducunt obligationem pignoris, vel hypothecæ, & ſic obligationem realem, *argum. l. codicillis, pen. §. inſtituto, de leg.* 2. (vbi docuit. Bar.) *leg. fundum quem* 9. *l. Caius* 12. *ff. de annuis legat.* Iaſon *in l.* 2. *num.* 45. *Cod. de iure emph.* Roman. *ſing.* 631. Alex. *in leg. plebs §. pignus, de verb. ſignif.* Caſtillo *in leg.* 66. *Tau. verſ. hypothecæ.* & faciunt quæ tradit Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 6. † Verùm in hac re noſtris Auctoribus aſſentire 13
indiſtinctè non poſſum, cùm exiſtiment minimè poſt recognitionem tertium poſſeſſorem teneri ad præteritas penſiones, cùm conſtitutio cenſus ſit obligatio perſonalis, quamvis inducta reſpectu rei, & ſic nequit tranſire contra tertium poſſeſſorem, ex regula *l.* 1. *§. ſi hæres* 16. *ff. ad SC. Treb.* ibi, *Neque enim æris alieni perſonalis actio fundum ſequitur*, facitque *l. fin. §. fin. ff. de contr. empt.* & ſic intellige, niſi ipſe iam ante recognitionem poſſediſſet, tunc enim ex poſſeſſione antea habita conuenietur.

Rurſus deducitur ex noſtra deciſione fundum affectum onere reali ita eſſe obligatum, vt etſi deuenerit 14
in Eccleſiam, vel Eccleſiaſticam perſonam, ad tributorum ſolutionem tenebitur, nullâ habita immunitatis Eccleſiaſticæ contemplatione, *cap. ea enim*, §. *item prædium* 10. *quæſt.* 2. *cap. ſi tributum* 11. *quæſt.* 1. *cap. tributum* 23. *quæſt.* 8. *l. fin. infr. de exact. tribut. l. placet* 5. *verſ. poſtremo, C. de ſacr. Eccleſ. leg.* 53. *tit.* 6. *part.* 1. *l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* docent gloſ. *in cap. ſecundum* 24. 23. *quæſt.* 8. *verb. manſo. verſ. item nec de decimis, & in cap. tributum, verb. de exterioribus eod.* Caſtrenſ. *in leg. inter* 43. *ff. de pact. n.* 4. plures quos refert Couar. *lib.* 1. *var. c.* 4. *num.* 9. Did. Perez *in leg.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *ord.* Narbona alios adducens *in leg.* 35. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop. gloſ.* 4. *num.* 19. *&* 20. & vltra eos Queſada *diuerſ. quæſt. iur. capite quarto.* Azeued. *in leg.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop. per tex. ibi.* Florez Mena *lib.* 2. *var. quæſt.* 21. *numer.* 208. *&* 233. Valaſcus *de iure emph. qu.* 17. *num.* 7. Ceuallos *quæſt.* 36. *num.* 14. *& ſeq. & quæſt.* 899. *ex num.* 1. Molin. *de iuſt. & iur.* 1. *tom. diſp.* 456. *verſ. quando res.* Gratian. 1. *tom. diſcep. cap.* 16. *num.* 19. *& ſeq.* & relati à Barboſ. *in collect. ad cap. non minus, de immun. Eccl. n.* 4. *&* 5. & Don. Io. Beltran. de Gueuara, olim Archiep. Compoſt. *in diſcurſ. contra Venetos* §. 6. *aſſert.* 1. *num.* 29. Caſtillo *de Tertiis cap.* 36. *num.* 56. *& ſequentibus.* Ratio eſt, quoniam in eo caſu prædia ipſa, vt diximus, conueniri magis videntur, quam Eccleſia, aut perſonæ Eccleſiaſticæ, *dict. c. ſi tributum*, ibi, *agri Eccleſiæ tributum ſoluunt.* † Quæ opinio veriſſima eſt, quid- 15
quid Marta aliud velit *de iuriſdict.* 4. *part. caſ.* 11. *ex num.* 28. vbi falsò pro ſe adducit *cap. ſancitum* 23. *qu.* 8. quod ait cauillari non poſſe, cum minimè illud legerit, aliàs enim ſententiam mutaret, cum *ibi* dicatur, ea quæ Eccleſiæ concedi ſunt ſolita, non iuri Imperatorum adſtricta manere, ſed Epiſcopi; pro aliis verò prædiis conſuetis tributa perſoluere Principibus ſoluenda eſſe tributa, vt diſertis verbis exprimitur ibi, *Etſi aliquid amplius habuerint, inde maioribus ſuis debitum ſeruitium impendant.* Quæ verba in hoc ſenſu accipiunt Gloſſa *ibi*, & Gratianus, qui adiicit, *De his verò quæ à quibuſlibet emerit Principibus, conſueta debet obſequia, vt & annua eis perſoluat tributa, & cum eis proficiſcatur ad caſtra, quod tamen hoc ipſum ſine conſenſu Rom. Pontificis fieri non debet.* Ex quibus colligit Marta Pontificis licentiam interuenire debere, quàm malè, videbit etiam cæcus.

† Nam præterquàm quòd Gratianus legem non 16
facit, qui priuatus fuit Monachus, ipſe ſolùm Rom. Pontificis licentiam requirit, non in tributis ſoluendis, ſed in eo ne Epiſcopi proficiſcantur in caſtra cum Principibus, ne ſcilicet deſerant ſuas ſedes, vt conſtat ex *capitibus ſeqq.* quæ poſtea ſubiicit, vbi prohibentur Epiſcopi ad comitatum, ſeu Curiam Principis accedere, & hanc mentem eſſe Gratiani, indicant verba, *& hoc ipſum*, quæ tantum

ad illum cauſam ſunt referenda, non ad ſolutionem
tributorum, & hanc mentem fuiſſe Gratiani, conſtat
ex *cap. ſi qua cauſa* 16. *§. his ita* 11. *quæſt.* 1. & ita expreſ-
ſus eſt pro hac ſententia Vrbanus *in cap. tributum* 23.
*q.* 8. vt mirer contrariam ſententiam ab aliquo rece-
ptam eſſe. Minus patienter audio rem hanc deciſam
iuxta opinionem Martæ, quid ad me ſi Senatus illi
Guidonis Papæ & Theſauri rem diligenter non cal-
luerunt. Abeant qui ita ſub alio mouentur, qui non
ex iure, ſed ex aliorum commentario ſapiunt, vt ver-
bis Senecæ loquar, & ſibi plaudunt cùm ita Senatui
Pedemontano, aut Lucenſi inueniunt placuiſſe. Eo-
rum veneranda monumenta ſuſpicio, ſed quantum ve-
ritas ſuggeſſit, tantum ab eis diſcedam, monitus au-
ctoritate Iuſtin. *in leg. nemo* 13. *Cod. de ſent. & inter-*
17 *loq.* † Minus facit regula illa quòd mutatâ perſonâ
mutatur rei qualitas & conditio, *l.* 1. *§. ſi is, vbi gloſſ. ff.*
*de collat. l. Paulus, aliàs, leg. per procuratorem* 90. *ff. de*
*adq. hær.* Quia, vt dixi, *in l. vnic. infr. de Metropoli Be-*
*ryto*, ea eſt intelligenda, quoties perſona eſt immedia-
ta cauſa talis conditionis, non verò quando hoc rei
ipſi affixum erat, & innatum, tunc enim tanquam
quædam qualitas glebis ipſis affixa, ad quemcumque
poſſeſſorem vadat poſſeſſio, onus non excutit, viden-
dus Ceuall. *dict. q.* 899. *num.* 92. *& ſeq.* & Caſtillo *de*
18 *Tertiis cap.* 36. *n.* 54. † Quare, vt ad propoſitum pri-
mum reuertamur, ſi tributum non fixum & certum
eſſet, ſed tale quod perſonas magis ſpectaret, quàm
res, quale eſt vectigal quod plebeij ſolent pendere, vul-
go *pecho*, vt probant Otalora *ſupr.* & Garcia *de nobilit.*
*gl.* 1. *§.* 1. *n.* 18. & alij relati à Florez de Mena *d. q.* 21.
*n.* 3. tunc etiam ſi Eccleſia, vel Clericus ex aliqua cau-
ſa bona plebeiorum adquireret, etiam ſi in extimo
(quo aiunt) communitatis poſita, & collectis per pa-
ctum obligata generaliter ad tale tributum non tene-
retur, dum tamen fraus per talem adquiſitionem fiſco
facta non ſit, ita notat Greg. *in leg.* 51. *tit.* 6. *p.* 1. *verb.*
*porraçon.* Feſtacius *de collect.* 4. *p. c.* 1. *n.* 52. Azeued. *in d.*
*l.* 11. Mena *d. q.* 21. *n.* 208. Ann. Robert. *lib.* 2. *rer. iudic.*
*c.* 2. Ceuall. *d. q.* 899. *n.* 77. *& ſeq.* Caſtillo *d. c.* 36. *n.* 58.
Hùcque pertinet *l.* 2. *infr. de prædiis nauicul.* de qua in-
feriùs latiùs agam.

19 Cui reſolutioni contraria videtur elegans Scæuolæ
doctrina *in l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* vbi cùm Ti-
tius certam frumenti quantitatem de ſuo fundo præ-
diis Caij dare promiſiſſet, ſi Titius prædium vendide-
rit, emptor non tenebitur ad præſtationem, etſi cum
omni iure & conditionibus fuerit facta venditio, quod
maximam continet difficultatem, quia cùm venditor
de fundo ſuo illam quantitatem ſoluere promiſerit,
fundus pignore, vel hypothecæ iure obligatus manſiſ-
ſe videtur, atque ita iuxta *ſuprà* reſoluta, quicumque
fundi poſſeſſor rectè potuit conueniri, *leg. pignoris* 18.
*Cod. de pignor. §. item Seruiana. Inſt. de action.* & facit
*leg.* 2. *in fin. Digeſt. de alimen. legat.* iunctis quæ ob-
ſeruat Auendaño *de cenſib. cap.* 24. *num.* 7. & D. Fran.
20 de Leon *deciſ.* 1. *Valent. lib.* 1. *num.* 1. † Quæ difficul-
tas adeò grauis viſa eſt Accur. *in dict. §. fin.* & Bar.
*in leg. fundus* 9. *ff. de annuis leg.* vt tenent contra Scæ-
uolæ verba generalia emptorem teneri actione hypo-
thecariâ, licèt actione perſonali non teneatur, quos
rectè notat Balduin. *de pignor. cap.* 6. Aliter eam dif-
ficultatem extricare conantur Iaſon. *in leg. fin. num.* 22.
*C. de ſacr. Eccleſ.* Boherius *deciſ.* 66. *n.* 4. Tiraq. *lib.* 1.
*de retract. §.* 4. *gloſ.* 5. *n.* 7. Couar. *in cap. Raynaldus, de*
*teſtam. §.* 10. *num.* 8. *& lib.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 3. Meneſes
*in l. in prouinciali n.* 22. *Cod. de ſeruit.* Donell. *lib.* 9. *com.*
*cap.* 21. Valaſcus *de iure emph. q.* 32. *ex n.* 17. Morl. *in*
*emp. tit. de ſeruit. in præmiſ. n.* 79. Auendan. *de cenſib.*
*c.* 24. *n.* 11. *& c.* 25. *n.* 3. & doctiſſimus noſter amicus D.
Perez de Lara *de Capel. lib.* 1. *c.* 2. *ex n.* 2. qui veriùs ſo-
lent reſpondere quòd etſi vbi quis aliquam frumenti
quantitatem ſuper fundo ſuo permittit, videatur velle
fundum obligare, atque ita hypothecaria exerceri
poſſit contra quemcunque poſſeſſorem. Tamen quan-
do quis de fundo ſoluturum eam quantitatem pro-
mittit, ex illis nullum inducitur pignus, ſed tantùm
fundus aſſignatus creditur ad ſolutionem eius quan-
titatis, non verò affectus onere aliquo reali, vt *in leg.*
*Caius* 12. *ff. de ann. legat. leg. fundi* 38. *in princ. ff. de vſufr.*
*legat.* & facit optimè Iulianus *in leg. quidam* 96. *in*
*princ. ff. de legat.* 1. ibi, *Veroſimilius eſt patremfamilias*
*demonſtrare potiùs hæredibus voluiſſe vnde aureos ſine in-*
*commodo rei familiaris contrahere poſſint, quàm conditio-*
*nem fideicommiſſo inieciſſe.* † Hanc doctrinam limitant 21
quando vel Reipublicæ fauore, vel ad pauperum ali-
menta, aut defunctorum anniuerſaria redditus ex ali-
quo fundo præſtandos, vel moriens, vel viuens con-
ſtituerit, quia obligatio earum rerum fauore ita fun-
do adhæret, vt quilibet poſſeſſor in quem fundus tran-
ſierit, rectè conueniri poſſit, *argum. l. mihi* 129. *de l.* 1.
*l.* 2. *l. Lucius* 12. *de alim. legat. leg. hactenus* 8. *verſ. mihi a,*
*de vſufr.* Obſeruant poſt Acc. *in dict. §. fin.* Roman. *conſ.*
338. Guid. Papæ *dec.* 576. Surd. *de alimen. tit.* 8. *priu.* 52.
latè & vtiliter Auendan. *dict. c.* 24. *n.* 1. Flores de Mena
*quæſt. var. lib.* 1. *quæſt.* 17. *tot.* Caſtill. *in leg.* 74. *Taur.* Lara
*ſupr.* Gaſp. Theſaur. *lib.* 2. *quæſt. forenſ. q.* 67. *n.* 17. Ant.
Theſaur. *deciſ.* 211. Ceuall. *qu.* 692. Franchis *dec.* 586.
Gratian. 1. *tom. diſcept. c.* 94. *num.* 52. *& ſeq. & deciſ.* 129.
*num.* 11. Felician. *de cenſ. lib.* 3. *c.* 5. *ex n.* 11. Giurb. *dec.* 5.
*num.* 13. *& num.* 43. Amat. Rodriq. *de concur. cred.* 1. *part.*
*art.* 3. *num.* 18.

Tertiò ex ſuprà adductis principiis deduco ratio- 22
nem ad *l.* 8. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recop.* vbi ſi laïcus vendiderit
Clericis, aut Eccleſiæ rem aliquam, nec poſſit com-
modè reperiri laïcus venditor, vt compellatur ad ſo-
lutionem gabellæ, ea exigenda ſit ab emptoribus Cle-
ricis, vel Eccleſiis, quod vt fieri poſſit lex ipſa talia
prædia, vel res venditas pignori ſubiicit, vt ſic tan-
quam hypothecæ ſubiectæ propter onus reale effi-
ciatur ſolutio. † Quæ lex videtur apertè contraria 23
libertati Eccleſiaſticæ, ex iis, quæ *ibi* adducit Azeuedo
*num.* 1. *& ſeq.* Lazarte *de decim. cap.* 19. *num.* 9. Gutier. *de*
*gabell. lib.* 7. *quæſt.* 87. *num....* Bobadill. *lib.* 2. *polit. cap.* 18.
*n.* 252. *& ſeq.* Marta *de iuriſd.* 4. *part. c.* 11. *ex num.* &
Dom. Præſes Granatenſis Valenzuel. *contra Venetos* 3.
*part. n.* 169. *& ſeq.* & D. Ioan. Beltran. de Gueuara *in*
*diſcur. contra eoſdem §.* 1. *aſſert.* 1. *& §.* 7. *toto.* qui docent
quòd quamuis directè hoc non ſit contra libertatem
Eccleſiaſticam, indirectè tamen eidem repugnat quo-
modocumque læſio, ſeu damnum eueniat Clericis, di-
rectò, vel indirectò, vel in conſequentiam, *cap. quan-*
*to* 26. *de priuil.* vbi DD. Gueuara *ſupr. §.* 5. *num.* 36.
Valenzuel. 1. *part. num.* 59. *& ſeq. vſque ad* 75. *&* 3.
*part. num.* 124. quod contingit cum cariùs ita emant
Clerici, vt ſentit Azeued. *in dict. leg.* 8. *num.* 2. expe-
ditque vt ſub tam Catholicis Principibus, quales ſunt
Hiſpaniæ Reges, Eccleſiarum bona emptionibus &
adquiſitionibus multiplicentur, non coanguſtentur,
vt obſeruant Valenzuel. *ſupr.* 1. *part. num.* 3. & Gueuar.
*dict.* 1. *aſſert. §.* 1. *& §.* 5. *num.* 2. *&* 3. ſiquidem, vt Sym-
mach. ait *lib.* 10. *epiſt.* 54. *poſt. med.* ibi, *Fiſcus bonorum*
*Principum, non Sacerdotum damnis, ſed hoſtium ſpoliis au-*
*geri debet.* † Ne aliàs impiiſſimorum Imperatorum 24
renouentur edicta, quibus ne Eccleſiarum fundi, aut
redditus augerentur, conſtitutum fuit, ne ex teſtamen-
to eis relinqui poſſit, vt docemur ex *l. collegium* 8. *C. de*
*hæred. inſt. leg.* 20. *&* 27. *C. Th. de Epiſcop. & Cler. No-*
*uell.* 120. *Iuſtin.* & iis, quæ de Nicephoro Pocha tradit
Zonoras *tom.* 3. *Annal.* & de Emanuele Commeno Ni-
cetas *annal. p.* 105. & de Chilperico Francorum Rege
Gaguinus & Maſſonius *in eius vita*, & refert quoque
Gueuara *ſuprà §.* 4. *num.* 13. *& ſeq.* quod maximope-
re rationi repugnare oſtendit Conſtantinus *in leg.* 1.

*Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & l. 4. C. Th. de Epiſ. & cler. cap. fu-*
*tur. am. cap. videntes* 12. *quæſt.* 1. D. Hieronymus *in epiſt.*
*ad Nepotian. verſ. Pudet dicere*, tradunt Fornet. *lib.* 1.
*ſelect. cap.* 28. Rober. *lib.* 2 *rer. iudic. cap.* 2. Germon. *de ſa-*
25 *cror. immun tot.* Valaſc. *de iure emp. quæſt.* 17. *num.* 7. † Qui
tanquam odioſum & perſonis Eccleſiaſticis aduer-
ſum non poſſe defendi tradunt, quoddam ſtatutum
quod Peruſini & Eugubini conſtituerunt, qui cùm
aduerterent plurima prædia & fundos ad Eccleſias &
Clericos quotidie peruenire, ſtatuerunt, vt omnia
prædia eſſent tributaria, vt ſic cum ſua cauſa & onere
ad Eccleſias tranſirent. Ita etiam anno præterito 1606.
vidimus Paulum V. Pontificem Maximum Venetos ex-
communicatione & aliis pœnis exagitaſſe, quòd varia
decreta edidiſſent ſuper alienationibus rerum immo-
bilium contra libertatem Eccleſiaſticam, vt conſtat ex
Bulla, ſeu Monitorio eiuſdem Pontificis, quam de-
fendunt contra Venetorum auaritiam, & palliatam
impietatem, doctiſſimi noſtri Hiſpani D. Ioan. Bel-
tran. de Gueuara, & D. Ioan. Baptiſta Valenzuela in
propriis de hac re editis tractatibus, quos laudauimus,
26 & laudabimus *infrà.* † Rurſus facit, quòd quando
lex procedit præcipiendo, aut vetando, & certam for-
mam contractibus Clericorum imponendo, non te-
net, vt firmant Panormit. *num. fin. in cap. Eccleſia ſanctæ*
*Mariæ, de conſtit.* vbi Felin. *num.* 38. Decius *num.* 104.
& 106. Iul. Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 82. *ver. ſed quæro.* Gueuar.
*ſup. §.* 5. *num.* 3. & 4.

27 Nihilominus tamen *d. leg.* 8. *Recop.* iure defendi po-
teſt, quia *ibi* non prohibetur alienatio in Eccleſiaſti-
cas perſonas, imò permiſſa eſt, cum illa tamen con-
ditione, ne fraus fiat regio fiſco, quæ vt euitetur, ne-
ceſſe fuit illam adiicere cautelam, vt prædia ipſo iure
remaneant obligata, quod non eſt contra libertatem
Eccleſiaſticam, vt docet Frider. de Senis *conſ.* 85. *verſ.*
*Quæritur nunquid*, vbi ait quòd quando lex non prohi-
bet omnino alienationem, ſed certam formam, & mo-
dum alienationi præſcribit, non eſt contra liberta-
tem Eccleſiæ, quia ſicut Eccleſia potuit prohibere ne
res Eccleſiæ ſine certa ſolemnitate in laïcum alienen-
tur, ita & Princeps ſæcularis poterit prohibere aliena-
tionem rerum ſubditorum, ne fiat in Eccleſiam ſine
certo modo & forma, ne fiſcus & iura regalia dam-
num patiantur, & cùm Eccleſia ſit cultrix iuſtitiæ, pa-
ti debet eodem iure vti Rempublicam, ex *tit. quod quiſ-*
*que iuris in alium ſtatuerit*, obſeruant Signorol. *conſ.* 21.
Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum numer.* 8. *& in cap. Ec-*
*cleſia ſanctæ, numer.* 6. & 22. *de conſtit.* Gueuara *dict.* 1.
28 *aſſert. §.* 4. *num.* 3. & 19. † Facit etiam quòd lex hæc
non diſponit de rebus quæſitis Eccleſiæ, ſed de quæ-
rendis, & multum refert in rebus quæſitis grauari,
vel quòd remoueatur lucrum in quærendis, *leg. Titio*
*centum* 71. *§. Titio centum el.* 1. vbi notat Bal. *ff. de cond. &*
*demon.* alia etenim eſt ratio lucri, alia damni, *leg. fin. §.*
*licentiam, Cod. de iure deliber.* Vnde procedit doctrina
Bart. *in leg. reſcripto* 6. *§. ſciendum numero quinto ff. de*
*muner. & bon.* qui ait non poſſe fieri ſtatutum, vt bo-
na iam quæſita Eccleſiis grauentur tributis, ſed in
bonis quærendis rectè imponi poſſe, quam ſequun-
tur plurimi relati à Tiraq. *de iure primog. quæſt.* 43.
*num.* 9. Driedo *de libert. Chriſtian. lib.* 2. *cap.* 3. *in fin.* &
refert eamdem, licèt ſuum iudicium non interponat,
Ceuall. *com. contra com. quæſt.* 142. *in princ.* poſtea eam
laudat, & ſequitur 4. *tom. quæſt.* 899. *num.* 105. *& ſeq.* &
in ſpecie noſtra ſequitur poſt Lazart. *de decim. vend. cap.*
19. *num.* 10. Gutier. *de gabell. libro ſeptimo quæſt.* 87. *n.* 5.
29 & 6. Narbon. *in leg.* 35. *gloſ.* 4. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop. n.* 25. † Et
quamvis dubiam & non ſatis tutam crediderim huiuſ-
modi Bar. doctrinam ex obſeruatione Did. Perez *in l.* 1.
*tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam. pag.* 90. Matienz. *in leg.* 11. *tit.* 10.
*gloſ.* 5. *n.* 5. Gregor. *in leg.* 55. *tit.* 6. *part.* 1. *verb. el Rey.* &
relatà Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *gloſ.* 3. *n.* 11. & 17. Gutier.
*lib.* 2. *pp. quæſt.* 132. *num.* 5. Ceuall. *quæſt.* 37. *num.* 16. & *q.*
142. poſt Felin. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ num.* 76.
vbi Decius *num.* 52. Gueuar. *ſupr. §.* 6. *num.* 26. *aſſert.* 1.
Adhuc tamen eam procedere arbitror poſſe, quando
non circa res, vel perſonas Clericorum diſponitur,
ſed circa contractus laicorum, vt fraudes euitentur,
tur, præcipuè cùm perſonæ Eccleſiæ nihil ſoluant,
nec prohibeantur emere, ſed tantùm laïci compellan-
tur ita vendere ne in fraudem regiorum iurium ven-
dant, & defraudetur gabella, & ita nullum damnum
ſentiunt Clerici, cùm iure noſtro venditores tenean-
tur ad ſolutionem gabellæ, *leg.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recop.* Gu-
tier. *de gabell. quæſt.* 46. *n.* 3. Quare ne latitantes laïci, &
ſolutioni ſeſe ſubtrahentes, fraus fieret fiſco, hypothe-
cam dicta lex induxit, antequam in poteſtatem Cleri-
corum deueniret, non cum damno Clerici, ſed cum præ-
cautione ſolutionis, in quo nulla iniuria fit Eccleſiæ,
neque libertati Eccleſiaſticæ, quia nulli iniuriam facit
qui vtitur iure ſuo. † Neque inde carius emunt Clerici, 30
quoniam alias etſi ſuprà dicta lex id non diſpoſuiſſet,
venditores tenebantur ad gabellam, atque ita ex ſu-
pradicta cautione hypothecæ nihil inde poteſt contra
Clericos de nouo introduci quòd rem carius cogan-
tur emere, vt patet, & ita nihil eſt in contrarium Boni-
facij deciſio *in c. fi. de immun. Eccleſ. lib.* 6. vbi excommu-
nicantur domini temporales imperantes ne ſubditis
perſonis Eccleſiaſticis quidquam vendant, vel emant
ab eiſdem. Nam reiectis expoſitionibus Baldi *in d. c. Ec-*
*cleſia ſanctæ Mar. n.* 6. Signorol. *d. conſ.* 21. quos reiecit
Gueuar. *ſupr. d. §.* 6. *n.* 34. *& ſeq.* Ceual. *d. q.* 899. *num.* 108.
facilè reſpondebis *in d. l.* 8. nihil fieri contra libertatem
emendi, aut vendendi, ſed tantum ſuccurri fraudibus
quæ poterant oriri ſi Clericis venderetur, & vendito-
res aufugerint, nam cum Clerici non tenerentur, &
vẽditores ſeſe abſentarent, facilè fraudibus eſſet locus,
vt conſiderat Lazarte *d. c.* 19. *n.* 11. & Azeu. *in d. l.* 8. *n.* 7.
conferuntque tradita à Gutier. *d. lib.* 2. *pp. q.* 132. *tot.*

Sed huic rei finitima eſt illa quæſtio, an in re one- 31
re reali affectâ, vel hypothecæ ſuppoſitâ cum pacto
de non alienando quæ in Eccleſiam tranſit, (nam ea
prohibitio non impedit alienationem, ex latè adductis
à Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 12. *n.* 30. vbi eius Additio-
natores plura de hac re cumulant.) ſi executio peta-
tur contra talia prædia, petenda ſit coram Iudice ſæ-
culari, vel coram Eccleſiaſtico? & ferè concors eſt no-
ſtrorum placitum, coram Iudice ſæculari executionem
eſſe petendam, ita vt Clericus non poſſit opponere
fori præſcriptionem, quia non tam Clericus, quam ip-
ſa prædia conueniuntur, vt diximus, ſiquidem cum
ſuo onere ſemper tranſeunt, & ſententia prædio da-
tur, *l. legato* 31. *§. fin. ff. de negot. geſt.* (quæ alias alle-
gari ſolet, *leg. qui aliena*, ſed corruptè quidem.) *leg.* 4. *§.*
*ſi aliter, ff. finium regund.* cum aliis quæ adduxi *ſuprà*
*num....* & hanc partem tenent Gutierr. *dict. lib.* 2. *pp.*
*quæſt.* 132. *numer. fin.* & relati à Ceuallos *com. quæſt.* 36.
*numer.* 14. *& ſeq. & d. q.* 899. *num.* 80. *& ſeq.* vbi neruoſè
hanc opinionem defendit, & *tom.* 5. *quæſt.* 16. *numer.* 3.
Auendan. *de cenſib. cap.* 85. & *cap.* 93. *& ſeq.* Rodriguez
*de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 58. *& ſeq.* ſatis ieiunè.
Noſter Pichard. *in manud. ad prax.* 2. *part. præcep. cap.* 4.
*num.* 8. Salgado *de regia protect.* 4. *p. cap.* 14. *num.* 103. &
*ſeq.* Guzman. *de euiction, quæſt.* 7. *num.* 34. † Licet non 32
negem valde controuerſum eſſe hunc articulum, cum
multi controuerſum eſſe hunc articulum, cum multi
contrarium ſequantur, ex quibus eſt Bobadill. *d. lib.* 2.
*cap.* 18. *num.* 164. Fontanell. *de pact. nup.* 2. *tom. clau.* 7.
*gloſ.* 3. *part.* 3. *num.* 10. & alij relati à Guzman. *ſupr. n.* 35.
& Rodrig. *dict. num.* 58. & 59. vbi noſtræ Curiæ placi-
to eam probat, & Gratian. 1. *tom. diſcept. cap.* 16. *n.* 20. &
*ſeq. & cap.* 141. *num.* 6. ſibi contrario. Iuri conuenien-
tiorem crediderim ſupradictam ſententiam, cum in
eo caſu non tangatur perſona Clericorum, neque
executio

executio in eis fiat, ſed tantùm in prædio, quod eſt de foro ſæculari, iuxta doctrinam Innocentij *in cap. non minus, de immun. Eccl.* docent in propoſito Graſſis *de effect. cleric. effect. 1. à n. 855.* Salgad. *ſup. n. 105.* & probatur *in l. fin. C. ſi vnus ex plurib.* ibi, *Cùm eius vindica-*
33 *tio non perſonam obliget, ſed rem ſequatur.* † Neque rationes contrariæ quidquam vrgent, nec illa Bobadillæ dicentis periculoſum eſſe loqui contra Eccleſiam. Nam ea ratio procedet contra eos, qui extra Eccleſiam ſunt, qui ſanctam Matrem Eccleſiam nouercam dicunt, nos etenim intra eius gremium ob Dei gratiam, huius noſtræ quæſtionis diſcutimus veritatem, neque enim illico contra Eccleſiam erit diſputare de iuriſdictione, quam in hoc, vel illo caſu poſſit exercere Iudex laïcus, cùm Summus Pontifex dicat *in cap. Nouit, de iudicijs, c. cùm ad verum 96. diſt.* (& agnouit Ceuall. *dict. q. 899. num. 112.*) nolle præiudicare iuriſdictioni laïcorum, & aliàs in multis ſimilibus caſibus, quos congerit Salgado *dict. 4. par. de regia protect. c. 14. toto, & maximè num. 105. & 109.* diceremus Iudicem laïcum non poſſe cognoſcere contra Clericum, quod tamen nullus in iure verſatus diceret, contra communes omnium aſſertiones, nec tamen ob id Eccleſia opiniones eorum taxat, neque reprehendit, cùm iuris fundamentis ſint ſtabilitæ. Quòd adeò verum eſſe exiſtimat Ceu. *vbi proximè n. 106.* vt in caſibus in quibus Eccleſia, vel Cleric. teneatur ſoluere tributa Iudici laïco inhibuerit Eccleſiaſticus interpoſitâ appellatione, & implorato Regio auxilio per viam violentiæ omnia reponentur, & vim facere declarabitur, & remittetur proceſſus ad Iudicem ſæcularem, quod docet etiam Salgado *d. 4. part. cap. 14. num. 129. & ſeq.* id quotidie in regiis tribunalibus videmus in querela *de lego y reo* quando dicitur *por ninguno y al ſeglar.*

34 Quartò etiam ex noſtra ratione deducimus adeò veram eſſe, vt procedat etiamſi pactum in contrarium fuerit vt poſſeſſor fundi vectigalis, ſeu ſtipendiarij non teneatur, ſed ipſe venditor adhuc tenebitur ad ſolutionem tributi, ita expreſsè docuit Papin. *in l. inter debitorem 43. ff. de pactis l. 1. leg. fin. Cod. ſine cenſu, vel reliq. iuncta leg. in ſumma 6. C. de pign.* Rationem proponit Conſultus, quia quatenus ad fiſci rationem attinet, priuatorum pacta nihil poſſunt, & cùm ius publicum in fiſci iuribus conſectandis conſiſtat, *leg. 3. infr. de primipilo.* vbi dicam, & *infrà* ſubiiciemus, à priuatis tale ius non debet infringi, *leg. ius publicum ff. de pactis, cum vulgatis,* & ideò cùm creditor qui pignus accepit, illud poſſideat, *leg. cùm & ſortis 35. §. fin. ff. de pignor. action. l. ſerui 16. ff. de vſucap.* cum à me adductis *lib. 2. obſ. cap. 9. num. 6.* & ad poſſeſſorem fundi pertineat onus agnoſcere, & tributum, cuiuſcumque poſſeſſoris ſit onus, *d. l. Imperatores, de publican.* non poterit pactio inter creditorem & efficere vt ius fiſci conuellatur.

35 Sed obſtat *l. epiſtola 52. §. pactum, ff. de pactis,* vbi ea pactio vt tributa eiuſdem prædij debitor penderet, iuſta & valida reputatur ab Vlpiano. Neque quidquam dices ſi dicas ius publicum verſari in fiſco, & contrarium obſeruari in priuatis, nam priuatorum iura pactis aliorum deteriora fieri non poſſunt, *l. 3. ff. de tranſactio. l. ſoluendo, ff. de neg. geſt. leg. debitorum 25. C. de pactis,* & ita videntur notaſſe Cuiac. & Anton. Fab. *in d. l. inter debitorem,* eam legem non pertinere ad ius publicum, quoniam, inquiunt, ius fiſcale eſt ius priuatum fiſci, id eſt, quod fiſcus vtitur proprio quodam iure, verùm ita eſſe accipiendam, vt quemadmodum ius publicum non poteſt pactis priuatorum lædi, aut mutari, ita nec ius fiſcale, non tanquam ius publicum,
36 ſed quia fiſci eſt. † Quod mihi non ſoluit difficultatem. Nam ſi priuatum eſt commodum quod fiſci eſt; quæ, rogo, eſt differentia inter fiſcum & priuatum, vt quantum ad fiſcum attinet, non valeat pactio; quantum verò ad priuatos valeat? cùm pari paſſu ambulet vtrumque ius, vt diximus ex *l. fin. C. ſine cenſu, vel reliq.* & quomodo conueniet ſpecialis ratio Papin. *in d. l. inter,* quare huiuſmodi pactum, quantum ad ius fiſcale attinet, non valeat ſi adiicit, *Pactis etenim priuatorum formam iuris fiſcalis conuelli non placuit.* † Ve- 37
riùs loquuti videntur Caſtr. *in d. l. inter num. 7. verſ. in eadem gloſſa* & Iaſon. *in d. §. pactum.* Alciat. *in l. ex conuentione 11. C. de pactis, num. 18. & ſeq.* quibus ſubſcribit ſe Cuiac. *lib. 17. Reſp. Pap. in dict. l. inter,* & Ant. Fab. *in ration. ad d. §. pactum,* licet hi nuſquam reddant quæ ſunt Cæſaris Cæſari, ſed tacito nomine multa mutuant ab antiquis, & ſuo ſolent venditare. Dicunt ergo, tale pactum, *vt debitor prædij tributa pendat,* iuſtum validumque eſſe inter ipſos, creditorem nempe & debitorem; non verò in præiudicium fiſci. Nam creditor ita poſſidere intelligitur, vt tamen debitor poſſeſſor quoque ſit, *l. ſciendum 15. §. creditor ff. qui ſatiſdare d. l. cùm & ſortis, §. fin. de pig. act. l. pig. 15. de vſuc.* Quòd alio in caſu dici non poteſt, ſiquidem ſiue creditor ſiue ipſe debitor ſoluat, ſemper in damnum ſit debitoris, qui fundi Dominus eſt, & parum commodi ſenſit ſoluens creditor, vel ipſe. † Quæ interpretatio etſi ſpecioſa 38
ſit, adhuc tamen vellem eam æquare cum ratione Papiniani, qui ſpecialiter excipit fiſcum ob publicum ius, quaſi in priuato ſecus eſſet. *Nam ſi,* inquit, *talem conuentionem quantum ad fiſci rationem non eſſe ſeruandam;* reſpondi, in priuato contrarium eſſe admittendum diſertè reſpondiſſet interrogatus, vt quilibet etiam cæcus videbit. Rurſus, quia tributum quod penditur fiſco, dicitur publicum, *l. fin. Cod. ſine cenſu, vel reliq. leg. bona 15. cum ſeqq. ff. de verb. ſig.* vnde dicti publicani qui vectigalia Pop. Romani, ſeu fiſci conducebant dictis iuribus, *l. 1. ff. de publican.* & ita ius publicum ad fiſci vtilitatem reſpicit, *leg. 1. C. ſi aduerſ. fiſcum. l. 1. §. 2. de iuſt. & iur.* notat Connan. *lib. 5. comm. cap. 5. num. 3.* Donel. *lib. 2. com. cap. 5.* & ita publicum locum appellat Spartian. *in Hadrian.* pro eo qui eſt Principis, ſeu fiſci, non verò priuati, illis verbis, *De Theſauris ita cauit, vt ſi quis in ſuo reperiſſet, ipſe potiretur, ſi quis in alieno, dimidium Domino daret, ſi quis in publico, cum fiſco æqualiter potiretur,* vt rectè interpretatur Connan. *lib. 3. com. c. 4. num. 2.* Vnde publicatio bonorum dicta quando in fiſcum bona coguntur, docet Briſſon. & reliqui, *de verb. iur. verbo publicari,* & Cuiac. *in tit. C. de bonis proſcript.* Ergo fiſci cauſa *in d. l. inter,* tanquam ad ius publicum ſpectans conſideratur à Papiniano.

Quare iudico cum Vlpiano ita eſſe conueniendum, 39
vt dicamus ius fiſcale infringi non poſſe pacto priuatorum, ex traditione Papiniani, nam eſt ius publicum, ius ciuile quod non mutatur à priuatis, *d. l. ius publicum 38. de pact.* id eſt, pactis eorum non poteſt fieri contra illud ius, vt non conueniantur qui poſſeſſiones tenent, in quo conſiſtit ius fiſcale, vt in noſtris legibus, iuncta *l. Imperatores de publican & l. iuris gentium 7. §. ait prætor. ff. de pactis.* Nam ita ſpeciali fauore introductum eſt fiſci, vt poſſidens fundum, ad onera teneatur, vt conſtat ex *d. l. Imperatores,* ibi *in vectigalibus,* vectigalia quippe prædia tributis fiſcalibus erant affecta, *l. ſed et ſi 13. ff. de public. l. eum 16. cum l. ſeq. §. fin. de verb. ſignif.* cum multis aliis notatis à Briſſon. & reliquis, *verb. vectigal.* & hoc etiam indicat reſcriptum Imperatorum, de quo *ibi,* nam ſi iure communi ita obtineret in onere reali debito perſonæ priuatæ, non erat neceſſarium ſpeciale reſcriptum Imperatorum, cùm fruſtra precibus impetraretur quod iure communi concedebatur, *leg. vnic. ſupr. de Theſaur.* & hoc eſt quod voluit ſignificare Papin. *in dict. l. inter,* illis verbis, *formam iuris fiſcalis,* id eſt, quod per reſcriptum Principis fiſco fuit indultum, vel præſcriptum. Forma eſt lex, conſtitutio, reſcriptum, *leg. 4. ſup. de iure. fiſc. l. vnic.*

*ſup. de vendit. rer. fiſcal. l. diui 31. de admin. tut.* notaui *lib. 1. obſeru. c. 1 n. 108.* Congruunt etiam alia iura quæ ſemper de prædiis fiſco obnoxiis loquuntur, vt eſt *l. prædiis 36. de iure fiſc. l. 2. & 3. C. ſine cenſu, vel reliq.*
40 cum aliis. † Vnde cùm hoc ſit ſpeciale, fiſci ius non potuit immutari à priuatis, neque eorum pactis derogari, *l. contra 28. iuncta d. l. iuris gentium, §. ait Prætor. de pact. l. pacta 6. C. eod.* quod ius cum in priuatorum prædiis non obtineret, neque ius ciuile id ſtatueret, pactum inter debitorem & creditorem, vt etſi debitor prædij pignorati poſſeſſor non eſſet, nihilominus tributa penderet, iuſtum validúmque fuit, cùm non ſit factum contra iuris prohibitionem, neque tranſlatio hæc poſſeſſionis ſit perfecta, ſed temporaria, *l. 1. §. per ſeruum 15. ff. de adquir. poſſeſſ.* & ideò quod creditor ſoluerit tributi nomine, conſequetur vi pactionis, per exceptionem rei iudicatæ, vel redemptionem pignoris, vel per actionem pigneratitiam. Econtra autem debitor computabit in ſortem, vt *in l. 1. & 2. Cod. de pign. act.* & ita Vlpianus opinatur *in d. l. epiſtola, §. pactum,* quæ eâ ratione in concordiam redigenda eſt, cum
41 *d. l. inter.* † Vnde ſequitur quòd ſi inter emptorem & venditorem pactum interceſſit, vt emptor, & ſic poſſeſſor fundi tributarij, non teneatur tributum ſoluere, ſed venditor, tale pactum non valebit in præiudicium fiſci, iuxta *ſuperiùs* reſoluta, & ſic ſi pacto contrahentium conueniatur, vt emptor teneatur ſoluere gabellam (cùm tamen lege Regni ad venditorem ſpectet, vt diximus) nihilominùs gabellarius poterit conuenire etiam venditorem, quia pacto contrahentium effici non potuit, vt fiſci conditio deterior fieret, vt tenet, *argum. d. l. inter,* Lazarte *de decim. vend. c. 15. num. 11.* quem ſequitur Gutier. *de gabell. quæſt. 51. n. 5.* Si verò prædium non pertinet ad fiſcum, tunc rectè dicemus non valere pactum in præiudicium venditoris paciſcentis, vt emptor qui poſſidet virtute pacti poſſit exigere à venditore quidquid nomine tributi ſoluerit, quia pactum veſtitur cohærentia contractus, & pars ipſius cenſetur, *l. legem 10. C. de pactis,* vbi notant DD. *l. lecta, ff. ſi cert. pet. l. fundi partem 79. cum l. qui fundum 75. ff. de contrah. empt.* docent Interpretes *in leg. iuris gentium, §. quinimo, ff. de pact. l. in bonæ 13. C. eod.* vbi Donell. licèt in præiudicium domini tributi tale pactum non poſſit procedere, quia fieret deterior eius conditio, contra *l. 3. de tranſact.* iuxta communem opinionem, quam *ſuprà* adduximus, & ita in hoc caſu procedet diſtinctio iam adducta, vt inter paciſcentes valeat pactum, ita notauit Alciat. poſt Fulgoſ. & alios antiquiores *in d. leg. ex conuentione numero 19.* Cuiac. *in tit. C. ſine cenſu, vel reliq. verſ. ideoque quod,* & Molin. *1. tom. de iuſt. & iur. diſput. 456. verſ. de eiſdem etiam.*

42 His tamen contraria videtur *leg. 1. C. ſine cenſu, vel reliq.* vbi pactum interuenit inter virum & vxorem, cùm fundus in dotem acciperetur, vt creditoribus, quibus ipſe fundus fuerat obligatus, ipſa tributa perſolueret, & tamen Imp. decreuit, vt etſi pactum in ſtipulationem deduceretur, nequaquam poſſet mariti hæres agere contra vxorem ob tributa perſoluta, quod etiam procedit etſi fundus æſtimatus in dotem eſſet datus. Quæ deciſio difficilis admodum eſt, ex *ſuprà* notatis, nam inter paciſcentem validum & iuſtum eſſe dictum pactum docemur ex *d. l. epiſtola. §. pactum de pact.* Atque ita ad Capitonem hæredem mariti debuit actio tranſire ad exigenda ea, quæ à marito ſoluta ſunt creditoribus, ex regula *l. hæres in omne, cum vulg. de adquir. hær.* Rurſus, quia in eiſdemmet terminis contrarium ſtatuitur *in l. ex conuentione 11. C. de pactis,* vbi eadem lex apponitur, nihilo ex hypotheſi immutato, addita verò negatione in fine. Quæ res efficit vt omnium Interpretum ingenia coëgerit vanas quærere eius nodi ſolutiones, vt patet ex Bar. Bald. Salicet. Rom. Alciat. Donell. Gilchen. *in d. l. ex conuentione, & in dict. l. 1.* & aliis quos numerat Genoa *in antimonia earum legum, pag. 394.* nam ita incurioſus fuit vt nec numeros capitum, nec quidquam quod diſtin-
ctionem faceret, ſcripſit. † Ego verò in tanta dif- 43
ficultate ſequor Accurſij & Fulgoſij iudicium, qui *in d. l. ex conuentione, gloſſ. fin.* ſentire videtur *dict. leg. 1. Cod. ſine cenſu,* loqui in prædio tributario, quod tributum pendebat fiſco, at *d. l. ex conuentione,* in prædio creditoribus obligato, Differentia conſtat ex eiſdemmet iuribus, nam *in d. l. ex conuentione,* ſcriptum eſt, *vt creditoribus, quibus fuerant prædia obligata.* At *in d. l. 1.* ita, *vt ipſa tributa agnoſceret.* Sed non ex hoc ſublata eſt difficultas. Vlteriùs pergendum eſt, ita vt de medio hanc rem inacceſſam & nube obſcuriſſima plenam tollamus, his tenebris facem præbentes.

Dicta ergo *l. 1.* accipienda eſt de fundo affecto one- 44
re reali tributorum, quæ fiſco debebantur, quo caſu pactum, vel ſtipulatio interpoſita, vt mulier tributa ſolueret, non potuit in præiudicium fiſci valere, vt *in d. l. inter,* cum adductis, & ita ſi maritus tanquam poſſeſſor fundi dotalis tributum ſoluit, non potuit actione aliqua aduersùs mulierem experiri, quoniam cùm tributi præſtatio fructus reſpiciat, *l. quæro 28. de vſufruct. leg. l. neque 13. ff. de impenſis,* notat poſt Accurſ. *hîc.* Platea *num. 2. verſ. tertius,* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 17. num. 27.* qui marito pro oneribus matrimonij præſtantur, *l. pro onerib. 20. C. de iure dot.* rectè conſequitur maritum cùm debita ſua perſoluerit, non habere actionem contra mulierem, cùm talis præſtatio ſit fructuum onus, *dict. leg. neque,* & expenſas factas circa fructus maritus repetere non poteſt, *l. diuortio 8. §. fin. ff. ſolut. matrim. leg. fin. ff. de impenſis,* notat Barboſ. *in d. §. fin. ex num. 1. & in l. quæ dotis 34. num. 3. ff. eod.* Garcia *de expenſ. cap. 1. num. 45. & ſeq.* Caſtillo *de vſufruct. lib. 1. cap. 56. numero 8. & 13.* Narbona *in leg. 57. tit. 4. lib. 2. Recop. gloſſ. vnic. num. 33. & 34.* & ideo ſi mulier ſe obligauit talis obligatio fuit inutilis, quia fiſco præiudicium fiebat, vnde non valebit etiam inter ipſos paciſcentes, vt dixi ad *d. l. inter, de pact. ſup.* Neque etiam etſi fundus in dotem æſtimatus daretur, & ita emptio contraheretur, iuxta *l. plerumque 10. ff. de iur. dot.* ex ea emptione potuit competere hæredi actio ex vendito contra nouercam, quia tale pactum fuit contra naturam emptionis rei fiſcalis, quæ non poteſt vendi ſine cenſu, *tit. Cod. ſine cenſu, vel reliq.* ita vt ſi fiat ſine tributo, vt ſic poſſeſſor, in quem transfertur fundus, non teneatur ſoluere, talis pactio non valeat, imò ea non obſtante poſſeſſor ad tributi ſolutionem tenebitur, *l. 2. C. ſine cenſu, l. 2. C. Th. de contrahend. empt.* ibi, *Qui comparat cenſum rei comparatæ cognoſcat, neque liceat alicui rem ſine cenſu comparare, vel vendere. Nouell. Theod. 28. de reſcind. vendit. rei domin. l. 3. Cod. ſine cenſu,* ibi, *Nec pactionibus contrariis adiuuentur ſi venditor, aut donator apud ſe collationis ſarcinam pactione illicita*
*voluerit retinere.* † Quapropter rectè *in d. l. 1.* actionem 45
ex vendito eo caſu quo æſtimatio facta ſit, non competere ſcriptum eſt, cui reſolutioni non obſtat *d. l. ex conuentione,* vbi videtur contrarium ſtatui apertiſſimè. Nam lex illa loquitur in prædio obligato creditoribus propter vſuras, non verò in eo, qui eſſet affectus onere fiſcali, quo caſu aduersùs nouercam hæredi non datur ex pacto actio in principio. Cuius rei ratio mihi videtur ſummè difficilis. Nam quæ traditur à Caſtrenſi *in d. l. ex conuentione, n. 1.* minimè conducit, quam eo non citato fœdiſſimè tranſcripſit Donell. *ibi, num. 3.* plus verborum, quàm ſucci profundens, & quod cum Caſtrenſi vno verbo dicere potuiſſet, ipſe abundanti profluuio orationis plus ſonat, quàm valet, quod etiã fecit Cui. *in paraphraſi ad t. C. ſine cenſu, vel reliquis, verſ. Accurſius ſic rectè.* Qui ergo dicunt vt poſt diſſo-
lutio

lutionem matrimonij non interſit iam mariti , vel
hæredis,cùm apud ipſum non remaneat. Nam,quæſo,
cui non interſit mariti,vel hæredis,vt vſuras, quas ipſe
non debuit,& ſoluit , ei perſoluantur ? vt diſertè doce-
mur *in l. qui autem 12. in fin. ff. ſi quis cautio.* & quam-
uis deſierit intereſſe , actio tamen quæ ſemel compe-
tere cœpit,non intercidit, *l. quæſitum 37 ff. de vſufruct.*
*l. is cum quo 55 ff. de peculio l. euicta 16. §. fin. in fin. ff. de*
*euiction.*

46 Rectiùs ergo dices tale pactum, *vt nouerca vſuras ſol-*
*uiſſet creditoribus*, valuiſſe inter paciſcentes,id eſt,inter
ipſam & maritum , iuxta *ſuprà* adducta *ad l. epiſtola*, §.
*pactum , de pact.* atque ita rectè potuit maritus com-
pellere vxorem pactioni ſtare, verùm cùm ipſe ſolue-
rit vſuras creditoribus, poſt eius mortem Capito eius
hæres non potuit agere contra nouercam , quoniam
pactio illa cùm perſonalis fuerit, ad hæredem tranſire
non potuit, *l. ſi tibi decem 17. §. ſi quis 3. l. idem 25. ff. de*
*pactis*, & cùm præſtatio vſurarum ſit onus fructuum,
& tale onus ad maritum pertineret,à mulierere petere
neque exigere non debuit, *l. neque 13. iuncta l. fin. ff de*
*impenſis* , cum aliis , etiam ſi pactum in ſtipulationem
47 tranſiſſet, vt *in d. l. ex conuentione.* † Maior autem eſt
difficultas, *in verſ. ſed ſi fundus*, vbi in eiſdemmet ver-
bis quæ ſunt *in d. l. 1.* deeſt negatio,& ſic quando præ-
dia data fuerunt æſtimata , ex vendito actionem com-
petere,ait idem Imperator,cùm eam negauerit *in d. l. 1.*
quod coëgit DD. negationem *non* expungere , vt
fecit Decius *n. 9. in dict. l. ex conuentione.* Donell. *num. 5.*
Gilchen. *n. fin.* Ego verò vtrumque locum rectè ſcri-
ptum eſſe exiſtimo,ita vt *in d. l. 1.* negatio ſit retinen-
da, quæ tamen deeſſe debet *in d. l. ex conuentione.* Ratio
eſt, quia in ſpecie eiuſdem, cùm fundus non eſſet pro-
hibitus vendi (nam prædia obligata creditoribus non
ſunt prohibita vendi, *leg. creditor 7. §. fin ff. de diſtract.*
*pign.* talis conditio vt vxor teneatur præſtare vſuras
cenſetur pars ipſius rei , & maiori pretio fuiſſe æſti-
mata,vt eleganter probatur *in l. fundi partem 79. iuncta*
*l. qui fundum 75. ff. de contrah. empt. l. ſi ſterilis 21. §. ſi*
*tibi , ff. de act. empt.* & ſic rectiſſimè actio datur contra
nouercam, quæ vſuras non ſoluit, quaſi in æſtimatio-
ne,ſeu venditione conditio appoſita de vſuris ſoluen-
dis non fuerit præſtita. Hæc in tanta illa difficultate
exiſtimabam congruentiora præter omnes,quos vide-
rim. Credo equidem hæc duo genera pactorum di-
ſtinctiùs ſuo reſcripto explicuiſſe Alexandrum, vt re-
ctè notauit Cuiac. *ad tit. C. ſine cenſu* , vel duobus re-
ſcriptis eoſdem caſus comprehendiſſe quæ Tribonia-
nus confundit, prout illi ſæpè contingit, & multoties
in legibus horum trium librorum animaduertimus,
vt ex duobus vnum faciat, verba aliquando detrahen-
do, aliquando addendo,quam ob cauſam variæ Impe-
ratorum conſtitutiones & Iureconſultorum loca te-
nebris inuoluuntur, quæ acutiſſimorum oculos mul-
toties perſtringunt.

48 *Quintò* ex noſtræ legis verbis vltimis quæ eum qui
poſſeſſionem tenet , & fructus percipit, ad onera ſol-
uenda compellunt, deduco, quod cùm vſufructuarius
fructus percipiat , & poſſeſſionem teneat ad onera
realia, & alias præſtationes, collectas, canones & tri-
buta ſoluenda cogendus ſit , *l. vſufructu 7. §. fin. aliàs*
*l. hactenus, l. ſi pendentes 27. §. ſi quid cloacarij, leg. vſu-*
*fruct. 52. ff. de vſufr. l. quæro 28. ff. de vſufructu legat.*
vbi vſufructuarius tenetur onera agnoſcere , vt puta,
49 inquit IC. *in d. l. hactenus*, tributum,vel ſalarium.† (*ſo-*
*larium* legit Cuiac. *in leg. fin. §. fin. de contrah. emp.* &
Gotho. *ibi*, & *in l. etiam 15. litera X. ff. qui potiores* ; id
eſt penſio quæ pro ſolo præſtatur , qui à Republica
acceptus eſt ad ædes ædificandas *l. 2. infr. de diuerſ. præ-*
*diis, l. apud Iulianum 39. aliàs, idem Iulianus, §. heres 5.*
*ff. de legat. 1.* docet Hortenſius *in l. 13. §. 3. de pignorib.*
Balduin. *in princ. Inſt. de interdict.* Iuret. *ad Symmach.*
*lib. 4. ep. 51.* Buleng. *de vectigal. pop. Rom. lib. 9. c. 53.*)
† & quod confertur in tranſitum exercitus , hoc eſt, 50
annonam quam tenebant ruſtici ex prædiorum colla-
tione miniſtrare, vt *in Nouell. 130.* docet Reuard. *lib. 3.*
*coniect. c. 6.* & fiſco fuſiones præſtare, id eſt, contribu-
tiones, de quibus *ſuprà* explicat Reuard. *lib. 3. variar.*
*c. 13.* Briſſon. *lib. 3. antiq. c. 12.* & Gothofr. *ibid.* † Ratio 51
eſt , quia huiuſmodi onera ſoluuntur ratione fru-
ctuum , *d. l. neque , de impenſis* , docent Donell. *lib. 10.*
*com. cap. 13.* Surd. *conſil. 162. num. 25. vol. 2.* Narbona
*in l. 57. tit. 4. lib. 2. Recop. gloſſ. vnic. num. 32. & ſeq.* &
pluribus relatis Caſtillo *lib. 1. de vſufruct. c. 56. n. 14.*
*& 15.* vbi taxat Morlam, qui *in emp. tit. 12. q. 2. num. 10.*
de hoc argumento agens ſolum Pinellum allegauerit,
quaſi magnum ſit facinus tot allegare lectoris ad fa-
ſtidium. Verùm quamuis Morlam non excuſem , ipſe
enim cùm ingens fuerit plagiarius aliorum Scripto-
rum, nihil de ſuo proferens, ſed ex commentario om-
nia tranſcribens, adhuc Dom. Caſtillo, qui omnia ſem-
per legit originalia , animaduertere debuit Morlam
non ſolùm retuliſſe Pinellum, verùm & Spinum *de te-*
*ſtam. gloſſ. 13. num. 81.* qui plures ex eis, quos Caſtillus
laudat , ipſe retulit , quapropter mihi ſemper curæ
fuit , niſi ita res expoſtulauerit , allegationes aliorum
non exſcribere.

Neque ſupradictis obſtat *leg. qui quatuor 30. §. qui* 52
*hortos, de legat. 3.* Nam, vt *ſuprà* dixit, procedit quando
voluntas teſtatoris , qui vſumfructum reliquit , eui-
dens eſt , vt velit hæredem teneri , tunc enim ad
proprietarium onus ſpectabit , *leg. patronus 35. §. fin.*
*leg. his verbis 102. §. fin. de legat. 3.* docet Cuiac. *in*
*recitat. ad d. l. quæro, de vſufr. leg.* huius rei ipſe cauſam
non reddit,ſed antea notauerat Pinell. *in l. 1. Cod. de bon.*
*mat. 2. part. num. 72. verſ. ego aduerto*, qui ait *in d. §. hortos* ,
teſtatorem legaſſe fructus hortorum , & cùm legatum
debeat cenſeri ſine onere ſemper , & cauſam ſemper
lucratiuam contineat, *leg. ſi hæreditatem 32. Digeſt.*
*mandat.* cum vulgò nec propriè dicerentur fructus ſi
legatarius mercedem conductionis ſolueret , con-
tra naturam legati fieret ſi ipſe ad onera tenere-
tur.

His quæſtio affinis eſt , An colonus , vel inquilinus 53
qui ſoluunt mercedem domino in pecunia numerata,
teneatur ſoluere annonas & collectas debitas ratione
rei conductæ. Quam quæſtionem tetigerunt poſt Ac-
curſ. *gloſ. fin.* Bar. *hic verſ. vltimo gloſ.* Alex. *in addit. lit. C.*
Lucas & Valenzuel. *num. 29.* Platea, idem Bart. *in l. pla-*
*cet num. 40. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Iaſon *in l. 1. num. 32. C. de*
*iure emphyt.* Caſtr. *in l. ex conducto 15. in princ. n. 3. &*
*4. ff. locat. & conſ. 338. vol. 1.* Proſequitur Carroc. *de lo-*
*cat. 4. part. tit. de collectis pag. 209.* Tuſch. *2. tom. lit. C.*
*concluſ. 617. tot.* Pinell. *in leg. 1. Cod. de bon. mat. 2. par. num.*
*72. verſ. decimò ampliatur* , & Narbon. *in leg. 57. tit. 4.*
*lib. 2. Rec. gloſſ. vnic. num. 35. & ſeq.* In qua re indiſtinctè
accedo parti negatiuæ, quam tuentur multi , quos re-
fert Carroc. *ſupr. num. 3. & 5.* & Pinell. *vbi proximè*, &
probant *l. hi penes 4. leg. liſibus 20. §. fin. infr. de agricol. &*
*cenſ.* & confirmat ea ratio, quia tributa & onus colle-
ctarum pertinent ad eos , qui pro ſuo poſſident , vt in
præſenti docemur, illis verbis , *Annonas autem is ſolue-*
*re debet, qui poſſeſſiones tenet, & fructus percipit.* † Et ne 54
aliquis dicat , *poſſeſſionem tenere* eſſe merum factum, de
eo dictum qui corpore poſſeſſioni inſiſtit , licèt non
poſſideat , vt docent Schard. & reliqui Lexicones,
*verb. tenere*, quod de colono dicitur, cùm non poſſideat,
*leg. non ſolùm 33. §. 1. verſ. cùm hac igitur, ff. de vſucap.* Ad-
huc tenere poſſeſſionem , dicitur de eo, qui poſſidet,
*leg. iuſto 44. §. fin. ff. de vſucap.* & hoc verum eſſe in hac
*leg. 1.* apertè docet lex ſequens. Neque colonus ex
fundo tam dicitur fructus percipere, quam dominus :
nam illa pecunia , quam pro penſione percipit , repu-
tatur fructus, *leg. ſi is qui 11. §. 1. ff. de pigner.* ibi, *Cùm in*

*vſuras fructus percipiat aut locando, leg. ſi ea lege* 17. *C. de vſur.* Itaque poſſeſſionem retinet locator, & fructus percipit, & commoda poſſeſſionum conſequitur, & nullum ius transfert in conductorem. Quare periniquum eſſet, vt qui lucrum percipit, ad onera non teneretur tributorum, vt eleganter conſiderat Lucas *hic*, & expreſsè docet Iuſtin. *Nou.* 128. quæ eſt *Auth. de collat. §. nullus*, ibi, *Nullus moleſtetur pro tributis terrarum quas non poſſidet, ſed etiam ſi contingat agricultores propriam*
55 *habere poſſeſſionem, illos moleſtiam ſuſtinere.* † Quod tamen limitabis in onere decimarum, (quod eſt onus fructuum) ad quas tenetur colonus, *cap. tua nobis, de decimis*, vbi notat Panormit. Pinell. *verſ. nono, in decimis ſuprà.* Carroc. *ſupr. num.* 19. Tuſch. *dict. concluſ.* 617. Narbona *num.* 35 *ſupr.* & Valenzuel. *hîc dict. num.* 29. *verſ. in hac igitur.*

56 Neque huic reſolutioni obſtat *leg. ſine hærede §. Lucius, Digeſt. de adminiſtr. tutor.* vbi cum dicat Modeſtinus conſuetudine introduci poſſe, vt domini prædiorum, non verò conductores onera annonarum ſuſtineant, videtur indicare contrarium ſemper obtinuiſſe, quem textum expreſſum pro contraria ſententia vocat Iaſon *conſil.* 109. *numero tertio lib.* 1. Nam reſpondendum eſt (neglecto Cuiacio, qui *lib. 6. reſp. Modeſt. in dict. §. Lucius*, ait olim annonarum militarium tributum non ad dominos pertinuiſſe, ſed ad fructuarios & conductores, confundens cum fructuariis conductores) Iureconſultum ibi loqui de ciuitate, in qua vigebat ſpecialis conſuetudo, vt domini tenerentur, & ſecundùm ſpeciem propoſitam determinat. Quid autem de iure communi obſeruaretur, non tradit, neque de eo diſputat, ſed ſeruandam eſſe conſuetudinem ſcribit. Vnde conſequimur quod quamuis ita ius conſtituatur, vt domini teneantur, ſi tamen in contrarium aliquis in ciuitate mos inualuerit, vel conſuetudo, vt agnoſcant tributa conductores, obſeruanda erit. Nam non eſt nouum, vt longa & inueterata conſuetudo contra ius commune potentior ſit ipſo, *leg. de quibus. ff. de legib. cap. fin. de conſuet.* cum adductis ab Oſvvald. *lib.* 1. *Donell. c.* 10. & præcipuè in contractibus, in quibus ſemper attenditur mos regionis, *l. licet* 8. *C. de locat.* & ita rectè intellexit Pinel. *in d. l.* 1. *C. de bon. mat.* 2. *p. n.* 72. *verſ. octauo.* ex his qui doctè præter omnes hanc rem pertractat.

57 An autem ſupradicta reſolutio locum habeat, attenta *l.* 57. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* vbi ſi locuſtarum pernicies ſata deuaſtauerit, ciuitatum expenſis contributione facta exterminanda eſt (diximus de locuſtarum damnis *lib.* 3. *obſeru. c.* 5. *n.* 7.) Quæſitum eſt, an talis exactio ſit à colono, vel Domino exigenda? hanc quæſtionem pertractat Narbona *d. gloſſ. vnic. n.* 39. *& ſeq.* longè latéque eam diſputans. Sed cùm ego locuſta non ſim, qui ſegetes aliorum alio tranſueham, id eſt, ſcripta aliena tranſcribam, vide ſis eum, cùm articulus ille inciderit.

58 Sed antequam gradum hinc moueam, explicandus erit elegans locus Impp. Valentiniani, Valentis, & Gratiani *in l.* 2. *infr. de prædiis & omnib. reb. nauicular.* vbi ſi nauicularius (id eſt, ille qui comportandæ annonæ gratia, reliquorumque, quibus ad vſum populi opus erat nauibus, ſolebant aſportare, vt dicam *ad tit. infr. de nauicular.*) rem aliquam vendiderit, emptor teneatur pro modo portionis comparatæ nauiculariam functionem ſubire. Nam res omnes nauiculariorum erant ipſo iure obligatæ ad hoc, vt ſi culpa eorum ſpecies publicæ, quas nauibus vehebant, deperdantur, aut aliud ſubeant detrimentum, nauicularij collegij & ſocietatis contributione reſarciebant, *l. fin. infr. de naufrag.* facit *l.* 21. *&* 26. *C. Th. de nauicular.* cui oneri ipſo iure erant res eorum tacitè obligatæ, *leg.* 1. *&* 2. *Cod. in quibus cauſis pign.* iuncto *d. tit. de prædiis nauicular.* vbi licet Lucas pedem non figat, neque aliquid explicet, rectè id declararunt Platea & Rebuff. & conſtat ex *leg.* 2. *leg. quiſquis* 15. *leg. quæ de nauiculariis* 19. *cum ſeq. l. prouideatur* 28. *Cod. Th. de nauicular.* † & ita ſi 59
fundus vendatur, vel donetur, tranſit cum hoc onere, vt tantum præſtet nomine nauarchici canonis, quantum ipſe nauarchus dependere ſolebat, *leg. vlt. infr. de collat. fund. fiſcal. leg. vlt. infr. de exactor. tribut. leg. vniuerſi* 9. *infr. de fundis patrimon.* Hoc voluerunt ſignificare Impp. illis verbis, *Pro ſuo modo ac ratione eſſe munificam. Munificus* dicitur qui tributarius eſt Principi, Hincque *munificentia* pro tributo, in conſtitutionibus illius ſæculi, *l.* 4. *C. Th. de excuſat. artific. l.* 7. *C. Th. de prædiis nauicular.* & *ius munificum* pro tributo quod fiſco penditur, *l.* 9. *&* 16. *C. Th. de indulgent. debit.* & *munificum prædium* pro obnoxio collationi annonariæ, *l. hac definitione* 12. *infr. de omni agro deſerto*, & *munifici ad ſoluenda compendia*, dixit Caſſiodor. *lib.* 11. *ep.* 39. *l.* 6. *C. Th. de ſcenicis*, ibi, *Vnius libra auri condemnatione multetus largitionibus noſtris cogatur eſſe munificus*, quæ verba pro more ſuo mutauit Tribonian. *in leg.* 5. *infr. de ſpectacul.* & ſcripſit, *Vnius libræ auri condemnatione multetur*, cætera reſecauit, quod etiam cognouit Iuret. *ad Symmach. lib.* 5. *ep.* 87. ad illud, *eſſe munificos.* Meminit quoque eius verbi Paul. *in l.* 4. *§.* 1. *de publican. & in l. munus* 18. *ff. de verb. ſignific.* & notauit ante omnes Accurſ. *in d. l.* 2. Budæus, Brech. & reliqui *in d. leg. munus*, vbi etiam Gothofr. Ratio verò *d. l.* 2. dependet ex ratione noſtrorum iurium, nam tale onus eſt reale, & ſic rem comitatur, non perſonam; quapropter in quemcumque res vendita tranſierit, cum ſuo onere tranſit, iuxta multoties à nobis *ſuprà* animaduerſa, & quæ *infrà* dicemus.

Dubium circa ſupradicta ſupereſt remouendum, an 60
onus reale, quo res eſt affecta, quemadmodum afficit totam rem, afficiat quoque melioramenta, ita, vt & ipſa ſentiant onus. Verbi gratia, ſi aream emit Titius, aut domum ruinoſam obligationis iure pignori ſuppoſitam, quam ſuis expenſis refecit, vel extruxit, creditorque hypothecarius agat ad debitum ſibi ſoluendum, vel euincat aliquis eamdem rem melioratam, vel fiſcus, aut alius ad onus reale agat. An emptor poſſit obiicere cauſam impenſarum & meliorationum, vt ſcilicet rem contra creditorem, vel eum, qui euincit, retineat, quouſque ſibi eadem ſoluantur expenſa, vel contra fiſcum, aut alium dominum oneris poſſit agere, vt de oneris impoſitione ſubducatur, quod in extructionem, vel refectionem erogauit? In qua quæſtione pro ea parte vt minimè obligatio hypothecaria extendatur ad melioramenta ab emptore, ſeu tertio poſſeſſore facta in re tali hypothecæ obnoxia, tenet Bart. *in d. l.* 2. *infr. de prædiis naucul.* vbi etiam Alex. *in additio.* Lucas *num.* 4. Caſtrenſ. Iaſon. & alij, quos refert Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *num.* 2. & Garcia *de expenſis cap.* 18. *num.* 76. Gaſp. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt. forenſ. q.* 71. *num.* 5. Magon. *dec. Flor.* 51. Franch. *deciſ.* 58. Guzman. *de euictio. quæſt.* 20. *n.* 8. *& ſeq.* qui plures refert,
† quibus fauet *d. l.* 2. *infr. de prædiis nauicular. verſ. domus verò*, vbi ſi quis nauiculario domum emerit, eamque extruxerit, aut ampliauerit, ratio habetur non cultus hodierni, ſed potiùs cogitatur vetuſta loci ſpecies, & penſio, quaſi dicat non extendi functionem, ſeu obligationem nauiculariam ad ea, quæ poſtea domui acceſſerunt. Quod cùm ita diſertis verbis expreſſum ſit *in d. l.* 2. neſcio quomodo Garcia *dict. num.* 76. potuit dicere eam legem ad rem non facere, quia duntaxat ibi determinatur poſſe res nauiculariorum alienari, ita tamen vt penſio, quam nauicularius pendebat, nec diminuatur, neque augeatur, ſi res nouis meliorationibus ab emptore adducta ſit, non verò decidi *in d. l.* 2. an meliorationes illæ factæ pro penſione ſint ſubiectæ, ſicuti & ipſa res, nam cum in principio dixiſſent Imperatores emptorem rei nauiculariæ, pro 61
modo

modo tamen portionis comparatæ functionem ſubire
debere reſiduo patrimonio,quod ab hoc vinc lo libe-
rum eſſet otioſo & immuni ſeruato , ne ex emp ione
emptor fieret nauiculariæ conditionis , vt teneretur
vniuerſa eius ſubſtantia ad ſolutionem tributi, ſicut
nauicularius tenebatur , Poſtea *in verſ. domus* decidit
aliam ſpeciem, ea nempe, an attenta deciſione propo-
ſitâ quando nauicularius domum alienauerit,nam cùm
emptor pro modo tantum rei emptæ functioni tenea-
tur, & domus fortè anguſta eſſet, aut parua,cùm ven-
dita eſt , poſtea meliorationibus factis ſumptuoſior
reddita. Dubium erat,an penſio ſoluenda eſſet, habi-
ta ratione temporis poſtea ſecuti , vel temporis quo
emptio interuenerit, quo in caſu ait lex, eum qui do-
mum emit, à nauiculario tantum præſtaturum nauar-
chici canonis nomine,quantum illa ſolebat locari tem-
pore venditionis , non vero haberi rationes temporis
ſequentis,quo forte pluris locabatur, cum amplior eſ-
ſet facta,ita vt æſtimatio ad tributum ſoluendum non
augeatur ex melioratione, neque ad melioramenta tri-
butum extendatur, quæ eſt vera ſpecies *d.leg.*2. ex qua
cognoſces , an rectè Garcia eam à quæſtione noſtra
reiiciat.

62 Secundo pro hac parte facit *leg.Paulus,29.§.domus,
ff.de pignor.* vbi ſi domus pignori data exuſta ſit, & ar-
ea ematur & extruatur,ſi creditor poſtea hypothecariâ
egerit, non aliter ædificium conſequetur,niſi ſumptus
in re erogatos, quatenus ea pretioſior eſt , facta reſti-
tuat. Ergo certum eſt ea melioramenta obligationi
non ſubeſſe, & conſequenter hypothecam ad ea non
extendi,nam ſi extenderetur , creditor non cogeretur
refundere ſumptus in extructionem factos, *l. Paulus
14.ff.de doli mali & met.excep.* vbi notat Cuiac. *lib.3.*
63 *reſpon. Pauli.* † Neque in contrarium eſt Africanus
*in l. cùm poſtulaſſem 44. §.damni,verſ.cur ergo ff.de dam-
no infecto*, vbi in eadem ſpecie quando emptor ædes
pignori obligatas emerit, & refecerit, emptori nihil
præſtabitur, quia ſua voluntate,inquit,negotium geſ-
ſit,ideoque à venditore ſibi cauere potuit,quæ iura in
concordiam redigere tentat Cuiac. *tract.9.ad African.
in d.§.damni,& lib.5.reſp.Paul.in d.§.domus* , quem re-
fert & refellit Garcia *d.c.18. num.56.& præcipuè n.62.*
longiſſimis verbis difficultatem eam diſſoluens, quæ
tandem ſolutionem Cuiacij ſapiunt, quin etiam & ip-
ſe Accurſij & antiquorum quoque gloſſam aſperna-
tur, in eam tandem inclinat. Nam quid differt dicere
cum Accurſio *in d.§.domus*, rem fuiſſe factam,non ve-
rò *in d.§. damni* , vel cum Cuiacio *in dict. §. dam-
ni* , loqui de ſumptibus refectionis ; & *in d. §. do-
mus* , de ſumptibus ædificationis, vt hos refundat, il-
64 los non. † Verius exiſtimo cum Bart. *ibidem* dicen-
dum eſſe Africanum *in d.§. damni* agere de emptore,
qui cùm ſciret hypothecæ obligatas eſſe , eas ædes
emerit & refecerit,cùm tamen Paulus apertè loquatur
de emptore bonæ fidei,qui ignorauit hypothecam, &
extruxit domum ,nam in primo caſu non accipit im-
penſas,cùm eas videatur donaſſe,*§.ex diuerſo,cum vulg.
Inſt.de rer.diuiſ.* & iis, quæ notat Accurſ. *in l. Iulianus
37.verb.tollat.de rei vind.* Secundò vero impenſas recu-
peret,quia bonâ fide erogauit,vt in dictis iuribus aper-
tè docemur. Scio autem Africani ſpeciem *in dict.§.dam-
ni*, iuris regulis maxime aduerſari , vt videre eſt apud
Schifordegherum *lib.3. ad Ant. Fab.tract.21. quæſt.5.
& 6.* illum addito, mihi ad alia properanti locus nunc
65 non eſt, neque extra chorum ſaltare iuuat.

Rurſus pro ſententia quam confirmamus , facit,
quia quando aliquid additur,vel detrahitur alicui rei,
efficitur res noua,*l.cùm in plures 60. §. l.dicta,ff. locati,
l.1.§.ſi quis ſimpliciter, verſ. cùm adijcit, ff. de verb.oblig.
l.Valerianus,aliàs leg.ſi præſes 10.ff.de prætor. ſtipul.* iun-
ctis quæ obſeruant plures relati à Mieres *de maiorat.1.
p.q.10.n.1.* Sixtin. *de regal.lib.2.c.6.n.29.* ita vt quali-
tas adueniens conſtituat nouum ens, *cap.ſtatutum,cum
aliis. de electio. in 6.* Mieres *n.5. vbi proximè.* qui alia
ſimilia adducit, & DD. *in dict.§.ſi quis ſimpliciter*, poſt 66
Tiraq. *de retract. lig.§.1.gloſ.18.num.55.* † Deinde ex-
pendo , nam ſi mutuans in refectionem ædificij habet
priuilegium prælationis , vt præferatur omnibus cre-
ditoribus anterioribus , *leg. interdum 5. cum ſeq. ſi
qui potiores* , cum latè notatis à Pichard. *in leg. priui-
legia, ff.de priuil. cred.n.56.& ſeq.& n.79.* quam repe-
titionem inuenies *in §. quadam 20. Inſt. de actio.* Ca-
ſtillo *lib.3. controuer.c.8. toto.* ergo qui poſſidet & refi-
cit , multò magis contra hypothecarium creditorem
ius habebit , vt meliotamenta hypotheca non conti-
neantur ,ergo multò magis ſi in area hypothecata do-
mus conſtruatur,hypothecę ius deperit contra tertium
poſſeſſorem, *arg.leg.ſi ita 65.§.fin.ff.de leg.1.*

In contrarium non deſunt varia fundamenta, quæ 67
cogunt, vt dicamus ius hypothecæ extendi ad melio-
ramenta à tertio poſſeſſore facta in re hypothecata,ita
vt augmentum in re factum eodem iure cenſeatur,
quod expreſsè probatur *in l.ſi fundus 16. in princ. ff.de
pignorib.* vbi ſi fundus hypothecæ datus ſit , & allu-
uione maior ſit factus , totus remanet obligatus , *l. ſi
conuenerit 18.§.ſi nuda,ff.de pign.act.l.15.tit.13.p.5.* quæ
iura cùm generaliter & indiſtinctè loquantur , etiam
ad tertium poſſeſſorem extendenda ſunt, contra Gar-
ciam *dec.16. n.75.* qui id negat , cùm inſeparabiliter
ſemper ipſius rei ſequatur naturam melioramento-
rum, & eius qualitates ſuſcipiat. *l.domo 21.ff.de pignor.
act.l.fin.ff.de pignor.* quod procedit , etiamſi augmenta,
vel melioramenta facta ſint in refectione domus ma-
ioratus , nam ipſæ res melioratæ cenſentur tacitè hy-
pothecatæ, etſi res maioratus non poſſint obligari,vt
probatur *in l.26.tit.13.p.5.* cuius auctoritate ita tenet
Molin. *lib.1. de primog.c.10. n.19.* & eius Addition.
& Barboſ. *in leg.diuortio. §.fin.1.p.n.123.ff.ſol.matrim.*
† Rurſus facit, nam augmentum rei legatæ accedens, 68
legato cedit, *l.ſi ex toto 8. in princ. ff. de legat.1. l. cùm
fundus 10. de legat.2. leg.ſæpe 16. de legat.3. leg. ſi ſta-
tuam 14. ff. de auro & argen. l. ſi mancipia 19. in princ.
de fund. inſtrum.* cum aliis quæ adducit Ant. Gom.
*tom.1.var.cap.12.n.16.* Spino *de teſtam.gloſ.8.num.36.*
Donell.*lib.octauo com.c.20.* Duaren. & Cuiac. *in d.l.
ſi ex toto.* Lara *de Capellan.lib.1.cap.15.* Azeued. *in l.3.
tit.6.num.30. lib.5. Recop.* Caſtillo *de vſufruct. cap.57.
num.22.* † Deindè facit quod de augmento tradit vti- 69
liter Garcia *de expenſ.c.22. toto*, & Mieres *d.1.p. q.10.
ex n.17. cum ſeq.* & ita hanc partem tuentur Couar. *d.
c.8.n.3.*& Garc.*ſup.n.76.* quibus & ego calculum præ-
beo,quia iuxta artis principia verior videtur hæc pars.

Neque in contrarium aliquid facit *d.l.2.infr.de præ-
diis nauicul.* qui reſpondet Couar. *dict.num.3.verſ.non* 70
*obſtat.* loqui in rebus nauiculariorum quæ erant ob-
noxiæ fiſco ſuper certa penſione luenda, quæ tamen
penſio erat quota pars fructuum , vel alia quantitas,
quæ tamen non ſolet in fiſci fauorem maior imponi,
ſed minor quam ſit rei emolumentum,& cum aliena-
tio facta ſit à nauiculario , & emptor rem melioraue-
rit. Quæſitum eſt , an penſio augeretur propter me-
liorationes? & ait lex minimè augeri,ſed inſpecto emo-
lumento, quod pendebat tempore alienationis , & ſic
non rectè inducetur ea deciſio ad hypothecam,cùm in
ea non tractetur de augendo debito propter meliora-
tiones,ſed de eius ſolutione. † Quæ interpretatio ad
rem non facit, quia *dict.l.2.* procedit quando à naui- 71
culario res venditur,quo caſu lex ait non fieri quem
propter rem emptam nauicularium , ita vt pro-
pter eam teneatur in totum , ſed pro modo portio-
nis, id eſt, vt ea portio tantùm ſit obnoxia & obligata
functioni nauiculariæ,non verò aliæ res,ſeu reliquum
patrimonium emptoris. Verùm quia poteſt euenire,
vt ſi domus empta meliorationibus pretioſior facta ab
emptore,

emptore, dubitari poterat an emptor deberet totam
functionem exſoluere, ſtatuitur vt tempus emptionis
attendatur, non verò ſolutionis. Ex quo patet rectè
procedere argumentum de re obligata functioni fiſca-
li ad rem obligatam priuato ex hypotheca, vt ſicut do-
mus erat obligata tributo fiſcali, ita & per hypothe-
cam erat obligata priuato.

72 Quapropter potius in aliam explicationem incli-
nor, vt exiſtimem *dict. leg.* 2. ſpecialiter ſtatuiſſe circa
domum, vt ſi à naiculario eam aliquis emerit, & ſuis
ſumptibus & meliorationibus pretioſiorem ita fece-
rit, vt pluris nunc locari conſueſcat, quam ſolebat na-
uicularius, attendatur illud tempus. Ratio ſpecialita-
tis ea fuit quod nullam maiorem curam videantur ha-
buiſſe Romani, quam ædificia conſeruare & exornare,
ita vt publicus vrbis ornatus ſplendeſceret ſemper,
exiſtimabantque, teſte Cicerone *in Verrem act.* 6. in ma-
ximam vrbis felicitatem decoram eius faciem cedere,
atque ideò ſollicite ſtuduerunt, ne domuum ruinis pu-
blicus deformaretur aſpectus, vt conſtat ex pluribus
iuribus quæ hac ſola ratione nituntur, *leg. Præſes* 7. *ff.*
*de officio præſid. l. Senatus* 52. *ff. de contrah. empt. l.* 1. *ff. in*
*quibus cau. pign. l. interdum* 5. *ff. qui potiores, cum leg. ſeq. l.*
*quod ſi vir.* 15. *ff. de donatio. inter vir. l. cætera* 43. *ff. de leg.* 1.
*l. prætor* 20. *§. hoc interdictum, ff. de noui oper. nunt. l.* 2. *§. ſi*
*quis nemine, & leg. fin. ff. ne quid in loco publico, l.* 1. *ff. de ti-*
*gno iniunct. l.* 2. *cum aliis, Cod. de ædific. priu. l. præſcriptio* 5.
*cum aliis, C. de operib. publ. §. cùm in ſuo. Inſt. de rer. diuiſ.*
vbi notat Balduin. *& ad ll. Romul. cap.* 12. Connan. *lib.* 3.
*com. cap.* 6. *num.* 7. Velleius & Corraſ. *in dict. l. Præſes, &*
*in leg.* 1. *num.* 34. *de ſeruitut.* Reuar. *ad ll.* 12. *Tab. c.* 22. Pi-
nell. *in l.* 1. *C. de bon. mat.* 3. *n.* 66. Simancas *de Republ.*
*lib.* 8. *cap.* 13. *&* 14. Mieres *de maior.* 1. *part. quæſt.* 10. *n.* 66.
*& ſeqq.* Bobadill. *lib.* 3. *polit. cap.* 5. *toto*, & erit quoque
73 videndus Caſſiodor. *lib.* 4. *epiſt.* 30. † Quapropter *in*
*dict. l.* 2. in huius rei fauorem merito indulgent Impe-
ratores vt domus pretioſior facta non in totum tenea-
tur, ſed iuxta tempus antiquum æſtimetur. Hancque
eſſe eorum mentem apertè plura eiuſdem legis verba
indicant, vt videbis ibi. *Domus verò quarum cultu de-*
*cus vrbium potius, quàm fructus adquiritur*, & rurſus,
*Aut decus ſumptuoſum, vt eſt plerumque liberale inſtitu-*
*tum, habitationem quis ſuam vrbis ornamento adiecerit*, &
inferius, *Quàm cultus hodiernus, qui per induſtriam ho-*
74 *minis animoſi acceſſit.* † *Animoſum* hominem voca-
uerunt, qui ſumptibus non parcit, & impenſas non
refugit in extruendis magnificè ædificiis, quo verbo
vtitur Paul. *in leg. ſi pignore* 29. *§. fin. ff. famil. ercif.* &
*animoſum emptorem* dixit Iauolen. *in leg. ita vt omnes* 36.
*§.* 1. *ff. mandati*, pro eo, qui cupiditate rei habendæ
plus pretij offert, quàm res ſit, vt interpretatur rectè
Prateius & Torrentius *ad Sueton. in Cæſare cap.* 47. cum
de eo ait animoſiſſimè comparaſſe, quod etiam ele-
ganter vſurpauit Hiſpanus noſter Prudentius *in Pſy-*
*chomachia.*

*—— Quod mille talentis*
*Margaritum ingens opibuſque & cenſibus haſtæ.*
*Addictis animoſa fides mercata pararat.*

Item & Caſſiod. *lib.* 2. *epiſt.* 33. & *animoſitas* pro con-
temptu diuitiarum apud Claudianum ſumitur, teſte
Barthio *lib.* 47. *aduerſ. cap.* 23. Apud nos animoſus ho-
mo eſt qui nihil metuit, ſed fortiter ſe gerit in omni-
bus, præcipuè circa vires & arma. † Ex quo iam patet
75 Imperatores cum ſpecialiter in domo loquantur, non
eſſe ad alios caſus extrahendos, neque inde conſequi
potuiſſe. Bart. & reliquos hypothecam non extendi
ad melioramenta, cùm *dict. l.* 2. non ſolùm loquatur,
in functione nauicularia, quæ ob ſpecialem fauorem
76 ædificationis non extenditur ad meliorata. † Neque
inde deducendum eſſe ad eam quæſtionem, an melio-
ramentorum æſtimatio fieri debeat attento tempore
præſenti, vel præterito, quia potius eſt tempus præ-
ſens attendendum, iuxta veriorem ſententiam, quam
cum multis refert Guzman. *de euictio. quæſt.* 20. *numer.*
14. *&* 15. cùm ſpecialis ſit, vt diximus deciſio *dict.*
*leg.* 2.

Secundò non obſtat *d. l. Paullus, §. domus, ff. de pign.* 77
Nam vt rectè conſiderat Couar. *ſupr. n.* 3. non negat
*ibi* Conſultus hypothecam ad meliorata non extendi,
imò potius fatetur meliorationes factas in re pignori
obligata ipſam rem ſequi, & eodem iure pignoris obli-
gatas manere, *dict. leg. domo* 21. *de pign. act.* dum tamen
ad reſtitutionem non cogantur emptores, antequam
ſumptus in extructionem erogatos recuperent. Nam
bonæ fidei poſſeſſores, qualis proponitur à Paulo *in d.*
*§. domus*, quidquid impenſarum nomine erogatum eſt,
vt pretioſior res efficeretur, ante reſtitutionem habe-
re debent, *l. Iulianus* 37. *l. in fundo* 38. *ff. de rei vind. l. do-*
*mum* 5. *cum aliis, C. eodem*, iunctis traditis à Donell.
*lib.* 20. *com. c.* 7. vbi Oſvvald. Ant. Fab. *lib.* 2. *coniect. c.* 1.
*& in d. l.* 38. *de rei vind.* Schifordegh. *lib.* 1. *tract.* 20. *q.* 4.
Menoch. *de recuperan. rem.* 15. *ex num.* 499. Garcia *de ex-*
*penſ. cap.* 1. *num.* 24. Guzman. *de euict. d. quæſt.* 20. *n.* 2.

Vlterius non obeſt aliud fundamentum propoſi- 78
tum *num.* 65. quod mutetur qualitas rei vbi aliquid
additur, vel detrahitur. Reſpondendum enim eſt
eam regulam habere locum in contractibus, in quibus
ſi poſt conuentionem contrahentes aliquid adiiciant,
vel detrahant, nouum contractum intelliguntur face-
re, vt *in d. leg.* 1. *§. ſi quis ſimpliciter, verſ. cùm adiicit, de*
*verb. oblig.* cum aliis, vbi in ſtipulatione ſi aliquid ad-
iicitur, vel detrahitur, alia ſtipulatio contracta eſſe
videtur, quia receſſum eſt ab eo quod contrahentibus
antea placuerat, *leg. ab emptione* 58. *ff. de pactis*, & hoc
modo procedit *d. leg. cum in plures* 60. *§. lege, ff. loc.* cum
ſimilibus, vt *ibidem* notauit Caſtren. *& in leg. inſulam*
58. *§.* 1. *num.* 3. *ff. locat.* † At contra eſt quando alicui rei 79
alia adiicitur, veluti augmentum, quod in vnitatem
eiuſdem rei, & ſub eadem cauſa & qualitate vnitur,
quo in caſu non eſt quid nouum, ſed ipſa res antiqua,
*l. in rem* 23. *§. ſi quis & §. item. ff. de rei vind. l. ſi ſtatuam*
14. *ff. de auro & argen. leg. ſed ſi meis* 26. *§. Proculus, ff. de*
*adq. rer. dom.* Quemadmodum quod doti adiicitur, do-
tis cauſa cenſetur, *leg. etiam* 8. *verſ. quod additamenti, C.*
*de iure dotium.* Mieres *d. quæſt.* 10. *n.* 17. & domus au-
gmentata dicitur eadem, *l. ſeruum filij* 44. *§. ſi area, de le-*
*gat.* 1. *& l. ſi area* 39. *de legat.* 2. (quibus obſtat *l. ſi cho-*
*rus* 79. *§. area. de l.* 3. de qua vulgari antinomia videndi
erunt Ant. Gomez 1. *tom. c.* 12. *n.* 16. Spino *de teſtam.*
*gloſ.* 8. *n.* 37. Pichard. *in §. idem iuris, num.* 19. *Inſt. de inu-*
*tilib.* 1. Donell. *lib.* 8. *com. cap.* 17. vbi Oſvval. *lit. I.* Duar.
*in l. ſi ex toto* 3. *de legat.* 1. Garcia *de expenſis cap.* 22. *n.* 3.
Mieres *d. q.* 10. *num.* 81. Genoa *in antimon. eorum iurium*)
etiamſi particulatim domus ita refecta ſit, vt nihil ex
priſtina materia ſuperſit, *leg. ſi ita* 65. *§. fin. de leg.* 1. &
licet quod ei acceſſerit, fuerit pars aliarum ædium, *leg.*
*ſi cui ædes* 31. *ff. de leg.* 3. † Denique non obſtat altera 80
ratio, nam habet locum ratione expenſarum, quas iam
diximus retinere eum, qui meliorauit rem hypotheca-
tam. Vnde conſequimur onus reale non tam rem ita
afficere, vt etiam & augmenta omnia comprehendat,
& cùm poſſeſſor teneatur onus præſtare, minimè po-
terit obiicere expenſarum augmenta. At verò in hy-
potheca cum Paullo dicemus etſi & augmenta conti-
neantur, obiici poſſe à tali poſſeſſore expenſarum ex-
ceptionem, & res retinebit, donec ei ſoluatur, *dict. leg.*
*Paullus §. domus*, & obſeruant relati à Guzman. *dict.*
*quæſt.* 20. *n.* 10. Ratio differentiæ eſt, quia in onere rea-
li non tam onus reſpicit rem, quam fructus rei,
vt dictum eſt *ſuprà num...* in hypotheca tamen onus
reſpicit rem ſolam, non fructus, *leg.* 1. *&* 2. *Cod. de*
*pign. act.*

Quòd verò de augmento diximus, ita procedit, vt 81
prius conſtet de augmento, aut aggregatione, vel per

expreſ-

expreſſam diſpoſitionem eius, qui augere potuit, vel per tacitam, quæ ex factis colligitur, vel actibus, veluti ſi domum cum alia coniungam, vel eas ſimul habitem, vel vno pretio locem, vel aliis coniecturis; de quibus in l. cùm fundus 10. de leg. 2. l. prædiis 91. §. balneas, cum ſeqq. ff. de legat. 1. l. Seiæ 20. §. Tyranna, ff. de fund. inſtruct. l. quod conclaue 47. ff. de dam. infect. notat Bar. id l. vxori 32. n. 3. de l. 3. Panormit. in c. 1. num. 3. de cenſibus. Iaſon. in l. beneficium n. 12. ff. de conſtit. Princ. Alex conſ. 223. n. 1. lib. 2. Cephal. conſ. 169. num. 17. p. 2. Surd. deciſ. 241. n. 10. Gratian. 1. tom. diſcept. c. 126. ex n. 1. Roſenthal. de feudis tit. de cauſis ex quib. feud. amitt. c. 10. n. 29. & ſeq. Aliàs autem ſi hoc ceſſet, non cenſebitur augmentum, quoniam licèt res cum alia coniungatur, non facit vnum corpus, neque eadem cenſetur res ſi ſit diuidua, & talis naturæ, quæ recipiat ſeparationem à re aggregata; l. qui fundum 7. §. ſi fundum, ff. pro emptore; c. 1. §. è contrario, de inueſtit. in re aliena fact. in feud. docet Molin. de primog. lib. 1. c. 26. n. 3. Mieres de maior. 1. p. q. 10. n. 62. & 132. Garcia de expenſ. c. 22. n. 4. Iul. Clar. 4. ſent. §. fundum, q. 88. n. 5.
82 Roſenthal. d. c. 10. concluſ. 48. num. 6. & 18. † Rurſus quòd augmentum ſit eiuſdem ſubſtantiæ cum re augmentate, ita vt non mutetur forma rei principalis cui accreſcit, aliter autem non cenſebitur augmentum, & faciet rem differte ſpecie, quamuis forma in totum non alteretur, ſed tantùm noua qualitate, quæ addatur in augmento de nouo, iuxta doctrinam Bart. & aliorum in l. ius ciuile per tex. ibi, ff. de iuſt. & iur. quam ſequuntur Innocent. Ioan. Andr. & Panormit. in c. 1. de conſecrat. Eccleſ. Brunus de augmento concl. 5. princ. ex n. 10. & concluſ. 4. n. 1. Pacian. de probatio. lib. 2. c. 22. n. 91. & ſeq. Mieres de maior. 3. p. q. 8. n. 49. Surd. conſ. 27. n.
83 ſin. lib. 1. † Vlteriùs vt non militet diuerſa ratio in re aucta, quàm in augmento, iuxta notata per textum ibi in l. ſi finita 15. §. ex hoc edicto, de dam. infect. Bart. in leg. damni infecti § ſi is qui n. 4. ff. eod. Brun. de augmen. concl. 5. n. 25. vbi addit tunc militare diuerſam rationem quando eſt diuerſus finis & effectus rei augmentatæ & au-
84 gmenti. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 29. & 30. † Denique quando augmentum fit in re quæ habet limitatam cauſam, vel terminos, vt tunc non cenſeatur augmentum, neque comprehenditur in diſpoſitione, quæ quidem verè per diſponentem, vel præſumptiuè limitata eſt, l. ſerui 5. §. fin. vbi DD. de legat. 1. l. laicus 12. leg. in agris 16. de aquir. rer. domin. l. non modus 12. C. de ſeruit. & aqua. vbi Accur. Bald. & reliqui l. Iulianus 14. § ſi Titius, ff. de act. emp. vbi Bart. & in d. l. damni §. ſi is qui, n. 4. latè Tiraq. de retract. lig. §. 32. gl. 1. n. 49. Brun. d. concl. 5. n. 28. & concl. 6. tot. Couar. pp. c. 2. tot. & an melioratio & augmentum debeat eſſe perpetuum, videndus Guzman. de euict. d. q. 20 ex n. 16. & an re augmentata augenda ſit penſio, dicam infrà in tit. de collat. donat. De retentione autem pro rebus maioratus melioratis, vel pro expenſis in eius rebus factis, vel in bonis liberis, hîc poſſet etiam aptari diſputatio, verùm in alium locum eam reiicimus. Videas interim quæ latè congeſſit Caſtillo tom. 5. contr. c. 65. & alios, quos ipſe refert in additionibus ad illud caput, in princip.

85 Sed non eſt omittendum aliud non inutile, quod ex noſtris iuribus explicationem recipit. Nam cùm iure noſtro Principes viri, Proceres, ſeu Magnates, quos dicimus *Grandes y titulos*, teneantur Regi obſequium & ſeruitium exhibere ſuis expenſis, militibus conductis, cùm bellum ingruit, & eius latus cingere, quod genus tributi, aut ſeruitij inductum eſt in ſignum non ſolùm ſuperioritatis regiæ, & fidelitatis, quam vaſalli tenentur Domino ſuo exhibere, verùm etiam & ob gratitudinem honoris accepti ab ipſo Principe, à quo ad honorum & diuitiarum culmen euehuntur (quam ob cauſam iſtiuſmodi Proceres æuo antiquorum Regum vocabantur *Ricos omes* l. 10. tit. 25 part. 4. à diuitiis ipſis denominati, vt refert D. Thom. de Regimin. princip. lib. 3. cap. fin. & alij relati à Moreno de Vargas de Nobilitate, diſcurſ. 13. n. 10. & ſeqq. Puente de la conueniencia de las Monarchias lib. 3. capite 5. circa fin. Salazar de Mendoz lib. 1. de las dignidad. cap. 9. in quorum nomen & dignitatem Comites, Marchiones & Duces ſucceſſerunt, vt ipſe More- 86
no vbi ſuprà docet. † Cùm ergo huiuſmodi Nobiles vaſallorum Domini à Rege terras redditúſque multos & pecuniam acceperint, leg. 2. tit. 26. p. 4. Nam ferè ſemper titulorum dignitas cum vaſallis, oppidis & iuriſdictione præſtabatur, Salazar ſupr. lib. 3. cap. 17. verſ. por la mayor parte, remanent ipſo iure obligati bellorum cauſa Regem adiuuare & comitari, non ſolùm ſuis perſonis & vaſallis, ſed & militibus; ſicut tenentur omnes qui à Regibus honores huiuſmodi acceperint, l. 52. tit. 6. par. 1. ibi, *Otro ſi los Obiſpos y los otros Prelados que touieren tierra del Rey o eredamiento alguno por que le deban facer ſeruicio debenir en hueſte con el Rey.* l. 1. & 6. cum ſeqq. l. 8. tit. 4. lib. 6. Recop. ibi, *los nueſtros vaſallos que de nos tienen tierra ſon tenudos a nos ſeruir en guerras por ſus perſonas y no ſe pueden eſcuſar.* l. 1. & tot. tit. 3. lib. 4. ordin. & facit l. ſuo victu 18. ff. de oper. liber. cap. 1. de noua forma fidelitat. cap. 1. hic finitur lex in princ. cap. licet. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dom. & ag. in feudis, & notat in ſimili Accur. in d. cap. 1. de noua 87
forma. verb. iuſtè offendere. † Nam etſi omnes in regno noſtro generali obligatione teneantur Regi obedire, & bellum gerenti fideliter aſſiſtere: Nobiles tamen, & Prælati præcipuo & ſingulari quodam iure tenentur ad hoc ſeruitium, quod apud nos dicitur *ſeruir con lanzas, que es lo miſmo ſeruir con tantos ſoldados.* Quia cùm à Rege terras & alios honores accipiant à Principe, ipſo iure ad tale ſeruitium præſtandum exiſtunt obligati, & non ſolùm iure ciuili, verum & naturali, proueniente ſcilicet ab ipſa defenſione Reipublicæ & Principis, ob quorum tutamen & vtilitatem vita ipſa contemnitur, leg. 1. & tot. tit. 13. leg. 3. verſ. e del ſennor tit. 29. p. 2. leg. 4. & 6. tit. 27. ead. p. vbi Greg. poſt Bald. in cap. 1. in princ. quib. mod. feud. amittat. facit l. 26. tit. 14. 88
part. 2. † Item etiam & ob hanc cauſam olim multi ex Proceribus vaſalli Domini Regis ſolebant ſpecialiter nuncupari. (etſi omnes generaliter vaſalli exiſterent) quia à manu Regis terras, oppida, aut alias largitiones accepiſſent, cum iuriſdictione, aut dignitate, de quibus loquuntur plures leges iam allegatæ, præcipuè d. leg. 10. & 11. d. tit. 4. lib. 6. Recop. vt eleganter docuit Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. num. 47. & ſeq. & Valazquez in leg. 40. Taur. gloſ. 2. num. 41. & hoc fuit principium huius tributi quod ad tot lanceas, ſeu milites fuit redactum, l. 5. d. tit. 4. vt aduertit Ioan. Mandariaga de Senatu & Principe, c. 40. † Ex quo prouenit primò quòd cùm hoc tributum ſit onus reale, quia non tam reſpicit perſonas, quàm res ipſas quæ liberalitate Principum conſequuntur cum illo onere, argum. l. ſeruus 34. in princ. ff. de ſtatulib. cum adductis ſupr. num. 11. & in propoſito notat Iſernia in cap. 1. ver. vel valuaſores num. 13. verſ. fortè, de his qui feud. dar. poſſ. Mar. Freccia de ſubfeud. tit. quis dicatur comes num. 53. ad hoc ſeruitium præſtandum non ſolum teneri titulos & Magnates ſæculares, verum etiam & Prælatos Eccleſiaſticos, quia vere dicuntur vaſalli, ex adductis à Caſtillo de Tertiis cap. 8. num. 23. & cap. 9. num. 21. Tum etiam, quia vaſalli ſunt eo ſenſu quod terras & alios honores & redditus à Principe habeant, l. 52. tit. 6. part. 1. cap. ſi in morte, §. ecce, 23. qu. 8. ibi, *Porrò alij ſunt qui non contenti decimis prædia, villas, caſtella & ciuitates poſſident, ex quibus Cæſari debent tributa*, & ſic abſque præſcriptione fori poterunt ad id compelli, ex late & eleganter traditis à Bobadilla lib. 2. polit. cap. 17. ex num. 13. & ſeqq. 
vſque ad 21. † Secundo prouênit ex ſuprà dictis in hoc 89
tributo reali, Principem tanquam antiquiorem creditorem

torem eſſe omnibus aliis anteponendum & præferendum, cùm ea obligatio cum ipſamet dignitate & caſtro, aut redditu aut oppido acceptis nata fuerit, & conceſſio Principis cum ea tacita conditione fiat, quam infirmare nequeunt quæcumque prohibitiones alienationum, neque aliæ obligationes, *argum. l. filiusfam. 114. §. Diui el 2. verſ. quod ſi, de legat. 1.* ibi, *Sed hæc neque creditoribus, neque fiſco fraudi eſſe*, (quæ verba explicauit Cuiac. *lib. 5. obſeru. cap. 16. & lib. 9. cap. 24.* vbi tacito nomine Reuardum notat, qui *lib. 3. var. cap. 16.* aliter accipiebat, videndus quoque Fachin. *lib. 4. contron. c. 50.*) vt eum ſenſum habeant, ne propter prohibitionem teſtatoris, qui rem alienari vetuit, fiat fraus creditoribus, id eſt, ne id fit in damnum creditorum, neque etiam in damnum fiſci, qui viceſimam partem rerum hæreditariarum ex lege Iulia de viceſima vindicabat, vt docent Alciat. *lib. 3. diſp. cap. 6.* Cuiac. *lib. 4. ſent. Paul. tit. 6.* Forcat. *dialog. 22.* Menoch. *de adipiſcen. rem. 4. n. 1. & ſeq.* Iuſt. Lipſ. *de magnitud. Rom. lib. 2. cap. 4.* facit *l. vſufructu 69. ff. ad l. falcid. & l. 1. C. debitorem venditionem pignor.* ibi, *Neque enim potuiſſe huiuſmodi lege ius creditoris facere deterius.* Neque aliena eſt alia conſideratio ab hoc tractatu, quam *ſuprà* retulimus *n. 66. & 80.* deducta ex *l. interdum 5. cum leg. ſeq. ff. qui potiores*, in quibus ſi habet ius prælationis mutuans in refectionem ædificij, ergò multò magis qui dedit in eius conſtructionem, ita etiam & in ſupradicta ſpecie Princeps erit præferendus, qui conſtruxit & dedit, vt inde vaſallus abundaret, & ſic cæteris creditoribus Rex in hoc tributo præfertur, & ita praxi receptum eſt *in noſtra l. 1.* ibi, *Æs quidem.*

91 Diximus huc vſque, quomodo debeat onus reale ſolui. De onere autem perſonali nunc breuiter pro eius partis interpretatione agendum erit. Igitur annonæ, vel tributi præſtatio cùm ſequatur poſſeſſorem, qui ſequitur rem, ita etiam æris alieni onus, quod perſonam afficit, hæredes pro portionibus hæreditariis obligat. *l. 2. C. de hær. actio l. pacto 26. C. de pactis, l. 1. C. ſi cert. pet. l. ea quæ 6. l. licet 23. C. fam. erciſc. l. fin. C. ſi vnus ex plurib. hær. l. in executione 85. § ſpecies de verb. obl.* explicant præter DD. *in d. iurib.* Donell. *lib. 7. com. c. 11.* Ant. Gomez *2. tom. var. c. 10. n. 3.* Balduin. *ad ll. 12. Tab. c. 38.* Tuſc. *lib. 2. lit. H. concl. 72. n. 2.* Rodriguez *de ann. reddit. tom. 4. q. 9. n. 62.* Grat. *1. tom. diſcep. c. 16. n. 11. & c. 150. numer. 12.* Riccius *3. part. collect. 528.* Schiforⁿdegh. *lib. 3. ad Ant. Fab. tract. 2. quæſt. 14.* & Molin. *lib. 1.*
92 *c. 10. num. 8.* & Gutierr. *lib. 2. pp. quæſt. 58. n. 1.* † Ratio eſt, quia cùm per aditionem hæreditatis obligentur hæredes quemadmodum ipſe defunctus tenebatur, *leg. ſiue certis 17. ff. de duob. reis, §. hæres, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr.* cùm legis fictione & defunctus & hæres vna eademque perſona cenſeatur, *leg. quædam 9. §. 1. ff. de edendo, l. hæredem 59. l. qui in ius 177. ff. de reg. iur. l. 2. in fin. C. de fruct. & lit. expenſ. Auth. de iureiuran. à morien. præſtit. §. 1.* conſequitur ipſos hæredes remanere obligatos, quatenus repræſentant perſonam defuncti, & hæredes ſunt, & ſic lex ipſa duodecim Tabul. quæ pro portionibus hæreditariis diuiſit æs alienum, id fecit, quia ius ipſum hæreditatis, per quod repræſentatio inducitur, diuiſionem accipiat ex por-
93 tionibus hæreditariis. † Quod intelligendum eſt de obligatione perſonali, non de reali, hypothecariáve, quia ea ſolùm dirigitur aduersùs hæredem qui rem poſſidet obligatam, *l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hær.* cum adductis *ſuprà*. Ita vt ſi à pluribus res poſſideatur pro parte, actio non diuiditur, ſed in ſolidum aduerſus illum dabitur, qui partem poſſidet, notat Balduin. *d. cap. 38. num. 7. & 8.* quia obligationis conditio ex hæredum perſona non mutatur, ſed talis remanet apud hæredes, qualis erat apud defunctum, *l. 2. §. ex his, l. in executione 85. §. pro parte, de verb. obl. l. 2. §. incertam, de prætor. ſtip. l. ſi neceſſarias 8. §. de vendendo ff. de pign. act. l. cui fundus 55. de cond. & dem. l. 8. tit. 31. part. 3.* docent poſt Accurſ. & omnes antiquiores Donell. *in d. §. ex his, num. 2.* Coſta *in cap. ſi pater 2. part. verb. Trebellianum n. 10.* Tiraq. *de retract. conu. §. 1. gloſſ. 6. num. 31.* Bern. Diaz *reg. 502.* Gomez *ſupr.* Fachin. *lib. 10. contr. cap. 63.*
† Ex quo ſequitur hæredes debitoris cenſus, qui pro 94
indiuiſo poſſident rem hypothecatam cenſui, omnes ad recognitionem cenſus in ſolidum teneri, vt obſeruant Ceuallos *3. tom. com. quæſt. 784. num. 6. & ſeq.* Bobadill. *lib. 2. polit. cap. 20. num. 53. & ſeq.* Ludou. Centius *de cenſib. 2. part. cap. 2. quæſt. 3. art. 1. n. 17. & quæſt. 5. art. 7. n. 2.*

## LEX III.

### *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Proculianum.*

Omnes penſitare debebunt, quæ manus noſtræ delegationibus adſcribuntur, nihil amplius exigendi, vel remittendi poteſtatem eſſe. Nam ſi quis Vicarius, vel Rector prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum, quod alij remiſerit, de propriis dare facultatibus compelletur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emendatur littera huius legis.*
2 *Delegatio quid ſit?*
3 *Reprobatur Cuiacij opinio, & retinentur verba noſtræ legis.*
4 *De Vicariis Præfecti Prætorio, remiſſiuè.*
5 *Tributorum indictio ſpectat ſolùm ad Principem.*
6 *Tributa ſolùm pertinent ad Principem, cum ſint de ſummo Imperio.*
7 *Noua vectigalia, nec vetera augere nullus poteſt, præter Principem.*
8 *Quæ ſint noua vectigalia?*
9 *Ciuitates iure Hiſpano non poſſunt imponere collectas vltra tria millia marapetinorum. tentatur conciliatio duarum legum Recopilationis,* & num. 10. *& an ciuitates iure communi habuerint ius collectandi?* & n. 11. & 12.
13 *Quomodo fiant contributiones in Conciliis ciuitatum? remiſſiuè.*
14 *Pœna imponentium noua vectigalia tam de iure communi, quàm noſtro.*
15 *Ius imponendi tributa poteſt præſcribi.*
16 *Immemorialis præſcriptio neceſſaria eſt in adquirendis iuribus, quæ ſpecialiter Principi ſunt reſeruata.*
17 *Immemorialis præſcriptio habet vim tituli conceſſionis, & priuilegij.*
18 *Explicatur* l. fin. C. vectigalia noua, *ponderatur eius difficultas, &* leg. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. *& tractatur an ſit neceſſaria cum præſcriptione conceſſio Principis ad adquirendum ius tributorum* & n. 19. *vbi de auaritia publicanorum,* & num. 20.
21 *Rurſus inſtituitur ſermo* d. l. 1. tit. 15. l. 4. *oſtenditurque an ſuprema iuriſdictio Principis, quæ ei competit ratione ſupremæ poteſtatis, poſſit aliquo tēpore præſcribi.*
22 *Regalium diſtinctio in maiora & minora, & quæ ſint hæc?* num. 23. & 24.
25 *Præſcriptio immemorialis poteſt interuenire in adquirendis iuribus regalibus minoribus, ſed in maioribus ſemper excluditur.*
26 *Reprobatur eorum ſententia, qui dicebant, tributa non eſſe de Regalibus.*

27 Ad

27. *Ad Tributorum constitutionem requiritur iuſta cauſa, & publica neceſſitas.*

28 *Domini vaſallorum & ſimiles non poſſunt imponere tributa, neque hoſpitia, aut donatiua à ſubditis exigere.*

29 *Explicatur & exornatur* l. vnica, inf. de ſuperindicto, *& quid ſit* indictio? *&* n. 30. & 31.

32 *Indictio annorum vnde originem ſumpſerit?*

33 *De tributo quod dicitur* ſuperindictum.

34 *Ad onera regni ſubleuanda cùm ingruit neceſſitas, poteſt petere Rex ſuperindictum.*

35 *Notatur aliquorum opinio circa materiam tributorum.*

36 *Tempore neceſſitatis à collecta impoſita non erunt exempti Eccleſiaſtici.*

37 Los Millones *quod genus tributi fuerint apud nos, & quomodo hodie imponantur?*

38 *Superindicta pendere ex nutu Principis oſtenditur, explicaturque locus elegans Sidonij Apollinaris, &* num. 39.

40 *Rector Prouinciæ nequit priuato remittere quod tributi nomine debuerit.*

41 *Quid operetur Rectoris, aut exactoris remiſſio tributi?*

42 *Intellectus* ad leg. Præſes 12. Cod. de tranſactionibus.

43 *Quid erit dicendum quando remiſſio tributi fiat pauperi?*

1 AIT lex, *Manus noſtræ*, fortaſſe rectiùs ſcriptum eſt in C.Th. *manu noſtra.*

2 Ait lex, *delegationibus.* Delegatio varias habet ſignificationes, quas apud nomenclatores videas. Sub Imperatorum poſteriorum æuo, eâ voce ſignificabantur deſcriptiones à Principe in prouincias tranſmiſſæ, quibus tributorum annonarúmque illationis modus, ratio & exactio continebantur *leg. 1. & 2. infr. de indiction. leg. fin. infr. de canone largit. tit. leg. prouidendum 23. infr. de decurion. leg. placet 8. Cod. Th. de extraord. ſiue ordin. mun. l. vnic. Cod. Th. ne collatio per logograph. Nouell. 39. Theodoſ. de ſuariis*, ideò dictæ quod delegari mittique ſolerent in prouincias, notant Accurſ. & reliqui *hîc verb. manus.* Valenzuel. *num. 2.* Briſſon. & alij *in ea voce.* Buleng. *lib. 6. de Imper. Rom. cap. 79.* Gutierr. *de officiis dom. Aug. cap. 14. Delegatoriæ* huiuſmodi deſcriptiones dicuntur *in l. neque ſchola 22. Cod. Th. de erogat. mil. annonæ*, vide quæ dicam *in l. 4. infr. de canon. larg. tit.*

3 Ait lex, *Vel remittendi poteſtatem eſſe*, hanc clauſulam delendam eſſe autumat Cuiac. *hîc*, motus quod in veteri libro & Codice Theodoſiano *in leg. 1. h. t.* deſint ea verba, eum ſequitur perpetuus eius aſſecla, ſeu tranſcriptor Gothoft. & Ant. Contius, fallax profectò coniectura, & indigna illo magno viro, cum ſi deſint ea verba, minimè congrueret verſus ille ſequens, *Nam ſi quis*, neque totus contextus clauſulæ finalis. Quare libri veteris & Codicis Theodoſiani auctoritas tanti apud me non ſunt, vt à fide Pandectarum Florentinorum recedam, & cogar iurare in librum à muribus ſemicomeſum. Abſint tales ſententiæ.

4 Ait lex, *Nam ſi quis vicarius.* Intellige vicarios Præfecti prætorio, de quibus *infrà in l. 4. de canone largition. tit.* latiorem ſermonem inſtituo.

5 In hac ergo lege Conſtantinus ſtatuit ad Principem ſpectare tributa indicere, ideóque neque plus, neque minus iis exigi debere à Vicariis, vel Præſidibus Prouinciarum, *l. 3. §. illud, infr. de canon. larg. tit. l. vnic. infr. de ſuperindict. l. placet 8. infr. de excuſat. mun. l. vectigalia 10. ff. de publican. l. omnium 6. C. de vectigal. l. 2. & 3. C. vectigalia noua inſtitui non poſſe c. innouamus 10. de cenſib. c. ſuper quibuſdam, §. 1. de verb. ſig. l. 2. tit. 1. part. 2. l. 11. tit. 28. p. 3. l. 1. 3. & 6. tit. 10. lib. 6. ordin. l. 1. tit. 11. lib. 6. l. 16. tit. 8. lib. 9. Recop.* docent præter DD. in iurib. Molin. *de iuſt. & iure 3. com. diſp. 666.* Parlador. *lib. 1. quotid. c. 3. num. 2.* Maſtrill. *de magiſtr. lib. 3. c. 10. ex num. 219.* Camill. Borrell. *de præſtantia Regis, c. 11. numero 34. & cap. 20. numero 16.* Bobadill. *lib. 5. pol. cap. 5. numero 1. & 13.* Farinac. *de furtis quæſt. 173. ex n. 66.* Calliſt. Ramirez *de l. Regia §. 26. toto.* Florez de Mena *lib. 2. var. quæſt. 21. tot.* & cum multis, vt ſolet, D. Ioan. del Caſtillo *de Tertiis, c. 41. ex num. 78. & ſeq.* & Sanchez *1. tom. conſ. mor. lib. 2. cap. 4. dub. 1. & ſeq.* Trentacinq. *lib. 1. reſol. tit. de iure fiſc.*
*reſol. 5. num. 1.* † Hoc autem ius competit Principi- 6
bus ratione ſupremæ poteſtatis. Nam cùm vectigalia & tributa nulli alij poſſint competere, quæ ſanè ſunt de ſummo Imperio. Bald. *in leg. 3. ſupr. de iure fiſci*, cum aliis, quos cumulat Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 6. num. 14.* Bobadill. *dict. lib. 5. c. 5. num. 13.* Florez *dict. quæſt. 21. num. 11.* rectè conſequitur ad Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit, ſolùm ſpectare talem impoſitionem, non ad alios, cùm tenderet in contemptum Principis, ſi alius ea iura vſurparet, quæ omnes ad contributionem compellerent, & ita Athanaſius apud Sozomen. *lib. 2.* accuſabatur quod tributum li-
neæ veſtis indixiſſet. † Vnde nec noua tributa, nec 7
vectigalia proponere, nec vetera augere nulli niſi Principi licebit, *dict. leg. vectigalia. ff. de publican. iuncta leg. fi. infr. quemadmod. ciuil. num. l. 2. & 3. Cod. vectigalia noua.* Ratio eſt, quia vetera vectigalia augendo noui aliquid fit, & noua cenſentur, cùm augeantur, *leg. licitatio 9. §. earum, ff. de publican.* cum aliis iuribus, quæ *ſuprà in l. 1. num.....* cumulauimus, & notat in propoſito Sixtin. *d. lib. 2. cap. 6. num. 24. & ſeq.* Farinac. *d. q. 173. n. 66.* etſi enim augmentum ſequi ſoleat naturam ſui principalis, *reg. acceſſorium, de regul. iur. in 6. cum vulg.* id haberet locum ſi acceſſorium fuiſſet factum ab eo, qui fecit principale, verùm factum ab eo, cui non erat auctoritas indicendi tributa, minimè poteſt dici acceſſorium, quod nullum eſt, & diuer-
ſæ naturæ ac principale. † Noua vectigalia dicun- 8
tur, quæ exiguntur præter priſcam conſuetudinem, *leg. fin. Codic. vectigalia noua*, vel ab ea conſuetudine abhorrent, vt ait Cuiac. *in paratit. leg. ad illum titulum*, quem ſequitur Sixtin. *dict. cap. 6. numero 31.* Rectiùs Azo *in ſumm. illius tit.* interpretatur vectigal quod minus, vel plus eſt, quàm vetus erat, conſentit Tuſchus *lit. V. verb. vectigalia, concluſ. 32. num. primo & ſeq.*

Hæc verò vectigalia ita ſupremæ poteſtati Prin- 9
cipis reſeruantur, vt nec Præſides, neque alij ſupremi Magiſtratus nequeant ea imponere, vt dixi, neque etiam domini vaſallorum, nec ciuitates, vt docent plures relati à Farinac. *ſupr. num. 68. & 69.* Bobadill. *d. cap. 5. n. 1. lit. A. & num. 13.* probatúrque *in d. leg. placet, infr. de excuſ. muner.* & ideò prohibentur iure noſtro, *l. 1. 2. & 6. tit. 6. lib. 7. Recop. & l. 25. tit. 6. lib. 3. Recop.* ciuitates & eorum curiæ vltra tria millia marapetinorum imponere ad ſubeundas publicas neceſſitates ſine licentia Regis, quod videtur eſſe contra *leg. 16. tit. 8. lib. 9. Recop.* quæ indiſtinctè quamlibet prohibet impoſitionem fieri abſque licentia regia, horum iurium difficultatem agnouerunt noſtri Auendan. Azeued. & alij, quos laudat Bobadilla *d. cap. 5. n. 13.* & nullis ex eis relatis Molin. *de iuſtit. dict. diſp. 666. verſ. ciuitates* ſed ab ipſo Bobadilla recipitur Laſarti doctrina *de decim. vend. cap. 18. num. 80.* qui diſtinguit inter genera vectigalium (*ſiſas* vocamus, noſtro idiotiſmo *repartimientos.*) vt *d. l. 1. tit. 6.* loquatur in impoſitionibus, & *d. l. 16. en ſiſas.* Rationem differentiæ referunt, quiam ſiſæ imponuntur victualibus, quo grauatur gabellarum ius, cæteræ autem impoſitiones indicuntur per-
ſonis, inter quas fit collecta. † Verùm ea concilia- 10
tio non conuenit cum verbis *d. leg. 16.* vbi non ſolùm

fit mentio ſiſarum, verum & aliarum impoſitionum,
tributorum & diſtributionum, vt indicant illa verba
*an pueſto y ponen impoſitiones y ſiſas y otros tributos.* Qua-
propter pro vera interpretatione præſuppono ciuita-
tes nec pro ſuis neceſſitatibus potuiſſe imponere col-
lectas, nec ſalarium præbere, *l.vnic.infr. de præbend. ſa-
lar.* vbi nec ſalarium ex iuribus Reipublicæ præberi
debet, niſi de licentia Principis, cùm ſine ea nihil poſ-
ſint, *l.1.infr.de decr.l.vnic.infr.de his qui à Principe, l.4.
ff.de decret.ab ord.faciend.* ibi, *Nihil valebit huiuſmodi de-*
11 *cretum.* † Ratioque eſt, quia ciuitates habentur priua-
torum loco *l.eum 16.ff.de verb.ſign.* & priuati ſibi non
poſſunt vſurpare quæ ſunt Regalia, prout eſt ius col-
lectandi, teſte Sixtino *lib.2.de Regalib.c.14.num.16. &
ſeqq.* (quidquid in contrarium velint Borcholten *in
cap.1.quæ ſunt Regalia, num.53.& 54.* Omphalus *de po-
teſt.Principis, c.12.*) & facit *Aut.item nulla, Cod.de Epiſc.
& cleric.* quæ per argumentum à contrario videtur
expreſſa, vt agnouit Ripa *infrà* referendus, & expreſ-
ſum eſt *in l.1.C.vectigalia noua,* vbi ciuitatibus id ius de-
negatur; & ita dicendum eſt ciuitates de iure commu-
ni minimè habuiſſe de iure communi ius collectan-
di, quod contra Bart. & alios antiquos *in leg.vnic.infr.
de ſuperindict.* docuit Borrell. *de præſtantia Regis, c.20.
num.18.* Azeued. *in l.1.tit.6.lib.7.Rec.* Farinac. *dict.qu.
173.n.70.* Ramirez *de lege Reg.d.§.26.lit.B* Florez *ſup.
n.12.* Hanc tamen prohibitionem lex noſtra tempera-
uit, vt ſine licentia Principis poſſent curiæ ciuitatum
collectam imponere vſque ad tria millia marapetino-
12 rum. † quod etiàm de iure communi tenent Ripa
*conſil.18.lib.2.* Tuſch. *d.verb.vectigalia, concl.33.n.9.&
ſeq.* & alios referens Farin. *d.q.173.n.72.* Neque in
contrarium eſt *d.l.16.tit.8.lib.9. Recop.* vbi in totum
prohibentur ciuitates, & quælibet aliæ perſonæ tri-
buta imponere. Nam reſpondendum eſt *ibidem* ge-
neraliter prohiberi ciuitates imponere tributa, & cæ-
tera vectigalia, quæ vocamus *ſiſas & impoſitiones*
ex qualibet re vendenda, vt indicatur ibi, *An pueſto
y ponen impoſitiones y ſiſas y otros tributos para que paguen
de cada coſa que ſe comprare o vendiere.* At *in d.l.1.tit.6.*
loquitur non in vectigalibus & tributis, ſed in diſtri-
butionibus quæ fiunt inter ipſos vicinos, quæ dicun-
tur *repartimientos,* & quas conferunt ciues pro ſuis ne-
ceſſitatibus ſubleuandis pro viribus ſingulorum, vt *in
l.2. Cod.de operib.publ.* hæ autem prohibentur ſine
Regis licentia vltra tria millia marapetinorum, & ſic
minimè ſupradictæ leges diſſentiunt, cum in tam di-
uerſis generibus collectarum loquantur, quapropter
deciſio *d.l.1.* innouata eſt ab ipſis Regibus eius aucto-
ribus, Ferdinando & Iſabella, *in leg.25.tit.6.lib.3.Rec.*
13 † Quomodo ergo huiuſmodi contributiones fieri de-
beant in curiis ciuitatum, obſeruat Bobadill. *d. cap.5.
num.14.& 15.* & eo non relato Florez *d.q.21.num.12.
& ſeq.* vbi ad id alias quæſtiones pertinentes adaptat.
Quibus adde hodie ſolere ciuitates, aut oppida ſi ali-
quam litem habent, deficientibus propriis in regia Cu-
ria petere licentiam, vt inter ciues fiat contributio, &
ad id dantur prouiſiones Regiæ, vt ea fiat inter volen-
tes abſque aliqua coactione.
14 Si quis verò contra hanc prohibitionem iuris au-
ſus fuerit ſine Principis auctoritate noua imponere
vectigalia, ſeu tributa, variis pœnis punitur omni iure
ciuili, pœnâ centum aureorum, quæ fuit pœna ambi-
tus, *l.vnic.verſ.item is.ff.de lege Iul.ambit.* Quin & lege
Iulia de vi publica, *l.ſi.ff.ad l.Iul.de vi publ.* cuius pœna
fuit capitalis, vt docet Iodocus *in pr.c.99.n.3.& 4.*
Perpetuo exilio puniuntur *in l.ſi.C.vectigalia noua.* Iure
autem Canonico excommunicantur *in c.innouamus 10.
de cenſib.* iuncto Nau. *in Manual.c.27.n.61.& conſ.7.tit.
de cenſib.* Noſtro iure regio *in d.l.1.tit.6.* amiſſio bono-
rum & pœna capitis ſtatuta eſt *in l.4.tit.10.lib.6.ord.* vi-
dendus Mol. *d.q.666.n.2.* & Sixt. *d.lib.2.c.6.n.144.& ſeq.*

Excuſabuntur ab eis pœnis qui conſuetudine po- 15
teſtatem habent tributa & vectigalia imponendi. Nam
tale ius poteſt præſcribi ab inferioribus, vt docet Bar.
*in l.ſi publicanus, §.in omnibus ff.de public.* quem ſequitur
Azeued. *in d.l.1.n.5.* & Auiles *in cap.14. Prætor. verb.
o præſcription.ex num.1.* Sichard. *in rub.C.vectigalia noua,
numero 6.* & plures referens Sixtin. *d.cap.6. num.56.*
& Sanchez *1.tom.conſil.mor.lib.2.c.4.dub.4.* & probatur
*in l.4.§.ſi.l.locatio 9.§.earum.ff.de publican. & in c. ſuper
quibuſdam 26.§.præterea, de verb.ſign.* vbi Innoc. III. ait
illa vectigalia, aut tributa interdicta eſſe cenſenda, quæ
non apparent Imperatorum, vel Regum, vel Concilij
auctoritate conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine, cu-
ius non extat memoria introducta. † Nam in 16
conſuetudine per quam adquiruntur ea quæ ſpeciali-
ter Principi reſeruantur, neceſſarium eſt tempus im-
memoriale, *leg. hoc iure, §. ductus aquæ, Digeſt. de
aqua quotid. cap.1.de præſcript. in 6.l.1.tit.15.lib.4.Re-
cop.* docent DD. præcipuè Iaſ. *num.45.* Hotoſius *num.
55.in l.de quibus, ff.de legib.* Couarr. *in reg. poſſeſſor 2.p.
§.2.num.3.& 8. verſ.tertia ſpecies, & §.3.num.2.* Gregor.
*in l.2. tit.7.p.5.gloſſ. fin.* Auiles *ſupr. num.1.* Ceuall. *q.
46.* D.Ioan.del Caſtillo *de Tertiis, cap.26.num.66.& 67.*
† Eſt itaque hoc ſpeciale præſcriptionis immemoria- 17
lis, vt habeat vim tituli conceſſionis & priuilegij, vt
notant omnes per textum *ibi in §.ductus aquæ,* & tan-
tum poteſt, quantum Imperator cum cauſa, docent Iaſ.
*in l.ſi certis annis, limit.10. C.de pactis,* & relati à Bo-
her. *dec.59.* Burſat. *conſil.23.n.19.& ſeq.lib.1.* Couar. *in
d.reg.poſſeſſor, in princ.n.8.* Matienz. *in l.1.tit.7.gl.6.n.7.
lib.5.Rec.* Garcia *de nobil.gl.12.à n.54. & de expenſis, c.9.
à n.16.* Ceuall. *com.q.45.n.4.* Molin. *de primog.lib.2.c.6.
n.19.* Mieres *de maiorat.4.p.q.20.n.47.* Sixtin. *de Regal.
lib.1.c.5.ex n.130.* Ioan.Andr.Georgius *1.p.repet.feudal.
c.29.* Borrell. *de præſtantia c.11.n.42.* Gutier. *de gabell.
q.5.* Mori. *in empor.tit.de ſeruit.quæſt.fin.num.17.& 20.*
Fontanell. *de pactis nupt.clauſ.4.gl.17.num.30.* & noſter
Præceptor eruditiſſimus Ioan.Solorzan. *de iure Indiar.
lib.3.c.3.n.76.*
Verùm contra hanc reſolutionem videntur eſſe ali- 18
qua iura tam ciuilia, quàm noſtra. *Primò, l.fin.C.vecti-
gal.noua.* vbi neceſſaria eſt cum præſcriptione tempo-
rali, vt concurrat conceſſio Principis. *Secundò,* contra-
rius Alphonſus XI. *in l.1.in fi.tit.15.lib.4. Recop.* qui
tributa nullo tempore præſcribi ſtatuit, quemadmo-
dum neque ea, quæ Principi in ſignum vniuerſalis do-
minij reſeruantur. Quarum difficultatum prima di-
luitur ex traditis à Sixtino *d.lib.2.cap.6.n.57.* qui eam
*l.fin.* intelligit, vt Imperator velit per vtrumque ſo-
lùm requirere vt ſufficiat alterum, vt *in dict.§.præterea,
iuncta leg.1.& 2.C.noua vectigal.* nam in iure non eſt
inſuetum ob materiam ſubiectam copulam vim di-
ſiunctiuæ induere, *l.ſæpe 53.de verb.ſignif.* quam ſolu-
tionem ſenſerunt fere antiquiores omnes, vt patet ex
Salicet. *ibi in ſummario.* Sichard. *in rubr. illius tit.nu-
mer.6.* † Sed hæc non explent animum noſtrum, cum 19
*in d.l.fin.* non agatur de inducendo tributo ex conſue-
tudine, vel Imperatoris præcepto, ſed de prohibenda
exactione à Publicanis vltra conſuetudinem & Præ-
ceptum Principis, videlicet ſi conductores fiſcales,
id eſt, Publicani, tributorum exactores & portuum
ac vectigalium conductores, (ita ſolent vocari *in l.3.
C.Th.de indulg.deb.l.quanta 12. in fi.iuncta l.1.§.1. ff.de
publican.& l.eum qui 16.de verb.ſignif.*) auaritia & cupi-
ditate correpti plus quàm delegatione continebantur,
exegerint, ſolebant enim debitores fiſcales ſpoliare,
cruciare & interdum excoriare, vt dicemus *alibi,* & *in
l.2.infr.de exactor.tribut.* Quapropter eorum nomen
malè audiebat, & ſemper fuit odio plenum, & in-
uiſum, ita vt huiuſmodi genus hominum malo publi-
co natum iudicabatur, vt ſcribunt Bulenger. *lib.9.
de Imper.Rom.c.3.* Gutierr. *de officiis domus Aug.lib.3.
cap.17.*

*cap.*17. & dicam luculentius *in d.l.*2*.de exact.tribut.* & ſic legibus fuit prohibitum pœnis impoſitis ne plus exigerent Publicani, quam conſuetudine, vel præcepto principali mandatum erat, vt videmus *in l.vnic. infr.de ſuperexaction leg.quilibet* 40. *infr.de decurion.dict. l.placet,de excuſat.muner.* cum aliis, quibus patet tributa exacta fuiſſe ſecundum veterem conſuetudinem, vel ſecundum delegationem Principis, de qua diximus *in principio ſuprà.* Idque ab Auguſto legimus factitatum apud Dionem *lib* 53. ne argentum vltra modum
20 qui definitus erat, exigeretur. † Hucque reſpexit Conſtantinus *in d.l.fin.C.vectigal.noua*, illic, *Et probatum fuerit vltra antiquam conſuetudinem, & noſtra terminos iuſſionis aliquid eos profligaſſe*, vbi prohibet ne Publicani plus exigant, quàm antiqua conſuetudo pertulerat, & iuſſio Principis præceperat. Coniunxit itaque conſuetudinem & iuſſionem, quia ſolebat delegationes facere, ſeu formam exactionis præſcribere Imperatores attendentes antiquam ſoluendi conſuetudinem, vt apertè videmus *in l.*1*.&* 2. *infr. de indictionib. iuncta dict.l.placet*, & clarius *in leg.fin.infr.de canon. largit.tit.* ibi, *Si quid minus exactum, vel illatum fuerit, quàm priſca & inueterata conſuetudo ſacris largitionibus inferri conſtituit*, quibus verbis explicantur alia *d. leg. fin. C. vectigal.* quæ ita ſatis remanet perſpicua.

21 Maiorem continet difficultatem lex noſtra, elegantiſſima ſanè, & grauiſſima, plena iuriſprudentiæ omnimodæ, quam circa Regalia Principum tractarunt peritiores, dum prohibet præſcriptionem ſupremæ iuriſdictionis tam ciuilis, quam criminalis, quæ Regibus competit ratione ſupremæ poteſtatis, ita vt quocumque tempore nullatenus præſcribantur talia iura, neque etiam illa, quæ ad indicenda tributa pertinet. Eius hæc ſunt verba, quæ poſita remanent *in dict.leg.*1. *tit.*15. *lib.*4 *Recopil.* ibi, *Pero la Iuriſdicion ciuil o criminal ſuprema que los Reyes an por mayoria y poderio real que es de le facer y cumplir, donde los otros Sennores y Iueces la menguaren, declaramos que eſta no ſe puede ganar ni preſcribir por el dicho tiempo (conuiene a ſaber immemorial) ni por otro alguno, y aſi miſmo lo que las leyes dicen que las coſas del Reyno no ſe pueden ganar por tiempo ſe*
22 *entienda de los pechos y tributos à nos debidos.* † Quæ vt explicentur, in memoriam erit reducenda Regalium diſtinctio, quam DD. ſolent conſtituere, vt quædam dicantur *Maiora*, quædam verò *Minora*, vt agnoſcunt feudiſtæ neoterici, Ioan.Ferrar.Montan. *lib.*5 *.feudor. cap.*7. Borcholten. *in cap. vnic. quæ ſint Regal.* Roſenthal. Peregrin. & alij, quos plenâ manu congeſſit Sixtin. *de Regal.lib.*1*.cap.*2*. num.*1. Maſtrill. *de Magiſtr. libro primo cap.*14*.num.*5*.&* 17. Calliſt.Ramirez *de lege Regia*, §.24*.numero* 18. & conſtat ex *dict.cap. vnic. quæ ſint Regal.in feud.cap.*4*. de offic.legati*, & ex *leg.*2*. tit.*1. *p.*2. ſi attente perpendas illa verba, *e otro ſi el ſolo es poderoſo*, vbi loquitur de Rege, ſeu Imperatore; nam vox *el*, *ipſe* Latinè, eſt prænomen perſonaliſſimum, & excluſiuum alterius, qui non ſit Rex, Surd. *conſ* 5. *num.*7. Cened. *ſing.*22*.n.*1. & plures referens Barboſa in dictione *ipſe*, *de dictio.vſufr.cap.*177 *.num.*5. Et magis ſuadetur ex verbo *ſolo*, *el ſolo*, quod eſt limitatiuum & taxatiuum, & id tantum comprehendit, de quo loquitur idem Barboſ. *vbi proximè*, *verbo ſolum.* Eadem quoque regalia connumerantur *in l.*1. *tit.*10.
23 *lib.*5*.Recop.* † *Maiora* Regalia ſunt quæ oſſibus Principis adhærent, quæ ipſi ſunt perſonaliſſima, & eius coronæ annexa, vt ſunt leges ferre, bellum indicere, monetam cudere, appellationes habere, diuidere terminos, iuriſdictiones, ſeu territoria ciuitatum, aut prouinciarum, nundinas concedere, & alia ſimilia quæ proſequuntur Maſtr. *d.c.*14.Sixt. *d.c.*2.Ramirez *d.*§.24. *n.*18*.&* §.26*.ferè per tot.*Cabel.2*.p.dec.*42*.& ſeq.* Quibus etiam addes & ius Regale, quod Regibus noſtris competit in adimenda vi à iudicibus Eccleſiaſticis illata, de quo *in l.*36*. tit.*5*. lib.*2*. Rec.* vt notat Ceuall. *de cognit. per viam violent. gloſ.*8*. num.*19. & Salgado *de*
*protect. regia* 1*.p.cap.*1*. num.*16*. & tot.* † *Minora* rega- 24
lia ſunt quæ ad commodum fiſci pertinent, videlicet tributis iam impoſitis potiri, confiſcationes locorum & fluminum, viarum, ſalinarum, proprietas, piſcationes maris, & alia, quæ ſolùm in pecuniario commodo conſiſtunt, vt agnoſcunt Peregrin. *de iure fiſc. lib.*1*.tit.*1*.n.*9.Roſenthal *de feudis,c.*5*. concl.*3. Maſtrill.
*d.num.*17. † In his autem conſuetudo, ſeu præſcriptio 25
immemorialis habet locum iure regni, vt *in d.l.*1*.in prin.* docemur, & *in l.*6*.tit.*29*.p.*3. at verò illa maiora nullo tempore præſcribuntur quantumvis ſit immemoriale, vt docent Noſtrates, Gregor. *in d.l.*6*. gloſ.*3. Gutier. Parlador. Matienz. Azeued. & alij plures, quos congeſſit Ceuall. *d.q.*46*.ex n.*3*. cum ſeq.* idem Gutier. *lib.*1*.p.*1*. q* 84*. num.*3. Barboſa & alij, quos refert Caſtillo *de Tertiis,cap.*20*.num.*38*.& c.*26 *n.*67. Calliſt.Ramirez *d.*§.24 *n.*18*.& ſeq.* Cabed. 2*.p.deciſ.*65*.&* 66. & ita dixit Bal. ius ſuperioritatis eſſe impræſcriptibile, *in l.fin.C.de ſacroſ. Eccleſ.* eſtque hæc traditio ita vera, vt regalia maiora adhæreant coronæ, vt Rex ea non poſſit ab ſe abdicare, & ſi alicui ea concedat, eis nequiret vti donatarius, nec etiam valebit ad vitam concedentis, vt expreſſum eſt *in l.*1*.tit.*10*.lib.*5*.Rec.* vbi doſeruat Matienz. *gloſ.*4.& Azeued. *num.*30. qui dicunt ius antiquum hac lege correctum eſſe, & ea eſt ratio, quia ad hæc regalia cenſetur electa induſtria Principis, & ita ei adhæret vt impoſſibilis ſit ſeparatio, firmat Maſtrill. *ſupr.lib.*1*.c.*16*. n.*9.Ramirez *d.*§.24*.n.*18. His quoque adiunxit *d. l.*1*. in fin.* ius tributorum & vectigalium, vt etiam per immemorialem præſcriptionem non capiantur, *l.*2*.tit.*15*.lib.*4*. Recop.* quod iure antiquo partitarum conſtitutum fuiſſe videmus *in d. l.*6*.tit.*29*.p.*3. vbi notauit Gregor. *verb.tributos.* Azeued. *in d.l.*1*. n.*41. cùm tamen omnes de iure communi contrarium teneant, vt tempore quæri poſſit, teſte Maſtrill. *de magiſt.lib.*3*.c.*10*.n.*222. Sixtin. *lib.*2*.de regal. c.*6*.num.*56. & Molin. *de iuſtit.d.diſp.*666*. in princ.* qui immemor legum noſtrarum contrariam ſenten-
tiam amplectitur. † Vnde non rectè mihi videntur 26
loqui plures, quos refert Sixtin. *vbi proximè numer.* 39*. & ſeq.* aſſerentes vectigalia, ſeu tributa non eſſe de Regalibus. Nam quomodo Regalibus non annumerabis ſi priuati minimè ea imponere poſſunt, vt ex noſtra lege conſtat, & docet Gutierr. *de gabell.q.*5*.n.*11*. & ſeqq.* vbi etiam tradit gabellarum percipiendarum ius præſcriptione adquiri non poſſe.

Oſtendimus iam ad imponenda tributa neceſſa- 27
riam eſſe Principis auctoritatem, nunc de cauſa quærendum, nam ea requiritur quæ ſit iuſta in tributorum conſtitutione, & quòd publica neceſſitas id extorqueat, *l.*1*.C.vectigal.non.* ita tradunt Medina, & plures alij ex Theologis, quos ſequitur Molin. *de iuſtit.d.*3*. tom.diſp.*667*.n.*1*.in fi.* Gutier. *de gabell.quæſt.*2*.num.*25. Parlador. *lib.*1*. quotid.cap.*3*.n.*5. Bobadill. *d.lib.*5*. c.*5*. n.*2*.& ſeq.*Maſtrill. *de magiſt.lib.*3*.c.*10*.n.*225.Sixtin.*d. lib.*2*.cap.*6*.num.*43*.& ſeq.* Ioan. And. Georgius *repetit. feudal.*1*.p.cap.*57 *.num.*19. & eleganter Marquez, *lib.*1*. del gouernador. cap.*16. Cauſas autem plures refert Ceuallos 4*.tom.com.q.*906*. ex num.*43*.& ſeq.* Sixtin.*d.c.*6*. num.*47. Georg. *num.*28. A ponte *de poteſt. Proreg. tit.*4*. num.*1*.& ſeq.*Bobadill. *d.cap.*5*.num.*5. idque ita procedit vt iuſtæ non videantur, niſi concurrat neceſſitas publica, quâ ceſſante Princeps non poteſt tributa imponere, aut impoſita augere, vel continuare, quæ ob cauſam, quæ iam ceſſauit, impoſita fuerunt, vt rectè docet Molina *ſuprà* (à quo multa huius articuli erunt petenda) & Andreas Georg. *dict.cap.*57*. num.*32. Parlador. *d.c.*3*.num.*6. Adeóque neceſſariam eſſe cauſam ſupradicti affirmant, vt Princeps abſque ea ſi

imponat tributa, peccet, ita poſt Innocent. *in cap. innouamus, de cenſib.* tenent relati à Sixtin. *ſup num.* 44. Aponte *d.tit.4.num.1.& 2.*

28 Ex his inferò *Primò* Principes inferiores, qui ſuperiorem in temporalibus recognoſcunt, quales ſunt Duces, Comites, Marchiones, & domini vaſallorum, non poſſe imponere tributa, neque collectas, nam cùm hoc ſit reſeruatum perſonæ Principis in ſignum ſupremi dominij, inferior vſurpare non poterit, *cap. cùm inferior, de maior. & obed.* & ob id neque à ſuis vaſallis poſſunt exigere, id quod tributum redoleat, vt hoſpitia ſi iter faciant, donatiua ſi nuptias contrahant, carra & iumenta, aut alia materialia, ſi ædificent, vt dicam *in leg. unic. infr. de auro coronario.* & obſeruant Bobadilla *lib.2.polit.c.16.n.116.& ſeq.& 162.* Florez de Mena *d. lib.2.q.21.n.50.& ſeq.* Borrell. *de præſtant. Regis, c.20. n.28.& ſeq.* Farinac. *d.qu.173.num.77.*

29 *Secundò*, infero interpretationem *ad l. vnicam, infr. de ſuperindicto*, vbi ita Principi ſoli reſeruata eſt hæc tributorum & indictionum impoſitio, vt nec ſuperindictorum nomine poſſit Præfectus prætorio abſque Principe indicere, neque exigere, quæ deciſio vt explicetur, aduertendum eſt cum Cuiacio *in rubr. infr. de indictionibus.* Pancirol. *lib.2.theſaur.cap.151.verſ.indictio, & c.241.& lib.3.c.31. §. de indictione.* Buleng. *de Imp. Rom. lib.9.c.18.* Schar. & reliqui in voce *indictio.* poſt Lucam de Pen. & Valenzuel. *in d.rubr.* Indictio-
30 nem dictam ab indicendo tributo. † Eratque forma & ratio, quâ comprehendebatur quantum quæque prouincia ſoluere teneretur, *l.1.& infr. de indiction.* nam ſi Princeps egebat pecunia ob aliquam publicam neceſſitatem, imperabat prouinciis ſummam qua ſibi opus erat, & hoc mandatum vocabatur *indictio, leg. Iulianus 13.§.idem Iulianus, ff. de action. emp. leg.2.h.t.& tit. infr. de indiction.* Inde ſumpta vox pro tributo ipſo, ſeu functione, *d.l.2.h.t.d.§.idem Iulianus, l.quæro 28. de vſufr. leg.* ibi, *indictiones temporariæ indictæ ſunt,* quæ verba denotant huiuſmodi tributa non in perpetuum impoſita, ſed ad tempus, prout neceſſitas exigebat, & non perſonis, ſed prædiis ipſis, *d.l.2.h.t.* indeque extraordinaria fuiſſe à principio, cùm cætera tributa eſſent ordinaria quæ à lege impoſita erant, *l. vnic. infr. de vacat. publ. mun.* notat Bar. & reliqui. *hîc.* Valenzuel. *in rubr. de indiction. num.4.* Otalora *de nobil. 1.p.cap.2. n.20. verſ. indictum,* & ob id dixit Aſcon. 4. *in Verrem,* quem laudat Pyrrhus *in d.l.1.* & poſt eum omnes, & Marquez *d.lib.1.cap.16.* ibi, *Omne genus penſitationum eſſe canonem, oblationem, indictionem. Canonem eſſe tributum ordinarium, oblationem voluntariam, indictionem, nouum & ſuperadditum,* licèt poſtea *indictio* videatur fuiſſe tributū ordinarium, & regulare, vt ait Pyrrhus *ſupr.*
31 & probat *lege prima infr. de indiction.* † Ex quo reſultat differentia inter indictionem & ſuperindictum, vt agnouerunt poſt Acc. Platea & alij *in dict. rub. de ſuper-*
32 *indictio.* † Sunt quoque indictiones ſpatium quindecim annorum, quos ab Auguſto incœpiſſe ſcribit Cedren. anno 15. eius Imperij, & ab Acciaca victoria denominatos, quem reprehendit Cuiac. *ſupr.* & Bulenger. *dict. cap.* 18. cùm ab indicendo ſit appellata *indictio,* & inde prodierit annorum indictio; cùm enim ſingulo decimo quinto anno nouus cenſus deſcriberetur, ab eo computatio annorum deſumpta eſt, quæ qualiter fiat, docent poſt gloſſ. *in c. inter dilectos, de fide inſtrum. verb. indictionis.* Pyrrhum *in dict. leg. 1. infr. de indictio.* Couarr. *lib.1.var.c.12.n.4.& ſeq.* Cuiac. & Buleng. *ſupr.* Pancirol. *dict. c.242.* Schar. & reliqui *verb. indictiones.* Pined. *2. tom. Monarch. lib.10.c.12.§.2.*

33 Aliud fuit tributum quod *ſuperindictum* dicitur, id eſt, acceſſio vltra indictionem facta, ſeu augmentum factæ indictionis, vt ex *l.3. C.Th. de collat. fund. patrim.* rectè deduxit Cuiac. *ad rubr. infr. de ſuperindict.* & collatio extraordinaria dicitur *in c. vnic. quæ ſint. regal. in feud.* Eſt itaquæ quædam ſubuentio, adiutorium & ſubſidium. *leg. placet.5. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* obſeruant relati à Sixtin. *ſup. lib.2. cap.14. num.6.* Nam ſi non ſufficiebat Principi pecunia indicta, vel tributa, quia fortè bellum ſuperueniebat, vel differebatur, vel alia publica neceſſitas ingruebat, prout vſus exigebat, alia imperabatur, non in perpetuum, ſed ad tempus, vt notant ſupradicti Auctores, præcipuè Sixtin. *d.cap. 14.n.6.& ſeqq.* Otalor. *d.1.p.cap.2.n.21.& ſeq.* Borrell. *de præſtan. cap.20.num.3.& 7.* Ant. Georg. *1.p.rep.feud. cap.57.num...* Petra *de poteſt. Princip. cap.4.ex num.74.* poſt Accurſ. Platea & alios *in d.rubr.* † Nam ſi conſue- 34
ta tributa non ſufficiunt, & noua imminens neceſſitas vrget tum ad maieſtatem tuendam, vel onera regni ſubleuanda, poteſt Rex imponere noua tributa, vel à populis petere ſuderindictum, vel, vt loquuntur Practici, *adiutoriam* exigere, vt poſt alios plures docet Georg. *dict. cap.57. num.26.* cùm enim bonum commune ſit legitima cauſa imponendi tributa, ita debet eſſe eadem cauſa & augendi, etiamſi grauentur ſubditi Molin. *ſupr. d. num.667.* Bobadill. *d.lib.5.cap.5.n.5.* Georg. *vbi proximè.* † Vnde falſa eſt eorum opinio, qui aiunt 35
vltra conſueta tributa Principi nihil deberi, quo errore inuoluuntur plures apud Georgium *ſupr. num.13.* quos ipſe rectè reprehendit, & non minus notanda eſt opinio Lucæ *in d.l. vnic. infr. de ſuperindict. n.11.* cui adhærent Alciat. *in l. placet, num.11. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* cum aliis, qui tenent poſſe reſiſti Principi ſi ob prodigalitatem & culpam ſuam in neceſſitatem incidiſſet, & noua attributa imponeret, qui error latè exagitatur à Georgio *d.c.57.num.35.& ſeq.* ita vt mihi illum confutandi locum tollat; vide etiam Parlador. *d.lib.1. quot. cap.3. num.7.* Bobadill. *dict. cap.5. num.12.* † Qua- 36
propter tempore neceſſitatis ſi imponatur collecta ab ea non erunt exempta bona Eccleſiaſticorum, *l. nullus 2. infr. de curſu publ. l.2. infr. de quibus muner. vel præſtat. l. vnic. infr. vt nemini liceat in emptio. l. neminem 11. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. non minus 4.* ibi, *tantam neceſſitatem, cap. aduerſus 7. de immunit. Eccleſ.* Neceſſitas quippe facit licitum quod de iure non erat, ita docuerunt plures, quos recenſet Bobadill. *lib.2.pol.cap.18. numero 297. & ſeqq.* Ceuallos *quæſt.578. num.2.& ſeq.& 4. tom. quæſt. fin. ex num.72.* Molina *ſupr. diſp.62. tot.* Borell. *d.cap.20.num.46.* Caſtillo *de Tertiis, cap.9. tot. & maximè num.24. & ſeq.* videndus Georgius *d. cap.57. toto.* licet aduertendum duxi in hac ſpecie, quod ſi ita inſtet neceſſitas, vt ſuperindicta & extraordinaria tributa ſint imponenda, debebit Princeps penſiones & donationes ab eius liberalitate prouenientes ſuſpendere, & ex eis neceſſitati propriæ ſubuenire, & ſuſpenſa ſolutione quæ facienda erat, eis, qui mercedes & largitiones ad vitam acceperunt, ſeu reuocatis donationibus potius, quàm ad ſubditos recurrere, vt diſſerit Dom. Valenzuel. *conſil.99.* & Scipio Rouittus *in conſultatione Donatiui poſt conſilium 110.* à quibus hanc rem diſces.

Talia ſuperindicta videntur fuiſſe apud nos *los Mil-* 37
*lones* qui concedi ſolent à Regno à tempore Philippi II. extraordinario tributo exacto, nempe ob neceſſitates publicas ab edulibus, vino, carnibus, oleo & aceto, & huc vſque variis in Comitiis fideliſſimè à noſtris prorogato. Nam apud nos *ex l.1.& 9.tit.7.lib.6. Recop.* non aliter huiuſmodi tributa poſſunt indici, niſi in Comitiis generalibus à Procuratoribus ciuitatum, quæ Matrices ſunt & capita aliarum, concedantur, quam exornant Bobadill. *d.lib.5.cap.5.num.3.* Parlad. *d.cap.3.n.13.* Valenz. *in d.l. vnic. infr. de ſuperdict. n.6.* Scipio Rouit. *d. conſult. Donatiui. num.33.* & Marquez *lib.1. del gouernador. cap.16.* erit videndus D. Ioan. del Caſtillo *de Tertiis cap.9. tot. & num.25.* & Sanchez *1. tom. conſil. lib.2. cap.4. dub.? num.5.*

Præſupponitur ergo ex *ſuprà* animaduerſis, has 38

imno

impoſitiones & ſuperindicta pendere ex ſolius Principis nutu, vel ex eius delegatione inſinuata apud Præfectum prætorio, quæ poſtea mittebatur exequenda Præſidibus, vt videmus *Nouell* 118. *cap.* 10. quæ eſt *Auth. de collatorib.* § *eos autem.* & *in l. placet, de*
39 *excuſat. muner.* † Quò ſpectat elegans Sidonij locus *lib.* 2. *epiſt.* 1. vbi de quodam Seronato agens, inter alias crudelitates eius, quas ibi depingit, adiicit, *Indicit vt dominus, exigit vt tyrannus.* Nam ſolius Imperatoris erat indicere, & ita rectiſſimè explicauit Sauaro *ibidem*, *Dominus*, id eſt, Imperator Rex, aut Princeps, vt verbum *indicit* ſuam ſortiatur naturam & proprietatem, & ſequentia meliùs congruant. Sic itaque ſolebant loqui illa ſæcula, vt annotauit idem Sauaro & Dorleans *ad Tacitum lib.* 2. *ann.* ad illud, *ipſumque dominum*, *pag.* 325. ſic grex dominicus & domus dominica pro re & grege Principis, *infr. tit. de grege domin. cum tit. ſeq.* & paſſim apud Symmach. *lib.* 1. *epiſt.* 8. & *aliis locis.*

40 *Vltimò* ex noſtra lege deduco, Vicarium, aut Rectorem Prouinciæ non poſſe remittere cuiquam priuato id, quod tributi nomine debet, aliàs enim de ſuis facultatibus ſoluere compellendi ſunt (pertinebat ad Rectorem Prouinciæ tributorum exactio *leg.* 2. *infr. de canone largit. tit. l. in fiſcalibus* 6. *infr. de exactor. trib.* ſicut etiam ad Vicarium Præfecti) ita eſt expreſſum *in l. fin.* § *ſi quis profeſſus*, *D. de publican.* Ratio eſt, vt eleganter ait Imperator *in l.* 2. *in fin. infr. de fundis patrimon.* quia negligentiæ ſuæ & deſerti officij pœna exigenda eſt ab eo, qui debitum officium non com-
41 pleuit. † Hoc tamen intelligunt Accurſ. *verb. compellatur*, & Plat. *n.* 3. Valenzuel. *n.* 4. *hic.* & dicemus *in l. nati* 29. *infr. de decurio.* vt remiſſio facta ab exactore non valeat in præiudicium fiſci, licèt valebit in præiudicium ipſius exactoris remittentis, à quo poterit fiſcus exigere quidquid ille remiſerit. *d. l. fin.* § *ſi quis profeſſus, de publican.* Eueniet ergo vt debitor fiſcalis non poſſit conueniri primo loco à fiſco, niſi exactor, qui remiſit, ſoluendo non ſit, & ita in ſubſidium conuenietur, *l.* 2. *ſup. de conuen. fiſc. debit.* Operatur & alium effectum ſupradicta remiſſio, vt debitor cui facta eſt, liberetur à pœna commiſſi, *d.* § *ſi quis profeſſus.* notant præter Bar. *ibi*, Platea *d. num.* 3. licèt rectè Bald. hoc probari in eo iure dicat, quia debitor fiſcalis profeſſus eſt apud exactorem, qui ſolutionem non admiſit, & ſic non fuit debitor conſtitutus in mora, ſine qua nemo cadit in commiſſum *l.* 2. *C. de iure emphyt.* Quod ex eo etiam confirmatur, quia exactor, quemadmodum & quilibet adminiſtrator Reipublicæ, poteſt per negligentiam præiudicare fiſco, vel Reipublicæ. *leg. ad-*
42 *uersùs* 5. *C. de vſuris.* † Neque obſtat *l. Præſes* 12. *C. de tranſaction.* ibi loqui in adminiſtratore qui ob gratiam, vel ambitionem, & ſic animo donandi, tranſegit cum debitore Reipublicæ, quod improbatur, *l. Imperatores. D. de pactis. l. ambitioſa. D. de decret. ab ordine*
43 *fac.* † Quid verò dicendum erit in remiſſione facta pauperi, Accurſ. *hic in fine*, aſſerit remiſſionem valere, cui ſubſcribunt cæteri, & Decius *in cap.* 1. *de probatio. num.* 46. & alij plures relati à Valenzuel. *hic num.* 5. *cùm ſeq.* & à Florez *d. quæſt.* 21. *num.* 128. & *ſeq.* & 47. Azeued. *in l.* 3. *num.* 10. & *in l.* 4. *num.* 6. *tit.* 14. *lib.* 6. *Recop.* quos conſulito.

## LEX IV.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Vranium.*

Omnes omnino ad oblationem functionum publicarum oportet vrgeri. Lege enim noſtra ſignatum eſt, neque eſſe extra ordinariâ, nec vocari, quæ ſolemniter à Prouincialibus deuotiſſimis conferenda ſunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Tributa iure gentium & cùm ipſis Regibus introducta.*
2 *Omnes tenentur ad ſolutionem tributorum, ordinariorum & extraordinariorum, & quæ ſint hæc?*
3 *Ratio quare Imperator hîc vocet ordinariam hanc collationem.*
4 *Reſcriptum in quo immunitas à muneribus ordinariis conceditur, non valet.*
5 *Expenduntur leges noſtræ Regni reſtringentes priuilegia exemptionum.*
6 *Princeps abſque peccato non poteſt concedere exemptionem à tributis.*
7 *Non valet reſcriptum quo alicui conceditur vt minus ſoluat, quàm quod ſoluere debebat, & quomodo hoc intelligatur.*
8 *Si tamen de Principis certa voluntate conſtet, vires obtinebit tale reſcriptum.*
9 *Expenditur* leg. 4. infr. de cenſibus; & *eius argumento tractatur de æqualitate onerum inter ciuitates.*

CVM vectigalia & tributa ita neceſſaria 1
ſint, vt veluti iure gentium introducta videantur, nam penè cùm Regibus nata fuere, & omnibus nationibus & gentibus, vbi Reges exorti, protinus & tributa neceſſariò exorta, vt conſtat *Geneſis cap.* 47. & *lib.* 3. *Reg. capit.* 5. cum adductis eleganter à Buleng. *lib.* 1. *de Imper. Rom. cap.* 1. vbi diuerſarum prouinciarum tributa recenſet. Inde quoque fuit neceſſarium, vt omnes ſubditi ad tributorum præſtationem vrgerentur, tum in ſignum ſubiectionis, *cap.* 2. *de cenſib.* tum ob regiæ domus ſumptus, vel ad exercitus alendos, magiſtratúſque & onera publica, iuxta latè tradita à Bobadill. *lib.* 5. *polit. cap.* 5. *num.* 2. & *ſeq.* Adam. Gontzen. *lib.* 3. *politic. cap.* 7. P. Gregor. *de Republ. lib.* 3. *ex cap.* 1. Velaſ-
quez *de optimo Principe lib.* 4. *annot.* 15. † Ob id om- 2
nes tenentur ad ſolutionem publicarum functionum, ſeu tributorum, vt *hîc* docet Conſtantinus. Ad munera nempe ordinaria; id eſt, quæ lege, Senatuſconſulto, aut conſtitutione Principis iniunguntur. *l. vnic. infr. de vacat. publ. mun. l.* 1. *infr. de indictio.* ſuntque ſolemnia & vſitata, qualia recenſentur à Conſulto *in l. in honoribus* 8. § *qui muneris. leg. ſunt munera* 11. *D. de vacat. muner.* Extraordinaria munera ſunt quæ certam & vniformem determinatamve præſtationem non habent, ſed pro vt rerum occurrentium neceſſitas expoſtulat, exiguntur. *l. cui munera* 12. *D. de munerib. & honor. l. fin. infr. de muner. patrimon.* docent *hîc* Platea *numer.* 1. Camill. Borell. *de præſtant. Regis, cap.* 20. *num.* 3. & *ſeq.* Petr. Gregor. *lib.* 18. *ſyntag. cap.* 12. *num.* 8. & plures relati à Sixtino *de Regal. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 12. ea ſunt veluti prædiorum collatio, munitio viarum, angariorum exhibitio, *d. l. cui munera d. lege ſunt*, cùm
aliis. † Quæ autem ſit ratio, quare Imperator hanc 3
collationem ordinariam vocauerit non extraordinariam, lege ad id latâ, ea eſt, quoniam ab ordinaria collatione nullus excuſabatur, ab extraordinariis verò plerique excuſationem habent. *d. leg.* 8. § *qui muneris*, vbi ait Papin. *Quod ſi alicui Princeps conceſſit vacationem publici muneris, non ex hoc remiſſa intelligitur ordinaria, ſiue ſolemnis contributio, quæ lege vel Senatuſconſulto, aut conſtitutionibus iniungitur*, vt, *in d. leg.* 1. *infrà de vacat. publ. mun. leg. hi qui* 6. *Cod. de muner. & honor.* & ratio eſt, quam aſſignauit vno verbo Rebuff. *in d. l. vnic. de vacat. mun.* & *in l. in honoribus* 4. *infr. de proxim. ſacror.* quia remiſſio tributi ordinarij eſt magis damnoſa fiſco, quàm extraordinarij, & ideò

extendi non debet, *l. nec damnoſa, Cod. de precib. Imp. off.* etſi enim Principis beneficium latiſſimè interpretetur, vt dixi *in l. 2. ſupr. de bon. vacan.* beneficium tamen immunitatis non ita latam accipit interpretationem, quia publica vtilitas id prohibet. Remiſſione autem, ſeu immunitate conceſſa, ea comprehenduntur, quæ à magiſtratu ex improuiſo ad tempus imponuntur, veluti munitio viarum, aggerum, vel riparum, & angariorum, vt *in d. l. ſunt munera* 11. *de mun.* docet Cuiac. *lib. 2. quæſt. Papin. in d. l. 6. de muner.*

4 Hoc autem quod diximus de tributis ordinariis, adeò verum eſt, vt reſcriptum in quo immunitas à muneribus ordinariis conceditur, minimè valeat, *l. in fraudem 6. h. t. l. 2. infr. de nauib. non excuſ. l. vacuatis* 19. *infr. de decurion.* facit *l. immunitates 9. infr. de agricol. & cenſ. l. obſiſtere h. t.* Maſtrill. *2. part. deciſ. 356. n. 4. & ſeq.* nam talis conceſſio cenſetur potiùs data propter importunitatem petentium, vt *in leg. 1. ſupr. de petit. bon.* vel per ſubreptionem, *argum. cap. ſuper litteris* 20. *de reſcript.* Præterquam quod ex vacatione vnius cæteri onerarentur, & ſic æqualitas eſt obſeruanda. *leg. 3. §. præſes. D. de præſes. D. de munerib.* iuncto Quintiliano *lib. 1. inſt. cap.* 19. & facit *l. 1. infr. de cenſib.* notat Platea *num. 1. in d. l. in fraudem*, & Rebuff. *num. 1.* aliàs fieret contra vtilitatem publicam, vt diximus, & ſic non valebit exemptio, *l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. l. diligenter*
5 *9. infr. de aquaductu. l. 2. inf. de canone frum. vrb. Rom.* † Idque eleganter leges noſtræ conſiderarunt, *l. 6. & 7. tit. 4. lib. 4. ordinam.* quæ ea ratione reſtringunt regia priuilegia exemptionis, quia ſolent ciuitates, viduæ & orphani grauari in tributis ſoluendis, propter aliorum exemptionem. *l. 21. & 22. tit. 14. lib. 6. Recop.* ibi, *Porque de ſe eſcuſar eſtos redundaria gran danno a nueſtros ſubditos.* & adiicit *l. 1. d. tit. 4. lib. 4.* ibi, *Porque ſe cargam ſobre ellos los pechos que los que ſe dicen ſon eſcuſados auian de pagar.* Onus enim leuius portatur à pluribus, quam ab vno. *l. actores 4. inf. de exactor. trib.* notant Azeued. *in d. l. 21. tit. 14. lib. 6.* poſt Did. Perez *in d. l. 1. ordin.*
6 *verb. auian de pagar.* † Quod adeò procedit, vt Principes abſque peccato non poſſint eximere quoſdam à tributorum ſolutione abſque legitima cauſa, etiamſi ab aliis non exigat, quod tales exempti alias ſoluturi erant. Quia in Reipublica non debet dari ſine cauſa inæqualitas, & Principes conſeruare tenentur iuſtitiam & æqualitatem quandam proportionabilem inter ſubditos, ita vt pari ſtudio defendant tenues ac potentes, ſummos & infimos, iuxta illud Deuteronom. *cap. 25.* ibi, *Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus, neque erit in domo tua modius maior & minor, pondus habebis iuſtum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi.* Idque etiam rectè docuit Imp. *in l. omnium 6. C. de vectig.* ibi, *Omnium rerum ac perſonarum in publicis functionibus æqua debet eſſe inſpectio.* & ita elegantiſſimè dixit Lactant. *lib. 5. diuinar. inſtit. cap. 15. Deus qui homines generat, & inſpirat, omnes æquos, id eſt, pares eſſe voluit, vbi enim non vniuerſi pares, æquitas non eſt, & excludit inæqualitas ipſa iuſtitiam,* & eleganter, vt ſolet, Theodoricus apud Caſſiodor. *lib. 5. epiſt. 14.* ibi, *Nam quemadmodum æquabilitas agitur ſi vires mediocrium conſurgere non ſinantur. Ideo prudentia tua vniuerſum poſſeſſorem conſiderata iuſtitia te iubemus inſpicere, & æquabilitatem tributi hac ratione moderari, vt pro poſſeſſionum atque hominum qualitate aſſis publicus imponatur.* Atque ideo hanc ſententiam probarunt Molin. *de iuſtit. 3. tom. diſp. 673. verſ. abſque legitima.* Did. Perez *in d. l. 1. ordinam. verb. por que ſe cargan.* Azeued. *in d. leg. 22. Recop.* & conferunt quæ tradunt relati à Caſtillo Ramirez *de lege Regia §. 23. n. 31.* & Th. Sanch. *2. tom. conſ. lib. 5. c. 1. dub. 5. n. 6. & 14.* & videndus omnino Suar. *de legib. lib. c. 16.*

7 Hinc ex ſupradicta æqualitate prouenit non eſſe admittendum priuilegium, vel reſcriptum Principis, quo concedit vt aliquis ex contribuentibus minus ſoluat, quàm quod proportionabiliter ſoluere tenebatur, vt probatur *in lege omnium 6. C. de vectigal.* & ita neque lex, aut conſuetudo valebit, quæ inæqualitatem talem inducat. *cap. erit autem lex 4. diſt. cap. fin. de conſuetud.* notat Ruin. *conſ. 116. num. 9. lib. 4.* Natta *conſ. 106. num. 7.* Riminal. iun. *conſ. 505. num. 3. vol. 5.* & notauit poſt Accur. *in d. l. in fraudem, infr.* Platea *ibi n. 2.* & Bald. quem ſequitur Valenzuel. *num. 3. & 4.* qui rectiſſimè ait in hac ſpecie non eſſe dubitandum de poteſtate Principis, cùm id inſtar ſacrilegij ſit, ſed dubitari de voluntate, quia eo ipſo quòd publica lædatur vtilitas, eiuſmodi reſcriptum præſumitur ſubreptitium, & citra Principis voluntatem conceſſum, iuxta ea quæ obſeruant DD. *in dict. cap. ſuper litteris, de reſcript.* Roman. *conſ. 126. & ſeqq.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 11. n. 3.* Cephal. *conſ. 583. n. 16. lib. 4. & conſ. 639. n. 3. lib. 5.* & communem praxim receptam in Cancellariis retinendi Bullas Apoſtolicas, vt ex ſupplicatione ad S. Pontificem exhibita meliùs informatus reuideat, de qua multa quæ ad propoſitum conducunt, cumulat diligenter, & eruditè, D. Caſtillo *de Tertijs c. 41. ex n. 182. & ſeq.* † Verùm ſi de Principis voluntate conſtet, volentis alicui concedere immunitatem, reſcriptum vires obtinebit, vt docet Tiber. Decian. *reſp. 41. n. 128. lib. 2.* Maſtrill. *2. par. deciſ. 166. n. 3.* poſt Accur. Plat. & reliquos *in dict. l. 1. ſup. de petit. bon.* Valenzuel. *in d. l. in fraudem num. 5.* & tunc conſtare de certa voluntate dicetur, quando apponatur clauſula, *ex certa ſcientia*, vel *motu proprio*, vel adiiciatur generalis derogatio iuris communis, *vel non obſtantibus*, notant ſupradicti. 8

Rurſus ex ſupradicta æqualitate infertur *ad l. omne territorium, infr. de cenſib.* vbi propter eamdem æqualitatem conſeruandam ſtatuitur, quòd ſi aliqua ciuitas releuationem petat defectorum prædiorum, denuo totius territorij cenſus erit agendus, vt æqualiter imponatur, & non plus grauetur hoc prædium, quàm illud, vt rectè intellexit Accur. *ibi, verb. compenſetur*, & etiam Platea: cuius legis argumento in diſtributionibus factis inter communitates, vel vniuerſitates, aut ciuitates admittenda quoque erit æqualitas; nam ſi hæc quæ pauperior eſt, grauetur eodem onere, tributo, aut collecta, quibus grauatur ditior, æquum erit vt fiat diminutio pro rata. *l. 4. §. illam. D. de cenſib. l. 2. Cod. de alluuion. l. 4. §. deficientium. D. de munerib. cap. quanto 6. de cenſibus*, docet Bald. *conſ. 387. lib. 3.* Theſaur. *deciſ. 539.* Baptiſta Coſta *de ratione rata quæſt. 103.* ſicut econtra, ſi excreſcerent opes, fieret augmentum, cùm contrariorum ſit diſciplina eadem, & ratio. *dicto §. deficientium* Coſta *vbi prox. quæſt. 140.* & hoc ita fuiſſe iudicatum in oneribus tributorum, aſſerunt Theſaur. *deciſ. 239.* Menoch. *conſ. 1144. num. 95. lib. 12.* & expreſsè eſt apud nos *l. 5. tit. 6. lib. 7. Recop.* in contractibus verò, ſeu oneribus particularium, quid procedat, dicam latiùs *in tit. infr. de collatio donat.* 9

## LEX VI.

*Impp.* VALENTIN. *&* VALENS. AA. *ad Dracontium Vic. Africæ.*

Pro locis ac proximitate poſſeſſionum annonam ad limites tranſuehi præcipimus.

### SVMMARIVM.

1 *Quid hac lege conſtituatur, breui paraphraſi proponitur.*

2 *Annona militaris quæ diſtribuebatur inter milites, à pro*

*à prouincialibus conuehebatur in exercitum pro vicinitate poſſeſſionum.*

3 *An ſoluere plus debeat remotus, quàm propinquus in hac ſpecie?*

4 *Explicatur* l. cùm poſſeſſor 5. D. de cenſib. *cum aliis plurimis.*

5 *Quis locus, quæve poſſeſſio dicatur vicinus, aut proximus ſeu remotus?*

6 *Explicatur* l. Mediteraneæ 9. h. titulo.

7 *Proponitur explicanda* infr. de fundis limitrophis, *& iuſto commentario exornatur, & ſummaria adiiciuntur infr.*

1 CONSTITVITVR hac lege vt annona, quæ eſt ad limites tranſuehenda, ita delegetur, vt habeatur ratio proximitatis poſſeſſionum, ſeu prædiorum, id eſt, vt qui iuxta caſtra militum, ſeu diuerſoria prædia habuerint proximiora, cogantur potius quàm qui longius ea habent, ſpecies annonarias deferre. Proximi itaque poſſeſſores ſuſtinent onus conferendæ annonæ militibus limitaneis. *leg. 4. infr. de erogat. mil. annon. leg. 1.* ibi, *ad proximos infr. de canon. largit. tit. l. tabulariorum 9. C.*
2 *Th. h. tit. l. 1. infr. de fundis limitrophis.* † Quod vt explicetur, aduertendum eſt, annonam, ſeu prouiſionem militarem conceſſam militibus, ad prouincialium curam pertinuiſſe, & item eius in exercitum, ſeu caſtra conuectionem, nam in his annonis, quæ tributi nomine, conferebant, in tritico, hordeo & ſimilibus ſpeciebus, vt diximus *in rub.* neceſſitas quoque conuectionis incumbebat. *toto tit. de erog. milit. ann.* Eodem modo & populi limitibus, ſeu finibus Imperij confines tanquam viciniores tenentur potius, quàm qui longiùs diſtant, ne plus grauentur. Itaque circa hanc alimoniam militum duo conſiderat lex noſtra, & ampliores fundos & viciniores, ita vt plus ſoluant qui maiores fundos habeant, quàm qui minores, & viciniores, quàm longinqui, vt ſic qui habent viciniora prædia limitibus, ad quos annona deferenda eſt, plus grauentur ex eo, quod releuantur in expenſis itineris, vt rectè docuit Platea *num. 1. in fin.* Rebuff. *num. 2. & 3.* poſt Bar. *hîc.* & probatur *in l. apparitores 5. in fin. infr. de exactor. trib.* ibi, *Nec longiqui itineris diuerſitate ſuſceptor adductus, & curia ſua deſit, & rei familiaris detrimenta ſuſtineat d. l. tabulariorum C. Th. h. tit.* ibi, *Vt pabula quæ ſolebant conuehi pro longinquitate, vel moleſtia itineris ab vnoquoque oppido certo ac denuntiato tempore deuehi*
3 *ordinauit.* † Neque ex hoc ſequitur illatio quam adduxit Lucas *in l. modios num. 6. infr. de ſuſceptor.* ex Andrea de Barulo, plus ſcilicet ſoluere debere remotum, quàm propinquum, ex *leg. ſcire 13. §. aliud. D. de excuſat. tut.* ibi, *Erit igitur in deteriori ordine qui longius habitat.* Nam reſpondendum eſt illam legem accipiendam quoad excuſationem tutoris. Nos verò loquimur in conſeruanda æqualitate poſſeſſorum, ne plus qui vicinior eſt grauetur, quàm longinquus, vt dicam etiam *in tit. infr. de mun. & hon. circa l. 3. infr. de lega-*
4 *tion.* † Vnde cognoſcimus quid ſit quod voluit dicere IC. *in l. cùm poſſeſſor 5. in princ. D. de cenſibus.* ibi, *Vt omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferant. leg. ſuſceptores 10. infr. de ſuſceptor.* ibi, *& modum iugationis poſſeſſorum* facit, *l. 2. ſupr. hoc tit.* vbi ſtatuitur Præſidem prouinciæ animaduertere debere, ne quis vltra modum poſſeſſionum conueniatur, id eſt, pro quantitate patrimonij, & facultate vniuſcuiuſque poſſeſſoris, vt interpretatur Gothofr. *ibi*, quod *poſſibilitatem locorum* dixit *d. l. 1. infr. de fundis limitroph.* vt præ-
5 ſenſit *ibi* Accur. & Lucas *hîc* † Vicina verò prædia dicuntur finitima & confinia. *l. 4. in princ. D. de cenſib.* & quæ ſunt in eodem territorio. *l. quæcumque 7. verſ. illud. infr. de omni agro deſer.* vbi Lucas, *n. 19.* & in eodem confinio. *l. 4. §. fin. regund.* Schar. & reliqui *verb. vicin.* licèt quis locus, quæve poſſeſſio dicatur proxima, aut remota, Iudicis arbitrio relinquendum eſſe, voluerunt Bar. *leg. 4. § ſi tam vicinum ff. de damno infect.* vbi etiam Alex. *& conſ. 57. n. 6. lib. 3. & conſ. 22. n. 5. lib. 4.* Bald. *in l. ſi vicinis, in fin. C. de nupt.* Valenzuel. *hîc n. 1.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 222. n. 25. & ſeq.*

Ex *ſuprà* adductis venit explicanda *l. mediterraneæ 9. infr. h. t.* vbi ſub pæna capitis prohibetur ne mediterraneæ ciuitates onerentur tranſuectione annonarum quas tenebantur maritimæ conferre, nec econtra maritimis mediterraneæ, ſed ad quam ciuitatem pertinet ſpecierum collatio, ad eam etiam ſpectet & tranſuectio, quia plus expenderetur in tali tranſuectione, quàm valeret ipſa annona quæ erat exportanda. *leg. 2. infr. de priuil. domus. Aug.* vbi Impp. ſtatuunt, vt pro locis & proximitate poſſeſſionum annona tranſuehatur, ita vt ad onera tranſuectionis teneantur qui tali tributo obnoxij erant, ne ea grauis fiat & damnoſa, notat Gothofr. *in d. l. mediterraneæ,* qui *in d. l. 2.* ſecutus ſum Cuiacium loco illius vocis *Remanentes*, legit, *Rem eandem.* quod etiam & Contius videtur probare. Mihi verò id non arridet, cùm ſenſus non conſtet, neque littera. nam quid eſt *implere eandem rem?* cùm ea vox magis ad *functiones* referri debeat, vt cuilibet in his legibus inſtructo ſtatim patet. 6

Verùm cùm animaduerterim inexplicata remanere 7
multa quæ ad huius legis illuſtrationem pertinent circa limites Imperij Romani, & eius milites limitaneos, neceſſarium duxi iuſtum & integrum commentarium *l. 1. & totius tituli infr. de fundis limitrophis,* attexere, quo omnia hæc quæ in obſcuro vetuſtatis ſinu iacent impolita, ſolem & lucem ſuam agnoſcant. Idque tantò libentiùs ſubiiciam, cum eam legem publicè Salmanticæ in Academia pro roſtris explicandam ſelegerim in extemporali lectione, quam vocant *de opoſicion,* in petitione Cathedræ Voluminis anno 1624.

## LEX I.

*De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & paſcuis limitaneis, vel caſtellorum,* infrà lib. 11.

*Imppp.* VALENTIN. VALENS. *&* GRATIAN. AAA. *ad Licinium P. P.*

Tiberianus ad poſſibilitatem ſingulorum quorumque locorum intuens, ſtatuit certas poſſeſſiones, quæ ad limitem frumenta conueherent. Quocirca generali lege ſancimus Tiberiani diſpoſitionem oportere obſeruari, amouentes quidquid vel potentia cuiuſcumque elicuit, vel furtiua deprecatio. Addentéſque nihilominus in futurum nulli licere aduersùs vtilem vetuſtatem & præſentem legem noſtram importuna & reſpuenda repoſcere.

### SVMMARIVM.

1 *Imperium Romanum quàm latè patuerit.*

2 *Limites Imperij Rom. quomodo ſint aſſignati, & quam ob cauſam?* & num. 3.

4 *Recenſentur limites Imperij Romani, & quot legiones habuerint?*

5 *Milites qui in legionibus quæ ad limites conſtituebantur, militabant, dicti* limitanei, Riparienſes,

*& Ripenſes, & quomodo diſtinguantur à legionariis?* & n.6.

7 *Duces militum limitaneorum vocati* Præpoſiti, Duciani, *& eorum officium* Ducatus.

8 *Ducum noſtrorum origo vnde prouenerit, & Marchio vnde dictus, exploditur Ambroſij de Morales etymologia,* & n.9.

10 *Limitaneis militibus agri aſſignati vt ſic ardentiùs militarent, cùm ſua defenderent,* & n.12.

11 *Rhenus flumen limes erat Imperij, Auſon. Claudian. & Martialis explicati.*

13 *Limitrophi fundi qui dicantur?*

14 *Proponitur explicanda* l. Lucius 11. D. de euiction. *depingitur ſpecies & difficultas,* & n.15.

16 *Cuiacij & aliorum explicatio ad* d.l. Lucius *refertur, & reijcitur,* & n. 17.

18 *Vera interpretatio ad* d.l. Lucius, *& quis fuerit Princeps ille, qui in eius ſpecie prædia ademit?*

19 *Ob publicam vtilitatem poteſt Princeps auferre ſubditores proprias, & quæ fuerit cauſa* dict.l.Lucius, *&* num.20.

21 *Explicatio* l. ſi fundus 33. D. locati, cum dict.l. Lucius.

22 *Sermo de* l. in agris 16. D. de adquir. rer. dom. *traduntur que multa ad eius illuſtrationem.*

23 *Quid erat publicatio agrorum, & de præmio militi?* & num.24.

25 *Limitati agri qui dicantur?*

26 *Lacus quare non habeat alluuionem, item & inſulas?*

27 *Quis fuerit Tiberianus, & quale eius munus in hac lege?*

28 *Magiſtri militum poſt ætatem Conſtantini omne ius in milites obtinuerunt.*

29 *Coniectatur Tiberianum fuiſſe Proconſulem Hiſpaniæ, & in ea diſpoſitionem, de qua in hac lege, edidiſſe, & quæ fuerit hæc diſpoſitio,* & n.30

31 L.1. tit.6. lib.4. ordinam. *adducitur in propoſitum, & declaratur cum Vegetio & alijs conſiderationibus.*

32 *Limitanei milites vtuntur priuilegijs aliorum militum.*

33 *Illuſtratur* l.3. n. tit. de fundis limitroph. *&* numer.34.

35 *Quare prohibeatur limitibus alienatio agrorum?*

36 *Milites limitanei à tributo immunes, & numerantur alia priuilegia circa fundos limitrophos.*

37 *Explicatur & exornatur* l.2. h.t. de fund. limitroph. *vnde burgorum & caſtellorum origo, & quæ fuerint?* & n.38.

39 *De clauſuris quæ ſint explicatur* l.4. C. de officio milit. iudicum, *& eius vulgata lectio retinetur contra Cuiacium & alios,* & n.40.

41 Luſtrationis *vox quid ſignificet* in d. l. 4. *& quid ſit luſtrare?* & n.42. & 43.

44 *Emaculatur Vopiſci locus, & eius mens aperitur, &* l. vnic. Cod. TH. de Luſoriis Dannubij, *reijciuntur Salmaſij coniecturæ,* & n.45.

46 *Agri limitanei niſi à militibus limitaneis occupari poterant, capitali pœnâ ſtatutâ contra eos qui milites non eſſent.*

47 *Antiquitatis nomine quid* in d.l. 2. h. t. *continetur?*

48 *Caſtella limitrophia non ſunt danda niſi naturalibus Regni.*

1 ETSI Philo Iudæus in legatione ad Caium, & alij, quos ego recenſui *lib. 1. obſeru. c. 1. ex n.* 80. oſtendant quam latè patuerit Imperium Romanum, vt orbis nomine indigitaretur, & Imperator Mundi dominus diceretur. *leg. in orbe Romano* 17. *Digeſt de ſtatu homin. l. deprecatio D. ad leg. Rhod. de iact.* cum traditis à me *d. cap. 1. num.* 73. *&* 83. & D. Ioan. de Solorzan. *lib. 2. de iure Indiar. cap. 21. num.* 18. *& ſeq.*
Quapropter ſuperbe dixit Ouid. *lib. 2. faſtor.*

*Gentibus eſt aliis tellus data limite certo*
*Romanæ ſpatium eſt vrbis & orbis idem.*

Et Roma ipſa apud Sidon. *carm. 7. verſ.* 96.

*Cùm prius ſtricto quererer de carmine mundi,*
*Sum limes nunc ipſa mihi.* 2

† Adhuc tamen ſuos limites & terminos alibi à natura
poſitos, alibi arte conſtructos habuit, quibus claude-
batur, qui conſtabant, vallo, foſſis, fluuiis, montibus,
mari, burgis, caſtellis, clauſuris, caſtris, & muris, vt
docent VVolgfang. Laxius *lib. 1. de Rep. Rom. c. 1. & ſeqq.*
latiſſimè, & poſt eum Lipſ. *lib. 1. de magnit. Rom. cap. 4.*
Caſaubon. *ad Spartian. in Hadrian. cap. 6. verſ.* 34. Bu-
lenger. *lib. 3. de Imp. Rom. cap.* 8. & probant *l. 2. tota, ma-*
*ximè §. & omnes 4. & §. interea 14. Cod. de officio præfecti*
*prætor. Africæ. leg. 4. C. de offic. magiſt. offic. l. fin. Cod. de offi-*
*cio milit. iudic. l. 2. infr. h. t. de fund. limitroph. Nouell. Theo-* 3
*doſ. Ne Duciani, vel limitanei mil.* † Quod ea de cauſa
effectum eſt, vt limina Imperij Barbarorum & ho-
ſtium incurſionibus ſecura haberent & ideò ibidem
caſtella & fortiſſima præſidia collocarunt militibus
plena, perpetuóque adſtantibus ad tutelam Imperij,
ita vt limitanea loca milites haberent, interiora verò
vix haberent, veluti in magna vrbe mœnia & vallum,
ex inſtituto Auguſti, vt legimus apud Dion. *lib. 55. hiſt.*
& *infrà* latiùs dicemus, idque etiam effeciſſe Hadria-
num narrat Spartianus in eo, *In Britannia* (inquiens)
*multa correxit, murúmque primus duxit qui Barbaros Ro-*
*manóſque diuideret.* & poſtea, *Frequenter in plurimis lo-*
*cis, in quibus Barbari non fluminibus, ſed limitibus diui-*
*duntur, ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis funditus*
*iactis Barbaros ſeparauit.* Vnde ſicut limina introitus
exitúſque præſtant, inde Imperij Romani fines, qui il-
lud à Barbaris prouinciis ſeparabant, limites diceban-
tur. *§. ſi ab hoſtibus, in fin. Inſt. quibus modis ius patr. poteſt.*
*ſoluitur.* 4

Huiuſmodi autem limites varij fuerunt, aliquando plures, aliquando pauciores. Auguſtus rerum potius, teſte Dione *ſuprà*, cùm prouincias inter ſe & populum diuideret, illi pacatas tradidit, barbaras verò, & quæ præſidio militari indigebant, ſibi retinuit, in quarum finibus nouē limites à legionibus defendos conſtituit, vnum in Hiſpania cum tribus legionibus. Secundum in Germania inferiori ſuper Rhenū cum quatuor. Tertiū in ſuperiori ſuper Danubium cum aliis quatuor. Quartum in Dalmatia cum duabus. Quintum in Pannonia cum tribus. Sextum in Syria ad Euphratem cum quatuor. Septimum in Ægypto cum duabus. Octauum in Africa cum duabus. Nonum in Mæſia ad Danubium cum duabus. Hæ legiones vigintiquinque fuerunt Auguſti & Tiberij æuo. Decimum limitem in Britannia cum tribus addidit Claudius. Vndecimum Veſpaſianus in Cappadocia cum duabus. Duodecimum Traianus in Dacia cum duabus, & decimum tertium in Armenia & Meſopotamia ſuper Tygrim cum aliis duabus. Decimumquartum in Arabia cum legione vna: quæ omnes fuere trigintaquinque legiones, licèt alij limites fuerunt poſtea antiquis additi in orbem Romanum hoſtibus quotidie ingruentibus, ita ob-
ſeruarunt Lipſius *d. lib. 1. c. 4.* Pancirol. *lib. 2. theſaur.*
*c. 89. & in Notit. Imper. Oriental. c. 139. & ſeq.* Buleng.
*diſt. c.* 8. & nouiſſimè Ioan. Seldenus *lib. 2. de domin.*
*maris, c. 6.* † Hinc legionum iſtarum milites diceban- 5
tur *limitanei*, quia in ipſis limitibus Imperij militiæ operam dabant. *d. l. 2. §. pro limitaneis* 8. *C. de officio præfect. Afric. l. fin. Cod. de officio milit. iudic.* & *Riparienſes*, quia ad ripas fluminum plerumque præſidia illa conſtituta ad Euphratem, ad Danubium, ad Rhenum, vt ego tradidi *lib. 1. obſeru. cap. 1. n.* 58. *& ſeq.* & probatur *in l. 7. verſ. completis. C. Th. de Tyronib.* ibi, *Hi verò qui in ripa per cuneos auxiliáque fuerint conſtituti.* Item dicti Ripenſes *l. 4. Cod. Th. de veteran.* & eorum caſtra

Ripa

Riparienſia *l. contra* 14. *infr. de re milit.* explicant Lazius *d. lib.* 1. *c.* 2. *pag.* 7. *verſ. porrò de ripis.* Cuiac. *lib.* 1. *obſer. c.* 25. Buleg. *dict. c.* 8. *ad fin.* Salmaſ. *ad Vopiſcum in Probo pag.* 238. *verſ.* 44. & *limitanea præſidia* vocantur *in l. poſtliminy* 5. *in princ. l. in bello* 12. §. *manumittendo. D. de*
6 *captiuis l. non omnes* 5. §. *qui captus. D. de re milit.* † Separantur ergo à Ripenſibus milites legionarij, numeri enim ſunt legiones, legionarij per prouincias diſpoſiti in caſtris, limitanei in ripis per cuneos auxiliáque conſtituti limitem tuebantur. Numeri à limitaneis diſtincti ſunt, ſic comitatenſes & ripenſes, comitatenſes legiones ſunt. *l.* 7. *C. Th. de tyron l.* 4. *C. Th. de veteranis l.* 17. *C. Th. de cohortalib.* docet Salmaſ. ad *Vopiſcum in Probo pag.* 433. *n.* 44.

7 Præerant his militibus, qui limites tuebantur proprij Duces, inde dicti limitanei, quorum meminerunt Lamprid. *in Alexan.* Vopiſcus *in Aurelian.* eorum officium dictum, *Præpoſitura, Præfectura, Ducatus, Ducianum officium,* vt videre eſt apud Spartian. *in Peſcennio, in princ.* Capitolin. *in Maximino.* Vopiſc. *in Probo:* & *l.* 1. *C. de offic. quæſtor. l.* 1. *l. viros* 8. *infr. de diuerſ. officijs l.* 2. *infr. de domeſtic. & protect. l. quamvis* 19. *C. ad leg. Iul. de adult. l.* 2. *C. Th. de venat.* Ferar. & *Nouell. Theodoſ. Ne Duciani, vel limitan. milit.* & poſt Volfgang. Lazium *de Roman. Republ. lib.* 1. *cap.* 2. *pagin.* 9. *verſic. limitanei & lib.* 2. *capite* 9. *verſ. ſequitur.* notant Panciroł. *dict. cap.* 139. *& libr.* 2. *cap.* 189. *& lib.* 4. *capite* 35. Buleng. *d. cap.* 8. ita legimus apud Caſſiod. *lib.* 7. *epiſt.* 4 ibi, *Ducatum tibi credimus Retiarum vt milites & in pace regas & cum eis fines noſtros circumeas.* & apud Vopiſcum *in Saturnino, limitis Orientalis ducatum dedit,* & apud Pollion. *in trigint. tyran. in Poſthumio ſecundo* Tranſrhenani militis dux, & *alibi* paſſim apud
8 eius ætatis ſcriptores. † Hinc ſumpſit originem nomen & dignitas Ducum noſtrorum, vt quod antea erat officium, in titulum perpetuum & dignitatem tranſlatum ſit, non quia milites ducebant, ſed quia limites tuebantur *los Alcaydes y adelantados de las fronteras,* vt tradunt Noſtrates Ferdin. Mexia *lib.* 1. *Nobiliary c.* 75. Roman. 2. *p. de las Republ. lib.* 4. *c.* 9. Gudiel. *en la iſtoria de los Girones c.* 2. Garibay *lib.* 16. *compendy hiſt. c.* 54. Mariana *lib.* 6. *Hiſt. Hiſp. c.* 1. *& lib.* 8. *c.* 15. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 25. Pancirol. *lib.* 1. *theſ. c.* 5. & alij relati à Maſtrill. *lib.* 4. *de Magiſtr. c.* 5. *n.* 1. *& c.* 6. *n.* 2. *& ſequentib.* qui ex variis, quos refert, colligit Marchionum nomen proueniſſe, ſumptâ occaſione à fundis & prædiis limitrophis, quæ cuſtodiebant tanquam milites & fronteram (ita loquitur) ſeu ad limina hoſtium, & cùm benè ſe poſtea geſſiſſent, meruerunt vt pro mercede haberent eadem limitrophia in fundum & in memoriam ſeruitij militaris, *Marchiones* ſunt dicti, nam huiuſmodi limites *Marchiæ* dicebantur. Hotoman. *de verb. feudal. in Marchio.* Menoch. *conſ.* 302. *n.* 19. *vol.* 4. Bobadill. *d. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 27. Brodæus *lib.* 2.
9 *miſcell. c.* 33. Caluin. in voce *Marchiones.* † Vnde irridenda eſt ſententia Ambroſij de Morales, viri aliàs doctiſſimi, & diligentiſſimi, *lib.* 12. *hiſt. c.* 4. quem etiam ſequitur D. Sebaſtian. de Couarruu. *in theſauro linguæ Caſtellanæ, verb. Ducado,* qui exiſtimarunt nomen Hiſpanicum *Ducado,* qui diſtrictum & ditionem, ſeu *el eſtado* Ducum ſignificat, inde dictum, quoniam poſſint tales Duces currere monetam auream, quæ apud nos dicitur *Ducado de oro,* cùm potiùs denominetur à titulo Domini, ſicut dicitur *Condado,* de Conde, *Marqueſado* de Marques. Præcipuè cùm ad nos nullus ex Ducibus tale habet priuilegium, præter vnum Cardonenſem, ſi credimus Guardiolæ *de nobilit. capite* 46.

Limitaneis his Ducibus & militibus, vt alacriùs
10 pugnarent, & ardentiùs loca ſibi commiſſa defenderent, agros ex hoſtibus captos conceſſit Imperator Alexander, teſtante Lampridio *in eo,* vt eorum ita eſſent ſi hæredes eorum militarent, & nunquam ad priuatos pertinerent, dicens eos attentiùs militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent, addidítque animalia & ſeruos, vt poſſent colere quod acceperant, ne per inopiam hominum, vel per ſenectutem desererentur rura hoſtibus vicina. Quod & factitaſſe Probum Imperatorem narrat Vopiſcus *in eo* ibi, *Agros & horrea & domos Tranſrhenanis omnibus fecit, ijs videlicet, quos in excubijs collocauit.* Id eſt, omnibus illis, qui in ripa Rheni fluminis limiti excubabant. † Nam Rhenus limes 11
erat Imperij, vt eleganter probat Vuolfgan. Lazius *lib.* 1. *com. Reipubl. Rom. c.* 9. ita vt hæc ripa ſub Imperio, illa verò ſub ditione eſſet barbarorum, ita Claudian, *in panegyr. Mallij & Theodor. conſul. verſ.* 53.

*O quoties doluit Rhenus qua barbarus ibat,*
*Quòd te non geminis frueretur iudice ripis.*

Auſon. *epig.* 4.

*Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.*

& in gratiar. actione, *Teſtis eſt vno pacatus anno & Danubij limes & Rheni.* Mamertin. *in panegyr. Maximiani num.* 6. ibi, *Atqui Rhenum antea videbatur ipſa ſic natura duxiſſe, vt eo limite Romanæ prouinciæ ab immanitate barbari vindicarentur.* Martial. *libro* 10. *epig.* 7. *ad Rhenum,*

*Sic & cornibus aureis receptis.*
*& Romanus eas vtraque ripa.*

† Licèt ſub Zenone fuit hic limes ab hoſtibus occu- 12
patus, vt ex Sidon. probat Vuolfgan. Lazius *ſupr.* Alexandri ſupradictam conſtitutionem amplexi ſunt ſequentis æui Imperatores, vt videre eſt ex *l.* 3. *infr. h. t. de fundis limitroph. l. omnes* 8. *lege nulli* 13. *infr. de fundis patrim. lege.* 2. *&* 3. *ſub Nouell. Theodoſ.* 12. *de patrimonial. rei dominicæ. & limitrophis fundis ad Orientem poſitis.* & Caſſiodor. *lib.* 2. *epiſt.* 5. aqud quem Theodoricus Rex *præcipit militibus in Auguſtanis clauſuris conſtitutis annonas præſtare, vt vtilitas Reipublicæ grato animo compleatur, quæ emolumentorum commoditatibus adiuuatur. Decet enim cogitare de militis tranſactione, qui pro generali quiete finalibus locis noſcitur inſudare, & quaſi à quodam portu prouinciæ Gentiles introitus probatur excludere.*
† Vnde huiuſmodi limitanei fundi *limitrophi,* ſeu (vt 13
mauult Cuiac. *in dicta lege omnes*) *limitrophi* appellantur, ex ſententia Alciati, quam ſequitur Cuiac. Gothofred. & Garcia Toletan. *hic numer.* 5. *&* 6. qui ſubſtentationi horum militum deputabantur: quod ipſius verbi etymon ſuadet; nam *limitrophi* dicuntur à limite videlicet, & τρέφω Græca voce, quæ alere ſignificat, de his loquuntur præter hanc legem primam *d. leg. pro locis, de ann. l.* 4. *infr. de erog. mil. ann.* cum aliis.

Hinc veniunt intelligenda iura quæ aliàs difficil- 14
lima reputantur. & in primis ſpecies IC. Paulli *in l. Lucius* 11. *Digeſt. de euiction.* qui ſcribit Lucium Titium prædia quædam emiſſe in Germania trans Rhenum, & tradita quoque ſibi à venditore accepiſſe, ac partem pretij ſoluiſſe, & cùm venditor alteram partem ab hærede emptoris peteret, hæres reſpondebat ſe non teneri ad reſidui pretij ſolutionem, quòd in ipſo limine contractus immineret euictio. *l. ſi poſt.* 24. *Cod. de euiction.* Nam prædia ipſa Principis auctoritate partim fuerunt diſtracta, partim militibus in præmium militiæ aſſignata. Quæſitum eſt, an huius rei periculum ad venditorem pertineret? & videbatur pertinere, ex *l. ſi fundus* 33. *verſ. nam etſi vendideris. D. locati,* vbi etiam fundus publicatus eſt Principis auctoritate; & reſpondet Africanus teneri venditorem euictionis nomine emptori, vt pretium ſaltem reſtituat. Nihilominus tamen in ſupradicta ſpecie Paulus docet futuros caſus euictionis poſt contractam emptionem non pertinere ad venditorem, & ideò pretium reſiduum petere poſſe, et ſi à Principe ea prædia ablata fuerint.

Vt

15 Vt hæc radicitus explicentur, animaduertendum eſt *d.l.Lucius*, duabus difficultatibus obſcuram reddi. Prima eſt circa ipſius Principis factum. Secunda circa deciſionem Conſulti, vt agnoſcunt DD. quos adduco *lib.1.obſeru.c.1.n.53.* & *ſeq.* Pichat. *in §.quod ſi fugerit, n.8. Inſtit. de emptio.* & *vend.* Cuiac. *tract.8. ad Afric. in dicta l.ſi fundus.* Cabotius *lib.1.diſp.c.25.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, n.42.* & *45.* Schiford. *lib.2. ad Ant. Fab. tract.18. toto.*

16 Quoad primam attinet difficultatem, audiendi non ſunt Cuiac. *lib.2. obſer. c.9.* & alij, quos refert & ſequitur Fachin. *lib.8. controu.c.63.* Forcatol. *dialog.18. n.5.* & *6* & Pancirol. *lib.3. theſau. c.23. verſ. quinta quæſtio.* Gothofred. *in dicta l.* qui aſſerunt *d. l. Lucius* loqui de prædiis bello captis, quæ victores partim diſtrahebant, partim militibus aſſignabant, vt conſtat eueniſſe quando Melibœus apud Virgil. *eclog.1.* querebatur ita,

*Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua,*
*Nos patriam fugimus.*

& poſtea,

——— *Veteres migrate coloni.*

& facit *l.item ſi verberatum 15. §. item ſi fortè. ff.de reb. vend.* cum interpretatione Cuiacij *ibid.l.4.ſupr. de iure*
17 *fiſc.* cum iis quæ *ibi* adduximus. † Nam hæc interpretatio non conuenit cum *d. l. Lucius.* vbi ea prædia non erant bello quæſita, ſed erant cuiuſdam ciuis Romani, qui illa vendiderat conciui ſuo, inter quos ob illud Principis factum controuerſia erat in foro euictionis nomine. Nec Virgilij locus ad rem facit, quia magnus Poëta loquitur de Cremonenſibus, qui partes Caſſij & Bruti ſequuti contra Octauianum Victorem agris ſuis ſunt priuati à Cæſare militibus aſſignatis, & cùm agri Cremonæ non ſufficerent, Mantua ei vicina eandem calamitatem eſt perpeſſa agris propriis ſpoliata, vt docent Interpretes Virgilij *in d.eclog.1.* præcipuè Cerda & Pontanus in eiuſdem argumento, & Raderus ad Martial. *lib.8. epigram.56.* ipſi verò *epigr.53.* ad illud,

*Iugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ.*

At *in d. l. Lucius*, id non eſt expreſſum, neque hæres emptoris ſe defenderet euictionis nomine, ſi allegaret culpam quæ ei imputaretur tanquam hoſti Reipublicæ, ſi cum aliis rebellaſſet, & ob id agris multaretur.

18 Ob has & alias conſiderationes in ea interpretatione perſiſto, quam tradidi *dict.lib.1. obſeru. c.1. num.58.* Aſſeróque Principem prædia non abſtuliſſe *in d.l.Lucius*, tanquam bello capta, vel tanquam ab hoſte erepta, ſed iuſtè id feciſſe, cùm de contrario non cõſtet, vt tenet Gregor. *in l.37. tit.5.p.5.per text. ibi.* Ratio fuit, quia cùm hæc prædia ſita fuerint in Germania trans Rhenum, vbi limes erat Imperij vt dixi ob publicam cauſam Princeps illa priuato ademit (Princeps autem ille, de quo loquitur Paulus, quantum conijector, fuit Alexander, quem diximus *ſuprà* prædia limitantis militibus aſſignaſſe, cuius tempore floruiſſe Iulium Paulum *d.l. Lucius* Auctorem tradunt Lamprid. *in Alex.* Baron. *2. tom. annal. anno Christi 225. num.1.* & ob id fortaſſe Conſultus de facto, reſpondebat, cùm ex lib.6.
19 Reſponſorum extracta fuerit *d.l. Lucius*) & † ob cauſam publicæ vtilitatis certum eſt Principem auferre poſſe ſubdito res proprias, vt affirmat Fachin. *ſupr.* Pancirol. *lib.3. theſaur. var. c.23.* Ceuall. *comm. q.578.* P. Gregor. *de Republ. lib.7.c.20. num.37.* & *54.* & alij à me laudati *lib.1. obſeru. cap.1. num.63.* Maſtrill. *lib.3. de Magiſt. c.4. n.326.* Giurb. *conſil.57. n.6.* Sixtin. *de Regal. lib.2.cap.7. n.71.* Peregrin. *de iure fiſci lib.5.tit.2. n.49.* Riccius *collect.928.* Phœbus *deciſ.94. tot.* Guzman. *de euictio. q.52. ex num.2.* & Præceptor noſter D. Ioan. de Solorzano cũ aliis *de iure Indiar. lib.2.c.21. ex num.62.* Caſtillo *de Tertijs c.9. num.23.* & *ſeq.* Ignat. del Villar *in ſylua reſp.8. tot. maximè num.50.* & *ſeq.* & nouiſſimè Cabreros *de metu lib.2. cap.37. num.48.* & quomodo teneatur etiam in hoc caſu Princeps parti à qua aufert rem, recompenſare pretium dando, vel alio modo retribuendo, docent Matienz. *in l.7.tit.7.gloſſ.5. num.2.* Mierez *de maiorat. 2. p. in princ. n.61.* Maſtrill. *ſup. n.353.* Peregrin. *n.52.* Villar. *num.51.* Guzman. *n.8.* & *65.* Surd. *tom.2. conſil.203. num.17.* & *38.* Menoch. *conſ.101. num.28.* Felician. *de cenſib. tom. 2. lib.4. cap. vinc.num.23.* & *26.* Paſcalis *de patr. poteſt 1. p. c.1. num.69.* quod damnum non tenebitur reſarcire, quando ſtatuendo legem generalem aufert dominium alicui. Cabedo *2. p. deciſ.75. num.13.* & Guzman. *ſupr. n.64.* Caſtillo *lib.5. controu. c.89. n.178.* & Cabreros *d.lib.2.c.37.n.48.* & *ſequent.*

Cauſa autem fuit *in dict.l.Lucius*, quia cùm publicè 20
expediat milites alere, vt alacriùs & fideliùs patriam defendant, neceſſarium eſt viſum ex prædiis quæ limitibus Imperij erant confinia, ipſis concedere, vt faciliùs ad defenſionem properarent cùm vidiſſent ſua prædia ab hoſtibus deuaſtari, aut capi, namque, vt Quintilian. ait *declamat.268. ad fin.* ibi, *Ducimus aduersùs ipſas terras quadam conſuetudine affectum*, & Sidonius *lib.3. ep.3.* ſic, *Primum quòd ſumas in affectu partes, iure ſibi vſurpat terra quæ genuit. Omitto illa communia quidem, ſed quæ non mediocria charitatis incitamenta ſunt iſtius tibi ceſpitis optatas glebas.* Nihil eſt enim quod hominibus maiorem dolorem incutiat, quàm ſi bona ſua & poſſeſſiones ab extraneis, & multò magis ab hoſtibus videant occupari; ob quam rem ille Paſtor apud Virgil. *eclog.1.* lacrymabatur agris ſuis ſpoliatus,

*Impius hæc tam culta noualia miles habebit*
*Barbarus has ſegetes?*

obſeruant Tiraquell. *in præfat. de retract. ex num.34.* Annæus Robert. *lib.3. rer. iudic. c.17. in princ.* Ioannes Sauaro *in notis ad Sidon. d.lib.3.ep.5.* qui ad id quoque conſiderant *l.lex quæ tutores 22. verſ. nec verò, C.de admin. tut. l.ſi in emptione 26. D. de minorib. leg. qui officij 62. D.de contrah. empt. l.1. §.* & *aliàs 15. D.ſi quid in fraud. patron.* Vnde conſtat non ſine cauſa Alexandrum *in d.l.Lucius* illa prædia limitanea priuato abſtuliſſe, & militibus donaſſe.

Alteram difficultatem quæ verſatur inter *d.leg.Lu-* 21
*cius*, & *d.l.ſi fundus 33. D.locati*, variè ſolent explicare DD. adducti *ſuprà n.14.* & *15.* quibus omiſſis ea interpretatio magis verior videtur, quam tradidit omnium primus Azo, quem refert Accurſ. *in d.l. Lucius, verb. pertinere*, & ſequitur Fulgos. *ibi*, & Cuiac. *tract.8. ad African. in d.l.ſi fundus*, & *lib.8.reſp.Paul. in d.l. Lucius*, & eam confirmat *l.37.tit.5.p.5.* & eis non laudatis Schifordegh, *ſupr. q.3. tract.18. lib.2.* qui diſtinguunt inter fundum emptum, qui priuſquam vacuus traderetur, fuit publicatus, & eum qui poſt traditionem factam publicatur, vt in primo caſu loquitur *d.l. ſi fundus*, in ſecundo autem *d.l.Lucius.* Ratio differentiæ eſt, quia fundo publicato poſt traditionem periculum ad venditorem non potuit pertinere, cùm ad eum futuri euictionis caſus non ſpectent. At ante traditionem publicato cùm iſte fundus vacuus non poſſit præſtari, neque vllam actionem habeat, venditor ad eum perſequendum ad hoc tenebitur, vt pretium reſtituat, quoniam infortunium venditoris emptori incommodum cauſare non debuit, cui vacua poſſeſſio danda erat, *argum.l.2.§.1.* & *l.3.in princ.D.de actio. empt.* Neque oberit quod periculum rei venditæ ad emptorem pertineat, contractâ iam emptione. *§. cùm autem. Inſtit. de emptio.* & *vend.* cum vulgatis. Nam dicendum eſt hoc procedere quando ex parte venditoris potuit fundus vacuus tradi, non verò quando hæc facultas in eo non fuit, vt indicat African. *in d.l. ſi fundus*, ibi, *iſque priùs vacuus traderetur*, quibus verbis indicat

poſſeſſio

poſſeſſionem tradendam eſſe vacuam,quæ tamen mi-
nimè poteſt tradi ab eo, qui per publicationem iam
eandem amiſerat.

22 Secundò ex *ſuprà* iam adductis interpretandus ve-
nit elegans Florentini IC.locus *in l.in agris 16. D ad-
quir.rer.domin.* vbi in agris limitatis,ſeu militibus aſſi-
gnatis(nunc exponit Accurſ.*ibi ſchol.*1.)non habet lo-
cum ius alluuionis. De huius legis mente aperienda
latè agunt præter Interpretes & Giphanium *lib.*1.Al-
ciat. *lib.*1. *parerg. cap.*38. Forcatol. *dialog.*18. Cuiac.
*lib.*2.*obſeru.c.*9. Donell.*lib.*4.*comm.cap.*27. vbi Oſvval.
*lit.F & c.*19 *lit.A.*Petr.Fab. *lib.*2.*ſemeſt. cap.*4.*verſic. &
ſanè vt rerum.* Dorleans *ad tacit. lib.*1. *annal.* Garcia *de
expenſ.cap.*22. *num.*43. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.*16.
23 *num.*10.† Ex quorum traditionibus præſuppono quòd
ſi de victis hoſtibus agri, aut prædia caperentur, quæ
tamen non ciuium eſſent, ſed ipſorum hoſtium, tunc
ſolebant publicari, id eſt, redigebantur in publicum
populi, aut Principis dominium iure belli, ob idque
dicebantur manu capti, vt indicat, Pompon. *in l.ſi ca-
ptiuus* 20. §. *verum, D. de captiuis*, ibi, *publicatur enim
ille ager qui ex hoſtibus captus eſt*, id eſt, in fiſcum, vel
in ærarium cogitur. Quomodo eſt etiam intelligen-
dus Martianus (iuxta interpretationem P.Fabri *ſuprà*)
*in l.Diuus* 31. *D. de iure fiſc.* ibi, *ſicut captiuorum.* Ali-
quando tamen eoſdem agros manucaptos diuidere ſo-
lebant Imperatores inter milites, & aſſignabant vete-
ranis pro præmio & commodo militiæ,vt dicam *infr.*
24 *in t.de his qui ſponte muner.publ.* † Aliquando veteri poſ-
ſeſſori relinquebant honoris gratiâ modico tributo
indicto,vel ob aliquam cauſam & indulgentiam totus
fundus eidem relinquebatur, vel toto fundo militibus
aſſignato dabatur poſſeſſori antiquo honoris gratiâ
aliqua portio,non in agro,ſed in pecunia,*l.item ſi ver-
beratum* 15. §.*item, D. de rei vind.* ibi, *modicum honoris
gratiâ poſſeſſori datum*, Huiuſmodi autem agri diceban-
tur conceſſi, redditi vel reſtituti, cùm adempti & pu-
blicati antea eſſent,obſeruant P.Fab.*ſupr.* Giphan.*n.*6.
Cuiac. *d.c.*9. ex Plutarchi & aliorum auctoritate,qui-
bus adſtipulatur Sicul. Flaccus *de conditione agror.* his
verbis, *Nec tamen omnibus perſonis victis ablati ſunt agri,
nam quorumdam indignitas, aut gratia, aut amicitia, vi-
ctorem ducem mouit, vt eis concederet agros ſuos.* Aliquan-
do tamen hæc prædia, non ex ipſiſmet hoſtibus, ſed
ex ipſis municipibus & populis manucapiebantur, vt
ex facto Alexandri animaduertimus *ſuprà*, & teſtatur
Suetoni. *in Auguſt.c.*31. ibi, *Poſt victoriam cùm ipſe ve-
teranos in Italiam reducendos,& municipalibus agris collo-
candis recepiſſet,neque veteranorum,neque poſſeſſorum gra-
tiam tenuit alterius pelli ſe, alteris non pro ſpe meritorum
tractari quærentibus.* Neque omitto etiam datas poſt
victoriam vrbes militibus habitandas agrorum vice,ſi
Dioni *lib.*36. fides ſit habenda, qui de Pompeio id
narrat. Denique hos agros manucaptos ſolebant ven-
dere per Quæſtores, vt inſinuatur *in d. l. in agris*, ibi,
25 *quid veniſſet.* † Vnde conſtat limitatos agros eos di-
ctos, non eos, qui limitanei militibus aſſignabantur,
ſed quia limitibus diuiſi erant, & ſortibus, vt ſcilicet
ſciretur quid cuique militum, vel ciuium, aut poſſeſ-
ſorum datum eſſet, quid verò veniſſet per Quæſto-
rem, quid autem in publico relictum eſſet, vt *in d.l.in
agris*, ex Trebatij ſententia refert Florentinus, & co-
gnoſci poteſt ex Aggeno Vrbico *de agrorum qualitati-
bus, in princ.* Nam ſi ager datus certâ menſurâ & fini-
bus certis fuit definitus, omnino id quod ex eo reli-
ctum eſt,non fuit datum publicum,manebat tanquam
ſi verè eſſet alter fundus, *l.ſi quis duas* 6. §. *ſi quis par-
tem, verſ. planè, D.commun. prædio.* Atque ita non po-
tuit eis limitibus comprehenſus ager alluuionem ha-
bere, §.*præterea, Inſt. de rer. diuiſ.* cùm non poſſit mi-
nui, vel augeri, & ſic quod ei agro acceſſerit, publi-
26 cum erit. † Ob quam rationem lacus alluuionem non
habet, quoniam etſi interdum creſcat, ſuos tamen ter-
minos continet, *leg. lacus* 12. *D. de adquir. rer. domin.*
Item & inſula in flumine publico nata, cùm eius fiat,
cuius agrum ripa contingit, *leg. adeo* 7. §. *inſula, l.inter
eos* 29. *D de adquir. rer. domin.* Hoc tamen fallit ſi ager
fuerit limitatus, *l.*1.§.*ſi inſula* 6. *cum ſeq. D.de flumini-
bus* notant *ſuprà* relati, præcipuè Donell. qui non im-
meritò Cuiacij emendationem reprehendit, cùm ſine
ea ſatis conſtet Conſulti mens.

Vlteriùs ex *ſuprà* adducta ratione inferimus inter- 27
pretationem ad *hoc l.*1.*de fundis limitroph.* vbi Tiberia-
ni diſpoſitio confirmatur. Quis autem hic fuerit,qua-
léque eius munus, in obſcuro iacet, coniecturis idem
eſt. Hunc reor non fuiſſe Præfectum prætorio,vt exi-
ſtimauit Accur. *in ea lege.ſchol.*1. quem ſequitur Cuia-
cius, ſed Magiſtrum militum, *capitan general.* voca-
mus, moueórque ex inſcriptione *l.*2.*Cod. de officio præ-
fect.præt.Afric.* quæ dirigitur ad Beliſarium Magiſtrum
militum per Orientem, cui iniungitur omne munus
ad limitaneos milites ſpectans, ſicut Nomo Magiſtro
militum in inſcriptione *l.*4. *Cod. de offic. milit. iudic. l.
vn. Cod. Th. de luſorijs Danubij.* quæ cùm loquatur de
limitibus, ſcribitur Conſtanti Magiſtro militum.
† Magiſtri militum poſt ætatem Conſtantini Magni 28
omne ius in milites habuerunt, quod olim libera Re-
publica, & ſub Auguſtis Proconſules, aut Legati
exercebant,neque iam eo æuo Præfecti prætorio rem
militatem tractarunt, teſte Zozimo *lib.*2. *in Conſtanti-
no*, & Paul. Oroſio. *lib. fin. cap.*33. Vegetio *de re milit.
lib.*2. *c.*9. ibi, *Sed legati Imperatoris ex conſularibus ad
exercitus mittebantur, quibus legiones & auxilia vniuerſa
obtemperabant in ordinatione pacis,vel neceſſitate bellorum,
in quorum locum nunc illuſtres viros conſtat Magiſtros mi-
litum ſubſtitutos*, obſeruat *ibi* Stevvechius, & Panci-
rol. *in com.ad Not.Imp. Orient.c.*12. † Hanc Tiberiani 29
diſpoſitionem in Hiſpania confectam fuiſſe moueor
ex lapide, quem iuxta ſacellum ſanctæ Columbæ ad
flumen Xaualonem prope ruinas antiqui Oreti ſe le-
giſſe tradit noſter Ambroſ. de Morales *lib.*10. *Hiſpa-
niæ capit.* 44. ex quo conſtat Tiberianum ſub hoc
tempore fuiſſe Proconſulem Hiſpaniæ, lapis ita
habet:

EX. OFFICINA
HOMONI. VTE
RE. FELIX VAS
CONI. IN.

XP

PRO C. TIBERIA
NO. FACTVM
EST, HORREVM ET.
DN. VALENTI-
NIANO. AVG.
TER. ETEVTRO
PIO. V. C. CONS.
SCRIB. ELEFANTO.

Congruit etiam inſcriptio *l.*5.*Cod. Th. de ſponſal.* quæ
eſt inſcripta ad Tiberianum Vicarium Hiſpaniarum,
licèt hic fuerit tempore Conſtantini, & Annius Ti-
berianus dicitur *in l.vniuerſis* 15. *C. Th. de decurion.*
Alter fuit Iunius Tiberianus, cuius meminit Vopiſc.
*in Aurelian.*

Confirmat ergo hæc lex Tiberiani diſpoſitionem, 30
quæ certas poſſeſſiones & prædia, quæ ad limitaneos
milites frumenta conueherent aſſignauit, id eſt; poſ-
ſeſſiones, quæ cùm proximiores eſſent, ad tale onus
tenebantur, iuxta ea, quæ notauimus *ſuprà in hoc l.pro
locis* 4.*infr. de erogat. mil. ann. l. vnic. infr. de collat.dona-
tor. l.*3. *infr. de ſilentiar.* cùm fortè pauperiores, vel
quæ longiùs aberant, ad frumentum conuehendum
compellerentur, & ita videtur Tiberianus, iuxta poſ-
ſibilitatem locorum iuſtè diſpoſuiſſe, quæ prædia ad

id munus tenerentur. Solebant enim Imperatores tales res committere ſuis adminiſtris, deinde quod effeciſſent ſuis legibus confirmare, vt notabimus *in l. vnic. infr. de collatio donat.*

31 Huc ſpectat *l. 1. tit. 6. lib. 4. ord.* vbi Duces limitanei, qui ſunt *Capitanes generales Alcaydes o Gouernadores de las fronteras y preſidios*, poſſunt ex locis viciniorìbus victualia percipere, vt *ibi* notat Did. Perez *verb. per las tales viandas*, licèt nihil adducat, quemadmodum cogi poſſint homines vicini exercitui, vel caſtris deferre victualia, ne exercitus fame laboret, vt obſeruat Platea *hîc, & in d. l. pro locis, & in l. omnes omnino num. 2. eod. tit.* vbi etiam Bart. Gregor. *in leg. 22. tit. 23. par. 2.* Bobadill. *lib. 4. polit. cap. 2. num. 25. & 26.* Auiles *in cap. pretor. cap. 17. verb. araçonabiles, n. 20.* Nam, vt inquit Vegetius *lib. 3. de re milit. cap. 3.* ibi, *Sæpius penuria, quàm pugna conſumit exercitum, & ferro ſæuior fames eſt. Deinde reliquis caſibus poteſt in tempore ſubueniri, pabulatio & annona in neceſſitate remedium non habent, niſi ante condantur. In omni expeditione vnum eſt & maximum telum, vt tibi ſufficiat victus, hoſtes frangat inopia. De copiis expenſiſque ſolers debet eſſe tractatus vt pabula frumentum cæteraque annonaria ſpecies, quæ à prouincialibus conſuetudo depoſcit maturiùs exigantur*, & nòn minus penuria & neceſſitas timenda eſt in caſtris, quàm in limitibus, vel in præſidiis, aut caſtellis, propter magnam vtilitatem, quam capit Reſpublica, ſi talia caſtella, aut præſidia ſint munita & abundent, ex traditis
32 à Bobadilla *vbi proximè num. 24.* † Ob quam etiam rationem milites limitanei vtuntur militum priuilegiis quoad ſolemnia teſtamentorum, ſicut cæteri, qui in expeditionibus ſunt occupati, *tit. Inſtit. de milit. teſt.* docet Connan. *lib. 9. com. cap. 5. num. 10.* quem ſequitur Pichar. *in §. illis autem temporibus, n. 4. Inſtit. illo tit.* Oſvval. *ad Donell. lib. 6. c. 28. lit. R.* Zoannet. *de Imper. Rom ex n. 103.*

33 Ex eodem filo pendet quoque deciſio *l. 3. infr. h. tit. de fund. limitroph.* vbi agros limitaneos, qui huiuſmodi militibus conceduntur, ab omni tributo immunes eſſe ſtatutum eſt, & ita ab eis firmiter cum palùdibus & omni iure poſſideri debere, vt minimè poſſit in priuatos homines tranſire poſſeſſio, ſi alienati fuerint prohibente lege talem alienationem, ita vt nec præſcriptionis remedio emptores iuuandi ſint, hæc conſtitutio deſumpta eſt ex *Nouella 31. Theodoſij de ambitu & locis limitaneis*, quâ declaratur quod ad hanc rem poteſt pertinere, facit *leg. 2. tit. 12. ſeu Nouell. Theod. de patrimonial. rei domin. & limitrophis fundis*, idem quoque legimus *in l. omnes 8. infr. de fundis patrimon.* & in ſeruis adſcriptitiis dicemus per text. *ibi, in l. quemadmodum, infr. de agricol. & cenſ.*
34 † Ratio huius rei in promptu eſt, nam cùm neceſſarium ſit, vt limitanei milites habeant vnde ſe alere poſſint, non minus fuit quoque neceſſarium, vt ea prædia conſeruarentur militantibus, ſiquidem ſi in aliam poſſent transferri perſonam, intentio, de qua *ſupr.* egimus *num....* eluderetur.
35 † Neque quiſpiam diſpoſitionem, *d. l. 3.* contra milites limitaneos eſſe præſcriptam dum eis interdicit alienationem, nam imò in eorum fauorem tendit, cùm etiam in fauorem rerum dotalium maritus prohibitus ſit alienare, *l. 1. D. de fundo dotal. princip. Inſt. quibus alienare licet, c. cum contingat, de iureiur.* cum aliis traditis à Pichard. *in d. princ.* Donell. *lib. 14. com. cap. 4.* Ceuall. *com. quæſt. 3. n. 34.* Barboſ. *in l. dotalem 62. n.... D. ſolut. matr.* & pupillus ſine tutoris auctoritate, & decreto Prætoris non alienat, *prin. Inſt. de actor. tutor. d. princ. quibus alienar. licet, l. 1. & tot. D. de reb. eorum.* Neque alimenta poſſunt repudiari, *l. cum hi 7. & tot. D. de tranſactio.* Dominúſque ſeruorum adſcriptitiorum ſine terra non poteſt alienare, *d. l. quemadmodum*, neque prodigus, *l. 1. de curator furioſ.* neque Eccleſia, *c. nulli, cum vulg. de reb. Eccleſ.* Quâ etiam ratione Imperatores *in d. l. 3.* non immeritò fundorum limitaneorum interdixerunt alienationem.

Præterea conceſſerunt, vt quamuis milites aliàs ex 36
prædiis ſuis teneantur tributa perſoluere, *leg. 1. C. de offic. præfect. Auguſt. l. fin. §. ab huiuſmodi 24. D. de muner. & hon.* tamen ex prædiis limitaneis ad id cogi non poſſint, vt præter *dict. l. 3.* probatur *in l. infr. de veteran.* notat Rebuff. *in d. l. 3.* Similérque contra eorum agrorum detentatores proſcriptionis pœnam ſtatuerunt, quæ contra rapacitatem & auiditatem Ducum ſtatuta eſt *in dict. Nouell. Theodoſij de ambitu & locis limitan.* Adeóque in poteſtate militum hos agros manere voluerunt, vt nullus poſſeſſor præſcriptionis titulo poſſit eſſe munitus, ceſſante in hoc caſu præſcriptione, ſicut & in aliis, quos congerit Acc. *in d. l. 3. verb. ceſſante*, vbi Platea & Rebuff. & nos dicemus *in d. leg. quemadmodum*, eo enim ipſo quòd alienatio fuit prohibita, & præſcriptio conſequenter prohibita cenſetur *leg. alienationis 28. de verb. ſig. cum vul.* docet Pachin. *lib. 13. contr. c. 80.* Oſvval. *ad Donel. lib. 9. c. 4. lit. A.* cùm aliter intentioni legis, quæ hæc prædia ſemper apud milites conſeruari voluit, fraus fieret, & ideò non ſolùm contenta fuit alienationem inhibere, verùm & omnem actum, per quem in alium non militem poſſet fundus tranſire, *argum. l. fin. C. de rebus alien. l. oratio, D. de ſponſalibus.*

His etiam annectenda eſt *l. 2. hoc tit. de fundis limi-* 37
*troph.* quæ eſt *l. 1. C. Th. de terris limitaneis*, vbi qui caſtella limitanea & caſtellis ipſis deputatos agros quocumque titulo poſſederint, cùm milites non ſint, iubentur ea relinquere illis, quibus agros antiquitas deſignauerat retinendos: aliter autem capitali pœnâ ple-
ctuntur. † Quod vt clariùs procedat, in memoriam 38
erit reuocandum quod initio huius tractatus diximus. Imperium ſcilicet Romanum multiplicibus limitibus clauſum fuiſſe, in quibus munitiones erant conſtructæ præſidij causâ, quæ dicebantur *caſtella, burgi, ſeu clauſuræ*, quæ muris, foſſis, aggeribus altè ſtructis, & turribus cingebantur, *l. 2. §. & omnes 4. Cod. de offic. præf. prat. Afric. 4. C. de offic. magiſt. offic.* Caſſiod. *lib. 2. epiſt. 5. & 19.* in inſcriptione. Paul. Oroſius *lib. vlt. cap. 33.* ibi, *Crebra habitacula per limitem conſtituta* burgos *vulgò vocant, quorum ſitus, formas & militum numeros magiſter officiorum illi curæ præfectus quotannis Principi inſinuare tenebatur.* Autor incertus de rebus bellicis, ad finem. *Eſt præterea inter commoda Reipublicæ vtilis limitum iura ambientium vbique latus Imperij, quorum tutelæ adſidua meliùs caſtella proſpicient, ita vt millenis interiecta paſſibus ſtabili muro & firmiſſimis turribus erigantur, quas quidem munitiones poſſeſſorum diſtributa ſollicitudo ſine publico ſumptu conſtituat vigiliis in his & agrariis exercendis, vt prouinciarum quies circundata quodam præſidij cingulo inlæſa requieſcat.* Maiores munitiones *caſtra* nuncupabantur, ad exemplum caſtrorum militum. Minores verò *caſtella*, id eſt, parua caſtra *l. 2. l. pen. infr. de fund. rei priu.* Vegetius *lib. 4. de re milit. capite 10. Caſtellum paruum quod* burgum *vocant.* Burgi autem erant habitacula in ipſis limitibus diſpoſita, vt in eis milites degerent, D. Iſidoro *in Origin. lib. 1. cap....* & Paulo Diacono *lib. 11. hiſt.* teſtantibus. Eoque ſpectare videtur Vopiſc. *in Probo Vrbes Romanas & caſtra in ſolo barbarico poſuit, atque illic milites collocauit.* quod ea de cauſa factum, tum ad extendendum limitem, vt *infrà* declarat, & vt milites ſuauiùs & ſecuriùs degerent, magiſque reprimerentur hoſtes vrbibus in ſuo ſolo conſtructis. Eáque fuit origo tot burgorum per Germaniam & Græciam, vt refert Caſaubon. *in Spartian. pag. 24. verſ. 34.* & Stevvechius *ad Veget. d. c. 10.* videndi Pancirol. *in comm. ad Notit. Imp. Orien. c. 139.* Bulenger. *lib. 3. de Imp. Rom. c. 8. & 9.* Gothofr. *in d. l. 4. C. de offic. mag. offic. & in l. 2. § 4. C. de offic. præf. prat. Afric.* ad idque alluſit Virgilius *lib. 7. Æn. verſ. 157.*

— *Ipſa*

——— *Ipſe humili deſignat mœnia foſſa,*
*Molitúrque locum, primáſque in littore ſedes*
*Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit.*

39 De clauſuris loquitur *d.leg.2.C. de officio præf.prætor. Afric. §. in Sardinia,verſ. & omnes l.4.C. de offic. mag. off.* ibi, *caſtrorúmque ac clauſurarum cura præcedat.* quæ propriæ videntur fuiſſe anguſtiæ adituum quæ regionem aperiunt, & veluti portæ Imperium claudentes, quod videtur colligi ex Caſſiodoro *lib. 2. var. epiſt.5.* ibi, *Præcipimus ſexagima militibus in Auguſtanis clauſuris conſtitutis annonas præſtare. Decet enim cogitare de militis tranſactione, qui pro generali quiete finalibus locis noſcitur inſudare, & quaſi à quadam porta prouinciæ Gentiles introitus probatur excludere,* & *epiſt.19. in inſcriptione.* Hæ aliquando *cluſuræ* dicuntur apud Auctores, ſiue *cluſæ*, vt conſtat ex Luitprando, & aliis, quos recenſent Schar. & Caluinus impuri alienorum labo-
40 rum tranſcriptores. † Qui de his cluſuris accipiendum cenſent reſcriptum Imp. *in l.4. Cod. de offic. milit.* cum Cuiac. *lib.3. obſeru. c.24.* quem ſequuti ſunt Caſaubon. *in not. ad Vopiſcum in Bonoſo.* P.Pithæus *lib.1. aduerſ. ſubceſſiu. c.14.* Gothofr. *in d.l.4.* Iuſt.Lipſ. *de magnit. Rom. lib.1. cap.5.* & Buleng. *lib.3. de Imp. d. cap.8. poſt princ.* Cùm enim Imperatores ibi præcipiant, vt duces militum in ipſis limitibus commorentur, vt imminente magiſtro militum ad ſuum numerum milites redigantur, tunc ſtatim adiiciunt, *Caſtrorum quin etiam refectionis luſtrationiſque curam habeant.* Hanc litteram ſupradicti cum ſuo duce Cuiacio deprauatam cenſent, & vocem *luſtrationis* expungunt, reponuntque *cluſuriarum*, auctoritate *d.l.4. C. de offic. mag. offic.* quæ eſt pars eiuſdem *l.4. C. de offic. mil. ind.* & vtraque ad Nonium, ſeu Nomum magiſtrum officiorum ſcripta eſt & eamdem ſubſcriptionem habet. Cùm ergo ad idem tendant, earum vna iniungit ducibus curam caſtrorum & cluſuriarum. Altera verò, vt quemadmodum caſtrorum & cluſuriarum cura procedat, quotannis Principi ſignificetur. Sic etiam eam vocem *cluſurias* reponunt in Vopiſci Bonoſo, vbi antea ineptè legebatur *luſorias*.

41 Verùm hæc litteræ emendatio & caſtigatio *d. l.4.* neceſſaria non eſt, & meritò eam reiecerunt Panciroll. *ſupr. d. cap.139.* & Claudius Salmaſ. *in Vopiſc. loco n.21.* quapropter litteram inconcuſſam & illibatam eius ſeriem, prout in vulgatis codicibus habetur, retinendam cenſeo, & *luſtrationis* verbo Imperatores ſignificaſſe, vt duces limitanei variis exercitationibus milites diſponant & exerceant, ne otio dediti torpeſcant, & minus habiles ad arma capeſſenda, poſtea in congreſſu habeantur quod exercitium familiare fuit militibus Romanis, vt oſtendit Lipſius *lib.5. de militia Rom. dialog.14.* Valtrinus *lib.1. de re milit. c.4.* Nicol. Bellus *lib.5. politic. diſcurſ.13.* Adam Contzen. *lib.10. polit. c.24.§.5.10. & 25. & ſequentibus*, & conſtat ex Vegetio *lib.2. de re mil. cap.23.* Deinde ſtatuunt habendam eſſe curam vt caſtra, ſeu caſtella reficiantur
42 & luſtrentur. † *Luſtrare* eſt expiare, purgare per ſacrificium, ſolebant Romani exercitus ſuos luſtrare eo modo, vt oſtendit Alex. ab Alex. *lib.3. genial. cap.12. & lib.5. cap.27.* Valtrin. *de re militar. lib.4. cap.3.* ſic apud Tacitum *lib.15. annal.* ſic, *Tum luſtra, tum ritè exercitum ad concionem vocatum*, & apud Liuium fit luſtratio totius exercitus Macedonici, *lib.40.* quæ luſtratio & apud varias nationes obtinuit, *Ioſuè cap.3.* Homer. *lib.1. Iliad.* notat Dorleans *ad Tacit. dicto loco.* Crederem tamen luſtrationem illam reſpexiſſe, vt à caſtris meretrices, deliciæque depellerentur, moréſque corrigerentur, armáque & militaria veſtimenta inſpicerentur, & exercerentur milites, quod Romanis in vſu fuit, & inde dicta *Caſtra*, quia ibi caſtraretur libido, vt ex D. Iſidor. docet Stevvech. *ad Veget. lib.1. de re mil. c.5.* Sic de Auidio Caſſio legimus in Vulcatio Gallican. in eo *Arma militum reſpexit, delicias omnes de caſtris ſubmouit, iuſſitque eos hyemem ſub pellibus agere, niſi corrigerent ſuos mores, & honeſtius vixiſſent*; quod & feciſſe apud Numantiam Scipionem litteris teſtatur Valer. Max. *lib.2. c.7. exempl.14.* indéque omni armorum genere iuuenes exerc[illegible] commendat Veget. *lib.2. c.32.* congruunt quæ obſeruat Bobadill. *lib.4.*
*polit. c.1. ex n.5.* † *Luſtrare* quoque ſignificat viſu in- 43
quirere aliquid, permetiri oculis, circuire, videre, *que tengan cuydado de attender y mirar rodear los reales*, eo ſenſu loquitur Virg. *libro 8. Æneid. verſ.153.*

——*& totum luſtrabat lumine corpus.*

& Silius *lib.5.*

——— *Clypeumque viri atque immania membra*
*Luſtrabat viſu.*

docet Cerda *ad Virgil. dict. loco*, & Barthius *lib.2. aduerſ. cap.9.* & iuxta hunc intellectum vulgaris lectio ſine
violentia emendationis illibata retinetur. † Verùm 44
nec totus diſcedo à Cuiacio & Caſaubono, qui in Vopiſco *in vita Bonoſi*, vbi ſcriptum vetat, *Hoc idem cùm quodam tempore in Rheno Romanas luxurias Germani incendiſſent*, rectè reſtituerunt vocem *cluſuras*, vt de his caſtellis limitaneis, vel ſtationibus, aut burgis, in quib⁹ erãt milites, à Germanis incenſis, Vopiſcus accipiatur. Sed acrius quàm par eſt, inuehitur Salmaſius in hanc lectionem, *ibidem, n.21.* contendens *luſorias* legendum, id eſt, naues quæ pererrabant totum Rhenum, & erant biremes, vt arbitratur Lipſ. *dict. lib.1. de magnit. Rom. cap.5.* & Seldenus *lib.2. de Domin. Mar. cap.6.* de quibus extat titulus in Codice Theodoſij *de luſoriis Danubij*, vel, vt ait idem Salmaſius, non ad vſum belli, vt triremes, & æratæ, vel ad merces vehendas, ſed ad luſum tantùm, & ſolas circumnuectationis delicias
habebantur, prout videmus in Piſoraca & Bæti. 45
† Quod mihi non probatur, imò magis has naues in Rheno inſtructas fuiſſe exiſtimo, ad arcendos barbarorum tranſitus & incurſus, vt inſinuat Pithæus *dict. cap.14.* vel, vt doceor ex *d.l. vnic. Cod. Th. de luſoriis Danubij*, ad tranſuectionem ſpeciei annonariæ, quod omne inſinuat *d.l. vnicæ* contextus, nam nonaginta naues ad delicias militum, quales ibi limiti Myſiaco deſignantur, centúmque verò decem vniuerſis inſtrumentis armatæ male cum deliciis conuenire poſſunt. Neque ratio Salmaſij admitti debet quòd Latinè non dicantur *cluſura*, neque abſurdius poſſit excogitari, ſi dicamus in medio Rheni eſſe fabricata caſtella illa, & cluſuras conſtructas, quod diceret Vopiſcus ſi vocem illam *cluſuras* reponeremus. Nam hæc conſideratio debilis eſt, & non eſt mirum, ſi voci illi *cluſuras* adimeretur prima littera C. & in medio dictionis irreperet I. & exſcriptor reponeret *luſurias*, & alius fortaſſe ſcriberet *luxurias*, ineptiſſimè. Rurſus illa verba *in Rheno* non ſunt accipienda, id eſt, in medio Rheni, ſed in ripis, in quibus milites limitanei, vt diximus, & indicat *leg. cùm ſupra 12. infr. de re milit.* ibi, *Cùm ſupra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo conſiſtit.* Quemadmodum idem Auctor *in Tacito ad fin.* ait multos barbaros à Mœotide erupiſſe, non eſt intelligendus vt barbari Mœotidem paludem in mediis aquis inhabitarent, ſed ripas. Neque etiam ſi de luſoriis nauibus ad delicias habitis loqueretur Vopiſcus, credere debemus ex eo quòd incenſæ eſſent, Bonoſum metu perterritum ſumpſiſſe imperium, nam etſi Germani eas incendiſſent, non ita in culpa graui erat Bonoſus vt timore illo perculſus defeciſſet, ergo de re grauiori incendium illud ſumere debemus, id eſt, de cluſuris, ſeu caſtellis, quæ erant limitum & Imperij propugnacula.

Cùm ergo, vt ſæpè diximus, caſtellorum, ſiue clu- 46
ſurarum agri & loca limitanea militantibus ibi aſſi-

gnarentur, ita vt ab alio non milite caſtellano occupa-
ri, aut detineri nequirent, ex ratione toties repetita,
vt *dict.leg.2.hoc tit.* prohibitio obſeruaretur, capitalis
pœna in temeratores ſtatuta fuit, niſi, prout antiqui-
tas ſemper decreuit, caſtellorum loca apud limitaneos
milites perſiſtant. In qua re fallitur Pancirol. *lib.1.the-
ſaur. var. c.90. verſ. ſi in priuatos, & verſ. quod fortè* qua-
tenus ait ea loca relinqui potuiſſe aliis ab ipſis militi-
bus, iuxta Conſtantini ſanctionem, de qua ita loqui-
tur Pompon. Lætus *lib.2. Rom. hiſt. in Conſtantino.* ibi,
*Prius ex vetere conſuetudine tribunis, præfectis & Ducibus,
qui pro augendo Imperio conſenuerunt, dabantur agri villæ-
que, vt neceſſaria ſuppeterent: ſed Conſtantinus ſanxit, vt
agri, villæ & oppida, quæ ad victum emeritorum contributa
erant, ad hæredes tranſirent.* Hæc enim Conſtantini ſan-
ctio non eſt accipienda de prædiis limitaneorum, ſed
de his, quæ veteranis in præmium militiæ dabantur,
47 de quibus *ſuprà* egimus *num. vigeſimo tertio & 24.* † *An-
tiquitatem* vocat *d. leg.2.* diſpoſitionem antiquorum
Principum, Alexandri nempe, & aliorum, qui moti
magna ratione optimum iudicarunt, vt hæc prædia
ſemper ad limitaneos milites pertinerent, quam deter-
minationem, ſeu antiquitatem *leg.3. hoc tit.* vocat pri-
48 ſcam diſpoſitionem. † Vnde infertur cum Accur. *in
dict. leg.2. verb. antiquitas* Luca *num.1. & 2.* Platea &
aliis, quos ſequuntur Ant. Gomez *in l.46. Taur. n.14.*
Matienz. *in l.6. gloſ. 5. num. 9. tit.7. lib. 7. libro* 10.
*Recop.* Mieres *de maiorat. 4. part. quæſt. 2. num.* 180. Gar-
cia *de nobil. gloſ.1. §.1. num.11. & 12.* Azeued. *in leg.2.
num.1. tit.5. lib.6. Recop.* Cabedo *deciſ.25. num.2. & 3.
part.2.* & Caſtillo *de Tertiis, cap.41. n.95.* nulli priua-
to licere habere caſtella limitrophia, quæ in finibus
regni ſunt poſita, & apud nos dicuntur *fronteras y pre-
ſidios,* ſine Regis expreſſa licentia, neque etiam ab vllo
teneri qui non ſit de naturalibus noſtris, & de cuius
genere & fide nunquam fuerit dubitatum, *leg.1. leg.6.
& 11. tit.5. lib.6. Recop. leg.1. & 2. t.t.18. part. ſecunda*
vbi Gregor. *verb. de fuera*, eam rationem tradit, ne
ſecreta regni pendantur, vt notat D. Thom. *de Regi-
mine Princip. lib. 2. cap.11.* quem ſequitur idem Gre-
gor. *ibid. verb. fortalezas,* & cùm hæc fortalicia ſint ne-
ceſſaria ad Regnorum tutamen, magis de naturalibus
fidendum eſſe, quàm de extraneis, ipſa naturalis ratio
dictitat, teſte Azeued. *in d.leg.1. num.13. & ſeq. d. tit.5.*
Matienz. *ſupr.* & Auilez *in cap. præt. cap.22. toto maximè
num.36.* quia magis coaleſcunt animi eodem cœlo nati
& educati [illegible] eadam ſoi, diſiunguntur quos
regna & educatio diſiungit, & plurima imperia perdi-
derunt, cùm exteros in ſua regna aſciuerunt, vt cum
Ariſt. *lib.5. eth. cap.3.* probat Adam Contzent *lib.9.
polit. c.8. §.14. & c.9. §.5.* Koquier *lib.3. Aphoriſ. po-
lit. c.6.* Inde etiam immunitatem conceſſam incolis
locorum limitaneorum, vt ab excubiis & portarum
cuſtodia vacent, non eſſe obſeruandam, docet Ann.
Robert. *lib.2. rer. iudic. c.11.* conferunt quæ de nobili-
tate in caſtellorum præfectis requiſita dicemus *in leg.
nullus 60. infr. de decurionibus.* Hæc circa titulum *de fun-
dis limitroph.* diximus. Redeamus nunc ad noſtrum.

## LEX X.

*Iidem* AA. *Eutychiano P.P.*

Indices, quos circa profliganda ærarij noſtri compendia negligentes ac deſides fuiſſe conſtiterit, omnia quæ in adminiſtratione poſiti perceperunt emolumenta reddere compellantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Negligentia in Iudice magnum crimen.*
2 *Vtilitas publica verſatur in conſeruatione compendij fiſcalis.*
3 *Negligentia Iudicis quomodo puniatur etiam legibus noſtris?*
4 *Non ſolum punitur Iudex negligens in amiſſione ſalarij, verùm & in intereſſe & damno.*
5 *Temperantur ſupradicta, ſi modica fuerit negligentia.*

NEGLIGENTIA, maximum crimen eſt 1
in Iudice, ad cuius curam pertinet ſalus
Reipublicæ, & in cuius attentione pa-
catus Reipublicæ ſtatus ſuauiter reſidet,
quam ſi negligit, dolum & culpam committit, *leg.
dolus 44. D. mandati, l. pen. infr. de cenſibus leg.1. & 2.
C. ſi tutor non geſſer. l. Diuus 14. D. de offic. præſid.* cùm
omnia turbentur, & lædantur. *Auth. de quæſtor. in princ.
quæ eſt Nouell. 80. c.1.* † Et cùm vtilitas publica verſe- 2
tur in conſeruando ærario Principis, vt dicam *in tit.
de primipilo, infr. per text. ibi. in leg.5. ead. leg.1. Cod. de
condict. ex lege,* & interim videas Scribanum *lib.1. Polit.
Chriſt. cap.42.* Adam. Contzen. *lib.8. polit. c.6. & c.7.
§.7.* Velazquez *de optimo Principe lib.4. de Republ. cap.8.*
ſi compendia fiſci neglexerit, æquum eſt vt nullum
ipſe ſalarium de publico percipiat *l. ſi quos, Cod. de offic.
præf. præt. Orien. l. miſſi. infr. de exact. tribut.* obſeruant
Bald. & alij *in c.1. §. iudices, de pace iuram. firm. in feud.*
& Valenzuel. *hîc n.1.* imò legibus noſtris punitur
priuatione officij, *l.17. tit.7. lib.9. Recop.* † Et quomo- 3
do puniatur Iudex qui negligit officium ſuum, latè di-
ximus *in l.3. infr. de canone largit. tit.* vbi plura cumu-
lamus.

Huiuſmodi autem negligentiæ pœna ita eſt practi- 4
canda, vt non ſolùm in amiſſione ſalarij puniatur Iu-
dex, ſed etiam & in omni intereſſe & damno, quod
fiſcus ſenſerit ob culpam eius, quia ob negligentiam
cùm cuilibet priuato teneretur, ſi noluit adminiſtrare
iuſtitiam, & exequi officium ſuum, ita etiam & in no-
ſtro caſu fecit litem ſuam, vt notant Iaſon *in l. argenta-
rius, §. fin. de edend.* & relati à Claro *lib.5. ſent. §. fin.
quæſt.73.* & Valenzuel. *hîc n.6.* † Dum tamen non ſit 5
modica negligentia, quia tunc non debet ita puniri,
Menoch. *de arbitr. caſ.141.* cùm attendi non debeat
quod modicum eſt. Molin. *de primog. lib.2. cap.6. n.33.*
Crauett. *conſ.182. n.14.* & nos alibi tradimus, vide ad-
ductos *in d.l.3. infr. de can. larg. tit.*

## LEX final.

*Imp.* THEODOSIVS. A. *Iſydoro P.P. Illyrici.*

Id ab vnaquaque prouincia cenſemus expetendum, quod ab iiſdem nuper eſſe promiſſum, tua ſublimitas indicauit. Nullus verò de cætero ad poſſeſſiones eorum inſpector accedat Macedonum reliqui exẽplum ſequuti, mediæ quantitatis, vt obtuliſſe noſcuntur, tributa ſuſcipiant. Sed etſi qui proteſtati ſunt nihil à ſe vltra tertiam partem poſſe conferri, illud ex ſoluant, ad quod ſe indubitatum fore idoneos pollicentur, quæ diſpoſitio in perpetuum obſeruabitur: ſacroſancta Theſſalonicenſis Eccleſia ciuitatis excepta, ita tamen, vt

apertè ſciat, propriæ tantummodo capitationis modum beneficium mei nominis ſubleuandum: nec externorum grauamine tributorum Rempublicam Eccleſiaſtici nominis abuſione lædendam.

*SVMMARIVM.*

1 *Oſtenditur hanc conſtitutionem localem fuiſſe, & ad ſolam Macedoniam pertinuiſſe.*

2 *Princeps tenetur ad conuentionem cum ſubditis celebratam obſeruandam, & aſſignatur eius ratio,* & num. 3.

4 *Princeps non poteſt reuocare priuilegia indulta ratione contractus, quod extenditur etiam & ad priuilegium exemptionis ſubditis conceſſæ, vt aliquod oppidum inhabitent,* & n. 5.

6 *Laudatur ciuitas Antiquariæ, patria Auctoris, & agitur de priuilegio immunitatis ab omnibus tributis ei conceſſæ ab Ioanne II. Rege Caſtellæ, ob egregium virtutis facinus.*

7 *Extenditur ſupradicta doctrina, etſi non ſit vſus priuilegiatus per tempus ordinarium.*

8 *Excipitur Theſſalonicenſis Eccleſia à capitatione, & ob quam cauſam?*

1 RECTE Accur. Plateà, Pyrrhus & Valenzuela *in præſenti*, localem fuiſſe hanc legem opinantur, pertinuiſſéque ad prouincias Græciæ, ſeu Illyrici, ſub cuius nomine inter alias comprehenduntur Macedonia & Dacia, vt aduertit Cuiacius, & Valenzuela *hîc*, & Pancirol. *ad Not. Imp. Orient. c.23. & cap. 135. & ſeq.* Macedonia ergo cùm ſuper tributis ſoluendis quamdam fecerit compoſitionem, vt pro quolibet ſolueretur dimidiam quantitatis conſuetæ, Imperator Theodoſius conſtituit vt ſingulæ prouinciæ Illyrici, (quæ erant Thracia, Myſia, Dalmatia, Pannonia, Teſſalia, Creta, Dacia, & denique Macedonia cum aliis, vt conſtat ex Pollione *in Claud.* Zoſimo *lib. 2. Conſtantini*) ad exemplum Macedoniæ ea conferant quæ promiſerunt, & ne tributi augendi causâ quiſquam inſpector accedat (*Inſpector* eſt qui inſpiciebat prouincialium prædia, an rectè eſſent adæquata, & taxata, vt notat Lucas *hîc num. 4.* & dicemus *ad tit. infr. de collat. denot. & de cenſibus.*) Sed ita compoſitio effectum habeat, & in perpetuum, pro vt con-
2 uentum eſt, obſeruetur. † Vnde notabiliter deducunt DD. *hîc* Principem teneri ſeruare compoſitionem factam cum ſubditis ſuper tributis, idque apertè colligit Bar. *num. 7.* ex illis verbis, *quæ diſpoſitio in perpetuum*, & docent Scribentes *in c. de probatio*, & præter eos Ant. Gom. 2. *tom. var. c. 1. n. 1.* vbi Suarez *in addit.* Menchaca. *lib. 1. controu. illuſt. c. 3.* Rod. Suarez. *alleg. 9.* Mendoſa *de pactis lib. 1. c. 5. toto*, & plures relati à Morla *in emp. tit. de pactis in præmiſſ. n. 67.* Oſvval. *ad Don.*
3 *lib. 12. c. 22. lit. Z.* & à Valenzuel. *hîc num. 2.* † Et ratio redditur à Vazquez *in Diu. Thom. 1. 2. quæſt. 94.* quia ſicut ius naturale præcipit, vt inferiores obediant ſuperiorum mandatis, ſi inobedientes eſſent, magna eueniret in corpore myſtico diſſonantia membrorum cum ſuo capite, eodem prorſus modo & Princeps debet cum reliquo corpore conuenire, & cùm iure naturali teneatur fidem ſeruare, *leg. 1. D. de conſtit. pecun. cum vulg.* reſpectu eius iuris quod eum aſtringit ſubditus cenſetur, & ſic vtitur iure priuatorum in contractibus, qui cùm proueniant à iure gentium, *l. ex hoc iure D. de iuſt. & iu.* ius illud gentium ciuili poteſtate ſuperius eſt, & efficax ad agendum, vt notant Mench. *d. c. 3. n. 1.* & ego *lib. 1. obſeru. c. 1. n. 91. & ſeqq.* & poſt omnes nouiſſimè D. Ioan. del. Caſtillo *de Tertiis, c. 18. tot. maximè n. 2. & ſeqq.*

Quare etiam, quamvis doceri ſoleat Principem poſ- 4
ſe reuocare priuilegia merè gratuita à liberalitate eius prouenientia, non tamen poterit tollere alia, quæ ratione contractus fuerunt indulta veluti ſi in eis interuenerit pretium, vel aliud præſtitutum obſequium; nam huiuſmodi priuilegia ſuâ naturâ ſunt irreuocabilia, vt tenent Paul. *in l. digna vox. num. 6. C. de legib.* vbi etiam Bald. & alij relati à Suarez *d. alleg. 9. num. 5.* Caſtillo *lib. 5. quotid. controu. cap. 89. n. 91. & de Tertiis d. cap. 18. toto. maximè num. 151.* Cabedo 2. *part. deciſ. 75.* Villar. *in ſylua reſp. 8. ex num. 5. cum ſeq.* Giurb. *conſ. 94. num. 6.* qui etiam id extendunt ad ſucceſſores, quod eleganter confirmatur *in l. 1. ſupr. Ne fiſcus rem quam vend.* ibi, *Grauiſſimum verecundia mea dixit, vt cuius rei pretium ſemel fiſcus acceperit, eius controuerſiam refe-*
*rat.* † Quorum argumento dicendum quoque erit 5
quòd ſi Princeps concedat priuilegium nouis incolis alicuius oppidi nouiter adquiſiti, vt ſic faciliùs ciues ad eius incolatum inuitentur, *Para los que vienen a poblar el tal lugar como ſucedio en las Alpuiarras de Granada al tiempo que ſe leuantaron los Moriſcos*, hoc priuilegium non eſſe merè gratuitum, ſed contractum, oneroſum & reciprocum, *argum. l. Aquilius 27. l. ſi pater 34. §. fin. D. de donatio.* ita vt Princeps concedit priuilegium, aut exemptionem, & vaſſallus qui ad habitandum ſe contulit, offert habitationem, quapropter illud priuilegium irreuocabile erit in fauorem eorum, qui habitauerint oppidum Principis, fidem ſecuti *l. 2. D. de iure immunit.* ita agnoſcunt Caccialup. *in leg. omnes populi num. 181. de iuſt. & iur.* Alexand. *conſil. 54. num. 12. volum. 4.* Sforcia *conſil. 23. num. 8. & 9.* & latè
Villar. *dict. reſponſ. 8. num. 5.* † quæ doctrina habebit 6
etiam locum in priuilegio exemptionis & immunitatis, honoris maximi pleno, quod indulgentia Maximi Principis Ioannis II. Caſtellæ Regis obtinuit Antiquaria mea, inter Bæticæ vrbes ſi non maxima, certè non inferior, ſplendidiſſima quidem, regionibus, ciuibus, aquis, paſcuis & omni denique ad vitam humanam neceſſario penu nobilis, ſerie ſæculorum antiquiſſima, vnde illi nomen, armipotens, vt titulos, quibus ornat ſuam Tytum Vlpian. *in leg. 1. ff. de cenſibus*, in meliores poſſeſſores transferam. Nam cùm illo ſæculo Rex noſter nequiret ab obſidione Regis Maurorum Granatenſium eam defendere, aliis impeditus curis, ciuibúſque noſtris ſcripſiſſet, vt vrbem Mauris derelinquerent, cum eis auxilium præbere nequiret, ipſi ne vrbs pulcherrima, & in cuius recuperatione glorioſus Ferdinandus, qui poſtea Aragonum Rex fuit creatus, tantum inſudauerat ex deſperatione animo contracto, mulieribus etiam ſuppetias præbentibus, ita animosè in Mauros irruerunt, vt multis profligatis & occiſis Regem Maurorum in tutiora ſui Regni loca fugere obſeſſu relicto coëgerint. Ob quod egregium facinus Ioann. II. ciuibus priuilegium magnum conceſſit, vt omnes Antiquarienſes vbicumque degerent ab omnibus tributis, gabellis & collectis immunes eſſent. Quod cùm non fuerit gratuitum, ſed ob inſignia Regiæ coronæ exhibita ſeruitia, minimè poterit reuocari, *argum. dict. leg. pater 34. §. fin. ff. de donationib.* ibi, *Si quis aliquem à latrunculis, vel hoſtibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipſo accipiat, hæc donatio irreuocabilis eſt.* Quia talis immunitas data eſt in remunerationem ſeruitiorum, ſeu meritorum, & ſic cenſetur actus oneroſus, & vim habere contractus, *leg. ſed. ſi lege, §. conſuluit. de pet. hæred.* Nam licèt ſubditi fidelitatem Regi debeant, ſi tamen pro honore Principis & defenſione patriæ pericula ſubierint, digni ſunt remuneratione, *leg. fin. 1 infr. de Præpoſ. agent. in reb.* docent Marienz. *in leg. 1. titul. 10. gloſſ. 1. num. 4. & 5. Recop.* & ſic minimè reuocari poterit, quia tranſit in naturam contractus, obſeruat Cabedo 2. *part. deciſ. 19. num. 1.* Giurb. *conſ. 59. num. 61. verſ. Alia verò*

*& conſ.* 94. *num.* 8. Caſtillo *tom.* 5. *cap.* 89. *num.* 86. Additio Molinæ *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 7. poſt eundem Molin. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. & DD. *in cap. intellecto, de iureiur.* Præcipuè cũ . nnis præteritis in controuerſiam priuilegio adducto iam à Rege noſtro Philippo III. acceptis tranſactionis gratia centum ſeptuaginta millibus ducatorum confirmationem omnimodam acceperit, *argum. l. Cæſar.* 15. *ff. de publican. leg. donationes* 26. *Cod. de donation. inter vir.* notat Platea *hic num.* 2. poſt Bart. *n.* 4. & alios, quos recenſet Valenzuel *num.* 2. Nec tranſactio etiam impugnari poterit, etſi ſe læſum dicat Princeps, vt notat Bardell. *conſ.* 19. *toto*, & cum aliis Giub. *d. conſ.* 94. *num.* 8. Ex quo cùm hæc ciuitas habita fuerit pro derelicta à Rege Ioanne II. & ciues abſque eo ſeſe defenderint à Maurorum inuaſione, debebit habere & computare inter propria ſua bona non ſolùm terminos ei aſſignatos, qui à Principe aliàs ſolent concedi in dotem, vt poſſint viuere ciues & armenta ſua, ex traditis à Bobadill. *lib.* 2. *pol. c.* 16. *num.* 149. *& lib.* 5. *c.* 4. *num.* 3. Auendan. *de cenſib. cap.* 68. *num.* 11. Otero *de paſcuis, cap.* 9. *n.* 2. Verùm & illas terras quæ apud nos dicuntur *Realegas e Valdias*, quæ ſunt terræ, quæ inter terminos ciuitatum continentur, montuoſæ, liberæ & vacuæ & ceruidæ, nec deputatæ à lege ad aliquem vſum, vt explicat Auendan. *dict. cap.* 4. *num.* 9. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recop. num.* 3. *& ſeq.* Otero *ſupr. numer.* 16. Solorzan. *de iure Indiar. lib.* 2. *capit.* 6. *num.* 92. Nam peculiare & præcipuum hoc habet Antiquaria noſtra inter cæteras vrbes Hiſpaniæ, vt ſuos terminos iam pro derelictis habitos à Rege, & à Mauris iam occupatos defenderit, & tutauerit, & ſic adquiſiuit, & proprios effecit, *argum. l.* 2. *ff. pro derelicto*, ibi, *Quia qui rem dereliquit, eam quodammodo occupanti, concedit, leg. quod ſeruus* 36. *ff. de ſtip. ſeru.* & ſic in ſuo dominio retinet non ſolùm terminos, ſed & illas terras ceruidas, vt docent in propoſito Auendan. *d. cap.* 4. *num.* 4. Solorzan. *d. cap.* 6. *num.* 97. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 29. Pereyra *de empt. capit.* 21. *num.* 6. Cancer. *lib.* 3. *var. tit. de ſeruitut. ex num.* 57. Hermoſilla 2. *tom. in l.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 3. *num.* 8. *fol.* 88. vt tanquam vacantes, & quæ iam non erant in alicuius bonis reputentur, & ſic occupanti ſint conceſſæ, id eſt, ciuibus noſtris. Cabed. *deciſ.* 18. *num.* 17. *part.* 2. *lit. B, concluſ.* 115. *numer.* 5. Solorz. *ſupr. num.* 81. Quapropter minimè poterunt peti à Regiis fiſcalibus.

7 Quod verò de priuilegio Principis, quod in vim contractus tranſiuit, *ſupra* aſſeruimus, adeò verum eſt, vt etſi tali priuilegio ille, in quem collatum eſt, non fuerit vſus, adhuc habebit ſuas vires, & contra illud non poterit opponi præſcriptionis exceptio ordinaria decem, vel viginti annorum, ſed longiſſima erit neceſſaria, *l. ſicut* 5. *C. de præſcript. triginta*, notant Felin. *in c. cum acceſſiſſent, num.* 27. *verſ. ſecundò declaratur, de conſtit.* Hier. Gabriel. *conſil.* 151. *num.* 11. *volum.* 2. Surd. *conſil.* 419. *num.* 30. Mandell. *conſil.* 111. *num.* 22. Menchac. *controuerſ. uſufreq. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. *verſ. quia*, & nos dicemus *ad titul. infr. de his quis ſpontè munera publ.*

8 Exci it noſtra lex à capitationis contributione Theſſalonicenſem Eccleſiam (de capitatione dicam in *tit. infr. de capitatione ciuium*,) prout etiam conſtituit *l. ſacroſancta* 8. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* tanquam Metropolim Macedoniæ & Daciæ, vt conſtat ex Theodorito *lib.* 2. *cap.* 4. *& libro* 5. *cap.* 17. & Pancirol. *ſupr. d. cap.* 23. in qua vrbe ſedes erat Præfecti prætorio Illyrici, quam ob cauſam præfectum Theſſalonicæ vocat eum Cedrenus, videnda *Nouell.* 11. quæ eſt *Auth. de priuileg. Archiep. Iuſtin. primæ.* Huic ergo Eccleſiæ remittitur capitatio, cæteris verò non item, ſed ius eſſe in contrarium, docemur *leg. placet*, *& leg. de his*, *ſupr. de Epiſcop. & Cler.* Sed apud nos multæ ſunt leges quæ diſponunt qualiter ſeruanda ſit immunitas Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis *leg.* 11. *& toto tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* de quibus noſtrates latè agunt; nos verò ad alia properamus.

## TIT. XVII.

### *De Indictionibus.*

Vide quæ pertinent ad hunc titulum ſcripta *in l.* 3. *ſupra, de annonis & tributis.*

## TIT. XVIII.

### *De ſuperindicto.*

Vide quæ diximus *in dicta lege tertia, de ann. & tribut.*

## TIT. XIX.

### *De exactoribus tributorum.*

*SVMMARIVM.*

1 *Quis ſit exactor propriè, & quoad hunc titulum?* & num. 2.
3 *Exactores & publicani idem ſunt.*
4 *Qui ſint opinatores & opinio?*
5 *Exactio prius fuit penes publicanos, deinde ad Præſides & Iudices prouinciarum pertinuit.*
6 *Varia exactorum nomina tum apud antiquos, tum apud nos.*
7 *Officium exactorum non cenſetur ſordidum.*

Exactor ſimpliciter, vt credo cum Lipſio
*in not. ad Tacit. libro* 3. *annal. in margine* 1
*pag.* 129. *in par.* is eſt, qui fructus prædio-
rum, nomina, pecuniaſque petit, ſeu efflagi-
tat, vt apud Plaut. *in Trinumm. act.* 2. *ſcen.* 6. *ver.* 26.
*Quas (Drachmas) ſponſione pro nuper exactus es.*
& *in Bachid. Hodie exigam aurum hoc.* Agellius *libro*
15. *Attic. capit.* 14. *ſeſe maximas pecunias exactos eſſe.*
† Quoad hunc titulum propriè dicitur qui pecunias
fiſcales, vel tributa Principi debita exagitant, *leg.* 2. 2
*ſupr. de conuen. fiſci debit. leg.* 3. *infr. de apochis publ. leg.* 1.
*& tot. infr. de executor. & exact.* inde dicta exactio
nummaria *in leg.* 3. *C. Th. de ſuariis*, & annonaria *in leg.*
12. *Cod. Th. de appellation. leg.* 8. *Cod. Th. de decurion.*
fiſcalium tributorum exactionem dixit Caſſiod. *lib.* 6.
*epiſt.* 21. Imperatorum exactores & annuas fiſcario-
rum præſtationes exigentes. Firmic. *libro.* 4. *cap.* 3 ob-
ſeruat Buleng. *libro* 6. *de Imp. Rom. cap.* 51. *& libro* 9.
*cap.* 3. dixi *ad leg.* 3. *ſupr. de annon.* Hi exactores *publica-* 3
*ni* dicti ſunt quoque, nam in genere comprehendunt
omnes eos, qui conducta habent vectigalia publica,
ſiue per ſe, ſiue per alios tributa exigentes, *titul. ff. de*
*publicanis*, notat Buleng. *dict. cap.* 3. † Dicuntur etiam 4
opinatores, *leg. miſſi.* 7. *infr. leg. opinatores* 11. *infrà de*
*erogat. mil. ann.* Symmach. *libro.* 9. *epiſt.* 47. vbi rectè ad-
uertit Franc. Iuretus *opinionem* aliquando ſumi pro
cenſus vel æſtimatione, quia exactores opinarentur,
vel æſtimabant quanti ſpecies adærandæ, vel taxan-
dæ forent, quem ſequitur Bulenger. eius verba tran-
ſcribens. *libro* 5. *de Imp. capite* 41. & ſuo more Au-
ctorem præteriit, & Alciat. *libro* 8. *parerg. capite* 12.
Cuiac. *in dict. leg. miſſi*, & ante omnes Lucas & Plat.
& Pyrrhus *ibidem*, quibus adde *leg. fin. infrà de præd.*
*nauicul. leg. fin. infrà de collat. fund. fiſcal.* Aliis etiam
hominibus

5 *execut. & exact.* † Principio credo hanc exactionem penes publicanos extitiſſe, vt coniectari licet ex *leg. deprecatio. ff. ad leg. Rhod.* ibi, *direpti ſumus à publicanis*, nam naufragium ſibi vindicabant publicani tanquam ius fiſcale, vt dixi *libr. 1. obſeru. cap. 1. num. 73. 75. & 76.* & latiùs dicam *in titul. infr. de naufragio.* Poſtea verò fortaſſe vt exactio meliùs fieret, & tyrannidi publicanorum obuiaretur, ad præſides & Iudices prouinciarum pertinuit, *leg. 2. & 7. h. t. leg. iudices 11. ſupr. de annon. & trib. leg. 2. Cod. de officio præfect. Auguſt.* aduertunt Gothofr. *in dict. leg. 7.* Pancirol. *libro 2. variar.*
6 *cap. 243.* Buleng. *libro 3. de Imp. Rom. cap. 28.* † Deinde ad varios hæc res peruenit, qui modò actores, apparitores, exactores, centenarij, ducenarij dicuntur in hoc titulo, & apud nos *Almoiarifes, alcabaleros, cogedores, arrendadores, Recaudadores de las rentas y pechos Reales* dicuntur *in leg. 52. tit. 5. part. 5. & leg. 25. tit. 9. part. 2. toto tit. 14. libro 6. Recop. & titul. 14. & 16. libro 9. Recop.*
7 † Et cùm tributorum exactio illuſtre ſit Reipublicæ munimentum, quoniam in eis conſiſtunt nerui Reipublicæ, vt conſiderat Bellus *libr. 2. rer. politic. cap. 79.* nam nulla quies eſſe poteſt ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis, teſte Tacito *libro 4. hiſt.* hoc officium magnæ confidentiæ habitum eſt *l. 10. titulo 18. parte 4.* & præmiis afficitur *dict. leg. 25. partita*, & ita minimè ſordidum & vile cenſeri debet, *l. libertus 17. §. exigendi 7. Digeſt. ad municipalem*, notat Platea *in rubr. ſupr. de annon. & trib.* & contra Tiraq. *de nobilit. capit. 34. numer. 32.* Valenzuel. *hic numer. 3.*

## LEX I.

*Imp.* CONSTANTIN. A.

Ducenarij & Centenarij, ſiue Sexagenarij, non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire, quàm à tabulario ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum: quam quidem exactionem ſine omni fieri concuſſione oportet.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui Ducenarij, Centenarij & Sexagenarij dicantur, hac lege variè diſcuſſum,* & num. 2. 3. 4. 5. & 6.
7 *Enuntiatio quæ ex hac lege colligitur.*
8 *Breues qui dicantur.*
9 *Noſtræ legis deciſio extenditur, vt ſi tabularij adnotatio non oſtenditur, exactori licitè reſiſtere poſſit debitor, & adducitur* l. 2. tit. 19. lib. 6. Recop. *& in propoſito expenditur quomodo ſit intelligenda.*
10 *Examinatur D. Franc. de Alfaro traditio, qui exiſtimat fiſcum ex ſuis rationibus habere fundatam ſuam intentionem, & de fide librorum mercatorum,* & n. 11. & 16.
12 *Explicatur* l. 4. C. de probationib. *& de Principis diſpenſatore,* & n. 13.
14 *Fiſci libri debent exhiberi ad probationem ſolutionis quando apocha amiſſa ſit,* & n. 15.
17 *Quo in caſu ſit admittenda Alfari traditio?*
18 *Exactores ſi vltra formam & modum dolo aliquid plus exegerint, puniuntur tanquam fures.*
19 *Publicanus ſi plus exigit, aut damnum facit, poteſt contra ipſum agi vel furti, vel damni, vel vi bonorum raptorum, & expenditur* l. 2. C. ex quib. cauſ. infam. & num. 20.
21 *Nec ſolùm iis pœnis plectitur publicanus, ſi plus exigat, verùm & in duplum damnatur, & peræquatur in quadruplum.*
22 *Iure regio quomodo fiat exactio tributorum, remiſſiuè.*

QVI ſint *Ducenarij* hîc, qui *centenarij*, variè & obſcurè declarant Auctores. Nam *Ducenarius*, teſte Vegetio *lib. 2. de re milit. c. 8.* dicebatur qui duas centurias, ſeu ducentos homines ducebat in acie, agnoſcunt Pancirol. *lib. 2. var. c. 190. & 243. & in Not. Orient. c. 20.* & ſuo more breuiter tetigit Guther. *de offic. dom. Aug. lib. 2. c. 15. ad fi.* † In adminiſtratione ciuili fuerunt 1
*ducenarij* Procuratores qui per prouincias colligendis publicis redditibus conſtituebantur, & pro ſtipendio ducenta millia nummûm, ſeu, quod idem eſt, ducenta ſeſtertia accipiebant, & qui centena, *centenarij*, & qui ſexagena, *ſexagenarij* nuncupabantur, ab ſtipendio nomine ſumpto, & ab Auguſto inſtituti, ſi fides Dioni *lib. 53.* ita affirmant Briſſon. Schar. & Caluin. *verb. ducenarij.* Torrent. *ad Suet. Claud. c. 24.* vbi etiam Caſaubon. & Theod. Pulman. Bulenger. *lib. 6. de Imp. Rom. c. 50.* & ante omnes Cuiac. *hîc*, & Marcell. Donat. *in Suet. Claud. cap. 24.* † Salmaſius quoque ad Capito- 3
lini Pertinacem, ad illa verba, quæ hanc ſententiam probare videntur, *ad ducenum H. S. ſtipendium tranſlatus in Daciam in Daciam*, comprobat veteris lapidis auctoritate, qui reperitur in Antiquaria noſtra, vbi ita legitur, PRO. AVG. PROV. BÆTI. AD DVCEN. ACCIPIENDA. id eſt *Procuratori Auguſti Prouinciæ Bæticæ ad ducena accipienda.* Quaſi diceret Procuratori Ducenario, ſic enim plerumque loquebantur Romani *ducena, centena*, non adiectis ſeſtertiis. Lapidem ego agnoſco, ſed falsò & corruptè tranſcriptus miſſus eſt ad Salmaſiium. Legi & vidi multoties, ſuppoſitus eſt hic lapis ſtatuæ pulcerrimæ P. Magnij in foſo Tabellionum ab Antiquarienſibus noſtris nuncupato *la plaça alta*, ita exaratus eſt. P. MAGNIO, Q. F. QVIR. MAGONIANO. TR. MIL. IIII. PROC. AVG. XX. ET TR. PER. HIS. BÆT. ET. LVSITA. ITEM. PROC. AVG. PROV. BÆT. AD DVCEN. ACILI. PLEC. AMICO ET BENE DE PROVINCIA SEMPER MERITO. DD.

Verùm hæc ſententia mihi ex eo diſplicuit, quia 4
minimè nobis huius officij naturam adaperit, neque videtur conuenire cum diſpoſitione legis noſtræ, & lapidis *ſuprà* adducti. Quare veritati propiùs acceſſiſſe videntur P. Greg. *lib. 47. ſyntag. cap. 23. n. 3.* Budæus *lib. 3. de aſſe*, & Marcell. Donat. *ſuprà.* Cuiac. *lib. 21. obſeru. cap. 31. in fin.* & Oſvval. *ad Donell. lib. 17. c. 24. lit. X*, qui exiſtimant Ducenarios habuiſſe iudicandi munus, nam cùm olim eſſent duæ decuriæ, cùm tot eſſent iudicantium ordines & iudicia Patritiis ac Equitibus adiudicata, Cicerone teſte *2. in Verr.* Tertiam adiecit Antonius poſt cædem Cæſaris, poſtea Auguſtus quartam decuriam addidit ex inferiori cenſu quæ Ducenariorum vocata eſt (id eſt, quæ ducenta ſeſtertia, ſiue 5000. ducatos, dimidium cenſus equeſtris) & iudicabat de leuioribus ſummis, vt docemur auctoritate Suetonij *in Aug. c. 32.* ibi, *Ad tres iudicum decurias quartam addixit ex inferiori cenſu, quæ ducenariorum vocaretur, iudicarétque de leuioribus ſummis.* Alias decurias adiecerunt Caligula & Galba, vt idem Sueton. tradit in eis *c. 16. & c. 14.* quæ videntur inferiorem cenſum requiſiiſſe, vnde *centenarij & ſexagenarij*, dicti ab ipſo cenſu, ſicut dicebantur *liberti centenarij*, qui centũ millium ſeſtertium patrimonium habebant, *§. ſed noſtra, Inſt. de ſucceſſ. liber. l. ſi libertus 16. in princ. ff. de iure patron.* † Hinc fortaſſe ad exemplum vel militiæ, vt dixi- 5
mus ex Vegetio, vel decuriarum hoc nomen ad fiſcum traductum eſt, & *Ducenarius Procurator* dici

cœpit, vt legimus in Suetonij Claudio *c.24.* qui ducẽtis officialibus, ſeu apparitoribus præerat ad tributa fiſcalia colligenda. Procuratoris nomen diductũ à Procuratore Cæſaris, qui omnem rem dominicã adminiſtrabat, vnde *ſummæ rei Procurator* nuncupatur *in l.3. C. ſi propter publ. penſit. & in l. dominicis 7. C. vbi cauſ. fiſcal.* cũ notatis à Gutierr. *de offic. domus Aug. lib.3. c.33. & ſeq.* & dixi *in l.2. ſup. de iure fiſci*, & cẽtenatij nomen fuit ei, qui minorem dignitatẽ, ſeu miniſteriũ exercebat. Apulei. *lib.7. de Aſino, paululùm poſt principium.* ibi, *Nam Procuratorem Principis ducenaria perfunctum, pertereuntem fuerat aggreſſus*, meminit etiam D. Cyprian. *epiſt.68.* & conſtat ex *l.3. infr. de agent. in reb. leg.1. leg. ducenarios 9. Cod. Th. de exaction. leg. ſcriniis 7. &*
6 *toto tit. Cod. Th. de palatin. ſacrar. largit.* † Ob idque ducena & centena dignitas connumeratur inter agentes in rebus, *in l.4. & 5. infr. de agentib. in reb. leg.2. §. & hæc 19. Cod. de officio præf. prætor. Afric. & l.1. C. de officio Mag. offic.* Agentes autem in rebus in cura erant vehendarum ſpecierum, ſeu pecuniarum, quæ ex tributis colligebantur, vt in eo titulo dicam. Docent *ſup.* adducti, & Buleng. *lib.6. de Imp. Rom. c.50.* ſed ita omnes confuſè, vt vix ſcire poſſimus radicitus veram horum Officialium dignitatem. Neque mirum eſt cùm ſciamus hanc publicanorum ſocietatem multos habuiſſe Officiales, decumanos, mancipes, redemptores, magiſtros, promagiſtros, coactores, exactores, ſeruos, familiares, & alios, qui publicanorum muneri deſeruiebant, qui omnes dicebantur familia publicanorum, ſeu corpus publicanorum, Symmach. *lib.10. epiſt.58. l.1. ff. de publicanis*, obſeruat Buleng. *lib.9. de Imp. c.3. verſ. igitur publicani.*

7 Hi ergo Ducenarij hac lege prohibentur cùm debita fiſcalia exegerint, debitores conuenire, niſi priùs à
8 tabulario ciuitatis breues accipiant debitorum † *Breues*, ſeu *Breuia*, (nam & maſculino & neutro genere pronuntiantur) ſunt libelli, ſeu chartulæ, quæ ab ſcrinio Principis manebant, vel ad Principem deferebantur *l. fin. ſupr. de conuenien. fiſci debitor, l.1. infr. de apochis, l.3. infr. de canon. largit. tit. l.3. C. Th. de indulg. debitor. l.2. Cod. Th. de bon. vacan. l.1. C. Th. de ſtudiis liberal.* cum aliis infinitis. Lamprid. *in Alex.* Caſſiod. *lib.5. epiſt.31.* Symmach. *lib.10. epiſt.48. & 60.* explicant Mercer. *lib.2. opinio. c.17.* Stevvech. *ad Veget. lib.2. de re mil. c.19.* & Caluin. *de verb. iur. verb. Breuis*, poſt Gothofr. *in rubr. de quadrimeſt. Breuib.* Cuiac. *in l.5. Cod. de probat.* Iuret. *ad Symm. lib.10. c.48.* Buleng. *ſupr. lib.3. c.12. verſ. breue ſæpe.* Gutierr. *de offic. dom. Aug. lib.3. c.9. verſ. ſunt & notarij.* Pro paruulo libro memoriæ cauſa vſurpato apud nos dicitur *Memorial*, vt de Alexandro narrat Lampridius, *Milites ſuos ſic vbique ſciuit, vt in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militantium.* Vopiſc. *in Aurelian. Breue nominum conſcripſit, ac breue legit ſingulis, quorum nomina continebat*, idem in Boſono, *dabis ei iuxta breue infraſcriptum omnia quæ præcipimus.* Veget. *d. lib.2. c.19.* eo verbo eo in ſenſu vtitur, & alij quos omitto. Quoad noſtrum verò inſtitutum attinet, *Breues* ſunt libelli, vulgo dicti *los Padrones*, ſeu matriculæ continentes nomina & quantitates debitorum. Scribebantur à Tabulariis (de quibus dixi *in l.2. ſupr. de iure fiſci*) ad quorum curam ſpectabat id munus, vt conſtat ex Sidonio *lib.4. epiſt.11.* ibi, *tabularium in tributis*, & in eis comprehendebant nomina debitorum, & modum rationum, & reliquorum ſub actorum teſtificatione, vt conſtat ex *l.2. infr. de numerariis*, cum aliis *C. Th. illo tit.* & dicam *infr. in tit. de immun. nem. conced.*

9 Noſtræ legis diſpoſitio ita extenditur ab Interpretibus, vt debitores fiſcales poſſint petere ab exactore fiſcali, vt oſtendat eis librum, ſeu breue, vt quantum debeant cognoſcatur, vt *in Nouell. 128. cap.4.* quæ eſt *Auth. de collator, §. hoc autem iubemus, iuncta l.4. C. de fide inſtrum.* aliàs poterit exactori reſiſtere, iuxta *l. prohibitum, ſup. de iure fiſc.* notat Bart. Platea *n.1.* Rebuff. *n.3.* & Valenzuel. *n.3. hîc*, poſt Corſetum *ſing.44.* Florez *lib.2. var. quæſt.21. n.157.* Nam forma exactionis ita conſtituta eſt, vt ex tabulariorum ratione dependeat, non ex propria teſtificatione, *leg.2. infr. de executor, & exact.* quò pertinet *2. tit.19. lib.6. Recop.* quæ diſponit quòd ſi plauſtrarij, aut carrucarij cogãtur ab exactoribus tributorũ vectigalia, aut iura perſoluere & ipſi petierint breue, ſeu ſummarum deſcriptionem, vulgò *el arancel*, quâ continetur quantum quiſque ſoluturus eſt, ſi ipſi exactores id negent, & non oſtendant, manent liberi ab ipſo onere contributionis, & conſequenter eis impunè reſiſti poterit, quod egregiè non ſolùm ad plauſtrarios, verùm & ad quoſcumque, qui qualiacumque debent vectigalia & munera, ſeu tributa publica, extendit, Valenz. *hîc n.4.* Quod de conſuetudine non obtinere docet Florez *d. n.157.* cui fauet *l. contra 5. infr. de executor, & exact.* vbi in noſtro caſu ait lex, exactorum temeritatem qui contra hanc formam aliquid audent, *legitimè eſſe repellendam*, legitima verò repulſio excludit eam quæ fit facto, eſtque moderatè facta, & ſecundùm iuris regulas, ſcilicet pro teſtando, & appellando, & conquerendo coram Iudice, *l. defenſionis 7. ſup. de iure fiſc. leg. qui grauatos 5. infr. de cenſib.* qui non debebit permittere executoribus, nec delegato Principis excedere formam ſuæ commiſſionis. Bobadil. *lib.2. pol. c.21. n.95. & 98.* Salgad. *de Reg. protect. 4. p. c.4. n.15.*

Hinc naſcitur illud priuilegium fiſcale quod refert 10
Alfaro *de offic. fiſcal. gloſ.16. n.51.* vt fiſcus agere poſſit, & actionem fundatam habeat ex libro ſuarum rationum, quod auctoritate huius legis adſtruere conatur, ex forma tradita ab exactoribus tributorum fiſci, vt id ex ratione à tabulariis ſibi tradita faciant, neque aliud amplius requiratur. Sed contra eam ſententiam ipſe opponit duo iura, ſcilicet *l.2. ſup. de iure fiſci*, vbi tabulariorum computatio ad rem non facit, niſi Procuratoris Cæſaris fuerit confirmata ſententia, *& l. fin. ſup. de conuen. fiſc. deb.* † Verùm fortiora fundamenta 11
contra Alfarum præſtat *l. exemplo 7. C. de probatio.* ibi, *Vnde neque fiſcum, neque alium quemlibet ex ſuis ſubnotationibus debiti probationem præbere poſſe*, quæ verba nihil recipiunt interpretamentorum, & facit *cap. ad audientiam 13. de præſcriptio. & l.21. tit.28. p.3.* & hæc pars non eſt ſine ratione, quia liber rationum pro ſcribente nihil probat, vt *in d. l. exemplo, iuncta l. rationes 6. C. eod.* vt docet cum Genuen. & Menoch. Morl. *in em. tit.8. q.17. n.5. & 6.* Couarr. *pp. q.22. n.8.* Nicol. Genoa *de ſcriptur. priuat. lib.4. in pr. rub. de libris rationum*, iuncto Ludouiſ. *deciſ.475.* Farinac. *2. part. in nou. decis. 303. à n.1.* Menoch. *tom.5. conſil.457. n.18.* Bobadill. *lib.5. pol. cap.5. n.72.* Surd. *deciſ.312.* Quod & in fiſco procedere non eſt dubium ex *d. l. exemplo*, vbi Cuiac. & alij notant, & Valenzuel *in l. fin. ſup. de conu. fiſc. deb. n.5.* & in libris quoque mercatorum vt partitis in ſui fauorem ſcriptis non credatur, docent Greg. *in d. l.21. tit.28. p.3. verb. decimos.* Eſcobar *de raticcin. c.11. tot. & ſeq.* Surd. *conſ.543. & dec.199.* & de aliis ſimilibus quæſtionibus Rolan. *conſ.49. n.28. vol.* Beneuen. Strach. *de mercat. lib.2. ex n.52.* Charta *ciſ.127.* Gutier. *de iuram. 1. part. cap.40.* Ioſeph Ludou. *deciſ.88.* à quibus de hac re plenum tractatum inuenies, ex quibus venit improbanda Alfari ſententia.

Cui non fauet *leg. illata 4. C. de fide inſtrum.* (quam fortaſſe, & meliùs, pro ſua ſententia potuiſſet adducere,) vbi ſi diſpenſator probationem non habuerit, ſufficiet inſpectio rationum fiſcalium. Nam pro huius difficultatis explicatione, omiſſo Platea *in d. leg. fin. C. de conu. fiſc. deb.* aduerto eam legem accipiendam de diſpenſatore Principis, qui accepta & expenſa rationibus

infert

inſert, & cui familiæ ratione commiſſæ erant, qui pecunias & cauſas familiares adminiſtrat, veluti œconomus. Fuerunt diſpenſatores in ſeruorum numero, vt patet ex Tacito *libro 1.hiſtor.* ibi, *Galbæ corpus diſpenſator Argius è primoribus ſeruis humili ſepultura contexit*, & Plin.*libr.33.cap.11. Claudij principatu ſeruus eius Druſillanus diſpenſator Hiſpaniæ citerioris quingenariam lancem habuit*, clariùs id expreſſum eſt noſtro iure *l.nominatim 24.ff.de manum.teſt.l.Thais 41.§.hærede 15.ff.de fideicomm.libert.l.diſpenſatori 51.l.diſpenſatorem 62. ff.de ſolutio l.vrbana 166.ff.de verb. ſign. l.omnes 35. §. hoc nihilominus 4.Cod.de Epiſc. & cler.* docent Beroal. *ad Sueton.in Aug.cap.67.* vbi etiam Torrent. *& in Othone c.5.* Demſter. *ad Roſin. libro 5. antiq. in Paralip.cap.26. verſic.denique priuatorum.* Pancirol. *libro 1. var. cap.45.* Rader. *ad Martial.libro 5.epiſt.43.* Geuarr. *ad Statium lib.3.Syluar.de lacrymis Hetruſci*, ad illud,

*——Iam creditur vni.*
*Sanctarum digeſtus opum.*

Ethard. *ad Petron.in ſatyric.cap.30.* ad illa verba, *Procurator rationes accipiebat*, vbi etiam Hiſpanus noſter Salas *pag.113.* Briſſon.Schar. Caluin. *in lexicis, verb. di-*
13 *ſpenſator.* & Cuiac. *in d.l.vrbana.* † Poſteriorum Imperatorum æuo hanc diſpenſationem credo pertinuiſſe ad Theſaurarios, ſeu Rationales ſummarum, comites metallorum, quibus cura erat tractandæ pecuniæ Principis cùm etiam res fiſcales tractabant, *l.1.C.ſi aduerſ.fiſc.* & ad officium Comitis ſacrarum largitionum pertinebat tale officium, vt videre eſt ex *tit. C. Th.de his qui cum diſpenſatore contraxerunt.* vbi cum exactoribus confunduntur, Comes verò ſacrarum largitionum erat, qui olim præfectus ærarij, vt dicam *tit. de*
14 *canon.larg.tit. in rubr.* † Quo præſuppoſito Gordian. *in d.l.illatæ*, ait quod ſi diſpenſator, ſeu exactor (nam horum officium idem eſt ex *tit.C.Th.*) de recepta pecunia apocham collatori, ſeu debitori dederit, & poſtea cùm ea ſumma ab eodem repeteretur, apocham, ſeu inſtrumentum ſolutionis amiſiſſet, amiſſum eſſe probare non poterit, ea lege permittitur vt poſſit petere à fiſco edi ſibi librum fiſcalium rationum, in quo ſunt deſcriptæ ſolutionum receptiones ad exceptionem fundandam, vel probandam, nam licet actor non poſſit petere à reo inſtrumentum ad fundandam ſuam intentionem, *l.qui accuſare, cum ſeqq. C.de edendo iuncta l.nimis graue 7.C.de reſtib.c.1.* vbi omnes, *de probation.* cum adductis ab Imperatoribus in dictis iuribus, Donell. *lib.23.com.c.6.* vbi Oſvval. Menoch. *de arbitr. caſ.499.* Valaſc. *de iure emph.q.8.* Ant.Faber *in C.illo tit. diff.6.& ſeq.* Gutier. *conſ.46.* Genoa *de priuat.ſcript.li-*
15 *bro 4.tit.de libris rationum, ex num.139.* † Tamen ſi reus inſtrumentum amiſerit, rectè poterit agere aduersùs fiſcum tanquam contra quemlibet priuatum, vt ſibi rationum & ſolutionis copia ex libris publicis exhibeatur, vt ſciri poſſit quantum debitor ſoluerit, *l.non eſt 5.cum ſeq.l.fin.C.de edendo*, vbi explicant omnes, & Donel.*d.c.6.* vbi Oſvval.*lit.K.* Genoa *d.lib.4.tit.de libris fiſcal.pag.237.* & notauit Caſtrenſ. *in d. l. illata.* Vnde conſtat non eſſe fidem adhibendam libro fiſcalium rationum, ita vt ex eis executio fieri poſſit, niſi accepti & habiti ita conſtet ratio, vt publica Tabellionis ſubſcriptione ſignata ſit, quod in libris regij patrimonij, qui habentur in ea portione bonorum, quæ à Mauris confiſcata fuer .nt tempore rebellionis Granatenſis, & in eo regio conuentu de eis diſceptari ſolet, vulgo dictum *conſejo de Poblacion*, ita practicari vidi, cùm fiſcalia iura ibi tuerer.

16 Neque Alſari ſententiæ fauet lex noſtra, dum vult ex breuibus à tabulariis exhibitis exactionem eſſe faciendam, nam non probat fiſcum ex ſuis libris actionem habere, ſed exactionem fieri ab exactore non debere antequam breues debitorum accipiant, ad hoc vt ſciant, quid & à quibus ſit petendum, non tamen ſequitur inde breuem ipſo iure actionem introducere, *d. l. exemplo, Cod. de probat.* niſi à iudice approbatum fuerit debitum, *l.infr. de apoch.* not. Florez *libro 2.var. queſt.21.num.13. & ſeqq.* Ad quod facit matriculam non probare quem eſſe prout ibi reperitur ſcriptus, vt de matricula nobiliorum obſeruat Garcia *de nobil.gl.4. ex num.7.* Ludouiſ. *deciſ.372.num.4.* Otalor. *de nobil. 3.p. tertia princ.cap.4.*

Alſari verò opinio ita procedere poſſet, quando 17
ad collectarum diſtributionem fieret æſtimum, ſeu regiſtrum de omnibus rebus poſſeſſorum qui medio iuramento tenentur illa manifeſtare, & eis citatis fit diſtributio, vt docet Florez *ſupr.num.18.* poſt Feſtaſium *de collectis 1.p.1. à num.39.* Tunc enim cùm fiat ſcriptura publica, quæ apud nos dicitur *el padron*, & approbetur à Iudice, vt dixi, ea ſufficiet ad executionem, & ratio eſt, quia talis liber, aut matricula habe .ur tanquam publica ſcriptura, vt cenſent plures, quos refert Genoa *de priuat.ſcript.libro 5.tit.de libro æſtimi, q.1.n.6. 7.& 12.* Tunc etiam, quia fit cum comparatione poſſeſſorum & debitorum, qui citantur ad hoc, vt contra æſtimũ reclamitent, ſi in aliquo grauati querantur, vt tradit Florez *ſupr. num.140.* Itaque tunc æſtimum magis ex conſenſu debitoris, ſeu ſe obligantis actionem inducit, *l.cenſualis 7. C. de dona.* Berret. *conſ.89. num.44.vol.1.* Maſcard. *de probat.concluſ.273.n.18.* Farinac. *conſ.11.num.43.* Genoa *ſupr.lib.5.tit.de lib.æſtimi, num.21.& 22.*

Cæpimus dicere exactionem exigere tributum ſine 18
breui tabulariorum, & ab eo recedere non poſſe. Nunc dicendum eſt quod ſi vltra quantitatem taxatam dolo aliquid extraxerit, vel abduxerit, tanquam fur erit puniendus, ita vt res tanquam furtiua efficiatur in vſu capabilis, *l.etiam 8.C.de furtis, l.1.§.dixerit, ff. de publican.l.miſſi 7.verſ.quod ſi infr.h.t.* quoniam etſi aliis locis ius contra fures multa & contra bonorum raptores conſtituerit, in his tamen iuribus contra publicanos ſpecialiter illud ſtatuit, *l.locatio 9.§.quod illicitè, ff. de publican.* vt ſic cohiberetur auaritia & incapacitas exactorum & publicanorum, de qua agemus latius *in l.2.infrà.* Nam licèt ante furti, aut rapinæ vetera iudicia conſtituta eſſent, vtile tamen prætor iudicauit facinus hoc publicanorum proprio quodam certoque iudicio notare, vt illi non modò tanquam fures, verùm etiam tanquam publicani fures punirentur, quod adſtruit *d.l.etiam*, ſi expendas dictionem illam *etiam*, quæ innuit alia quædam eſſe contra publicanos conſtituta, vt notauit *ibi* Acc. *ſchol.1.* & Sichard. *num.2.* iunctis quæ natura eius dictionis cumulat Barboſ. *de dictionib.c.112.* † Itaque ſi publicanus plus exegerit, aut 19
damnum fecerit, poterit vel ex edicto Prætoris, vel vi bonorum raptorum, damni, iniuriæ, vel furti contra eum agi, vt ex Pomponij auctoritate docet Vlp. *in l.1. §.& reſtituendi, D.de publican.* docet Platea *hîc num.2.* & ita eſt intelligenda *l.2.C.ex quib.cauſ.infam.* vbi dicitur publicanum qui plus debito exegerit, condemnatum in duplum, non cenſeri damnatum furti nomine, quaſi tunc dicat lex non eſſe infamem, quia furti actio famoſa eſt, *l.Athletas 4.§.fin.l.furti 6. D.de his qui notant infam.* At actio furti in duplum datur *§.pœna Inſtit.de obligat.quæ ex delict.l.in furti 50.D.de furtis, §.ex maleficiis. Inſtit.de action.* notat cum aliis Pichar. *in §.duplum 23.num.1. Inſtit.de action.* † Nam reſpon- 20
dendum & illam legem loqui quando agitur ex edicto Prætoris actione in factum ad duplum, quæ actio non eſt famoſa. At *d.l etiam*, procedit quando actione furti conuenitur publicanus, quo caſu infamis erit; & ſic in poteſtate actoris eſt hac, vel alia inſtituta actionis publicanum conueniendo infamem facere, vel non. Quia inſpicitur quo genere actionis quis vtatur, vt eleganter docet Bald. & Sichar. *in d.l.etiam, num.3. & 4.* ex quo etiam ſequetur

O 4 tem

rem illam à publicano abductam vſucapi nunquam poſſe, iuxta ea quæ latè notaui *lib.2.obſeru.capit.8. &*
21 *ſeq.* † Húcque ſpectat *l.vn.infr.de ſuper exactor.* vbi exactores in duplum damnantur prouincialibus debitoribus reſtituendum, ſi vltra debitum aliquid fuerit exactum, & per æquatores ac diſcuſſores (de quibus dicam *in tit. infr. de diſcuſſor.*) damnantur in quadruplum, ſi eorum occaſione damnum prouincialibus inferatur *in leg. per æquatores 6. infr. de cenſibus*, quæ leges cùm loquantur in diuerſis officiis, diſcuſſoribus nempe, & exactoribus, diuerſas pœnas ſtatuunt, vt ſic à difficultate facilè ſoluamur, quam præſenſit & ita diſcutit Platea & Valenzuel. *in d.l. vnic. de ſuperexact. num.6.*

22 Iure noſtro quomodo facienda ſit exactio tributorum, ſcriptum eſt *in l.5.& 6.tit.14.lib.6.Recop.* vbi notauit quoque Azeuedo.

## LEX II.

*Idem A. ad Populum.*

Nemo carcerem, plumbatarúmque verbera, aut pondera, aliáque ab inſolentia Iudicum reperta ſupplicia in debitorum ſolutionibus, vel à peruerſis, vel ab iratis Iudicibus expaueſcat. Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum eſt, & officialium & cum denotatione eorum Iudicum, quorum de officio certiores eſſe debebunt, qui contra hanc legem admiſerint. Securi iuxta Præſidem tranſeant ſolutores. Vel certè, ſi quis tam alienus ab humano ſenſu eſt, vt hac indulgentiâ ad contumaciam abutatur, contineatur aperta & libera, & in vſum hominum inſtituta cuſtodia militari. Si quis in obdurata nequitia permanebit, ad res eius omnémque ſubſtantiam exactor accedat: ſolutionis obſequio cum ſubſtantiæ proprietate ſuſcepto, quâ facultate præbitâ omnes fore credimus proniores ad ſoluenda ea, quæ ad noſtri vſum exercitus pro communi ſalute poſcuntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Damnatur ſæuitia exactorum in colligendis tributis, & oſtenditur quantum Princeps attendere debeat ne ſubditi vexentur?*
2 *Plumbatarum flagellum quod fuerit olim, explicantur varij loci tum auctorum, tum noſtri iuris*, & num.3.& 4.
5 *Ponderum genus in hac lege quid ſit?*
6 *De carceris pœna.*
7 *Publicani apud omnes exoſi, tum propter crudelitatem, tum propter violentias & rapacitatem*, & n.8. & 10.
9 *Deteſtatio noſtrorum exactorum.*
11 *Carcer ad continendos, non ad puniendos inuentus.*
12 *Tentatur explicatio illorum verborum noſtræ legis*, Carcer pœnalium, *&c. adducitur textus Codicis Theodoſiani, & eius explicatio, quam adducit Gutherrius, & reiiciuntur alias* & num.13.
14 *Proponitur vera mens illorum verborum*, & numer.15.
16 Pœnales *quo ſenſu hîc dicantur?*
17 *Variæ carcerum ſpecies remiſſiuè recenſentur.*
18 *Carcer cuſtodiæ cauſa introductus, non ob pœnam etſi de iure Canonico & regio loco pœnæ ſoleat dari*, & num.19.
20 *Carceris propria definitio, & reprobatur communis tradita à Bartolo.*
21 *In indulto generali Principis relaxati ſub fideiuſſore comprehenduntur tanquam incarcerati.*
22 *Carcer qui dicatur horribilis.*
23 *Quo ſenſu dicatur carcer mala manſio ab Vlpiano? explicantur multa loca, & diſſeritur de equuleo*, & num.24.25.
26 *Explicatur* l.1.infr.de cohortal. *cum aliis ſimilibus, & declaratur qui fuerint ſtationarij*, & num.27. *& agitur de ratione quare ſtationarij nequeunt habere carcerem*, & num.28.
29 L.ſi quis 8.C.de accuſat. *exornatur.*
30 *Delinquens in officio debet grauiter puniri, & officio priuari, atque ſententia, ſi appelletur non habet effectum ſuſpenſiuum appellatio*, & num.31.
32 *Delinquens in officio, etſi non citetur, poteſt condemnari, & interpretatur* l.ſi apparitor 6.infr.de cohortalib. *&* num.33.34.
35 *Iudex Eccleſiaſticus non poteſt incarcerare ſæcularem, niſi priùs inuocato brachio auxilij Iudicis laici.*
36 *Epiſcopus non habet armatam militiam, aut familiam, & reſpondetur fundamentis Martæ, explicatur* cap. attendendum 17.q.4.*&* n.37.
38 *Expenduntur* l.15.tit.1.lib.4. Recop. *& alia noſtri iuris leges*, & cap. cùm Epiſcopus de offic. ord. in 6. *&* cap. poſtulaſti, de homicidio. cap. poſtulaſti 14.de Iudæis, *& Concilij locus* num. 39. 40.41.& 42.
43 *Si Eccleſiaſticus laicum capiat, non inuocato brachio, poterit in regia curia pronunciari vim facere.*
44 *Si iudex laicus dederit auxilium Eccleſiaſtico, poterit ab eius impertitione appellari*, & numer. 47.48.
45 *Iudex ſæcularis ad exhibendum brachium cognoſcit de meritis actorum Eccleſiaſtici*, & numer.46.
49 *Concubina Clerici ſi capiatur non ſeruatâ formâ Concilij Trid.: ſi petat relaxationem à carcere, & non obtineat, Senatores declarabunt vim facere Eccleſiaſticum.*
50 *Concubinatus eſt mixti fori, ita vt de eo cognoſcat Iudex qui præuenit.*
51 *Iudex Eccleſiaſticus ad capiendam concubinam, & eam pœnis temporalibus afficiendam, debet ſeruare formam Concilij Tridentini, quod adſtruitur latiſſimè*, & n.52.53.54.& 56.
55 *Eccleſia ſolet antequam puniat priùs admonere peccatores.*
57 *Senatus Luſitaniæ deciſio in contrariam ſententiam, & Nauarri opinio explicatur*, & num.58.
59 *Declarationes Cardinalium ad Concilium quomodo ſint accipiendæ?*
60 *Si Eccleſiaſticus non obſeruauerit formam Concilij, etiamſi præueniat per capturam, poterit ſæcularis cognoſcere, & redditur ratio*, & num.61.
62 *Regius fiſcalis an poſſit incarcerare, etſi non habeat iuriſdictionem?*

PVBLICANORVM & exactorum ſumma ſæuitia & in colligendis tributis cruda durities in præſenti ab optimo Principe cohibetur. 1 Quoniam qui tributa exigit, violentiam fugere debet, qui plebeiorum animos maximè exulcerat, qui ipſam vitam paruifaciunt, ademptâ re, vel minimi pretij, & quod ſi ſuauiter expoſtularetur,

ſtularetur, libentiſſimè præſtarent, ſi flagris, verberibus, carceribus, excoriationibus, & quod magis eſt, verbis contumelioſis, afficiantur, ex deſperatione iram & furorem concipiunt, quo in principatu res nouæ moliri ſolent, & plerumque tumultus, quia licet ſeruitio ſueti, patientiam aliquando abrumpunt, armiſque omnia peſſundant. Rurſus, quia optimi Principes deteſtantur miſeros premi, commouentúrque & non querentium malis, vt ait Caſſiodor. *lib.*2. *ep.*25. Quare ne tenues deprimantur, quos magis decet ſubleuari, dúmque exactorum nimietas à potentibus contemnitur, in tenues conuerſa magis graſſatur (vt idem Caſſiod. *ep.*24. *eo libro* loquitur) hac ſalubri lege grauioribus malis medendum eſſe ratus Conſtantinus exactorum & Iudicum ſæuitiæ frænum iniicit, & extremam illam crudelitatem carceris, & plumbarum verberum reiicit, pœniſque propoſitis cohibet, *l.* 1. *C. de cuſtod. reor.*

2 Plumbarum, ſeu plumbatarum verbera erant flagelli genus, cuius ictibus homines contundebantur quovſque ſpiritum exhalaſſent, fiebat ex funiculis, in quorum extremitate glans ponebatur plumbea, & eis verberibus afficiebantur damnati; quod flagellum in paſſionibus ſanctorum Martyrum frequenter adhibebatur, vt conſtat ex D. Ambroſio *de paſſione Geruaſij & Protaſij*, quem adduxit Briſſon. & cum eo Schard. & Caluin. *verb. plumbatæ*, & Petr. Faber *lib.*2. *ſemeſt. cap.*8. *ad fin.* Cuiac. *in præſenti* Dorleans *ad Tacit. lib.*2. *ann. pag.* 226. Cerda *in aduerſar. c.* 128. *n.* 37. *& cap.* 124. *num.* 28. Guterr. *lib.* 3. *de officiis dom. Aug. c.* 10. *pag.* 498. Gothofr. *hic, & in l.* 40. *infr. de decurion.* & præter eos Baron. *in not. ad Martyrolog.* 8. *Idus Iunij de ſancto Arthemio.* & Stevvech. *ad Veget. lib.* 2. *c.* 23. *& lib.* 4. *c.* 129. qui adducunt Prudentium *in Periſtephan. de ſancto Romano Martyre:*

*Tundantur, inquit, terga crebris ictibus,*
*Plumbóque ceruix verberata extuberet.*
*Pulſatus ergo Martyr illa grandine,*
*Poſtquam inter ictus dixit hymnum plumbeos.*

Sic etiam & de SS. Adriano & Hyppolyto legimus Secundiani Præſidis iuſſu plumbatis cæſos. *Tunc Secundianus præcepit eos adduci ad pontem Antonini, & plumbatis cædi diutiſſimè vſque ad conſummationem eorum, cumque diutius cæderentur, emiſerunt ſpiritum.* Quo modo ferè omnes Martyrum paſſiones prodierunt in flagella-

3 tione. † De his, credo, accipiendum Terent. *in Adelph.* *Ad necem operiere loris* & Horatium *lib.* 1. *ſerm. Sat.* 3.

*Nec ſentica dignum horribili ſectere flagello.*

& Vlpian. *in l. aut damnum* 8. §. *nec ea* 3. *D. de pœnis*, illic. *Nec ea quidem pœna damnari quem oportet, vt verberibus necetur, vel virgis interimatur, quamvis plerique dum torquentur, deficere ſoleant.* quæ verba ad Martyres referenda exiſtimo. Nam Romani nullum niſi Sanctos illos ita ſolebant torquere, neque Paganus ille, & Chriſtianis infeſtiſſimus hoſtis Vlpianus alio potuit

4 reſpicere. † Horum flagellorum meminit *leg. quilibet* 40. *infr. de decurion.* ibi, *plumbatarum ictibus*, *l. qui relicto* 14. *C. Th. de cohortal. princip.* ibi, *Plumbatis coercendus eſt l.* 2. *C. Th. de quæſtion. l. Prouinciales* 7. *C. Th. h. t.* ibi, *Plumbi verbera*, *l. omnes* 85. *&* 117. *C. Th. de decurion. l. Iouianum* 53. *C. Th. de hæretic.* ibi, *Contuſum plumbo. l.* 1. *C. Th. de his qui potentior. nomina*, & de hoc tormento accipias *l.* 1. *infr. de numerar. & l.* 4. *C. Th. eo tit. dum tabularios equuleis & lacerationibus ſubdendos eſſe conſtituit.* Laceratio enim propria huius flagelli.

5 Subſequitur in noſtra lege, *Aut pondera*, quod genus pœnæ referri poteſt ad plumbea pondera grauiſſima, quibus onerabantur capti, vel pendentes torquebantur, collo impoſita, vel pedibus. Ammian. Marcellin. *lib.* 29. vbi fidiculas & verbera plumbeis ponderibus iungit, quem adducit Cuiac. *hic*, & Dorleans *ſupr.* vel ad catenas, aut vincula, quibus onerabantur rei, quæ non tantum fuerunt ſimplices, ſed plerumque duplices, & triplices Sueton. *in Neron. cap.* ... *à vinculis triplicium catenarum dixerit cauſam*, & Actuum cap. 21. *iuſſit Paulum ligari duabus catenis l. omnes* 23. *C. de pœnis*, ibi, *Catenarum ponderibus prægrauati.* Huc etiam reſpiciunt verba Caſſiodori, *lib.* 5. *epiſt.* 39. ibi, *exigentes verò aſſem publicum per grauamina ponderum premere dicuntur patrimonia poſſeſſorum, vt non tam exactio, quàm præda eſſe videatur, & lib.* 11. *indulg.* 4. inter cætera quæ de carcere cumulat, ait, *tactum pondere prementia defatigant.*

Nec his tormentis inferiori loco adaptari debet ſupplicium carceris, in quem coniiciebantur miſeri debitores, nam cùm ſupradictis fuſtigationibus æquiparetur, apertè cognoſcemus crudeliſſimum fuiſſe genus vexationis, ex *l. omnes* 23. *C. de pœnis, l.* 1. *C. Th. de cuſtod. reor.* Tertullian. *de reſurrect. car.* Caſſiodor. *lib.* 11. *ep.* 40. Aurel. Prudent. *in Periſteph. in hymno D. Vincentij*, & aliis, quos congerunt Petr. Faber *lib.* 2. *ſemeſt. cap.* 7. Dorleans *ad Tacit. lib.* 3. *ann. pag.* 360. ad illa verba, *militari cuſtodia* Noſter Ioan. de Solorzan. *lib.* 1. *de parricid. cap.* 23. *in fin.* & amicus noſter eruditus D. Petr. Pantoia *in l.* 1. *de aleator. pag.* 21. & nouiſſimè D. Anton. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 46. *ex n.* 1. *cum ſeq.* & præter eos Salgado *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 4. *n.* 1. Farin. *tom.* 2. *crim. quæſt.* 27. *in princ.* 6

His & aliis pœnarum generibus ſummáque violentia vtebantur publicani, & in miſeros debitores fiſcales deſæuiebant, ob quas cauſas ita exoſi & inuiſi fuerunt antiqui, vt hoc genus hominum malo publico natum cenſerent, tum propter immoderatam cupiditatem, tum propter rapinas & violentias, vt conſtat ex Tacito *lib.* 13. *annal.* ibi, *Temperandas planè publicanorum cupidines, ne per tot annos ſine querela tolerata nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent.* confert Symmach. *lib.* 5. *ep.* 62. *&* 65. vbi in eius notis miſcellaneis Franciſcus Iuratus, vir quidem eruditus, & magnæ lectionis, adduxit ſancti Laurentij Epiſcopi Mediolanenſis Homiliam, vbi publicanorum voracem & crudelem naturam depingit, quem locum Iurato acceptum fero, non Bulengero *lib.* 9. *de Imper. Rom. c.* 3. *pag.* 693. qui tacitè ab eo ſuffuruit. *Quid eſt* (inquit Epiſcopus) *publicanus? Prædo ſine pudore medius extermini, nonne caput rapinæ, & lex violentiæ. Nonnè immanior furibus publicanus; Fur namque, vel metuens furatur, hic autem delinquit confidenter. Fur laqueos legis timet, hic quidquid fecerit, legem putat, lex furem deterret ab illicitis: hic ad iniquum malitiæ ſuæ compendium legem trahit. Quis eo iniquior, qui verbis iuſtitiæ iuſtitiam damnat, & armis innocentiæ ſpoliat, vulnerat, occidit innocentes? lege vtique legem peruertit, & dum vrget ad legem, exlex eſt.* Non minus eleganter D. Chryſoſt. *de pœnitentia Achab.* ibi, *Quid peius publicano, dic mihi? alienarum calamitatum miniſter & negotiator eſt, alienos labores partitur, & cùm ſudoris non ſit particeps, lucrum ex alieno labore percipit. Nihil aliud eſt publicanus, quàm violentia licenter ſæuiens, legitima offenſio auaritia honeſto prætextu.* Saluian. *de gubernat. Dei lib.* 5. *ſub num.* 156. ibi, *Et quidem mirari poſſim quòd hoc non omnes omnino facerent tributarij pauperes, niſi quod vna cauſa tantum eſt, qua non faciunt, quia transferre illuc reſculas atque habitatiunculas ſuas atque familias non poſſunt. Nam plerique eorum agellos ac tabernacula ſua deſerunt, vt vim exactionis euadant.* † Claudat noſtri propoſiti agmen elegans & pia Imperatoris Maioriani Nouella *tit.* 4. *de indulgentiis reliquorum.* vbi inter alia ait. *Præfectiani ſiquidem atque Palatini, vel aliarum poteſtatum apparitores exactione ſuſcepta per prouincias diſcurrentes exactionibus poſſeſſorem concutiunt, & ita omnia pro arbitrio ſuæ deprædationis extorquent, vt cùm aliqua pars certa, vel minima publicis compendiis inferatur, duplum, aut amplius ſportulis auidus & prepotens exe-* 7 8

cutor

*cutor accipiat. Nunc vero canonicarios ſuperioris militiæ auctoritate terribiles,& in prouincialium viſcera & damna ſæuientes, nec arguere quiſquam apud prouincialem iudicem poteſt, cum reſupina apparitori prouincialis poteſtas famuletur ſubiecta, nec de longinquis regionibus cum magno ſumptu ad comitatum noſtrum venire audeat ille, qui queritur cui ſubditum patientia gemitum tolerabilior videtur depredatio ſæuientis, quàm ſub magno incommodo impetranda vltionis euentus. Hinc eſt quod per iniuriam compulſorum deſtitutæ ordinibus ciuitates idoneum nequeunt habere curialem, quod exigentium auctoritate perterriti poſſeſſores ſua tecta deſtituunt, cum non tam amiſſio fortunarum, ſed ſæua cuſtodia & ſuſpendiorum crudelitas formidetur, quæ immineat apparitor, & executio militaris pro commodo ſuæ cupiditatis exercet.*

9 † En lector bone, imago eorum quæ quotidie videmus,& in Curiis audimus de iſtis alguacellis appatitoribus & variis miniſtris executionum, de tributorum exactoribus,de tabellionibus, de receptoribus Cancellariarum, & aliis ſimilibus peſtibus in exitium hominum & malum publicum repertis. En quod vidit & plorat adhuc Bætica & vtraque Caſtella, cum tributum ſatis exigebatur, cui malo niſi Regis noſtri ſubueniret humanitas,his locuſtis & Maurorum hoſtilitate peioribus exactoribus Chriſtianitatis oblitis deuaſtabantur ciuitates & oppida. Bone Deus, quanta eorum ſæuitia, quanta crudelitas & pecuniarum fames canina! Sic ergo ô improbiſſimi hominum pecunia veſtra vobiſcum in perditionem,quam non ex burſis & arculis pauperculorum depromitis, ſed ex ipſis infelicium viſceribus, & cum ipſorum ſanguine

10 miſcetis. † Cucurrit calamus in deteſtationem homineſ ſcæleſtiſſimorum hominum, cùm animaduerterero ita exoſos olim publicanos, vt ob eam cauſam Iudæi Chriſto Domino exprobrarent quare cum publicanis & peccatoribus manducaret. Vocabant peccatores publicanos, quia ſumma auaritia & violentia, vt diximus,exigebant vectigalia,vt rectè notauit Dorleans *ad Tacit.lib.13.and.*

11 Suſtulit ergo Conſtantinus has coactiones, motus eâ ratione, quam priùs conſiderauerat Vlpian. *in l. aut damnum* 8.§. *ſolent* 9. *D. de pœnis*, quòd carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi ſoleat, vt magis cuſtodiam, quàm tormentorum dolorem patiantur incluſi *l.1. C. de cuſtod. reorum.* Sed ita obſcurè Conſtantinus ſuam declarat mentem (niſi velis corruptam litteram dicere) vt Cuiac. affirmet *in præſenti*, ſe hunc locum reſtituere ſæpiùs conatum,

12 ſed fruſtrà tentaſſe. † Verba vulgatorum Codicum hæc ſunt. *Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum & officialium, & cum denotatione eorum iudicum, quorum de officio certiores eſſe debebunt, qui contra hanc legem admiſerint* in Codice Theodoſij *in l.3. de exaction.* ita reponuntur, *Et cum denotatione eorum, quorum de officij coercitis citatiores eſſe debebunt.* quæ interpretatur Gutherrius *de offic. dom. Aug.lib.3.cap.17.p.553.* vt carceri potiùs tradi debeant Officiales, id eſt, tributorum exactores noxij, quàm debitores fiſci, in quos ſæuiunt. Denotatio Iudicum eſt exiſtimationis nota, & macula iudicum, de quorum officio refrænati exactores citatiores eſſe debuerunt, id eſt, velociùs ad tri-

13 bunal citati, vt meritas luerent pœnas. † Verùm magis corruptum eſſe arbitror textum Codicis Theodoſiani,quàm vulgati.Nam obſcurum eſt quid importent illa verba, *citatiores eſſe debebunt*, etiam ſi adiungas explicationem Gutherrij, quæ magis ſapit conſtruentem Grammaticum, quàm iuris interpretem. Nec ferre poſſum iſtos Criticos,qui pluris faciunt Theodoſiani Codicis lectionem, quàm Iuſtinianei, & plerumque alicuius libri, & in eis & puluere extracti auctoritas plus valet apud eos, quam qui quotidie in manibus verſatur.

14 Quare dicerem ita *ſuprà* adducta verba eſſe accipienda, vt hunc ſenſum habeant, *Carcer pœnalium eſt*, id eſt,carcer inuentus eſt ad coërcendos homines pœna dignos *& noxiorum*, & eos, qui delicta committunt, non verò ad muniendos debitores, *& officialium*, erátque ad coërcendos Officiales, ſeu exactores,qui contra hanc legem admiſerint, id eſt, qui debitores fiſcales carcere continuerint. Itaque illa verba, *Et cum denotatione eorum Iudicum, quorum de officio certiores eſſe debebunt*, parentheſi includantur, & ſignificent,vt ad officium Iudicis ſpectet ſub denotationis, vel infamiæ pœna certiorare Officiales, ne carceribus vtantur in debitores, & ſic negligentia Iudicum circa hanc rem punitur infamia, ſi in exactores non animaduerterint, qui modum exactionis exceſſerint, & eos ſuo officio non certiorauerint ne talia committant, id eſt,ne carceribus vtantur. Non eſt enim nouum in hoc carcerum tractatu vt Iudices deſides & negligentes puniantur grauiſſimis pœnis, *l.vnic.C.de priuatis.carcer.* cum notatis à Farinac. *de carcer. quæſt.27. num.16.* † Eſt 15
ergo veluti quædam minatio, quam facit Imperator hîc, cùm dicat, carcer non eſt debitoribus inuentus, ſed iis, quibus ob noxam, vel delictum imponenda eſt pœna, ſed erit quoque dandus Officialibus, ſi exceſſerint, & Iudicibus non minus ſub infamia, ſi non ſuo officio tali repellant, quia tunc non minus delinquunt,quàm homines flagitioſi & pœnales. † *Pœna-* 16
*les* vocat lex homines qui malis factis pœnam merentur.D.Cyprian. *de vanitate idolor*, de diabolis,*Cùm ſint ipſi pœnales, quærere ſibi ad pœnam comites, quos ad crimen ſuum fecerint errore participes*, quod & hîc notauit Accur. *verb. pœnalium*, & Barthius *lib.43. aduerſar. cap.24.*

Inde iam colliges quòd etſi Auctores interdum 17
duas carcerum ſpecies, interdum tres & quatuor conſtituant, vt notarunt Bart. *num.5.* Platea antè *n.1.* Petr.Greg. *lib.31.ſyntag.cap.33.n.14.* Gothofr. *in l.aut damnum* 8.§.*ſolent. D.de pœn.lit.H.* Baiard. *ad Iul.Clar. quæſt.46.num.2.*Cerdan. *de viſitat.carcer. c.4.n.2. & 3.* & frequentiori ſententia obtentum ſit duos eſſe carceres,interdum pœnæ interdũ cuſtodiæ cauſa, *l.3.in ſi. D.de cuſtod.reor. l.2.Cod.eod. l.verum 216. l.vinculorum 226.D.de ver.ſig.l.1.& tot.D.& C.de cuſto.reor.c.quamuis 3.de pœnis,lib.6.*† Verius exiſtimo carcerem cuſto- 18
diæ tantùm cauſa haberi, & in vſu eſſe, vt contineantur homines, non vt puniantur, vt ait Vlpian. *d. l.aut damnum* §. *ſolent d.c. quamuis l.4.tit.31.p.7.*& inde carcer dictus eſt à coërcendo, quòd incluſi in eo contineantur,ne exeant,vt ex Varrone *de lingua Latin.lib.4.* probant Petr.Gregor. *d. cap.33.num.1.* & Gothofred. *dict.lit.H.* Prateius & alij *verb. carcer.* Bobadill. *lib.3. polit. cap.15.num.5.lit.D.*† Et licèt non negem carce- 19
rem in pœnam dari poſſe,quod de iure Canonico vſitatum eſt, *d.cap.quamuis, de pœnis cap. nouimus 27.§.fin. de verb.ſignif.* cum adductis à Rebuff. *hic num.2.* Gregor. *in d.l.4.tit.31.part.7.verb.a ome libre.* Bobadill.*ſup. d.n.5.& 6.* Menoch. *de arbitr. quæſt.89.tot. & num.10.* Solorzan.*d.lib.1.de parricid.cap.fin.* & Cerdan. *de carcerib.cap.3.num.9.* & iure noſtro regio blaſphemis pro pœna dantur triginta dies carcerationis. Bobadill. *ſupr.n.*8.& in aliis criminibus carcer pro pœna eſt, docet Salgado *de regia protect.2. part.c.4. num.205.& ſeq.* Azeued. *in leg.15.tit.6.num.9.lib.3.Recop.*† Nihilominus 20
nus tamen, quod frequentiùs accidit,attendi debet,*leg. nam ad ea, ff. de legibus*, tum etiam & præcipua cauſa introducendi carceres,agnoſcit Caranitta *ritu 47.num. 19.* & ſic optimè definietur, vt ſit *locus deputatus ad cuſtodiam eorum,qui ob delicta,vel aliam cauſam retinentur incluſi*, quæ eſt vera carceris definitio,& eius naturam magis explicat, quam quæ traditur à Bart. & aliis relatis à Bobadilla *ſupr.num.5.lit. D.* Cerdan. *dict.cap.3. num.6.* Prateio & reliquis *verb.carcer.* Farinac. *quæſt. 27.num.2.* † Quapropter omiſi ponere in diffinitione, 21
*locus*

*locus ſecurus,vel publicus*, quia carcer erit etſi non ſit ſecurus,neque publicus,cùm pro carcere aſſignari domus propria,ciuitas,palatium, vel etiamſi ſub fideiuſſoribus ſit relaxatus, *leg.in eadem* 10.§.*fin.iuncta leg.nec non* 28.§ *item ſi quis in cuſtodia Digeſt. ex quib.cauſ.maior.* & ita in Indulto quod ex Regis gratia ob publicam lætitiam ſolet carcerariis concedi, de quo multa eleganter & doctè, vt ſolet, tradit noſter amicus D. Ioan.Larrea *diſp.Granatenſ.diſp.*25.*num.*1. comprehenduntur fideiuſſoribus relaxati, vt vidimus ita Granatæ practicari annis ſuperioribus,& probat Maſtrill. *de indulto cap.*12. *toto.* Nam ſufficiet ad conſtituendum carcerem deſtinatio Iudicis, *leg. milites* 13.§.*eius fugam D.de re milit.* Maſtr. *ſup.n.*4. & ita non eſt de eſſentia carceris vt ſit ſecurus locus, quia libera & aperta ſolet eſſe cuſtodia, vt *in præſenti*, de qua dixi *in l.ſi grauis*
22 16.*infr. de dignit.* † Omiſi quoque dicere *horribilis*, propter eamdem cauſam, nam etſi locus ſit ſqualore tetro odore confectus tenebroſus, & vt Caſſiodor.ait *lib.*11.*epiſt.*40. perpetua nocte cæcatus, & alia horribilia habeat, quæ ibi ſingulari eloquentia numerantur, ea omnia accipienda ſunt de horribili carcere qui Barathrum,vel Tullianum appellatus eſt,vel lautumia, de quibus videas quæ eleganter obſeruat D.P.Pantoja *in dict.lib.*1. *de aleator. ex n.*5. & poſt eum Cabreros *lib.*2.*de metu cap.*46.*ex n.*1.

23 Neque obſtabit his, carcerem vocari *malam manſionem* à Doctoribus,quos refert Farin. *dict.q.*27.*n.*1. Solorzan. *d.c.fin.*Cerdan. *ſup.c.*3.*n.*4.*&* *c.*5.*n.*1. *in ſummario.* Salgado *dict.*2.*part.cap.*4.*n.*1. qui adducunt *l.item apud Labeonem* 15.§.*quæſt.*41.*D.de iniuriis,& l.ſi hominem* 7.*D.depoſiti*, vbi malæ manſionis meminit Vlpianus.Scipio Gentilis *lib.*1.*parerg.cap.*39. *malam manſionem* accipit de puteo, ſeu barathro noxiorum ſanè cuſtodia,in quo includebantur pœnæ cauſa ſerui,iuxta illud Plauti *in Aulular.act.*2.*ſcen.*5.*verſ.*21.

*——— Comprehendite,*

*Vincite,verberate,in puteum condite.*

hunc locum deſcribit Prudent. *in Peryſtephan.in hymno D.Vincentij*, & explicant Pantoia & Cabreros *ſupr.*
24 † Sed minimè arridet mihi ea Gentilis expoſitio,nam Plauti locum ſimpliciter ego accipio de puteo, quaſi diceret, *maniataldo, acottaldo, empocaldo*, quemadmodum legimus de S. Calliſto Papa in puteum demerſo apud Martyrologium,& de aliis Chriſti Athletis fortiſſimis & ſanctiſſimis. Neque quod de barathro adiecimus in conſideratione eſt, nam etſi ille locus horrendus fuerit, & ipſis tenebris nigrior, & ſubterraneus, vt vſque ad inferos deſcenderet (ſi fides danda Prudentio *ſuprà.*) vnde *barathrum* inferas damnatorum ſedes ſignificare probat Barthius *lib.*35.*aduerſ.c.*8. tamen neque de eo,neque de Tulliano,in quod ſolebant Martyres includi,& plerumque ſerui,vt iidem auctores obſeruant, accipio: ſed de eo loco, in quo homines collocabantur vt torquerentur,ad exquirendam ab eis veritatem, de equuleo nempe, in quo noxij torqueri ſolent, tortorio ligno, ſeu machina lignea, quæ apud nos dicitur *el potro de dar tormento*, quod ſignificat Vlpian.*in d.l.ſi homine n.* ibi, *Vt quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum & ad malam manſionem extenſum.* Extendi autem propriè erat equulei.D. Cyprian. *de lapſis.* ibi, *Nunc equuleus extenderet,nunc vngula effoderet, nunc flamma torreret*,& *in Actis Martyrum de Sancto Thelica, fortiſſimo Chriſti præliatore. Qui cum pendendo in equuleo extenſus,ſe voce ſæpius repetita Chriſtianum eſſe proclamaret.* D.Hieronym. *in Epiſt.ad Innocentium.* de muliere ſepties icta, *At verò mulier ſexu infirmior, virtute fortior,ſuum cum equuleus corpus extenderent.* docent poſt Baron. *in Martyrolog.* Cerda *in aduerſariis cap.*30.*n.*15. Barthius *lib.*42.*aduerſ.cap.*27. & Roſinus *lib.*9. *antiq.*
25 *Roman.c.*31. *verſ.equuleus.* † Niſi accipias de cataſta, ſeu pegmate ligneo, quo detinentur in carceribus qui noxiores ſunt,apud nos, *Cepo o la balleſta*, de quo vide relatos à Pantoja *ſup.n.*11.Scio Fornet. *lib.*1.*ſelect.c.*1. cui aſſentitur Cabreros, *d.c.*46.*n.*16. ieiune Vlpianum accepiſſe de quodam coërtionis genere,& Gothofr. *in d.l.ſi hominem*, & lexica omnia aliterque malam manſionem interpretaſſe. Verùm ſupradictæ ſententiæ magis aſſentior, quam tetigiſſe videtur Prateius *verb. mala manſio.*

Rurſus ex noſtræ legis ratione & deciſione venit 26
explicanda *l.*1.*infr. de cohortalib.* vbi prohibentur curioſi & ſtationarij ſub capitis pœna ſuperexactionem facere,& carcerem habere,neque priuatam cuſtodiam, etiam pro manifeſto crimine,quod etiam conſtitutum eſt *in l.& fin.infr.de curioſis. l.*2. *C.Th. de cohortal.* Stationarios vocant Imperatores apparitiores (qui etiam curioſi nuncupabantur & Irenarchæ, *l.Diuus* 6.§.1.*de cuſtodia reor.* vbi Gothofr. *l.*4.*C.de ſeruis fugit. l.fin.*§. *irenarchæ* 7. *D.de munerib.& hon.*) diſpoſitos per prouincias diuerſis in locis,vt Magiſtratibus crimina commiſſa, & alia quæ gererentur,denuntiarent, & ad popularium quietem attenderent. *l.*1.§ *quies quoque* 12. *D.de officio præfect.urbi.d.l.*4.*de ſeru.fug. l. ne quis* 6.*infr. de dignitat.l.ſi quis ſe* 8.*C.de accuſation.l.*1.*C. Th.de curſu publ.l.*1.*C.Th.de curioſis.* ibi, *Memorati igitur curioſi & ſtationarij, vel quicumque fungitur hoc munere,crimina iudicibus nuntianda meminerint.l ſi quis* 31. *C.Th.de Epiſc. & cler.* ibi, *Quod geritur litteris magiſtratuum,& Notariis apparitorum, quos ſtationarios appellant, deferatur in notitiam poteſtatum*, notat Budæus *in d.l.*4.*de ſeru.fug.* Cuiac. *lib.*2.*obſeru.c.fin.* Cerda *aduerſar.c.*37.*n.*5. Petr. Greg. *lib.*32.*ſyntag.c.*4.*n.*2. *&* 3. & alij à nobis relati *ſupr.in l.vnic.n.*4.*ne fiſcus rem quam vend.& infrà de Ire-*
*narchis.* † Inſtituti ſunt ab Auguſto, vt colligi videtur 27
ex Sueton. *in eo c.*32. & aucti à Tiberio, vt idem commemorat *in eo c.*32. ſumpta ſimilitudine ab ſtationibus militaribus, quando milites adſtantes vigilant & cuſtodiunt, iuxta illud Virgil.

*Succedunt ſeruántque vices ſtatione relicta.*

confert.D.Iſiodor. *lib.*6.*orig.c.fin.* Suet. *in l.Iulio c.*32. *& in Aug.c.*24.*& in Othon.c.*5. Salluſt. *lib.*2.*hiſt.* Liuius *lib.*44. Hinc ſtatio Germanorum Sueton. *in Neron.c.*34. & Nicomedienſis Plin. *lib.*10.*epiſt.*... & ſtationarij milites qui vigiliis deputantur,vulgo *centinelas,d.l.*1.§.12.*de off.præf.vrb.l.*3.§.*qui ſtationis.*§.*de re mil.* vide Lipſ. *de milit.Rom.lib.*5.*dial.*8.Pontan.& Cerda *ad Virgil.* in illum verſum 9.*Æneid.*

*Tunc quoque communi portam ſtatione tenebant.*

conferunt quæ tradidi *in d.l.*1. *ſupr. ne fiſcus rem quam vend.n.*4.*& ſeq.* & dicam latius *in l.vnic.infr.de Irenarchis.*

Conſtituitur ergo *in d.l.*2.*de cohort.* ne qui ſtatio- 28
narij ſunt ſuperexigant aliquid, neque carcerem habeant,neque quemquam in eo detineant,vt aliquid extorqueant,alias capite punientur. *l.pen.ff.de eo quod metus.* Ratio eſt, quia denuntiandi,aut indicandi facultas tantùm eis commiſſa eſt,non vltrà,ſicut hîc exactoribus committitur exactio,non caſtigatio,aut incarceratio.Rectéque huiuſmodi hominibus obuiam itum eſt, & eorum petulantiæ moderatio iniecta,ſiquidem conſuetudo deprauata, qua omnes ſolebant deprædare, hanc grauem prohibitionem meruit,vt aliàs dixit Imperator *in l. defenſionis* 7.*in fin.ſupr. de iure fiſc.* & cùm carcer ſit exercitium iuriſdictionis, vt ex Peregrin. *lib.*1.*var.tit.*1.*n.*85. obſeruat Giurb. *conſ.*96.*n.*6. qui ea caret, non poterit aliquem capere.Caualcan.*de brachio reg.*2.*part. ex num.*1. at ſtationarij nullam habent, ſed tantùm eis minus iniungitur indicandi malefactores, & alia ſimilia, *l.ſi quis* 8.*Cod.de accuſat.iuncta leg.ſinguli* 14.*Codic. eodem*, & ſic quoad carcerationem priuati cenſentur,& priuatis carceratio non licet *l.vnic. Codic. de priuat. carceribus* cum pluribus aliis adductis à Bobadill. *lib.*3.*pol.cap.*15.*n.*13.*lit.A & ſeq.* Farinac.q.27.

num.

*num.*7. Narbon. *in leg.*10.*gloſ.*2. *n.*28.*tit.*6. *lib.*1.*Recop.*
29 † Húcque pertinet *leg. ſi quis* 8. *Codic. de accuſat.* vbi
ſi quis voluerit ob iniuriam acceptam aliquem accu-
ſare, non debet proponere accuſationem coram ſta-
tionariis, ſed coram Præſide, nam, vt diximus, hi nul-
lam habebant iuriſdictionem, ſed tantùm denuntiatio-
nem, aut relationem, quæ fiebat præſidi, aut iudici-
bus, qui ex ea veluti inſtigatione commoti ad cauſam
accingebantur, quam ſi proſequi vellent, ſtationarij
probare tenebantur, nam eis fides non dabatur, niſi
probarent *dict. leg.* 1. *infr. de curioſis, leg. ea quidem* 7. *leg.*
*ſingulis* 14. *Cod. de accuſat. leg. ab accuſatione* 6. §. *nuntiato-*
*res. Digeſt. ad SC. Turpillian.* ob quam cauſam Marcia-
nus IC. dixit *in leg. Diuus* 6. *Digeſt. de cuſtodia reor.* non
omnes ex fide bona elogia ſcribere compertum eſſe, id
eſt, veritatem dicere, *l. ſi poſthumus* 14. *in fin. ff. de liber.*
*& poſth.*
30 Rurſus ex noſtra deciſione colligitur officiales de-
bere puniri à iudicibus, quando indebitè ſuum exer-
cuerint officium, quando prætextu officij miſeros ho-
mines exagitant, fœdè deprædantur, vel extorquendo
pecunias, vel alia munera, lucra, vel commoda in ab-
iectos & humiliores deſæuientes; tunc ergo debebunt
Iudices armari, & eos debita punitione cohibere, non
ſolùm priuatione officij, & ſimilibus pœnis, verùm
& interdum corporali, vt exemplo deterriti alij mi-
nus delinquant, vt ait Vlpian. *leg. ſi quis forte* 6. §. *ſi quos,*
*Digeſt. de pœnis*, & vt ſi malè fuerint in officio verſa-
ti, ſciant non eſſe cauſas à ſe deludendas, nec lucri gra-
tia aliquod eius vitium imponendum, vt inquit *lex om-*
*nes, Codic. de ſportulis. Nouell.* 17. quæ eſt *Auth. de man-*
*dat. Princip. c.* 5. *verſ. præcipuè*, & ſic debent priuari tali
officio, & ad illud nunquam admitti, *leg. ſi aliquid* 12.
*infr. de ſusceptoribus*, vt ego latiùs noto *in leg. iudices* 12.
*infr. de dignitat.* & docet Platea *hîc n.* 10. *verſ. ſequitur,*
Farinac. *quæſt.* 10. *à num.* 45. Maſtrill. *de indulto, cap.* 40.
† In qua re ſpeciale eſt, vt à ſententia, præcepto, ſeu
31 condemnatione iudicis facta contra officialem non
detur appellatio, *leg. nulli* 3. *Cod. quorum appell. non rec.*
*cap. ſi quis appell. aliàs eſt, cap. ei qui, §. nulli quoque* 2. *q.* 6.
obſeruat Bobad. *lib.* 1. *polit. cap.* 12. *n.* 62. *& cap.* 13. *n.* 37.
Farin. *q.* 101. *n.* 83. *& ſeq.* & plures referens Salgado *de*
*regia prot.* 3. *p. c.* 8. *n.* 2. *& ſeqq.* qui hunc articulum latiùs
examinat. † Alterum ſpeciale eſt, vt etiam in abſentes
32 ferri quoque poſſit ſententia, *l. ne diu.* 12. *C. de pœnis*, cùm
regulariter contrarium procedat, *leg. abſentem* 5. *D. de*
*pœnis, leg. abſentem* 6. *Cod. de accuſation.* quæ citatio-
nem neceſſariam eſſe docent, & ita tenet Bald. *in l. in-*
*bemus, Cod. de probat.* Platea *hic d. n.* 10. Paz *ad ll. ſtyli in*
*l.* 55. *ſchol.* 1. poſt Gregor. *in leg.* 6. *tit.* 16. *p.* 3. *verb. vſan-*
*do mal.* † Sed obſtat *l. ſi apparitor* 6. *infr. de cohortal.* vbi
33 neceſſaria eſt, vt abſens officialis condemnetur, citatio,
quæ, vt explicetur, aduerto iure communi minimè ab-
ſentes in criminalibus poſſe condemnari, ex dictis iu-
ribus, & *l.* 1. *D. de requir. reis*, vbi tradit Gothofr. Aze-
ued. *in l.* 3. *num.* 1. *tit.* 10. *lib.* 4. *Recop.* Farinac. *quæſt.* 11.
*n.* 1. *& ſeq.* & plures alij relati à Pichard. *in* §. *in ſumma.*
*Inſt. de interdict. in tract. de primo & ſecundo decreto c.* 2.
*n.* 83. Niſi in aliquibus caſibus, inter quos annumera-
tur apparitorum perfidia venalis, *in dict. leg. diu*, quan-
do ſcilicet aliquis ex apparitoribus, ſeu Magiſtratuum
adminiſtris corrumpitur, & vt loquuntur noſtri, ba-
ratariam committit. Nam hoc cùm in publicum dam-
num tendat, æquum eſt ſordes has punire. † Et ita ſi
34 apparitor, aut miniſter crimen in officio commiſerit,
tunc vocabitur edicto peremptorio, ſub conditione,
vt ſi intra talem terminum non venerit, condemnatio
ſequatur. In quo non ſunt contrariæ ſupradictæ leges,
& *dict. leg. ne diu*, ſolùm ait in reum officialem abſen-
tem ferri poſſe ſententiam. At *in dict. leg. ſi apparitor*,
ponitur forma procedendi, quæ eſt vt peremptorio
edicto priùs citato reo ſi latitet; & non compareat,
condemnetur, prout aliàs in ciuilibus fieri conſueuit,
*leg. in peremptorio* 71. *& ſeq. D. de iudiciis*, cum adductis
à Pichard. *ſupr. cap.* 2. *toto*, qui *num.* 84. cum aliis, quos
cumulat, obſeruat id omne immutatum eſſe noſtro iu-
re, ex *d. l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 4. *Recop.* qua ſtatuitur, vt quilibet
abſens in criminalibus poſſit ſententia damnari, cui
adde Gutierr. *lib.* 1. *pp. quæſt.* 72. *cum ſeqq.* & noſtros re-
gnicolas.
Vlteriùs ex noſtra deciſione dimanat, quòd cùm iu- 35
dex Eccleſiaſticus directè in laicos non habeat iuriſ-
dictionem, quoad eorum capturam, niſi à ſæculari
litteris auxilium brachij implorauerit, hoc ſua aucto-
ritate efficere non poteſt, *cap.* 1. *de officio iudicis ordin.*
ibi, *& cùm opus fuerit, publicum conuocent auxilium*, do-
cent pluribus fundamentis adductis Palac. Rub. *in cap.*
*per veſtras not.* 1. §. *ſed eſt pulchra. à num.* 1. Parlad. *lib.* 2.
*quotid. cap. fin.* 2. *part.* §. 2. *à num.* 1. Molino *de brachio*
*ſæculari, lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 31. *& cap.* 18. *toto.* latius Ce-
uallos *tom.* 5. *de cognit. per viam violen. quæſt.* 93. *ex n.* 38.
Salgado *de regia protect.* 2. *part. cap.* 4. *n.* 36. *& ſeqq.* &
eruditè admodum Dominus D. Ioſeph. Vela *in eleganti*
*rep. dict. cap.* 1. *de off. ind.* Quoniam iuriſdictio Eccleſia-
ſtica & ſæcularis ſunt ſeparatæ, ita vt alia alij non præ-
iudicet, ſed imo adiuuet, *cap. cùm ad verum* 96. *diſt. cap.*
*nouit. de iudiciis, iuncto c. delicto* 8. *in fin. de ſent. excom.*
*l.* 14. *&* 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* & ideo non debet alia in
aliam falcem admittere. † Præcipuè cùm Epiſcopus 36
non habeat armatam militiam, vel familiam, vt ſua
auctoritate eos, qui non ſunt de ſua iuriſdictione, id
eſt, laicos, capere poſſit, vt docet Azeued. *in dict. leg.*
14. *Recop.* Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 15. *toto. maximè n.* 28. *&*
*cap.* 17. *n.* 87. *& c.* 18. *n.* 83. Berreta *conſ.* 4. *toto.* & plures
relati à Barboſa *de officio Epiſcop. alleg.* 107. *n.* 1. & no-
uiſſimè noſter Collega Dom. Larrea *dec. Gran. diſp.* 1. *n.*
16. *&* 17. *cum ſeqq.* † Cui doctrinæ non obſtat quod 37
tradit Marta *de iuriſd.* 1. *p. caſ.* 50. *n.* 5. *& ſeq.* & Molin.
*dict. cap.* 4. *n.* 32. *& d. c.* 18. *toto*, magni æſtimantes pro
ſua opinione (quæ contraria eſt huic noſtræ) auctori-
tatem *c. attendendum* 13. 17. *q.* 4. cui nulli reſponſum
dari poſſe aſſeuerantes affirmant, cum tamen facilè ſa-
tis fieri poſſit. Siquidem non negamus cum gloſa *ibi*
Eccleſiam carcerem non habere, habet enim, & nun-
quam Auctores noſtræ opinionis id negabant, ſed ad
capturam laicorum negamus procedere poſſe Eccle-
ſiaſticum iudicem, niſi inuocato brachio. Cùm non
ſequatur, rectè habet Eccleſia carcerem, ergo ſine au-
xilio laicos poterit capere, hoc enim eſt quod nega-
mus. Quemadmodum ex eo quòd laicus Iudex habet
carcerem, non ſequitur Clericos poſſe capere, vel alios
exemptos à ſua iuriſdictione; ita & de Eccleſiaſtico
dicemus, non poſſe laicos capere ſine inuocatione.
Itaque ſi laicus in crimen ſacrilegij inciderit, vt in ca-
ſu *dict. cap. attendendum*, rectiſſimè poterit ab Eccleſia-
ſtico carceribus mancipari, dum tamen captura fiat cũ
inuocatione ſæcularis brachij; quemadmodum enim in
exilium dandi ſunt, niſi cum hac inuocatione? In quam
rem expendo verba Concilij Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de*
*reform.* vbi loquens de concubinariis contumacibus,
ait, *Grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppi-*
*dum, vel diœceſim, ſi eiſdem ordinariis videbitur, inuocato,*
*ſi opus fuerit, brachio ſæculari, eiiciuntur.* Quo etiam mo-
do accipiendum cenſeo *cap. contra idolorum* 16. *quæſt.* 5.
† Hucque ſpectat *leg.* 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. & leg.* 6. *tit.* 4. 38
*lib.* 1. *Recop.* vbi prohibentur omnes Prælati & Iudices
Eccleſiaſtici, quoſcumque laicos capere ſine inuoca-
tione brachij ſæcularis, quod latè adſtruit Ceuallos
*dict. quæſt.* 93. *tota, maximè à n.* 38. & Salgado *ſupr.* 2. *part.*
*cap.* 4. *ex n.* 36. Ratio earum legum eſt quod etſi Ec-
cleſiaſtici Iudices poſſint eſſe inter laicos Iudices com-
petentes, & in eos habere iuriſdictionem, hoc intelli-
gitur quantum ad cenſuras, & alia remedia Eccleſia-
ſtica, non verò quoad capturam, quia hæc debet fieri
cum

39 cum inuocatione brachij. † Idque apertè confirmat
*caput cùm Epiſcopus 7. de offic. ordin. lib.6.* vbi dicitur
poſſe Epiſcopum in quocumque loco ſuæ diœceſis
pro tribunali ſedere, & perſonas Eccleſiaſticas carceri
deputare. Ergo cum dicat *perſonas Eccleſiaſticas*, ex-
cludit laicas, quas non poterit incarcerare, niſi eo mo-
40 do à nobis præſcripto. † *Secundò* id conſtat ex *capit. po-
ſtulaſti. 21. de homicidio*, vbi ſi Epiſcopus contra ſubtra-
hentes decimas debitas Eccleſiæ egerit ob contemptã
excõmunicationẽ, vlteriùs progredi nõ poteſt, ſcilicet
ad incarcerationem, ob ſuæ iuriſdictionis contentum,
41 niſi regia manu id faciat. † *Tertiò* expendo *c. poſtula-
ſti 14. de Iudæis*, quo in loco contra Iudæum non ſub-
ditum propter iniectionem manuum in Clericum do-
minus eius interpellatur, vt puniat ſi non ſit de iuriſ-
dictione Epiſcopi temporali, ita enim intelligo illa
verba; *ſi dictus Iudæus ſuæ iuriſdictionis exiſtit*, aliter ſi
quidem non poſſit conſtare ſenſus Pontificis, & tamen
ratione iniuriæ in laicum Epiſcopus iuriſdictionem
non habet, ſed à domino temporali vindictam expo-
42 ſtulat. † *Quartò* expendo *cap. principes ſæculi 40. 23.
quæſt. 5. cum ſeq.* vbi ſæcularis poteſtas proficit ad Ec-
cleſiaſticam diſciplinam muniendam. Sed præter om-
nes conſidero verba Trident. *d. ſeſſ. 25. cap. 3. de Reform.*
ibi, *In cauſis verò iudicialibus mandatur omnibus Iudici-
bus Eccleſiaſticis vt quandocumque executio realis, vel per-
ſonalis propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant
ſe à cenſuris Eccleſiaſticis, ſed liceat eis, ſi expedire vi-
debitur, in cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticum quo-
modolibet pertinentibus contra quoſcumque etiam lai-
cos per multas pecuniarias, vel diſtrictionem perſonarum,
ſeu captionem pignorum per ſuos proprios, aut alienos
executores faciendam*, vbi verba *propria authoritate*, de-
notant aliquam eſſe executionem, quæ non poteſt fie-
ri ab Eccleſiaſticis Iudicibus propria autoritate, ſed
aliena, hæc tamen eſt laicalis poteſtas, hoc confirmant
apertè verba illa, *per ſuos proprios, aut alienos*, quæ re-
ferenda ſunt ad verba *etiam laicos*, vt referantur ſin-
gula ſingulis, ſcilicet vt ſi debeat fieri diſtrictio perſo-
narum laicarum, ſit facienda per alienos executores, vt
obſeruauit cum aliis Ceuallos *dict. quæſt. 93. num. 74.* &
ita rectiſſimè oppoſita ſunt *in dict. cap. 1. de offic. ordin.*
illa verba, *vlciſci & iudicare ſecundùm quod canones cen-
ſent.* vt excludant modum laicalis incarcerationis, ad
quam ſi neceſſarium fuerit brachium, illud implorare
debebunt.

43 Ex quo duo ſunt notanda. *Primùm* quod ſi Eccle-
ſiaſticus laïcum capiat, non inuocato brachio, poterit
captus adire regia tribunalia Auditorum, vt vim fa-
cienti obuiam eant, & declarent vim facere Eccleſia-
ſticum, vtpotè carceratione facta, non ſeruato ordine
iuris, & ſic incarcerationem tanquam indebitè factam
eſſe reſcindendam, ita vt ſi cauſa ſit Eccleſiaſtica, & ad
Iudicem Eccleſiaſticum pertineat, debito modo capiat,
ſcilicet per inuocationem auxilij, & tum temporis in
carcere à laico retineatur, ſi talis ſit cauſa, quæ ſua-
deat, vt captus non relaxetur. Si verò ſit mixti fori,
cognoſcatur ad quem pertineat, an ad Eccleſiaſticum,
vel laicum, iuxta præuentionem ab eis factam, vt do-
cet ex aliis Salgado *d. 2. part. c. 4. n. 39. & ſeq & num. 125.*
44 Ceuall. *d. q. 93.* † *Secundum*, quod noto eſt, quòd ſi
laicus iudex requiſitus ad Eccleſiaſtico impartierit au-
xilium, poſſit hoc in caſu appellari à promotore fiſ-
cali, vel à parte tanquam indebitè iudex laicus bra-
chium impartierit. Nam hunc caſum appellabilem
eſſe conſtat ex doctrina Bar. *in l. à Diuo Pio. §. ſenten-
tiam Romæ n. 6. ff. de re iudicat.* vbi Iaſ. *n. 20.* & Alex. *n.
15.* quam recipiunt Panormit. *in c. quoad conſultatio-
nem. n. 28. & ſeq. de re iudic.* Paz. *in praxi 2. tom. in proœm.
n. 10.* Caballus *reſol. crim. caſ. 17. ex n. 1.* Riccius *in prax.
Eccleſiaſt. deciſ. 326. & in praxi rer. quotid. deciſ. 283.* Mo-
lin. *infrà referendus num. 48.* Azeued. *in leg. 15. tit. 1.
num. 11. lib. 4. Recop.* Salgado *de reg. protect. 1. part. cap. 6.
num. 34. & ſeq.* & pro ea parte facit ratio iuris, appel-
lari ſcilicet poſſe à grauaminibus, quæ ex ſententiis iu-
dicum proueniunt, *cap. cum ceſſante 60.* ibi, *grauaretur,
de appellat.* At qui grauat in tali caſu eſt Iudex ſæcu-
laris in exhibitione auxilij exequendo litteras Eccle-
ſiaſtici, quas ſi executioni non dediſſet, reus ab Ec-
cleſiaſtico capi non poſſet. † Secundò appellari po- 45
teſt quando iuris ordo non ſeruatur: at iuris ordo
eſt, vt ſæcularis cognoſcat de iuſtificatione actorum
iudicis Eccleſiaſtici ad impartiendum auxilium, vel
denegandum, ſecundum veriorem ſententiam noſtro-
rum, qui Bar. adhærentes *in leg. Magiſtratibus, de iuriſ-
dict. & in l. Diuus, de cuſt. reor.* ita tenent, vt videre eſt
apud Azeued. *in d. leg. 15. n. 4.* Auiles *in c. 20. pp. verb.
vſurpat. num. 20.* Salcedo *ad Bern. Diaz. in prax. cap. 160.
n. 11. ver. nono.* Parlador. *lib. 2. quotid. cap. fin. 2. part. §. 2.
num. 3. & 4.* Bobadill. *lib. 2. cap. 17. num. 174. & ſeq.* Mo-
lin. *de brach. ſæcul. lib. 1. cap. 7. num. 2. & in ſpecie 3. capit.
10.* Ant. Pich. *in manuduct. ad prax. 2. pag. præcep. 4.
numer. 39. & ſeq.* Cenedo *canonic. quæſtion. 36. num. 13. &
14.* Ceuallos *quæſtion. 353.* Barboſ. *de Epiſcopo, alleg. 107.
num. 26.* D. Larrea *dict. diſp. 1. num. 26.* quidquid in con-
trarium malè exiſtiment D. Anguiano *de legib. lib. 3.
controuer. 31. num. 3.* & Moneta *de conſeruator. cap. 8. num.* 46
261. † Et ratio eſt, quia executio extra territorium
non datur, vt idem Anguiano fatetur *vbi proximè, con-
trouerſ. 30. num. 14.* cum extra ſuam prouinciam magi-
ſtratus ſit priuatus, *leg. 3. Digeſt. de offic. præſid. leg. cum
vnus 12. §. is qui poſſidere. Digeſt. de bonis auct. iud. poſſ.* &
ſupplicatur ſæcularis ob defectum iuriſdictionis, qua
caret Iudex Eccleſiaſticus, qui poſtulat, ergo ſæcula-
ris poſtulatus habet omnem cognitionem, quam de-
bet interponere iudicialiter ad hoc vt præſtet auxi-
lium, vel non, quod ſine actorum cognitione mini-
mè fieri poteſt, *l. & ſi non cognitio 4. C. ſi contra ius, vel
vtil. publ.* docet Marta *de iuriſdict. 1. p. caſ. 51. n. 20. & ſeq.*
Did. Perez *in l. 41. t. 1. lib. 3. ordin.* Paz *in praxi, 2. tom. in
proœm. n. fin.* & alij ex relatis, quibus fauet *Auth. de ſan-
ctiſſ. Epiſc. §. ſi quis contra, verſ. ſi verò crimen, iuncta gloſ.
ibi, verb. & ſecundum.* quam ſequuntur Tib. Decian. *lib. 4.
crim. c. 9. ex n. 121.* Salced. *ſupr. c. 150. n. 11. in fin.* Bobadill.
*ſupr. n. 175.* Paz *n. 8. ſupr.* Axia *de exhiben. auxil. fundam.
21. concl. 5.* † Ergo ab hac interpoſitione decreti, quâ 47
exhibendum eſſe auxilium decernit ſæcularis rectè po-
terit appellari, ſicut ab aliis ſimilibus, veluti quando
literis requiſitoriis alterius territorij Iudex requiſitus
mandat exequendas eſſe, vel denegat executionem.
Nam frequentiſſimè pars grauata ſolet in Cancellariis
querimoniam proponere. † Rurſus, quia per inuoca- 48
tionem dicti auxilij, & per interpoſitionem cognitio-
nis fit cauſa quantum ad illum articulum de foro iudi-
cis auxiliantis, vt agnoſcit Salced. *d. c. 150. n. 25.* ergo ap-
pellatio debebit interponi coram Iudice ſuperiore Iu-
dicis ſæcularis tanquam ab actu merè ſæculari, nõ ve-
rò coram Eccleſiaſtico, vt voluerunt Bar. & alij anti-
qui, & ita hanc quam tuemur ſententiam amplectũtur
Azeued. *ſupr.* & cum aliis Molin. *de brachio ſæcul. lib. 1.
c. 16. n. 3. & lib. 2. cap. 37. num. 8.*

Vnde fluit quòd ſi mulier concubina Clerici à Iudi- 49
ce Eccleſiaſtico capiatur, non ſeruato ordine Concilij
Trident. *ſeſſ. 2. c. 8. de Reform.* rectè poterit petere rela-
xationem, ex ſupradicta cauſa, ita vt laicus eam præue-
nire poſſit, & Senatores regij declarabunt vim facere
Eccleſiaſticum, etiamſi per ignorantiam Iudex laicus
exhibuerit auxilium, & cum eius inuocatione & exhi-
bitione capta fuerit. † Quod quia ſæpiùs vidi agitare in 50
regio Granatenſi prætorio dum fiſci patronus eram,
ideo qua potuero breuitate rem hanc quotidianã ada-
periam, ſi priùs admonuero crimen concubinatus eſſe
mixti fori, vt docet Bobadill. *lib. 2 polit. cap. 17. num. 53.*
Thom. Valaſcus *allegat. 34. numer. 4.* (in quo fallitur

Axia *de exhiben. aux. fundam.* 17. §. *crimen concubinatus*, qui tale crimen eſſe merè Eccleſiaſticum affirmat, quòd ſola lege Pontificia ſit prohibitum, cùm tamen & legibus noſtris prohibeatur, *tit. 19. lib. 8. Recop.* imò merè temporale eſſe docet Pereyr. *de manu Reg. lib. 2. cap. 56. num. 17.*) & Dominus D. Ioſeph. Vela *in docta repetit. c. 1. de offic. ord. ex n. 59. & 63.* & ita Iudex eius criminis erit vel Eccleſiaſticus, vel laicus, qui prius præuenerit cauſam. Farin. *q. 8. n. 129. & ſeqq.* Bobadill. *d. c. 17. n. 163.* Quoniam in pari iuriſdictione præuentio eam tribuit, vt ſolus Iudex præueniens debeat procedere & præcedere, vt ex aliis notauit Giurba *conſ.*
51 *48. n. 28.* † Quapropter cùm Iudex Eccleſiaſticus non ſit iudex competens concubinatus, vt poſſit punire delinquentes pœnis temporalibus exilij, & ſimilium, niſi formam Concilij *d. cap.* 8. propoſitam ſeruauerit, licèt quoad pœnas excommunicationis rectè poſſit, non vtique quoad incarcerationem & exilium, & ita imploratio brachij & incarceratio erit nulla, quia ad illam non poterit peruenire, niſi iuxta formam Concilij, quæ expreſſa eſt *d. ſeſſ. 24. cap. 8. de Reformat.* Sic, *Quare vt huic tanto malo* (concubinatui) *ſancta Synodus opportunis remediis prouideat, ſtatuit, huiuſmodi concubinarios, ſi poſtquam ab ordinario ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, excommunicatione feriendos, à qua non abſoluuntur, donec reipſa admonitioni factæ paruerint, &c. Mulieres, ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, ſi ter admoniti non paruerint, ab Ordinariis locorum grauiter puniantur, & extra oppidum inuocato, ſi opus fuerit, brachio*
52 *ſeculari eyciantur.* † Ex quibus verbis colligitur non poſſe ad pœnas temporales incarcerationis, exilij, mulctæ pecuniariæ & ſimilium contra concubinarios procedere iudicem Eccleſiaſticum, niſi trina hæc monitio à Concilio requiſita præcedat, ſiquidem ter eam repetit, ibi, *ter admoniti*, & ibi, *admonitioni factæ*, & rurſus, *ſi poſtquam ter admoniti*, & ita ne quidem excommunicatio ante eam poterit fulminari, ex quo non videtur poſſe admitti interpretatio eorum, qui dicunt Tridentinum eo tantùm caſu loqui, quando Eccleſiaſticus per excommunicationem procedere vult, vt docet Dom. Vela *in d. cap. 1. de off. ord. 2. part. num.* 55. Quia geminatio illa verborum toties repetita operatur maiorem deliberationem & ſpecificationem, vt notari ſolet per text. *ibi in l. Baliſta 32. D. ad Trebell.* & explicant Matienzo *in l. 11. tit. 8. lib. 5. Recop. gloſſ.* 3. & alij relati à Barb. *de axiomat. iur. verb. actus 12. n. 14. & verb. geminatio* 105. Concilium enim ſi noluiſſet ita has monitiones eſſe faciendas, non ita repeteret toties monitiones, vt in alio propoſito docet Matienz. *vbi proximè.* Nec geminatio & cumulatio verborum ponitur ſine effectu & virtute operandi, *l. ſi quando, Cod. de inoff. teſt.* notant relati à Marta *de clauſ. 4. p. clauſ. 9. n. 1.* quod indicant verba illa Concilij, *ſi poſtquam*, quæ inducunt conditionem, & actum perfectum, *l. inter illam 217. de verb. ſig.* obſeruant poſt Bar. *in l. ſi cui 51. §. hoc autem de legat.* 1. Iaſon *num. 9.* & alij.
53 † Rurſus, quia illa forma tradita à Concilio debet ſpecificè adimpleri, *l. qui hæredi 44. D. de cond. & dem.* cùm vulgatis tradunt plures relati à Farin. *2. p. fragm. verb. lex, num.* 203. & formam eſſe introductam à Concilio conſtat, quia conditionaliter loquitur, ibi, *ſi poſtquam ab ordinario ter admoniti*, & procedendi formam de nouo introduci ſuadent verba illa, *Quare vt huic malo opportunis remediis prouideat, ſancta Synodus ſtatuit.* At tunc à lege forma tradita cenſetur, quando conditionaliter loquitur Bald. *in Auth. Matri & auiæ, num. 3. C. quando mulier tutelæ*, & relati à Farinac. *vbi proximè num. 80. & 203.* & ſi non obſeruetur forma, actus corruit, & ipſo iure remanet nullus Suarez *de legib. lib. 5. c. 6. n. 10. verſ. hæc autem.* Farinac. *d. n.* 80.
54 Ex quo ſequitur non poſſe Eccleſiaſticum Iudicem punire in prima admonitione concubinarium pœna pecuniaria, vt voluit Thom. Valaſc. *alleg. 34. num. 11. & 12.* quem ſequitur Barboſ. *in collect. de Decretal. in c. 1. de offic. ordin. n. 4.* Nam Concilij verba repugnant ibi, *Si poſtquam ab ordinario ter admoniti, concubinas non eiecerint, excommunicatione feriendos eſſe.* & poſtea ſtatuit quod ſi excommunicatio non profecerit, ſeuere contra eos procedatur. Ergo Concilium ad alias pœnas recurrere noluit, niſi priùs ter moniti excommunicati ſint. Quod addidit de nouo pœnis antiquis, de quibus *in d. c. 1. de offic. ordin.* & ratio fuit, quoniam Eccleſia prius blande corrigere vult peccata, & ſi ab eis homines non ſe abſtinuerint, tunc rigores exercet, *cap. nouit 13. de iudiciis.* Eſt igitur correctio actus miſericordiæ ac charitatis proximi, ad quam tenetur Prælatus, quoniam eſt remedium peccato oppoſitum, vt ait
D. Thom. *2. 2. q. 33. art.*.. † Et ita Clericis concubi- 55
nariis hæc ſolemnitas admonitionis recepta fuit *in cap. 2. de cohabit. Cler.* & in aliis peccatis & delictis, *in cap. fin. de vita & hon. Cler. cap. in audientia 25. cap. contingit 45. de ſentent. excomm.* quia ante vindictam debet præcedere monitio, *cap. indigna 12. q. 2.* notat gloſſ. *in d. cap. fin. de vita & hon. verb. tertio*, facit *cap. 1. dict. 45. & Concil. Triden. ſeſſ. 13. cap. 1. de Refom.* Nec Eccleſia antè ad brachij ſæcularis inuocationem peruenire ſolet, niſi quando iam omnia fecerit quæ poteſt, neque aliud facere reſtat, *d. c. 1. c. quoniam de offic. ordin.* obſeruat Anguiano *de legibus libro 3. controuer. 31. n. 1.* Agia *de exhiben. aux. concl.* 6. Scaccia *de iudiciis libro 1. cap. 12.*
*num.* 80. Cenedo *canon. qu. 39. in fin.* † Hâncque eſſe 56
ipſiſſimam mentem Concilij, & trinam monitionem præcedere voluiſſe, ex eo confirmo quod in Clerico concubinario eamdem requiſierit, *ſeſſ. 25. c. 14.* & cùm in Sacerdotibus deteſtabilius ſit peccatum concubinatus, quàm in laicis, adhuc monitiones requirit, ergo multo magis in laicis, & ita intellexerunt Concilium Gutierr. *lib. 2. can. qu. cap. 7. num. 21.* Toledo *inſtruct. Sacerd. lib. 5. cap. 10. ad fin.* Salcedo *in praxi cap. 70. verſ. laicus verò*, Zerola *in prax. 1. p. verb. concubinarius.* Bonacin. *de matrim quæſt. 4. punct. 14. num.* 18. Bobadill. *libro ſecundo politic. cap. 17. num.* 53. Ceuall. *tom. 5. de cognit. per viam violen. q. 88. n.* 18. Riccius *in praxi dec. 319. n. 3. & in Theſaur. fori Eccleſiaſt. dec.* 378. Vela *de delict. c. 6. n.* 9. Azeued. *in l. 1. tit. 19. lib. 8. n. 115. & ſeq.* Pereyra *de Manu regia 2. p. c. 56. n.* 17. conferunt Barboſa *ad ll. Portugall. tit. 1. §. 13. in ſummario lib. 2. ordin.* Auendan. *de exequend. 1. p. cap. 22. n. 14. & 2. p. cap. 26. num. 4.*
† Neque in contrarium vrget quod Valaſc. *d. alleg. 34.* 57
*num.* 12. allegat deciſum contrarium fuiſſe in Senatu Luſitaniæ. Nam non detraho Senatui auctoritatem, quando iuris auctoritas & ratio in contrarium nos ire compellunt, iuxta *l. nemo 13. Cod. de ſentent. & interloqut.* & quod tradit D. Perez *in leg. 8. tit. 4. libro 2. ordin. verſ. non obſtat.* † Quo etiam modo poteſt reſponderi Nauarro, qui *conſilio* 8. de officio ordin. ait Iudicem Eccleſiaſticum poſſe procedere contra concubinarios alia via, & aliis pœnis, quæ ſtatuuntur in Concilio, quem ſequitur Zerola *verb. concubinarij 2. p.* Quia reſpondeo diſtinguendo. Poteſt Eccleſiaſticus procedere alia via, & aliis pœnis poſt præmiſſas monitiones, concedo, antea verò nego. Neque enim ſcire poſſum quid Nauarrus potuit ex eo loco Concilij deducere, an procedatur per viam accuſationis, vel impoſitionis, cùm tamen id non conſtet, imò vterque modus ibi comprehenditur, vt indicatur illis verbis, *etiam ex officio*, & illic, *nullo etiam requirente.*
† Rurſus non eſt contra hanc noſtram ſententiam de- 58
claratio Cardinalium, quæ, vt refert Farin. *4. dec. nouiſ. pag. 75.* & Barboſ. *in collect. ad Concil. d. c. 8. decreuit*, Concilium non ſuſtuliſſe alias pœnas ſtatutas contra concubinarios, & ita Eccleſiaſti[illegible] poſſe mulcta pecuniaria illico concubinarium aff[illegible] Nam vt huiuſmodi declarationes faciunt fidem, debent eſſe

authen-

authenticæ, iuxta tradita à Thom. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 2. *n.* 10. Salas *de legib. tract.* 14. *diſp.* 2. *ſect.* 9. *& diſp.* 21. *ſect.* 12. Bonacin. *de legib. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. *n.* 6. Nicolaus de Peyrinis *tom.* 1. *de religioſo ſubdito, q.* 1. *de Obedientia, c.* 25. *verſ. hoc dubium poſtulat, pag.* 190.

60 † Quare vt filum noſtræ diſputationis repetamus; ſi Iudex Eccleſiaſticus Conciliarem conſtitutionem non obſeruauerit, etiamſi præueniat per capturam, poterit ſæcularis cognoſcere tanquam ſi non cœpiſſet Eccleſiaſticus. Ratio eſt, quia ad capturam ante monitiones non habuit aliquam cognitionem, vt ſic præueniret cauſam, nec iure potuit inuocare brachium ſæculare, quia præuentio cùm naſcatur ab exercitio iuriſdictionis, vt refert ex aliis Giurb. *conſ.* 48. *num.* 38. neceſſaria erat iuriſdictionis habilitas, vt obſeruat Azeuedo *in l.* 10. *tit.* 13. *lib.* 8. *Rec. num.* 32. *&* 41. quæ tamen ob non ſeruatam formam Concilij non eſt radicata in Iudice Eccleſiaſtico, & ſic quamuis capiat incarceratio, erit ipſo iure nulla, ex defectu iuriſdictionis, quam non potuit iuſtificare præuentio, quæ naſci nequit ex actu nullo. Farinac. *q.* 7. *num.* 61. Azeued.
61 *ſupr. num.* 51. *&* 52. Giurb. *d. conſ.* 48. *num.* 35. † Neque obſtat ſi obiicias quòd ſi ſolemnitas monitionum obſeruaretur, peioris conditionis efficeretur iuriſdictio Eccleſiaſtica. Quoniam reſpondeo tunc effici deterioris conditionis, quando impediretur Iudex Eccleſiaſticus ſua iuriſdictione vti. At nemo negabit quod ſi monuerit & excommunicauerit, ſua iuriſdictione non vtatur, quia ea in eo conſiſtit, ſcilicet in monendo, & excommunicando. Excommunicatio etenim eſt gladius, & coërcitio quam habet Eccleſia, *cap. cum non ab homine* 10. *de iudiciis, iuncta gloſ. ibi, verb. poſtmodum,* & Parlador. *lib.* 2. *quotid. cap. fin.* 2. *p.* §. 2. *n.* 1. Habet itaque vtraque iuriſdictio Eccleſiaſtica & ſæcularis ſuos terminos, diuerſóſque fines, vt docemur *in cap. ſolitæ de maior. & obed. cap. cùm ad verum,* 96. *diſt.* & notauit Bobadill. *lib.* 2. *polit. cap.* 17. *in princ.* Paz. *in prax.* 2. *tom. in proœm ſtatim in princ.* Pereyra. *de manu reg. præludio* 2. & ante eos gloſ. *in cap. cauſam* 7. *verb. ad Regem, qui filij ſint legit.* hæc & plura pro ſæculari iuriſdictione congeſſimus Granatæ cum pro fiſco ageremus, ſed contra noſtram ſententiam pronuntiatum eſt, vt ſcribit D. Ioſeph. Vela *in dict. c.* 1. *de offic. ord. p.* 2. *n.* 64. *&* 2. *p. n.* 55. *& ſeq.*

62 Rurſus in gratiam regiorum fiſcalium diſcutere libuit eam quæſtionem, an poſſint ipſi ſuâ auctoritate incarcerare delinquentes, quam à nemine (quod ſciam) adhuc tractatam vidi, niſi à ſolo Caualcan, *in brachio regio* 4. *part. num.* 325. *& ſeq.* qui diſtinguit inter capturam per modum prouiſionis, vel per modum iuriſdictionis. Per modum prouiſionis vocat quando aliquis in flagranti crimine capit, etſi ſit priuatus, vt idem notat *ſupr.* 2. *part. num.* 5. *&* 6. quo in caſu rectè capiendi facultatem non negat, non verò per viam iuriſdictionis, quia fiſcalis eam non habet. Peregr. *de iure fiſci lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 12. & certum eſt iuriſdictionem eſſe neceſſariam ad capturam, vt à nobis *ſuprà* aſſertum eſt, & obſeruat Caualcan. *d. p. n.* 5. Farinac. *q.* 27. *n.* 1. Adhuc tamen Caualcan. *ſupr.* in flagranti concedit capiendi facultatem, quod non ſolùm conceditur fiſcali, verùm & priuato, teſte Bobadill. *lib.* 1. *polit. c.* 13. *n.* 19. *& lib.* 2. *c.* 18. *n.* 50 *& cap.* 21. *n.* 72. *lit. E.* vbi adducit
63 plura iura & Auctores. † Dicerem tamen quod etſi fiſci patronus nullam habeat iuriſdictionem, tamen ob inſtitutum miniſterij rectè poterit delinquentem capere, & in carcerem mittere. Nam cùm natura officij illud habeat inter alia attendere, & diligenter proſpicere ne delicta remaneãt impunita, iuxta ea, quæ de eo officio dicam *in l. fin. infr. de decurion.* ei conceſſum videtur totum illud quod ad conſequendum talem finem conduxerit, iuxta notata *per text. ibi in l.* 2. *ff. de iuriſdict.* & ita ſi occaſio occurrerit, rectè poterit capere. Rurſus, quia excellentia & eminentia officij talis eſt, vt à Iudicibus nihil differat, vt ex aliis obſeruat Alfaro *de officio fiſcal. gloſ.* 17. *n.* 3. *&* 35. *iuncta. gloſ.* 31. *n.* 4. *&* 5. & notatur à me *in d. l. fi. infr. de decurion.* Quapropter quod eis licet, licere etiam debet & fiſcalibus.

## LEX III.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *Nemeſiano V.P. Com. Larg.*

Quoties quis & priuati debitor inuenitur, & fiſci, abreptus ab vno officio teneatur ad vniuerſi debiti ſolutionem. Qui eum abſtulit, coërceatur: ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat, qui eumdem auellendum ſubtrahendumque crediderit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Expenditur Cuiacij ad hanc legem interpretamentum, & emendatio.*
2 *Adducitur congrua ſpecies huius litteræ.*
3 Officium *ſumitur aliquando pro ipſis officialibus.*
4 *Conſtitutio hæc habet locum, ciuiliter & criminaliter intentato iudicio.*
5 *Pœna quæ iure noſtro regio conſtituitur contra eximentes incarceratos.*
6 *Qui de hac materia ſcripſerint, remiſſiuè.*
7 *Expenditur lex partitæ in eximente detentum quando crimine læſæ maieſtatis accuſabatur.*
8 L. 4. §. item qui confeſſum. D. ad legem Iul. maieſt. *an de quolibet reo, vel tantùm de reo maieſtatis, accipienda ſit.*

MVLTIPLICITER huius legis litteram agnoſcunt Interpretes *hic*, vt de priuato 1
ærario & fiſco intelligamus Imperatorem. Scimus enim ærarium fuiſſe duplex, differréque fiſcum à priuato ærario, vt diximus *in rubric. ſupr. de iure fiſc.* Fuerunt itaque diuerſa officia, diuerſa debita, diuerſæ ſtationes fiſci & ærarij, vt dixi *in titul. ſupr. ne fiſcus rem quam vend.* ſi ergo debitor aliquis ſit fiſci & priuati ærarij (quod continebat eam pecuniam quæ in Principis priuato patrimonio erat) & comprehenſus ab aliquo ex his officiis aliquis, alius eum exemerit, abripuerit, vel ſubtraxerit, ne in carcerem detrudatur, non ſolùm ad ſolutionem coërcebitur eius debiti, propter quod fuerit comprehenſus, ſed etiam & alterius quod alteri officio debebat. Vtrumque debitum exſoluet ad vtramque quantitatem tenebitur. Hæc eſt mens Imperatoris noſtri, iuxta Cuiacium & Gothofr. *hic.* Qui etiam reponendam exiſtimant loco eius vocis *coërceatur, coarctetur.* Inepta ſanè emendatio, & tanto viro indigna; ſiquidem ridiculum eſt emendare litteram, quia eo verbo ſit vſa *l. pen. infr. de agricol. & cenſ.* vel quia in Codice Theodoſiano exaratum ſit *in l.* 5. *tit.* 7. *lib.* 11. eius Codicis, cùm tamen certius ſit maioris auctoritatis eſſe noſtrum vulgatem, quàm illum poſt tot ſæcula in lucem extractum.

Aliter, & meo videri rectius, intellexerunt legem 2
noſtram poſt Accurſ. And. de Barulo, Bar. & alios, Platea, Pyrrhus & reliqui, vt non de priuato ærario loquatur (qui poteſt ſub nomine priuati ærarium intelligi) ſed de debitore priuati creditoris & fiſci, qui cùm ab officiali detineretur, cùm in carcerem ducebatur, aliquis eum exemerit, tunc ad vniuerſi debiti ſolutio-

nem compelletur, iuxta quem ſenſum eſt ita diſpun-
genda littera. *Quoties quis & priuati debitor inuenitur,*
*& fiſci abreptus ab vno officio detineatur, ad vniuerſi de-*
3 *bitis ſolutionem, qui eum abſtulit, coerceatur.* † Et ſic illa
verba *ab vno officio*, interpretanda ſunt, id eſt, ab vno
ex officialibus, vt rectè explicauit Pyrrhus *hîc.* Cum
non ſit ignotum *officium* ſumi aliquando pro ipſis
officialibus, apparitoribus, ſeu adminiſtris Magiſtra-
tuum, *l.illicitas 6.§.ne tenuis, D.de offic. præſid. l. ſi plus*
*74.§.ſi iuſſu, D.de euiction.l. Sempronia 72. D.de furtis, l.*
*omnes 33.infr.de decurion.* cum aliis quæ adducit Briſ-
ſon. *verb.officium,* & Hotoman. Schar. Caluin. & om-
nes, & eo verbo vſus eſt Lamprid. *in Commodo*, qui
ait, *Præfectum prætorio Iulianum togatum præſente officio*
4 *ſuo in piſcinam detruſiſſe.* † Et ſic erit contra eximen-
tem carceratum hæc lex ciuiliter contra eum intenta-
to iudicio, cùm de intereſſe agatur, quo caſu ad vni-
uerſa debita tenebitur quæ reus principalis ſolueret, ſi
condemnatus eſſet, non tamen ob hoc euadet iudi-
cium criminale, nam contra eximentem agi quoque
poterit, *l.4.C.de cuſtod.reor.* docet Lucas *hic n.1.* Di-
dac.Perez *infrà* referendus VVeſembec. *in parat. tit. D.*
*ne quis eum qui in ius voc.* itaque tenebitur ad verum-
que, & ad debita & ad pœnam, vt ſcribunt plures,
quos refert Bobad. *lib.3.polit.cap.15.n.125.* Caballus
*reſol.crim.caſ.8.ex n.22.* Farin. omnino videndus *q.30.*
5 *ex n.102.& ſeqq.* Giurb. *caſ.76.n.8.& 9.* † Iure verò
noſtro, ex *l.5.tit.12.lib.8. Rec.* in eximentem incarce-
ratum, vel eum, qui impedierit carcerationem, pœna
ſtatuitur illa, quæ imponenda erat reo principali, ſi
damnaretur, vt notauit Did. Perez *verb. e ſi letomarem*
*el preſo, in l.5.tit.12.lib.8.Ordinam.*
6 Verùm quia hæc materia à ſupradictis Auctoribus
rectè examinatur, hîc ſuperſedendum duxi, dum vi-
deas Farinac. *tota quæſt.30.* Auiles *in capp.præt. verb.iu-*
*riſdicion. c.3.n.16.* Auendan. *reſp.22.* Cabell. *d.caſ.8.*
Menoch. *de arbitrar.caſ.301.& cent.6.caſ.583.*& alios,
referens Nouar. *in præſenti, num.10.* Valenz. *in l.1.ſup.*
7 *de petit.honor.ſubl.num.9.* † Qui expendit legem partiti
iuris, quæ eſt *l.2.tit.1.p.7.* vbi inter crimina læſæ Ma-
ieſtatis enumeratur illud quando aliquis è vinculis, vel
carcere emiſit detentum, vt patet illic, *La oncena es quan-*
*do alguno me es acuſado o reptado ſobrefecho detraycion e*
*otro alguno le ſuelta o le aguiſa para que ſe vaya.* Quæ lex
tantum requirit, quòd reus ſit accuſatus, vel delatus, &
ob id in carcerem detruſus, vel qualitercumque ante
ipſius detruſionem in carcerem, ope, vel auxilio effe-
cit, quominus caperetur, vt indicatur ibi, *o le aguiſa*
*para que ſe vaya.* quæ verba comprehendunt opem, vel
auxilium, atque ita à fortiori comprehendit lex quan-
do effecit vt liberaretur, vel vt eripiatur ab officiali-
8 bus, vt *in l.1.tit.18.lib.8. Recop.* † Requirit autem lex
dicta partitæ, vt ſit accuſatus de crimine læſæ Maie-
ſtatis reus, vt clariùs conſtituat, quàm *l.4.verſ.item qui*
*confeſſum, D.ad leg.Iul. Maieſt.* quæ videtur de quoli-
bet reo accipienda, iuxta *l.ſi confeſſus, D.de cuſtod.reo-*
*rum.* & ita procedunt quæ obſeruant Boſſius, Clarus
& Menoch. relati à Nouario *hîc n.11.* Sed rectè Ac-
curſ. *ibi* accipit *verſ. item qui confeſſum,* ſecundùm ſub-
iectam materiam, quam tractat Conſultus, ſcilicet de
reo Maieſtatis, & ita minus bene Gregor. *in d. l. par.*
*verb. porque ſe vaya,* generaliter de quolibet reo legem
illam accipit, & Ant. Gom. *3.tom.var.cap.2.n.7. verſ.*
*quod primo.* Cùm tamen veriùs dicas legem regiam
intelligendam tantùm de incarcerato, delato, accuſato,
aut confeſſo reo, de crimine Maieſtatis, vt puniatur
extrahens eum legis Iuliæ ſecundo capite. Sed ſi libe-
rauerit eum qui primo capite eius legis fuerat accu-
ſatus, vel delatus punietur pœna primi capitis, *leg.*
*24.tit.29.part.7.* & probatur quoque *in l.1. tit.18.*
*lib.8.Recop.*

## LEX IV.

*Idem A. ad Euſtathium P.P. poſt alia.*

Actores cæteríque rei priuatæ noſtræ ad ſo-
lutionem ſpecierum ſolemnium debiti vi-
goris auctoritate cogantur, ne prouincia-
les rei priuatæ noſtræ fatiget immuni-
tas.

### SVMMARIVM.

1 *Actores qui dicantur in hac lege?*
2 *Actores plerumque olim fuere ſerui.*
3 L.vniuerſi 9.C.vbi cauſæ fiſcales, *explicatur.*
*contra Rebuffum & Alfarum,* & num.4.
5 *Lectio noſtræ legis vera proponitur, item & mens.*

ACTORES in præſenti vocantur qui & Pro- 1
curatores rerum ſingularum patrimonij
Principis, qui rationibus fiſcalibus confi-
ciendis præerant, vnde dicti quoque *Ratio-*
*nales*, qui Pecuniæ Principis, ſeu fiſci exigendæ, aut
erogandæ præſunt, & denique in fiſci commodis oc-
cupabantur, apud nos ſunt *ſolicitadores, cobradores, re-*
*caudadores, agentes, fatores del fiſco.* Nam eodem modo,
quo in familiis qui res, rationéſque heri adminiſtrat,
dicitur actor ita apud Principem. Horum plurima eſt
mentio *in l.minimè 11.C.Th. de iuriſd.toto tit.eodem C.de*
*actorib.procurat.l.1.C.Th.hoc tit.l.quiſquis 7.l.ſi quis mili-*
*tem 12.C.Th.de deſertorib.& occultator.l.nulla 6.C.Th.de*
*decurion.l.vniu.9.C.vbi cauſæ fiſcales, tit.infr.de conduct.&*
*procur.ſiue actor, l.1.infr.de collat.fundor. fiſcal.* vbi malè
legitur *Auctores. Nouel. Majoriani, de indulgent.reliquor.*
*Nouell.1.Theodoſij de tyronibus* eorum quoque meminit
Plin. *in Panegyr.Traian.num.310. Dicitur actori procura-*
*toríque tuo, in ius veni, & lib.7.ep.18.* Saluian. *de prouiden.*
*lib.4.* alia loca congeſſit Lipſius *ad Tacit. lib.2. annal.*
ad illud, *Mancipari ſingulos actori publico iubet.* Ræuar.
*lib.5.var.c.20.* Torrent. *ad Suet.in Domitian.c.11.* Taub-
man. *ad Plaut.in Aſin.act.2.ſcen.4.verſ.53.* Buleng. *lib.3.*
*de Imp.Rom.c.25.* Gutter. *de offic.domus Aug.lib.3.c.18.*
*verſ.erant, & actores, & c.35.verſ. de varijs.* † Hi autem 2
originem traxerunt à ſeruis, quibus rerum ſuarum cu-
ra & adminiſtratio familiaris à dominis mandabatur,
nam redditus prædiorum Domini exigebant, aliáque
negotia tractabant, & actores dicebantur, *l.Thais 41.§.*
*ſorore, D.de fideicom. liber. l.bonorum 8. l.procuratoris 30.*
*D.de iure fiſci, leg.fin. D.de offic. præſid.l.interdum 16. in*
*princ. D.de publ.l.quæſitum 12.§.idem reſpondet 38. l.Seia*
*20.§.prædia 3. D.de fund.inſtruct.* Saluian. *ſupr.* Apulei.
*lib.8.metamor.* Colum. *de re ruſt.lib.1.* quos adduxit
Reuar. *d.lib.5.cap.fin.* videndus Cuiac. *lib.25. obſeru.*
*c.27.& lib.19.cap.1.* Pancirol. *lib.1.var.cap.45.* Gaſp.
Barthius *lib.21.aduerſ.cap.7.* idem Cuiac. *in l.bonorum 8.*
*D.de iure fiſc.* † Et ideò *in l.cùm aliquid 8.C.quando* 3
*cauſæ fiſcal.* actor vocatur ſeruus rei priuatæ. Quod
etiam ſuadet genus pœnæ in eos ſtatutæ, quoniam, ſi
actor, aut Procurator huiuſmodi iniuriis aliquem affe-
cerit, vel deprædauerit, viuus erit concremandus, *in l.*
*vniuerſi 9. C.vbi cauſa fiſc.* Cuius rei ratio inuenitur *in*
*d.l.vnic.infr.de conductor.& procurat.* Quia grauior pœ-
na conſtituenda eſt in eos, qui iuris ſunt Principis, &
ad eius mandata fortiùs adſtringuntur, *arg.l.3.§.de his*
*17.D.de SC.Sill.* ibi, *Nam æquiſſimum vltioni dominorum*
*non obſtare indulgentiam ipſorum quam quiſque pleniorem*
*eſſe expertus eo grauiorem ſceleri ſuo pœnam merebitur.* † Ex 4
quo veniunt irridendi Rebuff. Gall. & Alfar. Hiſpanus,
qui eam legem acceperunt de Regio fiſcali. Rebuff.
in

*in concord.rub.de electio.derogat. verb.regium Aduocatum, verſic. vltimum*, ait hunc textum (ſcilicet *dict. l. vniuerſi.*) torno oculo conſpectum à regiis Aduocatis, & Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ. 9. num.* 39 Regios fiſcales ſuadet, & admonet, ne aliquem indebitè vexent, ne viui concrementur. Ridicula ſanè animaduerſio, & meritò comburenda ipſa. Ignorarunt itaque vim officij Actorum & Procuratorum. Nam non loquitur *d. l. vniuerſi* de Procuratore regio, qualis eſt fiſcalis, ſed de huiuſmodi hominibus, qui actores & Procuratores ſunt dicti. Quomodo enim tam grauiori pœnâ erant afficiendi fiſci patroni? qui aliàs tantis in iure honoribus condecorantur? vt conſtat ex iis, quæ latè dico *in l. fin. infr. de decurion.*

5 Ait lex noſtra, *Fatiget immanitas.* Variè legitur hæc pars vltima, vt conſtat ex Acc. *hîc ſchol. fin.* Pyrrho, Cuiac. Gothofr. & Valenzuela. Nam in vulgatis *immanitas*, in aliis *immunitas*, Aſſentior eis, qui hanc vocem retinent hoc ſenſu. Etiam Principis officiales teneri ad tributorum contributionem, ne ſi immunitate gauderent, eorum immunitas cæteros grauet, reuelatio etenim, & immunitas aliorum cæteros grauet, ad quos ſolidum onus ſpectabit, ne onus quod debet eſſe multorum, reportent pauci, ſublatis aliis, vt ait Bald. *conſ. 410. col. 2. ad fin. vol. 5. argum. l. fin. ſupr. de annon. & tribut.* & probat *l. 4. tit. 14. lib. 9. Recop.* & iam diximus *in l. omnes, ſupr. de annon.*

## LEX VI.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Theodoro PP.*

In fiſcalibus debitis, hoc eſt, annonariis cæteriſque titulis, qui ad arcam eminentiſſimæ pertinent præfecturæ, nec non in his debitis, quæ rationale vſurpat officium, Rectores prouinciarum conſtringantur, & eos neceſſitas maneat exigendi, à quibus expectatur auctoritas.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui ſint* tituli *in hac lege, & eius intentio?*
2 *Plures arcas fuiſſe, remiſſiuè oſtenditur in qualibet dignitate.*

1 VARIOS fuiſſe illationum titulos, ſeu cauſas, ex quibus fiſco, aut ærario tributa præſtabantur, iam liquet ex his, quæ ſuprà animaduertimus, *in tit. de annonis & tribut.* Titulos hîc accipe pro cauſis, ex quibus bona fiſco adquiruntur, vt dicam *in rub. infr. de canone largit. tit.* In quibus omnibus, ſiue pertineant ad arcam præfecti prætorio, cuius dignitatem iure optimo vocat eminentiſſimam, ob rationes, quas adducemus, Deo auſpice, *in l. fin. infr de decurion. c. 2.* Siue ad Procuratorem Cæſaris, de quo alibi egimus *in tit. de iure fiſc.* Rector prouinciæ ad exactionem eorum tenebitur interponere ſuam auctoritatem. † Arcas vtpote diuerſarum præfecturarum plures fuiſſe non ſolùm ex hoc loco conſtat, ſed ex aliis, vt doceo *in tit. infr. de canon. largit. tit.* Arca nempe præfectoria, fiſcalis, publica, Pontificalis, Quæſtoria & collegiorum corporatorum, & aliorum, quorum meminerunt viri docti, Lipſius *lib. 1. Saturnal. c. 9. in fin.* Broſſæus *in not. ad Caſſiod. libro... epiſt. 10.* Iuretus *in not. ad Symm. lib. 1. epiſt. 62.* Caſaubon. *ad Vopiſc. pag. 216.* Salmaſ. *ad Lamprid. pag. 129.* ad illud, *ærarios verò inſtituit.* Buleng. *lib. 6. de Imp. Rom. c. 54.* & nos dicemus, ſi Deus ſinat, *ad tit. infr. de ſuſcep. præp. & arcariis.*

## LEX VII.

*Iidem* AA. *Hadriano P.P.*

Miſſi opinatores, id eſt, exactores militaris annonæ cùm delegatoriis iudicibus, eorumque officiis inſiſtant, vt intra anni metas id, quod debetur, accipiant, &c.

VIde quæ dixi *in l. 1. ad fin. ſupr. h. t. & in l. 1. infr. de diſcuſſor. & in l. 2. infr. de canone larg. tit.* & Roder. Suarez *in l. poſt rem iudicatam, notab. 7.* & *ibi* Vald. Auendan. *reſp. 34. n. 2. verſ. 2. concluſio.* Menoch. *de recup. rem. 8. n. 35.* & Nouar. & Valenz. *hîc*, Gutier. *de gabell. q. 164. ex n. 3.* Et argumento huius legis obſeruant DD. quòd ſi ciuitas non eſt ſoluendo, non debent conueniri pro eius debitis vicini ſingulares, neque collectam pati tradunt Bobadilla *lib. 3. cap. 8. n. 77. lit. A.* Gratian. *tom. diſc. cap. 196. ex n. 26. & ſequentibus & dec. 217.* Amat. Rodriguez *de execution. cap. 4. num. 34. & ſeq. verſ. ſed cum ciuitas.*

## LEX finalis.

*Impp.* LEO & ANTHEMIVS AA. *Nicoſtrato PP.*

Si diuina domus aut quælibet alia cuiuſcumque dignitatis & fortunæ, &c.

VIde quæ dixi *in l. 1. ſupr. de annon. & tribut.* & quæ dicam *in l. 1. infr. de præd. decur.*

# TIT. XX.

*De ſuperexactionibus.*

AD *l. vnic. huius tituli* videas quæ dixi *in l. 3. ſup. de ann. & trib. & in rub. de exact. trib. & in l. 1. eodem.* Farinac. *conſ. 111. & quæſt. 23. ex n. 1.* Fachin. *lib. 1. contr. cap. 1. in fin.*

# TIT. XXII.

*De Apochis publicis, & de deſcriptionibus curialibus, & de diſtributionibus ciuilibus.*

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit* Apocha, *& quomodo differat ab acceptilatione*, & n. 2.
3 *Apocha nomen peregrinum, quid apud nos ſignificet?*
4 *Securitas & chirographum eodem ſenſu dixerunt leges noſtræ.*
5 *Quid ſit* Antapocha, *& qualis eius natura?*
6 *Quo in ſenſu accipiatur hic apocha?*
7 *Verba rubricæ* de deſcriptionibus curialium, *explicantur*, & num. 8.
9 *Quid velint illa verba*, de diſtributionibus ciuilibus, *& qui ſint* Breues quadrimenſtrui. *&* n. 10.
11 *An neceſſe fuerit addere in hoc titulo, &* de quadrimenſtruis breuibus.

1 APocha eſt ſecuritas quæ functiones publicas ſolutas fuiſſe demonſtrat, *l.2.& 4. h.t.* eſtque profeſſio ſolutæ pecuniæ (à Græco nomine diducta, quod recipere ſignificat) quam præſtat creditor debitori, teſtans ſibi eſſe ſatisfactum, *l.pecunia* 14.*C.de ſolution. iunct.l.*
2 *plures* 19.*C.de fide inſtrum.* † Acceptilationem vocarunt Conſulti, etſi acceptilatio differat ab Apocha, quod apocha non liberet ſine ſolutione. *leg.ſi accepto latum* 19.§.*fin. D.de acceptilat.* Donell. *lib.*16.*com. cap.* 21. & ante eum Petr.Gregor. *infrà* referendus. Gilchen, *in d. l. plures num.*21. & Pancirol. *in not. Imp.*
3 *Orient.cap.*88. † *Quitantiam* vocant Practici, Nos *carta de pago*. Latini proprium nomen non habuerunt, & vſi ſunt peregrino. *lege fin.*§.*Titius. D.de condict. indeb. l. qui tabulas* 27.§.*Apocha* 2.*D.de furtis, cum aliis.*
4 † Etiſi *ſecuritatem* dixerunt, vt *in l.2,infr.de diſcuſſor.l.2. & 4.infr.h.t.l.id quod* 19.*C.Th.de ann.& trib.* ibi, *Apocharum, vel ſecuritatum.* Symmach. *libro* 10.*epiſt.*43. & chirographum *l.fin. C.ſi cert.pet.* & profeſſionem, *dicta lege* 14.*Cod.de ſolut.* Sed hoc verbo *apocha* frequentius vſæ ſunt leges, & Caſſiodor *lib.*12.*epiſt.*8. & alij
5 Auctores. † Apochæ contraria eſt antapocha, quâ debitor fatetur creditori in præſtationibus annuis ſe eidem perſoluiſſe redditus, aut penſiones, vt præſcriptionis exceptionem ſummoueat, & tali confeſſione debitoris ſolet muniri creditor contra colonum ſeſe in libertatem aſſerentem, *d.l.plures* 19. *C.de fid.inſtr.* vbi eius exemplum ponit Cuiac. & Gothofr. hoc modo. Lucius Titius fateor Seio tali die tot ſoluiſſe annui redditus nomine, quem ei debeo ob fundum, vel poſſeſſionem, vel vſurarum nomine, ob creditam mihi pecuniam. Hoc ergo modo creditor præcludit tali confeſſione, ſeu antapocha viam calumniis debitoris, ſi apocham oſtendat, vel alia probatione demonſtret ſe pecuniam, aut redditus perſoluiſſe, & conſequenter indebitum velit condicere. Docent poſt Plateam & reliquos Cuiac. *hic*, quem tranſcripſit eo non relato Schard. *de verb.iur.verb. antapocha*, & præter eos Valenzuel. *hic n.*2. Petr.Greg. *lib.*48.*ſyntag.cap.*14. *n.*7. Donell. *lib.9.comm.cap.*13.*& lib.*25.*c.*1. quod eſt apud Oſvval. *cap.7.lit.L.& ſeq.* Gilgen. *in d.l.plures* 18.*n.*1.
6 *& ſeq.* Parlador. *lib.1.quotid.cap.*1.§.12.*num.*11. † Et quamuis inter priuatas perſonas apocha & antapocha ſoleant præſtari vt inſtrumenta ſolutionis, teſte Panormit. *in cap.*2.*de fide inſtrum.* Perez *in leg.*5.*tit.*8.*lib.*3. *ordin.* Maſcard. *de probatio concl.*1294.*n.*18. Tamen in præſenti pro publica ſcriptura accipitur, quæ à fiſco, ſeu officiali ſolet præſtari in exactione & ſolutione tributorum & functionum fiſcalium, quæ ærario publico inferuntur, & hæc ſola perfectè ſecurum reddit debitorem, ne ab eo iterum petatur, cùm teſtes ſint mortales, & ob id noſtro titulo non ſimpliciter poſitum eſt *de Apochis*, ſed etiam adiicitur *publicis* quia in publica forma ſunt conficiendæ, vt ſit ſolemne inſtrumentum, ita conſtat ex *l.*1.*infr.verſ.vt ſecuritatibus*, vbi ponitur forma apochæ publicæ, de qua *ibi* dicemus, quod & cauetur *l.*6.*tit.*14.*lib.*6. *Recop.* ibi, *E que les denſus cartas de pago declarando y eſpecificando*, &c.

7 Additur in noſtro titulo, *De deſcriptionibus Curialium.* Deſcriptiones curialium ſunt, appretia, ſeu æſtima, taxatio, & æſtimatio patrimoniorum ciuium, ſecundum quam ſeruata proportione Geometrica tributa inducuntur, *l.*1. vbi dicam *de en Cabezonamiento* dicitur apud nos *l.*3.*& 4.tit.*14.*lib.*6.*Recop.* continétque
8 collatorum nomina, & modum collationis. † Adiicitur *in rub.Curialium*, quia id ſolet fieri à Decurionibus,
9 vt dicemus *ſuo loco.* † Vltimo loco ſcribitur in hoc titulo, *& diſtributionibus ciuilibus*, quia diſtribuebatur ſolutio fiſcalium tributorum in tres partes anni, tribus penſitationibus claudebatur quarto quoque menſe, *l.fin.ſup.de annon. & trib. l.prouinciales* 16. *C.Th. eod.* ibi, *Prouinciales tributa fiſcalia per anni curriculum tripertita ſatisfactiones reſtituant. Ciuiles* dicuntur, à ciuibus qui in matricula deſcripti ſoluebant ſic *pecunias ciuiles* dixit *d.l.fin.de anno.& trib.* ſicut dicuntur *panes ciuiles*, qui erogabantur ciuibus, vt dicam *in tit. infr. de condit. in publ.horr.& in tit.de annon.ciuil.* † Et deſcriptiones, 10
ſeu chartulæ breues, quibus ſingulæ penſiones deſcribebantur, dicebantur *quadrimenſtrui breues*, qui de ſingulis penſionibus conficiebantur à chartulariis, & præfectis prætorio tranſmittebantur, *l.*1.*infr.h.t.tot.t. C.Th. de quadimenſtruis breuib.*173. *C.Th. de decurion.* quæ eſt prima lex huius tit. *l.vnic C.de officio Comit.ſacrar.larg. Nouell. Maioriani, de Indulgentiis reliquorum.* Cuiac. *hîc*, & reliqui Schar. *de verb.iur. verb. Breues* & Cuiacij verbis relatis, nomine verò ſuppreſſo, Broſſæus *in not.ad Caſſiod.lib.*12.*epiſt.*2. ad illa verba, *Poſſeſſores precipimus admonere vt tributa indictionis tertiæ deuota mente perſoluant, quatenus trina illationis moderamine cuſtodito debitam reipublica inferant functionem. Tempora exactionum ſtatuta ſeruentur, expenſarum quoque fidelem notitiam quaternis menſibus comprehenſam conſuetudine cuſtodita ad ſcrinia noſtra dirigere maturabis, vt totius erroris diſcuſſa caligine publici ratiocinij poſſit claritas apparere.* De his videtur quoque accipiendus Imperator *in l.4.infr.de collat.fund. patrim.* ibi, *Dummodo non amplius quàm in tribus per ſingulos annos vicibus.* † Hæ ergo diſtributiones, de quibus noſter titulus inſcribitur, rectè hos breues includunt, atque ita neceſſe non fuit Triboniano addere in titulo hoc, *& de quadrimenſtruis breuibus*, vt putabat Cuiacius, aliàs ſuperflueret inſcriptio, etſi in Codice Theodoſij *lib.*11.*tit.*25. de his concipiatur titulus ſeorſim, cætera vide *in lege ſtatim ſequenti.*

## LEX I.

*Imp.* HONOR. *&* THEODOS. AA. *Anthemio PP.*

Ad inferiorum curialium releuandas fortunas, & impreſſionem potentium, & itidem curialium cohibendam, placuit, vt deſcriptiones, ſi quæ per ſingulos ordines cogẽtibus diuerſis negotiis agitentur, non ſumant ante principium, quàm acta prouinciarum rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ ſententiis. Sed & aurum, quod ex huiuſmodi contributione redigitur, ita debet ſuſceptori aurario conſignari, vt ſecuritatibus nomen inferentis, dies, conſul menſis, cauſa, & ſumma comprehendantur: quo & deſcriptionis æquitas illuſtretur, & deſcriptio documentis euidẽtibus fulciatur, hoc etiam obſeruando, vt in quadrimeſtribus quoque breuibus, qui ad excellentiæ tuæ officium ſolemniter diriguntur, celebratæ deſcriptionis diſpunctio ſocietur, vt omnes veſtræ poteſtatis ſcientiam formidantes nihil ad releuationem locupletum, atque inopum perniciem audeant pertentare. Quod & tunc optimum eſt cuſtodiri, cùm lucratiuæ facultates ex bonis curialium curiæ obuenerint, vt & inopes & locupletes fructu prouiſionis ſimili potiantur. Quam diſpoſitionem, ſi quis iudicum numerariorum,

vel

vel curialium mutilandam eſſe credide-
rit, interminationi, quam noſtra ſedes ſta-
tuerit, ſubiacebit.

*SVMMARIVM.*

1 *Defenditur hæc lex contra Valenzuelam,* & n.2.
3 *Legis noſtræ intentum aperitur exornaturque.*
4 *Attendi debet ne plus grauentur pauperes, & ne po-
tentiores vexent,* & n.5.
6 *Adducitur Saluiani elegans locus, & de grauamini-
bus inferiorum.*
7 *Emaculatur littera noſtræ legis.*
8 *Quæ vox ſit illa* Impreſſionem, *& quid in præſenti
ſignificet?*
9 *Explicantur illa verba,* per ſingulos ordines, *in no-
ſtra l. poſita contra Valenzuelam.*
10 *Verba,* & ex eorum fuerint receptæ ſententiis, *ex-
plicantur.*
11 *Semper lex præſumit pro iudice, & plurimum ei defert,
& ob id eius arbitrarium plurimum valet in taxa-
tione patrimoniorum,* & n.12.
13 *Illuſtratur verſus ille,* hoc etiam, *quidquid ſit æquitas
ibi,* & num. 14.
15 *Emendantur verba illa;* & deſcriptio euidentibus
documentis, *& eorum intellectus.*
16 *Apocha vt ſit ſolemnis, quomodo facienda.*
17 *An ſit accipienda lex noſtra de auro coronario, vel tri-
butario, reprobatur Cuiacij & Gothofredi ſententia.*
18 *Declaratur verſ.* Quod & nunc, *& de cauſa lucratiua.*
19 *Quoties lex requirit inſinuationem in aliquo actu, diſpo-
ſitio facienda eſt coram iudice,* & n.20. *& quid
hodie de iure partito vigeat, & de praxi inſinuatio-
nis,* n.21.
22 *Quomodo tutor authoritatem præſtare debeat.*
23 *Quoties ad probationem actus, ſeu diſpoſitionis lex re-
quirit ſcripturam, non poterit probatio fieri per te-
ſtes,* & n.25.
24 *In emphyteuſi requiritur ſcriptura.*
26 *Quomodo procedat ea doctrina de diſpoſitione legis re-
quirentis ſcripturam ad probationem, & expendi-
tur* l.41.Taur.
27 *In ſpecie noſtræ legis ſolutio facta fiſco probanda eſt per
ſcripturam.*
28 *Quid dicendum erit quando inter partes conuentum
eſt de ſcriptura facienda, & ſimilibus quæſtionibus,
remiſſiuè.*
29 *In paſcuis depaſcendis pari conditione cenſendi ſunt
tam pauperes, quàm diuites.*

1 RECTE noſter Valenzuela *hîc* de hac lege videtur dixiſſe, priùs idem repetere & inculcare, videríque Imperatores non eſſe contentos, niſi eandem rem iterum atque iterum dicant. Quæ battologia iniuria temporum latenter obrepit, labente iam linguæ Latinæ candore, & elegan-
2 tia cum imperij maieſtate. † Sed quia ſeries huius conſtitutionis rectè comprehendit omnes rubricæ partes, neceſſarium duxi totam litteram luculenta paraphraſi percurrere, ex qua mens Imperatorum conſtabit, ita vt nec ſuperfluere verba, ſed omnia eſſe ne-
3 ceſſaria animaduertamus. † Mouentur Imperatores, vt appretiatio, ſeu patrimoniorum æſtimatio de ciuibus facta non ante executioni mandetur, quàm apud Præſides, ſeu Rectores ciuitatum intimetur, & ab eis cõfirmetur, ea ratione, quam in principio adiiciunt, vt releuentur ſcilicet fortunæ inferiorum curialium, ſeu pauperum, quia ſolebant grauari pauperes, & diuites releuari, vt inſinuatur *ibi.* nihil ad releuationem locupletum atque inopum perniciem, vt dicemus *in l.1.*
4 *infr. de diſcuſſor.* † Quod æquiſſimum eſt, & ſemper iura curarunt ne plus pauperes grauentur, quàm ferre poſſunt, & à potentioribus vexentur, cùm pro modo facultatum munera patrimonialia ſint imponenda; *l.2.§.præſes 15. D.de muneribus l.1.infr.de muneribus patrimon.l.ad ſubeunda 45.infr. de decurion.* Quare debet eſſe & æqualis illationis forma, *l.in fraudem 7.ſup. de annon.& tribut.* & ita iuſtiſſimè legibus noſtris cauetur, præcipuè *l.4.t.14.lib.6.Recopil.* illis verbis, *Echado y repartiẽdo à cada lugar lo que iuſtamẽte les parciere que deben pagar teniendo conſideracion a los vecinos y a las haciendas y tratos por manera que el repartimiento ſe haga igualmente ſin hacer mas agrauio ni gratia ni quita a los vnos que à los otros y en el repartimiento que ſe hiciere firmado de las iuſticias y de los Regidores y del ſcriuano del concejo.* Docent Azeued. *ibi* alios referens & Flores de Mena *lib.2. var.q.21. ex n.106.* & nos ad tit. *ſupr.de annon.& trib.* congruitque eleganter *l.illicitas 6. §.ne potentiores, & §. ne tenuis. D.de offic. præſid.* † Hæcque voluit ſignifi- 5
care lex noſtra illic, *Ad inferiorum curialium releuandas fortunas.* & poſtea, *Nihil ad releuationem locupletum, atque inopum perniciem audeant pertentare.* Quia Decuriones tenuiores à potentioribus debent ſubleuari, non onerari. *l.iuncta l.qui grauatos 5.infr.de cenſib.* †Ra- 6
tio eſt alia, vt cohibeatur impreſſio potentium curialium, qui pauperiores grauabant, vt conquiritur Saluian. *lib.5.de gubernat. Dei, n.mihi 151. & ſeq.* vbi de ea re hæc ipſa ſcripta reliquit. *Leuiores his hoſtes, quàm exactores ſunt. Minus tamen graue atque acerbum erat ſi omnes æqualiter atque in commune tolerarent. Illud indignius atque pœnalius, quod omnium onus non omnes ſuſtinent, imò quòd pauperculos homines tributa diuitum premunt, & infirmiores ferunt ſarcinas fortiorum, nec alia cauſa eſt quod ſuſtinere non poſſunt, niſi quia maior eſt miſerorum ſarcina, quàm facultas. Solutionem ſuſtinent diuitum, & indigentiam mendicorum. Adiectiones tributarias ipſi interdum diuites faciunt, pro quibus diuites ſoluunt.* Conferunt Caſſiodor *lib.2. epiſt.25.* & dicam *infr. in l.1. de immunit. nem. conced.* † Hinc cognoſcimus in 7
lege noſtra abundare dictionem & ita eſſe legendum, *& impreſſionem potentium itidem curialium cohibendam,* vt ſic ſubueniatur inferioribus curialibus, & potentiũ impreſſiones cohibeantur, quibus cæteros onerant, & grauant. † *Impreſſio* eſt militare verbum, ſigni- 8
ficans vim, coactionem, violentiam, compulſionem. *l.pen.C.de his quæ vi.* Eo vſi ſunt puræ latinitatis Auctores. Cicero *lib.5.famil.ep.2.ad Metell.* ibi, *Non iudicio atque diſceptatione ſed vi atque impreſſione euertere.* & Horat. *lib.1.od.16.*

*——— Altis vrbibus vltimæ*
*Stetere cauſæ cur perirent*
*Funditus, imprimerétque muris*
*Hoſtile aratrum exercitus inſolens.*

Tertullian. *aduerſ. Valentinian. c.6. Congeſſionis luſionem deputa lector ante pugnam. Oſtendam ſed non imprimam vulnera.* & alij ſequioris æui, vt Ammian. *de Thracib. lib.21.* ita ſcribit. *E Thracibus inter alios immaniter efferati memorantur Odryſæ, vt cùm hoſtium copia non daretur, ipſe inter epulas ſuis velut alienis corporibus imprimerent ferrum.* Symmach. *lib.1.ep.71. & lib.2. ep.52. & lib.5.ep.63.* ibi, *inualidos quidem ſtatim vincit impreſſio. & lib.6.epiſt.72.* & aliis. Egeſipp. *de excidio Hieroſ. lib.4. c.25.* Valentinian. *in Nouell. de prædys piſtorum* Concil. Arauſican. *c.7.* ibi, *Si quis in ſeruitutem, vel ad colonariam conditionem imprimere tentauerit.* Sic fortaſſe rectius, quàm *in cap.cos 79. diſt.* vbi ſcripſit Gratianus, *reuocare tentauerit.*

Ob has itaque rationes, quæcunque deſcriptiones, 9
ſeu æſtimationes patrimoniorum, *que ſon los Padrones, que ſe hacen para repartir los pechos.* quæ fiunt per ſingulos ordines; ſeu per ſingularum ciuitatum curias; per collegium nempe decurionum: nam *ordo* ſimpliciter ſumitur pro ipſis decuriis, ſeu, vt noſtri vocant, *Concejos o ayuntamientos, l.3.l.6.§.1.D. quod cuiuſcumque*

*vniuerſ. l. fin. D. ad municipal. tit. de decret. ab ordine facien.*
quod non bene accepit Valenzuel. *hîc n. 2.* dum *per ſin-*
*gulos ordines* explicat, per homines paruos & magnos,
10 quia omnes debent ſoluere. † Huiuſmodi ergo deſ-
criptiones non ante executioni ſunt mandandæ, quàm
prouinciæ rectoribus inſinuentur, & approbentur.
Hoc etenim ſignificant illa verba, *& ex eorum fuerint*
*recepta ſententiis.* quibus adiungas d. legem Regni *ſu-*
11 *pra* adductam; † ſemper quippe lex præſumit Iu-
dicem rem prout decet, & æqualiter geſturum. *cap. bo-*
*næ memoriæ 23. de electio. verſ. & pro his, & verſ. nos igi-*
*tur cap. in præſentia 6. de renunt.* cum notatis à Couar.
*de ſponſ. 2. part. cap. 8. § 12. verſ. ex quibus primò.* Menoch.
*de præſumpt. lib. 2. præſum. 67. tot. & conſ.* 100. *n.* 1. Surd.
*dec.* 170. *n.* 4. & cùm eius arbitrio plurimum differat in
diſcernendo quis pauper dicatur, iuxta ea, quæ notat
Barb. *de appell. verb. appell.* 192. *n.* 4. ipſe rectius ex actis
ipſis cognoſcet, an pauperes grauati ſint magis, quam
12 diuites, † & ita omnes hæ ſolẽnitates neceſſario requi-
runtur, ne eximium, ſeu taxatio fraudulenter fiat in
perniciem pauperum. *d. l. 1. infr. de cenſib.* imo fiat inſ-
pecta quantitate patrimonij, vt voluit Accurſ. *hîc,*
dum paritatem, quam hæc lex proponit, ait fore men-
ſurandam inſpecta quantitate patrimoniorum, quod
etiam docuit *in l. in fraudem. ſup. de annon. & trib. verb.*
*par,* & ſequitur Decian. *reſp. 69. n. 6. lib. 3.*
13 Id etiam quadrimeſtribus breuibus (de quibus iam
egimus) obſeruari præcipitur *in verſ. hoc etiam.* quod
non minus in eis, quam in deſcriptionibus attendatur
æqualis conditio tam diuitum, quam pauperum, & hoc
ſignificant illa verba, *quo & deſcriptionis æquitas illuſtre-*
*tur,* vt ſcilicet vnus non grauetur, & alter releuetur,
ſed omnes æquali menſura cogantur, *æquitas* ibi pro
14 æqualitate ſumitur. † Æquum dicitur quod vſque-
quaque par & ſimile eſt, propriéque de eo magiſtratu
dicitur, qui non variè ius dicit vt potentibus aliter,
quàm pauperibus ſe præbeat, ſed pariter æquabilitér-
que omnibus ius dicit, vt docent Schard. *de verb. iur.*
*verb. æquum dicitur.* Lactant. *lib. 5. cap. 15.* ibi, *Vbi enim*
*non ſunt vniuerſi pares, æquitas non eſt, & excludit inæqua-*
*litas ipſa iuſtitiam.* & ita Q. Cicero laudatur à fratre
quod effecerit vt tributa ciuitatum ab omnibus tole-
15 rarentur æqualiter. † Quam ob cauſam Imperato-
res requirunt, *vt deſcriptio euidentibus documentis ful-*
*ciatur.* Vehementer mihi placet emendatio illa quæ
prius fuerat Accurſij *verb. deſcriptio,* & eo non relato
tradunt Cuiac. & Gothofr. *hîc,* qui legunt *deſcriptus,*
vt referatur ad decurionem, ſeu municipem. Vt appa-
reat, inquit lex, ex apocha quam æqualiter fuit deſcri-
ptio facta, & deſcriptus in ea *fulciatur,* defenſus ſit &
ſecurus, ſi contra eum aliquid poſtea velint exactores,
*euidentibus documentis,* id eſt, litteris publicis, ſeu apo-
chis, quas acceperunt ex ſolemnitate huius legis, ex
16 quibus clarè & diſtinctè conſtat de ſolutione. † Nam
Apocha debet cum ea ſolemnitate fieri, vt in ea appo-
natur nomen eius qui confert, dies, conſul, menſis, &
ob quam cauſam fuit præſtita penſio, ſeu functio, &
quanta fuit eius ſumma, ita quidem ſolemne cenſetur
inſtrumentum. *l. 1. ſup. de conuen. fiſci debit.* quo ſolum
probatur ſolutio facta fiſco, non teſtibus, vt docet
Platea *n. 4. verſ. tertiò nota.* & Valenzuel. *n. 4.* poſt Acc.
*hîc, verb. deſcriptio.* & ſic pro forma apochæ dicta ſo-
lemnitas requiritur, vt indicat verbum *debet,* quod
denotat neceſſitatem, vt dicam *in tit. infr. de collat. æris,*
quia videtur lex voluiſſe ita ſcripturam eſſe neceſſa-
riam, vt defectus eius probationibus non ſuppleatur
aliis, iuxta doctrinam Bar. *in l. prohibitum, n. 1. ſup. de iure*
*fiſ.* & aliorum poſt Acc. *ibi, verb. litteris,* qui tenent
poſſe legem ita conſtitui, vt non credatur oratio Prin-
cipis, niſi litteras demonſtrauerit. *leg. 1. Cod. de mandat.*
*Princ. l. probatoriæ 9.* [illegible] *ſup. de exact.*
*trib.* & latiùs dicemus *infra.*

Aurum autem hoc, quod ſuſceptori conſignan- 17
dum eſt, putat Cuiac. *hîc,* & Gothofr. perpetuus in
his tribus libris eius aſſecla, eſſe aurum coronarium
quod à Curialibus confertur, vt dicam *in l. infr. de auro*
*coronar.* Verùm ea ſententia non videtur poſſe conue-
nire cum ſerie legis, quæ de tributorum collatione
apertè loquitur, nam cùm auri coronarij collatio fue-
rit voluntaria, vt *ibidem* probabimus, ad quid tam re-
petita deſcriptionis ſolemnitas, & ſecuritatis ſeu apo-
chæ in oblatione illa requiſitio? & certum eſt tributa
in auro & argento multoties fuiſſe illata. *l. vnic. infr. de*
*collatio. æris. l. aurum 15. infr. de ſuſceptorib. præpoſ. & arc.*
*l. vnic. infr. de argenti pretio l. priuatæ 10. infr. de excuſat.*
*muner. l. 2. infr. de fundis patrimon. l. ſingulis. leg. omnes, C.*
*Th. de luſtral. collat.* & auraria penſio & functio apud
Caſſiod. *lib. 2. ep. 26.*
Hæc omnia quæ *ſuprà* æqualiter inter omnes no- 18
ſtra ſtatuit, etiam habere locum, vult *in verſ. Quod &*
*tunc.* & in deſcriptione, quæ fit ex deſcriptione, quæ
fit ex cauſa lucratiua, vt ſi ille, qui non eſt curialis, ex
donatione, legato, aut ſimili cauſa lucratiua, aliquid
obtinuerit, cùm quartam curiæ dare teneatur, iuxta
*l. vnic. infr. de imponend. lucrat. deſcript.* illud admitten-
dum eſt, vt ſimili prouiſione potiantur tam pauperes,
quàm diuites, id eſt, vt ſi curiæ quartam ſoluerint, fiat
ſcriptura cum ea ſolemnitate, de qua *ſuprà* diximus, &
ſoluenti apocha dabitur, vt ſic conſtet ex ſolutione il-
lum quartam præſtaſſe, vt non in plus grauetur, quàm
patrimonij quantitas tulerit. Si enim non conſtet de
quartæ ſolutione, grauarentur in tributorum deſcri-
ptione reſpectu illius rei, quam ex lucratiua cauſa ac-
ceperit, & cuius quartam iam ſoluit. Vel ſi non ſcribe-
rentur huiuſmodi bona, poſſent per curiales poten-
tiores occultari & ſic non ſoluerentur tributa reſpe-
ctu illorum bonorum, quod tenderet in inferiorum
perniciem, & damnum, & hæc eſt mens illius verſus,
*quod & tunc.* Hancque conſtitutionem ſi quis ex iu-
dicibus, vel numerariis (id eſt, officialibus illis, ad
quos ſpectat numerare & deſcribere rationes fiſcales,
vt dicemus *in tit. infr. de numerariis.*) temerauerit, pœ-
næ Iudicis arbitrio imponendæ ſubiacebit. Cum qui-
bus ſatis clara iam manet littera huius legis, quæ aliàs
eſt abſtruſa, & ab interpretibus parum, vt ſolent ex-
plicata.
Ex his ergo, quæ in paraphraſi attulimus, primò 19
infertur, quòd leges requirentes inſinuationem ali-
cuius diſpoſitionis, vt cauetur in donatione, *leg. in*
*hac 30. cum ſeqq. C. de donation.* 5. & aliis actibus, de
quibus Ritterhuſius 5. *p. Nouell. c.* 10. & M. Ant. Eug.
*conſ. 7. toto.* ita debent intelligi vt diſpoſitio fiat corã Iu-
dice, & ab eo approbetur, vt docuit Accurſ. *in Auth. vt*
*non fiant pignorat. §. fin. verb. geſtis.* quem ſequuntur *hic*
Platea *n. 4.* & Anton. de Canario *in tract. de inſinuation.*
*in princ. n. 10.* & Hermoſill. *in l. 9. tit. 4. p. 5. gloſ. 1. n. 27.*
*& ſeqq. & gloſſis ſeq.* poſt Ceuall. *com. q.* 222. Gutierr. *in-*
*frà,* referendum, & pro eis videtur facere lex noſtra
illic, *Rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ*
*ſententiis.* Rurſus facit, quòd quemadmodum in tuto-
re requiritur non ſolùm præſentia, verùm & conſen-
ſus, & quòd expreſsè auctoritatem præſtet *l. 1. § mutus.*
*D. de tutelis l. 1. § tutor. D. de auctor. tutor.* Bar. *in l. 1. C. de*
*auct. præſt. an.* Iaſ. & alij *in l. ſi quis mihi 25. § iuſſum, D. de*
*adquir. her.* Montalu. *in l. 4. tit. de las deudas, li. 3. fori.* Caſ-
ſan. *in conſuet. Burg. rub. 7. § 1.* Ant. Fab. *in Iuriſp. tit. 21.*
*princ. 1 illat. 3. & 4.* ita & ſimiliter Iudex ſe debet gerere
in inſinuatione. † Contrariam ſententiam tenuit Bar. 20
*in l. Modeſtinus 23. D. de donat. n. 5. & in l. maxime. C. de*
*teſtam. n. 5.* vbi Iaſ. *n. 4.* Ant. de Canar. *ſupr. n. 23.* qui ea
ratione mouentur, quia inſinuare eſt apud acta coram
Iudice publicare, vel teſtari, & ſic ſufficiet Iudicis ſcie-
ntia, cùm ea ratione fuerit inſinuatio introducta, ne
quis facilè circumueniatur, vt docet idem Bar. *in d. l.*
*Modeſt*

*Modeſtinus. num.* 2. *&* 3. & Gothofred. *in l. data* 27. *C.*
*de donat.* & Gutierrez *de iuram.confir.* 1 *.par.cap.*7. *toto.*
*& max. num.* 11. vbi inſinuatio dicitur fieri interue-
niente actorum teſtificatione.*d.l.in hac.C.de donat.*vbi
tantùm donationis publicatio requiritur, de decreto
verò nihil ſtatuitur, & *in l. ſancimus.*34. *C.illa tit.* mo-
numentorum obſeruatio ſolùm dicitur inſinuatio, id
eſt, vt in acta & teſtationem publicam Iudicis refera-
21 tur donatio. † Sed de hac quæſtione non eſt apud nos
dubitandum, cùm lex partiti iuris ſolùm ſcientiam
Iudicis requirat in inſinuatione donationis, quæ eſt
*l.*9.*in fin.tit* 4.*part.*5.ibi,*fueras ende ſi lo ficieſe con carta e*
*con ſabiduria del iuzgador*.vbi rectè notauit Greg. *verb.*
*con carta. verſ. ſed an requiratur*, inquiens quòd cùm
lex dicat, *e con labiduria*, videri conſtitutum eſſe non
requiri Iudicis decretum: cui aſſentit Gutierr. *d. c.*7.
*n.*9.vbi etſi in praxi contingere dicat decretum inter-
poni hoc rectè introductum ait ad maiorem cautelam,
non tamen negat ſcientiam ſufficere, ex *d. l.* 1. & ita
quoque tenent Matienz.& Molin.& alij relati à Her-
moſilla *in d.l.*9.*gloſ.*16.*n.*7. licèt opinionem ſuperio-
rem Gregorij velit poſſe procedere ex doctrina Baldi
*in l. ne quidquam §. vbi decretum. D. de officio Proconſ.*
quando adeſſet contradictor qui contra donationem
allegaret aliquam iuſtam cauſam ne fiat.

Verùm ſtandum cenſeo indiſtinctè dictæ legi no-
ſtræ partitæ, quæ ita apertè loquitur, vt nullam con-
22 tineat dubitationem. † Neque obſtat fundamentum
quod de tutore retulimus. Nam in authoritate præ-
ſtanda tutor debet animo & corpore adeſſe, & cùm
cognouerit quid geſtum ſit, comprobare:*d.l.ſi quis mi-*
*hi. §. iuſſum. D. de adquir. hæred. §. tutor. Inſtit. de auct.*
*tut.* nam cùm authoritas ſit vt conſulatur pupillo, re-
quiritur cognitio rei & poſt cognitionem approba-
tio, hócque eſt authoritatem præſtare *l.* 3. *D.de auct.*
*tut.* docent plures apud Oſvval. *lib.*3. *Donel.c.*13.

23 *Secundò* ex ſupradictis infertur quòd quoties ad
probationem actus, ſeu diſpoſitionis requiritur, vt
fiat per ſcripturam, quos commemorant relati à Her-
moſill. *in l.*6.*tit.*5.*p.*5. *gloſ.*1.*n.*7. & Caldas *de empt.&*
*vend. cap.*19. *numer.*12. non poterit ea probatio fieri
per teſtes, vt docet Accur.& alij *in l.pactum quod bona*
*fide. C.de pactis. l.contractus* 17.*C.de fide inſtrum.*Valaſc.
*de iure emph. q.*7.*n.*19.Molin. *de primog. lib.*2.*c.*8. *n.*4.
*& ſeqq.* vbi Additio. Marta *voto* 104. *n.*8. Valenzuel.
*in l.prohibitum* 5.*n.*25. *& ſeq.ſup.de iure fiſc.& in leg.*1.
*n.*8.*ſup.de exact.trib.*& facit *l.ne cui* 32. *verſ. ipſis verò:*
25 *C.de locato.* † & quod de emphyteuſi traditur require-
re ſcripturam; *l.*1. *C. de iure emph.* cum adductis à Va-
laſc. *ſup.n.*2. Auendañ. *de cenſib. c.*84.*n.*9. & Caſtill.
*lib.*6.*controuer.c.*149.*n.*24. Pereyra *de renou. emph. q.*2.
*n.*2. Laurent.de Pinu.*conſ.*116.*n.*6.*& ſeq.lib.*1. Fachin.
*lib.*1.*controu.c.*84.Narbona *in l.*60.*gloſ.vnic.tit.*4.*lib.*1.
*Recop.n.*11.*& ſeq.& in l.*20. *gloſ.*22.*n.*50.*& ſeqq. tit.*1.
*lib.*4. *Recop.* † Item facit *l.cum de indebito* 25. *§. fin. in*
*fin.D.de prob.l.generaliter* 13. *C.de non num.pec.l.*6.*tit.*5.
*lib.*5. *Rec.* & in aliis caſibus, de quibus *ſuprà* dicti, &
præter eos Surd. *deciſ.*331.*n.*1. Borrell. *in ſum. deciſ.*
26 *tit.*33.*n.*1. † Hoc tamen intelliges, vbi lex pro forma
& ſubſtantia requirit vt fiat probatio per ſcripturam;
ſecus verò ſi ad cauſam probationis, quia hoc caſu
ſufficiunt teſtes. Ratio eſt quòd conditio debeat ſpe-
cificè adimpleri. *l.*1.*infr.de præd.decur.*vbi dicam, & ſic
quando lex ita diſpoſitionem requirit, videtur exclu-
dere aliam probationem. Verùm quando pro cauſa
probationis commodiori requiritur ſcriptura, tunc
non excluditur alia probatio, vt in exemplo *l.*41.*Taur.*
quæ eſt *l.*1.*tit.*7.*lib.*5. *Rec.* vbi ſi deperdatur ſcriptura
maioratus, quæ neceſſaria eſt in maioratu ex regia li-
centia conſtituto, iuxta tradita à Molin. *d.c.*8.*n.*7.*&* 8.
vbi Addit. & Azeued. *in d. l.*1.*n.*7. Caſtillo *dict. lib.*6.
*c.*149. *toto.* probari poteſt per teſtes, vt probat Mieres
*de maioras.*4. *p.q.*10.*n.*27. Azeued. *ſupr.n.*8. & facit *l.*
*teſtium* 18. *C.de teſtib.l.*32. vbi Greg. *verb. carta,tit.*16.
*p.*3.*l.*2. *verſ. ſaluo tit.*21. *lib.*4. *Rec.* † & ita in noſtræ 27
legis ſpecie debebit ſolutio facta fiſco probari per ſcri-
pturam, id eſt, per apocham cum ſupradicta ſolemni-
tate confectam, nec ſufficiet probatio per teſtes *leg.* 2.
*ſup.de conuen. fiſc.debit.* quod in aliis cauſis non eſt ad-
miſſum, imò teſtes ſufficient. *l.* 3. *ſup. de fide & iure*
*haſtæ* notat Plat. *hîc n.*4. † Quid autem dicendum ſit 28
quando inter partes de ſcriptura conficienda actum
ſit, & de ſimilibus quæſtionibus quæ occaſione *d.leg.*
*contractus* 17. *C.de fide inſtrum.l.contrahitur* 4. *D.de pi-*
*gnoribus.d.leg.pactum quod bona* 17.*C.de pact.* agitari ſo-
lent, videndi præter DD. *in dictis iurib.* Couar. *in cap.*
*relatum n.*9. *de teſtam.* Menchac. *lib.*1. *illuſt. q. cap.*28.
Gomez 2. *tom.var.c.*2. *n.*17. Menoch. *de præſum. lib.*3.
*præſum.*148.Ceuall. *pract.com.q.*90.*& ſeq* Gutier. *lib.*2.
*pp.q.*94. Caſtill. *lib.*3. *quot. cap.*26. Phœbus *deciſ.*99.
Azeued. *in l.*1.*tit.*17.*lib.*9. *Rec.* Auendan. *de cenſibus.*
*c.*84. Fachin. *lib.*2.*controu. cap.*97. Riccius *collect.*958.
Linglois *in diſp.inſt. diſp.*15. *quæſt.* 11. Perez de Lara *in*
*comp.vita hum.c.*8.*n.*20. Caldas *de emptio.c.*19.*n.*11.*&*
*ſeq.* Pichar. *in princ. Inſtit. de empt. & vendit. n.*28. *&*
*ſeq.* & Gilchen. *in d. l. contractus.* Auendaño *de cenſib.*
*d.c.*84.*n.*13. & Hermoſill. *per text. ibi in l.*6. *tit.*5.*p.*5.
*gloſſ.*1.*tota.*

Vltimò ex hac æqualitate à noſtra lege requiſita 29
deducitur pari conditione cenſendos eſſe tam paupe-
res, quàm diuites in paſcuis, pratis & aliis vniuerſita-
tum agris depaſcendis, ita vt quilibet ſecundùm nu-
merum ſuarum ouium & pecorum conſequatur emo-
lumentum, vt præter legem noſtram probatur *in leg.*
*omnes prouinciarum* 12. *C.de operib. publ.* & eſt diſertus
& elegans locus *l.*9.*tit.*28.*p.*3.ibi, *ſon communes a todos*
*tambien a los probes como a los ricos.*vbi notat Greg. *verb.*
*como a los ricos.* & Doctor Otero *de paſcuis c.*3.*toto, &*
*maximè n.*17.*& c.*6.

## LEX. II.

*Impp.* THEODOS. *&* VALENTIN.
A A. *Celeri P. C. Africæ.*

Semel ſecuritatem de refuſione munerum
emiſſam ab alio iudice non liceat refrica-
ri, & ideo ſpectabilitas tua ſaluberrimæ
ac iuſtiſſimę præceptionis formam ſecuta,
prohibebit in poſterum eos ad diſcuſſio-
nem tranſacti muneris conſtringi, quos
claruit accepta ſecuritatis proſperitate lę-
tari.

## LEX finalis.

*Imp.* IVSTINIANVS. A.

Securitatibus quæ publicarum functionum
gratia, ſiue in ſolidum, ſiue ex parte ſolu-
tæ eſſe conſcribuntur, nullam exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ penitus op-
poni concedimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſt receptam apocham rationes non ſunt reddendæ.*
*& n.*2. *vbi de ratione.*
3 *Exceptio quæ reſultat ex apocha, impedit litis ingreſ-*
*ſum;*

*ſum, & ſi ſit exceptio non numeratæ pecuniæ, obiici non poterit, vide etiam* n. 10.

4 *In fiſco antequam detur apocha ſolutionis, facienda eſt ſolutio.*

5 *Rationes ſemel expunctæ non ſunt reiterandæ.*

6 *Quod non erit admittendum ſi errore, fraude, aut negligentia, dolo, vi, aut metu fuerint factæ, & quomodo procedat, traditur Curiæ deciſio*, & n. 7.

8 *Quid dicendum in tutore, vel curatore, & quando in quietatione interuenit iudicis decretum, vel iuramentum.*

9 *Explicatur* l. 6. tit. 14. lib. 6. Recop.

10 *Exeptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contra apocham de æquitate canonica.*

11 *Gloſſa Accurſij reiicitur.*

1 CVM per receptionem apochæ qui tributum refudit, aut ſoluit, aut munus iam
exercuit, ſecurus conſtituatur, ſtatuitur in
his iuribus, ne vlteriùs prædicti muneris,
vel illationis cauſa ratio refricetur, & iterum in examen
diſcuſſionis adducatur, vel iterum retractetur,
vel reuideatur *l. ſecuritates 11. infr. de ſuſceptor leg. vnic.*
*infr. de ſolutio. & liberat. debit. l. 2. § fin. C. de quadrien præ-*
2 *ſcript.* facit *l. 4. infr. de diſcuſſor.* † Ratio eſt, quia pu-
blica apocha ſolemniter confecta ita ſecurum reddit
fiſci debitorem, vt excludat omnem aliam reuiſio-
nem, ne vlteriùs conueniretur pro debito, cuius ſolu-
tio ex apocha ſatis eſt certa, vt ſic litium finis daretur.
*l. properandum. C. de iudiciis, cum vulgatis*, quæ in infi-
nitum exereſcerent (ſi nunquam ſecuritas debitori-
bus contingeret) cum graui damno reipublicæ, &
priuatorum, quia ita multis fraudibus & calumniis
exponerentur, vt dicemus *in tit. infr. de diſcuſſ.* & ani-
3 maduertimus *in leg. 2. ſupr de iure fiſc. n...* † Quod ita
procedet, vt exceptio hæc quæ reſultat ex apocha, im-
pediat litis ingreſſum, vt rectè notauit Bar. *in præſ.*
quem ſequitur Angel. *in addit.* & Platea *n. 2.* Adeò vt
nec exceptio non numeratæ pecuniæ obiici poſſit. *d. l.*
*fin. h. t. l. in. contractibus. 14. §. ſed. quoniam C. de non num.*
*pecun.* docent plures, quos refert Gironda *de priui-*
*leg. 590.* Nam etſi qui verè non accepit pecuniam, ſi
tamen ſcripſerit ſe accepiſſe ſpe futuræ numerationis,
exceptionem intra biennium numeratæ pecuniæ poſ-
ſit obiicere, *princ. Inſt. de literar. oblig. d. l. in contractibus,*
*cum aliis Cod. de non num. pec.* cum adductis à Donell.
*lib. 14. com. c. 37.* vbi Oſvval. Connan. *lib. 1. com. cap. 6.*
*n. 11.* Mendoza *de pactis lib. 1. c. 4. à n. 58.* Pichard. *in d.*
4 *princ.* † Tamen cùm priùs ſit facienda ſolutio, quàm
præſtetur apocha, *d. l. 2. § fin. C. de quadrien. præſ. leg. 4.*
*infr. de collat. fundo patrim* & prius quàm ſoluenti de-
tur, ſit in libris rationum publicarum ſcribenda. *l. 2.*
*infr. de diſcuſſor.* & probatur iure noſtro *leg. 6. tit. 14.*
*lib. 6. Recop.* ibi, *que les den ſus cortas de pago.* præcipuè-
que quòd in rebus fiſcalibus non poteſt haberi fides
de pretio, ſed præſenti pecunia omnia fiunt. *l. à Diuo*
*15. §. ſed ſi emptor. verſ. oportet. D. de re iud. l. ſi curator 5.*
*D. de iure fiſci.* Non eſt veroſimile has ſcripturas fieri
poſſe, niſi pecunia repræſentata, *arg. l. cùm ſcimus 21.*
*verſ. ſin. autem. Cod. de agricol. & cenſit.* docet noſter Pi-
chard. *in princ. Inſt. de literar. oblig. num. 33.* & fuit de
mente Petri, quem refert & ſequitur Platea *n. 1. in fin.*
Rebuff. *n.... in præſenti* etſi inſpecta æquitate canoni-
ca aliud obtineat, vt dicam *infr. n. 10.*

5 Vnde ſequitur quòd ſi rationes ſemel & legitimè
fuerint diſpunctæ, iterum non debent reuideri, neque
reiterari, vt notauit Bar. *hîc*, & alij relati à Eſcobar. *de*
*ratiocin. c. 41. in princ.* & Nouar. *hîc n. 1.* Auendañ. *de*
*exequen. 1. p. cap. 9. n. 2. & 2. p. c. 10. n. 39.* Auiles *in cap.*
*prat. c. 30. verb. y acaben de tomar.* Bobadill. *lib. 5. polit.*
*c. 4. n. 75. & ſeq.* cuius gloſſas tranſcribit Eſcobar eo
non relato, Ludouiſ. *deciſ. 536.* Riccius *collect. 1915.*
quod de iure noſtro indubitatum eſt *l. 51. tit. 5. lib. 2.*
*Rec. & l. 22. tit. 6. lib. 3. Rec.* quatenus ait rationes non
expunctas eſſe finiendas, ergo noluit iam expunctas
eſſe reiterandas. † quod ideò eſt conſtitutum, ne ra- 6
tiones redditæ fiant immortales, ſi iterum atque ite-
rum ſint reuidendæ, vt iam obſeruaui *in l. 2. n. 45. &*
*ſeqq. ſupr. de iure fiſci.* Verùm ſi errore, fraude, aut do-
lo, vi, aut metu expunctas fuiſſe probatum ſit, vel ex-
preſsè conſtiterit, iterum erunt ad examen reducen-
dæ, quamtumuis in calculo ſint adhibitæ renuntiatio-
nes & pœnæ contra eos, qui rationibus contradixe-
rint, vt docemur ex *leg. 30. tit. 11. p. 5.* & tractant latè
Bobadill. *d. c. 4. n. 76.* & Eſcobar. *num. 3. & ſeq.* Nouar.
alios ex antiquioribus referens *hîc n. 5.* & ita vidi pra-
xi obtinuiſſe in hac curia. Nam cùm rationes confir-
matæ iam eſſent ſententiâ reuiſionis, in cuius inſtan-
tia allegatum fuerat generaliter contra eas, poſtea in
ſpecie de aliquibus partitis non adductis in calculo,
ſed vel dolo, vel fraude, aut negligentia omiſſis que-
rela propoſita eſt. Pars adminiſtratoris excipiebat de
re iudicata, *l. ſingulis 6. D. de except. rei iud.* cum addu-
ctis à Giurb. *deciſ. 20. tot.* & Caſtillo *tom. 5. cap. 104. ex*
*n. 25.* quod magis procedit ex legibus Regiis, quarum
meminimus *ſupr. in l. vnic. ſent. aduerſ. fiſc. n. 8. & ſeqq. &*
*n. 20.* Nihilominus tamẽ compulſus fuit adminiſtrator
reſpondere, quia exceptio rei iudicatæ obſtat quando
ſecundum iudicium venit ad reſciſſionem primi: at in
ea cauſa non intentabatur reſcindere rationes ſemel
calculatas, neque de illis partitis querebatur actor, ſed
dicebat alias multas omiſſas ex dolo, & de his grauan-
dum eſſe adminiſtratorem, quia finis ita non exten-
ditur ad incogitata, neque ad partitas in calculo non
mentionatas, argumento *l. 4. §. quæſitum. D. ſi quis can-*
*tion. l. tres fratres 35.* iuncto Acc. *ibi gl. fin. ff. de pactis*, no-
tat Bobadill. *ſup. n. 76.* & Eſcob *d. cap. 4. n. 12.* conferunt
tradita à Cabreros *de triplo, cap. 14. n. 7. & ſeq.* & ſic de
ſuo dolo commodum reportare non debuit. *l. itaque*
*fullo 12. de furt.*

Rurſus, quia res iudicata non potuit comprehende-
re partitam non oneratam, neque ſpecialiter deſigna-
tam in calculo, cùm tot ſint ſententiæ, quot partitæ.
*l. ſcire debemus 29. ff. de verb. obl.* cum adductis à Gothofr.
*ibi.* atque ita non eſt eadem res de qua nunc agitur, ſed
de alia partita, nempe quæ dolo adminiſtratoris men-
tionata non eſt. Neque obſtant leges Regni, quia non
procedunt quando agitur actione competenti, vt dixi
*in d. l. vn. n. 8. & ſeq.* & quando læditur ius naturale, vt
de citatione dicitur à Bobadill. *lib. 2. c. 20. n. 49.* at in hoc
caſu lædi conſtat, quia vſurpatur alienum. *l. nam hoc. D.*
*de condict. indeb.* quod conſtabat in ea lite, cùm exhibe-
rentur apochæ & ſchedulæ, quibus dolus & fraus ad-
miniſtratoris detegebatur, & ſic non obſtabat ſenten-
tia reuiſionis facit *l. 18. tit. 5. lib. 8. Rec. d. c. 14. n. 7.* † Id- 7
que procedit ſi de errore calculi planè conſtet, quia
aliter habebit locum regula noſtra, docet Rolan. *conſ.*
*49. n. 31. vol. 1.* & Bobad. *ſupr.* videque quæ diximus *in l. 3.*
*ſupr. de iure fiſc. n....* Beltramin. *in addit. ad Ludouiſ. d.*
*deciſ. 536. n. 4.* † Idem quoque in tutore, vel curatore 8
dicendum erit, nam cùm rationes ſuæ adminiſtrationis
reddere teneantur, ſi legitimè & ſufficienter eas reddi-
derit, ad eas reddendas iterum non tenebuntur, vt fir-
mat Gutierr. *de tutel. 3. p. c. 1. ex n. 114.* nam ſi quieta-
tio, vt loquuntur noſtri, per dolum fuerit extorta, ni-
hil ſuffragatur. Farinac. *conſ. 7. toto, & in addit. lit. A.*
etiamſi Iudicis auctoritas interuenerit, cùm eodem
dolo cenſeatur inductus ad implorandum Iudicis de-
cretum, vel etiamſi iuramentum adeſſet in quietatio-
ne, vt tenet cum Theſaur. *deciſ. 74. n. 7.* & Gutier. *de iu-*
*ram. confir. 1. p. c. 40. n. 25.* Nouarr. *hîc, n. 2. verſ. & idem*
*quoque*, vbi reddit rationem: vide quæ dixi *in 5. l. 2. n. 45.*
*& ſeq. de iure fiſci.*

*Secundò* deduco interpretationem ad *l. 6. tit. 15. lib. 6* 9
*Recop.*

*Rec.* vt quod *ibi* dicitur (illis qui tributum fiſcale perſoluerunt, dandas eſſe apochas liberè, & ſine aliqua impenſa, aut erogatione clarè & ſpecificè in eis ſchedulis declarato modo ſolutionis, & cuius tertij ſit ſolutio; ita vt nulla dubitatio oriri poſſit) extendendum ſit, & ampliandum, vt eiuſmodi apocha ita plenam ſecuritatem pariat debitori, vt neque vllam retractationem, aut refricationem admittat iuxta terminos noſtræ legis, vt docet Valenzuel. *hîc n. 4. in fin.*

10 † Qui *in h.l.fin.h.t.n.4.* etiam adiicit inſpecta æquitate canonica, quæ vtpote in materia peccati attendi debet, cùm verè pecunia numerata non fuerit, poſſe audiri fiſci exactorem, qui alleget & probet ſibi numeratam non fuiſſe pecuniam, vel ſi petat vt iuret poſitiones qui apocham exhibet, vel iuret de calumnia, & ita in ſpecie *d.l.6. in fin.* quæ ait firmam manere apocham, dicemus poſſe obiici inſpecta æquitate canonica exceptionem non numeratæ pecuniæ, ita vt debitor non poſſit obiicere præſcriptionem cùm malam fidem habuerit, *c.fin.de præſcript.*

11 Denique delenda eſt Accurſij gloſſa *in præſenti, verb. lætari.* qui contra mentem verba huius legis vltimam eius partem ſic accepit, vt agat de excuſatione, aut vacatione muneris publici, & ſic adducatur in argumentum, vt qui fuit tutor, excuſetur à cura ſi alij ſint idonei, aliàs non lætabitur proſperitate huius ſecuritatis, quod minimè conuenit cum legis verbis, quæ loquitur de effectu apochæ publicæ, quæ ita plenam ſecuritatem præſtat, vt minimè de ea iterum tractari poſſit.

## LEX II.

*Imp.* MARCIANVS A. *Conſtantino. P.P.*

Quicumque de prouincialibus & collatoribus decurſo poſthac quantolibet annorum numero, cùm probatio aliqua ab eo tributariæ ſolutionis expoſcitur, ſi triū cohærentium ſibi annorum apochas ſecuritateſque protulerit, ſuperiorum temporum apochas non cogatur oſtendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coërceatur, niſi forte aut curialis, aut quicumque apparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor, ſiue compulſor poſſeſſorum, vel collatorum habuerit cautionem, aut id quod repoſcit deberi ſibi manifeſta geſtorum adſertione patefecerit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Commendatur deciſio huius legis.*

2 *Qui tenetur probare ſolutionem, concludenter probare tenetur.*

3 *Enuntiatio quæ ex huius legis ſerie colligitur.*

4 *Multa ob triennij prærogatiuam in iure ſolent concedi.*

5 *Ratio qua mouetur noſtra lex.*

6 *Qui pro ſe præſumptionem non dicitur probare, & quomodo hoc accipiendum ſit.*

7 *Qui trium annorum apochas habet, non tenetur iurare ſe ſoluiſſe,* & n.8.

9 *Deciſio noſtra habet locū in quolibet genere probationis.*

10 *Quæ cohærentia annorum ſit neceſſaria, vt locus ſit noſtræ legi,* & n.11.12.& 13.

14 *An beneficium huius legis ſolùm obtineat in cauſis fiſcalibus, vel extenditur ad alias, videlicet emphyteuſim, cenſum, & ſimiles, & de ratione* n.15.16.& 17.

18 *An quod de triennio dicitur, extendatur ad nouem annos & proponitur ſpecies,* & n.19. & 20.

21 *An deciſio noſtra obtinea[t i]n eo, qui ſingulis ſex menſibus tenetur ſoluere,* & n.22. *& explicatur* l. diuortio §. quod in anno D.ſol.mat. *&* n.23.

22 *Quid in conſignatione, aut depoſitione pecuniæ tribus annis facta,* & n.25.

26 *An ſolutio, de qua hîc poſſit probari non per apochas ſed per teſtes,* & n.27.

28 *Inducitur quæſtio ad* l.teſtium facilitatem 18. C. de teſtibus.

29 *Explicantur illa verba legis noſtræ,* manifeſta geſtorum aſſertione patefecerit, *&* n. 30.

31 *Cùm lex in præſumptione fundetur, transfert onus probandi in aduerſarium,* & n.32.

33 *An ex continuata præſtatione inducatur obligatio in futurum, inducitur, & expenditur* l.cùm de in rem verſo 6. D.de vſuris, & l.1.C.de fideicomiſſ. *& excitantur variæ quæſtiones,* & n.34.

35 *Antonij Fabri & aliorum opinio refertur, negantis ex diuturna præſtatione induci obligationem.*

36 *Proponitur Auctoris ſententia.*

37 *Tempus an ſit modus inducendæ obligationis.*

38 *De vera interpretatione* l. cùm de in rem verſo 6. de vſuris, cum ſeqq.

39 *Antonij Fabri argumentis ſatisfit circa* d.l.cùm de in rem, *an per decennium ibi fuerint vſuræ ſolutæ, & an ex ſtipulatione, & de conſuetudine an inducatur per decennium,* & n.40.41.& 60.

42 *Explicatur* d.l.cùm de in rem, *ſecundo reſponſo contra A. Fab. & Gilchenium,* & n.43. *& de quo Antonino accipiendus ſit Papinianus,* ibidem.

44 *An præſtatio de qua ibi, inducatur in perſona hæredis quòd defunctus eam ſoleret præſtari, reiicitur opinamentum Fabrianum.*

45 *Proponitur controuerſia Gilchenij & Schifordegheri, an actum fuerit principaliter de actione in rem verſo, vel de vſuris, & de alijs dubijs,* & n.46.

47 *Aſſignatur vera interpretatio* d. l. cùm de in rem, *& quare fuerit ibi neceſſarium reſcriptum Imperatoris Antonini, adducitùrque* l. apud Iulianum 11. §.vtrum D.ad SC. Trebell.

48 *Ratio proponendi reſcripti* in d.l.cùm de in rem. *& expenditur in propoſito* l.cùm quidam 17.§.1.D. de vſuris, *&* n.49.

50 *Explicatur* l. ſi certis annis 18.C.de pactis. & lex operis 31. D.de oper. liber. *&* n.51.

52 L.ſi creditor 7. C.de vſuris, *intelligitur.*

53 *Verus intellectus* l.1. C. de fideicommiſſis, *&* n.54. 55.56.& 57.

58 *Declaratur* l. litibus 20. infr. de agricol. & cenſ. *contra ſententiam Ant. Fabri,* & n.59.& 60.

61 *Quare Auctor de his iuribus præcipuè egerit?*

62 Optio *quid in noſtra lege ſignificet maſculino genere?*

VALDE commendant legem omnes *in præſenti*, Bar. Lucas & Pyrrhus, Valenzuel. *n.1.*& Fulu.Conſtant. *in princ.* Bald. *in l.ſi pro dote n.1.C. de dot.promiſſ. & in c.litteræ, de dilation.* Gomez *in l.68. Taur.n.fin.*& Menoch.*lib.3. præſumpt.139.n.1.* qui mirabilem, ſingularem, auream, notandam, vnicam & in iudiciis frequentem appellant. 1

† Nam cùm is, qui petit creditum, teneatur, probare ſibi eſſe debitum, ita etiā & debitor, qui ſoluiſſe affirmat, tenetur ſolutionem probare. *l.quingenta 12.v. nam ſi creditum.iuncta l.2.D.de probat. l.1.C.eod.l.fin.C. de ſolution.l.8.tit.3.p.3.* quod legitimè probare debet. *l.cùm de indebito 25. ibi legitimis. D.de probatio.* docent relati à Gentio *de cenſib.2.p.c.2.q.4. art.6. n.1. & ſeqq.* Siquidem vbi quis tenetur legitimè probare, intelligitur de plena probatione, non de præſumptiua, aut ſemiplena. *c.1. de elect. in 6.* vbi docet Archidiac. Bald. 2

*conſ.*

*conſ.*120.*lib.*1. & facit doctrina Bar.*in l.ſi cùm dos,n.*2.
*D. de actio. rerum amot.* conſequebatur dicendum in
ſpecie noſtra quatenus probat, quòd qui à creditore
conuenitur, & allegauerit ſolutionem, teneatur con-
3 cludenter probare ſolutionem. † Verùm Martianus
Imperator ſtatuit in hoc caſu ſufficere, ſi oſtenderit
debitor apochas, quibus conſtet ſe tribus annis cohæ-
rentibus ſoluiſſe, vt ita ex ea ſolutione eliciatur vera
& cócludens probatio in omne reliquum tempus ſol-
uiſſe, neque ſuperiorum temporum apochas cogatur
oſtendere, neque item teneatur ad præteriti temporis
illationem, docent relati à Maſcard. *de probat. con-*
4 *cluſ.*1321.*n.*6. † Triennij enim lapſus vim & efficaciam
continet probationis, quemadmodum multa ob trien-
nium conceduntur in iure *c.litteræ,cum alijs eius tit.ex-*
*trà de frigid. & malefi. l. fin.C.de repud. hæred. leg. vnic.*
*ſupr.de ſentent. aduerſ. fiſc.l.*2. *infr.de muner & hon. non*
*contin.l.*2.*infr.de muner.& hon.non cótin.l.*2.*infr.de mune-*
*rar.Nouell.*5. quæ eſt *Auth.de Monach.c.*2.*Nouell.*123.
*c.*35. cùm adductis à Meneſes per tex. *ibi, in l.*1. *C. de*
*fideicom.* Cuiac. *de præſcript. & term.c.*21. Benedict. *in*
*c.Raynutius, verb. ſi abſque liberis, el.*2.*n.*185. Felin. *in*
*c.ſicut, de re iudic.* Gomez *in reg. de triennal. poſſ.* San-
chez *de matrim.lib.*7.*diſp.*108.*& ſeq.* item de iure no-
ſtro *l.*9.*tit.*13.*lib.*4. *Recopil.* qua præſcribitur ſalarium
famulorum per triennium, vt dixi *in leg.*6. *ſupr. de iure*
5 *fiſc.* † Ratio in eo verſatur quòd præſumit lex eo ipſo
quòd oſtenduntur apochæ trium annorum cohæren-
tium in præteritum tempus, clarum & liquidam pro-
bationem interueniſſe, *argum.l.non eſt neceſſe* 11. *D. de*
*probation. d.l.*1. *C.de fideicomm.* (quæ probatio ita effi-
cax eſt, vt contra inſtrumentum publicum habeat lo-
cum, vt executio non procedat, ex ſententia Parlador.
6 *lib.*2.*quotid.c.fin.*5.*p.§.*11.*n.*33.) † Et quamuis non di-
catur probare ille, qui pro ſe habet præſumptionem,
vt obſeruat Bar. *in l.*1 *ſupr.de fide & iure haſtæ.* id acci-
piendum erit quando lex ipſa requirit probationem
hominis, nec releuat probantem ſua præſumptione
legali, & onus probandi transfert in aduerſarium,
etiam ſi ob id debeat probare negatiuam, adhuc quip-
pe requiritur probatio ab aduerſario, & quidem for-
tior & clarior, *argum. l.generaliter* 24.*§. ſed. ſi ita ſcri-*
*pſit* 8.*in fin.D.de fideicom.lib.l.*3.*l.quidam* 15. *D.de pro-*
*batio.l.nuptura* 57. *D. de iure dot.l. ſi extraneus* 6. *D. de*
*condict.conſ.dat.* cum traditis à Crauetta *conſ.*129.*in fin.*
*& conſ.*134.*n.*10. *& conſ.ſeq.n.*42. Decio *in c.nouit.in*
*fin.de iudic.& conſ.*175.*num.*5.*& conſ.*177. *in princip.&*
*conſ.*438.*in princ.* Ruin. *conſ.*128.*lib.*4.

7 Quod tamen procedit in tantum, vt ſi exactor, aut
apparitor id quod repoſcit non demonſtret manifeſta
geſtorum aſſertione ſibi deberi (nam cùm hæc proba-
tionis ſpecies ſit præſumptiua, admittit probationem
in contrarium, vt docet Intrigliol. & relati à Centio
*ſupr. d. art.*6.*n.*39.) non tenebuntur collatores iurare
ſe ſoluiſſe in iis annis præcedentibus. Neque ſimili-
ter aſtringentur iurare ſe credere iam ſoluiſſe, aut
non recordari de contrario. Quia cùm proferunt hu-
iuſmodi apochas trium annorum, lex præſumit ſolu-
tionem interceſſiſſe, ex qua præſumptione pro debi-
tore pleniſſima probatio inducitur, vt *argum. leg.licèt*
*Imperator* 74.*D.de legat.*1. notat *ibidem* Iaſon, & Imo-
la *in l.quæſitum,de re iudic.* Riminal. *in rub.C.qui admit-*
*ti,n.*144. & alios referens Couar. *lib.*2.*var.cap.*16.*n.*1.
8 † Et ſic iniquùm foret ſi præter eam liquidam proba-
tionem exigeretur, iuramentum ad eam corroboran-
dam. *c.*2. *de probatio.* iunctis iis, quæ *ibi* ſcribunt DD.
adductis à Barboſ. *in collect.* neque aſſentior Auendaño
*de cenſib.c.*6.*n.fin.* contrarium aſſerenti.

9 *Secundò* accipienda eſt legis noſtræ traditio, quod-
que de probatione non expoſcenda diximus, vt ha-
beat locum non ſolùm in probatione quæ fit teſtibus,
aut inſtrumentis, ſed etiam in quouis alio genere pro-
bationis, ſiue per viam confeſſionis, ſiue iuramenti,
quia in iſtis ceſſabit expoſtulatio probationis, quia in
eis verificantur verba illa, *cùm probatio aliqua ab eo ex-*
*poſcitur.* quæ cùm ſint indefinita, continent omnem
ſpeciem probationis, quæ etiamſi verè & propriè pro-
batio non ſit, habeat tamen cum cauſa probationis
aliquam communionem, iuxta gloſ. *in Clem.*1. *de foro*
*com.verb.aut earum.* & adducta à Tiraq. *in l.ſi vnquam,*
*verb.omnia n.*14.*Cod.de reuocan.* Atque ita nihil quod
probationem ſapiat, exigendum erit à debitore, qui
oſtenderit tres apochas trium annorum continuo-
rum, quarum oſtenſione ita ſecurus manet tanquam
ſi omnium præcedentium apochas oſtendiſſet, vt ob-
ſeruat Valenz. *hîc n.*11.

*Tertiò* videndum eſt quæ cohærentia annorum ſit 10
neceſſaria, vt locus fiat noſtræ deciſioni? In qua re
cenſent ferè omnes poſt Accur. *hîc verb.ſibi,& verb.an-*
*norum.& in l.*2.*C.de iure emph.* quem ſequitur Angel. &
Lucas *hîc verb.cohærentium.* Valenzuel. *n.*13.*& ſeq.* Ber-
nard. *in c.cum Eccleſia Sutrina,verb.vltimo, de cauſ.poſſ.*
Ioan. And. *in Speculator.tit. de locato.§.nunc aliqua.q.*27.
*n.*38. Alex. *conſ.*105.*n.*3.*lib.*3. Crauetta *conſ.*313. *n.*1.
*in fin.cum ſeq.* Gab. Saray. *in addit.ad Matheſil.ſing.*116.
Maſcar. *de prob. concl.*1321.*n.*14. Fachin. *lib.*3. *contr.*
*c.*89. Centius plures referens *d.*2.*p.c.*2.*q.*4.*art.*6.*n.*26.
*&* 29. non poſſe quem habere beneficium noſtræ le-
gis, niſi oſtendat apochas trium annorum vltimorum,
ex quibus appareat ſe tribus annis proximis, conti-
nuis & vltimis & immediatis ſoluiſſe, vt ſic excluſa
cenſeantur, quæcumque alia triennia præcedentia
quantumcumque ſint continua, aut cohærentia. Nec
ſatis erit ſi debitor probet de tribus annis continuis
medio tempore, aut antè, ſed neceſſarium eſt cohæren-
tiam trium annorum talem eſſe debere, quæ contigua
ſit, & cohæreat præſenti ſtatui, in quo res in iudi-
cium, aut diſceptationem deducitur. † Ratio eſt, quia 11
cùm hoc beneficium ſit exorbitans, verba eius ſunt
præciſè & omninò ſeruanda ad vnguem, illa nempe,
*ſi trium cohærentium ſibi annorum apochas ſecuritateſque*
*protulerit.* & cùm fundetur in præſumptione quæ per
alteram elidi poteſt, *l. Diuus. D.de in integ.reſt.* cum *ibi*
notatis, non poterit iuſta & efficax præſumptio acci-
pi in tempus præteritum pro eo, qui licèt tres conti-
nuas proferat ſolutiones trium annorum, tamen cùm
conſtet ipſum poſt eas ſolutiones cohærentes ceſſaſſe
à ſolutione, veroſimile eſt potuiſſe ipſum ceſſare an-
te eas ſolutiones cótinuas, quemadmodum ceſſauerat
poſt eas. Nam cùm conſtet aliquando ſoluiſſe debito-
rem, & aliquando ceſſaſſe: ceſſat profectò æquitas &
ratio, quæ in actibus ita diſparibus & difformibus
potuiſſet inducere vniformem præſumptionem & iu-
ris effectum pro tali debitore, iuxta ea quæ notant
poſt Cynum & Iacob. de Aretio Bald. & reliqui *in*
*l.*1.*C.de probatio.* Bernar. *in cap.per tuas,de condit.appoſ.*
*gloſ.*3. Rurſúſque expendimus cum Aymone Sauil-
liano *conſ.*313. vocem illam *ſibi*, quæ non ad annos,
ſed ad debitorem referenda eſt, vt ſignificet tres illos
annos debitori eſſe cohærentes, & proximos, atque
ita vltimos, quod etiam conſiderauit Menoch. *dict.*
*præſumpt.*139.*num.*15.*lib.*3.

Neque ab hac ſententia nos remouebit Padilla *in* 12
*l.*1.*C.de fideicom.num.*14. qui contrariam ſequutus eſt
(cum impio illo Auctore Gallo, cuius nomen ne qui-
dem nominare prohibet Sanctæ Inquiſitionis man-
datum) & nullo pro ſe adducto Fachin. *d.lib.*13 *contr.*
*cap.*89. vt lex noſtra intelligatur non ſolùm quando
apochæ oſtendunt ſolutionem trium vltimorum an-
norum, ſed etiam quando conſtet in vltimis annis ceſ-
ſatum, apparet tamen antè quatuor (verbi gratia) an-
nos per tres continuos fuiſſe ſolutum. Quo in caſu
præſumetur ſolutio ſuperiorum ab illis tribus annis,
cùm hæc lex generaliter loquatur & præſumat pro
ſolutione

ſolutiône in tempus præteritum, vt probatur illic, *Cùm probatio aliqua ab eo tributariæ ſolutionis expoſcitur.* quæ verba indiſtinctè probant omnem cauſam quo à debitore deſideratur probatio quæuis ſolutionis, ſiue præteriti temporis, ſiue futuri.

13 Verùm reſpondendum eſt ea verba deſignare tempus ipſum quo cœpit dubitari de ſolutione, & eo tẽpore debere adeſſe eam qualitatem cohærentiæ trium annorum, quorum apochæ continuæ proferri debent. Idque apertiùs verba ſequentia ſic declarant, *Superiorum temporum apochas non cogatur oſtendere, neque de præterito ad illationem coërceatur*, cùm requirant tres illas apochas proferendas fore quæ reſpiciant præſens tempus exactionis, in quo cœpta eſt controuerſia, *arg. l. Tit. 26. de mil. teſt. l. in delict. 4. §. ſi extran. ff. de noxal. act.*

14 Quartò annectenda eſt alia quæſtio, an beneficium huius legis trahatur ad alias cauſas quæ non ſint de functionibus fiſcalibus, in quibus agatur de tributorum publicorum exactione, & ſecurè dicendum exiſtimo ad priuatorum negotia & cauſas ſimiles protrahendam hanc deciſionem, vt ſicut in fiſcalibus cauſis & tributis habet locum, ita etiam procedat & in priuatis. & ita Accur. *in l. 2. C. de iure emph. verb. repellere*, & cum eo omnes *ibidem* deciſionem hanc extendunt, vt procedat in emphyteuta, qui tribus annis proximis oſtenderit ſe ſoluiſſe, vt etiã retro ſemper in præteritum ſoluiſſe præſumatur, ita etiam Bar. *hic n. 1. in fin.* Cuiac. & Valenzuel. *n. 14.* Nouar. *num. 5.* & relati à Menoch. *ſup. d. præſum. 139. n. 6.* & ad tributarios, cenſuarios colonos, conductores, inquilinos extendit Bald. *in c. litteræ n. 10. de dilation.* Dueñas *reg. 54. num. 2.* Alex. *conſ. 105. n. 3. vol. 3.* Cremenſ. *ſing. 79.* Menoch. *ſup. n. 7.* Gomez. *in l. 68. Taur. ad fin.* Maſcard. *d. concl. 1321. n. 2.*
15 Fuluius Conſtant. *hîc n. 18.* Nouar. *n. 8.* † Ratióque eſt, quoniam ſi in cauſis fiſcalibus, in quibus ſumma diligentia deſideratur in exigendis tributis propter fraudes exactorum, & omiſſiones etiam eorum, vtpote in alieno negotio verſantium, & ob id ſummis priuilegiis fiſcus à iure afficitur, triennalis hæc apocharum oſtenſio tutiſſimum conſtituit debitorem, multò magis id admitti videtur in priuatorum cauſis, vbi propria diligentia ſupponit cautiorem creditorẽ, *arg. l. cùm de in-*
16 *debito 5. ff. de probat.* † Accedit quoque, quia cùm creditor petit in iudicio, & debitor apochas oſtendit continentes tres ſolutiones continuas, ſatis conſtat de diligentia creditoris, qui in tribus annis non fuerit paſſus ſolutionis ceſſationem, ac proinde veroſimile eſſe præſumit lex minus illum perpeſſurum talem ceſſationem ſolutionis in tempus præteritum, vt cõſiderat Aymon Seuillian. *d. conſ. 313. n. 2. ad finem*, & Valenz. *in præſenti n. 15. ad fin. & n. 16.* qui rectè contra Hoſtienſ. *in ſumm. de locato, in fin.* tenet huiuſmodi beneficium etiam in Eccleſia emphyteutâ procedere debere.

17 † Item etiam & *n. 20.* iuxta hanc ſententiam accipiendam affirmat *l. 1. tit. 15. lib. 5. Rec.* vt eadem præſumptio admittatur in cenſuario, qui trium annorum apochas protulerit, vt pro eo ſit ſumenda præſumptio quòd pro omni tempore præterito præcedentium annorum videatur cenſum exſoluiſſe, quod latè & vtiliter pertractat Ludouic. Centius *de cenſib. d. 2. p. c. 2. q. 4. art. 6. n. 26. & ſeq.* Theſaur. *deciſ. 114.* & Nouar. *h. n. 8.* poſt alios relatos.

18 Sed dubium eſt. An quod de triennio continuo in præſenti conſtituitur, extendatur, quando intra nouẽ annos tres ſolutiones ſunt factæ, ita tamen quòd in quolibet tertio anno ſolutum eſt totum quod pro tribus debebatur? In qua re aliqui exiſtimarunt tales tres apochas nouem annorum in quolibet triennio factas inducere efficacem præſumptionem ſolutionis in omne tempus præteritum, quoniam videtur eſſe vniformis talis præſtatio & continua ac ter geminata, & ſilentium creditoris de præcedentibus pluſquam triennale, & dantur tres apochæ ſimplices ſine vlla præcedentium reſeruatione, quare maior & fortior præſumptio eſt in longiori tempore cõtinuo, quàm in breuiori ſpatio.

19 Verùm contrarium videtur longè veriùs, vt docent Bal. *n. 4.* & Valenzuel. *n. 23.* Nam cùm hæc deciſio, vt *ſuprà* animaduerti, ſit exorbitans, nõ debet vlterius extendi in quo non poſſit adaptari eius ratio & verba, quæ ſunt de tribus apochis trium annorum, non de nouem annis. Deficitque ratio quæ cùm in eo conſiſtant quòd qui trium annorum cohærentium oſtenderit apochas, & ita debito tẽpore ſoluerit, præſumatur retro in præteritũ à ſolutione nunquam ceſſaſſe. Planè in ſuiectis terminis hæc ratio non militabit, cùm in modo ſolutionum conſtat plura fuiſſe interualla, plureſque annos, in quibus debitor à ſolutione ceſſauit. Cùm enim præſumptio de qua *hîc*, debeat vniformiter omne tempus in præteritũ reſpicere, non poteſt diuidi, aut ſcindi, vt in propoſito obſeruat Guil. Bened. *in c. Raynutius, verb. ſi abſque liberis, n. 187.* † Hoc tamen ita 20
procedere exiſtimo, ſi ſolutio fiebat ſingulis annis iuxta ſpeciem noſtram. Nam ſi facienda eſſet ſingulis trienniis, tunc tria triennia nouem annos continentia attendi debent, & erit locus noſtræ legi, vt cum Bal. *n. 5.* docet Valenz. *n. 24. hîc*, & alij relati à Lud. Centio *d. art. 6. n. 28.* Menoch. *d. præſumpt. 139. n. 12.* quibus adiungas quæ ſcribit Barboſ. *in l. diuortio. §. quod in anno n. 5. verſ. præterea. ff. ſolut. matr.*

21 Hinc deducitur non rectè dixiſſe eundem Barboſam *ibid.* & Benedict. *vbi proximè n. 186.* Bald. *n. 6.* Fuluium *n. 16.* Nouar. *n. 4. in præſenti.* Iaſ. *in d. §. quod in anno n. 5.* Menoch. *d. præſumpt. 139. n. 11. & 13.* Meneſes *in d. l. 1. C. de fideicom. n. 13.* Ponte *de poteſt. proreg. tit. de Regal. impoſit. §. 2. n. 5.* Thoro *in comp. deciſ. verb. ſolutio*, deciſionem noſtram admittendam eſſe etiam in debitore ſemeſtri, qui ſingulis ſex menſibus teneatur ſoluere, vt præſumendum ſit ſi tribus proximis ſemeſtribus probet ſe ſoluiſſe, in tempus præteritum id effeciſſe. † Nam contrarium eſt conuenientius no- 22
ſtræ legi, quæ totam præſumptionem ponit in triennali curſu. Quòd ſi ad ſemeſtre extendatur, etiam idem admittemus in penſione menſtrua, vt ſufficiat tres apochas proferre de ſolutione facta per tres menſes continuos, & idem de tribus dicemus, iuxta præſcriptionem trium dierum, de qua Cuiac. *de præſcript. c. 5.* Quod tamen quàm à mente Marciani Imperatoris abſit, quilibet videbit, præcipuè cùm in his exorbitantibus nõ detur extenſio, & ita hanc noſtram ſententiam amplectuntur relati à Centio *d. art. 6. n. 32. & ſeq.* Alex *conſ. 105. n. 3. lib. 3.* Maſcar. *d. concl. 1321. n. 10. & 11.* Valenzuel. *num. 27. hîc.* † Neque contrariis 23
fauet *d. §. quod in anno, d. l. diuortio, D. ſol. matr.* ex quo deducunt illud quod diſponitur in anno, pariter procedere in ſemeſtri, quia reſpõdeo hoc procedere quando eadem militat ratio in anno, quæ in ſemeſtri, *arg. l. quæ de tota. ff. de rei vind.* At in ſemeſtri non eadem poteſt militare ratio præſumptionis, vt diximus ex exemplo ſubiecto trium dierum, vel hebdomadarum, cùm nulla conſiderari poſſit differentia inter tres dies, vel menſes.

24 Rurſus deduco nõ habere locum legem noſtram in oblatione, conſignatione, aut depoſitione pecuniæ debitæ tribus annis continuis facta à collatore emphyteuta, colono, aut cæteris debitoribus. Nam cùm talis oblatio, aut depoſitio proponitur facta reluctante & inuito creditore tribus annis, conſequitur nullam dari præſumptionem ſolutionis factæ in præteritum. Atq; ita multũ intereſt inter caſum noſtrum, & caſum oblationis, aut cõſignationis, in quo nõ poteſt adaptari ratio iuſtæ præſũptionis, vt rectè conſiderauit Gratietta *conſ. 313. n. 4. verſ. 6. conſidero*, & Valenz. *n. 30. hîc*.
25 † Facit etiã, quia non veniunt oblatio, aut conſignatio

appellatione ſolutionis, aut ſecuritatis, de qua loquitur Imperator noſter, vt notat Gozadin. *conſ.* 100. *col. pen. poſt med.* Iaſon *conſ.* 216. *col.* 2. *ad fin. lib.* 2. & ante eos Bart. *in l. item, §. qui paratus, D. quibus mod. pig.* Tum etiam, quia hæc lex exorbitans non eſt extendenda ad materiam alioqui indifferentem & fauorabilem, vt tradit Caſtren. *in l. ſi conuenerit. D. de iuriſdict. & conſ.* 334. *poſt gloſ. in Clem. ſæpè, de verb. ſig. verb. partibus, in fin.* & ita rectè tenet Valenzuel. *d. n.* 30. cui ego libenter adhæreo, etſi contrarium tenuerit Decius & alij apud Menoch. *dict. præſumpt.* 139. *num.* 10. Maſcard. *d. concl.* 132. 1 *n.* 5.

26 His addendum eſt quòd cùm beneficium huius legis ſit exorbitans, vt ſæpiùs diximus, non poterit probari, niſi per tres apochas, ita vt ſi debitor probauerit teſtibus ſe tribus annis continuis penſionem ſoluiſſe, talis probatio erit inutilis. Cuius rei ea eſt ratio, nam cùm pro forma in præſenti requiratur apocharum oſtenſio, ſpecificè de eis conſtare debet, iuxta iura vulgaria, ſiquidem quando lex pro eſſentia probationis requirit inſtrumenta, ſeu ſcripturas, tunc teſtes non ſufficiunt, vt notaui *in l.* 1. *ſup. n.* 23. & obſeruat Meneſes *in l. ſi probauerit, num.* 17. *C. de fideicom.*
27 Valenzuel. *hîc num.* 31. & Fuluius *num.* 12. † At verò contraria probatio ex parte creditoris neceſſariò non requirit probationem tantùm inſtrumentis conſtantem, ſed teſtibus poterit vti, vt tradit Accurſ. *ſchol. vlt.* quem ſequitur Valenzuel *hîc num.* 33. etſi enim contra inſtrumentum in ſcriptis non admittatur probatio niſi per ſcripturam, *l. generaliter. C. de non num. pecunia.* tamen in noſtra ſpecie probatio hæc non fit niſi contra præſumptionem, quæ reſultat ex inſtrumento Bart. *hîc num.* 2. *in fin.* Platea *num.* 1. & ante eos notat Accurſ. *in l. reos* 11. *§. cùm in tabulis ff. de duob. reis verb. videbuntur.* vbi etiam Angel. *n.* 1. & Imola. idem Accur. *in l. iuris gentium. §. quod fere, de pact. verb. probetur.* vbi etiam Iaſon. *n.* 11. &
28 12. † Ex quo deduces ad materiam *l. teſtium facilitatem* 18. *C. de teſtib. l.* 2. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* vt ſi fuit ita initus contractus, vt in ſcriptis contrahentes voluerint contrahere, iuxta *l. contractus. Cod. de fide inſtrum.* cùm ſolutio eius debiti quod virtute illius inſtrumenti petitur, nequeat niſi ſcriptura, aut quinque teſtibus probari, ex *d. l. teſtium l.* 2. *tit.* 16. *part.* 3. vbi Greg. *verb. carta.* Si tamen quis in ea ſolutione probanda teſtibus, vel inſtrumento nitatur probare id quod præſumptionem ex verbis prioris inſtrumenti reſultantem, tollat, non tamen reſiſtat eiuſdem inſtrumenti tenori, tunc quidem ea probatio ex ſola duorum teſtium depoſitione, legitima fiet, & erit efficax. Nam caſus hic probationis, quæ fiat ad inſtrumenti interpretationem & præter eiuſdem inſtrumenti tenorem, qui in nihilo oppugnatur, cadit vtique ſub regulari teſtium probatione, vt obſeruat Bald. *in d. § quòd ferè,* & Valenzuel. *num.* 28. *hîc.*

29 Neque huic quam amplector ſententiæ repugnant verba vltima noſtræ legis illa, *manifeſtâ geſtorum aſſertione patefecerit.* quæ videtur requirere etiam inſtrumenta in creditore, quibus apochas oppugnet, & probet adhuc præteritorum annorum nomine deberi, quia geſta ſignificant monumenta publica, & authentica geſtorum, non autem depoſitiones teſtium, *l. fin. Cod. de iudicat.* quo fundamento aliqui diſceſſerunt à noſtra ſententia. Nam reſpondeo *geſtorum* appellatione non ſolùm contineri acta publicáque monumenta, ſed generaliter etiam comprehendi geſta priuatim, & abſque fide publica, *l.* 1 *l. vel ei §. geſta. D. quæ in fraud. credit. l. quoties* 1. *§.* 1. *D. ad municip.* iuncto Rebuff. *in l. Labeo* 19. *de verb. ſign.* in præſenti verò *geſtorum* appellatione veniunt publica monumenta, quæ ſunt acta iudicialia coram Iudice facta *l. acta* 45. *D. de re iudic. l. fin. C. eod. leg.* 2. *D. de appell. cap. quoniam contrà, de probat.*
30 † Atque ita ſenſus illorum verborum erit, non poſſe præſumi pro eo, quem adhuc debitorem eſſe conſtat ex legitimis teſtimoniis, quorum fide & teſtium depoſitione pateſiat id in iudicio per publicationem facta manifeſta aſſertione in tempus præteritum id eſſe debitum. Manifeſta ergo aſſertio geſtorum eſt quæ prouenit ex actis iudicialibus, quæ ſanè efficiunt rem manifeſtam & notoriam, *c. euidentia de accuſat.* vbi notant DD. *l. vbi pactum* 40. *C. de tranſact.* Alex. *conſ.* 145. *n.* 12. *lib.* 6. Barbo. *de appellat. verb. c.* 166. *n.* 3. Vnde ſtante tali probatione teſtium duorum, aut plurium, *l. vbi numerus. D. de teſtib. cap. in omni negotio. extrà eod.* ceſſat omnis æquitas, & ratio inducendæ in præteritum tempus ſolutionis propter trium annorum apochas prolatas. Nam cùm lex præſumptiuè procedat, ceſſare debet omnino vbi res ſic eſt clara ex teſtium depoſitionibus, vt nullum relinquat locum coniecturis, vel præſumptionibus. *l. fin. D. de eo quod met. cauſ. l. nuptura* 57. *D. de iure dotium. l. fin. in fi. D. de probat. l.* 3. *§. fin. D. de iureiuran.* Socin. iun. *conſ.* 112. *n.* 2. *lib.* 1. Decius *conſ.* 400. *n.* 8. Crauet. *conſ.* 35. *n.* 5. Oſaſc. *decıſ.* 29. *num.* . & Valenzuel. *hîc num.* 34.

Denique aduertendum exiſtimo circa ſupradicta 31
verba quòd cùm lex noſtra fundetur in præſumptione, transfert onus probandi in aduerſarium, vt dictum eſt *in l.* 1. *ſup. de iure fiſci num.* 37. Quod regulariter procedit in præſumptione à iure pro aliquo inducta, vt eum releuet, & in alterum transferat onus probationis, etiam in iis, quæ nequeunt probari, niſi per ſcripturam, vt notat Bal. *hîc num.* 1. *& in l. ſi probaueris num.* 18. *C. de fideicom.* vbi etiam Meneſes *num.* 10. Benedict. *in d. cap. Raynutius, verb. ſi abſque liberis el* 1. *n.* 186. reſeruata tamen probatione quæ ex confeſſione rei, pro quo præſumptio inducitur, prodeat. Nam ea eſt ita efficax & potens, vt ab onere cuiuſlibet probationis releuet aduerſarium, teſte Deciano *reſp.* 78. *n.* 45. *lib.* 3. & admitti debebit vt eneruet ſimplicem præſumptionem iuris, non ſolùm de qua *in præſenti*, verùm & præſumptionem iuris, & de iure, ex Accur. *in Auth. de æqualit. dot. §. ſin autem mulier, verb. ſcribat, coll.* 7. Obſeruant DD. *in Auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. & in l. cùm te* 5. *C. de tranſact.* † At verò in noſtra ſpecie hæc 32
præſumptio non eſt iuris & de iure, ſiquidem indiſtinctè admittit probationem in contrarium, vt aduertit. Bal. *hîc n. fin.* qui adiicit quòd poſtquam ſemel contigit abſolutio virtute huius præſumptionis in præteritum tempus, quia oſtenſæ fuerunt tres apochæ trium cohærentium annorum, tâlis præſumptio quæ ſic contigit, & produxit liberationem temporis præteriti, non poterit alterari ex ceſſatione ſolutionis ſuperueniente in tempore futuro, *argum. leg. ſi ille* 62. *infr. de decurion.* quam in id expendit Benedict. *ſup. n.* 186. cùm quod legitimè factum eſt, nequeat immutari *l. in ambiguis* 86. *verſ. non eſt nouum, ff. de reg. iur.*

Huc vſque diximus de inducenda liberatione debi- 33
tori ob tres apochas oſtenſas. Nunc videamus, an quemadmodum ſi per triennium cohærens ita ſoluerit, debitor in præteritum cenſetur liberatus, ita quoque ſi per triennium ſoluerit, videatur obligatus in futurum, vt ex continuata illa præſtatione cogi poſſit ad ſolutionem? † & in hac re obligatum manere in 34
futurum eum, qui longo tempore præſtiterit ſolutionem, oſtendit Papinian. *in l. cùm de in rem verſo* 6. *D. de vſuris.* & Imp. *in l.* 1. *C. de fideicom.* vbi ex teſtamento minus ſolemni ex triennij præſtatione inducitur obligatio, & *in leg. litibus* 20. *infr. de agricol. & cenſ.* Quorum iurium argumento ad varias quæſtiones (vt ſunt ad ſolutionem decimarum, ad ſolutionem annuorum redditüum, quæ diu facta ſit) inde deducunt reſolutionem poſt Salycet. Alex. & alios *in dictis iuribus,* & *in l. ſi certis annis* 18. *C. de pactis* Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 10. *in fi. & in reg. poſſeſſor. §.* 4. *num.* 2. Dueñas *reg.* 43. Bernard. Diaz *reg.* 26. Menchac. *controu. vſufr. capit.* 43. *num.* 30.

Menoch.

Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 131. *n.* 59. Gaſp. Rodriq. *lib.* 1. *de annuis red. cap.* 15. *n.* 5. *& ſeq.* Lara *de anniuer. lib.* 1. *c.* 12. *tot. maximè n.* 15. Tuſch. *tom.* 7. *lit. S. concl.* 358. *& ſeq.* Auendañ. *de cenſib. cap.* 5. *& ſeq.* Pichard. *de adquir. hæred. c.* 16. *n.* 18. *& ſeq.* Gilchen. *in d. l. ſi certis annis* 1. *ex n.* 5. *& de præſcrip.* 2. *p. memb.* 1. *c.* 4. *& ſeq.* & alios referens Florez de Mena *lib.* 1. *q.* 1. *toto &* *lib.* 2. *q.* 23. & cum aliis nouiſſimè Caſtillo *de Tertijs, c.* 3. *toto, & n.* 27.

35 Contrariam ſententiam neruoſè defendunt Ant. Fab. *lib.* 7. *coniect. c.* 8. & eius ſimia Schifordegh. *lib.* 1. *tract.* 15. *per tot.* in Gilchenium grandi verborum ſtrepitu irruens, & Auendañ. *d. c.* 5. *n.* 3. & ante eos Angel. *in l. ſciendum, n.* 12. *D. de verb. oblig. & in d. l. ſi certis annis,* vbi Alciat. *n.* 10. Mouentur illo vulgari iuris principio quòd tempus non ſit modus inducendæ obligationis. *l. obligationum* 44. §. 1. *verſ. placet, D. de oblig. & act.* & ex expreſſa *l. ſi certis annis* 1. *l. aduerſus* 3. *l. creditor* 7. *cum ſeq. C. de vſur. l. operis* 31. *D. de operis liber.* cum aliis fundamentis, quæ latè congerit Gil-

36 chenius *d. c.* 4. *n.* 2. *& ſeq.* † Ego verò in tanta diſſentientium doctiſſimorum virorum varietate verius arbitror cum Accur. Bar. Salicet. & aliis antiquis *in d. l. cùm de in rem.* ex diuturna præſtatione inductam cenſeri obligationem in futurum, modo titulus, aut cauſa idonea ad inducendam obligationem allegetur. Idque eo fundamento confirmo, quia contrariorum eadem ſit ratio, ex vulgatis, & ſi ex ſolutione trium annorum in præſenti inducitur liberatio in præteritum, eodem modo ex præſtatione continua inducetur obligatio in futurum, vt ſicut excluditur creditor in primo caſu à petitione, ita etiam eodem modo excludetur debitor in ſecundo à liberatione, vt poſtea dicam ex *l. cùm quidam* 17. §. 1. *D. de vſuris.*

37 Rurſus fundamentum illud quòd tempus non ſit modus inducendæ obligationis, verum cenſeo, quando in ſolo temporis curſu creditor fundaret obligationem, non verò quando eam fundaret in conſenſu tot annis præſtito. Nam etſi ex eo non naſcatur obligatio, naſcitur tamen præſumptio certiſſima obligationis, quæ ſufficiat vt debitorem ad præſtationem compellamus, cùm non probet contrarium, vt *in præſenti.* In qua probatione ſi deficiat debitor, vincit præſumptio, vt egregiè docet nulli poſtponendus Cuiac. *lib.* 29. *q. Papin. in d. l. cùm de in rem.* licèt noſtræ legis non meminerit, & Gilchen. *d. c.* 4. *n.* 43. *& ſeq.* & Lara *d. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 5. quos immeritò taxat Schifordegher. *d. tract.* 5. *q.* 5. abſurdum exiſtimans ex præſumptionibus hanc rem eſſe definiendam, cùm tamen negare non poſſit in ſecunda parte *d. l. cùm de in rem,* præſumptionem interueniſſe de dote, quia vſuræ fuerunt ſolutæ, vt rectè notauit Lara *d. n.* 5 & Florez *d. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 14.

38 Hocque eſt quod videtur voluiſſe ſignificare Antoninus Imperator apud Papin. *in d. leg. cùm de in rem.* ibi, *Qui vſuras ſoluendas iudicauit quòd eas longo tempore præſtitiſſet Dominus.* Cui mirum eſt quantum conetur reſpondere Ant. Faber cum ſuo Schifordeghero, qui *d. q.* 5. propria argutiola fretus iam canit victoriam Gilchenius ſegnius ſua mole laborat conſiderationibus Fabrianis, quem ſi lector attendat, moleſtia & fa-

39 ſtidio opprimetur. † Breuiter ego meo more rem comprehendere tentabo, & ab Antonio Fabro Papinianum eripiam, & in noſtra caſtra perducam. Inquit primò doctiſſimus ille vir, in ea lege nihil eſſe, ex quo poſſit coniici ſolutas fuiſſe vſuras per decennium, quod latè adauget Schifordegh. nihil agens *d. quæſt.* 5. Reſpondeo nos non loqui niſi de inducenda obligatione ex temporis curſu. Interpretes admiſerunt decennium, attento titolo C. *de præſcript. longi temp.* & conſuetudinis natura, quæ requirit illud tempus, ex Gilchen. *d. c.* 4. *n.* 53. poſt gloſſ. *verb. ſtatuimus, in cap. vt litigantes, de offic. ordin. in* 6. *& verb. conſuetudo, in cap. fin. de conſuet. in* 6. & Rochum *in cap. fin. eod. in antiq. ſect.* 3. *n.* 28. Socin. *reg.* 100. Dueñ. *reg.* 139. *& ſeq.* Greg. *in l.* 5. *tit.* 2. *p.* 1. *verb. diez.* Couar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 8. Salazar *de vſu & conſuet. c.* 5. *n.* 1. Gomez *in l.* 41. *Taur. n.* 4. & *ibi* Valaſquez *gloſ.* 1. *n.* 3. Menoch. *de arbitr. caſ.* 83. Menoch. *de ſucceſ. creat.* §. 12. *n.* 114. Accedit quòd etſi Ant. Faber probet longum tempus pro breuiori, quàm decennium accipi ſolere, non inde euincit Papinian. de decennio non loqui. Neque item non probare tempus inducere obligationem vſurarum, ſiquidem id apertiſſimum eſt apud Papinianum.

Rurſus ait Antonius non exprimere Papinianum 40 ſolutas fuiſſe vſuras tanquam ex ſtipulatione debitas (quod neceſſarium erat) neque ponere ſolutas fuiſſe quaſi debitas ex natura actionis competentis *de in rem verſo,* quod etſi factum eſſet, nihil prodeſſet, quia titulus *de in rem verſo* non magis habilis eſt, quàm pactum nudum ad inducendam vſurarum obligationem, niſi ſtipulatio interuenerit. *l. ſi pro parte* 10. §. *ſed vtrùm. D. de in rem verſo.* Reſpondeo omiſſo Gilchenio *d. c.* 4. *num.* 63. (quem lector vix capiet) veram eſſe doctrinam *d.* §. *ſed vtrùm,* in actione *de in rem verſo,* non venire vſuras niſi promiſſas, non verò inde ſequitur vſuras tam longo tempore præſtitas non deberi, imò Antoninus Imp. cùm iure ordinario deberentur, decreuit propter longum tempus eſſe præſtandas, ita vt præſtatio diuturna efficiat quod effeciſſet ſtipulatio. Quia ex curſu longi temporis præſumitur ſolemnitatem interueniſſe, & conſenſum. *c. peruenit, iuncta gloſ. fin. extrà de emptio. & ven.* cum aliis, quæ obſeruat Rod. Suarez *ad tit. de las deudas lib.* 3. *fori num.* 24. Menoch. *lib.* 3 *præſum.* 132. refert multos Valdes *in addit. ad Suarez d. n.* 24. & hæc præſumptio inducitur ex præſtatione longinqua, vt diximus, quia non eſt credendum debitorem ita fuiſſe ſupinum, vt creditori præſtiterit vſuras quas non debebat, ob quam cauſam motus fuit Antoninus, vt ad præſtationem earum compelleret *d. leg. cùm de in rem.* † Inſtat iterum Antonius Faber 41 non quæri à Papiniano an vſuræ in futurum debeantur, ſed an debeantur pro tempore præterito, vſque ad diem in quo de in rem verſo actum eſt. Reſpondeo, quòd ſi duraret adhuc actus, certum eſt ex decreto Antonini vſuras deberi, ſi enim debentur pro tempore quod præteriit, quare dum ſors principalis non ſoluitur non durabunt? quod minimè negat Papinianus.

Denique Faber adducit *in d. l. cùm de in rem,* nullam 42 longi temporis rationem haberi, quod manifeſtiſſimè probari aſſerit ex ſequenti reſponſo, vbi dicitur Imperatorem Seuerum filiæ Flauij Athenagoræ, cuius bona fuerant publicata de fiſco, numerari decies centena iuſſiſſe, ideo quòd allegaſſet illa patrem dotis vſuras præſtitiſſe, nam nec ſæpiùs quidem vſuras à patre præſtitas ponit, nec longi temporis vllo modo meminit. Cui conſiderationi, quam ante Fabrum præſenſit Fulgoſ. *ibi n.* 6. & Alciat. *in dict. leg. ſi certis, num.* 9. reſpondendum exiſtimo, exemplum adductum in ſecunda parte *d. leg. cùm de in rem,* ſimile eſſe priori, cùm dicat patrem dotis vſuras præſtitiſſe, quod clarè denotat id effectum per aliquod tempus, vt ſic conſtet obligationis argumentum eſſe ipſam præſtationem certi temporis, vt in priori ſpecie. Et quamuis non poſſimus dicere expreſsè id factum per longum tempus, vt in priori reſponſo, non tamen poterit Antonius affirmare contrarium, imò IC. inſinuat per tempus longum patrem præſtitiſſe: nam cùm illa relata ſpecie, de qua iudicium Antonini præceſſerat, adduxerit Seueri reſcriptum, in patre ſcilicet, qui præſtiterat dotis vſuras, & Antoninus cùm in ſola illa ratione innitatur quod *longo tempore præſtitiſſet,* eodem longo tempore motum fuiſſe Seuerum

dicere, coacta ratione cogit ſeries reſcriptorum imperialium, expẽſa illa dictione *quoque*, quæ eius eſt naturæ, vt qualitatem quæ erat in caſu præcedenti, repetat in ſequenti, vt docet Cened. poſt libros *quæſtion. can. ſingul.* 93. *n.* 1. & alij, quos refert Barboſ. *de diction. verb. quoque* 333. *n.* 2. & 6.

43 Verùm quod mihi magis veritati proprium eſſe videtur, quàm dicere cum Gilchenio *d. c.* 4. *n.* 37. & 38. quòd cùm patri incumbat dotare filiam, non fuiſſe neceſſariam tam longam vſurarum præſtationem. Qui etiam & in eo lapſus videtur *n.* 87. dum ait abſurdum videri quòd conſtitutio Seueri, qui parens Antonini fuit, poſteriori reſcripto certam formam præbeat. Nam Antoninus, cuius meminit Papinian. non eſt Antoninus Caracallus Seueri filius, ſed Antoninus Pius, qui Diuus Pius ſolet quoque in iure nuncupari. Idque conſtat ex *d. l. cùm de in rem*, vbi IC. loquitur de reſcripto Antonini tanquam antiquiori, cum ſtatim adiiciat, *Imperator quoque noſter Seuerus*, indicant Seuerum adhuc viuere, & ſic non poterimus de eius filio accipere primum reſcriptum. Præterquam quòd Papinianus Antoninum Pium ita ſolet appellare, vt videre eſt in *l. apud Iulianum* 11. §. *vtrùm, iuncta l. ſeq. D. ad Trebell.* vbi cùm Vlpian. *in d. §. vtrùm*, Diui Pij reſcriptum retulerit, Pap. *in l. ſeq.* eum vocat Antoninum.

44 Nec felicius Ant. Faber. *d. lib.* 7. *coniect. c.* 9. aſſecutus fuit veram mentem Papiniani, dum contendit non fuiſſe motum Antoninum, quòd præſtatio fuiſſet facta per tantum tempus, ſed quòd *ipſe Dominus, vel pater præſtiterit*, quaſi diceret non debere hæredem recuſare ſolutionem vſurarum, quas ipſe pater quamdiu vixerit præſtiterit quæ traditio nulla dubitatione carebat, nec neceſſarium erat in re controuerſa iudicium Imperatorium, vt ſi Dominus, vel pater præſtare ſolebat, hæres quoque, qui eius perſonam induit, ad obligationes etiam teneretur. Quis vnquam hoc negaret? Adiicióque his, eam interpretationem ſuſtineri non poſſe, etiamſi dubium eſſet in hærede quòd in Domino erat certum, quia non ſolùm hæres compellitur præſtare quod defunctus præſtabat, quia ſit hæres, ſed quia defunctus longo tempore præſtitiſſet (& ridiculum videtur affirmare longum tempus referre ad vitam patris, vel Domini, vt voluit Schifordegh. *ſup. q.* 5. cùm de præſtatione apertiſſimè intelligatur, quæ longo tempore facta fuit.) Vnde illa vox emphatica *ille*, debet coniungi cum illis *longo tempore*, quæ continent qualitatem obligationis, & cauſam reſcripti.

45 Minus agit Schifordegh. *d. tract.* 15. *q.* 5. cum ſuo Germano Gilchenio digladians, ſupradictam interpretationem defendens, & ſeſe diſcrucians, an controuerſia fuerit mota *in d. l. cùm de in rem*, an quæſtio principaliter tractata de vſuris, vel de in rem verſo, quæ nihil difficultatis eliciunt, cùm ſatis conſtet nullam difficultatem propoſuiſſe Conſultum in quæſtione de in rem verſo, ſed cùm contra patrem, aut dominum ea actione ageretur, controuerſia incidit de vſuris, quas hæres negabat, quoniam non eſſent ſtipulatione conceptæ *d. l. pro parte* 10. §. *ſed vtrùm, ff. de in rem verſ.* In quibus ſoluendis tota difficultas erat, nec intererat an hæres, vel Dominus conueniretur.

46 Præterea ergo Gilchenium & Schifordegherum decertantes, an actio de in rem verſo ſit bonæ fidei, vel ſtricti iuris, an verò huius, vel illius interpretatio litem hanc dirimeret? de eo apud nos nunc non curatur, Germani ſunt ambo, & docere pares & reſpondere parati.

47 Nunc officium noſtrum erit veram mentem *d. l. cùm de in rem*, aperire, quæ ſolùm meo videri fundatur in reſcripto Antonini Pij. Nam cùm ſtricto iuris rigore vſuræ non deberentur niſi in ſtipulationem deductæ eſſent, vt dictum eſt, cùm conſtaret tanto tempore fuiſſe præſtitas, reſcripſit Imperator ſoluendas eſſe, & ideo neceſſarium fuit in ea cauſa reſcriptum imperatorium, quod ſolebant interponere Principes conſulti de re dubia, in qua ſolebat concurrere aliqua ratio cum ſtricto iuris rigore, prout euenit in ſpecie *d. l. apud Iulianum* 11. §. *vtrùm, D. ad Trebell.* vbi Albinæ ſeruæ filia, cui per fideicommiſſum libertas data eſt, cogit hæredem adire, & reſtituere hæreditatem, eo ipſo quòd poſt manumiſſionem hæreditas ei relicta fuit contra *l. cogi* 16. §. *& ſi ego*, & §. *ſed ſi ſeruo l. ſi res* 52. §. *fin. cum l. ſeq. D. ad Trebell.* Quarum legum difficultas magnos cruciauit Interpretes, vt videre eſt ex Cuiac. *in d. l. ſi res* §. *fin.* Ant. Fab. *lib.* 18. *coniect. c.* 7. Schifordegh. *lib.* 2. *tract.* 2. *toto, maximè q.* 1. & 7. quas leges niſi intelligas de antiquo iure ante reſcriptum Diui Pij, prout eſt accipiendus Papinianus *in d. l. ſi res.* §. *fin.* & cetera alia, de iure ſpeciali illius reſcripti, prout accepit primus omnium Goffred. *in d. §. vtrùm*, vix effugies antinomiã; conferunt quæ dixi [illegible].

† Ratio quæ mouit Imperatorem *in d. l. cùm de in rem*, 48
illa fuit quòd cùm contractus interuenerit ex quo in rem patris verſum fuit, præſumit lex contrahẽtes vſuras promiſiſſe ex eo quòd tam lõgo tempore præſtitæ ſint, & ſic ex ſimplicis legis præſumptione vſuræ debentur, quia licèt ex ſola temporis diuturnitate titulus non præſumatur, *l. nullo* 24. *C. de rei vind.* præſumitur tamen quando ſolutio fuit facta ex certa cauſa antecedenti, & ita ex longæuo illo tempore legitimam cauſam præceſſiſſe præſumitur, ex qua vſuræ debeantur, & ſic præſumitur ſtipulatio. † In quam rem ex- 49
pendo aliud eiuſdem Diui Pij Antonini reſcriptum *in l. cùm quidam* 17. §. 1. *D. de vſuris.* vbi ſi aliquis per longum tempus vſuras ſibi debitas non petierit, non poterit eas petere, quia præſumitur eas remiſiſſe. ergo eodem modo qui per longum tempus ſoluit, videbitur eas promiſiſſe, & ſic ad eas ſoluendas compellendum, *arg. l. aduerſus* 5. *C. de vſuris.* Vt ſicut *in d.* §. 1. inducitur præſumptio remiſſionis, ita ex legis diſpoſitione inducetur præſumptio, vt qui tam longo tempore præſtitit, præſumatur vſurarum debitor, vt in ſpecie quoque noſtra ex tribus apochis inducitur præſumptio ſolutionis. Quare cùm huius legis auctoritate quis liberatur, ita auctoritate illius reſcripti obligatus manet ex longi temporis præſtatione *in d. l. cùm de in rem.* cuius deciſio & in cæteris cauſis erit ſequenda, vt *in d. §. vtrùm*, Vlpianus ſcribit ſequendum exemplum reſcripti Diui Pij.

Hanc interpretationem, quam credo veriſſimam, 50
non impugnat *l. ſi certis annis* 28. *C. de pactis.* cui ſatisfacies ſi dixeris *ibi* actorem allegaſſe, pactum nudum in eius fauorem fuiſſe conuentum, & eius occaſione ſolutum, quod etſi certis annis factum fuerit, non ex hoc obligatio contracta videtur, vt in poſterum obligetur debitor ad præſtandum quod non debet: & ratio eſt, quia cùm ex pacto nudo obligatio non naſcatur, *l. iuris gentium* 7. §. *igitur nuda. D. de pactis.* cum vulgatis, non potuit præſumptio, quæ obligationem præſupponit, locum habere, cùm certum erat non interueniſſe ſtipulationem, ſeu obligationem, quæ neceſſaria erat in obligatione vſurarum, quæ ex ſua natura præſupponit aliam principalem obligationem, cùm ſemper veniant in conſequentiam, ex traditis à Lara *d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. & *ſeq.* & cùm allegaret creditor pactum nudum fuiſſe, quamvis certis annis debitor illud impleuerit, non ex hoc infertur præſumptio aliqua quæ inducat obligationem quæ non fuit. Neque præſtatio certis annis facta validare potuit quod iuris deſtituebatur auxilio, cùm cauſa ex qua præſtatio inducebatur ſufficiens non eſſet ad producendam aliquam obligationem. † Quo modo 51
eſt accipienda *l. operis.* 31. *D. de oper. libert.* vbi nulla fuit cauſa, ex qua præſumatur ſe obligaſſe libertus, nam

manu

manumiſſio non eſt conſtitutiua obligationis, niſi
promiſſio intercedat, *l.1.§.1. D. de bon. liber. toto illo*
52 *tit.D. de oper. liber.* † Ad *l.ſi creditor 7. C.de vſuris.* reſ-
pondetur omiſſo Gilchenio *d.c.4.n.93.& ſeq.* Florez.
*ſup.d.q.13.num.3.* ibi vſuras ex pacto nudo promiſſas
fuiſſe, & aliquando præſtitas, vt indicat verbum *con-
ſenſu*, quod de pacto nudo accipiendum eſſe ſignificat
contextus legis, quæ cùm dicat obligationem conſti-
tuere præſtationem vſurarum ex conſenſu factam, non
ſolùm conſenſum debitoris continet, ſed & credito-
ris, qui pacti ſunt vſurarum præſtationem. *leg.1. D. de
pactis.* Poſtea verò cùm renueret debitor, allegaret
creditor pactum, reſpondet Imperator creditorem te-
neri probare vſuras promiſſas per ſtipulationem, ita
rectè ſenſit Cuiac. *in d. leg. cùm de in rem. lib.25. quæſt.
Papin.*

53 Neque etiam negotium aliquid facit *l.1.C. de fidei-
com.* vbi teſtamentum inualidum fuit, & ita nullam
cauſam obligationis hæredi parere poteſt & nihilo-
minus obligatur ad præſtanda alimenta ſi ea præſtite-
rit per triennium, quam legem explicarunt plures re-
lati à Gilchen. *d.c.4.n.49. & ſeq. & in d.l.ſi certis.n.4.*
Cuiac. *ſup.& ad tit. C.de fideicom.* Florez. *d. lib.2. var.
q.23.n.8.* Schifordegh. *d.tractat.15.q.3.* Valenzuel. *in
præſenti n.47. & ſequen.* Illa explicatio verior videtur
quam tradidit Cuiac. *in dict. l. cùm de in rem.* in ſpecie
*d.l.1.* ſolemne fuiſſe teſtamentum (quod etiam ponit
Caſtren. & alij *ibidem*, licèt in eo non perſeuerent) in
quo relicta ſunt mihi *alimenta menſtrua, & veſtiarium.*
Quæſitum eſt, an in perpetuum hæc debeantur fidei-
commiſſario, an verò in annum tantùm, vel ad tem-
pus? Reſpondit Imperator quòd ſi per multum tem-
pus hæc præſtita fuerunt, (quod non minus, quàm
triennio intelligit) ex hac præſtatione triennij duci-
tur coniectura perpetui debiti, niſi probet hæres in
54 triennium tantùm relictum fuiſſe legatum. † Ratio-
nem talis coniecturæ non adducit Cuiacius, neque ve-
ra videtur eius interpretatio, nam nulla ratio dubitãdi
erat, cur triennium neceſſarium eſſet, cùm teſtamen-
tum obligabat ad ſoluenda alimenta, & veſtiarium,
annuum, quod ex natura fideicommiſſi ſingulis men-
ſibus & ſingulis annis præſtandum eſſet, *toto tit. D. de
55 annuis l.& de alimẽt. legatis.* † Quare retinere cogor eam
interpretationem, quam ab antiquis acceperunt om-
nes communiter, vt fideicommiſſum relictum fuerit
in minus ſolemni teſtamento, iuxta ſpeciem *l.2. Cod. de
fideicom.* in qua ſine ſcriptura & præſentia teſtium, vt
*in l. fin. illo tit.* alimenta relicta ſunt, & quamuis hæres
non teneretur ad præſtationem, tamen cùm per trien-
nium alimenta & veſtiarium præſtiterit, videtur agno-
uiſſe voluntatem defuncti habens conſcientiam veri
relicti, vt *in d.l.2. & fin. illo tit.* & ſic ad implendam
omnimodam voluntatem defuncti tenebitur.

56 Quare autem triennium ſpectetur in illa ſpecie,
non tradunt Interpretes. Verùm ea mihi videtur ve-
rior cauſa, quoniam cùm fideicommiſſum eſſet an-
nuum & menſtruum, plura legata ſunt. *l.4. l. cùm in an-
no 11. D. de annuiſ.* ita vt nec ſemel dies cuiuſque le-
gati cedat, ſed per ſingulos annos. *l. cùm in annos 10.
cum ſeq ff. quando dies leg. ced.* idque & in alimentis le-
gatis militare docemur *in leg. ſi cum præfinitione 20. D.
quando dies legat.* ita primi anni purum erit fideicom-
miſſum, ſequentium verò conditionale, vt *in dd. iur.*
Cùm ergo prima vice non extingueretur fideicom-
miſſum, neque acquieuiſſe & conſenſiſſe voluntati
teſtatoris videretur hæres, cùm adhuc alia legata re-
manerent, & ſic nondum expreſſus eſſet conſenſus cir-
ca ſolutionem totius fideicommiſſi, triennium requi-
ſiuit Imperator, quo tempore certum eſt de voluntate
hæredis, & ita remanet obligatio ſoluendi relicti ex
voluntate teſtatoris, confirmata ex voluntate hære-
dis. Quare annua triennij præſtatio non inducit præ-
ſumptionem, ſed voluntas teſtatoris efficax iam facta
per agnitionem hæredis. † In quam rem expendo ele- 57
gans Mæciani reſponſum *in l. fideicommiſſum 62. D. de
condict. indebiti*, vbi fideicommiſſum quod non debe-
batur fortè, quia foret inutiliter relictum, ſi tamen
promittatur, debebitur, quia, inquit, à ſciente fidei
explendæ cauſa promiſſum erat. Iuxta quæ non erit
neceſſarium confugere ad ſpecialem fauorem alimen-
torum, vt volebant DD. relati.

Denique Ant. Faber. *d.lib.7. coniect. cap.9. poſt med.* 58
nihil non molitur contra receptam antiquorum ſen-
tentiam, dum conatur à manu noſtra extorquere *d.l.
litibus 20. infr. de agricol.& cenſ.* Neque quidquam fa-
cit Schifordegh. *d.tract.15.q.7.* eius opinamenta de-
fendens. Ait itaque Antonius: Apparet ex ſuperiori-
bus quàm malè & imperitè Noſtri elegans illud Pa-
pin. reſponſum *in d.l. cùm de in rem.* in ſuæ ſententiæ
comprobationem detorſerint. Quàm benè id appa-
reat, agnoſcet lector, qui noſtram conſiderauerit ſen-
tentiam, & Fabrianam. Non poſſum ferre philautias
eorum, qui ita ſibi blandiuntur. † Pergit Antonius. 59
Iam verò quod obiiciunt ex *l. litibus*, longè minus ad
rem pertinet. Nam quod lex ait, *vel longinqua & inue-
terata redditunm ſuſceptione, vel redditunm frequentiſſima
conſequentia*, hunc ſenſum habet, vt fundi Dominus,
cui per longum tempus redditunm præſtatio à colo-
no facta eſt, non poſſit ab eo pati controuerſiam poſ-
ſeſſionis, aut dominij, cùm ex his præſtationibus ap-
pareat colonum quantumuis longo tempore poſſede-
rit, fructuſque perceperit, non ſibi, ſed Domino poſ-
ſediſſe. *l. malè agitur. C. de præſcr. trigint.* non autem vt
colonus, qui per longum, aut longiſſimum tempus,
certos redditus etiam ex iuſta cauſa Domino perſol-
uerit, eoſdem in poſterum perſoluere compellatur, &
vt breuiùs dicam, non vult Iuſtinian. ex ea longa præ-
ſtatione obligari colonum ſi eoſdẽ redditus in poſte-
rum præſtare nolit (quid enim ſi fundum derelinque-
re paratus ſit) ſed repelli ſi eum fundum, cuius reddi-
tus Domino antea per longum tempus præſtiterit,
tanquam ſuum vindicare velit, ipſique Domino re-
ferre quæſtionem dominij, aut poſſeſſionis vt appa-
ret ex illis verbis, *colonorum impetum excludent.* Hæc Fa-
ber, quem tranſcribit eius ſimia Schifordegh. contra
Gilchenium, verba magis, quàm rationes congerens.

Verùm non agnoſco cur *d. l. litibus* pro communi 60
opinione non faciat, vt rectè idem Gilchen. *d.c.4.n.88.*
aduertit. Nam cùm colonus longa præſtatione reddi-
tuum ſufficientem præſtitit Domino terræ cautelam,
ſequitur ex diuturna illa præſtatione non ſolùm vt
non poſſit contra eum agere, verùm vt tanquam Do-
mino redditus præſtet, ergo ſic diuturna præſtatio
redditunm excludit colonos à libertate, nam coloni,
de quibus *ibi*, erant terræ adſcripti, ita vt exinde rece-
dere non liceret. *l.2. l. omnes 6. l. originarios 11. cum ſeq.
infr. de agricol.& cenſ.* vbi dicam. Quod minus aduer-
tit Ant. Faber, ſcribens colonos poſſe fundum dere-
linquere, licèt vidit Schiford. *d.q.7. in fin.* & ante eum
Florez *lib.1. var. q.2. n.2.* Item etiam vt non poſſint
reclamare, nec contradicere Domino, cui per longum
tempus redditus præſtiterunt, & ſic remanent obli-
gati fundo ſtare, eum colere, & redditus eo nomine
ſoluere. Vnde eodem modo ex diuturna præſtatione
quis remanebit in noſtra ſpecie obligatus ad ſoluen-
dum. Quæ ita verè conſequuntur, vt mirer doctiſſi-
mum Fabrum, & acutum Schifordegherum, in contra-
riam eſſe ſententiam, quam credo eos ſequutos gloriæ
magis, quàm veritatis cupidine. Reſtabat dicere hanc
diuturnam præſtationem ex decennio conſtare, vt te-
nent ſuprà allegati, & Peregrin. *de iure fiſc. lib.7. tit.3.
numer.22.* Menoch. *de præſum. lib.3. præſum. 131. ex
num.51.* Florez *ſupr.& n.9.* Rodrig. Auendañ. & plures
relati à Caſtillo *de Tertijs c.3. n.27.* vbi hunc articulum

61 breuiter & doctè declarat. † Ego verò in quæſtione
hac ita in praxi & ſcholis frequente *ſuprà* adducta
euoluere volui, vt veritatem è tenebricoſis diſputatio-
nibus eruerem, veramque lucem his iuribus præbe-
rem. Alia iura omiſi quæ ab aliis DD. tractantur & ex-
plicantur, hæc vt difficiliora ſelegi, in quæ aliquid
ex noſtro penu erogaremur, videbis, & ad varias quæ-
ſtiones iam laudatos Auctores Laram, Auendañum,
Florez. Rodrig. & alios ex noſtris Hiſpanis.

62 In vltimum locum contuli explicationem vocis
*Optio*, quâ vtitur lex noſtra, *& l. fin. de iure immunit. l.
pen. de bonis damnat. l. nemo 22. C. Th. de diuerſ. offic. l. ſu-
per 19. ſup. de iure fiſc. l. fin. C. de locato.* Maſculino ge-
nere accipitur pro cuſtode carceris, vt apud D. Am-
broſium. Propriè erat adiutor centurionis, tanquam
quem ſibi optaret centurio, vt adiutorem rerum gere-
randarum. Hinc *optio* ſignificat quemuis rei perficien-
dæ adiutorem. Veget. *de re mil. lib. 2. c. 7.* ibi, *Optiones
ab optando appellati quòd antecedentibus ægritudine præpe-
ditis hi tanquam adoptati eorum atque vicarij ſolent vni-
uerſa curare.* Feſtus Optio *qui nunc dicitur, antea appel-
labatur* Accenſus. *Is adiutor centurioni à tribuno militum.*
Quare pro adiutore vſurpauit Plaut. *in aſinar. act. 1.
ſcen. 1. ver. 88. Tibi optionem ſumito Leonidam.* Dicuntur
etiam optiones qui annonam militarem diuidebant,
qui exactores erant tributorum, qui apparitores ma-
giſtratuum, quo in ſenſu ſumitur *hîc.* De eis conſulas
ſi latiùs videre cupias, Ian. Langlæum *lib. 7. ſemeſt. c. 4.*
Stevvechium *ad locum Vegetij.* Hotoman. & alios, *ver.
Optio.* Iuret. *ad Symmach. lib. 10. ep. 63.* Cerda *aduerſar.
c. 71. n. 4.* Bulenger. *lib. 6. de Imp. Rom. c. 47.*

## TIT. XXIII.

## *De Canone largitionalium titulorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Canon quid ſit, & quare ſumatur pro ſolutione penſionis. Qui canonicarij ſint?* & n. 2.

3 *Comes ſacrarum largitionum quis, & quæ eius cura, & quomodo vocatus*, & n. 5.

4 *Largitiones Principum duæ, ſacra vna, & altera priuata, explicatur Statius & Claudianus.*

6 *Labente Imperio Comites ſacrarum largitionum dicti Præfecti ærarij.*

7 *In quo conſiſtebant largitiones huiuſmodi.*

8 *In quo differebant Comites ſacrarum largitionum, & rerum priuatarum, explicatur vtriuſque officij natura*, & n. 9.

10 *Qui ſint in præſenti* largitionales canones?

11 *Quæ fuerit arca largitionum, & arca fiſcalis?*

12 *Ex vna arca mutuabantur res in alterius commodum, expenditurque egregius in propoſito Symmachi locus.*

13 *Canon, ſeu collatio in largitionum titulis exſolui quid fuerit?*

14 Titulus *in præſenti ſignificat cauſam & rationem præſtationis, & qui ſint canones titulorum?*

15 *Quæ hîc tradunt DD. antiqui, referuntur & refelluntur.*

1 CANON regula dicitur inde penſio præ-
dio impoſita eo nomine vocatur *l. 1. infr.
de prædijs Tamiac. tit. infr. de canone frument.
l. fin. §. ſin autem. C. de iure emp.* quia regula
maximè in tributis ſeruari debet, vel ne infinita fieret
exactio, vel quia ſolutio fieri debeat iuxta regulam,
ſeu conuentionem, aut conſuetudinem. Quâ ratio-
ne canonica illatio eſt tributum quod quotannis pen-
ditur. *l. 1. ſup. de indiction. l. placet. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.
leg. 3. C. quæ res venire.* ſic apud Sidon. legimus *lib. 6. ep.
10. canonem glebæ* pro tributaria functione, & Aſcon.
dixit 4. *in Verrem.* ibi, *Omne genus penſitationis in
hoc capite poſitum canonis, oblationis indictionis.* Docent
Pancirol. *in Not. Orient. c. 76.* Buleng. *lib. 6. de Imp. Rom.
c. 11.* & ante eos Accur. & reliqui *in præſenti.*

Inde *canon* eſt ordinaria tributorum præſtatio, quæ 2
theſauris infertur Principis, vt ex eis elargiatur dona,
faciat largitiones publicè priuatimque, vt agnoſcunt
omnes *hîc.* (& *Canonicarij* dicuntur, qui hunc cano-
nem & illationes exigebant. *l. fin. ſup. de exactor. trib.*
Buleng. *lib. 6. c. 10.* † Solebant enim Imperatores va- 3
ria tributa ad has liberalitates faciendas deſignare ſub
diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum, ad cuius
curam pertinebant omnes pecuniæ quæ in hos vſus
erogabantur, & ita dictus eſt Comes theſaurorum, re-
munerationum & munerationum, & dignitas mune-
raria, etſi in alias res plerumque inſumebantur the-
ſauri. *l. 2. l. palatinos 10. infr. de Palatin. ſacrar. larg.
l. 41. C. Th. de appellat.* & idem Comes largitionalis
nuncupatur à Vopiſco *in Carino.* explicant Cuiac. *hîc.*
Pancirol. *ad Not. Imp. Orien. c. 73. & ſeq.* Buleng. *lib. 3.
de Imp. Rom. cap. 16.* Gutherr. *de officijs dom. Aug. lib. 3.
c. 16.* Salmaſ. *ad Lamprid. in Diadumen. pag. 176. & ad
Vopiſc. in Tacito pag. 439.* † Duæ fuerunt largitiones, 4
ſacra vna, altera priuata, antea dicebantur duo æraria,
ſacrum, vel publicum, aut maius, & priuatum. Eorum
meminit Statius *lib. 3. Syluar. in lacrym. Hetruſci.*

*——— Iam creditur vni
Sacrarum digeſtus opum, partæque per omnes
Diuitiæ populos, magnique impendia mundi,
Quidquid ab auriferis eiectat Iberia foſſis,
Dalmaticóque monte nitet, vni paret commiſſa miniſtro.*

quem locum imitatus eſt animoſus Poëta & elegan-
tiſſimus Claudian. *in Panegyr. Manlij.*

*Huic ſacræ mandantur opes, orbiſque tributa.
Poſſeſſi quidquid fluuiis euoluitur auri
Vnius ſit cura viri.*

† Inde dictus hic Comes ſacri ærarij procurator, ſeu 5
præfectus ærarij, (non *Diſpenſator*, vt voluit Geuar-
tius ad locum Statij iam adductum, clanculum ſuffura-
tus à Cuiacio *in paratitl. ad tit. C. de comite ſacr. largit.*
quod aduertit Salmaſ. *ſuprà*) *l. Arrianus 42. D. de iure
fiſci.* vbi eleganter Gothofr. † labente Imperio poſte- 6
riorum Imperatorum æuo nomen mutatum eſt, &
pro ærario ſacro dixerunt ſacras largitiones, & earum
præfectos vocarunt Comites ſacrarum & priuatarum
largitionum magnifico & tumido vocabulo, quaſi ad
nullam aliam rem ærarium Principes haberent, quàm
ad largiendum. † Hæ largitiones non ſolùm conſiſte- 7
bant in auro, argento, & gemmis, & veſtibus, *l. 1. h. t.*
ſed & in poſſeſſionibus, domibus, palatiis, prædiis,
& ſeruis, & ſicut olim duo fuerunt æraria, ſacrum, &
priuatum (vt dixi *in rub. ſup. de iure fiſci.*) & item duo
genera bonorum, ita ſacræ & priuatæ largitiones. *l. 2.
h. tit. l. 3. C. vbi Senator. vel clariſſ. l. 1. C. Th. de quæſtorib.
magiſtris*, &c. *l. ſi aurum 48. C. Th. de curſu publ.* ibi,
*Si aurum ſacrarum largitionum, vel argentum ad comita-
tum noſtrum deſtinatur vna rheda quingentis auri libris,
mille verò argenti; ſi verò priuatarum auri trecentis, quin-
gentis verò argenti libris oneretur. leg. 2. Cod. Th. de com-
meatu.* ibi, *Quicumque de ſcriniis, vel officiis palatinis, his
videlicet, qui ſacrarum & priuatarum remunerationum co-
mitibus obſecundant, leg. ſi quis 16. Cod. Th. de Muri-
legul. leg. 2. Cod. Th. de his qui cum diſpenſatore contra-
xer. leg. Rationales 41. C. Th. de appellat.* † Differebant 8
huiuſmodi duæ dignitates in hoc (quòd animaduer-
tere difficillimum eſt, cùm omnes Auctores confusè
admodum, & obſcurè harum dignitatum naturam ex-
plicent) vt ad Comitem ſacrarum largitionum perti-
nerent

nerent omnes pecuniarum theſauri, ex quibus Princeps elargiebatur, & ſub cuius miniſterio dona regalia diſtribuebantur, & dignitatem habebat de publica largitate, vt ait Caſſiodor. *lib.6.epiſt.7.* Qui ſolus & vnicus ex antiquis ſcriptoribus dignitatis huius propria & peculiaria adaperuit, & quia plerumque dona hæc Imperatores in pecunia faciebant, ideo credo ad eius munus pertinuiſſe curam monetarum, metallorum, gemmarum, argenti, & æris, vt ipſe Caſſiodorus demonſtrat his verbis, *Calendis Ianuariis affatim dona largimur, & lætitia publica militia tua eſt. Verùm hanc liberalitatem noſtram alio decoras obſequio, vt figura vultus noſtri metallis vſualibus imprimatur, monetámque facis, ſed huic munerariæ dignitati preconem largitatis noſtræ publicæ felicitatis iudicium, locum quoque primiceratus adiungimus, vt per te demus honores, per quem & noſtra pecunia conferimus largitates. Veſtis quoque ſacra tibi antiquitus naſcitur fuiſſe commiſſa. Curas quoque littorum aduentitia lucri prouiſione committis, & quidquid in veſtibus, quidquid in ære, quidquid in argento, quidquid in gemmis ambitio humana poteſt habere pretioſum, tuis ordinationibus obſecundat. Salis quoque commercium inter veſtes ſericas & pretioſiſſimam margaritam non inepte deputauit antiquitas,* his ipſis verbis adiunges *l.1.infr.de milit.veſte & l.pen.infr.de ſuſceptor.* Hinc variis officiis quæ ad hanc curam & miniſterium pertinebant, Comites præficiebantur, ſcilicet Comitibus metallorum, commerciorum, veſtiariorum, theſaurorum, baſtagarum, vt docet Bulenger. *d.lib.3.cap.6. verſ. è comite.* Salmaſius & Pancirol. iam relati, & erat vir clariſſimus & illuſtris, quo honore & nomine vocatur à Symmacho *lib.10.ep.33.* vbi notat Iuretus & Sauaro *ad Sidonium lib.1.ep.7.*

9 Rerum priuatarum Comes, qui etiam largitionum nomine honeſtatur, & à Seuero primum inuentus propriam ſubſtantiam, ſiue patrimonium Principis, domum Auguſtam, propria ſcilicet bona quæ Princeps poſſidebat, curabat, & denique omnes res fiſcales, nam bona vacantia, caduca, tacita, fideicommiſſa, tributa, vectigalia, theſauros inuentos, & ſimilia, vt docemur auctoritate Caſſiodori *d.libro 6.formul.8.* & proſequuntur Buleng. *d.lib.3.c.17.* Guthertius *de officiis domus Aug.lib.3.c.25.* & ante eos Cuiac. elegantiſſimè *in paratitl. ad tit. Cod.de offic.Comit.rer. priu.* Cui traditioni fauet Vlp. *in l.2.§.hoc interdictum 4.ff.ne quid in loco publ.* dum ait res fiſcales quaſi proprias & priuatas Principis eſſe. Quapropter venditiones & auctiones rerum fiſcalium huic Comiti ſolebant committi *l.pen.& vlt.iunctâ epigraphe ſup.de iure & fide haſtæ fiſc.* etſi non ignorem hanc largitionum & bonorum diuerſitatem aliquando confundi, nam videmus res fiſcales à priuata ſubſtantia Principis diſcerni, *l.fin.C.de quadrien.præſcript.* in eo tamen differebant quòd diuerſos habebant adminiſtratores, vt agnoſcit Pancirol. *ad Not.Imp. Orien.c.87.in fin.* à quo multa acceperunt, ſuppreſſo eius nomine, Buleng. & Gutthert. *ſuprà.*

10 Iſtiuſmodi largitionibus aſſignata erat ex tributis & vectigalibus certa auri argentique ſumma, & aliæ ſpecies, *l.1.h.t.* quæ largitionales canones nuncupantur *in præſenti,* & de eis videtur accipiendus titulus *infrà de argenti pretio quod theſaurus infertur.* quod vno
11 verbo notauit Cuiac. *ibi.* † Nam ex pecuniis & tributis exactis à vectigalibus partem certam in arcam largitionum (quam *ſacrum theſaurum* vocarunt *l.diu 7. infr.de ſuſceptor.l.1.h.tit.l.vn.infr.de argenti præt.l.2.ſupr. de his qui ex publ.ratiocin.* vbi *ærarium* vocat, quod *theſaurum* aliæ leges vocant) partem verò ad arcam fiſcalem delegabant Præfecti prætorio, vel Rectores prouinciarum, *l.4.infr.de numerat.* ibi, *In prouinciis duo numerarij collocentur, quoad vnum fiſcalis arcæ ratiocinium, ad alterum largitionale, pertinere tituli iubeantur, l.fin.hoc*
12 *tit.l.duos 13.infr.de ſuſceptor.l.6.ſup.de exact.trib.* † & multoties ex arca vna ſpecies aurum, vel argentum mutuabatur in alterius arcæ ſubſidium, vt egregiè demonſtrat Symmach. *lib.10.ep.33.* cuius ipſa verba, quia optimè ſupradicta declarant, libenter adſcribam. *Cùm clementia veſtra meminiſſet faciendæ carrucæ impendium de ſacro ærario eſſe decretum cenſuit, vt eius argentum publicis conditis redderetur. Sed examinis reperit fides ex aliis titulis aſſumptam ſpeciem. Cùm fiſcus in tempore quod præbendum fuerat, non haberet ex arca quæſtoria, itemque ex formarum conditis & argentariorum parſimonia argentum iuſſò operi miniſtratum eſt, cuius ſolutio ſi carrucæ vſus maneret, de theſauris imperialibus iure peteretur. Sed nunc ſuum quiſque depoſcit. Quæſo vt vir clariſſ. & illuſtris ſacrarum largitionum Comes refundendum eſſe cognoſcat publicis titulis, priuatiſque perſonis, quod ſine lacuna imperialis ærarij depromiſit aliena collatio.* † Et hoc 13
erat canonem, ſeu collationem in largitionum titulos exſoluere, id eſt, conferre pecunias in cauſam largitionum, vt *in Nouell.128.* quæ eſt *Auth.de collator.c.1.* † ibi *Vt collatores cognoſcant quemadmodum debent collationes inferre, ſi verò ante inſinuationem in alios titulos, præter eos, qui continentur particulari diſpoſitione anni, collatores fiſcalia exſoluant.l.4.l.quotieſcumque 5.infr.de ſuſceptor.l.3.infr.de his qui ex publ.collat.* † Titulus, multoties ſignifi- 14
cat cauſam debiti, & rationem præſtationis, ſic *titulorum exactionem* legimus in Symmacho *libro quinto, epiſt.87.* & titulos fiſcales *libro ſecundo, ep.27. & libro nono ep.21. & libro 10.ep.33. & in leg.in fiſcalibus 6.ſupr. de exact. trib. & in Nouell. Maiorani, de indulgent.reliquor.* notat Iuret. *in Symm. lib.10. epiſt.47.* Sed *in præſenti,* meo iudicio, Canones largitionalium titulorum vocantur tributa illa, quæ talibus largitionibus ſunt deputata, vel deſtinata, vt largiantur (vt ex legibus huius tituli deprehendere licet, *l.apparitores 5.ſup.de exact.tribut.* & ex Symmach. *d.ep.33.l.id quod 19.C.Th.de annon. & trib.*) quæ ſcilicet ſtatim ac ſoluuntur immittuntur in arcam largitionum, cùm ob earum cauſam ſoluantur, vt ex eis Imperator faciat largitiones. † Delenda 15
ſunt omnia quæ hîc Accur.Bart.Plat.Pyrrh. & reliqui dicunt, appellatione *titulorum* venire ſcripturas, & qualiter debeant fieri tributorum ſolutiones, de quibus traduntur tituli, id eſt, breues creditoribus pro ſuis ſecuritatibus & probationibus, quæ omnia à titulo noſtro ſunt aliena, quemadmodum quod Valenzuela congerit *n.3.* de titulo an ſit cauſa habilis tranſlationis dominij tranſcriptum à Garſia Toletano in lucerna huius tituli *n.6.* ſolet quidem vir ille, alioquin doctus, Valenzuela occaſionem ſumere ſeſe in varias quæſtiones diffundendi à materia longè remotas.

## LEX I.

*Imppp.* GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. AAA. *Iuliano.*

Omnem ſummam auri, vel argenti & reliquarum ſpecierum, quæ ſacris largitionibus ex more penduntur, ſtatim vt exactio fuerit celebrata, ad theſauros vniuſcuiuſque prouinciæ, vel ad proximos referri ſub obſignatione tabularij, cæterorumque quos ſolicitos eſſe debere præcedentia iuſſa decreuerunt, & theſaurorum præpoſitis conſignari præcipimus, vt exinde ad ſacrum comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Aperitur intentum huius conſtitutionis.*
2 *Proponitur ratio qua moueatur.*
3 *De tabulariorum cura in exigendis ſpeciebus ad ſacras largitiones pertinentibus, & quot fuerint in ſingulis prouinciis.*
4 *Qui fuerint theſaurienſes.*
5 *De ſacro Comitatu Principis, contra Accurſium.*
6 *Si theſaurarius prouinciæ, cui facienda erat ſolutio, abſens ſit, aut mortuus, proximioris prouinciæ theſaurario facienda erit.*
7 *Quoties in ciuitate non reperiuntur idonei ad munus publicum, ex alia erunt adducendi, idem de tutore erit dicendum, & in erogatione eleemoſynæ, ſi non adſint pauperes,* & n.8. & 9.
10 *Quæ dicatur proxima prouincia, remiſſiuè reſoluitur eſſe attendendam loci & regionis conſuetudinem.*
11 *Si theſaurarius expendat pecuniam, quomodo puniendus.*

1 PROVISVM eſt hac lege contra immoderatam cupiditatem & rapacitatem exactorum, ne aurum, vel argentum & reliquas ſpecies in ſacras largitiones à Prouincialibus exactas apud ſe retineant, ſed ſtatim prouinciæ propriæ, vel proximæ theſauris inferant, vt ſic tradantur theſaurorum præpoſitis, vt ad comitatum Principis reducantur, Idem probatur *in l.1. l.diu 7. infr. de ſuſceptor. l.vn. infr. de auri publ. perſeq.*
2 † & ratio non eſt in obſcuro, quia cùm huiuſmodi pecunia retinetur ab exactoribus, non facilè in arcas fiſcales deponitur, imò plerumque neceſſarium contra ipſos, alios exactores conſtituere, & ita deperditur, vel tardè recuperatur, quod in damnum cedit regij patrimonij, cùm huiuſmodi homines magis propriis commodis ſtudeant, quàm publicæ vtilitati, *l.1. C. de offic. comit. ſacrar. larg.* & ideò requiritur in hac lege, vt hæc illatio in theſauros
3 fiat ſub obſignatione tabulariorum, † ad quorum curam pertinebat ſcribere inſtrumenta, ſeu cautiones receptæ ſolutæve pecuniæ, vel rationes conficere, aut calculare, vt dixi *in l.2. ſup. de iure fiſ.* Qui etiam Numerarij dicuntur, & erant duo in ſingulis prouinciis, qui largitionales ſpecies tractabant, vel recognoſcebant, ne quid deeſſet, & ad arcam Comitis ſacrarum largitionum tranſmittebant, *l. duos 13. infr. de ſuſceptorib. l.4. infr. de numerar.* notat Buleng. *lib.3. de Imp. Rom. c.16. circa fin.* Pancirol. *in Not. Imp. Orient. 74. col.2. & c.78.* & Cuiac. *in d.l. duos.*

Inde etiam requiritur hîc ad maiorem cautelam, vt
4 conſignetur pecunia exacta apud theſaurorum præpoſitos, qui & theſaurienſes vocati ſunt, & erant ſub diſpoſitione Comitis Sacrarum largitionum, vt conſtat ex Notitia Imperij Orientalis, & eis conſignabatur pecunia, quæ ex canone largitionalium titulorum redigebatur, *l.3. C. Th. de indulgent. reliq. l. nullus theſaurienſis 14. Cod. Th. de diuerſ. offic. l. priuata 14. infr. de muritegul.* ab ipſo Auguſto nominabantur, & per diœceſes, ſeu prouincias mittebantur, ita colligitur ex *l. fin. C. Th. de diuerſis officiis* obſeruant Pancirol. *in Not. Imp. Orien. c.74.* & Buleng. *ſupr.* Gutherr. *lib.3. de officiis domus Aug. c.18. in fin.* Salmaſ. *ad Lamprid. in Alexand.* ad illud, *in theſauris numquam veſtem paſſus eſt*, *p.220.*
5 † Itaque exactam ex vectigalibus & tributis pecuniam ad principaliorem prouinciæ locum mittebant, vbi conſeruabatur à Præfectis theſaurorum, donec ad ſacrum comitatum dirigebatur. *Sacrum comitatum* vocant Græci, vrbem regiam, quia ibi opes vbi Princeps, vt ex Herodiano & Syneſio tradit Cuiac. & poſt eum Gothofr. & Valenz. *n.2. hîc*, reprobata Accurſ. interpretatione, qui ea verba de Comite ſacrarum largitionum accepit, quod falſum eſt. Nam etſi ſub diſpoſitione eius officij theſauri tales eſſent, tamen littera ipſa repugnat, quæ nihil aliud volt, niſi vt ex prouinciis in Curiam Principis adducantur pecuniæ, id expreſſius eſt *in l. ſeq.* 3. illic, *Periculo rectorum ad ſacratiſſimam vrbem tranſmittendis*, eſt ſacer comitatus curia ipſa, ſic eo ſæculo vocabatur, vt alibi diximus, & conſtat ex Ammiano, Symmach. *lib.2. ep.83. & lib.9. ep.8. & lib.10. ep.38.* Caſſiod. *lib.2. ep.22.* Sidonio *lib.1. epiſt.11. & lib.7. ep.2.* Concilio Carthagin. & Mileuit. II. & aliis, quos refert eruditus Fr . ıc. Iuretus *ad Symmach. lib.3. ep.74.* & Buleng. *lib.2. de Imp. Rom. c.17.* & Gutherr. *lib.2. de offic. dom. Aug. c.5.*

Hæc ad explicationem litteræ ſufficiant. Nunc ad 6
quæſtiones, quas eius occaſione mouent Interpretes, accedamus, & præcipuè Bar. Platea, & Valenzuel. *h. n.3.* deducunt quod ſi ſolutio non poſſit fieri theſaurario, aut quæſtori alicuius prouinciæ, quia vel mortuus, vel abſens ſit, vel officio remotus, aut quauis alia cauſa non adſit, poſſit fieri theſaurario alterius proximioris prouinciæ, qui eidem regimini ſubſit, & ita in defectum vnius alius ſubrogatur. † Quemadmodum ſi in 7
aliquo oppido non reperiantur idonei homines qui aliquod munus Reipublicæ exerceant, ex proximis locis idonei euocandi erunt, *l. cùm nauarchorum, infr. de nauicular.* † Quod etiam & in tutore conſtituit *l. Diui* 8
*24. D. de tutor.* Vt ſi in ciuitate, in qua pupillus oriundus eſt, deſint tutores, qui idonei cenſeantur, ex vicina ciuitate accerſiri debent, vt docet Menoch. *de arbitr. caſ.222. n.1. & ſeq.* † Eodem modo quando ex diſpo- 9
ſitione teſtatoris aliquid eſt erogandum pauperibus, ſi in loco aſſignato non reperiantur pauperes, debet præſtari proximioribus loci, vt obſeruant DD. *in l. ſi quis ad declinandam 49. C. de Epiſc. & cler.* Menoch. *vbi proxime n.4.* & Azeued. *conſ.24. n.62. & in l.9. tit.5. lib.7. Recopilat. c.6. n.13.* præcipuè ſi admittas doctrinam eiuſdem Menochij *lib.4. præſum.125. n.5.* Manticæ *lib.4. de coniect. vlt. vol. tit.5. toto*, quos ſequitur Caſtill. *tom.5. cap.67. n.11.* qui in hoc caſu dolent debere procedere executores teſtamentorum regulato arbitrio, & ſic variis diſtinctionibus in hac re vtuntur, quos videas, & præter eos Sanchez *tom.2. conſ. mor. lib.4. cap.1. dub.60. ex n.1.*

Sed cùm *in præſenti* conſtituatur ſolutionem confe- 10
rendam eſſe in proximam prouinciam, videamus, quænam proxima cenſeatur. In qua re attendenda eſt loci & regionis conſuetudo, quæ ſolet hanc proximitatem declarare, ita Bart. *in l. ſi tertius, in princ. n.2. D. de aqua pluuia.* Caſtren. *in l.1. D. ſi quis caut.* vbi Alex. Iaſ. & alij Canoniſtæ *in cap. cùm olim, de except.* Menoch. *ſup. n.13.*

Si theſaurarius contra Reipublicæ adminiſtratoris 11
voluntatem pecuniam expendat, quomodo ſit puniendus, vide relatos à Giurb. *conſ.72. n.9.*

## LEX II.

*Impp.* HONOR. & THEODOS. AA.
*Authemio P.P.*

Neque ſacrarum, vel priuatarum largitionum palatina officia ex quacumque cauſa, vel ex quocumque titulo fiſcalis debiti, cùm ad prouinciam mittuntur, poſſeſſores per ſe audeant conuenire, ſiue id ex prætorio reliquum trahatur, ſiue præſentis temporis tributa ſolui conueniat: ſed Rectores prouinciarum frequenter adeundo commoueant, eorumque officiis incumbant.

bant. Quod ſi Rector prouinciæ qualibet alia ratione palatinis propria auctoritate publicæ exactionis permiſerit curam, tam ipſe, quàm officium eius vicina auri pondo fiſco dependant.

*SVMMARIVM.*

1 *Comites ſacrarum largitionum vtebantur adminiſtris, qui dicebantur Palatini. Quod fuerit eorum officium, & quanta eorum rapacitas?* & n.2.& 3.
4 *Huius legis concluſio & ratio.*
5 *De Opinatoribus, vnde dicti, Palatinis ſimiles, & de* l.miſſi.7.ſup.de exact.trib.
6 *Quare maior pœna imponitur,* in d.l.miſſi, *quàm hîc, cùm ſit idem delictum?* & n.7.
8 *Quid hodie de iure regio?*

1 HABEBANT Comites ſacrarum, vel priuatarum largitionum ſuos apparitores, ſeu adminiſtros, qui dicebantur Palatini, vt in prouincias mitterentur, *l.1. C.Th.de Palat.ſacr.larg.* & ob id Mittendarij fuerunt, & Theſaurienſes vocati, *l.2.l.placuit 8.& ſeq.l.pen.C.Th.illo tit. l.2. l.placuit 8. infr.de Palat.ſacr.larg.* & largitionales, & Priuatiani, vt notat Cuiac. *in dict.tit.infr.de palat.ſacr.larg.* Buleng. *lib.2.de Imp.Rom.cap.18.* Gutherrius *lib.3.de offic.domus, c.24.* 2 poſt Pancirol. *in Not. Imp. Orien.c.86.* † Eorum meminit Symmach. *lib.10.ep.43.* ibi, *Palatini muneratiorum ſacrarum quæſtus publicos eruentes inter cætera nomina, quæ iudicio perſequuntur hæredes Poſthumiani, in examen meum euocarunt.* Hoc officium vltra biennium non porrigebatur, *l.officiorum 14.C.Th.illo tit.* & poſt finita officia variis priuilegiis condecorabantur, & cum aliis æquabantur, *l.palatinos 20.de palat.ſacr.larg.l.2. infr.de* 3 *priuileg. eorum qui in ſacr. palat.* † Extant tres Nouellæ Theodoſij ſub titulo *de Palatinis*, in quarum prima horum Palatinorum enotmitas & auaritia in exigendis tributis, in ſecunda cupiditas & fraudes reprehenduntur, legat qui volet, & agnoſcet horum hominum per omnes ætates rapinam & latrocinia, quemadmodum dicemus de diſcuſſoribus *in l.1.infr.de diſcuſſor.* qui his erant ſimillimi in excoriandis prouincialibus, exigebant ergo iſti ſuperindictum, aurarias functiones, cæteráſque ad vtrumque ærarium pertinentes, vt *in d.Nouell.1.de Palatin.l.largitionalium 18.C. Th. de exactionibus*, cuius rei cauſa opprimebant pro- 4 uinciales. † Quapropter *in præſenti*, quæ eſt *l.1. C.Th. de exact.* eorum calumniis obuiatur, dum conſtituitur quòd ſi Palatini in prouinciam mittantur, non poſſint ipſi prouinciales conuenire pro debito fiſcali, ſed tantùm debent interpellare Rectores prouinciarum, vt exactionem faciant per ſuos officiales, ita vt ipſis Palatinis nunquam eam demandent, vel committant, aliàs in vicenorum auri pondo tenebuntur. Ratio dependet ex iis, quæ dixi *in d.l.1.in ſ. de diſcuſſ.* vt eorum rapacitas & auaritia cohiberetur, ſi ipſis libera relinque- 5 retur manus. † Eodem modo cohibiti ſunt Opinatores, ſeu exactores militaris annonæ *in l.miſſi 7.ſup.de exact. trib.* qui mittebantur quoque in prouincias ad exigendam militarem annonam, *l.opinatoribus 11.l.his ſcholaribus 14.infr.de erogat. milit. ann.* Dicti ab opinione, quæ aliquando ſumitur pro cenſu, vt notant Iuret. *ad Symmach.lib.9.epiſt.47.* Cuiac. *in d.l.miſ.* & Buleng. *lib.5.de Imp. Rom. cap.41.* Qui homines ſi in prouincias mittantur, non potuerunt exigere, ſed, vt dicitur hîc, inſtabunt apud Præſidem, cui competit exactio, vt intra annum annonas accipiant. Prohibenturque Iudices opinatoribus delegare prouinciales ita vt eiuſdem quantitatis dupli pœna coërceantur, officialis deportatur, & curialis in exilium dabitur.

6 Sed quare maior pœna ſtatuatur *in d.l. miſſi* quàm in præſenti ferè in eodem caſu, & in eodem delicto; mirum eſt quantum ſe torqueant Rebuff. *hîc*, nugando, & noſter Valenzuel. *n.1.* diuinando. Nam vndè conſtat *d.l.miſſi* loqui vbi delegatio & demandatio huius exactionis fit ipſis Opinatoribus, & non Palatinis? quo caſu grauior pœna Rectoribus imponitur. Nam *in d.l.miſſi*, de Palatinis non agitur, & diuerſæ ſunt ſpecies. Differentia eſt inter Opinatores & Palatinos de illis agitur in lege contraria, de iſtis hîc. † Cur 7 tamen pœna minor apponatur cùm de exactione agatur vtroque loco ea videtur ratio, quia Opinatoras erant milites, vt indicatur *in d.l.miſſi*, & ſi eis exactio committeretur, occaſio præberetur deprædationis, & damnorum, quæ maximè in exactione contingebat, vt diximus, & latius *in d.l.1.de diſcuſſor.* Cùm militaris licentia eiuſmodi homines ſemper ſoleat efficere inſolentiores, nam, vt rectè ait Caſſiodor. *lib.1.epiſt.11.* ibi, *Qui militaribus officiis aſſueti ciuilitatem premere, dicuntur armati, & ob hoc iuſtitiæ parere deſpiciunt, quoniam ad bella Martia ſemper intendunt, dum, neſcio quo pacto, aſſiduè dimicantibus difficile eſt morum cuſtodire menſuram*, quod rectè inſinuat *d.l.miſſi*, illic, *ſi per ſemet exigendos voluerint delegare militibus, iuncta l.his 14.infr.de erogat.milit. ann.* At damnum non ita inſtans cognoſcitur in Palatinis, de quibus *hîc*, vel quia non ita in prouinciales inſolenter deſæuirent, vtpotè homines ciuiles & pacifici, de quibus lenius præſumit lex, quàm de aliis, & ob id in vno caſu grauius, in altero mitiùs Rectores puniuntur.

8 Hodie ex noſtris legibus hoc totum correctum eſt; nam exactores, qui in ciuitates, aut prouincias mittuntur, debent per ſe exigere tributa, & ſuſcipere, iuxta formam *l.6.& 13.ti.14.lib.6.Recopilat. & l.13.tit.8.lib.9. Recopilat.* quas videas.

## LEX III.

*Impp.* LEO & ANTHEN. AA. *Heliodoro Comiti ſacr.largit.*

Præcepit noſtra Serenitas, neque veloci curſui neque alij, præter inueteratã conſuetudinem, grauamini ſubiacere chartularios, qui de cohortalibus officiis vniuſcuiuſque prouinciæ largitionales titulos retractare conſtituuntur, cùm idem etiam ampliſſima Præfectura diſpoſuiſſe prohibeatur, vt his neceſſitatibus liberati fideliter largitionales titulos valeant retractare: Quòd ſi aliquo tempore noſtra iuſſio temerario auſu fuerit violata, tam Rector prouinciæ, quàm apparitor eius triginta libris auri condemnatione plectentur. Inſuper virũ ſpectabilem Comitẽ Orientis, eiuſq; officiũ licentiã habere, conatus nefarios inhibendi tam moderatorũ, quàm cohortalis officij, cùm de hac re admoniti fuerint à palatinis, eandem pœnam formidantibus, ſi non pietatis noſtræ decreta congruum mereatur effectum. Illud etiam generali forma ſancimus vt in omnibus prouinciis tam nominatio ſpecialium ſuſceptorum largitionaliũ titulorum, quàm defenſio tractatorũ, non tantùm per viros Clariſſimos, moderatores prouinciarum, ſed etiam per viros ſpectabiles, Proconſules, & Præfectum Auguſtalem, ac laudabiles Vicarios, vnà cum eorũ officiis,

officiis,admonentibus ſemper,nec nõ im-
minentibus Palatinis,procuretur : proui-
dẽtibus,vt poſt nominationem etiam ſpe-
cialium ſuſceptorum largitionalium titu-
lorum nulla minuendæ exactionis ad ſa-
crum pertinentis ærarium,aut transferẽdi
ad arcarios, aut quoſlibet alios extraneos
titulos Rectoribus prouinciarum, ſeu etiã
curialibus licentia permittatur, quadri-
menſtruis breuibus per idoneum tractato-
rem eorumdem titulorum ſuper commẽ-
dandis ratiociniis publicis periculo recto-
rum prouinciarum, ad ſacratiſſimam vrbẽ
tranſmittendi, nam quacumque ex parte,
quam iuſſit noſtra tranquillitas, ſi minus
fuerit procuratum, pœna ſuperius deſi-
gnata tam ipſi iudices quàm eorum offi-
cia ſe noluerint eſſe plectenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Serenitatis nomen proprium ſupremi Principis epitheton.*

2 *Chartularij vnde,& qui dicti, & qui fuerint ſub Imperatoribus iunioribus Conſtantinopolitanis*, & n.3.

4 *Quare barbaram cenſeat Pyrrhus hanc legem?*

5 *Cohortales qui fuerint?*

6 *Priuilegium ne curſus publici oneri ſubiiciantur chartularij,& quid fuerit comprehenſum in eo,& de eius ratione*, & n.9.

7 *Spartiani locus difficilis explicatur,& expenditur alius Caſſiodori*, & n.8.

10 *De Comite ſacrarum largitionum Orientis, & de eius iuriſdictione, & an differat à Comite Orientis?* & num.11.

12 *Explicatur verſus* illud etiam, *& agitur de Præfecto Auguſtali.*

13 *Iudices etſi violauerint priuilegia,non puniuntur niſi priuilegiati eos interpellent vt priuilegia ſua conſeruent, quod & in cauſa nobilitatis procedit, vt demonſtramus*, num.14.

15 *Occaſione illorum verborum*, ſi non omnibus modis, *tractatur de pœna Iudicis negligentis*, & n.16.

17 *Etſi grauius ſit commiſſionis, quam omiſſionis delictum, Iudex omittens punitur ac ſi commiſiſſet, & iuxta grauitatem omiſſionis ea pœna, quæ poteſt vſque ad mortem extendi*, & n.18.& 19.

20 *Officialis creatus ad nutum, vel voluntatem domini, non poteſt ſine cauſa remoueri, remiſſiuè.*

1 AIt lex, *Præcepit noſtra Serenitas.* Sereni-
tatis titulus proprium eſt epitheton Prin-
cipis ſupremi. Serenitas propriè Impe-
ratori tribuebatur à tempore Gordiani
*l.2.C.de iure dominij impet.* quòd tranquilli,lenes,man-
ſueti,nulla ira concutiantur,nulláque externa impreſ-
ſione à ſua compoſita manſuetudine abducantur, ſed
ſemper in eodem ſtatu tranquilliſſimus perſiſtat, etſi
totus dilabatur orbis, & in eodem habitu ſit ſerenus
ſudúſque vultus quocunque res cadat, qui ſuprà res
ſuas emineat, nullóque modo minor fiat, & quemad-
modum dignitate omnes antiſtat,ita virtutibus & ſere-
nitate. Quapropter inter cæteros titulos, qui Maie-
ſtati regiæ propriùs debentur, *ſereniſſimi* nomen magis
conuenit, & ita Principes noſtri nullo alio vtuntur,ni-
ſi hoc aureo, & illi dignitati conuenientiſſimo aliis,
quos inuenit ambitio, vel aſſentatio antiqua inſuper
habitis & neglectis,videndi erunt Iuretus *ad Symmach.*
*lib.2.ep.*8. Pancir. *lib.1.theſ.c.2.* Buleng. *lib.1 1.de Imper.*

*c.25.* qui de hac re plures adducunt Auctorum locos.
Ait lex, *Neque veloci curſui ſubiacere chartularios.* 2
Chartularij à charta, vel chartula ſunt dicti publicis
litteris,tabulis inſtrumentiſque curandis & retractan-
dis præpoſiti erant, vt Iunius ſcribit, licèt eidem non
ſatis aſſentiat Gretſerus *in Codini comment. lib.1.c.13.*
ſed reuera ob id publicas rationes tractabant *toto tit.*
*infr.de numerar.actuar. chartul.* & ita in obſeruatione
rationum inueniri eos ait *l.filios* 8. *C.Th de filiis milita-*
*rium apparitor.* ibi, *Si in officiis publicis, vel miniſterio*
*chartulariorum atque obſeruatione rationum inueniuntur.*
Adiutores videntur fuiſſe Numerariorum,vt ex Cuia-
cio voluit Gutherrius *lib.2.de offic.domus Aug.c.14.verſ.*
*in ſchola*, ſed ſcitè diſceſſit, ab ea ſententia, cùm con-
trarium conſtet ex *l.nulli* 10.*infr.de numerar.act.& char-*
*tul.* cùm ex eius verbis diuerſa officia fuiſſe doceamur.
Itaque in tam obſcura huius officij inueſtigatione,
quæ ex noſtra lege, & *d.l.nulli*, poteſt colligi,illud eſt,
chartularios fuiſſe tabularios, ſeu ſcribas, qui largitio-
nales titulos ſcribebant, ſeu tractabant,& iterata cura
& ſedula diligentia reuidebant, & retractabant, (hoc
enim ſignificat vox *retractare*, id eſt, iterùm examina-
re,vt docet Tiraq. *de retract.lig.in præfat.n.6.* & probat
Vlpian. *in l.eius* 29. *verſ.planè,de iure fiſci, l.admonendi*
31.*in fin. ff.de iureiur.* cum aliis. Indeque dicti etiam
*Tractores*, quia tractabant rationes, *d.l.nulli,infr.de nu-*
*merar.l.ſancimus* 6.*infr.de execut.& exact.*obſeruant Cu-
iac.*hic*, & Gothofr.*in d.l.nulli.*Pancir.*lib.1.theſaur.c.17.*
*& lib.2.c.*188.*verſ.interiecti.* Iuret. *ad Symmach.lib.9.ep.*
13.*verb.à quorum tractoriis.* Buleng. *libr.4.de Imp.Rom.*
*c.*20. Cerda *in aduerſar.c.17.n.5.* Gutherr. *de offic.dom.*
*Aug.lib.2.c.14.* † Alio ſenſu *Chartularius* ſumitur à
Codino *lib.1.de offic. aulæ Conſtant.c.5.n.6.*nam Char- 3
tularium numerat inter equiſones Imperatorios, his
verbis, *Quando igitur Imperator equum aſcenſurus eſt,equo*
*per Comitem equorum adducto. Poſtea ſubiens eius locum*
*chartularius freno ducit vſque ad portam.*& conſtat etiam
ex Zonara *in Leone Iſaurico*,vnde conſtat hanc digni-
tatem pertinuiſſe ad curam ſtabuli regij, vt obſeruat
Gretſerus *d.lib.1.comment.in Codin.c.13.*qui etiam addi-
cit Chartularium numerari inter officia & miniſteria
Eccleſiaſtica, & lectores, & apud D.Greg. *lib.epiſt.*75.
Chartularius erat Hilarius, qui in Africam à præde-
ceſſore D.Gregorij miſſus Sedis Apoſtolicæ loco cau-
ſas Eccleſiaſticas tanquam Iudex dirimebat. † Neque 4
miretur quiſpiam non in his officiis explicandis tam
breuiter rem perſtringere,nam ſæcula horum Impera-
torum neque litteras,neque homines doctos tulerunt,
& ſic omnia planè obſcura ſunt & caliginoſa,ne dicam
barbara,quapropter non immerito Pyrrhus hãc legem
incultam & barbaram vocat, prout ſunt plures huius
ætatis quæ in hac iuris vltima parte conſpiciuntur.
Eligebantur huiuſmodi Chartularij ex cohortali- 5
bus,qui erant apparitores & adminiſtri,& veluti acceſ-
ſiones dignitatum quaſi cohorti deuincti. Cohors eſt
cœtus miniſtrorum, *l.1.ff.ad l.Iul.repetund.* dicemus
*infr.ad tit.de cohortalibus.* † His ergo lege noſtra con- 6
ceditur, *ne publici curſus oneri ſubijciantur.* Nam, vt di-
cam *ad tit.de curſu publico,infrà*, equos curſuales populi
& priuati alebant,pabulaque & paleas & ſtabula ex-
truere & reficere, ipſoſque equos emere tenebantur,
*l.2.l.in omnibus 7.l.comperimus 19.l.nullus 21.infr.de cur-*
*ſu publ.l.3.l.mancipium 15.l.curſus 26. l.quia in omnibus*
*34.l.comperimus 64.C.Th.eod.tit.* Qua ratione laudatur
Antoninus Pius quod vehicularium curſum ſumma
diligentia ſubleuauerit,vt refert in eo Capitol. Item &
Seuerus ad fiſcum hos ſumptus pertinere voluit, te-
ſtante ita Spartiano *in eo.* † In confirmationem quoque 7
huius rei adduci ſolet inſignis Spartiani locus in Ha-
driano, qui eruditiſſimis criticis multum præſtitit ne-
gotij. *Statim*, inquit, *curſum fiſcalem inſtituit, ne magi-*
*ſtratus hoc onere grauarentur.* Nam in primis Baptiſta

Egnat.

Egnat.emendat *inhibuit*, quem reiicit Marcell. Donat. *in dilucid. ad Spart. in princ.* Aliter ipſe, aliter Caſaubon. *ibidem*, & Turneb. *lib.* 29. *aduerſ. c.* 12. acceperunt. Frequentius receptum eſt hoc ita effectum, quia Hadrianus à priuatis ad fiſcum traduxerit illud onus, vt quod prius fuerat priuatorum, poſtea fiſci ſumptibus aleretur, vt exiſtimauit Caſaubon. quem tamen reprehendit Salmaſ. *in dicto loco*, quod ſubiecta ratio huic interpretationi repugnet. Verùm ipſe quoque exiſtimans Hadrianum curſum publicum inſtituiſſe de nouo, multo magis à veritate abeſſe videtur, cùm ex Suetonio ſciamus *in Aug. cap.* 49 Auguſtum curſum fiſcalem primo inuentum à Xerxe, ſiue à Cyro in orbem Romanum inuexiſſe.

8 Rectiùs ipſe Salmaſius ſecundo loco autumauit verbum *inſtituit*, non ad curſum, ſed ad vocem *fiſcalem* referendum, vt intelligamus Hadrianum à priuatis ad fiſcum exhibitionem publici curſus tranſduxiſſe, ita vt Magiſtratus non grauarentur, id intelligas de magiſtratibus municipalibus & curialibus, quorum curæ incumbebat equorum exhibitio, *l. comperimus* 19. *infr. de curſu public. l. publici* 51. *l. quia in omnibus* 34. *in fin. C. Th. eod.* & ab ea ſoluit Hadrianus prouinciales, vt captaret eorum gratiam. De hoc onere prouincialibus & vrbibus remiſſio eſt capiendus Caſſiod. *lib.* 12. *ep.* 15. ibi, Hanc, (vrbem Brutiorum) *dum frequenter inuiſere deſiderant commeantes dum tædia laboris refugere cupiunt, amœnitate ciuitatis in parauedorum & annonarum præbitione propriis ciues fatigantur expenſis. Quapropter ne lædat vrbem amœnitas ſua, parauedorum & annonarum præbitionem ſecundum erectiones conceſſas in aſſem publicum conſtituimus imputari.* Hoc onus & exhibitio quæ in equis cæteriſque rebus ad id neceſſariis conſiſtebat, dicebantur angaria, de qua re multa in eo titulo de curſu publico diximus, dum illum Auditoribus noſtris Salmanticæ publicè dictarem, &, Deo dante, ſuo loco aperiam.

9 Ratio qua hoc priuilegium conceſſum eſt, non omittitur *in præſenti.* ibi, *Vt his neceſſitatibus* (aiunt Impp.) *liberati fideliter largitionales titulos valeant retractare*, id eſt, ne curſus onere grauati auocentur à ſuo munere, imò priuilegio inuitati fidelius largitionalibus titulis incumbant, neque fas ſit ſeruientem officialem à ſuo miniſterio, niſi ex magna cauſa, abducere, *l. pen. verſ. vniuerſus*, vbi Bart. *infr. de aquæductu*, notat Platea *hic n.* 3.

10 Valenz. *n.* 1. *verſ. rationem vero.* † Quod vt faciliùs conſeruetur contra Rectores prouinciarum, qui ad ea onera compulerint prouinciales, pœna ſtatuitur hîc, quam Comes ſacrarum largitionum Orientis admonitus tenebitur exequi, ſi contra hanc legem in chartularios fuerit attentatum. Erat huic Comiti iuriſdictio latiſſima, nam de omnibus cognoſcebat quæ ad fiſcum ex publicis debitoribus pertinebat, vt conſtat ex inſcriptione *l.* 1. *C. Th. de his qui ad Eccleſ. confug. l. ſi qui, ſupr. de iure & fide haſtæ*, cum aliis congeſtis à Gutherr. *lib.* 2. *de offic. domus Aug. c.* 16. *pag.* 541. & ita ad eum quoque pertinebat chartularios & palatinos defendere iuxta noſtram legem. Nam certum videtur ad Comitem largitionum pertinere hanc iuriſdictionem, vtpote quæ in defendendis propriis officialibus conſiſtebat, & ita inſcriptio huius legis ad eum dirigitur.

11 † Scio Cuiacium, quem perpetuo ſequitur, & ab eo mutuata verba proponit Goth. & Valenz. *n.* 1. *verſ. adiicit, in præſenti.* Comitem Orientis intellexiſſe de eo Comite, qui quindecim prouinciis præerat, quinque Conſularibus, Palæſtina nempe, Phœnicia, Syria, Cilicia & Cypro, octo præſidialibus, Palæſtina ſalutari ſecunda, Phœnicia Libani Eupthatenſi, Syria ſalutari, Oſrhœna, Meſopotamia, Cilicia ſecunda, Arabia & Iſauria, quas poſtea coarctauit Iuſtin. *Nouell.* 8. *c.* 5. quæ eſt *Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. hoc autem ipſum*, cum notatis à Cuiac. *lib.* 8. *obſeru. c.* 21. de eo Comite meminit Sozimus *lib.* 5. ibi, *Comitem Orientis illum fecit, is magiſtratibus præeſt omnibus prouinciarum rectoribus, & multas eos qui peccant.* & Amm. Marc. *multis in locis, & in l. vnic. C. de offic. Comit. Orientis, & inf. de appar. Com. Orient. & in inſcriptione l.* 2. *C. de operib. publ. l. prouidendum,* 21. *inf. de decurionib. l. mulieres* 3. *infr. de dign. l.* 4. *infr. de aquæd. l. vnic. infr. de præbendo ſalar. l. fin. C. de modo mult. & in ſubſcriptione l. fin. C. Th. de Princip. argent.* Fuitque veluti præfecti prætorio vicarius, & ideo appellabatur à Comite ad Præfectum, & ita coniungitur cum eo *in l.* 4. *C. de iuriſdict. omn. iud.* dignitáſque hæc poſt Proconſules apponitur *in leg. ſi quis conuictus* 15. *cum ſeq. C. Th. de pœnis, & in l.* 2. *C. de his qui propter metum iudic.* obſeruant Cuiac. *hîc, & lib.* 8. *obſeru. c.* 21. Pancirol. *ad Notit. Orient. cap.* 104. quem ſuo more tranſcribit, & nunquam nominat, Buleng. *lib.* 4. *de Imp. Rom. c.* 25.

Procedit lex noſtra, & quod Comitibus iniunxerat, 12
ad omnes Rectores prouinciarum extendit, vt teneantur defendere officiales, ſeu chartularios, & eos, qui in largitionalibus titulis incumbunt, ſiue ſint Proconſules, ſiue Præfectus Auguſtalis. Præfectus hic præfuit Ægypto, & omnem tributorum materiam per Ægyptiacũ tractum procurabat, ab Auguſto primum inſtitutus, & Ægypto, quam Antonio & Cleopatra deuictis in prouinciæ formam redegerat præpoſitus, indeque dictus Auguſtalis *l.* 1. *ff. de officio præfect. Auguſt.* de eo plura Roſin. *lib.* 7. *antiq. c.* 46. Pancirol. *in Not. Orient. c.* 17. *& ſeq.* Buleng. *lib.* 4. *c.* 31. Hanc autem defenſionem curare debent Palatini Comitum ſacrarum largitionum, & Præſides, ſeu Rectores admonere, inſtare, vrgere, ſi quando contra chartularios attentetur. Vel ne poſt tributorum exactorum nominationem ad alios exactio tranſmittatur, & alij ad id munus præficiantur, ita vt confuſio titulorum inde naſcatur, id eſt, ne quod ærario debetur, alij arcæ inferatur, quanquam ſint omnes tituli largitiones *leg. duos* 13. *infr. de ſuſceptor.* nam duas fuiſſe arcas, iam dixi *in l.* 1. *ſupr.* Neque item fiat quominus minuatur exactio eorum titulorum ſemel alicui ſuſceptori iniuncta. Quod & noſtris patriis legibus cauetur ne reditus fiſcales aliquis minuere faciat. *tit.* 8. *lib.* 9. *Rec.* ibi, *De las rentas reales y que ninguna perſona haga por donde vengan amenos.*

Ex huius legis littera ita explicata ſolent DD. aliqua elicere documenta. 13
*Primum*, non debere iudicem puniri ob innouationem priuilegiorum factam contra priuilegiatos, niſi priuilegiati interpellent ipſos iudices, vt ſua priuilegia conſeruent. Quod videtur exprimi illis verbis, *Cùm de hac re admoniti fuerint à Palatinis formidantibus ſi non omnibus modis pietatis noſtræ decreta congruum mereantur effectum.* & ratio eſt, nam cùm ad hoc vt iudex dicatur inobediens, neceſſarium eſt, vt præcedat priùs monitio & interpellatio parti, quæ de ſuo tractat intereſſe, & ideo antequam ea interueniat, minimè videbitur facere contra priuilegium, *argum. l. fin. in fin. infr. de caſtrenſianis*, & certum eſt tunc demum iudicem teneri impartire ſuum officium, cùm de priuata vtilitate agitur, quando à parte fuerit requiſitus. *l.* 4. *§. hoc autem iudicium. D. de damno infect. l. vt fundus* 18. *ff. comm. diuid.* docent poſt Accurſ. *in rub. de interrog. action.* Bar. & alij *in l. nam & poſtea §. ſi minor. ff. de iureiur.* & in propoſito notant idem Bar. Platea *n.* 3. & Valenzuel. *n.* 2. † Rectè ſubinferens *n.* 3. quòd ſi ex 14
*l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 2. *Recop.* aliquis in cauſa nobilitatis tres ſententias obtinuerit, & poſtea Iudex eum cogat tributa perſoluere, vel in matricula plebeiorum deſcribat, non tenebitur aliqua pœna, etſi appoſita ſit clauſula conſueta lingua noſtra concepta, quæ non minus habet grauitatis, quàm antiquitatis, *e non fagades en dal ſo pena de nueſtra merced.* imò cadet à ſua poſſeſſione, nec poterit conqueri de Iudice, quem non interpellauit ſuper obſeruatione ſui iuris.

*Secundum* quòd ex noſtra lege deducitur *in verſ. ſi* 15
*non*

*non omnibus modis pietatis noſtræ decreta congruum mereātur affectum,* illud eſt, Iudicem negligentem, qui omiſerit punitionem delinquentium, eadem pœna eſſe puniendum qua afficeretur aliàs delinquens, ſunt enim plura delicta, in quibus vindicandis negligentia & omiſſio iudicum grauiter punitur *l. magiſtratus 6. ff. de admin. rer. ad ciu. per. l. addictor 6. C. de Epiſc. aud. l. properandum. §. ſin autem alterutra, & §. ſancimus. C. de iudiciis l. 3. C. de offic. præfect. præt. Orient. l. 2. C. de commerciis l. 1. C. de priu. carc. l. ſeruos 6. & fin. C. ad l. Iul. de vi publ. l. fin. C. ne ſacr. Bapt. l. 1. in fin. infr. de deſert. l. iudices 11. ſup. de annonis & trib.* vbi etiam diximus *l. 1.* vbi notat Platea *infr. de fundis & ſalt. rei dom. cap. vigilanti 5. de præſcript.* latè pertractant Tiraq. *de pœnis temp. in præfat. n. 4. & cauſ. 44. ex n. 1. & 60.* Menoch. *de arbit. caſ. 341. & 571.* Farin. *3. tom. crim. q. 111. n. 396.* & ex noſtris Hiſpanis Auiles *in capp. præt. c. 1. verſ. fiel. n. 28. & ſeq.* Azeued. *in l. 22. n. 2. tit. 5. lib. 4. Rec. & in l. 3. n. 10. tit. 6.* eodem libro alios referens Bobad. *lib. polit. c. 1. n. 142. & ſeq. & c. 3. n. 35.* Barb. infrà referendus, & Narbona *in l. 20. gloſ. 20.*
16 *tit. 1. lib. 4. Rec. ex n. 114.* † Neque hoc eſt ſine ratione, quia in Iudice maximum delictum cenſetur negligentia & omiſſio, cùm, vt ait Caſſiod. *lib. 5. ep. 24. negligentia vitium eſt præſumptiones relinquere, quas iura præcipiunt amputare.* Quapropter qui omiſit punitionem criminis, ipſe videtur commiſiſſe. *l. quid ergo 13. §. ſi quis. ff. de his qui not. infam.* ibi, *Qui filium conſtituere patitur, quodammodo ipſe videtur conſtituiſſe, c. præterea 12. 23. q. 8.* ibi, *Qui crimina cùm poteſt emendare non corrigit, ipſe committit.* in culpáque eſt qui prohibere poteſt, & non prohibet, & quiſquis patitur peccare peccantem, is vires ſubminiſtrat audaciæ, vt ait Arnob. *lib. 4. contra gent.* Item & Agapetus Diachon. *c. 18. Exiſtima æquè eſſe delinquere, & delinquentes non prohibere. Nam etſi aliquis legitimè ſe gerit, & in republica ritè verſatur, tamen tolerat eos, qui viuunt illegitimè, apud Deum iudicatur ſocius & adiutor malorum.* facit *cap. negligere 2. q. 7. c. error 83. diſt.* docent Caſt. *in l. & ſi ſeuer. C. ex quib. cauſ. infam.* Roman. *ſing. 77.* Bald. *in d. l. 2. C. de commerc.* Felin. *in cap. qualiter el 2. § ad corrigendos, de accuſ.* conferuntque adducta à P. Fabro *in l. culpa 30. per tex. ibi, ff. de reg. iur.*

17 Non nego delinquere magis committentem, quàm omittentem, iuxta ea, quæ latè cumulat Tiraq. *d. cauſ. 44. n. 23. & ſeq.* Valenz. *in l. iudices, ſup. de ann. & trib. n. 5. & ſeq.* & Barb. *in l. filiusfam. 15. n. 97. ff. de iudiciis*, & relati alij à Narbon. *ſup. n. 119. & ſeq.* Sayto *lib. 2. clauis reg. c. 6. n. 5. & ſeq.* Val. Regin. *lib. 15. fori pœn. c. 2. n. 11. & ſeq.* Verùm aliquando delictũ omiſſionis ita graue eſt, vt cenſeatur idem ac ſi commiſiſſet, & iudicis negligentia punitur, quia doloſè agit, *l. dolus 44. D. mandat. iuncta l. mancipia 5. C. de ſeruis fugit.* notat Auend. *c. 3. præt. n. 6.* Auiles *d. verb. fiel. n. 28.* Bobadill. *d. c. 1. n. 147. & 153.* Veluti ſi magna deſidia, vel malitia, dolo, aut alicuius contemplatione delinquentem non capit, aut deſiit capere cùm poſſet, quam ob cauſam aufugerit delinquens, vel ſi querelam non admiſit, aut denuntiationem vel retardauit, aut denegauit parti iuſtitiam, quibus in caſibus eſt grauiter puniendus, & damnandus, vt detrimentum quod ex ſua negligentia parti euenerit perſoluat, ex traditis à Farin. *d. q. 111. n. 397. &*
18 *ſeq.* † Aliquando tamen iuxta omiſſionis grauitatem pœna extraordinaria, quæ ad mortem vſque extendatur, affici poterit, vt tenuit Accurſ. *in §. in ſumma 1. Inſt. de iniuriis, verb. extraordinaria*, quem recipiunt Tiraq. *ſup.* & Menoch. *d. caſ. 341. n. 6.* Decian. *1. tom. crim. lib. 5. c. 51. n. 26. & ſeq.* Bobad. *ſup. n. 149. & 153.* Farin. *n. 408.* Qui tamen *n. 414.* rectè tradit, vt tunc criminaliter puniatur iudicis negligentia, quando ſcilicet fuerit à iure expreſſum, vt *in l. 1. infr. de deſert. in fin. cum ſimil.* ſecus verò quando pœna non eſt expreſſa, tunc enim ad intereſſe tenebitur, cùm per negligentiam fecerit litem ſuam, præcipuè cùm pœna pecuniaria eſt impoſita, vt *in præſenti, & in l. unic. infr. publicæ lætitiæ nunt.* † Crede- 19
rem tamen quod etſi pœna à iure non ſit conſtituta, ſi tanta fuerit negligentia Iudicis in caſu grauiſſimo, vt dolus apertiſſimus ſit, nequitia & culpa euidens iunctis aliis circumſtantiis, quæ iniquiſſimam eius deſidiam arguant, veluti ſi pretio, odio, vel ſordibus, aut alia ratione id fecerat, ex quo graue damnum Reipublicæ, aut priuatis contigerit, tunc non refugerem in triremes eum dare, vel ad mortem damnare, vt ſic multi ex iudicibus, qui nec Deum timent, nec Regem, exemplo corriperentur, & vtinam hæc in criminoſos Iudices exacerbatio multoties fieret, & ſic ſcirent Iudices quanta mala in Rempublicam ex ſua mala adminiſtratione proueniunt.

Tertium quod deducimus ex *verſ. prouidentibus, vt* 20
*poſt nominationem*, eſt quòd ſi officialis fuerit nominatus, aut electus ad officium ab Epiſcopo, vel domino, vel alio, non poterit ſine cauſa remoueri, etiam ſi ad nutum vel ad voluntatis placitum creati dicantur, vt traduntur relati à Ceuallos *pract. comm. quaſt. 425. ex n. 15. & 5. tom. q. 62. aliàs eſt 63. n. 38. & 44.* Bobad. *lib. 1. c. 16. toto.* Ricc. *in prax. dec. 398.* Cratian. *3. tom. diſc. c. 590. n. 5.* Phœbus *dec. 94.* & cum pluribus Maſtr. *de magiſt. lib. 1. c. 27. toto*, maximè ex *n. 24.* & Salgago *de Regia protect. 3. p. c. 8. n. 11.* Dom. Larr. *in dec. Gran. diſp. 2. tota.* Caſtill. *de Tertiis c. 41. n. 22. & ſeq.* & Hermoſill. *in l. 53. tit. 5. p. 5. glo. 6. n. 13. & ſeq. & n. 25.* Barb. *de Can. c. 42. n. 47.* Addit. ad Molin. *lib. 2. c. 7. n. 62.* poſt eumdem *lib. 1. c. 25.* à quibus erit petendum quidquid iuxta hunc articulum requiſitum ſit.

## LEX VLTIMA.

### *Iidem AA. Heliodoro Com. ſacr. larg.*

Præcipimus, vt ſi fortè delegatio, quæ ab ampliſſima præfectura in diuerſas prouincias ex more quotannis remittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quoquo modo exactio eorum debet procedere: nihilominus competentem exactionem eorum à viris ſpectabilibus tam Proconſulibus, quàm Vicariis, & viro Spectabili Comite Orientis, & Præfecto Auguſtali, necnon Rectoribus prouinciarum, eorumque officiis, & Curialibus omnium largitionalium titulorum exactione procurari: vicenarum librarum auri condemnationẽ præ oculis habentibus, ſi quid minus exactum, vel illatũ fuerit ſacro ærario, quàm priſca & inueterata conſuetudo inferri conſtituit.

*SVMMARIVM.*

1 *Tributorum exactio quomodo indiceretur à Principe Præfecto prætorio.*
2 *Deſcriptio tributorum fiebat initio cuiuſque anni.*
3 *De Vicariis Præfectorum prætorio, & qui fuerint, & quale eorum officium.*
4 *Explicatur* l. 1. §. à Præfectis, de legat. 3.
5 *Præfecti prætorio Magiſtratum in quatuor diuiſit Conſtantinus, ſingulis prouinciis conſtitutis eius vicariis, & de eorum poteſtate,* & n. 6.
7 *De Vicario Hiſpaniarum.*
8 *Reprehenditur Iacob. Gutherrius, & de Gallorum in nos ſomniato imperio irridetur.*
9 *De Præfecto prætorio Galliarum.*
10 *Præfectus Galliarum fuit etiam Præfectus Hiſpaniarum,* & num. 12.

11 *Præ*

12 *Præfecti Orientis, & præfecti per Illyricum qui fuerint, & quas prouincias regebant.*
13 *Prouinciæ etſi haberent præfectum prætorio. Vicarium habebant, ut de Italia & Africa.*
14 *Macrobius Præfectus prætorio Hiſpaniarum contra Gutherrium, defenditúrque contra eum Lazius*, & num. 15. & 16.
17 *Ducianus Præſes Hiſpaniæ & Galliarum.*
18 *Galliæ per Vicarios gubernabantur tempore Præfectorum prætorio.*
19 *Præfecti prætorio erant in Comitatu Principum, non verò in prouincijs*, & n. 20. 21. 22. 23.
24 *Præfectus prætorio Galliarum nullam habuit iuriſdictionem in Vicarios Hiſpaniarum.*
25 *Vicarij Prouinciarum habuerunt ſacrum auditorium, & quid ſit ſacrum auditorium.*
26 *Sulpitij Seueri hiſtoria de Voluentio Proconſule Hiſpaniarum, & de Præfecto Galliarum ad ſe cauſam Priſcillianorum ex Hiſpania reuocante*, & n. 27.
28 *Voluentius vltimus Proconſul Hiſpaniarum.*
29 *An Gallia fuerit caput Præfecturæ, & ſedis?* & num. 30. & 31.
32 *Exactio tributorum apud nos fit quotannis circa ciuium facultates.*

1 TRIBVTORVM exactionis forma quomodo
fieret, tradit Iuſtin. *Nouell.* 128. quæ eſt
*Auth. de collatorib. in princip.* & cùm Præ-
fecto prætorio tributorum cognitio & cu-
ra demandaretur, eidem ſignificabat Princeps quanta
ſibi pecunia opus eſſet, qui facta computatione & diui-
ſione diſponebat apud acta quantum quælibet prouin-
cia inferre teneretur ſecundùm morem regionis in au-
ro, argento, vel aliis ſpeciebus, *l. qui ordinariam* 7. *C. de*
2 *officio Rector. prouinc.* † Hæc deſcriptio, quæ tempore no-
ſtræ legis *delegatio* vocabatur, vt iam docuimus *in l.* 3.
*ſupr. de annon. & trib.* à Præfecto prætorio emittebantur
in ſingulas prouincias Præſidibus, & aliis Rectoribus
prouinciarum initio cuiuſque anni, ſeu indictionis, quæ
incipiebat menſe Septembri, *l. fin. cum leg. addita ex Ba-
ſilicis ſup. de annon. & trib. l.* 1. *infr. de milit. veſte. l. fin. C.
ſi propter publ. penſit. d. Nouell.* 128. *in princ.* & in ea con-
cipiebat tributorum modum, & quantum pro indicto
à Principe tributo ſequenti anno ſoluendū erat, docent
Cuiac. *in d. Nouell.* 128. & Buleng. *lib. 9. de vectigalibus
c.* 93. etſi in delegatione minus fuerit comprehenſum,
quā ex conſuetudine ſolebat apponi, huiuſmodi omiſ-
ſio ſuppleri debet à Præſidibus, vel Comite Orientis,
vel Præfecto Auguſtali (de quibus iam diximus *ad le-
3 gem ſuperiorem,*) vel à Vicariis. † *Vicarios.* vocat lex no-
ſtra qui Præfectorum prætorio vices agebant, & vice
eorum cognoſcebat; & eius locum obtinebat in pro-
uinciis, *l. 1. & 2. C. de offic. Vicarij, l. à Proconſulibus* 19. *de
appellation.* Caſſiodor. *lib. 6. var. formul.* 15. & mandato
Principis mittebatur in aliquam diœceſim multas pro-
uincias continentem, vt Vicariis Orientis quatuor
diœceſeos Thraciarum, Ponticæ, Aſianæ, & Macedo-
niæ, *l. fin. infr. de diuerſ. offic. l. 1. infr. de proxim. ſacr. ſcrin.*
ibi, *Ita vicariarum honore cumulamus, vt inter eos merito
dignitatis habeantur, qui pro Præfectis diœceſes ſibi creditas
temperarunt.* inde apud Caſſiodor. *lib. 3. epiſt.* 16. *& ſeq.*
dicitur Vicarius Præfectorum, & Præfecturæ, & in inſ-
criptione *l. ſi quis* 6. *C. de ædific. priu.* & *l.* 1. *Cod. Th. de
vſuris*, ita ſcribitur, *Conſtantinus ad Dracilianum Agen-
4 tem vices Præfecti prætorio.* † Quibus adiūgendus eſt Vlp.
*in l. 1. §. à Præfectis* 4. *ff. de legat.* 3. in illis verbis, *A Præfe-
prætorio, vel ab eo, qui vice Præfecti ex mandato Princi-
pis cognoſcit*, obſeruat Gothofred. *ibidem*, quem mi-
ror non aduertiſſe tempore Vlpiani, qui floruit
ſub Alexandro, Præfecturam prætorio vnicam
fuiſſe, neque diuiſiſſe eam Imperatores vſque ad
5 tempora Conſtantini, † qui hunc ſublimem magi-
ſtratum, & qui ab Imperatore nihil diſtabat niſi
quòd purpuram non geſtaret, vt ait Eunapius *in vit.
Philoſoph.* & notabimus *in l. fin. infr. de decurionibus*, in
quatuor diuiſit, vt ex Sozimo *lib.* 2. notauit Pancirol.
*in Not. Imp. Orient. cap.* 1. *&* 5. & *infrà* dicemus, vnum-
que Orienti, alium Illyrico, tertium Italiæ & Africæ,
quartum Galliis Hiſpaniiſque & Britanniæ præfecit,
ſtudioſè conatus Præfectorum immenſam poteſtatem
minuere, & ſingulis prouinciis vicarium conſtituit, qui
vicem Præfecti prætorio ageret, & loco eius diœceſes
regerent, vt docet Buleng. *lib. 4. de Imp. Rom. cap.* 31.
† Et eleganter deſcribit Caſſiod. *lib. 6. formul.* 15. his 6
verbis, *Tu autem Vicarius diceris, & tua priuilegia non re-
linquis, quando propria eſt iuriſdictio quæ datur à Principe,
habes enim cum Præfectis aliquam portionem. Vice ſacra
ſententiam dicis, &, quod maximæ fidei ſignum eſt, in inſcri-
ptionibus vita tibi committitur hominum, quod inter morta-
les conſtat eſſe pretioſum. Additur quòd nec ſalutari te
ſine chlamyde iura voluerunt; ſcilicet vt ſub veſte militari
ſemper viſus numquam crederis eſſe priuatus. Sed hæc om-
nia ad Præfectura gloriam iudicamus eſſe conceſſa, vt qui
tantæ ſedis Vicarium diceret, vmbratile nil videret.* & Vi-
carium militari & ciuili magiſtratu functum, & vicem
plurium magiſtratuum egiſſe, conſtat ex prærogatiuis
& magna iuriſdictione, quam Ponticæ, & Galatiæ Vi-
cario concedit Iuſtin. *edict. 8. cap.* 1. ibi, *Viſum eſt Vica-
rium denuo omnibus Pontici tractus prouinciis præficere, ita
verò vt non ſolius præfecti locum adimpleat, verùm etiam
glorioſſ. magiſtri ſacrorum noſtrorum officiorum Ducum, &
denique eorum magiſtratuum, qui ſacro noſtro patrimonio,
cubiculo & domeſticis protectoribus præfecti ſunt. Deinde
iſtiuſmodi poteſtatem habeat, qualem cuiuſque prouinciæ
magiſtratus in ſua prouincia habere ſolet.* † Talis fuit Vi- 7
carius Hiſpaniarum, cuius plurima mentio tum in va-
riis inſcriptionibus legum noſtrarum, & Codicis Theo-
doſij, tum ex illius æui ſcriptionibus, *l. ſi ab ſponſo* 16.
*Cod. de donat. ante nupt. l. fin. C. quorum bonor. l. 3. C. Th. de
offic. Rect. prouinc. l.* 1. *infr. de diſcuſſ. l. nullus* 4. *Cod. Th. de
cuſt. reor. l. municipalia*, 151. *C. Th. de decur. l.* 5. *C. Th. vt de
vi. l. 2. C. tabul. logog.* cum aliis. Sozim. *lib.* 2. Symmach.
*in Actuar. epiſt.* 9. Ammian. *lib.* 23. *in princ.* Seuer. Sulpit.
*lib. 2. hiſtor. ſacræ.*

Sed cum patriæ amor ita omnibus ſit innatus; vt 8
quadam ſuaui violentia nos rapiat in ſuam defenſio-
nem, nemo me reprehendet, ſi pro Hiſpania noſtra ar-
ma ſumam, & cum quodam Romano Gallo manus
conſeram. Hoſti. eſt Iacob. Gutherrius, qui librum de
officiis domus Auguſtæ in lucem edidit, ex Pancirolo,
Bulengero, Salmaſio, Cuiacio, Iureto, Sauarone, & aliis
huius notæ, ſuffurato tum labore, tum ſcriptione. Hic
de his Vicariis & Præfecto prætorio Galliarum ſcri-
bens, ait *lib. 2. c.* 7. Præfecto prætorio Galliarum credi-
tam fuiſſe Hiſpaniarum adminiſtrationem; vnde Gal-
liarum in Hiſpaniam imperium imbelli ſanè ratiocina-
tione ſibi colligere viſum eſt. † Sed ne in hac falſa 9
conſequutione diutiùs immorer, venio ad caput diffi-
cultatis, an Præfectus prætorio Galliarum adminiſtra-
uerit Hiſpaniam, quaſi Hiſpania eſſet ſubiecta Galliæ.
Cùm igitur, vt iam dixi, Conſtantinus diuiſerit præ-
fecturam, duos præfectos Orienti conceſſit, duoſque
Occidenti, in his collocatur præfectura Galliarum, cui
adſcribit Sozim. *d. lib.* 2. Gallias cum decem & ſeptem
prouinciis, & Hiſpanias cum ſeptem Bætica noſtra,
Luſitania, Gallætia, Tarraconenſi, Carthaginenſi, Ba-
learibus inſulis, & Tingintania, vt ex Notitia Imperij
conſtat, & Buleng *lib. 1. de Imp. Rom. c. 12. & ſeq.* Pancir.
*d. c.* 5. Gutherr. *d. lib. 2. c.* 6. ex quo non eſt dicendum
Gallias in Hiſpanias aliquod imperium habuiſſe, aut
iuriſdictionem ſupremam. † Quia Præfectus Gallia- 10
rum erat, & Hiſpaniarum, imò idem vnicuique præ-
torium ad Hiſpanias, Gallias & Britannias pertine-
bat, & quia hæ prouinciæ communi aliquo nomine
non comprehendebantur, & permoleſtum eſſet paſſim
dicere, Præfectus prætorio Galliarum & Hiſpaniarum,
factum eſt vt compendij cauſa ſolùm vocaretur Præfe-

ctus Galliarum, & pari ratione, quia Italia, Illyricum &
Africa non continebantur ſub aliqua cõmuni nomen-
clatura harum prouinciarum, Præfecti Italiæ ſolùm
dicebãtur, compendij cauſa, nam integer titulus nomi-
11 na etiam Africæ & Illyrici adferebat. † Quod fulci-
tur ex Præfectorum Orientalium ſimilitudine, quo-
rum vnus Præfectus prætorio Orientis, alter verò Præ-
fectus prætorio per Illyricum dicebatur, & hîc quidem
duas diœceſes moderabatur æquali iure, nempe Mace-
doniam & Daciam, quæ alias minores prouincias ſub
ſe continebat. Sed vtraque diœceſis æqualiter & im-
mediatè, quod aiunt, ſubiiciebatur Præfecto, nec plus
iuriſdictionis illi competebat in vnam, quàm in aliam,
ideóque dicebatur Præfectus per Illyricum, & ſi di-
ſtinctiùs efferremus, explicatis diæceſium nominibus,
Præfectus per Macedoniam & Daciam eſſet quoque
appellandus, cùm prætorium ad eas ſimul pertineret,
neque vllo modo Macedonia Daciæ, neque è contra
ſubiiciebantur, alter non vnam, ſed duas diœceſes con-
ſtituerent. Eodem igitur modo conſtituta ſunt præ-
toria in Occidente, & ſicut ſe habuerunt Macedonia
12 & Dacia, ita Hiſpania & Gallia. † Idque adſtruitur,
nam Zoſimus vt oſtenderet prætorium, quod vulgo
Galliarum dicebant, non minus proprium eſſe Hiſpa-
niarum, quæſiuit nomen quo vtraque diœceſis expri-
mi poſſet, vocauitque Prætorium gentium Tranſalpi-
narum *lib.5.pag.*780.*&* 8 8. *& lib.2.pag.*688. quo in
loco explicat quid per Tranſalpinos intelligat, nimi-
rum Celtas & Hiſpanos & Britannos. Sed hoc no-
men viſum non eſt aliis idoneum, tum quia Tranſalpi-
næ gentes propriè dicerentur quæ trans Alpes eodem
Europæ continenti includebantur; quæ verò intercur-
renti mari à continenti erant diuulſæ, propriè non
continebantur hoc nomine, & ſic Britanniæ ſub eo
non comprehendebantur, & tamen ad Alpes multæ
13 Italiæ gentes pertinebant. † Facit etiam, quia etſi Præ-
torium vni prouinciæ aſſignaretur, non tamen deſine-
nebat habere Vicarium, quod de Italia dicere poſſemus,
qui cum Africa & illyrico datus vnus ex quatuor Præ-
fectis, & tamen multarum legum inſcriptiones ſunt,
quæ Præfecto prætorio Illyrici, aliquando Vicario
Italiæ, aliquando Africæ inſcribuntur, *l. ſi vindicari* 13.
*C.Th.de pœnis*, dirigitur Flauiano P.P. Illyrici & Italiæ,
*& l.quoties* 26. *C.Th.de oper.publ.l.*2.*C.T.de conſt.Princ.l.
dudum* 6.*C.Th de contr.empt.* in quibus Præfecti nomen
ad Italiam porrigitur, & tamen aliæ ad Vicarium Ita-
liæ tantum ſpectant, *l.nec mulionibus* 31. *C.Th.de curſu
publ.l.*2.*C.Th ne operæ à conlat.exig.l.colonos* 10. *C.Th.de
luſtrali conlat.* Idem de Africa animaduertitur, nam cùm
multæ leges ad Vicarium Africæ dirigantur, *l.*3.*C.Th.
de aduoc.fiſc l.*6.*C.Th.de cohort.l.*2.*C.Th.de itin.mun.* aliæ
etiam & ad Præfectum Africæ ſcribuntur, vt videmus
*in l.vnuſquiſque* 21. *C.Th.de nauic.* & etiam à Sozimo
*lib.*2. dicitur Præfectus prætorio Africæ.

14 Ita eodem modo dicitur Macrobius Præfectus præ-
torio Hiſpaniæ *in l.*3.*C.de Paganis*, quæ eſt *l.*15.*C.Th.
eodem*, nam id indicat litterarum compendium illud
*P.P.* quod in Codicibus tam Iuſtiniano, quàm Theo-
doſiano perpetuo ſignificat *Præfectum prætorio*, & ita
exaratum eſt ſine compendio, vel nota aliqua in mul-
tis libris, præcipuè in indice Codicis Theodoſiani lit.
*P.* & hæc nota *PP.* Præfectum prætorio ſignificari in
vtroque Codice, nemo huc vſque negauit, qui legerit
Magnonis libellum *de notis iuris lit.P.* vbi his litteris
*P.P.* ſignificari ait Præfectum prætorio. Vnde ea diſtin-
ctio, qua vtitur Gutherrius, vt *P.P.* cum interpunctio-
ne Præfectum prætorio ſignificet, at ſine interpunctio-
ne non Præfectum, ſed Præſidem, vel proprætorem,
prorſus eſt inanis, & ridicula, cùm ſæpiſſimè in vtroque
Codice vtraq; PP. ſine interpũctione ſcribatur & cùm
ſine interpũctione ſcribatur *P P per Illyricũ*, magna eſſet
inſcitia legere *Proprætor per Illyricum*, vt vult Gutheri.
† taxans VVolfgang. Lazium quòd *lib.*2.*com.c.*2. Inter- 15
pretetur eis litteris ſignificari Præfectum prætorio in
veteri lapide apud Tarraconem, vbi ſcribitur, M. AV-
RELIVS VALENTINIAN. V.C.P.P. HISP. CIT.
cùm, vt ipſe ait, *Huiuſmodi literæ P.P. proprætorem ſigni-
ficent, & ineptum eſſet Præfectum prætorio vni prouinciæ af-
fingere.* Meliùs dixiſſet, cùm Cari Imp. tẽpore Præfectu-
ra diuiſa non eſſet in prouincias, ſeu diœceſes. Sed ipſe
infeliciſſimè interpretatur *proprætorem Hiſpaniæ* illis no-
tis exprimi. Quod cuiq; in re hiſtorica nondũ inſtructo
ſatis patet, cùm ſub Imperatoribus nullæ prouinciæ à
Prætoribus gubernabantur, ſed aut à Proconſulibus,
aut Præſidibus ex diuiſione prouinciarum ab Auguſto
facta inter eum & Senatum, de qua agunt DD. *in tit.ff.
de officio Præſid.* & nos *alibi* diximus, poſtea verò ſe-
quenti æuo à Conſularibus, Comitibus, Rectoribus
prouinciarum, Proconſulibus, Vicariis & ſimilibus re-
gebãtur, & Prouinciæ omnes Hiſpaniæ aut Præſidum
aut Proconſulum, aut Conſulum fuerunt, vt patet ex
*Notitia Imperij*, & ex Plin. *l.*3.*ep.*4. cuius tempore Bæ-
tica noſtra à Proconſule regebatur, & tempore Con-
ſtantij à Præſide, vt videre eſt ex *l.*2.*C.Th.de diſtrahen.
pignor.* ibi, *Conſtantius A.ad Egnatium. Fauſtinum Præ-
ſidem Bæticæ*, & à Conſulari, vt indicat *l.*3.*C.Th.de bonis
proſcript.* Sub Cõſtantino Prouincia Tarraconenſis ha-
buit Præſidem *l.*1.*C.Th.de temporum curſu*, & ſub eodem
tota Hiſpania habuit Comitem. *l.*1.*C.Th.de accuſat.l.*4.
*C.Th. de decurion. l.*2.*C. Th. de fide teſtium.* & ex Seuero
Sulpit. *lib.*2.*hiſt. ſacr.ad fin.* cognoſcimus ſub Gratiano
Hiſpanias Proconſulem habere deſiiſſe, & à Vicariis
gubernatas, & vltimum Proconſulem fuiſſe Voluen-
tium, quod etiam *ibidem* notauit Sigon. † Quapropter 16
nota illa veteris lapidis *PP.* minimè Proprætorem de-
ſignare potuit, cùm ita exaranda eſſet. *Prop.* & multo
minus in inſcriptione *d.l.*3.*C.de Paganis.* Sed Præſidẽ
deſignat prouinciæ. † Qualis etiam Dacianus nuncupa- 17
tur in alio lapide veteri apud Morales *l.*10.*c.*1. & ab Iu-
liano *in aduerſ.n.*175. Qui dicitur quoque Præſes Gal-
liarum, nam vtriuſque prouinciæ Præſidem agebat, vt
didicimus ex Flau. Dextro *ann.*300. & cum ipſe apud
Hiſpanias degeret, Gallorum populos per Rictiũ Va-
rum vicarium ſuum moderabatur. Quæ notta traditio
fulgitur ex Dextro, qui Dacianum Hiſpaniarum &
Galliarum Præſidem vocat, & ita Præſidis nomine in
Martyrolog. 9. Decemb. non Præfecti indigitatur (ne-
ſcio enim vbi Gutherrius inuenit hoc nomẽ in Marty-
rologio.) Rurſus ex Martyrolog. 6. Iulij, vbi Rictius
Vicarius dicitur, (& quamuis nonnulli ex Rictio Vi-
cario, quod legitur in Martyrologio, Rictium Varum
cudere tentauerint, nihilominus antiquæ lectionis au-
toritas magis præſtat) quod à Dextro d. anno 300. cõ-
probatur, dum tempore, quo Dacianus præſidem age-
bat in Hiſpania, Rictius etiam ius in eadem dicebat, ex
quo ſequitur eiuſdem fuiſſe Vicarium non ignoro no-
men diuerſimodè ſcriptum in codicibus Dextri.

Probauimus iam Præfectos Prætorio Galliarũ, Hiſ- 18
paniarum quoque nominatos, nunc operæpretium erit
probare Gallias ipſas per Vicarios fuiſſe moderatas, vt
conſtat *ex Notitia Imperij Occidentalis*, ibi, *ſub diſpoſitione
viri ſpectabilis Vicarij ſeptem prouinciarum*, quæ de Vica-
rio Galliarum loquitur, vt notat Panciroł. *c.*68. Caſ-
ſiod. id rectius expreſſit *lib.*3.*ep.*16. ibi, *Hinc eſt quod
præſenti tempore in Gallias nobis, Deo auxiliante, ſubiectas,
Vicarium te Præfectorum noſtra mittit auctoritas.* vide *ep.*
17. & doctiſſimus Ioannes Sauaro *in not.ad Sidon.lib.*1.
*ep.*3.*verb.Vicariano*, adiicit, *Tres autem erant Vicarij præ-
fecti prætorio Galliarum.* quod ex eodem Sidon. *lib.*3.*ep.*9.
cõprobat, in hunc ſenſum accipiens illa verba. *In prin-
cipatu Valentiniani vnus Gallorum præfuit parti, alter ſo-
liditati, ita vt prior fuerit faſcium tempore qui erat poſte-
rior dignitate.* Poſterior autem dignitate fuit Vicarius
reſpectu Præfecti. † Vnde colligitur vtramque pro- 19
uinciam

uinciam per Vicarios Præfectorum fuiſſe gubernatas, & Præfectum in Comitatu Principis ſemper ſediſſe, quod probat quoque ipſe Guterr. *lib.2.c.5.in princ.* ex ſententia Petr.Fabri *lib.1.ſemeſt.c.1.in fin.* qui ſub poſterioribus Imperatoribus exiſtimabat non ſolum in comitatu Principis, ſed etiam per Orientem & Occidentem ſingulos Præfectos fuiſſe, qui diœceſes ſuas regebant. Sed re vera vir doctus labitur,nam *l.2.inf.de milit.veſt.* quam adducit,nihil probat ſed tantum numerat diœceſes, quos nos non negamus, neque inde ſequitur in eis reſediſſe Præfectos. Neque item *tit.C. de officio Præſ.præt.Orient.* imò *in l.fin.* quæ eſt deducta ex libris Baſilicorum *lib.6.tit.1.c.12.* contrarium ſuadetur,nam ait, *Præfectorum prima ſit ante vniuerſos ſedes poſtea Senatorum.* Senatores verò in Curia Principis ſedebant.Neque Sidonij locus *lib.8.ep.6.* aliquid probat, imò in noſtram ſententiam poteſt adduci, quia cùm dicat Conſuli Aſterio adſediſſe Calendis Ianuariis; Patrem ſuum Præfectum Prætorio Galliarum,non poteſt
20 hoc in Gallia eueniſſe. † In Curia igitur regia reſediſſe Præfectos, mihi ex eo videtur probari, *primò* ex epigraphe *l.2.C.de officio eius qui vicem*, quæ ſic ſcripta eſt, *Mandata Imperatorum Theodoſij & Valentiniani A.A.miſſa Antiocho, cæteriſque Præfectis prætorio,per Referendarium.* Cum hæc mandata fuerint inſinuata per Referendarium,debemus intelligere omnes Præfectos in Curia degere nam cùm Referendarij eſſent; qui Iudicum conſultationes Principi inſinuabant,& reſponſa eiſdem iudicibus ſcripto & verbo prolata dabant, conſequens eſt Præfectis prætorio, hanc, vt dicam notificationem fieri non potuiſſe, ſi extra Curiam eſſent, quia hoc non à Referendario, ſed à quæſtore
21 in prouinciis publicabantur. † *Secundò*, quia cùm Gallia per Vicarium regeretur, vt iam probauimus, neceſſe eſt vt dicamus Præfectum apud Principes permanſiſſe. Sed fortiùs noſtram coniecturam adſtruit Caſſiod. *lib.6.var.form.3.* vbi Præfectum prætorio de ſuo officio ita admonet. *Et ideo tantum lumen gloriæ ſit actionibus veſtris, vt & in palatio noſtro fulgeat,& in prouinciarum longinquitate reluceat.* Quid eſt lumen in palatio,& in prouinciarum longinquitate;non aliud niſi ab aula Principis non receſſiſſe Præfectos, ſed ex ea verbo,conſilio, ordinationibus prouincias ſibi creditas adminiſtraſſe. Quemadmodum apud nos Conſiliarij qui Indiarum,aut Italiæ res pertractant, non dicentur apud Indos, vel Italos degere, cùm reſideant apud Principem, & tamen lumen ſui Imperij, & gubernationis ex aula illa in longinquitatem prouinciarum effundunt.

22 Accedit,quod tanquam mirũ refert Idacius *p.4.* Cynegium Præfectum prætorio per Orientem vſque ad Ægyptum penetraſſe,& ibi ſimulachra gentiũ ſubuertiſſe,& tamen ſedes Orientalis Prætorij erat apud Alexandriam Ægypti metropolin, vt idem Idacius *ſuprà*
23 commemorat. † Hoc ideò factum credo, quia ſtatis temporibus Præfectus prætorio ſingulas diœceſes luſtrabat,primùm cùm magiſtratum inibat, vt elicitur ex Eunapij verbis *in vita Philoſoph in vita Proæreſij*, Deinde ſingulis annis,& ne vltrà differatur, cautum eſt Arcadij & Honorij ſanctione,quam refert Sirmondus. In hac prouinciarum luſtratione omnes omnium diœceſium metropoles adibat, quod ſatis indicant illa Eunapij verba,cùm de Anatolio Præfecto Illyrici ſcribit *pag.144.* ibi, *Studium ad alia rerum momenta trahebat,quippe penes quem eſſet potiſſima Imperij loca adire,eaque pro ſuo arbitratu regere,& adminiſtrare.* Sed quid in hac re immoramur,ſi id expreſsè doceat *l.præcipimus 32.C.de appellat.* ibi, *Virum illuſtrem Præfectum prætorio; qui in noſtro eſt comitatu.* & inferiùs eadem verba repetit.Confertque Socrates *lib.7.hiſt.c.48.* vbi de Thalaſſio ita ſcribit. *Cum Senatores deſpiceret adeſſe in Eccleſia, inter quos erat & Thalaſſius,cui præfectura principatus Illyricarum gentium fuerat concreditus, & fama cùm erat etiam Orientalium, illi partium cura committenda eſſet ab Imperatore.* Ecce Præfectus inter Senatores cùm Principe. Ecce item Præfectos Galliarum,& Italiæ,apud Sozomen *lib.9.hiſt.c.4.* qui de Stilichonis tyrannide agens, *Vnde*,inquit, *milites excitata ſeditione Præfectum Italiæ, & eum,qui Galliis præerat, & duces & alios qui in palatio potentes erant,occidunt.*

Rurſus ſciendum eſt Præfectum prætorio Galliarum 24
nullam in Vicarios Hiſpaniarum,vel Britanniarum habuiſſe ſupremam iuriſdictionem,neque aliquod imperium aut protectionem. Nam ſi ita eſſet,daretur à Vicariis ad Præfectos aliqua appellatio, vel ſupplicatio, qua dignitas illa,quam ſomnia Guthertius,in Hiſpania reluceret. Sed imò in tenebris ſemper fuit,cum à Vicariis non appellabatur Præfectus prætorio, ſed ſolus Princeps *l.à proconſulibus 19.C.de appell.* & Vicarij Prouinciarum creabantur à Principe, & ob id dicuntur Auguſtales, *in l.fin.C.de his qui per metum iud.non appell.* Belliſſima eſt ad hoc deciſio Iuſtiniani *edict.8.de Pontici tractus Vicario cap.1.* vbi cùm Pontici tractus prouinciis Vicariatum reſtituat,inter varia quæ ei præſtat, ait. *Ita verò vt non ſolius Præfecti locum adimpleat, verùm etiam glorioſſ.Magiſtri ſacrorum noſtrorum officiorum, gloriſſ. etiam ducum, Magnificent denique eorum magiſtratuũ, qui ſacro noſtro patrimonio,cubiculo etiam & domeſticis protectoribuſque præfecti ſunt, Deinde iſtiuſmodi poteſtatem habeat,qualem cuiuſque prouinciæ magiſtratus in ſua prouincia habere ſolet. Omnibus etenim hominibus omnimodiſque rebus magiſtratum hunc communem facimus. Reddimus illi quod & antea habuit, ſacrum auditorium, vt controuerſiæ prouocatione ſuſpenſa non in felicem hanc vrbem deducit, ſed apud ſe ipſum ad ſacram formam examinari debeant. Nemini verò poteſtatem facimus,vt poſtquam prouocatione ſuſpenſa controuerſia mota fuerit,altera prouocatio,ne vtatur.* † In 25
quibus verbis ſolùm expendere libuit illa, *reddimus illi quod & antea habuit ſacrum auditorium,* quæ indicant Vicarios prouinciarum habuiſſe ſemper ſacrum auditorium,quod erat vicem Principis gerere, ſolebant enim Principes vices ſuas delegare. *l.1.§.interdum 4.D.à quibus appell.non licet l.præcipimus 32.§.fin.Cod. de appellat.* & Iudices tales dicebantur habere ſacrum auditorium, ſacram cognitionem, ſacrum examen, & vice ſacra cognoſcere, vel iudicare quod inter præcipua alia conceſſum eſt Præfectis prætorio,vt conſtat ex Caſſiodor. *lib.6.form.3.l.à proconſulibus 16.C.Theod. de appella.* ibi, *A Præfectis autem prætorio, qui ſoli vice ſacra cognoſcere verè dicendi ſunt.* docentque Iuretus *ad Symm.l.2.epiſt.30.* & Præfectis vrbi,vt ex eodem Caſſiodoro cognoſcimus *lib.6.epiſt.15.* Itemque & Vicariis ex dicto loco Iuſtiniani,quibus ſicut Præfectis datum eſt, vt ab eorum ſententia non appellaretur, ſed ſupplicaretur princeps. *l.Præfecti 17.D.de minor.l.vn.D.de offic.Præfect.præt.l.vn.C.de ſent.Præfect.præt.* Caſſiod.*d.form.3.* & nos dicemus *in l.1.infr.de Præfect.præt.* idque indicat idem Iuſtinianus *ſuprà*, ibi, *ſed apud ſeipſum ad ſacram formam examinari debeant.* Quid eſt ad ſacram formam?niſi vice ſacra cognoſcere, iuxta formam,modũ,& legem Principis. Tritum eſt *ſacri* vocem ad Imperatores referri, vt Iuretus
*ſuprà* animaduertit.† Confirmat hoc celebris B. Seueri 26
Sulpicij locus *l.2.de ſacra hiſt.ad fin.* vbi docet Priſcillianum & alios hæreticos cùm à Catholicis premerentur ad Proconſulem Hiſpaniarum Voluentium profugiſſe, eóſq; muneribus corruptos factos eſſe audaciores,adiicitque *Verùm Idacio ad reſiſtendum non animus ſed facultas defuit, quia hæretici corrupto Voluentio Proconſule vires ſuas confirmauerant.* Si enim Hiſpania ſub diſpoſitionis fuiſſet Præfecti Galliarum, quâ ratione omnis reſiſtendi facultas eſſet adempta, cùm poſſet ad eum prouocari; & ob id rectè Salmaſ.*in Plinianis exercit.pag.806.tom.1.* ait Prouincias quæ ſub Proconſulibus erant, extra iuriſdictionem Præfecti prætorio poſitas fuiſſe.

27 Maiorem difficultatem præſtat politiſſimus ſcriptor ſubiectis verbis, *Quin etiam Ithacius trepidus profugit ad Gallias, ibi Gregorium Præfectum adiit qui compertis quæ geſta erant, rapi ad ſe turbarum auctores iubet ac de omnibus ad Imperatorem refert. Sed id fruſtra fuit, quia per libidinem & potentiam paucorum cuncta ibi erant venalia. Igitur hæretici ſuis artibus grandi pecunia Macedonio data obtinent, vt imperiali auctoritate Præfecto erepta cognitio Hiſpaniarum Vicario (nam iam Proconſulem habere deſierant) deferatur.* Quibus apertè demonſtrant Præfectum Galliarum rem Hiſpaniæ deciſam ad ſe iuſſiſſe adduci, quod non potuit fieri, niſi dicamus in Hiſpanias ſupremam iuriſdictionem habuiſſe. Cui argumento ſpondeo, imò ex eis verbis inſinuari nullum imperium habuiſſe, nam quomodo Iudici ſupremo potuit reſiſtere paucorum potentia, quis credet potentes potuiſſe eludere mandata Superioris, & hoc impunè, ſi enim Præfectus haberet iuriſdictionem, non diceret Sulpitius, *ſed id fruſtrà fuit.* præcipuè cum paucorum potentia conatus Præfecti eluderet, ſi tota prouincia tumultuaret, facile id fieret ſed paucorum potentia & libido, facilè indicant Præfectorum in Hiſpanias nullam fuiſſe dominationem, imò inanis cenſebitur, quæ nullam habebat coërtionem *l. vnic. ff. ſi quis ius dicenti non obtem.*

28 Rurſus reſpondeo non ſtatim poſt factam à Conſtantino præfectararum diuiſionem Hiſpaniarum diœceſes Præfecto prætorio commiſſa fuiſſe, nam vſque ad tempora Gratiani Proconſulibus paruiſſe ex loco Sulpicij apertiſſimè conſtat, & cùm Voluentius vltimus Proconſul hoc tempore ad partes hæreticorum declinaſſet, interimque eius magiſtratus fuiſſet abolitus, facilè fuit Præfecto Catholico cauſam quomodocumque auocare, vt turbarum auctores corriperet, quando Hiſpaniæ ſine magiſtratu erant, cùm nondum venerat Vicarius nominatus, &, vt diximus, non minus Galliarum, quam Hiſpaniarum, & Britanniarum erat moderator. Alias autem quî poteſt illa ratio congruere, *nam iam Proconſulem habere deſierant.*

29 Sed dices cum Gutherrio, Præfecturæ caput & prætorij ſedes ſaltem erat apud Gallos, apud quos iura petebant reliquæ prouinciæ. Nugæ. Nam quælibet diœceſis propriam habuit metropolim, & ibi Prætorianum tribunal, vbi Populi & prouinciæ totius diœceſis de iure ſuo diſceptabant, non tamen diœceſis ab diœceſi pendebat vlla in re, neque illuc reliquæ confluebant, vt ex Arcadij & Honorij conſtitutione di-
30 dicimus apud Sirmondum. † Præterea vnde colligitur Prætorij ſedem fuiſſe apud Gallos, qui etiam vicarium habebant, vt *ſuprà* probauimus? Quia nimirum decetur Præfectus prætorio Galliarum? imbecille argumentum, cùm Galliæ tunc temporis comprehenderent vtramque Germaniam, & Belgium, vt indicat Notitia Imperij, & Prouinciarum dignitas non ex nominatione Prætorij eſt colligenda, nam opportuniorem locum, aut qui plures contineret prouincias, vt plurimum eligebant, ſed ea dignior habebatur, quæ priori loco recenſetur, vt docuit Salmaſius. At Hiſpania in huiuſmodi recenſione prior eſt, quàm Gallia, in Notitia quæ prius de Vicario Hiſpaniæ agit, quam de Vica-
31 rio ſeptem Prouinciarum, ſeu Galliarum. † Hæc in re inacceſſa & nullo trita pede pro noſtra Hiſpania ſcripſi, fortaſſe (ſpero equidem nec vana fides) alius feliciori ingenio plura alia meliora adducet, & ex ſcrinio antiquitatis extraher, contentus ero ſi primus huius argumenti viam ingreſſus ſim, & à Gallo tumidiſſimo iactantiam præripuero, ſicut armis multi ex noſtris iam olim fecere. Ad rem noſtram reuertamur.

32 Conſtituitur ergo in noſtra hac lege, vt in largitionibus inferendis in ſacrum ærarium antiqua conſuetudo attendatur, & iuxta eam reguletur delegatio, ita vt ſi ei deſit, aliquid & minus contineat quàm quotannis ſolebat, à Præſidibus ſuppleantur, tam vt ait Caſſiod. *lib. 1. ep. 11.* ibi, *Prouidendum eſt vt arbiter arca habeat iunctas conſuetudines ſuas.* vbi vide Forner. Quod tamen legibus noſtris in tributorum exactione non procedit, quia quotannis fit exactio ſecundum ciuium facultates, & ita erit obſeruanda deciſio *l. 4. & 5. tit. 14. lib. 6. Rec.* vbi certa forma in tributis exigendis apponitur, quæ ſi omittatur, redditur exactio nullius momenti. Verùm ſi attenta lege Regni in charta illa originali, ſeu receptoria quæ debet præſentari, ciuitatis correctori, non contineantur omnes populi qui ſolent in ea contineri, Corrector iubet fieri exactionem etiam in locis non connumeratis, ita vt ſi ita non fiat, oppida & municipia reclamare poterunt, ne ſibi imponatur grauius onus quod inter populos diuidebatur, vt inſinuat *l. 11. d. tit. 14.* ibi, *Se echen y repartan entre todas las villas que fueren cõtenidas y ſe comprehendieren y debieren comprehenderen en nueſtras cartas de Recetoria.* Quapropter Iudex poterit ſuperſedere, & Superiorem conſulere quando Receptoria à conſueto ordine deuiauerit, *argumento c. ſi quando 5. de reſcript.* cum vulgatis.

# TIT. XXIV.

## *Ne operæ à collatoribus exigantur.*

### LEX VNICA.

*Imppp.* VALENTIN. VALENS. & GRATIAN. AAA. *ad Viuentium P. P.*

Operarum præbitionem, quæ illicitè à prouincialibus hactenus expetita eſt, Sinceritas tua ceſſare præcipiat.

### SVMMARIVM.

1 *De ratione prohibitionis huius legis,* & num. 2.
3 *Operæ quomodo vocentur à Paullo* diurnum officium.
4 *Operarum diuiſio in officiales & fabriles.*
5 *Quo in ſenſu operarum nomen in præſenti ſumatur.*
6 *Quapropter operas non teneantur collatores præſtare.*
7 *Explicatur* l. 2. infr. de lucris Aduocatorum, & *quid* Scholaſticorum *vox ibi ſignificet, item, & quid ſit manſio, & num. 8.*
9 *In Aduocatos Ammiani inuectiua.*
10 *Explicatur* l. vnic. infr. de ſalgamo hoſp. non præſt. & l. deuotum 5. infr. de Metatis.
11 *Quid* Salgamum *ſignificet diſcutitur,* & n. 12.
13 *De militibus intra officia conijciendis,* & n. 14.
15 *Exornatur tit. infr.* ne ruſticani ad vllum obſequium.
16 *Ad conuehendas ſpecies fiſcales, & curſum publicum peragendum, ſolebant prouinciales præbere omnia neceſſaria.*
17 *Barones non poſſunt imponere ſubditis operas, neque ab eis quidquam exigere, neque præſcriptio eis ſuffragabitur.*

SATIS iuſta eſt prohibitio huius tituli, 1
& contra exactorum auaritiam & latrocinia inſtituta (de quibus legimus *in tit. infr. de diſcuſſor. & de exact. trib.*) nam non ſolùm prouinciales ad tributorum ſolutionem cogebant, ſed etiam ab eis operas multas ſolebant extorquere, oneráque plura & grauamina inferentes, vt cognoſcimus ex *l. 2. inf. de lucris Aduoc.* † Quapropter eos, qui ſunt ad tributorum collationẽ obligati (vnde dicti in huius tituli rub. *collatores*, vt & *in tit. inf. de collat. fund.*

&

& *de collat. æris*) liberos ab huiuſmodi operis facit noſtra conſtitutio, prohibens ne præter tributa aliis oneribus grauentur. † *Operas* vocat Paull. *in l. 1. D. de oper. liber.* diurnum officium, quia labor, qui in eis præſtandis impenditur, totum diem exequitur, *l. 3. ff. de oper. liber.* non quia non poſſint etiam nocte exhiberi, ſed quia iura reſpexerint quod frequentius accidat, vt ex Zaſio docuit Gothofr. *in dict. l. 1. de oper. lib.* & ante eum Conn. *lib. 2. com. capit.* 8. Vel diurnum officium, quia continet quantum quiſque interdiu operando efficere poteſt, vt explicuit Donell. *lib. 2. com. c.* 18. Videndi Ant. Fab. *in Iuriſp. tit.* 8. *princ. 2. illat. 1 2. & ſeq.* Ant. Pichard. *in princ. Inſt. de adquiſit. per adrog. à n. 64.*

4 † Huiuſmodi operæ diuiduntur in officiales & fabriles, *l. operæ 9. D. de oper. lib.* Officiales ſunt quæ non in arte vlla certáve conſiſtunt, ſed officium continent pro commodo obſequio & reuerentia patroni, cui liberti eas exhibent, vt eum aſſociare, aſſiſtere, comitari, aſſurgere, & ſimilia. Fabriles verò, vel artificiales vocantur, quæ artis alicuius ſunt propriæ, & quæ ſine illa præſtari nequeunt, veluti ſi libertus ſit pictor, faber, vel architectus. † Quoad noſtrum attinet propoſitum, operas intelligo non ſolùm obſequiales, vt ſi compellantur collatores ſociare, cuſtodire, aſſiſtere, *l. 1. & 2. infr. ne ruſtici ad vll. obſeq.* ſed artificiales, vt præbere domum, lectum, panis excoctionem, cibaria, vel alias merces vehendas præbere nauigia, equos, plauſtra, boues, vel currus, & quid ſimile. *l. vnic. infr. ne quid oneri publico,* quod *angarias* vocauerunt, *l. pen. infr. de aquæductu, l. maximarum 1 1. infr. de excuſ. mun. l. fin. infr. de fabric. l. neminem 1 1. C. de ſacr. Eccl. l. 2. infr. de quibus mun. l. fin. §. cura cum ſeq. D. de muner. l. tabulariorum 9. C. Th. de ann. & trib.* cum aliis quæ adduxi *in tit. infr. de curſu publ.* notat Acc. *hic,* & reliqui, qui in exemplo quod adducit ne balnea ſuccendantur, corruptè allegauit *l. vn. C. ne rei milit. comit.*

5

6 Has ergo præſtationes, ſeu operarum præbitiones collatores non tenentur dare idque meritò, quoniam non debet quis vltra debitum prægrauari, neque in plus quàm debet cogendus eſt, *l. illicitas 6. §. illicita 3. cum ſeq. D. de offic. Præſid. l. operæ enim 21. D. de oper. liber.* aliàs enim duplici onere grauarentur, *l. Titia 34. §. qui innita 5. D. de legat. 2.* ibi, *Non eſt enim veroſimile patrem duplici præſtatione dotis filiam onerare voluiſſe.* Sufficiétque ſi grauentur in tributis ordinariis perſoluendis, *argum. l. eum qui 30. D. de iureiur.* aliàs prædandi occaſio præberetur, *l. fin. infr. de lucris Aduocat.* † Quapropter multis legibus huiuſmodi exactiones extraordinariæ, ad quas non tenentur prouinciales, prohibitæ ſunt, vt *in d. l. 2. infr. de lucris Aduoc.* vbi cauetur ne quis ex officialibus, aut ſcholaſticis præter ſolemnia aliquid exigant in ciuitatibus, vel manſionibus, cùm & ipſis & animalibus alimonia ſolerent exigere, dum curſu publico vtebantur, *l. comperimus 19. & ſeq. infr. de curſ. publ.* vt *ibi* explicamus. *Sholaſticos* vocat Aduocatos, vt rectè probat Cuiac. *ibi,* ex *l. 2. C. Th. de concuſſion. Aduoc.* vbi cùm agat de concuſſionibus Aduocatorum, & ea lex latiùs *ibidem* ſcribatur, adiicit poſtea, *Nec latet manſuetudinem noſtram ſæpiſſimè Scholaſticos vltra modum acceptis honorariis in defenſione cauſarum annonas & ſumptus accipere conſueſſe,* idque aliis locis probat, quibus adde alium quo nullus melius intentum probat, is deſumitur ex D. Auguſt. *tract. 7. in Ioan.* vbi ait, *Qui habent cauſam, & volunt ſupplicare Imperatori, quærunt aliquem Scholaſticum Iuriſperitum, à quo ſibi preces componantur, ne forte ſi aliter petierint, quàm oportet, non ſolùm non impetrent quod petunt, ſed & pœnam pro beneficio conſequantur.* Notarunt id præter Cuiacium, Marcellum, Donatium in *Ammianum libro 26.* ad illa verba, *& rumore tenus fol.* 838. *tom. 6.* Theſaur. Critic. qui Cuiacium tranſcripſit, videndus Georgius Erhardus *ad Petronij Satyr. c. 6.* ad illa verba *ingens Scholaſticorum turba,* & *ibid.* Ioannes VVovver, Cerda *aduerſ. cap. 4 2. n. 9.* licèt ſatis ieiunè pleniùs Conrad. Rittershuſius *in not. ad Saluian. lib. 1. de gubern. Dei, in præfat. n. 3. & ſeq.* vbi de eius vocis varia acceptione pertractat, & Gaſp. Barthius *lib. 1 1. aduerſ. c. 2.* Buleng. *lib. 2. de Imp. Rom. cap. 19.* † *Manſiones* vocantur *in d. l. 2. infr. de lucr. Aduoc.* deſtinata nocturnis diuerticulis viantium loca, vbi quieſcendi locus erat iter facientibus, quia omnis diuerſio diſtincta erat in mutationes, vti equi, aut iumenta mutabantur, vt notamus *in tit. de curſu publ.* † Solebant itaque plures ex Aduocatis, aut officialibus ad id munus alimonias petere, & exigere, nam eis hominibus innata erat rapacitas & auaritia, vt teſtatur Ammian. Marcell. *lib. 30. poſt princ.* vbi in Aduocatos inuehens inter alia hæc ſcribit. *At nunc viderè eſt per eos omnes tractus violenta & rapaciſſima genera hominum per fora omnia volitantium & ſubſidentium diuites domus, vt Spartanos canes, aut Cretas, veſtigia ſagacius colligendo ad ipſa cubilia peruenire cauſarum inter rapinas inſatiabiles, inopes ad capiendam verſutis orationibus ſolicitum fidem, quorum nomen ex iuſtitia natum eſt, ſicam ingenij diſtringentes.* ex quibus inſtituitur ratio *d. l. 2. infr. de lucris Aduoc.* horum rapinas cohibens.

7

8

9

10 Secundò ex eadem cauſa dependet quoque conſtitutio *l. vn. infr. de ſalgamo hoſpit. non præſt. iuncta l. deuotum 5. verſ. ſolam. infr. de metatis,* vbi ſolam hoſpitalitatem menſoribus, proceribus, militibus, comitibuſque præberi à prouincialibus ſtatuitur, ita vt nihil ab hoſpite quod vel hominum, vel animalium paſtui neceſſarium creditur, exigatur, & ſalgami nomine aliud auferatur, ne prouinciales, aut collatores diſpendiis afficiantur. *l. fin. §. quibus, cum ſeq. infr. de re milit.* Sed indemnes à talibus, & etiam militaribus coactionibus cuſtodiantur, vt *in Nouell.* 130. quæ eſt *Auth. quomodò oporteat milites tranſitum l. in prouinciis 1 2. infr. de erogat. mil. ann.* docent Auendan. & alij relati à Maſtril. *lib. 3. de magiſtr. cap. 10. num. 200. & ſeq.*

11 Sed quid ſit *Salgamum* non ſtatim explicant Auctores, Alciat. Pyrrhus, Cuiac. Gothofr. & alij *in d. l. vn.* Forcatol. *in penu iuris cap.* 20. Petr. Greg. *lib. 19. ſyntag. cap. 8. num. 6.* Pancirol. *lib. 2. theſau. cap. 262.* & alij *in lexicon iuris.* Frequentiùs obtinuit ſalgami nomine ſignificari oleum, butyrum, ſalem, & eiuſmodi eſculenta, ad condiendum atque etiam alia in dies neceſſaria, veluti ligna. Cuiacius ait contineri conditas herbas. Pancirolus vult ſalgamum eſſe partem penotis eas herbas continentis, quæ ſolent in vſum conſeruari; vt oleæ, cappares & ſimiles aliæ quæcumque ex herbis condiebantur ſale, de quibus Columell. *de re ruſt. lib. 12. c. 4.* Hinc *Salgamarij,* qui condiunt *ſalgama,* vt notauit Elias Vinet. *ad Auſon. epig. 117.* ad illud.

*Salgama non hoc ſunt quod Balſama cedite olores.*

12 † Itaque omne quidquid ad herbarum victum pertinet, ſalgamum eſſe dicerem (farcimina verò alia ex carnibus puto non contineri, neque vinum, oleum, vel acetum, quia, *d. l. vn. de ſalgamo.* oleum, ſalgami nomine extorqueri prohibet.) Nam ad aliud non conſtringebantur Prouinciales, vt obſeruat Petr. Greg. *lib. 19. ſynt. c. 8. n. 5.* Neq; cænaticorum nomine, id eſt, pro cœna, quod genus fuit exactionis militaris, non poterant ampliùs extorquere. *l. 3. inf. de erog. mil. ann. d. Nou.* 130. *c. 4. d. l. 1 2. C. Th. de erog. mil. ann.* neque oleum, ligna, vel culcitras, vt animaduertunt ſupradicti. † Quod etiam & apud nos vtiliter ſtatuitur *in l. 18. tit. 4. lib. 6. Recop.* vbi notauit Azeued. poſt Roland. à Valle *conſ. 66. ex num. 1. vol. 1.* ſed malè à militibus obſeruatur (vt conqueritur cum aliis Azeued.) nam immemores illius conſilij ſanctiſſimi Præcurſoris, neminem concutiatis, ſed ſitis contenti ſtipendiis veſtris, de quo *in cap. ſingulis 86. dist. & in c. militare, 23. q. 1.* nihil non attentant, & miſeros ciues vexant, & mille extorſionibus inſolenter contorquent. Dignum remedio malum, &

13

quod quotidie increpabitur, & retinebitur. nam, vt eleganter ait Caſſiod. *lib. 1. var. epiſt. 11.* ibi, *Qui militaribus officiis aſſueti ciuilitatem premere dicuntur, & iuſtitiæ parere deſpiciunt, dum neſcio quo pacto dimicantibus*
14 *difficile eſt morum cuſtodire menſuram.* † Licèt iudices non debeant permittere milites eſſe poſſeſſoribus inſolentes, & ſic tenebantur talia facinora non relinquere impunita ſuperiores, ad quorum curam ſpectat humilium defenſio, vt indicant in alio caſu Impp. *in l. defenſores 5. C. de defenſ. ciuit.* ibi, *Plebem, vel decuriones ab omni improborum inſolentia & temeritate tueantur, vt id tantum, quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant.* nam ſi repertum non vindicat tegere vt conſcij criminoſa feſtinant, vt ait *l. 2. C. de comm.* videndus Petr. Greg. *d. c. 8. ex n. 6.* & pluribus relatis Maſtr. *lib. 3. de magiſtr. c. 10. ex n. 178. & n. 206. & ſeq.* vbi latè de hoc iure hoſpitandi.

15 Tertiò ex eodem fonte fluit deciſio *l. 1. & 2. infr. ne ruſticani ad vllum obſeq.* in quibus legibus ſtatuitur ne ruſtici ad aliud obſequium teneantur, præter conſuetum annonæ onus, neque cogantur præbere mulas, aut equos, vel iumenta alia, vel eiſdem, aut mulionibus alimenta præbere *l. fin. infr. de diſcuſſor.* quæ dedu-
16 cta eſt ex Baſilicis à Cuiacio. † Solebant enim ad conuehendas ſpecies fiſcales ea iumenta prouinciales præbere. *l. 1. & 2. infr. de priuil. domus Aug. l. vn. infr. de tractoriis. l. pro locis 5. cum aliis eius tituli ſup. de annon. iuncta l. priuatæ 10. infr. de excuſat. mun. l. ſunt munera 11. D. de vacat. mun. l. munerum 18. §. tironum 3. D. de muner.* Vel etiam ad curſum publicum. *l. publici 14. infr. de curſu publ.* & conſtat ex Theodorico *lib. 1. hiſt. Eccl. cap. 6.* ibi, *Nobilem illam coegit Nicea Synodum conceſſo Epiſcopis vna cum ſuis vſu publicorum aſinorum, mularum, iumentorum.* gratuitaque à ruſticis ſuſtulit ius, ne qui operibus ruſticis vacant, aliis impoſitionibus impediantur. *l. fin. infr. de paſcuis publ. l. 1. l. colonos 15. infr. de agric. & cenſit. l. 4. C. Th. de extraordin. ſiue ſordidis mun.* & congruit Pragmatica Regis Philippi II. quæ dicitur *de Madrid*, quæ eſt *l. 25. tit. 21. lib. 4. Recop.* dicemus latè *in d. l. 1. de agric.*

17 Vnde fluit Barones & dominos terrarum non debere, nec poſſe imponere ſubditis ſuis operas, nec ſeruitia ab eis exigere, aut hoſpitia abſque ſtipendio & ſalario *l. 11. tit. 14. lib. 6. Recop.* ita vt ſi præſtitum probetur per multum tempus, non tamen ideo ad ea ſoluenda conſtringentur, quia metum & violentiam intelliguntur impoſita potentiorum, quibus ruſtici pares eſſe non poſſunt. *d. l. 2. ne ruſtic. l. qui per potentiam, infr. de omni agro deſer.* & ita nullo tempore præſcripta dicentur, ex Bal. *de pace Conſtant. verb. pacciones.* Caſſan. *in conſuet. Burg. rub. 1. §. 4. n. 15. verſ. & licet.* Greg. *in l. 6. tit. 25. p. 4. verb. deben los ſeruir.* Bobad. *lib. 2. pol. cap. 16. num. 116. & ſeq.* Ceuall. *q. 781. n. 16. & ſeq.* Rodrig. *lib. 1. de ann. redd. q. 15. ex n. 60.* Auend. *de cenſib. cap. 8. toto*, & Borell. *de præſtant. cap. 18. ex n. 5.* qui latè tractant an ſtante lege regia 8. *tit. 15. lib. 4. Recop.* probata in memoriali hæc ſeruitia exigi poſſint, & vide quæ dicam *in l. vn. infr. de auro coronario, ex n. 30.*

## TIT. XXV.

### *De immunitate nemini concedenda.*

### LEX I.

*Imppp.* GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. AAA. *ad Populum.*

His noſtræ ſerenitatis edictis ciuitatum tabulariis erit flamma ſupplicium, ſi cuiuſquam fraude, ambitu, poteſtate iniuſtam cuiuſpiam profiteantur immunitatem, ac non ſecundùm præcedentem definitionem contra omnino abolita ſpecialium immunitatum gratia neceſſitas tributariæ functionis firmata cenſitorum peræquatorúmque prouincialium iudicum peræquatione conſtrinxerint.

### *SVMMARIVM.*

1 Immunitas, immunis, *quid ſignificent.*

2 *Immunitas ſolùm præſtatur à Principe.*

3 *Nullus ex priuatis poteſt immunitatem concedere, niſi Princeps.*

4 *Immunitas ſemper eſt contra publicam vtilitatem*, & num. 5.

6 *Pœna ignis imponitur tabulariis qui alicui profitentur immunitatem.*

7 *Littera noſtræ legis c... Accurſium aliter explicatur.*

8 *De tabulariorum fraude in pote... ribus à tributis ſubleuandis.*

9 *Diſpoſitio noſtræ legis quid attenderit.*

10 *Triboniani incuria in lege noſtra ſub hoc titulo collocanda, proponiturque eius integra*, & n. 11. 12. & 13.

14 *Qua ratione tabularius hîc pœna ignis afficitur, & de pœna ignis in aliis criminibus*, & n. 15. & 16.

17 l. 1. infrà de numerariis, *explicatur, & cum noſtra lege componitur*, & n. 18. & 19.

20 *Immunitatis natura ſemper odioſa, & ideo reſtringenda*, & n. 21.

22 *Priuilegium immunitatis generale non extenditur ad incogitata.*

23 *Renunciatio generalis fortuitorum non comprehendit inſolita, remiſſiuè.*

24 *Priuilegium immunitatis poſteris & deſcendentibus conceſſum, an comprehendat tantùm eos, qui ex maſculis, vel qui ex fœminis naſcuntur. Diſcutitur ea quæſtio, & agitur de interpretatione* l. 1. in fine, D. de iure immunit. *& aliorum iurium*, & num. 25. 26. 27. 28. & 29.

30 l. vn. infr. de impon. lucr. deſcr. *explicatur*, & n. 31.

32 *An ſtatuto effici poſſit vt in exemptione, vel priuilegia immunitatis comprehendantur tam maſculi, quàm fœminæ.*

33 *Priuilegium exemptionis* de Bellico, de Auteolis, & de Antona Garcia, de los de Valderas, y Simancas, *& n. 34.*

35 *An priuilegium immunitatis conceſſum deſcendentibus, competat etiam fœminis nuptis.*

36 *An ciuitas poſſit ſine licentia Regis concedere alicui immunitatem, ad vtrámque partem examinatur*, & n. 37. 38. 39. & 40.

41 *Ciuitas poteſt concedere immunitatem quando non reſiſtit ius, vt Doctorib. litterarum & Medicis, vel officiali admodum neceſſario, & quando extitit in quaſi poſſeſſione immemoriali talia concedendi*, & n. 42. & 43.

44 *An poſſit ciuitas dare immunitatem propter bene merita.*

IMMVNITAS eſt exemptio, vacatio, releuatio à præſtandis tributis & oneribus. 1
Nam munus eſt onus quod cum remittitur exemptionem inducit. *l. 1. & toto D. & infr. de vacat. muner.* & *de iure immun.* Caſſiod. *lib. 4. epiſt. 26. & lib. 2. ep. 17.* Vnde immunes dicuntur ciuitates quæ nullum vectigal pendunt. *l. fin. de cenſib.* & immunis qui ab onere publico liber eſt (authore Feſto) ab omni tributo & obligatione, qui nihil præſtat, vt ait

D.

D. Iſidor. *lib. 14. origin. c..* iuxta illud Plaut. *in Trinum act. 2. ſcen. 2. verſ. 73.*

*Is eſt immunis, cui nihil eſt, qui munus fungatur ſuum.* Quemadmodum *munis* è contrario eſt; qui rem fiſco pendit, qui ſoluit tributum; docet Reuar. *lib. 3. var. c. 2.* vnde dicitur munificus qui tributarius eſt Principi, vt
2 obſeruauimus *ſup. in l. 1. de annon. & trib. n. 59.* † Hæc ergo immunitas præſtatur ſolùm à Principe, cuius proprium eſt eas concedere in ſupremæ poteſtatis ſignum, aliàs enim facilè leges eluderentur, & poteſtas ſuprema Principis contempta ſordeſceret, tributaque nunquam ſoluerentur, *leg. vn. infr. de his qui à Principe vacation. l. nemo 13. infr. de decurion. l. ſunt munera 11. ff. de vacat. muner.* iunctis quæ tradit in propoſito cum aliis quos refert Borrell. *de præſtant. Reg. c. 33. à n. 3.* & id ratione confirmatur illa, quia cùm immunitas ſit diſpenſatio legis, ad eum debuit pertinere, qui legem condidit, eam obrogare, *l. fin. C. de legib.* & priuilegia quæ priuatæ leges ſunt, concedere, *c. Abbate, de verb. ſign. l. ius ciuile 6. de iuſt. & iur.* cum vulg. docet in pro-
3 poſito Surd. *conſ. 419. n. 17. & ſeq. lib. 3.* † Quapropter nullus priuatorum hanc ſupremam poteſtatem poteſt ſibi arrogare quin incidat in crimen maieſtatis, *l. 2. ff. ad l. Iul. Maieſt.* ibi, *quive ſciens falſum conſcripſit, vel recitauerit in tabulis publicis, nam & hoc cap. 1. leg. maieſtatis enumeratur,* obſeruat Lucas *in l. 1. n. 7. infr. vt nemo ad ſuum patrocin.* & contra communem vtilitatem falſum committat, quod eſt grauiſſimum crimen, ex traditis à Caball. *reſol. crim. c. 165. ex num. 1.* Farin. *q. 150. n. 12.*
4 † Quia immunitas ſemper cenſetur eſſe contra publicam vtilitatem, quia tractatur de multorum præiudicio, cùm faciliùs ſuſtineantur onera quæ portantur à pluribus, & inter multos diſtribuuntur, quàm quæ à paucis, vt docent Accur. Caſtrenſis, Alex. & alij apud Caball. *ſup. caſ. 290. n. 22.* Surd. *conſ. 140. n. 1. lib. 1.* Gar-
5 ſia *de nobilit. gloſ. 1. §. 1. n. 42.* † & præter eos expreſſam adduco conſtitutionem *in l. vn. C. Th. ſi per obreptionem fuerint impetrata* ibi, *Priuilegia omnia paucis conceſſa perſonis in perniciem plurimorum in irritum deuocentur, omnéſque huiuſmodi immunitates quæcumque ambitione meruerũt ad æquale prouincialium cæterorum conſortium reducantur,* confertque *l. 1. C. tit. 18. lib. 9. Recop.* ibi, *Porque todo lo que eſtos tales eſentos auian de pagar en los pechos*
6 *ſe carga ſobre illos.* † Vnde ſi Notarij, aut tabularij fraude, aut ambitu, aut poteſtate cuiuſquam profiteatur immunitas, ignis pœna imponenda erit, in hoc ſenſu accipienda erit litera noſtra, vt vox cuiuſquam ad tabularios referatur, ſi per fraudem, aut ambitum, aut poteſtatem tabularij, immunitas cuiuſpiam adſcribatur, & ita in crimen incidere læſæ maieſtatis, docet
7 cum Caſſaneo Alfar. *de offic. fiſc. gloſ. 20. n. 372.* † & ita labitur Accur. accipiens illam vocem de tributario, nam quomodo puniri deberet tabularius ea graui pœna tributarij fraude ad immunitatem profitendam inductus? & verbum *cuiuſpiam* quod ad immunitatem reſpicit, id ita claré deſignat, vt nihil relinquat dubitationis, in quo impegit quoque Lucas hîc, inquiens, tabularium cremandum ſi ad fraudem alicuius id fecerit, quo errore inuoluitur quoque Platea *n. 1.* Non enim credendum eſt Imperatores id voluiſſe, ſed ſolùm conſtituere quòd ſi tabularij, fraude propria immunem aliquem eſſe ſcripſerint, vel aliquem quaſi ſpecialis immunitatis gratia munitum ſubtraxerint, cremandi ſint, vt ſic pœna ſit contra peræquationem cenſitorum, ſeu peræquatorum, qui ſolebant deſcriptionem bonorum & perſonarum facere, & peræquabant, id eſt, æſtimabant bona taxando, vel releuando, vt fieret iuſta & æqua ſolutio cenſus, vt dicam *infr. in*
8 *tit. de cenſib.* † Cùm ergo tabularij rationes conficerent eorum quæ in fiſcum deferebantur, *leg. 1. ſup. de exactor.* & dixi *in l. 2. ſup. de iure fiſ.* ſolebant potentiores, aut ditiores ſubleuare immunitatis intuitu, & pauperiores opprimere onere functionis tributariæ, profitendo hanc immunem, alium verò onerando, & ita tabulariis liberum erat alios à tributis extrahere, alios verò indebitum munus imponere & prægrauare, quod eleganter deprehenditur ex *l. 1. infr. de cenſib. & l. tabulariorum 9. C. Th. de annon. & trib. l. pro locis 6. ſup. eod.* & ex Symmacho *lib. 9. ep. 10.* qui ait; *Principalibus & tabulariis libertum eſt alios à diſpendio vindicare, & aliis debitum munus imponere,* & infrà, *Ne tabulariorum & Curialium vaga & libera exactio quæſtum præſtet licentiæ.*
† Quapropter cùm Impp. omnes immunitates ante 9
eos datas ſuſtuliſſent *in l. fin. in princ. C. Th. de cenſu, ſiue adſcriptione,* quæ eſt pars huius legis noſtræ, ne fraude tabulariorum conſtitutio eluderetur in vltima parte, quæ eſt lex noſtra, pœna concremationis inflicta tabularios deterrent à tali auſu, curarúntque omnem occaſioné reſcindere, vt huiuſmodi immunitates contra publicam vtilitatem elicitæ abolerentur, vt videmus *in l. 1. C. de operib. publ. l. vacuatis 19. l. nullis 28. l. quoties 37. l. omnes 43. infr. de decurion. l. ſuper 30. C. Th. de annon. & tribut. l. fin. C. Th. de immunitate conceſſa,* & apud nos quoque deciſum eſt *in l. 20. tit. 11. lib. 2. Recopil. & in l. 7. tit. 2. lib. 6. Recopil.*

Vnde primò deduco Tribonianum non rectè titulo 10
huic adaptaſſe legem noſtram, neque eam prout iacet truncatam facilè intelligi poſſe. Nam tabularij non concedebant immunitatem, ſed profitebantur immunem, id eſt, inſinuabant publicè, & apud acta ſcribebant immunem eſſe aliquem, vt ſic eum ſubtraherent functionibus tributariis, quod non erat concedere immunitatem, ſed falsò teſtificari illum habere reſcriptum immunitatis, *daban ſe que tenia merced del principe que lo eximia de pechar.* quod falſum erat, cùm omnes immunitates prima legis parte tollerentur, eam habemus in Codice Theod. ſub *titulo, de cenſu, ſiue adſcriptione,* eſtque vltima, cuius verba neceſſarium eſt huc adſcribere, vt quod intendimus, magis perſpicuum fiat.
† *Nemo aliquid immune poſſideat, ſit irritum ſi quid domus* 11
*noſtra tale conceſſimus, exæquationes cenſuum, quas conſenſus prouinciarum, quas noſtra reſponſa, quas cenſorum & peræquatorum officia, quas auctoritates deniq; ordinariorum & ampliſſ. iudicum neceſſaria emendatione, vel conſtitutione probauerant, inconcuſſa æternitate permaneant. Immunitates verò ſpecialiter cuiuſlibet iugatio, vel capitatio libris publicis & ciuitatum ac prouinciarum encautariis ſine aliqua probatione facta pone fruentes erepta in functionem priſtinam redeat. His noſtræ ſerenitatis edictis ciuitatum tabularij erit flamma ſupplicium, ſi cuiuſquam fraude, ambitu, iniuſta cuiuſpiam profiteretur immunitas, ac non ſecundùm præcedentem diffinitionem omnes omnino abolita ſpecialium immunitatum gratia neceſſitas tributariæ functionis firmata cenſitorum peræquatorumque prouincialium iudicum peræquatione conſtrinxerint.* † Hæc fuit integra lex, ex 12
qua hanc vltimam partem Tribonianus mancam ſanè & obſcuram propoſuit. Nam etſi ea verba, *abolita ſpecialium immunitatum gratia,* comprehendant omnia quæ in principio referuntur, quis illa ſequentia, *ſecundùm præcedentem diffinitionem,* poterit intelligere, aut diuinare, de qua præcedente diffinitione loquantur Imperatores, niſi prima legis pars præcedat? & ideo non poſſum non Triboniani incuriam, ne dicam inſcitiam, accuſare, qui multoties leges & reſcripta Imperatorum Iureconſultorúmque reſponſa adeò ſub breui compendio voluit redigere, vt tenebroſum Digeſtorum & Codicis corpus relinquat poſteris, magnam ſeſe cruciandi & diuinandi occaſionem præbens, vt in multis horum poſteriorum librorum fragmentis facilè animaduertimus, vbi ſimili deſidia dormitauit. Occurrit nunc *l. 1. ſup. de canone largit. tit.* ibi, *præcedentia iuſſa decreuerunt.* Quænam hæc? fuerunt ſanè eorumdem Principum in eius legis prima parte oppoſita, & in eo fragmento inepte relicta, vt

R 4 etiam

13 etiam diximus *in l. 2. ſup. de bon. vac. num.* 1. † Nec quæratur aliquis detractam Triboniano auctoritatem, nam in his libris vltimis feſſus attentionem neglexerat, & tumultuariè feſtinantérque videtur leges attexuiſſe, & quid ad nos homo Atheus & abſurdæ impietatis, vt ex Heſichio obſeruat bonæ memoriæ amicus noſter graui damno reipublicæ litterariæ & bonarum litterarum immaturè nobis ereptus D. Franciſc. de Cordoua *in politiſſima Didaſcalia cap.* 14. *ad fin.* & Barth. *lib. 2. aduerſ. cap.* 17.

14 Secundò infero tabularium in præſenti non affici pœna ignis, ea ratione, quia falſum immunitatis inſtrumentum conſcripſerit, vt omnes DD. agnoſcunt à Bar. *hîc num.* 1. vſque ad Lucam Plateam, Rebuff. & alios, cenſentes hunc eſſe caſum ſpecialem, in quo Notarius falſum ſcribens punitur igne, vt notauit quoque Roman. *ſing.* 385. & Corſet. *ſing.* 121. & cum caſibus aliis Salycet. *in l. vn. C. de Nili agger. non rump.* congeſtis & Alfar. *d. gl.* 20. *n.* 372. in quibus ignis pœna ſolet imponi tabellionibus. Sed quia cùm immunitates fuerint ſublatæ, adhuc ipſi tabularij ſolebant non ſolùm peccare contra publicam vtilitatem eximentes alios ſub ſpecie exemptionis attributorum contributione, lædentes ex hoc alios comprouinciales, qui ea ratione grauabantur, ſed etiam contra ipſum Principem, cuius prohibitionem violabant & ſupremam poteſtatem, in quo maieſtatis crimen committentes *l. 1. D. ad l. Iul. maieſt.* tam graui pœna puniri debue-
15 runt. † Quemadmodum comburitur qui falſam monetam fabricauerit, *l. 2. C. de falſa monet. leg. 9. tit. 7. p. 7.* quæ ea ratione fabricatores falſæ monetæ puniendos ait, quia ſibi adrogant ſupremam poteſtatem Princi-
16 pis. † Quod verò diximus, ita debet procedere iuxta illum verſum noſtræ legis, *ſi cuiuſquam fraude, ambitu*, &c. Vt ſi profiteatur immunitatem alicuius, & immunem ſcribat tabularius, idque efficiat per fraudem, aut ambitum, aut poteſtatem, quia ſine dolo nemo debet condemnari. *l. aliud eſt fraus* 131. *de verb. ſign. iuncta leg. fraudis* 79. *D. de reg. iur.* notat Caball. *reſol. crim. caſ.* 281. *n.* 6. quod præcipuè in crimine falſi animaduertitur *l. 1. in princ. D. ad l. Cornel. de falſis. l. 1. tit. 7. p. 7.* ibi, *a ſabiendas*, cum aliis notatis à Menoch. *de arbitr. caſ.* 194. *n.* 58.

17 Sed in contrarium videtur eſſe *l. 2. infr. de numerariis & l. 9. C. Th. eodem.* vbi tabularius ſi actorum teſtificatione non declarauerit eos, qui fiſco debent, ita vt integra debita perſoluantur, mitiori pœna afficitur, vel vt tormentis ſubdatur, vel vt ad non ſolutorum ſolutionem teneantur, & tamen in noſtro caſu nihil aliud efficiunt niſi debitores fiſcales immunes profiteri, vt ſic integrata debita non perſoluantur, quam difficultatem nemo ex noſtris interpretibus agnouit, & ita ſine duce aliquo eam explicabimus. Si dicamus quòd cùm pœna noſtræ legis ſit adeò grauis, non debuit ad alios caſus porrigi, cùm lex pœnalis ad alios caſus minimè extendatur, *ex c. odia* 15. *de reg. iur.* cum adductis à Menchaca *de ſucceſſ. creat.* 1. *p. lib.* 1. §. 6. *n.* 34. *&*
18 *ſeq. &* §. 10. *n.* 174. Burg. de Paz. *q. ciuil.* 11. *n.* 15. *&* 16. & Farinac. *in frag. lit. E. n.* 116. *& ſeq.* † Vnde ſi tabularius acta non confecerit, ex quibus conſtet modus debitorum, id eſt, qui ſint debitores, & quantum debeant, ſi tantum fuerit dolus, vel fraus, aut deſidia, tormentis poteſt ſubiici, vt legitimè puniatur, & ſi non indicauerint, vel declarauerint debitores, ad ſolutionem tenebuntur. Itaque & criminali pœna & ciuili tenentur. Criminali, ſi acta non confecerit, & exactoribus breues non dederit, quibus contineantur nomina debitorum, iuxta *l. 1. ſupr. de exact. tribut.* & ita eius deſidia, fraude, aut dolo prætermiſſi ſunt, ne conueniantur, & exactio non fiat; ciuili verò quoad intereſſe, nam ſi ipſi non adimpleuerint ſuum officium, & in breui, ſeu regiſtro quod exactoribus datur, non indicauerit debitores, tunc quaſi fideiuſſores tenentur, donec integra debita ſoluantur. † Quod ita 19
effectum eſt, vorax & fraudulentum tabulariorum tributa fraudandi & rationes lucrandi propoſitum cohiberetur. *leg. 1. infr. de numerar. leg. numerariis 6. cum ſeqq. C. Th. eod.* vbi fraudes tabulariorum incuſantur, arcentur & puniuntur. Nam freti poteſtate chartarum rationes publicas pro ſua voluntate proſcribebant debitores, reticendo, vel eorum nomen ſubtrahendo, vt faciliùs pecunias extorquerent, vt docemur ex *l. ex inſinuatione* 15. *Cod. Th. de num.* quæ omnia cùm ad fraudationem tabulariorum pertinerent, ſufficiens viſa fuit pœna minor *in d. leg. 2. de numerar.* Verùm cùm in ſpecie noſtra præter fraudationem, qua vtitur tabularius in perniciem publicæ vtilitatis, & in maieſtatis cõtemptum immunitates profiteantur, grauior pœna neceſſaria fuit, cum grauiùs delinquatur. In *d. leg. 2.* delinquitur fraudulenter, clam, obſcurè, & quaſi cum metu; in præſenti verò palam, & quaſi inuerecundè; in illo caſu punitur tantùm fraus, in hoc verò & fraus & cõtemptus Principis. Vnde cùm cauſa immunitatis ſit odioſa, & ſtrictè interpretanda, vt nunc dicam, ita & pœna hæc adeò odioſa præter cauſam immunitatis non debuit ad alios caſus, quantumvis ſimiles, extendi, quia non eadem militat ratio in vno quæ in alio.

Tertio deduco quòd cùm hîc omnes prohibean- 20
tur habere immunitatem, ſequitur eius naturam eſſe ſtrictam & odioſam, & ob id ſtrictè interpretandam, quod ex noſtra lege deduxerunt DD. quos latè congeſſit Tiraq. *de retract. lig. lib.* 1. §. 1. *gloſ.* 9. *numer.* 243. Cephal. *conſ.* 58. *lib.* 1. *& conſ.* 553. *lib.* 4. Decius *conſ.* 113. *numer.* 2. *& conſ.* 223. Ruin. *conſ.* 112. *num.* 7. *&* 8. *& conſ.* 112. *num.* 7. *lib.* 5. Couarr. *cap. Raynaldus num.* 13. *de teſtam.* & relati à Barboſ. *in l. quia tale* 14. *num.* 37. *in fin. D. ſolut. matrim.* Surd. *conſ.* 140. *ex num.* 1. *lib.* 1. Rationem adduxit Borrell. *de præſtan. Reg. cap.* 33. *num.* 9. *& ſeq.* quia immunitas non ſolùm tendit contra fiſcum, & in eius damnum, *l. fin. C. ſi contra ius*, ſed etiam contra publicam vtilitatem, & perniciem aliorum, quibus iniunguntur munera & onera, à quibus qui immunitatem acceperunt, liberantur, quia faciliùs portatur quod portatur à pluribus, & ita quamvis beneficium Principis ſit latiſſimè interpretandum, *l. beneficium. D. de conſtit. prin.* cum adductis à nobis *in l. 2. ſup. de bonis vacant. num.* 3. *&* 5. id admittitur quando eſt ad communis iuris obſeruationem, vel quando Princeps concedit aliquid præter legem, quod beneficium dicitur verè, vt ex aliis docet Parlador. *ſexquic. differ.* 13. *num.* 1. *&* 2. † At verò in materia immunita- 21
tis conceſſæ non dicitur beneficium, ſed priuilegium, quod cùm ſit contra ius commune, ita verſatur odium ratione præiudicij, quod infertur cæteris contributariis, vt potiùs attendi debeat cauſa & conditio priuilegij contrarij communi iuri, & in multorum præiudicium, quare eſt ſtrictè accipiendum, ita docet Bar. *in d. l. beneficium*, & poſt alios Pinell. *in l. 3. C. de bon. mat. num.* 32. Valenzuela *hîc n.* 7. & Parlador. *dicta diff.* 13.
§. 1. *n.* 1. † Vnde priuilegium immunitatis generaliter 22
conceſſum non poterit extendi ad munera, ſeu onera incogitata poſtea ſuperuenientia, *argum. l. Rutilia Polla* 69. *l. in leg.* 77. *D. de contrah. empt.* obſeruant poſt Dyn. Ioan. And. *ad Specul. tit. de cenſib.* §. 1. *verſ. ſciendum* Bal. *in l. iubemus nullam. C. de ſacr. Eccleſ.* Alex. & alij *in l. ſi ex toto* 8. *D. de leg.* 1. Pariſ. *conſ.* 109. *num.* 23. & Valenz. *hîc. n.* 7. quia talia onera, ſeu munera incogitata, ſi ſuperueniant, non cenſentur incluſa ſub eo priuilegio immunitatis, cùm ſint accidentalia & inſolita, quæ non comprehenduntur ſub diſpoſitione, quantumuis generali, *leg. fiſtulas* 78. §. *fin.* vbi notant DD. *de contrah. empt. l. Seio.* 10. §. *medico. D. de annuis legat.* vbi Bart. notant Bal. *conſ.* 145. *lib.* 4. Alex. *conſ.* 28.

*num.*

*num.*8. *lib.*1. *& conſ.*107.*lib.*3. Corneus *conſ.*12. *lib.*4. Rubeus *conſ.*153. *num.*2. Iaſ. *in l.ſed ſi quis.§.quæſitum num.*4. *D.ſi quis cantion.* Ripa *in l.ſi ex toto, num.*16. *de leg.*1.*& in l.ſi vnquam q.*3.*n.*9. *C.de reu. don. & in tract. de peſte p.*2.*n.*74.*& ſeq.*Felin. *in c.ſedes n.*12.*de reſcript. & in cap.cùm M. de conſtit. num.*17. Alban.*conſ.*1.*toto.*

23 † Conferunt quæ de renuntiatione generali caſuum fortuitorum tradi ſolent, vt non comprehendat inſolita,& rarò contingentia, de qua inſpectione per textum *ibi in d.leg.fiſtulas.§.fin.de contr. emp.* videndi ſunt DD. *in d.§. quæſitum* Ferret. *reſp.*15. Pinell. *in l.*2.*C.de reſcind.*1.*p.c.*3.*ex n.*26. Gomez. 2. *tom. var. c.*3. *n.*29. Corraſ.*lib.*1.*miſcell.cap.*19. Valaſc. *de iure emph.q.*27. Ceuall. *com. contra com. q.*702. D. Ioan. del Caſtillo *lib.*3.*controuer.c.*3.Morl. *in emp.tit.de locato q.*1.*ex n.*10. & cum aliis Hermoſill. *in l.*3.*tit.*2. *p.*5.*gl.*8.*ex n.*2.& iuxta eam ſententiam plures ſententiæ in hac Curia latæ ſunt.

24 Quartò ex ſupradictis deſcendit quòd cùm immunitas ſit ſtrictæ naturæ, ſequitur eſſe ſtrictè interpretandam, & ideo ſi poſteris & deſcendentibus concedatur priuilegium immunitatis, tantùm in eo comprehenduntur qui ex maſculis, non qui ex fœminis nati fuerint quod ita diſertè probauit IC. *in l.*1.*in fine. D.de iure immun. & in l.vacatio* 13. *D. muner.* licèt in contrarium videantur ſtare plura alia reſponſa iuris auctorum, vt animaduertitur *in l.*1.*&* 3. *D.de liberal. cauſ.l.*3. *D.de interdict. & releg. l.fin. de pollicitation. l. ſi ita ſcriptum* 41. *D.de l.*2.*l.quiſquis* 116.*l.Seruius* 122.*l. iuſta* 201 *l.liberorum* 220.*de verb.ſign.l.generaliter* 6. *C. de inſtit. & ſubſt.l. communium* 9. §.1. *verſ. illo videlicet. C. de natural. liberis.* vbi appellatione deſcendentium & poſterorum, comprehenduntur omnes, etiam qui ex fœminis naſcuntur,ita vt omnes in infinitum comprehendantur, tam ex maſculis, quàm ex fœminis prouenientes, vt vtiliter ad maioratuum ſucceſſiones explicant Decian. *reſp.*15. *n.*9. *lib.*3. Surd. *d. conſ.*140. *n.*8. Girond.*de priuileg.n.*148. 155. *&* 157. Parlador. *d.diff.*13.*§.*2.*n.*3. Barboſ. *in l.quia tale* 14.*n.*37. *&* 38. *D.ſol.matr.* Caſtillo plures referens *lib.* 2. *controu. c.*4. *n.*102.*& lib.*5.*c.*84.*n.*46.*& c.*93.*§.*22.*n.*3.*&* 4. iunctis quæ obſeruant Molina *lib.*1.*de primog.c.*6.*n.*37.*&* 38. Mieres *de maiorat.*2.*p.q.*6.*num.*66. Barboſ. *de appellat.*
25 *verb.filius num.*48.*& verb. generatio num.*2. † Quapropter vt reſpondeant ad *d. l.*3. *in fin. D. de iure immun.* varias confingunt interpretationes, vt videre eſt ex Garſia *de nobil.gloſſ.*1.*§.*1. *ex num.*32. Pinel. Tiraq. & aliis, quos refert Caſtillo *dict.* §.22. *n.*7. Girond. *ſup. num.*156. Barboſ. *d.num.*37. Valenzuel. *hîc num.*8. qui omnes in eam communiter iurarunt, quam ſenſit Accur. *d.l.ſi ita ſcriptum, verb. vocabulo, de leg.*2. ideo *in d. l.*1. *ad fin.* immunitatem datam poſteris ad fœminarum filios non pertinere, quia ſcilicet, vt diximus, tale priuilegium ſit odioſum, & repugnet communi vtilitati, cùm per illud excuſetur priuilegiatus à muneribus publicis, quo cæteri conciues grauantur, & omnis inæqualitas pariat odium & diſcordiam, quod ceſſabit in reliquis diſpoſitionibus, beneficiis, aut priuilegiis, quæ non ita præiudicent reipublicæ, in quibus admittentur omnes, etiam qui ex fœminis deſcendunt, iuxta iura iam adducta.

26 Quæ ſolutio etſi ab omnibus recepta ſit, mihi non placet: quia, vt rectè notauit Barboſ. *ſup.* poſt Pinell. *in d.l.*3. *n.*32. *verſ.infertur ſecundò, C. de bon. matr.* non omnes immunitates ſunt contra rempublicam, neque contra publicam vtilitatem, imò plerumque in eis vertitur publica vtilitas, veluti ſi immunitas conceſſa ſit propter aliquod inſigne facinus, & egregiè nauatam operam erga rempublicam, *arg. l. bello amiſſi* 18. *ff. de excuſ. tut.l.*1.*in princ.* ibi, *ob egregiam in rempublicam, inſignem fidem. & §.& Laodicena,* ibi, *ob belli ciuilis merita, ff.de cenſib.* Vel ob ſtudiorum progreſſus, & litterarum peritiam, quibus vtilis eſt Reipublicæ vir aliquis eximius. *l.ſi duas* 6. *&* §.1.*§. eſt autem* 8.*cum ſeq. ff.de excuſationib.* facit etiam *l.non tantum* 17.*§.*1. *ff.eod.* Vel ob ſeruitia Principi exhibita, vel ob decorem dignitatis. *l.eos* 11. *cum ſeq. infr. de excuſat. mun.* Bald. *conſ.*355. *num.*5. *lib.* 1. Quare non immeritò dixit IC. *in l.*1. *ff. de vacat. & excuſat. mun. in princip.* omnem excuſationem ſua æquitate niti, cui adiungas *leg. accuſatore* 13. *in fin. de publ.iudic. l.ſeruum* 33. §. *vbicumque. ff. de procurat.*

Vnde veram rationem *d. l.*1. *in fin.* petendam cre- 27
do (ex mente gloſſæ *in cap. vbicumque* 4. *verb. maſculinam, lib.*6.*de pœnis.* Caſtrenſ. *in l.* 1. *C. de condit. inſer. n.*4. Pinell. *in d.l.*3.*num.*32.*C. de bon.mat.* Mantic. *de coniect. lib.*8.*tit.*18.*num.*37. Barboſæ *ſupr.* iunctis quæ dixi *in l.nati* 29.*infr. de decurion.*) appellatione liberorum, poſterorum & deſcendentium regulariter comprehendi tam eos, qui naſcuntur ex maſculis, quàm ex fœminis, vt *in d.l. liberorum*, cum ſimil. & notatis à Coccino *deciſ.Rotæ* 294.*n.*5.*& deciſ.*111. *n.*19.*&* 20. Barboſ. *ſup. d. num.*48. vt ſi fiat conceſſio feudi, vel emphyteuſis alicui recipienti pro ſe & deſcendentibus, tunc ſi deceſſerit poſſeſſor cum nepte, vel nepote ex filia, ad ſucceſſionem admittetur, vt latè tradit Caldas *de renouat. emph. q.*18. *tot. ex num.*2. & Surd. *d. conſ.*140.*num.* 29. & ante eos Pinell. *in d. l.*3. *num.* 29. *&* 33. At verò quando tractatur de immunitate, tunc fœminarum deſcendentes non comprehẽduntur (contra Girondam *de priuil. n.*155. malè intelligentem *d. l.*1. iuxta communem interpretationem in priuilegio
nociuo reipublicæ.) † Ratio differentiæ eſt, quia cùm 28
ad munera obeunda, & tributa perſoluenda, quoad dignitates & honores, inſpiciatur patris conditio & origo *l.eos* 22.*l.in filiis* 35.*l.exemplo* 36.*l. nullus* 44.*infr. de decurion.* vbi diximus. *l.*1.*§.qui ex duobus.l.aſſumptio* 6.*§. filius. D.ad municipal. l.liberos* 10. *D. de ſenator.§.*2. *Inſt.de legit.agn.tut.c.*2.*de conuerſio. infidel.* immunitas quoque eorum onerum patris quoque genus reſpicit magis, quàm maternum. *l. filij* 22. §. *ſenatores ff.ad municipal.* ibi, *nepotes, pronepotes ex filio* & ita maternè minimè confert ad nobilitatem; confert *l.*1.*infr.de dignitat.* & hoc eſt quod dixit Iauolen. *in l.vacatio* 13. *D.de muner.* vacationem & immunitatem quæ poſteris conceditur, ad eos duntaxat pertinere, qui ſunt de familia *c.vbicumque* 4. *lib.*6. *de pœnis*, cùm familiæ nomen nunquam comprehendat ex fœminis deſcendentes. *d.§.*1. *Inſt. de legit. agn. tut.* iuncta *l. pronunciatio* 195. §. *communi. de verbor. ſign.* ſiquidem fœminæ non continuant familiam, imò ſuæ familiæ ſunt finis.
*d. l. pronuntiatio, in fin. cum l. ſeq.* † Quapropter rectè 29
immunitas poſteros ex maſculis deſcendentes comprehẽdit, non verò quos ex fœminis, quia cùm illi patrum ſuorum originem & conditionẽ ſequãtur, honor ille exemptionis non conſeruatur, niſi in maſculis, qui conſeruant familiam, & ita non tam ex natura verborum *poſteris*, vel *generi* hoc inducitur, quàm ex qualitate priuilegij, ſeu immunitatis, quæ non eſt apta comprehendere deſcẽdentes ex fœminis, contra intentionem Principis, qui familiæ conſulere voluit, & reſpectum habuit ad agnationem (argumento eorum quæ tradit Gregor. *in l.*2.*tit.*15.*p.*2.*gloſ.*18.*q.*2.) in qua cùm ſit cauſa honorifica, regulariter magis conſeruatur priuilegium & exemptio in maſculis, quàm in fœminis, vt rectè notauit Garſia *d. gloſ.*1.*§.*1.*num.*41. quod intellige, vt non excludantur ipſæ fœminæ ex maſculis deſcendentes, ſequi ab eis procedunt, vt aduertit Pinell. *in d.l.*3.*n.*30.

Neque obſtat *l.vnic.infr. de imponenda lucrat. deſcript.* vbi priuilegium immunitatis extenditur tam ad deſcendentes ex fœminis, quàm ex maribus. Cui conatur reſpondere Decius *in l.fœminæ n.*69. *D. de reg. iur.* & Pinell. *ſup. n.*33. *verſ. infertur: undecimò.* qui aiunt

ibi

*ibi* agi de priuilegio quod non erat contra publicam
vtilitatem, neque agebatur de re, quæ magis congrue-
ret ſexui maſculino, quàm fœminino, & ita in mate-
ria indifferenti vterque ſexus æquabitur, iuxta doctri-
31 nam Panotmit. *in c.dilecti.num.1.de arbitris.* † quæ in-
terpretatio vera non videtur, qu`a priuilegium, de quo
*ibi*, nihil induxit circa perſonas venientium ex fœmi-
nis, vt comprehenderentur ſub appellatione maſcu-
lorum, ſed vt priuilegium non ſoluendi ſiliquas com-
prehendat omnes, qui ſint liberi, vel parentes. Nam
cùm legibus caueretur, vt ſi curialis non curiali hæres
extiterit, vel in eum donatio conferatur, vel alia lucra-
tiua de cauſa in non curialem res curialis transferatur,
tunc tenebatur ſiliquas quatuor, id eſt, ſextam par-
tem ſolidi Curiæ præſtare quotannis. Excipit tamen
ab hac regula illa lex parentes, liberos, nepotes, & ſi-
miles, quibus ſi fiat donatio à curiali, non tenentur
ad hoc onus, quia cùm ſint perſonæ tam coniunctæ,
æquitas ſuaſit à tali onere eos liberare. Vnde ergo de-
ducunt Decius & Pinellus in ea immunitate compre-
hendi deſcendentes ex fœminis; cùm tantùm lex di-
cat eas perſonas ad tale onus non teneri.
32 Supradicta tamen circa *d.l.1.de iure immun.* limitan-
da erunt, quoties forma ipſius legis, vel exemptionis
expreſsè eoſdem comprehendit, tam maſculos, quàm
fœminas, quod etſi aliqui reiiciant, exiſtimantes id
ſtatuto effici non poſſe, vt voluerunt Bar. Angel. Pla-
tea & Rebuff. *in d.leg.exemplo, infr.de decurion.* & alij
relati à Tiraq. *de nobilit.cap.18.n.22.* Sanchez *de matri-
mon.lib.7.diſp.24.num.2.* quos refert Carrança *de par-
tu cap.3.§.3. num.17.* & vltra eos Bened. Pinel. *lib.2.
ſelect.cap.17.n.19.* Azeued. *in rub. titul.2. lib.6. Recop.
num.66.* Veriùs ipſi cenſent, & Otalora *de nobilit.2.p.
cap.2. num.7.* conſuetudine, priuilegio id effici poſſe.
33 † Quemadmodum & apud nos deſcendentes ex Bel-
lico de Aureolis, quibus ex priuilegio Regis Bere-
mundi Legionis Regis conceſſa fuit exemptio, vt re-
fert Garcia *de nobilit. gloſſ.21. num.72. & ſeq.* & po-
ſtea fuit extenſum à Ioanne II. Caſtellæ, vt com-
prehenderet tam maſculos, quàm deſcendentes ex
fœminis. Item & deſcendentes ex Antonia Garcia
Taurinenſi tam maſculis, quàm fœminis progeniti
gaudent immunitate & exemptione nobilium, ex *l.31.
cum ſeq.tit.8.lib.9.Recop.* de quo videndi Garcia *gloſ.1.
§.1.n.42.verſ.ex quo patet.* Otalora *ſupr.4.pag.cap.5.n.
19.verſ.ſupereſt.* Did. Perez & relati à Pichard. *de nobi-
lit.commun.n.47.* Azeued. *conſ.17.toto.* Florez *lib.2.var.
q.21.n.262. & ſeq.* quod priuilegium eodem modo
conceſſum erat a los de Valderas, ex *l.17.tit.8.lib.9.Rec.*
ibi, *quier decendan de varones o de mugeres* de quibus
34 agemus *in leg.1.infr.de dign.* † & ita credo accipien-
dam eſſe *leg.18.tit.8.lib.9.Rec.* quatenus ſeptima cen-
ſibus conceditur exemptio munerum & onerum, vt
dicitur ibi, *y ſus filios y decendientes gocen del dicho pri-
uilegio de hidalguia.* Nam cùm intentio Regum fuerit
non ſolùm immunes reddere omnes vicinos qui Hen-
rico quarto multa exhibuerunt ſeruitia, conſtat non
ſolùm prouidere voluiſſe deſcendentibus ex maſculis,
verum & ex fœminis (vt obſeruat Gironda *de priu.n.
159.* licèt non innitatur eo fundamento,) quia quam-
uis id in lege non exprimatur, tamen eius mens aperta
eſt ex ſubiecta materia.
35 Vnde etiam improbandus eſt Bar. *in l.quoties, infr.de
priu.ſcholar.* qui aſſerebat priuilegium, ſeu immunita-
tem conceſſam alicui ex deſcendentibus, etiam fœmi-
nis, non competere fœminis nuptis, quia iam tranſeunt
in alteram familiam per matrimonium, quem licèt ſe-
quantur plures relati à Pinell. *in d.l.3.n.34.* Verius eſt
contrarium, vt tenent relati à Barboſ. *in d.l.quia tale n.
38.& 39.* Surd. *d.conſ.140.num.67.& ſeqq.* quia filia
etiam nupta dicitur de familia patris *l.4. Cod.ac fidei-
comm.* cùm ex eadem familia dicantur qui ex eadem
domo & gente prodierunt, *leg.pronuntiatio 195.§.com-
muni, in fin.D.de verb.ſign.iuncta l.fin.C.eod.* videſis Gi-
rond. *de priuileg. ex num.148. & præcipuè num.160.* &
Surd. *d.conſ.140. num.67.* & quæ dicemus *in leg. mu-
lieres, infr. de incolis*, circa illum articulum, an priui-
legium immunitatis conceſſum fœminæ competat
marito.
Vltimè ex noſtræ legis ratione deduco ad quæſtio- 36
nem, an ſine permiſſu Principis ciuitas poſſit alicui
concedere immunitatem, quam tractant Bar. *in l.1.D.
de iure immuni.* Platea *num.3.* & reliqui, *in l. vacatis
infr.de decurion.* & alij relati à Borell. *de præſtant. Reg.
c.33.n.33.& ſeq.* Tiraq. *in l.vnquam, verb.donatione lar-
gitus, n.32.* Purpurat. *conſ.156.& 371.* Rom. *conſ.252.*
Roland. *conſ.5. toto lib.1.* Hippol. Riminal, *conſ.25.
n.56.lib.1.* Natta *conſ.304. lib.2.* Surd. *conſ.419.n.17.
& ſeq. lib.3.* Petra *de poteſt.Princip.c.32.dub.2.n.8.& 9.*
Loſæus *de iure vniuerſit.3. pag. c.10. toto.* Azeued. *in
curia Piſan. lib.2. c.18. n.12. & in add. lit.X.* † & in 37
ea quæſtione ferè omnes cenſent poſſe ciuitatem im-
munitatem concedere, ex cauſa, & ob ſeruitiorum re-
munerationem quod euincit fauor replendæ liberis
hominibus & publicæ vtilitati neceſſariis ciuitatis,
*l.1.D.ſol.matr.* iunctis quæ diximus *lib.2.obſeru.c.4.* &
remuneratio ſeruitiorum, quæ magis eſt compenſa-
tio, permutatio & titulus oneroſus, *l. Aquilius, ff. de
donat. l.ſed etſi 26.§. conſuluit, ff. de petit. hæred.* iunctis
quæ tradunt DD. *in dictis iuribus*, & Tiraq. *d.verb.do-
natione largitus ex n.11.* Garſia *de donation. remunerat.
n.6.& 16.* Azeued. *in l.16.tit.10.lib.5.Recop.num.9.*
Barboſa *in l.quæ dotis 24.n.55.ff.ſol.matr.* Schifordegh.
*ad Ant. Fab.lib.3.tract.26.q.1.& ſeq.* & plures relati
ab Oſvval. *ad Donell. lib.12. c.12. lit.O.* † quod tamen 38
ita procedere exiſtimant Plat. *n.3.in d.l.vacatis*, & om-
nes iam relati, vt ea immunitas nulllum fiſco afferat
damnum, aut præiudicium, licèt in præiudicium ciui-
tatis conceſſio valeat, vt obſeruat Valenz. *n.9.in dict.l.
vacatis*, & relati.
Contrariam verò partem negantem talem immu- 39
nitatem poſſe concedi, veriorem credo, tam de iure
communi, quàm regio. *Primò* ex *l.1.infr.de decret.de-
cur.* vbi exceptis litterarum & liberalium artium Do-
ctoribus, vel Medicis, Decuriones aliis immunitatem
concedere nequeunt, *l.4.ff.eod.l.1.infr.de his qui vacat.
à princ.l.immunitates 9.infr.de agricol. & cenſ.* facit *l.vn.
infr.de præben.ſalar.* in quibus nec ſalarium concedere
licitum eſt. Cùm ergo excipiantur ſolùm Doctores lit-
terarum & Medici, exceptio firmat regulam in con-
trarium, ex vulgat. notat Ancharr. *conſ.260. in princ.
& 389. col.2.* Panor. *conſ.61. lib.2.* Natta *d.conſ.304.
n.1.& ſeq.* Loſæus *d.c.10. n.6.*
Rurſus id cauetur ex *l.2.tit.9. lib.7. Recop.* vbi ex- 40
preſsè deciditur ne immunitas poſſit concedi ab ali-
qua perſona cuiuſcumque dignitatis ſit, aut honoris.
*Secundò*, quia ciuitas ſine expreſſa licentia Regis non
poteſt imponere collectas, *l.1.tit.6. lib.7. Recop.* cum
adductis *ibi* Azeued. Gironda *de gabell.1.p.n.30.& 31.*
& à nobis *in tit.ſup.de annon.& trib.* ergo eodem mo-
do prohibitum eſt concedere immunitatem, cùm con-
trariorum ſit eadem ratio. Et ea vtua ratione ſuade-
tur, quia nulla immunitas valere poteſt quin apponа-
tur clauſula illa, *non obſtante tali iure*, ex Bart. *in d.l.va-
cuatis.* Natta *ſup.n.2.* Barboſ. *de clauſul. clauſ.82.n.20.*
quam clauſulam nulla ciuitas inferior poteſt appone-
re, *c.cùm inferior. de maior.& obed. c.fin.de offic. Archid.*
cùm pertineat ad poteſtatem abſolutam, vt agnoſcit
Petra *de poteſt.Princ.c.3.q.4.n.7.* Barboſ. *d.clauſ.82.n.2.*
& ita huiuſmodi decreta immunitatis tanquam am-
bitioſa non valent, *l.2. de decret.decurionum.*
Hæc tamen, quæ diximus, accipienda erunt, quan- 41
do tali conceſſioni reſiſtit ius, ſecus autem erit quan-
do ciuitas poteſt concedere immunitatem in caſibus
à

á iure expreſſis, *vt in d. l.* 1. *de decret. decurionum*, vbi
Doctoribus & Magiſtris liberalium artium & Medi-
cis concedi poteſt immunitas, quæ conceſſio ideo va-
let, quia de iure communi hoc ordini decurionum li-
cebat, vt notat Natta *ſupr.n.*6. Luſæus *d.c.* 10.*n.*7. Bo-
badill. *lib.* 5.*pol.c.* 5.*num.* 34.*lit.C.* & id maxima ratione
fundatur, quia Reipublicæ conuenientiſſimum eſt lit-
42 terarum Magiſtros & Medicos priuilegiis variis affi-
cere, *l. Medicos* 6.*infr. de Profeſſ. & Medicis.* † Secun-
dò. Poteſt concedere eandem immunitatem aliis per-
ſonis, ex quibus non minor vtilitas reipublicæ obue-
nire poteſt, quia exceptio etiam per taxatiua verba non
excludit caſus ſimiles, vt obſeruant Accur. *in l. ob æs
alienum, C. de præd. minor.* Decius *conſ.* 283.*n.*5. vbi ad-
dit Gregor. *in l.*2.*gloſſ.*4.*tit.*30.*p.*7. Caſtillo *deciſ.*155.
*n.*8.*tom.*2. veluti ſi alicui officiali, vel fabro, maximè
in ciuitate vtiliſſimo & neceſſario, quo caret ipſa ciui-
tas, concedatur immunitas, tunc enim cùm vtilitas &
& cauſa publica id expoſtulat, maior vtilitas in eo ver-
titur, quàm ſi munera ſubiret.

43 *Tertiò* limitanda eſt ſupradicta reſolutio, quando
ciuitas extitit in poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione
immemoriali concedendi huiuſmodi immunitates.
Nam immemorialis habet vim tituli conceſſionis &
priuilegij, & ex notatis à DD. *in l. hoc iure, §. ductus
aquæ, ff. de aqua quot. & æſt.* Iaſ. *in leg. ſi certis annis, li-
mit.* 10.*C. de pact.* Burſat. *conſ.*23.*n.*18.*lib.*1. Couarr. *in
reg. poſſeſſor, in princ.n.*8. Garſia *de nobil. gl.* 12. *num.*54.
Ceuall. *q.*45. *& ſeq.* Gutier. *lib.*1.*pp.q.*85. *tot.* Fonta-
nell. *de pact. clauſ.*4.*gloſ.*17.*n.*30.*tom.*1. & D. Solorzan.
*de iure Indiar. lib.* 3. *c.*3.*n.*76. & ita videtur ciuitas ha-
bere facultatem quaſi Princeps eam dediſſet, notat
Oſaſc. *deciſ.*95.*num.*12.*& ſeq.* Loſæus *d.cap.*10.*n.*13.
*&* 14.

44 Difficilior eſt alia limitatio, an poſſit ciuitas con-
cedere immunitatem propter bene merita, & ex cau-
ſa remunerationis; & Alber. Iaſ. & alij, quos referunt
Tiraq. *ſup. d. verb. donatione, n.*32. Rolan. à Valle. *conſ.*5.
*n.*6.*& ſeq lib.*1. Nouar. *in d. leg. vacuatus, de decur. n.*1.
Loſæus *d.c.*10.*n.*9. Reſoluunt ob rationes *ſuprà* pro-
poſitas immunitatem valere mero iure, quia ob cau-
ſam remunerationis multa à iure permittuntur, quæ
aliàs non permitterentur.

Verùm contraria aſſertio verior videtur, quia talis
renumeratio nõ compatitur cum ſeruitiis ciuitati ex-
hibitis, cùm omnino prohibita ſit ciuitas. Nam lici-
tum eſt donare ciuitati, non verò de rebus Principis,
& de eis quę pertinent ad poteſtatem ſupremam; quia
immunitas non eſt res ciuitatis, ſed Principis, cui de-
bentur munera & tributariæ functiones, & ſic de re
aliena minimè poterit diſponere. Neque Rolando &
aliis fauet *d.l.*1. *de decret. decur.* quæ cùm loquatur in
caſu ſpeciali, indicat in contrarium eſſe ius commune,
vt diximus, & ita ceſſat illa diſpoſitio. Iaſ. *conſ.* 101.
*lib.*4. Loſæus *d.c.*10.*n.*12. An circa bene merita ſtan-
dum ſit aſſertione vniuerſitatis, an verò alio modo
probari poſſit, ſiquidem hoc ſuperfluum videtur,
quando talem donationem fieri poſſe negamus.

## LEX II.

*Impp.* HONOR. & THEODOS. AA.
*Anthemio P. P.*

Per Bithyniam cæteráſque prouincias poſ-
ſeſſores in reparatione publici aggeris,
& cæteris huiuſmodi muneribus, pro iu-
gerum numero, vel capitum, quæ poſſide-
re noſcuntur, dare cogantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad reparationem aggeris & ſimilium munerum omnes
adſtringuntur hac lege.*
2 *Quid ſit publicus agger in præſenti plenè diſcutitur,
& vnde dicatur?* & n.3.
4 *De quibus aggeribus lex noſtra excipienda ſit?*
5 *Ad reparationem viarum publicarum omnes tenen-
tur.*
6 *Conuenit publicæ vtilitati vias reficere, & purgare, &
munire,* & n.7.

CVM intentio huius tituli ſit immunitates 1
conceſſas abolere, & hac lege auocare, ad
reparationem publici aggeris, & ſimilium
munerum, omnes adſtringuntur, etiamſi
immunitatem habeant, quod patet ex *l. antiquitatis,* 5.
*Cod. Th. de itinere munien.* ex qua lex noſtra diſcerpta
eſt, † Publicum aggerem vocat, viam regiam, ſeu ba- 2
ſilicam, aut publicam, ita vocarunt Impp. *in l.*4.*C. Th.
de itinere muniendo,* ibi, *Propter immenſas vaſtitates via-
rum certatim ſtudia cunctarum ad reparationem publici
aggeris conducibili deuotione volumus feſtinare.* Seuer.
Sulp. *dialog.*2.*c.*4. & frequenter ea voce, vt publicam
deſignet, vtitur Sidonius *lib.* 4. *ep.*24. *& carm.*24. *in
princ. & lib.*9.*ep.*3.*& lib.*3.*ep.*5. & Paulin. *lib.*4. *de vita
Sancti Martini.*

*Carpebat prægreſſus iter qua publicus ager*
*Porrigit erectam per ſaxa iacentia molem.*

Inde nomen traxiſſe videtur, quia aggeſta terra, ſeu 3
cumulata, conſtabat ab *aggero,* quod eſt adiicere ter-
ram terræ, ſeu quod exaggerabant, vt ait Varro *lib.*1.
*de ling. Latin.* aggeres dicti, & quòd aggerem conti-
neret murus, & ideo ſumitur pro munitionibus mu-
rorum, & aggeres pro muris, vt notat Paſſerat. *ad Pro-
pert. lib.*1.*eleg.* 21. *ad illud,*

*Miles ab Hetruſcis ſaucius aggeribus:*

& ego *lib.*3.*obſer.c.*4.*n.*41. Sic aggerem terrenum dixit
Sueton. *in Calig. c.*19. ad differentiam viæ lapidibus
ſtratæ, *ibi* rectè aduertit Leu. Torrent. † Vnde non de 4
aggeribus, qui ad cohibendum aquarum impetum
imponuntur, fluminum ripis accipias legem noſtram,
cum Platea *hîc*, de quibus latè egimus in interpreta-
tione *l. vn. Cod. de Nili agger. non rump. d. lib.*3. *obſeru.
cap.*4. ſed de viis publicis. † Ad quarum reparatio- 5
nem omnes in omnibus prouinciis, non obſtante im-
munitate, compelli debent pro quantitate patrimonij,
& capitum, ſeu animalium, vt exponit Accur. id eſt,
pro quantitate ſubſtantiæ cuiuſque etiam immunis,
quod tanquam notabile aſſignat Coret. *ſing.* 180. poſt
Bar. & reliquos *hîc.* Bald. *in l. etiam n.*28. *Cod. de execut.
rei iud.* Innocent. *in c. grauem, de ſent. excomm.* & notat
Bobadill. *infrà* referendus, & probatur *in l. ad inſtru-
ctionem* 7. *C. de ſacroſ. Eccleſ. l. ad portus* 7. *C. de oper.
publ. iuncta l. omnes* 12. *in fin. eod. tit. Auth. de Eccle-
ſiaſt. tit. §. ad hæc ſancimus, & tot. tit. C. Th. de itiner. mun.*
† Ratio eſt, quia conuenit publicæ vtilitati, vt viæ re- 6
ficiantur, muniantur, purgentur, curentur, *l.*1. *C. Th.
de itiner. mun. l.*1. *& tot. ff. de via publ. & tit. ſeq.* Quapro-
pter priſcis maxima cura fuit viarum, & ob eam cau-
ſam inſtituti earum curatores, & id inter honores me-
moratum videmus in veteribus lapidibus. Plin. *lib.*5.
*ep...* magno gaudio afficitur quòd Cornutus accepiſ-
ſet viæ Æmiliæ curam: docet Lipſ. *ad Tacit. lib.*3. *ann.*
ad illum locum, *idem Corbulo plurima per Italiam itine-
ra fraude mancipum & incuria magiſtratuum interrupta
& imperuia clamitando executionem eius negotij ſuſcepit;*
vbi videas etiam *ibidem* Dorleans, & Buleng. *lib.*5. *de
Imp. Rom. cap.*17. Petr. Greg. *lib.*1.*ſynt. cap.*2.*n.*5.*& 6. &
lib.* 3. *c.*13. *toto.* Panciroł. *in Not. Imp. Occid. cap.*15.
† & inde lata lex Sempronia, quæ viaria dicta, vt viæ 7
Italiæ munirentur, vt docetur, auctoritate Plutarchi

*in Gracchis*, & Dionyſ. *lib.* 53. Roſin. *lib.* 8. *antil. c.* 31. *& lib.* 7. *c.* 32. & ita Iuſtin. *Nouell.* 25. quæ eſt *Auth. de Prætor. Lycaon. c.* 4. inter cætera iniungit vt opera publica reficiantur, & inter ea connumerat itinerum curam, & in *Nouell.* 17. quæ eſt *Auth. de mandat. Princip. c.* 4. Quod ad benignitatem regiam pertinere apud nos ſtatuitur *in l.* 58. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* vbi notauit Narbon. *gl.* 1. *&* 2.

8 Hinc deducunt Interpretes ad eam quæſtionem, an Clerici & aliæ perſonæ exemptæ teneantur conferre ad reparationem itinerum, fontium, aquæductuum, & ſimilium cauſarum publicarum, hanc noſtri tractarunt in interpretatione *l.* 11. *&* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *Rec. & leg.* 50. *&* 51. *tit.* 6. *pag.* 1. vbi Greg. Gutier. *lib.* 1. *pp. c.* 3. cum aliis à me adduct. *d. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 42. Bobadill. *lib.* 3. *pol. c.* 5. *n.* 33. & nouiſſimè Caſtillo *tom.* 7. *de Tertijs cap.* 9. *toto, maximè n.* 20. *&* 21. ideò nos eam omittimus illud tantùm adiicientes ſupradicta ita debere procedere, ſi ciuitatibus bona defuerint, vt expreſsè notauit *dict. l.* 11. ibi, *a fallecimiento de propios de conzejo deben contribuir los dichos clerigos*, & aduertit Azeued. *ibi n.* 2.

9 Vltima verba noſtræ legis illa, *& cæteris huiuſmodi muneribus*, accipienda ſunt de aquæductu, fonte, ponte, muris & aliis iam *ſuprà* memoratis à ſupradictis Auctoribus.

# TIT. XXVI.

## *De conditis in publicis horreis.*

### SVMMARIVM.

1 *Horreum unde dictum, quid ſit?* & n. 2.
3 *Horrea frequenter apud antiquos fuerunt in vſu.*
4 *De differentia horreorum.*
5 *Horrea depoſita in munitiſſimis ciuitatibus ad militum alimoniam.*
6 Leg. 4. infr. de erogat. milit. annon. *explicatur*, & num. 7.
8 *Ex horreis depromebantur ſpecies quæ militibus erogabantur, explicantur Capitolinus & Auſonius.*
9 *Nec ſolum ad militum annonam deputabantur horrea, ſed & ad populorum ſuſtentationem.*
10 *Horrea publica & fiſcalia.*
11 *Comes horreorum, ſeu Curator horreorum, quale officium.*
12 Conditum *quid ſignificet in præſenti*, & n. 13.
14 *Emendatur inſcriptio noſtri tituli.*
15 *Horreis huiuſmodi qualia ſint apud nos ſimilia, adducuntur aliquæ leges nouæ Recopilationis, & auctorum noſtrorum auctoritates, remiſſiuè.*

1 HOrrea ab horrore dicta vult Pompon. Sabinus *lib.* 1. *Georgicôn.* Ab horrendo Varro *lib.* 4. *de ling. Latin. pag. mihi* 2. Cauſam non aperit, ſed ea proprior videtur quòd horrea fuerint plerumque defoſſa & ſubterranea, & ob id horroris plena, vt idem Varro *lib.* 1. *de re ruſt. c.* 57. indicauit, & Columel. *lib.* 1. *c.* 6. Plin. *lib.* 18. *c.* 38. Caſſiod. *lib.* 12. *var. epiſt.* 12. & Iul. Paull. *in l. dolia* 76. *ff. de contrah. empt.* Qualia in omni ferè tractu Cordubenſi hodie vſitantur, & noſtro idiotiſmo dicuntur *Silos*, olim apud Afros refert Aul. Hircius *lib.* 1. *de bello Africo, pag. mihi* 837. conſuetudinem fuiſſe incolarum, vt in agris, & in omnibus ferè Villis ſub terra ſpecus condendi frumenti gratia clam haberent, propter bella
2 maximè hoſtiumque ſubitum aduentum. † Malè Schard. *ab hordeo*, horreum deduxit in Lexicone *verb. horreum*, nam potius à frumento tanquam à principaliori ſpecie debuit denominari, & ita *farreum* vocat Feſtus *à farre*, quo ſolo veteres vtebantur, & ſic *horreum* eſt locus, in quo triticum ponitur ſeruandum, vt docet Pomp. Sabin. *ſupra*.

Horrea maximè in vſu apud antiquos fuerunt, in 3
quibus non ſolùm frumentum, hordeum, vinum, oleum, aliæque ſimiles ſpecies, verùm merces réſque aliæ mobiles, quantumuis pretioſæ, ſolebant reponi. Vnde quædam frumentaria, vinaria, olearia dicebantur, vt multis iuris noſtri locis oſtendi poteſt, *l.* 1. *C. de locato, l. dominus* 55. *& ſeq. l. cùm in plures* 60. §. *locator, ff. eod. l. Celſus* 5. *in princ. ff. ad exhibend. l. ſi verò* 5. §. *ſi horrearius ff. de his qui deiecerunt, leg.* 3. §. *effracturæ. ff. de offic. Præf. vig. l. clauibus* 74. *ff. de contrahend. empt. l. tabernam* 7. *ff. de fund. inſtruct. l. pediculis* 32. §. *idem* 4 *ff. de auro & argento, l.* 3. §. *fin. ff. de penu leg. d. l. Titius* 60. *ff. de adquir. rer. dom. l. vulgaris* 21. §. *certè* 6. *ff. de furtis, l.* 2. *C. de peric. & comm. l. ſi pignus* 9. *C. de pign. act.* docent Briſſon. *lib.* 4. *antiq. c.* 18. Gothofred. *in d. l. tabernam*, Pancirol. *lib.* 1. *var. c.* 51. Oſvvald. Buleng. Pichar. & alij, quos ego retuli *lib.* 1. *obſeru. cap.* 16. *n.* 26. Stevvech. *ad Vegetium lib.* 3. *de re milit. c.* 3. *verb. ſed fidelis horreorum cuſtodia.* Salmaſ. *ad Lamprid. pag.* 117. *n.* 22. Iuret. *ad Symmach. lib.* 3. *epiſt.* 55. Ioan. Sauaro *ad Si-*
*donium lib.* 1. *epiſt.* 6. † Fuerunt etiam & horreorum ali- 4
qua ſubterranea, vt diximus, alia penſilia in editiori parte domus collocata, quæ Varroni *ſublimia*, Vitruuio *ſublimata lib.* 6. *c.* 9. Columellæ *penſilia* dicuntur, ex tabulis quædam fiebant, quorum ſtipites in terram defodiebantur, *l. granaria* 18. *ff. de action. empt. d. l. Titius* 60. *de adquir. rer. dom.* quæ ligneas ædes vocat Vlp. *in l.* 1. §. *planè* 8. *ff. de vi & vi arm.* Vnde tabu-
lata dicebantur, vt didicimus ex Columell. *ſup.* † Hor- 5
rea etiam aliqua fuerunt publica in ciuitatibus munitiſſimis, quæ ferè erant capita prouinciarum, vt conſtat ex Amm. Marcell. *de Palais Iſauriæ*, & ex Procopio *lib.* 2. *de bello Perſ.* & docet Caſaubon. *in Spartiani Hadriano, pag.* 21. cuius verba tranſcripſit Buleng. *lib.* 6. *de Imp. Rom. c.* 5. *in princ.* videndus Salmaſ. *in not. ad eundem Spartian.* & Demſter. *lib.* 7. *Roſin. c.* 38. *verſ. menſores.* In his ergo aſſeruabantur ſpecies annonariæ, quæ ab horreis horreaticæ in pluribus locis huius libri decimi vocantur, *& in lege fin. hoc titul. leg. fin. Codic. Theod. eod.* quales erant frumentum, vinum, oleum, acetum, lardum, fœnum, paleæ & reliquæ ſpecies ſimiles, quæ militibus erogabantur *leg.* 1. *& tot. Cod. Theod. de erogat. mil. ann. leg.* 1. *& tot. infr. eod.*
cum noſtro titulo. † Et ob eam rationem horrea con- 6
ſtituta erant in limitaneis ciuitatibus, vt aduertit Cuiac. *in leg.* 4. *infr. de erogat. mil. ann.* quia maior pars militum in limitibus conſtituta erat, vt dixi *in l.* 1. *de fundis limitrophis*, quibus annona erogabatur, & depromebatur ex horreis illis publicis, & ex eis ad caſtra ſpecies illæ deferebantur, *dict. leg.* 4. *infr. de erog. mil. annon.* quæ eſt *leg.* 15. *Cod. Theod. titul.* cuius verba emendat Salmaſ. & pro illis, *ſed in veteranis caſtris*, reponit, *in limitaneis caſtris*, quam emendationem non reſpuo, imò ingenium hominis laudo. Verùm cuilibet intuenti eius *leg.* 4. litteram facilè occurrit in principio agi de limitibus, *in verſiculo verò ſequenti, ſed in veteranis*, apertè agit de caſtris longè à limitaneis diuerſis, nam certum eſt omnes milites non fuiſſe ſolùm in limitibus, ſed in caſtris veteranis, vt conſtat ex Lipſio *lib.* 1. *de magnit. Rom. c.* 4. vide etiam quæ dixi *in leg.* 1. *de fundis limitroph. in tit. ſup. de annon. & trib.* & Caſaubon. *in Spartiani Caracallo, poſt princ.* ad illud, *Pars militum apud Albam.* & elegantar ſignificat Claudian. *de laudib. Serenæ verſ.* 60.

——— *Pharia ſegetes & Punica meſſis*
*Caſtrorum deuota cibo.*

† Cu

7 †Cuiacius ſuſpicatur in d. l. 4. veterana caſtra propriam eſſe quorundam caſtrorum appellationem, quod poteſt confirmari ex Caſſiod. *lib. 3. ep. 41.* vbi ait Theodoricus Rex, *tritici etiam ſpeciem, quam ob exercituales expenſas noſtra prouidentia de Italia deſtinauit ad Caſtella ſupra Druentiam conſtituta de Maſſilienſibus horreis,* Sed nolo nodum in ſcripto quærere.

8 Dixi ex horreis publicis depromptam alimoniam militibus limitaneis, id ſanè probat quoque Capitolin. *in Gordian. tertiò.* ibi, *Cuius viri tanta in Republica diſpoſitio fuit, vt nulla eſſet vnquam ciuitas limitanea potior, quæ non poſſet exercitum pop. Rom. ac Principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido atque hordeo & paleis condita non haberet.* Ab eóque accipit lucem Auſon. *in Moſella,* ſeu *Eydil. 10. verſ. 455.*

*—— Mœniaque antiquis te proſpectantia muris*
*Addam, præſidiis dubiarum condita rerum.*
*Sed modò ſecuris non caſtra, ſed horrea Belgis.*

id eſt, caſtra illa limitanea quæ Burgi & Caſtella dicta, ad limitem cuſtodiendum poſita ſunt (vt dixi *in d. l. 1. de fund. limitroph.*) in ripa Moſellæ fluminis nunc pace firmata vicem horreorum Belgis iam ſecuris
9 præbent, vti eleganter explicat Salmaſius. †Nec ſolùm ad milites alendos horrea frumenta continebant, ſed etiam & ad populos, quod docet Claudian. *de bello Gildonico, verſ. 52.*

*Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere,*
*Vt dominam plebem, bellatoremque ſenatum.*
*Claſſibus æſtiuis alerent, geminoque viciſſim.*
*Littore diuerſi complerent horrea venti.*

*& lib. 1. in Eutr. verſ. 407. & lib. 2. de laudib. Stilicon. verſ. 395.* Symmach. *lib. 3. ep. 55.* ibi, *Hinc libens video quid frugis æternæ vrbi in dies accedat, quid Romanis horreis Macedonicus adiiciat commeatus.* Dicam, ſi Deus faxit, *in tit. infr. de frum. vrb. Conſtant. & tit. de annon. ciuil. &*
10 *in l. 1. h. t.* †Hinc horrea dicta *publica*, vt *in hac rubrica, & in l. nauarchorum 6. infr. de nauiculariis, l. fortiſſimi 6. infr. de erogat. mil. ann. l. 1. infr. de frum. vrbis Conſtant. l. 2. infr. de annon. ciuil. l. fin. Cod. de offic. Rect. prou. l. pignus 9. C. de pign. actio.* confert quòd de Alexandro refert Lamprid. horrea publica fabricaſſe, in quæ priuati homines, qui domi loca non habebant, aurum, argentum, gemmas, aut grana coniectarent, docent Pancirol. *libro primo var. cap. 5.* Stevvech. *ſup.* & Iuret. *ad Symmach. lib. 3. epiſt. 55.* quæ horrea fiſcalia vocauit *leg. frumenta 16. Cod. Th. de ſuſceptor.* & Paulin. *in epiſt. ad Macharium,* & Saluian. *lib. 6. de gub.*
11 *Dei.* † eorumque cauſa introducta dignitas Comitis horreorum, ſeu Curatoris horreorum, *l. 2. infr. de ſuſceptor. leg. vn. infr. de piſtorib.* quos vocat patronos horreorum, *leg. vnic. Cod. Th. de patron. horreor.* qui grana illæſa conſeruari, panémque plebi & militibus diſtribuendum confici procurabat & prouidebat, Præpoſiti horrei, in quibus fiſcales ſpecies deponuntur, qui videntur fuiſſe ſub diſpoſitione Præfecti vrbi, ad cuius curam ſpectabant horrea, *leg. 1. & 2. infr. de frument. vrb. Conſtantin.* quæ ad Præfectum vrbi diriguntur, *l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præfect. vrbi,* docent Pancirol. *in Not. Occid. cap. 17.* Buleng. *lib. 6. de Imp. Rom. c. 5.* Iuret. *ad Sym. d. lib. 3. ep. 55.* tempore Caſſiodori iam videntur horrea in deſuetudinem abiiſſe, cùm legamus *lib. 3. epiſt. 29*, Paulino concedi horrea vetuſtate deſtructa, *quia,* inquit, *nunc vſui publico minimè neceſſaria eſſe monſtratur, nec aliqua ibidem eſt ſpecies, quæ ad fiſcum pertinet congregata.*

12 Frumentum verò & reliquæ ſpecies & copiæ publicæ, quæ in his horreis reponebantur, vno vocabulo dicta ſunt *condita* ſubſtantiuè. Nomen fuit illa ætate generale ſupradictas ſpecies horreaticas comprehendens, *d. l. 4. de erog. mil. ann.* ibi, *de conditis ſumant, & l. 5.* ſtatim ſequenti *illo tit.* ibi, *ſpecies quas ex fiſcalibus conditis,* vbi malè in aliquibus codicibus exaratur *creditis, d. l. cùm nauarchorum 6. infr. de nauicul.* quæ eſt *l. 32. C. Th. illo tit. l. 1. C. Th. h. t. l. 3. C. Th. de erog. mil. ann. l. ad excludendas 9. C. Th. de ſuariis, pecur. Frumentorum condita* dixit Caſſiodor. *lib. 9. epiſt. 5. Anguſtias conditorum; & ſterilitatem conditorum.* Symmach. *lib. 7. epiſt. 76. & lib. 9. ep. 14. & lib. 10. ep. 2. & 33.* & D. Ambroſ. *tom. 5. in ſerm. Domin. 6. poſt Pentecoſt. Lucæ 15 condita, & lib. de Nabuthe, c. 4. condita militaria.* Spartian. *in Hadriano,* quod annonam militum dixerat Lamprid. *in Alexand.* vt obſeruat Caſaubon. *in Spartian pag. 21.* & Leuin. Torrent. *ad Horat. lib. 2. epiſt. 21. ad verſ. 140.* illum, *condita poſt frumenta.* Salmaſius *in d. loco Spartiani,* & ante eos Iuret. *ad Symmach. lib. 19. epiſt. 14.* quibus addes Stevvechium *in not. ad Vegetium lib. 3. c. 3.* ad illa verba, *vt pabula frumentum cæteræque annonariæ ſpecies,* qui malè *condita* accipit de loco vbi condeban-
tur annonæ, contra expreſſiſſima loca iam adducta. †In 13
hac ergo ſignificatione iam dicta ſumitur *hîc, in l. 1. infr. h. t.* non vt Accurſ. voluit, *conditis,* id eſt, repoſitis, quem ſequitur Valenzuel. *hîc n. 1.* & reliqui antiqui. Cùm veriùs dices de *conditis,* id eſt, de frumento, hordeo, paleis, lardo, aceto, vino aliiſque ſpeciebus, quæ publico emolumento ſunt deſtinata, & illata in publi-
cis horreis. † Et ideò emendandam cenſerem literam 14
noſtri tituli, & ita eſſe ſcribendum, *De conditis publicorum horreorum,* vel *De conditis publicis horreorum,* vt apud Symmach, *lib. 10. epiſt. 35.* legimus, *cenſuit, vt eius argentum publicis conditis redderetur.* Nam, prout vulgo noſter titulus circumfertur, non continet orationem certam, præcipuè ſi cum Stevvechio *ſuprà* ſumas vocem *conditum* pro ipſo loco, vbi condebatur annona, cui etſi non adſentiar, adhuc tamen indicatur non congruere tituli inſcriptio cum vera ſignificatione eius vocis,

His publicis horreis videntur apud nos aſſimilati 15
*los Almacenes donde ſe recoje el trigo para la gente de guerra de las fronteras cuyo cargo eſta en el proueedor general de las Armadas y tambien.* ad exemplum horum horreorum ſunt *las Trojes y al holies y caſas donde ſe recojen las rentas Reales,* de quibus eſt titulus *22. lib. 9. Recop. y los Poſitos de las Ciudades y Pueblos l. 9. tit. 5. lib. 7. Recop.* legendus Bobadilla *lib. 3. politic. c. 3. ex n. 3.* Azeued. *in l. 9. tit. 5. lib. 7. Recop. in proœm. ex n. 1. & in l. 3. num. 3. & ſeq. tit. 3. lib. 1. Recop.* & dicemus *in tit. infr. de frument. vrb. Conſtant. & de annonis ciuilib.*

## LEX I.

### *Impp.* VALENTINIAN. & VALENS AA. *ad Voluſianum. PP.*

Omnia quæ in horreis habentur, expendi volumus, ita vt non priùs ad id frumentum extendatur expenſio quod ſub præfectura tua vrbis horreis infertur, quàm vetera condita fuerint erogata, etſi fortè vetuſtate ſpecies ita corrupta eſt, vt per ſemet erogari ſine querela non poſſit: eidem ex noua portione miſceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fiſco non faciat. Ad iſtud autem negotium arbitratu ac iudicio tuo nobilis, prudens, fidelis, optimè ſibi conſcius, pro integritate mentis apponatur cuſtos, ac menſor, qui vel frumenta modio metiatur, vel iuſtis æſtimationibus colliga[illegible] ha-beantur in condito.

### *SVMMARIVM.*

1 *De ſubſcriptione huius legis, quomodo congruat cum inſcriptione,* & n.2.

3 *Frumentaria largitio Romanis frequenter in vſu.*

4 *Contra hanc deciſionem ponuntur varia argumenta, quibus probatur immixtionem rei corrupta cum incorrupta & pura iniquiſſimam eſſe,* & num. 5.6. & 7.

8 *An ſit licitum merces corruptas commixtas cum incorruptis vendere.*

9 *Deceptio qua aliquis vendit rem deterioratam & commixtam, eſt illicita, & contra conſcientiam.*

10 *Quando error eſt in materia, an valeat venditio ſicut ſtipulatio, explicatur* l. ſi id quod aurum 22. ff. de verb. oblig. *cùm alijs legibus remiſſiuè*, & numer. 11.

12 *Agitur de intellectu* l. in cauſæ 16. §. idem Pomponius ff. de minorib. *& quomodo accipiendum ſit,* naturaliter licitum eſſe ſe circumuenire, *&* n. 13. & 14.

15 *Valenzuelæ ſententia proponitur, qui noſtram legem intelligebat de licita & iuſta velatione frumenti, & reijcitur,* & n. 16.

17 *Contra iuſtitiam eſt vendere rem vitioſam eo pretio, quo venderetur, ſi vitium non haberet.*

18 *Romani ad noſtram legem intellectus refertur, & reijcitur.*

19 *Parladorij interpretatio accipientis noſtram legem de erogatione militaris annonæ*, & numero 20. & 21.

22 *De frumentaria largitione publicè ciuibus facta*, & n. 23. & 24.

25 *Quando cœperit diſtribui panis coctus loco frumenti populo Rom. detegitur Salmaſij lapſus, & explicatur Vopiſcus in Aureliano, & demonſtratur auctorem panis cocti diſtribuendi fuiſſe Conſtantinum*, & n. 26.

27 *Panes gradiles ciuiles & fiſcales qui olim fuerint.*

28 *Vera interpretatione donatur lex noſtra.*

29 *Expenditur* l. 1. Cod. Th. de canone frum. Vrb. Rom. *& tentatur eius deciſionis ratio.*

30 *Damnatur traditio Bobadillæ, & Alfari, aientium poſſe frumentum corruptum vicinis ciuitatum à Decurionibus vendi.*

31 *Menſoris officium, & Collegium Menſorum, quæ fuerint. Dicti etiam* Claudicarij & Portuenſes.

32 *Nobilis in officij adminiſtratione alijs non nobilibus eſt præferendus.*

33 *Encomium Collegij Maioris Conchenſis, laudatur eius fundator, referuntur, eorum Collegarum nomina, qui in Collegio erant tempore quo Auctor eius prabendam adeptus eſt.*

1 DE ſubſcriptione Conſulum huius legis ſæpiùs dubitaui. Nam lata videtur Ioniano & Varroniano Conſulibus, qui tamen fuerunt ante Imperium Valentiniani & Valentis, quos huius legis auctores inſcriptio demonſtrat. Cùm tamen Varronianus in conſulatu comes fuerit Patri Ioviano, vt docet Ammian. Marcell. *lib. 25. ad fin.* his verbis *Et cum introiſſet Ancyram Imperator, conſulatum inijt adhibitio in ſocietatem trabeæ Varroniano filio ſuo admodum paruulo, cuius vagitus pertinaciter reluctans ne in curuli ſella veheretur ex more, id quod mox accidit portendebat*, in id quoque conſentit Caſſiodor. *in*
2 *Chron.* & cæteri, Eutropius *lib. 10. in fin.* † Quare exiſtimo hanc legem tuliſſe Iouianum, ſed præmatura eius morte non potuiſſe publicari, & ideo ſequentes Imperatores id effeciſſe, cùm in ipſo conſulatu ſuo obierit, vt teſtatur Socrates *lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 36.* ita in pluribus legibus licet animaduertere quæ latæ dicuntur à Valent. & Valente, cum ſubſcriptione tamen conſulatus Diui Iouiani & Varroniani, *l. prædia 3. cum ſeqq. C. Th. de piſtorib. & Catabolenſib. l. ſi qui 6. Cod. Th. de Medicis & profeſſor. l. vniuerſa 8. C. Th. de iure fiſci, l. indicibus 32. cum ſeqq. C. Th. de appellat. & pœn. l. 1. C. Th. de annon. ciuicis, cum l. ſeq.* & aliis quas conſultò omitto. Quod ſi ita non eueniſſet, non potuiſſent dici ſub eo conſulatu eæ leges factæ, cùm contigerit ante Valentiniani Imperium. Sic lex Iulia à Iulio Cæſare nomen ſortita eſt, quia ex præcepto eius lata dicebatur, vt dixi *lib. 2. obſeru. c. 5. n. 3.* cùm tamen ab Auguſto verè fuerit lata, hæc de ſubſcriptione. Nunc ad legis diſcutiendam hypotheſim accedamus.

Cùm in horrea frumentum condi diximus tum 3
ad milites paſcendos, tum ad frumentationem populo exhibendam deſtinabatur, vt conſtat ex Vegetio *lib. 3. de re milit. c. 3.* iunctis quæ tradidimus *ſup. in rub.* Nam frumentaria largitio ad conciliandam plebem Romanis ſolemnis fuit, vt obſeruant Caſaubon. *in Sueton. Aug. cap. 42.* vbi etiam Beroal. & Torrent. Lipſius *lib. 1. elector. c. 8. & lib. 2. de magnit. Rom. cap. 10.* Bulenger. *lib. 6. de Imp. Rom. c. 9.* cum aliis à nobis allegatis *lib. 3. obſeru. c. 4. n. 27. & ſeq.* & poſt noſtra ſcripta Cabreros *de metu lib. 2. c. 1. num. 65.* Cúmque hoc in arbitrio Senatus eſſet poſitum, leges ſunt latæ, quibus ſtatuta eſt frumentatio, effectáque perpetua, quarum legum Auctores fuerunt Gracchus, & M. Cato, teſtibus Plutarch. in eis, & in Cæſare Appian. *lib. 1. de bello ciuil.* & Floro *lib. 6.* Idem mos ſub Cæſaribus fuit, creuit ſub Traiano, Hadriano & Antonino, vt in eis narrāt Capitolin. & Spartian. & Plin. *in Panegyr.* Quod & de Seuero idē Spartian. refert rei frumentariæ, quam minimam repererat, ita conſuluiſſe, vt excedens vita ſeptem annorum canonem Pop. Rom. relinqueret, ita ſequentes Imperatores effecerunt, horreis publicis frumenta condentes. Vnde cùm tempore huius legis frumentum diſtribuendum eſſet, conſtitutum eſt, vt primùm expendantur vetera, deinde noua, etſi fortè vetera corrupta ſint, nouorum commixtione tale vitium corrigatur.

Sed contra hanc diſpoſitionem ſtatim ſeſe offert ar- 4
gumentum falſi crimen incurri, ſi frumentum nouum, & quod nullam habet corruptionem, cum vetere & corrupto miſceatur. Nam ſi ſpecies bona cum deteriori alia mixta vendatur, tendit in maximum reipublicæ damnum, cùm emptores grauantur & falluntur contra bonæ fidei regulas, quæ in contractu emptionis ſolent interuenire, *l. 3. §. ſed ſi quis merces, ff. de crim. ſtell. l. ſæcular. 7. iuncta gloſ. ibi, de extraordin. criminib. l. 1. verſ. ſimili, ff. de effract. l. quæritur 54. §. fin. ff. de ædil. edict.* quod iure noſtro clariùs eſt animaduerſum *l. 1. tit. 7. part. 5.* ne ſcilicet triticum cum terra, vel alio ſemine, aut tritico corrupto miſceatur, *leg. 3. tit. 5. lib. 1. Recop.* vinum vetus cum muſto, *l. 1. tit. 10. lib. 3. fori, l. 8. verſ. otro ſi, tit. 16. part. 7.* aut vinum mixtum pro mero, *l. 8. & 9. tit. 17. part. 7.* cera corrupta cum incorrupta, vel alia mixtura, *leg. 8. & 14. tit. 18. lib. 7. Recop.* ſericum quod dicitur *fino, con la ſeda ocal, l. 25. tit. 12. lib. 5. Re-*
*copil.* † Docent plures ex noſtris, quos latè cumulauit 5
Narbona *in d. l. 25. Recop. gloſ. 1. tot.* & præter eos videndi Parlador. *in ſexquicent. differ. 132. §. 1. toto.* Cened. *can. quæſt. 33. num. 24.* Gratian. *deciſ. 184. num. 4. & in addit. numero 1. & tom. 4. diſcept. cap. 626. à numero 16.* Aponte *de poteſt Proreg. tit. 2. num. 17.* Bobadill. *lib. 3. polit. cap. 3. n. 41. & ſeq. & cap. 4. num. 87.* Farinac. *de falſit. q. 150. num. 57.* Item & hos, qui talia perpetrauerint, tanquam fures eſſe puniendos, vel ad triremes, vel ad fuſtes, vel alia qualibet graui pœna arbitraria, voluerunt plures, quos refert Caball. *reſol. crim. cap. 177. num. 2. & 4.* & Valenzuel. *hîc num. 4.*
† qui ponunt exemplum in illo, qui pro auro præſti- 6
tit æs, vel aurichalcum, vel pro argento ſtannum

falſam

falſam monetam pro vera, & proba; crocum cum car-
ne bouilla mixtum, & aliæ huiuſmodi fraudes, quas
malitia iniquiſſima hominum adinuenit. Confert
Plato *dialog. 11. de legib.* vbi ait, *Eum qui legi non ob-
temperauerit, remque adulteratam vendiderit, quicumque
aduertit, poſtque arguat, & quicumque coram magiſtra-
tu redarguerit, cuius verò ſi accuſare neglexerit, quaſi
Dijs ſuſtulerit, improbus habeatur. Huius autem rei qui
deprehenſus fuerit manifeſtè venditor, non ſolùm reipſa
priuetur, verùm etiam tot verberibus publicè cædatur, quot*
7 *drachmis vendebat.* † Quapropter huiuſmodi fraudi-
bus occurrendum eſt, & illis quas faciunt panificæ
& piſtores, qui panem malè coctum exhibent, ex Bo-
badill. *lib. 3. cap. 4. numero* 87. *& ſeq.* & alij ſimiles
homines, prout ſunt paſtelarij caupones, qui carnes
& morticina commiſcent, hordeum cum paleis &
puluere, vinum cum aqua, in quos grauiter eſt ani-
maduertendum, vt ipſe docet, & ita vidi in Regia Gra-
natenſi Curia punitos pœnis pecuniariis non immo-
dicis, & priuatione officij, homines, qui ſaponem
conficiebant, quod cum ſulphure & arena commiſce-
bant, ex quo tinctoribus ſerici & aliis rebus grauia
incommoda & præiudicia intulerunt.

8 Quæ rationes cùm ſint veriſſimæ, coëgerunt In-
terpretes variè legis huius explicare decretum, & in
primis antiqui, Bar. Bald. Ang. Rebuff. & Platea in
ea fuerunt ſententia, vt exiſtimauerint licitum eſſe
merces corruptas immixtas puris & probis vendere,
nec peccare ita vendentem, quod tanquam ſingulare
plenis manibus acceperunt Ant. Corſet. Gerard. Ri-
pa, Aufrer. Auiles, relati, à Bobadill. *d. lib. 3. c. 3. n. 41.
lit. A.* (quos ipſe ſequi videtur) Narbona *d. gloſ. 2. n.* 10.
Caball. *ſupr. caſ.* 80. *num.* 1. Cened. *can. quæſt.* 33. *n.* 24.
& in ea opinione fuit Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 7 part. 5.*
9 *verb. ni voluiendo.* † A qua tamen ſententia diſcedere
debet qui conſulit ſaluti ſuæ animæ, quia deceptio
huiuſmodi continet peccatum, & in foro conſcientiæ
venditor tenebitur damnum reſarcire, vt docuit D.
Thom. 2. 2. *q.* 77. *art.* 3. & Soto *de iuſt. & iur. lib. 6. q. 2.*
quos ſequitur Menoc. *de arbitr. caſ.* 382. *num. fin.* Mo-
lin. 2. *tom. de iuſt. diſp.* 353. *tota*, confert Villalob. 2.
*part. ſumme, tract.* 21. *diff.* 13. Rodriquez *in ſum ca-
pit.* 176. tum quia eſt contra bonam fidem, quæ in
huiuſmodi contractibus adeſſe debet, *leg. 3. §. fin. ff. pro
ſocio, leg. & ideo 23. ff. locati*, tum quia ſit contra na-
turam cum alterius damno locupletior fieri, *leg. nam
hoc 4. ff. de condict. indeb.* & contra iuſtitiam commu-
tatiuam, quæ æqualitatem in re & pretio exigit, iuxta
Ariſt. *lib. 5. Ethicor. cap. 5. & lib. 1. politic. cap.* 6. & do-
cent Soto *vbi proximè quæſt. 3. art. 1.* & Leſſius *de iuſt.*
10 *& iur. lib. 2. cap. 21. dub. 11.* † Et ideò cùm verum ſit
quòd ſi error ſit in materia quæ væniit, veluti ſi ego
putem annulum eſſe aureum, cùm verè ſit æneum,
aut vinum cùm ſit acetum, non valere venditionem,
*l. in venditionbus 9. §. fin ff. de contrab. empt.* & quam-
uis ex ſpeciali ratione valeat ſtipulatio *in leg. ſi id quod
aurum 22. ff. de verb. oblig.* quia ſtipulator habet cau-
ſam lucratiuam, cùm nihil expendat promiſſori, ad-
huc tamen datur exceptio doli mali, quia ſcienter feſel-
lerit, *in dict. l. ſi id quod.* Tamen in emptione nimia eſt
pretij inæqualitas, quæ à iuſto rei valore differt, vt
ad explicationem illorum iurium notarunt Donell.
*lib. 12. com. cap. 7. & in d. l. ſi id quod, num.* 4. & Giphan.
& Cuiac. *ibidem.* & quamuis dicatur valere emptio *in
l. ſi ſterilis 21. §. quamuis, ff. de act. empt.* de ea difficul-
tate conſule Hotoman. *lib. 18. epitomat. in Pandect.
tit. 1. n. 11.* Duar. & Cuiac. *in dict. l. ſi id quod & lib. 2.
obſeru. c. 5.* Robert. *lib. 1. animad. c. 4.* Morl. *in emp. tit.
de contrab. empt. in præmiſ. n.* 20. Oſvvald. *ad Donell. lib. 12.*
11 *c. 20. lit. H.* † Tamen competit emptori actio ex em-
pto, vt conſequatur id quod ſua intereſt deceptum
non fuiſſe. Nam omnes leges in hoc conueniunt deci-
pi emptorē, *l. qui officij 62. §. 1. de contrab. empt. cum alijs.*
At hæc deceptio apertè eſt cōtra naturalē charitatem
& veritatem, quam quis proximo ſuo debet, quæ gra-
uior erit cum damno & præiudicio proprij patrimo-
nij, cùm etiam ſimulatio ſit peccatum, vt luculenter
docet Marquez *lib. 1. del Gouernador c.* 14.

Neque contrarius eſt huic reſolutioni Vlpian. *in l.* 12
*in cauſa 16. §. idem Pomponius, ff. de minoribus*, vbi ex
Pomponij auctoritate docet contrahentibus naturali-
ter licitum eſſe ſe decipere in pretio emptionis &
venditionis, quo argumento vtitur Rebuff. *hîc num.* 2.
ad probandum fiſcum vendentem poſſe decipere in
ſpecie noſtra. Nam præterquam quòd *in præſenti* non
agitur de deceptione, neque ad rem adduci poteſt
*dict. §. idem Pomponius*, ſpecies, cùm *ibi* agatur de dece-
ptione in pretio, nos de deceptione in re vendita. Ad
eam auctoritatem reſpondere conantur Pinell. *in l. 2.
C. de reſcind. 1. part. cap. 1. num.* 32. Cuiac. *lib. 34. ad edict.
Paul. in leg. 22. §. fin ff. locati.* Petr. Faber *in l. iure natu-
ræ. 206. de reg. iur.* Ant. Faber. *lib. 7. coniect. c. 12. & lib. 8.
cap.* 5. Oſvvald. *ad Donell. lib. 15. c. 40. lit. C. in fin.* Mo-
lin. *de iuſt. & iur. 2. tomo diſp.* 350. Leſſius *eod. tract. lib. 2.
c. 21. dub. 4. n.* 23. Rodriquez *lib. de reddit. lib. 1. q. 11.*
*num.* 6. † Sed meliùs id explicuit Paulus *in leg. item ſi* 13
*pretio 22. §. fin ff. locati, cum leg. ſeq.* vt illa circumuen-
tio inter contrahentes *naturaliter*, id eſt, ex natura ip-
ſius contractus veniat, non verò ex dolo, aut machi-
natione, ſed reipſa ſe inuicem grauare, putà quod plu-
ris eſt emendo minoris, aut quod minoris eſt venden-
do pluris, quod ſatagit vterque contrahens, & ea fraus
toleratur, quia modica, & quæ non excedit modum in
iure definitum, vt ne venditor fraudetur dolosè, *leg. 3.
§. fin. ff. pro ſocio, leg. ſi circumſcripta 6. C. ſolut. matrim.*
Sed cùm eo voto emptor accedat vt viliori pretio
emat, vt bene rem ſuam gerat, venditor autem vt ca-
riùs vendat, in quo emptor rem abiicit, nil valere af-
firmat, contemnit, omnibúſque modis rem annihi-
lat, fingítque iam ſe nolle emere. Contra verò ven-
ditor magnificat, laudat, commendat, tandem poſt
cunctationem multam paulatim de pretio detrahit,
emptor adiicit, vt ita commodiùs quiſque contrahat.
In hoc licita erit deceptio, *l. ſi voluntate 8. Cod. de re-
ſcind. vend.* vt rectiſſimè, vt ſolet, aduertit Cuiac. *ſup.*
† At verò rem dare vitioſam pro bona, frumentum 14
vitio affectum cum optimo commixtum, ita vt emptor
rem bene affectam intelligat ſe emere, quam tamen
non emiſſet, ſi eſſet de vitio certioratus, *y que al fin le
venden gato por liebre.* vt eſt in prouerbio, hoc minimè
fieri poterit abſque peccato, & contra bonam fidem
contractus.

Neque ad rem pertinet, ſi dicas cum Platea *num. 4.* 15
*verſ. ſed in frumento.* Valenzuel. *hîc n. 4. & 5.* deceptio-
nem, de qua *in præſenti*, non eſſe intelligendam de do-
loſa, & velata, ſed de licito & iuſto velamento, quod
non ſinat notam ſpeciē corruptam euaneſcere, & pe-
rire ipſi fiſco, vt planè periret, ſi eidem ſpeciei corru-
ptæ non immiſceretur ſpecies non corrupta, quia res
ipſa & ſubiecta materia ſatis indicant talem eſſe hu-
iuſmodi immixtionem, quam vel viſu, vel tactu,
guſtu, vel odoratu poſſit optimè percipere is, qui
huiuſmodi ſpecies corruptas emit, vel aliter à fi-
ſco accipit, quod indicare dicunt, noſtra lex illic
*etſi fortè vetuſtate ſpecies corrupta ſit, vt per ſemet ero-
gari ſine querela non poſſit.* Quaſi clarè ſignificent
talem eſſe commixtionem corrupti cum non cor-
rupto, quæ non ſinat poſſe iuſtam aliquam quere-
lam proponi, atque ita loquitur lex, quando ceſ-
ſat omnis fraus & præiudicium, quod aliàs doloſa oc-
cultatione prouenire ſolet. † Hæc ſunt verba doctiſſi- 16
mi Valenzuelæ, quæ deſcribere contra meum mo-
rem volui, quia cùm ſcripta illius viri cum graui
damno literariæ Reipublicæ perierint, ita vt vix
aliqua

aliqua fragmenta excuſſionis ſuper hoc libro decimo extent, lector inſpiciat viri illius acumen. Verùm etſi hæc interpretatio antea fuerit Antiquorum, & ſequatur etiam Bobadill. *dict. libro* 3. *capit.* 3. *numer.* 40. Non ob id quod euitemus damnum fiſci, debet fieri. aliis præiudicium, *leg. vnic. §. cùm autem* 13. *Cod. de caducis toll.* Nec quia emptor poteſt inſpicere, aut ſubolfacere merces corruptas eſſe, vel vitioſas, ideo debuit permitti venditoribus tales fraudes & deceptiones, præſertim, quia non ita facile diſcerni poteſt immixtio, imò minimè diſcernitur, et ſi ſingula grana in ſua ſubſtantia durent, *argum. leg. ſi alieni* 78. *ff. de ſolution.* Neque immixtio illa ita palam fit, vt illico animaduertatur & queratur emptor. Quid enim ſi centum modiis frumenti probi adiiciantur viginti corrupti. Nonne contra iuſtitiam erit pro illis corruptis tantum
17 dare pretij, quantum pro incorrupto. † imò contra iuſtitiam erit vendere rem habentem vitium in qualitate, aut quantitate eo pretio, quo venderetur ſi omni defectu careret, vt docet D. Thom. *d. quæſt.* 77. *art.* 12. Leſſius *de inſt. dict. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 11. *num.* 82. *in princ.* Qui licèt aſſerat venditorem non teneri exprimere vitium rei niſi interrogatus. Mihi verius videtur peccare talem hominem, quia facto & dolo proprio mentitur rei bonitatem, atque ita tenebitur ab reſtitutionem eius pretij quod pro re vitioſa & velata ſcienter accepit, vt docet quoque Narbon. *ſupr. num.* 12. & conſentit Molin. *d. diſp.* 353. *verſ. dubium eſt, & verſ. media autem.*

18 Quapropter Roman. *in leg. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matr. num.* 32. *verſ. ad probatur*, accepit legem noſtram ſpecialiter de fiſco, vt licèt prohibita ſit mercium corruptarum cùm incorruptis immixtio, *d. leg. ſaccularij*, cum aliis, *de extraordin. crim.* tamen ea regula fallat in venditione facienda ex publico, quam explicationem ſequitur cum aliis Narbona *d. gloſ.* 2. *numer.* 17. Sed eam reputo non veram, cùm nihil de venditione in præſenti dicatur, ſed de erogatione, ſeu expenſione quæ diuerſa ſunt, *tit infrà de erogat. milit. annon.* erogare etenim eſt diſtribuere, elargiri, præſtare, expendere, *leg. ciuitatibus* 101. *ff. de legat.* 1. *l. fin. ff. de petit. hær.* docent Schard. Caluin. & alij *verb. erogare.* Parlador. *ſupr. dict. diff.* 132. §. 1. *num.* 4. *&* 5. Neque quod in venditore doloſo punibile erat, & ſeuerè coërcendum, id debeat fiſco permitti, cum damno ſubditorum iuxta ea quæ conſidero *lib.* 1. *obſeru. cap.* 1. *n.* 95. *& ſeq.* præſertim cùm lex ipſa ſemper attendat ne tales fraudes committantur in ſpeciebus, quæ ſic de publico venduntur, *leg.* 1. *§. cura carnis, ff. de offic. præf. vrb. leg.* 14. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil.*

19 Rectiùs videtur callere veritatem ea explicatio, quam tradit Parlador. *d. diff.* 132. §. 1. *num.* 4. & fuit de mente Plateæ *num.* 2. & Rebuffi ante *num.* 1. *hîc*, qui noſtram legem accipit de frumento in horreis publicis recondito, quod militibus erogabatur. Nam mors ait fuiſſe Imperatoribus vltra ordinaria ſtipendia militibus annonas liberalitatis & munificentiæ cauſa, vt eos ſibi deuotos haberent & propitios, idque *Donatiuum* dicebatur, ad quod frumentum, & aliæ ſpecies recondebantur in horreis, vt ſuo tempore erogarentur in milites, atque ita ſtatuitur vt miſceatur corruptum cum incorrupto, iure ſingulari, fauore fiſ-
20 ci, quod non eſt trahendum ad conſequentias. † Quæ interpretatio adhuc non adaptatur huic legi, in qua de erogatione militaris annonæ verbum nullum eſt, nec quia erogationis verbo vſa ſit, de ea accipienda eſt, quæ militibus fiat tantùm. Ruſſus quia annona militaris erat alimonia, quæ militibus dabatur, quæ in frumento, pane, vino, larido, & oleo, & aliis rebus conſiſtebat, *leg.* 1. *cum aliis, infrà de erog. milit. ann.* cum traditis à Cuiac. *in rub. ſuprà de annon. & trib.* Hæc autem præſtabantur militibus, non gratioſè ſed tanquam debita & neceſſaria, *leg.* 2. *ſupr. de exact. trib. leg. fortiſſimi* 6. *infr. de erogat. mil. ann. iuncta leg. iubemus* 16. *eod. tit.* Quapropter non rectè Imperatores facerent, ſi corruptum triticum erogaſſent; cùm tamen incorruptas merces eis præſtari debere dicit *l.* 2. *inf. hoc tit.* ibi, *Vt deuotiſſimis militibus deputata incorrupta ſpecies præbeantur.* † Accedit quòd erogatio mi- 21
litaris annonæ non fiebat manu Præfecti vrbi, ad quem loquuntur Imperatores *hîc, & in l.* 1. *infr. de canone frum. vrb. Rom. & in l.* 1. *C. Th. de frument. vrb. Conſtant.* Sed manu Præfecti prætorio, ad quem etiam rei militaris cauſæ pertinuerunt, vt dicemus *in tit. infr. de decurion. in leg. fin.* & conſtat ex inſcriptionibus omnium legum, *tit. infr. de erogat. mil. ann.* vel ad Magiſtrum militum, poſtquam ille magiſtratus à Conſtantino creatus in rebus bellicis.

Quare ego noſtram legem accipiendam puto de 22
erogatione, & expenſione frumenti, quæ largitate Imperatorum fiebat quotidie, vt *ſuprà* tetigimus *n.* 1. *&* 2. Nam ad populum alendum horrea illa publica conſtituebantur, ad quæ prouinciales frumentum & reliquas ſpecies fiſcales conferebant (quod Canonem frumentarium, id eſt, anniuerſariam præſtationem vocat, *tit. infr. de canone frument. vrb. Rom.* vt *ibi* notauit Cuiac.) eæque poſtea gratuito populo exhibebantur, *leg.* 2. *infr. de canone frum. vrb. leg.* 2. *infr. de annon. ciuil.* Nam Petr. Clodius Trib. Plebis effecit, Aſconio teſte *in orat. pro Milone*, Annonaria lege lata ſummè populari, vt frumentum populo gratis daretur, quod antea ſemiſſe æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur. Ex quo tempore gratis dari cœpit frumentatio. Sueton. *in Cæſar. cap.* 41. ibi, *Recenſum populi nec more nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit, atque ex viginti trecentiſque millibus accipientium frumentum è publico ad centum quinquaginta retraxit.* Idem *in Aug. cap.* 40. ferè eiſdem verbis. *Populi recenſum vicatim egit, ac ne plebs frumentationum cauſa frequentiùs à negotijs auocaretur ter in annum quaternûm menſium teſſeras dare deſtinauit, ſed deſideranti conſuetudinem veterem conceſſit rurſus, vt ſui cuiuſque menſis acciperet.* † Sed quia hoc præclarum inſtitutum frumen- 23
tationis ferè ſemper otioſum hominum fuit, quia, vt ait Senec. *lib.* 4. *de benefic. c.* 28. ibi, *Frumentum publicum tam fur, quàm periurus & adulter accipiunt, & ſine delectu morum quiſquis ciuis eſt*, & inde neglectum negotiandi ſtudium ſpretamque agrorum curam Auguſtus tollendi omnes frumentationes cœpit impetum (vt idem Sueton. *ſup. cap.* 42. ſcribit) quòd earum fiducia cultura agrorum ceſſârat, neque tamen perſeueraſſe, quia certum haberet poſſe per ambitionem quandoque re-
ſtitui. † Creuit hæc frumentatio ſub Imperatoribus 24
vſque ad Conſtantinum Magnum, qui cœpit domatim frumentum diſtribuere in pane cocto, vt docemur ex *l.* 1. *infr. de frument. vrb. Conſtantin. leg.* 1. *infr. de annon. ciuil. leg.* 8. *&* 9. *Cod. Th. eod.* & Suida *verb. Palatini*, & poſtea auxit Theodoſius maior *in l. pen. C. Th. de annon. ciuicis, iuncta dict. leg.* 1. *infr. de frum. vrb.*
*Conſt.* † Ex quo detegitur lapſus Salmaſij *in not. ad Vo-* 25
*piſc. in Aurelian.* qui ſcribit apud doctiſſimos ſolere dubitari quando cœperit diſtribui Populo Rom. panis loco frumenti, & ipſe opinatur id inſtituiſſe Aurelianum, motus Vopiſci auctoritate in eo, qui cùm ad bellum orientale proficiſceretur, bilibres coronas populo promiſit, ſi Victor rediret, & *cùm aureas populus ſperaſſet, neque Aurelianus aut poſſet, aut vellet, coronas eum feciſſe de panibus, qui nunc ſiliginei vocantur, & ſingulis quibuſque donaſſe*, hic enim locus non euincit Salmaſij opinamentum, ſed hac cautela Aurelianum ſubterfugiſſe, vel eluſiſſe promiſſionem, nam cùm coronas promiſiſſet, nec diceret aureas, vel argenteas, dedit ſiligineas in modum coronæ, apud nos *ſon las Roſcas como en Andalucia las de Vtrera y eſtas de pan florcado*

pan

26 *pan regalado pan blanco.* † At Conſtantinum id inſtituiſſe clariùs edocet *dict. leg.* 1. *i fr. de frum. vrb. Conſt.* illis verbis, *Nulli frumentum de horreis publicis pro annonæ penitus præbeatur, ſed integer canon mancipibus conſignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda, ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Conſtantino præſtitus, necnon à Diuo pietatis meæ auo Theodoſio auctus expendi*, facitque *dict. leg. annonas* 8. *& leg. ſeq. Cod. Th. de annon. ciuic.* ibi, *Annonas ciuicas non tam titulus dignitatum, quàm ſingulorum viritim meritis adtributas ſſ. Conſtantini liberalitate, ſat claruit.* Hunc morem reliqui obſeruarunt Principes, vt ex Caſſiodor. conſtat *lib.* 11. *epiſt.* 5. & docet Cuiac. *in præſ. & in d. l.* 1. *de frum.* vbi & nos dicemus. Pancirol. *ad Not. Imp. Orient. c.* 26. *& lib.* 2. *var. cap.* 209. & apud nos obſeruatur, ex *l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7.
27 *Rec.* vbi Azeued. *cap.* 6. *n.* 12. † Huiuſmodi panes dicti ſunt ciuiles, vel ciuici, quia vel ex publico dabantur, vel ciuilibus erogabantur, ita ſimiliter dicti *Gradiles*, quia ex quibuſdam gradibus diſtribuebantur, & fiſcales, quia è fiſco, vt tradunt Lipſ. *de magnit. Rom. lib.* 2. *c.* 10. *ad fin.* Cuiac. *hîc, & in l. hac edictali* 6. §. *his illud. Cod. de ſecund. nuptijs*, Demſter *ad Roſin. lib.* 7. *antiq. cap.* 38. *circa medium.* Salmaſius *ad Vopiſcum ſup. fol.* 374. Forner. *in notis ad Caſſiodor. lib.* 9. *epiſt.* 5. Buleng. *lib.* 6. *de Imp. Rom. c.* 14. *& c.* 15. *ad fin.* & nos dicemus *in l.* 1. *infr. de frum. vrb. Conſt.* Hucque pertinet Prudentij locus *ibi.* 1. *contra Symmach.*

*Et quem pœnis alis gradibus diſpenſus ab altis.*

& totus titul. *Cod. Th. de annonis ciuicis, & pane gradili*, & Caſſiodor. *d. epiſt.* 5. videas etiam Azeued. *in d. l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7. *Recop. in proœm. n.* 10. Atque ita in veteri numiſmate apud Baron. 2. *tom. ann.* 201. *n.* 1. videtur liberalitatis effigies in gradibus altis collocata hominibus aſcendentibus panes præbere.

28 Quare cùm huiuſmodi præſtatio tempore iam Valentiniani & Valentis daretur in pane cocto, vt *ſuprà* probauimus, faciliùs & minus clariùs fieri potuit immixtio frumenti corrupti cum incorrupto, & cùm præſtatio illa fuerit gratuita, factáque ſola liberalitate Imperatorum, qui populo tale beneficium exhibebant, non mirum, ſi licitè eam immixtionem facere potuerint, nam qui gratis dat, ad nullam obligationem tenetur, *l. liberalitatis* 16. *ff. de vſur.* & donationes liberæ debent eſſe, vt ait Caſſiod. *lib.* 9. *epiſt.* 18. neque ex ſua largitate conueniendi ſunt Imperatores, cur corruptum frumentum exhibuerint, cùm liberum eis fuerit non dare, vt tentauit Auguſtus *apud Sueton. c.* 42. & Nero *apud Tacit. lib.* 15. *annal.* ibi, *Qui diſſimulandis rerum externarum curis frumentum plebis vetuſtate corruptum in Tiberim iecit, quo ſecuritatem annonæ ſuſtentaret.* Inuitus itaque donator ad nihil obligatur, neque damnum accipere debet à ſua liberalitate, *l.* 2. *C. de euictio.* cum adductis à Paulo *lib.* 5. *ſentent. tit.* 11. §. *inuitus.* Vnde cùm in caſu ſpeciali liberalitatis principalis loquatur lex noſtra, non debet ad alios caſus extraneos porrigi, in quos neceſſitas & obligatio cadit, & fraus damnatur, cùm ille, qui donat & elargitur,
29 non teneatur, quemadmodum ſi venderet. † Hucque videtur ſpectare deciſio *l.* 1. *C. Th. de canone frument. vrb. Rom.* vbi ſtatuitur ne panis peſſimus populo detur, & vt menſores ſola ducenta millia modiorum integri atque intemerati leuioribus pretiis cogantur vendere piſtoribus, quod nulla alia ratione factum, niſi vt querelis popularibus ſatisfieret. Nam iidem Imperatores & ſub eiſdem Conſulibus Auctores ſunt
30 eius legis. † Vnde mihi non probatur ea praxis, quam adducit inter priuilegia depoſiti publici. Bobadill. *lib.* 3. *politic. capit.* 3. *numer.* 40. *&* 50. *verſ. el quinto*, & eo non relato, Alfaro *de offic. fiſc. gloſ.* 16. *num.* 39. qui aiunt Concilium ciuitatis poſſe compellere vicinos vt emant frumentum depoſiti corruptum. Nam lex noſtra id non probat, imò inſinuat id fieri non poſſe, illis, *vt erogari ſine querelâ non poſſit*, & tale priuilegium nuſquam reperitur, nec nos debemus illud fingere, & ſibi imputent Decuriones, ſi tam malè adminiſtrauerint, vt frumentum corrumpi patiantur.

Ait lex noſtra, *Ad iſtud negotium nobilis prudens,* 31
*apponatur cuſtos & menſor.* Menſoris officium præcipuum fuit in re frumentaria, & Romæ fuit menſorum Collegium, qui frumentum metiebantur ſub diſpoſitione Præfecti annonæ, vel Præfecti vrbi, & ideò pluribus priuilegiis ornati, *l. ab his* 10. §. 1. *ff. de vacat. mun.* vbi cùm in vulgatis ſcriptum eſſet, *corpus menſurarum*, rectiùs legit Haloander, *menſorum, l. menſores* 26. *de excuſat. tut. l. vnic. C. Th. de menſorib. leg.* 4. *Cod. Th. de metatis*, qui etiam dicuntur Caudicarij & Portuenſes, *in l.* 1. *C. Th. de canon. frum. vrb. Rom. & in l. ad excludendas* 9. *Cod. de ſuarijs.* Portuenſes, quia horrea erant in portibus Tiberis, & Caudicarij, quia naues quæ annonam adducebant, *Caudicariæ* dicuntur, vt dicam *in tit. infr. de naut. Tiberin. & in leg. vnic. infr. vt nemini liceat in emptione ſpec.* De menſoribus erunt videndi Pancirol. *lib.* 1. *var. c.* 64. *in fin.* Buleng. *de Imp. Rom. lib.* 6. *cap.* 64. Gutherrius *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 30. *verſ. menſores.* Gothofr. *hîc*, Schard. Caluin. & alij *verb. menſores.*

Hinc colligunt DD. Nobiles in officiis admini- 32
ſtrandis præferendos eſſe aliis, bene natos, doctiores, prudentiores, Chriſtianos antiquos aliis eam qualitatem non habentibus, vt docent Platea *num.* 5. & Gothofred. *hîc*, Auiles *in capp. præt. c.* 17. *verb. elijan. n.* 1. Maſtrill. *de magiſt. lib.* 2. *cap.* 8. *tot.* poſt Bobadill. *lib.* 1. *politic. c.* 4. *ex num.* 18. *& n.* 30. & plures relati à Barboſ. *in collect. ad Decretal. per tex. ibi in cap. de multa* 28. *de præben. num.* 15. *& ſeq.* & communitates Collegiaque maiora, quæ habent ſtatuta puritatis, & nobilitatis ſanguinis, aliis erunt præferenda, docent latè de ea re Salgado *de Regia protect.* 2. *part. capite* 9. *ferè per tot.* & maximè *numero* 49. Hermoſill. *in addit. ad Prolog. per tot. & num.* 95. *cum ſeq.* qui de proceſſionibus, ſedibus in Eccleſia, & aliis ſimilibus caſibus latè agunt, & quomodo facienda ſit compoſitio ſi oriatur aliqua controuerſia.

Locus ſanè hic aptiſſimè occaſione præbebat circa 33
defenſionem ſtatutorum puritatis ſanguinis, quæ requiritur apud nos, in adeptione Collegiorum Ordinum Militarium, & Eccleſiarum tam Cathedalium, quàm Collegiatarum, niſi iam viri docti id effeciſſent, in qua neceſſariiſſima & conuenientiſſima re non vltimam partem obtinet Illuſtriſſimus bonæ memoriæ atque felicis Dominus D. Didacus Ramirez de Haro, olim Aſturicenſis, Malacitanus, ac tandem ampliſſimæ Eccleſiæ Conchenſis Antiſtes, qui noſtrum Collegium Diuo Iacobo Zebedæo ſacrum in Salmantitenſi inclyta Academia erexit (vulgo dicitur *el Colegio de Cuenca.*) ad quod omnium Hiſpanorum primus non niſi puriſſimo ſanguine natos voluit admitti, vt conſtat ex conſtitutionum *tom.* 1. *cap.* 2. & dixi *lib.* 2. *obſeru. cap.* 6. *num.* 52. cuius præbendam, Deo annuente, obtinui die vigeſima ſecunda menſis Nouembris anni 1617. cùm Informationis Generis partem confeciſſet Don. Auguſtinus de Villa vicencio, nunc Mexicanus Auditor, partem Doctor D. Ioannes Sanchez Duque, Complutenſis Academiæ Cathedraticus S. Theologiæ, nunc Guada Laxarenſis Epiſcopus. Erant tunc in Collegio doctiſſimi, nobiliſſimi maximique nominis viri, Don. Ioannes Nieto Rector, qui poſt Veſpertinam & Decretorum Cathedras Regius Senator Granatenſis eſt renuntiatus. Dominus D. Garſia de Haro Auellaneda ex Marchionib. del Carpio, olim Academiæ Rector Clementinarum Cathedræ Anteceſſor, Valliſoletanus Senator, dein Ordinum, poſtea

ad Regium Senatum Cameræque euectus, Comes Caſtrilli factus in ſtatus Conſilio collocatus, & Indiarum Senatus meritiſſimus Præſes. Dom. Don. Didacus de Arce Reynoſo, Primarius legum in Academia, in Granatenſi regio conuentu Auditor, in Hiſpalenſi Præſes, in ſupremo Conſilio Senator, & Tudenſis nunc Epiſcopus Dom. D. Chriſtophorus de Moſcoſo & Cordoua, Clementinarum Doctor, Granatenſis fiſci Patronus, & poſtea Senator, deinde ad Valliſoletum aſſumptus in Indiarum & regio Conſilio fiſcalem diſertiſſimum agit. DD. Ioannes Baptiſta Larrea, Veſperorum legum Anteceſſor Regius Granatenſis auditor, & nunc in Reidominicæ Conſilio fiſcalis doctiſſimus, D. Ioannes Carraſco Theologiæ Magiſter & Canonicus Burgenſis, D. Antonius de Vlloa Charcenſis fiſcalis, D. Ludouicus Ramirez de Arellano Galletiæ primùm iudex ad Granatenſe prætorium in cauſis criminalibus traductus. D. Matthæus Palomares Sardiniæ Inquiſitor. Erant emeriti Collegæ, &, vt dici ſolet, *Hueſpedes*. Dom. D. Lupus de Cueuas, & Zuniga Granatenſis Senator, & nunc apud Regis noſtri latus criminalium rerum diligentiſſimus Prætor, D. D. Ioannes de Caruaial, Sande Canariæ Regens, & poſt Charcenſis aliorúmque Indiarum tractuum viſitator, D. D. Petrus de Alarcon Ocon Granatenſis, & Valliſoletanæ Curiæ in criminalibus iudex, nunc in eadem Senator, & Principatus Aſturicenſis Gubernator. Fuerunt mecum cooptati, & ad Collegium aſſumpti, DD. Ioannes de Bohorques Andrade Canarienſis Auditor, & D.D. Franciſcus Cid. de Molina, Clementinarum Cathredaticus, & Hiſpalẽſis nunc Senator. Quorum magnorum Virorum memoriæ littare volui, tum vt Collegio noſtro debitum munus impleam, tum vt poſteri fiant animoſi ad res magnas capeſſendas, cùm tam doctiſſimos nobiliſſimóſque heroes ſortiti ſint Duces, quorum exemplo incenſi Collegij honoris ſemper incumbant, & ab illo virtutis tramite nunquam deuient.

## LEX. II.

*Iidem* AA. *Anthemio Præſidi.*

Cùm ad quamlibet vrbem manſionémve acceſſeris, protinus horrea inſpicere te volumus, vt deuotiſſimis militibus deputatæ, & incorruptæ ſpecies præbeantur, nam ſi per incuriam officij grauitatis tuæ ſartorum tectorum neglecta procuratione aliqua pluuiis infecta perierint, ad damnum tuum referrentur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Horreorum publicorum cura iniungitur Præſidi.*
2 *Curatores operum publicorum, & de neceſſaria cura horreorum inſpiciendorum.*
3 *Frumenti duæ peſtes pluuia, & vetuſtas.*
4 *Rectoris culpa eſt ſi horrea non inſpiciat, & in ſyndicatu tenentur*, & n. 5.
6 *Tutor etſi proponens aliquem adminiſtrationi excuſetur, tenetur per ſe inſpicere ædificia.*
7 *Rector ciuitatis punitur ſi proponat officialem munus idoneum, & quid de iure regio.*
8 *Expenditur* leg. 6. titul. 6. lib. 3. Recopil. *quæ de locumtenentibus Rectorum loca viſitantium loquitur.*
9 *Vicarius, ſeu locumtenens Rectoris ciuitatis habet iuriſdictionem ordinariam, & vna perſona cum eo cenſetur.*
10 *An maneat correcta lex noſtra per* l. 18. tit. 6. lib. 3. Recop.
11 *De manſionibus in quibus milites expeditionis tempore manebant.*

INIVNGITVR hac lege Præſidi Pro- 1
uinciæ, vt horrea publica ſarta tecta ha-
beat, & cuſtodita, ne pluuiis infecta fru-
menta depereant, & eo damno milites
& ciues, quibus ea annona eſt exhibenda, afficiantur, quod etiam commendat IC. *in l. ſi in aliam 7. §. ædes ſacras, ff. de offic. Procon. & leg.* 18. *tit. 6. lib. 3. Recop. & c. 23. de los Corregidores*, quibus ſtatuitur, vt refectio operum publicorum attendatur; docet Auiles *in d. c. 23. Prætor.* Azeued. *in d. l. 18.* Idem etiam & in vſufructu animaduertit IC. *in l. vſufructu 7. §. quoniam, cum l. ſeq. quæ aliàs leg. hactenus ff. de vſufruct. l. cum 9. C.*
*eod.* † Ita olim curatores operum publicorum fuêre 2
qui etiam vocati curatores ſartorum tectorum in publicis monumentis. Buleng. *libro 5. de Rom. Imper. cap. 39.* Præcipuáque erat neceſſaria cura in horreis
reparandis, *l. 2. infr. de ſuſceptoribus.* † Quia duæ fru- 3
menti peſtes pluuia & vetuſtas Senec. *de breuit, vitæ c. 19.* ibi, *Simile tu putas eſſe vtrùm cures vt incorruptum à fraude aduehentium & negligentia frumentum transfundatur in horrea, ne concepto humore vitietur.* D. Auguſt. *in Pſalm. 85.* ibi, *Si amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te in loco humido frumenta poſuiſſe, qui fortè ſciret naturam corruptionis frumentorum, quam tu neſcires, daret tibi huiuſmodi conſilium, perdis quod cum magno labore collegiſti, in loco humido poſuiſti, pacis diebus iſta*
*putreſcent.* † Eſt itaque Rectorum incuriæ maximè ad- 4
ſcribendum ſi horrea frumentaria non inſpiciant, quod effecerunt Imperatores vt annonæ cõſulerent, vt de Auguſto narrat Sueton. *cap....* & ita in horreis publicis, quæ apud nos dicuntur *el poſito*, commendat Bobadill. *libro tertio politic. capite tertio numero 47. & lib. 5. cap. 10. num. 17.* & in publicis ædificiis reficiendis, ex *dict. l. 18. Recop.* notat poſt Azeued. *ibi dict. lib. 3. c. 5. numero* 17. & Auiles *cap. 23. Præt. & cap. 32. verb. de Puiar.*
Auendañ. *cap. 5. de exequen. 2. p.* † Aliàs autem in ſyn- 5
dicatu tenebitur ad exemplum curatoris, qui negligens fuit in reficiendis ædibus, aut aliis ædificiis minoris *l. 4. §. item 4. ff. de admin. rer. ad ciuit.* ibi, *ſi negligenter in diſtrahendis bonis, & §. 6.* ibi, *Qui non ſegniter officio ſuo functi ſunt*, iuncta *l. lex quæ 22. §. nec verò domum, verſ. nullúmque ædificij genus. C. de adminiſtr. tut.* quam corruptè allegat Platea, & peiùs Auiles *d. verb. puiar.*
Hoc etiam procedere exiſtimant Bart. Rebuff. & 6
Plat. *hîc.* Quòd etſi tutor alicuius magni patrimonij, vel poſitus in magna adminiſtratione excuſetur ſi negotio proponat aliquem ſufficientem actorem & adminiſtrum, *argum. l. 1. ſupr. h. tit. verſ. ad iſtud*, & probatur *in leg. argentum* 20. *ff. commodat.* Quantum verò attinet ad ædificia per ſeipſum an ſarta tecta ſint, inſpicere tenebitur, ita vt ſi id non fecerit, teneatur ad damnum, quod & Accurſ. notauit *hîc ſchol. fin.* dum ait ex negligentia officialis puniri dominum.
† Vnde Rector, ſeu Præſes ciuitatis punietur, qui of- 7
ficialem propoſuit minus idoneum, *l. vtique 16. in fin. ff. de rei vindic. leg. debet 7. §. hac autem 4. ff. nautæ caupo, leg. 3. ff. de publican.* facit *leg. 1. §. ſed ſi cum quolibet, ff. de exercit. act.* docent *ſuprà* adducti, & Azeued. *in l. 9. tit. 5. lib. 7. Recopil. c. 1. n. 4.* & dicam *in leg. nullus 60. infr. de de-*
*curion.* † Supradicta tamen apud nos ex *lege 6. verſ.* 8
*aſſimeſmo tit. 6. lib. 3. Recopil.* non habebunt locum, quia conſtitutum ſit ibi poſſe Rectores ciuitatum per ſuos vicarios & locum tenentes inſpicere ea loca, vt agnouit Valenzuela *hîc num. 3.* qui aſſerit per eam legem

mane

manere correctam hanc noſtram, quia, inquit; etſi in propriis terminis non loquatur in publicis horreis, tamen non minus verè & propriè comprehendit ipſa horrea publica, ac ſi de ipſis expreſsè loqueretur, ſiquidem verba illa, *viſiten las villas y lugares de la tierra*, id adſtruunt, cùm in toto contineatur pars, *cap in toto, de reg. iur. in 6.* & ita conſequens eſt dicere quod ſi præſes prouinciæ poterit per ſuum vicarium inſpicere, & viſitare ipſam prouinciam, & loca eiuſdem, idipſum
9 & circa horrea dicendum erit. † Quam ſententiam cum ea animaduerſione admitterem, quod lex Regni loquitur in Vicario Rectoris, ſeu locum tenente, qui eadem perſona cum Rectore cenſetur, ex traditis à Morl. *in emp. tit. de iuriſdict. in præmiſſ. num.* 85. & Azeued. *in l. 10. tit. 5. libro tertio Recopil.* & ſic verius eſſe dicunt eius iuriſdictionem eſſe ordinariam, atque ita ſubſtitutus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, & idem erit ac ſi Rector per ſe ipſum inſpiceret, *ex vulgata l. ſi eum, §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio*, cum traditis à Menoch. *de arbitrar. caſ.* 54. Aluarez *in locis commun. lit. S. numero* 56. At lex noſtra loquitur in caſu diuerſo, quando per ſe (cum non haberet talem locum tenentem cum ea qualitate legis) loca & hor-
10 rea non inſpexerit. † Altera animaduerſio eſt, hodie non manere correctam legem noſtram quæ per ſe inſpicere horrea Præſidem voluit, vt obſeruat Bobadilla *libro quinto cap. 10. numero* 17. qui hoc munus perſonale eſſe Correctorum doluit, quoniam *dict. leg.* 18. *verſ y que vean, dict. tit. 6. libro tertio. Recopil. in ſecunda parte*, conſtituit vt Correctores videant an muri, fortalitia, pontes, & viarum aggeres ſint refecta, & poſtea addit, *y todos los otros edificios otras publicas*, & cum lex vtatur verbo illo *vean*, videant, inſpiciant, perſonalem inſpectionem deſiderat, & ita habebit locum noſtra deciſio, iuxta ea quæ trademus *in leg. nullus 60. infr. de decurion.*

11 Quod verò de manſionibus ait lex noſtra, intellige de illis, quæ ſtationes, aut diuerſoria dicuntur in itineribus diſpoſita, vt in eis animalia, aut homines iter facientes quieſcerent. Harum plurima mentio *in tit. infr. de curſu publico*, vbi dicam. In eis diuertebant milites expeditionis tempote, & ſic neceſſarium erat, vt annonis & pabulis inſtruerentur, ex collatione vicinorum poſſeſſorum, *leg. nemo 8. ſup. de annon. & tribut. leg. modios 9. infr. de ſuſceptor. l. 2. infr. de lucris Aduocat.* & meminit Caſſiod. *lib. 5. epiſt.* 11. Lamprid. *in Alexand.* obſeruant Cuiac. *in dict. leg. nemo*, cuius dicta tranſcribunt Gothofr. *in dict. leg. 2. de lucr. aduoc. & in leg. munerum 18. §. hi quoque 10. ff. de munerib.* Iuret. *ad Symmach. lib. 2. epiſt.* 27. Buleng. *lib. 6. de Imp. Rom. cap.* 40. Salmaſ. *ad Solin. tom. 1. pag.* 62. ad illa verba, *octo manſionibus, pag.* 495. Schar. & alij *verb. Manſio.* Conſtat autem ex lege noſtra horrea in manſionibus depoſita, vt expeditionis tempore annonæ deputarentur militibus.

## LEX III.

*Impp.* ARCADIVS & HONOR. AA. *Anatolio P.P. Illyrici.*

Nulli poſthac horreaticas ſpecies contingendi copia præbeatur. Si verò quiſquam temerator horreorum extiterit, qui ſibi ex prædictis aliquid audeat vſurpare, hanc pœnam ſciat noſtro arbitrio definitam, vt deportationis pœnæ ſubiectus totius ſubſtantiæ cogatur ſubire iacturam.

*SVMMARIVM.*

1 *Quare facta fuerit hæc conſtitutio, & num. 2.*
3 *Intelligenda eſt hæc lex non ſolùm de conditis ſpeciebus, verùm etiam & de his, quæ ad ipſum horeum pertinent.*
4 *Pœna deportationis in deſuetudinem abiit, & in eius locum ſucceſſit damnatio ad triremes.*

NECESSARIA fuit hæc conſtitutio, vt 1
ſpecies in horreis repoſitæ ab vſurpatione hominum remouerentur, atque ita ſi aliquis eas vſurpauerit, deportationis pœna punietur. Idem probatur *in l. 2. inf. de his quæ ex publ. collat. leg. 1. infr. de frum. vrb. Conſt. leg. 9. tit. 5. lib. 7. Recopil.* vbi Azeued. *cap.* 8. † Quod ea ratione pro- 2
cedit, quia cùm tales ſpecies ſint repoſitæ ad ſubleuandas neceſſitates publicas, ſi ab aliquibus diſſiparentur, grauiter afficeretur reſpublica, cum fameſceret populus, & inde grauia inconuenientia orirentur; vt rectè obſeruat Azeuedo *in præfatio. ad leg. 9. dict. tit. 5. libro ſeptimo* & Cabreros *de metu lib. 2. cap. 1. numero 63. cum ſeqq.* & dicam *in leg. 1. infr. de frum. vrb. Conſt. & in tit.*
*ſeq.* † Idque accipiendum eſt non ſolum de conditis 3
ſpeciebus, verùm etiam & de his, quæ ad ipſum horreum pertinebant, vel ad ipſum ſint deſtinatæ, *arg. leg. fundi 17. §. fin. cum l. ſeq. §. fin. ff. de action. empt. l. pen. ff. de milit. teſt. l. item 4. §. item intereſt. ff. de legat. 3. l. ſi quis cùm ſciret 8. ff. pro emptore*, notat *per text. ibi, in d. l. pen.* Valenzuel. *h. num.* 2. & probatur expreſsè *in dict. l. 2. infr. de his quæ ex publ. collat.* & ratio eſt, quia tales ſpecies ſiue antequam recondantur, ſiue iam reconditæ ſunt ſpecies publici horrei, iuxta ea quæ tradit Bart. *in leg. ex facto, §. rerum, ff. de hæred. inſt.* & Cremenſ. *ſing.* 63. & cum multis Tiraq. *poſt leges connub. gloſſ. 2. ex n.* 2. vbi oſtendit idem eſſe aliquid iam factum, vel deſtinatum ad certum vſum, quod de proximo venit mandandum executioni, obſeruat Valenzuel. *dict. numero ſecundo* facit quod tradit Barboſ. *de axiomat. iur. verb. accingendus*, & alter Barboſ. *in leg. 2. §. legatis, num. 348. & ſeq. in leg. 2. §. legatis, numer. 348. & ſeq. ff. de iudiciis*, de ſcholaribus qui capiuntur antequam perueniant ad locum ſtudij.
Pœna eius qui temerauerit horreum, deportatio 4
eſt, de qua multæ ſunt leges & Doctorum ſcripta. Hodie non eſt in vſu, & in eius locum ſucceſſit pœna arbitraria triremium, vel perpetui exilij, vt docet Iul. Clar. *lib. 5. ſent. §. falſum. verſ. ſed quæro, & §. fin. quæſt. 67. verſ. deportatio* Gregor. *in leg. 6. tit. 7. part. 7. verb. deſterrado*, & alij. Quoad confiſcationem tamen noſtra lex manet incorrecta, ex Valenz. *h. num.*

# TIT. XXVII.

## *Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere Sitoniæ.*

## LEX VNICA.

*Imp.* ANASTASIVS A. *Macroniano P.P.*

Quoties vrgente neceſſitate comparationis frumenti, vel olei aliarúmque ſpecierum, quibuſlibet prouinciis indicuntur, nulli penitus poſſidentium ſeſe ſub cuiuſcumque priuilegij occaſiona excuſandi tribui

facultatem cenſemus, omnique, cuicumque poſſidentium, quocumque modo, quocumque tempore, per ſacros apices, vel etiam pragmaticam ſanctionem, aut iudicialem forte diſpoſitionem huiuſmodi excuſatio data eſt, vel poſtea data fuerit, licentia minimè vnquam contra tenorem noſtræ legis ſaluberrimæ valitura. Adeò namque huiuſmodi onera cunctis, pro qua ſingulos portione contigerit, volumus irrogari vt ab iiſdem comparationibus, nec ſacratiſſimam noſtræ pietatis, nec ſereniſſimæ noſtræ coniugis domum patiamur ſubtrahere.

*SVMMARIVM.*

1 *Variæ noſtræ rubricæ lectiones referuntur, & an* emptione, *vel* coëmptione *ſcribendum ſit?*

2 *Sitonia, Sitocomia, quid ſignificent in præſenti quid etiam Sitonicus,* & n.4.

3 *Senſus huius tituli.*

5 *An in hac lege agatur de munere Sitoniæ?*

6 *De neceſſitate frumenti in Caſtella orta.*

7 Synonetou *quid ſit* in leg.1.C.Th.de publ. comparatione.

8 *Huius legis intentum declaratur, & proponitur ratio.*

9 *Frumento nihil ad vitam e*[ſt] *neceſſarium magis.*

10 *Emere, nec vendere quis non cogitur.*

11 *Neceſſitas cogit facere quæ alias non ſolent, & plura de eius imperio & coactione,* & numero 12. & 13.

14 *Annonæ præbitio magis afficitur priuilegiis.*

15 *Triplex lectura ad noſtram legem,* & num. 16.

17 *Pauperes tempore careſtiæ poſſunt iudicem adire, vt cogat diuites ad frumenti erogationem, item & pauperes, & num.* 18.

19 *Referuntur alij intellectus ſeu lecturæ noſtræ legis, & reiiciuntur,* & n.20.

21 *Vera expoſitio noſtræ legis, vt tempore neceſſitatis compellantur ciues frumentum vendere.*

22 *Ciues tempore neceſſitatis poſſunt compelli vendere victualia.*

23 *Dubitatur an poſſint compelli vendere viliori pretio,* & n.24.25.& 30.

26 *Pretium iuſtum quale ſit,* & n.27.

28 L.2.§.itidem,ff.ad l.Rhod.de iact. *exponitur, &* leg. ſi pendentes 27.§. ſi quid cloacarij, ff. de vſufr. *&* n.29.

31 *Reſpublica poteſt compellere ciues mutuare pecuniam ad comparationem frumenti, etiamſi ſint nobiles, vel Clerici,* & n.32. *& quomodo hoc in Clericis procedat?* num.33.

34 *Explicantur* l.1. & 3. infr. de quibus muner. vel præſtationibus. *&* n. 35.& 36.

37 *Exornatur* leg.1.& 2.infr.de nauib. non excuſand. *& de priuilegiis eorum, qui naues habebant, & ob quam cauſam ea ſint data,* & numero 38. & 39.

40 *Leges noſtræ concedunt nauigia armandi poteſtatem.*

41 *Quid ſit* embola, in l.2.infr. de nauib. non excuſ. *emaculatur Vopiſci locus,* & num.42.

43 *Agricolæ poſſunt compelli tempore ſationis, vel vindemiæ currus & iumenta præſtare ad victualia conuehenda.*

44 *Varia ſupellectile exornatur* leg. vnic. infr. de nauiis Tiberinis, *& quatenus differat tit.* de nauib. non excuſ.

45 *Tiberis fluuius vnde dictus, flauus quare nuncupatus & à quibus eleganter deſcribatur,* num.46.

47 *Frumentum claſſibus in Romam aduectum ſcaphis per hoc flumen deferebatur.*

48 Claudicariæ naues *quæ olim dictæ?*

49 *Martialis explicatus.*

50 *Auguſto maxima cura Tiberis repurgandi.*

51 *Quomodo intelligatur* in d.l.vnic.infr.de naut.Tiber. *nullam dignitatem excuſari poſſe à nauium præbitione,* & n.54.

52 *Lege Iulia repetundarum prohibebantur Senatores habere nauem.*

53 *Iudices & prouinciarum rectores comparare, vel vendere non poſſunt, remiſſiuè.*

MIRVM eſt quàm variè huius tituli ver- 1
ba concipiantur. Cuiac. *hic, & libro 1. ob-*
*ſeru. c.15.* legit *in coëmptione,* cui adhæret
Gothofred. Qua verò de cauſa, proſſus
ignoro, & vellem à Cuiacio edoceri. Nam *coëmere*
eſt ſimul emere, quemadmodum matrimonium dice-
batur celebrari per coëmptionem ſolemni ritu, quia
vir mulierem, & mulier virum coëmebat, vt docet
Connan. *lib.8.com. cap.3.num.2.* Briſſon. *de ritu nupt.*
Caluin.*verb.coëmptio.*& plures alij. At in præſenti non
emit ſimul fiſcus à priuato, & è contra, & ita reſpuo
has emendationes non neceſſarias, etſi ſciam multos
ex bonis auctoribus *frumenti coëmptionem* dixiſſe, vt
apud Liuium *infrà* referendum animaduertes. Nihi-
lominus Cæſar.*lib.1. de bello Gallic.* emere frumentum
& comparare dixit, *& l.1. & fin.infr.de quibus muner.vel*
*præſtation.l fin.C.de reſcin.vend.*& *in l.1.Cod.Th.de frum.*
*vrb.Conſt.*inuenies ſcriptum *ſi frumentum comparare vo-*
*luerit, habeat licentiam coëmendi,* vbi promiſcuè eiſdem
vocibus vtitur.

Verbum aliud *Sitoniæ* non minus eſt litigioſum. An- 2
tiqui Lucas & Platea legunt *Siconiæ*, Pyrrhus ait ex
duobus menſibus, in quibus Græcis litteris operam
dedit, animaduertit legendum eſſe *Sitocomiæ*, veriùs le-
gunt qui meliùs ſentiunt *Sitoniæ.* † Eſt ergo ſenſus 3
huius tituli, vt ſi graui vrgente neceſſitate neceſſarium
fuerit frumentum emere, aut alias ſpecies, eæ ſunt vi-
num, oleum, laridum, aliáque edulia, quæ communi
ciuium annonę neceſſaria ſunt. *para el abaſto de los pue-*
*blos, l.1.& tot.ſupr.tit.prox.l.iubemus 20. C.de ſacr. Eccl.*
*l.nemo 8.ſupr.de annon.& trib.* Si fiſcus emerit, nullus
debet ſe excuſare, quantumvis priuilegiatus exiſtat à
venditione, ſed imò vendere cogendus eſt. † Hæc 4
emptio demandabatur à Principe alicui, qui Græcè
*Sitonicus* vocabatur, id eſt, frumenti curator, & munus
ipſum, cura emendi frumenti, ſeu adminiſtratio, *Sito-*
*nia,* vt rectè docuerunt Alciat. Pyrrh. Cuiac. & Go-
thofr. *hic, & in l.munerum 18.§.cura quoque 5. D.de mu-*
*ner.* Ancharan.Schard.Caluin. & alij, *verb.Sitonia,* &
*Sitocomia,* Meminerunt huius vocis Arcadius IC. *in d.*
*l.munerum,§.cura quoque.* Papirius Iuſtus *in l. §.item re-*
*ſcripſerunt 6.D.de adminiſtr.rer.ad ciuit.*& Vlpian.*in l.2.*
*in princ.D.de vacat.muner.* Indeque horreum frumen-
tarium dicitur Sitonicum à D.Gregor. *lib.1.epiſt.2. De*
*frumentis autem* (ait) *quæ ſcribitis longè aliterque vir ma-*
*gnificus Ciridanus aſſerit, quia ſolummodo tanta tranſmiſſa*
*ſunt, quæ pro tranſactæ indictionis debito ad replendum Si-*
*tonicum ſufficerent.* † Reprehendit rectè Alciatus Ac- 5
curſium, etſi cum ſequantur Platea & alij, quod in hu-
ius tituli lege vnica nihil de Sitoniæ munere tradi pu-
tauerit, cùm tamen ipſius legis principium id demon-
ſtret expreſsè, illis verbis, *Quoties vrgente neceſſitate*
*comparationes frumenti indicuntur.* Nam etſi verum ſit
in duabus legibus Græcis, quas poſt hanc noſtram an-
nectit ex libris Baſilicorum Cuiacius, de huiuſmodi
curatoribus frumentarius ſatiùs agi, illa verba ſatis eo-
rum munus declarant. † Qui curatores videntur eſſe
ſimiles,

facultatem cenſemus, omnique, cuicumque poſſidentium, quocumque modo, quocumque tempore, per ſacros apices, vel etiam pragmaticam ſanctionem, aut iudicialem forte diſpoſitionem huiuſmodi excuſatio data eſt, vel poſtea data fuerit, licentia minimè vnquam contra tenorem noſtræ legis ſaluberrimæ valitura. Adeò namque huiuſmodi onera cunctis, pro qua ſingulos portione contigerit, volumus irrogari vt ab iiſdem comparationibus, nec ſacratiſſimam noſtræ pietatis, nec ſereniſſimæ noſtræ coniugis domum patiamur ſubtrahere.

*SVMMARIVM.*

1 *Variæ noſtræ rubricæ lectiones referuntur, & an* emptione, *vel* coëmptione *ſcribendum ſit?*
2 *Sitoniæ, Sitocomiæ, quid ſignificent in præſenti quid etiam Sitonicus,* & n.4.
3 *Senſus huius tituli.*
5 *An in hac lege agatur de munere Sitoniæ?*
6 *De neceſſitate frumenti in Caſtella orta.*
7 Synoneton *quid ſit* in leg.1.C.Th.de publ. compararione.
8 *Huius legis intentum declaratur, & proponitur ratio.*
9 *Frumento nihil ad vitam eſt neceſſarium magis.*
10 *Emere, nec vendere quis non cogitur.*
11 *Neceſſitas cogit facere quæ alias non ſolent, & plura de eius imperio & coactione,* & numero 12. & 13.
14 *Annonæ præbitio magis afficitur priuilegiis.*
15 *Triplex lectura ad noſtram legem,* & num. 16.
17 *Pauperes tempore careſtiæ poſſunt iudicem adire, vt cogat diuites ad frumenti erogationem, item & pauperes, & num.* 18.
19 *Referuntur alij intellectus ſeu lecturæ noſtræ legis, & reiiciuntur,* & n.20.
21 *Vera expoſitio noſtræ legis, vt tempore neceſſitatis compellantur ciues frumentum vendere.*
22 *Ciues tempore neceſſitatis poſſunt compelli vendere victualia.*
23 *Dubitatur an poſſint compelli vendere viliori pretio,* & n.24.25.& 30.
26 *Pretium iuſtum quale ſit,* & n.27.
28 L.2.§.itidem, ff.ad l.Rhod.de iact. *exponitur, &* leg. ſi pendentes 27.§. ſi quid cloacarij, ff. de vſufr. *&* n.29.
31 *Reſpublica poteſt compellere ciues mutuare pecuniam ad comparationem frumenti, etiamſi ſint nobiles, vel Clerici,* & n.32. *& quomodo hoc in Clericis procedat?* num.33.
34 *Explicantur* l.1. & 3. infr. de quibus muner. vel præſtationibus. *&* n.35.& 36.
37 *Exornatur* leg.1.& 2.infr.de nauib. non excuſand. *& de priuilegiis eorum, qui naues habebant, & ob quam cauſam ea ſint data,* & numero 38. & 39.
40 *Leges noſtræ concedunt nauigia armandi poteſtatem.*
41 *Quid ſit* embola, in l.2.infr. de nauib. non excuſ. *emaculatur Vopiſci locus,* & num.42.
43 *Agricolæ poſſunt compelli tempore ſationis, vel vindemiæ currus & iumenta præſtare ad victualia conuehenda.*
44 *Varia ſupellectile exornatur* leg. vnic. infr. de nauiis Tiberinis, *& quatenus differat tit.* de nauib. non excuſ.
45 *Tiberis fluuius vnde dictus, flauus quare nuncupatus, & à quibus eleganter deſcribatur,* num.46.
47 *Frumentum claſſibus in Romam aduectum ſcaphis per hoc flumen deferebatur.*
48 Claudicariæ naues *quæ olim dictæ?*
49 *Martialis explicatus.*
50 *Auguſto maxima cura Tiberis repurgandi.*
51 *Quomodo intelligatur* in d.l.vnic.infr.de naut.Tiber. *nullam dignitatem excuſari poſſe à nauium præbitione,* & n.54.
52 *Lege Iulia repetundarum prohibebantur Senatores habere nauem.*
53 *Iudices & prouinciarum rectores comparare, vel vendere non poſſunt, remiſſiuè.*

MIRVM eſt quàm variè huius tituli verba concipiantur. Cuiac. *hîc, & libro 1. obſeru. c.15.* legit *in coëmptione,* cui adhæret Gothofred. Qua verò de cauſa, prorſus ignoro, & vellem à Cuiacio edoceri. Nam *coëmere* eſt ſimul emere, quemadmodum matrimonium dicebatur celebrari per coëmptionem ſolemni ritu, quia vir mulierem, & mulier virum coëmebat, vt docet Connan. *lib.8.com. cap.3.num.2.* Briſſon. *de ritu nupt.* Caluin. *verb. coëmptio.* & plures alij. At in præſenti non emit ſimul fiſcus à priuato, & è contra, & ita reſpuo has emendationes non neceſſarias, etſi ſciam multos ex bonis auctoribus *frumenti coëmptionem* dixiſſe, vt apud Liuium *infrà* referendum animaduertes. Nihilominus Cæſar. *lib.1. de bello Gallic.* emere frumentum & comparare dixit, *& l.1. & fin. infr. de quibus muner. vel præſtation. l. fin. C. de reſcin. vend. & in l.1. Cod. Th. de frum. vrb. Conſt.* inuenies ſcriptum *ſi frumentum comparare voluerit, habeat licentiam coëmendi,* vbi promiſcuè eiſdem vocibus vtitur. 1

Verbum aliud *Sitoniæ* non minus eſt litigioſum. Antiqui Lucas & Platea legunt *Siconiæ*, Pyrrhus ait ex duobus menſibus, in quibus Græcis litteris operam dedit, animaduertit legendum eſſe *Sitocomiæ,* veriùs legunt qui meliùs ſentiunt *Sitoniæ.* † Eſt ergo ſenſus huius tituli, vt ſi graui vrgente neceſſitate neceſſarium fuerit frumentum emere, aut alias ſpecies, eæ ſunt vinum, oleum, laridum, aliáque edulia, quæ communi ciuium annonę neceſſaria ſunt, *para el abaſto de los pueblos, l.1. & tot. ſupr. tit. prox. l. iubemus 20. C. de ſacr. Eccl. l. nemo 8. ſupr. de annon. & trib.* Si fiſcus emerit, nullus debet ſe excuſare, quantumvis priuilegiatus exiſtat à venditione, ſed imò vendere cogendus eſt. † Hæc emptio demandabatur à Principe alicui, qui Græcè *Sitonicus* vocabatur, id eſt, frumenti curator, & munus ipſum, cura emendi frumenti, ſeu adminiſtratio, *Sitonia,* vt rectè docuerunt Alciat. Pyrrh. Cuiac. & Gothofr. *hîc, & in l. munerum 18. §. cura quoque 5. D. de muner.* Ancharan. Schard. Caluin. & alij, *verb. Sitonia, & Sitocomia,* Meminerunt huius vocis Arcadius IC. *in d. l. munerum, §. cura quoque.* Papirius Iuſtus *in l. §. item reſcripſerunt 6. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.* & Vlpian. *in l. 2. in princ. D. de vacat. muner.* Indeque horreum frumentarium dicitur Sitonicum à D. Gregor. *lib. 1. epiſt. 2. De frumentis autem* (ait) *quæ ſcribitis longè aliterque vir magnificus Ciridanus aſſerit, quia ſolummodo tanta tranſmiſſa ſunt, quæ pro tranſactæ indictionis debito ad replendum Sitonicum ſufficerent.* † Reprehendit rectè Alciatus Accurſium, etſi cum ſequantur Platea & alij, quod in huius tituli lege vnica nihil de Sitoniæ munere tradi putauerit, cùm tamen ipſius legis principium id demonſtret expreſsè, illis verbis, *Quoties vrgente neceſſitate comparationes frumenti indicuntur.* Nam etſi verum ſit in duabus legibus Græcis, quas poſt hanc noſtram annectit ex libris Baſilicorum Cuiacius, de huiuſmodi curatoribus frumentarius ſatiùs agi, illa verba ſatis eorum munus declarant. † Qui curatores videntur eſſe ſimiles,

Margin numbers in right margin beside the paragraphs: 2 (at "Verbum aliud"), 3 (at "Est ergo sensus"), 4 (at "Hæc emptio"), 5 (at "Reprehendit").

ſimiles, quandò apud nos ſub neceſſitate, aut ſterilita-
te oppida iniungunt, aut ciuitates ſuis decurionibus,
vt in aliam prouinciam, aut regionem frumento abun-
dantem ſe conferant, vt inde emant, quod vidimus
anno ſuperiori 1631. cùm in Caſtellæ ciuitatibus ma-
xima oriretur frumenti neceſſitas. Nam in Beticam
regio mandato ſe contulerunt plures regij miniſtri, vt
frumentum emerent, item & à ciuitatibus plures de-
7 curiones fuerunt miſſi ad eumdem finem. † Hanc
publicam emptionem frumenti *Synoneton* appellat *l.* 1.
*C.Th. de publica comparatio.* ibi *ad comparationem diuer-
ſarum ſpecierum quod* Synoneton *appellatur*, notauit Cu-
iac. *lib.* 1. *obſeru.c.* 35.

8 Præmiſſis his iam mens Anaſtaſij Imperatoris ape-
ritur, quod ſi vrgente frumenti inopia ſynoneton in-
dicitur, omnes teneantur fiſco vendere, nec priuilegij
alicuius prærogatiua excuſentur, *l.* 1. *& fin. infr de qui-
bus muneribus vel præſtatio. l. in fraudem* 6. *ſupr. de annon.*
9 *& tribut. l.* 1. 4. *&* 5. *tit.* 25. *libro* 5. *Recop.* † Ratio eſt, quia
cùm frumentum ſit neruus totius Reipublicæ, nihil-
que eo ſit ad vitam conſeruandam conuenientius, teſte
Ariſt. *libro* 6. *Polit. cap.* 8. Valles *de ſacra Philoſoph. cap.*
27. Lazarte *de gabell. cap.* 20. *n.* 7. Bobadill. *libro* 3. *polit.
cap.* 3. *num.* 6. & in quo publica vtilitas, quæ ſuprema
lex dicitur, conſtituta eſt, *l. mulierem* 13. *D. de accuſ. l.* 3,
*in fin. D. ad leg. Iul. de annon.* Quotieſcumque defecerit,
fames & annonæ caritas euincunt, vt à regulis iuris
recedatur, cùm quod publicè interſit attendatur, non
verò priuata vtilitas, *l. vnic. fin. C de caduc. toll. l. vtilitas,*
10 *infr. de primipilo.* † Et ideò quamuis regulariter quis
non cogatur emere, vel vendere, *l. inuitum* 11. *l. in ven-
dentis* 13. *cum ſeq. C. de contrah. empt. d. l.* 3. *ad l. Iul de an-
non. l. nec emere* 16. *Cod. de iure delib. leg.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. cum
adductis à Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 14. Azeued. *in l.* 1.
*num.* 21. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recop.* vbi etiam Matienz. *gloſ.* 9.
*num.* 1. Bobadill. *libro* 3. *cap.* 3. *ex num.* 13. Morla *in em-
por. tit. de contrah. empt. q.* 1. Narbona *in l.* 18. *gloſ. vnic.
num.* 2. *tit.* 1. *libro* 8. *Recopil.* Cabreros *libro* 2. *de metu
cap.* 1. *ex n.* 40. *& præcipuè* 60. & Hermoſill. *in l.* 3. *tit.* 5.
11 *part.* 5. *gloſ.* 1. *ex numero* 1. † Tamen deficiente frumen-
to, & fame creſcente, ad vendendum omnes compel-
luntur. Nam neceſſitas adamantina cogit vt permit-
tatur quòd alias non ſolet, cùm legibus non ſubiaceat,
quæ omnia impunè conturbat *l. vnic.* vbi Accurſ. *D. de
offic. conſul. leg.* 2. *infr. de nauibus non excuſan. cap. ſi quis
propter, de furtis*, cum aliis multis, quæ adducit Ceuall.
4. *tom. comm. quæſt. fin. numero* 49. *& ſeq.* Cabreros *d. libro
2. metu cap.* 1. *numero* 60. *& ſeqq.* Caſtillo *de Tertiis c.* 9.
*ex num.* 24. vbi plures & plura refert, *& cap.* 41. *nume-
ro* 161. Quapropter Thales Mileſius, teſte Plutarch.
*de placit. Philoſoph. cap.* 26. & Laërtio *in ipſius vita*, di-
cebat neceſſitatem validiſſimum quoddam eſſe, vt quæ
vniuerſæ naturæ præualeat, & Valer. Max. *libro ſeptimo
tit.* 6. abominandæ neceſſitatis leges amariſſimas eſſe,
& truculentiſſima imperia, videndus Tiraquell. *de re-
tract. lign. §.* 26. *gloſ.* 1. *ex n.* 18. & ego dixi *libr.* 3. *obſeru.*
12 *c.* 4. *n.* 29. & Cabret. *ſupr.* † Nam neceſſitatis imperio
paret tota mortalium maieſtas, & vt ait Horat. *lib.* 1.
*ode* 37.

*——— Sæua neceſſitas*
*Clauos trabales & cuneos manu*
*Geſtans abena, nec ſeuerus*
*Vncus abeſt, liquidumque plumbum.*

Caſſiodor. *lib.* 4 *epiſt.* 5. adiicit: Neceſſitas moderamen
non diligit, neque leges poſſunt obſeruare ieiuni po-
puli, & totum ſolet fames contemnere, vt ſuam neceſ-
ſitatem expellat. Ideoque apud Suetonium *in Aug.
cap.* 25. legimus graues tumultus in arctiori annona
ortos, *& in Claud. cap.* 18. teſtatur in arctiori annona
ob aſſiduas ſterilitates Imperatorem in medio foro
detentum fuiſſe ab turba conuitiiſque, ac ſimul frag-
minibus pannis ita inſtratum, vt ægrè euadere in Pa-
latium valuerit. † Quod etiam tradiderunt Oroſius 13
*libro* 7. & Tacit. *lib.* 12. *annal.* & eius famis fit mentio
*in Actis Apoſt. cap.* 11. vbi Agabus afflante Spiritu ſan-
cto prædixit futuram famem per totum Orbem terra-
rum. Et tamen per ſeptem, aut octo dies durauit Ro-
mæ, graue quidem malum, etſi per paucos dies in illa
ciuitate, qua, teſtante Tacito *libro* 4. *annal.* ibi, *Graui
diſcrimine mutabat quod decem, aut amplius dierum ſub Ve-
ſpaſiano frumentum in borreis eſſet*, confert Liuius *dec.* 1.
*libro* 2. *pag. mihi* 28. *eo anno*, inquiens, *Cùm & foris quie-
ta omnia & domi ſanata diſcordia aliud multò grauius ma-
lum ciuitatem inuaſit, caritas primum annonæ ex incultis
per ſeceſſionem plebis agris: fames deinde qualis clauſis ſo-
let, ventumque ad interitum ſeruitiorum vtique & plebis eſ-
ſet ni Conſules prouidiſſent, dimiſſis paſſim ad frumentum
coëmendum.* † Vnde annonæ præbitio ſemper atten- 14
ditur, curatur, & multis priuilegiis afficitur, vt elegan-
ter inſinuat Lucan. *libro* 2.

*——— Summa fauoris*
*Annona momenta trahit.*

ita docuerunt Lucas *in leg.* 1. *numero* 4. *infr. de quibus
muneribus vel præſt.* Gorſet. *ſing.* 120. Bald. *conſ.* 406. *li-
bro quinto toto*, Socin. *regul.* 435. Borrell. *ad Bellug. in
ſpec. Princ. rub.* 1. *verb. præſidere*.... Azeued. *in dict. leg.* 1.
*tit.* 25. *libro* 5. vbi Matienz. *ſupr. & in leg.* 9. *tit.* 5. *libro* 7.
*Recop. in præfat. num.* 4. Bobadill. *dict. libro* 3. *cap.* 3. *ex nu-
mero ſexto &* 11. *& libro* 2. *cap.* 18. *numero* 298. & alij
*inferius* referendi. Rolando *conſil.* 80. *numero primo &
ſeq. tom.* 3. Caſtillo *de Tertiis dict. capit.* 9. *ex nume-
ro* 24.

Hæc pro exornatione noſtræ legis dicta ſunto. 15
Nunc remouenda eſt dubitatio quæ ſtatim animaduer-
titur, an in hac ſpecie poſſidentes teneantur vendere
frumentum, vel ad eius emptionem compellantur.
nam legis verba ita dubia ſunt, vt vtramque admittant
interpretationem. Qua de cauſa tripliciter accepe-
runt. Accurſ. *ſchol. fin.* Bar. Plat. Rebuff. & Valenzuel.
*Primò*, † vt vrgente neceſſitate ad emptionem frumen- 16
ti, teneantur omnes conferre pecuniam ſecundùm ſui
patrimonij quantitatem, ſiue ſit pauper, ſiue diues, quia
etſi diuitibus non ſit neceſſaria hæc frumenti aduectio
& magis tendat in ſuſtentationem pauperum, adhuc
tamen non minus neceſſarij ſunt in ciuitatibus paupe-
res, quàm diuites, *l.* 2. *de nundinis*, notat Barr. *num.* 3.
& Valenzuel. *num.* 3. *hîc.* † licèt contra eos poſſe pau- 17
peres tempore famis & caritatis (*careſtiam* vocant
noſtri) implorare officium iudicis, vt cogat diuites
pauperibus erogare, multi aſſeruerunt poſt gloſ. *in
cap. ſicut* 47. *diſt.* & Panormitan. *in capit.* 1. *de emptio-
ne & vend.* Caſſan. *in conſuet. Burg. rub.* 1. *§.* 4. *num.* 54.
Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 14. *num.* 5. *verſ. ſed his opportunè.* Bo-
badill. *libro* 2. *cap.* 17. *num.* 120. † Cogentur itaque 18
diuites conferre pecuniam vrgente neceſſitate, ita vt
nequeat quiſquam ſe excuſare priuilegij, vel digni-
tatis prætextu, aut immunitatis gratia: nam eo tem-
pore quo non ſuppetunt aliorum municipum facul-
tates, tunc grauandi erunt etiam priuilegiati, quia
publica vtilitas cuilibet priuilegio priuatorum præ-
ferenda eſt, docent Bald. *d. conſ.* 406. ex *leg. iubemus* 10.
*Cod. de ſacr. Eccleſ.* Alciat. *in leg. munus, de verb. ſignifi.*
Alex. *in leg. ſi ex toto, de legat.* 1. vbi Socin. *verſ. tertia
concluſio.* Curt. iun. *conſ.* 61. *num.* 14. Franc. Marc. *de-
ciſ.* 458. *num.* 18. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 80. *toto lib.* 3. Ce-
phal. *conſ.* 451. *ex num.* 282. Bobadill. *lib.* 5. *polit. cap.* 5.
*num.* 6. & probatur *in verſ. huiuſmodi excuſatio data eſt,
in præſenti*, quæ ita procedent, quoties populus, aut ci-
uitas non habet pecuniam, neque aliud remedium vn-
de ſe alat, & neceſſitatibus ſubveniat, vt notat grauí-
ter Bobadill. *d. libro* 3. *cap.* 3. *num.* 26. argum. *cap. non mi-
nus, de immun. Eccleſ.* ibi, *vbi laicorum non ſuppetunt facul-
tates*, cum adductis ab eodem Bobadill. *lib.* 2. *c.* 18. *ex
num.* 313.

Hic

19 Hic tamen intellectus, ſeu lectura minimè congruere videtur noſtræ legi, vbi de indicta, aut conferenda pecunia, nec de pauperibus, aut diuitibus verbum nullum eſt. Imò cùm in vltimis verbis dicatur neminem ſeſe poſſe ſubtrahere comparationibus frumenti, apertè inſinuatur neminem ſe poſſe excuſare ne obligetur vendere, vt infrà dicemus.

20 † Minus adaptatur menti Imperatoris ſecundus intellectus Accurſij, vt loquatur quòd imminente neceſſitate poſſit quilibet compelli ire ad emendum, etiam ad partes remotas. Nam verbum *poſſidentium* denotat loqui de iis, qui habent poſſeſſiones, non verò de ciuibus. Neque rectè conueniret, vt omnes tenerentur emere, cùm multi poſſent frumentum habere, & ita ab ea lectura receſſerunt, Bart. & Valenzuel. *hic num.7.*

21 Rectior eſt tertia expoſitio DD. noſtram legem accipientium de frumenti neceſſitate, quo caſu ciues compelli poſſunt inuiti frumentum vendere fiſco, vel ad publicum vſum, vel ad ſuſtentationem exercitus, ita tenent poſt Accur. Cuiac. *hic. & lib.1. obſeru. capit.35* Platea *numer.4.* & Valenzuel. *numer.9.* adiicientes hoc munus eſſe patrimoniale, ſiue reale, ita vt nullus ex poſſidentibus poſſit quamcunque allegare excuſationem intuitu priuilegij, aut dignitatis, cùm etiam Auguſtæ domus excuſari non queat. Hanc interpretationem comprobat *leg.2. Cod. Th. de publica comparatione, leg.1. & 3. infr. de quibus muneribus vel præſt. l.1. & 4. tit.25. lib.5. Recop.* & faciunt quæ de vrgentis neceſſitatis tempore ex aliorum ſcriptis congeſſit D. Caſtillo *de Tertiis d. cap.9. ex num.14. cum ſeqq.* poſt Riccium, Nouarium & Amendolam *in addit. ad Vincent. de Franch deciſ.9.* & Ioan. Gutierrez *libro 4. pp. q.49.* & Hermoſill. *in dict. l.3. tit.5. p.5. gl.1. num.60.*

22 Ex qua vera interpretatione deduco, poſſe ciues inuitos compelli tempore neceſſitatis vendere non ſolùm victualia & res ſimiles ad humanam vitam neceſſarias, ſcilicet *mantenimientos*, verum & omnes alias res ad veſtitum pertinentes, cùm non ſint hæ minus neceſſariæ, quam aliæ *l.1. §. cura carnis ff. de offic. Præfect. vrbi l. annonam. D. ad legem Iul. de annon.* confert *l. ſi quis ſepulchrum 12. in princ. D. de Religioſis. l. venditor 13. §. fin. D. commun. prædior.* docet Tiraq. *de retract lib.1. in præfat. n.28.* Auiles *cap.17. prætor verba raçonables precios.* Auend. *de exequend. lib.1. c.17. n.30.* Mexia *in taxa pan. concl.1. num.3. & concl.4. num.11.* Caball. *reſol. crim. caſ.9. tot.* Bobadill. *d. lib.2. cap.17. num.119. & ſeq.* ad idque ſpectat *l.19. tit.11. l.1. & ſeq. tit.14. lib.5. Recop.* idemque in Gallia obſeruari tradit Rebuff. *ad ll. Reg. 2. tom. tit. de Hoſpitijs, num.16.* Petr. Gregor. *lib.25. ſyntag. cap.14.* & in aliis locis Carpan. *ad ſtatut. Mediol. 2. p.*
23 *cap.77.* Hermoſil. *ſup. num.61.* † Quod verò attinet ad pretium, dubitatio maior eſt. Nam frequentiùs recipitur poſſe viliori pretio compelli ciues, vt ſupradicta vendant, vt tenuerunt poſt Bart. *in d. §. cura carnis, num.1.* Lucas *hic in fin. & in l.1. infr. de quibus muner. num.1. & 2.* Caball. *d. caſ.9. num.5.* Gratian. *1. tom. diſcept. cap.149. num.40.* Tiraquell. *dict. lib.1. de retract. in præf. d. num.28.* Marta *de iuriſdict. 4. par. caſ.2. num.6. & 7.* Amendol. *ad Franch. d. deciſ.9.* & relati à Cabreros *ſup. num.61.* qui adducunt pro ea opinione *l.2. §. itidem agitatum eſt. D. ad l. Rhod. de iact.* vbi dicitur quod ſi cibaria defecerint, in nauigationem conferre teneri quod quiſque haberet, quibus verbis ait Bar. annonæ ſtrictioris, ſeu careſtiæ tempore omnia eſſe communia, Ruſus expendunt *leg. ſi pendentes 27. §. ſi quid cloacarij. Digeſt. de vſufruct.* ibi, *Nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere.*

24 Contrarium longè verius iudico. Nam ſi viliori pretio rem vendere cogentur ciues, ineſt maxima iniuſtitia, *argum. l. ſi pignora 50. Digeſt. de euictio.* vbi ſi apparitor prætoris rem viliori pretio proiecerit, tenetur actione de dolo. *l.2. ſupr. de fide & iure haſtæ*, vbi ſi res addicatur à Iudice viliori pretio, gratioſa illa emptio, iniqua & illicita reputatur. Ruſus expēdo *l. ſi quos 16. C. de reſcind. vend.* vbi ſi ob neceſſitatem ſolutionis debitoris bona vendantur, ait lex qualitatem rei attendendam, ſubiicitque belliſſima verba, & in hanc rem aptiſſima. *Non ſubhaſtationis publicæ nomine locus fraudibus relinquatur, vt poſſeſſionibus viliori pretio diſtractis plus exactor ex gratia, quam debitor ex pretio conſequatur.* ita etiam dicere licet, ne ſub nomine neceſſitatis emptor plus ex gratia conſequatur, quàm venditor qui coactus vendit, & vltra impreſſionem & coactionem quam patitur, ſubſtantiæ ſuæ damnum patiatur, dum re ſua per vim priuetur, item & pretio quoque. Neque enim ſunt multiplicanda ſpecialia in damnum venditoris. *l.1. C. de dot. promiſſ.* iunctis quæ conſiderat Gratian. *1. tom. diſcept. cap.149. ex num.28.* & ſatis inhumanum eſt inuitum venditorem cogere. *l. quamuis 6. verſ. inuitum. D. de pign. action.*

Vltimò facit *l. non debere 8. ff. ad mun. decurionis ff. de* 25
*admin. rer. ad ciu. l. fin. ff. ad l. Iul. de ann.* quorum auctoritate eam doctrinam ſequuntur plures relati à Valenz. *hic num.9. verſ. ſi tamen.* Gutierr. *d. libro 4. quæſt.49. numer.3.* Couar. & aliis, quos refert Bobadill. *d. lib.3. cap.3. numero 21.* Morla *dicto tit.9. q.1. numero 4. & 5.* & Velaſco *de priuil. paup. 1. p. q.24. n.6.* qui omnes rectè affirmant pretium iuſtum eſſe debere. † Pretium 26
verò iuſtum vocant quod taxatum eſt à lege, vel republica, nam tale dicitur pretium iuſtum, legitimum & indiuiſibile, vt cum multis probat Morla *ſuprà quæſt.6. numero 4.* Gratian. *d. cap.149. numer.36.* Molina *de iuſt. tom.2. diſp.346. & ſeq.* quibus fauet *capit.1. de emptio. & vend.* cuius argumento pretium iuſtum vocatur pro quo poteſt vendi res in foro, ita quoque docent allegati à Barboſ. *in collect. ad illud caput num.7.* poſt Panorm. & alios antiquiores. quod in ſpecie noſtra elegantiſſimè adſtruit Caſſiodor. *lib.9. ep.5.* ibi, *Comperimus ſupra temporis neceſſitatem quorundam ciuium ſuorum execrabilem ſuſtinere ſæuitiam, expectantes caritatem mediocribus grauem. In neceſſitate ſiquidem penuriæ pretij nulla contentio eſt, dum patitur quis induci ne poſſit aliqua tarditate percelli. Hac igitur vota damnantes tantum ſibi vnuſquiſque dominus frumentorum retineat, quantum ſe expendere poſſe cognoſcit, reliquum periclitantibus vendat, moderata tamen pretij quantitate, qua eum conſtituerit à ſuis prouincialibus comparaſſe. Vt nec nimium grauetur qui emit, & aliquo compendio foueatur ille, qui diſtrahit. Vendat igitur ſub iuſta ratione qui diſtrahit.* † Apud nos ergo cum noſtris legibus hodie 27
modius frumenti taxetur decem & octo regalibus, id pretium erit conuenientius, vt aſſerit Couar. *libro ſecundo var. cap. tertio numero quinto,* Matienz. *in leg. prima titul.11 lib. quinto Recopil. gloſ.2. numer.42.* Bobadill. *dict. num.21.*

Hac ſententia retenta non facit pro Bart. *d. l.2. §.* 28
*itidem D. ad leg. Rhod. de iactu.* Nam reſpondeo loqui in ſpeciali caſu legis Rhodiæ (cuius meminimus *lib.1. obſeru. c.1. n.73.*) Vt ſi orta tempeſtate onuſtæ nauis leuādæ cauſa mercium iactus factus ſit, damnum illud mercium iactarum omnium contributione pro rata ſarciatur. Quærit Paulus *in eadem l.2. §. cùm in eadem naui,* an ſi qui in naui res impoſuiſſet quæ nauem non onerarent, vt ſunt gemmæ, an iacturam nauis præſtaret. Et reſpondet omnes teneri conferre, cùm eorum interfuiſſe iacturam fieri. Itidem quærit, an annulorum & veſtimentorum ratio habenda eſſet, & ait habendam, vt pro eorum pretio fiat collatio, non verò fiat cibariorum, quæ quiſque pro ſua parte in nauem intulit. Rationémque reddit Conſultus, quia ſi in naui defeciſſent cibaria, ea omnia in commune conferenda erant,

cùm

cùm neceſſitate vrgente ad conſeruationem omnium
collatio facienda eſſet, quemadmodum ad conſeruatio-
nem nauis, quarumlibet mercium ſit iactus, atque ita
non debet duplici obligatione, ſeu collatione onerari,
qui cibaria intulit, cùm ſua non magis interſit, quàm
aliena nauis vectores conſeruari, atque ita caſus ille
ſpecialis minimè ad eũ, de quo agimus, adduci debebit.
29 † Minus obſtabit *d.l.ſi pendentes, §.ſi quid cloacarij. D.
de vſufr.* quæ loquitur de oneribus vſufructuarij quæ
tenetur pendere & præſtare ob formam aquæductus
(de qua dicam *in tit.infr.de aquæductu.*) vel ob refectio-
nem viæ, vel ob tranſitum exercitus, de quo vide Re-
uard. & alios, quos refert Oſvvald. *lib.10.Donell.cap.13.
lit.H.* At verſum illum, *nam ſolent poſſeſſores certam par-
tem fructuum municipio viliori pretio addicere.* accipien-
dum puto de aliquibus locis & fundis, quorum poſſeſ-
ſores ex conſuetudine tenentur vilius vendere, vel præ-
ſtare certam partem fructuum, vt *in lege munerum 18.§.
præterea 25.D.de munerib.* ibi, *Habent quædam ciuitates
prærogatiuam, vt hi qui in territorio earum poſſident certum
quid frumenti pro menſura agri præbeant*, vbi rectè præ-
ſenſit qui omnia ſenſit, Accur. Non autem inde dedu-
ces poſſe compelli fructus ſuos viliori pretio addice-
30 re, nam id non probatur *in d.verſ.* † Quod verò de co-
acta venditione diximus, accipi debet vt cogantur ci-
ues vendere frumentum, præter illud quod neceſſe
habent ad ſuum vſum, *argum. l.præſes, C.de ſeruit.* notat
Gratian. *ſup.n.41.* quod & aliis caſibus pulchris con-
firmat Diana *3.p.moral.tract.8.reſol.32.*
31 Rurſus deduco poſſe Rempublicam neceſſitatis
tempore compellere ciues mutuare pecunias ad com-
parationem frumenti & aliorum victualium, à quo
non excuſantur Nobiles, neque etiam Eccleſiaſtici, vt
cum multis probat Mexia. *ſup.concl.1.n.18.* Bobadill. *d.
c.3.n.12. & ſeq. & num.18.* Caball. *d.caſ.9.num.7. & 8.*
cum latè congeſtis à Caſtillo *de Tertiis cap.9. toto*, &
maximè ex *num.28.* & Hermoſilla *in rub.tit.1.p.3.gloſſ.
vn.num.6. & in l.3.tit.5.p.5.gl.1.n.62. & ſeqq.* & Velaſ-
co *ſup.q.24.num.5.* pro qua parte adduci ſolet *l.pro tyro-
nibus, infr.de priuileg.dom. Aug.* cum lege noſtra, cum
aliis, in quibus domus Auguſtæ non excuſatur tempo-
re vrgentis neceſſitatis ab emptione frumentaria, &
ita notarunt *hic* Bart. *n.6.* & Platea *num.4.* qui ratio-
nem addidit quod tale onus ſit patrimoniale magis,
quam perſonale, *l.fin.ſup.de exact.trib.* & quod publi-
ca vtilitas id extorqueat, maximè ab Eccleſiaſticis per-
ſonis, à quibus charitas plus debet exerceri, quia in
periculo communi aliæ perſonæ etiam Eccleſiaſticæ
& religioſæ fame opprimerentur, & ſic tenebuntur
conferre, ad quod eſt elegans *l.2. §.itidem, D.ad leg.
Rhod.de iact.* quam nuper adduximus, & quæ rectè
conſiderat omnino videndus Lucas de Penna *in l.2.in-
fr.de quibus muner.num.4.* & Bobadill. *lib.2.c.18.n.297.*
32 *& 316.cum ſeqq.* † & id videtur probari *in l.11. tit.3.
libro 1.Recop.* quæ cum referat caſus aliquos, in quibus
Clerici debent contribuere cum cæteris laicis, ſcilicet
quando publica vtilitas, vel communis, vel cauſa pie-
tatis id expoſtulat, qualis eſt quæ conſiſtit in repara-
tione murorum, viarum, vel tempore belli, in vigilia-
rum cuſtodúmque erogatione, idem ſit dicendum in
noſtro caſu Caſtillo *d.c.9.num.21.* quem cùm dico om-
nes adduco, quia eadem ratio eſt in ſtrictiori aunona,
ſeu caritate & famis preſſura, *l.illud, cum vulgatis, D.ad
l.Aquil. iuncta l.fin.infr.de quib.munerib.* vbi æquipa-
rantur conſtructio murorum, & comparatio frumenti,
cuius legis non meminerunt Auctores qui id notarunt,
præcipuè Valenzuel. *hic num. fin.* Azeued. *in d.l.11.
n.3.tit.13.lib.1.Recop.* & relati à Caſtill. *d.c.9.num.21.*
Sayro *3.tom.theſaur.conſcient.c.34.num.2.*
33 Quod verò de Clericis diximus, vt ad præſtandas
pecunias cogi poſſint, temperant. Surd. *conſ.310. ex n.
62.lib.3.* Matta *de iuriſd.4.p.caſ.2.num.2. & 8.* vt non
poſſunt compelli à iudice laico, quia nec vtilitas, nec
neceſſitas publica poſſunt dare iuriſdictionem, nec
hæc ſint onera Eccleſiaſticorum, ſed laicorum, qui te-
nentur in ſubſidium ſolum, *cap.non minus, de immun.
Eccleſ.* quod etiam tenet Cabal. *d.caſ.9.num.11. & 12.*
qui alios in eam ſententiam refert, & Gratian. *d.cap.
149.num.44. & ſeq.* in quam procliuior ſum, & hoc
procedit quando neceſſitas ipſa pateretur vt iudices
Eccleſiaſtici adiri poſſent. Verùm ſi ita vrgeret, vt in
dilatione periculum quoque, etiam & Clericorum
verteretur, tunc dicerem laicos iudices poſſe compel-
lere Clericos non directè & iuriſdictionaliter, ſed in-
directè & cauſatiuè bonis temporalibus occupa-
tis, vt docet Bald. & alij plures relati à Bobadill.
*lib.2.cap.18.n.320.cum ſeq.* Azeued. *in d.l.11.tit.3.lib.1.
n.3. & ſeq.* & fusè D. Caſtillo *ſup.d.c.9.n.51. & ſeqq.* Dia-
na *reſol.moral.tit.de immunit.Eccleſ.reſol.7.* cum aliis iam
relatis.
*Tertiò* ex ſupradictis deduco interpretationem 34
*ad dict. leg.1. & 3.infrà de quibus muner.vel præſtat.* vbi
nullus ſe poteſt excuſare à comparatione ſpecie-
rum, & earum tranſuectione. Quo loci primùm no-
ta comparationem eſſe accipiendam iuxta legem
noſtram, vt à venditione non ſe excuſet, ſed quili-
bet ad vendendum vrgeatur. Idque expreſſerunt
Imperatores diſertiùs, quàm in præſenti, dum ad col-
lationem vocantur omnes pro portione ſuæ poſſeſ-
ſionis & iugationis. † *Iugationem* vocant prædia & 35
fundos, etſi iugatio propriè agrorum menſuram ſigni-
ficet, id eſt, illud ſpatium, quod vno iugo boues vno die
arare poterant, vt ait Plin. *lib.18 c.3.* & Varro *lib.1 de
re ruſtic.c.10.* Briſſon. *de verb.iur.verb.iugatio.* & cæteri
Lexicones, Pancirol. *lib.1.var.c.65.* ex quibus præſtaban-
tur tributa Cæſaribus, vt dicemus *tit. ſequen.* quæ vi-
dentur fuiſſe præſtita in frumento, & aliis ſpecie-
bus, vt dixi *ad titul.ſuprà de annon. & trib.* quæ neceſ-
ſaria erant vel ad annonam militum, qui in Illyrico
manebant, *leg.pro locis 5.ſuprà de annon. & trib.* vel ad
Illyrici neceſſitates. Illyricus multas continebat pro-
uincias, præcipuè omne illud, quod eſt à Danubio
vſque ad Italiam, vt dicam *ad titul.infr. de colonis Illy-
rician.* & dixi aliquid *in leg.fin.ſup.de canon.largit.titu.*
vide quoque Pancirol. *in Not.Imp.Orien.cap.23.* † In- 36
deque deduces nullius priuilegij, aut nobilitatis præ-
rogatiua quem poſſe ſe excuſare à collectis, vel aliis
oneribus, quando adeſt neceſſitas publica, vt cum
multis, quos allegat, probat Sebaſtian. Neuius *hic
num.8.* cum Mynſing. *lib.4.obſeru.70.* Ant. Theſaur. *de-
ciſ. Pedem.234. numer.10.* Gail. *lib.2. pract. obſeru.52.
num.26.* Roland. à Valle *d.conſ.80. num.21. lib.3.* quod
verò de angariis & parangariis & plauſtris dicitur
*in leg.2. illo.titul. de quibus muner.* quæ ad tranſuectio-
nem ſpecierum ſumebantur, latiùs explicabitur *in
tit. infr. de curſu publ.* ad interpretationem *l.nullam 21.
eod.tit.*
Deinde & iterum deduco explicationem *ad leg.1.* 37
*& 2. infrà de nauibus non excuſand.* quibus decerni-
tur vt domini nauium nulla excuſatione ſe ſubtra-
hant tranſuectioni frumenti, aut ſpecierum tempo-
re neceſſitatis, aliàs naues publicabuntur, *leg.iubemus
10.Cod. de ſacroſ. Eccleſ. leg. penult. in fin. de veteran.
cap. non minus, de immun. Eccleſ.* facit *leg.ſi fideiuſſor 7.
§.1. D.qui ſatiſd.cog. leg.ſi dictum 56.§.1.D.de euiction.*
Rationem *ſuprà* tetigimus ex neceſſitate & vtilitate pu-
blica deductam. Nam cùm frumenta & aliæ ſpecies
in Vrbem, ſeu Conſtantinopolim ex Ægypto & aliis
prouinciis nauibus adducerentur, vt ex Claudian.
*de bello Gildon. verſ.57.* Rutilio *libro 1.itinerarij.* Ta-
cito *libro 3. annal.* obſeruauit Demſter. *ad Roſin.
libro 7.cap.18.* & ego *libro 3.obſeru.cap.4. num.27.* Pan-
cirol. *lib.2.var.cap.164.* & Buleng. *libro ſexto capit.7.*
qui frumenti octo milliones modiorum, ſeu octin-
gentos

38 gentas myriades adduci ſolere ſcribunt. † Corpus
inſtitutum erat nauarchorum, qui frumentum
adueherent, *lege 1. & tot. infrà de nauicular.* vbi di-
cam. Verùm ſi inopia frumenti laborauerit vrbs,
ſolebant omnia nauigia, ſiue nauarchorum, ſiue pri-
uatorum, occupare, *d.l.pen.in fin.de veteran.l.1. D. vt in
flumin.public.l.3.D.de vacatio mun.* compellebanturque
ad frumenti tranſuectionem, quam ſi recuſarent, publi-
catione puniebantur, *l.1.& 2.C.Th.de nauib. non excuſ.*
Compellebantur præcipuè qui habebant naues duo-
rum millium modiorum frumenti capaces, *l.2.infr.de
nauib.non excuſan.* quam veluti ſemimortuam & calca-
tam ſuſcitant illius Auctores Theodoſius & Valenti-
nianus *Nouel.15.Theod. de nauibus vltra duorum millium
modiorum capacitatem non excuſandis.* Cætera autem na-
uigia, quæ minus capiunt, ad tranſuehendum non ar-
39 ctabantur. † Adeò his neceſſitatibus naues neceſſa-
rias eſſe cenſuerunt, vt ſi aliquis libertus Latinus na-
uem fabricaret, maiorem decem millium modiorum
plenam libertatem conſequebatur. Vlpian. *in frag.tit.3.
§.fin.* ob idque ad ſummã reipublicæ vtilitatem vſum
nauium pertinere dixit IC. *in l.1.§.licet 20. D.de exerci-*
40 *tor.act.* † Ob idque *in l.21.tit.4.lib.6.Recop.& in l.12.
tit.10.lib.7.* ius nauigia amandi cuique conceditur, vt
ſic littora noſtra ſint libera à piratis & hoſtibus no-
ſtræ genti infeſtis, videndi Petr. Greg. *lib.29 ſyntag.c.
10.num.4.* Stracha *de nauib.2.p.num.2.* & quæ de na-
uigationis vtilitate congerit eleganter ſuo more D.
Solorzan. *lib.1.de iure Indiar.cap.8 num.9.& ſeq.* Nam
plures ex Holandiæ rebellibus hæreticis & Gallis au-
ri & argenti quod ex Indiis noſtris aduehitur cupi-
diſſimi & inuidi littora & maria noſtra infeſtare ſo-
lent.

41 Excuſatio verò nautarum, vel eorum, qui naues ha-
bebant, puniebatur tum temporis, ſi ante felicem *em-
bolam* id fieret, quia ſcilicet arctiſſima erat annona, &
neceſſitas ſpecierum ingruebat, vt *in dict.l.2.infra de
nauibus non excuſan.* docemur. Erat autem *Embola*
aduectio frumenti, aduentus ipſarum ſpecierum, vt in-
dicat eadem *l.2.* ibi, *ante felicem embolam, vel publicarum
ſpecierum tranſuectionem, & l.iubemus 10. C.de ſacr.Eccl.*
d.Nouell.Theod. *de nauib. edict.13.* Iuſtinian. notant
Cuiac.& Gothofr. *in d.iur.* Panciroll. *d.lib.2.c.164.*
Buleng. *lib 6.de Imper.c.7.& lib.9.c.28.* eſt itaque *Em-
bola*, nauis onus, ſarcina, merx, vt erat frumentum.
42 † Hinc dictæ huiuſmodi ſpecies *Embolicæ* Vopiſco in
*Aureliano*, quibus onerabantur naues vt in Romam
aduehérentur, vti explicarunt. Adrian.Turneb. *lib.18.
aduerſ.cap.17.* & Caſaubon. *ad Vopiſcum ſup.* qui rectè
meo videri cùm in vulgatis Codicibus ſcriberetur
*Anabolicæ*, vel, *Anatolicæ ſpecies*, emendarunt *embolicæ*,
licet eam lectionem contra eos ſtrenuè tueatur Salm.
*in dicto loco Vopiſci.pag.386.* probans è Græco fonte
idem eſſe Anabolicæ, & embolicæ. Sed hanc litem ip-
ſi dirimant, & rideant alij quod Platea & Pyrrhus de
emboliſmali anno adducunt *in d.l.2.* Embolum æneum
dixit Petronius *in Satyrico cap.30.* pro roſtro, adunco,
ſeu curuo nauis, vt *ibi* explicarunt VVouer.& Erhard.
*in notis*, & Salas *p.114.* & ante eos notarunt Alciat.&
Pyrrhus *in d.l.2.*

43 Huius rei argumento tenuerunt Roland. Menoch.
Matienz.& Azeued. apud Bobadill. *d.lib.3.cap.3.num.
63.* idem Azeued. *in l.18.tit.4.lib.5. Recop.num.5.* poſ-
ſe compelli agricolas & cæteros ciues, vt animalia ſua,
currus, plauſtra, naueſque præſtent ad conuehenda vi-
ctualia in ciuitatem, etiam diebus feriatis, vel vinde-
miarum, aut ſationis tempore, quoniam annonæ pro-
uiſio ita eſt priuilegiata & quamuis nihil de neceſſi-
tate addiciat Bobadilla, ego iuxta iura quæ adducit, ita
eam traditionem accipiendam eſſe reor., ſiquidem ne-
ceſſitas publica exſuperat omnia priuilegia. Gaill. *lib.2.
pract.obſeru.102.num.13.* quæ debent eſſe in detri-
mentum publici commodi, imo ei prodeſſe, *l. obſiſtere,
ſupr.de annon.& trib.* obſeruat Platea *in d.l.1.infr.de na-
uib. non excurſ. verſ.nota quod priuilegia.*

Huc etiam pertinet deciſ. elegans *l. vnica. infrà de* 44
*nautis Tiberinis*, in qua Valentin. & Valens reſcribunt.
vt omnes, qui nauem Tiberinam habent, onus reipub.
agnoſcant, & nullius priuilegij prætextu ſe excuſent,
*l.vn.C.Th.eod.tit.* Differt autem titulus ille ab alio *de
nauibus non excuſandis*, vt hic comprehendat naues ma-
ritimas, & quæ ſunt capaces duorum millium modio-
rum frumenti. Titulus verò *de nautis Tiberinis* loqui-
tur de eis, quæ in alueo Tiberis natabant, vt obſer-
uant Bar. & reliqui. † Sed vltra eorum tradita va- 45
ria explicatione eget lex illa vnica, ideo qua potuero
breuitate, quæ aptiora videbuntur adducam. De Tibe-
ri fluuio, cuius ripam ſiniſtram occupat Roma, nota
ſunt omnia, plenique Auctores. Albula prius nomi-
natus, deinde Tiberis à Tiberiano Albanorum Rege,
Liuio *lib.1.in princ.* Virgil. *lib.8. Æneid.verſ.330.* &
Ouid. *lib.1.Faſtor.* ita teſtantibus.

*Albula quem Tiberim merſus Tiberinus in vndis
Reddidit.*

Alios congerit Cerda *ad Virg. d. loco, num.13.* Varro-
nem ſcilicet, Catonem & Plinium, vt ſic riſu excipias
Bart. *in tract.de fluminib.ſeu Tiberiadis, in princ.* Lucam *in
d. l. vnic.* quem ſequitur ille Toletanus, qui rubricas
voluminis illuſtrauit ſua lucerna, qui aiunt Tiberim
dictum à Tiberio Cæſare ibidem demerſo. † Deſcri- 46
pſit hunc fluuium coloribus poëticis & elegantiſſi-
mis Magnus Vates *d.lib.8. Æneid. verſ.30. & ſeq.* &
animoſus Claudian. *in Panegyrico Olybrij, verſ.209.* &
de erunt videndi Cerda *ſup.* Paſſerat. *in comm. ad Pro-
pert.lib.4.eleg.2.* Dorleans *ad Tacit.lib.1.annal.pag.178.*
Flauus ſæpè vocatur proprio epitheto ab Horat.
*lib.1.od.2.& lib.2.od.3.* Virgil. *lib.7. Æneid.* Vnde
Fran.Sanctius Brocenſis *in notis ad Ouid.in Ibim*, illum
verſum,

*Dum Tiberis liquidas Tuſcus habebit aquas,*

emendabat *dum Tiberis flauas*, quam lectionem ego
non admiſi in meis commentariis, quæ nondum ple-
na pubertate paraui, ad illud Ouidij opus, hodiéque
multo puluere plena continent ſcrinia noſtra. Nam li-
quidas aquas flumina habere propriiſſimo epitheto
ſolent dicere Poëtæ, vt videre eſt ex Martial. *in Am-
phit.epig.26.& 28.* & ipſo Ouidio. *ibid.*

*Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis.*

*Liquor* enim propriè eſt aquarum, & *liqueſcere* apud
Vitruuium *lib.8.cap.1.* pro colari & dilabi, quòd quæ
liquida ſint, diffluere ſic ſoleant. Vnde Neptunus Deus
liquidus Propertio *lib.3. eleg.19.* Cur verò flauus di-
catur Tibris cùm albicantes habeat aquas, vnde Albu-
la diceretur, explicuit Turneb. *lib.22. aduerſ.c.7.* quem
tacitè tranſcripſit Dorleans *ſuprà.*

Per hoc ergo flumen ex Ægypto, vt diximus, vel 47
prouinciis aduectum frumentum claſſibus, impoſi-
tum minoribus nauigiis, aut ſcaphis in vrbem infere-
batur. Multus eſt in hac re Symmach. *libro 10. epiſt.
22.* ad quem dirigitur *d.lex vnica.* Eius verba ſatis in-
tentum explicant, ideo non grauabor adſcribere.
*Mittetis etiam regiam claſſem, quæ annonariis copiis au-
geat deuota plebis alimoniam. Hanc ergo in Tiberinis
oſtiis mixtus populo ſenatus excipiet. Venerabuntur tam-
quam ſacras puppes quæ felicia onera Ægyptiæ frugis in-
uexerint.* & epiſt.31. *Felicitas quidem veſtra æternæ vrbi
ſolemnis alimoniæ copiam pollicetur. Nam æſtate prouecta
cum ex Africanis partibus minimum deuehatur, non inani
tangimur metu ne res annonaria in graues cogatur anguſtias.
Hoc ſæculo veſtro dignum eſt, vt ſecuritatem Romani po-
puli curetis. Aderunt optatis curſibus plena nauigia & Ro-
manos portus frequens atque onuſta claſſis intrabit, ſi adſpira-
uerint numinis veſtri ſecunda ſuffragia.* & lib.3.ep.55. *in
ſuburbano prædio fouens otium ſumpſi litteras tuas. Ager*

autem

*autem qui me interim tenet, Tiberim noſtrum iuncto ac ſub latere proſpectat. Hinc libens video quid frugis æternæ vrbi in dies accedat, quid Romanis horreis Macedonicus adiiciat commeatus. Iam portum noſtrum complurium prima claſſis ſalutat, iam ſecuritate ſaturamur.* & epiſtol. 82. *Tantum de ripa Tiberis (nam per fines meos fluuius elabitur) onuſta ſpecto nauigia, non iam ſolicitus, vt ante, de fame ciuium. Ex inopia namque publicus metus vertit in gaudia, poſtquã venerabilis pater patriæ Macedonicis commeatibus Africæ damna penſauit. Nihil enim paſſus eſt Auſtris contumacibus aduerſus Romam licere ergo de mei agri ſpecula peregrinarum nauium numero tranſcurſus, & gaudeo victum populi Rom. non fato prouinciarum ſed voto Principis regi.* Nec minus eleganter ad rem ſpectat Caſſiodor. lib. 7. ep. 9. ibi, *Illic enim in portu Romano copioſus nauium proſpectatur aduentus, illic veligerum mare peregrinos populos cum diuerſarum prouinciarum merce tranſmittit. His primum faucibus Romanæ deliciæ ſentiuntur, & vndis Tiberinis quaſi per alueum vadunt quæ ad commercia ciuitatis aſcendunt. O inuenta malorum? vt quia longius à littore Roma videbatur poſita, inde magis eſſe inciperet vbi decorum nauium ingreſſum poſſideret. Duo quippe Tiberini aluei meatus ornatiſſimas ciuitates tamquam duo lumina ſuſceperunt, ne vacaret à gratiæ quod tantæ vrbi miniſtrabas expenſas.* Rutilius Numacianus *lib. 1. itinerarij.*

*Interea Latiis conſurgant horrea ſulcis.*
*Pinguia Heſperio nectare præla fiant*
*Ipſe triumphali redimitus arundine Tibris,*
*Romuleas famulis claſſibus aret aquas.*

& noſter Prudent. *lib. 2 in Symmach.*

*——— & ad oſtia Tibris*
*Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos.*

Parco aliis locis Sidonij *lib. 1. ep. 10.* Marciani Capel-
48 læ *lib. 6. de nupt. Mercurij.* † His naues vocarunt Caudicarias, eo quòd in flumine vſui ſunt, vt ait Nonius, & nautæ non ſolùm Tiberini, vt *in d. l. vnic.* ſed & Caudicarij ſunt, qui Tiberis annonam ſubeunt. *leg. 1. C. Th. de canon. frument. vrb. Rom. l. 2. C. Th. de piſtorib. l. 9. C. Th. de ſuariis.* Congruit in propoſito Seneca *de breuit. vitæ cap. 13. Hoc quoque* (inquiens) *quærentibus remittimus, quis Romanis primum perſuaſit nauem conſcendere.* Claudius is fuit, *Caudex* ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus *Caudex* apud antiquos vocabatur. Vnde publicæ tabulæ Codices dicuntur, & naues nunc quoque quæ ex antiqua conſuetudine per Tiberim commeatus ſubeunt, Caudicariæ vocan-
49 tur. † De his nautis erat Ladon ille Tiberinus nauta, qui relicta ſcapha rus emerat iuxta Tiberim, & cùm fluuius molem riparum eſſet egreſſus, & rus inundaret, ſaxis nauiculam, & arena ita impleuit, vt aquas ita auerterit, quod elegantiſſimè depingit Martialis *lib. 10. epig. 85.*

*Iam ſenior Ladon Tiberinæ nauta carinæ*
*Proxima dilectis rura parauit aquis.*
*Quæ cùm ſæpe vagus premeret horrentibus vndis,*
*Tibris, & hyberno rumperet arua lacu.*
*Emeritam puppim ripa quæ ſtabat in alta,*
*Impleuit ſaxis, oppoſuitque vadis.*
*Sic nimias auertit aquas quis credere poſſet?*
*Auxilium domino merſa carina tulit.*

50 ita enim accipiendus eſt acutiſſimus Poëta. † Ob hanc etiam cauſam Auguſto maxima cura fuit aluei Tiberis repurgandi, vt laxior fieret, ita tradente Sueton *in eo capit. 37.* & ita ait Plin. *lib. 3. cap. 5.* Tiberim eſſe capacem magnarum nauium, & apud Caſſiod. *lib. 5. ep. 17. & 20.* prohibetur, in Tiberi & Pado piſcationibus impediatur nauigatio. Vnde iam ex ſupradictis cognoſcimus quòd etſi naues quæ in Tiberi nauigabant, Romanæ vrbis gratia viderentur excuſationem habere, ne cogerentur frumentariam cauſam ſubire, *argum. l. 1. infr. de priuileg. corporat.* quia tamen neceſſitas publica id extorquet, onus illud vtpote neceſſarium agnoſcere debent, *in d. l. vn. de naut. Tiber.*

A qua antequam abeamus, explicandum erit illud, 51
quomodo aſſerat nullam dignitatem excuſandam à
nauium præbitione, † ſiquidem qui in dignitate 52
erant, nullam nauem habere poſſent, præcipuè Senatores, quibus lege Iulia repetundarum id prohibebatur, Auctore Scæuola *in l. 3. §. 1. D. de vacatio. muner.* & Cicer, 7. *act. in Verr.* & docet Bayſius *de re nauali pag. 83.* Leuin. Torrent. *ad S... in in Claud. cap. 19.* & Accur. noſter *in d. l. 1. de nauib. non excuſ.* & Gothofred. *in d. l. 3. §. fin.* & facit etiam *l. aufertur 46. §. 2. D. de iure fiſc.* vbi etiam Cuiac. & *lib. 6. obſer. c. 38.* ex quibus conſtat id etiam Præſidibus prouinciarum denegatum. Ratio fuit vt quæſtus & deprædationes cohiberentur, vt
obſeruari licet ex Cicer. 2. *in Verr.* † Sicut etiam emere 53
& vendere prohibetur Iudicibus & iis qui prouincias regunt, *l. non licet 46. D. de contrah. empt. l. principalibus 33. D. ſi cert. pet. l. vnic. Cod. de contract. iudic. d. l. aufertur, §. 2.* cum aliis quæ adducunt & explicant Greg. *in l. 5. tit. 5. p. 5.* Bobadill. *lib. 2. polit. cap. 12. à num. 34.* Donell. *lib. 12. comm. cap. 23.* Caldas *de emptione & vend. cap. 8. à num. 57.* Nauarrete *in diſcurſib. polit. diſcur. 15.* Matienz. *in dial. Rel. 3. p. dialog. 25. & ſeq.* Morl. *in emp. tit. de contr. emption. in præmiſſ. num. 91.* Azeued. *in l. 23. tit. 11. lib. 5. Recopil.* & Hermoſill. *in l. 5. tit. 5. p. 5. gl. 4. tota.* & eſt videnda *l. omnis, Cod. Th. de iis quæ adminiſtrantib. vel offi-*
*cium publ. gerent.* † Supradictam tamen Senatorum 54
prohibitionem intelligunt Gothofr. & Cuiac. *ſupr.* de nauibus marinis, non de fluuialibus, quales erant Tiberinæ. Verùm eadem difficultas remanet ex *l. 1. & 2. infr. de nauib. non excuſ.* vbi dignitas & priuilegium non excuſantur quominus nauem præbeant publica in neceſſitate. Niſi dicas prohibitionem illam antiquitus obtinuiſſe, tempore verò Imperatorum Valentiniani & aliorum ſequentium non vigere, quod *in d. l. 1. de nauib. non excuſ.* inſinuatur, ibi, *Nam vt priuatos quoſque non prohibemus habere nauigia.* quæ verba apta ſunt comprehendere Senatores. Facit etiam quod etſi Senatores prohibiti eſſent plures, ſunt alij, qui in dignitate conſtituti nauigia habere poterant, vt ipſa lex vnica indicat, dum prohibet, ne ſub dignitatis prætextu nauigia præbere recuſent, & hæc dicta ſufficiant circa eam.

# TIT. XXVIII.

## *De collatione donatorum, vel releuatorum, aut tranſlatorum, ſeu adæratorum.*

### LEX VNICA.

*Impp.* VALENTIN. & THEODOS. AA. *Hermocrati P.P.*

Diſpoſitionẽ ampliſſimæ recordationis Antiochi, quæ certam quantitatem releuatis poſſeſſione nomine canonis indixit, non imminui decernimus, id enim quoniam in canonem cecidit, & anniuerſaria debet penſitatione perſolui, nec in præteritum, nec in poſterum patimur eſſe conceſſum. Indulgentiam verò memoratæ deſcriptionis, & in anteactũ, & in poſterum tempus, non ſolum in releuatis, verùm etiam in donatis, adæratis, tranſlatiſque, ſeu quod-

libet aliud nomen nouæ deſcriptionis excogitatum eſt, volumus obſeruari, nullamque ſuper his vnquam exactionis moleſtiam formidari, quibus non tantùm reliqua præteriti temporis relaxamus, ſed nec in poſterum quidquam innouationis, aut oneris adiiciendum eſſe cenſemus, nullique licere deinceps contra diualia ſtatuta releuare ſuas poſſeſſiones. Nouerit tamen ampliſſimæ tuæ ſedis officium, quod ſi aliquando nobis ſuggeſtio huic noſtræ ſanctioni contraria porrigatur, vel ſi ſacris mandatis (ſi qua fortè citra ſuggeſtionem his piis diſpoſitionibus aduerſa emanauerint) obſequatur, & aliquos tanquam debitores ex huiuſmodi titulo crediderit exponendos, ducentarum librarum auri ſe condemnatione multandum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Huius tituli ſumma & mens explicatur, quid ſit eleuare & adærare?* & n. 2.
3 *Antiochus, de quo mentio eſt in hac lege, quis fuerit.*
4 *Rerum diſpoſitionem committebant Imperatores adminiſtris, deinde eam confirmabant.*
5 *Expromitur ratio huius conſtitutionis ex variis locis Caſſiodor. & Maioriani.*
6 *Beneficium Principis debet eſſe manſurum.*
7 L. forma 4. §. illam, D. de cenſibus, *opponitur in contrarium, & explicatur argumentum,* & n. 8. & 9.
10 *Penſio augetur, vel diminuitur, propter augmentum, vel diminutionem ſuperuenientem.*
11 *An onus Miſſarum creſcat, vel decreſcat, propter augmentum, vel diminutionem, & in aliis ſimilibus quæſtionibus,* & n. 12. & 45.
13 *An in cẽſibus fructuariis augeatur, vel diminuatur pẽſio.*
14 *Expenduntur* l. penul. infr. de omni agro deſer. & l. fin. C. de alluuionibus, *cum aliis, in quibus propter augmentum non augetur penſio,* & n. 15. & 16.
17 *Proponitur ratio quæ ſuadet idem ius dandum eſſe in augmento, quod in diminutione,* & num. 18. & 31. cum ſeq.
19 *Diuerſa ratio militat in augmento ac in diminutione, & de ea differentia,* n. 22. & 29.
20 *Æſtimatio, aut diſpoſitio rei attenditur iuxta tempus, quo imponitur tributum à teſtatore, vel contrahentibus.*
21 *Contractus regulantur iuxta tempus quo celebrantur.*
23 *Re diminuta pro parte, vel in totum perempta, pro parte, vel in totum moderatur penſionis onus, quod & in annuo cenſu admittitur,* & n. 24.
25 *An in emphyteuſi perempta re, vel diminuta, minuatur onus, & an ſit neceſſarium, vt vltra octauam partem diminuatur,* ad l. 28. tit. 8. p. 5. & num. 26. 27. & 28.
30 *Penſio exceſſiua ad iuſtum modum reducenda quando fructus beneficij ſunt diminuti.*
31 *Explicantur* cap. quanto 16. de cenſib. cap. quia circa de priu. *cum aliis iuribus, quibus probatur idem ius ſtatuendum in diminutione ac in augmenta,* n. 32. 33. 34. & 35. 37. 38.
36 *Quid ſit procuratio in iure Canonico.*
39 *Agitur de explicatione* d. cap. quia circa, de priuileg. & d. l. ſi ex toto 8. D. de leg. 1. l. fundus 10. de leg. 2. & n. 40.
41 Cap. cùm M. de conſtitut. *exponitur.*
42 *Quare colonus propter ſterilitatem petere poſſit remiſſionem penſionis,* & n. 43. & 44.
46 *Quæſtio in vſu frequens de reductione cenſuum perpetuorum ad explicationem* l. 4. & 7. tit. 15. lib. 5. Recop. & n. 47. 48. & ſeqq. vſque ad 53.
54 *Anniuerſaria collatio quæ ſit in lege noſtra, & anniuerſarium continet eandem diſpoſitionem ac maioratus.*
55 *Explicatio litteralis noſtræ legis* in verſ. Noueris tamen.
56 *Reſcriptum impetratum contra legis prohibitionem præſumitur per importunitatem conceſſum.*
57 *Legatum relictum marito non valet ſi extortum ſit precibus importunis.*
58 *Quæ ſint & dicantur importunæ preces?*
59 *Quando Princeps motu proprio aliquid concedit, non cenſetur eſſe inuerecunda petitio, & ſic non annullatur conceſſio, & de clauſula* motu proprio.
60 *Explicatur lex noſtra quatenus prohibet conceſſionem Principis, etiam motu proprio factam,* & numero 61.

CVM multoties prædia & fundi patrimo- 1
niales Principis ſub certo cenſu concederentur, & varietate temporis, vel alia cauſa neceſſitatibus vrgentibus, quæ vel ex paupertate colonorum, vel ſterilitate, aut exhauſti patrimonij cauſa, vel temporis iniuria remiſſio penſionis, aut tributi peteretur. Solebant Imperatores talia concedere beneficia debitoribus, vel eiſdem prædia ipſa donando, vel canonis præſtatione, vel tributis poſſeſſiones releuando, vt deinceps tributorum nomine minus ſoluatur, vel transferendo poſſeſſiones in aliud ius, aut functionem, ex vna videlicet præſtatione in aliam, vel ex vna perſona in aliam, vel quod in vna præſtatione dandum erat transferendo in aliam. Vt puta ſi in frumento tributum ſoluendum erat, commutabatur præſtatio in pecuniam, qua de cauſa præ-
dia adærata dicebantur. † *Adærare* eſt taxare, æſti- 2
mare pecunia, aut ære, quod in annonis præſtandum erat, quaſi ad æs, ſeu pecuniam reducere præſtationem frumenti, aut cæterarum ſpecierum. De his modis ſunt multa vtriuſque Codicis loca, præcipuè *l. 5. C. de ſacr. Eccleſ. l. hi quibus 6. inf. de fundis patrim.* Prædia à Principe donata ad poſteros tranſmittuntur *in l. fundos* 10. *illo tot.* vbi fundi à Principe donantur & adærantur & releuantur, *l. penul. infr. de omni agro deſer. l. fin. infr. de locat. prædior. ciuil. verſ. ſanè. l. fin. ſup. de annon. & trib. l. ſi quis, infr. de diuerſ. præd. l. 1. & ſeqq. C. Th. h. t. leg. quicumque* 15. *C. Th. de indulgent. debit. l. à prouinciarum* 28. *l. procuratores* 22. *C. Th. de erogat. milit. ann. leg. ſeptem* 12. *& l. nulli* 7. *infr. eod. titul. l. 3. C. Th. de equorum conlatione, leg. fin. C. Th. de milit. veſte.* Nouella Theodoſij *de releuatis, vel donatis poſſeſſ.* quæ eſt integra conſtitutio & originalis, ex qua deſumpſit hanc legem noſtram Tribonianus. His adde Caſſiodorum *libr. 7. epiſt. 45.*

Conſtituitur ergo his legibus, vt quæ Antiochus 3
Præfectus prætorio poſſeſſoribus conceſſit releuando, transferendo, vel donando integram [illegible] tineant firmitatem. Fuit Antiochus Præfectus prætorio, non imperator, vt exiſtimauit Accurſ. *hic* quo errore laborant quoque Rebuff. & Platea, & peius Lucas, qui plurimos Antiochos Syriæ & Græciæ Reges fuiſſe ait. Pyrrhus nondum ſe ab eo errore liberat, cùm legendum aſſerat, *Antonini* & non *Antiochi*. Fuit itaque Præfectus iſte ante Hermocratem Præfectum cui hæc lex dirigitur, vt notauit Cuiac. & Gothofred. & conſtat ex *l. 4. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* quæ ſcribitur *Antiocho PP.* Qui etiam videtur cum Baſſo Conſul fuiſſe eodem met tempore, vt videre eſt ex *l. 5. C. Th. de his qui ad Eccleſ.* & Caſſiodor. *in Chron.* Confert quoque *leg. fin. C. Th. hoc tit.* quæ auctores habet Valentinianum & Theodoſium ad Antiochum P.P. & tractat

tractat de huiuſmodi releuatis & adæratis prædiis, & lata eſt ſub Theodoſij minoris decimotertio Conſulatu pridie Kal. Ianuarij, & confirmatio; de qua in noſtra lege, fuit ſub decimonono Con-
4 ſulatu eiuſdem Theodoſij. † Solebant Imperatores huiuſmodi res committere Præfectis prætorio, & primis adminiſtris rerum adminiſtratarum. Deinde quod diſpoſuiſſent confirmabant, vt in ſpecie *leg. 1. infr. de fundis limitroph.* (vbi dixi *in tit. de annon. & trib.*) *l. 1. infr. de frument. Alexand. l. tabulariorum 9. Cod. Th. de annon. & trib.*

5 Rationem noſtræ conſtitutionis tradere videtur eleganter, vt ſolet, Caſſiodor. *lib. 4. epiſt. 36.* vbi inquit, *Prouidentiſſimi Principis eſt grauiter imminutis relinquere tributariam functionem, vt rediuiuis ſtudiis adimplenda ſolemnia recreentur, qui preſſi damnorum acerbitate defecerant. Nam ſi feſſus minimè releuetur onus neceſſitate cernitur iacere proſtratus. Melius eſt enim præſentia damna contemnere, quàm exiguo quæſtu perpetua commoda non habere.* Nec minus eleganter Imp. Maiorianus *d. Nouell. de indulg. reliquorum, Feſſas prouinciarum varia ac multiplici tributorum exactione, fortunas, & extraordinariis fiſcalium ſolutionum oneribus attritas ſolutæ inlationes amiſſæ ſubſtantiam & defectum ſui, etiam in his, quæ meritò fuerant ſoluendæ, ſenſiſſe ſuperindictitiis quidem titulis in præteritum poſſeſſor exhauſtus dum agræ ſolutionis trahit ſub impoſſibili deuotione reliquias, & pro temporis curſu nouis ſubinde perurgetur venientium indictionum tributis, coaceruata in vnum ſarcina obnoxietatis obruitur, & præcedentibus diuitiis neutiquam ſufficiens ad futuram quoque inlationem minus idoneus inuenitur. Quapropter tribuendæ ſunt ante res enim clementiæ pia mandare, defenſis & ſubiectorum anguſtiis in tempore ſubuenire, vt inueteratis nexibus liberati ad hæc quæ in poſterum publicis ſecundùm morem compendiis inferenda ſunt, poſſibilitatem incipiant habere ſoluendi.* His addenda ſunt verba noſtrorum Imperatorum dict. Nouell. *de releuat. & adæratis.* ibi, *Perfecta eſt ac plena liberalitas quam præſens munificentia communis, tuncque maximè, cum vnuſquiſque tuto ſe confidit habere quod meruit, ſi quod ſingulis ſpecialiter indultum eſt, generali prouiſione firmetur.* iterum adduco Caſſiodor. *l. 4. epiſt.* 50. ibi, *Campani Veſuuij montis hoſtilitate vaſtati clementiæ noſtræ ſupplices lacrymas profuderunt, vt agrorum fructibus enudati ſubleuentur onere tributariæ functionis. Quod fieri debere noſtra pietas acquieſcit, vt agris ibidem diligenter inſpectis inquantum poſſeſſoris laborauit vtilitas ſubleue-
6 tur.* † Cùm enim beneficiũ Principis latiſſimè ſit interpretandum, *l. 3. D. de conſtit. Princ.* cum adductis *ſuprà in leg. 2. de bonis vacant.* ſimiliter etiam debet durare, & eſſe perpetuum. *cap. decet 16. de reg. iur. in 6. Nouell. 71.* quæ eſt *Auth. conſtitutio quæ dignitatibus collat. 6. §. illud, in fin. Nouell. 10 ſeu Auth. de Referendariis. §. 1.* cum adductis à Baldo *conſ. 279. l. 3.* Curt. iun. 170. *n. 41.* Grammat. *conſ. 6. n. 5.* cùm nihil ſit in Principe præſtantius, & maieſtate regali dignius, quàm liberalitas & pietas. obſeruant Adam Contzen *lib. 3. polit. c. 9.* & Carol. Scriban. *in polit. Chriſt. lib. 1. c. 5.* Quapropter iure optimo in præſenti ſtatuunt, vt releuatio prædiorum ſuam obtineant firmitatem, neque in aliquo minuatur, aut auferatur indultum, ſed provt Antiochus diſpoſuit, ita permaneat.

7 Sed obſtat *leg. forma 4. §. illam, D. de cenſibus.* vbi releuationem faciendam eſſe à cenſitore ait Conſultus ſi portio agri chaſmate perierit, ſicut colonis præſtandam eſſe remiſſionem mercedis, ſi aliquibus ex cauſis (de quibus ego diſſerui *lib. 3. obſeru. cap. 1.*) ſterilitas contingat, admonent iura tam ciuilia, quàm canonica & regia, *l. licet 8. Cod. de locato. l. ex conducto 15. §. ſi vis, l. ſi merces 25. §. vis maior, D. locati cap. propter ſterilita-
8 tem, Decretal. eod. tit. l. 22. tit. 8. p. 5.* † Sed huic difficultati reſpondent Rebuff. *num. 1. in fin. & num. 3. verſ. ad euidentiam,* & Platea ante *num. 1. verſ. tertio, & numer. 5.* poſt Accur. *verb. diſpoſitionem,* hîc. noſtram legem loqui de certis prædiis ſpecialiter releuatis ante tempora Antiochi, non verò in contrarium eſſe *d. §. illam*, qui intelligendus eſt attenta iuſta cauſa, cum qua rectè fieri poterit alleuatio. facit *lex cùm quidam 17. D. de vſuris.* † Quæ interpretatio fomento indiget aliquo, lex etenim noſtra ſemper releuationem prohibet. ſolùm ab 9
Antiocho factas approbat, ex benignitate Principis id indulgentis in perpetuum. At *dict. §. illam.* loquitur in diuerſo caſu; lex noſtra agit de prædiis ipſis releuatis à cenſus onere in perpetuum, vt ſi, verbi gratia, ſoluebantur viginti, minuatur penſio, & decem dentur, At *d. §. illam* loquitur quando releuatur debitor iuſta de cauſa, quòd ſcilicet chaſmate pars agri perierit, vel terræ motu corruerit, vt *in l. verum 11. §. ſi locupleti. D. de minorib. l. cùm res 47. §. fin. D. de legat. 1.* quando videlicet ager ſubſidet in vaſtam voraginem; vel ex aliis cauſis ſimilibus. Tunc, ait Vlpian. *in dict. §. illam*, cenſitor, id eſt, qui cenſum agit, & percipit præſtationem tributorum à colono, debebit releuare ex æquitate debitorem, qui illo damno affectus eſt, vt ſcilicet tributum tantùm pendat pro ea parte agri, quæ à chaſmate libera permanſit, non verò pro ea, qua frui minimè potuit, cùm ea labes non culpa coloni, ſed admirabili Dei voluntate inferatur; vt de vi maiori 10
dixi *lib. 3. obſeru. cap. 3.* † Nam inſolens non eſt in iure, vt penſio augeatur, vel diminuatur propter augmentum, vel diminutionem ſuperuenientem, vt animaduertimus *in l. etſi contra 35. D. de vulgar. l. ſi ex toto 8. in princ. l. grege 21. l. ſeruum 44. §. area. D. de legat. 1. l. cum fundus 10. D. de legat. 2. l. fin. § fin. D. de legat. 3.* & ad rem eſt ſatis apta *l. 2. C. de alluuionib.* iunctis quæ ad eorum iurium exornationem obſeruarunt Ant. Gomez *1. tom. var. c. 12. n. 16.* Spino *de teſtam. gloſ. 8. n. 36.* Ioan. Garcia *de expenſis cap. 22. num. 29.* & noſter amicus doctiſſimus Alphonſus de Lara *in erudito tractatu de Capellan. lib. 1. cap. 15. toto, maximè à num. 18.* Ceuall. *4. tom. comm. quæſt. 906. num. 64.* M. Ant. Genuenſ. *in prax. Eccleſiaſt. q. 229.* † qui omnes præcipuè D. Lara, inter 11
alias quæſtiones pertractant eam, an creſcentibus, vel decreſcentibus fructibus, aut penſionibus fundi relicti pro anniuerſario, creſcat vel decreſcat onus Miſſarum? In qua cum iudicio reſoluit diminui onus Miſſarum, ſi diminuantur fructus, cùm è contrario eis auctis, augeatur (quod de perpetuo augmento, vel diminutione intelligas) Conſentit Aluarado *de coniect. mente def. lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 37.* & ante eos tenuit gloſ. *in cap. quanto 16. verb. in tantum, de cenſibus.* & explicant Nicol. Garc. *de benefic. 1. p. cap. 1. ex n. 124. & ſeqq.* & alij relati per text. *ibi in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 4.* à Barboſ. *in collect. ibi, ex numer. 1. & ſeqq. & de offic. Epiſc. allegat. 29. tot.* vbi de poteſtate Epiſcopi tractat in reducendo Miſſarum numero. † Sic 12
etiam ſi locaui molendinum ex quo conductor percipiebat quinquaginta, quia erant alia molendina vicina, quæ modo ſunt diruta, aut impetu fluminis deuaſtata, tunc augeri penſionem, tradunt Bart. Caſtr. & alij, quos refert. Greg. *in l. 23. tit. 8. p. 5. verb. por à ventura* Carroc. *de locato, tit. de remiſſion. num. 2. & ſeq* Sichard. *in l. licet 8. C. de locat. num. 2.* Valaſc. *de iure emph. q. 27. num. 53.* & in ſpecie Bobadill. *lib. 3. polit. cap. 4. num. 28. & ſeqq.* † Hoc tamen non obtinebit in cenſibus fru- 13
ctuariis, qui ad rationem quatuordecimæ ex legibus regiis reducti ſunt, ex *l. 4. & 6. tit. 15. lib. 5. Recop.* poſtea aliis nouioribus legibus ad rationem viceſimæ. Nam etſi fructus viceſimæ ſortem excedant, non tenebitur debitor augere penſionem, vt vtiliter docet Gaſp. Roderic. *lib. 1. de annuis reddit. q. 12. ex n. 9.* quia cùm contractus cenſus taxatus ſit à lege, hoc pretium iuſtum cenſetur, ita vt ſi excedatur, erit illicitus contractus. notat idem Roderic. *ſup. quæſt. 6. ex num. 1.* Valaſc. *ſup. q. 32. ex num. 8.*

14 Verum quia hic articulus non ita conſtat, neque
apertus ſit, vt tumultuariè excutiatur eius reſolutio,
ideo in examen erit reducendus, vt veritas inde magis
eluceſcat. Nam video *leg.penul.infr.de omni agro deſer.*
negantem vt propter augmentum fructuum augeatur
penſio, ſi quidem in eius ſpecie, ſi aliquis ſteriles
agros ſuſceperit, ſub certa penſione, & poſtea fructuo-
ſiores ſint facti, ad eandem penſionem, quæ initio
præſcripta eſt, tenebitur, ita vt nullam in poſterum
ſuſtineat innouationem, vel adiectionem, nec aug-
15 mentum. † Cui etiam fauet *l.fin.Cod.de alluuion.* vbi ſi
per alluuionem augeatur ager, vel fertilior efficiatur,
non ex eo augenda erit penſio, ibi, *& d.l.ſi merces* 25.
*§. vis maior D. locat.* ibi, *cui immodicum lucrum non au-
fertur l.2 infr.de fund.rei priuat.* ibi, *vnaquaque villa cum
eo onere, cui nunc habetur obnoxia, ad noui Domini iura mi-
grabit, vt ſi quid adiecerit, ſumptus, cura, vel ſolertia, quid-
quid mancipiorum, vel pecoris accreuerit, capitationis, aut
canonis augmenta non patiantur, ſed ſolis dominis ſit ceſſura
16 felicitas.* † Facitque ratio *l.1.infr. in quibus cauſ. coloni.l.
cùm ſatis 13.§.caueant.infr.de agricol.& cenſ.* quibus om-
nibus iuribus euincitur, propter augmentum in re
contingens, minimè eſſe augendam penſionem, & fa-
cit *l.2.infr. de prædiis nauicul.* ita tenent gloſ. *in d. cap.
quanto, de cenſib.verb.indulgemus, verſ.ſi verò quantitas.*
Platea *in d.l.ſi quis, infr.de omni agr.verſ.nota ergo.* & alij,
quos refert Valaſc.& *ſup.q.16.num.7. & 8. & ſup.q.27.
in fin.* Barboſa *in collect. ad d. cap. quanto num.2.* licèt
ſatis nude, cùm ſolum alleget Duenas *reg.164.* adde
Franc. Marc. *q.210.p.2.* quem ſequitur Ariſm. Tepat.
*var.ſent.tit.de cenſib.375.cap.5.* & alij à nobis relati *in
l.4.ad fin.ſup.de annonis & tributis.*

17 In contrarium eſt quòd contrariorum eadem ſit ratio
*l.1.D.de his qui ſunt ſui, cum vulgatis,* & cùm diminutis
facultatibus, vel re, diminuatur onus, ita etiam & au-
ctis debuit augeri penſio, *argum. leg.ſecundum naturam
10.ff.de reg.iur.* damni enim & lucri ratio à pari proce-
dit. *l.vnic.§ pro ſecundo, C. de caducis.§.illud*, vbi notat
Pichar. *Inſt.de ſociet.* alias duplici damno afficeretur
dominus tum ex diminutione rei, tum quod dimi-
nutis bonis diminueretur penſio, quod eſſet iniquum,
*argum.l.ſi non fuerit 19.§ fin. D. pro ſocio*, iunctis quæ
tradit Fachin. *lib.2.controuerſ. cap.95.* & quod vnuſ-
quiſque in alio deſiderat, ipſe quoque tenetur facere.
*l.1. D. quod quiſque iuris. l. bona fides 31. D. depoſiti.*
18 † Quod & in ſterilitate contingente conſtitutum eſt,
vt colono remittatur penſio, & econtra, propter ni-
miam vbertatem augeatur. *cap.propter ſterilitatem, de
locato,* cum aliis ſimilibus, quæ adduximus *lib.3.obſeru.
d.cap.3.num.12.& ſeq.* & ſic *in d.cap.quanto 16. de cen-
ſib.* dicitur, quod ſi facultates Eccleſiæ ita excreuerint,
augeri debeat & penſio: & ita argumentatur doctiſ-
ſimè Accurſ. *in d.l.ſi merces.§.vis maior.D.locat.verb.cui,
in princ.* & Bernard. *in d.cap.quanto gloſ.fin.* & D. Lara
*d.lib.1.de anniuer.cap.15.num.18.& 19.* quo argumen-
to eam ſententiam tuetur, vt idem ius debeat proce-
dere in augmento, quo in diminutione, quam etiam
ſequitur Gratian. *deciſ.85.tot. maximè numer.6. & ſe-
quenti.*

19 Retinenda tamen eſt *ſuprà* dicta ſententia, quæ eui-
dentibus iuribus approbatur. Huic verò argumento
fieri ſatis poteſt, ſi dicas illud dicterium, quòd con-
trariorum eadem ſit ratio, non admitti, nec procedere
quando militat diuerſa ratio in contrariis, vt tenent
plures relati à Barboſ. *de axiomat. iur. verb. contrarietas
58.n.11.* & diuerſam rationem militare in augmento
20 ac in diminutione, ex ſupradictis ſatis apparet. † Tum
etiam, quia debet attendi æſtimatio, aut diſpoſitio
rei iuxta tempus quo onus, ſeu tributum imponitur,
vel à teſtatore, vel à contrahentibus, *l.vxorem 41. §.te-
ſtamento 4.l.nomen 34.§.filio l.teſtatorem 68.§.prædiis. D.
de legat.3.l.ſi ita 7. Digeſt.de auro & argent.leg. Aurelius
28.§.1.leg.fin.§.fin. Digeſt. de liberat.legat.* iunctis quæ
obſeruat Caſtren. *in leg.cùm ſtipulamur num.3.Digeſt.
de verb.oblig.* Fulgoſ. *conſ.37.* Curt.iun. *conſ.277.num.
13.* Felin. *in cap.ad hæc, el 1. de reſcript.* Menoch. *de
præſumpt.lib.4. præſumpt.127. à num.1. & conſ.97. nu-
mer.72.* † Quod etiam in contractibus admitti ſolet, 21
vt iuxta tempus quo celebrantur debeant regulari. *l.
ſi cùm meus 14. Digeſt.ſi ſeruit.vind.leg.Rutilia 69. Di-
geſt.de contrahent.empt.* vbi notat Gothofred. poſt Bart.
& alios antiquiores, *leg.2.§.1. Digeſt. de hæred.vel act.
vend.* docet Valaſcus *conſult.58.numer.2.* Bobadill. *d.
lib.3.cap.4.num.28.* † Et quamuis augeantur prædia, 22
vel aliæ res, in quibus onera impoſita ſunt, non de-
bet cedere in detrimentum eius, qui ad ſolutionem
oneris, vel penſionis vrgetur, cum potuerit legem
apertiùs dicere qui onus impoſuit, *l.quidquid 99. Di-
geſt.de verb.oblig.* & cùm prædium conceſſit, & cen-
tum, verbi gratia pro onere poſuit, certa eſt voluntas
imponentis eam quantitatem tantùm appetiiſſe, cùm
pro certo haberet eum, qui prædium accipiebat, ita
accipere, vt lucrum de eo perciperet, & diligentia ſua
non debet ei nocere. *d.l.fin.C.de alluuion.* & in id quod
præſens fuit, magis conſenſiſſe contrahentes veroſimi-
lius eſt, quam in id quod futurum & incertum erat,
*argum.l.ſi ita.7.de auro.& argent.leg.* cum aliis. Præter-
quam quod nullum præiudicium reſultat ex augmen-
to proueniente in damnum illius, qui penſionem per-
cipit, imò maiori ſecuritate gaudet vt ſolutio fiat.
Quapropter nulla iniquitas conſiderari poteſt ex par-
te ſoluentis, quod fortunæ beneficio, aut Dei proui-
dentia augmentum habuerit, *argument. leg.vnic.ſup.de
theſauris* ibi, *Theſaurum quærere, & inuento vti, liberam
tribuimus facultatem, nec vlteriùs Dei beneficium inuidioſa
calumnia perſequatur. d.l.2.de fundis rei priu.iuncta d.leg.
cùm quidam de vſur.* & poteſt creditori debitor dicere
cum Patrefamilias Euangelij, *Amice, non facio tibi iniu-
riam, nonne ex denario conueniſti mecum?* Quia penſionis
nomine aliquid aliud amplius quàm conuenerit, re-
poſci non debet. *l.legem 16.C.de locato.* & ita hanc ſen-
tentiam in emphyteuta tenet Gregor. *in l.26. tit.28.
p.3.verb.ſeniores,* & plures, quos retulit Valaſc. *de iure
emph.q.16.num.7.& 8.* & ante omnes eleganter tenuit
Accurſ. *in d.l.ſi merces 25.§.vis maior. verb.cui Digeſt.
locat.*

Contraria omnino ratio militat, quando res dimi- 23
nuitur vel in parte, vel in totum, videlicet ſi incen-
dio, ruina, vel alia ſuperueniente cauſa minuatur, de-
terioretur, perimatur, chaſmate contingente, vel
inundatione, vel, vt ſæpius in hac Pinciana Curia al-
legatur, iniuria temporis, quia populi, qui antea
erant oppidanis pleni, nunc vix ſufficiant, qui ſu-
perſunt tributorum oneri, tunc pro parte releuatio
concedenda erit, ſi pro parte minuatur res, vel in
totum, ſi tota pereat, ita minuetur penſionis onus
quæ traditio apertè probatur *in d.l.4.§.illam.Digeſt.de
cenſib.leg.cùm quidam 17. Digeſt.de vſuris. d.cap. quanto
14. de cenſib.* cum aliis iam adductis *ſupr.& in d.leg.4.
in fin.ſupr.de annon.& trib.* † & ita annuo cenſu tenue- 24
runt Auendan. *de cenſib.cap.60. toto, maximè ex num.5.*
Lara *d.lib.1.cap.15.num.10.* Gutier. *lib.2.pp.quæſt.177.
num.7.* Ludou. Centius *de cenſib. 3. p.quæſt. 1.art.1.& ſeq.
& q.2.tota.* & poſt illum tractatum *deciſ.88.* alios con-
numerat Ceuallos *com.contra com. q.312.numer.7.* qui
rectè improbat Feliciani doctrinam contrarium aſſe-
rentis *lib.1.de cenſib.cap.8.num.19. verſ.contrarium verò,
& in addit.lib.1.dict.cap.8.numero 17.* vbi ſe à Ceualli
impugnatione defendit, ſed non iure, quia ſi noſtra
iura vidiſſet, & notaſſet, crederem noſtram ſenten-
tiam accepturum. Nec Gregor. cogitandum reliquiſ-
ſet *in leg.28.tit.8.part.5. verb. ochaua parte, in fin.* Ve-
rior enim eſt hæc quam tuemur ſententia, quæ com-
probatur ex Extrauag. Pij V. de forma creandi cenſus,
ibi,

ibi, *Poſtrèmo cenſus omnes in futurum creandos non ſolùm re in totum, vel in parte perempta, aut infructuoſa, vel pro parte effecta volumus ad ratam perire*, & ita multoties in praxi obtinuit in Curia noſtra, nam incendio grauiſſimo combuſta fuit domus, in qua cenſus conſtitutus erat, cum conditione reædificandi, renuntiatis caſibus fortuitis, & abſolutus fuit cenſuarius, quia ex domo illa remanſit ſola area, & incendium fuit inſolitum, & raro contingens, quia via tota, ſeu callis combuſta fuerat cum vniuerſis domibus ex traditis ab Auendan. *d. cap. 60. n. 10. & ſeq.* iunctis quæ de caſibus fortuitis referunt relati à Hermoſilla *in l. 3. tit. 2. p. 5. gl. 6. n. 5. & ſeq.*

25 Sic etiam idem & de emphyteuta ſecurè dicendum credo, cum allegatis ab Auendan. *ſupr. num. 6.* & ab Ant. Theſaur. *deciſ. Pedem.* 20. *&* 120. *&* 226. Rodriguez *de ann. redd. lib. 2. q. 15. num. 95.* Fachin. *lib. 1. controuerſ. cap. 89.* & eſt expreſſa *l. 28. p. 5. d. tit.* 8. vbi Greg. *verb. ochaua.* ita vt perempta re emphyteuticaria onus, vel penſio perimatur, vt *in d. leg. part. & l. 1. C. de iure emphyt.* etſi contrarium tenuerit Petr. Surd *deciſ. 198. n. 8. & conſ. 197. tot.* ex eo quod donec quid licèt minimum ex re emphyteutica ſuperſit, duret contractus & obligatio quod videtur confirmare *d. l. 28. part.* dum conſtituit quòd ſi octaua pars domus, aut prædij remanſit, penſio eadem quæ pro tota præſtabatur, remanebit; quæ videtur fuiſſe æſtimatio rei quam generaliter conſtituerat *d. l. 1. Cod. de iure emphyt.* quæ damnum pro parte expoſcebat, ex quo ipſa res penitus læderetur: & lex partitæ ex opinione Azonis (quam plerumque ſequuti ſunt Partiti iuris conditores) *in ſum. Cod. de iure emphyteuſ.* hoc damnum voluit ita eſſe æſtimandum, vt octaua pars non remaneat, cùm tamen hoc ab interpretibus variè taxaretur. Valaſ. *ſupr. q. 27. num. 4.* The-
26 ſau. *d. deciſ. 120. num. 2.* † quod explicat Auendan. ex aliis à ſe relatis *d. cap. 60. num. 6.* poſt. Greg. *in d. leg. 28. verb. ochaua, verſ. ſi verò penſio,* eam ſententiam obtinere, quando illud, quod ſupereſt, ex re diminuta ſufficiat ad ſolutionem conſtitutæ penſionis, quia ſi non ſufficeret, liberabitur emphyteuta, qui tenebitur tantùm pro rata fructuum penſioni correſpondentium, cui ſententiæ adhæret quoque Theſau. *d. deciſ. 20. n. 6. & fin.* poſt Bar. *num. 3. & 4.* Iaſ. *num. 93. & 94. in d. leg. 1. de iure emp.* Alex. *conſ. 112. num. 3. lib. 1.* Nauarr. *in Man. cap. 17. num. 190.* Gama *deciſ. 150. & 232.* Gaſpar Rodriguez *lib. 2. de an. red. q. 15. n. 95.* licèt legis partitæ non meminerit. & Auen. *de cenſib. d. c. 60. n. 6. verſ. hac tamen.* & videntur pro ea facere *d. §. illam, & d. l. cùm quidam.*

27 Ego verò etſi in puncto iuris hanc doctrinam veram dicerem, quia *d. leg. 1. C. de iure emph. in fin.* rectè poteſt iuxta ſupradicta interpretari, vt non loquatur de diminutione penſionis, ſed de interitu emphyteuſis. Tamen auctoritas *d. l. 28. part.* ita eſt expreſſa in taxatione damni quoad ſolutionem penſionis, vt verear ab ea diſcedere. Nam ita concepta eſt, *Mas ſi la coſa no ſe perdieſe de todo, e fincaſe quanto la ochaua parte della al omenos, eſtonce tenudo ſeria de dalle cenſo cada anno por ella aſi como lo auia prometido.* Vbi hæc verba vltima nihil aliud dicunt, niſi penſionem ſoluendam, ſicut antea conuentum fuerat; dum tamen remaneat octaua pars illus rei emphyteuticæ, & cùm penſio conuenta ſoluenda ſit, minimè dicetur diminuendam eſſe ex particulari damno.

28 Quare in emphyteuſi propter auctoritatem legis partitæ dicemus limitandam noſtram doctrinam generalem *ſuprà* poſitam, quando octaua pars rei ſupereſt ad minus, in aliis verò cauſis contrarium dicemus, ſcilicet penſionem diminuendam diminutis rebus, vt exemplis probat eleganter Lara *d. c. 15. n. 2. & ſeq.* ab hoc tamen rigore praxis noſtræ curiæ diſceſſit æquitatemque Gregorij *ſup. n. 26.* admittens ſolet in his cauſis reducere penſionem arbitrariè, iuxta merita probationis, vt res procedat ex bono & æquo, & ne ſupra damnum rei amiſſæ & peremptæ in totum onere tali grauaretur emphyteuta conceditur que domino electio, an ita cenſum velit habere cum reductione facta vel rem recuperare quod his temporibus multoties iudicatum vidi.

Sed quæ ſit ratio differentiæ inter augmentum & 29
diminutionem, quare in illo non augeatur penſio, in hac verò diminuatur, ea eſt, quam cœpimus oſtendere *ſupr. num. 20.* quia iam deficit contrahentium voluntas poſtquam iniqua efficitur diſpoſitio illam decreſcentibus rebus. Nam cùm onus à principio rectè fuit impoſitum, ſi proceſſu temporis res diminuatur, continet iniquitatem, ſi penſio iuxta valorem nunc habentem ſoluenda eſt, & ita res erit reducenda ad æquitatis æqualitatiſque formam, iuxta ſingulare reſponſum IC. *in d. l. cùm quidam 17. de vſur.* vt docent Theſaur. *d. deciſ. 226. num. 1.* & Gaſp. Rodrig. *d. lib. 2. de ann. red. cap. 25. num. 93.* Barboſ. *in collectan. dict. capit. quanto, de cenſib. n. 5.* † qui ait ex ea lege emanaſſe pra- 30
xim, de qua agunt Rebuff. Marcheſan. & alij ab eo relati, vt penſiones exceſſiuè ad iuſtum modum reducantur, ſi fructus beneficij ita fuerint ex poſt facto diminuti, vt congrua portio beneficiario non relinquatur; & ita reuocabitur conceſſio quæ ex pòſt facto dãnoſa eſſe cœpit. *c. dilecti. 8. cap. ſuggeſtum 9. de decimis,* cum *ibi* adductis à Barboſa *in collect.* præcipuè à Tiraq. *de retract. lig. gloſſ. 1. n. 4. & 5.* Valaſc. *conſult. 58. num. 6.* Quare etiam cùm damnoſa eſſe cœpit per diminutionem conuentio, ſeu diſpoſitio, reſtringenda eſt, & ſic diminuenda penſio.

Quæ reſolutio non caret difficultatibus, nam vi- 31
dentur contra eam loqui Pontifices *in cap. quanto, de cenſib. & in cap. quia circa 22. de priuileg.* in quibus dicitur eundem eſſe effectum augmenti & diminutionis, nam *d. cap. quanto*, ait quòd ſi in tantum excreuerint facultates Eccleſiæ, extendatur quantitas expenſarum, & *d. cap. quia* conſtituit Epiſcopum remittentem decimas, non ſolùm præſentes, ſed & futuras remittere. Atque ita colligunt DD. contractum celebrantem intellexiſſe etiam de futuro tempore, ſicut de præſenti. Ergo cùm penſio, vel onus imponitur, non ſolùm comprehenditur præſens ſtatus, ſed etiam & futurus.

Rurſus obſtat *d. l. ſi ex toto 8. cum ſimilibus. ff. de le-* 32
*gat. 1.* vbi de augmento ad diminutionem valere argumentum conſtat. Vnde creſcentibus facultatibus Eccleſiæ, creſcere debere numerum Canonicorum, probatur *in cap. cùm M. de conſtitut.* Ergo quemadmodum in augmento penſionem non augeri diximus, etiam & idem in diminutione dicemus.

Vltimò hoc ius in locationibus ſtabilitum fuiſſe, in- 33
dicatur *in d. l. ſi merces, §. vis maior. D. locati d. cap. propter ſterilitatem, eod. tit.* vbi eadem ratio procedit in vtroque caſu, propter æqualitatem quæ in oneribus diſtribuendis ſeruari debet. *l. omne 4. infr. de cenſib. l. pro locis 5. ſup. de ann. & trib. l. omnes 11. C. de oper. publ.* Theſaur. *deciſ. 139. n. 6.* Lara *d. lib. 1. c. 15. n. 2.*

Hæ difficultates ita pacandæ ſunt, vt *in d. cap. quan-* 34
*to*, minimè dicatur aucto prædio augeri debere penſionem, imò contrarium dicitur, Nam, vt ponunt Interpretes, ſi furnarius, ſeu piſtor promiſit coquere panem pro tota familia, quæ multum excreuit, non tenebitur niſi pro familia quæ tempore contractus extabat, vt docuerunt Theſaur, *d. deciſ. 226.* & alij relati à Barboſ. *in collect. ad d. c. quanto, n. 7.* ita & eodem modo dicitur in eo capite, vt ſi procurationem, ſeu pẽſionem, aut tributum ſoluebat ille Abbas monaſterio Sancti Irinæi, qui pauciſſimos Fratres habebat non ex eo quòd poſtea excreuerit, erit cogendus Abbas ampliare & augere penſionem, ſed quod ab initio conſueuerat præſtabit. Subiicit poſtea Pontifex *ibi verſ. niſi*

*tantum*, vbi videtur eſſe maior difficultas, quia ait au-
ctis bonis augeri quantitatem procurationis.
35 Verùm ea difficultas ita erit diſſoluenda, vt intelli-
gatur Pontifex loqui quando teſtator non taxata, aut
determinata aliqua penſione, ſeu quantitate, quæ ero-
ganda erat in Monachos Sancti Irinæi, grauauit hære-
dem, ſed indefinitè & ſimpliciter dixit in ſuo teſta-
mento vt Fratribus illis exhiberetur ſingulis annis
36 vna procuratio. † Procurationem vocatunt iura Ca-
nonica quod ratione viſitationis Epiſcopis exhibe-
tur, *cap. cùm Apoſtolus 6. cap. ſopitæ 14. cap. procurationes
23. de cenſib. cap. 1. § procurationes, cap. 3. cum aliis, eod. tit.
in 6. cap. conquerente 16. de officio ordin.* Nam cùm Epiſ-
copi viſitare cogantur ſuas diœceſes, non debent ſuis
expenſis hanc viſitationem facere, & ideo iure Cano-
nico conſtitutum eſt, vt ij, qui viſitantur, moderatas
impenſas exhibeant, quas procurationes appellant, vt
docet Azor. *2. tom. moral. lib. 5. cap. 42. toto.* Barboſ. *de
officio Epiſcop. 3. part. alleg. 73. & de iure Eccleſiaſt. lib. 3.
37 cap. 23. per tot.* † Cùm ergo in hac procuratione ex-
hibenda poſſint expendi vel pauciores nummi, & ſic
recipiat extenſionem, vel diminutionam, quia ver-
bum eſt generale, & plus, vel minus recipit, *d. cap.
conquerente, de offic. ordin. d. cap. quia circa, de priuil. iuncta
l. ſi ſeruitus 23. D. de ſeruit. vrbaner.* videbatur dicendum
attendi debere tempus quo pauciores erant Monachi,
niſi tantum excreuerint facultates à teſtatore relictæ,
vt augeri poſſit quod in procuratione erogabatur. Nam
cùm non eſſet definitum, an decem, vel viginti danda
eſſent, non fit contra voluntatem, nec contra iuris diſ-
poſitionem, ſi cùm antea decem darentur, auctis facul-
tatibus augeatur quantitas expenſarum, quæ nec in
iure eſt definita circa procurationem, vt conſtat ex
*d. cap. conquerente, cum ſimilibus, iuncta gloſ. ibi verb. facul-
tatib.* Quia teſtator ſolùm dixit vt procuratio exhi-
beretur, & taxationem reliquit arbitrio hæredis, qui
eam exhibiturus erat ſecundum numerum Mona-
chorum Sancti Irinæi. Quare ſi plus expenderit
quam antea, quia Monachi plures iam erant, non ex
hoc quæri debet, cùm bona quoque fuerint augmen-
tata.
38 Contrarium tamen eſſet dicendum, ſi fundator, aut
teſtator ille taxaret certam quantitatem in procuratio-
ne exhibenda, tunc etenim etſi augerentur bona illa,
non ex eo augeretur penſio, iuxta ea, quæ *ſupr.* reſolui-
mus; & eleganter notauit gl. *in d. c. quanto verb. indulge-
mus, arg. cap. relatum 10. q. 3.* iunctis quæ tradit Couarr.
*cap. 2. pp. num. 1. & 2.* qui tractat illam quæſtionem, an
caſtro conceſſo, ſi poſtea augeantur incolæ, intelligan-
tur eſſe illius conceſſionis, & eam determinat ſub
illa diſtinctione, vt ſi conceſſio fiat ſub certis limiti-
bus & definitis, tunc quidquid augeatur, non eſt eius
conceſſionis, ſi verò facta ſit conceſſio generaliter ſub
nomine ipſius caſtri, tunc in conceſſione comprehen-
duntur.
39 Ex eodem filo pendet interpretatio *d. cap. quia circa,
de priuileg.* vbi ſimpliciter & indefinitè decimas re-
nuntiauit Epiſcopus, quo caſu non ſolum præteritas,
ſed & futuras remittere cenſetur, quia verba genera-
lia, aut indefinita, ſi materia ſubiecta non repugnet,
apta ſunt omnia comprehendere, & ſic omne augmen-
tum comprehendit quod poſtea acceſſerit, *leg. fundus
10. de legat. 2. d. l. ſi ex toto* 8. *de leg. 2.* vbi ſi teſtator
legauit fundum ſimpliciter, ſi poſtea aliquid adiece-
rit, vel detraxerit, vel accreſcit legato, augetur, vel
minuitur legatum, quia cum fundus ſit definita pars
agri, hæc diffinitio non alio vllo conſtat, niſi ex deſti-
natione patrisfamilias, non tamen ex magnitudine.
*l. locus 60. D. de verb. ſig.* ibi, *non enim magnitudo locum à
fundo ſeparat, ſed noſtra affectio.* & ideò ſi fundus fuerit
regionibus diuiſus, quælibet portio fundi, fundus di-
cetur, ſi ita conſtitutum ſit à patrefamilias. *d. l. locus
l. planè 34. § fin. D. de legat. 1. l. ſi quis 6. § 1. D. commun.
prædior.* Igitur fundus habet ſuos fines, qui conſti-
tuuntur arbitrio poſſeſſorum. *leg. is qui fundum 31. D.
de vſufruct. leg.* † Vnde cùm paterfamilias fundum le- 40
gat, ſi detrahat, vel addat partem, videtur planè vo-
luiſſe vt totum vnum eſſet legatum, cùm eius voluntas
attendatur. *l. quod in rerum 24. § quod ſi. D. de legat. 1. l.
peculium 65. § 1. de leg. 2.* cum aliis pluribus, quæ con-
gerunt Couar. *ſupr.* Lara *d. cap. 15. num. 19.* Azeued. *in
l. 3. tit. 5. lib. 5. Recop. num. 30.* Mieres *de maiorat. 1. part.
quæſt. 10. tota.* Garcia *de expenſ. cap. 22. num. 29.* Donell.
*lib. 8. comm. cap. 20.* Duar. & Cuiac. *in d. l. ſi ex toto.* Ca-
ſtillo *de vſufruct. cap. 37. num. 22.* Cùm ergo Epiſcopus
*in d. cap. quia circa,* potuiſſet conceſſionem, ſeu remiſ-
ſionem temperare, vt ita reſtringeret eam, & id non
fecit, omnes decimas conceſſiſſe videtur, ita docent
relati à Barboſ. *in d. c. quia, n. 5. & ſeqq.*
Rurſus reſpondendum eſt ad *d. cap. cùm M. de conſtit.* 41
ex quo ſolet deduci ſuperexcreſcentibus facultatibus
Eccleſiæ poſſe recipi alios Canonicos, etiamſi ſit cer-
tus numerus determinatus, vt notant *ibi* DD. & Bo-
her. *deciſ. 62. num. 5.* Suarez *in leg. quoniam in priorib. in
declar. legis Reg. limitat. 4. numer. 2.* quod debet intelligi,
vt fauore cultus diuini ſemper intelligatur ſubintelle-
cta illa conditio, vt creſcentibus Eccleſiæ facultati-
bus, creſcat numerus Clericorum: idque indicatur *in
d. cap. cum M. verſ. mandamus.*
Vltimò non obſtat aliud argumentum de ſterilitate 42
adductum, nam in eo caſu militat diuerſa ratio, quam
adduximus *lib. 3. obſeru. cap. 3. numer. 14.* vt ea de cauſa
colonus qui ſterilitatem paſſus eſt, petere poſſit remiſ-
ſionem penſionis, quod ſit locatio contractus bonæ
fidei. *§ actionum. Inſt. de action.* in quo geritur negotium
mutuum, propter quod alter ab altero ex contrahen-
tibus deſiderat, vt res ſibi geratur ex bona fide, &
ſecundum regulas æquitatis. *l. licet 8. Cod. de locato &*
ſic ex ea bona fide procedit vt colonus, qui fundum
conduxit, vt inde fructus perciperet, & penſionem
propter id ſoluat nullis perceptis fructibus ſine cul-
pa ſua, æquum fuit vt penſio eidem remittatur, ne vl-
tra damnum ſeminis amiſſi mercedes præſtare cogatur,
vt ait IC. *in d. l. ex conducto 15. § ſi vis. D. locati.* & pro-
pter eamdem æqualitatem contractus, ſi poſtea magna
contingat vbertas ſequenti anno penſio augenda erit.
*d. l. licèt. d. cap. propter ſterilitatem in princip. leg. 23. tit. 8.
part. 5.* ibi, *debe otro ſi el que tiene arrendado doblar el ar-
rendamiento.* † Contrà autem erit in noſtra ſpecie, vbi 43
talis ratio æqualitatis non procedit, quando onus,
ſeu penſio conſignata eſt, tunc enim ſtrictè omnia
procedunt. *l. quid adſtringendæ. D. de verb. obl. d. capit.
quia circa de priuil,* ibi, *cùm nihil exceperit.* Quia cen-
ſus, vel onus non imponitur ſuper fructibus rei, ſed
ſuper re ipſa, & onus, ſeu penſio præſtatur ratione rei
cenſitæ, vt verius obſeruat cum Felician. *lib. 1. de cen-
ſib. cap. 4. num. 7.* & rurſus *tom. 2. eod. capit. 4. num. 1. & 2.*
Ludou. Centius *eod. tract. 1. part. c. 3. quæſt. 2. art. 3. num. 7.*
qui rectè in propoſito noſtro addit, non repugnare
naturæ contractus cenſus, vt etiam pro eo tempore,
quo res cenſita fructus non tulit, ex fructibus aliorum
bonorum penſio, ſeu onus integrum ſoluatur. Quare
cùm diuerſa militet ratio, non debet ſterilitatis argu-
mentum ad rem adduci. † Quibus ego addo, diminu- 44
tionem rei oneratæ debere contingere ſine culpa poſ-
ſeſſoris, vel debitoris, veluti ſi arbores aruerint, vineæ
marcuerint, vel aliæ cauſæ acciderint, de quibus dixi
*d. cap. 3.* Si autem culpa interuenerit, vel dolus, tunc
non rectè talis debitor poſtulabit, vt diminuatur pen-
ſio, iuxta ea, quæ ſcripſi ad interpretationem *d. cap. pro-
pter ſterilitatem. d. cap. 3.*
Ex quo iam rectè fundato principio infero, quod 45
ſi augeantur opes, ſeu fructus, aut valor rei, in qua ſu-
perpoſitum eſt onus Miſſarum, non ex eo augebuntur
Miſſæ,

Miſſæ, ſed tantum illæ, quas teſtator, aut fundator
aſſignauit, erunt celebrandæ, cùm è contra ſi di-
minutio rei interueniat, diminuentur, vt diximus
*ſupra numer.* 11. & hæc ſecunda pars receptiſſima eſt
in noſtra Hiſpania, & conueniunt nobiſcum DD.
omnes poſt Panormit. *num.* 5. Henric. Boic. *numer.* 4.
*in cap.quia nos,de teſtam* Lambertin. *de iure patron.lib.* 3.
*art.*7.*quæſt.*6. *princip.numer.*7.*& ſeq.*Caualcan. *in indice,*
*ad* 1.*part.deciſ.lit.V.verſic.verba in dubio,n.*6.Lara *d.c.*15.
*num.*6.

46 His finitima eſt quæſtio illa, an hodie cenſus per-
petuus in fructibus conſtitutus, frumento videli-
cet, vel alia ſpecie ante annum 1534. factus poſſit ad
minorem quantitatem reduci, ſi conſtet penſionem,
ſeu onus ita excreuiſſe, vt minimè conueniat cum
quantitate, quæ data eſt à principio, etſi tempore im-
poſitionis quantitas illa eſſet legitima & proportio-
nata cum tali onere. Quam quæſtionem non ſemel vidi
in hac regali Pintiana Curia agitatam & in ea videtur
difficultatem tollere *l.*4.*tit.*15.*lib.*5.*Recop.* quæ ad cer-
tum modum reduxit cenſus redimibiles (quos voca-
mus *abiertos o alquitar*,) non verò perpetuos. Vnde
conſtat quòd cùm ea lex tantum loquatur in cenſibus
redimibilibus, non eſt extendenda ad perpetuos. *ar-
gum. l.ſi verò* 64. *§. de viro* 9. *D.ſolut.matrim. leg. Tri-
bunus* 20. *§. fin. D. de milit. teſt.* quia quod non mu-
tatur, quare ſtare prohibetur. *l.præcipimus* 32.*C.de ap-
pell.*& ita in cenſibus iſtis eam legem intellexit Molina
2.*tom.de iuſt. diſp.*383. *n.*8. & alij inferiùs ſubiiciendi.
47 † Et ratio fuit, quia cùm aliqui contractus, contra-
ctus huiuſmodi fuerint celebrati ab anno 1534. vſque
ad annum 1543. apud Aſtures, Gallecos & Legionen-
ſes ſub prætextu cenſuum perpetuorum, vt frauda-
rent & eluderent deciſionem *d. leg.*4. vt eis fraudibus
obuiam iretur, lata eſt *leg.*7.*d.tit.*15. *lib.*5. *Recop.* qua
conſtitutum, vt cenſus fundati in illis prouinciis ab
illo anno, quamuis viderentur perpetui, pro redimi-
bilibus haberentur. Vnde conſtat legem reduxiſſe
cenſus perpetuos illo colore factos, vt fraudaretur
dicta *lex* 4. non verò illos, qui ante annum 1534. con-
ſtituti iam erant, cùm exceptio firmet regulam in con-
48 trarium. † Tum etiam, quia cenſus redimibiles con-
tractibus fœneratitiis ſimiles ſunt, & vſuras ſapiunt,
& niſi approbarentur ab Eccleſia *ex Extrauag.*1.*&* 2.
*de emptione & vend.* & legibus Regni, *d. tit.*15. *lib.*5.
*Recop.* non poterant frequentari. Cùm tamen perpe-
tui ſemper, iuſti & legitimi ſint reputati, vtpotè, quia
minor vſuræ color in eis appareat, ex traditis à Mo-
lin. *de iuſt. tom.*2.*diſp.*385. *tot.& maximè n.*12. *&* 391.
Azor. 3. *part. Inſt. moral. lib.*1. *cap.*17. *quæſt.*1. Leſſius
*de iuſt.lib.*2. *cap.*22. *dub.*5. *num.*47. Scaccia *de commer-
ciis* §.1. *quæſt.*1. *num.*238. & Gaſpar. Rodriq. *de ann.
redd.lib.*3. *quæſt.*1. *num.*20. & ideo *in dictis Extrauag.*
mentio non fit cenſuum perpetuorum & irredimibi-
lium, & leges noſtræ quamuis cenſus redimibiles &
apertos taxauerint, perpetuos verò intactos relique-
runt, vt iuxta conſuetudinem regionis æſtimarentur,
vt docent Couar. *lib.*3. *var.cap...num.*6. Theſaur. *lib.*1.
*quæſt.forenſ. cap.*32. *num.*5. Tiraq. *de retract. lib.*1.§.5.
*gloſ.*6.*num.*15. Fran. Milanenſ. *deciſ.*6. *num.*10.*part.*2.
Felician. *lib.*2.*cap.*1.*num.*16. Rodriquez *ſupr.lib.*1.*q.*6.
*num.* 31.

49 Accedit etiam horum cenſuum naturam diuerſam
eſſe, vnde *d.lex* 4. quæ reformauit cenſus omnes aper-
tos, ſeu redimibiles, ea qualitate fundatos, vt redditus,
ſeu penſiones ſoluerentur in frumento, vel aliis fructi-
bus, non poterit extendi ad perpetuos, quomodo in-
telligunt eam legem Molin. *ſupr. & diſp.*191. Medina
*de reſtit. cap. de cenſib.* quem refert Couar. *lib.*3. *var.
capit.*10. *numer.* 3. *verſ. cùm hæ conſtitutiones.* Olanus
*in concor. iur. lit. A. numer.*94. Gutierr. *lib.*2. *pp. quæ-
ſtio* 12.*num.*31. & ita ſunt repellendi Azeued. *in dict.*
*l.*4.*n.*3. & Auendan. *de cenſib.cap.*47. qui contrarium
neruosè defendunt.

Quoniam illa diſputatio, vt lex poſſit extendi ad 50
caſus non expreſſos, de qua *in d.l.ſi verò. §.de vero,& l.
ſi conſtante. D ſol. matr.* Tiraquel. *in leg.ſi vnquam, verb.
libertis, in princ.* Suarez *de legib. lib.*6. *cap.*3. Salas *eod.
tract. diſp.* 21. *ſect.*5. procedit quando termini mate-
riæ ſunt æquales, non verò quando adeſt inter eos
inæqualitas & differentia, vt docet Barboſ. *in dict.leg.
ſi conſtante, n.*102. facitque, quia *dict.l.*4. eſt correcto-
ria iuris communis, quatenus reformat contractus
anteriores, & ſolutiones ad pecuniam reducit, in quo
corrigitur illa regula, quæ habet inuito creditore
aliud pro alio non ſolui. *leg.*2. §. *mutui datio. D.ſi cert.
pet.* cum pluribus adductis à Velaſco *in locis com.lit. A.
num.*227.& ita lex tantùm in ſuo caſu erit accipienda,
iuxta ea, quæ pro hac parte ſcribit Auendan. *ſupr.dict.
cap.* 47. *num.*2.

Rurſus facit & alia conſideratio, variationem ſci- 51
licet pretij, quæ ſuperuenit contractui, non inducere
iniuſtitiam, ſiquidem non poſſunt inæqualitatem in-
troducere quæ caſu occurrunt. *leg.ſed an vltro* 10.§.1.
*D.de negot. geſt.* confert Gama *deciſ.*323. *num.*1. *&* 2.
& ſic non eſt facienda reductio cenſus, quia valor
frumenti auctus fuerit. Quia cenſus huiuſmodi eſt
veluti quædam emptio certæ ſpeciei, quæ fit perpe-
tuò, & ita periculum ſpectat ad emptorem. *leg.*1.*l.ne-
ceſſario* 8. *D. de periculo & com.* & conſequenter au-
gmentum, vel diminutio. Vnde quemadmodum ſi
ſpecies, in qua conſtituitur penſio, minus valeret,
non poſſet Dominus cenſus petere vt augeretur pen-
ſio, ita etiam non poterit venditor reductionem ne
claudicet contractus, ex eleganti *l.ſi ea lege* 17. *Cod.de
vſuris.* ibi, *Obtentu maioris*, &c. & ita tenet Nauarr.
*de vſuris, quæſt.* 30. *num.*120. qui ait quòd etſi pre-
tium rei perpetuò venditæ creſcat, ſtandum erit con-
tractui interim dum Princeps lege ad id lata reductio-
nem non fecerit, alioquin omnium ferè rerum pretia
eſſent augenda, cùm ferè vbique longè maiori pe-
cunia numerata valeat hodie, quàm tempore ven-
ditionis, vt ſequendo hanc noſtram ſententiam do-
cet Franciſ. Milanenſ. *d.deciſ.*6. *num.*12. *& ſeqq.* Man-
dell. *conſ.*170.*verſ.*1.*dubito.* conferunt tradita à multis
relatis à Caſtillo *de Tertijs,c.*18.*n.*133. de ea opinione,
an læſio attendi debeat, non ſolùm tempore contra-
ctus, ſed ex poſt facto.

Neque obſtat *ſuprà* adducta reſolutio, quæ aſſerit, 52
poſſe fieri diminutionem oneris, ſeu penſionis, quan-
do decreſcunt bona, ex quibus ſoluenda erit. Nam
aliud eſt certa bona concedere retento dominio dire-
cto & vtili in alium tranſlato, cum reſeruatione pen-
ſionis, qui eſt caſus, de quo *ſuprà* egimus. Aliud pe-
cunia emere certam quantitatem frumenti perpetuò
ſoluendam, qui eſt caſus præſens, & in quo loquitur
*d.deciſio* 6. Milanenſis. Primo enim caſu penſio corre-
ſpondit fructibus fundi, in quo fit reſeruatio, & ita pro
parte qua fructu diminuuntur, diminuetur & penſio,
iuxta tradita à nobis *ſupr.* & Theſaur. *deciſ.*20. At in
caſu, de quo agimus, penſio non correſpondit fructi-
bus, ſed pecuniæ, & pretio quod interuenit, & ita non
poteſt fieri reductio, neq; illa doctrina adaptari poterit
huic caſui, iuxta Boſſium *tr. de remiſſ. mercedis n.*114.
† Neque obſtabit *d.l. cum quidam* 17. *D. de vſuris*, de 53
qua Theſaur. *dict. deciſ.*216. Quia ibi Titius promiſit
ſoluere vſuras quincunces, id eſt, vnum pro viginti,
eo adiecto pacto, vt ſi aliquo anno ſoluere deſiiſſet à
die promiſſionis, teneretur ſoluere vſuras ſe...ſſes, id
eſt, vnum pro quatuordecim, vel, vt alij volunt, pro
duodecim, quo in caſu IC. ait pactum huiuſmodi eſſe
iniuſtum, & vſuras eſſe præſtandas, à die ceſſationis,
non verò à tempore anteriori. Iniuſtitia conſiſtit in
eo quòd ſe obligauit ad ſoluendas vſuras maiores,

tempore quo ſoluebat minores, vt aduertit Bald. *in lect. antiqua*, & Alber. *ibi.* poſt quos ad eius legis intellectum vide Donell. & alios *in l.huiuſmodi* 64. *D.de verb.obl.n.6* Rodriquez *de annuis reddit.lib.2.q.14.n.17. & q.11.num.95.* Cuiac. *lib.19. obſeru. c.8.* Theſaur. *d. deciſ.226.*

54 Ait lex noſtra, *Anniuerſaria debet penſitatione perſolui.* Notant ex his verbis Accurſ. Platea *num.1.* Valenzuel.*num.3.* illam dici anniuerſariam collationem, quæ ſingulis annis præſtatur, vel debetur, *argum.l.placet. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Lucas ſuo more, quidquid in buccam venerit, congerens, qualiter anniuerſaria debeant à Sacerdotibus celebrari, hîc annectit. Tolerabilius eſt quod tradit Valenzuel. in anniuerſariis locum habere eandem diſpoſitionem ac in maioratibus, diſponitur ex *l.5.tit.7. lib.5. Recop.* quæ fuit *l.40. Taur.* & adducit *Couar.pp. quæſt.38.num.13.* Molin. *lib.3.de primog.cap.6.num.42. & cap.7. num.19. & eius additio lib.1. cap.1.num.29.* vbi etiam Florez *lib.1.var. quæſt.17.* Felician. *2. tom.de cenſib.lib.2. cap.3. num.19.* Perez de Lara *lib.1.de anniuerſ. cap.4. n.3. & ſeqq.* quæ omnia, quæ ſunt à noſtra diſputatione aliena, ideo omittimus.

55 Subſequitur in eadem lege verſus ille, *Nouerit tamen*, ab omnibus Interpretibus neglectus, & nunquam ab aliquo explicatus quapropter quia verſus confuſus eſt, litterali indiget explicatione. Volunt ergo Imperatores vt nemo releuationem poſſeſſionum ſuarum petat, aut petita fruatur. *Nam ſi* (inquiunt) *ſuggeſtio nobis porrigatur huic legi contraria*, id eſt, ſi aliquis petierit, vt contra hanc legem ſuam poſſeſſionem releuemus, *vel ſi iudex obſequatur ſacris mandatis*, id eſt, ſi reſcripto noſtro huic diſpoſitioni contrario obſequatur, *etiamſi citra ſuggeſtionem dederimus*, id eſt, etſi motu proprio conceſſerimus, & non ad petitionem alicuius releuationem alicui indulgeamus, *vel aliquos tanquam debitores voluerint exponere, qui ante hanc legem erant.* quia fortè transferre voluit poſſeſſiones in alios, & ſic loco illius voculæ *&* lego, *vel aliquos*, vt ſic contextus ſit clarior, & mens ſerieſque litteræ, ita vt lex velit quoque prohibere, non ſolùm releuatione, verùm etiam tranſlationem poſſeſſionis. Non admitto mutationem verbi *aliquos* in *alios*, cum Cuiac. & Gothofred. *hîc.* Nam ita rectè conſtat, quid velint Imperatores. Concludunt ergo quòd qui contrauenerit huic diſpoſitioni, ducentarum librarum auri condemnatione multetur.

56 Cùm itaque fuerit localis hæc conſtitutio, vt rectè aduertit *hîc* Lucas *num.1.* prohibitum eſt vt ſupradictæ ab Antiocho factæ deſcriptioni aliquid adiiceretur, vel detraheretur, vt ſic importunis ſuggeſtionibus petentium aditus præcluderetur, quemadmodum *in l.fin. ſupr. de petit. bon. ſubl.* quibus ſi fiat conceſſio, aut impetratio, infirmari debet, quia in his, quæ prohibentur legibus poſtulari, ſi reſcriptum, aut conceſſio impetretur, magis præſumitur per importunationem, vel mendacium conceſſum, quàm ex voluntate Principis, qui nimia potius importunitate petentis præſumitur adductus, vt non tribuenda concederet, *l.1.infr.de fundis limitroph.l.1. verſ. ſed quoniam, ſupr. de petit. bonor. ſubl. leg.1.& 2. C. ſi nuptiæ ex reſcripto pet. l.2.C.de ſumma Trinit.l.3. in princ. D. de minor. cap. fin. de reſcript.lib.6. cum adductis ibi à gloſ.cap. cùm in iuuentute 12. D. de purgat. canon. l.1.tit.12. lib.3. ordin. l.1. tit.14.lib.4 Recop.l.17.tit.10.lib.5.Recop.* obſeruant Accurſ.Plat.*n.7.* Valenzuel. *n.40.in d.leg.1.de petit. bonor.* idem Plat. *in l.ſi quis per diuinam, n.1.infr. de aquæduct.* Crauett.*conſ.10.n.13.& 17* Sanch.*de matr.lib.4.diſp.7.*
57 *tota.* Nauarrete *in diſcur.polit.diſcur.24.ad fin.* † Præſumitur enim reſcriptũ conceſſum nimia importunitate & ſuaſionibus, & ſic abſque voluntate obtentum, vt notàuit Innocent. *in cap.petitio, de iureiuran.* Bartol. *in tract.de tyrannide q.6.* Afflictis *deciſ.69.numer.4. & 5.* qui ex eo docet non valere legatum ab vxore relictum marito, qui importunis ab ea illud extorſit, nam ea quæ ad alterius inſtantiam & petitionem conceduntur, præſumuntur non ex libera voluntate conceſſa argum. eorum quæ tradit Caſtren. *in l.iubemus, C. de teſtam.& conſ.155.lib.1.* Corneus *conſ.73. num... & conſ. 304.in fin.lib.1.* Roman. *conſ.456. num.11. verſ.quarta principalis.* Marſil. *ſing 6.* Valenzuela alios referens *in d.l.1.n.43. ſupr.de petit. bonor.* Perez *in d.l.1. tit.12. lib.3.ordin.& in l.24.tit.3.lib.2. verb. ni enoien.* Azeued. *in d.l.1.tit.14. lib.4.Recop.à n.1.* dixi etiam *in l.2.ſupr.de bon.vacan.* & quę per improbitatem & importunitatem precum conceſſa ſunt, dicuntur fieri inuito concedente, & ſic non valere ita quoque tenent Matienz. *in l.10. gloſ.1.num.1.tit.1. lib.5. Recop.* Azeued. *in l.13. num.1. tit.10.lib.5.* Baſilius de Leon. *lib.4.de matrimon. cap.5.*
*num.17.* † Importunas preces vocant quæ inſtantiſſi- 58
mè ſunt, & ſæpius repetitæ, iuxta illud Iudicum *cap.16.* de meretrice, *Cùmque moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatium ad quietem non tribuens*, notat Sanchez *ſupr.d.diſp.7.num.4.* eædem preces *inuerecunda inhiatio* dicuntur *in d.l.1.de pet.bon.* id eſt, vehemens cupiditas, vt explicat Bellon.& Schar. *de verb.iur.verb. inhiatio.* Quæ etiam *auiditas poſtulantium* dicitur *in l.ſuper 11.C.Th.de petitionibus & vltro datis.* Aſſidua petitorum libido, *in l.cùm per Illyrici 25.C.Th.eodem.* quo etiam modo vſus eſt Symmac. *lib.9.epiſt.117.* inquiens, *Proinde ſi quid mihi credis, remoue à te petitionis inuidiam. Malo vobis integram eſſe famam, quàm imputari huiuſmodi inhiationem.* Inuerecundiam eam vocat, id eſt, inhoneſtam, ſine rubore, ſine pudore, noſtro idiomate ego verterem *deſcarada.*

Sed licet hæc petitio inuerecunda reiiciatur, & im- 59
petratio annulletur, non tamen id ita iudicabitur, quando non ad petitionem partis Princeps aliquid concedit, ſed motu proprio, tunc enim ceſſabunt ſupradictæ rationes, & conceſſio à Principe facta valebit, vti explicat Accurſ. *in d.l.1.* quem ſequuntur cæteri, & Bald. *in l.nec damnoſa.C.de precib.Imper.off.* clauſula etenim *Motus proprij*, & *ex certa ſcientia*, æquiparantur, ex gloſ. *in cap ſtatutum §.2.verb.litteras, in fin. de reſcript. in 6.* & probatur *in d.l.1. de petit.bon.* ibi, *Si quid tamen ex bonis talibus noſtro iudicio, nullo tamen deſiderante*, &c. aduertit Ant.Gabriel. *tom.3.com.lib.6.tit.de clauſ.concl.1. n.27.* Tuſch. *tom.1.lit.C.concl.340. num. 22.* & copioſa Doctorum allegatione Barboſ. *de clauſul.vſufreq. clauſ.79.tota*, qui de hac re erit conſulendus.

Hæc tamen omnia videntur aduerſari legi noſtræ, 60
vbi etiam ſi motu proprio conceſſio facta ſit, adhuc non valet quam difficultatem agnouit Accurſ. *hîc ſchol.vltim.* & Platea ante *num.1.* & præcipuè *num.2. verſ.& colligit.* Rebuffi *num 3.* Valenzuela *in fin.* Qui omnes difficultatem agnoſcunt, & nullus diſſoluit. Ideò tu reſpondeas, hanc conſtitutionem poſſeſſionum releuatarum fuiſſe particularem, reſtrictam tantùm ad prædia illa, quæ Antiochus releuauerat, quemadmodum *in l.1.inf.de fundis limitr.* & cum ſoleret frequenter hæc releuatio expoſtulari, vt ſic importunitati hominum porta clauderetur, conſtituitur ne obediãt iudices talibus releuationibus, etiamſi in conceſſione dicatur
proprio motu Principem conceſſiſſe. † Quapropter 61
ex hac lege particulari, quæ ſola ea prædia ab Antiocho releuata reſpexit, non debemus ad alia deducere, *argum. l.2. C. de legibus*, ibi, *Nec generalia iura ſunt, ſed leges faciant his duntaxat negotijs, atque perſonis, quibus fuerunt promulgata.* iuncto *cap.4. de fideiuſſor.* ibi, *mandamus ad vniuerſos extendi.* vbi notat Panorm. & Anania *num. 2.* qui aiunt fuiſſe neceſſariam illam extenſionem, quia lex prohibitiua loquens tantùm in vno caſu ſpeciali, in aliis locum non habet eadem

paritatis ratione etiam data, vt notant relati à Suarez *de legib. lib.6. capit.3. numer.13. in fin.* & in propoſito notat Lucas *numero 1. verſ. quid autem in præſenti.*

# TIT. XXIX.

## *De collatione æris.*

*Impp.* ARCAD. & HONOR. A A. *Hilario.*

Æris pretia, quæ à prouincialibus poſtulantur, ita exigi volumus, vt pro viginti libris æris vnus auri ſolidus à poſſeſſore reddatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Æris nomen generale, pro quauis pecunia ſumptum. Virgilij locus illuſtratus.*

2 *Æris natura commodior ad monetam, quis primus in ære monetam cuderit.*

3 *Quæ ſit intentio huius legis,* & n.4.

5 *Aureus & ſolidus quanti æſtimarentur.*

6 *Noſtræ legis verba illa*, vt pro viginti libris, *explicantur.*

7 *Expenditur & explicatur* leg. vnic. infr. de argenti pretio & n.31.

8 *De ratione* noſtræ legis, & dict. leg. vnicæ. & numer.9.

10 *Vna pecunia poteſt ſolui pro alia, quando creditor nullum patitur damnum, etiam eo inuito, & latè tractatur ea quæſtio, an qui centum in auro, vel argento recipit, poſſit ſoluere in ære, vel alia minuta moneta,* & n.11. & ſeq. & n.13.14.

12 *Explicantur verba* l.1. D. de contrah. empt. *& in quo conſiſtat virtus pecuniæ.*

15 *Gilcheny doctrina à Carranza laudata reiicitur, & adducuntur multa circa* l.3. D. ſi certum petat. *an ſufficiat in mutuo reddere rem quæ non ſit eiuſdem bonitatis,* & n.16.17.18. & 19.

20 *An ſi nummos argenteos accepi, & æreos reddo, ſatisfaciam obligationi?*

21 *In mutuo quomodo ſit ſolutio facienda vt ſatisfiat obligationi?* & n.26.

22 L.1. §. fin. D. de auro & arg. leg. & l. cùm certum 9. l. Titiæ 35. D. eodem. *explicantur, & componuntur,* & n.23. & 24.

25 *Expenditur & illuſtratur* l. ſi quis argentum 35. in princ. C. de donation.

27 L. quæ extrinſecus 65. D. de verb. obl. l. Titiæ 87. de legat. 2. *explicantur, & quæ fuerit teſſera frumentaria?* & n.28.

29 L. creditorem 99. D. de ſolution. *an à contrario ſenſu accipi poſſint, reprehenditur admiratio Carranzæ.* & n.30.

32 *Hodie iure noſtro tributa ſoluuntur in quacumque moneta.*

33 *Si conueniatur de ſoluenda moneta in argento, aut auro, non poteſt ſolui alia, niſi conuenta, & de ratione,* & n.34.

35 *Quid hodie procedat attenta noua Pragmatica Regis noſtri?* & n.36. & 37.

38 *Quæſtiones ad hanc materiam monetæ pertinentes qui tractarint.*

ÆRIS nomen, omne nummorum genus ſignificat. *l. etiam 159. D. de verb. ſign.* obſeruant Alciat. & alij *ibidem.* Tiraq. *de retract. lib. §.1. gloſ.20. num.7.* Cuiac. *lib.7. obſeru. cap.33.* ſiue aureos, ſiue argenteos. *l. ſi quis 36. §. fin. D. de pignor. act.* conſert Auſon. 1

*Auri magnus honos, auri pretium tamen eſt æs.*

Indeque æs pro qualibet pecunia apud Plin. *lib.18. c.4. & lib.36. c.3.* & Virgil. *eclog.1. verſ.36.*

*Nonnunquam grauis ære domum mihi dextra redibat.*

vbi notauit Cerda. Cum quo nota vocem *grauis* non referri ad æs graue, quia ſcilicet ea moneta eſſet grauis & magni ponderis, vt voluit Carrança *in tract. de las Monedas de oro y plata, pag.110.* ſed quia dextra multo ære premebatur. † Ratio ſupradictorum fuit, quia æris materiam antiqui commodiorem ad pecuniam iudicarunt, & in eo omnem monetam cuderunt, & 2
vox retenta eſt, etſi aurum & argentum ſucceſſit. Senec. *lib.5. de benefic. c.14.* ibi, *Æs alienum habere dicitur & qui aureos debet, & qui corium forma publica percuſſum, quale apud Lacedæmonios fuit quod vſum numeratæ pecuniæ præſtat.* Primus Romanorum æs ſignauit Seruius Tullius, ſi credimus Plin. *lib.36. cap.3.* & D. Iſidoro *lib.6. etymol. cap.17.* cùm rudi antea vterentur. Poſtea autem argentum, deinde aurum, vt aduertit Couar. *de veter. numiſ. cap.1. in princ.* Tiraq. *d. gloſ.20. num.9.* & aliis adductis Carranza *de monetis 2. part. cap.1. toto. & cap.2. pagin.131.* & ita cœpit æris nomen genericum eſſe ſpecificum, deſignans tantùm monetam æream, non aliam, *leg.1. D. de pignor. act. l. in venditione 9. §. inde D. de contrah. emptio.* quæ apud nos dicitur *Moneda de vellon, Quartos, menudos.* Quo in ſenſu in præſenti accipitur quatenus eſt ſpecies hæc ab auro & argento ſeparata, ærosáque à veteribus fuit appellata. Feſto *lib.1.* Corraſ. *lib.1. miſcell. cap.9. num.4.* Gothofr. *in l. creditor 102. D. de ſolutionibus & liberat.* † Et cùm ſolerent plures prouinciæ, vel ciuitates tributa in ære inferre, provt de Cypro legimus, 3
ideo hac lege iubetur, vt poſſint prouinciales aurum pro ære per ſoluere, ita vt pro viginti libris æris vnus auri ſolidus reddatur, quemadmodum & qui argentum fuerat illaturus, poſſit etiam aurum inferre, pro ſingulis libris argenti quinos aureos. *l. 1 infr. de argenti pretio quod theſauris infertur.*

Ante omnia verò neceſſariò aperiendum erit, quis 4
fuerit valor horum nummorum, nam variè qui de re nummaria egerunt, hanc computationem faciunt, vt videre eſt ex Couar. *de veter. numiſmat. collat. cap.3. §.2. num.4.* & relatis à Carranza *de monetis 2. part. cap.1. pag.115.* & quamuis æris valor non videretur proportionem habere cum metallis ſuperioribus, auro ſcilicet, & argento, tamen hac lege æquiparatur quantitate certa & determinata cum eiſdem, ita vt viginti libræ æris æquent aureum ſolidum. † Aurei autem, 5
ſeu ſolidi, (nam idem aureus, ſeu ſolidus) videntur fuiſſe, vt docent Henſchius *de aſſe, pag.162.* Vuillebrod. *de re numeraria pag.28.* Carranz. *ſupr. pagin.166.* & ante eos Accurſ. Platea & alij *in præſenti, & in d. l.1. infr. de argenti pretio,*) valor non ſemper vnus apud Romanos, vt aduertunt Couar. *d. c.3. in princ. num.3. verſ. primum, & §.2. num.1.* Pancirol. *lib.1. var. cap.66.* & Carranz. *dict. 2. part. cap.3. fol.164.* Tempore noſtrorum Imperatorum erat ſexta pars vnciæ, ſeu drachmæ Atticæ, vt probatur ex *l.13. tit.6. lib.12. C. Th. & l. quoties 5. infr. de ſuſceptor. præpoſ. & arcar.* & videtur fuiſſe eiuſdem valoris ac apud nos *el Caſtellano*, qui appendebat ſextam vnciæ partem, ex Couar. *d. cap.3. num.1. verſ. expendebatur, & num. fin. verſ. hinc tandem.* Itaque ſex ſolidi vnciam, & ſeptuaginta duo auri libram duodecim vnciarum efficiebant, & cùm hodie

el

*el eſcudo* contineat octauam partem vnciæ, aureus ap-
pendet ſencentos & ſexaginta matapetinos no-
ſtros, iuxta computationem Carranzæ *dict. pag.*
165.

6 Scio equidem noſtræ legis verba in aliquibus Co-
dicibus diuerſimodè legi, nam vulgo ſcriptum erat,
*vt pro viginti libris*, alij legunt *vt pro vigintiquinque li-
bris*, vt voluerunt plures apud Couarr. *dict. §. 2. num.
quarto* & eo non relato Carranza *ſupr. fol.* 115. quia
libræ auri, quæ conſtabat duodecim vnciis, corteſ-
pondebant vigintiquinque libræ æris. Sed cùm valor
monetarum ita variatus fuerit, vt ferè nullo tempore
idem permanſerit, vt tradunt ſupradicti, & Pancirol.
*dict. cap.* 106. credo tempore huius legis viginti libras
æris aureum æquaſſe. Niſi mauis cum Couarr. *dict.
§. 2. num. 6.* dicere, Honorium & Arcadium in tribu-
tis exigendis à prouincialibus quamlibet æris libram
minoris æſtimaſſe, quam ſi redigeretur ad nummos
æreos, vt ſic Prouinciales in perſoluendis tributis mi-
nus grauarentur, & ita inuitarentur faciliùs ad ſolu-
tionem in auro faciendam, quàm in ære, ſi de æris exa-
cta æſtimatione aliquid ea ratione remitteretur. Quod
plerumque videmus, vt quamuis eadem ſit quantitas
æris, & proportionetur cum quantitate auri, attamen
vilius æſtimatur moneta ærea, & ſic in æris collatio-
ne ſatis viſum fuit, ſi pro viginti libris æris vnus au-
reus ſolidus penderetur.

7 Ita quoque *in d. l. vnic. infr. de argenti pretio*, libra ar-
genti, (quæ æſtimatur apud nos nonaginta ſex num-
mis argenteis, ſeu regalibus) proportionatur pro
quinque ſolidis, ſeu aureis. Falsò Accurſ. ibi, *quinos*
interpretatur, id eſt, bis quinque cùm ſit nomen diſtri-
butiuum, & ſignificet vt pro ſingulis libris quinque
aurei, ſeu ſolidi dentur, & iuxta computationem fa-
ctam, vt aureus ſit ſexta vnciæ pars, duabus vnciis
& dimidiæ auri, correſpondet argenti libra. Et quam-
uis Pancirol. *d. cap.* 166. *in fin.* contraria cenſeat hæc
iura, quia æſtimatio aurei aliter ab eo fit, facilè ab
ea difficultate nos vindicamus, ſi dicatur huiuſmo-
di æſtimationes monetarum non ſemper eaſdem fuiſ-
ſe, ſed imò ſæpiùs mutatas, vt latiùs Couar & Car-
ranz. diſſerunt, videturque innuere IC. *in leg. cùm cer-
tum 9. Dig. de auro & argent. leg.* cum ait pretium præ-
ſentis temporis dandum, nam ad quid præſentis tem-
poris meminiſſet, niſi frequens eſſet mutatio valoris
monetarum.

8 Quare verò huiuſmodi conſtitutiones id ita ex-
preſſerint, nulla alia ratio proprior videtur, niſi ea, vt
prouinciales faciliùs perſoluerent ſuas penſiones, nam
ſi cùm ærosam pecuniam redderent, plus præſtarent,
vt diximus, commodius ſæpiùs eſt id perſoluere quod
maioris pretij ſit teſtante Iuſtiniano *in §. huic autem
34. Inſtitut. de action.* ibi, *Quin etiam licet viliſſimum ſit
quod quis petat, nihilominus ſæpè accidit vt promiſſori fa-
cilius ſit illud ſoluere, quod maioris pretij eſt*, præcipuè
cùm ſic plus pecuniæ erogarent ſi in ære perſolue-
rent, quàm in auro, cùm aureus pro viginti libris æris
dandus erat, & conſtabat vigintiquinque libris, vt iam
9 animaduertimus. † Tum etiam & hoc conſtitutum
fuit in fauorem fiſci, in cuius vtilitatem magis cedebat
10 ſolutio aureorum, quàm æris. † Vnde ſubſequitur
poſſe vnam pecuniam ſolui pro alia, quando creditor
nullum patitur damnum, iuxta ea, quæ notat Bar. per
textum *ibi in l. debitorem 99.* (alias incipit, *creditorem*,
alias, *Paulus*) *D. de ſolution.* vbi ſi creditor, (ita po-
nendum eſt, non *debitor*, vt in vulgatis) damnum paſ-
ſurus non eſt, poteſt accipere in diuerſa moneta cui fa-
uet *l. 1. §. fin. l. cùm certum 9. l. Titia 35. D. de auro & ar-
gent. leg.* vbi auro legato ſufficiet pro eo materiam, ſeu
pretium dare.

11 Verum magis in noſtro propoſito facere videtur
*l. 6. tit. 14. lib. 6. Recopil.* vbi gabellarij tenentur reci-
pere nummos in quacumque vſuali moneta, & in aliis
creditis ſtatuitur idem *in leg. 6. tit. 21. lib. 5. Recopil.*
Quam opinionem ſequuntur relati à Theſaur. *de au-
gment. monet. 2. part. num.* 74. Gilchen. *in leg. incendium,
num. 35. cum ſeqq. C. ſi cert. pet.* Scaccia *de commerc. §. 2.
gloſ. 3. q. 6. n.* 193. & cum aliorum allegatione netuosè
eam defendit Carranza *de monetis 4. p. c. 1. §. 7.* & præ-
ter eos Pichard. *in princ. Inſt. quibus modis re contr. oblig.
num.* 37. Gutierr. *lib. 2. pp. quæſt.* 179. Morl. *in emp. tit. 8.
quæſt. 13. tot.* & nouiſſimè noſter D. Larrea *deciſ. Gran.
diſp.* 21. idem Theſaur. *in addit. ad deciſ.* 174. *ver. ſed
quære, an tunc debitor*, qui omnes auctoritate horum
iurium & *ſuprà* adductorum tenent licitum eſſe debi-
tori qui centum in argento recepit, ea ſoluere in ære,
vel auro, aut alia moneta.

Ratio eſt, quia virtus pecuniæ non conſiſtit in ma- 12
teria, ſed in æſtimatione, vt probatur *in leg. 1. D. de
contrah. empt.* vbi Paulus de vtilitate pecuniæ agens
ait, *Vſum & dominium præbet, non tam ex ſubſtantia,
quàm ex quantitate.* ita explicant ea verba Cuiac. *lib. 33.
ad edict. Paul. ibi*, & cum Gilchen. & Fabro Carrança
*ſupr. pag.* 241. & ante eos Accurſ. *in dict. l. 1.* licèt non
negem diuerſimodè circumferri verba illa, cùm alij li-
bri habeant *qualitate*, vt notat cum Budæo & Ferran-
do Gothofred. *ibi.* Cùm enim materia & forma con-
ſtet moneta, metallo ſcilicet, & ſigno, ſeu figura Prin-
cipis auctoritate cuſo, magis attenditur forma,
quàm materia, iuxta illud Ouidij *lib. 2. Met. in
princ.*

*Materiam ſuperabat opus.*

*& l. quæritur, Digeſt. de ſtatu homin.* & quæ notauit
eleganter noſter D. Ioan. de Larrea *in diſputatione ad-
ducta* 21. poſt Butigellam *in leg. cùm quid, num. 26. D.
ſi cert. pet.* & Carranz. *ſupr. 2. part. cap. 2. §. 4.* † Nec 13
dici in eo caſu poterit aliud pro alio ſolui contra na-
turam mutui, quando æs datur pro argento, & è con-
tra, quia hoc dicitur de rebus mutuatis, quæ conſi-
ſtunt in pondere, numero, vel menſura, in quibus non
connumeratur pecunia, qua omnia æſtimantur, & quæ
recipit functionem in genere ſuo, vt *in l. ſecunda §. pri-
mo Digeſt. ſi cert. pet.* nec recipit augmentum, vel di-
minutionem ex particulari acceptione hominum, vt
ex Gilchen. obſeruat. Carranz. *d. fol.* 241. cum Valen-
zuela *conſ.* 30.

Contraria ſententia non eſt deſtituta iuris & Do- 14
ctorum auctoritate, nam, vt omittamus Pragmaticam
Regis noſtri, de qua *infrà* agemus, eam tenent & ſe-
quuntur idem Bar. *in dict. l. Paulus num. 4. de ſolut.* &
cum Panormit. & aliis Couarr. *de veter. numiſ. coll.
cap. 7. §. vnic. num. 1.* Menoch. *lib. 2. conſ. 138. num. 2.*
Aſinius *de executio. §. 7. quæſt. 128. tot.* Caſtillo *tom. 4.
controu. cap. 10. num. 42. & 58.* Guzman. *de euiction.
quæſt. 22. num. 12.* & Cuiac. *in l. 59. de verb. oblig. in fin.*
Pro quibus facit certiſſimum iuris elementum, aliud
pro alio inuito creditore ſolui non poſſe, ex *leg. 3. D. ſi
cert. pet.* vnde ſi ego dedi tibi mutuo nummos argen-
teos, & æreos mihi ſoluas, violatur natura mutui, er-
go ſecundùm obligationem mutui debes eos ſoluere.
Id probatur, quia de natura mutui eſt, vt debeas mihi
reddere quod ſit ex eodem genere, & eiuſdem bonita-
tis. *dict. l. 3.* At in ſolutione pecuniæ æreæ hæc non
interueniunt, ergo non ſatisfit obligationi dando
æreos nummos, vel aureos pro argenteis. Quemad-
modum inuito creditore non ſoluitur ſi fundum tra-
dat, ſi nomen debitoris, vel mancipium, pecora, aut
quid ſimile. *l. ſucceſſores* 10. *l. eum 16. cum ſequent. leg.
penulti. Cod. de ſolution. leg. eo quod 10. C. ſi cert. pet. leg.
pretij 9. C. de reſcind. vend.* cum obſeruatis à Pichard.
*in princip. Inſtitut. quibus mod. re contr. obl. numer.* 30.
Parlad. *lib. ſecundo quotid. cap. fin. 5. part. §. 17. num. 16.
& 17.*

Neque ſatisfacit euaſio Gilchenij *in d. l. incendium* 15
*num.*

*num.* 38. *&* 47. quam acutam & ingenioſam vocat Carranza *ſupr.fol.*241. vt quod dicitur, inuito creditore aliud pro alio ſolui non poſſe, cùm reddit rem ponderis & bonitatis diuerſæ, intelligatur in aliis rebus, præter pecuniam quæ recipit functionem in genere ſuo. Nam præterquam quòd ſatisfiat obligationi, ſi reddit rem quæ functionem recipiat in genere ſuo, non eſt idem genus argentum, æs, vel aurum, cùm diuerſa ſint metalla, diuerſa ſit materia, diuerſa qualitas, & ita ſi veniat aurum, & æs ſit, non conſiſtit emptio. *l.quid tamen* 15. *in fin.iuncta l.in venditionibus. §.fin. D.de contrah.empt* & quamuis demus metalla iam ad pecuniam redacta functionem recipere in genere ſuo, id eſt, pecuniæ, neceſſarium eſt vt etſi reddantur res in genere ſuo, reddantur eiuſdem bonitatis. *d. l.* 3. vt docet in propoſito Oldrad. *conſ.*31. & alij relati à
16 Bruno *de monet.particula* 18. *limit.*8. *num.*7. † Itaque debitor ſoluere poteſt rem eiuſdem generis, ſed non ex eodem genere rem deteriorem. Eiuſdem generis rem reddo ſi vinum pro vino ſoluo, ſed non ſatisfacio obligationi ſi pro vino vetere ſoluam nouum, & ita idem genus reddo, ſcilicet pecuniam; ſed cùm reddo deteriorem, non cenſetur eſſe eiuſdem generis, id eſt,
17 non cenſetur idem genus in qualitate & bonitate. † At quis non dicet æream pecuniam deteriorem eſſe reſpectu argenteæ, vel aureæ? cùm communis acceptio orbis totius eam pecuniam deſpicientis id demõſtret, tum propter tranſportationis difficultatem, inquinationis ſordes, computationis moras & fraudes, pretiique, ſi quid emitur, incommoditatem, etſi valor impoſitus idem ſit proportione à legibus ſtatuta inter æream & argenteam monetam.

18 Ex quo fundamento reiicienda eſt ſupradicta opinio Carranzæ, quam ante eum defendit Pichard. *ſupr. num.*43. & Morla *dict.tit.*8. *quæſt.*13. quos miror non allegaſſe, qui omnes auctores vidiſſe præſumit. Sed iam in eo morbus ille conſenuit, vt à quibus aliquid mutuauit, nomen ſupprimat. Quod euidenter animaduertitur *in hoc articulo.* nam Morla *num.* 2. aſſerit ſummo ſtrictoque iure ſupradictam opinionem veram eſſe, & Carranza eiſdemmet verbis vtitur. Deſpiciat nunc lector ſtrictam Carranzæ diſputandi ra-
19 tiocinationem. † Rectiùs in puncto iuris noſtram ſententiam veriſſimam eſſe ait Parlad. *dict.§.*17. *num.* 17. quod etiam ante eum dixerunt Panormit. & alij relati à Couar. *ſupr. d. cap.*7 *§. vnic. num.*1. de quo poſtea videbimus, an conſue[illegible] altera opinio receptior ſit.

20 Secundò expendo in hanc rem quòd cùm argenteos nummos accepi, verbi gratia, centum, & poſtea in ære ſolutionem facio, non ſoluo tantum, quantum accepi, & ſic obligationi non ſatisfacio. Ratio eſt, quia ærea pecunia non habet proportionem cum argentea, cùm ita euiluerit, vt centum ærei nummi non æquiualeant ſine cambio centum argenteis, atque ita, provt tempora tulerunt, iam viginti, iam triginta & amplius pro cambio ſolent præſtari. Vnde cùm damnum paſſus ſit, ſuccedit regula *d.l. Paulus,* aliàs *creditorem* 99. *de ſolut.* & quamuis ſoluantur centum ærei nummi cum cambio, adhuc tamen reſpectu ponderis & aliarum incommoditatum, quas *ſuprà* commemorauimus habere hanc æream pecuniam, dicemus non proportionari vnam cum alia.

21 In hac tamen controuerſia vt proferam quid ſentiam, vna, aut altera concluſione rem adaperiam. Prima ſit. In mutuo ſolutionem faciendam eſſe in eadem pecunia, aut moneta, in qua priùs creditum eſt, ex *ſuprà* adducta ratione, nam aliud pro alio non debet dari *l.*2.*§. mutui. D.ſi certum pet.* quando obligatio contrahitur ipſa donatione magis, quàm cõuentione. *§.*1. *Inſt. quibus mod.re con. oblig.d.§. mutui.* & ita licèt mutuum recipiat functionem in genere ſuo, non tamen in alio quod ſit diuerſæ qualitatis & bonitatis. Et quamuis valor nummorum æreorum proportionetur cum argenteis, ex diſpoſitione legis, tamen cùm obligatio non tam ex conuentione, quàm re ipſa contrahatur, id eſt, numeratione, ad eandem materiam & receptionem nummorum accipiendam reſtricta eſt coarctata.

Neque fauet Carrancæ contrarium aſſerenti *l.*1. *§.* 22 *fin. D. de auro & argen. leg.* ibi. *Satis eſſe ſi in ea pecunia eadem æſtimatio fuerit.* Nam reſpondeo ex doctrina IC. *in l.cùm certum* 9. *D. de auro & arg. leg.* quòd cum teſtator in genere argenti, aut auri tot pondo legauit, non deſignata ſpecie, ſcilicet tali ſcypho, vel lance, vel vaſe, tunc teſtator voluiſſe credendus eſt legare non tam maſſam argenti, aut auri, quàm quantitatem, non tam corpus, aut materiam auri, quàm æſtimationem, ſeu pretium. *dicta l.cùm certum.l. Titia* 35. *ff. de de auro & arg. iuncta l. cùm aurum* 19. *Digeſt. eod.* ibi, *magis quantitas legata videtur.* Quemadmodum ſi legetur fundus, aut homo pignori obligatus, nam tunc legatum cenſetur quanti fundus, vel homo vendi poteſt. *leg.prima §.ſi hæres* 16. *D.ad S.C.Trebell.l.mortis* 18. *§.fin. D.de mortis cauſ.donation.* & ideo in arbitrio erit hæredis, cuius commodum magis attendit teſtator (vt ait Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*162. *num.*7.) vtrùm velit præſtare rudem materiam, vel pretium quanti præſenti tempore pondo tot auri comparari poſſint. *d.leg. cùm certum. d. l. Titia,* & ſimiles. † quæ 23 ſibi inuicem aduerſari videntur, cùm *d.leg.cùm certum,* vtatur verbo *debet,* quod neceſſitatem inducit, ex latè adductis à Barboſ. *diction.* 77. *num.*1. atque ita non electio vel materiæ, vel pretij, vt *in d.l.Titiæ*, ſed pretij quantitas præſtari debet. Hanc difficultatem diſſoluit Pacius *antinon. lib.*6. *quæſt.*41. verbum *debet* accipiens pro *poſſit*, vt & in multis iuris partibus vnum pro alio ſumi ſolet, vt obſeruat Morla *in emp. tit.*2. *in præmiſ. num.*18. *& ſeq.*) Sed eum reiicit Oſvvald. *ad Donell. libro octauo cap. decimo nono lit. C. pag.*670. ipſe non minus reiiciendus, cùm dicat verbum *debet* deſignare neceſſitatem, vt electio ſit grauati, vtrùm præſtare velit. Nam neſcio quomodo adaptari poſſit talis interpretatio illis verbis, *non materia, ſed pretium præſtari debet*, quæ electionem omnimodo excludunt.

Tu verò mecum poteris reſpondere multum diſta- 24 re hæc legata, *lego auri, vel argenti tot pondo.* ita vt in legato concipiatur tam auri, quàm argenti mentio, vel ſi dictum ſit, *lego auri tot pondo.* non facta mentione argenti, vel è contra, non facta mentione auri. In prima ſpecie cùm non deſignauerit materiam certam, ſed dixerit, *aurum, vel argentum*, magis creditur voluiſſe tantum pretium illius auri, vel illius argenti legare, cùm incertum ſit, an aurum, an argentum præſtari voluerit, vt *in d.l.cùm certum.* At cùm vſus eſt altera formula, *auri tot pondo*, iam cogitabat de materia illa auri, & ſic voluntas eius extenditur vel ad materiam, vel ad pretium, vt *in d.l. Titiæ*, in qua ob eam rationem datur electio heredi.

Verum id eleganter ſuadetur ex *l.ſi quis argentum* 35. 25 *in princ.C. de donatio.* vbi ſi quis argentum donauerit, certumque pondus nominauerit, nec aliud expreſſerit, Iuſtinianus ait neceſſariò præſtare debere vel maſſam, vel æſtimationem. Ratio ex ſupradictis dependet, quia in donationibus, ſicut in legatis, ſi generaliter dixit, Dono auri pondo tot, magis quantitas & numerus, quàm corpus vllum videtur datum, vel legatum, nec aliud pro alio ſoluitur in tali ſpecie, quia ad certam materiam obligatio non reſtringitur, cùm nullum corpus ſit deſignatum in donatione, nec in legato, & ſic ſufficiet dare tantam pecuniam, quanti vulgo æſtimentur auri pondo deſignata. † Quod in mutuo contrà eſt, quia, vt dixi, coarctatur obligatio rei ipſa ad

illam

27 illam materiam quæ credita eſt. † Vnde poteſt explicari *l. quæ extrinſecus* 65. *D. de verb. obl.* vbi obligatio non tam reſpexit materiam nummorum, quàm quantitatem, & ideò ſiue aureos promittat, ſiue æreos, omnes ſtipulatione continentur. Quo etiam modo ſatisfiet diſpoſitioni *l. Titia* 86. *D. de legat.* 2. quæ de teſſera frumentaria agit, in qua id ſpecialiter procedit, cùm non tam corpus contineat, quàm quantitatem.
28 † Quippe *teſſera* erat tabella in orbem rotundata, continens quantum quiſque ex liberalitate Principis accipere deberet, quæ in plebem ſolebat ſpargi è loco ſuperiori, & quod quiſque in teſſera ſignum habebat, illud accipiebat ab Imperatore, ſiue frumentum eſſet, ſiue vas aureum, aut equus, aut bos, & ſimilia. *l. ſed etſi* 52. §. 1. *D. de iudicijs. leg. mortuo* 49. §. 1. *D. de legat.* 2. notarunt Briſſon. & reliqui *verb. teſſera.* Lipſius *lib.* 1. *elector. cap.* 8. Turneb. *lib.* 9. *aduerſ. cap.* 26. Roſin. *lib.* 7. *antiq. cap.* 34. Rader. *ad Mart. lib.* 8. *epig.* 78. Marcil. *in Perſium ſat.* 5. *ad illud, Teſſerula far.* Alexand. ab Alexand. *lib.* 2. *genial. cap.* 24. vbi Tiraquell. Couarr. *lib.* 4. *var. cap.* 1. *num.* 9. *&* 14. Cuiac. *lib.* 14. *Reſp. Paul. in dict. leg. Titia.* Gothofred. *in dict. lege* 49. §. 1. & nos dicemus *in titul. infr. de frument. Alex.*

29 Neque contra nos erit Paullus *in d. l. creditorem* 9. *D. de ſolution.* quem Carrança *ſuprà pag.* 243. videtur præter omnes deprehendiſſe, & quaſi aliquid ex tripode Apollinis proferretur, ait rugoſa admiratione, notabile eſſe ad talem rem non aduertiſſe Doctores, & quid fuerit hoc notabile illam legem à contrario ſenſu probare, quod ſi nullum ſit præiudicium creditoris, tenebitur in alia forma nummos accipere. Hic partus illius magni ingenij, illius magni ſcriptoris, qui de partu tot paginas conſarcinauit, in quibus nullos non fœdauit aliorum partus. Suo enim ingenio ita ſolet indulgere, vt etiam de rebus ridiculis ei gratias agat. Nihil excogitauit quod ei ſoli non videatur inauditum, & mirabile, & Deum omnium mortalium mentibus abſtuliſſe, & ſuo Carrançæ reſeruaſſe. O quàm ſtultus eſt labor ineptiarum! Si enim vidiſſet gloſſam & Bartol. *numer.* 3. *ibi*, ſeſe contineret, cùm id expreſsè notent Platea *hic numer* 1. Butigella *in d. l. cum quid, num.* 28. *D. ſi cert pet.* & Gilchen. quem affirmat hunc articulum præter omnes exactiſſimè pertractaſſe *in d. l. incendium num.* 38. eius argumenti quod à contrario ſenſu deducitur ex *d. l. creditorem*, ſatis meminit. Sed quia noſter Collega D. Ioann. de Larrea id doctiſſimè, vt ſolet, pertractauit *deciſ. Gran. diſputat.* 21.
30 † nos tantùm breuiſſimè difficultati ſatisfaciemus, aientes argumentum à contrario ſenſu valere quando fit cum omnibus ſuis qualitatibus, vt obſeruant auctores laudati à Valaſco *in axiomat. iur. lit. A. num.* 376. item & *in d. l. creditorem,* non procedet, quia, vt Accurſ. rectè notauit *ibi in principio gloſſæ*, ſemper intelligatur damnum pati creditor, eo ipſo quòd in alia forma contra ſuam voluntatem ei ſoluatur, *argum. §. præterea* 32. *Inſtit. de action.* & probatur *in l. eum* 16. *C. de ſolution.* & ſi ſolutio fiat in ærea pecunia, ſemper damnum perſiſtit, quia non præbet eandem vtilitatem in ære, quam præbet in argento, vel auro. *leg.* 1. *D. de contrah. empt.* & notauit idem Bar. *ſupr. num.* 4.

31 Minus oberit lex noſtra, & *d. l. vnic. de argenti pretio.* Nam reſpondendum eſt hæc iura accipienda eſſe, vt ſpecialiter loquantur in fiſco, ſpeciali fauore & gratiæ collatorum, proportionata æris & auri, aut argenti qualitate (quod docuit *in præſenti* Platea *num.* 2. & Valenzuel. *num.* 1.) Non verò de mutuo, provt nos agebamus, ſed de obligatione ciuili ad penſionem fiſco inferendam, quia non decuit vt Princeps recuſaret pecuniam illam, quam ipſe cuſerit quod in priuato non procedet, vt poſt Bar. *in d. l. creditorem,* obſeruant Platea *in d. l. vnic. & hic*, & Guzman. *de euiction. quæſt.* 22. *num* 41. Accedit etiam quòd cùm in tributis vt in plurimum grauentur ſubiecti, æquum fuit aliquatenus releuari in ſolutione commodiùs facienda, *argum. leg. placuit* 4. *infr. de collat. fundor. patrim.* docent eleganter Platea *in leg. fin. ſupra de apochis, & in dict. l. vnic.*
† Hodie verò iure noſtro ex *leg.* 6. *tit.* 21. *lib.* 5. *Recopil.* 32
*&* *l.* 5. *tit.* 14. *lib.* 6. tributa fiſcalia in quacumque moneta poſſe ſolui ſtatuitur, vt aduertit Azeued. *ibid.* Valenzuel. *hic num. fin.* & alij relati à Carrança *de monetis dict.* 4. *part. capit.* 1. §. *ſeptimo, pag.* 243. *verſ. Si lo dicho.*

Secunda concluſio ſit, quòd ſi conuentum eſt inter 33
partes, vt penſio, cenſus, vel alterius contractus, aut obligationis ſolutio fiat in argentea, vel aurea pecunia, non in ærosa, provt in pluribus conuentionibus cautum eſt, inuito creditori non poteſt ſolui, niſi in ea moneta, de qua inter contrahentes conuentum fuit, ita tradunt plures relati à Guyman. *ſupr. quæſt.* 22. *num.* 12. Baſil. de Leon. *relect.* 1. *de monet.* 2. *part. verſ. ſed explicemus* Caſtillo *lib.* 4. *controuer. cap.* 10. *à num.* 35. Carrança *dict.* 4. *part. cap.* 1. §. 7. *pag.* 244. & alios refert eleganter D. Ioan. de Larrea *deciſ. Granat. diſput.* 22.
*num.* 6. *& diſp.* 24. *tota.* † Ratio eſt, quia conuentio- 34
nes ſemper ſunt obſeruandæ, *l.* 1. §. *conuentionis, D. de pact. l.* 1. §. *ſi conuenit* 6. *Digeſt. depoſiti*, & ſuperuacua fuiſſet conuentio contrahentium, ſi cùm de vna nummorum ſpecie ſibi cauerent, de alia ſolutio fieret inuito creditore, *leg.* 2. §. *mutui, D. ſi cert. pet.* in quam rem expendi poteſt *l. ſed ſi certos* 51. *D. de legat.* 1. vbi ſi legentur certi nummi, veluti *quos in arca habeo*, illi præſtandi ſunt, ita vt alij dari non poſſint, licèt ſint eiuſdem generis, & hoc volunt illa verba, *Neque permutationem recipiunt*, etſi enim quantitas debeatur, & ea in alio genere pecuniæ ſolui poſſit, tamen quando ex ſpeciebus nummorum certa quædam eſt electa à contrahentibus, non erit congruum vt in alia ſpecie ſolutio fiat, quam ſua conuentione creditor excluſit, qui non ſolùm cauit de quantitate certa duntaxat, ſed de ſpecie quoque certa nummorum. Vnde cùm *leg.* 2. *tit.* 16. *lib* 3. *Recopil.* inſtitutum ſit, vt quemadmodum quis ſe voluerit obligare, ita remaneat obligatus neceſſe eſt, vt dicamus obligationem illam debere ſortiri ſuum effectum, ſcilicet vt pecuniæ ſpecies conuenta attendatur.

Verùm cùm iam ex Pragmatica Philippi IV. domi- 35
ni noſtri, edita anno 1623. caueatur, vt pro obligatione in qua conuenerunt contrahentes, vt in aurea, vel argentea moneta ſolutio fiat ſufficiat fieri in ærea moneta, modò pro æſtimatione, vel cambio decem pro centum perſoluantur, quæ iam eſt legalis taxa omnium obligationum monetæ aureæ, vel argenteæ, his præcipuè temporibus, in quibus ærea moneta ſic euiluit, & æſtimatio argenteæ ita creuit, cùm exteri fraudibus, à Regno eam ſubtrahant, vt vix in opulentiſſima & ditiſſima prouincia reperiatur abundanter. Quæ taxa habebit etiam locum etſi in conuentione adiectum ſit in argentea moneta ſolutionem faciendam, quia cùm d. Pragmatica omnes conuentiones ad dictum cambium reducit, cuiuſcumque qualitatis ſint, generaliter loquens omnes comprehendit, & ita practicari vidi in noſtra Curia.

Diximus, *in omnibus obligationibus*, quando ſcilicet 36
non interuenerit mutuum, ſed obligatio, quia ſi ſit mutuum, & re ipſa in aurea, vel argentea moneta contractum eſt, dicta Pragmatica *cap.* 1. ſtatuitur vt ſolutio in eadem moneta fiat, atque ita illæſam reliquit hanc obligationem, iuxta reſolutionem *ſuprà* adductam, & ita vidi practicari in omnibus forenſibus negotiis, quæ in Senatu Granatenſi & Valliſoletano ſunt diſceptata, vt aduertit quoque D. Larrea *ſuprà.*

† re

37 † rectè etiam adiiciens, quòd quando inter contrahentes nihil de pecuniæ qualitate dictum eſt, ſed de pecunia præſtanda quis ſe obligauit, ſolutionem fieri poſſe in  acumque materia currenti.

38 Hæc tantùm in hac materia adducere duximus, quæ præſertim ad huius legis materiam & exornationem pertinere iudicauimus, cæteras quæſtiones huic tractatui affines eleganter percurrit, & perdoctè D. Ioannes Larrea *diſputat. 22. & ſeqq. deciſ. Granatenſ.* & Carrança *dicto 4. part. capite* 1. §. 7. *à folio* 239. præter eos videndi Ludouic. Centius *de cenſibus* 2. *parte capite* 2. *articul.* 4. *tot.* & alij; quos refert Barboſ. *in collectan. ad caput olim* 20. *de cenſibus à numero* 2. *& in capite cùm canonicis* 26. *eodem* Guzman. *de euiction. quæſtio* 12. *ex numero* 12. *cum ſequent.* qui alios plures referunt. Solùm reſtat dicere, quòd ſi facultate regia interueniente aliquis cenſus impoſitus eſt ſuper rebus maioratus, & conuentum eſt vt penſionum ſolutio fiat in argentea moneta, maioratus poſſeſſor qui cenſum impoſuit, ad eam conuentionem tenebitur; ſucceſſor verò non tenetur penſiones ſoluere, niſi in ærea moneta, abſque aliquo cambio, vt praxi multoties receptum eſt in Curia, quia cùm facultas regia ſit ſtricti iuris, nec dicat in hac, vel illa moneta, ſed *que podays tomar ſobre vueſtro majorazgo mil ducados.* conuentio eius qui facultatem conſequutus eſt, non poteſt nocere ſucceſſori, vt ſoluat in argentea moneta, cùm ita maioratus fiat deterioris conditionis contra tenorem facultatis, & plus quàm à facultate conceſſum eſt.

# TIT. XXX.

## *De diſcuſſoribus.*

### SVMMARIVM.

1 *Diſcutere, diſcuſſor & ſimilium verborum ſignificatio.*
2 *Diſcuſſores rationes fiſcales diſpungebant.*
3 *Diſcuſſor quare dictus rationalis?*
4 *Corippi locus de diſcuſſoribus.*
5 *Iuuenci Poëtæ locus explicatus, & ab emendatione Barthij vindicatus.*
6 *Caſſiodori locus emaculatur.*
7 *Diſcuſſores munere ſuo functi fiebant Comites.*

1 DISCVTERE eſt examinare illuſtrare, redigere in ordinem, *l. vnic. Cod. de ratiocin. oper. publ.* Inde diſcuſſio eſt examinatio diligens exactáque, & *Diſcuſſor* inſpector, taxator, *leg.* 10. *Cod. Th. de Iudæis* ad cuius curam ſpectat inquirere, & animaduertere qui ſint in vnoquoque populo debitores fiſci, & eos in matriculam ſcribere, *leg.* 1. *infr.* & in  æſtimat taxátque facultates & patrimonia prouincialium, vt iuſta fieri poſſit cenſus collatio, ſeu contributio. Ita rectè notarunt *hîc*, Accurſ. Pyrrhus & Valenzuel. *num.* 1. & alij. Sicut apud nos ſunt taxatores ad facultates vicinorum taxandas, vt ſoluatur tributum, quod vocamus *ſeruitio Real.* ex *leg. 4. tit. 24. lib. 6. Recopil.* Quapropter dicti ſunt etiam inſpectores, & peræquatores *in tit. infr. de cenſitoribus peræquat.* &c. in cuius *lege* 6. dicitur *peræquatores & diſcuſſores*, qui tributorum modum definiebant, teſte
2 Pyrrho *hîc.* † Sunt quoque *diſcuſſores* quibus commiſſa eſt cognitio & diſceptatio rationum fiſcalium, vel publicarum, quæ ab alii ſunt diſpunctæ, aut tractatæ, *que podemos llamar reuer las quentas*, *leg.* 2. *ſupr. de apoch. publ.* Nouell. Theod. *de his qui ſponte munus aliquod*, &c. ibi, *diſcuſſionis ratiocinii obligetur.* Symmach. *lib. 4. epiſt.* 71. (quem non deſignato loco adducunt Cuiac. & Gothofred.) *Video enim Baſilicæ pontiſque rationem Bonoſo eſſe mandatam. Sed vereor ne ludificationibus res iniuncta frigeſcat, obluctante eo, quem ſocium diſcuſſionis accepit. Quid enim ſibi vult iſta coniunctio, in ea præſertim diſcuſſione, qua ipſum quæſitorem videtur adſtringere*, idem *lib. 5. epiſt.* 74. aliàs eſt *epiſt.* 76. *Bonoſo optimo viro diſcuſſionem pontis ac Baſilicæ præceptio Auguſta mandauit.* 3 † Ob hanc rationem dicitur, *Rationalis*, *in leg. cùm poſt* 26. *Cod. de appellation. l.* 45. *Cod. Th. eod. leg. pen. Cod. quorum appellat. leg. à diſcuſſoribus* 21. *Cod. Th. eod.* notant poſt alios antiquos Cuiacius & Gothofr. *in præſenti.* Buleng. *lib. 3. de Imp. Rom. capit.* 29.
4 † eóque ſpectat Coripp. *libro 1. de laud. Iuſtini*, qui inter aulæ proceres diſcuſſores & Rationales connumerat.

*Nec non magnanimus meritis & nomine Magnus.*
*Mente placens dominis ſacris rationibus aptus*
*Rectorum Latij diſcuſſor prouidus Orbis.*

Meminit quoque diſcuſſionis Iuuencus Chriſtianus Poëta *lib. 1. Hiſtor. Euang.* 5

*Sed tunc fortè nouus, capitum diſcuſſio, cenſus*
*Cæſaris Auguſti iuſſu per plurima terræ*
*Deſcribebantur Syriæ.*

loquitur de deſcriptione ab Auguſto facta, qui cenſum nouum Orbi impoſuit, iuxta illud Euangelij *Lucæ* 2. ibi, *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis*, non enim talis cenſus diſcuſſio fuerat audita. Ob id primum verſum cenſet emendandum Barthius, *lib. 11. aduerſar. c. 20. & lib. 59. c. 5.* qui ita legit ex fide antiquorum librorum.

*Sed tunc fortè noui capitum diſcuſſio ſenſus.*

Ego antiquos eos Codices non vidi, nec approbo mutationem litteræ, cùm rectè conſtet ſenſus Iuuenci, verba illa *capitum diſcuſſio*, intelligantur appoſitiuè, 6 † ita videtur loquutus Caſſiod. *lib. 9. ep.* 10. de his, emendandus in voce *diſcurſoribus* cum Fornerio. *Quidquid ait, à diſcuſſoribus noui cenſus per quintam indictionem probatur affixum, ad veſtram eos fecimus deferre notitiam.* 7 † Qui diſcuſſionis munere functi erant, vocantur Comites *in leg. fin. Cod. Th. ad legem Iul. de ambit.* vbi prohibentur iterari comitiuæ in diſcuſſionibus, & apud Symmach. *lib. 5. ep. 74. ſeu* 76. Cyriades V. C. vocatur Comes in ſocietatem diſcuſſionis admiſſus; & *lib. 10. epiſt. 47. Diſcuſſorum litteræ*, ſunt libri rationum, ſeu rationes publicæ confectæ, *leg.* 2. *infr. hoc tit.*

# LEX I.

*Imppp.* VALENTINIAN. VALENS. & GRATIAN AAA. *ad Anthemium Vic. Hiſpan.*

Quoties in diſceptatione conſtiterit iniquè diſcuſſionem eſſe confectam, & fidem facti non potuerit approbare diſcuſſor, ipſe in eodem titulo, & in eodem modo ad ſoluendum protinus, vrgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem.

### *SVMMARIVM.*

1 *De ratione introductionis huius legis, adducitur Nouella Theodoſij, ex qua diſcuſſorum iniquitas deprehendi*

*benditur, item & Caſſiodori locus*, & numero 2. & 6.

3 *Quid ſtatuatur in hac lege contra diſcuſſores, notatur Cuiacius.*

4 *Quod quiſque in alium ſtatuerit, vt eo iure vtatur*, & n. 5.

6 *Verba illa noſtræ legis in eodem titulo & in eodem modo declarantur*, & n. 7.

8 *Iudex qui in cauſa ſummaria delinquit, ſummariè erit conueniendus.*

9 *Pœna contra eos, qui in re ad quam eliguntur, malè ſe gerunt, & quomodo grauati ab eiuſdem querelam proponent*, & n. 10.

11 *Vicinus qui ex repartitione ſe ſentit grauatum, poterit iudicis officium implorare, vt ab eo tollatur grauamen*, & n. 12.

14 *Coram quo debet proponi querela eius, qui ſentit ſe grauatum ab iniquo diſcuſſore, & quomodo probanda eius iniquitas, & in eo reprobatur opinio Valenzuela*, & n. 14. 15. & 16.

17 *Examinatur Angeli ſententia*, & n. 19.

18 *Arrharum nomine promiſſum quis probare, an teneatur excedere taxam legis. Tauri*, & numero 20.

1 IVRE optimo introducta eſt hæc conſtitutio propter graues querelas, quæ contra diſcuſſores à prouincialibus proponebantur, vt diximus *in l. 2. ſup. de exactor. trib. n. 7. & 8.* Nam huiuſmodi homines miſſi in prouincias malè vexabant pauperes & ſubiectos. Quod certè non minus deplorat, quàm cohibet Nouella Theodoſij & Valentin. *De indulgentiis reliquor.* vbi hæc eadem verba animaduertimus. *Prouincialibus vndique volumus eſſe conſultum & diuerſis feſſos incommodis ſufficientibus beneficiis adiuuare. Diſcuſſores ad prouincias non electi, ſicut comperimus ſed ambientes ire dicuntur, quod nobis & proceribus noſtris aliarum ſollicitudinum mole conſtrictis efficere inueniuntur otioſi. Hoc modo facultates poſſeſſorum miſerabiliter conciderunt. Et hinc maius incommodum, vnde remedia certa debuere prouenire. Vbi trepidam prouinciam talis diſcuſſor adierit, ſtipatus calumniarum miniſtris ſuperbit, elatus inter obſequia ſumptuoſa expetit adminicula prouincialis officij, ſcholares ſæpe coniungit, multiplicato & hominum numero, & officiorum, vt quantum auaritiæ libuerit terror extorqueat. Prima ſunt venientis exordia, vt proferat & reuoluat ſuper diuerſis numeroſiſque titulis terribiles iuſſiones, prætendit minutarum ſupputationum caligines inexplicabili obſcuritate confuſas, quæ inter homines verſutiarum neſcios hoc amplius agunt, quo minus intelligi poſſunt. Securitates expetunt annorum ſerie & vetuſtate conſumptas, quas ſeruare neſcit ſimplicitas & fiducia nihil debentis. Reuera enim aut quoquo modo pereunt, quaſi contingit occaſio deprædandi, aut ſi extant, redimendum eſt, vt feratur accepto. Ita fit, vt apud improbum rei arbitrum merito noceat chartula cùm perit, nihil proficiat non periſſe. Innumera deinde clades, ſæua cuſtodia, ſuſpendiorum crudelitas & vniuerſa tormenta, quæ interea latus & crudelitatis pertinax egregius quæſitor expectat. Collega furtorum Palatinus hortatur, inſtat apparitio turbulenta, vrget immitis executio militaris. Indignum facinus hæc de ciuibus, velut inter hoſtes pecuniæ placitis non allegationum iuſtitia, non miſeratione finiri. Tanta vexatio cùm nihil vnquam fiſci vtilitatibus proſit, tamen non deſinit iterari, quaſi aliquid efficaciter geſtum vix dum vno è prouincia decedente*

2 *te cum nouis auctoritatibus alter excurrit.* † Congruit Caſſiodor. *lib. 4. epiſt. 38.* ibi, *Magnitudo tua cognoſcat Grauaſianos & Pontonates nobis ſupplicaſſe, à Ianuario, ſed & Probo diſcuſſoribus, iniquis ſe oneribus ingrauatos, cum ſterilitas ieiuna locorum nulla ſibi augmenta fieri patiatur.* vbi cùm comma poſt vocem *diſcuſſoribus* interponatur in omnibus codicibus, ego cenſerem apponendum poſt verbum *iniquis.* Nam diſcuſſores iniquiſſimos fuiſſe, quis leget dictam Nouellam qui non credat. His conuenit etiam *l. 5. tit. 14. libro 6. Recop.*

Ex *ſuprà* adductis locis facilè deſumitur ratio no- 3
ſtræ legis quæ improbiſſimo huic hominum generi obuiam it, remedium adhibens, quo rapina eorum cohibeatur, & auaritia, qua omnes prouinciales ita excoriabant, provt dicta Nouella depingit elegantiſſimè, iuncta Nouell. *de Palatinis.* Statuitur itaque quòd ſi diſcuſſor inique computationem fecit, teneatur ad ſolutionem eorum, in quibus fecit alterum debitorem fiſcalem, ita ponunt Bart. & alij *hîc*, Roland. *conſ. 66. numero 56. libro 1.* & Valenzuela *in princ.* qui rectè notat Cuiacium non rectè ex hac lege colligentem, iniquum diſcuſſorem eatenus damnari, quatenus conſtiterit prouincialem fiſco debere, quia diſcuſſor non punitur in eo, in quo apparet prouincialem eſſe verum debitorem, ſed ex eo quòd iniuſtè voluit conſtituere debitorem fiſci illum, qui minimè debitor non erit, vel non in tanta quantitate, † & ſic talione multatur, 4
vt quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem iure vtatur, &, vt in Euangelio docemur, *quacumque menſura menſi fueritis, eadem remetietur & vobis, capite 1. epiſtola 1. capite iuſtum 9. diſt. capite cùm omnes 6. de conſtitut. toto titul. Digeſtis quod quiſque iuris, l. ſed & partus, §. 1. ff. de eo quod metus cauſ.* Quò pertinet illud Ouidij *lib. 1. de arte.*

——*Neque enim lex iuſtior vlla eſt*
*Quàm necis artificis arte perire ſua.*

& Claudiani *lib. 1. in Eutrop.*

*Quà bene diſpoſitum terris vt dignus iniqui*
*Fructus conſilij primis auctoribus inſtet.*

Vnde diſcuſſor, qui prouinciali iniuriam fecerit, congruum eſt vt hanc ſibimet in propriis exhibens ſuam ſentiat malignitatem, *Nouell. 7.* quæ eſt *Auth. de non alienand. cap. 5. verſ. ſi quis autem*, notat in ſpecie Platea *hîc n. 2.* & Cuiac. *in l. 1. ff. quod quiſque iuris.* Cochier. *lib. 2. Aphoriſm. polit. c. 25.* † Fuitque Pithagoreorum 5
recta ſententia exiſtimantium iuſtam eſſe mutuam, ſeu reciprocam poſſeſſionem, ſeu talionem, quod & probauit Ariſt. *lib. 5. Ethicor. c. 8.* & Cicero *lib. 2. de inuent. c. 5. & 12.* conducunt tradita à Pichard. *in §. pœna autem n. 6. Inſtit. de iniuriis.* † Quapropter rectiſſi- 6
mè contra huiuſmodi hominum iniquitatem proceſſum eſt, vt *in eodem titulo & modo* (vt ait lex) *puniantur*, id eſt, in eadem ſpecie & quantitate. Vt ſi debitor fuit conſtitutus decem aureorum, ſoluat eandem ſpeciem auri, & eandem quantitatem. † Quo etiam mo- 7
do procedit *l. apparitores 5. ſup. de exact. trib.* ita vt ſi cauſa erat ſummaria, in qua iniquè diſcuſſor fecerit diſcuſſionem, conueniendus erit, & vrgendus ad ſolutionem per viam cognitionis ſummariæ, ita enim accipit illa verba, *in eodem titulo* & in eodem modo Bald. *in l. miſſi 3. ſup. de exact. trib.* vbi etiam Valenz. *& hîc n. 5.* † Inde ſubinferentes quòd ſi Iudex qui fe- 8
cit litem ſuam iuxta ea quæ tradit Menoch. *de arbitrar. caſ. 339.* adſtringit ſe cognitioni ſummariæ, ſi cauſa erat ſummaria, veluti ſi erat cauſa prior executiua, vel alimentorum, aut cæteræ ſimiles, de quibus *in Clem. ſæpè, de verb. ſignif.* poterit Iudex ſummariè conueniri ad reſarciendum tale damnum, confert Azeued. *in leg. 2. tit. 17. libro 4. Recopil. numero 16.*

Hæc pœna & ſimiles aliæ in iure contra exacto- 9
res tributorum, & eos, qui in hac tributaria verſantur, ſtatutæ reperiuntur *in leg. 3. l. miſſi, ſuprà de exact. trib. cum aliis*, vbi diximus *l. 1. ſup. de apochis*, & in aliis, qui iniquè executus eſt id, ad quod delectus eſt

à

à Iudice, vel à partibus, docet Platea *in præſenti*
10 *numer.* 3. † Grauatus autem poſſeſſor intra annum querelam debet proponere, & ſe grauatum conqueri, *l. qui grauatos* 5. *infrà de cenſibus*, vbi ſi quis in peræquatione, ſeu taxatione tributorum queratur quòd maiori oneri ſit ſubiectum, quàm propria ſubſtantia patiatur, intra annum habet facultatem querelandi, vt eleganter explicant Bobadilla *lib. 5. polit. cap. 5. num. 35. & 36.* Surd. *tom. 2. conſ. 236. num. 21.* Menoch. *num. 12. conſ. 1144. n. 78.* Aponte *de poteſt. proreg. tit. 4. §. 1. n. 18.* Garcia. *de nobil. gloſ. 5. ex n. 15.* Auendan. *de exequend. 2. p. cap. 14. num. 36.* Arimin. Tepat. *var. ſent. tit. de tribut. & collect. 585. cap. 6.* & in propoſito Plat. *hîc num. 3.*
11 † qui docent quòd ſi facta æſtimatione, aut repartitione, vt ipſi loquuntur, vicinus ſe ſentiat grauatum, poterit Iudicis officium implorare, vt tollatur grauamen, *l. indictiones, ſup. de annon. & trib. d. l. qui grauatos*, vbi à tempore collectæ impoſitæ intra annum id efficere poterit, etſi ad appellandum tempus præterierit. Nam duplex remedium datur grauato. Primum eſt remedium appellationis, *l. cùm poſt 26. C. de appellat. l. pen. C. quorum appellat. cap. concertationi 8. de appellat. in 6.* Alterum remedium eſt querela, implorato ſcilicet officio Iudicis contra grauamen illatum à peræquatore, ſeu taxatore, *leg. fin. infr. quemadmod. ciuilia munera, dict. l. qui*
12 *grauatos*, docent Garcia Auendan. & alij *ſupr.* † Additque Laſarte *de decim. vendit. cap. 18. in addit. num. 90.* non ſolùm ſupradicta remedia habere locum, ſed etiam & aliud quod ipſe vocat per competitionem, vt ſi cui per gratiam, vel fauorem remiſſum fuerit, petat vt cum illo adęquetur, compenſatis bonis vtriuſque, quod vulgo dicitur *yo me quiero igualar con fulano.* Idque ea ratione confirmari poteſt, quia collectæ debent eſſe æquales, ne plus vnus altero grauetur, *d. l. fin. infr. quemadmod. ciuil. mun.* cùm æqualitas in huiuſmodi rebus ſit modis omnibus obſeruanda, *l. in fraudem 6. ſup. de* [illegible] *n. & trib.* vbi diximus, facit *l. 3. §. præſes 15. D. de mu*[illegible]*erib. & hon. l. 4. §. ordine, D. de legationib.* docet Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.* & ita Præſides & iudices tenebuntur deputare fideles æſtimatores & peræquatores, qui onera & munera ciuilia æqualiter diſtribuant, iuxta dicta iura, *& l. 2. ſupr. de annon. & trib. l. 1. ſup. de condit. in publ. horr.* notat Afflict. *in conſtit. reg. §. non ſine grandi, num. 11.* Huiuſmodi autem querela ſummatim debet terminari ex Bart. *in l. 3. C. de pignor.* Platea *hîc num. 3.* & probat lex noſtra illic, protinus vrgeatur.

13 Sed videamus qualiter ſit facienda hæc diſcuſſio, an coram ipſo diſcuſſore, an coram Iudice, ad quem reclamat ille, qui ſentit ſe grauatum? & Bar. *hîc* ſenſit coram iudice faciendam eſſe, ex *leg. peræquatores, infr. de cenſibus.* Sed falsò ea lex allegatur, & ſententia falſa eſt, nam Iudex non ſe intromittit in eiuſdem cognitione, imò ea cognitio fit ab diſcuſſore, qui eſt veluti arbiter & diſceptator, *l. 3. §. 1. D. de recep. arbit.* qui licèt iuriſdictionem non habeat, habet tamen cognitionem, vt reuideat rationes fiſcales, quas alij tractarunt, etſi inique ſe geſſerit, prout contingebat ante tempus Nouellæ Theodoſij & Valentiniani, quam *ſuprà* adduximus, punietur in eo vt ſoluat id omne, in quo alterum fecerit debitorem. *Pagara el alcance que le hiciere al que hiço deuidor fiſcal ſin ſerlo.*

14 Quo autem modo probabitur hæc iniquitas? Reſpondent Bart. & alij, quos ſequitur Valenzuela *n. 3.* ſolam allegationem grauati ſufficere, quia diſcuſſor ipſe tenetur probare veritatem & iuſtitiam diſcuſſionis quam fecit, & hoc dicunt ſignificare illa verba, *& fidem facti non poterit approbare diſcuſſor*, quæ indicant quòd quia fundamentum ipſius diſcuſſoris conſiſtit in facto proprio diſcuſſionis factæ, ideò tenetur probare iuſtitiam & fidem proprij facti, quod in dubio non præſumitur, niſi probentur, iuxta regulam *l. in bello 12. §. factæ, de captiu.* quæ ſunt verba Valenzuelæ,
† cuius opinio mihi minimè arridet, nam lex noſtra 15
ſatis apertè probat conſtare debere de iniquitate diſcuſſoris. Conſtare verò illud dicitur, quod eſt manifeſtum & clarum, quòd palam eſt, quod nemo negare poteſt, vt docent qui de verbis iuris ſcribunt, quod omni dubitatione caret Tuſch. *concluſ. pract. lit. C. concluſ. 781. num. 1. & ſeq.* Quod verificari poteſt, ſiue per inſtrumenta, aut teſtes, aut aliam claram probationem, ex traditis à DD. apud Barboſam *de diction.*
*dict. 66.* † ergo non ſufficiet ſola querela partis gra- 16
uatæ, præcipuè cùm hæc omnia iuxta ordinem iudicialem tractanda ſint, vt *in l. fin. infr. quemadmod. ciuil. mun.* ibi, *circa ordinem*, vbi ſi releuatis aliis tributariis æqualitas in taxatione non obſeruetur circa ordinem, Præſes tam iuris, quàm cenſuræ memor, id eſt, memor iuris diſpoſitionis, & diſciplinæ publicæ, iudicare debet. Aliàs enim multis calumniis diſcuſſores exponerentur, ſi ſolùm querela partis grauatæ propoſita tenerentur probare ſuam fidem, quod etiam confirmatur ex *l. 1. infr. de cenſibus*, vbi qui ſe grauatum dicit, probare id tenebitur, *& in d. l. grauatos*, ex qua apertè probatio requiritur. Itaque qui ſe grauatum dicit, teſtibus, ſeu inſtrumentis ſuam intentionem adſtruet, & diſcuſſor tenebitur oſtendere rectè factam diſcuſſionem, quod ſi non fecerit, protinus condemnabitur talione, vt dictum eſt.

Quare dubito de ſententia Angeli *in addit. ad Bar.* 17
*hîc*, quam magni facit Valenzuela *num. 3. verſ. ſic enim*, qui ait notandum eſſe caſum hunc ad probandum, quòd licèt in dubio præſumatur pro ſcriptura, tamen ſi ea proferatur contra me, continens meum patrimonium valere mille, & ego negauerim eſſe tanti valoris, eo in caſu onus probandi patrimonium valere mille, incumbere ei, qui profert ſcripturam, non ve-
rò mihi nego tantum valere. † Quo fundamento ad- 18
ſtruitur opinio eorum, qui dicunt quòd ſi ſponſus arrharum nomine promiſerit tantùm, quod decimam bonorum partem excedat, contra *l. 50. Tau.* probatio incumbat vxori, vel eius hæredibus, promiſſionem non excedere taxam legis: vt tenuerunt viri non infimæ auctoritatis, vt fuit Roder. Suarez *in tit. de las Arras n. 10. & ſeqq.* Ant. Gom. *in l. 50. Tau. n. 13.* Matienz. *in l. 2. tit. 2. gloſ. 1. n. 7.*

Verùm in noſtra lege minimè probatur Angeli 19
aſſertio, & ſemper pro ſcriptura præſumitur, vt notat A. Gabr. *lib. 1. com. opin. tit. de probat. concl. 7. numer. 12.* imò, vt conſtat ex *ſuprà* adductis, grauatus iniquam eſſe diſcuſſionem probare debebit, & contra diſcuſſor rectè factam eſſe, ita docuit Platea *ad fin.*
*in præſenti.* † Neque obſtat ſententia Roderici & 20
aliorum, quia verius eſt onus probandi promiſſionem arrharum excedere decimam partem incumbere hæredibus mariti, vel ipſi marito: vt *argum. leg. cùm de lege 17. D. de probation.* tenent Baeza *de non meliorand. filiab. cap. 36. num. 19.* Gutierr. *lib. 3. pract. q. 40. ex n. 4. & de iuram. confir. 1. p. cap. 1. n. 32.* Couar. *lib. 2. var. c. 6. n. 2. & 7.* Barboſa *in l. maritum 13. ex n. 24. D. ſol. matr.* Ayora *de partition. lib. 1. c. 7. n. 27. & 28.* Thom. Sanch. *de matrim. lib. 6. diſp. 35. tota.* & ita in praxi receptum vidi in noſtra Curia.

## LEX II.

*Impp.* ARCADIVS & HONOR. AA. *Meſſalæ. P. 2.*

Ne caſu amiſſa ſecuritate publica quædam præda naſcatur collatoribus: decernimus, vt quando ſecuritates à diſcuſſoribus, ſeu apparitoribus expoſitæ ratioci-

niis publicis continentur, ruſſus per iniu-
riam non petantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Huius legis intentum, & diſpoſitionis ratio.*
2 *Apocha ſolutionis amiſſa ſufficiet ad probationem liber rationum publicarum,* & n. 4.
3 *Liber rationum dictus* Polypticus.
5 *Liber debet exhiberi non ſolùm à priuato, verùm & à fiſco, & quid hodie procedat de iure regio,* n. 6.
7 *Quare liber rationum exhibeatur in præſenti, & explicantur illa verba,* ne caſu amiſſa ſecuritate, *contra Valenzuelam,* n. 8. 9. & 10.
11 *Et qui dicit ſe ſoluiſſe incumbit onus probandi remiſſiuè,*
12 *Alia lectura ad noſtram legem aſſignatur, & reiicitur.*
13 *An ſi debitor oſtendat duas liberationes, præſumatur bis ſoluiſſe, & ſi appareant plures vnius quantitatis confeſſiones, præſumantur plura debita?* & num. 14. 15. 16. & 17.

1 CVM modis omnibus diſcuſſorum auaritiæ & rapacitati obuiam irent leges, hac etiam non minus cautum fuit prouincialibus. Nam cùm illi ſoluiſſent, & apocham accepiſſent, quam *ſecuritatem* vocat ( *carta de pago* dicimus ) vt *in l. 2. C. Th. h. tit. l. fin. C. ſi cert. petat. l. teſtium 18. in fin. C. de teſtib. l. ſecuritates 20. cum l. ſeq. C. Th. de ſuſceptoribus* Noueil. Theod. & Valentin. *de Indulgen. reliq.* ſolebant diſcuſſores apochas petere, & iterum velle reuidere, vt ſic eis non oblatis, aut inuentis maior fieret deprædatio, ita etiam confirmat *d. Nouella*, illis verbis, *Securitates expetunt annorum ſerie, & vetuſtate conſumptas, quas ſeruare neſcit ſimplicitas, & fiducia nihil debentis.*
2 † Cui malo remedium datur *in præſenti*, vt ſi ſecuritas, aut apocha fuerit amiſſa, ſufficiat ad eius probationem liber rationum publicarum, vt etiam ſtatuitur *in l. 4. C. de fide inſtrum. l. 2. §. fin. C. de quadrien. præſcrip. l. ſecuritates 12. infr. de ſuſceptor.*
3 † Hic liber publicus dicebatur *Polyptychus*, & ratiocinia publica, *Polyptycha*, vt iam obſeruauit Cuiac. *lib. 4. obſeru. cap. 27.* Gothofred. *hîc*, Demſter. ad Roſin. *lib. 7. antiq. capit. fin.* Cerda *aduerſar. cap. 99. num. 23.* poſt Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 26.* qua voce vſi ſunt Imperatores *in l. breuis 15. C. Th. de indulg. deb. l. 2. Cod. Th. hoc tit.* & D. Greg. *lib. 7. ep. 40. & lib. 12. epiſt. 30.* Caſſiodor. *lib. 5. epiſt. 14.* Veget. *lib. 2. de re milit. cap. 19.* & Marculphus *lib. 1. formul. cap. 19.*
4 † Vnde ergo amiſſa apocha ſi in libro illo communi ſcripta reperiatur ſolutio facta à
5 prouinciali, ſufficiet ad hoc vt non inquietetur. † & ſic tenebantur exhibere librum fiſcalium rationum ad fundandam exceptionem reorum, in quo priuatus creditor tenetur non ſolùm, verùm etiam & fiſcus, *l. non eſt nouum. l. iuſtum 6. leg. fin. C. de edend. d. l. 4. C. de fide inſtrum. Nouell. 128. c. 4.* quæ eſt *Auth. de collatorib.* maximè quando ab eo poſtulatur quod ſine dolo recuſare nequit. *d. l. fin. de eden.* nam ſi ei debetur, nullum damnum ei infertur ex editione rationum, & ſi nihil debetur, quia ſolutum eſt, doloſè agit, ſi petat quod iam eſt ſolutum, docent poſt alios Parian. *de probat. lib. 1. c. 63. n. 128.* Peregrin. *de iure fiſc. lib. 7. tit. 3. n. 26. & ſeq.* Donell. *in d. l. iuſtum. & in d. l. fin. n. 4. C. de eden.* &
6 Oſvvald. *ad eum lib. 23. com. c. 6. lit. K. & cap. 7.* † Vnde etiam in caſu *l. 6. tit. 14. lib. 6. Recop.* qua ſtatuitur, vt collatoribus præſtentur apochæ eorum, quæ ſoluerint, ſi municeps qui ſoluit tributum, caſu amiſerit ſecuritatem aut apocham, & ob id officialis publicus iterum tributum expoſtulet, poterit rectè petere vt liber rationum publicarum exhibeatur, iuxta *ſuprà* dicta, vt animaduertit Valenzuel. *hîc num. 1. in fine* facitque *l. 9. tit. 5. lib. 7. Recop.* vbi dicitur vt ſuſceptores annonę habeant duos libros, datorum, & acceptorum, vt ſecundùm illos ſciatur quid factum ſit, vide Azeued. *ibi, cap. 4.*

Videamus nunc in quo habeat fundamentum æquitas noſtræ legis, vt in gratiam collatoris exhibeatur 7
liber rationum, ſeu *Polyptychus*. In quo dubio Valenzuel. *hîc n. 2.* cenſet in eo fundari quòd cùm collator caſu amiſerit apocham ſibi datam à publico officiali, vt patet *ibi, ne caſu amiſſa ſecuritate publica*, neceſſarium erit ipſi collatori probare eiuſmodi caſum, & oſtendere ſine culpa ſua & citra dolum amiſiſſe. *l. ſi quis ex argentarijs 6. §. fin. D. de edend. l. ſi creditor 5. C. de pign. act.* & ita tenuit Bal. *ibi, & in l. 3. C. de probatio.* Socin. *conſ. 24. num. 40. lib. 1.* & Valenzuel. *num. 2.* ad id expendens illa verba, *caſu amiſſa ſecuritate*, quæ cùm ſint ablatiui abſoluti, conditionem important. *l. à teſtatore. D. de cond. & dem.* Ac proinde ſignificare exiſtimat illa verba, non aliter competere collatori remedium huius legis, niſi impleta ea conditione, & conſequenter collatorem probare teneri implementum talis conditionis, cùm in hac qualitate fundetur. † Quæ ſententia 8
mihi non poteſt placere, quia ſi ad probationem vrgeretur collator, vt probaret caſu amiſſam apocham, ſuperflua eſſet inſpectio rationum publicarum, cùm ſatis eſſet per teſtes ſolutionem factam probare. *leg. teſtium 18. §. fin. D. de teſtib.*

Ruſſus facit *l. 3. D. de fide inſtrum.* vbi rationum publicarum liber tunc debet inſpici, ſi probatio amiſſionis apochæ defecerit, ergo ſufficiet eius allegatio.
† Neque verba illa, *ne caſu amiſſa ſecuritate*, inducunt 9
conditionem, imò ſolùm in eis continetur ratio inductiua huius diſpoſitionis, quæ tamen non diſponit, ita vt ſit ſenſus quòd quia poteſt euenire vt apocha amiſſa diſcuſſor ea occaſione collatorem expoliet, ſufficiet inſpicere libros rationum ex quibus conſtabit an ſolutio ſit facta. Dixit *caſu*, quia data opera id fieri non poterat, cùm nullus ita ſupinus & ignarus eſſet, vt facilè ſe obiectaret incommodis, quæ *ſuprà* conſiderauimus *in leg. 1. ſup.* argumento *l. cùm de indebito 25. D. de probation.*

Vnde æquitas noſtræ legis in eo conſiſtit, vt via de- 10
prædationis præcludatur, & cùm iam fiſcus ſolutionem acceperit, & ex libro ſuo certus ſit eam factam, non erit æquum, vt iterum petat, ſiquidem bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. *l. bona fides. ff. depoſiti, cum vulg.* Ne caſu amiſſa ſecuritas noceat ei, qui potuit ex fide librorum publicorum ſolutionem oſtendere. *l. 2. ſupr. de apochis.* Quare ſufficiet allegare apocham fuiſſe deperditam iureiurando interpoſito, *argumento l. cum qui 30. D. de iureiur.* † Nam quamuis 11
ei qui dicit ſe ſoluiſſe, incumbat onus probandi, iuxta ea, quæ congerunt Menoch. *conſ. 372. num. 14.* Maſcard. *de probat. concl. 601. n. 4. & concl. 603. num. 32.* cum aliis relatis à Barboſ. *in collect. ad cap. potuit, de locat. n. 130.* in noſtro tamen caſu non eſt neceſſarium, ex rationibus iam adductis.

Aliter & ſecundò acceperunt legem noſtram in- 12
terpretes, vt conſtituerit, quòd ſi collator qui ſemel receperit apocham, alleget amiſſionem, non poſſit petere quod ſibi ea renouetur, vel detur ei alia noua, nam talis renouatio prohibetur, ſi ex ipſis rationibus publicis conſtet fiſco ſolutum fuiſſe. Ne aliàs ſi collatori noua apocha detur, poſtea oſtendens duas apochas alleget ſe bis ſoluiſſe, ita poſt Accurſ. Bald. Plat. & alios *in præſenti* ſcribit Valenzuel. *num. 3. & infrà referendi.* Verùm ea ſententia minimè conſtat ex lege noſtra, præterquam quòd iniquitatem contineret, cùm ſi debitor fiſci probet amiſſionem, non eſt cur ei denegetur renouatio apochæ continentis ſolutionem & amiſſionem prioris, & ita non debuit faciliimo negotio lex ferri. Conducit ad hoc multoties in Cancellariis à partibus peti prouiſiones, quia priores fuerint

de

de perditæ, & ita conceduntur eo decreto, *por lo proueydo*, vel, *haciendo relation de la primera*.

13 Ex ſupradicta reſolutione ſolent hîc annectere Doctores eam quæſtionem, quòd ſi debitor oſtendat duas liberationes, præſumitur bis ſoluiſſe, atque ita poterit repetere vnam ſolutionem tanquam indebitè factam, ita ſentiunt Accur. Bart. Bald. & Angel *hic* Alex. *conſ.* 4. *n.* 4. *lib.* 1. Maſcar. *de probat. concl.* 1250. Villalob. *in ærar.com.opin.lit.G.n.*8. Aymon. *conſ.* 282. Grammat. *deciſ.* 103. Tuſch. *verb.diuerſitas,* 2. *tom.pract. concl.* 517. Menoch. *de arbitrar.caſ.* 213. Surd. *conſ.* 80. *n.* 18. *lib.* 1. Farinac. *in frag.* 2. *p.lib.* 1. *n.* 51. Gregor. *in l.* 10. *tit.* 19. *p.* 3. *verb deuda.* Medices *de reg iur. regula* 3. *n.* 93. Qui etiam dicunt quòd vbi creditor confeſſus eſt in diuerſis ſcripturis ſe recepiſſe decem, intelligitur de de geminata quantitate, in contrariam tamen ſententiam fuit Bar. *in l.triticum, n.*4. *de verb.obl.* vbi Bald. Cuman. & alij; qui tenent quòd ſi apparent plures confeſſiones eiuſdem quantitatis, non præſumuntur plura debita, ſed ſolùm vnum debitum pluries confeſſatum.

14 In qua dubitatione amplector diſtinctionem quam adducunt aliqui ex *ſuprà* relatis, & Valenzuel. *hîc n.* 5. quòd ſi prima confeſſio ita facta eſt, vt ex ſe ipſa probet perfectè, ita vt ſecunda remaneat inutilis ſi intelligatur de eodem debito, tunc præſumentur plura debita, vt ſic operetur aliquid ſecunda confeſſio, *argum. l. quinquaginta* 12. *D. de probation.* Exemplum ſit, ſi confeſſio fiat in iudicio quæ præfectè probat, *l.* 1. *C. de confeſſis*, vbi ſcribentes, *l.* 2. *&* 4. *tit.* 13. *p.* 3. Vel ſi fiat extra iudicium, præſente tamen parte, quæ etiam probat, *l.generaliter, Cod.de non num.pecun.* Duenas *reg.* 120. Vel quando vtraque confeſſio continetur ſcriptura, tunc enim præſumentur plura debita, in quibus ter-
15 minis procedit doctrina Accurſij, & aliorum. † Si verò prima confeſſio ita eſt facta, vt ex ſe non probet perfectè, tunc ſecunda intelligetur de eodem debito. Exemplum ponit Bar. *in d.l.triticum n.*4. in confeſſione extraiudiciali, quæ ſi fiat parte abſente, ſolam ſemiplenam probationem inducit, quamuis confeſſio probetur per plures teſtes, *l.certum* §. *ſi quis abſente. D. de confeſſis*, iuncto Bar. *in l. admonendi n.*48. *D.de iureiur.* in hoc caſu confeſſio ſecunda intelligetur de eo-
16 dem debito prioris confeſſionis. † Vnde, ex duabus ſcripturis continentibus ſolutiones, quarum quælibet per ſe perfectè probat, præſumitur multiplicatio debiti, quando vtraque probatur per teſtes, aut ſcripturas, ſecus ſi vna probatur per teſtes, altera per ſcripturam, tunc non intelligetur multiplicatio debiti, quia confeſſio illa probata per teſtes, non eſt noua diſpoſitio, ſed deſeruit ſoli probationi, *l.Publia, in fin. D depoſiti*, & ita dicetur eadem ſumma probata per teſtes & confeſſionem, *argum.l.Sempronius* 48. *D.de legat.* 1. docet Afflict. *dec.* 198.

17 Rurſus etiam præſumitur multiplicatio ſolutionis, quando vtrumque inſtrumentum continet integram ſolutionem, nam ſi vnum continet totum, alterum verò partem, tunc in dubio primum videtur includi ſub ſecundo, vt docet Nicol. Pigh. *in addit.ad Rom.ſingul.* 553. licèt verius videatur in hoc caſu talis diuerſitas ſummarum in duobus inſtrumentis inducere multiplicationem earum, & diuerſitatem debitorum. Videndi erunt Auctores iam laudati, qui omnes articulos huius inſpectionis latè explicant, & proſequuntur.

## LEX. III.

*Impp.* THEODOS. *&* VALENTIN. AA. *Apollonio.* P. P.

Per ſingulas prouincias, vel ciuitates, honoratis, vſque ad Comitiuam conſiſtorianam, nec non etiam militantibus, & ſuis obſequiis non adhærentibus Aduocatis, quin etiam fori prouincialis, mandari diſcuſſionis iugerum ſolicitudinem decernimus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Enunciatio huius legis*, & n.4.
2 *Qui ſint honorati in præſenti?*
3 *Comitiua dignitas quæ?*
5 *Exponitur* l. ſancimus 6. C. de Aduocatis diuerſ. iudic. *& tentatur eius compoſitio cum lege noſtra*, & n.6.
7 *Proponitur alia verior concordia ad hæc iura.*
8 *Auctoris conciliatio.*
9 *Expenditur* l.4.C.Th.ad l.Iul.de ambitu, *& eius occaſione caſtigatur littera huius legis, & proponitur vera mens.*
10 *Adducitur deciſio* l.4.tit.14.lib.6.Recopilat. *& eius extenſio à Valenzuela conſiderata reycitur.*

A Diſcvssionis onere Aduocat. etiamſi ad 1
Comitiuam conſiſtorianam peruenerint,
non excuſantur. † Honorati ſunt, qui 2
ſine adminiſtratione honoraria condecorabantur dignitate, *l.fin.* §. *viros, C.vbi ſenatores, vel clariſſimi, l.curiales* 47. *infr. de decurion. l.ex Comitibus* 41. *C.Th.de decurion.* Dicam, ſi Deus voluerit, *in l. fin. infr.*
*de decur.c.*1. † Comitiua erat dignitas Comitum, nam 3
huius legis æuo omnes dignitates Comitum nomine dicebantur, adiecta nota, veluti Comes Orientis, primi ordinis, ſecundi & tertij, Palatini, formarum, horreorum, ſacri ſtabuli, Conſiſtorij, ſcholarum, excubitorum, domeſticorum, & ſimiles, de quibus Panciroll. *in Not.* Buleng. *de Imp.Rom.* & alij latè agunt, qui de verbis iuris ſcribunt. Comitiua conſiſtoriana erat Principi in conſilio adſidere, in conſilium Principis acciri, quod poſt aduocationis munus impletum contingebat, vt conſtat expreſsè ex *l.cùm aduocatio* 8. *C.de Aduocatis diuer. iudicior.* de ea dignitate dicam *in l.fin. infr. de decur.* videas Caſſiodot. *lib.*1. *epiſt.*12. Buleng. *lib.*3. *de Imper.Rom.c.*9. Guthert. *de offic. domus, lib.*1.
*c.*17. † Similiter etiam & ad diſcuſſionis ſolicitudi- 4
nem compelli videntur qui actu aduocationem exercent, dummodo ſuis obſequiis, & officio non adhærent, qui munus ſuum non implent, *arg.l. vn. in princ. infr.de collegiatis.*

Sed ſtatim opponitur *l.ſancimus* 6. *Cod. de Aduocat.* 5
*diuerſ. iudic.* vbi nulla diſcuſſio Aduocatis prouinciarum imponi poteſt, quam difficultatem diſſoluere tentarunt omnes ab Accurſio vſque Valenzuelam. In eam tamen explicationem inclinant, præcipuè Cuiacius, vt *d.l.*6. loquatur de Aduocatis ſpectabilium, iudicum, quos lex eximit à diſcuſſionis ſolicitudine; at hîc agatur de Aduocatis ordinariorum iudicum. Cui interpretationi conſenſit etiam Oſvvald. *ad Donell. lib.*18. *c.*3. *lit. triplici III.* † Sed eam reiicit littera *dict. leg.* 6. ibi, *Sed neque Aduocatis prouinciarum, vel ſpectabilium iudicum*, quæ de diuerſis iudicum foris loquitur. Aliter intellexit Pyrrhus, quem eo non relato ſequitur Valenz. *num.*1. *in fin. hîc*, vt *dict.l.*6. loquatur attento præſenti ſtatu, vt ſcilicet quoties per alios

commodè exerceri valeat munus hoc diſcuſſionis,
tunc quidem abſtinendum ſit à quibuſlibet Aduoca-
tis, etiam fori prouincialis, & quorumcunque iudi-
cum. At verò vbi cæteri deficiant, procedat lex hæc,
quæ in ſubſidium permittit hoc munus ipſis deman-
dari poſſe, quæ ſolutio diuinatoria eſt, cùm nullum
verbum ſit in præſenti de tali ſubſidio, neque de eo an
commodè per alios exerceri valeat, necne.

6 Veriorem agnoſco interpretationem, quam præ-
ſenſit Accurſ. *verb. non adhærentibus*, vt lex noſtra in-
telligatur de Aduocatis deſidioſis, qui munus ſuum
non implent, quibus iniungi poteſt diſcuſſionis mu-
7 nus. At *d.l.ſexta*, de iis Aduocatis, qui cauſas acturi
ſunt, qui patrocinium præbent, ne prætextu huius
muneris clientes ſuos deſerant quod adſtruitur ex di-
cto verbo *adhærentibus*, id eſt, de his qui munus ſuum
non implent, qui non militant in officio ſuo. Non in-
telligas vocem *militantibus* de militibus, vt voluit Pyr-
rhus horum librorum non contemnendus Inter-
pres, poſt Bart. & antiquos; ſed de iis qui palatina
officia exercet, vt agnoſcunt lexicones *verb. milita-*
8 *re & militia.* † Niſi mauis legem noſtram ſpeciali-
ter procedere in diſcuſſione iugerum. Quid autem
*iugera* ſignificent, ſciunt omnes. Super igitur præ-
diis, & quid tributorum nomine inferri debeat, vel ſi
dubitetur de poſſeſſionibus, quæ tributa debeant, vel
de tributorum modo, ſi videlicet multo plura præ-
diorum iugera eſſe dicantur, quàm ſint Aduocati, ad
diſcuſſionem talem faciendam coguntur lege noſtra.
Hanc interpretationem non reſpuunt verba huius le-
gis quæ adiuuantur ex *Nouell.* 17. quæ eſt *Auth. de*
*mandat. Princip. cap.* 8. ibi, *Coges autem publicos exacto-*
*res in ſuis de ſuſceptis manifeſta facere omnia, in quibus ea*
*dederunt, nempe quantitatem iugorum, aut iugalium &*
*pro quibus hæc & qualibet prædiis exiguntur, & datorum*
*quantitatem. Si verò declinationem inueniat aliquam di-*
*centes non poſſe iugorum poni quantitatem, eos malignari*
*putamus, ſed tamen nihil hinc lædatur fiſcus, nec collatores.*
Itaque in hoc ſingulari caſu iugerum diſcuſſionem
9 Aduocatis demus, non in aliis, vt *in d.l.*6. † Vnde er-
go cum legerim *l.4.C.Th.ad l.Iul.de ambitu*, vbi prohi-
bentur iterari officia Principatus, & Proconſularis po-
teſtas, item & *diſcuſſionum comitiuæ*, arbitror horum
diſcuſſorum officium magni fuiſſe æſtimatum, atque
ita deſidioſis Aduocatis non eſſe conferendum, vt di-
citur *in præſenti*. Tum etiam quia ſi datur officium ad-
uocationis exercentibus, hoc enim eſt *militantibus* ad
quid adiiciendum erat, vt etſi non exercerent munus
aduocationis, adhuc ad diſcuſſionem faciendam com-
pellerentur, & cur quæſo honorati comitiua conſiſto-
riana, & qui exercebant laudabiliter munus ſuum cum
deſidioſis, & qui obſequium non implent ſuum com-
parari debet? Quare cogar expungere voculam non
& lego, *nec non etiam militantibus, & ſuis obſequiis adhæ-*
*rentibus*. Quaſi dicat, *Aduocati ſiue ſint honorati comitiua,*
*ſiue actu eam exerceant, ſolicitudinem iugerum non recu-*
*ſent.*

10 Ex quo deducitur interpretatio ad *l.4. tit.14. lib.6.*
*Recop.* Nam quatenus probat in tributis diſcernendis
adhibendos eſſe patrimoniorum diſcuſſores & cenſo-
res, viros probos & idoneos, poſſe ad id munus eli-
gi Aduocatum ſi cæteri ſufficientes non ſint, cùm ne-
ceſſitas efficiat vt immunitas ei non detur, vt ſcribit
Valenzuela *num.2. in præſenti*, qui cùm *ſuprà* relatam
interpretationem adduxerit contra Aduocatos, id ſua-
det ex doctrina Rolandi *conſ.5. num.30. & ſeq. lib.1. &*
*conſ.*80. *n.*14. *&* 21. *lib.*3. Fran. Marci. *deciſ.*438. *n.*18.
*lib.*1. Rip. *per text. ibi in c. cùm M. n.*24. *de conſtit.* Verùm
cùm falſa ſit ea interpretatio, minimè dicemus ad diſ-
cuſſionem faciendam eſſe compellendos Aduocatos,
niſi in ſpeciali caſu noſtræ legis.

## TIT. XXXI.

### *De Decurionibus, & filijs eorum, & qui Decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna Curiæ liberentur?*

SVMMARIVM.

1 *Decuriones vnde nomen traxerunt, & inde etiam Curiales.*
2 *Curia eſt ſenatus inferiorum vrbium.*
3 *Curia ad exemplum Romani ſenatus inſtituta*, & n.4.
5 *Decuriones patriæ ſuæ ſenatores, explicatur Auſonius.*
6 *Decuriones dicti Summates, Primates, & Principales*, & n.7. & 8.
9 *Decuriones eligebantur, vel ſuccedebant ſuis patribus, & quomodo fiebat electio*, & n.10. & 12.
11 Bule *quid ſit, & quid in* Bulem legi?
13 *Honorarium pro introitu præſtabant Decuriones nouiter creati.*
14 *Decurionatus odio plenus apud antiquos, item & oneribus, quæ ſigillatim connumerantur*, & n.15. & 17.
16 *Decuriones ad ſubeundum illud munus coacti, & latitantes extrahebantur, & pœna cauſa Chriſtiani facti Decuriones.*
18 *Circenſes ludi, cura fuit Decurionum, item & curſus publicus.*
19 *Vt curiam fugerent Decuriones deſerebant patrias, & à nuptiis abſtinebant.*
20 *Cauſæ quibus curias refugere tentabant Decuriones.*
21 *Decuriones ſi Clerici fierent coacti transferre bona ſua in alium.*
12 *Decuriones peſtes populorum Leonis conſtitutione tolluntur.*
23 *De Decurionibus noſtris breuis tractatio.*

DECVRIONES dicti ſunt inde quòd cùm 1
initio coloniæ ducerentur, decima pars
eorum qui deducebantur, publici conſilij
gratia ſcribebatur. *l. pupillus* 139. §. *Decurio-*
*nes, de verb. ſign.* item dicti *Curiales* à curia, in qua con-
ſulunt, *l.2. l. curiales* 21. *&* 25. 36. *&* 47. *infr. h. tit.* Vel à
*decem*, vel à cura quam debent habere patres ciuita-
tum, vt indicat Caſſiodor. *lib.9. epiſt.1. Curiales quibus*
*à prouida ſolicitudine nomen eſt.* notant Accur. Platea,
Pyrrh. & Valenz. *n.2. hîc.* † eſt enim curia ſenatus; in 2
quo inferiorum ciuitatum Primates conuenire ſolent,
id eſt, corpus eorum qui ad conſilium publicum præ-
ficiuntur. Pyrrh. *hîc* & Donell. *lib.2. com. c.21.* Quem- 3
admodum enim Romanus ſenatus de Orbis nego-
tiis tractabat, ita ad exemplum eius in municipiis, aut
oppidis huiuſmodi curia, aut minor ſenatus inſtitutus
fuit, qui patriæ publica negotia curaret. *l. exemplo* 36.
*infr.* docet Iuſtin. *Nouell.* 38. quæ eſt *Auth. de decurio-*
*nibus in princ*, illis verbis, *qui Rempublicam olim diſpo-*
*ſuerunt, exiſtimauerunt oportere ſecundùm regiæ vrbis*
*inſtar adunare in vnaquaque ciuitate nobiles viros, & vni-*
*cuique ſenatus dare curiam, per quam debuiſſent agi quæ*
*publica ſunt.* † Municipia enim & coloniæ ſemper ad 4
exemplum Romanæ Reip. & imitationem inſtrue-
bantur, erántque veluti effigies paruæ, ſimulacraque
Romanæ maieſtatis, vt ait Agellius *lib.16. noct. Attic.*
*capit.13.* & obſeruant Pet. Gregor. *lib.18. ſyntag.*
*capit.23. num.2.* Panzirol. *lib.2. theſau. cap.*152. *& de*
*magiſtrat. municip. cap.1. in fin.* † Hinc minor ſenatus 5
&

& patriæ ſuæ quaſi ſenatores dicebantur Curia & De-
curiones *l.omnes 33. h.t. Nouell. Maioriani de Curiali-
bus, in princ.* Euagrius *lib.3.* Caſſiodor. *lib.2.ep.18. &
lib.5.ep.21. & lib.6.ep.3.* illic, *Curiales verberat qui appel-
lati ſunt legibus minor ſenatus.* & monſtrauit quoque
Auſon. *in Moſella, Eydil.9.*

*——— quos curia ſummos,*
*Municipum vidit proceres, propriumque ſena-
tum.*

docent Cuiac. & Valenzuel. *hic num.2. & 4.* Briſſon.
*lib.4.antiq.cap.13.* Pancirol. *de magiſtrat.municip.cap.1.*
6 Oſvvald. *ad Donell.lib.2.cap.21.lit.E.* Buleng. *lib.7.de
Imp.Rom.cap.3.* Bobadill. *lib.3.polit.cap.8.num.2.* † Et
quemadmodum Romæ ſenatores illuſtres & clariſſimi
erant, prout quique honoribus erant functi, ita quo-
que inter Decuriones Summates & Primates *leg.quin-
que 57.infr.h.titul. l. cum nauarchorum 6.infr.de nauicula-
riis.* obſeruant Pancirol. *d.cap.1.* & Buleng. *d.c.3.in
fin.* &, ſi verius credidero, Summates non in quodli-
bet municipio fuiſſe, ſed tantùm in Alexandria, vt ex
dictis legibus aperte conſtabit. Qui etiam *Archige-
rontes* dicuntur *in l.5.C.de Epiſcop.audien.* & Primates,
*in tit. infr. de Alexandriæ Primatib. & in Alexandrinis*
7 *56.infr.h.t.* † Dicebantur etiam Curiales *Principales,
in l.militaribus 42.infr.h.t.* id eſt, ſeniores, ſeu antiquio-
res curiæ, ſeu Decurionum primi, aut Decani, qui cæ-
teris antiſtant, & præſunt, vt vult Cuiac. *in l.omnes 33.
infr.hoc tit.* ſic Principem ciuitatis Palmirenorum vo-
8 cat Vopiſc. *in Aurelian.* Odenatum, quem Decurio-
nem Palmirenum vocat Sextus Ruffus. † Niſi malis
mecum dicere eo ſæculo Decuriones principales di-
ctos, *l. Diui 17. D.de pœnis. l.quid 40. C. Th. de hæretic.*
ibi, *Defenſores quoque & principales vrbium ſingularum.
l.omnis, C.Th.de iis quæ adminiſtrantibus vel officium ge-
rent* ibi, *Inſuper principales, à quibus diſtributionum om-
nium forma procedit.* quæ verba de Decurionibus ſunt
neceſſariò accipienda, nam ipſi diſtributionem facie-
bant, vt *infrà*, dicam *l.4.C. Th.de extraordin. ſiue ſordid.
muner.* ibi, *Extraordinariorum munerum diſtributio non
eſt principalibus committenda l.eos 5. C. Th.h.t.* ibi, *Nec
non & illos, qui Decurianes, vel Principales conſtituti cun-
cta ſuæ patriæ munera impleuerunt.* Parco aliis illius tituli
legibus. Scio variè hoc acceptum à Iureto *in miſcell.ad
Symmachum lib 9.ep.10.* à quo deſumpſit, vt ſolet, ta-
9 cito & ſuppreſſo nomine Buleng. *dict.lib.7.cap.1.*

Eligebantur Decuriones, aut fiebant, vt rectè docet
Pancirol. *ſup.cap.2.* Filij Decurionum patrum ſuorum
officium occupabant, veluti quadam ſucceſſione, & ad
hoc munus obeundum cogebantur. *in l. filiis 35. cum
lege ſeq.infr.h.t.* iunctis verbis noſtri tituli, ibi, *& filiis
eorum, & l.priuilegio 27.l.nati 29.l.ex omnibus 31.l.nul-
lus 44.l.ſi ille 62. eodem.* vbi originem paternam quo-
ad curialem fortunam inuiti etiam filij tenentur ſequi,
etiamſi eſſent adoptiui. *l.4.infr.h.t.* & quando filij dee-
rant, tenebatur ipſa agnatio. *l.in ſucceſſione 48.l ſi quis*
10 *decurio 45.infr.h.t.* † Si itaque curia Decurionibus ege-
ret; Calendis Martiis conuocabatur, & ſuffragio De-
curionum fiebant nominationes, *l.ſpurij 6.§.fin. D. de
decurionibus leg.nominationes 46.infr.h.t.l.conſtitutionibus*
11 *28.C.Th.eod.* † quod in Bulem legi dicebatur, vt vi-
dere eſt ex Plin. *lib.10.ep.113.* Buleutæ enim ſenato-
rores ſunt, ſeu Decuriones. *Bule* eſt ſenatus, ſeu con-
ſilium Decurionum, apud eundem Plinium *d.libro ep.
48. & 111. & 115.* aduertit Ant. Auguſt. *ad Modeſtin.*
quem ſequuntur Cuiac. *in l.1.de excuſat.tutor.* & Cal-
12 uin. & reliqui *de verb.iur.eod.verbo.* † eam electionem
Præſides confirmabant, *leg. ſi quos 59.infr.h.tit.* apud
quem de electionis iure tractabatur, & ſi nominato re-
clamandum ſibi viſum fuerit, idem Præſes aditur, *l.2.*
13 *infr.h.t.* † Interdum gratia Principis Decurionis ele-
ctio fiebat, vel creabatur, vt ex Plin. *dict.ep.113.* con-
ſtat, qui honorarium præſtabat cæteris pro introitu
elargiebatur, videtur vocaſſe Vlpian. *ſportulas, in d.l.
ſpurij §.minores. D h.t.* & Marcell. *in l.5.§.finaliàs eſt l.ſi
mulier.6.D.de donat.inter.vir.* docet Pancirol. *ſup.cap.3.
& lib.2. var.capit.195.* ſicut conſularem ſportulam
vocabant, quam Conſul de nouo electus ſparge-
bat in plebem, vt ſi Deus velit, dicam *in l.fin.cap.1.
infr.*

[illegible] antiquos odioſum fuit munus hoc decurio- 14
[illegible] nam etſi eis multa priuilegia concederentur,
quæ in pluribus noſtri iuris partibus conſpiciuntur,
& commemorantur à Pancirol. *de magiſtr. municipal.
cap.6.* Fornerio *lib.1. ſelect. cap.12.* Gothofred. *hic
lit.* [illegible] Bulenger. *dict.lib.7.cap.6.* & honorem & digni-
tatem Decuriones dicantur habere *leg.1. l.3.infr. l.2.
§.fin.D.eod.* cum adductis à Bobadill. *dicto lib.3. cap.8.
num.19.* Azeued. *in Cur. Piſan. lib.3. cap.5.* poſt Pla-
team *in lege 1.infr. num.1.* † Adhuc tamen id officium 15
oneribus plenum fuit, vt albo Decurionum non niſi
inuiti adſcriberentur, vt conſtat ex Syneſio *epiſt.93.*
Nam, vt Caſſiodor. ait *lib.9.ep.2. quidquid eis honoris
cauſa delegabatur, ad iniuriam potius videatur eſſe perdu-
ctum.* † Ideo ad ſubeundum munus hoc, ſolebant co- 16
gi cùm ſe occultarent *l.ex omnib.31.infr.h.t.* & extra-
hebantur, etiamſi priuilegio domus Auguſtæ ſeſe de-
fenderent. *l.curiales 39.infr.h.t.* & perſeuerare coge-
bantur in eo munere ſemper, & ita erant curiæ ad-
cripti, vt eam deſerere nequirent. *l.omnes 50 leg.ſi quis
55. infr.* Adeò vt ſi aliquis qualibet fraude curiæ ſeſe
ſubtraheret, bonis priuabatur *l.quamuis 51.infr.* ita tan-
tis incommodis, damnis & oneribus erant Decuriones
obnoxij, vt pœnæ loco Chriſtiani ab impiis Principi-
bus curiis fuerint adducti, vt teſtatur Caſſiodor. *lib.1.
hiſt.trip.cap.9. & lib.6.cap.7.* & obſeruant Briſſon. *lib 4.
antiq. cap.13.* & eo non relato, Gothofr. *in leg. ne quis
38.infr.h.t.* quæ lex id indicare videtur dum prohibet
ne pœnæ cauſa fiant Decuriones. † Onera eorum
fuerunt, omnia ciuitatis munera tractare, pecuniam 17
publicam exigere, & de ea rationes reddere, annonam
curare, opera publica tueri, locare, omneque in vni-
uerſum quod ciuitatis adminiſtrationem reſpiceret,
peragere, *l.2.§.1.leg.decuriones 5. D.de adminiſtr.rer. ad
ciu. l.libertus 17.§.exigendi 7.l.non debere 8. D. ad muni-
cip.l.omnis, C.Th.de iis quæ adminiſtr.vel offic. publ.* ibi,
*Inſuper principales à quibus diſtributionum forma procedit.*
Aduertunt Briſſon. *dict.lib.4.cap.13.* Gothofr. *in rub.
h.t.litter.D.* Pancirol. *de magiſtr. cap.4.* Buleng. *dict.lib.
ſeptimo c.5.* † Inſuper & ad eorum curam pertinebant 18
ludi Circenſes. *l.Circenſium 20.infr.h.t.l.1.infr.de ſpect.*
in quibus exhibendis plerumque patrimonia conſu-
mebant. *leg. Decurionibus 8.D.h.t.* & curſus publici ex-
hibitio *l. publici 14. infrà de curſu publ.* quod laborio-
ſum & ſumptibus plenum, nam equos publicos alere,
& curare, pabula conferre, ſtabuláque attendere,
reficere, extruere, ipſoſque equos emere tenebantur,
*leg.2.leg. in omnibus 7.leg.comperimus.19. infrà de curſu
publ.* cum aliis, vbi dicam. In eo etiam onerebantur,
vt qui ſine prole decederet, quartam bonorum par-
tem curiæ derelinqueret. *l.1. & tot. infrà quando & qui-
bus quarta pars.* † Quam ob cauſam multi curiis ſe- 19
ſe ſubtrahebant, varios refugiendi modos quæren-
tes, patrias deſerebant, *leg. ex omnibus 31. & 41. leg.
omnes 50. & ſeq.h.t. infrà* idque eleganter demonſtrat,
Nouella Maioriani *de Curialibus.* his verbis. *Curiales
neruos eſſe reipublicæ, ac viſcera ciuitatum, nullus igno-
rat, quorum cœtum rectè appellauit antiquitas minorem
ſe natum. Huc redegit iniquitas iudicum exactorum-
que plectenda venalitas, vt multi patrias deſerentes na-
talium ſplendore neglecto occultas latebras & habitatio-
nem elegerint iuris alieni, itaque factum eſt vt vrbibus
ordines deperirent.* & quod maximè mirandum eſt,
multi nuptiis abſtinebant, ne liberos curiæ obno-
xios relinquerent, vt legimus apud Iuſtin. *d.Nouell.38.*

*ſeu Auth. de Decurion. in princ.* §. 1. ibi, *Denique quoniam ipſis corporibus fraudare curiam voluerunt, rem omnium impiam adinuenerunt à nuptiis legitimis abſtinentes, vt eligerent magis ſine filiis, quàm ſub lege deficere, aut*
20 *generi ſuo, vel curiæ inutiles apparere.* † & ita interdum ſe excuſabant ætate *leg.3.l.10. & 13.infrà* vel imperitia litterarum, *leg.6.* vel amiſſione oculorum *leg.8.* aut alio morbo, *l.13.* aut cauſa Reipublicæ mi-litia, *l.16. & 17. & 27.* aut impetratione ſubreptitia reſcripti Principis, *leg.19. & 37.* aut domus Auguſtæ, *l.39.* aut filiorum numero, *l.ſi quis 24. infrà h.t.* aut in domum potentis ſeſe recipiebant, *l.50. Cod.Th. eod.* & ita fugiebant curias vt manuum iniectione ad eas reuocarentur, *leg. generali 54. infrà h.t.* notat
21 Donell. *lib.2. com. capit.21.* † Adeóque ſtrictè cum eis agebatur, vt qui obſtrictus erat curiæ, ſi Clericus fieret, cogebatur transferre bona ſua in alium qui vices impleret in publico munere ſubeundo, etiamſi Epiſcopi fierent. *leg.ſolùm 94. l.qui ad ſacerdotium 75.l. iuſſio 99. l.Clerici 115. l.ſi qui 163. Cod. Th. h.t.* quod grauiter deplorat D. Ambroſ. *epiſt.29.* & diſertè docet Innocentius Primus *epiſt.2. ad Victricium Rothomagen. Epiſcop. cap.11.* his verbis. *Præterea frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuſlibet publicis functionibus occupatos Clericos facere contendunt, quibus poſtea maior triſtitia, cùm de reuocandis eis ab Imperatore aliquid præcipitur quàm gratia de aſcitis naſcitur. Conſtat enim eos in ipſis muniis etiam voluptates exhibere, quas à Diabolo inuentas eſſe non dubium eſt, & ludorum, aut munerum apparatibus aut præeſſe, aut intereſſe. Sit certè in exemplum ſollicitudo & triſtitia fratrum, quam ſæpè pertulimus, Imperatore præſente, cùm pro his ſæpiùs rogaremus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti, quibus non ſolùm inferiores Clerici ex curialibus, verùm etiam iam in ſacerdotio conſtituti ingens moleſtia vt redderetur, in-*
22 *ſtabat.* † Euenit ergo ex his, vt quemadmodum Decuriones vexarentur, ipſi etiam vexarent populos exactionibus, & aliis modis, ita vt peſtes populorum fuerint. ita deplorat Saluian. *libero 5. de vero Dei iudicio.* ibi, *Quæ enim non ſunt modò vrbes, ſed etiam municipia, atque vici, vbi non quot curiales fuerint, tot tyranni ſint.* & inferius. *Quis ergo, vt dixi, locus eſt, vbi non à principalibus ciuitatum, viduarum & populorum viſcera deuorentur;* quam ab cauſam abrogatæ ſunt omnes curiæ Leonis conſtitutione 46. & 47. & ideo in Baſilicorum libris hic titulus non inuenitur, vt docet Cuiac. *hic, & lib.9.quæſt. Pap.in leg.3.§.fin. Digeſt. de peculio.*

23 In locum horum Decurionum & curiarum ſucceſſit apud nos in quolibet populo ordo Regentium, qui noſtro idiomate dicuntur *Regidores, Veynte y quatros iurados.* vt obſeruat Bobadilla *d.cap.8.num.3.* Azeued. *in rub.tit.1.lib.7.Recop.* & ante eos Bar. *in l.1.num.2.D. de offic.aſſeſſ. & in l.3.n.6. ff. quod cuiuſque vniuerſ.* Alber. *in rub. D.h.t.* Platea & Valenzuel. *num.7.hic.* Rod.Suarez *allegat.12. vbi eius additio.* qui repræſentant totum populum, ſeu ciuitatem, ita vt quidquid ab illis ſit factum, à toto populo factum videatur, vt cum Gregorio, Garcia, Menoch. & aliis docet Barboſ. *in remiſſ. ad leges Luſitan.lib.1.tit.66.num.1.* Bobadill. *d.cap.8.n.18.* & Loſæus *de iure vniuerſ.cap.3.num.47. & ſeq.* & probatur *in l.1.D.de decretis ab ordin.l.quod maior.D.ad municip.* Locus congregationis dicitur *aiuntamiento conſiſtorio, cabildo, concejo.* Officiales, ſeu Decuriones, qui in quolibet populo conſtituuntur, à Principe creantur, vel honoris, vel beneficij, vel venditionis cauſa *l.1. & tot.tit.3.lib.7.Recop.* conceſſa iam ea officia per renunciationem eorum, qui ea obtinuerunt, apud Principem factam, aliis conceduntur, quod plerumque fit pretio interueniente, *tit.4.lib.7.Recop.* de quo conqueritur Tellus Fernand. *in l.26. Taur.num.9. & ſeq.* varia incommoda inde prouenientia enarrans. In aliis populis eliguntur hæc officia annuatim, vt docet Azeued. *in Cur.Piſan.lib.1.cap.13.n.1. & 2.* Multa priuilegia habent, de quibus præter Corraſ. *lib.5.miſcell.cap.24.* videndus Valenzuel. *hic n.3.*

## LEX I.

*Imppp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. *Cæſar, Carterio.*

Si cùm te pater Decurionem eſſe voluiſſet, & illo in rebus humanis agente honor tibi iſte delatus eſt: tenentur quidem etiam hæredes eius reipublicæ. Nam in hac parte vice fideiuſſoris pater accipitur, ſed non antè, niſi tuis propriis rebus excuſſis.

## LEX V.

*Iidem.* AA. & CC.

Filios in poteſtate patris poſitos ad munera, ſeu honores non poſſe vocari, falſo tibi perſuaſum eſt. Sanè ſi ad nominationem filij conſenſum non accommodaueris, ob adminiſtrationem ipſius minimè conueniri poteris.

## LEX VII.

*Iidem* AA. & CC.

Licet indiuiſa bona fratres habeant, nihilominus tamen ſinguli ſuo nomine ciuilibus tenentur muneribus.

*SVMMARIVM.*

1 *Pater regulariter non tenetur pro filio.*
2 *Filiusfamil. Decurio creatus conſenſu patris, obligat patrem, & eius hæredes.*
3 *Cùm pater conſentit filium in Decurionem creari, videtur fideiubere, contrà in emancipato, & quando non adeſt fauor reipublicæ,* & num.4.
5 *Conſenſus in electione filij, etſi non ſit expreſſus, obligat patrem.*
6 *In noſtra ſpecie prius ſunt diſcutienda bona filij, quàm patris, & fideiuſſione indemnitatis,* numer.7. & 8.
9 *Proponitur explicatio* l.1. ſupr. de conuenien. fiſci debit. *& aſſignatur communis ad eam intellectus, & reijcitur,* num.10. & 11. *vera ſpecies & mens eius,* & num.12.13. & 14.
15 *Agitur de intellectu* l.3.§.fin.ff.de peculio, cum l.1. C.quod cum eo, & n.16.17.
18 L.1.§.fin.ff.de magiſtr.conuen. *lectio retinetur contra Ant.Fab. num.19. & 20.*
21 *Cuiacij, Gothofredi & Sichardi explicatio ad* d.l.3.§.fin. *adducitur, & reiicitur,* num.22.23.& 24.
25 *Explicatio vera* d.l.1.C.quod cum eo, & d.l.3.§.fin. de peculio, & n.26.& 27.
28 *Difficultas* l.Lucius 21.ff.de adm.tut.& l.ſi filius 7. ff.de tutel. *n.29. & 30.*
31 L.ſpadonem 15.§.fin. *aliàs* l.ſi quis inter 16.§.fin. de

de excuſat. tutor. *& notatur Barboſæ doctrina circa differentias decurionatus & tutelæ quoad patris conſenſum*, & num. 32. & 33. 34. & 35.

36 *Differentia inter tutelam teſtamentariam & datiuam quoad obligandum patrem*, n. 37.

38 *Hæredes patris de decurionatu poſt eius mortem à filio adepto non tenentur, reprobatur ſententia Plateæ.*

39 L. vnic. inſt. ſi poſt creationem quis deceſſ. *explicatur.*

40 *Quando pater conuenitur pro filio, debent priùs excuti bona filij.*

41 *An cùm pater aſſenſit tutelæ filio delatæ habet locum deciſio noſtra. Barboſæ opinio reiicitur.*

42 *Quando pater obligatur pro filio infante, remiſſiuè.*

43 *Quando pater teneatur de delicto filij, vel dominus de delicto ſerui, aut famuli quem in officio propoſuit, remiſſiuè.*

1 ETsi iure ordinario pater non teneatur pro filio, *leg. 1. C. ne filius pro patre, l. 2. tit. 19. p. 4. l. 25. tit. 13. p. 5. l. 15. tit. 10. l. 9. tit. 31. p. 7.* cum adductis à Iaſon. & aliis, *in §. actionum autem 10. ex n. 67. Inſt. de actio.* Baiard. *ad Clar. q. 68.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 149. num. 16. & caſ. 250.* latè Farinac. *de delict. quaſt. 24. tot.* Gregor. *in d. l. 2. p. gloſſ. 11.* Paſcal. *de patr. poteſt. 4. p. cap. 5.* & Maſtrill. *de magiſtr. lib. 1. cap.*
2 *28. num. 16.* † Tamen ſi filiusfam. viuo patre de eius voluntate & conſenſu Decurio creatus eſt, & ob aliquam adminiſtrationem, aut munus vt in *leg. 2. ff. ad munic.* obnoxius fuerit Reipublicæ, non ſolum tenebitur pater, ſed & eius hæredes ad damnum Reipublicæ reſarciendum, *leg. 1. & 2. infr. de filiisfam. l. vn. infr. de pericul. ſucceſſ. parent. leg. ſi familia 20. §. idem ſcribit 6. ff. famil. erciſc. leg. ſi filius 7. ff. de adminiſtr. rer. leg. 1. §. fin. ff. de magiſtr. conuen. leg. 2. in princ. l. libertus 17. §. filium 2. leg. Lucius 21. §. 2. & 3. ff. ad municip. leg. 1. Cod. quod cum eo*, explicant cum præter ordinarios in dictis iuribus Pichar. *in §. actiones autem 10. numer. 84. & ſeq. Inſt. de action.* Cuiac. *libro 1 reſp. Paul. in d. leg. Lucius, §. idem reſpondit, & libro 1. reſp. Pap. in d. leg. 17. §. filium, & libr. 9. quæſtio. Papin. in leg. 3. §. fin. ff. de peculio.* Donel. *in rubr. Cod. quod cum eo n. 50. & 51.* Roder. Suarez *in leg. 2. fori, tit. de comperendinat. §. quæritur vlteriùs num. 10. & 11.* Barboſ. *in leg. ſi cùm dotem 23. §. transgrediamur num. 10.*
3 *& ſeq. ff. ſolut. matrim.* † Rationem eduxit fauor reipublicæ, nam cùm pater filium ſuum, quem habet in poteſtate, patitur Decurionem creari, videtur fideiubere, aut promittere rempublicam ſaluam fore, itaque conſenſus iſte obligat patrem ipſi reipublicæ, vt docet eleganter ex Papiniani auctoritate Vlpian. *in d. l. 3. §. fin. ff. de peculio*, ibi, *quoniam rempublicam ſaluam fore pater obſtrictus eſt.* Idem Vlpian. in eadem ſpecie vtitur quoque auctoritate Iuliani, *in l. 1. §. fin. ff. de magiſtr. conu.* ibi, *quaſi Rempublic. ſaluam fore promittat qui dat voluntatem vt filius Decurio creetur*, facit *d. l. ſi filius, ff. de admin. rer.* nam cùm filius etſi in poteſtate patris ſit, poſſit munus publicum obtinere, & honores gerere, *l. ille à quo 13. §. fin. cum leg. ſeq. ff. ad Trebell.* cùm electus ad decurionatum filius patria poteſtate mediante cenſeatur vna eademque perſona cum patre, *l. fin. C. de impub.* cum vulg. ipſe pater qui conſenſit, cenſetur electus, & conſequenter obligatus, tanquam ſi ipſe eligeretur, præcipuè cùm filiusfamilias nulla bona habeat, & in hac dignitate multoties propter varias cauſas, de quibus *in d. l. 2. ff. ad municip.* obligatus ad damna inueniatur ex mala adminiſtratione, congruum fuit vt cui omnia adquiruntur quæſita per filium commoda, ad incommoda etiam vocaretur, & ideo tenetur tanquam ſi fideiuſſiſſet, *d. leg. 2. ad municip.* ibi, *quaſi fi-*
4 *deiuſſor.* † Quæ ratio cum in emancipato deficiat, qui ſui iuris factus omnia ſibi adquirit, & diuerſam familiam & perſonam conſtituat. *l. pronunciatio 195. §. familiæ, ff. de verb. ſign.* conſenſus patris in electione decurionatus eum non obligat. *d. l. 1. C. de filiisfamil. d. l. ſi filia 20. §. idem 6. ff. fam. erciſc.* Idem erit quando non adeſt fauor reipublicæ, nam ſi duo priuati contraherent, pater alterius non ex eo obligabitur, etſi præſens ſit, niſi ſpecialiter ſe obligauerit, *l. 1. §. 1. ff. quod iuſſu.* vbi Accurſ. & Bart. *hìc*, quos ſequitur Valenz. *num. 1.*

Conſenſus ergo patris in filijfamilias electione 5
ſufficiens eſt, non ſolùm ſi ſit expreſſus, vt in præſenti, verùm etiam ſi cùm filius crearetur, pater præſens non contradixit tali nominationi, *d. l. 2. ad municip. d. l. 1. infrà de filiisfam. & quemadmod.* Idem erit etſi pater abſens eſſet, aut ignorans, & poſtea cognita electione munus agnouit, vel conſentiendo, vel non repugnando, *argum. l. ſi filiusfam. 7. ff. de tutel.* vt infrà dicemus, notat Donell. *ſuprà numer. 51.* Pichar. *in d. §. actiones, numer. 87.* & Barboſ. *in leg. ſi cùm dotem 23. §. transgrediamur numer. 8. & 9. ff. ſol. matr.* etſi enim qui tacet conſentire non videatur in præiudicialibus, vt docent plures apud Barboſ. *de axiomat. iuris axiom. 217. num. 3.* Roſenthal *de feudis cap. 9. memb. 2. concluſ. 77. tota.* Caſanat. *conſ. 39. num. 23.* Hoc ſolet limitari quando adeſt fauor Reipublicæ, vt in noſtro caſu, ita docuit cum Romano ipſe Barboſ. *ſupr. num. 5.* Quomodo procedit *l. cùm oſtendimus 4. §. fin. D. de fideiuſſor. tutor.* vbi fideiuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes ſint, nec contradixerint, tenentur atque ſi ſpecialiter ſe obligaſſent, quod ea ratione procedere exiſtimant DD. propter fauorem pupillorum, & calorem iudicij, & patientiam: vt notant Gutierr. *lib. 1. pp. q. 132. num. 7.* Ceuallos *comm. q. 646. num. 2. & 5.* Azeuedo *in l. 13. num. 12. tit. 9. lib. 3. Recop.* Moth. *in emp. tit. 5. q. 7. num. 11. & 12.* Dom. Pichard. *in princ. Inſt. de verb. oblig. num. 41.* Bobadill. *lib. 5. pol. cap. 8. numer. 52. lit. D.* Auendan. *de çenſib. capit. 97. numer. 43.* Hering. *de fideiuſſor. cap. 8. num. 43.* Farinac. *1. tom. crim. q. 53. num. 84. & ſeq.* Cephal. *conſ. 437. tot. lib. 3.* qui tenent hos teſtes approbatorios minimè remanere obligatos, niſi ſpecialiter ſe obligauerint deficientibus fideiuſſoribus ſe ſoluturos, præterquam in cauſa pupillorum, vel Reipublicæ, & ita practicatum eſt in hac Curia, me iudice, etſi remiſſum priùs fuerat in alteram aulam. † Quam ob cauſam cùm pater tenea- 6
tur tanquam ſi nominatim fideiuſſiſſet, prius erunt diſcutienda bona filij, vt in præſenti ſtatuitur, quoniam etſi generaliter in omnibus fideiuſſoribus id acceptum ſit, vt in voluntate ſit creditoris, quem ex reo, vel fideiuſſore velit conuenire, *l. 3. l. iure 5. C. de fideiuſſ.* ante nouam deciſionem, *Auth. præſente, Cod. eodem*, vt docent plures relati ab Oſvval. *lib. 15. Don. capit. 48. lit. I. & ſequent.* Gutier. *de iuram. confir. 1. part. capit. 23.*
† Tamen in noſtra ſpecie contrarium admiſſum eſt,
quia pater non eſt ſimpliciter fideiuſſor, ſed fideiuſ- 7
ſor indemnitatis, ſeu in ſubſidium (apud nos dicitur *fiador de ſacar a paz y a ſaluo*) qui ex natura huiuſmodi fideiuſſionis, non ex beneficio fideiuſſorum habet exceptionem excuſſionis, vt non conueniatur ante principalem, quia conditionalis eſt debitor ſi principalis non ſoluerit, *l. ſi decem 21. ff. de ſolution. l. ſi vnus 67. ff. pro ſocio, l. cogi 16. §. idem quærit, 14. D. ad Trebell. l. decem 116. in fin. D. de verb. obli.* docent in ſpecie Platea, hic, & Valenzuel. *& in l. 1. ſuprà, de conuen. fiſci debit.* Hippolyt. de Marſill. *de fideiuſſor. num. 314. & ſequ.* Hering. *in eod. tract. 1. part. cap. 27. ex num. 142. & cap. 4. num. 61.* Gutierr. *de iur. confir. 1. part. cap. 23. ex num. 19.* & Gama *deciſ. 380. tota*, vbi Florez, etſi numerus ſit
mendoſus apud ipſum, nam eſt *deciſ. 382.* † Itaque quo- 8
ad ordinem conueniendi inter huiuſmodi fideiuſſiones illud eſt diſcrimen quod fideiuſſor ſimpliciter ac-

ceptus

ceptus cum pure obligatus eſt, poteſt conueniri, etiam
non facta excuſſione, in bonis rei principalis, etiam
ante nouum beneficium, *Auth. præſente, C. de fideiuſſor.*
At fideiuſſor indemnitatis cùm ſit conditionalis de-
bitor, antequam fiat excuſſio in bonis rei principalis,
conditio verificari non poteſt, atque ita nec conueni-
ri, vt *ſuprà* laudati auctores ſcribunt, præcipuè Gu-
tierr. *d. cap. 23.* id in quæſtione quotidiana obſer-
uans *numer. 22. & 23.* & de aliis ſimilibus Azeued.
*in leg. 1. numer. 178. lib. 4. Recop. titul. 21.* & Auiles *ca-
pit. 10. præt. verb. execution. numer. 40. verſ. Quid in fideiuſ-
ſore.*

9 Qua ratione procedere videtur. *l. 1. ſuprà de conue-
nien. fiſci debitor.* vbi quia fideiuſſores accepti non ſim-
pliciter interceſſerint, ſed indemnitatem repromiſe-
rint, non ante conueniuntur, quam principalis excuſ-
ſus ſit: quem locum variè contorquent Interpretes *ibi,*
triplici explicatione, ſeu lectura illum ornantes, vt
videre eſt ex Accurſ. gloſ. magna, Bar. Plat. Pyrrho, Cu-
iac. & reliquis *ibidem.* Verior viſa eſt Salmanticenſi-
bus Anteceſſoribus tertia expoſitio antiquorum in-
terpretum, vt *in d. leg. 1.* nec de fideiuſſoribus fiſci, nec
de poſſeſſoribus rerum ei obligatarum loquatur Gor-
dianus Imperator, ſed de debitorum fiſcalium debito-
ribus, qui non debent conueniri, niſi deficientibus
principalibus, iuxta ea quæ adduximus *in l. iuſtas, ſupr.
de iure fiſci.* & probatur *in leg. 3. §. multa. D. eod. iuncta
leg. 4. C. quando fiſcus, vel priuat.* & quia videbatur ita
10 fiſcus ſine priuilegio remanere. † Reſpondent ſpe-
ciale priuilegium eſſe, ſcilicet vt non compellatur prius
debitores proprios conuenire, quam ſi debitores ſuo-
rum debitorum eidem fiſco indemnitatem repromit-
tant, hoc eſt, vt ſuis ſumptibus ſeu expenſis, ſuoque
periculo debitores principales excutiant, vt conſtat *ibi,
repromiſſa indemnitate,* quam ſi repromiſerint, audiendi
ſunt dum iuſte deſiderant, vt prædicta excuſſio fiat,
quemadmodum in ſpecie *l. vnde quæritur 7. C. commod.*
Vnde cùm *in d. l. 1.* à debitoribus debitoris indemnitas
fuerit repromiſſa, fiſcus debet prius debitores prin-
cipales conuenire, quod non obſeruatur in priuato,
qui non niſi ſeruato ordine *legis à Diuo Pio. §. in ven-
ditione. D. de re iudic.* debitorem debitoris conuenire
poteſt.

11 Quæ interpretatio mihi nunquam placuit, tum
quia nec littera, nec mens Gordiani explicatur, tum
etiam, quia *in d. 1.* non agitur de aliquo priuilegio fiſ-
ci quoad debitorum debitores attinet, nec de eo erat
quæſtio inter eos & fiſcum. Rurſus quia non audiui
debitores debitum fiſci debere repromittere indemni-
tatem eidem fiſco, ita vt ſi id non faciat, fiſcus nequeat
debita ſua exigere à principali reo. Quod quam alie-
num ſit, à iure, nemo eſt qui non videat, cùm obli-
garentur rei debitores ad indemnitatem contra ſuam
voluntatem & conſenſum, quod videbatur iniquiſſi-
mum.

12 Quare damnata hac interpretatione, & alia Cuia-
cij & Gothofredi, qui de hypotheca neſcio quid com-
miniſcuntur, cùm de hypotheca nihil Gordianus dixe-
rit. Species *d. l. 1.* ita ponenda eſt, quemdam contra-
xiſſe cum fiſco (vt dicitur *ibi reliqua contraxerunt*) id
eſt, ſe obligaſſe penſionibus, quas ob conductionem
prædiorum fiſcalium debebat vt *in l. Moſchis 47. de
iure fiſc.* dediſséque hunc principalem reum fideiuſſo-
rem non ſimpliciter, ſed tantum de indemnitate, vt pa-
tet illic, *repromiſſa indemnitate.*

13 Rurſus ponendum eſt hunc reum prædia vendidiſ-
ſe, emptoreſque adhuc pretium debere eidem reo.
Cùm ergo fiſcus idoneum reum principalem non repe-
rerit, debitores ſui debitoris reconueniebat, ſcilicet
Saturninum, & alios, qui quædam à reo mercati ſunt,
Ipſi dicebant priùs eſſe conueniendos fideiuſſores, qui
pro reo indemnitatem repromiſerant, & cùm de hoc
quæſtio eſſet, an ſcilicet Saturninus & alij, an verò fi-
deiuſſores indemnitatis eſſent conueniendi. Gordianus
de hoc conſultus ait, Non iniuſta ratione deſideratis
vt priùs conueniantur qui reliqua contraxerunt, id eſt,
principalis fideiuſſores indemnitatis. † Ratio pro fi- 14
deiuſſoribus erat quod ipſi in ſubſidium accipiuntur,
& eo caſu quo reus ſoluendo non eſt. Atqui ſi habet
debitores reus, nondum videtur eueniſſe conditio, ſub
qua acceptus creditur, qui de indemnitate repromittit,
& ab ipſis poſſit debitum exigi, iuxta *leg. 4. Cod. quan-
do fiſcus, vel priuatus.* Huic rationi Saturninus & alij,
qui à reo emerant, ſatisfaciebant indemnitate repro-
miſſa à fideiuſſoribus eos eſſe priùs conueniendos,
cùm videantur contraxiſſe ſimul cum reo, & reſpectu
emptorum, qui numquam fiſco ſe obligauerant, eſſe
reos principales in contractu fiſcali, taleſque debito-
res ita eſſe conueniendos, quando iam conſtat ido-
neos non eſſe principales reos, & iam defeciſſe, *argu-
mento, d. l. Moſchis 47. in princ. ff. de iure fiſc.* Ac certum
eſt fideiuſſorem indemnitatis principalem eſſe, & ob
id inquit Gordianus hanc allegationem non eſſe iniu-
ſtam, neque abhorrere à iuris diſpoſitione, quæ eſt ve-
ra & germana interpretatio *d. l. 1.* in qua nugatur pro-
fectò Cuiacius cum ſuis Græcis Interpretibus, qui di-
cebant Saturninum in ea ſpecie indemnitatem repro-
miſiſſe, cùm potius eſſet debitor debitoris, qui contra
fideiuſſorem agebat.

Verùm hæc pro noſtræ legis interpretatione & ra- 15
tione adducta labefactari videntur ex *leg. 3. §. fin. de pe-
culio.* vbi cùm filiusfamil. voluntate patris factus eſſet
Decurio, in duumuiratu pupillo tutorem dedit (nam
ex corpore Decurionum Duumviri eligi ſolebant, *leg.
reſcripto 6. ff. de muner. & hon. l. honores 7. §. is qui. ff. h. tit.*
iuncto Pancirol. *de magiſt. municip. cap. 8.* Buleng. *lib. 7.
cap. 7.*) nec curauit ſatisdari rem publici ſaluam fore,
& cùm quæſitum eſſet quatenus pater teneretur, ait
Conſultus filium in ſolidum teneri, patrem verò de
peculio tantum, cùm tamen in præſenti in ſolidum te-
neatur, *& in d. l. 2. ff. ad municip. cum ſimilibus,* & ex-
preſſius *in d. l. 1. Cod. quod cum eo,* ibi. *Quod ſi volunta-
te eius filius Decurio ſit creatus, & à magiſtratibus tutor
conſtitutus, pater in ſolidum ſatisfacere cogitur.* † Cui 16
difficultati ſatisfacit Ant. Pichard. *in d. §. actiones au-
tem, num. 85. & ſeq. Inſt. de action.* filium *in d. §. fin.* fuiſſe
Decurionem ſine voluntate patris, qui ea ratione tan-
tum tenetur de peculio. Quod tamen improbatur *in
d. l. 1. §. fin. ff. de magiſtr. conuen.* vbi dicitur quod etſi
voluerit pater filium eſſe Decurionem, nihilominus de
peculio tantum tenetur.

Verum melius rem attigit Cuiac. *in eadem l. 3. § fin,* 17
*ſub libro 9. quæſtio. Pap.* aſſerens in ea ſpecie patrem te-
neri duplici modo, actione de peculio teneri pupillo
quòd ſatiſdationem idoneam non exegerit filius, & in
ſolidum teneri Reipublicę ſi quid malè geſſerit, aut ad-
miniſtrauerit, quoniam cùm conſentit vt filius Decu-
rio fiat, videtur fideiubere rempublicam ſaluam fore,
non rem pupilli, qui eſt homo priuatus, de quo non
cogitabat pater cùm voluntatem accommodabat filij
creationi, nec aliis quæ poſſunt emergere ad magiſtra-
tus curam pertinentia, ad quæ animus patris non ſe
extendit vt obligaretur in ſolidum erga omnes quibus
filius obligaretur, vel per imperitiam, aut negligen-
tiam, *argum. l. 1. §. licet 20. ff. de exercit. action.* † Quam 18
interpretationem videtur probare idem Vlpian. *in l. 1.
§. fin. ff. de magiſtr. conu.* vbi arbitratur Anton. Faber *in
Iuriſpr. Pap. titul. 12. princ. 8. illat. 45. in medio pag. 1000.*
loco illorum verborum, *quaſi rempublicam ſaluam fo-
re,* legendum, *rem pupilli,* quemadmodum in eadem
lege prima dicitur, *Hi enim rempublicam ſaluam fore
promittunt, non pupilli,* taxatque quendam interpretem,
qui videtur fuiſſe Cuiac. *libro 7. obſeru. cap. 31.* qui ad-
didit dictionem *ſolam,* cùm ſit irreptitia. Quæ tradi-

tio

tio mihi numquam arridebit, & miror acutiſſimum virum, & non minus ingenioſum, non aduertiſſe lectionem quam confingit, minimè conuenire ſententiæ Iuliani, quam *ibi* laudat Vlpianus, qui dicebat patrem tantùm teneri de peculio eo in caſu, quoniam non ſe obligauit pupillo, ſed Reipublicæ, cùm paſſus ſit Decurionem creari filium. Quomodo ergo attenta lectione Fabriana Vlpiani mens capiatur minimè poſ-
19 ſum aſſequi. † Quam lectionem nobiſcum damnat Ant. Pichar. *in d. §. actiones num.* 86. licet non alleget Ant. Fabrum, ſed tantum dicat imperitos interpretes illam lectionem amplecti, ex quo arbitror iam ab aliis ante Fabrum fuiſſe confictam, quem cacoëthes emendandi, & omnes contextus euertendi ita capit, vt plerumque videamus minimè cùm Iureconſultorum mente conuenire, vt contingit in hac emendatione, quæ de pupillo intelligi nequit, de quo non agebat Conſultus, vt ex vera interpretatione conſtabit. Neque item aſſequi poſſum quando dictio illa *ſolam* in contextum irrepſerit, nam apud me quatuor ſunt codices, alioſque diuerſæ excuſſionis euolui, & nullibi
20 vocem illam *ſolam* lineis interclusam vidi. † Quapropter huius emendationis, imò nec difficultatis meminit *in Rational.* ad *d. l. 3. §. fin. de peculio*, ſed ſatis curſim hanc rem pertractauit, neque illam difficultatem attigit, quam ſtatim oſtendit *d. l. 1. C. quod cum eo*, quæ in ſpecie ipſa *d. l. 3. §. fin.* ait patrem non de peculio, ſed in ſolidum pupillo teneri. Lex ſanè obſcura, &, vt Sich. *ibidem* fatetur, nondum intellecta, cùm ſibi inuicem ea reſponſa aduerſentur.

21 Hanc difficultatem tentauit variis in locis diſſoluere Cuiacius, prout ei mos eſt eadem pluries repetere, *libro 13. obſeruat. cap. 34. & dict. libro 9. quæſt. Pap. in dict. leg. 3. §. fin. & in recitat. ad Cod. in dict. leg. 1. & lib. vnic. reſp. Marcell. in leg. 21. D. de admin. tutor.* quem ſequitur, qui illum ſemper ſequitur, & tranſcribit, Gothofr. *in d. l. 1.* Aiuntque *in d. l. 1. in fin.* loqui quando filius factus Decurio voluntate patris tutor datus eſt, vt tunc teneatur in ſolidum, quia voluntate patris videtur tutor datus, ſicut ſi ei iniungatur aliquod opus ciuile, quo caſu ad id patris voluntate creatus videtur eo ipſo quod decurionatui filij conſenſit, ita etiam videtur agnoſcere voluntate patris omnia munera ciuilia quæ poſtea iniunguntur filio, & cùm tutela ſit munus ciuile, *l. 1. §. fin. de muner.* cum notatis ab Oſvvald. *libro 3. Donell. c. 9. lit. A,* in ſolidum tenebitur, quemadmodum in cæteris muneribus ciuilibus eiſdem delatis. Quod tamen non procedit *in d. l. 3. §. fin.* in quo non fuit filius Decurio, datus tutor, ſed Duumvir creatus tutorem dedit non idoneum.

22 Verùm hæc interpretatio non tollit difficultatem, nam ſi ea ratione pater tenetur in ſolidum, quia filius Decurio ad omnia munera ciuilia obligatur, & ſic qui conſenſit decurionatui, videtur conſentire cæteris oneribus & muneribus quæ filio iniunguntur, multo magis in ſolidum conueniendus erat, quando Duumuir creatus tutorem idoneum non acceperit, nam ſi Imperatores in tutela admiſerunt obligationem in ſolidum, exemplo cæterorum munerum ciuilium, qualia ſunt honores & magiſtratus. *leg. ad rempublicam 8. D. de muner. & hon.* & notat Accurſ. *in d. leg. 1. verb. munerum.* Cur ſicut ſi in magiſtratu filius aliquid egerit minus bene, pater tantùm tenetur de peculio, ita & in
23 tutela non admiſſum? † Rurſus quia quòd filius Decurio ſit datus tutor, non ſequitur patrem accommodaſſe conſenſum tutelæ dationi, quæ non dependet ex decurionatu, ſicut cætera alia munera ciuilia, vt pater, & ſicut dependebat duumviratus, qui conſequi non poterat, niſi à Decurionibus, vt dixi *ſuprà.* Neque enim conſentiendo in vno, videtur pater conſentire in alio, vt notatur ex *leg. voluntaria 12. Cod. de excuſat. tut.* & ideo ſi pater conſenſit electioni decurionatus, non videtur ita conſentire vt teneatur in aliis actibus longè
contrariis. † Qua ratione deſtruitur quod Sichard. *in* 24
*dict. leg. 1. numer. 4. & fin.* huius difficultatis diſſoluendæ cauſa fingebat, qui opinabatur patrem teneri in omnibus, quæ dependebant & habebant originem & cauſam ab officio, ita, vt ſi filius non habuiſſet tale officium, minimè læſio interueniret, nam conſtitui, vel non conſtitui tutor à magiſtratibus non dependet ab electione & aſſecutione decurionatus, quoniam non ob id quod Decurio fiat voluntate patris, ipſe cauit pupillo.

Quare in tanta difficultate reſpondendum exiſtimo 25
quòd *in d. leg. 3. §. fin.* pater cùm pro filio in Decurionem aſſumpto conſenſerit, & poſtea magiſtratus creatus malè ſe geſſerit circa tutoris conſtitutionem, de peculio tantum tenebitur, quia propter conſenſum nullo alio modo ſe obligauit, niſi tanquam fideiuſſor. Fideiuſſor verò magiſtratus in his quæ ad Reipublicæ adminiſtrationem pertinent, tenentur, hoc eſt, damnis quæ ex re malè per magiſtratum geſta Reipublicæ contigerint, non autem in his quæ culpam, vel delictum continent, *leg. vnic. infrà de periculo eorum, qui pro magiſtr. leg. 2. §. ſed ſi filius 5. leg. libertus 17. §. fin. ff. ad municipal. leg. fideiuſſores 68. ff. de fideiuſſor.* quibus adde Hering. *de fideiuſſor. cap. 24. num. 176.* Cùm ergo in culpa ſit magiſtratus qui minus idoneum tutorem dedit, vel per negligentiam, aut imperitiam, *leg. 1. & tot. ff. de magiſtr. conuen. leg. fin. ff. de extraordin. cognit.* talem culpam pater præſtare non cogitur, niſi peculio tenus, quoniam fideiuſſoria obligatio quæ per conſenſum eius ad decurionatum filij contracta eſt, rempublicam ſaluam fore promittit, non verò priuati hominis, id eſt, pupilli. Itaque tales fideiuſſores cauent de Republica, ſed non de pœna, aut multa, in quam incideret magiſtratus, aut negligentia, aut culpa ſua, *d. leg. libertus 17. §. fin. d. §. ſed ſi filius, cum*
*aliis.* † Quod omne non procedit in ſpecie *d. leg. 1.* 26
*Cod. quod cum eo,* quæ in ſolidum ait teneri patrem qui filium Decurionem eſſe voluit, & poſtea à magiſtratibus fuit pupillo tutor conſtitutus. Quoniam ibi conſenſus patris non ſolùm interuenit in electione decurionatus, verùm etiam & in tutelæ conſtitutione. Sic enim confingenda eſt ſpecies, quam ſatis littera probat, illis verbis. *Quòd ſi voluntate eius filius Decurio ſit creatus, & à magiſtratibus tutor conſtitutus.*
† Vnde cùm conſenſus interuenerit in vtroque ca- 27
ſu, nam ſimul Decurio & tutor fuit conſtitutus, non immeritò in ſolidum tenetur pater, cùm ad vtrumque munus voluntatem accommodauerit, ſcilicet & ad decurionatum & tutelam, & cùm tutela ſit munus ciuile, in cuius fideiuſſione promittitur rem pupilli ſaluam fore, *leg. 1. l. cùm pupillus 9. D. rem pupilli ſalu.* Quemadmodum in fideiuſſione magiſtratus Rempublicam ſaluam fore, & ſic ad exemplum huius muneris introductum intelligitur & illud tutelæ, in qua venit, vt res pupillis ſalua ſit, non pœna, id eſt, vt fideiuſſor tutoris teneatur ad ea, quæ veniunt in actionem tutelæ, quæ rem perſequitur, non verò ad ea, quæ veniunt in rationibus diſtrahendis, quæ eſt pœnalis, in quam non ſe obligat, ſed in cauſam rei pupilli ſeruandæ, ex quo pater in ſolidum obligatur ex adminiſtratione filij, vt *in d. l. 1. Cod. quod cum eo,* cuius vera videtur hæc interpretatio, in cuius meditatione totum triduum conſumpſi.

Neque huic ſententiæ oberit, *d. l. Lucius 21. D. de* 28
*adminiſtr. tut.* vbi actio de peculio, vel de in rem verſo aduersùs patrem oneri tutelæ filio delatæ conſentientem conſtituta eſt, cùm tamen & in hac ſpecie in ſolidum teneri aſſerat Vlpian. *in l. ſi filius 7. D. de tutelis.* Nam huic difficultati reſpondent plures poſt antiquiores *ibi,* Donell. *ad rubr. C. quod cum eo, num. 50. & ſeq.* Hotom. *in l. 1. C. de remiſſ. pign.* Pacius *cent. 5. quæſt. 76.*

Ant.

Ant.Faber *in Iuriſp.tit.*12.*princ.*1.*illat.*16.Cuiac.*tract.*7. *Afric.in l.mandaſti* 46. *D.de negot. geſt.* Barboſ. *in leg.ſi cùm dotem* 23. § *tranſgrediamur*, *ex num.*8. *D.ſol.matr.*

29 † Frequentiori calculo admiſſa eſt illa interpretatio quæ diſtinguit inter tutelam teſtamentariam & datiuam, vt in hac pater in ſolidum teneatur, vt *in d.l.*7. in illa verò non niſi de peculio, quo caſu loquitur *d.l.*21. In ratione differentiæ conſtituenda non ſatis conueniunt Auctores nam plures ſequentes Bar. doctrinam *in d.§. tranſgrediamur n.*7. & alij quos *ibi* Laudat Barboſa, *num.* 8. *verſ. ſed ad illius.* Pyrrhus *hìc*, & Platea *num.* 2. *&* 3. dicunt quod quando pater non ſolùm tenetur conſentire actui filij, ſed etiam pro eo ſe obligare, tunc remanet pater obligatus ex ſimplici conſenſu, vt *in d.l.*7. vbi pater remanet obligatus, quia non ſolùm tenetur conſentire, ſed & pro eo ſe obligare. *l.ſi quis inter* 16. *aliàs l.ſpadonem* 15. *§.fin.l.fin.§.fin. D.de excuſat. tutor.* At verò quando pater tantùm tenetur conſentire actui filij, non verò pro eo ſe obligare, tunc conſentiendo non obligatur, *in d.l.*21. niſi tantùm de peculio, vel de in rem verſo, quibus actionibus teneretur, etiamſi non conſentiret. *§.præterea, Inſt.quod cum eo.* Vnde cùm in tutela teſtamentaria non teneatur pro filio ſe obligare, ſi conſentiat non obligabitur, niſi actione de peculio, in datiua verò contrà erit, cùm pater teneatur ſe obligare.

30 Quæ doctrina mihi videtur eſſe falſa, & ita diſplicuit Corneo *conſ.*256.*num.*15 *lib.*1. qui rectè contendit patrem non teneri ſe obligare pro filio in tutela datiua, neque aliquo iure id probatur, nam iura quæ pro hac ſententia allegant, non ſunt diuerſa, imò eadem verba in vtroque reſponſo repetuntur, & ita abſunt à Pandectis Florentinis à dicta *l.fin.* & ſolum inueniuntur *in d.l.ſi inter § fin.* Rurſus, quia ſi pater teneretur pro filio conſentire, ſemper obligaretur in ſolidum, neque eſſet neceſſaria differentia, vtrum agnouerit, vel non agnouerit, vt *in d.l.ſi filius* 7. *&* *in d.l.*1. *C.quod cum eo*, vbi in eius voluntate poſitum eſt, non in neceſſita-

31 te. † Et fundamento pro Bart. adducto ex *d.l. ſi inter §.fin.* ſatis fieri poteſt loqui quando pater callidè & doloſè cauere noluit, vt hoc artificio filium eximat à tutela, quo in caſu non obligant leges patrem cauere, ſed conſtituunt vt in pœnam ſuæ fraudis tutor creetur ſimul cum filio, hoc enim Hadrianus *ibi* conſtituit. Atque ita ſi de dolo patris non conſtet, nemo certè æquum putauerit, vt pro filio cauere teneatur, neque tutelam ſuſcipere, vt rectè docent Anton.Faber *in Iuriſp.Pap.tit.*24. *princ.*1. *illat.*9. *§. de filiofam. tutore, pag.*1146. Cuiac. *ad titul.de excuſat.tut.in d.leg.*15.*in fine*, & ante eos Alber. *in dict. §. tranſgrediamur num.* 3. & Cuman. *num.*4. & agnouit *ibidem* Barboſa *num.*13. qui variis ſubterfugiis hanc veritatem obſcurare in-

32 tendit. † Nam verùm non eſt in tutela neceſſe eſſe patrem conſentire expreſsè, vt ait *num.*12. contra *d. l.ſi filius* 7. vbi agnouiſſe tutelam filij videtur pater, qui gerenti filio conſenſit, quod de expreſſo conſenſu intelligi nequit, cùm non ſit expreſſus conſenſus attingere tutelam. Confert quoque *l.*2.*ff. ad municip.* vbi conſenſiſſe creditur pater in decurionatu filij ſi non

33 contradixerit. † Neque Barboſa quidquam facit *num.* 13. diſtinguendo inter decurionatum & tutelam, vt in ea ſit neceſſarius expreſſus conſenſus, quia etſi officium ſit publicum, eſt tamen priuatum vtilitate, cùm tamen decurionatus ſit officium publicum auctoritate & vtilitate, & ita in hoc fauore Reipublicæ, ſpecialiter introductum eſt ſufficere conſenſum tacitum, cùm expreſsè probetur contrarium *in d.l.*1.*C.quod cum eo*, vbi voluntas quæ requiritur in decurionatu, requiritur in tutela, atque ita huiuſmodi munera æquiparantur illis verbis, *exemplo cæterorum munerum ciuilium introductum eſt*, vt ad exemplum decurionatus procedat tutela, ita vt ſi in eo ſufficit conſenſus tacitus, in tutela quoque tacitus ſatis ſit: quod agnouit etiam Donell. *in rub.C. quod cum eo, num.*50. *& ſeqq.*

Vnde falſa eſt diſtinctio illa Doctorum, quam ſequi- 34
tur Platea *hìc num.*3. & alij relati ab eodem Barboſa *ſupr.num* 11. diſtinguentes inter officium publicum auctoritate & vtilitate, vt eſt decurionatus, & publicum auctoritate, non verò vtilitate, vt eſt tutela, vt in vno ſufficiat tacitus conſenſus, in altero expreſſus, quoniam eam diſtinctionem reiicit euidenter *d.l.*1.*C. quod cum eo*, quæ ad exemplum decurionatus tutelam procedere ſtatuit, & ita non poſſum aſſequi mentem Cuiacij, qui *tract.*7.*ad Afric.in l.mandaſti* 46.*ff.de negot. geſt.* vult in harum legum diſſidio non eſſe ſeparandam tutelam datiuam a teſtamentaria. Aitque quòd ſi tutor geſſerit tutelam, vt *in d.l.*7. tenetur pupillo in ſolidum negotiorum geſtorum nomine, vt *in d.l.mandaſti.* Cùm tamen contrarium conſtet ex eadem *l.*7.*& d.l.Lucius* 21.*de admin.tut.* vbi tenebitur quaſi fideiuſſor ex conſenſu tacitè præſtito.

Verum minus ad rem facit Ant.Fab.*d.princ.*1.*illat.*16. 35
accipiens *d.l.*7. de conſenſu expreſſo, quem ipſe non nudum vocat. *& d.l.*21. de conſenſu nudo patris, qui vel ex ſcientia & patientia tantùm inducatur, vel ex tali etiam facto quod nullum ſe obligandi animum præ ſe ferat. Nam cùm Marcellus *in d.l.*21. dicat filium ſciente patre tutelam adminiſtraſſe, quomodo de nudo conſenſu id accipiat Faber, non intelligo, præſertim cùm idem Iuteconſultus ait eo in caſu nihil inducere ad obligationem ſcientiam & conſenſum, atque ita certum videtur præſtitum fuiſſe expreſsè & clarè, non autem nude.

Cogor itaque in antiqua differentia DD. perſiſte- 36
re quæ diſcernebat tutelam teſtamentariam à datiua, vt dixi. Ratio verò ea videtur verior (relicta Donelli ſententia *in d. Cod. quod cum eo, num.*52.) quæ dependet ex iis, quæ *ſuprà* reſoluimus, ſcilicet in teſtamentaria tutela non eſſe neceſſariam ſatiſdationem, *princ. & §.*1. *Inſt. de ſatiſdation. leg. teſtamento* 17.*ff. de teſtam. tutel.* quia fides & diligentia tutoris à defuncto approbata eſt, quæ non tam ex bonis, quàm ex moribus ſpectanda eſt, *leg.ſuſpectum* 8 *ff. de ſuſpect. tutor. leg.creditores* 13.§.1. *ff. de reb.auctor. ind. poſſ.* & fides quam de tutore concepit, pro vinculo cedit cautionis, vt in alio propoſito ait Papin. *in leg.ſi impuberi* 13.*§. fin.ff.tutor. & curat.dat.* Quare cùm filius tutor nominatus cautionis vinculo liberetur, pater tutelæ conſentiens niſi expreſsè cauerit, non tenebitur niſi de peculio, quia non debet obligari plus quàm filius, vt *in d.l. Lucius* 21. Neque ad obligandum patrem ſcientia aut conſenſus ſufficiet, vt *ibi* ait Marcell. quoniam expreſſus debet eſſe animus ſe obli-
gandi. † Contrà verò eſt in datiua tutela, quæ cùm 37
requirat ſatiſdationem ne pupillorum bona à tutoribus diminuantur, aut conſumantur, neceſſe fuit eis à Prætore pinguius prouideri, ne aliàs ſi minus idoneè pupillo caueretur, magiſtratus in ſubſidium teneatur, ex tit.*de magiſtr.conuen.* Pater verò filij tutoris ob tutelam malè à filio adminiſtratam conueniri non poteſt, niſi quemadmodum à cæteris filij creditoribus de peculio, vel de in rem verſo, niſi pater tutelam agnouerit, quia tunc in ſolidum tenebitur, vt *in d.leg.ſi filius D.de tutel.* quod extorſit fauor pupillorum vt conſenſus patris obligationem induceret, ob quam cauſam multa in iure admittuntur ſpecialia, *l.pen.§.cùm igitur C.de neceſſar.ſeruis hered.* iunctis quæ ego dixi *l.*1. *obſeruæ.cap.*7.*num.*16.

Ait lex. *& illo in rebus humanis agente honor tibi delatus eſt.*

Hoc ideò, quia ſi poſt mortem decurionatum adi- 38
ſpiſcatur, hæredes patris non tenebuntur, Adeò vt ſi eo mortuo aliqua munera, vel honores ratione officij obtinuerit, minimè hæredes conuenientur, quia neceſ

neceſſarium eſt vt viuo patre munera filio iniungantur
vel quod pater fuerit profeſſus ſe ſuſcepturum mu-
nus filio iniungendum *leg. Lucius 21. §. idem reſpon-
dit. D. ad municipal. leg. etſi filium 15. D. de muner. &
honor. iuncta leg. ſi filia 20. §. idem ſcribit 6. & §. ſeq. l. ex
parte 39. § filius 3. D. famil. erciſc. l. vnic. infrà de pericul.
ſucceſſ.* vbi eleganter notauit Platea. Ratio eſt, quia ſi
munera publica filio delata ſunt, iam mortuo patre,
cùm eorum nomine pater nunquam fuerit obligatus,
dum vixit, neque etiam hæredes obligabuntur, cùm
non ſit hæreditaria obligatio. Ita docuerunt *in præſen-
ti* Accurſ. *verb. Reipublicæ.* & Plat. *n.4.* qui contra pro-
priam ſententiam *ſupr. in d. leg. vnic.* malè rem hanc
diſcuſſit, dum contra iura adducta tenet adminiſtra-
tionem filij in officio decurionatus, qui poſt mortem
patris incepit obligare hæredes eius, quod longè abeſt
à veritate iam cognita, vide Cuiac. *l. 1. reſp. Paul. in d. l.
Lucius. §. idem reſpondit. & lib. 5. reſp. Papin. in d. l. & filium*
39 & Gothofred. *in d. §. idem reſpondit.* † Húcque videtur
ſpectare deciſio *l. vnic. infrà ſi poſt creationem quis deceſſe-
rit.* vbi ſi aliquis, electus fuerit ad ſubeundum aliquod
munus quod gerere debebat, verbi gratia, poſt aliquem
diem, & ante illum moriatur, hæredes eius non tene-
buntur eo nomine: quoniam cùm electus non exer-
cuerit ſuum officium, tale munus, vel honor morte
iam expirarunt: *leg. 4. C. ſi pendente appell.* Integráque
re decedens, & nondum explicato negotio, minimè di-
cetur obligationem contraxiſſe, *argum. l. cuius bonis 9.
D. de curat. furioſ.*

Ait lex, *Sed non antè niſi tuis propriis rebus excuſſis.*
40 Non ante conueniendus eſt pater, vel eius hæres, niſi
priùs excuſſa fuerint bona filij, quia cùm pater ſe
obligauerit ex conſenſu præſtito tanquam fideiuſſor
indemnitatis, talis fideiuſſor non conuenitur niſi poſt
excuſſionem rei principalis, vt abundè dictum eſt *ſu-
prà*, & aduertunt Platea *hic n. 6.* & Barboſa *in d. §. tranſ-*
41 *grediamur: num. 14.* † Qui an hæc deciſio etiam in
patre, qui aſſenſit tutelæ filio delatæ, habeat locum,
quærunt poſt Salic. & antiquos *in d. l. 1. C. quod cum eo.*
& Barboſa contra Plateam tenet eo in caſu obligari
patrem tanquam ſimplicem fideiuſſorem, iuxta *leg. 1. C.
de fideiuſſor.* quod mihi non placuit, veriorque videtur
Plateæ opinio, quia, vt dixi *ſuprà*, æquiparatur tutela
cùm officio publico, *in d. l. 1. C. quod cum eo.* Neque in-
tereſt quòd in ſolidum pater teneatur conſentiens tu-
telæ, quia & in noſtro caſu in ſolidum quoque tene-
tur: *l. ſi filius 7. D. de admin. rer. ad ciu.* Vnde cùm fide-
iuſſor ſit vtroque caſu indemnitatis, rectè ſuo beneficio
42 gaudebit. † An pater obſtringatur pro filio infante ad
munera ſubeunda, vide quæ dico ad interpretationem
43 *l. 1. §. 1. infr. de mun. & honor.* † Quatenus autem tenea-
tur pater de delicto filij quem officio præpoſuit, vel
dominus de delicto famuli, aut ſerui, quod poterat hîc
tractari, vide Farinac. *de delict. quæſt. 24. tot. præcipue n.
49. & ſeq.* Barboſ. *in l. ſi mora 10. num. 38. D. ſolut. matr.*
Cald. Perey. *de extinctione emphyteuſ. lib. 4. c. 19. ex n. 3.*
poſt Menoch. *de arbitr. caſ. 345.*

## LEX II.

*Exemplum ſacrarum litterarum* DIOCLETIANI *&* MAXIMIANI AA.

Obſeruare oportebit magiſtratus, vt Decurionibus ſolemniter in curiam conuocatis, nominationem ad certa munera faciant: eamque ſtatim in notitiam eius, qui fuerit nominatus: per officialem publicum perferri curent habituro appellandi, ſi voluerit, atque agẽdi facultatem apud Præſidem cauſam ſuam iure conſueto, quam ſi conſtiterit nominari minimè debuiſſe, ſumptum litis eidem à nominatore reſtitui oportebit.

## LEX XLVI.

*Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Ennoio Procoſ. Africæ.*

Nominationum forma vacillare non debet, ſi omnes, qui albo curiæ detinentur, adeſſe non poſſunt, ne paucorum abſentia, ſiue neceſſaria, ſiue fortuita, debilitet quod à maiori parte ordinis ſalubriter fuerit conſtitutum, cum duæ partes ordinis in vrbe poſitæ totius curiæ inſtar exhibeant.

HIs adiicimus alias plures leges huius tituli, quæ ad tractationem noſtram ſpectant, eæ ſunt, *l. 3. l. infamia 8. l. in albo 9. l. ſi vltra 10. l. nec infames 12. leg. ſi ad magiſtratum 18. l. ſi quis decurio 24. l. ad ſubeunda 46. l. ſi quos 59. h. t.*

*SVMMARIVM.*

1 *Explicatur inſcriptio huius legis ſecundæ, & quare dicantur litteræ Imperatorum ſacræ*, & n.-.
3 *Virgilij locus exponitur præter omnia.*
4 *Quare non habeat hæc lex 2. Conſulum nomina.*
5 *Decuriones ſolemniter conuocari debent ad electionem faciendam, & quia* ſolemniter fit: *& quid ſit in vſu*, & num. 6.
7 *Actus eſt nullus ſi Decurionum vocatio non ſit ſolemnis in rebus magni mme nti.*
8 L. actuarios 7. infr. de numerat. & actuat. *explicatur contra Morlam.*
9 *Longa conſuetudo in electionibus officialium attendenda.*
10 *Electio officialium non poteſt fieri abſque iudicis auctoritate.*
11 *Conuocatio debet fieri in curia, & tempore conſueto*, & num. 12.
13 *Electio conciliorum circa quæ officia verſetur olim & hodie.*
14 *Præſides Ordinibus remittebant electionem ſuorum officialium.*
15 *Electus certiorari debet vt poſſit vel acceptare, vel reclamare propoſita appellatione*, & n. 16.
17 *Electus ſi appellet à nominatione quid debeat probare, & quid in tutela, remiſſiuè.*
18 *Rixæ & lites oriuntur hodie ex electionibus officiorum.*
19 *Cuilibet de populo competit electionis impugnatio.*
20 *An electi, quorum electionem alij contradicunt dum lis pendet, poſſint exercere ſua officia: quæſtio latè excogitatur.*
21 *Pendente lite nobilitatis, etſi ex lege regni contribuat, tamen officia nobilitatis poteſt exercere*, & numero 32.
22 *Expenditur in quæſtione propoſita pro contraria ſententia*, lex qui ſtatus 8. Digeſt. de re milit. *& alia iura, quibus probatur electum pendente lite non poſſe exercere*, & numero 23. 24. 27.
25 *Electus impeditus per obiectiones ſibi oppoſitas, ſi interim elabatur tempus, etſi poſtea confirmetur, non poteſt exercere officium*, & n. 26.

28 *Satisfit argumentis Speculatoris, & aliorum quæ ſuperiùs ſunt appoſita.*

29 *Explicatur* c.fin.de iudiciis, *& laudatur D.Sahagun Salmanticenſis*, & n. 30.

31 *Ordinata lite in cauſa libertatis is qui litigat pro libero habeatur in pluribus cauſis ad intellectum* leg.ordinata 24.Digeſt.de liber.cauſ.*& de vindiciis libertatis.*

33 *An electio facta à concilio Decurionum ſit actus extraiudicialis, ita vt in ea non detur attentatum*, & n.34.

35 *Temperatur ſuprà adducta ſententia auctoris.*

36 *Quæſtio elegans, an electi contra quos appellatio interpoſita ſit, ſi poſteà vincant iam elapſo anno ſui officij, poſſint facere electionem de officialibus anni incipientis*, & n.37.& *quid ſi annullata ſit electio qui debeant eligere, an qui nulliter elegerunt, an verò depoſitarij qui ſequeſtratum habuerunt officium, n.*38.& 39.

40 *Depoſitarius, aut ſequeſter non priuat ſua poſſeſſione poſſeſſorem.*

41 *Sequeſter, aut depoſitarius poteſt eligere, ſeu præſentare,* n.45.51.52.53. & 54.

42 *In ſupradicta quæſtione electionem deuolui ad eos, qui priùs elegerunt, probatur grauibus fundamentis,* & n.46.47.

43 *Electio quæ non ſortitur effectum conſummatum, non tollit eligenti ius iterum eligendi*, & num. 44.

48 *Doctrina Baldi aientis, eum qui eſt in poſſeſſione, eligere debere, quomodo accipienda, agiturque de iure ſequeſtri quantum ad poſſeſſionem.*

50 *Neceſſaria ſequeſtratio non aufert poſſeſſionem litigantibus.*

55 *De cauſis quibus excuſabantur Decuriones electi à nominatione, & prima de ætate, & de ſenectute,* & n. 56.

57 *Senectus grauiſſimis affecta priuilegiis, & quomodo excuſet à muneribus,* & num.58.59.& 60.

61 *Regula quod vbi res deuenit ad caſum à quo, non poteſt incipere, actus vitiatur quomodo intelligatur, & de quæſtionibus quæ inde reſolutionem habent, & quare maior ætas requiritur in tutelæ accuſatione, quàm in decurionatis*, & numer.ſexageſimo ſecundo, & ſexageſimo tertio.

64 *De aliis excuſationibus, veluti de morbo perpetuo, podagra, cæcitate, ſurditate, laboribus.*

65 *Pater duodecim liberorum excuſatur à muneribus decurionatus, & ſimilium,* & num.66.& 68.

*Defenditur vulgata littera* l. ſi quis Decurio 24. h.t. *contra emendationem Cuiacij.*

69 *Expertes litterarum poſſunt eſſe Decuriones, & ex eo non excuſantur.*

70 *Infames excluſi à decurionatu.*

71 *Eligens indebitè condemnatur in expenſis.*

1 INSCRIPTIO huius legis ſecundæ ita concipitur. *Exemplum litterarum ſacrarum* eamdem habet *leg.5.ſupr.de iure fiſci.* *Exemplum* ſumitur pro exſcriptione, ſiue copia, quod frequens eſt auctoribus Latinis, *litteræ ſacræ* dicuntur non ſolùm reſcripta, aut epiſtola Imperatoris alicuius interrogationi ſubſcribens, verùm & adnotatio Principis manu ſcripta, quam ad aliquos dirigit proprio motu, vt *in leg.omnes 43.infr.h.t.leg.1.Cod.de mandat.Princip.leg.fin.Cod.de monop.leg.2.ſupr.de bon.vac.* cum aliis quæ adducit Briſſon. *verb.annotatio.* & Buleng.*lib.3.de Imper.Rom.cap.*12.à Briſſonio, eius nomen reticens, multa, vt ſolet, tranſcribens. Dicuntur *ſacra*, quemadmodum eo nomine dicuntur leges, epiſtolæ, reſcripta, annotatio, domus largitiones, comitatus, ſtabulum, oraculum, affectus, & ferè omnia, quæ ad Imperatores pertinebant, in libris iuris, † pro ſacris enim habita quæ ſunt 2
Principum, idque, ſiue quia eo ſæculo vana aſſentatione Paganorum mos inuaſerat, vt pro Diis Imperatores colerent, & diuinos honores eis dicarent, iam inde ab Auguſto, vt teſtantur Horat. *lib.2.epiſt.*1.

*Præſenti tibi maturos largimur honores*
*Iurandáſque tuum per nomen ponimus aras.*

& Mart. qui multoties Dei nomine blanditur Domitiano *lib.1.epig.6. & lib.5.epig.3.& lib.8.epig.39.* cum aliis vſque ad tempora Caroli Magni, vt obſeruat Iuret. *ad Symmach.lib.4.epiſt.54.& lib.7.epiſt.59.& 94.*& Forner. *in not.ad Caſſiod.lib.5.epiſt.*15. Siue etiam, quia quæ Principum ſunt, cæteris longè maiora & præſtantiora videantur, quaſi non mortali hominum conditione ac lege, ſed ſingulari diuinóque iure cenſeantur, vt conſtat eleganter ex Cœlio Aureliano *libr.*1. *Chronicôn.* vbi de Epheſia loquens, ait. *Appellatur ſacra ſiue ob magnitudinem paſſionis, maiora enim vulgus ſacra vocat, vt ſacrum dictum mare, ſacra domus, vel, vt Tragicus Poëta, ſacram noctem, id eſt, magnam.* † Quo in 3
ſenſu credo Virgilium *lib.3. Æneid. verſu 56.* dixiſſe,

——*Quid non mortalia pectora cogis*
*Auri ſacra fames?*

Non annuo Cerdæ qui *ſacram* pro *execrabili* interpretatur, quod & ante eum dixerunt Seruius *ibi*, & Nonius Marcell. *verb.ſacrum pag. mihi* 397. & ſequitur Taubman. *ad Plaut.in Moſtellar. act.4. ſcen.2. verſ.67. & in Pœnuli prolog. verſ.90.* † Quapropter cùm hu- 4
iuſmodi exemplum ſacrarum litterarum imperiali motu ſit promulgatum, neceſſarium non fuit addere nomina Conſulum, præcipuè cùm non indulgeat alicui perſonale beneficium quod Conſulum nomen deſiderat. *leg.ſi quæ 4.Codic.de diu.reſcrip.* vbi Gothofredus erit videndus.

Scribunt ergo Imperatores ad electionem, ſeu no- 5
minationem faciendam conuocandos eſſe ſolemniter Decuriones à magiſtratibus. *Solemniter* explicauit Accurſ.ad ſonum tubæ, vel campanæ. Hoc more ſui ſæculi, quod & apud nos receptum eſt, *l.21.tit.18.part.2.* nec multum diſtat à priſcis Romanis, apud quos per buccinam Senatus, aut populus conuocabatur. Propert. *lib.4.eleg.1.*

*Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.*

Poſtea per edictum, & illud interdum viua voce, interdum per præconem, aliquando tabella ſcripta ſuſpenſa, vel affixa. Loca varia adducit Dorleans *ad Tacit.lib.*1. *annal.pag.*30. ad illud, *ne edictum quidem.* † Apud nos 6
curiæ coguntur per ianitores, apparitores, nuntios, vel, prout conſuetudine receptum eſt, teſte Auendan. *in c.*20.*pp.lib.*1. Piſa *lib.1.Curiæ cap.7.& lib.2.cap.*5. Bobadil. *lib.3. polit.cap.7.numer.*14. & aduertit Pyrrhus & Platea *hic numer.*2. quem ſequuntur plures apud Hermoſill. *in leg.15.tit.5.p.5.gloſſ.2.num.*21. † Et quamuis 7
ad ordinarias res ſufficiat citatio conſueta, tamen ad nominationes, electiones, & alias cauſas, quæ magni ponderis ſunt, neceſſaria eſt ſolemnis conuocatio, aliàs actus erit nullus, & quod eius ratione fuerit factum, vt notari ſolet per text. *ibi in l.actuarios 7. infrà de numer.& actuar.* & *in hac.l.nominationum infr.* obſeruat Bobadill. *d.c.7.n.15.& 16.* quia non ſit ſolemnitas quæ in his caſibus requiritur obſeruata, *l.cùm hi 7.§.ſi prætor.D.de tranſact.* Adeò vt ſi nulliter facta ſit electio, tanquam nulla non indigebit appellationis remedio, vt conſtat ex Salgado *de Regia protect.3.p.c.8.n.19.* † Et confirmat *d.l.actuarios*, cuius rationem non 8
eſt aſſecutus Morla *in emp.tit.2.q.26.n.17.* dum ait *in d.l.actuarios* in pœnam eius, qui per contrectationem & ſubreptionem data mala conſcientia fecit, declarantur irrita, vt ſic componat eam legem cum *l.Barbarius, ff.de offic.præt.* Nam *ibi* longè alia eſt ratio, ſcilicet ne

lites

lites cum damno reipublicæ iterum ſuſcitarer-ur. At
*in d.l.actuarios*, quia actus factus eſt ſine debita & con-
9 ſueta ſolemnitate, irritatur, † ita vt longa conſuetu-
do in electionibus officialium ſit cuſtodienda, vt do-
cet Accurſ. *ſchol. fin. per text. ibi in leg. ſuper crean-
dis, ſupr. de iure fiſci, & in leg. veras, infr. de diuerſ. offic.
& in l. non tantum 11. in fin. D. de decurion. verb. conſue-
tudo.* DD. *in l. item eorum D. quod cuiuſcumque vniuerſ.*
Nouar. *in d.l. ſuper creandis, ex n.1.* & Hermoſill. *ſup. n.
21. & ſeq.* Valenzuel. *num.5. & 8.* & facit *l. Imperatores
13. §. fin. ff. de poll. l.4. C. vectigalia noua.* cum Gutier. *conſ.
31. numer.23. l.1. & 2. ſup. de iure haſtæ fiſc. l.3. ſupr. de
bon. vac.*

10 Requiritur etiam ad ſolemnitatem electionis, vt fiat
auctoritate publica magiſtratus, cui tanquam capiti
reipublicæ competit tale ius, ita vt abſque eo, repute-
tur nullum quod factum fuerit imò congregatio erit
illicita ſine præſentia iudicis, vt docent poſt Plateam
*hîc num.1.* Bobadilla *d. cap.7. num.11.* Boher. *deciſ.60.
num.12. & 13.* Cancer. *var. reſol. lib.3. capit.13. numer.
163.* Auendan. *de exeq. lib.2. capit.15.* Seſſe *de inhibit.
cap.29. §. primo, num.23.* & alios referens Nouar. *hîc nu-
mer.1.* auctoritate noſtræ legis, quæ vtitur *verb. oporte-
bit*, quod importat neceſſitatem, vt aduertunt poſt gloſ.
*in cap.1. de præſcr. in 6.* plures relati à Barb. *de edictión.
verb. oportet, numer.2.* licet in aliquibus locis de con-
ſuetudine receptum ſit; vt ſenior Decurio conuocet
curiam ſi abſens ſit magiſtratus, vel ægrotans, ita *ſu-
prà* dicti & Azeued. *in l.15. tit.6. lib.3. Recopil. nu-
mer.7.* & etiam in aliis pluribus caſibus poſſunt ſe con-
gregare Decuriones, ſine magiſtratu quos congerit *in
præſenti* Nouarius *ex num.2. cum ſeqq.*

11 Rurſus & neceſſarium eſt, vt conuocatio fiat in
Curia (de qua vide Bobad. *dict. cap.7. num.2.*) alias erit
nullum quod in alio loco fuerit celebratum *l. ſi quod 5.
in fin. infr. de legationibus* docent Bobadill. *num.10.* &
Azeued. *vbi proximè*, poſt Plat. *hîc n.2. verſic.3. quæro.*
licet diſſentiat Auendan. *ſup. lib.1. cap.20. n.3.*

12 Vlteriùs requiritur quod electio fiat tempore con-
ſueto, vt docet Platea *in hac leg. ſi ad magiſtratum 18.
num.1.* & Amendola *in addit. ad Vincent. de Franch. dec.
438. num.8.* Verùm ex hoc electio non erit nulla, vt
tenet cum aliis Fontanell, *de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.10.
part.1. num.89.* Maſtrill. *de magiſt. lib.1. cap.23. num.25.*
quibus adde Auendan. *d. lib.1. c.19. ex n.24. verſic. quar-
to inſpici debet.*

13 Conuocato ergo, provt decet, concilio, ad nomina-
tionem, ſeu electionem officialium proceditur, vide-
licet eorum, quorum electio ad eos pertinet, provt
apud antiquos fuit magiſtratuum municipalium
Duumvirorum, Decurionum & ſimilium. Apud nos
in populis & villis *Alcaldes ordinarios, y de la erman-
dad, Regidores iurados Sindicos, y otros officiales de los
Concejos.* In ciuitatibus verò, quia decurionatus officia
à Rege donantur, venduntur, aut conceduntur, *ſe eligen
alcaldes de la ermandad Procuradores de Cortes y otros offi-
cios ſemejantes que pertenecen a la miniſtracion publica.
l.1. tit.13. lib.8. l.5. tit.2. lib.7. Recop. l.4. & 5. tit.7. lib.6.
Recop. l.3. §. ſi decuriones ff. quod cuiuſcumque vniuerſ.* Aui-
les *in capp. Prat. cap.17. verb. eliian. numero primo & vn-
decimo.* Bobadill. *libro tertio, capite octauo, numer. qua-*
14 *drageſimo primo, & ſequentib.* † Fiebat electio Decu-
rionum conuocata curia, plerumque Præſides ſole-
bant ad ordinem remittere quem crearet magiſtra-
tum, vel Decurionem. *leg.1. §. ſolent.3. Digeſt. quando*
15 *appell. ſit.* † Factáque electione in notitiam eius, qui
nominatus eſt, per nuntium perferri curare debent
magiſtratus, vt ait Auiles *tit. ſupr. num.3.* vt ſi electus
acceptauerit, confirmetur à Superiori. *l. ſi quos 59. inf. h.
tit.* Sin autem excuſationem habeat legitimam, poſſit
appellationis remedio contra electionem proponere,
quia non aliter poterit excuſationibus ſuis vti, quam
ſi appellationem interpoſuerit, cùm ſi intra tempus
propoſitum ad appellandum non prouocauerit, ele-
ctioni de ſe factæ conſentire videtur, & poſtea appel-
lans non audietur. *dicta lege prima, §. ſolent, lege prima in
princ. Digeſt. de vacat. mun. lege quarta lege hi qui 7. l. ciues
11. lege nominationes 27. Codice de appellat. lege octaua ti-
tulo vigeſimo tertio, parte tertia* cum notatis à Salgado
alios cumulante, *de Regia protect. tertia parte cap.8. ex
numero decimo ſeptimo.* † Ratio eſt, quia cùm, vt dixi- 16
mus *in rub. ſupr.* omnes qui nominabantur, curias hor-
rerent, & auerſarentur, facile fuit electo excuſatione
propoſita à munere ſe excuſare, & ſic onus iniuncti
muneris ſubterfugere, quod niſi propoſita appella-
tione fieri poterat, nec cauſa proſequi *d.l.1. de vacat.
muner.* & hæc eſt cauſa quare appellationis memine-
rit lex noſtra, in quo Cuiac. *lib.9. obſeru. cap.35.* hæret,
neſcio quid comminiſcens, & Pichard. *in §. quia autem
18. Inſt. de excuſat. tut.* ſatis nudè id pertractans, ſicut
omnia, quæ ad librum primum Inſtitutionum ſpe-
ctant (qua de cauſa aliquando volui lacunas quas reli-
quit, additionibus explere, & cùm muneris noſtri, cùm
Salmanticæ degeremus, occupatio retardaret, ipſe au-
ctori miſimus noſtros labores, vt in tertia excuſione
perpoliret.)

Probare itaque debet qui à nominatione appella- 17
uit, ſe iuſtè appellaſſe, & iuſtificare (vt noſtri loquun-
tur) cauſas ſuæ appellationis, *d.l. hi qui 7. C. de appell.* de
qua re vide relatos ab Oſvvald. *lib.28. Donell. cap.8.
lit.C.* Contrà autem habetur in tutela ex *§. qui autem
18. Inſt. de excuſat. l.1. §.1. Digeſt. quando appelland. ſit.*
docet Pich. *ſupr. & in d. §.18.* Donell. *lib.3. com. cap.9.*
& *ibi* Oſuuald. *lit.R.* Cuiac. *in l.2. §. nunc tranſeamus.
D. de excuſ. tut.* Gratian. *deciſ.30.* Auiles *dict. cap.17. pp.
verb. eliian. num.9.* Auendan. *de exeq. d. cap.19. num.26.
verſ. his caſibus*, & alios referentes Fontanell. *ſupr. d.
clauſ.4. gloſ.10. n.129.* & Salgad. *de reg. protect.3. p. c.8.
n.24. & 25.* † Hodie verò apud nos vix in facto con- 18
tinget quòd nominati ad duumviratus, vel decuriona-
tus appellent, imò verò nihil in populis & municipiis
magis ambiunt oppidani quàm huiuſmodi officia
duumviratus, ſeu decurionatus, quorum cauſa rixæ, li-
tes, iurgia communem ſocietatem diſtrahentia ple-
rumque oriuntur, cum magno & honoris & patrimo-
niorum detrimento, vt quotidie vidimus in Regiis
Valliſoletano & Granatenſi Auditoriis.

Quare appellationes plerumque proponuntur ab 19
aliis non electis, & ab officiorum adeptione eiectis,
ſciſſo in contrarias partes populo & concilio, & cum
cuilibet de populo impugnatio electionis competat,
*lege reus delatus ſeptim. verſ. eum, iuncta gloſ. ibi verb. ap-
pellatum. Digeſt. de munerib.* facit *lex tertia §. fin. cum lege
ſeq. D. de noui oper. nunt.* cum pluribus relatis ab Auen-
dan. *d.c.19. n.27.* Fontanell. *d. gl.10. part.1. n.90. verſ.
& non tantum & n. ſeq.* Pars quæ maiorem in electione
habet numerum ſuffragiorum, & potentior eſt, in poſ-
ſeſſionem officiorum ſuos electos mittere ſolet. Alte-
ra verò electionem impugnat, & contradicit, variis
exceptionibus vtens quæſtio frequentior ſolet agitari
in hac Curia noſtra, (omitto alias plures quas pertra-
ctant poſt Auend. Curiam Piſan. & alios Fontan. *dict.
clauſ. quart. gloſ.10. tot.*) An pendente exceptione con- 20
tra electionem Duumvirorum (*Alcaldes* dicimus) De-
curionum, vel aliorum officialium, poſſint electi In-
terim dum lis pendet, exercere officia ſua, quàm quæ-
ſtionem tractauit Specul. *lib.4. tit. de except. §. nunc vi-
dendum*, & in terminis Phœbus *deciſione 65.* qui di-
ſtinguunt, an electus inceperit exercere, vel non, vt
in primo caſu retineat exercitium ſuæ poſſeſſionis, in
ſecundo verò excludatur, quia cùm inchoata fuerit
poſſeſſio, conſeruandus eſt ei ſtatus ſuæ poſſeſſio-
nis. *lege prima §. propter 3. Digeſt. nihil innouari app. pe-
nultim.* ibi, *Integer enim ſtatus eſſe videtur appellatione*

*interpoſita.* Secundo facit *caput fin. de iudiciis*, ibi, *Coge-
retis communitatem eamdem, electum ab eiſdem in Recto-
rem admittere*, & ibi, *ne tempus regiminis inutiliter eleba-
tur*, vbi cùm lis verteretur ſuper electione, coguntur
qui ſunt de communitate, electum admittere & retine-
21 re. † Tertiò facit *l. ordinata* 24. *D. de liberal. cauſ. leg. lite*
14. *Cod. eod.* vbi ſi quæſtio ſtatus moueatur, interim
pro libero habetur is de cuius libertate quæritur quo-
rum iurium argumento traditur quòd etſi pendente
lite nobilitatis quoad Pragmaticam de Cordoua non
excuſetur quis à contributionibus, ex *l. 9. tit.* 11. *lib. 2.
Recop.* tamen qui litigat, poteſt obtinere officia quæ
Nobilibus conceduntur, vt poſt Couar. docuerunt Ota-
lora *de nobilit. 3. part. tertiæ par. princ. cap. 3. n.* 8. Garcia *de
nob. gloſ.* 35. *n.* 49. Auendan. *d. cap.* 19. *n.* 23. *verſ. decimoter-
tio debet.* Gutierr. *lib. 1. pp. quæſt.* 25. Seſſe *deciſ. 2. num.* 51.
*&* 55. Fab. de Anna *conſ.* 80. Paſcal. *de patr. poteſt. 4. p.
cap. 2. num.* 87. & ita vidi in Curia Granatenſi iudicatum
fuiſſe.

22 Verùm hæc ſententia non videtur poſſe ſubſiſte-
re, primò ex *d. l. qui ſtatus* 8. *de re milit.* vbi qui ſtatus
controuerſiam patitur, non poteſt interim nomen mi-
litiæ dare, nec fundamentum quod præſtat ea lex,
contra ſupradictam ſententiam eneruatur ſi dicas lo-
qui *ibi*, Vlpian. de his qui nomen militiæ dare volunt,
qui debent eſſe ingenui, cùm ſerui à militia prohibiti
fuerint. *leg. ab omni* 11. *D. de re. milit. leg. qui de liber-
tate* 19. *de liberal. cauſ.* Nam non malè adduci potuit
illa lex ad propoſitum, quia non minus incapax eſt
officij obtinendi, qui non ritè electus eſt quam erat
ſeruus militiæ ſedandi, cùm per appellationem ſuſ-
penſa ſit electio, & ad eum ſtatum deuenerit, vt
cenſeatur tanquam ſi facta non fuiſſet. *leg. ſciendum*
15. *§. ſi fundum. D. qui ſatiſdare cog. leg. 1. §. fin. D. ad SC.
Turpill. l. 1. §. integer. D. nil nouar. appell.* cum adductis
à Roman. *conſ.* 41. Alexandr. *conſ.* 36. *numer.* 5. *libr.* 4.
Tuſch. *tom. 1. lit. A. concl.* 377. Gutierr. *lib. 1. pp. quæſt.*
39. *num.* 2. Phœb. *arreſt.* 104. Azeued. *in leg.* 32. *tit. 6.
lib. 3. Recop. num.* 6. & ita vterque effectus appellationis
locum habere debet. *capit. concertationi* 8. *de appellat.
lib.* 6.

23 Ruſus facit quòd quemadmodum electus vti po-
teſt appellationis remedio, quod non debuiſſet eligi,
ita etiam concedendum eſt in electore, vel eo cui ius
competit contra electionem dicere, vt poſſit appellare,
cùm ſint relatiua. *l. ſi ad magiſtratum* 18. *infr. h. t.* & di-
cam in tertio fundamento; ſed electus per appellatio-
nem ſuſpendit *in præſenti* effectum electionis: ergo eo-
dem etſi elector, vel qui hoc ius habet, ſuſpendere
debuit per appellationem interpoſitam effectum ele-
ctionis, & ſic pendente lite electus officium non po-
teſt exercere.

24 Tertiò expendo *l. nominationes* 27. *C. de appellat.* vbi
ſi nominatio facta fuit abſque ſolemnitate, aiunt Im-
peratores ad eam reſcindendam non eſſe neceſſariam
appellationem, & tamen *ibi* generaliter loquuntur
tam de appellatione nominati, quàm de appellatio-
ne nominatorum, aut, eorum cui tale ius competere
poteſt, quod clarius patet ex *l. ſi conſtet* 12. *D. de appel-
lat.* vbi appellatio interpoſita fuit, non ab electo, ſed ab
electoribus vel aliis. Ergo ſi in ſpecie illorum iurium
non eſſet in re aperta appellatio, ſed obſcura, ſuſpen-
deret iuxta naturam ſuam adminiſtrationem officialis
electi.

25 Quartò expendo doctrinam communem quod ſi
electus ad officium fuerit impeditus per obiectiones
ſibi oppoſitas, quòd non ſit ritè electus, & interim
elabatur tempus officij, licèt ſententiam poſtea obti-
neat, qua confirmetur electio, neutiquam poterit of-
ficium aſſumere, & ſequenti anno exercere, *argumento
l. ſi vſusfruct. mihi 6. ff. de vſufr. leg.* docent Franc. *dec* 84.
*num.* 3. *& ibi* Amendola Cabedo *dec.* 84. *num.* 5. *parte* 2.
Valaſc. & alij relati à Salgado *de reg. protect. 4. pag. codice
vndecimo, numero* 54. Fontanell. *de pact. nup. clauſ. 4.
gloſ. 10. pagina prima numero* 102. *&* 104. Maſtrill. *de
magiſtr. libro primo, capite* 21. *numero* 90. *& capite* 23.
*numero* 56. & nullis relatis propter ſuum Valaſcum,
Barboſ. *in collect. ad dict. caput fin. de iudiciis, numero
ſeptimo.* † Cùm ergo hæc doctrina ſit veriſſima, ſe- 26
quitur electum interim, dum lis pendet, minimè poſ-
ſe exercere, aliàs ſuperflua eſſet hæc doctrina, quod
non eſt dicendum. † Atque ita hanc noſtram ſenten- 27
tiam probauit Senatus Luſitanus apud Phœbum *dicta
deciſione* 65. *num.* 1. licèt ipſe nulla adducat fundamen-
ta, ſed ita nudè principalem quæſtionem pertractat, vt
ſolùm tituli magis commendationem, quàm diſpoſitio-
nem deſignet, ſolùmque laudat Speculatorem, cùm ta-
men potuerit allegare omnes Canoniſtas *in d. c. fi. de iu-
dic.* præcipuè Ioan. Menoch. *n.* 10. qui ita teſtatur, *& ibi-
dem* Barboſ. *n.* 6.

Hac tamen ſententia admiſſa non obſtant funda- 28
menta contrariæ. Primò ad Speculatoris diſtinctionem
reſpondendum erit, inchoationem officij ita eſſe ac-
cipiendam, ſi poſtquam in poſſeſſionem miſſus eſt of-
ficij electus, inſurgat contra eum aliquis, & appellatio-
nis remedio vtatur, tunc enim diceremus conſeruan-
dum eſſe electum in ſtatu ſuæ poſſeſſionis. At verò ſi
ſtatim ac electio facta ſit, contra eam reclamatum eſt,
& appellatio interpoſita, ne ſcilicet admittatur ad of-
ficium, propter aliquas cauſas, de quib. Cabed. *d. dec.* 84.
*n.* 17. *& ſeq.* & ei qui velit electionem confirmare, & ele-
ctum in poſſeſſionem mittere, indictum ſit ne vlteriùs
procedat, neque officiales nominatos in poſſeſſionem
mittat, & ſi contra faciat, appelletur, tunc profectò ne-
mo eſt qui non videat nominatos nullam poſſeſſionem
habere, & attentatum eſſe, & ſi rectè irrita pronuntia-
bitur poſſeſſio, & minimè pendente cauſa appellatio-
nis in exercitio erunt manutenendi, iuxta *ſuprà* reſolu-
ta, vt obſeruant Cabebo *d. deciſ.* 84. *n.* 16. & relati à Fon-
tanell. *ſupr. d. gloſ.* 10. *n.* 98.

Neque electos fouet Summus Pontifex *in d. c. fin. de* 29
*iudicijs*, quia illa verba, *Ne tempus regiminis inutiliter
elabatur*, ſunt ex allegatione partis, ſcilicet Syndici
monaſterij, non verò decidunt, vt facile legenti occur-
ret, imò ea ratione non obſtante in negotio procedi
decreuit Pontifex, & caſtro illi, contra quod litiga-
bant Abbas, & Conuentus, iniungit, vt dum pendet lis
Rectorem à Conuentu electum admitteret, quia obti-
nuerat in poſſeſſorio contra dictum caſtrum, & ſic de-
buerunt Abbas & Conuentus tueri in poſſeſſione,
dum pendebat ius proprietatis. Nam cùm principio
contra caſtrum Conuentus poſſeſſorio egiſſet, & obti-
nuiſſet, Rectorem elegit, quem vt reiiceret petitorio
contra monaſterium egit caſtrum. Honorius autem
retinendum eſſe ait rectiſſimè, quia inductum erat mo-
naſterium in poſſeſſionem eligendi, quæ electio erat
effectus talis poſſeſſionis.

Omitto nunc diſputationem quæ in illo textu ſolet 30
agitari, quomodo iudex poſſeſſionis non cognoſcit
*ibid.* de proprietate, de qua videas præter DD. *ibi*,
Barb. *in collect. ad cap. 1. de cauſ. poſſ.* & ante Barbo-
ſam optimè eam quæſtionem tractauit Doctor Saha-
gun, quondam Salmanticenſis Academiæ ſacrorum
Canonum Primarius Anteceſſor, vir illa ætate doctiſ-
ſimus, *in repetitione*, quam typis dedit, *ad c. 1. de ſequeſtrat.
poſſeſſ. ex n.* 95.

Alterum fundamentum *de l. ordinata* 24. *ff. de liber.* 31
*cau.* minus negotij faciet, quia loquitur ſpeciali-
ter in cauſa liberali, fauore ſcilicet libertatis, vt ſcili-
cet ordinata lite qui de ſtatu ſuo litigat, pro libero ha-
beatur, vt ſi quas habeat actiones, in totum redigan-
tur, non verò quoad omnia, vt rectè docuit Accurſ.
*per tex. ibi in l. ſi cui* 25. *verſ. licet, ff. de liber. cauſ.* ex le-
ge itaque duodecim Tabularum vindiciæ datæ ſunt

libertati

libertati. *Vindiciæ* ſunt, vt quoties de libertate agitur,& incertum eſt,an ſeruus, vel liber ſit homo, tunc aſſeratur in poſſeſſionem libertatis interim dum lis pendet, *d.l.ordinata,l.lite* 14.*C.eod.l.*1.*C.qui dare tut.l.*2. *§. & cùm placuiſſet* 24. *ff. de orig. iur.* quòd vindicias dare dicebatur, vt videre eſt ex Liuio *decad.*1.*lib.*3. vbi factum illud Appij Claudij commemorat, qui Virginiæ amore ardens clienti negotium dederat (verba ſunt Liuij,) *vt virginem in ſeruitutem aſſereret, neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias. Aduocati puellæ cùm patrem dixiſſent abeſſe, poſtulat vt rem in patris aduentum differat. lege ab ipſo lata vindicias det ſecundùm libertatem, nec patiatur virginem adultam famæ prius,quàm libertatis periculum adire.* Conuenit Pomponius *in d.l.*2.*§.& cùm placuiſſet,ff. de orig.iur.* Petebatur itaque ab Appio vt eſſet Virginia in poſſeſſione libertatis,dum de eius ſtatu quærebatur, vt explicauit Reuard.*ad ll.*12.*tab.c.*6.Gothofr.*in notis ad eaſdem tit.*22.*§.* 2. & alij,quos laudat Oſvvald. *ad Donell.lib.*20.*comm. cap.*1.*lit.A. in fin.* Schard.Caluinus & alij *de verb. iur. verb.vindiciæ.* Roſin. *lib.*8.*antiq.cap.*6.*pag.*1278.

32 Aliud argumentum deductum ex doctrina Couarr. & aliorum *ſup.num.*21. reſpondeo procedere, quia qui de nobilitate ſua agunt, interim non exiſtimantur plebeij, niſi tantum quoad tributa ſoluenda, ex Pragmatica Regis Henrici,quæ eſt *l.*9.*tit.*11.*lib.*2.*Recop.* non verò quoad poſſeſſionem ſuæ nobilitatis,quam retinet dum durat litis controuerſia, vt eleganter obſeruat Couar. *lib.*1.*var.cap.*16.*num.*11. & ideo rectè potuit ad officia eligi, iuxta *ſuprà* dicta. Hoc tamen non habet locum in noſtra ſpecie, vbi nulla adeſt poſſeſſio, neque ius, cùm per appellationem ſit ſuſpenſum.

33 Neque obſtabit ſi dicas electionem ab officialibus factam eſſe actum mere extraiudicialem, quia tales actus non fiunt à Concilio tanquam à iudice, iuxta Bobadill. *lib.*3.*c.*8.*n.*175. & in actibus extraiudicialibus non datur attentatum, vt docet Couar. *cap.*24. *pp.num.*5. & cum pluribus exornat Salgad. *de regia protect.*2.*part.cap.*13.*ex num.*1. neque ſuſpenditur executio per appellationem, *c. conſtitutis* 46.*de appellatio.* vbi Panormitan. Lancellot. *de attent.*2.*part.cap.*12.*limit.*5.*n.*4.*&* 5.*& limit.*40.*n.*5.*& limit.*49.*n.*5.Gonzalez *reg.*8.*Cancell.gloſſ.*9.*in annotat.n.*20. Ergo quantumuis appellatio & reclamatio proponatur, non poterit reuocari datio exercitij officialis, cùm actus fiat extraiudicialiter.

34 Reſpondeo itaque electionem non eſſe actum merè extraiudicialem, quando interuenit contradictio patris,vt patet ex *cap.conſtitutio* 41.*de elect. lib.*6. *Clem.*2. *de iudiciis*, aduertit Salgado *d.capit.*13. *ex num.*34. qui *num.*72.*verſ.igitur*, rectiſſimè ait quod vbi in extraiudicialibus)qualis eſt electio) per comparationem contradictoris exceptiones non friuolas, ſed legitimas, & non calumnioſas opponentis, efficitur actus iudicialis, & alteratur eius natura, & in ea procedi debet contradictorio iudicio, quia contradictio ipſa facit litis conteſtationem,& poſtquam ſunt exceptiones oppoſitæ & propoſitæ, à non admiſſione & receptione earumdem admitti debet appellatio, *c.concertationi* 8.*de appellat.lib.*6.quæ vtrumque effectum debebit habere, iuxta tradita à Salgado *d. c.*13. *n.*136.*& ſeq.*

Crederem tamen noſtram ſententiam temperandam, quoties electio legitimè facta fuiſſet, iuxta leges
35 & conſuetudinem, & nihilominus appellatio interponeretur, tunc enim cùm cauſa appellationis friuola eſſet, *argumento c.cùm appellationibus* 5. *de appell. lib.*6. iunctis quæ de friuolis appellationibus cumulat Salgado *ſupr.*3.*part.c.*6.*ex num.*1.28.*&* 40. rectè talis appellatio contemnenda eſt,& electus in poſſeſſionem mitti debet ſui officij, & abſque metu attentatorum ad executionem electionis procedi, *argumento l. nominationes* 27.*C.de appell.* quia malitiis indulgendum non eſt.

Huic quæſtioni annectenda eſt alia non minus frequens, quàm difficilis,an ſi ſuſpenſa fuerit electio of- 36
ficialium per controuerſiam, & pendente lite annus elabatur, reſtituti poſt annum elapſum, nondum facta electione, poſſint eam facere de officialibus futuris, anni ſcilicet ſequentis. Et pro eis facit quòd quamuis officiales obtineant poſt annum elapſum,licèt ad officia non reſtituantur, reſtituantur tamen ad intereſſe, vt ex *d. leg. ſi vſuſfructus mihi in biennium* 6.*ff. de vſufr. leg.* probaui ſupr. *num....* & ſic ad nouam electionem celebrandam reſtituti videntur. Quoniam ſi per ſententiam electio confirmata fuit, & iam validam fuiſſe declaratum, qui antea erant in officio, non poterunt eligere, quia finitum eſt ſuum officium, & electio ab aliis facta non eſſet legitima, vtpote facta ab iis, qui iam nullum ius habebant,& cùm in ea verſentur operæ perſonales quæ mutantur ex curſu temporis, aliæ ſunt huius anni, & aliæ anni ſequentis, vt firmat Cabedo *d.dec.*84.*num.*5.2.*part.* Vnde cùm tempus expirauerit, in quo poterant manentes in officio eligere, ius nullum officialibus antecedentibus iam relinquitur, *argumento l.epiſtola* 5 2.*§.fin.ff.de pactis, leg. Imperator* 8.*de poſtuland.* cum adductis à Ramon. *conſ.*6.*num.* 62.*& ſeqq.* & ſic qui obtinuerunt, gaudere debent ſubrogatione temporis præſentis in locum præteriti, *argumento l.Cæſare* 15.*ff.de publicanis*, docet Aretin. *in l.ſi ita ſtipulatus eſſem,num.*2.*&* 4.*ff.de verb.obl.* Franchis *deciſ.*419.*n.*4.

Neque obertit quod ſi tranſactus eſt annus,iam non 37
poterit iſte, qui obtinuit, eligere, quia cùm fuerit impeditus propter litigium, non erit excluſus ab electione & nominatione ſucceſſoris,cùm impedito non currat tempus, *l.*1.*§.fin. C.de annal.excep.* cum aliis vulgatis,quæ refert Barboſ. *de axiomat. verb.tempus* 116. præcipuè, quia cùm non ſit electus ſucceſſor, rectè poterit ſaltem quoad electionem officium exercere, ſicut qui ſpectat ſucceſſorem, retinet officium vſque ad aduentum eius, *leg.meminiſſe,ff.de offic. Proconſ.* cùm notatis *ibi* à Bart.& aliis,& Auiles *in cap.*5.*pp.num.*6. Bobad.*lib.*1.*c.*2.*n.*23. Maſtr. *de magiſtr.lib.*1.*c.*23.*n.*77. aliàs enim ſequeretur abſurdum quod non eſſet in populo qui poſſet eligere officiales anni ſequentis.

At verò ſi electio, ſuper qua litigatur, infirmetur, 38
iterum dubitatur qui debeant hanc electionem facere, an qui priùs elegerunt, licèt non benè,an autem depoſitarij, quibus pendente lite ſequeſtrata ſunt officia; & videtur eos qui electionem fecerunt, licèt annullatam iterum electionem facturos, quia non ex eo quòd elegerunt nulliter, ius eligendi perdiderunt, cùm ad id iure proprio admittantur,non verò iure alieno, vt docet in propoſito Auendan. *d.cap.*19.*num.*22. *verſ.& de nouo.* Bobad. *lib.*3.*cap.*8.*num.*46. Cabedo *d.dec.*84. *num.*14.*p.*2. Caldas *de poteſt.eligend.*3.*p.cap.*5.*num.*8. latè Fontanell. *tom.*1. *de pact.nup.clauſ.*4.*gloſ.*10.*p.*1.*ex num.*41. Loſæus *de iure vniuerſ.*1.*p.c.*3.*num.*103.*& ſeqq.* & pro ea ſententia multoties pronuntiatum vidimus in Granatenſi regia Curia, in multis ſimilibus litibus.

In contrarium autem videtur quòd ſi apud ſeque- 39
ſtrum officia manſerunt dum lis pendebat electionis, depoſitarij electionem facient: quia qui functi ſunt officio ſuo, nullum ius poſt electionem habent, & poſſeſſio in ſequeſtrum,ſeu depoſitum transfertur. *leg. licet* 17.*§.fin.ff.depoſiti*, & fructus poſſeſſionis eſt iuriſdictio ipſa, quam exercent, & conſequenter electio, iuxta adducta à Giurb. *conſ.*96.*num.*7.*&* 10. Et quamuis non ignorem *dict.l.licet.§.fin.* loqui quando deponitur poſſeſſio, ne pugnet cum *leg.intereſſe* 39.*ff.de adquir.poſſ.* vt notauit Donell. *lib.*5.*comm.c.*13. vbi Oſvvald. *lit.F.* † Quoniam regulariter depoſitarius, &

ſequeſter ſua poſſeſſione poſſeſſorem non priuat, vt
docent plures apud Barboſam in cap.1. de ſequeſtra:.
poſſ.n.5. vbi etiam Sahagun. num.8. Menoch. de retinen.
rem.3.n.86.& ſeq. Ludou dec.9.n.2. Gratian. tom.1.diſ-
ceptat.c.114.n.12. Riccius collect.1643.p.5. At quando
iuriſdictio ſequeſtratur, certum eſt deponi ipſam poſ-
ſeſſionem, nam ipſa iuriſdictio & poſſeſſio quæ con-
ſiſtit in exercitio, idem ſunt, leg.1. de iuriſdict. & ſic
ad exercitium, ſeu poſſeſſionem illam pertinebit quo-
que electio officialium, ſicut pertinent cæteræ res, quæ
ad iuriſdictionem ſpectant, & quæ dependent ab ea-
dem quæ ſunt iuriſdictionis affectus, argumento l. Ti-
tia 84.ff.de ſolut. vt notat eum Ruin. conſ.53. numer.7.
vol.4. Farinac. in nouiſſim.1.p.dec.597.num.4. & fuit do-
41 ctrina Bald. in l.alienationes num.2.ff.famil. erciſc. † qui
tenet ſequeſtrum, aut depoſitarium poſſe eligere, ſeu
præſentare, quod docuit Innoc. in cap. examinata, de
iudiciis, in princ. Felin. in cap.cum Bertoldus, de re iudic.
num.29.& 30. & alios referens Gutier. de tutel.3.p.c.7.
n.16. Ceuall. com.contra com. q.740.n.1. Cened.collect.5.
ad Decretal.n.9.& lib.1.canon.q.10.n.3. Garcia de bene-
fic.5.p.c.6.n.1. Barboſ.in collect.ad c.ex litteris, de iure pa-
tron.n.8. & in c.1. de ſequeſtr.poſſ.n.5.& 6. & quamvis
hæc in rebus ſpiritualibus habeant locum, argumen-
tum etiam applicatur & in profanis, in quibus datur
eadem ſimilitudo, vt obſeruat Molin. li.2.de primog.c.4.
n.38.& ſeqq. Gratian. 1.tom.diſcep.c.58.n.11. & plures
congerens Fontanell. ſup.d.clauſ.4.gloſ.10.p.1. num.42.
& Ramon.conſ.6.n.47. quia leges non dedignantur ſa-
cros canones imitari, vt aiunt iura, & ſic eodem modo
depoſitarius officij electionem facere debet, cùm vter-
que à pari procedat.

42 Nihilominus tamen adhuc in ea ſum opinione, vt
in caſu propoſito electio debeat deuolui ad eos, qui
priùs elegerunt, quod quia contra communem opi-
nionem procedere videtur, ideo fortioribus fundamen-
43 tis ſolidabimus. Primò † quia electio, quæ non for-
titur effectum conſummatum, non tollit eligenti ius
iterum eligendi, c.ſi electio 26.cap. ſi compromiſſarius 37.
de electione, lib.6. tradit Oldrad. conſ.57. de conceſſ. præb.
n.1.& multis adductis Gonzalez in reg. Canc. gloſſ.45.
§.3, ex num.6. Gratian. tom.1.diſcep.cap.58. numero 5.&
ſeq. Surd. omnino videndus conſ.264. n.29. vol.2. Fon-
44 tanella d.gl.10.num.49. † Neque enim poteſt dici ele-
ctio quæ non habuit effectum, cùm illo remoto, remo-
ueatur nomen & ſpecies, vt dixit Bal. & relati à Gra-
tiano ſup.num.7.& cùm primus actus non obtinuit ef-
fectum ſuum, ſecundùm intentionem agentis, debet
iterum fieri, l.qui per ſalutem 33 ff.de iureiuran.l.de die 8.
§.ſi ſeruus, l.ſi arbitro 10.in fine, ff. qui ſatiſdare cog. Tira-
quel.in l.boue, § hoc ſermone, lim.1.n.1. & 20.& limit.6.
n.6.poſt gloſſ.verb.reiterari, in c. Daibertum 24.1.q.7.& in
iudice, qui licèt nulliter declarauit, non tamen propte-
rea priuatur facultate iterum iudicandi, tradit Menoch.
de arbitrar.q.67.n.2. Pereyra de nomin.emph.tom.3.cap.5.
n.8.& ſeq. Fontanell. ſup.n.58.

45 Secundò facit quòd ſequeſter vtitur non ſuo iure,
ſed alieno, iuxta Cabed. d.deciſ.84. num.14. & ſeque-
ſtro conceditur vſus dum lis pendet, ad tempus ſcilicet
limitatum, atque ita limitatum debet producere effe-
ctum, iuxta vulgarem regulam l.in agris 21.ff.de adquir.
rer.dom. Gonzalez ſuprà in præm.§.7. numer.59. Quare
ſi elegiſſent depoſitarij, ius ſuum tranſcenderent, &
vſurparent officium proprietariorum, & ſi finito iam
anno ad electionem procederent, cùm ius quod ha-
bent, ſit limitatum, alios depoſitarios eligerent, & ſic
vſurparent auctoritatem ſuperioris, qui ea officia ſe-
queſtrauerat, & nominarent priuata auctoritate, &
contra decretum regium Cancellariæ, quod plerumque
concipitur, Vt depoſitarij vtantur officiis dum lis pendet,
& vt interim non poſſint depoſitum alterare, & hoc intelli-
46 gatur ſine præiudicio electorum. † Ergo iam finita lite
ſequeſtrum expirabit, cùm vſque in illud tempus de-
poſita ſint officia, argumento leg.in honorar. 53. verſ.ſed
cum reſciſſa, ff.de oblig.& act.leg.epiſtol.52.§.fin. Dig. de
pact. quia lapſus temporis excludit à beneficio quod
ad tempus fuit conceſſum, argumento l.Imperator 8.ff.
de poſtulan. Ramon. d.conſ.6.num.64. Quare cum res
reducatur ad tempus, quo debuit fieri electio, effectus
ſententiæ per fictionem retrotractiuam retrahendus
eſt ad tale tempus, ex traditis à Coſta de retrotr. cap.9.
caſ.18. & ſic celebranda eſt electio ab iis, qui prius eam
fecerunt, quia pendente lite non videntur poſſeſſio-
nem perdidiſſe quo ad hanc cauſam electores, ex dicta
clauſula præſeruatiua, vt ſequeſtrentur officia ſine
præiudicio electorum, vt docent Beltramin. in add.
Ludouiſ.deciſ.9.num.15.& 16. Seraphin. deciſ.156. nu-
mer.4.& deciſ.946. Riccius reſolut.415. in fin. † quæ 47
retrotractio optimè confingi poteſt, cum medio illo
tempore nullum ius fuerit alicui quæſitum, quo po-
tuiſſent excludi electores, argumento l.ſtipulatio 63.ff.
de iure dot. notant relati à Ramon. d.conſ.6.num.36.
quia ſola electio nullum parit electo ius, niſi ſequatur
acceptatio, confirmatio, & ingreſſus officij Ramon.
vbi prox.n.29. & Bobadill. lib.3.cap.8.num.57.

Neque obſtat doctrina Bal. in d.leg.alienationes n.2. 48
Digeſt.fam.erciſ. qui ait eum eligere debere, qui eſt in
poſſeſſione. Quia licet ea doctrina vera ſit, ex Couar.
pp.cap.14. num.2. Gutierr. lib.3. pp.quæſt.42. num.46.
Ceuall. 5.tom.q.49.numero 20.& 21. Nicol. Garcia de
benefic.5.p.c.5. num.4. intelligenda eſt in eo, qui veram
habet poſſeſſionem, quam tamen non habet ſequeſter,
qui verè non poſſidet, ſed tantum habet detentatio-
nem iuriſdictionis, argumento l. more 5. ff. de iuriſdict.
cùm ei non conueniat diffinitio poſſeſſionis, quam
tradit Donell. lib.5.comm.c.6. & ibi Oſvvald. Pichard.
in princ. Inſt.de interdictis, in tract.de adquir.poſſeſſ.art.2.
ex n.27. & ſic dicemus ſequeſtrum eſſe in poſſeſſione,
quod longè diuerſum eſt à poſſidere, leg. ſi quis ante 10.
§.1. ff.de adquir. poſſeſſ. vbi explicauit Cuiac. & lib.9.
obſeruat.cap.33. Petr.Faber in l.qui in ſeruitute 118.ff.de
reg.iur. Mindan. de materia poſſeſſ.c.2. num.3. Oſvvald.
d.lib.5. Don. cap.6. lit.L. & probat etiam l.certe 6.§.is
qui ff.de precario. † Eſt itaque depoſitarius tanquam 49
fructuarius illius iuriſdictionis, quia non habet affe-
ctum domini, vel, vt alij malunt, non habet affectum
poſſidendi, qui debet interuenire ex parte poſſidentis,
iuxta diffinitionem Donelli & Pichardi. Quapropter
magis eſt cuſtodiæ cauſa in poſſeſſione, vt alias dixit
IC. in dict.leg.ſi quis ante §.1.& in d.§.is qui, vbi de fru-
ctuario idem dicitur. † Quod non malè ſuadetur ex 50
vulgari doctrina, quæ tenet talè ſequeſtrationem, cùm
ſit neceſſaria, vtpote facta à iudice, non auferre poſ-
ſeſſionem litigantibus, teſtantur Azeued. in rub.tit.12.
lib.4.Recop.n.5. Grat. tom.1.diſcep.cap.114.n.12. Caſtil-
lo lib.3.quotid.c.16.numero 15.& ſeq. congeſſit plures
Barboſ. in d.cap.1. de ſequeſtr.poſſ.num.5. & ante eum
Sahagun ibidem n.9. ex quibus facilè reſpondetur ad
primum argumentum primæ opinionis contrariæ. Et
quamuis daremus poſſeſſionem eſſe apud ſequeſtrum,
non tamen dicemus ex ea fuiſſe conceſſam poſſeſſio-
nem eligendi, quæ diuerſa eſt à poſſeſſione iuris di-
cundi.

Alterum fundamentum deductum ex iure patrona- 51
tus minus debet eſſe in conſideratione, quoniam con-
traria opinio quod ſequeſter non poſſit præſentare,
non minus eſt à doctiſſimis viris admiſſa, vt conſtat ex
Barboſ. de iure Eccleſ.lib.3.c.12.num.233. Sahagun. in
cap.fin.de ſequeſtrat.poſſ.numer.56.& ſeq. Ceuall.d.quæſt.
740.num.3. Baëza de decima tutor.cap.20. num.17. qui
hanc veriorem cenſent, ex eo quòd contraria nullo iu-
re probetur, & hæc fortiſſimis fundamentis conſiſtat.
† Quorum vnum proponam deductum ex c.cum Ber- 52
toldus, de re iudicat. vbi creditor, cui ius patronatus
cum

cum vniuerſitate bonorum pignori datum eſt, (quod
in creditorem tranſit, *cap. ex litteris 7. cap. cùm ſæculum,
de iure patro. l. modicis 24. de contrah. empt. l. quædam 62.
ff. de adquir. rer. dom.* cum adductis à Barboſ. *in collect.
ad d. cap. ex litteris*) præſentare non poteſt, vt ex aliis
tradit idem Barboſ. *de iure Eccleſ. lib. 3. c. 12. num. 237.*
& tamen creditor talis idem iuris habet quod ſeque-
ſter, quia verè poſſidet pignus creditor. *l. per ſeruum 37.
ff. de adquir. rer. domin. leg. 1. §. per ſeruum 15. ff. de adquir.
poſſ. l. ſerui 16. ff. de vſucap. l. 13. tit. 10. p. 7.* ibi, *verdadera
tenencia*, docent Cuiac. *lib. 18. obſer. cap. 24.* Giphan.
*in d. l. 1. §. 15. num. 69.* Copus *de fructib. tit. 4. c. 1.* Do-
nell. *de pignor. cap. 9.* Menoch. *de recup. rem. 9. num. 197.*
53 *& ſeq.* Gregor. *in d. l. 1. verb. tenencia.* † Et nullam aliam
rationem tradunt contrariæ opinionis auctores, ob
quam ſequeſter præſentet, niſi quia poſſidet & præ-
ſentatio poſſeſſorem ſequatur, *cap. ex litteris 7. capit.
conſultationibus 19. de iure patron.* quæ ratio falſa eſt, vt
rectiſſimè obſeruauit D. Sahagun. *in d. c. fin. de ſequeſtr.
poſſ. num. 57. verſ. ſecundò omnes*, nam & vulgi commen-
tum eam vocat, & toto cœlo errare putat eius aſſeclas.
Nam *dict. cap. ex litteris 7. de iure patr.* loquitur de con-
ductione ad longum tempus, quæ vtile dominium
transfert, *leg. 1. & ſimilib. ff. ſi ager. vectig.* Hoc enim
ſignificat, *ad firmam dare*, vt ſic explodas Barboſ. *in
collect. ad d. cap. ex litteris n. 4.* qui de conductione ad
modicum tempus illa verba non rectè accepit, ſiqui-
dem conductor talis non poſſidet *d. l. certè 6. §. is qui. ff.
de precario.* & vtile dominium præferendum eſt dire-
cto in præſentatione, vt *in d. c. ex litteris.*

54 Minus ad rem facit fundamentum aliud deductum
ex *d. cap. conſultationibus 19. de iure patron.* Nam diſtin-
guendum eſt inter eum, qui poſſidet vniuerſitatem
bonorum, & eum, qui eſt in poſſeſſione præſentandi,
ſiquidem ſufficiens eſt ſola præſentandi poſſeſſio, etſi
poſtea in cauſa ſuccumbat. Menoch. *conſ. 90. num. 125.*
non verò ſufficiens eſt poſſeſſio bonorũ, vt docuimus
cum Sahagun *ſup. n. 63. & 64.* qui addit quòd quam-
uis in praxi viderit ſequeſtrum præſentare, hoc factum
fuiſſe diuerſa ratione, quàm ea quæ conſiſtit in poſ-
ſeſſione, ſcilicet, quia ea ſit ſequeſtrationis natura vt
res, de qua controuertitur, apud ſequeſtrum depona-
tur, & poſſeſſio transferatur, ita vt neuter ex litigato-
ribus rem habeat, iuxta terminos *d. l. licèt, §. fin. ff. depo-
ſiti*, ſiue ſequeſter ſit à partibus, vel à iudice electus
pro Domino futuro, & eius nomine videtur præſenta-
re, cùm vnus ex contendentibus Dominus ſit, & in
eius vtilitatem vſucapiat, *d. l. intereſſe, de adquir. poſſ.*
& interim rem cuſtodiat, & adminiſtret iure, quaſi
mandatum habens ad præſentandum, rectè poteſt præ-
ſentare, *c. illud 8. cap. ex inſinuatione 14. c. per noſtras 26.
de iure patronat.* ita vt talis præſentatus, & inde inſtitu-
tus, eum, qui victor extiterit, recognoſcat, tanquam
patronum, *argum. c. ſi verò 12. de iure patron.* cum qua
doctrina nunc ego tranſeo, quia hic locus non eſt eam
in examen rigidum adducendi.

55 Ait lex, *quem ſi conſtiterit nominari minimè debuiſſe*,
hoc ideo, quia electus potuit habere excuſationem.
Cùm ergo decurionatus, vt ſcripſi *in rubrica*, adeò
fuerit laborioſus, plures excuſationes propoſitæ ſunt
in iure, quibus qui eligebatur, liberari poſſet ab no-
minatione. Hinc variæ excuſationum cauſæ à legibus
admiſſæ, vel reprobata. Videamus itaque de *admiſſis.*
56 † Prima ſi ſeptuageſimũ ætatis annum electus habue-
rit, *l. ſi vltra 10. infr. h. tit.* vel quinquagintaquinque
annis maior fuerit, *l. fin. infr. qui ætate, vel profeſſ. ſe ex-
cuſ.* is enim ſenex dicitur ex Menoc. *de arbitr. caſ. 59.
toto.* Gratian. *diſcep. tom. 2. cap. 328.* Habuitque ſene-
ctus peculiarem fauorem, ob quem plerunque varia
priuilegia ætati conceſſa ſunt, vt recedatur à iuris regu-
lis ordinariis, vt obſeruat Flamin. *de reſignat benefic.
lib. 5. q. 6. n. 4.* &, vt inquit Pontifex *in cap. magnæ 7. de
voto*, ibi, *Ætatis vitæ ſeneſcentis defectus atque canicies
vix labores ſuos & dolores tolerare poteſt.* præſertim cum
ſenectus ipſa ſit morbus, teſte Comico, ob quàm ra-
tionem Virgil. *lib. 6. Æneid. verſ. 275.* morbum & ſe-
nectutem coniunxit,

——*ſubeunt morbi triſtiſque ſenectus.*

& ſic difficilè viſum eſt vt in graui iam ætate poſſit
quiſquam rectè, & provt decet rempublicam admini-
ſtrare, qui nec ſuis negotiis ſupereſſe poteſt, imò in
graui damno erit Reſpublica, cùm adminiſtretur ab
eo, qui iam creditur moriturus, & de alio ſæculo,
quàm de præſenti tractare, vt ſentiunt Alciat. *de præ-
ſump. reg. 1. præſumpt. 53.* Menoch. *libro 5. de præ-
ſumpt. 46. num. fin.* & ſic aptus non eſt officio publico
ſenex. Bobadill. *lib. 1. polit. cap. 7. n. 10. & ſeqq.* Quo-
modo enim de Republica tractabit cui incumbunt,
*Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curiæ, to-
ties inuocata morte, vt nullum frequentius ſit votum, cui he-
beſcunt ſenſus, membra torpent, præmoritur viſus, auditus,
inceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta*, verba ſunt
Plinij *lib. 7. hiſt. cap. 50.* † Accedit etiam ſenectuti an- 57
tiquos tantum detuliſſe, vt ſenes honoratiores iudica-
rentur, *leg. ſemper, 5. ff. de iure immunit.* &, vt ait Agell.
*lib. 2. noct. Attic. cap. 14.* apud antiquiſſimos Roma-
norum neque generi, neque pecuniæ præſtantiorem
honorem fuiſſe tributum, quàm ætati. Nam, vt Iuue-
nal. ait *Satyr. 13.*

*Credebant hoc grande nefas, & mortem piandum,*
*Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi*
*Barbato cuicumque puer.*

Quapropter magnus honos ſenibus exhibitus in con-
ſilio, ſeſſionibus, conuiuiis, & in omnibus, vt dicemus
*in l. ſancimus, infr. de conſulib.* cumulant in propoſito
multa Tiraq. *de iure primog. in præfat. n. 216.* Langlæus
*lib. 7. ſemeſtr. cap. 7.* Maſtrill. *lib. 2. de magiſtr. cap. 5. n. 4.*
Dorleans *ad Tacit. lib. 3. annal. pag. 372.* & Scriban. *lib. 2.
polit. Chriſt. cap. 7. verſ. Quod de Principe*, † & inde ſene- 58
ctus præbet iuſtam cauſam reſignandi epiſcopatum,
*cap. 1. c. niſi cùm pridem 10. verſ. alia verò, de renunt.* vbi
cum aliis aduertit Barboſ. poſt Menoch. *de arbitr. caſ.
59. num. 3.* & ne contineantur duro carcere, *l. fin. de cu-
ſtod. reor.* & vt examinentur ante litem conteſtatam,
*c. quoniam, vt licite non cont.* cum Farinac. *de teſtib. q. 76.
num. 83.* & alia ſimilia congerunt *ſuprà* adducti Tiraq.
*num. 105. & ſeq.* Maſtrill. *d. c. 5. n. 62.* Gothofr. *in dict. l.
ſemper.* Cened. *collect. ad Decret. 9. n. 5.* Cabed. *d. dec. 84.*
Fontanell. *d. gloſ. 10. n. 127.* Nouar. *in l. fin. infr. de Tyro-
nib. ex n. 3.* Gratian. *tom. 2. diſcep. c. 328. ex n. 2.*

Sed huic traditioni videtur contrauenire *l. 2. §. nume- 59
rus, & l. in honoribus 8. ff. de vacat. muner.* vbi ſeptuagin-
ta anni non tribuunt vacationem à muneribus delatis.
Cui difficultati rectè ſatisfacit Cuiac. *lib. 1. reſp. Papin.
in d. leg. 8.* qui ait ſeptuaginta annorum numerum ex-
cuſare à muneribus perſonalibus, vt in dictis iuribus
*leg. manifeſti, infr. qui ætate.* Sed ſi iam electi ſint, & tales
honores habeant annexa aliqua munera, quæ ea neceſ-
ſario ſequuntur, non ideo excuſationem habebunt,
veluti ſi aliquis Decurio creatus ſit; & deinde ſeptua-
genarius Duumuir creetur, iuxta *l. honores 7. §. is qui ff.
hoc tit.* non habebit excuſationem, quia duumviratus
cohæret muneri decurionatus, ſicut etiam non poterit
Decurio, quantumvis ſenior iam eſſet, ſe excuſare ab
aliis muneribus quæ honoribus adhærent, veluti edi-
tione muneris, *l. Circenſium, infr. h. t.* legatione, vel ſa-
cerdotio, *dict. leg. honoribus, l. 1. infr. de pericul. ſucceſſ.* quæ
dignitas patrimonij erogationem continebat, vt teſta-
tur Panciról. *in not. Imp. Orient. cap. 105.* Itaque dice-
mus ſenes horum annorum excuſari à muneribus,
quando principaliter ab eis ſe excuſarunt, non verò ſi
aliquod munus adepti velint ab illis muneribus con-
nexis & cohærentibus, & quæ veniunt in conſequen-
tiam, ſe excuſare. † Quemadmodum non excuſabun- 60

tur ſi ſuperueniat grauis ætas ei, qui munus iam ſuſ-
ceperat, vt notauit Accurſ. *in d.l.ſi vltra* 10.*infr. h.tit.*
quem ſequuntur Bar. & Salic. relati à Platea & Pyrrho
*ibidem*, & probatur *in l.prætor* 13.*§.fin.ff.de vacat.muner.*
*l.ſemper* 5.*§.hoc circa* 7.*ff.de iure immunit.l.infamia* 8. *in*
61 *ſecunda parte,infr.h.t.* † Etſi enim dici ſoleat quòd vbi
res deuenerit ad illum caſum, à quo incipere non po-
tuit, actum vitiari, quòd in variis quæſtionibus addu-
cunt IC. *in l.3. in fin.ff. de his quæ pro non ſcrip. l. quia in*
*eum* 16. *ff. ad leg. Aquil. leg.ſi minor* 4.*ff.de ſeruis export.*
*l.inter ſtipulantem* 83.*§. ſacram & §. ſi quis rem. leg. exi-*
*ſtimo* 98. *in fine principij,ff.de verb. oblig.* ea regula pro-
cedit quoties actus non perfectus, neque conſumma-
tus. At verò quando actus eſt perfectus, & abſolutus
tam in diſpoſitione, quàm in executione, non eſt
nouum, vt quæ ſemel vtiliter facta ſunt, durent, licèt
ad eum caſum deuenerint, à quo incipere non potue-
runt, *leg.patre* 8.*ff.de his qui ſunt ſui.l.oratione* 16.*§.fin.ff.*
*de ritu nupt. l.qui teſtamento* 20. *§. nec furioſus, ff. de te-*
*ſtam. c. factum* 66. *de reg. iur. in* 6. docent Donel. *in l.*
*pluribus, §. & ſi placeat, de verb. oblig.* Connan. *lib.*4.
*comm. cap.*9. *num.* 6. Eguinar. Baro & Corraſ. *in leg.*
*pro parte num.*10. *de ſeruit.* Cuiac. *tract.* 6. *ad Afric. in*
*leg. fundus* 32. *ff.de ſeruit. ruſtic.* Tiraq. *in tract. ceſſante*
*cauſ. limit.*12. *tot.* Petr.Greg. *lib.*4. *ſyntag.cap.*1.*num.*7.
Claud. Prat. *Gnoſeon general. iur. lib.*6. *tit.*7. *c.*3. Ant.
62 Gomez 2. *tom.var.cap.*10.*num.*21. † Ex quo facilè diſ-
ſolues quæſtionem quam excitat Pyrrhus *in d. l. ſi vl-*
*tra*, an ſuperueniens cauſa excuſet à muneribus. Nam
ſi iam munus ſuſceperat, & actus erat iam perfectus,
non habebit excuſationem: ſecus autem erit, ſi non-
dum erat conſummatus, ſed electio, verbi gratia, facta,
& in poſſeſſionem nondum miſſus electus.

63 Similiter etiam excuſationem non habet qui ſenex
cùm eſſet, & annoſus, excuſari ſe noluit, & ſponte de-
curionatum ſuſcepit, *l.3.h.t.toto tit. infr. de his qui ſponte*
*publ.l.non diſtinguemus* 32. *§. ſacerdotio, de arbitr.* An-
noſum vocat lex qui quinquagintaquinque annos ex-
ceſſit, huius enim ætatis homines quoad excuſatio-
nem pro ſenibus reputantur, vt conſtat ex ſupradictis
iuribus, licèt quoad excuſationem tutelæ maior ætas,
ſcilicet ſeptuaginta annorum, deſideretur, *§. item ma-*
*ior* 13. *de excuſat. tut.* de quo videbis Ant. Fab. *in Iu-*
*riſpr. tit.*24. *princ.*1. *illat.*4. *§. de excuſat. ob ætatem*, vbi
elegâter diſſerit, quare exigatur illa ætas maior, & non
ſufficiat vt quis ingreſſus ſit ſeptuageſimum annum
*in l.3.ff.de iure immunit.* Sed vellem ego vt nobis ape-
riret vir ingenioſiſſimus, quare in decurionatu ad
excuſationem ſufficiat minor ætas. Mihi alia non oc-
currit, niſi quia decurionatus honor maioribus erat
plenus curis & laboribus, vt diximus *in rubr.* & qui
hominem & ſuos filios Curiæ mancipabat perpetuò,
& qui functiones publicas implere tenebantur, *l. ad*
*ſubeunda* 45.*infr. h. t.* quapropter vel robuſtiorem exi-
gebat, quàm in adminiſtratione tutelæ.

64 Excuſantur quoque qui morbo ſunt affecti & affli-
ctis vt *in tit. qui morbo, infr.* videlicet ſi vtroque oculo
careat, *l.1.illo tit.l.infamia* 8.*l.à muneribus* 13.*infr.h.tit.*
Quomodo enim qui ſeipſum regere non poteſt, alios
reget? Idem erit dicendum de mutis, ſurdis & perpe-
tuo morbo laborantibus, qui podagra affligitur, ita vt
rebus ſuis intereſſe nequit, *l.3. infr. qui morbo*, videas
Maſtril. *lib.*1.*de magiſt.c.*36.*n.*93. *& lib.*2. *cap.*10. *toto.*
Giurb. *conſ.*8. *n.*13. Cabed. *d.deciſ.*84.*n.*35. Ant.Fabr.
*in Iuriſp.tit.*24.*prin.*1.*illat.*4.*§.de excuſat.ob valetudinem.*
Bobadill. *lib.*2.*c.*21. *n.*243.

65 Habet quoque excuſationem pater duodecim libe-
rorum, *l. ſi quis decurio* 24.*infr.h.tit.* quæ excuſatio in-
troducta eſt lege Iulia & Papia, quæ matrimoniorum
frequentationi & liberorum procreationi præmiis &
pœnis prouidit. Campus ſpatioſiſſimus ſeſe præbebat
de ea re diſſerendi, niſi iam id antea feciſſem *lib. meo*
*obſeruationum ſecundo c.*4.*in princ. & cap.*5. *toto*, vbi de
lege Iulia & Papia plura adduximus. Adeat locum
qui hanc rem latiùs velit exornare, nam mihi in ani-
mo ſemper fuit ne quidem mea ſcripta de vno in alium
librum transferre. Fœcunditati itaque meritò præmia
propoſita ſunt pluribus in locis. Nam pater, qui li-
beros habet in albo Decurionum, præfertur non ha-
benti, *l.in albo* 9.*infr.h.t.* & Conſul Conſuli, ex Agell.
*lib.*15. *noct.c.* 15. Album vocat tabulam illam, ſiue ma-
triculam, in qua Decurionum nomina ſecundùm cu-
iuſque ordinem ſcribuntur, de quo multa dixerunt
lexici *verb. Album.* & Gothofred. *in tit.de albo ſcriben-*
*do*, vbi duæ leges continentur quæ diſponunt quo
quiſque ordine ſedeat, & dicat ſententiam. † Sedebit 66
itaque prior qui pater ſit, deinde, qui filios non ſuſce-
pit *l.ſpurij* 6. *§.fin.ff.hoc tit.* Ciues originarij præferun-
tur ſi adſint in ciuitate incolis, qui non habent filios,
Mynſinger. *cent.*4. *obſeru.*30. Alciat. *de præſum. reg.*1.
*præſumpt.*37. *num.*1. & in aliis caſibus Nouar. *in d.l.in*
*albo.* Expedit enim reipublicæ vt abundet hominibus
ad quos procreandos vt homines inuitarentur neceſſe
fuit priuilegia proponere, *l.*1.*ff.ſol.mat.* dixi *d.c.*4.*&* 5.
exiſtimanturque magis de republica ſoliciti patres, qui
liberos ſuſceperunt, & neceſſe fuit patrem quiete &
libertate afficere, vt liberorum educationi vacare poſ-
ſet. Vnde excuſatio munerum numero liberorum in-
dicta eſt pluribus legibus Pandectarum & Codicis *l.*2.
*§.*1.*l.in honoribus* 8.*l.fin.ff. de vacat. mun.leg. ſemper* 5.*§.*
*demonſtratur. toto tit.infr. de his qui num.liber.l.*1. *infr.de*
*legation.* & hodie noua Pragmatica *anno* 1621. lata à
Rege noſtro varia fœcunditati præmia proponuntur,
nec ſolùm qui liberos ſuſceperint, verùm & qui ma-
trimonium contraxerint, docent Platea, Pyrrh. Cuiac.
Nouar. & alij *in d.l.in albo, & in d. leg. ſi quis decurion.*
vbi etiam Fulu. Conſt. Alciat. *de præſum. d. reg.*1. *præ-*
*ſump.*36. *num.*1. Menoch. *eod.tract.lib.*5.*præſum.*11.*n.*6.
& Auendañ. *de exem.*1. *p.c.*19.*n.*26.

Liberatur ergo pater duodecim liberorum decurio- 67
natu *in d.l. ſi quis decurion.* vbi pro *duodecim* vult repo-
nere Cuiac. *ſexdecim*, duplici ratione motus, & quòd
in Codice Theodoſiano ſit ſcriptum *tredecim*, hac nota
XIII. & duo II. mutati debent in V. & quòd *in d. l.*
*ſemper*, *§. demonſtratur*, ſexdecim requirantur. Sed *alibi*
dixi perpetuóque apud me manebit, auctoritatem Co-
dicum Vulgatorum maiorem eſſe quàm Codicis
Theodoſiani è latebris & tineis poſt multa ſæcula in
lucem extracti, & compago illa, vt notat XIII. mute-
tur in XVI. ridicula & indigna viro illo doctiſſimo
Cui non fauet *d.l. ſemper §. demonſtratur*, quoniam ibi
non exigit Ælius Pertinax Imperator tot liberos ad
vacationem, ſed fuit allegatio patris vt faciliùs ab Im-
peratore priuilegium impetraret, vt ſatis declarant il-
la verba, *tamen quia ſedecim pueros habere per libellum no-*
*tificaſti.* Quod fortaſſe allegauit vt faciliorem redderet
Principem ad id indulgendum, cùm eo tempore non-
dum erat indultum, neque declaratum quot liberi ad
id ſufficerent, vt ab omnibus muneribus tam ciuili-
bus, quàm patrimonialibus liberaretur pater indiſtin-
ctè, vt intellexit Fachin. *lib.*5. *controu. cap.*49. *in fin.*
† Sed an ab omnibus muneribus pater duodecim li- 68
berorum excuſetur, tam patrimonialibus, quàm rea-
libus & gabellis & aliis contributionibus, an etiam
idem dicendum ſit in matre, diſputarunt Couarr. 2. *p.*
*de ſponſalibus cap.*8. *in princ.* Rojas *de ſucceſſion. cap.*16.
*n.*9. Auendañ. *ſup.* & Azeued. relati à Parlador. *in ſex-*
*quicent. differ.* 49. Fachin. *ſup.dict.cap.*49. Gutierr. *de*
*tutel.*1. *p.cap.*21. *num.*3. Bobadill. *lib.*5. *polit.c.*5.*n.*31.
*lit.H.* Maſtrill. *de magiſt.lib.*1.*cap.*30.*num.*102. Cabed.
*d.deciſ.*84.*n.*36. *& ſeq.* Theſaur. *deciſ.*267.*num.*2. Do-
nell. *lib.*3. *comm. cap.*9. vbi Oſvvald. *lit. D*, Menoch.
*conſ.*486. *num.*3. Surd. *deciſ.* 123.*n.*1. Nouar. & Fulu.
Conſtant. *in dict.l. ſi quis decurion.* quibus multa circa
illius

illius interpretationem & varias quæſtiones petere poteris.

69 Omitto alias excuſationes, & deuenio ad eas, quæ non fuerunt admiſſæ. Prima, ſi aliquis ſe excuſaret ex eo quòd litteras neſciret, *l.expertes 6.infr.h.tit.* quia in decurionatu magis ſpectatæ ſunt olim facultates, quàm ſcientia litterarum, ad munera enim potiores & locupletiores electi ſunt, & non tam vices, quàm vires attendebantur, *l.ad ſubeunda 45. infr.hoc tit. leg.honor 14. in princ. ff. de munerib. & honor. leg. honores 7. in princ.ff.hoc tit.* & probat Cabedo *dict. deciſ.84. num.1.* Gothofred. *in d.l.honores.* Præterquam quòd ad Rempublicam adminiſtrandam neceſſaria non eſt ſcientia litterarum, imò ignorantes & imperiti poſſunt eſſe iudices, vt aduertit Bobadill. *lib.1. polit. cap.6. num.16.* poſt Auiles *in cap.36. pp. verb. firmadas, ex num.1.* (& vtinam ita quotidie non accideret cùm videmus officia huiuſmodi exerceri ab hominibus indoctis & illiteratis, qui omnia peſſundant, vt egregiè deplorat Bobadill. *ſupr. n.17.*) & probatur *in l.4.tit.22.p.3.* quam ad hoc expendit idem Auiles *n.5.* rationem proponit Valenz. *in d.l.6.à n.1.*

70 Similiter & à decurionatu excluduntur infames, *leg. infamia 8. l.nec infames 12. infr. h.tit. leg. vn.infr. de infamib.* vbi dicam. Dixi *excluduntur*, non *excuſantur*, quia, vt ait *dict.l. neque infames*, immunitas ob priuilegium datur, infamia verò nota eſt, & frui non meretur priuilegio qui pœnam meretur, *c. tuarum 11. c. vt priuilegia 24. extr. de priuileg.* docent Pyrrhus *in d.l.2.* vbi etiam Gothofred. & cùm excuſatio, ſeu immunitas à muneribus ſit quoddam priuilegium, non poteſt illud habere infamis qui notatus ob eſt pœnam, *l.relegatorum 7.§.fin.cum leg. ſeq. ff.de interdict. & releg.* ibi, *Neque enim immunitatem pœna tribuere debet*, quod intelligas tantùm de muneribus quæ dignitatem continent, prout eſt decurionatus, *leg.1. ſup.* non autem de muneribus realibus & perſonalibus, in quibus magis ſpectatur onus, quàm honos, *d.l.7.§.fin.l.vn.infr. de infamib.* notant Platea *in d. l. infamia, num.1.* Vueſebec. Freher. & alij relati ab Oſvvald. *ad Donell. lib.18. c.6. lit. B*, qui rectè infert tutorem rectè poſſe conſtitui infamem ſui ordinis, ſuæque notæ hominibus, cùm tutela ſit onus, non dignitas.

Ait lex, *ſumptum litis eidem à nominatore* [illegible]*ſtitui debet.*

71 Si nominator, ſeu elector indebitè in Decurionem aliquem nominauerit, qui excuſationem habebat, & ab iniuſta electione appellauerit, in omnes litis ſumptus condemnatus eſt, ne dolus & malitia ſua impunita remaneant, *leg.vnic.infr.de ſumptuum recuperat. l.1.§. qui excuſatione, ff.de vacat.muner.l.eum quem 79. ff.de iudicijs l. 2.C. de fructib.& lit.expen.* docet Richar. *in rub. Inſt. de pœna temerè litig. num.4. & ſeq. & in §. hac autem omnia 6. infr. eod.* Donell. *lib.26.comm.c.3.* vbi Oſvvald. *lit. E.* & in noſtro caſu Cabedo *d. deciſ.84. n.27. & 34.* Auiles *cap.17. pp. verb. eliyan. num. 10.* quem corruptè allegat & ſequitur Fontanell. *d.clauſ.4.gloſ.10. num.128.*

## LEX XV.

*Imp.* Constantin. A. *Mechilio Hilariano Correctori Lucaniæ & Brittiorum.*

Vniuerſos Decuriones volumus à Tabellionum officiis temperare.

## LEX XXXIV.

*Imppp.* Gratian. Valentinian. *&* Theodos AAA. *Floro PP.*

Si quis procurationem facultatum ſuarum curiali crediderit eſſe mandandam, totius dignitatis exceptione depulſa, grauiſſima pœna plectetur. Ille verò immemor libertatis, & generis, infamiſſimam ſuſcipiens vtilitatem, exiſtimationem ſuam ſeruili obſecundatione clamauerit, tradatur exilio.

## SVMMARIVM.

1 *Tabelliones non poſſunt eſſe Decuriones. Diſſeritur de ratione, & an fuerit tabellionatus olim & hodie officium vile, & à ſeruis exercitum?* & n.3.4.& 5.
2 *Decurionatus eſt honor & dignitas.*
6 *Probatur latè Tabellionum officium eſſe honeſtum, ex Caſſiodoro,* & n.7.
8 *Scribarum officium apud Græcos honorificentius, quàm apud Romanos.*
9 *Expenditur locus Tertulliani, quo probatur ſcribas non fuiſſe ſeruos. Item & alius Plutarchi & Suetonij,* & n.10.
11 *Quæ fuerint ſcribarum decuriæ apud Suetonium.*
12 *Sequenti æuo Tabelliones clariſſimi titulo decorati.*
13 *An deberent eſſe iuris periti, explicatur* [illegible]moris 9.§. nonnunquam, ff.de pœnis, *& qui ſint iuris ſtudioſi & Iuriſperiti in libris Pandectarum?* & n.14. & 15.
16 *In prohibitione emptionis comparatur Tabellio cum maioribus iudicibus.*
17 *Agitur de interpretatione legis noſtræ, & de eius vera ratione, & adſtruitur fundamentis claris Tabelliones ad decurionatum aſpiraſſe,* & n.18.& 19.
20 *Aperitur mens* l.ſi quis decurio 21. C.ad l. Corn. de falſ. *& aliarum.*
21 *An olim fuerint Decuriones ſimul Tabelliones, & eadem gauderent auctoritate, explanatur Symmachus & Horatius,* & n.22.
23 *Quare Sacerdotes non poſſint eſſe Tabelliones* ad c. ſicut 8.extr.ne Clerici, vel Monach. *& leges regni,* & n.24.
25 *Quando lex aliquid prohibet ſi actum non annullat, valebit mero iure.*
26 *Qui fuerint ſerui publici, an Tabelliones ſerui fuerint,* ad leg. fin.C.de ſeruis reipub.manum. & n.27. & 29.
28 *Error eorum qui exiſtimabant Tabellionem eſſe ſeruum publicum, conuincitur.*
30 L.3.C.de ſeruis reipub. manum. *emendatur, & explicatur,* & n.31.
32 *Explicatur* l.3. infr. de Tabulariis, *& de differentia Tabulariorum & Tabellionum,* & n.33.
34 *Scribarum nomen apud Romanos, ſcribas diuerſos comprehendebant.*
35 *Ad* l.ſi quis procurationem, infr.h.t. *An officium Procuratoris ſit vile,* & n.36.
37 *De Principum Notarijs, quos Secretarios vocamus, & de eorum honoribus apud omnes nationes,* n.38. & 39.
40 *A ſecretis quis fuerit tempore Caroli Magni.*
41 *Secretarij Principum magna reuerentia digni.*
42 *An Tabelliones noſtri admitti poſſint ad Reipub.adminiſtrationem.*

43 De

43 *Deteſtatio Tabellionum.*
44 *Tabelliones non poſſunt eſſe Aduocati, & de ratione.*
45 *Econtra autem Aduocatus poteſt eſſe Decurio.*

1 TABELLIONES non poſſunt eſſe Decu-
riones. Rationes proponunt Plat. Rebuff.
Pyrrh. & Gothofred. *hîc.* & plures relati à
Bobadill. *lib.3. polit. c.14. num.43.* à Barboſa *in remiſſ.*
*ad ll. Luſitaniæ lib.1. tit. 79.* Gutierr. *lib.1.pp. q.137. ex*
*n.3.* Petr. Greg. *lib.47. ſyntag. c.42. num. 14.* Loſæus
*de iure vniuerſ. c.3. n.16.* Gaſpar. Barthius *lib.56. aduer-*
*ſar. c.1.* quia ſit hoc officium vile & infame, quod ab
obtinendis honoribus arcere ſolet, *l.2. infr. de dignitat.*
2 † Et certum eſt decurionatum eſſe honorem, *l.1. & 3.*
*ſup. h.t.* & dignitatem *l.1. l. ſpurij 6. ff. hoc tit. l. ne quis 38.*
*infr. eod.* obſeruant Pancirol. *de magiſtr. municip. cap.1.*
Bobadill. *d. lib.3. cap.8. n.19.* Loſæus *de iure vniuerſ. c.5.*
*n.15.* ob quam etiam rationem Procuratores ab eo
munere excluduntur, *d. l. ſi quis 34. infr.* quia vile &
abiectum officium non compatitur cum honoribus.
3 Gutierr. *ſupr. n.12.* † Accedit etiam, quia tabelliona-
tum exercere eſt actus ſeruilis, *l. fin. C. de ſeruis reipub.*
*manum.* ibi, *Poſt verò vt libertus tabulariam adminiſtran-*
*do libertatem quam fueras conſecutus, non amiſiſti,* vbi dif-
ficultas erat, an ex eo quòd Tabellio eſſet, perdidiſſet
libertatem, & reſpondent Impp. ſalua libertate libe-
rum hominem poſſe tabulariam gerere. Status enim
controuerſiam patiebatur ille quòd Tabellionis offi-
cio vteretur. Quin & Capitolin. *in Gordiano,* ait, *Ta-*
*cito ſenatuſconſulto faciendo nullos intereſſe ſcribas, nullos*
*ſeruos publicos,* ſeruique publici dicebantur Tabellio-
nes, *l. non aliter 18. ff. de adoption. l.2. Cod. eod.* cum aliis
quæ obſeruat Bobadill. *lib.3. c.14. n.41. & 42.* idque
clariùs exprimitur *in l.3. infr. de tabul.* vbi conſtituitur,
*Vt ad tabellionatum homines liberi ordinentur, neque vlli ad*
*tale officium pateſcat aditus, qui ſit obnoxius ſeruituti,* ergo
4 ante eam legem ſerui Tabelliones erant. † Quapro-
pter multi ex noſtris, quos refert Gutier. *d. q.137. n.6.*
tenent quòd attenta lege Regni 11. *tit.25. lib.4. Rec.*
qua cauetur ne Tabellio ratione ſui officij gaudeat
exemptione tributorum, vel contributionum, ſi Ta-
bellio fiat, qui aliàs erat nobilis, non gaudebit nobi-
litate, ſed eam perdet, ſicut exercens aliud quodlibet
5 officium vile. † Sic etiam Petrus Bargæus, ſuperiori
ſæculo Poëta doctiſſimus, à Paulo Iouio Tabellionis
nomine publicis ſcriptis laudatus, adeò canduiſſe dici-
tur, vt in hiſtorias illius ſui commentatoris peculiari
libro ſit inuectus, vt teſtatur cum Hieronymo Magio
Barthius *d. lib.50. aduer. c.1.* & Auctor Poëmatij, ſeu Sa-
tyræ *de lue* quam edidit Henric. Stephan. & P. Pithæus,
& poſtea illuſtrauit Barthius *lib.7. aduerſ. c.17. & 18.* vi-
les vocat ſcribas.

——— *ſuique*
*Obliti generis, nunc vilis ad oſtia ſcribæ*
*Manè ſedent, illumque forum comitantur euntem.*

6 Verùm hæc traditio omnino falſa eſt, & lex noſtra
ea ratione non fundatur, vt *infrà* dicemus. Veriuſque
eſt tabellionatum non fuiſſe officium vile & abiectum,
quod ſuadet ſumma fides quæ in eo requiritur, om-
nem auctoritatem in ſe abſorbens. Nam videretur
improprium, vt perſona vilis eſſet, & opus à tali
factum, quale eſt inſtrumentum, tantam haberet
auctoritatem, quantam leges ſcripturis publicis tri-
buerunt. Repugnaret certè omni bonæ gubernatio-
ni, vt inſtrumentum quod eſſentiam ſumit à Ta-
bellione, à ſuo ſigno, ab eius ſubſcriptione, à fidei
interpoſitione, magnam haberet auctoritatem, &
qui omnem eam tribuit, eſſet vilis & abiectæ con-
ditionis, cùm ex illa radice mala malus fructus naſci
deberet, iuxta veritatem Euangelij, id eſt, falſitates,
damna, iurgia, lites & diſcordiæ, cùm nemo plus
iuris poſſit dare, niſi quod habet ipſe, *leg. traditio*
*20. ff. de adquir. rer. dom. leg. nemo plus 54. & 120. ff. de*
*reg. iur.* & cùm explorata ſit fides, diligentia & capa-
citas Tabellionis, in graui eius munere non debuit
perſona vileſcere, quod etiam expreſſit Cicer. *libro 3.*
*in Verren. cap.70. ſeu act.8.* dum ait, *Scribarum ordi-*
*nem eſſe honeſtum quod eorum hominum fidei tabulæ pu-*
*blicæ periculáque magiſtratuum committantur.* & eum
ordinem poſtea ſcribit præpoſitum eſſe induſtriæ &
dignitati † Quomodo enim hoc munus vile pote- 7
rat eſſe, cui committitur antiqua fides, & quoti-
diana diligentia dirimit iurgantium litem, de cu-
ius cura apud cunctos Præſules litigatur, & ille po-
tiùs iudicat, qui cauſarum vincula diſſoluit. Nam
cùm de Tabellionis aditis incorruptum teſtimonium
proceſſerit, cognitores reuerenter excipiunt, liti-
gantes, quamvis improbi, coacti tamen obediunt,
& cùm fas ſit promulgatam ſententiam ſuſpendi, Ta-
bellioni non licet obuiare, Scribarum officium ſecu-
ritas ſolet eſſe cunctorum, quoniam ius omnium eius
ſolicitudine cuſtoditur. Armarium ipſius fortuna
cunctorum eſt, & meritò refugium omnium dici-
tur, vbi vniuerſorum ſecuritas inuenitur, quæ ſunt
verba elegantiſſima Caſſiodori *libr. 12. epiſt. 21.* qui
non immeritò ibidem *honorabile decus* vocat exer-
citium Tabellionis. † Apud Græcos in comperto eſt 8
honorificum fuiſſe ſcribarum officium magis, quàm
apud Romanos. Nam, vt Capitolinus denotaret Opi-
lium Macrinum humili loco natum, adiicit Scribam
fuiſſe, & idem conſtat ex Cicerone *ſuprà.* Luculen-
tiùs id probat Æmilius Probus, ſeu, vt alij malunt,
Cornel. Nepos *in Eumene* ibi, *Apud Romanos reuera*
*ſicut ſunt mercenarij ſcribæ exiſtimantur, & apud Græcos*
*è contrario nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto lo-*
*co, fide & induſtria cognita quòd neceſſe omnium conſilio-*
*rum eum eſſe participem,* obſeruant Couar. *pp. capit. 19.*
*num.4. in fin.* P. Greg. *lib.47. ſyntag. cap.41. num.4.* Roſin.
*lib.7. antiq. cap.48.* Caſaubon. *in not. ad Capitolin. in Opi-*
*lio.* Bulenger. *lib.6. de Imp. Rom. cap.26.* & Barthius *d.*
*cap.1.*

Et quamvis non tanto in honore eſſet hoc of- 9
ficium apud antiquos qui illud exercebant, non exi-
ſtimabantur viles & abiectæ conditionis, neque ip-
ſum munus vileſcebat. Scimus enim ex Tertullian.
*lib.2. aduerſ. Marcionem num.131.* apud ſubſellia in iu-
dicio conſediſſe. *Vt ſolo* (ait) *iniuriarum iudicio He-*
*brais Ægyptios repercuterent, liberi homines in erga-*
*ſtulum ſubacti, vt ſolas ſcapulas ſuas ſcribæ eorum apud*
*ſubſellia ſua oſtenderent flagellorum atrocitate laceratas,*
quod tamen non niſi de hominibus liberis & magnæ
auctoritatis intelligi nequit, cùm in iudicio ſerui ad-
ſiſtere non poſſent, *leg. ſeruus 6. Cod. de iudiciis.* At in fo-
ro & in iudiciis Tabelliones fuiſſe conſtat ex *leg. mo-*
*ris 9. §. nonnumquam 4. ff. de pœnis,* de qua *infrà* agemus.
† Conducit etiam Plutarchus *in Catone,* qui ait Cato- 10
nem minorem Scribarum arrogantiam confregiſſe,
quod de hominibus vilibus accipi non poteſt. Id etiam
clariùs patet ex Suetonio *in Claud. cap. 1.* *Qui corpus*
*Druſi,* ait, *per mancipiorum coloniarumque primores ſuſci-*
*pientibus obuiis ſcribarum decuriis ad vrbem deuectum,*
quod minimè poſſet dici de humilibus hominibus.
Nam tanti Principis corpus honoris gratia ab Scriba-
rum decuriis vnà cum Primoribus, id eſt, Decurioni-
bus municipiorum deferebatur. † Dixit Suetonius *de-* 11
*curias ſcribarum,* quia cùm ingens Romæ eſſet nume-
rus, diſtincti ſunt per decurias, & ſic Scriba Quæſto-
rius, Ædilitius, Prætorius, prout Quæſtoribus, Ædili-
bus & Prætoribus adſiſtebat, item Pontificum, & Mi-
litares, adeò vt minores Pontifices Scribæ aliorum
dicebantur, vt meminit Iul. Capitol. *in Macrino,* lo-
quens de ipſo in Cæſarem creato. *eundem, cum ſcriba*
*Pontificum eſſet, quos hodie Pontifices minores vocant, Ma-*

*ximum*

*ximum Pontificem appellauit*, obſeruat Gutierr. *de veteri*
*iure Pontificio lib.2.c.15.* ſatis ieiunè. Vnde *Nouell.43.*
quæ eſt *Auth.de Tabellionib.cap.1.verſ.vt ergo*, priuatur
Tabellio ſtatione ſua, id eſt, manſione ſuâ, in qua of-
ficium exercebat tabellioni cum, ſi videlicet adſidebat
in tribunali Prætoris, aut Ædilis, ſicut apud nos dice-
tur *el eſcriuano de la juntamiento, o publico, o de camara, o*
*aſiento, o de eſte o aquel juzgado*, docent *ſuprà* adducti
Barthius *d.c.1.* Roſin. *d.lib.7. cap.48.* vbi *in Paralipem.*
Demſter. Buleng. *d.lib.6.c.26.* & Leuin. Torrentius *ad*
*Sueton. in d.c.1. & in Veſpaſian.c.3.* qui tradit Scribarum
ordinem equeſtri proximum fuiſſe, quod alibi non le-
gi, & vellem vt vir ille eruditiſſimus id probaret; de
Scribarum ordine eſt *l.1.C.Th.de lucris officior.* vbi con-
ſtituitur vt gaudeat ſolemnitate officiorum.
12 Sequenti poſtea æuo maiori in honore ſunt habiti
Scribæ, nam *Nou.94.* quæ eſt *Auth. vt ſine prohibitione*
*matres, in fin.* clariſſimi titulo decorantur, quo & Præ-
tor etiam *ibi* afficitur, obſeruat Cuiac. *lib.16.obſeru.c.14.*
& apud Nicetam Choniatem *in vita Ioannis Commeni*
*lib.3.* legimus. *Eum Alexius in ſcribarum numerum alle-*
*ctum, & affinitate ex coniugio cognatæ cuiuſdam deuinctum*
*logothetam ſecretorum deſignarat.* *Logotheta* autem ipſi
Nicetæ eſt Cancellarius, ſeu Secretarius, vt explicat
Gretſer. *in comm. ad Codinum lib.1. c.6.n.4.* &, vt Co-
dinus ait, logotheta præerat diſcutiendis & ſcriben-
13 dis rationibus. † Exigebatur etiam à Tabellionibus
peritia iuris *Nouell.66.* quæ eſt *Auth.vt factæ nouæ con-*
*ſtitutiones, c.1. in princ.* ibi, *Sufficienti hoc tempore omni-*
*bus manifeſtam eam conſtituere & tabellionibus eius* (legis)
*cognoſcentibus virtutem*, vbi notauit Gothofr. & Cuiac.
*Nouell.44.* Caſaubon. *ad Sueton. lib.6. pag. mihi 192.*
& nouiſſimè huic ſententiæ calculum præbet & cha-
riſſimus mihi, ſimul ac doctiſſimus, omnigena erudi-
tione & iuriſperitia inſignis, Don. Nicolaus de Caſtro
Salmanticenſis Profeſſor, D. Iacobi ſtemmate conſpi-
cuus, *in exercit. Salmant. exercit. 3. in princ. de emp. &*
*vend. §.35.n.119.pag.428.* hinc notantes illud Vlpia-
ni *in l.moris 9. §. nonnunquam 4. ff. de pœnis*, vbi de in-
terdictione aduocationis, quã pœnæ nomine infligere
ſolent iudices, agens, ait, *ſolent ita vel iuris ſtudioſis in-*
*terdici, vel Aduocatis, vel Tabellionibus, vel Pragmaticis.*
Hæc verba intelligunt habita differentia inter Iuriſ-
peritum, & iuris ſtudioſum: nam, inquit Cuiac. Ta-
belliones & Aduocati pragmatici iuris ſunt periti, non
tamen iuris ſtudioſi, cùm hac appellatione iuris inter-
pretes Conſultique ſignificentur, cui adſtipulatur
14 Schard. *de verb. iur. verb. iuris ſtudioſi.* † Quæ ſenten-
tia mihi non arridet, nam iuris ſtudioſi erant qui te-
ſtamenta ſcribebant, vel dictabant, teſte Sueton. *in Ne-*
*ron.c.32.* ibi, *Deinde vt ingratorum in Principem teſta-*
*menta ad fiſcum pertinerent, ac ne impunè eſſet, ſtudioſis iu-*
*ris qui ſcripſiſſent, vel dictaſſent ea*, & tamen nemo dicet
de Tabellionibus eum locum accipiendum, ſed de Iu-
reconſultis, qui & Iuriſperiti ſunt dicti *l.ſi quando 17.*
*§.1.ff.ſi ſeruit.vind.* ibi, *Annio conſilium omnes Iuriſperi-*
*ti dederunt l. Lucius 88. §.fin.* aliàs eſt *l.Scæuola, §.fin.de*
*legat.2.* ibi; *hoc teſtamentum ſcripſi ſine vllo Iuriſperito.*
Atque ita promiſcuè vſurpantur hæ voces. Nam Ta-
belliones teſtamentis condendis non adhibebantur
tanquam Iuriſperiti, vt notauit Caſaubon. *ad illum lo-*
*cum Suetonij* (& ſic peritia legum ab eis non exigebatur
vſque ad tempora Iuſtiniani, *d.Nouell.66.c.1.*) ſed ad-
hibebantur Iureconſulti, vt notat Gothofred. *in d.leg.*
*Scæuola. §. fin.* qui ſcribis ea dictabant, *l.dictantibus 22.*
*C.de teſtamentis, iuncta l. Lucius 40. ff. de teſtam.mil.* ibi,
*miles Notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit, l.*
15 *dominus 27. Digeſt. de teſtam.* † Quare exiſtimo Vlpia-
num *in d.l. moris §. nonnunquam*, de Iureconſultis tra-
ctare, quos intellexit ſub illa voce *iuris ſtudioſis*, diffe-
rentia poſita inter eos & Aduocatos cauſarum, qui
tempore Vlpiani ab illis longè diſtabant & auctoritate
& grauitate; vt notant DD. per tex. *ibi in §. reſponſa*
*prudentum, Inſt. de iure naturali, & in princ. l. Gallus, de lib.*
*& poſth.* vbi Pichard. plures adducit, & ſenſus erit Vl-
piani, vt aliquando interdicatur forum Iureconſultis,
Aduocatis, Tabellionibus & Pragmaticis, id eſt, Pro-
curatoribus; vt rectè eam vocem de eis accepit Go-
thofred. *ibi*, cui fauet Iul. Firmicus *lib.3. Matheſeon.c.6.*
ibi, *Malitioſos facit peſſimóſque in omnibus actibus, ſed aut*
*Aduocatos, aut Iuriſperitos, ſeu ſcribas, vel exceptores.*
Poſtea verò conſtat de Tabellionum auctoritate ex 16
*l.omnis, Cod.Th.de iis quæ adminiſtrantibus, vel officium pu-*
*blic.gerent.* vbi prohibentur tum altiores iudices & fiſci
patroni emere (iuxta *leg.non licet 46. leg. qui officij 62.*
*ff.de contr.empt. l.vn.Cod.de contract.iudicum*, & quæ *alibi*
diximus) & ea lege, eadem prohibitione conſtringun-
tur Tabelliones.
Nunc operæ pretium erit ſatisfacere difficultati 17
quam excitauit lex noſtra cum ratione, quam ei falſò
tribuerunt Doctores. Nam, vt rectè notauit Co-
uarr. *ſup.d.num.5.* & Gutierr. *d.lib.1.pp.q.157.num.16.*
truncata eſt, & in præſenti multa eius verba deſide-
rantur, quæ in Codice Theodoſiano adhuc retinen-
tur, ſub *tit. de Decurionibus lib.12. tit.1. leg.5.* vbi ita
ſcribitur. *Vniuerſos Decuriones volumus à Tabellionum*
*officiis temperare. Nemo autem ad decurionatum voca-*
*tus excuſare ſe poterit, eo quòd fuerit Tabellio, cùm & hu-*
*iuſmodi homines ſi ſint idonei, vocari ad decurionatum*
*oporteat. Lex enim quæ Decuriones à Tabellionum officiis*
*voluit ſubmouere, ad decurionatum Tabelliones vocari*
*non prohibet*, ex qua lege apertè conſtat Imperatores
ea ratione fundari in prohibendis Tabellionibus, ne
vtroque munere ſimul fungantur. † quod & in aliis 18
officiis conſtitutum eſt, ne quis plura officia ſimul
exerceat, *leg.libertus 17.§.præſcriptio, verſ.ſed eodem, ff.ad*
*municipal. l.his quidem 5. infra qui militare poſſ.* dicam *in*
*l.3.infr.de dignitat.* quia ſic potentiores fierent duobus
his officiis, & ob id grauius onerarentur municipales,
prout videre eſt ex Symmacho *lib.9.ep.10.* † Item etiam 19
& ne occaſione dignitatis decurionatus inſtrumenta à
ſe conſcripta derelinquant, quod innui videtur *in l.2.*
*C.Th. de Tabulariis logographis, &c.* his verbis, *Si qui Ta-*
*bulariorum neceſſitate perfuncti, vel adſpirare cœperit ad*
*Curias; vel vocari, non prius eos ordo ſuſcipiat, quàm fide-*
*liter dederint adminiſtratarum ſuo tempore chartularum*
*apud acta rationem*, quæ lex non minus apertè do-
cet Tabelliones non fuiſſe excluſos à decurionatu;
quàm *l.ſi quis decurio 21. C.ad l. Corneliam de falſ.* quæ
videtur fuiſſe pars noſtræ legis; cùm eandem inſcri-
ptionem habeat, & idem tempus datæ legis noſtræ ita
concipitur epigraphe, *Conſtantinus A. Mechilio Hilar-*
*tano Correctori Lucaniæ & Brittiorum*; ſubſcribitur,
*Dat.3. Kal. Febr. Sabino & Ruffin. Coſſ.* quæ omnia *in*
*d.l.ſi quis decurio*, inueniuntur. At *ibidem* conſtat ſtatui,
vt Tabellio fieri poſſit Decurio; ita quippe ſcriptum
eſt; *Nec verò is, qui antè fuerit Tabellio ad eluendam quæ-*
*ſtionem ſuper his, quæ antè ſcripſerit factus Decurio defen-*
*di hac poterit dignitate.* † In quibus legibus coniectari 20
licet Decuriones conſueuiſſe tabellionatum ſimul &
decurionatum exercere, quod prohibetur in prima
parte conſtitutionis, quæ videtur fuiſſe lex noſtra, *&*
*d.l.3.C.Th.* At ſequenti demum parte, quia Decurio-
nes plures adhuc retinebant officium tabellionatus, in-
cidebat quæſtio, quid iuris eſſet ſi Decurio falſi crimi-
ne accuſaretur, an tanquam Decurio, vel tanquam
Tabellio deberet puniri? & ait quæſtioni ſubdendum
eſſe, etiamſi Tabellionis officio depoſito Decurio ma-
neret; quaſi earum legum ſenſus ſit collatis & com-
mixtis his fragmentis, vt nullus Decurio ſit ſimul Ta-
bellio, neque quiſquam electus in Decurionem ſe ex-
cuſet eo colore quòd Tabellio ſit. Si verò accideret,
vt aliquis Decurio contemptor legis tabellionatum
exerceat, etſi ipſi torqueri non ſoleant, *l. fin. ff. h. t. l.*
*omnes*

omnes 33. inf. eod. cum adductis à Bobadill. lib. 3. polit. c. 8. n. 26. ſi tamen falſi crimine arguantur, torqueri potuerunt, neque decurionatus dignitas eos liberabit, etſi in memoriam priſtinæ dignitatis, qui deſiit eſſe Decurio, torqueri non ſoleat, d. l. fin. ff. h. tit. leg. quilibet 40. infr. & l. 2. infr. de tabular. quam quæſtionem non poterit euitare Decurio, etiamſi non ſimul & eodem tempore contra leges Tabellio & Decurio fuerit, ſed ſi tabellionatus officio depoſito Decurionem fieri
21 procurauerit, vt ſic eam eludat. † Hæc eſt meo videri mens Conſtantini in his legibus, quas, prout ſolet Tribonianus, in fruſta diſcerpſit, vt hominibus venturis crucem apponeret. Vnde non admitto Alciat. lib. 8. parerg. c. 19. opinionem, quam ſequitur, eo non relato, Gothofr. in d. l. ſi quis, lit. X. qui aiunt, Decuriones olim Tabelliones fuiſſe, & id munus ad magiſtratus municipales pertinuiſſe. Nam diuerſa officia fuiſſe, conſequitur ex ſupradictis, etſi aliquando præ auaritia, aut lucri cupiditate vtrumque officium exercuerint, & in eadem verſati ſint auctoritate populari, vt probat Symmach. lib. 9. ep. 10. illic, ſed principalibus & tabularijs liberum eſt alios à diſpendio vindicare, alijs indebitum munus imponere, vbi Tabelliones ſimul cum popularibus, qui erant Decuriones, vt dixi in rub. cognoſcebant de tributorum exactione, in qua liberum
22 eis erat alios onerare, alióſque liberare. † Hinc accipit lucem Hor[illegible]. lib. 1. Satyr. 5. verſ. 34.

*Fundos Aufidio Luſco prætore libenter*
*Linquimus, inſani videntes præmia ſcribæ,*
*Prætextam, & latum clauum, prunæque batillum.*

Irridet enim Aufidium quòd cùm fuiſſet ſcriba, Duumvir poſtea creatus, vel magiſtratus factus, Fundorum (quapropter Prætorem jocosè vocat) prætextam & alia ornamenta prætoria vaniſſimè in illo municipio gereret, tanquam ſi verè prætor eſſet Romæ, etſi prætorem municipij vocet Liuius lib. 23. Præneſtini cum ſuo prætore Manilio (ſcribais antea fuerat) Præneſte incolumes redierunt. Præterea conſiderabam, an in contextu Horatij legendum eſſet Prætori, hoc ſenſu. Linquimus Fundorum municipium Aufidio Luſco Prætori. nam in ablatiuo caſu Prætore, nempe non conſtat Poëtæ mens. Vnde ex his tam longè repetitis conſtat Tabelliones non ex eo Decuriones fuiſſe quòd eſſent viles, imò ſatis patet magiſtratus geſſiſſe.

23 Hinc venit explicanda deciſio c. ſicut 8. extrà ne Clerici, vel Monach. l. 15. tit. 18. lib. 2. ordin. l. 10. tit. 3. lib. 1. Recop. vbi prohibentur Sacerdotes officium tabellionatus exercere, quod non ea ratione fundatur, quia vile ſit officium, vt non rectè exiſtimauit Panorm. ibidem, cùm in foro Eccleſiaſtico Tabelliones eſſe poſſint, vt obſeruat Couar. d. c. 19. n. 8. ſed quia qui Deo militat non debet negotiis ſæcularibus ſe immiſcere, vt aduertunt idem Couar. & Azeued. in d. l. 10. Recop. Caſſaneus in conſuet. Burg. rub. 1. §. 6. à n. 30. Farinac. 1. p. fragm. cri. lit. C. n. 212. alios referens Cened. collect. 147. ad d. c. ſicut, vbi etiam & Barboſ. n. 1. & alter Barboſ. in
24 remiſſ. ad ll. Luſitan. lib. 1. tit. 79. n. 2. † Qui rectè quoque adijciunt quod etſi prohibeantur Clerici, ſeu Decuriones eſſe Tabelliones adhuc, ſi officium exercuerint, inſtrumenta ab eis confecta mero iure valebunt, ita notauit Bar. hîc, & reliqui laudati à Valenzuel. num. 1. Farinac. ſupr. num. 238. Ceuall. comm. contra com. q. eſt. 404. poſt Greg. in l. 2. tit. 10. p. 6. verb. frailes.
25 Cened. & Barboſ. vbi proximè. † Quod vtiliter notandum eſſe ait Valenzuela pro interpretatione legum Regiarum, leg. 1. & 2. leg. 5. tit. 25. lib. 4. Recop. vt in caſibus, in quibus leges aliquid prohibuerint, & in pœnam contrauentionis non appoſuerint nullitatem actus, vel inſtrumenti confecti per Tabellionem tunc actus, vel inſtrumentum mero iure valebit, quia non ſufficit ſola ſimplex prohibitio legis, vt annulletur inſtrumentum factum, niſi expreſſerit fore nullum, vt præter Bar. hîc, & in leg. 2. l. generali, infr. de Tabular. docent Decius conſ. 17. & 494. n. 12. & 13. Iaſon in l. patre furioſo num. 16. ff. de his qui ſunt ſui. Valenz. hîc num. 2. & latiſſimè Farin. 2. p. fragm. lit. L. num. 169. & ſeqq. vbi multas ampliationes & limitationes inuenies. Suarez de legib. lib. 5. c. 27. ex num. 4. & ratio ſupradictæ ſententiæ eſt, quia adeſt primordialis cauſa officij tabellionatus & poteſtatis ipſi Tabellioni conceſſæ ad conficienda inſtrumenta, atque ita valet inſtrumentum ſic confectum, licèt impediretur conficiendum, d. l. patre, videaſque Farin. vbi prox. numer. 56. & ſeq.

Alteri argumento neceſſe eſt vt ſatis faciamus, quo 26
volebant DD. vtilitatem officij Tabellionibus obtrudere, quod deducebant ex d. l. fi. C. de ſeruis reipubl. vbi ſerui publici dicuntur Tabelliones. Nam nego Tabelliones dici potuiſſe, aut fuiſſe ſeruos publicos, in d. l. non aliter 18. de adoption. cum ſimilib. Quia ſerui publici erant in publicum empti, vt in publicis miniſteriis haberentur, l. 1. §. ſeruum 7. ff. de quæſtionib. vt Reipublicæ nomine ſtipularentur, aut tranſigerent. Hi autem erant ſerui reipublicæ ipſius, non ſingulorum, vt rectè docent poſt Tiraq. de nobilit. c. 30. n. 9. Connan. lib. 2. comment. cap. 2. n. 2. Gouean. & alij relati à Pichard. ad tit. Inſt. de adopt. in repet. l. ſi adrogator. ff. de adop. nu. 9. & vltra eos videas Donell. lib. 2. comm. cap. 13. Petr. Fabrum lib. 2. ſemeſt. c. 24. Cuiac. ad tit. C. de ſeruit. reipubl. manum. Oſvval. ad Donell. lib. 6. c. 5. lit. C. & lib. 12. c. 11. lit. D. & ſeq. Morla in emp. tit. 12. in princ. n. 14. † Serui 27
huiuſmodi pro pupillis iure ſingulari receptum eſt, vt ſtipularentur, non tanquam ſerui, ſed tanquam priuati iuſſi nempe à magiſtratu, vt obſeruat Donell. apud Oſvvald. d. lit. D. & ſeqq. & hoc duobus in caſibus, ſcilicet adrogationis, d. l. non aliter, & quando ſtipularentur rem pupilli ſaluam fore, l. 2. ff. rem pupill. † Ridicu- 28
lum etenim videtur opinamentum eorum quos ſequuntur Gutierr. dict. quæſt. 137. num. 17. verſ. quare. Petr. Gregor. d. lib. 47. ſyntagm. cap. 42. num. 1. Bobadill. d. lib. 3. cap. 14. num. 42. qui exiſtimabant ideo Tabellionem ſeruum publicum dictum, quoniam poſſit compelli à quocumque ad conficiendum inſtrumentum quod & comprobat l. 11. tit. 7. p. 5. vbi dicitur Tabelliones eſſe tanquam ſeruos publicos. Nam lex illa communem errorem ſequuta eſt interpretum, qui ſeruum publicum pro Tabellione accipiebant. Hac quippe ratione & iudex & quilibet officialis ita nominaretur, quoniam deſeruiunt accuſationi & actioni litigantium. Item & Medicus Aduocatúſque qui quotidie coguntur officium ſuum partibus exhibere; etſi ſe ſubtrahunt, partes ſolent in Auditorio petere, vt talis Aduocatus, vel Procurator, qui denegat ſuum officium, compellatur illud exhibere, & decretum ita ſolet concipi, ayudele ſopenade veinte o treinta ducados, videndus Maſtrill. lib. 1. de magiſtr. c. 30. ex n. 74. poſt Bald. & Salicet. in l. inuitus Cod. de Procurator. Couarr. lib. 3. var. c. 14. n. 1. verſ. quibus expreſſim, & in pp. c. 6. n. 4. Valenz. in l. ſi quis 16. infr. h. t. n. 5. & conferunt l. prouidendum, C. de poſtuland. & leg. 1. §. aduocatos, ff. de varijs & extraord. cognit.

Hi etiam ſerui publici admittebant tabulario, & 29
eidem deputabantur. Liuius lib. 34. ibi, Cenſores ſignatis tabellis publicis clauſa tabulario, dimiſsíſque ſeruis publicis negauerunt ſe quidquam publici negotij geſturos, confert Capitolini locus adductus ſupr. num. 3. & aduertit Cujac. ad tit. Cod. de ſeruis reipub. manum. & cura à ſeruitute liberandi erant, manumittebantur à Republica, ſeu municipio decreto ordinis, l. 1. infr. ne quis liber. inuitus. † Verùm non efficiebatur ciuis Romanus ante 30
legem Vectibulici, cuius mentio eſt in l. 3. C. de ſeruis reipub. vel, vt legit Cuiac. Vectij Libyci, vel vectibuliciæ, vt vult Ant. Aug. quorum meminit ibi Gothofr. lit. L, quas omnes lectiones ego contemnerem, quia

Libyci

*Lybici* nomen non videtur Romanum, nec item *Ve-
cibulitium.* Quare lego *Vetty Bolani*, qui fuit Britan-
niæ Præfectus ſub Nerone, & eius meminit Tacit.
*lib.15. Annal. in princ. & lib.2. hiſt. ad fin. & in vita
Agricolæ*, & de eius bellica gloria, Statius *lib.5. Sylu.
in Protreptico ad Criſpinum eius filium.* Quare potuit il-
li Senatuſconſulto intereſſe, vt tales ſerui manumiſſi
efficerentur ciues Romani quod ſub Hadriano, Iu-
uentio, Celſo & Neratio Coſſ. extenſum eſt, vt non
ſolùm comprehenderet ſeruos qui in vrbe & munici-
piis Italiæ erant, verùm etiam & Prouinciales, vt in
31 *d. l.3.* declaratur. † Vndè cùm in eius ſpecie ſeruus
municipum manumiſſus eſſet, & poſtea tabulariam
adminiſtraſſet, id eſt, deſeruiſſet tabulario, quemadmo-
dum deſeruiebant ante manumiſſionem ſerui publici.
*Quedo ſe ſiruiendo al eſcriuano comodeantes.* Non ex hoc
actu ſeruili debebit deduci, vel reuocari in ſeruitutem.
*l. ſcientis 6. C. de ingenuis manum.* docet Cuiac. *ſupr.* Ita-
que longè differt Tabellionem eſſe, tabulariam ad-
miniſtrare, nam Tabellio non poterat eſſe niſi liber
homo. Qui verò tabulariam, id eſt rem tabulariam
agebat, id eſt, adminiſter erat rei tabulariæ, is erat
ſeruus publicus, de quo in eo titulo, & cùm ageret
actum ſeruilem, in ſeruitutem potuit vocari, quæ fuit
ratio dubitandi *in d. l.3.* cui reſpondent Imperatores
non ex eo actu, ſed ex titulo quo dominium ſerui ad-
quiritur, ſeruus quis erit iudicandus.

32 Rurſus non obſtat *d. l.3. infr. de Tabularijs*, quia reſ-
pondeo omiſſo Bobadill. *d. lib.3. c.14. n.43.* non ex ea
euinci Tabelliones antea ſeruos fuiſſe, quia tabularij
huiuſmodi non erant illi, de quibus tractamus, id eſt,
qui publica inſtrumenta conficiunt, & fidem publi-
cam à lege meruerunt, ſed qui ciuitatum, aut prouin-
ciarum rationes conficiunt, & ſupputant, *l.2. ſup. de
iure fiſc.* vbi dixi, *leg. fin. in fin. ff. ſi menſor falſum mod.
l.1. §. ludi 6. ff. de extraord. cognit.* Qui tamen ſerui ali-
quando erant, aliquando liberti, vt conſtat ex *d. leg.3.*
vbi prohibentur rationes calculare cum creditoribus
fiſcalibus, qui fuerint ſerui, & ex vetuſto lapide apud
Emeritam, quem ex Reſendio adducit Moreno de Var-
ges *lib.1. hiſtoriæ Emeritenſ. c.3.*

P. ÆLIO. VITALI. AVG. LIB. TAB.
PROVINC. LVSITANIÆ. ET VETTONIÆ.
STEPHANVS. LIB.
ET HERES PATRONO FECIT.

id eſt, Publio Ælio Vitali Auguſti liberto tabulario
33 prouinciæ Luſitaniæ, &c. † At longè differt vnum
officium ab alio, quia Tabelliones publica inſtrumen-
ta publica auctoritate conficiunt, & tabularij ſunt cal-
culatores, qui tanquam periti ratiociniis adhibentur,
& ſic neceſſarium eſt, vt eas chartas, ſeu rationes con-
34 firmet iudex, vt dixi *in d. l.2. de iure fiſc.* † Vnde deſ-
cendit ſcribarum nomen apud Romanos non ſtatim
comprehendere Tabelliones publicos, & illos qui
acta publica conficiunt, de quibus nos agimus, ſed
omnes illos, qui præpoſiti rationibus domeſtici eas
curabant, in ordinem redigebant, & ſub fide ſua obſer-
uabant, item & illos, qui litteris, ſeu notis exſcriptum
lectioni traducerent, & quomodocumqua rem chartis
mandarent, conciperent, aut exciperent: vt conſtat
ex Iulio Firmico *ſuprà* adducto *n....* D. Iſidoro *lib.9.
origin. c.4* ibi, *Tabellio vocatus eo quòd ſit portator tabella-
rum, item exceptor, idem & ſcriba publicus, qui ea tantùm,
quæ geſtis publicantur, ſcribit.* Alij comitabantur domi-
nos cum pugillaribus, vt ſiquid denotandum incide-
ret, illico ſcriberent. Sidonius *lib.5. epiſt.17. ad fin.*
ibi, *Nec plus moratus mox ſuo ſcriba qui pupillarem iuxta
tenebat. & lib.9. ep.13. Tribuit & quoddam dictare cele-
ranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa Compendium qui com-
prehendebant ſignis quod litteris non tenebant.* Erant alij
ſcribæ à libris, qui *librarij* dicti, eo quòd libros exſcri-
bebant, *l. ſi librarius 92. ff. de reg. iur.* Horat. *in Arte.*

*Et ſcriptor ſi peccat item librarius vſque.*

qui omnes videntur fuiſſe intra familias priuatas, Iul.
Firmic. *lib.3. Matheſ. c.12.* ibi, *Si verò per noctem ſic fue-
rint inuenti Procuratores, actores, aut negotiorum geſtores,
facient, ſed & magnorum virorum ſcribas efficient, & ratio-
nibus menſis, apothecis ac negotiationibus præpoſitos*, & Ci-
cer. *lib.5. epiſt. fam. ep.20. Ita accepi librum à meo ſeruo
ſcriba.* Horat. *lib.1. Sat.5. verſ.66.*

*——— Scriba quod eſſet
Deterius nihilo domino ius eſſe,*

docet Barthius *d. lib.50. aduerſ. c.1.*

Reſtat alterum argumentum deductum ex *d. leg. ſi* 35
*quis procurationem 34. infr. h. t.* Reſpondeo non loqui
de officio Procuratoris cauſarum, quod ex ſe non eſt
vile, nec infame, vt exiſtimabant relati à Tiraq. *de
nobilit. c.30.* Auiles *in capp. prœt. c.3. verb. procuradores
num.2. & ſeq.* Bobadill. *lib.3. pol. c.1.* DD. *in l.1. §. hoc edi-
cto 3. ff. de poſtulan.* Giphan. *in tit. ff. de procurator in
princ. n.27.* Donell. *lib.18. comm. c.3.* vbi Oſvvald. *lit.
P.* Nouar. *hîc n.1. in h. l.34.* Gratian. 1 *tom. diſcept. c.57.
n.38. & ſeq.* Sed de Procuratore, aut adminiſtratore
aliorum negotiorum, vel alienarum facultatum, *l. cu-
rialis 30. C. de locato*, quod eſt idem ac ſeruire. Cùm
verò infamis, vel vtilitas pendeat ex communi homi-
num exiſtimatione, vt docet Bar. *in l.1. infr. de dignit.
n.62. & 83.* vbi etiam Platea & alij relati à Valenzuel.
*hîc n.4.* Procuratoris officium non ex ſe reputatur vi-
le, atque ita nec Tabellionis, nec procuratorium offi-
cium poterit exercere qui ſit infamis, vt multis con-
cluſionibus probat Couar. *d. c.19. n.5. verſ. prima con-
cluſio.* Bobadill. *d. lib.3. c.14. n.43. lit. D*, Oſvval. *ſup. d.
lit. P.* Farinac. *de falſit. q.155. n.81.* † Cùm enim hæc 36
officia à Principe creentur & concedantur, *l.1. tit.25.
lib.4. Recop. l.2. tit.19. p.3.* quamdam dignitatem vi-
dentur habere vt vilia non cenſeantur, *l.1. C. de man-
dat. Princ. l.5. in fin. infr. de dignit.* obſeruat Roman.
*ſing.21.* Gregor. *in d. l.2. p.* Gutierr. *d. q.137. n.23.* Paz
*in praxi annot.4. n.43. & ſeq.* Ant. Faber. *in Ration. ad l.
Pedius 7. ff. de recept. ar.* Oſvval. *ad Donell. d. c.3. lit. Q.*

Tota hæc diſputatio nil habet commune cum Prin- 37
cipum Notariis, quos *Secretarios* vocamus, qui ſunt
Regibus proximi, & in ſua cuſtodia habent regia de-
creta, & arcana alia grauiſſima. Hi apud omnes natio-
nes magno in honore ſunt habiti. Apud Hebræos
honoratiſſimum locum obtinuerunt, *Regum.2. cap.8.
& 23. Heſther c.33. in fin. Eſdræ lib.1. cap.7. Hieremiæ
c.38.* notant Carol. Sigon. *de Republ. Hebræor.* & Bar-
thius ſæpè *citato c.1. in fin.* de Græcis *ſupr.* commemo-
rauimus *n....* Apud Hetruſcos idem eueniſſe patet ex
Liuio *decad.1. lib.2.* ibi, *Cùm ſtipendium militibus dare-
tur, & ſcriba cum Rege ſedens pari ferè ornatu multa age-
ret, eumque milites vulgo adirent, timens ſciſcitari vter Por-
ſena eſſet, ne ignorando Regem ſemet ipſe aperiret quis eſſet,
quo temere traxit fortuna facinus, ſcribam pro Rege obtrun-
cat.* Nàm Caius Mutius Scæuola, Romanus ille nobi-
liſſimus, nullum regio ſolio dignum iudicauit, niſi
ſcribam, ſeu Secretarium. † Quapropter huiuſmodi 38
homines ſumma in æſtimatione ſunt habiti apud ſe-
quioris æui Principes, qui aliquando Quæſtores, ali-
quando Referendarij, Notarij, Magiſtri ſcriniorum,
Scrinarij, Exceptores Principum, primi à ſecretis, no-
minantur. Caſſiod. *lib.6. var. in formul. Notariat.* Vopiſc.
*in Aurelian. l.1. ff. de quæſtorib. l. præcipimus 32. C. de appel-
lat. l.1. & 2. C. de mandat. Princip. l. vniuerſa 7. C. de diuerſ.
reſcrip. l. maximarum 12. infr. de excuſat. mun. l.1. & tot.
infr. de proxim. ſacr. ſcrin. l.1. & 2. infr. de Primicer. Nouell.
17. 113. & 124.* Notant antiqui, Lucas de Penna, & alij,
*in rub. de primicer.* vbi etiam Cuiac. Vvolfgan. Lazius
*de Rep. Rom. lib.2. c.4. pag.125.* Panciról. *in Not. Imp. c.14.
& 72. & 92.* Petr. Greg. *lib.47. Syntagm. c.41. num.5.
& 6. & cap.29. tot.* Buleng. *lib.4. de Imperator. Rom.
cap.4. & 18. lib.6. cap.26.* Gutherr. *lib.2. de offic.*

*domus Auguſt, cap.* 21. *& lib.* 3. *cap.* 8. *& ſeq.* Gretſer. *in comment. ad Codin. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 31. Salmaſ. *ad Vopiſcum pag.* 379. & in ea re fœdè lapſus eſt Caſaubon. *in Vopiſci notis pag.* 153. *num.* 11 inquiens ſcribas, quos vocamus Secretarios, apud Romanos vile munus fuiſſe, quod ſi de his falſum eſt, de Tabellionib. non minus falſum.

39 Huius honoris rationem adfert Imperator *in leg. vn. infr. de Magiſtr. ſacror. ſcrin. Quia noſtræ quodammodo adſidere maieſtati videntur*, &, vt rectè ait Caſſiodor. *lib.* 4. *epiſt.* 4. ſic, *Iure ſiquidem de ſe bene arbitrabitur æſtimatum qui regium meretur alloquium: quia dignitas eſt ſubiecti affatus meruiſſe dominantis*, adiicitque, *lib.* 6. *epiſt.* 17. ibi, *Quamuis tantum ſit clara quæque dignitas, quantum eam præſentia noſtræ conſpectus illuminat (dum ſemper honorem ſuſcipit, qui noſtra colloquia decenter adquirit.) nemo tamen ſermones noſtros tantum meretur, quàm qui referendarius eſſe dignoſcitur, per eum nobis cauſarum ordines exponuntur, per eum interpellantium vota cognoſcimus, & ipſis reſponſa reddimus, vt negotia compedita*
40 *ſoluamus.* † Tempore & ſæculo Caroli Magni Secretarius dicebatur *Aſecreta*, vnica dictione, vt videre eſt ex *lib.* 4. *de cult. imagin. cap.* 9. quod opus Carolo Magno attribuitur, vbi eſt *Leontius Aſecreta*, & Hincmaro *epiſt.* 5. *c.* 16. obſeruant Cerda *in aduerſar. c.* 126.
41 & Gretſer. *ad Codin. d. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 31. §. 2. † Vnde cùm tanto honore præfulgeant, illuſtres habentur, & omni honore digni, tum in ſeſſione, honorificentia, aſſurrectione, præcedentia & veneratione aliorum, vt docet Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 6. *fol.* 13. *num.* 17. & *ibi* Borrell. Gregor. *in l.* 7. *tit.* 9. *par.* 2. *verb. para ſus ſpuridades.* Purpurat. *in l.* 1. *ff. de offic. eius cui mand. eſt iur. à n.* 299. Sunt item de conſilio Regis, prout apud nos quotidie nuncupantur, videndi Boher. *deciſ.* 212. *tot.* Matt. Garrat, Laudunenſ. *de Conſiliarijs Princip. q.* 14. *&* 27. *in tom.* 16. *tract. Doct.* Caſſaneus *in Catalog. glor. n.* 7. *p. conſider.* 16. & Bobadill. *lib.* 3. *polit. c.* 14. *n.* 43.

42 Vltimò videndum eſt an Tabelliones noſtri temporis prohibitione harum legum comprehendantur, vt non poſſint admitti ad rempublicam adminiſtrandam. In quo dubio Auendaño *de exequend.* 1. *p. cap.* 19. *n.* 19. *verſ. item ſi ex his*, cum Aym. Crauetta *conſ.* 163. docet non poſſe admitti, neque eligi, quod credo veriſſimum, & ita obſeruari firmat Fontanell. *de pactis*
43 *nupt.* 1. *tom. clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *part.* 1. *num.* 88. † Et ipſe in gratiam Tabellionum plura ſcribat, quæ ego vellem vt vera eſſent. Quis ergo ad Reipublicæ adminiſtrationem illum admittet, qui ſine officij poteſtate rempublicam peſſundat, qui homines excoriat, qui eo ipſo quòd ſit Tabellio, videtur à recta & timorata conſcientia defeciſſe? O bone Deus! quanta in illis nequitia, quantum in homines odium, quantus in pecuniam amor. Miſereatur illis Deus, & à deuia illos via reuocet in rectam. Conferunt quæ tradit Bo-
44 badilla *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 44. † Ita etiam rectè Accurſ. & Platea *in fin.* aiunt Tabelliones non poſſe etiam eſſe Aduocatos, non quia ſit dignitas aduocatio, vt ita ab ea infames repellantur, ſed quia ita grauaretur reſpublica ſi Tabellionis & Aduocati officium coniunge-
45 retur in vna perſona. † At verò Aduocatus poteſt eſſe Decurio, quoniam ex eius experientia & peritia magis adiuuaretur Reſpublica, docet Barboſa *ad leg. Luſitan. lib.* 1. *tit.* 66. *n.* 4.

## LEX XVI.

*Idem A. ad Hilarianum. Proconſ. Africæ.*

Si quis Decurio, vel propriæ rei cauſa, vel Reipublicæ, cogatur noſtrum adire comitatum: is non ante diſcedat, quàm inſinuato iudici deſiderio, proficiſcendi licentiam conſequatur. Quod ſi pro ſua audacia parui aliquis hanc fecerit iuſſionem, indignationem competentem ſortiatur.

## LEX XXV.

*Impp.* VALENTIN. *&* VALENS. AA. *ad Byzacenos.*

Curiales vltra terminos propriæ ciuitatis non iubeantur à moderatoribus prouinciarum exhibere ſui præſentiam, niſi publica neceſſitas exegerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Quis ſit in præſenti* comitatus, *quare dictus ſacer* in l. 1. Cod. de his qui per met. iud. *& in alijs legibus.*

2 *Decuriones ſine licentia magiſtratus non poſſunt ad curiam Principis ire, quod & in varijs caſibus locum obtinere oſtenditur*, & n. 3.

4 *De ratione noſtræ legis diſſeritur, quare Decuriones non poſſint à curijs abeſſe.*

5 Leg. vnic. infr. ſi curialis relicta ciuit. *vbi Decurio non poteſt rus habitare, & quid iure regio ſtatuatur circa abſentiam Decurionum*, & n. 6.

7 *Expenditur Azeuedi opinio circa abſentiam Decurionum.*

8 *De amore erga patriam remiſſiuè.*

9 *Limitatur deciſio noſtræ legis in caſu neceſſitatis.*

10 *Decurio an poſſit cogi ſuſcipere legationem, & de diſpoſitione legum noſtrarum quæ de ambaſiatis Decurionum loquuntur.*

11 *An lex Regni quæ de Decurione nominato loquitur, accipienda ſit quoque de Decurionibus nominantibus*, & num. 12.

COMITATVS in præſenti eſt locus vbi propriam ſedem fixerit Princeps, aula, ſeu 1
curia Principis, vbi Princeps degit, *la Corte del Rey.* Vox vſurpata ſæculo labentis linguæ Latinæ puritatis, nam vix eſt vllum teſtimonium antiquius reſcripto Impp. Diocletiani & Maximiani *in leg.* 2. *Cod. quibus non obijcitur longi temp. præſcript. & in leg.* 1. *C. de his qui per metum iudicis non appellau.* inde dictus ibi *ſacer*, quia imperatorius, iam enim alibi dixi omnia quæ ad Principem ſpectabant, dicta *ſacra*, eam voculam hoc ſenſu accipiunt frequenter Auctores ſequentes poſt ſæculum Iureconſultorum, Symmach. & Ammian. Marcellin. Conciliáque plura, quæ congerit eruditiſſimus Franc. Iuretus *Miſcell. in Symmach. lib.* 2. *epiſt.* 83. *& lib.* 3. *ep.* 74. Nithard. *lib.* 1. *de Carolo Magn. & lib.* 3. *de Regibus*, vide etiam Cuiac. *in tit. C. de hæred. Decur.* Cerd. *aduerſar. c.* 168. *n.* 1. Barthius, *aduerſar. lib.* 45. *c.* 15. Buleng. *lib.* 2. *de Imp. Rom. c.* 17. *verſ. comitatum.* Guther. *de officijs domus Aug. lib.* 2. *c.* 5. *poſt princ.*

In tantum ergo legis noſtræ eſt ne Decuriones pro- 2
priæ rei, vel Reipublicæ cauſa comitatum, ſeu curiam Principis adeant, niſi iudici deſiderium inſinuent, & licentiam conſequantur: aliter autem pœna à iudice punietur. Idem in vrbium moderatoribus conſtituitur *in l. nullus* 9. *C. de offic. Rect. Prouinc.* in Epiſcopis ne proprias ſedes & Eccleſias derelinquãt. *Aut. de ſanctiſſ. Epiſc.* §. *interdicimus*, & in electis Epiſcopis ne ab aula

Pontificia ſine licentia recedant. cap. ſi poſtquam
33. §.ſi verò electus, de elect. in 6. & in beneficiariis ne
à beneficio curato recedant, niſi ex graui cauſa, &
petita ab Epiſcopo licentia, c.4. & in c. inter 10. de cle-
ric. non reſid. Quod etiam & nouiſſimo iure Concilij
Trident. ſeſſ.23.c.1 de reform. verſ. eadem omnino, innoua-
tum eſt, quod explicat Nicol. Garcia de benefic. 3. part.
cap.2. ex num.35. & Barboſ. in collect. d.cap.1. num.24.
3 † Quin etiam & Auditores Senatoréſque regij in Au-
dientiis & Cancellariis non poſſunt ſe abſentare ſine
licentia Præſidis, quam ita concedet ſi juſta abſentiæ
fuerit causa, & hæc tantùm in decennium, in longius
verò tempus neceſſaria erit Regis licentia, vt conſtat
ex ordination. Canc. Valliſoletanæ lib.1.tit.2.fol.23.
verſ. Porque de ir ſe los oydores, & Granatenſis lib.2.tit.1.
num.26. verſ. los oydores, & lib.2.tit. 6.n.16. & ita deci-
ſum extat l.8.tit.5.lib.5.Recop.
4 Ratio noſtræ legis fuit ne Decuriones derelinque-
rent curias, ſed imò tenerentur curiis ipſi aſſiduam &
ſedulam conſtantémque operam exhibere, l. decurio 41.
infr. h.t. ſólebant enim ſummopere curiarum onera
horreſcere, vt diximus in rub. & inde varias quærere
cauſas, vt ab eis ſeſe ſubtraherent. Ita qui militiæ no-
men dederit, reuocatur ad curiam, l. qui derelicta 16. l.
ſi quis decurio 55. infr. h.t. Qui nominati aufugerint &
latitant, retrahuntur, l. ſi ad magiſtratum 18. leg. ex om-
nibus 31. leg. omnes 50. l. quamvis 51. infr. h.t. etiam cum
manuum iniectione, l. generali 54. infr. h.t. & ſic omni-
bus caſibus, quibus poſſent à ciuitatibus recedere,
occurſum eſt ſupradictis legibus, adeò vt ſi Curialis
furtim vt ſeſe curiæ ſubtraheret, res ſuas vendiderit,
emptor in pretij amiſſione multatur, in leg. hi qui 17.
5 C. de reſcind. vend. † Quò etiam pertinet leg. 5. vn. infr. ſi
Curialis relicta ciuit. vbi prohibentur Decuriones ciui-
tates fugere, & in agros ſecedere habitationis cau-
ſa, ſub agri amiſſione, & ita poterit Decurio cogi ſi
rure habitat, in ciuitatem redire, vt docet cum
Azeuedo Barboſa ad ll. Portugall. liber. 1. titul. 66. §. 1.
6 † Hoc tamen benignius apud nos procedit, nam l.6.t.3.
lib.7. Recop. etſi iniungat vt Decuriones non ab ſint
à ciuitatibus, ſi tamen abfuerint, in ſalarij amiſſione
ſolùm punitur, obſeruat Bobadill. lib.3 polit. cap.7. num.
7 61. † Quamvis Azeued in add. ad Curiam Piſan. lib.3.
cap.2 num.3 ait quòd ſi abſentia fuerit magna, poterit
excreſcere pœna, vt grauiùs puniatur vltra ſalarij
amiſſionem. Cui ego aſſentirem, ſi lex non eſſet con-
tenta, vt quatuor menſibus ſeruire teneretur Decu-
rio, nam ſi per octo menſes abeſſet, non diceretur
magna abſentia, cùm lex ei permittat quatuor. Ad-
mitterem Azeuedi opinionem, ſi per annum fortè, &
dimidium, aut plus, curiæ non inſeruiret ſine legitima
cauſa, quia conuenit bono publico ne ciuitas careat
opera & conſilio Decurionum, & ne paucitate eorum
decor & auctoritas curiæ diminuatur. Quapropter
multa ſunt iura ſtatuta quibus compelluntur ciues, vt
in ciuitate habitent, nec rus ſe conferant quæ jura
æquitati conuenire probat Menoch, de præſumpt. lib.5.
8 præſum.12. num.3. & 4. † Ne patriam homines deſe-
rant, & alibi inhabitent, cùm impium ſit patriam
non diligere, vt ait Accurſ. in d.l. vnic. infr. ſi Curialis,
cùm ſe opponat amori inſito ab ipſa natura, qua feri-
mur in patriam, vt ſcitè & eleganter docet Domin.
Solorzan. lib.2. de parricid. c.4. & 6. & Monach. ſuprà,
qui rectè id temperat num.10. quando iuſtis de cauſis
id fiat, & inter illas connumerat ſi abſentetur quis
virtutis cauſa, nam tunc magis laude, quàm reproba-
tione dignus erit, vt egregiè probat auctoritate Plu-
tarchi, lib. de exilio, qui multos commemorat, qui
virtutis cauſa patriam deſeruerunt. Nam ob alias cau-
ſas quot homines à patria abſunt? eas eleganter de-
pinxit Seneca noſter de Conſolat. ad Heluiam cap.6. vbi
de Romæ frequentia hæc ait. Carere patria intolerabile
eſt? Aſpice hanc frequentiam cui vix vrbis immenſæ tecta
ſufficiunt. Maxima pars illius turbæ patria caret, ex mu-
nicipiis & coloniis ſuis, ex toto denique orbe terrarum con-
fluxerunt. Alios adducit ambitio, alios neceſſitas officij pu-
blici, alios impoſita legatio, alios luxuria opulentum, & op-
portunum vitijs locum quærens, alios liberalium ſtudiorum
cupiditas, alios ſpectacula, quoſdam traxit amicitia, quoſ-
dam induſtria latam oſtendenda virtuti nacta materiam,
quidam venalem formam attulerunt, quidam venalem elo-
quentiam; Iube omnes iſtos ad nomen citari, videbis maio-
rem partem eſſe quæ relictis ſedibus ſuis venerit in maxi-
mam vrbem, non tamen ſuam. Vnde virtutis cauſa
ſemper erit præferenda, vt eſt litterarum, quarum
amore exulant à patria quotquot viri Regis ſunt ad-
miniſtri in omnibus ferè totius noſtræ Monarchiæ
Senatibus.
Limitant tamen noſtræ legis deciſionem DD. vt 9
non habeat locum, quando adeſt aliqua euidens cauſa,
periculum belli, aut peſtis, neceſſitáſve præciſa, quales
connumerantur in cap.4. de Cleric. non reſid. vbi Bar-
boſa num. 8. ob quas non poſſit talis licentia à ſupe-
riore peti, quia tunc poterit abſque licentia licitè re-
cedere Decurio, argumento leg. de pupillo 5. §. ſi quis ri-
uos 14. ff. de noui oper. nunt. vbi notauit poſt alios Za-
ſius num. 4. & Gothofred. & obſeruant Panormit.
Butrius & alij in cap. inter 10. de Cleric. non reſid. Bart.
in leg. 1. Digeſt. de officio eius, numero quinto, Ripa de
peſte 2. parte numero 143. Valenzuel. hìc numero 1. in
fin. Ratio eſt, quia neceſſitas legem non habet, capi-
te 4. de conſuetud. cap. licet, de feriis, cum aliis, quæ
adducit Barboſ. in dict. cap. 4. numero 8. Ceuall. com.
contra com.4. tom. quæſt. fin. num.50. & conferunt quæ
de neceſſitate diximus in l. vnic. ſupr. vt nemini liceat in
empt. ſpec. n.11.
Ait lex, Cogatur noſtrum adire comitatum. Ex his 10
verbis colligunt Accurſ. Bart. num.2. Platea num. 1.
& alij hic, poſſe Decurionem cogi ſuſcipere legatio-
nem, ſeu, vt ipſi aiunt, ambaſiatam, & pro hac re
ſingularem vocant legem hanc Corſet. ſingul. 15.
& 16. Valenzuel. num.2. hìc. Auiles in capp. pp. cap.54.
verb. menſaiero. cum ſeq. n.2. Maſtrill. lib.1. de magiſtr.
cap.30. num.74. quibus videntur fauere l.21. tit.3. lib.7.
Recop. & l.39. tit.6. lib.2 Recop. quæ probant Decurio-
nes ambaſiatam ſuſcipientes ſuarum ciuitatum tene-
ri in Regio Senatu præſentare inſtitutiones quas ex
mandato ciuitatum ſuarum adferunt, & ne ambaſiato-
res conſtituantur, qui in regia curia, vel Cancellariis
habuerint lites, vel propria negotia. Quòd ſi contrà
fiat, Decurionem nominatum ad expenſas, ſeu ſala-
ria reſtituendda condemnat, & duplum eorum fiſco
applicandum, quia bono publico expedire viſum fuit,
nedum propriis negotiis conſulunt Decuriones no-
minati, & ſoliciti ſunt de rebus ſuis, deſerant negotia
reipublicæ, cuius expenſis ſuas lites proſequuntur.
† Quæ ſanè deciſio etſi videatur tantùm loqui in 11
Decurione nominato, vt conſtat ibi, ſo pena que el tal
Regidor o iurado buelba al pueblo que lo embiare el ſalario.
& ſic eum ſolum punire videatur. Adhuc tamen dices
eadem prohibitione comprehendi municipes & alios
Decuriones ciuitatis, quia vtitur lex verbis imperſo-
nalibus, Mandamos que no ſe nombren para venir a eſta
corte. quæ verba indefinita & imperſonalia omnes de
Concilio comprehendunt, cùm ſit deciſio ipſa inhi-
bitiua, & negatiua, vt docent Accurſ. & reliqui in l.1.
Cod. ne fideiuſſores dotium den. & in leg. à diuo Pio 58.
Digeſt. de ritu nupt. Iaſon in leg. penul. Cod. de pactis.
Tiraquell. de iure primogenit. quæſtio 24. numero 10.
† Ac proinde talis nominatio ambaſiatoris non va- 12
lebit & ipſi nominatores tenebuntur reſarcire
damnum reipublicæ, & ei reſtituere ſalaria, &
damna, & intereſſe ex propriis bonis, vt rectiſſi-
mè aduertit Valenzuel. hic n.3. & in hoc caſu ceſſabit

noſtra deciſio, & quod ex ea deduxerunt interpretes, ſcilicet poſſe quem compelli ſuſcipere ambaſiatam, quia Decurio qui habet proprias lites, minimè ad id cogi poterit, & ſi contradixerit, à pœna legis Regni videtur excuſatus, cùm ſit ſine culpa. Conferunt quæ dixi *infrà in tit. de munerib. & honor.* circa legatos, ſeu ambaſiatores.

## LEX XX.

*Impp.* CONSTANTIVS *&* CONSTANS. A.A. *Ordini ciuitatis Ædeſenæ.*

Circenſium magiſtratus deſertores, ad eam grauitas tua faciat neceſſitatem conditionis vrgeri, vt quaſcunque pro his expenſas ciuitas prærogauerit, refundere protinus ac repræſentare cogantur.

### *SVMMARIVM.*

1 *De ludis Circenſibus qui ſcripſerint.*
2 *De expenſis in his ludis celebrandis factis, de pompa & ſolemnitate,* & n. 3. & 4.
3 *Magnis ſumptibus huiuſmodi ludi celebrabantur.*
6 *Ciuitates & priuati pecuniam ad eorum celebrationem ſolebant conferre.*
7 *Senſus verus & germanus huius legis.*
8 *Error Accurſij & antiquorum de officiali aufugiente, cuius expenſis reuocandus ſit in officium.*
9 *An fiſcus expenſas factas pro capiendo delinquente recuperet, remiſſiuè.*

1 CIRCENSES ludos apud veteres ſummo ſtudio concupitos, magno populi concurſu, plauſu & ſolemnitate celebratos, nemo eſt qui ignoret qui mediocriter in litteris humanis fuerit verſatus. Locus hic de eis diſſerendi non alienam præbebat occaſionem, ſi doctiſſimorum virorum de ea re tractatus non præripuiſſent laborem noſtrum, Onuphrij Panuini & Bulengeri libelli de ludis Circenſibus, vbi eius certaminis forma, pompa, ſolemnitas apprimè deſcribitur, Vvolfgang. Lazius *comment. Reip. Rom. lib.* 10. *cap.* 5. & poſt eos Cerda *ad Virgil. lib.* 5. *Æneid. verſ.* 132. *ex num.* 1. Ioan. Sauaro *in tot. ad Sidon. Appoll. carm.* 23. *ex verſ.* 110. vbi elegantiſſimè Poëta ludos deſcribit, & notanter explicat Thom. Demſter. *in Paralipom. ad Roſin. lib.* 5. *antiq. ad cap.* 5. & D. Petr. Pantoia, amicus olim noſter, Hiſpalenſis Prætorij in criminalibus iudex, immaturo fato cum graui bonarum & ſeueriorum litterarum damno è viuis erepto, in erudito commentario de Aleatoribus *in l. fin. ex num. 6. cum ſeqq.* Ex quibus quæ ad hoc celebre ſpectaculum pertinent, af‑
2 fatim cognoſces. † In eis quantos ſumptus fecerint editores & populi qui eos celebrabant, incredibile videtur, ex Dione *lib.* 58. & iis quæ dicam *infr. ad tit. de expenſ. ludor. & in l. fin. cap.* 2. *infr. h. t.* Pecunia verò quæ in eis ludis erogabatur, etſi aliquando, fuerit priuata, plerumque fuit publica, teſtante Tacito *lib.* 1. *Annal. Tribuni plebij petiuere vt proprio ſumptu ederent ludos, qui de nomine Auguſti faſtis additi Auguſtales vocarentur, ſed decreta pecunia ex ærario, vtque per circum triumphali veſte vterentur.*

3 Quantum verò fuerit in his ludis ſolitum erogari, licet agnoſcere ex vno loco Vopiſci *in Aureliano*, apud quem Valerianus Imperator ita ait. *Valerianus Auguſtus. Ælio Xiphidio Profecto ærarij Aureliano dabis ad editionem Circenſium aureos Antonianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia in ære HS. quinquagies, tunicas multitias viriles decem, lineas Ægyptias viginti, porcos centum, oues centum, conuiuium autem publicum edi iubebis Senatoribus Romanis, & equitibus hoſtias maiores duas, minores quatuor.* † Quid narrem de 4 miſſilibus quæ in populum ſpargebantur, vix credi poteſt quid de præmiis agitatoribus datis, de coronis, ſacrificiis & apparatu? de eis loculenter, vt ſolet, Tertullian. *de ſpectacul. c.* 7. ita, *Sed Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus, quibus propriè hoc nomen Pompa, præcedit, quorum ſit in ſemetipſa probans de ſimulacrorum ſerie, de imaginum agmine, de curribus detenſis, de armanaxis, de ſedibus, de coronis, de exuuiis, Quanta præterea ſacra, quanta ſacrificia præcedant, intercedant, ſuccedant, quot collegia, quot ſacerdotia, quot officia moueantur, ſciunt homines illius vrbis, in qua dæmoniorum conuentus conſedit. Ea ſi minor cura per prouincias pro minoribus viribus adminiſtrantur, tamen omnes vbiq. Circenſes illuc deputandi, vnde & petuntur, vnde inquiruntur. Qualiſcumque pompa Circi etſi pauca ſimulachra circumferat, in vno idololatria eſt. Quæuis idololatria ſordidè inſtructa, vel modicè locuples, ſplendida eſt cenſu criminis ſui.*

Ex huius loci ſerie iuncta lege noſtra cognoſcimus 5 hos ludos & in vrbe & in prouinciis exhibitos magno ſumptu, & ad Duumvirorum vrbium, ſeu municipiorum curam pertinuiſſe celebritatem, & ciuitates ad pompæ ornamentum pecuniam dediſſe, quæ in ludorum celebratione expenderentur, quæ etſi non tam locupletes eſſent ſicut Roma, adhuc tamen ſplendidè exhibebantur, vt ex Tertulliano didicimus. Vnde ſine veritate dixit Symmach. *lib.* 5. *epiſt.* 57. aliàs eſt 59. *Animoſum impendium quod voluptati ciuium præparabat.* † Cùm priuatorum opes, aut pecuniæ non 6 ſufficerent ad ludos edendos, prouinciæ, ciuitates & oppida Magiſtratibus dabant & conferebant, vt ex Cicerone probat Bulenger. *de Circo Rom. cap.* 42. Aliquando ex prædiorum Decurionum venditione ſumebatur, *l. fin. in fin. infr. de prædiis decurio.* ibi, *vel theatralis liberalitatis nomine.* Aliquando ex relictis defunctorum ad id genus ludi edendum, vt conſtat ex *leg. ciuitatibus* 122. *de legat.* 1. *leg. annuam* 6. *leg. liberto* 21. §. *Lucius*, *leg. pen. D. de ann. legat.* cum aliis quæ adducemus *in leg. vnic. infr. de expen. ludor.* † Hanc ergo 7 pecuniam in præſenti refundere & reſtituere iubentur magiſtratus, qui eam in ludorum ſolemnitatem acceperint, & minimè eos ediderint. Ne aliàs magiſtratus eas pecunias in proprios vſus conuerterent, & voluptate & pecunia defraudantes prouinciales.
8 † Quæ eſt vera mens huius reſcripti, quod non perceperunt Accurſ. & reliqui antiqui, qui de magiſtratibus deſertoribus accipibant Imperatores, vt ſi officialis magiſtratum ſuſceperit, & poſtea eum deſerat, cogatur finire tempus officij. Argumentúmque ſumebant ex hoc ſenſu, vt poſſit poteſtas ciuitatis expendere de ære communi pro perſequendo & capiendo officiali fugiente, ipſo tamen capto debere per eos refici & reſtitui omnes impenſas ciuitati, quod neutiquam poteſt ex noſtra lege deduci, neque ea doctrina in ſe vera eſt, nam ſi Decurio aufugerit, reuocabitur impenſis Decurionis, vt ipſa ratio ſuadet, & inſinuat *leg. ſi ad magiſtratum* 18. *infr. hoc titul.*
9 † Vnde etiam otioſam credo eſſe illam quæſtionem de fiſco præferendo creditori in expenſis factis pro capiendo delinquente, quam huius loci occaſione tractarunt Afflict. *in cap.* 1. §. *& bona*, *num.* 47. *quæ ſint regalia, in feud.* Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 7. *titul.* 1. *num.* 193. Gigas *de crim. Maieſt. vlt. part. tit. de pluribus queſt. q.* 12. Caball. *reſ. crim. caſ.* 102. *num.* 32. Baiar. *ad Clar. lib.* 5. §. *fin. q.* 78. *n.* 169. Nam, vt rectè ſcribit Cabreros *de pœna tripli. c.* 6. *num.* 20. Princeps tenetur ſuis ſumptibus id facere ex adminiſtratione iuſtitiæ quam ſubditis exhibere debet, *l. vnic. poſt princ. Cod.*

de

*de mulier. quæ prop. ſeru. l. 2. & 3. Cod. ex quibus cauſ. ſeru. propræm.* & ſic non poterit fiſcus in eam cauſam præſtitas expenſas recuperare, & ob id apud nos ſtatuta eſt fiſci ſtatio, quæ dicitur *de gaſtos de iuſticia*, ex qua hi ſumptus deducuntur quæ omnia cùm noſtra lege minimè conueniunt, ideo reiicienda in alium locum propriorem.

## LEX XV.

*Imp.* IVLIANVS A. *Iuliano Comiti Orientis.*

Prouidendum eſt eorum nouitati Decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, nõ præteritis debitis ſuſceptorum onerentur: ſed conuentis propter hæc debita his, qui eã præcedentibus delegationibus contraxerunt, nullam eos moleſtiam pro ſarcina nominationis alienæ ſuſtinere patiaris.

### *SVMMARIVM.*

1 *Decuriones de nouo electi non tenentur pro mala geſtione ſuſceptoris à prædeceſſoribus electi.*
2 *Contra æquitatem naturalem eſt pro alienis debitis moleſtari, & ratio exornatur*, & n. 3.
4 *Succedens id officio non ſuccedit in obligationibus prædeceſſoris.*
5 *Qui in decurionatu ſuccedit, non repræſentat prædeceſſoris perſonam.*
6 *Succedens de nouo non ſoluit debita contracta, neque ciues noui ſoluere debebunt collectas veteres.*
7 *An ſucceſſor in officio, vel dignitate teneatur ex mutuo contracto à prædeceſſore.*
8 *Expenditur in propoſito dictæ quæſtionis* l. ſi pupilli 6. §. 1. D. de negot. geſt.
9 *Rector ciuitatis ſi acceperit mutuum in opus publicum, tenebitur ſucceſſor, aut ciuitas.*
10 *Succeſſor in maioratu an teneatur ad debita prædeceſſoris*, & n. 11.
12 *Succeſſor in Regno an teneatur ad debita prædeceſſoris, explicatur* l. 4. tit. 15. part. 2. *reprobaturque ad eam communis interpretatio, & vera proponitur*, & n. 13. 14. 15. 16.
17 *An ſucceſſor in maioratu teneatur ſtare locationi, remiſſiuè.*
18 *Inuehitur in rabulas forenſes & iudices de comiſſion o peſquiſidores.*
19 L. iure 5. infr. de fabricenſib. l. fin. infr. de naufragio, *cum aliis declarantur, & n. 20. & 21.*
22 *Explicatur & exornatur* l. vnic. infr. vt nullus ex vicaneis, *&* num. 23. & 25. *& quid de iure regio*, & num. 26.
24 *De iure illo oppidanorum quod dicitur in Granatenſi curia* de la Poblacion.
27 *Examinatur ſtatutum Italiæ, quo cauetur vt ſi damnum contingat viatori, teneantur ſoluere vicini & proximi pagani*, & num. 28. & 33.
29 *De ratione* l. 4. tit. 7. p. 5. *exornatur & explicatur*, & n. 30. 32.
31 *Euntibus ad nundinas magna priuilegia conceduntur, remiſſiuè.*
34 *Deteſtatio pœnarum de cercania, quæ in pluribus oppidis iniunguntur eis, qui damnum non dederint.*
35 *Repreſſaliæ quæ ſint, & an ſint prohibitæ.*
36 *De clarigatione antiqua Romanorum, remiſſiuè.*
37 *Androlepſia quæ fuerit apud Græcos.*



38 *Quid ſit pignoratio, & qua ratione introducta fuerit.*
39 *Repreſſaliæ auctoritate publica fieri poſſunt.*
40 *De repreſſaliis decretis à Rege noſtro contra Francigenas.*

SVSCEPTORES qui publica tributa exige- 1
bant è corpore Decurionum creabantur,
*l. 5. ſup. de exact. trib. l. 1. ſup. de apochis publ. l.*
*exactores 8. inf. de ſuſceptor.* Hi ſi delegatio-
nibus à ſuperiori acceptis, quibus modus & ratio tri-
butorum exigendorum continebatur (vt dixi *ad tit. ſup.*
*de exact. tribut.*) malè fuerint verſati, cæteri Decuriones,
qui de nouo in eorum locum ſucceſſerunt pro debi-
tis, quæ durante officio ſuſceptoris contraxerunt, non
tenebuntur; cùm ipſi eos non nominauerint, nec de-
beant pro alienis debitis moleſtari. † Rationem 2
adiicit *leg. vnic. infrà vt nullus ex vicaneis*, quod non
ſolùm graue ſit, verùm & æquitati naturali con-
trarium, pro alienis debitis alios moleſtari, *l. hac diffi-*
*nitione 12. infr. de omni agro deſerto, l. 4. infr. de executor.*
*& exact. l. ſi quis in ſuo 33. §. lẽgis, C. de inoffic. teſtam.*
*l. 1. l. 3. in fin. C. ne vxor pro marito. Auth. Habita. verſ.*
*nec ob alterius, C. ne filius pro patre, l. licèt 7. ſup. hoc tit.*
*Nouell.* 57. quæ eſt *Auth. vt non fiant pignorationes c. 1.*
ibi, *Non enim habet rationem, alium quidem eſſe debitorem,*
*alium verò exigi, ſed nec alteri moleſtum eſſe pro altero*
*quodam tanquam inuaſionem, aut iniuriam committentem.*
*Auth. vt nulli iudicum, §. quoniam verò; & §. quia verò*
*et. l. 1. tit. 17. lib. 5. Recop.* cum adductis à Bobadill.
*lib. 2 polit. cap. 21. n. 250.* † Confert eleganter Caſſio- 3
dor. *lib. 4. ep. 10.* ibi, *His multo acerbiora iungentes alie-*
*nis debitis ad ſolutionem alios trahi, ſolamque cauſam pro-*
*babilem videri ſi aliqua debitori potuit in ciuitate coniungi.*
*O iniquũ perſuaſionis errorem! Diuiduntur cauſæ germanis,*
*filius obligationibus paternis ſi non ſit hæres, exuitur. Vxor*
*maritalibus debitis, niſi per ſucceſſionis vincula, non tenetur,*
*& audacia ad ſolutionem trahit extraneos, cùm abſoluant*
*iura coniunctos*, & *epiſt. 14. Magni peccati genus eſt alie-*
*nis debitis alterum prægrauare.* Quapropter cùm Decu-
rio prædeceſſor qui electus fuit ſuſceptor tributorum,
ipſe debita contraxerit in eo munere exactionis, & in
eius defectum conueniantur hi, qui illam elegerunt,
vel nominarunt, *l. 1. infr. de peric. nominat. l. ſuper crean-*
*dis, ſupr. de iure fiſci*, nouiter electus Decurio minimè
tenebitur pro talibus debitis alienis. † Vnde ſucceſ- 4
ſio, ſeu ſubrogatio muneris, aut officij, non debet pa-
rere ſubrogationem reſpectu obligationis & debiti,
quoniam cuiuſlibet perſonam reſpicit cuiuſque pro-
pria obligatio, vel crimen, *argumento l. ſancimus 22. C.*
*de pœnis, l. non debet 74. de reg. iur.* iunctis adductis à
Couar. *lib. 2. var. cap. 8. in princ.* Gutierr. *lib. 2. canon.*
*cap. 30.* Caballo *reſolut. crim. caſ. 250. ex num. 2.* Farinac.
*de delict. & pœn. q. 24. num. 1. & 150.* & à me *lib. 2.*
*obſeru. cap. 6. n. 47. & ſeqq.* † Quare cùm ille, qui ad 6
decurionatum vocatur, non veniat tanquam ſucceſſor
hæreditarius vniuerſalis, qui cum eadem perſona cum
defuncto reputetur, illius obligationes & onera in ſe
ſuſcipit, *l. hæres in omne 37. D. de adquir. hæred. l. hære-*
*dem 59. leg. hæreditas 62. leg. inuitus 156. §. cùm quis,*
*leg. in his 175. in fin. de regul. iur. Auth. de iureiuran. à*
*morien. præſt. in princip.* cum traditis à Donell. *lib. 6.*
*comm. c. 2.* Pichard. *in rub. Inſt. de hæred. inſtit. n. 15. &*
*ſeq.* Scihifordegh. *ad Ant. Fab. lib. 2. tract. 16. q. 1 & 2.*
Sed veniat tanquam ſingularis, aut particularis ſucceſ-
ſor, qui in locum Decurionis eſt ſubrogatus, cùm ſui
prædeceſſoris perſonam non repræſentet, neque ex
acceptatione officij ſe obligauerit ad debita, neque
æris alieni obligatio afficiat decurionatum, vt aliàs
dixit IC. *in leg. 1. §. ſi hæres 16. D. ad Trebellian.* &
Imp. *in leg. æris 15. leg. ſi patri 24. Cod. de donatio. le-*
*ge fin. Cod. de hæred. actio.* rectè conſtitutum eſt hac
lege ne vrgeatur Decurio nouiter creatus ad debita

prædeceſſoris, notat in propoſito cum Bobadill. *lib. 3. polit. cap. 8. ex n. 72. & ſeq.* & aliis Rodriquez *de executio. c. 4. numero trigeſimo primo & ſeq.* vbi latè examinat eam quæſtionem, an Decuriones teneantur pro debitis vniuerſitatis nomine à ſe contractis, de qua etiam diximus *in leg. nulli ſupr. de exact. trib.*

6 Ex quibus inferebat Bar. Platea & Pyrrhus, ſucceſſorem in officio non teneri pro debitis prædeceſſoris, & ciues nouiter receptos non teneri ad collectas, quæ pro veteribus debitis imponuntur, neque eum, qui nouiter ingreditur collegium, teneri contribuere in collecta quæ pro debitis antiquis imponatur, quam ſententiam amplectuntur Corſet. *ſing. 46. verb. collecta.* P. Rebuff. *in leg. pupillus 239. §. incola, 1. verſ. quinto de verb. ſign.* Roman. *conſ. 490.* & Valenzuel. *hîc n. 2.* Bobadill. *lib. 3. polit. c. 8. n. 72. in pr.* Azeued. *in Cur. Piſan. lib. 2. c. 18. n. 38.*

7 Sed dubium eſt, an ſucceſſor in officio, munere, aut dignitate teneatur ex mutuo contracto à prædeceſſore? Quàm quæſtionem exagitant *in præſenti* Bart. Platea & Valenz. *n. 4.* DD. *in c. 1. de ſolutionibus*, vbi Barboſ. *in collect.* Cenedo *collect. 86. ad Decretal.* Fachin. *lib. 2. controu. cap. 78. verſ. altera.* Mieres *de maioratu 4. part. quæſt. 26. tot.* & maximè *num. 44.* Giurb. *in conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 2. pars. 1. ex num. 10.* Caſtillo *infrà* referendus, & ferè omnes ſequuntur diſtinctionem *dict. cap. 1. de ſolut.* inter mutuum contractum ratione dignitatis, aut officij, vel ratione vtilitatis propriæ, vt in primo caſu ſoluere teneatur ſucceſſor, non verò in ſecundo, iuxta legem noſtram, iuncta
8 *leg. 4. D. de interdict.* † Pro quo adferri poteſt *leg. ſi pupilli 6. §. 1. D. de neg. geſt.* vbi ſi quis Procuratori meo dederit mei contemplatione vt pignus meum liberet, vel creditorem liberet, (id eſt, vt interpretatur Cuiac. *ibi lib. 3. Digeſt. Iulian.* vt abſolueret creditorem, niſi mauis dicere, id eſt, vt creditum liberet, ſeu debitum, vel dedit pro meo creditore) habet aduersùs me negotiorum geſtorum actionem, quia qui contraxit cum Procuratore contemplatione Domini, non id egerit vt Procuratorem ſibi proprio nomine obligaret, ſed vt negotia Domini gereret mediante perſona Procuratoris, qui nihil niſi miniſterium hoc caſu præſtare intelligitur, *leg. licèt 15. D. de conſtit. pecun. leg. ſi quis ſolutionem 24. verſ. nec hoc, D. de vſuris, leg. quod meo D. de adquir. poſſ.* & ſemper in numerationibus illud obſeruatur, Vt non tam inſpiciatur cui pecunia detur, quàm qua mente & propoſito, *leg. 2. §. penul. l. certi 9. §. ſi nummos, l. non omnis 16. D. ſi cert. pet. l. liberto 31. in princ. D. de negot. geſt.* notat Ant. Fab. *in Ration. ad dict. leg. 6. §. 1.* vbi etiam Cuiac. *lib. 3. Digeſt. Iul.* Quod etiam & in noſtro caſu dicendum eſt, quia cùm mens & intentio eius, qui pecuniam mutuam accepit, ea fuerit, vt pro vtilitate Eccleſiæ, officij, aut dignitatis cederet, attenditur quod principaliter actum eſt, non verò quod contractum fuit, *l. ciuitas 27. D. ſi cert. pet. l. eum qui 13. Cod. eod. l. ſicut 7. verſ. ſed in legato, D. quod cuiuſque vniuerſ. cap. ſi*
9 *gnificauit 56. de reſcriptis.* † Quapropter ſi Rector ciuitatis in opus publicum aliquid mutuauerit, non tenebitur ipſe, ſed ciuitas, in cuius vtilitatem verſum eſt, & ſucceſſori incumbit executio, ſi imperfecta res relicta eſt, & ad onera tenebitur, vt quemadmodum prædeceſſor tenebatur, ita & ipſe ſucceſſor, vt rectè firmat Bobadilla *lib. 3. polit. cap. 5. num. 19.* Quis autem in ſupradicta quæſtione tenebitur probare verſum fuiſſe mutuum in vtilitatem ciuitatis, dignitatis, aut officij, diſputant DD. *in cap. penul. de fideiuſſor.* Fachin. *lib. 2. controuerſ. cap. 77.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 432.* & de ea diſputatione videndi erunt Gratian. *1. tom. diſcept. c. 196. toto.* & Hermoſill. *in l. 3. tit. 1. part. 5. gloſ. 6. ex num. 1.*

10 Huic diſputationi finitima eſt illa, an maioratus ſucceſſor teneatur ad debita prædeceſſoris? de qua agunt DD. *per textum ibi in cap. 1. an agnatus, vel filius defuncti, in feudis.* Lucas *in l. 2. infr. de fundis rei priu. num. 12.* Greg. *in l. 4. tit. 15. p. 2.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 10.* Cened. *collect. 76. ad Decretal. num. 3.* & alij plures, relati à Valenz. *hîc n. 6.* & vnus pro omnibus, qui omnes congerit, D. Ioan. del Caſtillo *6. tom. controu. c. 161. ex n. 22.* qui hoc dubium pluribus caſibus propoſitis ſolent explicare, vt debita inſtitutoris maioratus ſoluere teneatur ſucceſſor, quoniam cùm bona non dicantur niſi quæ deducto ære alieno ſuperſunt, *l. Papinianus 8. §. quarta autem, de inoffic. teſt. leg. mulier 73. D. de iure dotium, l. ſi quis ſeruum 8. §. fin. cum l. ſeq. D. de legat. 2. l. ſubſignatum 39. §. bona, de verb. ſign.* non poterit maioratus inſtitutor efficere quominus res ipſæ non ſint talibus debitis obnoxiæ, *leg. filiusfamil. 114. §. Diui 14. D. de leg. 1.* ibi, *ſed hæc neque creditoribus, neque fiſco fraudi eſſe*, & ita vendi poterunt ad ſolutionem debiti etiam bona maioratus aliis bonis deficientibus, explicant poſt Molinam Caſtillo *ſup. num. 23. cum ſeq.* & Barboſ. *in remiſſ. ad ll. Luſitan.*
*lib. 3. tit. 93. n. 1.* † At ſi debita contracta non ſint ab 11
inſtitutore, ſed à prædeceſſore, qui non fuit inſtitutor, dices, debita contracta contemplatione maioratus pro eius vtilitate, aut conſeruatione teneri ſucceſſorem præſtare, quemadmodum diximus *ſuprà* de debito facto contemplatione officij, probat Molin. & Addit. *d. lib. 1. c. 10. n. 24.* & Caſtillo *n. 30. ſupr.* At verò ſi ob neceſſitatem maioratus contracta non ſint, neque ex regia facultate, tunc ſucceſſor niſi hæres fuerit prædeceſſoris, qui debita contraxit, non tenebitur, quia in bonis maioratus non ſucceditur vltimo poſſeſſori, ſed primo inſtitutori, vt frequenter receptum extat Pinello, *in l. 1. C. de bon. mat. 3. p. n. 99.* Molin. *lib. 1. cap. 8. n. 2.* Caſtillo *ſup. n. 54. verſ. cum autem.*

Sed obſtat grauiter *l. 4. tit. 15. p. 2.* vbi dicitur ſucceſ- 12
ſorem in regno teneri debita prædeceſſoris ſoluere. Nam quemadmodum tenetur Rex contractus à ſe geſtos obſeruare, *l. donationes quas Diuus. C. de donat. inter vir.* cum traditis à Giurb. *conſ. 94. num. 6.* ita etiam & ſucceſſor, vt docent plures apud eundem Giurb. *n. 7.* quod indicat eſſe hæredem, *l. 1. C. ſi cert. pet. leg. 2. l. fin. C. de hered. act.* cum aliis quæ ſcripſi *in l. 1. ſupr. de annon. & trib. n. 91. & ſeq.* & Paz *de tenut. 2. p. c. 85. ex n. 7.* Cui reſpondendum eſt cum Gregor. *ibi*, Molin. *d. cap. 10. num. 30.* Meneſes *in leg. vnum ex familia, §. ſi falcidia, num. 7. & 8. D. de leg. 2.* Valenzuel. *hîc num. 7.* & cum aliis, quos plena manu congerit Robles *de repreſent. lib. 3. cap. 16. n. 47. & 48.* loqui eam legem de ſucceſſore Regni, qui eſt hæres in bonis liberis prædeceſſoris, vt indicant ea verba, *Porque finca en ſu lugar e ereda ſus bienes*, & infrà, *que como gana la onrra e el pro de aquel*
*aquin ereda.* † Secundo loqui de honeſtate, non de ne- 13
ceſſitate, quod conſtat cùm lex illa conſtituat teneri quoque ſucceſſorem erogare eleemoſynas pro anima Regis defuncti, hoc tamen ad ſolam honeſtatem & decentia pertinet magis, quàm ad neceſſitatem.

Ab hac tamen interpretatione rectiſſimè diſceſſit 14
Valenzuel. *ſup. verſ. ego tamen*, Garcia *de expenſ. cap. 16. num. 15. verſ. ſed hæ, & de nobilit. gloſ. 1. §. 1. num. decima & ſequentibus* & Robles *num. 49. ſupr.* quod ſit diuinatorium dicere eam legem loqui in ſucceſſore hærede, tum quia verba non ſolùm honeſtatem, verùm & obligationem præciſam continent, ita enim ait lex. *Tenudo es por derecho e por bien eſtança de hacer eſtas coſas por el Rey finado.* & earum rerum adaptat exempla, quod ad honeſtatem, *Aſſi como dar limoſna e facer decir miſas*, quo ad neceſſitatem verò ſubiicit, *e otro ſi en pagar ſus deudas e complir ſus mandas, e ſegun juſticia e derecho como querria que le ficieſen a el en muente aſſi lo debe facer por el anima*

del

*del finado.* Ex quo conſtat, omnia verba magis neceſſitatem præciſam continere, quam honeſtatem, quia illa vox *eſtança* non ſignificat cauſam honeſtatis, quæ excludat veram neceſſitatem, ſed decentiam illam, quam in exequenda neceſſitate & obligatione ſua Princeps habet, qui cùm ſit legibus ſolutus, & vi coactiua non adſtringatur; obligatur tamen decentia, honeſtate, pudore dirigente in cuſtodiam legum; *leg. digna vox* 4. *Cod. de legibus*, cum iis quæ in eo propoſito congeſſimus *lib.* 1. *obſeru. cap.* 1. *ex num.* 91. *cum ſeq.*

15 Quibus difficultatibus non potuit ſatisfacere Robles *d. cap.* 16. *n.* 52. *&* 53. defendens vulgarem interpretationem eius legis, vt de honeſtate loquatur, quæ nititur æquitate & obligatione naturali, cui iuſtum eſt æquum & bonum virum ſatisfacere, iuxta tradita à Conan. *lib.* 5. *comm. c.* 8. *n.* 2. Vaconio *lib.* 1. *declarat.* 17. *n.* 6. *& declar.* 21. *n.* 17. Donell. *lib.* 12. *comment. c.* 2. quæ obligatio etſi aliquos effectus habeat, tamen nullo modo compellimur eius virtute ad dandum, vel faciendum, cùm multa honeſtum eſt facere, ad quæ non poſſumus compelli, & de hac obligatione & iure intelligit illa verba *tenudo es por derecho.* Sed eum conuincit ſuprà adducta expenſio, etiamſi in ſuam opinionem adducat Caſtill. *libro* 3. *controu. cap.* 19. *num.* 127. cum non poſſint de eo iure ea verba accipi.

16 His ergo relictis interpretamentis veriùs accipio illam legem partitæ, vt ſpecialiter loquatur in Principe, cuius ſucceſſio iure ſanguinis in regno ita coniuncta eſt cum ſucceſſione hæreditaria, vt vna ab alia ſeparari nequeat, ita probatur *in cap. licet vniuerſis* 6. *de voto* (vbi rectè notauit Bernard. *verb. priuandum, verſ. vel meliùs dic. & ex l.* 2. *& ſeq. tit.* 15. *part.* 2. *l.* 8. *tit.* 12. *ead. part.* quæ cùm loquuntur de regni ſucceſſione, ſemper vtuntur *verb. eredar,* & earum argumento Robles, *d. c.* 16. *n.* 13. cum pluribus à ſe relatis, tenet Regnum ſemper deferri iure hæreditario, quod non reſpuunt verba *d. l.* 4. ibi, *Caderecho es que como gana la onrra el pro de aquel aquien ereda*, notant Coſta *de ſucceſſ. Reg. Portugall. pag.* 140. Caſtillo *in l.* 40. *Taur. quæſt.* 16. Boher. *deciſ.* 164. Valenzuel. *d. n.* 7. *verſ. quapropter,* congruunt tradita à Molin. *lib.* 3. *c.* 6. *ex num.* 7. & doctrina Oldraldi *conſ.* 94. quem ſequuntur multi relati à Tiraq. omnino videndo *de primog. q.* 35. *n.* 3. *&* 25. *&* 26. & Paz *de tenut. d. cap.* 85. *num.* 7. & Caſtillo *num.* 6. *contr. c.* 164. vbi agunt an remedium tenutæ competat Regi ſicut aliis maioratuum ſucceſſoribus, & ratio eſt, quia Rex dum viuit, intelligitur poſſidere Regnum tanquam proprium patrimonium, *l. pene à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* Quare bona regiæ coronæ donare poteſt, *cap. Abbate, de ſent. & re iud. lib.* 6. *cap. inter dilectos, de iureiurand. l.* 1. 3. *&* 4. *l.* 16. *&* 17. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil.* vbi DD. cùm adductis ad Hermoſill. in Gregor. Lopez *gl.* 1. *l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. *n.* 37. *&* 38. *pag.* 286. & ab Addit. Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 3. *n.* 17. *&* 18. & Caſtillo *lib.* 5. *contr. c.* 89. *n.* 85. Ac proinde regnum ipſum poteſt obligare & conſequenter ſucceſſorem in Re-
17 gno. † His quæſtionibus aliæ ſunt ſimiles, an teneatur ſucceſſor in maioratu ſtare locationi an in iis, quæ pro neceſſaria ſuſtentatione perſonæ, pro impenſa funeris, pro litibus ſuper bonis maioratus contracta ſunt, ſoluenda ſint à ſucceſſore, de iis videndi ſuprà adducti & Caſtillo.

18 Hinc etiam ſumpſit rectè occaſionem inuehendi contra eos iudices, qui dicuntur *Peſquiſidores,* aut *iueces de comiſſion.* Bobadilla *lib.* 2. *c.* 21. *num.* 250. qui cùm à perſonis, contra quos procedunt, nihil poſſint de ſalariis extorquere, ſolent cõtra alios in ſua commiſſione non comprehenſos, imò qui nullam culpam contraxerunt, irrumpere, & ſalaria ſubducere, velint, nolint. A quibus ego vellem edoceri, quo iure id faciant; ſed cur regulas iuris ab eis expoſtulo, ab eis Harpyiis forenſibus, hirudinibus generis humani, qui nec ſanguine miſerorum ſatiari queunt.

Quæ huc vſque diximus, pro noſtræ legis exorna- 19
tione difficilia redduntur, ex *l. iure* 5. *infr. de fabricenſib.* vbi probatur, vt quod ab vno ex numero committitur, totius delinquatur periculo, & vnius damnum in omnium cedat diſpendium, quod idem ſtatuitur *in l. fi. infr. de naufragio, & in l. fi. C. de heredit. decurion.* & in aliis ſpeciebus aduertunt. *l. cùm eiuſdem* 34. *in pr. D. de ædilit. edict. l.* 1. *§. ſi plures* 13. *D. de exercit. act. l.* 2. *§. filij autem, C. de libertis.* Sed his iuribus reſpondẽdum eſt, illam legem loqui ſpecialiter in fabricenſibus, qui quoddam corpus, ſeu collegium componebant. *d. l. fin. C. de hered. decur.* deſtinatum ad arma in publicis fabricis fabricanda, & cùm omnes, qui in ea laborent, vnum corpus intelligeretur, ſi aliquis eorum aliquid decoxerit, vel interceperit, aut ſuſtulerit, cæteri coguntur ſatisfacere, tanquam ſi omnes id feciſſent, ita vt vnus alterius actus cuſtodiat, & animaduertat, quia corpus magis cenſentur, quam particulares perſonæ, *argumento l. plerumq;* 35. *l. Labeo* 64. *§.* 1. *cum aliis ff. de ædil. edict. in tit.* expedit enim reipublicæ vt ea materia fideliter cuſtodiatur, vt dicam, ſi Deus voluerit, *in tit.* 3. *de fabricen.*
† Ita eodem modo & in naufragio, *in d. fin. de naufr.* 20
ad totum corpus pertinet; quia omnes de collegio tenentur tanquam ſub illo corpore contenti, quemadmodum ſi agmen, aut chorus comœdorum vendatur, non ſunt plures venditiones, etſi plures ſerui ſint, ſed vna venditio, *l. cùm eiuſem* 34. *l. ſi plura* 36. *l. ædiles* 38. *§.*
*fin. cum ll. ſeqq. D. de ædilit. edict.* † Eodem modo etſi 21
magiſtri non diuiſis officiis nauem exercent; quod vnus gerit, alterum obligat, quia cuilibet in ſolidum commiſſa videtur, vt *ibi* rectè aduertit Accurſ. *verb. exercitorem:* quem ſequuntur Bar. & reliqui *ibidem.* Quare dictæ leges non ſunt ad alios caſus protrahendæ, niſi in quibus loquuntur; cum æquitas naturalis in contrarium ſuadeat, ne aliquis aliorum debitis obligetur, vt diximus, & probat Gutierr. *lib.* 2. *de canonic. q.* 30. conferunt Farinac. 1. *tom. crim. qu.* 24. *tot.* & quæ adduximus *lib.* 2. *obſeru. c.* 6. *n.* 48.

Vnde venit explicanda deciſio *l. vn. infr. vt nullus ex* 22
*vicaneis pro alienis vicaneor. debit. teneatur*, quæ prohibet neminem pro alio teneri ob id ſolum quod ſit eiuſdem ciuitatis, vel vici. Vicaneus pro vicaneo non tenetur. Vicaneus eſt, qui habitat in vico, vel pago, ſicut vicinales viæ dicuntur *in l.* 3. *D. de locis & itiner. l.* 2. *§. viarum* 22. *D. ne quid in loco publ.* quæ de publicis viis diuertuntur in agros, & quæ ex vicis in vicos ducunt, vt obſeruat Briſſon. *verb. via.* quem tranſcripſit Schard. *eodem verbo,* & Gruter. *ad Senec. lib.* 5. *de benefic. c.* 24. vbi & Lipſ. & ante omnes docuit Vlp. *in dict. l.* 3. *de locis & in d. §. viarum*, apud nos dicuntur *las veredas o ſendas que van de vn cortijo a otro o de vna alqueria o pa-*
*go a otro.* † Sed nomen *Vicanus,* vel *Vicaneus,* nuſquam 23
apud aliquem auctorem memini me legiſſe; niſi in titulo illo, *vt nullus ex vicaneis,* licet, ibi antea perperam legeretur *Vicarius*; nullo ſenſu. Vicarius ergo à vico (ſicut paganus à pago) eſt ruſticanus, ſeu prædij fiſcalis colonus, qui cum cæteris, qui in eodem territorio ſunt poſſeſſiones colit. Solebat fiſcus vnum ex his, qui locupletior fuiſſet, in ſolidum conuenire pro vniuerſis poſſeſſoribus vici, aut pagi expediendi negotij cauſa; vt docemus *l. cum poſſeſſor* 5. *D. de cenſib. l. hac diffinitione* 12. *l. iubemus* 16. *infr. de omni agro deſerto.* vbi qui *in d. l. vnic.* dicuntur *Vicani*, in his ll. vocantur
*poſſeſſores, municipes & curiales.* † Hoc ferè ius animad- 24
uertitur hodie in municipibus, quæ in Regio Granatenſi Prætorio dicuntur *De la Poblacion.* Nam cùm Moriſci defeciſſent, & eorum poſſeſſiones & agri in fiſcum cogerentur, diuiſa ſunt in ſortes oppidorum domus, agri, horti, fundi, & cætera id genus, & nouis oppidanis diſtributa, modico cenſu impoſito, ad quem

omnes in ſolidum tenētur, vt ita exactores regij à quolibet omnia tributa poſſint exigere, quia omnes muni-
25 cipes oppidorum in ſolidum obligati ſunt. † At in dictis iuribus contra erat, & id cùm animaduerteret Zeno Imperator eſſe contra naturalem æquitatem, vt diximus, conſtituit ne pro debitis alienis conuincant alter teneatur, ſed pro gleba propria. ſeu poſſeſſione tantum quiſque conueniatur, nec etiam pro aliorum
26 delictis. † Idque Iuſtinianus quoque conſtituit *in d. Auth. vt nulli iudicum, § quoniam vero, & § quia vero*, & Reges noſtri *in l. 7. tit. 17. lib. 5. Rec.* prohibent ne pro debitis vniuerſitatis fiat executio in bonis particularium, facit quoque *l. 13. tit. 2. p. 3.* ibi, *no pueden a premiar por ella a perſonas ciertas*, & rationem ponit IC. *in l. ſicut 7. §. 1. D. quod cuiuſcumque vniu. nom.* docent plures apud Gutierr. *de gabell. libro 7. queſt. 168. tota, & numer. 3.* & Rodriguez *de execut. c. 4. num. 34. verſ. ſed cùm ciuitas*, & cùm ſolerent fratrum concilij *de la Meſta*, bona capi pro debitis concilij, talis conſuetudo damnatur, quod etiam notauit Matienz. *gloſ. 1.* & Azeued. *ibid.* & in propoſito eſt *l. 5. tit. 10. part. 7.* vbi Gregor. videndi Caball. Farin. & alij *ſuprà*.

27 Exiis venit improbandum ſtatutum quo vtuntur Italiæ aliquæ regiones, cuius meminit Caſtrenſis *in l. omnes populi, in fin. D. de iuſt. & iur.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 345. num. 14. & 15.* & Surd. *deciſ. 340.* & ante omnes Panorm. *in c. 1. de reſtit. ſpol. num. 8.* vbi eius addit. & Bald. *conſ. 174. vol. 2.* quo cauetur, vt ſi quid damni datum ſit viatori, teneantur proximi pagani id reſarcire. Nam eius duritiės eſt contra naturalem æquitatem, vt agnouerunt, Bald. *in leg. ſancimus, C. de pœnis.* Lucas *in dict. l. iure l. uſt. de fabricenſ.* & alij relati à Farinac. *d. q. 24. n. 150. & 189.* & Grammat. *dec. 47.* & relati à Surd. *ſupr. n. 1.* etſi enim mens & intentio legis municipalis ea fuerit, vt tuta eſſent itinera, tamen non ita hæc ratio valida eſt, vt vincat aliam longè ſuperiorem, naturæ & iuri conuenientiſſimam, ne quis pro alterius delicto teneatur, *argumento l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuet.* & ita disertè videtur docere Iuſtin. *in d. Auth. vt nulli indic. §. quoniam verò 4.* illic, *Quoniam verò contingit adulteria, aut homicidia, aut alia qualibet crimina in prouinciis committi iubemus peccantes teneri, & non alios pro aliis.*

28 Quæ ratio non eneruatur ex traditione Bart. Bald. & aliorum, quos adducunt Farinac. & Surd. *ſupr.* quòd ſtatuta quæ hoc permittunt, ſi fiant cum aliqua rationabili cauſa, valent, quia iniquitas illa temperatur ratione. Nam de ratione non dubitamus, cùm tale ſtatutum etiamſi aliam rem longè faciliorem contineret, ſi tamen rationem non haberet, non eſſet lex, nec valeret, *cap. erit autem 4. diſt.* hoc enim ſupponimus tanquam certum, vt rationem debeat continere! nego tamen eam rationem validiorem eſſe, quàm ſuprà
29 adducta. † At autem ſi cùm illa ratione, vt tuta ſint loca & itinera, aliæ plures rationes concurrant, dixiſſem ego talem legem valere, quia tanquam fortiores & vtiliores rationes vincerent & ſuperarent eam, ne quis ex delicto alterius teneatur. Exemplum præſtat *l. 4. tit. 7. part. 5.* vbi ſi in nundinis & mercatis publicis, mercatori ad ea venientia, violentia ſit facta, vel deprædatio bonorum, non inuento prædone, nec eius bonis ſufficientibus concilium loci, vel dominus, ſub cuius dominio eſt locus ille, in quo committitur præda, tenebuntur ablata reſarcire, vt conſtat ex illis verbis, *e ſi los robadores non pudieren ſer fallados nin los bienes dellos non cumplieren a hacer la enmienda el concejo o el ſeñor ſo cuio ſeñorio es el lugar do fue fecho el, robo ge lo de ben pechar de lo ſuyo*, quam legem conatur explicare Gregor. *ibi verb. el concejo*, qui in eam inclinat explicationem, vt intelligatur de concilio ciuitatis, aut de domino qui potuit prohibere deprædationem, & non prohibuit, iuxta notata à Farinac. *dict. queſt. 24. numero 201. & ſeq.* † Quod ſanè diuinatorium eſt, cùm 30
generaliter & indiſtinctè lex loquatur. Ego ſanè eam intelligerem ſpecialiter in deprædatione, ſeu *robaria*, vt loquuntur practici, facta mercatori ad nundinas venienti, tunc enim militat ea ratio, vt tuta ſint loca & itinera, item vt ſecuritas publica venientibus mercatoribus ſeruetur, quod niſi fieret, in magnam perniciem tenderet commerciorum, in quibus tota vertitur vtilitas publica, cùm ita ciuitates ſint ditiores & abundantiores tum hominibus, tum rebus, vt eleganter ipſa lex in principio docuerat illic, *las tierras e los lugares en que vſan los mercaderes allebar ſus mercaderias ſon porende mas ricas è abundadas è mejor poblundas. leg. 1.*
*C. de nundinis, l. 1. & toto tit. 20. lib. 9. Recopil.* † Ob id- 31
que euntibus ad nundinas magna ſunt priuilegia conceſſa, quæ ſedulò commemorant DD. in dictis iuribus, maximè Narbona *in d. l. 10. Recopil. gloſſ. 1. & 2.* & alios referens Oſvval. *ad Donell. lib. 24. c. 7. lit. Q. &*
*R.* † Vnd cùm maiores rationes in dicto caſu legis 32
partitæ militent, congruum fuit, vt propter deprædationem teneantur ciuitates & domini, quibus vtile fuit ius nundinarum, & ita eis imputatur qui itinera ſecura habere debuerunt, & loca malis hominibus purgare, *l. congruit 13. D. de officio Præſid.* iuncto Farinac. *d. q. 24. num. 201. cum ſeqq.* Menoch. *ſup.* Aliud exemplum adduci poteſt ex Zurita *tom. 6. annal. Aragon. ſeu de Rege Cathol. lib. 8. c. 10.* qui de eo Rege aſſerit vt pacatum haberet Regnum Granatæ, inter alia diſpoſuiſſe, vt nouiter conuerſi tenerentur damna publica committentes tradere, aut damna reſarcire, & ad hunc effectum incolas eius terræ ſibi inuicem fideiuſſores extiterunt, quod iure quidem fiebat, vt illa Maurorum inuaſionibus expoſita ita tueretur.

Sed antequam diſcedam à Paulo Caſtren. *vbi ſupr.* 33
eius doctrina in eo falſa eſt, dum exiſtimabat eo ſtatuto, vt pagani viatori teneantur damnum reſarcire non comprehendi alienigenas, ſeu, vt Pragmatici loquuntur, *forenſes*, nam eum reiicit Alciat. *lib. 6. parerg. cap. fin.* ſiquidem cum intentio legis fuerit vt itinera tuta eſſent, magis videtur comprehendiſſe alienigenas & peregrinos, quàm vicinos iter facientes. Idque probat Alciatus auctoritate Ariſtot. *lib. de mirabilib.* qui ait in via Herculea, quæ ducit in Hiſpaniam, eam legem fuiſſe, vt ſi viator, qualiſcumque eſſet, aliquid damni pateretur, ad incolarum damnum pertineret.

Item & hinc improbanda eſt conſuetudo, quæ plu- 34
ribus in locis Hiſpaniæ obtinuit, vt ſi oues, aut vaccæ, ſeu boues aliquod damnum in pratis defenſis, vel vineis, oliuetis, vel ſegetibus fecerint, & non appareat de damnatore, dominus eius gregis qui propius circa loca damno affecta depaſcitur, tenetur damnum reſarcire, & huiuſmodi pœnæ dicuntur *decercania*, de qua re multas lites vidi in hac curia, & iuxta conſuetudinem ad damnum ſoluendum compulſos, coram auditoribus querelas proponentes, quos ego abſoluerem cum irrationabilis videatur mos, qui pro alienis debitis & damnis innocentes condemnant.

Rurſus ex ſupradictis deſcendit pignorationes, quas 35
vulgus vocat *Repreſalias*, omni iure eſſe interdictas, tum Canonico, tum ciuili & regio, *Nouell. 52.* quæ eſt *Auth. vt non fiant pignorationes, c. 1. de iniurijs lib. 6. l. 1. toto tit. 17. lib. 5. Rec.* Has veteres clarigationes appellaſſe, vult Alciat. quem refert Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur n. 147.* & videtur conſentire Gothofr. *in d. leg. vnic. infr. vt nullus ex vicaneis.* Marcell. Donat. *in elucidat. ad Liuium lib. 8.* ad illum locum *in Veliternos veteres ciues Romanos, pag. 17. & 18. tom. 6.* Theſau. Criticor. & Petr. Greg. *lib. 38. ſyntag. cap. 8. n. 3.* & Caliſt. Ramirez cum aliis, quos refert D. Ioan. Caſtillo *de Tertiis cap. 41. ex num. 94.* † Sed clarigatio aliud longè ſignificat, belli nempe denuntiationem, quæ ſolemnitate magis, quam violentia conſtabat, immiſſo

ſem

in hoſtium fines telo, vel haſta, verbis conceptis à legatis Romanis & Fecialibus, de qua re agemus *in tit. infr. vt armorum vſus.* interim videas poſt Agell. *lib.* 10. *noct. Attica.* 27. *& lib.* 26. *c.* 11. Petr. Greg. *lib.* 19. *ſyntag. c.* 2. *n.* 3. Briſſon. *de formul. lib.* 4. Alex. ab Alex. *lib.* 5. *genial. c.* 3. vbi Tiraq. Roſin. *lib.* 10. *antiq. c.* 1. & ad eum Demſter. *lib.* 3. *antiq. in Paralipom. ad c.* 21. Cerda *ad Virgil. lib.* 10. *Æneid. in princ. n.* 12. Valtrin. *de re milit. lib.* 1. *c.* 8. *& ſeq.* Nicolaum Bellum *lib.* 5. *polit. diſcurſ.* 10. Dom. Solorzan. *lib.* 3. *de iure Indiarum, c.* 7. *n.* 86. Borrell. *de præſtan. Regis cap.* 32. *n.* 15. Græci apud Budæum *in annot. ad Pandect. in l. aut facta §. euentus. D. de pœnis* huiuſmodi genus prehenſionis (de qua nos loquimur) vocarunt *Androlepſiam*, quod etiam notauit Petr. Greg. *d. lib.* 38. *c.* 8. *n.* 1. Couar. *in reg. peccatum* 2. *p.* §. 9. *num.* 4. & Gothofred. *in not. ad d. l. Nouell.* 52. *in epigraph. lit. B.* Gregorius autem X. *in d. cap.* 1. *de iniur.* vocauit rectiſſimè *Pignorationes*, & vulgo dicuntur *Repreſaliæ*, licèt hanc vocem neget barbaram eſſe Zaſius *in leg.* 2. §. *& ita leges de orig. iur.* quem ſequitur Schard. *verb. Repreſalia.* idque apud Romanos cognitum fuiſſe, & apud Græcos, docet Petr. Gregor. *d. cap.* 8. *n.* 7. & Menoch. *de arbitr. caſ.* 527. *num.* 3.

38 Eſt itaque pignoratio quando quis auctoritate propria ſub occaſione repetitionis rerum ſuarum, quas ſibi ablatas queritur, aut eas, aut alias vi manuque adhibita pignorare, ſeu auferre intentat, abductis ob id gregibus, aut armentis vicinorum eiuſdem, vel etiam hominum alterius ditionis, & denique ob alterius delictum alium grauat, vt contingit in ſpecie *cap.* 2. *de ordine cognition.* quod rectè prohibitum eſt *in l. extat* 13. *D. de eo quod metus. leg. quis in tantum* 7. *Cod. vnde vi. d. l. vnic. infr. vt nullus ex vican. l.* 4. *infr. de executorib. & exact.* quæ ad hanc pignorationem reſpicere videntur, licèt reclamitet Petr. Faber *in l. non ex ſingulis* 176. *de reg. iur.* & ſanctiſſimè noſtris legibus prohibentur huiuſmodi iniuriæ & rapinæ. *l.* 15. *tit.* 10. *part.* 7. *l.* 1. *& toto tit.* 17. *lib.* 5. *Recop.* Quia, vt ait Caſſiodor. *lib.* 4. *epiſt.* 10. *ad id reperta eſt legum ſacrarum reuerentia, vt nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu*, iuxta ea quæ tradit Donell.
39 *lib.* 17. *comm. cap.* 2. vbi Oſvval. *lit. A. & B.* † Hoc tamen limitatur, niſi fiant huiuſmodi repreſaliæ, & pignorationes auctoritate publica Principis, ex cauſa iuſtiſſima cum circunſtantiis, quæ explicantur ab Auctoribus de hac re plenè differentibus in peculiaribus tractatibus de *Repreſaliis*. Bar. nempe & Iacob. de Canibus. Gail. *de pignorationib.* Petr. Gregor. *d. lib.* 38. *c.* 8. *toto.* Couar. *in reg. peccatum* 2. *part.* §. 9. *num.* 4. *verſ. hinc denique.* Hippol. de Marſill. *ſing.* 551. Balduin. *Nouell.* 52. Mynſing. *cent.* 6. *obſer.* 1. & alios referente Oſvvald. *lib.* 15. *com. Donell. cap.* 52. *lit. A.* Barboſa *in collect. ad d. cap.* 1. *de iniuriis in* 6. *numer.* 3. Ayala *de iure belli lib.* 1. *cap.* 4. Duaren. *ad tit. C. ne filius pro patre*, vbi etiam Cuiac. Menoch. *de arbitr. caſ.* 527. *tot.* Caball. *reſol. crim. caſ.* 122. Gregor. *in d. l.* 15. *part.* Azeued. *in d. l. Recop.* Gutierr. *lib.* 2. *canon. cap.* 30. *num.* 28. Lorca *in* 2. 2. *D. Thom. quæſt.* 30. *art.* 1. *diſp.* 52. *in dubij appendice.* & D. Ca-
40 ſtillo *de Tertiis, cap.* 41. *num.* 94. † Sic vidimus hoc anno 1635. ex Regis noſtri decreto occupari omnia bona Gallorum publica auctoritate, tum quia Rex Franciæ idem cum noſtris effecerat, tum vt iniurias, deprædationes iniuſtiſſimas, & bellum non ſolùm contra hanc Coronam, verùm & contra populos Catholicos ab eo ſine cauſa, ſine ratione illatum propulſaret.

## LEX XXVI.

*Impp.* Valentin. & Valens. AA. *ad Modeſtum P. P.*

Quidam ignauiæ ſectatores, deſertis ciuitatum muneribus, captant ſolitudines ac ſecreta, & ſub ſpecie religionis cum cœtibus monazontōn congregantur. Hos igitur atque in huiuſmodi deprehenſos erui latebris, conſulta præceptione mandamus, atque ad municipia patriarum ſubeunda reuocari, & pro tenore noſtræ ſanctionis familiarium rerum carere illecebris: quas per eos cenſuimus vindicari, qui publicarum eſſent ſubituri munera functionum.

## LEX XXXI.

*Iidem* AA. *ad Modeſtum PP.*

Ex omnibus domibus producti, qui origine ſunt curiales, ad ſubeundam publicorum munerum functionem protrahatur: quippe cùm occultatoribus talium præter iacturam exiſtimationis, etiam rerum diſcrimen incumbat, ſi vlteriùs progreſſi, vtilitatem publicam priuatis cuſtodiis & patrociniis poſtponant.

### *SVMMARIVM.*

1 *De iuſtitia noſtræ legis dubitatio ex Matthæo de Afflictis.*
2 *Valens Imperator Catholicæ Religionis & Monachorum infeſtiſſimus hoſtis*, & num. 5.
3 *Paganorum & hæreticorum in Monachos rabies.*
4 *Valens maximis cruciatibus & martyriis Monachos coëgit lege lata militare.*
6 *Tribonianus de Atheiſmo impiiſſimo accuſatur à pluribus, & ob id aiunt legem noſtram in Codicem induxiſſe.*
7 *Expenditur* l. plerique 12. C. Th. de veteranis, *quæ videtur eſſe Monachis infeſta.*
8 *Qui fuerint noſtræ legis auctores.*
9 *Magna differentia inter eos, qui Monachi erant, vel cœtibus Monachorum ſeſe adiungebant.*
10 *Probatur variis argumentis, non eſſe hanc legem eam, quam Valens contra Monachos tulit.*
11 *Intentum noſtræ legis probatur non eſſe contra Monachos, ſed contra Pſeudo-Monachos, & eius mens latè exornatur*, & num. 12. & 14.
13 *Ignauia quid in præſenti ſignificet.*
15 *Cenalli & aliorum doctrina de multitudine Religionum.*
16 *Explicatur & exornatur latè* l. reddatur 8. infr. de Profeſſo. & Medicis, *&* num. 21.
17 *Philoſophi antiqui virtutem profitentes, multis vitiis & nefandis irretiti, ex Iuuenali & Martiali & aliis*, & num. 18. 19. & 20.
22 *Philoſophi vt verè eſſent Philoſophi, contemnere debebant diuitias.*
23 *Expenditur* l. profeſſio, infr. de munerib. patrim.

24 *Ex*

24 *Explicatur* leg. in honoribus 8. §. Philoſophis. Digeſt. de vacat.mun. & l.1. Digeſt. de iuſt. & iure.

25 *Adducitur & explicatur* l. Curiales 104. Cod.Th. de Decurionib. & l. ſi quis curialis 12. C. de Epiſcop. & Cler.

26 *Philoſophi ſe ornatos eſſe contra fortunam iactabant explicatur* d.l.reddatur, de Profeſſor.

27 *Philoſophorum patientia vana & ficta.*

28 *Studia litterarum apud ſolos Monachos fuere poſt tempora Imperatorum.*

29 *Fratres tertij ordinis ſancti Franciſci an gaudeant immunitate tributorum.*

30 *Qua pœna teneatur qui ſe mentitur Doctorem, vel Clericum eſſe.*

1 MATTHÆVS de Afflictis, vir alioqui in forenſibus quæſtionibus non infimæ auctoritatis, *deciſ.* 321.*n.*9. ex quorundam fiſcalium opinione ait multas leges iniquas in his poſterioribus libris Codicis Iuſtiniani contineri, quæ conditæ ſunt ab Imperatoribus Orientalibus, non verò à Iureconſultis qui quidem fiſcales ne à limine quidem ſalutarunt hos libros, vt eos reprehendens aduertit Valenzuela *in proœmio ad lib.*10.*& in l.vnic.ſup.de ſuperindicto,num.*2. Verùm ſi aliquo colorè veritatis aſperſa eſſet eorum aſſertio, ex hac noſtra
2 lege clarè videbatur comprobari. † Quæ habuit auctorem Valentem Imperatorem Catholicæ Religionis infeſtiſſimum hoſtem, & præcipuè contra Monachos Ægypti, quos pertinaci odio perſecutus eſt; nam ab Eudoxio Arriano Epiſcopo baptizatus Arriana contactus peſte nomen Catholicum abolere, & cœnobia Monachorum delere conatus eſt, quod & Ethnicis & hæreticis ea tempeſtate in voto erat, rabioſa ca-
3 lumnia & latratu contra Monachos. † De Paganis teſtis eſt locus Rutilij Numaciani *lib.*1.*Itinerarij, verſ.* 438.

*Proceſſu pelagi iam ſe Capraria tollit.*
*Squallet lucifugis inſula plena viris,*
*Ipſi ſe Monachos Grai cogi nomine dicunt,*
*Quòd ſoli nullo viuere teſte volunt.*
*Munera fortunæ metuunt dum damna verentur,*
*Quiſquam ſponte miſer, ne miſer eſſe queat.*
*Quænam peruerſi rabies tam ſtulta cerebri?*
*Dum mala formides, nec bona poſſe pati!*

Sic Monachos cauillantur eiſdem temporibus Eunapius & Sozimus, quorum alter Philoſophorum, alter Imperatorum vitas non alio fine ſcripſit, quàm vt idololatriam vanis & ineptiſſimis laudibus extolleret. Eunapius verò nefarius & ſceleratus Sophiſta *in Ædeſio,* ſanctiſſimos viros inſequitur impiiſſimè, his verbis. *Iidem poſtea in ſacra loca inuexerunt Monachos ſic dictos, homines quidem ſpecie, ſed vitam turpem porcorum more exigentes, qui in propatulo infinita atque infanda ſcelera committebant.* Item & Sozimus non minori impietate *lib.*5. in poſſidendis terris auaritiam Monachorum exagitat, his ipſis verbis. *Ob eam rem perturbata plebe plena Conſtantinopolis tumultu erat, iamque adeò fuerat intercepta Chriſtianorum ab eis Eccleſia, qui Monachi vocantur. Hi legitimis nuptiis abſtinent, & iam in vrbibus, quam in vicis populoſa collegia complent hominibus non maritatis, neque ad bellum, nec alium reipublicæ vſum neceſſarium idoneis; niſi quod via quadam progreſſi ab eo tempore in hanc vſque diem magnam agrorum partem ad ſe tranſtulerunt, & ſub prætextu quaſi pauperibus omnia communicant, omnes ad inopiam rede-*
4 *gerunt.* † Hæc verba & calumniæ paganæ, de factis hæretici Valentis nunc adiiciendum, diximus magnopere odiſſe Monachos, hoc autem odium ita excreuit, vt eos coëgerit militare. Teſtes ſunt noſter Hiſpanus Paul. Oroſius *lib.*7.*cap.*33. & Paul. Diachon. *lib.*11. *hiſt. Eutropij.* qui ita ait. *Valens igitur impietatem quam dudum meditatus fuerat operibus explens lege lata vt Monachi militarent, nolentes per tribunos & milites fuſtibus iuſſit interfici. Quorum innumeram multitudinem per vaſtas tunc Ægypti ſolitudines diffuſam conſtat, præcipuè quæ apud Nitriam martyrij conſequuta eſt palmam.* Iornandes *lib.*1.*de Regn.ac temp. ſucceſſ. paulo ante finem,* idem affirmat. *Valens Imperator lege lata vt Monachi militarent nolentes iuſſit interfici.* idem docet Socrates *lib.*8. *hiſtor. Tripar.cap.*7. Theodorit. *lib.*7.*cap.*29. Niceph. Calliſt. *lib.*9.*cap.*16. & cum aliis Baron. *tom.*4.*Annal. anno Chriſti* 375. *num.*10. † Nec hoc ſolum effecit, 5
ſed & maximis onerauit tributis, vt conſtat ex *epiſt.*19. quam ad eoſdem ſcripſit D. Baſilius, ob quam cauſam hanc noſtram legem (tanquam Catholicæ pietati aduerſam, & quæ Mendicantium ſanctiſſimum inſtitutum ſubuertat, & Guillelmi de ſancto Amore illius iam ab Eccleſia damnati impium dogma fouere videatur, contra quem ſcripſit D. Bonauentura *apolog.*2. *pro pauper.*) accuſant & damnant Alciat. *hic. & lib.*3.*diſpunct.cap.*11. Gothofred. & Cuiac. *hic,* & P.Gregor.*lib.*15.*ſyntag.cap.*15.*num.*5.*& lib.*39.*c.*6. *n.*10. Forcatul. *in Cupidine Iuriſp.cap.*4.*n.*6. licet aliter velit eam accipere Anaſtaſ.Germon. *de ſacror. immun. lib.*2.*cap.*3.*n.*10. quo etiam modo aliam legem Mauritij Imperatoris damnauit D.Gregor. *lib.*2 *regiſtr.epiſt. penul.* qua ſtatuebatur, vt nullus qui actionem publicam egit, qui officio, vel manu ſignatus (verba ſunt illius Sanctiſſimi) vel inter milites fuit habitus, ei in monaſterio conuerti liceat. vide Yepes *in Chronic. S.Benedict. tom.*1.*ann. Chriſt.*593.*capit.*1.*pag.* 387.

Huic autem difficultati cur legem tam impiam 6
Tribonianus in lucem extraxerit, & Codici adiecerit, reſpondet Alciatus, quoniam aliam interpretationem recipere poterat, præter eam, quam Valens ipſe probabat, tametſi & id Triboniani impietati poſſet imputari, cùm ipſe fuerit Atheus, & abſurdæ impietatis homo, vt teſtantur Heſychius & Suidas, relati ab Alciato, *ſup.* & Nicol. Aleman *in hiſt. arcan. Procopij pag.*72. Dom. Franciſco de Cordoua *in Didaſcalia capit.*14. Barthio *lib.* 2. *aduerſar. capit.*17.
† Quæ tamen euaſio mihi non probatur, pluribus 7
rationibus. Prima, quoniam Arcadius & Honorius idem videntur ſtatuere *in leg. plerique Cod. Th. de veteranis,* at hos fratres Imperatores Hiſpani glorioſiſſimi & Chriſtianiſſimi Theodoſij filios quis negabit non fuiſſe piiſſimos? Nihilominus ita ſcribunt, *Et quoniam plurimos vel ante militiam, vel poſt inchoatam, vel peractam latere obiectu piæ Religionis agnouimus, dum ſe quidam vocabula Clericorum, & infauſtis defunctorum obſequiis occupatos non tam obſeruatione cultus, quam otij & ſocordiæ amore defendunt, nulli omnino tali excuſari obiectione permittimus, niſi qui aut fractus ſenio, aut membris debilis, aut paruitate deformis, indignus conſortio virorum fortium reperitur.* Ex quibus verbis conſtat etiam ad militiam extractos eos, qui ſub ſpecie Religioſorum ſe occultabant, & tamen à Catholicis Principibus edita eſt lex illa.

Rurſus, quia lex noſtra non ſolùm habuit au- 8
ctorem Valentem hæreticum Imperatorem, ſed etiam Valentinianum fratrem natu maiorem, qui ab omnibus hiſtoriographis Catholicus prædicatur, & pius, conditaque eſt ſub eorum primo Conſulatu (vt ſubſcriptio indicat) qui contigit ſecundùm Onuphrium & Contium anno 365. Neque aliquis dicat non fuiſſe Valentinianum maiorem, nam iunior non præponeretur Valenti. At lex quam Valens tulit contra Monachos, qua eos coëgit militare, lata eſt poſt fratris mortem, vt teſtantur Paul. Oroſius, Paul. Diach. & Baron. *ſup.* Vnde credendum non eſt Catholicum Principem Valentinianum in re tam

nefa

nefaria & abominanda voluiſſe fratri hæretico conſen-
tire.

9 Tertia ratio, quia lex hæc non iubet Monachos
erui è latebris, ſed illos qui cœtibus Monachorum ſeſe
adiungunt. ergo maxima eſt differentia inter Mona-
chos & ſectatores ignauiæ, & ſic non loquuntur
Impp. de Monachis, ſed de illis, qui ſegnitiei cauſa,
dolo & fraude ſecreta eorum petebant. Quod ſigni-
ficat verbum *captant*, eos comprehendens, qui dolo &
illectamentis, ſimulacóque obſequio alterius gratiam
aucupantur, vt conſtat ex Martial. *lib.6. epiſt.63.* &
Corraſio *lib.5. miſcellan. cap.13.* vnde captatores teſta-
mentorum. Idque confirmant verba ſequentia, *ſub ſpe-
cie religionis*, quæ demonſtrant colorem illum quæſi-
uiſſe, vt ignauiæ ſe dederent, & otio, non autem vt
10 Monachi eſſent. † Quarta ratio, quod lex noſtra ni-
hil de militia ſtatuit, neque Monachos ad militiam
reducit, cùm tamen lex altera Valentis iam antiquata
Monachos coëgerit militare. Hæc in patriam redu-
cendos ſtatuit, non Monachos, ſed eos, qui cœtibus
Monachorum faltò & furtiue ſe adiunxerant, & mu-
neribus patriæ ſubeundis ſe ſubduxerant. Lex illa Mo-
nachos à monaſteriis abducebat, qui in illis ſolitudi-
nibus Ægypto Deo vacabant, hæc autem abducit
illos ignauos, qui prætextu Religionis cùm ve-
rè non eſſent Monachi, ſed pſeudo-Monachi, ea
ratione ſeſe in monaſteriorum ſolitudines & ſe-
creta contulerant, non vt profiterentur mona-
chatum, ſed vt ſegnitiem & ſocordiam amantes cu-
rias effugerent, eo colore, quaſi mundum horrerent,
& cùm ſemper leges procurarunt Decuriones ad cu-
rias reuocare, ita vt nec militia, nec reſcripto data im-
munitas, nec etiam propria domus Principis eos li-
beraret à muneribus ſubeundis *l. qui de relicta 17. l. pri-
uilegio 27. l. curiales 21. l. quoties 37. l. curiales 39. infr. eod. tit.*
11 † Quod attinet ad intentum legis noſtræ ſolùm eos
retrahit, qui ficto colore religionis captabant ſolitu-
dines, in quibus degebant Monachi (hoc enim eſt
*Monazontωn*, locus in quo ſolitariè viuunt Monachi,
licèt ego legerem *Monachorum*, quæ vox aptior &
ſuauior, & ad propoſitum & mentem Imperatorum)
quò non vt profiterentur ſed vt munera ſubterfuge-
rent ſeſe contulerant, hypocritæ & habitu tantum
Monachi, non vita quod æuo illo frequentiſſimum
fuit, vt curias derelinquerent, fucato affectu vitam
monaſticam profiteri, ſed vita inhoneſta: ita deplo-
rat ſanctiſſimus & doctiſſimus Hieronym. *epiſt.5.
ad Ruſticum Monachum.* ibi, *Videas nonnullos accinctis
renibus, pulla tunica, barba prolixa à mulieribus non poſ-
ſe diſcedere, ſub eodem manere tecto, ſimul inire conuiuia
ancillas iuuenes habere in miniſterio, & præter vocabulum
nuptiarum omnia eſſe matrimonij, non hæc culpa eſt Chri-
ſtiani nominis, ſi ſimulator religionis in vitio ſit.* & infe-
riùs *Vidi ego quoſdam, qui poſtquam renuntiauere ſæculo,
veſtimentis dumtaxat & vocis profeſſione, non rebus de pri-
ſtina conuerſatione mutarunt. Res familiaris magis aucta,
quàm imminuta, eadem miniſteria ſeruulorum, idem ap-
paratus conuiuij in vitro & patella fictili aurum comeditur,
& inter turbas, & examina miniſtrorum nomen ſibi vindi-
cant ſolitarij. Qui verò pauperes ſunt, & tenui ſubſtantio-
la, videnturque ſibi ſcioli, pomparum ferculis ſimiles, pro-
cedunt in publicum, vt caninam exerceant facundiam. Alij
ſublatis in altum humeris, & intra ſe neſcio quid corni-
cantes, ſtupentibuſque in terram oculis tumentia verba tru-
tinantur, vt ſi præconem addideris, putes incedere præfe-
cturam. Sunt qui humore cellarum immoderatiſque ieiu-
niis tædio ſolitudinis vertuntur in melancholiam. Plerique
artibus & negotiationibus priſtinis carere non poſſunt, mu-
tatiſque nominibus inſtitorum eadem exercent commercia
maiora, quam ſæculi homines emolumenta ſectantes. Nunc
autem ſub religionis titulo exercentur iniuſta compendia,
& honor nominis Chriſtiani, fraudem magis facit, quàm
patitur, publicè extendentes manus, pannis aurum tegimus,
& contra omnium opinionem plenis ſacculis morimur di-
uites, qui quaſi pauperes viximus. Tibi cùm in mo-
naſterio fueris, hæc facere non licebit.* Hæc D. Hiero-
nym.

Cùm ergo tales homines verè non eſſent Mona- 12
chi, ſed vt à muneribus ſeſe liberarent, hypocriſi illa
colorem quæſierint, Valens hac lege conſtituit, vt è
latebris eruerentur, & bonis priuarentur quod in-
dicat non loqui de veris Monachis. nam hi bona
nulla habebant, *Auth. ingreſſi, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. No-
uell. 123. in princip.* quæ eſt *Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop.
cap.1.* ibi, *nullum amen omnino proprium habere.* & ita
loquitur de illis, quos D. Hieronym. deſcribit *ſuprà,
& epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodienda virgin.* mul-
to poſt medium, his verbis. *Tertium genus* (Monacho-
rum) *deterrimum atque neglectum habitant in vrbibus &
caſtellis, inter hos ſæpe ſunt iurgia, quia ſuo viuentes cibo,
non patiuntur ſe alicui eſſe ſubiectos. Apud hos affectata
ſunt omnia, laxæ manicæ, viſitatio virginum, detrectatio
Clericorum, & ſi quando dies feſtus venerit, ſaturantur ad
vomitum. His igitur quaſi quibuſdam peſtibus extermi-
natis veniamus ad eos.* † Quis ergo tales hypocritas 13
non inſequetur, quos Maximus Doctor peſtes vo-
cat. Iure equidem Valentinianus & Valens hanc le-
gem contra tales tulerunt, qui non erant verè Mona-
chi, ſed imò vitam monaſticam dehoneſtabant. Qua-
propter non immeritò ignauiæ ſectatores vocantur
*in præſenti*, & deſides *in leg. generaliter 52. Cod. de Epiſ-
cop. & Cler.* Quo in ſenſu fucos apum (apud nos *los
Zanganos de las colmenas*) *ignauos* vocat Virgil. *lib.4.
Georg. verſ.167.*

*Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.*
——— & *verſ.244.*
*Immuniſque ſedens, aliena ad pabula fucus.*

vbi *ignauum* dixit, non quia ſint ſine aculeo, vel ſi-
ne armis, vt cæteræ apes, ſed quia inuolant in alie-
nas opes, in aliena pabula, nihil facientes, otioſi-
que ſemper, *floxos* dicimus *holgaçanes, pereçoſos*, &
hoc ſignificauit illa vox *ſedens*, vt ſic reiicias Lucam
de Benna *hîc*, qui *ignauiam* ſumebat pro ignorantia,
cùm verè pro ſocordia, deſidia, inertia & pigritia ſu-
matur. *l. cùm vero 26. §. apparet. de fideicom. liber.* & Ta-
cit. *lib.5. hiſtor. in princ. de Sabbato Iudæorum.* ibi, *Septi-
mo die otium placuiſſe ferunt, quia is finem laborum tule-
rit, dein blandiente inertia ſeptimum quoque annum igna-
uiæ datum.* † Hæc igitur conſtitutio non fuit condita 14
odio Monachatus, ſed fauore curiarum, ne eo colo-
re deſererentur, & ex malitia propria illi Pſeudo-Mo-
nachi commodum reportarent, cùm habitus ſuſce-
ptio Monachos non faciat, *cap. porrectum, de Regularib.*
Ne ſub ſpecie muneris quod minus exequitur, alte-
rius muneris oneribus releuetur, vt fere in ſimili
ſpecie aiunt Impp. *in l. qui ſub prætextu 9. C. de ſacroſ.
Eccleſ. l. ſemper 5. §. Diuus. D. de iure immunit.* Qui
tentio doloſa & falſa grauitas eſt coërcenda,
*gumento cap. tuarum 11.* ibi, *cruce falsò ſignatos inueneris
de priuileg.* vbi poſt gloſ. DD. *Nouell. 123. §. fin. ſeu Au-
thent. de ſanctiſſ. Epiſc. l. vnic. in princ. infr. de ſtudiis libe-
ralib. vrb. Rom.* & qui ficto cœlibatu ſolicitauit ad nu-
ptias, tenetur ſtupri. *l. eum qui duas 18. C. ad leg. Iul. de
adult. l. 3. C. de donat. ante nupt.*

Vnde refellendus eſt Ceuallos *lib. del Arte Real. do-* 15
*cumento 23. pag. 129.* qui exiſtimat noſtram legem vo-
luiſſe religionum cohibere multitudinem, quæ vide-
tur etiam fuiſſe ſententia Accurſ. *hîc, verb. ſolitudines.*
Sed minimè ad hoc attendiſſe Impp. conſtat ex *ſuprà*
reſolutis. Scio autem multos viros conſuluiſſe, vt à
Romano Pontifice id expoſtularetur, pro innume-
ra incommoda, quæ ex tot monaſteriis in dies cre-
ſcentibus oriri putant, de quo videndus idem Ceuall.
*d. docum. 23.* Nauarrete *en la conſeruacion de Monarquia,
diſcurſ.*

*diſcurſ.*42. & ante eos P. Gregor. *lib.*13. *de Repub. cap.*4. *num.*6. *& cap.*6.

16 Secundò ex ſupradictis venit explicanda elegans deciſio *l. reddatur* 8. *infrà de profeſſor. & Medic.* quæ eoſdem Impp. Valentin. & Valentem habet auctores, vbi decreuerunt illud fucatum genus hominum, qui habitum Philoſophorum vſurpabant (cùm verè Philoſophi non eſſent) vt patriæ muneribus ſeſe ſubtraherent, curiis eſſe reddendum. ita enim ſcribunt *Reddatur vnuſquiſque patriæ ſuæ, qui habitum philoſophiæ indebitè & inſolenter vſurpare cognoſcitur: exceptis his, qui à probatiſſimis approbati ab hac debent colluſione* (lego *colluuione* cum Cuiacio, Gothofredoque *ibidem*, & Iureto *ad Symmach. lib.*1. *epiſt.*23.) *ſecerni. Turpe enim eſt vt patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre*

17 *profitentur.* † Loquuntur ergo de his Philoſophis, qui verè philoſophiam non profitebantur, ſed hypocriſim, & vt de eis ſcribit Tertullian. *in Apologet. cap* 48. *num.*575. minimè affectabant veritatem, & affectando corrumpebant, vt qui gloriam captant namque myſterium ſapientiæ & virtutis, barba & palliotenus celebrabant, & nihil vitiorum non habebant. Ita eorum fictam bonitatem & virtutem & turpiſſimam vitam acriter & eleganter ſuggillat Iuuenalis *Satyr.* 2. *in princ.*

*Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt,*
*Indocti primùm, quamquam plena omnia gypſo.*
*Chryſippi inuenias nam perfectiſſimus horum eſt,*
*Si quis Ariſtotelem ſimilem vel Pittacon emit,*
*Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.*
*Frontis nulla fides, quis enim non vicus abundat.*
*Triſtibus obſcœnis? Caſtigas turpia, cùm ſis*
*Inter Socraticos notiſſima foſſa cinædos*
*Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ*
*Promittunt atrocem animum, ſed podice læui*
*Ceduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.*
*Rarus ſermo illis, & magna libido tacendi.*
*Atque ſupercilio breuior coma.*
*Horum ſimplicitas miſerabilis, his furor ipſe*
*Dat veniam; ſed peiores, qui talia verbis*
*Herculis inuadunt, & de virtute loquuti*
*Clunem agitant.*

18 Cui etiam concinit Martial. *lib.*1. *epig.*25. *& l.*9. *epig.*28. *&* 48. hoc vltimum annectam.

*Democritos, Zenonas, inexplicitoſque Platonas,*
*Quidquid & hirſutis ſqualet imaginibus.*
*Sic quaſi Pithagoræ loqueris ſucceſſor, & heres,*
*Præpendet mento nec tibi barba minor.*
*Sed quod & hircoſis ſerum eſt, & turpe piloſis*
*In molli rigidum clune libenter habes.*
*Tu qui ſectarum cauſas, & pondera noſti,*
*Dic mihi præcidi, Pannice, dogma quod eſt.*

19 Apuleius *libro* 1. *florid. circa fin.* ibi, *Quod vtinam pari exemplo Philoſophiæ edictum valeret, ne qui imaginem eius temerè aſſimilaret, vt pauci boni artifices iidem probè eruditi omnifariam ſapientiæ ſtudium contemplarent, neu rudes, ſordidi, imperiti, palliotenus Philoſophos imitarentur, & diſciplinam regalem maledicendo, & ſimiliter viuendo contaminarent.* Congruunt Senec. *epiſt.*5. *& de vita beat. capit.*20. Epictet. *diſſertat. libro quarto capit.*8. Agell. *liber. nono noct. Attic. capit.* 2. *& libro* 13. *capit.*9. *&* 22. *& lib.*17. *capit.*18. D. Hieronym. *in ep. ad Pammach. & ad Iulian.* qui eos philoſophos vocat *mundi gloriæ animalia, populares auræ atque rumorum popularia mancipia*, imitatus fortè Tertullianum *libro de patientia, in princ.* qui *ſapientiæ animalia* eos appellat, & aliis conuitiis eos cumulant Symmach. *libro* 1. *epiſt.*23. Sidon. *lib.*9. *epiſt.*9. Plin. *lib. primo epiſt.*22. *& lib.*3. *ep.*11. Quintilian. *declam.*268. *&* 283. Lactant. *lib* 5. *cap.*5. & alij ex Patribus Eccleſiæ, quos recenſet Iuſt. Lipſ. *lib. primo manuduct.*

*ad Stoïcam, diſſert.*3. † Solùm adducam Iulij Firmi- 20
ci verba *libro* 8. *capit.*6. ibi, *Aliud ex fronte pollicentur, aliud latenter in moribus celant ſunt enim auſtera facie, prolixa barba, obſtinata fronte, ita vt Catonis preſſum inſtitutum imitari videantur, ſed totum hoc fucato mentiuntur affectu, ſunt enim natura petulantes, laſciuiis ſemper cupiditatum ac libidinoſis voluptatibus implicati, & qui latenter amorum illecebris ſemper exæſtuent.* De his Philoſophis intelligendi ſunt loqui ſancti Patres, qui Philoſophiam damnarunt apud Iuſt. Lipſ. *dict. diſſert.*3. & Gaſp. Barthium *lib. ſecundo aduerſar. cap.*12. *& lib.*4. *cap.*3.

Hos ergo, qui eo fuco ſeſe muneribus ſubtrahe- 21
bant, rectiſſimè Valens ad curias reducendos exiſtimat, quia non debent priuilegiis & muneribus gaudere, quæ veris Doctoribus & ſapientibus iura indulſerunt, propter inſigne & laudatiſſimum munus edocendi, fauoremque & honorem litterarum. *l. Medicos* 6. *infr. de Profeſſ. & Medic. l. ſi duas* 6. §. *& Philoſophos* 5. *cum ſequent. D. de excuſat. tutor. l. in honoribus* 8. §. *Philoſophus D. de vacat. muner.* † Ratio ipſa *dict. l. reddatur*, 22
ea eſt, quia tales Philoſophi, vt verè eſſent Philoſophi, contemnere debebant diuitias, & amare paupertatem, ita vt ſi haberent diuitias, iam verè non philoſopharent, cum Democritus proiecerit diuitias, vt teſtatur Seneca *de prouident. cap.*6. *d. l in honoribus* §. *Philoſophis*, vbi eleganter notauit Gothofred. *lit. R dict. l. ſi duas* §. *Philoſophis* 7. *leg.*1. §. *at & Philoſophi* 4. *de extraordin. cognit.* (licet Seneca *de vita beata cap.*23. id contradicat, ſed ille magis de ſe, & pro ſe dixit, quàm quia Philoſophorum præceptis id conueniret) cùm verò iſti, qui falsò & fucato affectu philoſophiam profitebantur, vt immunitatem haberent, contra præcepta philoſophiæ diuitias habebant, & ſic profeſſio & animus longè diſtabant, reddi debuerunt patriæ muneribus. † Ita eleganter probatur *in l. profeſſio* 6. 23
*infr. de munerib. patrim.* vbi ex ſupradicta ratione inferunt Impp. Philoſophum reddi debuiſſe muneribus patriæ illis verbis, *Cùm Philoſophum te eſſe proponas, vinceris auaritia & rapacitate.* † Quibus congruit *d.* 24
*leg. in honoribus* 8. §. *Philoſophus, de vacat. mun.* vbi Philoſophis datur vacatio à tutelis & ſordidis muneribus perſonalibus, non verò à muneribus illis, quæ dicuntur patrimonialia, in quibus ſumptus neceſſarius eſt, rationem reddit elegantiſſimè Papin. quia qui hæc munera refugiunt quæ patrimonio imponuntur, iam ſeſe oſtendunt fictos Philoſophos, non veros. Qui enim veri Philoſophi ſunt, pecuniam contemnunt, & perdere malunt, quàm eius eſſe ſtudioſi quod mihi videtur magis procedere, quoniam Iureconſulti Philoſophis ſibi fuerint ſubæmuli, ita vt iam hi, iam illi ſæpius obiurgarent aduerſarios inuicem diſſidentes, qui contrariam ſectam inſectarent, vt eleganter obſeruat Merill. *lib.*1. *obſeru. cap.*1. quod videtur innuere Vlp. *in l.*1. §. 1. *Digeſt. de iuſt. & iur.* ibi, *veram, niſi fallor philoſophiam, non ſimulatam affectantes.* quo loci videtur philoſophos ſugillare, vel ſaltem probare Iureconſultos æquales eſſe Philoſophis, cùm exercere iuſtitiam pulcherrimam partem philoſophiæ eſſe teſtetur Plin. *lib.*1. *epiſt.*10. quod etiam innuit, dum ait, Iureconſultos eſſe Sacerdotes, quo nomine condecorabantur etiam Philoſophi, vt docet Cerda *ad Tertull. de Spectacul. cap.*16. *num.*5. ad illud, *Sacerdotibus pacis.* † Huc etiam pertinet *leg. curiales* 104. *Cod.* 25
*Th. de decurionibus*, vbi ſi aliquis curialis Clericus fieri velit, ita conſequetur, ſi cedat patrimonio, & abſque bonis Clerici efficiantur, quia inquiunt Gratian. Valent. & Theodoſ. *animos diuina obſeruatione deuinctos non decet patrimoniorum deſideriis occupari.* Quaſi dicant, qui curiam derelinquit, & bona cum clericatu retinere mauult, hoc ipſo prodit ſimulatam eſſe, & non veram religionem ſuam, ſicut Philoſophi,

ſophi. quam legem poſtea emendarunt Arcadius & Honorius *in l. ſi quis curialis* 11. *verſ. Clericis, Cod. de epiſcop.& Cler.* vbi illam ceſſionem bonorum, qua mediante curialis eſſe ... poterat, ad clericatum non prodeſſe ſatis impiè decernunt, licèt pij fuerint illi Imperatores, niſi dicas iniuriam illorum temporum ita tuliſſe, ne ſub eo prætextu curiæ deſererentur, vt diximus *ad rub. ſup.*

26 Aliam etiam rationem explicatu dignam adiicit *d. leg. reddatur* 8. *infr. de Profeſſor.* quare ficti Philoſophi reddendi ſint curiæ, *quia turpe ſit vt patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur.* Quaſi dicat, ſi enim Philoſophorum profeſſio eſt fortunæ ſe opponere, & eius iniurias fortiter ferre, multo magis patriæ munera, nam in tali functione, patientia & conſtantia exercetur. Fuit ſanè vanis illis Philoſophis inſita ratio contra fortunæ contumaciam eſſe armatos, & de ſe iactare illud Horatij, *& ſi totus dilabatur orbis, impauidum ferient ruinæ.* Quod diſertè docuit Tertull. *de patientia in princ.* ibi, *Philoſophi quidem qui alicuius ſapientiæ animalia deputantur, tantùm illi ſubſignant, vt cùm inter ſeſe variis ſectarum libidinibus & ſententiarum æmulationibus diſcordent, ſolius tamen patientiæ in commune memores huic vni ſtudiorum ſuorum commiſerint pacem, in eam conſpirant, in eam fœderantur, illi in adfectatione virtutis vnanimiter ſtudent omnem ſapientiæ oſtentationem de patientia præferunt.* Lege animoſa verba Senecæ *lib. de prouident. c.* 6. *& epiſt.* 16. *& ep.* 4. ibi, *ergo aduersùs omnia quæ accidere poſſunt etiam potentiſſimis, adhortare te, & indura.* & epiſt. 111. *Verus & rebus non artificiis Philoſophus in edito ſtat admirabilis, celſus, magnitudinis veræ. Quidni contentus ſit eo vſque creuiſſe quo manum fortuna non porrigit, ergo & ſupra humana eſt par ſibi in omni ſtatu rerum, ſiue ſecundo curſu vita procedit, ſiue fluctuatur, per aduerſa & difficilia, hanc conſtantiam cauillationes præſtare non poſſunt.* lege etiam Senecæ perpetuum aſſeclam Lipſium *in libris de Conſtantia, & in manuduct.*
27 *ad Stoicam.* † Sed hæc omnia falſa illis fuere, & in affectione virtutis vmbra quidem & vanitas, vt teſtatur D. Cyprian. *de bono patientiæ.* & Tertullian. eleganter & verè *de patientia c.* 2. ibi, *Nobis exercendæ patientiæ auctoritatem non affectatio humana canina æquanimitatis ſtupore formata, ſed viuæ ac cœleſtis diſciplinæ diuina diſpoſitio delegat, Deum ipſum oſtendens patientiæ exemplum.*

28 Illud etiam ad ornatum ſupradictorum adiicerem, quòd cùm ſequiori tempore ſtudia litterarum penes ſolos Monachos eſſent (fremant hæretici & irrideant) philoſophatio, vt ita dicam, veluti munus proprium eorum cœpit cenſeri: ſic probat mihi Luitprand. *lib.* 5. *hiſt. c.* 9. ibi, *Stephanus & Conſtantinus facta congreſſione ſuper patrem irruunt, eúmque de palatio omnibus ignorantibus deponunt, & ad vicinam inſulam, in qua cœnobitarum multitudo philoſophabatur, tonſo ei, vt moris eſt, capite, ad philoſophandum tranſmittunt.*

29 Vt verò huius legis tractationi finis imponatur, breuiter reſoluenda eſt illa quæſtio, quam hîc Platea tetigit, an ſcilicet fratres Tertij ordinis ſancti Franciſci ſint immunes à tributis; in qua reſolue negatiuè cum Didaco Perez *in leg.* 1. *titul.* 3. *lib.* 1. *ordinam. verb. los ſacerdotes, verſ. eſt & alia.* & alios plures referente Ceuallos 4. *tom. com. q.* 897. *num.* 586. Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 19. *§.* 2. *num.* 41. *& §.* 5. *n.* 14. (& Caſtello *tom.* 5. *cap.* 81. *verſ. quinto quoque, vſque in fin. & cap.* 90. *num.* 51. *& ſeq.* Gratian. *tom.* 5. *diſcept. cap.* 958. *num.* 25. & Molin. *de iuſtit. & iur.* 1. *tom. diſp.* 208.) qui rectè id limitat quando tales fratres viuunt collegialiter, & in communitate, nam tunc ſunt verè religioſi, vt videmus per totam Bæticam Fratres qui dicuntur *Terceros* ordinis S. Franciſci de pœnitentia, qui habent plura monaſteria, & exemplis & doctrinis emi-
30 nent. † Altera quæſtio eſt quam tractauit Bar. *in leg. qui ſub prætextu, Cod. de ſacr. Eccleſ.* quòd ſi aliquis ſe alterum eſſe mentitur, veluti dicit ſe Clericum, cùm Clericus non ſit, vel Doctor, cùm non ſit Doctor, pœna arbitraria teneatur. *l. eos* 27. *§. fin. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Menoch. *d. arbitr. caſ.* 318. *ex num.* 19. confert Hermoſill. *in l.* 4. *tit.* 1. *p.* 5. *gl.* 7. *tot.* vbi de filiofam. qui ſe negat, agricola, nobili, qui mentitur, negans ſe agricolam, aut nobilem, pœna falſi teneri docet Cancer. *lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 253. & Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 93.

## LEX XXIX.

*Imppp.* VALENTINIAN. VALENS *&* GRATIAN. AAA.

Nati ex inquilinarum domus noſtræ matrimonio, & patre Decurione, non patrum ſuorum, verùm matrum conditionem ſequantur.

---

## LEX XXXVI.

*Idem* AAA. *ad Baſilium Com. S. L.*

Exemplo ſenatorij ordinis patris originem vnuſquiſque ſequatur, nec valeant ſpecialiter delata reſcripta. Si quis ſe matris origine à maiore curia ad minorem transferri fortaſſe promeruerit, neque vlla pro more referri ſinatur exceptio.

His adde *l. eos* 22. *l. nullus* 44. *l. neque* 61. *& ſeqq. hoc titulo.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Vnde originem traxerit adſcriptitiorum conditio, & de agricolationis æſtimatione apud priſcos Romanos?*

2 *Qui egerint de explicatione horum nominum adſcriptitius, colonus, cenſitus, & inquilinus, remiſſiuè.*

3 *Explicatur eorum natura & conditio,* & num. 4. 5. 6. & 7.

8 *Quare matris, & non patris conditionem ſequatur filius, hîc in dubium reuocatur.*

9 *Pater in generatione eſt principium actiuum, & an neceſſarium ſemen fœmineum in generatione.*

10 *Filius ſemper ſequitur familiam, honores & dignitates paternas, conditionem verò & ſtatum maternum,* num. 11.

12 *Legis noſtræ explicatur mens, & ratio proponitur, quare filius in ea ſequatur matrem,* & num. 13. 15. & 16.

14 *Ratio dubitandi ad hanc legem deſumpta ex ea inſpectione, an adſcriptitij fuerint liberi, vel ſerui.*

17 *De priuilegiis & fauore agriculturæ.*

18 *Latè diſquiritur, quare mater attendatur in conditione partus.*

19 *Diſputatur contra Fabrum & Carrançam, illam regulam procedere in filiis ex matrimonio, vel extra matrimonium natis.*

20 *Carrançæ faſtus & lapſus oſtenditur veram eſſe rationem illam, vt partus ſequatur conditionem matris,* & n. 21.

22 *Explicatur* l. cum legitimæ 19. & l. lex naturæ, D. de ſtatu hom.

23 *Alius lapſus Carrancæ explicatur* l.quia ſemper 5. de in ius vocan.
24 *Latè explicatur* l.2. D. ne de ſtatu defunct. *&* n.25. 27. & 28.
26 L.Seuerus 9. D. de decurionib. *ratio dubitandi & decidendi.*
29 *Demonſtratur incuria & lapſus Carrancæ.*
30 *An filius ex patre nobili & ancilla ſuſceptus gaudeat nobilitate paterna, latè diſcutitur, parſque affirmatiua defenditur contrà Carrancam*, & n.31. 32. 33. 36.
34 *Filiorum appellatione continetur ex ancilla ſuſceptus.*
35 *An vera ſit traditio A. Fabri de filio naturali iure ciuili non cognito, remiſſiuè.*
37 *Filius conceptus ex ancilla propria, cum qua poteſt contrahi matrimonium, eſt filius naturalis.*
38 *Signantur plures Carrancæ contra Auctorem calumniæ ſimul ac refelluntur*, & num. 39.
40 *Tenebræ quibus ſcatent ſcripta Carrancæ.*
41 *Detegitur incuria & miſer lapſus Carrancæ in exponendis duabus legibus partitarum, & verus earum ſenſus adducitur*, & n.42. 43. 44.
45 *De intellectu* l.exemplo hoc tit. *& quod originem nobis ducimus à patria paterna, explicaturque Virgilius & Sidonius*, & n.46.
47 *Verſus ille* d.l.exemplo, nec valeant ſpecialiter, *quomodo ſit accipiendus.*
48 *Reſcripta impetrata vt ſeſe à decurionatus oneribus quis ſubtraheret, vacuantur, & quare & quatenus ciuitatis immunitas valida de ea ſit ad interpretationem l.5. t.9. lib.5. Recop.* & n.49. & 50.
51 *Reſcripta quæ immunitatem à decurionatu concedunt, quomodo valere poſſint.*
52 *Antiocheni ſpeciali priuilegio ſequebantur matris originem quoad decurionatum, explicatur* l.eos 22. ſup.h.t.
53 *Antiochia Syriæ nobiliſſima ciuitas.*
54 L.eos 22. ſup.h.t. & leg.1. §.fin. ad municip. *contra Cuiac. exponuntur, & tractatur an priuilegium, de quo ibi, vt filius maternam originem ſequatur, concedatur ſolum Ilienſibus*, & num. 55. 56. & 57.
58 *An conſuetudine effici poſſit vt quis maternam nobilitatem ſequatur, defenditur affirmatiua pars contra Bartol. & alios antiquos*, & num. 59.
60 *Conſtitutio quæ eſt iuris poſitiui alia conſtitutione immutari poteſt.*

1 PRo explicatione eorum, quæ dicenda ſunt, neceſſarium duxi de conditione mulierum inquilinarum tantiſper diſſerere, cùm tota mens noſtræ legis ex eius diſquiſitione conſtet. Cùm itaque deuicta Italia & prouinciis Romanis agri quàm multi ceſſerint, & latifundia partim luxu & otio creſcente, & rerum abundantia agricolationem deſeruere, vt ait Columell. *de re ruſtic. l.1. in præfat.* quæ tanto in honore priſcis fuerat, *Vt ipſorum tunc manibus Imperatorum* (verba ſunt Plinij *lib.18. c.3. & 6.*) *colerentur agri, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore. & eadem cura ſemina tractabant, qua bellum, eadémque diligentia arua diſponebant, qua caſtra.* Sed cùm ita ea neceſſaria ſit generi humano, vt dicam *in rub. infr. de agricol. & cenſ.* conſueuerunt prudentiores homines liberos ad culturam agrorum ſuorum arceſſere, † Inter quos fuerunt
2 adſcriptitij coloni, cenſiti & inquilini, de quorum conditione poſt Azon. Accur. Plateam, Lucam, Pyrrh. & Cuiac. *in d.rub.* DD. *in c.indicatum, de immun. Eccleſ.* Petr. Greg. *lib.14. ſyntag. c.10. ex n.6.* Caſſaneus *in conſuet. Burg. rub.9. ex num.1.* Duar. *in tit. de ſeruit. c.1.* Forcat. *in rub. eod. num. fin.* Donell. *lib.2. com. c.9.* Conan. *lib.2. comm. cap.10.* Schifordegh. *ad Ant. Fab. lib.3. tract.26. q.6.* ex noſtris Couar. *in c.quamuis pactum 2. p. §.1. num.1.* Valaſc. *de iure emph. quæſt.37.* Baëza *de inopi. debit. cap.2. ex num.20.* Amaſcua *de poteſt. in ſeipſ. lib.2. cap.17. ex n.23.*

Horum hominum illa fuit conditio, vt qui initio 3
liberi ingenuique nati ſunt, conditionibus quibuſdam vel gratis, aut pretio patiebantur certæ alicui terræ ſe adſcribere, & addicere promittentes domino ſoli ſe nunquam ab eo diſceſſuros & prædiorum annuos redditus ſoluturos, *l.colonos 19. l.cum ſcimus 21. infr. de agricol. & cenſ. l.quiſquis 16. l.ſi quis 20. l.iubemus 87. C. de Epiſcop. & Cler. l.fin. C. de tranſact. l.poſſeſſionum 11. C. comm. vtriuſque iudicij.* † Nomen inde deductum, ſiue 4
quia adſcripti cenſibus, (cenſus autem erant libri cenſuales, vel publici cenſus ſcripturæ in quibus continebantur proprio nomine qui in ſuis locis erant conſcripti, vt docet Cuiac. *in d.rub. de agricol.* & Pancirol. *l.2. theſaur. cap.151.* Buleng. *de Imp. Rom. lib.9. c.12.*) quia cùm ipſo fundo, cui adſcripti erant in publicum cenſum referebantur, & maius patrimonium domini efficiebant, & maioris cenſus, *leg. hi penes 4. l.omnis 6. l.quemadmodum 7. infr. de agric. & cenſ.* (nam coram fiebat profeſſio, quorum nomine tributum præſtabatur Reipublicæ, à dominis qui cogebantur patrimonia profiteri, ad quod reſpexit *leg.4. §.ſi quis inquilinum ff. de cenſibus*, vt explicat Petr. Greg. *lib.47. ſyntag. c.16. n.30.*) ſiue quia ita erant adſcripti glebæ, vt minimè ab eis recedere liceret, *leg. colonis 15. infr. de agric.* ſed inde refugientes ad prædia reducerentur, *l.cum ſatis 23. §.cum autem, d. tit. l.vnic. Cod. de colonis Palæſt.* cum aliis *ſeq. tit.* † Ob quam cauſam membra eius terræ repu- 5
tabantur, *d.leg. cum ſatis.* Hi penſionem ex fructibus ſoluendam conſignabant, & ſic incertam. Cenſitus verò certum cenſum, aut penſionem annuam, licet nomine tantum differant huiuſmodi homines, vt docent Accur. per text. *ibi in l.2. gloſ.1. infr. in quibus cauſ. colon.* Schard. *verb. cenſiti.* Qui etiam *tributarij* dicuntur, ob eam cauſam *in l.ſeruos 12. infr. de agric.* & tributarium emolumentum dicitur penſio, quam ſoluunt *in l.omnes eod.* docent ſuprà laudati.

Horum nominum quæ videtur eſſe ratio diuerſi- 6
tatis nullum legerim auctorem qui diſertè explicet diuerſitatem, imò & ipſis legumlatoribus obſcura videtur fuiſſe, vt conſtat ex *leg. definimus 13. infr. de agricol.* ibi, *Definimus, vt inter inquilinos colonoſve (quorum quantum ad originem pertinet vindicandam indiſcreta eadémque pene videtur eſſe conditio, licèt ſit diſcrimen in nomine.)* Quare Valaſc. *ſup. quæſt.32. num.5.* ait cenſitos non vocari quod cenſum, ſeu tributum præſtarent dominis, ſed quia in publicum cenſum referebantur cum fundis ipſis, & maius patrimonium efficiebant, *l.4. infr. de agricol. & cenſ.* quod etiam tenet Ant. Fab. *in Iuriſpr. tit.5. princ.2. ill.7.* quod ſi verum eſſet, multò magis deberent dici *adſcriptitij*, quia cenſibus adſcribebantur, vt loquitur Arcad. *in d.l.2. infr. in quibus cauſ. colon.* ibi, *coloni cenſibus duntaxat adſcripti*, iuncta *leg. cùm ſcimus 22. infr. de agricol. & leg. litibus 20. eod.* † Om- 7
nes itaque iſti agricolæ adſcriptitiæ conditionis promiſcuè aliquando vocantur hoc, vel illo nomine, *adſcriptitius, colonus, cenſitus, & inquilinus.* Coloni, quia colonis liberis ſimiles ſunt, dum ſub certa mercede colunt. *leg.4. l.colonos 15. cum aliis illo tit. de agricol.* Inquilinus, quia iis aſſimilatur qui domum, vel prædium eadem mercede conduxit, *leg. fin. ff. de migrando, leg.4. §. prætor. ff. de damno infect.* & ſic in legibus antiquioribus pro his, qui prædiis adſcribuntur, vſurpatur, *l.ſi quis inquilinos 112. ff. de legat.1. leg. non tantum 17. in fin. ff. de excuſat. leg. poſſeſſionum 11. C. comm. vtriuſque iudicij, leg.4. §. ſi quis ff. de cenſib. leg. omnes 6. cum aliis, infr. de agricol. & cenſ.* docent ſuprà adducti, quo in ſenſu vocantur *Inquilinæ* in præſenti mulieres, quæ ex patribus colonis, ſeu cenſitis procreabantur.

Sed

8 Sed difficile eſt quod in hac lege conſtituitur, natos ex matre inquilina & patre Decurione matris conditionem ſequi, & non patris. Nam qui filius eſt Decurionis, Decurio futurus eſt, & conditionem curialem patris continuare & in curia remanere, *l. priuilegio* 27. *l. in filiis* 35. *l. neque* 61. *cum aliis, h. t. l. præſcriptionem* 5. *C. de præſcrip. triginta*, ita vt ſenatorij ordinis exemplo vnuſquiſque patris ſequatur conditionem, *l. exemplo* 36. *h. t. l. ſenatoris* 6. *l. ſi. in ſi. ff. de ſenatorib.* At ex eo exemplo filij patrem ſequuntur, ergo qui ex inquilina & Decurione natus eſt, debuit patrem ſequendo Decurio fieri. Ratio eſt, quia ad ſplendorem, dignitatem, nobilitatem mater non confert, vt *in dicta leg. eos* 22. *leg. nullus* 44. *leg. ſi iſte* 62. *infr. h. t.* ſed pater attenditur, *leg.* 1. *§. qui ex duobus, ff. ad municip. leg. cùm legitima* 19. *leg. lex naturæ* 24. *ff. de ſtatu homin. leg.* 3. *infr. de municip. leg. definimus* 13. *infr. de agricol. & cenſ. leg.* 1. *§. fin. ff. de iure immunitat. leg.* 3. *tit.* 21. *p.* 2. *leg.* 10. *tit.* 11. *lib.* 2. *Recop.* † Hæc aſſertio non abhorret à iure naturali, quo certum eſt patrem eſſe actiuum principium quod dat formam conceptui, cuius eſt nobilior materia, quàm matris, eámque nullum verum ſemen efficere affirmant multi & graues auctores cum Ariſtot. *lib.* 1. *de generat. animal. c.* 19. *&* 20. Diuo Thom. 3. *p. q.* 32. *art.* 4. quos referunt Conimbricen. *lib.* 1. *de generat. c.* 4. *q.* 27. *art.* 1. Pined. *de reb. Salomon. lib.* .. *c.* 11. *n.* 6. Carrança *de legitimo partu, cap.* 20. *num.* 3. *& ſeq.* & quamvis contraria ſententia verior reputetur à pluribus, quos refert Hurtado *diſp.* 2. *de cauſ. & ordine generat. ſect.* 5. §. 49. & Carrança *ſupr.* Tamen negari non poteſt quin pater in generatione principalior ſit, & fœmineum ſemen non ſit ſimpliciter neceſſarium, vt tradit alios referens Petr. Garcia *in fin.* 1. *Auicenæ diſp.* 36. *cap.* 5. *in*
10 *princ.* Scaliger *contra Cardan. exercit.* 268. † Vnde conceptus debuit denominari à principaliori parte, *argumento leg. quæritur* 19. *ff. de ſtatu hom.* vtpote à quo recipit eſſe tamquam à cauſa efficienti ac nobiliori principio ſuæ ſubſtantiæ. Quam ob cauſam ſemper ſequitur filius familiam, agnationem, honores, dignitates patris, *l.* 1. *infr. de dignitat. c.* 2. *de conuerſ. infidel. §.* 1. *verſ. quia qui ex ea, de legit. agnat. tutel.* cum adductis ſuprà, & iuxta ea quæ adducunt poſt Tiraquell. *de nobilit. c.* 18. *num.* 20. *& ſeq.* Garcia *de nobil. gloſ.* 1. *§.* 1. *num.* 33. Pichard. *de nobil. commun. num.* 9. *&* 84. Caſſan. *in Catal. glor. mund.* 8. *p. conſid.* 8. & cum aliis Th. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 24. *num.* 1. *&* 2. & ob id dixit Euripid. *Columnæ domus patris, liberi ſunt maſculi.* quia in maſculis conſeruatur poſteritas & ſucceſſio, &, vt ait Heſiodus, vnicus filius ſeruat paternam domum, quod voluit Iuſtinian. aſſerere *in d. §.* 1. *de legitim. agnat. tutela*, dum ait apud Romanos, filios patris, non matris, ſequi familiam, quippe exiſtimarunt, mulieres ſuæ familiæ finem eſſe, *l. pronuntiatio* 195. *§. fin. ff. de verb. ſign.* Cùm ergo decurionatus ſit dignitas & honor, vt probauimus *in rubr.* videbatur dicendum patris conditionem eſſe attendendam, non verò matris inquilinæ.

11 Quod multo fortiùs procedit, ſi attendamus vulgarem illam diſtinctionem, quam hîc adiiciunt Platea & Pyrrhus, Pichar. *de nobil. commun. num.* 12. Carrança *de partu c.* 3. *§.* 3. *num.* 1. & alij ſequuntur à me relati *lib.* 2. *obſer. c.* 6. *num.* 43. vt filius quoad ſtatum & conditionem ſequatur matrem, patrem verò quoad honores, *l. & ſeruorum* 5. *§. ingenui, leg. legitimæ* 19. *in fi. l. lex naturæ* 24. *ff. de ſtatu hom. l. huiuſmodi* 84. *§. legatum, ff. de leg.* 1. *l. partum* 7. *Cod. de rei vind. l. fin. C. de liberal. cauſ. l.* 2. *tit.* 21. *p.* 4. elegantiùs probatur *in l. aui* 18. *iuncta l. non mutant.* 11. *Cod. de liber. cau. l. neque* 10. *C. de probat.* & ad animalia traduxit IC. *in l. idem* 5. *§ idem* 2. *ff. de rei vind.* iunctis traditis à Pichar. *d. tract. de nobil. comm. n.* 12. *&* 91. *& in princ. Inſt. de ingenuis.* Donell. *lib.* 2. *com cap.* 10. Ant. Fab. *in Iuriſp. tit.* 4. *princ.* 2. quod in cauſá fuit vt Pichar, *vbi prox. n.* 14. exiſtimauerit tutam non eſſe popularem eam diſtinctionem ſtatus, & dignitatis in filiis, cùm conſtet aliquando patris, & aliquando matris conditionem ſequi in honoribus, vel conditione, motus auctoritate noſtræ legis, quæ videtur contrarium ſtatuiſſe.

Verùm ea nihil contra eam diſtinctionem moli- 12
tur, quia loquitur in filio nato ex muliere inquilina & adſcriptitiæ conditionis, cuius conditio magis eſt ſeruilis, quàm libera, *l. mulier.* 16. *infr. de agricol. & cenſ.* ibi, *Mulier quæ fuiſſe originaria docebitur ſi cuiuſcumque liberi hominis ſequuta conſortium.* vbi notanda verba *liberi hominis*, quæ opponuntur originariis, ſiue adſcriptitiis, *leg. ne diutius* 20. *illo titul.* ibi, *Quæ enim differentia eſt inter ſeruos & adſcriptitios, cùm vterque in domini ſui ſit poſitus poteſtate*, facit *l. colonos* 18. *l. cum ſcimus* 21. *illo tit. de agricol. & cenſit. l. quicumque, infr. de re milit. l. poſſeſſores, infr. de fundis patrimon. leg.* 1. *&* 2. *infr. in quibus cauſ. coloni cenſiti dominos acc. poſſ. cum titul. ſeqq. l.* 1. *C. Th. de collegiatis. Nouell. Valentinia. de colonis vagis tit.* 9. & confert Sidon. *lib.* 5. *epiſt.* 19. ibi, *Stupratorem pro domino iam patronus originali ſoluas inquilinatu. Mulier autem libera eſt*, docent Valaſcus *ſup. d. q.* 37. *n.* 6. Ameſcua & Ant. Fab. *ſup.* Ioan. Sauaro *in not. ad Sidon. d. epiſt.*
19. † Et ideo cùm mater non ſit ingenua, certum 13
eſt ventrem debere eius conditionem ſequi, etiam ſi pater eſſet Decurio, cuius honorem ſeruus aſſequi non poteſt. *l.* 1. *infr. ſi ſeruus, aut libert. leg. Seuerus* 9. *ff. hoc tit.* vbi etſi pater eſſet ſeruus, dum tamen mater ſit libera, rectè filius Decurio fieri poteſt, quæ eſt verior interpretatio (vt ex infrà dicendis apparebit) quàm quæ traditur à Cuiac. & aliis *in præſenti*, qui exceptionem eſſe regulæ generalis ſupradictæ aiebant, quando filius naſcitur ex inquilina Principis, quod & ſen-
ſit *in præſenti* Platea. † Ratio autem dubitandi fuit, 14
quia etſi huiuſmodi mulieres ſeruæ videantur, non tamen omnino ſunt ſeruituti obnoxiæ, vt diſertè explicat *lex* 2. *infr. in quibus cauſ. colon.* illic, *Coloni cenſibus duntaxat adſcripti, ſicut ab his liberi ſunt, quibus eos tributa ſubiectos non faciunt, ita his quibus annuis functionibus & debito conditionis obnoxij ſunt penè eſt vt quadam dediti ſeruitudine videantur, leg. vnic. infrà de colonis Thracenſ.* ibi, *& licet conditione videantur ingenui, ſerui tamen terræ ipſius, cui nati ſunt exiſtimantur*, & ſic teſtamentum facere potuerunt huiuſmodi generis homines, *d. leg.* 2. *infr. in quibus cau. col.* & conſequenter teſtes eſſe, vt tenet Accur. *in Auth. ſeruus Cod. de teſtibus* & matrimonium contrahere, *leg. fin. infr. de agric. & cenſ.* at ſeruus teſtamentum facere nequit, *§. ſeruus, leg. quibus non eſt permiſ. facer. teſt.* neque matrimonium contrahere, *leg.* 3. *Codic. de inceſt. nupt.* cum vulgat Paul. *lib.* 2. *ſentent. tit.* 20. & cùm ſerui nihil proprium habeant, *leg. placet, de adquir. hæred.* iſti ſuarum rerum habent dominium, *leg.* 4. *infr. de agricol. & cenſ.* vbi notat Accurſ.
*verb. ſuis.* † Sed ea non obſtante in ſpecie noſtra filius 15
deteriorem matris conditionem ſequitur, id eſt, ſeruilem, vt quamvis patrem habeat Decurionem, non ſit Decurio: Ratio non eſt in promptu, neque à Doctoribus quidquam deduces quod poſſit nos in eam ducere. Ea tamen mihi aptior videtur, quæ deducitur ex conditione peſſima adſcriptitiorum & inquilinorum, nam ita glebæ adſcribebantur, vt inde recedere non poſſent, *leg. coloni* 15. *infr. de agricol. & cenſ.* adeóque inhærebant terræ, vt inde refugientes ad prædia reducerentur inuiti, *l. cùm ſatis* 23. *§. cùm autem, illo tit. leg. vnic. infr. de colonis Palæſtin. cum tit. ſeqq.* Quapropter membra eius terræ reputabantur *in d. iuribus*, & præcipuè *dict. l. cum ſatis, in princ.* Quod etiam ad filios deriuatum eſt, vt *ibi* docet Imperator *in §.* 1. illis verbis, *Sancimus liberos colonorum eſſe quidem in perpetuum liberos, & nulla deteriori conditione prægrauari, non autem habere licentiam relicto ſuo rure ad aliud migrare, ſed ſemper*

*terræ inhæreant, quam ſemel colendam patres eorum ſuſceperunt.* Quomodo ergo ad decurionatum aſpirare poterat qui à rure non poterat recedere; quæ erat magna ſpecies ſeruitutis, ex iis, quæ dixi ad interpretationem *l. Titio centum, §. Titio centum lib.* 1. *obſeru. capit.* 6. † Idque adeò procedit, vt cùm dubitaretur, an natus ex libero & adſcriptitia, vel è contrà, liber eſſet, definitum eſt, effici adſcriptitium, vt diſertè ſcriptum eſt *in l. ne diutius* 10. *& l. fin. infr. de agricol. & cenſ.* ibi, *Vt ſi ex libero marito & aſcriptitia vxore partus fuerit editus, is maternæ conditionis maculam, & non paternam ſequatur libertatem*, iuncta lege noſtra, quæ non poteſt ſpecialiter procedere in inquilinis Principum, cùm dictis iuribus id in vniuerſum ſtatuatur, imò extenditur in præſenti ius commune, vt procedat, etiamſi inquilina ſit Principis, & ante *d. l. fin.* indiſtinctè erat adſcriptitius, ſiue ex libera, ſiue ex adſcriptitia matre naſceretur, vt conſtat *ex Nouel.* 54. quæ eſt *Auth. Conſtitutionem quæ ex adſcriptitio & libera natos*, &c. & notauit eleganter Cuiac. *lib.* 4. *obſer. cap.* 28. vt ſic non attenderetur quoad hanc adſcriptitiorum naturam matris ſtatus, ſed quocumque parente aut adſcriptitio, aut libera, vel econtra natus eam conditionem ſequebatur.

17 Iſtiuſmodi iuris introducendi ratio nulla alia videtur fuiſſe, niſi fauor agricolationis & agriculturæ, quæ omnium artium nulla hominibus & reipublicæ conuenientior eſt, cum agricolæ ſint nerui totius reipublicæ, vt dicebat Dionyſius Rex Portugalliæ, & membrum principale, teſte Ariſt. *lib.* 6. *politic. c.* 4. *& lib.* 7. *c.* 8. conferrtque Plato *lib.* 2. *de Republ.* quem refert IC. *in l.* 2. *ff. de nundinis.* Tiraquell. *de nobilit. c.* 32. *toto*, & quæ ſcribit Adam. Gonzen *lib.* 8. *politicor. c.* 11. vndè maximè commendantur *Eccleſiaſt.* 7. Quapropter ius ciuile maximis eos affecit priuilegiis, *leg.* 1. *§. ſed & ſi quis* 5. *& §. Labeo* 7. *cum ſeqq. ff. de aqua pluuia, l. fin. C. de ſeruitut. l. fin C. de teſtament. l.* 1. *&* 2. *infr. ne ruſticani l. penul. C. qui admitti l. pignorum* 8. *cum Auth. ſeq. C. quæ res pignor. l. ſi quis id* 7. *§. doli, de iuriſdict. l.* 1. *C. Th. de curſu publ.* & ius ſeptempartitum *l.* 3. *tit.* 10. *p.* 2. & Canonicum, vt ex conſtitutionibus Clementis V. & Pij V. conſtat, quas refert Petr. Greg. *de Republ. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 6. & in agriculturæ conſeruationem multa ſunt & antiquis & noſtris temporibus conſtituta priuilegia, quæ referunt poſt Plat. *hîc*, Tiraquell. *de pœnis temper. cauſ.* 11. Menoch. *de arbitr. caſ.* 194. *&* 378. Cuiac. & Gothofr. *in tit. C. quæ res pig.* circa explicationem *d. l. pignorum.* Pichard. *in manud. ad praxim.* 1. *p. præcep.* 9. Bobadill. *lib.* 3. *polit. c.* 3. *n.* 61. *& ſeq. & lib.* 5. *c.* 9. *in princ.* latiſſimè Collantes *integro tract. de re frumentar. c.* 1. *& lib.* 3. *c.* 16. Narbona *in l.* 25. *gl.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Quinetiam & hodie noſtri Reges beneficio agricolæ non poſſunt eſſe fideiuſſores, & aliis priuilegiis ornantur propter fauorem ſupradictum. At deferendi agriculturam daretur occaſio ſi adſcriptitius à terra qualibet de cauſa abduceretur, & vt plures colonos domus Auguſta haberet, conſtituitur vt mater non proſit, imò noceat filiis, *l.* 4. *infr. de agric. & mant.* facit *l. hi qui* 12. *infr. de muril.*

18 Extra hunc autem caſum lege noſtra comprehenſum, regulare eſt, vt partus ventrem ſequatur quoad ſtatum & conditionem, quod videtur introductum fauore libertatis, cuius gratia multa à iure legimus introducta ſpecialia, vt ego tradidi *lib.* 3. *obſeru. c.* 7. *n.* 1. quoniam mater pluribus temporibus prodeſſe magis poteſt, quàm pater, *leg. & ſeruorum* 5. *§. ingenui, Digeſt. de ſtatu hominum, §. ſed etſi quis. Inſt. de ingenuis.* Paull. *lib.* 2. *ſent. tit.* 15. *verſ. ſi ſerua.* cum aliis à me adductis *lib.* 2. *obſeru. c.* 6. *num.* 43. in patre vnicum tantum tempus inſpicitur, id eſt, generationis, quo tempore pater, vt dixi *ſup. num.* 9. eſt cauſa principalis, à qua tanquam à principio honores, originem, nobilitatem conſequitur; in matre verò multa tempora animaduertuntur, ſcilicet generationis, conceptionis, natiuitatis, & medij inter eaſdem res, & ita conditio ab ea deriuatur, iuxta ſupradicta, quam rationem tenuit Bal. *in l. fin. C. de ſeruis fugit.* Salic. *in d. l. partum, C. de R. V. circa fin.* & eis non relatis Pichar. *de nobil. comm. n.* 93. Cuiac. *lib.* 14. *q. Papin. in l.* 1. *ff. ne de ſtatu defunct.* & eleganter Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 24. *n.* 5. (licet non rectè videatur loqui doctiſſimus vir, attenta diſputatione iuris, dum aſſerit partum eſſe fructum matris magis, quam patris, de qua dixi *lib.* 3. *obſer. cap.* 1. *§.* 1. *tot.*) Sichar. *in l. partum C. de rei vind n.* 3.

Sed ab hac receptiſſima ſententia receſſit omnium 19
primus Guillelmus, quem ſequuntur Antonius *num.* 9. & Præpoſit. *num.* 1. *in c.* 1. *&* 4. *de coniugio ſeruorum*, & poſtea Ant. Fab. *in iuriſpr. tit.* 4. *prin.* 2. & in manuſcriptis Codicibus Salmanticenſibus à pluribus præceptoribus id ſcriptum inuenies, quorum nulla mentione facta, vt mos ei eſt, magis libidine contradicendi, vt ſolet, his auctoribus adhæſit Carranca *de partu cap.* 3. *§.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.* qui dicunt regulam illam vt partum ventrem ſequatur, procedere in filiis extra matrimonium quæſitis, non verò in filiis ex iuſtis nuptiis procreatis, cuius doctrinæ eam eſſe rationem addunt, quia cùm nullum interuenit connubium, mater eſt certa, pater incertus *l.* 5. *Digeſt. de in ius voc. l. lex naturæ* 24. *ff. de ſtatu homin.* Vnde inquiunt errare eos, qui ad libertatis fauorem hoc referunt, cùm id ex neceſſitate naturæ proueniat, quoniam effici non poteſt, vt matris conditionem non ſequatur is, qui patrem nullum habet, *l.* 1. *in fin. ff. ad municipal.* & ſi libertatis fauor attenderetur, in hoc caſu conuenientius videbatur, ita ius conſtitui, vt patris potius, quam matris conditio inſpiceretur, ſed quia non niſi inter liberas perſonas matrimonium eſſe poteſt, *princ. Inſt. de nuptiis, princ. Inſt. de ſeruil. cogn.* dixi *lib.* 2. *obſ. cap.* 1. *num.* 2. *& cap.* 5. *num.* 48. pater omnino incertus erit, quiſquis talis eſt, qui ex nuptiis certus demonſtrari non poteſt, qualis eſt ſeruus, & ita ſentire videtur D. Iſidorus *lib.* 9. *etymol. c.* 5. relatus *in c. fin.* 32. *q.* 4. ibi, *ſemper qui naſcitur deteriorem partem ſumit.* & rurſus, *ij verò qui non ſunt de legitimo matrimonio, matrem potius, quam patrem ſequuntur.* † Hæc ſunt fundamenta huius opinio- 20
nis, quam ita credit veram Carrança ſuo, vt ſolet indulgens ingenio, vt vna tantùm columna dixerit *numer.* 6. *vt inde veniat notandus & refellendus Fr. Conanus*, & poſtea, *inſuper habendæ, vel reiiciendæ rationes, quas adducit Baldus*, & paulo poſt illis verbis ſeſquipedalibus, quibus buccas inflat, & tumet, *inlegitimus, inlatio, inrideo*, & ſimilibus vtens, ait, *& ſimul inridenda eſt illa ratio, quam expendit Gutierrez.* Quantò meliùs irridenda eſſet Grammatica illa eiuſdem *ibidem*, *Ad hæc prædicta veriſſima cauſa attenta.* Dices prælimendum, concederem, ſi Petauius alios ſimiles lapſus non notaſſet.

Sed ad ſeria deueniamus. Rationem igitur Baldi 21
veriorem cenſeo, & Fabri & Carrancæ non probo opinamentum. Aſſeróque filios etiam ex legitimo matrimonio procreatos ſequi conditionem matris quoad libertatem & ſeruitutem, id ita expreſſe expreſſit Martianus IC. *in d. l. & ſeruorum* 5. *§. ingenui, de ſtat. hom.* vt mirer viros doctos in contrariam iuiſſe ſententiam, ſi notarent illa verba, *nec intereſt iuſtis nuptiis concepit, an vulgo*, quæ nequeunt vlla interpretatione cauillari. Neque admittendus eſt Ant. Fab. qui *in Rational.* hunc totum verſum ait ineptè interiectum ab aliquo interprete, hoc enim eſt ſcindere iura, non verò explicare.

Rurſus expendo *l. partum* 7. *C. de R. V.* ibi, *in hac ſpecie*, quaſi dicat quod attinet ad conditionem, pater non conſideratur, quod generaliter dictum putare debemus ex *l. ſi ſpurius* 4. *ff. vnde cognati.* ibi, *quia conſanguinitatis*,

*tatis, itemque agnationis iura à patre oriuntur*, ergo non iura conditionis. Vlteriùs, quia accidere poteſt multis ex cauſis, vt mutetur ſtatus parentum, & qui in matrimonio & libertate filium genuerunt, poſtea ſtatu mutato filium nanciſcantur in ſeruitute; *l. multis 17. C.de liberal.cauſ.* quò pertinet *leg.aut 28. eod. illo tit.* quæ ſuperuacanea eſſet, ſi tantùm in vulgo quæſitis inſpiceretur matris conditio. Vltimò facit *c. fin. de ſeruis non ordin.* & locus *Exod.c.21.* quibus fundamentis hanc partem tuentur Panorm. & Alex. de Neuo & alij ex Canoniſtis, quos laudat Sanch. *d.diſp. 24.n.8.* & expreſsè docuit gl. *in d.c.fin.de ſeruis non ord. verb.mater ſua.* ibi, *Dico ergo quod iſte erat natus de legitimo matrimonio, & tunc ſequitur conditionem liberæ matris. Cod.de rei vind.l.partum.*

22 Neque contra nos aliquid faciunt *d. l. cùm legitimæ 19. & d.l.lex naturæ 34. ff.de ſtat. hom.* nam verba illa *matrem ſequitur*, accipienda ſunt de libertate, ſed de origine, familia, agnatione. Idque euidenter patet, nam cùm *in d.l.lex naturæ*, dicitur filius qui naſcitur extra matrimonium, matrem ſequi, deduceretur inde illa conſequutio, ergo quando interuenit matrimonium, non ſequitur matrem. Hoc tamen eſt falſum, quia quoad libertatem non inſpicitur matrimonium, neque vulgo conceptio: *dict. leg.5. §.ingenui, de ſtat. hom.* Atque ita debemus accipere illa verba de vulgo conceptis, vt quoad honores & originem matrem ſequantur, quod rectè notauit Accur. *in d. l. lex naturæ, ſchol.vlt.verſ.ſed non.* licet ab Anton.Fab. hoc non fuerit animaduerſum, neque Donell. *lib.2.comm cap.10 & ibi* Oſvvald. *lit. G.* Neque etiam obſtat diui Iſidori locus, quia illa verba, *deteriorem partem*, exponunt ſuprà adducti, id eſt, debiliorem, qualis eſt fœmina, *argumento l.in multis 9.de ſtat.hom.*

23 Rurſus fallitur Carrança *d.§.3. num.4.* dum aſſerit patrem nullum dici ſine nuptiis, ex *l.quia ſemper 5.ff. de in ius vocan.* Quia ea lex accipi debet ſecundùm ſubiectam materiam in ius vocationis, aliàs obſtaret *l.4.§.fin.& l.parentes 6.illo titulo.* vbi parentes vocantur, etiamſi in ſeruitute ſuſceperunt, & tamen naturales parentes eadem reuerentia proſequuntur in eis legibus, qua & pater legitimus *in d.l.quia*, vt non poſſint in ius vocari ſine venia. Series autem earum legum longè difficilis eſt circa ordinationem ſenſus Iureconſultorum, ita vt doctiſſimo Antonio Fabro *in Ration.ad d.l.4.§.fin.* videatur corruptus, & hoc ſanè non ſine ratione, quia cùm ibi aſſeratur ex Labeonis ſententia, etiam ſpurios, & in ſeruitute ſuſceptos filios ſine venia non poſſe in ius vocare ſuos patres, videtur lex ſubſequens, quæ eſt quinta, ineptè collocata.

Verùm earum ſenſus verus in eo iudicio eſt, edicto de in ius vocando contineri parentes non ſolùm iuſtos & legitimos, ſed etiam omnes, ita vt vulgo quæſiti matrem non poſſint in ius vocare tantum, quia ea eſt certa: at de patre nihil certi poſſumus ſcire, vt dicamus eum eſſe, qui in ius non ſit vocandus, quia nempe, an ſit hic, vel ille, ignoratur, niſi mediante matrimonio demonſtretur vt ſic comprehendatur edicto illo. Non tamen inde ſequitur conſecutio Carrancæ, ergo non datur pater ſine nuptiis, cùm ſeruus ex contubernio ſuſcipiens liberos pater dicatur, & tamen non poſſunt dici eius filij ſuſcepti ex matrimonio, *princ. Inſt. de nuptiis* cum vulgatis.

24 Fortiùs contra noſtram opinionem potuiſſent contrariæ aſſertores adducere Papiniani difficile reſponſum *in leg.2. Digeſt. ne de ſtatu defunctor.* vbi agens de Senatuſconſulto, quo cautum eſt, ne poſt quinquennium quàm defunctus eſt, qui vt liber in diem mortis ſine controuerſia de ſtatu vixit, quæſtio moueatur, quaſi ille non fuerit liber, adiicit non eſſe filiis libertatis quæſtionem inferendam, id eſt, non eſſe filios in ſeruitutem petendos, *propter matris, vel patris memoriam.* Ergo præſupponit non ſolùm poſſe quem eſſe ſeruum propter matrem, ſcilicet quia fuit ancilla petitoris, verùm & propter patrem, quia ipſe ſeruus cùm fuerit, ſeruum debuit generare, quod & adſtruitur ex *l. penul. Cod. eod. illo titul.* vbi etiam videtur ſtatus filij à ſeruitute patris pendere, non à matre.
† Hanc difficultatem agnouit Cuiac. *lib.14. quæſt.* 25
*Pap.ibi.* dum ait prima ſpecie videri abundare vocem illam *patris*, quia non à patre, ſed à matre ſeruitutem, vel libertatem trahimus, *d.leg.partum*, cum vulgatis, & eam ita diſſoluit, vt ex ſeruo & libera liber naſceretur, introductum eſſe ab Alexandro Seuero fauore libertatis, cuius Imperatoris tempora, cùm non attigerit Papinianus, qui multò antè vixit, ſuo ſæculo vſu erat receptum contrarium, vt ex ſeruo & libera natus deterioris parentis conditionem ſequeretur. Sed hoc non tollit difficultatem, quia Seuerus, de quo meminit Paul. *in l.Seuerus 9. Digeſt.de decurion.* non eſt Alexander Seuerus, ſed Septimius Seuerus, cuius tempore viuebat Papinianus, ſi quidem certum eſt eum ab Antonio Caracalla Seueri filio fuiſſe necatum, vt docemur auctoritate Spartiani *in Seuero ad fin.* & ſic Paullus ſemper Seuerum eo nomine nuncupat,
vt *in leg.Lucius 21.§.Imperatores 6. ff.ad munic.* † Rur- 26
ſus, quia Paul. *in d.leg.Seuerus* agit de decurionatu, an adipiſci poſſet à filio ſerui, nam videbatur non poſſe, cùm patris origo in eis inſpiciatur, vt in legibus noſtris; vnde cùm ſerui filius originem patris non habeat, Decurio effici non poterat; verùm decidit contrarium Imperator Seuerus, vt poſſit eſſe Decurio in ciuitate materna, ſi videlicet ſit creatus, *l.3.§.ſpurios, l.ſpurios 6.ff.de decurionibus.*

Quare penſatis iterum atque iterum Papiniani ver- 27
bis dicebam Salmanticæ auditoribus meis, cùm Cathedram Voluminis moderarem. *in dict. l.2* non agi de quæſtione illata filiis viuentibus, vt ſic reuocarentur in ſeruitutem, ex eo quòd pater, aut mater eorum ſerui quoque fuiſſent. Nam quæſtio illa non fuit, niſi cum defunctis, vt conſtat ex *rub. illius titul. Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.* Itaque cùm Titij, vel Titiæ ſtatus cauſa ageretur, & mortui eſſent, tranſactumque fuerit quinquennium, poſt quod agi non licet, volebat dominus, qui eis cauſam mouebat, cum filiis eorum litem peragere, & finire, non verò reuocabat filios in ſeruitutem, quia pater eſſet ſeruus, ſed tantum agebat de libertate, vel ſeruitute eius, vnde ceſſat argumentum ſuprà adductum. Ratio autem dubitandi quomodo tranſacto quinquennio dominus litem peragere volebat, ea erat, quia litis conteſtatio perpetuat actionem, & ſic non erat attendendum quinquennium, *leg. nam poſteaquam 9. §.ſi is qui 3.ff.de iureiuran.l.fin. in fin.ff. de fideiuſſ. tutor.* cum adductis à Cuiac. *lib.18.obſer.capit.29.* Oſvvald. *ad Donell. lib.5. cap. fin.lit.H.* Sed nihilominus hoc non poſſe fieri docet Papin. quia à die mortis parentum tranſactum fuit quinquennium, & præſcriptione illa quæ ſtatum defunctorum tuetur, excluſus iam eſt.

Quæ interpretatio ſuadetur ex eo, quoniam ſi filio, 28
& non parentibus, quæſtio libertatis inferretur, ſuo nomine debebat in litem vocari; *l.fin. C.de liber.cauſ. l.partum 10.ff.de vſuris*, quo in caſu non potuit excipere filius de præſcriptione quinquennij, atque ita certum eſt de parentum ſeruitute, aut libertate tractatum fuiſſe. Rurſus, quia etſi de conditione matris tractandum ſit, cùm de filio in ſeruitutem reuocando tractatur, *l.1. C.ne de ſtatu defunct.* Tamen non rectè ſequitur filium eſſe ſeruum, quia mater, aut pater ſeruus fuerit, cùm prægnans dum eſſet mater, potuit aliquo tempore eſſe libera, *d.l.5.§.ingenui, D. de ſtat.hom.* vel poſt natiuitatem à domino manumiſſus,

vt *in leg. ſi ab 007. iuncta l. qui 28. in fin. Cod. de liber. cauſ.* & ita dicendum eſt petitum fuiſſe contra filios hæredes parentum ſuorum, vt ſic actor extorqueret bona relicta, vt in ſpecie *leg. 4. Cod. ne de ſtatu defunct.* cui petitioni filius excipiebat de præſcriptione quinquennij à morte parentum tranſacti, quo iam lis erat mortua, quæ exceptio inepta eſſet ſi ſuper filij libertate ageretur, & eo modo intelligenda eſt *l. pen. C. ne de ſtatu defunct.* iuncta gloſ. *ibi verb. ſtatus.*

29 Rurſus notandus eſt lapſus alius Carrancæ, qui *in dict. cap. 3. §. 3. num. 3. & 4.* cùm dixiſſet matris conditionem attendendam in partu extra legitimum matrimonium ſuſcepto, *in quo* inquit, *lex hac naturæ eſt, vt matrem ſequatur*, poſtea *n. 12.* quis non credet affirmare debuiſſe in partu legitimo contrarium obſeruari. Nam cùm ea diſtinctione vteretur inter partum extra matrimonium habitum, & inter eum, qui iuſtis nuptiis procreatus eſt, & priùs de vulgo conceptis egerit, & dixerit in eis matris conditionem attendi, neceſſariò erat dicendum in ſecunda parte diſtinctionis partum legitimum non ſequi matris conditionem. Hunc ordinem ipſe negligens aſſerit, ita, *His ſic conſtitutis in partu ſine matrimonio habito ſupereſt examinare quid tenendum in partu ex iuſtis nuptiis procedenti? Sed pluribus omiſſis ita componenda eſt controuerſia, vt quod attinet ad ſtatum libertatis, aut ſeruitutis filij, etiam ex legitimo matrimonio procreati, matris conditionem ſemper ſequantur, in dignitatibus tamen & honoribus patrem.* Ad quid enim præceſſit tota illa diſtinctionis moles plurimis verbis pauciſſimis rebus tam longas támque rigidas periodos vno ſpiritu quaſi torrente contorquens? (vt Plinij iunioris verba detorqueam *lib. 5. ep. pen.*)

30 Sed nondum & cum Carrança in gratiam redire decreui, alia eſt cum eo controuerſia circa examen illius quæſtionis, an filius naturalis ex ancilla ſuſceptus à viro nobili gaudeat nobilitate paterna. Nam in comperto eſt apud nos naturales filios nobilitate paterna potiri. (*Naturales* voco quorum parentes conceptionis, aut natiuitatis tempore potuerunt contrahere matrimonium, vt ex *l. 11. Taur.* docent à me relati *lib. 1. obſeru. cap. 4. num. 1. & 2.*) quod videtur probari *in l. liberos 10. ff. de Senator.* & de iure regio expreſſum eſt *leg. 1. tit. 11. part. 7.* Ceuall. *com. quæſt. 2. num. 49.* Thom. Sanch. *lib. 7. diſp. 24. num. 2.* Azeued. *in leg. 10. tit. 8. lib. 5. Recap. num. 51.* Quæſtionem igitur ſupradictam tractauit Thom. Sanch. *vbi proximè num. 3. & 4.* & nouiſſimè aſſertor meus doctiſſimus & acutiſſimus contra Carrançam defendit D. Michael de Arellano, Regius in Hiſpalenſi Curia Senator *lib. ſingul. lection. cap. 2. quæſ. 4. pag. 73.* (& inſinuauit Afflict. *deciſ. 203.* & Mieres *de maiorat. 2. part. quæſt. 2. num. 127.*) pro nobilitate calculum præbentes rectiſſimè, affirmantéſque poſt manumiſſionem nobilem eſſe talem filium. Contrà verò inſurgit Carrança *d. cap. 3. §. 3. num. 18. & ſeqq.* eademmet argumenta quæ Sanchez contra ſuam ſententiam cumulauerat extendens & amplians. Primum, ſeruum quoad ius ciuile pro nihilo reputari, *leg. quod attinet 32. ff. de reg. iur.* idque vanè & gloriosè, vt ſolet, extendit, nihil tamen adducit quod ſententiam Sanchij validiùs impugnet, niſi ſeruitutem morti æquiparari, aſſimilari, ſeruos pro mortuis haberi, & alia id genus, quæ Sanctius egregiè conſiderauerat, & præter eum Gama *deciſ. 167. ex num. 1.* & nos *lib. 1. obſeru. cap. 13. num. 1. & ſeq.* Poſtea autem adiicit: Ex his omnibus perquam euidens eſt, (attende euidentiam) nam ita confingit argumentum. Seruus pro nihilo reputatur, ſeruus pro mortuo habetur, *leg. ſeruitutem 209. ff. de reg. iur. leg. intercidit 59. ff. de cond. & demonſtr.* ergo non gaudet nobilitate paterna, tanquam ſi quæſtio conciperetur de tempore ſeruitutis.

Dicemus itaque hunc filium naturalem poſt ma- 31
numiſſionem gaudere nobilitate paterna, quia poſtquam manumiſſus eſt, ei omnia iura competere cœperunt quæ filiis naturalibus ſolent. Id ſequentibus conſiderationibus probatur, non piis & ex æquitate magis petitis, quàm ex ſtrictæ iuris ratione. Prima ſit. Nam ſi ipſe pater, idemque dominus, ancillam illam duxiſſet, filius ille legitimus & ſuus hæres patri eſſet, vt docemur *Nouell. 78. cap. 4.* quæ eſt *Auth. vt liberti de cætero, §. & ita*, vbi id ita deciſum extat. At quid magis repugnat ſeruituti, quàm eſſe hæredem ſuum, & legitimum filium? *princ. Inſt. de nupt. §. ſui. Inſt. de hæred. qual.* Rurſus, quemadmodum poſt manumiſſionem ſeruus efficitur ciuis Romanus, *§. libertinorum. Inſt. de libertin.* & ſic omnia iura, quæ ciuibus Romanis competunt, ei conceduntur, ergo eodem modo & in propoſito filio ex ancilla ſuſcepto iam manumiſſo, ea iura, quæ Nobilibus conceduntur, ei quoque conceſſa cenſentur, & ſi dicatur contrarium eſſe, quando non eſt matrimonium inter dominum & ſeruam, aſſignari debebit ratio differentiæ, quam ego non video, & ſi dicatur non loqui in filio manumiſſo, ſed adhuc ſeruo, ridicula erit tractatio, cùm præterquam quòd ſeruus nihil ſit, & reputetur nihil; nulla habet bona vt à tributis & contributionibus plebeiorum immunis ſit, vt patet, atque ita neceſſaria eſt in hac ſpecie libertas nati, qui dum ſeruus eſt, habet in potentia nobilitatem, licèt in
actu eam non habeat, donec manumittatur. † Fa- 32
cit etiam pro hac parte *leg. emancipatum 7. §. fin. in fin. digeſt. de ſenator.* vbi ſi filius ſenatoris amiſerit dignitatem, & poſtea filium habeat, talis dicetur nepos ſenatoris, & adiicit Conſultus ita dicendum eſſe, quia ait, *vt aui dignitas magis proſit, quàm obſit caſus patris*, ergo eodem modo in noſtra ſpecie dignitas & libertas parentis prodeſſe debet magis,
quàm conditio matris nocere. † Secunda conſideratio 33
eſt, quòd cùm dicimus filium naturalem, non minus intelligimus ex libera, quàm ex ancilla ſuſceptum (iam factum liberum intelligas) vt expreſsè docemur *in leg. ex facto 17. §. ſi quis rogatus 1. Digeſt. ad Trebellian.* ibi, *etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio, & in libertino eodem colliberto hoc ſcribit*, vnde cùm *dict. leg. 1. titul. 11. part. 7.* non diſtinguat, ſed tantùm dicat *fidalgo es aquel que es nacido de padre fidalgo quier lo ſea la madre quier non ſolo que ſea ſu muger velada o amiga que tenga conocidamente por ſuya.* id eſt, ex concubina ſuſceptum, appellatione concubinæ comprehenditur quælibet mulier, ſiue ea ſit libera, ſiue ſerua: *leg. Maſurius 144. ff. de verb. ſig.* Præcipuè, quia cùm lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, ex iuribus vulgaribus, imò ipſa lex ſtatuit non eſſe attendendam matris
qualitatem, cùm ait, *quier lo ſea la madre quier non.* † Id- 34
que apertè adſtruitur ex *l. fin. ff. de iure deliber.* vbi filij appellatione continetur etiam ex ancilla & in ſeruitute ſuſceptus, vt rectè notauit *ibi* Bald. & poſt eum Gothofr. & Cuiac. *lib. 3. obſeru. cap. 37.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 78. num. 14. & ſeq.* cum aliis, & expreſsè probatur *in leg. cùm pater 77. §. volo 13. l. Lucius 88. §. fin. de legat. 2.* ibi, *quia creditur appellatione filiorum & naturales liberos in ſeruitute ſuſceptos contineri, l. generaliter 6. in fin. Cod. de inſtitut. & ſubſt.* ibi, *vt quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur.*

Quod magis verum efficitur, ſi addas cum Ant. Fab. 35
*in Iuriſp. tit. 9. princ. 2. illat. 1. pag. 376.* veterem iuriſprudentiam nullum alium filium naturalem cognouiſſe, niſi natum ex ancilla, vt videtur probari *Nouell. 89.* quæ eſt *Auth. quibus mod. natur. effic. ſui, in princ.* licet de eo dubitauerim cum Oſvval. *lib. 6. Don. cap. 17. lit. Q.* quem non vidit Carrança *de partu cap. 3. §. 4. numer. 45.*

vbi

vbi etiam ſententiam neruosè defendit, vſque ad Conſtantinum iure ciuili nihil eſſe diſpoſitum de filiis naturalibus, quem errorem iam confutat noſter Dom. D. Ioann. Larrea *deciſ. Granatenſ. diſputat. 32. numero 12.*

36 Vndè cùm certum ſit ius ſeptem partium ſtatuiſſe filium naturalem nobilitate gaudere, conſtat etiam eam habere debere filium ex ancilla ſuſceptum, quia non minus dicitur filius naturalis, etiam attento iure regio, quàm filius ex libera ſuſceptus. Hoc fit euidentius eo argumento. Nam ex *leg. 11. Taur.* quæ eſt *l. 9. tit. 8. lib. 5. Recop.* filius naturalis dicitur ille, qui naſcitur ex ſoluto & ſoluta, inter quos tum temporis potuit contrahi matrimonium. Sed inter dominum & ſeruam potuit contrahi matrimonium aut tempore conceptionis, aut natiuitatis, *cap. 1. iuncta gloſ. ibi verb. inter ſeruos, cum cap. ſeq. extr. de coniugio ſeruor. cap. ſi quis ingenuus 29. quæſt. 2.* ergo filius erit naturalis, & pro tali erit reputandus, argumento elegantiſſimi Vlpiani reſponſi *in leg. ſi quis ingenuam 21. ff. de captiuis,* ex qua nota vltra Ant. Fab. *in Iuriſprud. tit. 11. princ. 8. illat. 22.* & Schifordegh. *ad eum lib. 3. tract. 21. quæſt. 8.* ibi mulierem fuiſſe quaſi ſeruam, *l. qui teſtamentum 10. §. 1. de teſtam.* & filium ex ea ſuſceptum dici natura-
37 lem. † Et ita cenſuerunt plures ex noſtris, filium conceptum ex ancilla propria, ſiue aliena (dum tamen inter parentes potuit contrahi matrimonium) eſſe filium naturalem, vt docent Tellus *in dict. l. 11. Taur.* Gama *deciſ. 312. d. deciſ. 167. n. 6.* Matienz. *in l. 9. tit. 8. gloſ. 2. n. 4.* vbi etiam Azeued. *n. 8. & 9. lib. 5. Recop.* Gab. Pereyr. *deciſ. 12. n. 11. & ſeq.* & ita affirmandum erit verè talem filium poſt manumiſſionem eſſe nobilem.

38 Sed quia incidimus in Carrançam & tractatum *de partu,* patere, mi lector, tantiſper ſubſiſtere, & quamuis locus propriæ diſputationi non ſit, ſaltem commenta eius auctoris ſpongia refellere quaſi per indicem. Is enim falsò meis ſententiis imponit, & calumnioſus me reprehendit circa illam quæſtionem, *An partus ſit pars matris,* de qua egi *lib. 3. obſeru. cap. 1. §. 2.* & ipſe *in tract. de partu cap. 2.* vbi *num. 10.* ait in illius quæſtionis tractatione, an venter ſit animal, vel non, *me iura plura mutilata adduxiſſe dict. §. 2. num. 5. cùm Hotomanus diligenter ea congeſſerit.* Nónne notari debet Hiſpanus qui hæreticum & ab Eccleſia damnatum Gallum contra ſuum popularem laudat? Ridebis ſi leges Hotomanum, qui ſecutus ſuæ gentis morem, vix quatuor iura adduxit, neque intellexit. Ridebis, & tandem cachinnos multiplicabis, ſi à noſtro Carrança quæras, quid ſibi vult hoc verbum *mutilata.* Quid eſt? Mutilare iura ego dicerem de his, qui verſus, aut verba Conſultorum expungunt, aut detrahunt, qui detruncant textus literam. Ego ne ea ita propoſui, mi Carrança? in te magis mutilationem retorquendam quilibet ſanus exiſtimabit. Nam *mutilare* in vetuſto ſenatus decreto, quod ab Agellio refertur *lib. 2. cap. 24.* & agnoſcit Briſſonius, conuitia agitare ſignificat. At ô tu quum auctorum grauiſſimorum nomen & doctrinam non notaſti, conuitiaſti, reprehendiſti cum felle, cum faſtidio. Ecce tuus index Criticus, in quo plures NN. inueniuntur nigræ notatrices, quàm aliæ litteræ ſalutares. Omitto Gallos, Italos, antiquos, iuniores, in quos crudeliter ſæuiſti, propono grauiſſimos & doctiſſimos Iuriſprudentiæ Coryphæos Gabrielem Enrriquez, Ioannem Solorzanum, Antonium Pichardum, Alphonſum de Lara, quos nunquam laudas, & plerunque vituperas, & quamuis non negem in contentione ingenij, & doctrinæ veritate aperienda magis veritatem attendendam, quàm cuiuſque etiam doctiſſimi auctoritatem, tamen à ſententia aliorum recedere cuilibet licet modeſtè, temperatè, vt enim cordatus quidam dixit, nihil eſt omnino, quod hominem cuilibet magis gratum acceptúmque reddat, quàm modeſtia, quod & tu ſcribis in fine tuæ diatribæ contra Petauium.

Pergit meus Carrança *eodem cap. 2. num. 19.* & ait, 39
*Fateor in Digeſt. unas eſſe leges, non plures, quidquid ſtudiosiſſimè aſſerat & adſtruere conatus fuerit D. Amaya inferius referendus, & refellendus, quibus expreſsè dicitur partum non matris partem, imò rem eſſe diuerſam.* Confingit hæc ex proprio cerebro. Nam ego *dict. cap. 1. §. 2. num. 5. & §. 3. num. 30.* vbi de ea re ago, non dixi eſſe duas leges, neque plures, quæ id probarent, ſed ita ſcripſi: *Neque Marcelli opinio deſtituta eſt iuris auctoritate, nam eam videtur probaſſe Vlpianus,* & poſtea adduco alias leges, quæ coacta iuris ratione debent procedere, attenta opinione Marcelli. Poſtea *num. 12.* propono contrariam Scæuolæ ſententiam, his verbis. *Verùm licèt hæc & iuris auctoritate & DD. aſſenſu fulciatur opinio, tamen contraria, ſcilicet partum non eſſe rei furtiuæ partem, non minorem habet auctoritatem.* Eius auctor fuit Scæuola *lib. 11. quæſtion.* vt refert Vlpian. *in leg. partum 26. de verb. ſign. & in leg. ſi aliena. §. Scæuola, de vſuc.* Poſtea adduco plures leges, quibus ſicut aliis ex iuris diſputatione Marcelli opinio aſtruebatur, ita & Scæuolæ, vbi autem de duabus legibus, vel pluribus ſermonem inſtitui? & quare non ſatisfecit calumniator iſte locis pro me adductis, & pro opinione Scæuolæ? nónne impoſturam vides? Sed attende magnum errorem meum quod adhæſeram ſententiæ Scæuolæ, cùm ipſe nihil aliud reſpondet ad Scæuolæ auctoritatem, niſi quòd ibi proponatur ab Vlpiano, & non ſequatur. Miſerum ſanè genus interpretandi, Scæuolæ fundamenta inculcare, & ſemicomedere; & cùm omnia ligurierit, nihil digerere, ſed vt mos fuit Græcorum, quibus pro copia eſt volubilitas, ita & noſter Antagoniſta, quem dices rectè græciſſimum.
† Parco variis calumniis; ſolùm referam quod *nu-* 40
*mero 27. ad fin.* adducit, ita inquiens, *& hinc reducenda ſunt quæ poſt iſta ſcripta verborum multiloquio, & parum apto, video tractaſſe Digeſt. Amayam lib. 5. obſeru. cap. 1. 2. ex num. 32. horum iurium prætextu, quæ ipſe ſuperuacuè adduxit, oleum & operam perdens.* Conuitia hæc magno riſu excepi, cùm legi poſt ſua ſcripta me oleum & operam perdidiſſe, diſtingue tempora qui de temporibus ſcripſiſti, egone poſt tua ſcripta? imò, credo, ſi mea non euoluiſſes, nihil de ea quæſtione ſcripſiſſes, omnia à me mutuaſti, ſed ita te geris, vt ſolet animal ſi quod in viridarium floribus & herbis vberiſſimum ſubintrauit, hæc calcat, illud inculcat, alterum comedit, omnia peſſumdat; ita eum librum, à quo multa hauſiſti, plurima accepiſti, ingratus vilipendis, obteſtórque me totum illud caput ſecundum tui libri euoluiſſe multoties, & quid pro certo tradis inuenire nequiſſe. † Solùm intellexi articulum 41
illum, in quo me ita reprehendis *cap. 3. §. 1. num. 71.* quod dixerim *dict. §. 1. num. 45.* hodie de iure noſtro partitarum æqualem eſſe factam conditionem & partus ancillarum, & fructus pecorum quoad eorum vſucapionem. Adiicis, *Hæc quæ de vſucapione ancillæ furtiuæ diximus, & duximus, à Iuriſprudentiæ fontibus admiſit lex patria 5. tit. 29. part. 3. niſi quòd eius auctores partum ancillæ & pecorum confundentes vtriuſque vnam & eamdem conſtituunt rationem; non aptam iuris principijs & deciſioni leg. in pecudum; Digeſt. de vſur. quibus concinit alia lex partitæ 25. titul. 31. part. 3. cui ſtandum eſt, contra dict. leg. 5. quidquid Digeſt. Amaya in contrarium ſecurè adſeruerit dict. cap. 1. §. 1. num. 45.* O Hiſpani mei! adiuro vos, & iure appello, imploro veſtram fidem pro veſtro laudatiſſimo Partitarum iure, quod nec à dentibus Carrancæ liberum euaſit! Triumphat profectò noſter Zoilus equis albis, ego teneor & deprehendor miſer. Verùm ſi ipſe attendiſſet, legum partitarum mentem non ita clamaret, nec

impingeret mihi culpam. † Nam *dict. leg.5. partitæ*,
rectiſſimè æqualem fecit earum rerum conditionem,
vt in eis adquirendis requireretur vſucapio, ſiue ſit
partus ancillæ, ſiue vaccæ, aut cuiuſlibet animalis
furtiuæ, quod non abhorret à Iuriſprudentiæ fonti-
bus, quos non videtur bibiſſe noſter, vt conſtat ex
*leg. qui vas 48. §. ancilla, ff. de furtis*, ibi, *idem & in pe-
cudibus ſeruandum eſt, & in fœtu eorum quod in partu.
leg. 4. §. fructus 5. & in §. lana Digeſt. de vſucap.*
vbi eadem requiritur vſucapio in agris fœtúque pe-
corum, ac in partu ancillæ, de quorum iurium expli-
catione egi *dict. cap. 1. §. 1. ex num. 32.* & quamuis con-
trarium tenuerit Gaius *in dict. leg. in pecudum 28. Di-
geſt. de vſuris*, nihilominus articulus hic non ita con-
ſtitit apud ipſos Iureconſultos, vt in varias ſenten-
tias non ſeſe diffundant, vt latè *dicto illo capite 1.* ob-
ſeruaui. Ac proinde lex partitæ Vlpianum ſequuta eſt
in dictis iuribus, item & conſcientiam, cuius ratio ſu-
perior eſt *cap. fin. de præſcription.* & ſic ſi bonæ fidei
poſſeſſor vaccam aut equam, aut quid ſimile, furatam
acceperit, ſi apud eum concipiat, ad fœtum adquiren-
dum neceſſaria erit vſucapio, quæ fuit opinio Mar-
celli, contra Scæuolam, vt conſtat ex *leg. ſi aliena 10.
§. Scæuola, Digeſt. de vſucap.* quam reiicere non poteſt
Carrança, cùm ei verior videatur Marcelli ſenten-
tia, quàm Scæuolæ, vt ipſe ſcribit *dict. cap. 2. num. 22.*
& ita fit teſtis locuples contra producentem. Neque
diſſenſio eorum fuit circa illum articulum de boue
ſurrepta, quæ peperit apud furem, ſed de partu ancil-
læ, in cuius partu vſucapiendo contentio illa maximè
43 conſiſtit. † Nec feliciùs ſe geſſit noſter circa *dict. le-
ge 23. tit. 31. part. 3.* cui ſtandum eſſe intrepidè affir-
mat. Nam ſi attentè eam legiſſet, aduerteret ibi non
agi de vſucapiendo partu, ſed de adquiſitione quæ
competit vſufructuario. Si videlicet vſufructuario ra-
tione vſusfructus quæratur partus ancillarum? in qua
quæſtione nec vllum verbum eſt de ancilla furtiua,
nec de eo lex ſomniauit. In qua re admiſit commu-
nem traditionem *leg. vetus 68. ff. de vſufruct.* vt verba
eius demonſtrant. *Otro ſi decimos que ſi la ſierua de
quien fueſe otorgado el vſufruto a otri obieſe fijo o fija ma-
guer que naciese despues en poder del vſofrutuario non deben
ſer del, mas del ſennor cuya es la ſierua, e eſto es por que
como quier que todos los frutos que nacen de las beſtias e de
los ganados deben ſer del vſofrutuario empero en el parto de
44 la ſierua no es aſi.* † Vnde tamen colligit doctiſſimus
Carrança non eſſe neceſſariam iure partitarum vſu-
capionem ad partum, ſeu fœtum animalis quæren-
dum? & vnde infert in ea quæſtione ſtandum eſſe
dictæ leg. 23. & dictam *leg. 5.* eſſe contra fontes Iuriſ-
prudentiæ? ita illum præcipitem egit cacoëthes reii-
ciendi aliorum ſcripta. Itaque iterum atque iterum
ſecurè aſſero legem 23. quoad vſufructuarium reti-
nuiſſe antiquam differentiam inter partus ancillarum,
& fœtus pecorum. Quoad vſucapionem verò, fur-
tiuorum pecorum fœtus æquali iure habitos cum
partu ancillarum, *in dict. l. 5.* Quid autem hic articulus
cum alio habet commune? aut quomodo tam intre-
pidè dicta *l. 23.* attendat in ea quæſtione homo proui-
dus & diligens, non video.

45 Sed vt è diuerticulo in viam redeamus, ſuperiùs à
nobis adductis videretur eſſe contraria *d. l. exemplo. h.
tit.* ſi loqueretur de conditione matris, de qua agunt
cæteræ iam relatæ, certum eſt etenim loqui de ori-
gine paterna, quam à patre, non verò à matre filij
accipiunt, *leg. eos 22. leg. in filijs 35. leg. nullus 44. infr.
h. t. l. filios 3. infr. de municipib. l. 1. tot. l. aſſumptio 6. §. 1. ff.
ad municip.* & cùm exemplo ſenatorij ordinis hoc pro-
cedat, ita in eis obſeruari docemur *in l. liberos 10. ff. de
ſenatoribus.* Itaque filius matrem ſequitur quoad ſta-
tum, originem verò, quoad munera & honores ip-
ſum patrem, vt munera ſcilicet decurionatus ſuſtineat
in patris patria, non domicilio: *l. libertus 17. §. patris
11. l. eius 27. ff. ad municip. l. ciues, infr. de incolis*, vbi di-
cam luculentiùs. † Ideo *Patria* à patre dicta, & ea ori- 46
go cenſetur quam per conditionem patris filius ducit,
*l. vnic. C. vbi petant. tutor.* Non ergo cenſetur patria filij
ea, in qua natus eſt, ſed vbi natus eſt pater, à quo totam,
à matre verò nec partem ducimus, obſeruat Cuiac. *lib. 1.
Reſp. Pap. in d. l. 17. §. patris*, qui illud Virgil. *lib. 8. Æneid.
verſ. 510.*

——— *Miſtus matre Sabella.*
*Hinc partem patriæ traheret.*

poëticè dictum putat, quod ante doctè & lepidè ag-
nouerat Sidonius *lib. 4. epiſt. 21.* ibi, *Ecce habes magnum
maximo auctore,* (Virgilio) *documentum quod patriæ
pars computanda ſit & regio materna, niſi Poëtas, & cùm
ab hiſtoria non recedunt, mentiri exiſtimabis.* † Quare in 47
matris origine non erit filius Decurio, neque ſi oppo-
ſuerit matris originem quæ eſt minor ciuitas, vt ſe
liberaret à maiore, quæ eſt paterna, vt ſic minori-
bus oneribus ſubiiciatur, audiri debebit, etiamſi ad
hoc obtinuerit ſpeciale reſcriptum, ita ſunt interpre-
tanda illa verba, *d. leg. exemplo. Nec valeant ſpecialiter
delata reſcripta ſi quis ſe matris origine defenſa à maiori
curia ad minorem transferri fortaſſe promeruit.* quod, vt à
me oſtenſum eſt *ſuprà in rub.* & in aliis iuribus, id fa-
ciebant Decuriones, vt ſeſe oneribus decurionatus
ſubtraherent. Ob idque ſolebant reſcripta impetrare,
*leg. nemo 11. ſupr. hoc. tit. l. vnic. infr. de his qui à Prin-
cipe vacat.* & ſic excuſationem habebant, notant
Auendañ. & alij relati à Maſtrill. *lib. 1. de magiſt. c. 30.
num. 101.* † Quæ reſcripta annullantur in ea lege, & 48
*in leg. vacuatis 19. leg. omnes 43. hoc tit.* ea ratione, quia
tale reſcriptum eſt contra publicam vtilitatem, *l. nec
damnoſa. Cod. de precib. Imp. off.* & ciuitates magiſtra-
túſque prohibentur ea concedere *in dict. leg. nemo*,
aduertit Platea *in hac l. exemplo, num. 3.* & dixi *in leg. 1.
ſupr. de immunit. nem. conced.* † Quod tamen intelli- 49
gunt DD. poſt Accurſ. *d. leg. vacuatis.* Roman. *conſ. 252.*
Alexand. *conſ. 30. num. 11. lib. 5.* Felin. *in cap. acceden-
tes. ad fin. verſ. octaua concluſio, de præſcript.* & Valen-
zuel. *in dict. leg. vacuatis num. 4.* vt ſi ciuitates eam im-
munitatem conceſſerint, non valeant in præiudicium
Principis, licèt ſecus in præiudicium concedentium.
† Vnde attenta *leg. 5. tit. 9. lib. 7. Recopil.* quæ ſtatuit, vt 50
illi, qui in loco aliquo poſſident bona, teneantur in
eo loco ad tributa omnia, non verò vbi incolæ ſunt,
& domicilium habent, ſi ciuitas alicui immunitatem
concedat, valida erit quoad eius præiudicium, non
verò Principis, ita vt ſi ipſe Princeps exegerit ab illo
dominio prædiorum tributa, vel contributiones, do-
minus à ciuitate recuperabit tributa quæ Principi
ſoluerit, vt docet Accurſ. *in lege ex conuentione, Cod.
de pact.* vbi Decius *numero 9. & in lege conuentio-
ne, Cod. ſine cenſu, vel reliq.* diximus *in lege 3. ſu-
prà de annon. & tribut.* Valebit itaque tale pactum
inter paciſcentes factum, non verò quoad Princi-
pis, ſeu fiſci præiudicium, vt conſtat ex generalitate
*legis 2. tit. 16. lib. 5. Recop.* Idque ita procedet, ſi in ip-
ſa conuentione ciuitatis expreſſum ſit, & de propria
cauſa & damno promittant, non verò ſi ſimpliciter
fuerit conceptum, ciuitatem illam poſſeſſorem vel-
le liberum eſſe à tributis, quia talis conceſſio erit
inualida tanquam celebrata in fiſci, aut Principis
damnum, & contra legem facta, *l. non dubium, Cod. de
legib. leg. iuris gentium, §. ſi paciſcar. ff. de pact.* & ita in-
telligi debent *dict. leg. vacuatis*, & ſimiles adductæ *in
dict. leg. 3. ſupr. de ann. & trib. & in dict. leg. 1. ſupr. de
immun. nem. conced.* Valebit tamen ſi Princeps eam ap-
probauerit, vt voluit Angel. *conſ. 227.* Felin. *ſuprà*,
Alex. *dict. conſ. 30. num. 11. lib. 5.* vel ſi conceſſio, vel
immunitas facta fuit à ciuitate ob bene merita, vt vo-
luit cum pluribus, quos refert Tiraq. *in l. ſi vnquam*

*verb.*

*verb. donatione largitus, num.* 32. Roland. *conſ.* 5. *num.* 8. *lib.* 1. qui aiunt eam valere abſque confirmatione ſuperiori, quod tamen apud nos non eſt admittendum,
51 vt dixi *in d.l.* 1. *de imm.*

Hinc eſt quòd cùm talia reſcripta immunitatem à decurionatu concedentia annullentur *in h.l. exemplo*, ea tamen valebunt, quæ generaliter legibus tribuuntur, vt *in leg.* 1. *infr. de vacat. publ. mun. l.* 1. *toto. ff. de vacat. mun. & ff. de iure immun.* ſicut procedit immunitas conceſſa Dorotheo, Irinæo & Doctitio *in leg. neque* 61. *leg. Doctitij* 63. *infr. h. tit.* vbi duo priuilegia conceduntur, vt ipſi liberentur à Curia, & vt quamuis eſſent An-
52 tiocheni, adhuc liberi remanerent. † nam Antiocheni etſi paternam originem aliunde haberent, ſequebantur matris originem, *leg. eos* 22. *ſupr. hoc tit.* notant *ibidem* Pyrrh. & Cuiac. etſi enim regulariter procedat, vt maternam originem filius non ſequatur, vt diximus, Antiochenis hoc priuilegium indultum eſt *in dict. leg. eos*, vt materna origo attenderetur, & mater mea, verbi gratia, eſſet Decurionis filia, ego adſtrin-
53 gebar decurionatui, *l. ſi ille* 62. *infr. h. t.* † Antiochia enim fuit Syriæ nobiliſſima vrbs à Seleucho Nicanore, ob patris Antiochi memoriam, ita dicta. Orientis apex pulcher vocata à Marcellino *lib.* 21. Metropolis aliarum ciuitatum ab Spartiano *in Hadriano*, & à D. Hieronymo *contra error. Ioannis Hieroſolym.* Vnde Ioannes eius Epiſcopus vocatur *in Concil. Chalcedon. act.* 1. Princeps Orientis. Theopolis etiam dicta *Concil. Conſtantinop. & in leg.* 6. §. *fin. Cod. de ſumm. Trinit.* id eſt, Dei ciuitas, & quamuis multæ eo nomine vrbes cenſerentur, hæc planè regina omnium celebrata hiſtoricorum monumentis, præcipuè Ioſeph. *de bell. Iud. lib.* 3. *cap.* 1. Strabonis *lib.* 16. Procop. *de bello Perſ. lib.* 1. Theodoret. *lib.* 5. *hiſt. can.* 3. notant Petr. Gregor. *lib.* 15. *ſyntag. cap.* 7. *num.* 2. Cuiac. *lib.* 8. *obſeru. cap.* 21. Gothofred. *in dict. l.* 6. §. *fin. lit. V, & in l. ſi ille* 62. *infr.* Pancirol. *lib.* 2. *theſaur. c.* 153. §. *& ff. Antoninus.* Buleng. *lib.* 1. *de Imp. Rom. cap.* 9. Cerda *aduerſar. cap.* 52. *num* 7. Baron. 1. *tom. annal. ann.* 39. *num.* 10. Salmaſ. *ad Solin. in Polyhiſt. pag.* 73. ad illud, *Vadit ſuper tractum Syriæ Antiochiæ*, 2.
54 *tom. pag.* 890. † Hoc priuilegium aliis etiam vrbibus conceditur, Ilienſibus videlicet, Delphicis & Ponticis, *in leg.* 1. §. *fin. ff. ad municip.* Dixi *hoc priuilegium*, nam Cuiac. *in dict. leg. eos*, cenſet non rectè diſſimile eſſe priuilegium, de quo *in dict.* §. *fin.* quia ibi non ſit datum vt editus matre curiali, & patre non curiali, etiam maternam originem ſequantur, ſed vt editus vtroque parente curiali matris Ilienſis & Delphicæ, aut Ponticæ potiùs curiam ſequantur, quod videtur ſentire Gothofred. qui ſæpiùs eſt Cuiacij clanculus ſuffurator, *in d.* §. *fin. lit. P*, & Cuiacio non relato ſequitur Valenzuel. *in d. l. eos, num.* 2. *verſ. cauebis ſimiliter.*
55 † Sed mihi non potuit placere ea ſententia, nam ineptiſſima eſſet illorum aſſertio, quam *ibi* Celſus ab Vlpiano laudatus, reiecit, qui dicebant illud priuilegium ad ſolos vulgo quæſitos pertinere. Neque Celſus rectè eos improbaret quòd vulgo quæſiti, cùm non obtineant niſi originem maternam, quam aliam habere potuiſſent? Quaſi diceret, de vulgo quæſitis non eſſe dubium, & ſuperuacua eſſet de eis diſputatio, ex iurib. quæ *ibi* adducit Accurſ. *ſchol. fin.* & ex iis quæ
56 *ſupr. in princ.* animaduertimus. † Intelligit ergo Iureconſultus illud priuilegium de filio, qui patrem habuit alterius ciuitatis, & matrem Ilienſem, & ſic de matre curiali accipiendum eſt, & patre non curiali, vt *in dict. leg. eos*, vt ſic idem beneficium cenſeatur.

57 Hinc etiam non eſt attendenda doctrina Bar. & Plateæ *in dict. l. eos*, malè ex ea colligentium quòd qui non ſequitur conditionem patris, ſequatur conditionem matris. Nam ea lex ſpecialiter procedit in Antiochenis, & vltra eos minimè debet attendi talis deciſio, cùm ea proponat ius ſpeciale, & ius commune ſit in contrarium, ſcilicet vt filius ſequatur originem patris quoad munera publica, honores & dignitates, tutelas, familiam & agnationem, §. 1. *Inſt. de legit. agnat. tutel. leg. familiæ* 196. *de verb. ſign.* vbi notant omnes, *& in dict. leg. liberos, Digeſt. de ſenator.* docent Celſus *conſ.* 75. *numero* 6. Corneus *conſ.* 224. *num.* 8. *lib.* 2. Decius *conſ.* 172. *num.* 4. Ant. Gab. *lib.* 5. *comm. opin. tit. de ſtatutis num.* 1. Valenzuel. *ſupr. numero* 1. & ante eos Caſtren. *in leg.* 1. *Cod. de condit. inſer.* † Quod 58
autem conuenientius ex *dict. leg. eos*, deducere poteramus, eſt reſolutio ad eam controuerſiam, an ſtatuto, vel conſuetudine effici poſſet, vt filius quoad nobilitatem, matris conditionem ſequatur. In qua negatiuam partem tenent Bar. Angel. Platea, Rebuff. *per tex. ibi in h. lege exemplo*, & relati à Tiraquell. *de nobil. cap.* 18 *num.* 22. Th. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 24. *numero* 2. Azeued. *in rub. tit.* 2. *lib.* 6. *Recop. numer.* 22. Bened. Pinell. *lib.* 2. *ſelect. cap.* 17. Carrança *de partu cap.* 3. §. 3. *num.* 17. Verùm huiuſmodi Auctores & Otalora *de nobil.* 2. *part. cap.* 2. *num.* 7. rectiùs cenſuerunt conſuetudine, vel priuilegio Principis effici poſſe, vt filius materna nobilitate inſigniatur, quod ex *dict. leg. eos h. leg. nati* deducunt, & ex *leg.* 1. §. *qui ex duobus, verſ. niſi fortè, Digeſt. ad municip. leg. hi qui ex filiabus, infr. de muilegul. leg. ex ingenuo* 4. *infr. de agricol. & mancip. leg. mulier* 16. *leg. vlt. infr. de agricol. & cenſit.* † Accedit quòd apud Xanthios Lyciæ popu- 59
los lege cauebatur, vt à matribus filij generis nomen ſortirentur, vt teſtatur Plutarch. *de clar. mulier. cap.* 9. & de Lyciis Herodot. *lib.* 1. *de Locris.* Polyb. *lib.* 12. *hiſt.* & ex eis notat Tiraq. *ſupr. numero* 25. & Did. Perez *in lege* 6. *titul.* 2. *libro quarto ordinam. verb. que no ſea hidalgo.* Sic etiam Hetruſci filio quidquid defuit à genere paterno maternum ſuppleuit, apud Statium Papinian. *libro tertio ſyluarum in lacrymis Hetruſci.*

*Si quidquid patrio ceſſatum eſt ſanguine, mater*
*Reddidit.*

& apud nos deſcendentes tam ex maſculis, quàm ex fœminis Antoniæ Garſiæ Taurinenſis mulieris, gaudent priuilegiis, & exemptionibus nobilium ex priuilegio eis conceſſo *in leg.* 31. *cum ſeq. tit.* 18. *lib.* 9. *Recopil.* quod explicant noſtrates Otalora *de nobil.* 4. *part. cap.* 5. *num.* 19. *verſ. ſupereſt.* Did. Perez, & alij relati à Pichard. *de nobil. comm. num.* 47. & Azeued. *conſ.* 17. *toto.* Florez *lib.* 2. *quæſt. cap.* 21. *num.* 262. quod priuilegium conceſſum quoque erat à los de Valderas *in l.* 17. *dict. tit.* 18. & Salmanticæ mulieribus, quæ dicuntur *de los linages*, exemptiones quædam conceduntur, quarum meminit Perez & Pichard. *ſup. num.* 48. Valenzuel. *in dict. leg. eos, numero* 4. videndi Auendañ. *in capp. præt. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 2. Azeued. *in leg* 9. *tit.* 11. *lib.* 2. *Recop. num.* 8. † Neque ea quam ſequimur ſen- 60
tentia caret iuris fundamentis, nam cùm talis conſtitutio ſit iuris poſitiui, & ciuilis, rectè poterit à Principe immutari, quia lex ciuilis alia lege ciuili mutari poteſt *l. non eſt nouum* 26. *cum ſeq. leg. de quibus* 32. *ff. de legib. cap. non debet.* vbi gloſ. *de conſang. & aff. l.* 11. *tit.* 1. *part.* 1. cum obſeruatis à Pichard. *ſupr. num.* 69. Donell. *lib.* 1. *comm. c.* 12. vbi etiam Oſuval. idemque de conſuetudine præſcripta dicendum eſt, cùm ipſa vincat legem, *c. fin. de conſuetud. l.* 2. *C. quæ ſit longa conſ.* Donell. *ſup. c.* 10. Thom. Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 4. *num.* 4. Morl. *in emp. tit. de legib. n.* 24.

LEX

## LEX LX.

*Impp.* THEODOS. *&* VALENTIN. AA. *Thomæ P.P.*

Nullus, qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per ſubſtitutam quamq; perſonam curiales impleat functiones: ſed ipſe per ſe debitum patriæ munus exſoluat, etſi ſpectabili dignitate decoratus ſit, niſi hoc ſpeciali beneficio ſit conceſſum. Hi verò, qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt, per ſubſtitutos periculo ſuarum facultatum curiæ muneribus ſatisfacere non vetentur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Decuriones non poſſunt deſeruire per ſubſtitutos*, & numero 3.

2 *Ratio huius deciſionis.*

4 *Regij Auditores, Iudices criminales, Regij fiſcales, & udices ordinarij, Inquiſitores ſancti Officij non poſſunt deſeruire per ſubſtitutum*, & n.5. & 6.

7 *Clauſulæ quibus cognoſcitur iniungi miniſterium perſonale.*

8 L.6.tit.6.lib.3. Recop. *explicatur, & refertur antiqua & neoterica eius litera, & reijcitur Auendanni ſententia*, & n.9.

10 *An locumtenens correctoris poſſit terminos viſitare, examinatur ſententia Bobadillæ, & reijcitur*, & n.11.12.& 13. *& explicatur* lex 18.tit.7.lib.3. Recop. *&* n.14.

15 *Cui committitur facultas excommunicandi non datur facultas vices ſuas alicui committendi, ad interpretationem* c.fin.§. fin.de offic. & pot. iud. deleg. *&* n.16.

17 *Ius eligendi alicui commiſſum vt eligat ſucceſſorem in maioratu, aut Capellania, an ſit tranſmiſſibile ad hæredes, explicantur & conciliantur varia IC. reſponſa & Doctorum opiniones*, & numer.18.19. & 21.

22 *Natu- ... ioratus eſt perpetua, & an facultas eligendi exp... in primo nominato, vel an tranſeat ad ſucceſſores, & quibus coniecturis cognoſcatur, an voluerit concedere electionem ſolùm in vna perſona*, & n.23.24.& 25.

26 *Proponuntur limitationes ad noſtram legem, quibus conſtat officialem poſſe ſubſtituere ſuo loco alium*, & n.27.28.29.30. & 31.

32 *Qui illuſtrem dignitatem ſunt conſecuti, poſſunt curiæ deſerui. per ſubſtitutum, & referuntur dignitates illuſtres ad interpretationem noſtræ legis, vbi*, Hi verò, *&* n.33.34.& 35.

36 *In caſibus vbi ſubſtitutus poni poteſt, talis ſubſtitutus debet habere eaſdem qualitates, quas habebat ſuſtituens*, & n.37.

38 *Subſtitutus legitimè conſtitutus, gaudet omnibus priuilegijs ſubſtituentis.*

39 *Subſtitutus in caſu abſentiæ datus cenſetur in caſu mortis*, & n.42.

40 *Epiſcopo abſente in longinquis, Capitulum debet adminiſtrare, ſi Vicarius moriatur, vel per regiam potentiam è regno eijciatur, refertur quæſtio de facto*, & n.41.

43 *An ſubſtituens teneatur de exceſſibus & delictis ſubſtituti, & de ratione*, & num.44.

45 *Refertur caſus in quo Epiſcopus multatus ad inobedientiam ſui Vicarij prouiſionibus Cancellariæ, cùm ipſe Vicarius bona non haberet.*

46 *Si Rex & Regia tribunalia non haberent extraiudicialem mulctam, inutilis eſſet cognitio per viam violentiæ, agiturque remiſſiuè de multis Clericorum à ſæculari iudice faciendis.*

47 *Subſtituens non tenetur de delictis ſubſtituti quando non voluntariè, ſed ex neceſſitate, vel ex mandato ſuperioris ſubſtituit.*

48 *Ea quæ fiunt ex neceſſitate, non comprehenduntur in generali legis diſpoſitione.*

49 *Subſtituens non tenetur de exceſſu ſubſtituti, quando adhibuit debitam deligentiam.*

50 *Caſtellanus, aut arcis præfectus, quatenus de delicto ſubſtituti teneatur, explicatur latiſſimè*, & numeris ſeqq.

51 *An iure noſtro ſeptempartito in arcis præfecto requiratur nobilitas ſanguinis, examinatur.*

52 *Verbum* debet *inducit præciſam neceſſitatem, ſubſtantiam & eſſentiam.*

53 *Referuntur DD. qui tenent nobilem eſſe & cenſeri arcis præfectum, ex eo quòd ſit Alcaidius.*

54 *Caſtellanus poteſt ſubſtituere in caſtelli tutelam hominem nobilem abſque metu proditionis, expenditúrque* l.7.tit.18.p.2. *&* num.55.

56 *Decuriones qui fideiuſſores approbarunt qui illo tempore erant idonei, non tenentur de inopia ſuperuenienti.*

57 *Defenditur* legem partitæ 6.tit.18.p.2. *non requirere, præciſè vt Caſtellanus ſit nobilis, & expenduntur in propoſito aliquæ leges Recopil. aperitúrque tota ſeries illius &* leg.6.& num.58.59.60.

61 *Expenduntur pro hac parte aliæ leges p... rtitarum, & obiter de Aquilifero Regis ſeu Capitaneo generali agitur, & de eius qualitatibus*, & n.62.

63 *Quare* lex 7.tit.18.p.2. *requirat in ſubſtituto Caſtellani, vt ſit nobilis*, & n.64.

65 *Factum Regis Alphonſi XI. refertur.*

66 *Alcaidia non inducit præciſam nobilitatis probationem, ſed tantùm inducit præſumptionem, contra quam probatio locum habet.*

67 *An debeat dari Pragmatica Regis Henrici contra Equitem militaris Ordinis, ſi caſu ab aliquo deferatur contendens eſſe plebeium.*

CVm Decurionum officium, vt ſuperioribus animaduertimus, perſonalem occupationem haberet, vt neque rus habitare eis liceret, *toto tit.infr. ſi curialis relicta ciuit.* neque quomodolibet curiam derelinquere, ſed ei erant veluti mancipati & adſcripti, ita vt ſi aliquam adepti eſſent dignitatem, poſt eam depoſitam ad curiam redire tenebantur, *leg.neminem* 64.*infr. h.t.* cum adductis à P.Greg. *lib.*18.*ſyntag. cap.*14.*num.*7. Inductum eſt etiam hac conſtitutione ita Decuriones perſonaliter adſiſtere debere, vt nec per ſubſtitutum potuiſſent deſeruire. Quod & in aliis officialibus & adminiſtris ſtatutum legimus, *Nouell.*134. quæ eſt *Auth. vt nulli iudicum, in princ. Nouell.*128. quæ eſt *Auth. de collatorib.* §. *ad hæc prohibemus. Nouell.*17. *ſeu Auth. de mandat. Principum,* §.*eos autem. Nouell.*8. *ſeu Auth vt iudices ſine quoquo ſuffrag.*§.*nulli quoque,* & iure noſtro cauetur *l.*18.*tit.*4.*part.*2.*l.*18.*tit.*3.*l.*6.*tit.*5.*l.*1.*&* 4.*tit.*9.*lib.*3.*Recop.l.*6.*tit.*2.*lib.*7. *Recop.* explicat *ibid.* Azeued. Auend. *in capp.prat.*1.*part.cap.*3.*numero* 5. Bobadill. *lib.*2.*polit.cap.*10. *num.*34. Menoch. *de præſumpt.lib.*2.*præſumpt.*21 *tot.* Maſtrill. *de magiſtr. lib* 1.*cap.*29.*toto.* Giurb. *conſ.*36. *ex num.*1. & Fuluius Conſtant. poſt Plateam *hic.* † Ratio eſt in promptu, quoniam in offi- 2
ciis quæ habent adminiſtrationem annexam, vel quando certum miniſterium alicui committitur, tunc cenſetur electa induſtria perſonæ ex vulgari *l. inter artifices* 31.*ff.de ſolutio.cap.fin.*§.*his autem, cum ſeq.de offic. & poteſt*

*poteſt ind.* quæ non poteſt ſuppleri per ſubſtitutum, *l. vnic.* §. *ne autem* 9. *verſ. ſin verò talis. Cod. de caducis, cap. is cui* 12. *de offic. deleg. lib.* 6. & ita in officiis & dignitatibus ſubſtitutio prohibita eſt Bart. per text. *ibi in l.* 1. *infr. de Præpoſ. agent. in reb. num.* 3. *&* 4. vbi eius additio *lit.* C, Bald. *in l. quiſquis, Cod. de Epiſc. & Cler.* Paris de Puteo *de ſyndic. verb. ſubſtitutus, num.* 3. & Conſtant.
3 *hic num.* 15. † Quapropter Decuriones miniſterium ſuum per alium expedire non poſſunt, vt *in præſenti* docent Alex. *in leg. more num.* 45. *ff. de iuriſdict.* Petr. Greg. *ſup. cap.* 14. *num.* 7. Bobadill. *lib.* 3. *cap.* 8. *numero* 129. & expreſsè prohibetur *in l.* 18. *tit.* 3. *lib.* 7. *Recop.* Nam etſi citaretur Decurio dum impeditus, vel abſens eſt, non poterit loco ſui alium ſuſtituere, licèt poſſet alicui ex Decurionibus committere votum ſuum, ſeu vocem, notat Azeued. *in leg.* 1. *num.* 16. *& in l.* 4. *n.* 5. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recop.* quidquid velit Did. Perez *in*
4 *leg.* 1. *tit.* 5. *lib.* 3. *ord.* † Similiter & Regij auditores & iudices criminum, qui vulgo *Alcades de corte* vocantur, non poſſunt deſeruire per ſubſtitutum, ex *l.* 49. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* quæ licèt ſolùm loquatur quando aliquis ex Alcaldis ſe abſentat, vt tunc ex Auditorum corpore locus repleatur, & non poſſit ſubſtitutum derelinquere, idem in Auditoribus admittendum eſt, vt illa ratio quæ in principio proponitur (*Porque de ſe nonbrar ſubſtituto en lugar del Alcalde que vaſuera ſe au ſeguido alguno inconuenientes.*) non minus militat in his, quàm in aliis, præcipuè, cùm ea lex ſit propoſita ſub
5 titulo *de los Preſidente y oydores.* † Item etiam & regij fiſcales prohibentur conſtituere ſubſtitutum, ex *leg.* 1. *tit.* 13. *lib.* 2. *Recop.* Sed limitatur *in l.* 2. *eod.* vt poſſint in caſu abſentiæ, & ita in praxi obtinuiſſe, cùm eo munere fungeretur, docet Alfaro *de offic. fiſc. gloſſ.* 28. *num.* 2. licèt communiter in abſentia fiſcalium ſubſtituere ſoleant Præſides cum conſenſu Auditorum, & talis nominatus non vtitur omnibus priuilegiis fiſcalis proprietarij, ſed aliis minoribus, ſcilicet vt ſedeat in banco Aduocatorum ante omnes etiam antiquiores, & ne diſco operiat caput cùm loquitur, niſi quando veniam petit ad loquendum, non autem ſedet cum Auditoribus, neque cum eis concurrit, & ita Granatæ practicatum audiui, & Pintiæ vidi fieri. Neque *dict. leg.* 2. correcta eſt ex diplomate regio, quod exaratum eſt in ordinationibus Cancellariæ Granatenſis, poſt Indicem ante conſtitutiones Viſitationis Epiſcopi Zamorenſis, vbi ſtatuitur quòd ſi fiſcales ambo obierint, vel ad alium locum aſſumantur, non poſſint alij nominari à Curia Auditorum, ſed ſtatim Regi denuntietur, vt de eis Audientiæ prouideat. Quoniam non excluditur vt dum Princeps prouidet, nominetur aliquis qui res fiſcales pertractet, & ita practicatur, vt ſi abſens ſit fiſcalis, vel mortuus, alter & munera ciuilia & criminalia peragat: ſi verò ambo fiſcales abſentes, aut mortui ſint, interim dum Rex prouidet, vel abſens eſt, fiſcalis ſolet deſignari vnus ex grauioribus Aduocatis, qui nomine officij fiſcalis comparet
6 in iudicio, & lites fiſcales pertractet. † Item etiam & alij iudices ordinarij ſubſtitutum conſtituere prohibentur, *dict. leg.* 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recop.* quia intereſt Regis vt officia perſonalia, & quæ maximam in ſe continent qualitatem, & confidentiam, exerceantur per perſonas electas ab eo, & in quibus eligendis cura Principis animaduertitur, *leg.* 10. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recop.* docet Giurb. *dict. conſ.* 36. *numer.* 3. *in fin.* Eodem modo prohibentur Inquiſitores ſancti Officij, Maſtrill. *dict. lib.* 1. *capit.* 19. *num.* 18. & Tabelliones *in l.* 6. *tit.* 2. *& l.* 18. *&* 19. *tit.* 3. *lib.* 7. *Rec.* notat Auendañ. *d.* 1. *p. cap.* 3. *num.* 5.

7 Hæc omnia & ſimilia vt locum habeant, neceſſe eſt vt ad verba, quibus miniſterium, vel officium conceditur, attendatur, ex quibus præſumatur fuiſſe electam propriam induſtriam perſonæ. Veluti ſi dicatur, *vt de te confidimus, de te ſperamus*, ea clauſula videtur electa induſtria perſonæ, ita docent Auendañ. *de exeq. dict.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 5. *verſ. correctior.* & Azeued. *in l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recop. num.* 3. *&* 4. Similes ſunt aliæ dictiones, *pro te, manu tua, videas perſonaliter, tuæ diſcretioni committimus, tuæ conſcientiæ leg.* 2. *ſup. de condit. in publ. hor.* vbi dixi, *leg. ſi irruptione* 8. *in fin. ff. fin. regund. l. fideicommiſſum* 11. §. *fin. de legat.* 3. *leg. ſi communis* 37. *ff. de ſtipul. ſeru.* cum traditis *ibi* à DD. & Greg. *in l.* 47. *tit.* 18. *part.* 3. *gloſ.* 8. Auiles *cap.* 4. *verb. iuſtitia, & cap.* 6. *verb. ſalario, & verb. viſite* Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 34. *& ſeq. & num.* 43 *& lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 14. Menoch. *lib.* 2. *præſump.* 21. *num.* 6. 7. *&* 13. Riccius *in prax. fori Eccleſ. dec.* 617. & Fulu. Conſtant.
*in præſenti num.* 24. † Exemplum ſit provt apud nos 8
viſitatio villarum & terminorum perſonaliter iniungitur correctoribus, ita vt ſubſtitutum id facere nequeant, vt docemur ex *leg.* 6. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop.* illis verbis, *e aſi miſmo viſite las villas que eſtubieren a ſu cargo en perſona*, quam ita accepit Auendañ. *ſup. cap.* 4. *num.* 33. *verſ. Redeundo*, vt non poſſit fieri per vicem gerentem correctoris, quæ ſententia indiget medicamento. Nam *dict. leg.* 6. ita olim concipiebatur, *viſite las que eſtubieren a ſu cargo en perſona vna vez al anno y ſa informe como ſon regidas.* Poſtea in noua Recopilatione addita eſt alia clauſula, vbi ita nunc legitur, vt poſt illa verba, *en perſona vna vez al anno*, ſequitur nunc *por ſi o por ſus tenientes y no por alguaciles* & poſtea adiicitur, *y ſe informen.*

Ex quibus conſtat attenta ea littera non poſſe ſu- 9
ſtineri Auendani ſententia *dict. num.* 33. *verſ. ex quo infertur*, qui ait viſitationem non poſſe exerceri per vicem gerentem. Nam etſi ea verba iam interpoſita non eſſent, ad hunc tamen locumtenens poſſet, nam eamdem iuriſdictionem habet ac corrector, ex iis quæ adduxi *in leg.* 2. *ſupr. de cond. in publ. hor.* & ita tenet Auiles *dict. verb. ſalario num.* 5. *& verb. viſite, & verb. en perſona*, & Bobadill. *lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 14. *&* 15. *&*
*lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 11. *&* 44. † Licèt ipſe, quoad ter- 10
minorum viſitationem attinet, cum Auendaño *dict. cap.* 34. *verſ. quæ ſuprà*, affirmat non poſſe fieri per locumtenentem. Atque ita differentiam conſtituunt inter viſitationem terminorum, & villarum, ſeu oppidorum ſuæ iuriſdictionis, ita vt locumtenens poſſit viſitare villas, non verò terminos, & ita in praxi obſeruari affirmat.

Quæ ſententia mihi ſuſpecta videtur, licèt in rebus 11
practicis eius viri auctoritas & iudicium apud me plurimum valeat. Nam *in dict. leg.* 6. non ſpecificatur ea differentia, imò cùm *in verſ. ea ſi meſmo, viſiten.* dicatur vt corrector terminos viſitet abſque ſalario, *& in verſ. e aſi miſmo viſiten las villas*, adiiciatur vt perſonaliter viſitent loca, ſeu villas iuriſdictionis, etiam ſi non eſſet appoſita ſequens clauſula, *por ſi o por ſus tenientes*, videretur dicendum plus inſpectionis perſonalis requiſiiſſe legem illam in viſitatione villarum, quàm in viſitatione limitum, terminorum, aut finium. Sed viſitatio villarum & oppidorum ſufficit fieri per locumtenentem, vbi expreſsè requiritur perſonalis inſpectio. Ergo multo magis idem admittendum in terminorum viſitatione, vbi ea ſpecialitas non ita expoſtulatur, imò eo magis debuit adhiberi perſonalior inſpectio in villis, quàm terminis, quanto principalior eſt hominum, quàm terminorum dignitas, *argumento leg. in pecudum* 28. *ff. de vſuris, leg. iuſtiſſimè* 44. *de ædilit. edict.* cum à me adductis *lib.* 3.
*obſeru. cap.* 1. §. 1. *num.* 3. *& ſeqq.* † Siquidem in ter- 12
minis ſolùm animaduertitur, an ſint occupati contra tenorem ſententiarum, an ſint bene diſpoſiti, an moti. At in villis attenditur regimen earum, & adminiſtratio iuſtitiæ, & ita maior cura incumbit in hoc, quàm in illo caſu, & vbi maius vertitur periculum,

eo

eo conſultiùs erit agendum. *cap. vbi periculum, de elect. lib. 6. l. addictos, C. de appell.* cum vulg. & quamuis de re ad perſonam validum ſit argumentum, ex traditis à Barboſ. *de locis comm. loco* 83. *&* 95. id limitatur quando militat diuerſa ratio, vt in noſtra ſpecie, ex Menoch. *conſ.* 106. *n.* 186. Atque ita correctoris perſona debebat interuenire in viſitatione villarum, & tamen ſufficit ſi per locumtenentem id fiat.

13 Rurſus pro ea parte facit *l. 16. tit. 5. lib. 3. Recop.* vbi limitum, ſeu terminorum aſſignatione conſtringuntur pati cura correctores & iudices; ſed nomine iudicũ locumtenentes comprehendi, nemo eſt qui poſſit negare, cùm verba legis ita ſunt clara, *los corregidores y jueces de las ciudades y villas.* Prætetquam quòd certum eſt locumtenentes habere eamdem iuriſdictionem cum correctore, & quidem ordinariam, vt ex Azeuedo & Morla probauimus *ſuprà in dict. leg. 2. de conditiis in publ. horr.* & ita hanc ſententiam (licèt his nouis fundamentis non firmauerit) approbat Azeued. *in d.*

14 *l. 16. tit. 5. num. 3.* † A qua non dimouebit nos *leg.* 18. *tit. 7. lib. 3. Rec.* vbi ſtatuitur, vt in ſyndicatu animaduertatur, an corrector viſitauerit confinia, & limites ſuæ iuriſdictionis, vt probant illa verba, *y ſepan ſi ſean viſitado los terminos por el Corrigidor ſegun que le fue mandado*, quæ pro ſua ſententia expendit Bobadill. *ſuprà num. 15. & 16.* Sed reſpondum eſt, illa verba, *ſegun que le fue mandado*, referenda eſſe ad *d. l. 6. tit. 6. lib. 3. Rec.* vbi cùm, vt diximus, etiam locumtenens poſſit viſitare terminos & confinia, & referatur illa lex ad illam, dicendum eſt in iiſdem verbis, *por el corregidor*, accipi debere iuxta id quod communiter & frequentiùs contingit, non autem vt excludat viſitationem factam à locumtenente, cuius cum correctore cenſetur idem tribunal, & eadem iuriſdictio. Vnde deduco quòd ſi termini fuerint viſitati à locumtenente; & in ſyndicatu opponatur contra correctorem, quòd ipſe non reuiderit terminos, ſi tamen à ſuo locumtenente fuerit viſitatio facta, liber euadet corrector, & iudex ſyndicatus iniquè faciet ſi contra eum ſententiam tulerit.

15 Secundum exemplum ſit, in eo cui commiſſa eſt excommunicandi, vel abſoluendi facultas, vt *in cap. fin. §. fin. extrà de offic. & poteſt. iud. deleg.* vbi cui commiſſa eſt excommunicandi, vel abſoluendi facultas, non poteſt aliis ſuas vices committere. Rationem annectit Pontifex, *quia non ſibi iuriſdictio, ſed certum miniſterium committitur*, quod tamen non ſine difficultate procedit, quia facultas excommunicandi eſt actus iuriſdictionalis, qui habet cauſæ cognitionem annexam, ob quam excommunicatio ferri debeat, *cap. dilecta* 12. *de maior. & obed.* vbi etiam notauit gloſſa *verb. iuriſdictioni. c. fin. de exceſſ. prælat. cap. ſacro 48. de ſentent. excom.* docent Panorm. & alij relati a Salgad. *de regia proteƈt. 4. p. c. 11. n.* 58. *&* 59 hanc difficultatem tetigerunt plures ex Canoniſtis *ibidem*, *& in cap. cùm Bertoldus, de re iud. & in Clem. vn. de offic. deleg.* Nauarr. *in capit. placuit n.* 72. *de pœnit. diſt.* 6. Couar. *lib. 3. var. cap. fin. n.* 4. qui in illam rationem inclinant, quòd videatur *in d. §. fin.* electa induſtria perſonæ ex ſola commiſſione nudi miniſterij, quale eſt excommunicare, quibus

16 etiam aſſentit Fulu. Conſtant. *hic n.* 30. † Ab eis tamen meritò receſſit Ioannes Ibañez de Frechilla, olim Doctor Primarius ſacrorum Canonum in Salmanticenſi Academia, *in tract. de excommunicat. 2. p. art. 1. n.* 3. quia non eam rationem reddat Pontifex, ſed aliam longè contrariam, ſcilicet quòd nudum miniſterium commiſſum ſit. Quapropter ex eius doctiſſimi Anteceſſoris mente exiſtimo dicendum differre multum, an committatur alicui iuriſdictio, an tantùm iuriſdictionis executio. Nam executio iuriſdictionis eſt duntaxat miniſterium nudum, ſine cognitione, quod conſiſtit in facto, eſtque merus executor ille, cui committitur, *leg. executorem, C. de excep. rei iudicat. cap. paſtoralis* 28. *§. quia verò, de offic. deleg.* latiſſimè probat Salgado *ſup. d. 4. p. c. 3. num. 2. & 11. & c. 7. num. 16. & ſeq.* Cùm enim præmiſſa ſit cauſæ cognitio, & iam de re ſit diſcuſſum, ſolùm iniungetur alicui vt excommunicet, id eſt, exequi faciat ſententiam iam latam, vel vt abſoluat, quod eſt merum factum, vt eleganter docet Bobadill. *lib. 2. c. 20. num* 45. & Salgad. *ſup.* & ſic inſeparabile à ſua perſona, *leg. cùm patronus* 28. *in fin. Digeſt. de leg. 2. leg. non ſolum 8. §. tale, verſ. quoties, de liber. legat.* & ideo alteri demandari non poteſt, cùm demandatio ſit actus iuriſdictionalis, *leg. 1. Digeſt. de officio eius*, & iuriſdictionem nullam habeat commiſſarius, ſed merum miniſterium, *d. §. fin.* & cùm ſit delegatus, & vicem gerat mandantis, ex traditis à Salgado *d. cap. 3. num.* 13. non poterit ſubdelegare, *l. fin. ff. de officio eius, l. more, de iuriſdict.* cum latè adductis ab Azeued. *in rub. tit. 9. lib. 3. Recop. ex n.* 4. Morl. *in emp. tit. 2. q. 10 tota.*

Tertium exemplum ſit ſi teſtator, v. g. in fundatione alicuius maioratus, aut Capellaniæ alicui iniunxiſſet, vt ipſe eligat ſucceſſorem, (non abſolutè hoc iniungens ſed proprio nomine) *qua Titio nombre o el ya el que vbiere de ſuceder.* hoc caſu facultas eligendi limitata eſt, & reſtricta ad perſonam illam primi deſignati, cui nominatim fuit electio conceſſa, ita vt ad alios eius ſucceſſores ius nominandi, vel eligendi non ſit tranſmiſſibile, ſed extinguitur cum ipſa perſona. 17

† de hac quæſtione plures vidi agitatas lites tum in hac, tum in Granatenſi curia, & controuerſia maxima eſt, nam non ſolùm DD. ſed etiam Iureconſulti varij ſunt, vt videmus *in l. cùm quis 55. leg. ſi ſtipulatus 76. l. fin. in princ. ff. de verb. obl. l. ſi ſic legatum 75. §. fin. ff. de legat. 1. l. cùm quidam 24. l. vnum ex familia 67. § ſed & ſi, verſ. Rogo. leg. cùm pater 77. §. hæreditatem, ff. de legat. 2. leg. illud 19. ff. de optione leg. l. non ſolum 8. §. tale, verſ. quoties, ff. de liberat. leg. l. ex facto 17. §. ſi quis rogatus 6. ff. ad SC. Trebellian.* & in ſcriptis, à Bar. Iaſ. & aliis *in d. l. ſi ita* 76. Donell. *lib. 15. comm. cap.* 2. vbi Oſvvald. Duar. *in l. 10. ff. de leg. 1.* Cuiac. *lib. 18. quæſt. Paul. in d. leg.* 76. Ant. Gomez *tom. 2. var. cap. 11. n.* 41. Florez *in addit. ad Gamam deciſ.* 18. & cum Molin. *lib. 2. de primog. cap. 4. num.* 62. vbi Addition. Azeued. *in l. 5. tit. 4. lib. 5. Recop. num.* 17. Fontanell. Cancer. & aliis Caſtillo *lib. 6. cap. 183. num.* 8. & omnium elegantiſſimè & erudiſſimè noſter D. Ioannes Larrea *deciſ. Granat. diſp. 31. tota.* 18

Verùm huiuſmodi opiniones iuris auctorum & interpretum eo diſtinctionis fœdere conciliandæ ſunt. Nam aut facultas eligendi ad aliquem pertinet ex iure proprio quoad ſuam vtilitatem, commodum, aut intereſſe ratione rei relictæ, vel ſtipulatæ, & ille debet eligere ex cauſa antecedenti, & præambula, veluti ſi Titio domum, aut fundum, Stichum, aut Pamphilum do, lego. Vel ſi ſtipulatus ſum illud, aut illud quod ego maluero. Vel aut ius eligendi alicui datum eſt ratione arbitrij, conſiderationis, dilectionis, vt talis eligat, vel nominet aliquam perſonam, quæ habeat talem prærogatiuam, qualitatem, vel quæ debeat ſuccedere in aliquibus bonis, maioratu, aut capellania. † Primo caſu, ſi Titius dum viuit non elegit res illas ex adductis in legato, vel ſtipulatione, tunc electio ad hæredes tranſit, vel ſucceſſores, quia virtute ſtipulationis, vel legati alternatiui, in quo res comprehendebantur, *illud*, *aut illud*, iam ante electionem erat adquiſita obligatio vnius rei ex illis, & radicata in perſona illius, cui promiſſum fuerat, vel legatum, & ſolùm reſtabat executio ex actuali electione ad eam capiendam, & cùm hic actus eligendi nullam inducit obligationem, non cenſetur noua diſpoſitio, ſed tantùm acceſſoria appendix, aut ſequela prioris obligationis iam quæſitæ, quæ cum in hæredem tranſeat, iuxta propriam ſuam naturam, 19 20

naturam, cùm ſit principale, eodem modo debet tranſire acceſſorium, ex vulgori regula quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis: quam ſententiam ante omnes videtur tenuiſſe Cuman. *in d.l. ſi ſtipulatus n.3.* & Cuiac. *d.lib.8.quæſt.Paul.ibidem.* contra Bar.Caſtren.& Donell. *ibi n.4.& d.lib.15.com. cap.2.verſ.electioni*, vbi Oſvvald. *lit.D*, quem tacitè ſuggillat Cuiac.veriùs probans tranſire electionem in hæredem, non directo, ſed per quandam conſequentiam, cùm obligatio in hæredem tranſeat, quia illa eſt pura, cuius ſcilicet dies ſtatim cedit, ſed moram recipit ex optione ſtipulatoris, aut hæredis. *l.illud 19.D.de optione legat.d.l.ſi ſtipulatus, d.l.ſi ſic legatum. §.fin. D. de leg.1.* notarunt etiam Duar. poſt Alber.& Iaſon. *in d.l. ſi ſtipulatus.*

21 Contrà verò eſt, quando ius eligendi alicui conceditur, vt ipſe arbitretur, conſideret, videat, eligátve aliquem qui ſuccedat in aliquibus bonis, maioratu, aut Capellania, quo in caſu cùm totum hoc factum conſiſtat in diſpoſitione, induſtria, arbitrio & iudicio illius, cui committitur, & non in ſui, ſed in alterius vtilitatem tendat, in fauorémque electi tertij, tunc electio perſonalis & limitata conſideratur, & ad hæredem, vel ſucceſſorem non tranſit, ſed morte electoris extinguitur, cùm non habeat aliquam dependentiam, aut connexitatem, cùm iure aliquo, vel obligatione, cuius virtute tranſeat ad hæredem, ſed induſtria illius tantùm electa videatur & ſic ita perſonalis eſt, vt non poſſit tranſmitti,
22 *d.l.cùm quidam 24.D.de leg.2.d. l vnum ex familia. §. ſed etſi, verſ. rogo*, & docent *ſuprà* laudati. † Neque oberit in contrarium quòd cùm maioratus natura inducat ſemper perpetuitatem, *l.2.tit.15.p.2.* vbi Greg. Couar. *lib.3.var.cap.5.n.6.* Molin *de primog.lib.1.c.3. à n.1.*& alios referens Paz. *de Tenut.1. tom c.34. n.88.* & Caſtillo *lib.2.contr. cap.22. à n.2.* Si facultas eligendi data ſit, quamuis in prima perſona, ſeu primo ſucceſſore, fuiſſet limitata, & temporalis, cùm ſit acceſſoria, maioratus debet eius qualitates aſſumere, atque ita effici perpetua, & ad ſucceſſores tranſire, gloſ. *in cap.3.extr.ne ſede vacan. verb. vniendo*, docet cum aliis Caſtillo *tom.5. contr. cap.87.n.25.* Nam reſpondendum eſt eo ipſo quòd maioratus ſit perpetuus & tranſmiſſibilis ad omnes de familia, vt vſque ad milleſimum gradum durare poſſit ſucceſſio, ex Couar. *d.cap.5.numero 4.* Molin. *d.cap.3.numero 14.* Caſtillo *lib.3.contra cap.1.numero 142.* non indiget ad ſuam perpetuitatem qualitate illa electionis, nec ex ea efficietur magis perpetuus, nec maiores vires
23 accipit. † Ratio eſt, quia etſi maioratus ſit electiuus, & poſſeſſor ſine electione decedit, nihilominùs perpetuitas conſeruatur, & in eo ſuccedunt qui ſunt ex nomine & familia fundatoris, *d.l.vnum. ex fam.verſ.rogo.d.l.cùm quidam*, & propter ſubiectam materiam defertur ſucceſſio ei, qui fuerit ex potiori & meliori linea, vt tenent Tiraq. *de iure primog. qu. 65.tot.* Greg. *in d.l.2.partita, verb.en España*, Molin. *ſup.lib.2.c.4.n.42.* alter Molin. *de maior. diſp.593. n.6.* Mieres *de maiorat.1.p.q.48.n.49.& 94.* Caſtill. *lib.2. contra cap.22.n.3.* Præterquam quòd facultas eligendi non poteſt cauſare maius priuilegium, vel poteſtatem, vt elector poſſit eligere eum, qui non eſt de familia, vt ſuccedat in maioratu, ita *argumento d. l.vnum ex familia, in princ.& §.1.de l.2.* conſiderant Socin. *conſ.251. n.1.vol.2.* Pariſ. *conſ.44.n.20.*& alij apud Caſtillo *d. cap.87. numero 34.* quod habet locum, etiamſi ampla & generalis data ſit eligendi facultas: nam debet reſtringi ad familiam, cum ſemper præſumatur ita voluiſſe teſtatorem, Tiraq. *ſup. q.61.* Greg. *in l.6.tit.11.p.5.* Molin. *d.c.4.n.13.* Aluar. *de coniect.ment.teſt.lib.2.c.1.§.1.n.26.* Cabed. *dec.123.*
24 *p.1.n.1.* † Sed quoniam ius eligendi conceſſum dependet à voluntate teſtatoris, cuius diſpoſitio regit in omnia in teſtamento diſpoſita, ex *l. in conditionibus*, cum vulg. *D.de condit.& dem.leg.40. Taur.* ibi, *ſaluo ſi otra coſa.* Pacian. *conſ.63.n.52.* in terminis Mieres *ſup.2.p.q.6.num.278.* Gabr.Pereyra *deciſ. 21.ex n.4.* Gama *deciſ.206 num.9 & 14.* Cabed. *deciſ. 143.n.1.p.1.* Caſtillo *d.cap.87. n.22.* qui omnes tenent voluntatis eſſe quæſtionem, an ad ſucceſſores illam facultatem extendere voluerit, & ſic attendenda erunt verba, quibus electionem concedit. Nam ſi non abſolutè eam dederit, ſed proprio nomine, *Titio*, verbi gratiâ, conceſſit, vt ipſe eligat, tunc limitata videtur electio ad illum, & eius induſtria electa, non ad alios tranſmiſſibilis, ex iis quæ pro ratione noſtræ legis adduximus *l.vnic. §.ſin autem, C. de caduc. toll.l quæ conditio 36.D.de condit.& dem.cap. quoniam Abbas, de officio delegat.* cum latè congeſtis à Fuſario *de ſubſtit. q.458. n.4.* Caſtillo *lib.3. contra cap.15.n.42.* † Vel vt nominet eum, qui melioribus 25
moribus imbutus ſit, qui ſit virtuoſior, doctior, ſapientior, ſenior, hoc enim caſu ius electionis eſt perſonaliſſimum, & ad alios non tranſit. *l. ſi quis arbitratu 43.D.de verb.obl.l.in compromiſſis 45.D. de recept.arbitr.* Gama *deciſ.18.* Anton.Gom. *in l.18.Taur n.2* per tex. *ibi.*& Molin. *d.lib.2.cap.4.n.26.*& videndi ſunt Auctores laudati, ſi caſus occurrat, & de ſimilibus Hermoſill. *in l.7.tit.4.part.5.gloſ.6.n.8. & ſeqq.* & D.Larrea *d.diſp.31.*

Quæ hucvſque dicta ſunt, vt ille, cuius perſona 26
electa eſt, non poſſit alium ſubſtituere, ita explicat Conſtant. *hic n.14.* vt intelligantur de plenariâ & & generali ſubſtitutione, ſi videlicet officialis vellet in officio, & ſic in generalitate cauſam ſubſtituere, hoc enim caſu ei non licebit, ex rationalibus iam *ſuprà* adductis, & quia in generali negotiorum commiſſione ob rei magnitudinem videtur electa induſtria perſonæ. At verò non impedietur Commiſſarius, vt ita dicam, particulare aliquod negotium ſubſtituere, provt in Procuratore generali qui in omnibus negotiis ſibi commiſſis poteſt ſubſtituere, vt docet Salicet.& Alex. *in l.quod quis, n.6.C.de Procur.* & DD. *in d.cap.fin.§.fin.de offic. deleg.* † Quod tamen 27
non habet locum in delegato à Principe ad vnum tantùm negotium, qui non poteſt ſubſtituere, nec delegare. Bobadill *lib.2.cap.20.num.43.in fin.*

*Secundò* licita erit ſubſtitutio, quando commiſſio 28
data eſt illa formula, *A vos el nueſtro corregidor o a vueſtro lugar teniente*, non expreſſis nominibus propriis, ſed tantùm dignitatis: nam tunc procedit regula illa, poſſe quem facere per alium quod poteſt facere per ſeipſum, ita vt alium locum tenentem ad id creare poſſit, quia non tam electa eſt induſtria perſonæ, quàm effectu rei gerendæ, vt rectè docent Bobadill. *d.cap.20. num.37 & ſeq.* Auendan. *de exequen. lib.1.cap.3.num.5 verſ. corrector.* † Rurſus ſub- 29
ſtitutio admittitur, quando Officialis habet à lege, ſeu Principe ſubſtituendi facultatem, vt *in cap.4. de los corregidores*, quæ eſt *l.4.tit.6.lib.3. Recop.* vbi notarunt Auiles *verb. iuſtitia n.1.* & Azeued. *n.1. & in l.4. tit.9.lib.3.Recop n.1.* quod eleganter probatur *in l.10. tit.5. libro 3. eiuſdem Recop.* ibi, *E mandamos que quando fueren proueidos de los tales oficios, ſe les mande y encargue que tomen y tengan con ſigo tenientes letrados.* † Idem admiſſum eſt ſi Officialis regij 30
ſeruitij cauſa abfuerit, *Auth.de Collator.§.ad hæc*, vel ſi infirmitate detineatur *dict. leg.4. tit.9.* ibi, *No pongan otros ſubſtitutos en ſu lugar que juzguen ſi no fueren dolientes o flacos de guiſa que no puedan juzgar, o ſi fueren por nueſtro mandado*, &c. *& in l.18. tit.3.lib.7.Rec.* ſtatuitur, vt in decurionatibus & aliis officiis nullus audeat alium ſuo loco ſubſtituere ſine licentia expreſſa Regis. Obſeruant Azeued. *in d. l.4.*

*tit.9.lib.3.Recopil.* Maſtrill. *de magiſt.lib.1.cap.29. numero 25.& lib.5.cap.6.num.165.* Giurb. *d.conſ.36.numero 9.& ſeqq.* Idque ortum videtur habere ex lege noſtra, ibi, *Niſi hoc eis ſpeciali beneficio ſit conceſſum,* vel niſi aliquo priuilegio id indulgeatur, *l. neminem 64.infr.niſi forte alijs priuilegiis, l. quiſquis 16.Cod. de Epiſcop.& Cler.*notat Platea *hic n.2.* Quemadmodum in Regiis Auditoriis poſſunt ſubſtitui in defectum Auditorum [ſi moriantur, vel ſint abſentes, aut alio impedimento cogantur] regij fiſcales,vt decretum eſt in Ordinationibus Curiæ Granatenſis *lib.2. tit.1.ſchedul.3.pag.138.* Rurſus ſi conſuetudine receptum eſſet, vt poſſet ſubſtituere Officialis,vt cum
31 aliis ſcribit Maſtrill. *ſup.* † Quia ſupradicta regula deducta ex *d.l.inter artifices,ff.de ſolutio.* non procedit dato impedimento neceſſario, & ſic Doctor legens in aliqua Academia in caſu infirmitatis; ſeu alterius iuſti impedimenti, poteſt ſubſtituere, quod quotidie videtur in Salmanticenſi Academia, quæ cùm ſit aliarum matrix & Princeps, legem ad id conſtituet (& ita in propoſito poſt Plat.*hic numer.4.* notauit Fulu.Conſtant.*num.23.*

32 His adiicit lex noſtra *in verſ. Hi verò*,eos qui honorario titulo illuſtrem dignitatem ſunt conſecuti, vt poſſint deſeruire curiæ per ſubſtitutum,idem conſtituit *l. ad ſimilitudinem 11. C. de Epiſcop. & Cler. l. qui ante hanc 187. C. Th. de Decurion.* illuſtrem vocat dignitatem, quia ex eis aliæ fuerunt ſpectabiles, aliæ clariſſimæ, aliæ egregiæ,aliæ illuſtres, vt docemur ex D.Iſidor. *lib.9. etymol.cap.9.* Prima & præcipua inter omnes dignitates illuſtris fuit Patriciatus, Conſulatus & Præfecti prætorio dignitas, & Magiſtri officiorum & Militum, de quibus agam, Deo dante, *in l fin.infr.h t.* ita eo nomine condecorantur *in l.præcipimus 31. C.de appellat.l.1. l.3. C. vbi ſenatores, vel Clariſſ.l.1.infr. de Præfect.præt l.2. infr.*
33 *vt dignit.ordo, l.fin.ff.de ſenator.* † Secunda fuit dignitas ſpectabilium, qui obtinuerunt medium ordinem inter dignitates ſenatorias, ſcilicet clariſſimatus, & illuſtratus. Iuſtinian. *Nouell.7. ſeu Auth.de non alienandis reb. Eccl. ad fin.* ibi, *Seruabunt autem eam glorioſiſſimi Præfecti prætoriorum, & medias habentes adminiſtrationes quos Spectabiles vocant. Dicimus autem Auguſtales & Proconſulares & ſpectabiles Comites & alios Orientis, & qui poſt illos ſunt magiſtratus, l. peculiari 5.infr. de proxim.ſacror.ſcrin.*Sidon. *lib.8. epiſt.6.* Erant ergo ſpectabiles Proconſulares viri & Conſulares, Comes Orientis Præfectus Auguſtalis, vt ex *d.Nouell.7.* cõſtat,& ex *l.vnic. in princ. C. vt omnes iudices tam ciuil.* docent Panciroll.*lib.1.var.cap.3. & in Not.Imp. cap.2.* Ioan.Sauaro *ad Sidon.lib.7.poſt epiſt.9.in concione p.450.*Buleng. *lib.2. de Imp.Rom. cap.19. cum ſeqq.* Gutherr. *de offic.dom.Aug.lib.1.cap.4.*& ante eos VVolfang.Lazius *lib.2. comm. Reip. Rom.cap.6. verſ. Iam verò huiuſmo-*
34 *di, pag.165.* † Ex his ergo qui ſpectabili dignitate fungebantur, à curiæ muneribus non liberabantur, niſi illuſtrem dignitatem conſequerentur, erat enim ſpectabilitatis titulus minor, quàm illuſtris, vt docemur ex Caſſiodoro & Sidonio, quos refert Lazius & alij *ſup.* Illuſtris verò dignitas, etſi honoraria eſſet, ſubſtituendi facultatem præbebat, vt per ſubſtitutos patriç curiç implere potuiſſet fun-
35 ctiones, qui eam habebat. † Honoraria dignitas diuerſa erat ab ordinaria.Ordinarij,ſeu Conſules, ſeu quilibet alius dignitate præditus, dicebantur qui in adminiſtratione & poteſtate dignitatis erant. Honorarij qui in honeſtamenta tantùm nominis titulo tenus purum honorem ſine adminiſtratione habebant, vt latiùs dicam *infrà in l.fin. h.t.* vbi agam de Conſulibus,& probat *l.qui ante 187.C.Th.de decurion.* (ex qua hanc noſtram videtur extraxiſſe Tribonianus) illic, *Quod ſi qui inter inluſtres etiam viros locum occupauerint, non laborioſo adminiſtrationis actu, ſed honorario titulo dignitatis reſpondeant curiæ per ſubſtitutos ſuarum periculo facultatum.* Huiuſmodi dignitatum plurima mentio eſt in iure, & in bonis Auctoribus, vt dicemus *ſuo loco.*

In his autem caſibus & ſimilibus, in quibus ſub- 36
ſtitutum, ſeu locum tenentem apponere licet, ita ſubſtitutus erit deſignandus,vt non quilibet ſufficiat, ſed ita debet qualificatus, vt inter eum & ſubſtituentem ſit æqualis idoneitas, ſimilitudo & conditio, vt ad tale officium iure optimo eligi potuiſſet, quod eleganter probat *l.1. verſ. quod ſi, infr. de Præpoſ. agent. in reb.* illic, *Quòd ſi morbo, vel ætatis ſenio capti per ſe memorati officij curam ſubire nequiuerint, per ſubſtitutum chartularium eiuſdem ſcrinij idoneum, & tam moribus optimis præditum, quàm ſcientiam peritiamque rerum habentem electione ſua ſuarumque periculo facultatum præfatum munus eos implere præcipimus*, tradunt Bart. *ibid.num.4.* Bald. *in l. Parabolani 18. C.de Epiſcop. & Cler.* Plat. *in præſenti num.3.& 4.* Fuluius *num.45.& ſeq.*Greg *in l.7.tit.18. p.2.verb.en ſu lugar.* Bobadill. *lib.1.polit. cap.12. n.2.* Azeued. *in d.l 4.titul 9. libro 3. Recop.num 13.*& cum aliis Maſtrill. *d.lib.1.cap.29.num.41.* † & ratio eſt, 37
nam ſubrogatus debet ſapere naturam ſubrogantis, ex vulgatis quæ adducunt Barboſ. *de axiomat. verb. ſubrogatus*, & Aluarez *in locis comm. lit. S, num.56.* ita vt inter ſubrogatum & ſubrogantem nulla animaduertatur differentia, nec diuerſa qualitas, aut conditio, vt copioſè, ſicut ſolet, docet Giurb. *conſ.99.num.13.* & Salgado *de regia protect. 2.p.cap.7. ex numero 133.*

Facta itaque legitimè ſubſtitutione ſubſtitutus 38
dicetur Officialis ordinarius, & tenebit eamdem locum in ordine & conſeſſu, quem ipſe ſubſtituens occupabat, gaudebitque eiſdem honoribus, nomine, immunitatibus & priuilegiis, vt obſeruat Auiles *d.cap.4. præt.verb.iuſtitia, num.8.& ſeq.* cum aliis Maſtrill *dict.cap.29.num.33.* & Fuluius *hic num.51. & ſeq.* ita vt ſi ſubſtituens interim moriatur, officium debet continuari vſque ad nouam creationem ſucceſſoris, & durabit donec de officiali non prouidetur. Maſtrill. *d.lib.5. cap.6. num.156.* † Nam 39
ſubſtitutus cùm in caſu abſentiæ & impedimenti fuerit nominatus, non minus caſus mortis comprehendetur,quàm abſentiæ,ſiquidem prouiſio facta in vno caſu, cenſetur quoque facta in ſimilibus, *l. Gallus 29.§.quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.* ibi, *Vt ad ſimilitudinem mortis cæteri caſus admittendi ſint*, notant *ibi* Interpretes. Rurſus facit *Clem.1.vt lite pend. iuncta glo.ibi, verb.mori.* vbi eadem ratio habetur ex vacatione, aut ex renuntiatione. Vlteriùs *cap. ſi Epiſcopus 3.de ſupplend.neglig.prælat.lib.6.*vbi ſi Epiſcopus capiatur ab hoſtibus, Capitulum adminiſtrat quaſi Sedes vacaret. Itaque à paritate rationis dicendum eſt in caſu abſentiæ datum ſubſtitutum, in mortis caſum datum videri, & cùm æquiparetur abſentia morti, *cap.vnic.§.fin.ne ſede vacan.* cum adductis à Franchis *deciſio 255.num.4.* ita & ſimiliter debet æquiparari mors abſentiæ, cum in vtroque caſu militet eadem ratio, ex *vulgat. l.illud 32.ff. ad leg. Aquil.* quod eleganter probatur *in l. quæſitum 12.ff. de tutelis*, vbi tutor in caſu abſentiæ datus, cenſetur etiam datus in caſu mortis, vt notat *ibidem* Bar.Viuius *deciſ.2. num.5.* Giurb. *deciſ.9. num.9.* Nicol. Garcia *de benef.9.p.cap.2.n.313.* † Vnde in Epiſco- 40
po abſente in longinquis partibus Capitulum adminiſtrare debere ſi Vicarius mori contingat, vel per potentiam regiam è regno eiiciatur, vt quotidie fieri ſolet quando diplomatibus & iuſſionibus Cancellariæ obedientiam non præſtat, & contumax eſt,

eſt, obſeruant noſtrates poſt Caſtren. *in l.quicumque 14.C.de Epiſcop.& Cler.* præcipuè Bobadill.*lib.2.cap. 18.à n.60.* Cened.*quæſt.canon.q.45.num.24.& collect. 37.ad Decretal. num.9.* Seſſe *de inhibition. cap.8. §.3. num.98.* & alij relati à Salgado *de Regia protect. 1. p.*
41 *cap.2.num 273.& ſeq.* † & ſic cùm fiſcalem regium agerem Granatæ, dicebā in quodam caſu vbi Vicarius Archiepiſcopi fuit eiectus è Regno, quia ceſſationis à diuinis latam ſententiam reformare noluit, cum Archiepiſcopus Romæ degeret, Capitulum quaſi Sede vacante Vicarium creare debere qui excommunicationem & interdictum tolleret. Motus eâ ratione, quia vacare dicitur ſedes verè, vel interpretatiuè, vt docet Paninus *de poteſt. capit. ſede vac. prælud.fin.num.4.& 13.tom.15.tract.D D.* Vera vocatio eſt per mortem, altera per longam abſentiam, quia tunc Prælatus non poteſt adminiſtrare, & reputatur tanquam mortuus, & conſequenter debebit Capitulum Vicarium conſtituere. Pauin. *d prælud.num14.* iuncto Boher. *deciſ.88. n.2.* & Menoch. *conſ.52.num.76. libro 1.* Paria etenim ſunt non habere Prælatum, vel habere eum inutilem, *cap. 2. de tranſlat.Epiſcop.* Pauin. *ſupr.num.13.* Riccius *in prax. reſolut.66. in princ.* & ita in terminis tenuerunt Alex. *conſ.110. num.9. vol.6.* Tuſch. *verbo Capitulum, concl.56. num.6. & 34.* Marius Alter. *de cenſur. lib.4. diſp.2. cap.2. § neque*, & Barboſ. *de poteſt. Epiſcop.*
42 *alleg.52 num.3.* † Vt autem ſubſtitutus in caſu etiam mortis poſſit exercere, ſi tantùm per abſentiam ſubſtitutio fuit facta, neceſſe eſt vt ſubſtitutio fiat in caſibus à iure permiſſis, id eſt, quando Officialis ſubſtituendi poteſtatem habet vel à lege, vel à Principe, vt rectè aduertit Fuluius *hîc num.51.* & Giurb.*deciſ.9.* poſt Franch. *deciſ.255.* & in aliis caſibus ſimilibus, vt in Proregibus conſulendi erunt Aponte *de poteſt. proreg. tit.7.§.6.* & alij quos retulit Maſtrill. *d.libro 5.cap.6.n.165.& ſeqq.*

43 Sed ſtatim his ſeſe offert diſputanda quæſtio, An ſubſtituens teneatur de exceſſibus & delictis ſubſtituti? Hanc pertractant omnes *in præſenti*, Plat. *n.3.* Fulu. *num.57.* Nouar.*num.2.* Paris de Put. *de ſyndicat. verb. ſubſtitutus cap.1.* Roman. *conſ.297. num.2.& conſ.338.num.6.* Cancer.*2.p.var.cap.2.num.87.* Rouit. *pragm.5.de ſyndicat.offic. num.35. & 55.* Auendan. *de exequen. 1.p. cap.3. num.5.* Auiles *in cap.pp. cap.4. verb. ſea obligado.* Bobadill.*libro 5.polit.cap.1.num.78. lit.F,* Giurb. *conſ.31.tot. & conſ.36.num.4.* & Farin. *de delict. quæſt.24. num.49. & ſeq.* cum relatis *in l.1. ad fin.ſupr.* Qui omnes in eam iurarunt ſententiam, vt de exceſſibus & delictis ſubſtituti teneatur qui ſubſtituerit, quod probat lex noſtra ibi, *Periculo ſuarum facultatum dict. lege neminem 64. infr.* ibi, *Suarum periculo facultatum, leg.1. infr. de Præpoſit. agent. in reb.* ibi, *Electione ſua ſuarumque periculo facultatum.l.ad ſimilitudinem 21.C.de Epiſcop.& Cleric.l.decreto 24. ff.de admin.tutor.l.quid ergo 13.ff. ad municip.* ibi, *Periculum agnoſcat qui non idoneum nominauit, l.qui autem 14.§.ſed & ſi quis, ff. de conſtit. pecun.* facit *l. ſi ſeruus 27. §. ſi fornicarius 9. ff. ad l. Aquil.l.1.C.ad l.Iul.repet.*cum traditis à Barboſ. *in l.*
44 *ſi mora 10.num.38. ff.ſol.matr.* † Rationem reddit Giurb. quia malè agit qui alium ſubſtituit pro ſeruitio, ad quod propria induſtria fuerat electa. Verùm ea ratio nihil euincit, quia non poteſt dici agere malè qui lege iubente ſubſtituit, *l. quis ſit fugitiuus §. apud Labeonem, ff. de ædil. edict. argumento etiam l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult.* Verior ratio eſt, quòd cùm ex ſua mala electione damnum proueniat, in eius damnum cedere debebit, *reg. damnum, de reg. iur. in 6.* cùm ipſe fuerit in culpa malè eligendo.*l.videamus 11.in princ.ff.loc. d.l.ſi ſeruus 27. §.Proculus.ff.ad leg.Aquil.toto tit.infr.de pericul.nominat.* debuítque eum eligere, de quo quilibet ſperaret quòd omnia bene gereret, *l.5.tit.18.p.2.* ibi, *Deue catar que en bie tal ombre en ſu lugar que pueda eſepa facer todas aquellas coſas que el era tenudo de facer,* notat *ibi*, Greg *verb.caſital.* Giurb.*d.conſ.36.num.14. & 16.*Cancer. *d.cap.2 n.87.* Platea *d.num.3.* & Fuluius *d.num.57.*Barboſ.*ſup.*& Azeued.*in l.13.tit.9. libro 3.Recop.n.6 & 14.*vbi de Iudice, qui depoſitarium elegit non tutum, & de Decurionibus eligentibus perſonas ad œconomatum, vel receptoriam.Bobadil. *lib.3.cap.8.num.5.*facit etiam quia cùm proprietarius ſubſtituit, videtur quaſi fideiubere pro ſubſtituto, & iudicatum ſolui pro eo ſpopondiſſe, vt eleganter docet Papinian. *in l.Imperator 15.§.1 ff ad municipal.* ibi, *Sed placuit fideiuſſoris exemplo priorem conuemendum, qui nominauit, quia fidei ratione conuenitur, l.1. ff.de magiſtr.conuen.* ibi, *Parui enim refert nominauerint, vel fideiuſſerint, an in ſe periculum receperint,* docet Cuiac. *lib.2.quæſt.Pap.in d.l.Imperator.*Confert quòd de teſte diximus, qui aliquem eſſe idoneum fatetur, de quo *in l.1.ſup.h.t.num.5.*

Quibus fundamentis in hac Canceliaria Pintiana fuit multatus, me præſente, Epiſcopus Caurienſis pœna quingentorum ducatorum de bonis temporalibus quòd Vicarium quemdam conſtituiſſet, qui in caſu, quo declaratum eſt vim facere iuſſionibus regiis, parere noluit, & cùm ſe abſentaſſet, vel à regno abſtractus eſſet, nullis relictis temporalibus bonis Epiſcopus qui eum elegit in ſubſidium, fuit mulctatus, tum quia conſtabat varios Officiales, ſeu Vicarios nominaſſe, vt ſic eluderet regias iuſſiones, tum quia, vt diximus, ipſe tenebatur tanquam nominator, vel fideiuſſor, tum quia delictum, culpa, dolus, aut defectus à Vicario commiſſi in officio debet Epiſcopo imputari, ex iam adductis, & ſic tenebitur pro eo, qui in officio delinquit, vt in ſpecie docet Farinac. *de delictis quæſt.24.num.53.*Giurb. *d. conſ.36.num.28.* & in propriis (quod aiunt) terminis Gab.Pereyr.*de manu reg.1.p.cap.12.num.14* & latiùs Seſſe *de inhibition.cap.10.§.1.ex num.13 vſque ad 21.*Quod etiam & in Granatenſi Prætorio ferè idem accidit cum Duce Bexarenſi qui quemdam Clericum cùm in Iudicem elegiſſet in litteris Pontificiis, ipſéque monitus à Curia vt vim auferret, noluiſſet parere, mulctatus in temporalitatibus quas non habebat Dux ipſe, ad ſolutionem eius nomine fuit condemnatus, cùm Clericus ille Iudex ſoluendo non eſſet. † Aliter enim Regia protectio circa violentias à Iudicibus Eccleſiaſticis illatas inutilis foret, cùm cuilibet Iudici Eccleſiaſtico liceret ſine coactione extraiudiciali illa, ſeu œconomica violentiam non tollere, & ita remaneret contempta ea cognitio regalis, contra *l.1.ſi quis ius dicenti non obtem. l. ſi familia 9. ff. de iuriſd.ct.* ex traditis à Salgado *de Regia protect. 1.p cap 2.num.249.* iunctis de multis à ſæculari Iudice in bonis temporalibus Clericorum faciendis tradunt grauiſſimi Auctores, Greg. *in l. 57.titul.6.p.1.gloſſ.2.* Ioan. Garcia *de nob gloſſ.9.n.32. & ſeqq.* Bobadill. *libro 2. cap.18.ex num.89.* Cened. *ad Decretal. collect.37. num.10.* Cened. *quæſt. can. q.49. num.42.* Ceuall.*com.q.879.num.6* Seſſe *de inhibit. cap.8.§.3.num.198.*Giurb. *conſ.38.num.15.*Pereyr.*ſup. cap.7.num.42.* 46

Supradicta tamen regula vt ſubſtituens de exceſſibus ſubſtituti teneatur, limitari ſolet in ſubſtituente ex neceſſitate, & non voluntariè, veluti ſi talis ſubſtitutio, aut electio fiat iuſſu Superioris, vel ex conſuetudine, quia illud officium ſemper per nominatum, ſeu ſubſtitutum adminiſtrabatur, vel ſi à Superiore datum ſit, tunc enim mala electio ſubſtituentem non obligat, argumento *l.vnum ex familia 67.§.ſi de falcidia ff.de leg.2.*ibi, *Non enim facultas* 47

neceſſariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium eſt.
Quid eſt enim quod de ſuo videatur reliquiſſe, qui quod
relinquit, omnimodo reddere debuit, l. vtrùm 8. §. cum
quidam, ff. de rebus dubiis, ibi, Plurimum enim in-
tereſt vtrùm in poteſtate eius quem teſtator obligari co-
gitat, faciat ſi vellet dare, an poſt neceſſitatem dandi
ſolius diſtribuendi liberum arbitrium concedit, l. ſi ſer-
48 uo 84. ff. de hæred. inſtit. † Nam quæ fiunt ex ne-
ceſſitate non comprehenduntur in legis generali diſ-
poſitione, l. alienationes 13 ff. famil. erciſc. l. 1. ff. de fun-
do dotal. l. peto 69. §. prædium, de leg. 2. iunctis quæ ad-
ducit Tiraquell. de retr. lig. §. 1. gloſſ. 14. n. 11. Ceual. q.
805. n. 8. Barboſ. in l. ſi filio 26. §. fin. n. 1. & 5 ff ſol. ma-
tr. Oſvval. ad Donell. lib. 8. cap. 28. lit. F, Barboſ. de ap-
pellat. verbo alienatio. n. 2. Gutierr. lib. 2. can. q. 8. cap. 8.
num. 48. & ſeqq. & nos in l. vnic. ſup vt nemini liceat,
& ita in propoſito hanc partem tuentur plures rela-
ti à Giurb. d. conſ. 36. n. 20. Cancer. d. 2. p. cap. 2. n. 87.
Fulu. hîc num. 59.
49 Secundò limitatur ſupradicta doctrina ſi ſubſti-
tuens in eligendo adhibuiſſet debitam dirigentiam.
Si enim diligenter in electione ſe geſſerit, & eum
qui idoneus reputabatur, ſubſtituit, aut eligit deli-
ctum poſtea in officio à ſubſtituto commiſſum ei non
imputabitur, vt tenet Alber. in l. fin. ff. de cuſtod. reor.
Gregor. in l. 7. tit. 18. p. 2. gloſſ. 2. quem corruptè alle-
gat, & ſequitur Fuluius hîc num. 63. & 64. Vincent. de
Anna allegat. 57. num. 24. Giurb ſup. num. 17. Nouar.
50 in præſenti ad finem, poſt Oldrad. conſ. 92. † Qui
etiam loquuntur in Caſtellano, ſeu caſtelli, aut arcis
Præfecto, qui ſi virum alias probatæ virtutis & con-
ditionis in cuſtodiam arcis loco ſui conſtituerit, ſi
poſtea ſubſtitutus, aut locum tenens arcem prodide-
rit, ipſe excuſabitur. Quod quia quotidie in praxi
habetur: & in quæſtionibus nobilitatis incidere ſo-
let, dum multi qui in poſſeſſione vincuntur, ſolent
ad aliquem auum, aut proauum Caſtellanum, vel
Caſtellani ſubſtitutum recurrere, vt inde originem
ſuam deducant, vt ex eo dicatur probata nobilitas,
ego quæ iuri conuenientius eſſe iudicauerim quàm
breuiſſimè adaperiam, cùm in vtraque Cancellaria
multas lites de ea re viderim.
51 Cùm autem dixerimus ſubſtituentem ad hoc vt
liberetur à delicto commiſſo per ſubſtitutum teneri
alium ſubſtituere qui ſit eiuſdem qualitatis; ſequi-
tur in Caſtellano præcisè requiri, vt ſit nobilis, ita
vt arcis, aut caſtelli Præfectura (Alcayde y Alcaydia
vocamus) præſupponat nobilitatem ſanguinis, vt
probatur in l. 6. tit. 18. p. 2. ibi, Todo Alcayde que tu-
biere Caſtillo de ſennor debe ſer de buen linaje de padre
52 e de madre, & probat Oldrad. d. conſ. 92. † quia illa
verba debe ſer, inducunt meram realitatem, ſubſtan-
tiam eſſentiamque rei, ex traditis à Bar. in l ſi ma-
ritus §. 1. num. 1. ff. de adulter. Bald in rubr. de cauſ. poſſ.
& prop. num. 3. Otalora de nobil. 3 p. cap. 6. num. 3. verſ.
in quo articulo, Garcia eod. tract. gloſſ. 1. num. 38. Aze-
ued. in l. 1. num. 10. tit. 16. & in rubr. tit. 19. numero 70.
lib. 8. Recop. Gutierr. lib. 3. pp. q. 17. num. 116. Barboſ.
de diction. dict. 340. num. 2. Item, & præciſam neceſ-
ſitatem, leg. 1. in princ. ff. de edendo, leg. 1. §. qui magi-
ſtratum, ff. quod quiſque iur. Clem. 2. de ſtatu Monach.
iuncta gl. verb. debeant, & cùm denotatur ſubſtantia
& eſſentia, præcisè debet adimpleri diſpoſitum.
53 Azeued. ſup. num. 10. † & ita in ſpecie notauit Gre-
gor. in d. l. 6. verb. de buen linaje, & eo non relato Ota-
lora ſup. 2. p. cap. 3. num. 19. Azeued. in l. 1. tit. 5. lib. 6.
Recop. num. 17. Salazar de Mendoça lib. 2. de las digni-
dades de Caſtilla, & Moreno de Vargas de nobilit.
diſcurſ. 12. num. 9. & aliquando pro ea opinione vidi
54 iudicatum in Granatenſi Curia. † Quod ego con-
firmo ex l. 7. d. titul. 18. p. 2. vbi diſponitur Caſtella-
num, ſeu Alcaidiū poſſe ſubſtituere ex antiqua Hiſ-
paniæ conſuetudine eum, qui ſit nobilis ex vtroque
parente. Vnde deducitur ita ſubſtitutionem vale-
re, ſi ſubſtitutus habeat eamdem qualitatem, quam
habere debet Caſtellanus, & ſic ſi ſubſtitutus caſtel-
lum, vel arcem prodiderit, non tenebitur Caſtella-
nus proprietarius de proditione, cùm eum elegerit,
qui erat nobilis, & eiuſdem qualitatis, de quo nun-
quam potuit illud crimen timere, neque ei in men-
tem potuit venire ſubſtitutum illum aliàs nobilem
proditionem commiſſurum. † Nam de nobili ſem- 55
per bene præſumitur, l. 1. tit. de los hidalgos lib. 4. or-
din. Otalor. de nobil. 3. p. cap. 3. Bobadill. lib. 1. cap. 4.
num. 1. Moreno ſupr. diſcurſ. 10. num. 2 & ita quamuis
eligens ſit in culpa, vt dictum eſt ſupra, id non pro-
cedet in Caſtellano. qui ſui loco reliquit hominem
nobilem, de cuius fidelitate omnia bene ſperabat.
Idque eleganter confirmat leg. 5. d. titul. 18. p. 2. illis
verbis: Debe catar que embie tal ome en ſu lugar que
pueda e ſepa facer en guarda del Caſtillo todas aquellas
coſas que el era tenudo de facer e de guardar. Caſi tal
ome non itubieſe, e el Caſtillo ſeperdieſe caeria el por en-
de pena de traicion & ita notat Greg. ibi, verb caſi tal,
& alij laudati. † Quemadmodum ſi Decuriones 56
qui fideiuſſores approbarunt, qui illo tempore erant
idonei, non tenebuntur de inopia ſuperuenienti. Bo-
badill. lib. 3. cap 8. n. 88. & lib. 5. cap. 3. n. 14. & D. Perez
de Lara de vita homin. cap. 19. num. 62.
Quæ omnia etſi veriſſima videantur, adhuc tamen 57
dixerim falſum eſſe affirmare, præcisè Caſtellaniam,
Alcaïdiam, ſeu præfecturam arcis, nobilitatem ſan-
guinis requirere, & inducere, vel præſupponere,
vt qui auo, aut proauo Caſtellano ortum eſſe pro-
bet, præcisè dicamus eſſe nobilem, quemadmodum
dicemus de domibus, quas vocamus ſolariegas, natis.
Nam dicta lex partitæ nihil ampliùs probat, niſi vt
Caſtellanus ſit ortus ex bono genere, quod verifica-
ri poteſt in homine honeſtis parentibus orto, etſi
non ſit nobilis, lex etenim non expoſcit vt ſit nobi-
lis præcisè, & tanquam requiſitum neceſſarium, ſed
tanquam conuenientiam, ita vt magis ſibi deſcribat
qualitates quas Caſtellanus debet habere, quàm vt
expoſtulet, & requirat eas neceſſariò, etſi enim lex
vtatur illis verbis, debet eſſe. E porende decimos que
todo Alcaide debe ſer de buen linaje. Quæ videntur
inducere præciſam neceſſitatem, vt ſolet dici à Do-
ctoribus allegatis.
Adhuc tamen dicendum eſt ea verba non impor- 58
tare neceſſitatem, ſed tantùm quamdam conuenien-
tiam, &, vt ita dicam, importantiam, ideſt, clariùs
dicere legem illam deſignare qualitates quæ conue-
nit, vt concurrant in omni Caſtellano, vt ſuum of-
ficium debitè exerceat. Quemadmodum Quintilia-
nus deſcribit qualitates boni Oratoris, Politici
qualitates boni Principis, Bobadilla boni Correcto-
ris, & Marquez boni Gubernatoris, & ne id extra
leges partitarum probemus, adduco plures titulos
illius partitæ ſecundæ à ſecundo, & reliquis, vbi
eiſdemmet vorbis deben ſer, vtitur Alphonſus Rex
in deſcribendo bono Principe tit. 2. ibi, Qual debe
ſer el Rey en amar a dios 3. Qual debe ſer el Rey en ſi
miſmo. 4. Qual debe ſer el Rey en ſus palabras. 5.
Qual debe ſer el Rey en ſus obras, & in legibus huius
tit. dicitur qualis debeat eſſe Rex in menſa, in ve-
ſtitu, in venatione. Quis autem ex eis verbis de-
ducet neceſſitatem & ſubſtantiam? † Rurſus hanc 59
conuenientiam probat l. 17. tit. 3. lib. 7. Recop. vbi in
eodem ferè caſu, de quo loquimur, ait: Porque los
officios publicos de adminiſtracion de Iuſticia, regimien-
tos Alcaidias de caſtillos y fortaleças conueniene que ſe-
den y prouean a perſonas abiles varones prudentes y de
buen entendimiento temeroſos de dios, &c. Quod idem
voluit dicere lex partitæ, nam priùs velut in mo-
dum

dum præludij, aut introductionis declarat pericula, la, quibus expoſita ſunt caſtella, & eorum cuſtodes, & ob id tractare intendit quomodo cuſtodiantur. Ad id adiicit eſſe neceſſaria quinque. Primum *que el caſtellano ſea conuiene*. Secundum, *que hagan lo que deben en la guarda*. Tertium, *que tengan ſoldados*, & poſtea adiicit & de vnaquaque harum rerum volumus oſtendere quomodo facienda ſit, quod nihil aliud eſt, quàm exemplis confirmare quod dixerat eſſe neceſſarium ad cuſtodiam caſtelli, & addit, *e porende decimos que todo Alcaide debe ſer de buen linaje*, qui verſus explicat illud primum, *que los alcaides ſean como conuiene*, ergo hîc ſolùm diſponitur circa conuenientiam magis quàm circa aliud requiſitum præcisè neceſſarium, ſine quo nequeat quis eſſe Caſtallanus, & ob id *in l.1.tit.5 lib.6. Recop* ſolùm diſponitur vt Alcaïdij tales eligantur, qui Regis ſeruitium attendant, & terræ commodum, de nobilitate autem generis nihil diſponit.

60 Proſequitur *d.l.6 p.*ibi, *Otro ſi debe ſer leal, e aun a meneſter que ſea es forçado conuiene que ſea ſabidor e non deue ſer mui probre, e debe ſer acucioſo en guardar el Caſtillo.* Vnde infertur quòd ſi dicta verba, *debe ſer*, importarent meram neceſſitatem, & ſubſtantiam circa generis nobilitatem, non minus debent eam importare circa alia requiſita, cùm in vno eodemque contextu eiſdemmet verbis requiruntur, & ita, ſicut iuxta communem opinionem dicemus, Caſtellanum, eo ipſo quòd fuit Caſtellanus, eſſe nobilem, pari ratione dicemus eſſe liberalem, diuitem, prouidum, vigilantem, & fortem.

61 Rurſus expendo in hanc partem *l.5. d. tit.* 18.*p.2.* vbi dicitur Regem eligere ſolere Caſtellanos, ſeu Alcaïdes, vel ob bene meritos parentes, ob genus, vel ob beneficium, ergo non ſemper attenditur ge-
62 nus, ſed Principis liberalitas. † Denique conſidero *l.16.tit.9.part.2.* vbi loquitur de Aquilifero Regis, ſeu Magiſtro militum, quem vocamus Capitaneum generalem, & in eo requirit, vt ſit de bono genere. *Conuiene en todas guiſas que ſea ome de buen linage.* Quod non tanquam neceſſarium, ſed tanquam quid conueniens expoſcitur, cùm tantùm *ibi* deſcribantur qualitates ducis ſtrenui & optimi, qui cùm & dignitate & omnibus aliis cauſis præcedat Caſtellanum, ſequitur quòd cùm ſolùm requiratur tanquam conuenientia, vt ſit de bono genere, non præcisè & neceſſariò, idem dicendum eſt in Caſtellano, qui multò inferius officium habet, ex *l.4.tit.23.p.2.* vbi Gregorius *verb. de gran onrra.* Platea *in l.neminem, infr.de re milit.* quia duces inter Clariſſimos primas obtinent, *l.penult. C.de appellat.l. viros.8. infr. de diuer. offic.* videndi VVolfg. Lazius *lib.2. Comm. Reip. Rom. cap.9.* Pancirol. *lib.1. variar. cap.5.* Buleng. *de Imper.Rom.lib.4.c.*33.& Gutherr. *de offic. domus Aug. lib.1.cap.4.ad fin.*

63 Reſtat nunc vt ſatisfaciamus *d.l.7.tit.18.p.2.* vbi in ſubſtituto Caſtellani requiritur præcisè nobilitas. Huic difficultati reſpondeo, non requiri dictam qualitatem nobilitatis in ſubſtituto præcisè & neceſſariò, ſed eam qualitatem in eo adeſſe debere, vt poſſit Caſtellanus in eius perſona facere ſubſtitutionem, quia cùm Alcaïdus, ſeu arcis Præfectus teneatur perſonaliter deſeruire, cùm ad eius cuſtodiam & defenſionem ſit electa eius perſona, id alteri demandare non poterit, ex *ſuprà* à nobis traditis. Vnde cùm ei permittatur, vt in caſu abſentiæ poſſit nominare locumtenentem antiqua conſuetudine Hiſpaniæ, hæc permiſſio talem qualitatem expoſcit, vt ſubſtitutio ſit legitima, ſi hominem nobilem ſuo loco nominauerit. Aliàs enim ſi poſtea aliquid eueniret aduerſi Caſtello, imputaretur Caſtellano ex mala electione, quod tamen non obtinebit ſi Caſtellanus, ſeu Alcaïdus nominauit nobilem, quia eo ipſo quòd talem ſubſtituit, remanebit liber à culpa, quæ ei potuit ex ſubſtitutione imputari. Ita expreſsè docet *l.5.d tit.*18. *p.2.* ibi, *Debe catar que embie tal ome en ſu lugar que pueda e ſepa facer en guarda del caſtillo todo lo que era el tenudo de facer. Ca ſi tal ome non embiaſſo, e el caſtillo ſe perdieſſe, caeria el porende en pena de traicion.* Notant relati à
Conſtantio *hìc num.63.* & aliis relatis. † Ex qui- 64
bus clarè iam liquet conueniens fuiſſe, non tamen neceſſarium in Caſtellano, vt nominet ſubſtitutum nobilem, quia aliàs non excuſaretur à pœna proditionis, quam committat ſubſtitutus, ſi hominem nobilem non reliquiſſet. Idque *d. leg.7.* probat cùm requirat etiam inter alias qualitates, ſi ſit cognatus, ſeu conſanguineus, aut amicus Caſtellani, de cuius fidelitate cuſtodiam fidelem ſperaret, & pro-
ditionem non timeret. † & ita in hiſtoria Regis 65
Alphonſi X I. ſeu vltimi *cap.152. pag.84.* refertur Ioannem Martinum de Leyua Alcaidem de Yſcar nominaſſe quemdam hominem plebeium (*eſcudero* vocamus) qui cùm Regem non excepiſſet in caſtellum, Ioannem apud Regem malè audiuiſſe, ita vt vinculis contineretur, non tamen ob id ei fuiſſe imputatum quòd illum hominem plebeium reliquiſſet, & tamen ſi præcisè exigeretur grauiter ab illo magno & integerrimo Principe puniretur, ſi huic requiſito non paruiſſet.

Ex quibus omnibus infero communem illam opi- 66
nionem vſu receptam in ſtricta diſputatione non poſſe ſubſiſtere, ſcilicet Alcaïdiam inducere nobilitatem. Nam etſi concedamus eſſe neceſſarium requiſitum, vt Caſtellanus ſit nobilis, non inde ea conſecutio elidetur, hic eſt Caſtellanus, ſeu Alcaïdus, ergo eſt nobilis. Quia cùm Alcaïdi nominatio non fiat in contradictorio iudicio, nihil aliud inducet niſi præſumptionem, illum nempe nobilem præſumi, non verò inducet liquidam & certam probationem nobilitatis, & ſic contra illam præſumptionem admittenda erit probatio in contrarium. Cùm præſumptio ſemper cedat veritati, *l. fin. in princ. D. de eo quod met. cau. l. filio quem pater* 23. *D. de liber. & poſth.* cum adductis à Lara *in comp. vitæ hom. cap.12. numero 4. & cap.20. num.80.* Treuiſan, *deciſ.17. numero* 8. *lib.2.* Gratian.4. *tom. cap 657. numero 35. & 36.* Fontanell. *de pact. nupt. tom.2. clauſ.5. part.1. numero* 2. Barboſ. *in Axiom.*
*cap.186.* † Quemadmodum non dicemus indu- 67
cere habitum militarium ordinum præciſam probationem nobilitatis. Nam ſi ab aliquo Eques deferatur, & petat regius fiſcalis pragmaticam Regis Henrici contra talem Equitem, dabitur, vt interim dum lis pendet, contribuat tanquam quilibet plebeius, & ei non proderit quaſi poſſeſſio nobilitatis, quam inſignia habitus præſupponunt, vt factum fuiſſe cum quodam Commendatario refert Otalora *de nobilit. 3. part.tertiæ part. princ. cap.3. num.2.* licèt quoad hunc pragmaticæ articulum de eo dubitem, & ego contra talem Equitem non darem, etſi de nobilitate litigaret, ex iis quæ de eius pragmaticæ interpretatione ego *alibi.*

## LEX LXVI. & finalis.

*Imp.* IVSTINIANVS A. *Demoſtheni PP.*

Curialibus conſortiis conſulentes cenſemus, vt nemo ſibi blandiatur, & non certis modis ſeſe liberum eſſe exiſtimet, ſed pro noſtra forma tantummodo ſciat,poſſe libertatem ſibi curialis competere conditionis, omnibus anterioribus modis, quos non comprehendit præſens ſanctio ex præſenti die antiquandis. Si quis igitur vel ſummum Patritiatus honorem fuerit conſecutus,ſine infulis Conſulatus honorarij, aut ordinarij fuerit ampliatus, vt vel conſularis efficiatur, ſeu Præfectorum prætorio infulas ſuſceperit gubernandas, vel vrbicariam (in ipſo tamen actu) meruerit præfecturam, nec non magiſtri militum officium gerendum ſuſceperit: is gaudeat ſe huiuſmodi conditionis eſſe exortem, & liberum cum ſuis facultatibus, ſuaque poſteritate, quam poſtquam meruerit dignitatem, vel actum geſſerit anterioribus filiis in conditione priſtina remanſuris, tam præfectura quæſtoris, quàm viri eloquentiſſimi fiſci patroni: tam præfecturæ quæ Orientalibus & Illyricianis præſident ſedibus, quàm vrbicariæ nexibus Curiæ liberantur, cùm ad fiſci patronatum peruenerint. Viri etiam Clariſſimi Principes agentium in rebus Curiæ libertatem ex antiquis legibus conſecuti ſunt, & viri ſpectabiles proximi ſacri ſcrinij noſtræ memoriæ, & ſacrarum epiſtolarum, nec non ſacri ſcrinij libellorum ſacrarumque cognitionum & diſpoſitionum, hi omnes fortuna curiali liberentur, &c.

1 CVM tot muneribus & oneribus obnoxij eſſent Decuriones, quilibet ex eis eis modis omnibus ſeſe ſubtrahere procurabat, vt *in rubrica h. t.* dicere cœpimus, cui malo, nam curiæ deſerebantur, variis legibus occurſum eſt, & conſtitutum, vt fortunam quam quis naſcendo meruit, ſuffragiis, nec ambitione non mutet, ſed in ea perſeueret. *l. decurio* 41. *ſup. h. t.* cum aliis vbi variis legibus Decuriones munia curiarum detrectantes coërcentur, & ad officium implendum reuocantur. Verùm, quia Decuriones ad illuſtres dignitates ſolebant aſcendere, quarum prætextu curiis non tenebantur, in qua re non minus difficultatis interueniebat, cùm præceſſiſſent Zenonis & Anaſtaſij Imperatorum leges, quæ variè in dignitatibus illuſtribus à curia liberandis conſtituerint. Iuſtinianus hac lege clariùs & diſtinctius rem explicat, enumerátque dignitates quæ Decuriones à fortuna curiali liberant, eáſque recenſet ſigillatim, & quia huiuſmodi dignitatum naturam neceſſarium duxi aperire quà potuero breuitate, id faciam ſingulis capitibus ſingulas dignitates complectens, quibus non ſolùm Iuſtiniani conſtitutio, verùm horum librorum pleræque explicationem & exornationem ſortientur.

---

## CAPVT PRIMVM.

*De Conſulatus & Patritiatus ordinaria & honoraria dignitate, de creatione, ornamentis, auctoritate, præcedentia Conſulum & Patritiorum. Ad interpretationem eorum verborum legis noſtræ*, ſi quis igitur, *& totius tit.* inf. de Conſulibus lib. 12.

### SVMMARIVM.

1 *Conſul vnde dictus, & Conſulatus quare in Romana vrbe admiſſus?* & n. 2.

3 *Conſules ſupremam & Regiam poteſtatem habuiſſe probatur contra Carrançam.*

4 *Quare duo conſtituti ſint Conſules?*

5 *In conſulatu adipiſcendo grandior ætas requiſita, & de legibus annariis remiſſiuè.*

6 *Ornamenta & inſignia conſularia, Trabea purpurea, ſella curulis, ſcipio eburneus & faſces.* n. 7. & 8.

9 *Conſulum creatio ad populum, poſtea ad Principes ſpectabat. explicantur Auſon. Modeſtin. & Iuuenal.* & n. 10. & 11.

12 *Conſulatus elogia ex variis Auctoribus.*

13 *Conſulatus apud omnes æſtimatio.*

14 *Conſules pro accepto conſulatu gratias Principi agebant, & ipſis laudes dicebantur panegyricis,* & n. 15.

16 *Conſulatus non niſi petentibus datus, ob ingentes largitiones quas impendebant, latè de eorum munificentia diſſeritur,* & n. 17.

18 *De ſparſione miſſilium & pecuniarum pene incredibilia, explicantur multi iuris loci, & auctores, & præcipuè Martialis & Corippus,* & n. 19.

20 *Largitiones Conſulum interdum à Principibus contractæ, interdum adiutæ, explicatur* l. 2. infr. de Conſulibus, *& interdum modus impoſitus,* & n. 21.

22 *Omnes antiquorum erogationes ob inanem auræ popularis gloriam factas oſtenditur, & quantum antiqui plauſui vulgi* [illegible]*hiarint,* & numero 24. 25.

25 *Auræ popularis & acclamatio vulgi negligenda.*

26 *Rixa ob miſſilia colligenda plerumque ad vulnera & cædes populum coëgit.*

27 *Iuſtiniani & Leonis Philoſophi de ſparſione conſtitutiones.*

28 *De præcedentia Conſulum & aliorum in dignitate conſtitutorum.*

29 *Conſul præferebatur alteri qui fuiſſet priùs renuntiatus,* & n. 30.

31 *An ſeniori danda ſit antiquitas & præcedentia?* & n. 32. 34. 35. 36. & 37.

33 *An ſit præferendus qui litteris & nominis celebritate pollet, Doctori qui ſit antiquior in gradu ſi contingat acciri in aliqua Academia? defenditur contra Hotomanum pars negatiua,* & n. 38. 39. 40. & 41.

42 *Explicatur* l. fin. infr. de tyronibus, & l. vnicuique, infr. de proxim. ſacror. ſcrin. & n. 43.

44 *De Academiis Hiſpaniæ diſſertum quoad Magiſtros arceſſendos.*

45 *An qui priùs creatus eſt Licentiatus, quàm Titius,*

*Titius, ſi prius ipſe Titius creetur, Doctor præferendus ſit Titio, cùm Doctor creatus eſt?*

46 *Qualitas admittens, vel excludens aliquem, debet adeſſe tempore aduenientis iuris.*

47 *Expenditur* l. 1. C. de conſul. in verſ. quod ſi, *pro ſententia Ceualli,* & n. 55.

48 *De Patritiatus dignitatis origine, & de Patritiis Romanis.*

49 *Patritiatus dignitas ſub iunioribus Imperatoribus cœpit eſſe nomen dignitatis.*

50 *Patritiatus primùm à Conſtantino inſtitutus.*

51 *Patritiatus antepoſitus conſulatui, & præfecturæ Prætorio.*

52 *Patritij patria poteſtate liberabantur, acceptâ eâ dignitate ex Iuſtiniano.*

53 *Patritij dicti Patres Imperatorum, & cur?*

54 *Patritij nomen honoris cauſa conceſſum Regibus & Imperatoribus.*

56 *An Patritiatus dignitas maior fuerit conſulatu, explicatur* l. 3. infr. de Conſulibus.

57 *Oſtenditur Conſulatum maiorem dignitatem fuiſſe, quàm Patritiatum,* & n. 59.

58 *Poteſt quis eſſe minor reſpectu dignitatis, & maior reſpectu adminiſtrationis, & econtra.*

60 *Explicationes Petri Fabri & Gothofredi ad* l. 3. De Conſulibus *reyciuntur.*

61 *Proponitur plauſibiliter interpretatio.*

62 *In quo dignitas patritia conſiſtebat.*

63 *An Comites, vel alij domini vaſallorum, qui habent titulum Marchionatus, aut Ducatus, ſi Decuriones fiant alicuius ciuitatis, prælationem habeant contra Aquiliferos, vel alios Decuriones?* & n. 64. & 65.

66 *Conſules in ſenatu primi ſententiam dicebant, & quomodo hoc intelligendum ſit?*

67 *Explicatur locus difficilis Spartiani,* & n. 68.

69 *De Conſulatu ordinario, honorario & ſuffecto, & in quo diſtinguitur vnus ab alio.*

70 *Seneca & Quintilianus Conſules vnus ſuffectus, alter honorarius.*

71 *Ciceronis iocus facetiſſimus de Conſule quodam ſuffecto ſex horarum.*

72 *De Conſulatu honorario quæ iuris loca mentionem fecerint.*

73 *Clauſula huius capitis, & concluſio.*

1 CONſularis dignitas quanta fuerit apud Romanos, non ſolùm viuente adhuc Republicâ, verùm & ſub Imperatoribus, nemo eſt in hiſtoria Romana mediocriter inſtructus qui id ignoret, vt *infrà* latiùs dicam. Dictus eſt Conſul à conſulendo, vt ait Caſſiodor. *lib. 6. ep.* 1. vnde illud, *Conſul fuat qui rectè conſulet*, quia Reipublicæ conſulere deberet, vt teſtatur Feneſtell. *de magiſtr. Rom. cap. de Conſulib.* ſiue, vt vult Varro, *lib. 4. de lingua Latin.* & Pompon. *in l. 2. §. ex actis ff. de orig. iur.* quòd Senatum populúmque conſulerent, indéque inter Conſulum munia fuit Senatum habere, eúmque de prouinciis, de belli & pacis adminiſtratione, & de omni ſtatu Reipublicæ conſulere, teſtante Liuio *decad. 3. lib. 6. in princ.* & Alex. ab Alex. *lib. 3. genial. cap. 3. verſ. erat*
2 *igitur.* † Inde Conſulatus originem ſumpſit: nam poſtquam Regum Imperium per Lucij, Iunij, Bruti & Valerij Publicolæ (qui aſſertores & vindices Romanæ libertatis fuêre) operam excuſſum eſſet, viſum fuit commodum fore deinceps in locum Regum ſuprema poteſtas duobus viris committeretur, vt docent Pompon. *in d. l. 2. §. ex actis* 16. *de orig. iur.* Cicer. *lib. 3. de legib.* Halicarnaſſ. *lib. 5.* Plutarch. *in Publicola.* Liuius *lib. 2. dec. 1.* Flor. *lib. 1. cap. 9.* Iuſtinian. *Nouell.* 105. *in princ.* & agnoſcunt Alex. ab Alex. *lib. 1. cap. 27. & d. lib. 3. cap. 3.* VVolfg. Laz. *lib. 9. com. Reip. Rom. cap. 4.* Petr. Gregor. *lib. 18 ſyntag. cap. 2. n. 9. & lib. 47. cap. 15.* Roſin. *lib. 7. antiq. cap. 9.* Duar. Eguinar. & Horoſc. *in titul. Digeſt. de offic. Conſul.* Hiſtor. fori Rom. *libro 3. cap. 5.*

Vnde venit ſpongiâ abſtergenda calumnia Carrançæ, qui callido commento videtur accuſationis inſtigator fuiſſe (vt verba vſurpem *l. ob hæc ff. de his qui notant*) dum me reprehendit, & accuſat, quòd *lib. 1. obſer cap. 1. num.* 18. Conſulum poteſtatem cum regali coniunxerim, & ei immediatam fecero: ita ille affirmat *in tract. de partu cap. 2. §. 1. illat. 13. ſect. 2. num. 246. verſ. poſt hæc.* Ab hac tamen hoſtilitate me vindicauit doctiſſimè meus diſcipulus, quo profectò glorior, D. Michaël de Arellano *lib. ſing. lection. q. 4.* meam opinionem adſtruit Valer. Max. *lib. 6. c. 1. Cauſámque* (inquit) *tam animoſo interitu imperium conſulare pro regio permutandi populo Romano præbuit.* Tit. Liuius *lib. 2. in princ.* ibi, *Libertatis originem inde magis, quia annuum imperium conſulare factum eſt, quàm quod diminutum quidquam ſit ex regia poteſtate, numeres omnia iura, omnia inſignia primi Conſules tenuere.* Luc. Flor. *de mutat. Reip.* ibi, *Populus Romanus imperium in eoſdem libertatis ſuæ vindices transfert, mutato tamen & indice & nomine,* Halicar. *d. lib. 5.* ibi, *His ita conſtitutis veriti opinor falſam vulgi opinionem de innouata Republica, quaſi pro vno duobus factis Regibus vtrumque conſulatum præeuntibus duodecim ſecuribus ſicut antè mos Regum fuerat, decreuerunt ciuium terrorem tollere, & poteſtatis inuidiam minuere.* † Ob 4
hanc igitur cauſam, quam aſſignat Halicarnaſſius, duo fuerunt conſtituti Conſules, exemplo Lacedæmonum, vt affirmat Liban. *in Panegyr. Iuliani*, quòd minus moleſtum & graue putaretur eorum imperium in duos diuiſa poteſtate, ambobus eamdem obtinentibus. Eáque annua fuit, ne ipſi per omnia viderentur regiam poteſtatem vindicare, & ne diuturnitate inſoleſcerent. Rurſus omnia inſignia regiæ poteſtatis alternis menſibus retinuêre, ídque cautum eſt auctore Liuio *ſuprà*, ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur, notat Tiraq. *de iure primog. q. 17. opin. 5. num.* 10. & vt vnus alterius metu, & ambo intra leges ſe continerent, prouocationi hoc imperium obnoxium fecere ad Populum, ex lege Valeria, vt docet Pomp. *in d. l. 2. §. ex actis, verſ. ne per omnia. D. de orig. iur.* adeò vt de capite ciuis ſine eius conſenſu diſponere nequirent, *d. §. ex actis*, vbi Budæ. & alij, Petr. Greg *lib. 18. ſyntag. cap. 3. & lib. 47. cap. 5.* Olvval *ad Donell. lib. 17. cap. 8. lit. X.* Menoch. *de arbitr. caſ. 68. à num.* 12. Quintanaduen. *de iuriſd. 2. cap. 8.* † Et vt res publicæ maturiùs ab eis tracta- 5
rentur, ætas grandior requiſita fuit in conſulatu adipiſcendo, id eſt, quadrageſimus tertius ætatis annus, & poſt alia officia popularia quæſturam, ædilitatem, præturam obita, vt docet Gothofred. *in 5. Philip. Ciceron.* Cuiac. *lib. 17. obſer. cap.* 37. Gilbert. Rheg. *lib. 1. enantioph. cap.* 30. Nam cùm huic magiſtratui tanta auctoritas eſſet, & amplitudo, grandior quoque ætas neceſſaria fuit ad eum obtinendum, adoleſcentiæ enim temeritatem verebantur Romani, vt demonſtrat Cicero *d. 5. Phil.* quo in loco oſtendit annum conſularem Romæ fuiſſe quadrageſimum ſeptimum, & in omnibus Iudicibus annus trigeſimus ante Auguſtum requiſitus eſt. Suetonius *in eo c. 3.* poſterioribus tẽporibus nemo ad Rempublicam adminiſtrandam ante vigeſimum quintum annum admittebatur, de qua re videndi Cuiac. & reliqui, *vbi proximè*, Forner. *lib. 1. ſelect. cap.* 12. P. Fab. *in l. 2. D. de regul. iur.* & Tiraquel. *de iure primog. in præfat. num.* 168. *cum ſeqq.*

Inſignia conſulatus fuerunt Trabea purpurea, de 6
qua dixi latè *in tit. infr. publica lætitia num.* poſt Bayſiũ *de re veſtiar. c.* 10. VVolfg. Lax. *lib. 8. com. Reipub.*

*Rom. c.5.* Roſin. *lib.5. cap.34.* Pancirol. *lib.1. var. cap.9. & 10.* Lipſ. *ad Tacit. 3. ann. in prin.* Tiraq. *ad Alex. lib.5. cap.18.* Vinet. *ad Auſon. in gratiar. act. pro conſul. ad fin.* Demſt. *ad Roſin. lib.10. c.29.* & alios, quos conſultò omittimus, cum latiſſimè de eo habitu deſcribendo & cognoſcendo egerimus, *in d. tit. infr. publ. læt.* Fuit etiam inſigne ſcipio, ſeu ſceptrum, ſella curulis, & eburnea, calcei aurati, vt conſtat ex Caſſiod. *in formul. Conſul. 1. lib.6.* ibi, *Conſulatus te decoramus inſignibus, pinge vaſtos humeros, vario colore palmatæ, validam manum victoriali ſcipione nobilita lares proprios etiam calceis auratis egredere, ſellam curulem pro ſua magnitudine multis gradibus eniſus aſcende.* Flau. Vopiſc. *in relian.* ibi, *Cape igitur tunicam palmatam, togam pictam, ſellam eboratam, nam te Conſulem hodie deſigno, ſcripturus ad ſenatum, vt tibi deputet ſcipionem, deputet*
7 *etiam faſces.* † vbi Salmaſius obſeruat veteres Conſules ſcipionem geſtaſſe triumphi die, aut aliis feſtis diebus, recentiores verò quotidie, & cum ſcipione curiam ingredi conſueuiſſe, quod & ante eum notauit P. Fab. *ad tit. D. de orig. iur. §.1. pag. mihi 184.* Quod vellem vt doctiſſimi viri authoritate comprobarent: nam adductæ nihil probant, cum ſint nimis generales. Imò initio inſigne hoc geſtaſſe Conſules, induci videtur ex eo, quod ſcicio in locum ſceptri quod Reges geſtabant, ſucceſſerit, & ideò promiſcuè ſcipio pro ſceptro accipi ſolet. Iuuen. *ſat.10.*

*Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno.*

Claud. *in Paneg. Olyb.*

*Et ſceptrum geſſere manu.*

Nam ſcipioni inſidebat aquila, vt notant P. Fab. *ſupra in princ.* Ioan. Sauar. *ad Sidonium lib.8. ep.6.* Dorleans *ad Tacit. lib.4. ann. pag.503.* Buleng. *de Imp. Rom. lib.1. cap.18. verſ. Hinc eſt, & lib.2. cap. 14.* Barthius *lib.51. aduerſ. c.6.* Broſſæus & Forner.
8 *ad Caſſiod. d. form.1.* † Licet hunc ſcipionem virgam fuiſſe credo, quæ inſigne fuit magiſtratuum, vt conſtat ex Tacito *lib.1. ann.* ibi, *Hominem Germanos nunquam ſatis excuſaturos quod inter Albim & Rhenum virgas & ſecures & togam viderint.* & notauit Buleng. *ſup. lib.5. cap.23.* Fuerunt quoque inter ornamenta conſularia faſces, id eſt, lictores, qui cum faſcibus virgarum ſecuribus alligatis anteibant, quorum vnus populares admonebat, vt animaduertere, cederentque aduentanti Conſuli. Sueton. *in Iul. cap.80.* Briſſon. *lib.3. antiq. cap.14. & 15.* Inſt. Lipſ. *lib.1. elect. cap.23,* & Dorleans *ad Tacit. lib.3. ann. pag. 373.* quò reſpexit Ouid. *lib.1. Faſt.*

*Iamque noui præeunt faſces noua purpura fulget.*
*Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur.*

Creabantur Conſules, ſeu inibant conſulatum, Calendis Ianuarij, licèt antea ſolebant deſignari, de qua ſolemnitate diſſerere ſtatuo *in l. vn. infr. de oblat. votor* quam ſubiiciemus *ſub tit. infr. de auro coron.* Gubernarunt Conſules Rempublicam vſque ad Iulium Cæſarem, qui conſulatum in regnum mutauit, & Auguſtus perfecit Monarchiam, vt obſeruaui *lib.1. obſer. cap.1.* & Buleng. *lib.1. de Imp. Rom. cap.2. poſt med.* & ideò Imperium videtur fuiſſe perpetuus Conſulatus. Verùm cùm Conſules eligerentur à populo, poſteà ab Imperatoribus creari & nominari cœperunt, & pacatæ ſunt populi centuriæ nullàque ſuffragiorum certamina remanſerunt, vt vtar Ammiani verbis *lib.14.* eleganter id notauit Auſonius *in gratiar. actio.* ibi, *Nunc autem quod diei huius proprium, de conſulatu gratias agam. Conſulatus hic meus orat vt obnoxiam tibi vni ſinas fieri eius dignitatem quem omnibus prætuliſti. Quod quidem & ipſe ſibi inuenit gradus cum clariſſimo viro collega meo honore coniunctus, nuncupatione prælatus. Conſul Imperator Auguſte munere tuo non paſſus ſepta, non campum, non ſuffragia, non puncta, non loculos, qui non prenſauerim manus, nec conſalutantium confuſus occurſu, qui tribus non circumiui, centurias non adulaui, Romanus populus, Martius campus equeſter ordo, roſtra ouilia, ſenatus, curia, vnus mihi omnia Gratianus,* †( Alludit Auſonius ad antiquam con- 10
ſuetudinem habendi comitia, in quibus creabantur magiſtratus Romani florente Republica in Campo Martio, vt fusè probat Roſin. *lib.6. antiq. tot.* in cuius calce paralipomenon caput adiicit doctiſſimus Demſter poſt Cruquium *de Comitiis* Tiraq. *ad Alex. lib.4. genial. c.3.* & Petr. Greg. *lib.27. ſyntag. c.15.* videndus etiam Dorleans *ad Tacit. lib.1. Ann.* ad illud. *Tum primum è campo comitia ad patres tranſlata.*) † Inde venit explicandus Modeſtin. *in l. vn. D. ad l. Iul. de ambit.* in illis verbis, *Hæc lex in* 11
*vrbe hodie ceſſat, quia ad curam Principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem,* & Iuuenal. *ſat.10. verſ.78. de populo Romano.*

*——Iam pridem ex quo ſuffragia nulli*
*Vendimus, effudit curas, nam qui dabat olim*
*Imperium, faſces, legiones, omnia nunc ſe*
*Continet.*

Notant Gothofred. *d. Nouell.* 105. & Buleng. *de Imp. Rom. lib.1. cap.18.* vltra quos adduco *l.4. infr. de Conſulib.* ibi, *Per annum gerendi conſulatum impetrato principali reſcripto,* Lamprid. *in Alex. Conſules creauit ex ſenatus ſententia* Mamertin. *in Paneg. in gratiar. act. pro Conſul.*

Fuit dignitas hæc poſt imperatoriam maieſtatem 12
prima, & à priſcis tanto in honore habita, vt Conſulatus omnium dignitatum faſtigium reputaretur, & ita omnibus anteponebatur, & meritò nam vt inquit Libanius *in Paneg. Iulian.* ibi, *Quid venerabilius eſſe poſſet, quam vniuerſum orbem terrarum Solis inſtar nominis appellatione continere, & omnium hominum in ore eſſe nomen. Cuius memoria multas habeat neceſſitates, iudicia, nuptias, forum, portus, debita, venditiones, contrahentes, litigantes fidem per literas facientes, filiorum opulentorum natales, puerorum in ſcholis inſtitutiones, quorum vnum ſtudium eſt nominare Conſules. Quod igitur quidam dixit de Ioue omnium ſummo Conſule, Iouis omnes vias eſſe plenas, omnia fora, portus, maria, hoc aliquis dicere poterit de Conſulibus qui appellationem cum Deo communem habent, & Imperator ab illo dignitatis cumulo non minus vbique quotidie celebrantur.* Confert Claudian. *lib. 3. de laudib. Stilicon.* cum dixit, *Proximum eſſe Diis Conſulem.* & Cicero *finem honorum* vocauit Conſulatum, ſummum faſtigium priuati hominis. Plin. *lib.2. ep.1.* Iordan. Epiſc. Rouennas *de rebus Getic. num.87. ſummum bonum, primúmque in mundo decus,* Arcad. & Honor. Diuinum præmium *in leg. omnes 17. C. Th. de pœnis* Nihil ea dignitate altius, *l.1. infr. de Conſul.* & Conſulatum præponendum eſſe omnibus faſtigiis dignitatum, omniáque culmina dignitatum conſulatui cedere, decernit Gratian. *in l. vn. C. Th. de conſul.* Suet. *in Calig. c.26.* ſummam poteſtatem vocat, & Ouid. *lib.4. de Ponto eleg.9.*

*Qui quantum eſt ingens & nullum Martia ſummo*
*Altius imperium Conſule Roma videt.*

Notant Franc. Iuret. *lib.4. ad Symmach. ep.8.* Caſaubon. *ad Sueton. lib.4. ſiue in Calig. d. cap.26.* Buleng. *lib.1. de Imp. cap.18.* Roſin. *lib.7. antiq. cap.9.* Petr. Fab. *lib.1. ſemeſt. cap.2.* † Tantóque Conſulatus fuit
in pretio, vt ipſi Imperatores illum auſpicarentur, 13
& aliquando deſtinatum aliis in ſe conferebant, vt conſtat ex Plinio iuniore, Claudiano, Statio, Sidonio & Corrippo, qui Imperatorum Conſulatus laudant celebrántque, & obſeruant Petr. Fab.

*de*

*de orig. iur.pag. mihi* 180. Ioan.Sauaro *in Sidon. lib.* 1. *ep.* 9. *& lib.* 8. *ep.*6. Quare non ſine ratione Papinius Statius Domitiano exoptat inter longæuitatem & victorias nouos conſulatus,ita *in Epulo Domitiani circa fin.*

*——Sæpe annua pandas*
*Limina, ſæpe nouo Ianum lictore ſalutes,*
*Sæpe coronatis iteres quinquennia luſtris.*

Auſon. *in gratiar. actio.* ibi, *Ipſum enim ſæpius hoc onere* (lego, *honore*, id eſt, conſulatu) *defraudas, vt & aliis largiaris. Scis enim ſeptem ac decem Domitiani conſulatus, quos ille inuidia alteros prouehendi continuando conſeruit, ita in eius auiditate deriſos, vt hoc eum pagina faſtorum ſuorum, imò faſtidiorum fecerit inſolentem, nec potuerit præſtare felicem. Quid ſi Principi honoris iſtius comparata, & quæ vocatur aurea, debet eſſe mediocritas?* Inde tot orationes panegyricæ illius æui Auctorum Auſonij *ad Gratianum* Mamertini *ad Iulianum* Corippi *ad Iuſtinum*, Claudiani *ad Honorium* aduertunt Petr. Fab. *de magiſtrat. Rom. in princ.* Buleng. *ſup. c.* 19. †

14 Conſules enim creati quo die inibat Magiſtratum, pro accepto Conſulatu gratias pro tribunali Principi agebant, quas olim populo agere moris erat, vt conſtat ex Plutar. *in*

15 *Paulo Æmil.* & Plin. *lib.* 2. *ep.* 1. † Quemadmodum & in laudem ipſorum Conſulum auſpiciis Conſulatus recitabant, cuiuſmodi extant Libanij, Claudiani & aliorum. Scimus id ex Sidonio *lib.* 8. *ep.* 6. *& carm.* 25. *&* 7. *& lib.* 1. *ep.* 9. vbi docuit Sauaro. Huc pertinet Corippus *lib.*4. *de laud. Iuſtini cap.*2.

*Tunc Oratores geminæ facundia linguæ*
*Egregias cecinit ſolemni munere laudes*
*Conſulis Auguſti.*

16 Hic honor etſi maximus & omnibus tanto in pretio habitus & concupitus, non aliis conferebatur, niſi poſtulantibus & ſperantibus, teſte Caſſiodoro *lib.*6. *formul.*1. Nam tot fuerunt ſumptus & expenſæ largitionéſque à nouo Conſule factæ, vt eos nullum aliud patrimonium ferre poſſet niſi Imperatorium, ita docuit Iuſtinian. *d. Nouel.* 105. *in princ.* ibi, *Sequens verò tempus ad largitatem ſolam, cauſam Conſulibus mutauit, & hanc ordinatam menſuramque non excedentem, paulatim verò quidam ita ſumptuosè cauſam aggreſſi ſunt, vt ſuam quidem ederent magnanimitatem, non tamen cogitarent, quia exemplum aliud non haberent, non enim ad plurimos venit ſubſtantiæ magnitudo tranſcendens etiam magnificentiam animæ, non menſura rei, ſed propria magnitudine prouenient.* Conſules etenim ex liberalitate laudabantur, vt ait Caſſiod *lib.* 3. *epiſt.*39. Quapropter Vopiſc. *in Aureliano* prodidit *Conſulatum factum eſſe diuitiarum, non hominum, qui ſi virtutibus deferretur, editorem ſpoliare non deberet.* Tota patrimonia eorum in ludos exhauriebantur, immaniſſimis largitionibus, & inaniſſimis voluptatibus & ita non eſt mirum quod idem Vopiſcus adiecit. *Videmus proximè conſulatum Furij Placidi tanto ambitu in circo editum, vt non præmia dari aurigis, ſed patrimonia viderentur.* Cui adſtipulatur etiam Lactant. *lib.*6. *c.* 11. Munerum editores populari leuitate ductos

17 opes, vel magnis vrbibus ſuffecturas impendiſſe. † Septem proceſſiones oſtentandæ munificentiæ ſuæ gratia celebraſſe comperimus ex Iuſtin. *d. Nouell.* 105. in quibus ludos edebant Circenſes, ſcenicos aliaque varia ſpectacula, quorum ſolemnitas Conſulis abſumebat patrimonium, cum alioquin, niſi maximam opum copiam profunderent, non poterant populo eſſe grati, neque videri ſatis implere perſonam ampliſſimi Magiſtratus. Obſeruant Iuret. *ad Sym lib.*4. *ep.* 61. Buleng. *d. lib.* 1. *c.*19. Origo huius introductionis aſſignatur à Leone Imperatore *conſt.*94. his verbis, *Olim quidem Conſularis dignitas veneranda erat, venerandoſque qui ipſam ſubirent, & magnificentia præſtantes efficiebat, ac idcirco quibus Conſulatum gerere obtingeret, pro honore quam ex dignitate perceperunt, remunerari Rempublicam volentes, liberalia promiſcuæ plebi munera elargiebantur. Nunc verò, quia omnia mutat temporis curſus, hanc etiam magnificentiam transformauit.* Quamobrem Caſſiodorus aſſerit *lib.*9. *ep.*10. Nobiles pauperes has impenſas exhorruiſſe.

Inter hos autem magnificos ſumptus Conſularis 18
magnificentiæ præcipua fuit ſparſio miſſilium & pecuniarum. Nam eo die, quo nouus Conſul in publicum prodibat, aurum in plebem ſpargebat, nummos aureos argenteóſque, teſſeras orbiculatas, aut quadratas, diptycha ex ebore, & denique omnis generis miſſilia. ita probat *l.* 2. *C. Th. de ſpectaculis* illic. *Omnes ſiue Iudices, ſiue priuati, nihil penitus auri præmio dandum eſſe cognoſcent, quod ſolis licet Conſulibus & in l.* 1. *C. Th. de expenſis ludor.* Nulli priuatorũ liceat holoſericam veſtem ſub qualibet editione largiri. *Illud etiam conſtitutione ſolidamus, vt exceptis Conſulibus ordinariis nulli prorſus alteri auream ſportulam diptycha ex ebore dandi facultas ſit. Cum publica celebrantur officia ſit ſportulis nummus argenteus, alia materia diptychis, nec maiorem argenteum nummum fas ſit expendere.* Conferunt *l. Publius* 36. *de condit. & dem. l. quæ vtiliter* 45. *D. de negot. geſt. l. fin. D. de petit. hæredit. l. quod adipiſcendæ* 40. *cum ſeq. D. de donat.inter vir.* Plin. *lib.*10. *ep.* 118. Caſſiod. *lib.* 2. *ep.* 2. *& lib.*3. *ep.* 39. *& lib.*6. *ep.*1. Lamprid. *in Heliog.* Claudian. *in* 6. *Conſ. Honorij.* Sed præter omnes hunc morem ad viuum depinxit noſter Hiſpanus Martialis *lib.*8. *epigram.*78. ludos Stellæ celebrans ter ſe diligenter, grauiter, eleganter & cum omni Muſarum lenocinio.

*Fecit Hiperborei celebrator Stella triumphi.*
*O pudor, ô pietas! & putat eſſe parum.*
*Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro.*
*Hermus & Heſperio qui ſonat orbe Tagus.*
*Omnis habet ſua dona dies, nec linea diues.*
*Ceſſat, & in populum multa rapina cadit.*
*Nunc veniunt ſubitis laſciua numiſmata nimbis,*
*Nunc dat ſpectatas teſſera larga feras.*
*Nunc implere ſinus ſecuros gaudet, & abſens*
*Sortitur dominos, nec laceratur auis.*
*Quid numerem currus terdenaque præmia palmæ,*
*Quæ dare non ſemper Conſul vterque ſolet.*

In quo epigrammate animaduertes Stellæ non 19
ſatis eſſe Hermum, neque Tagum noſtrum, quamuis auriferos, ad aurum quod in populum ſpargebat & id quotidie, ita vt ſicut nullus dies dici ſolet ſine linea, nullus dies erat ſine donis miſſilibus & ſine linea illa diuite (ſic interpretor vexata à Criticis omnibus illa verba, *nec linea diues*, cum Matt. de Roa *lib.* 6. *ſingul. cap.*6. licet reclamitent Lipſius, Turnebus & reliqui, eo ſenſu, quo dixit Papinius *in Syl. lib.* 1. *in Calend. Decemb. Diues ſparſio quos agit tumultus.* vbi Geuar) ſparſit teſſeras, aues numiſmata, veſtes, & alia, quæ nec ambo Conſules dare non potuiſſent. Nec minus luculenter id deſcribit Corippus Africanus *lib.* 4. *de laudib. Iuſtini, in princ.* vbi eam ſparſionem & rapinam (ita vocabant, teſte Geuartio *ſuprà*) venuſtè percurrit.

*Egrediens Princeps ſacra trabeatus ab aula,*
*Diuitias vulgo ſolemni munere donans.*
*Diſpoſuere gradus, quis ſtaret in ordine longo,*
*Diuiſum in turmas atque in ſua corpora vulgus,*
*Poſſet & exertas ad munera tendere palmas,*
*Et donis aptare ſinus, quæ plurima Conſul*
*In plebem miſſurus erat, palmaſque capaces*
*Tendere, quo veniens latè pluat aureus imber.*

Et

Et quæ poſtea ſequuntur. Sueton. *Aug. c.*99. *& in Calig. cap.* 18. & præcipuè *in Nerone cap.* 11. vbi de his miſſilibus, de quibus etiam capiendus Iuſtin. *in* §. *hoc amplius* 46. *Inſt. de rer. diuiſ.* & IC. *in l. qua ratione* 9. §. *hoc amplius D. de acquir. rer. dom.* Claudian. *lib.* 3. *de laud. Stilicon. verſ.* 345. Mittebant quoque amicis ſportulas, & hæ vt plurimum aureæ, *d. l.* 1. *C. Th. de expenſ. lud.* Symmach *lib.*9. *ep.fin.* dabantur tunicæ ſubſericæ, equi, apophoreta, & alia ſolemnia dona, Symm. *lib.*2. *ep.*81. vbi Iuret. P.Fab. *de magiſtr. Rom. in princ.* Buleng. *d. lib.*1. *cap.* 19. & Geuar. *d. lib.*1. *Sylu. Papinij in Calend. Decemb.*

20 Sed cùm largitiones adeò profuſæ eſſent, vt Conſulum patrimonia exhaurirent, primus omnium Alexander, vt in eo refert Lamprid. ſumptus huiuſmodi contraxit, interdum alij Imperatores pro ipſis Conſulibus ſumptus erogabant, vel ludos edebant Capitol. *in Albino.* Spartian. *in Hadria.* teſtantur & Vopiſcus *in Aureliano*, vbi Epiſtolam refert Valeriani, ita, *Conſulatum cum Vlpio in annum ſequentem ſperare te conuenit ſumptu publico, leuanda eſt enim paupertas eorum hominum, qui diu reipublicæ viuentes pauperes ſunt, & nullorum magis*, & poſt *Aureliano, cui ipſi Conſulatum detulimus, ob paupertatem, qua ille magnus eſt cæteris maior, dabis ad editionem*, &c. Nec ab re abſunt verba Symmachi *lib.*4. *ep.*12. *ad Stiliconem.* ibi; *Conſulatum meum liberalitate continuas, & vt publicus parens in futuros etiam magiſtratus Imperialem prouocas largitatem. Itaque Domino noſtro Honorio benefaciendi ſemper addis calorem, doceſque inuictum Principem ſenatoriam mediocritatem muneribus incitare.* Vnde non immeritò gloriatur Mamertinus *in gratiarum actione pro conſulatu, num.* 1c. ibi, *Se Conſulem creatum ſine impendio quod iam paucis, ſine labore quod nunquam, ſine petitione quod nemini*

21 † Quod malum cùm in dies magis excreſceret Valentinian. & Marcian. *in l.*2. *infr. de Conſulibus* ſpargendi dictam facultatem ademerunt, certa quantitate conſtituta (quod probat etiam Marcellin. *in Chron.*) vt in aquæductuum reparationem erogaretur. Cuius rei rationem proponunt eleganter illis verbis, *Vt ſellam noſtri honoris meritò non rapiendi ſtudio populorum agmina ſectentur, ac lucrandi cupiditate depoſita venerabilem parentum habitum & feliciſſimæ antiquitatis ornamenta conſpicerent* quaſi dicant non eſſe ſummam hanc Conſulatu dignitatem venerandam ob cupiditatem rapiendi, neque illa ornamenta antiquitatis (id eſt, trabeam, ſcipionem, ſellam, & reliqua conſulatus inſignia) debent homines conſpicere ob lucrum, ſed quia digna ſint
22 vt ipſa per ſe reuerenter venerentur. † Nam talis effuſio ſine effectu eſt, vtpote vt inanem populi captent plauſum & auram, in quibus nihil aliud eſt niſi inaniſſima iactura, & perdendi error, & facilis pecuniæ iactatio, argumento *l. cum de indebito* 19. *de probat.* Dolendum quidem maximè erat vt Conſulatus (vtor verbis Caſſiodori *lib.*6. *form.*1.) qui inter mundi dignitates eximias ſolus meruit habere palmatas veſtes, quas felicitas dabat, præmia vincentium, nomen annorum, compenſatio ſola, cui debebantur omnia. Statum Reipublicæ Romanæ viri fortis dextera tuebatur, fortunas omnium ac liberos huius conſilia vindicabant, & tot magnis debitis ſola erat huius retributio dignitatis, reperta in libertatis ornatum, inuenta ad generale gaudium per illam ſtatu Imperij iugiter creuit. Conſulatus, inquam, qui tantus erat, concederetur ſperantibus, ambientibus, prenſantibus, inhiantibus non meritis ad hanc dignitatem venientibus, ſed eis qui pares tantis ſumptibus, & expenſis eſſent. Sic enim, vt idem Caſſiodor aſſerit *lib.*2. *ep.*28. & *lib* 6. *ep.*13. honor frequenter defertur otioſis, ſi diuitiæ eliguntur, non merita. Quomodo ergo remunerandi ſunt qui ad agonis ſui præmia peruenerunt cum tribuenda ſit iuſtis laboribus compenſatio præmiorum, imò Conſulatus ipſe qui omnes ad humanæ dignitatis faſtigium euehebat, beneficium dici non poſſet, ſiquidem beneficium non eſt dicendum 23
quod nulla vtilitate ſentitur. † Hucque ſpectat querela Vopiſci *in Aureliano* illa, *factum eſt enim vt iam diuitiarum ſit, non hominum conſulatus, quia vtique ſi virtutibus defertur, editorem ſpoliare non debet. Perierunt caſta illa tempora, & magis ambitione populari peritura ſunt*, quæ verba explicant *l.*2. *inf. de Conſul.* ibi *Ad antiquam reduximus ſanctionem ordinem conſulatus vt ſellam honoris meritò non rapiendi ſtudio populorum agmina ſectentur. Hoc ergo exemplo nec expendere Conſules ſine effectu patimur.* Non enim ferendum erat, vt cum ius prodigis dederit curatores, ne rebus ſuis malè vterentur, hanc inſaniſſimam prodigalitatem non corrigeret, atque ita curatore iure correcti ſunt huiuſmodi ſumptus, dum homo ſolũ vaniſſimæ auræ populari indulgẽs, ſine aliquo fructu pauper remanebat. Vnde non immeritò *inſaniam plauſorum* vocauit *l.* 2. *Co. Th. de expenſ. ludor.* & *dementes* eos appellat. Lactant. *d. lib.*9. *c.*11. cui congruit D. Ambroſ. *ſerm.* 18. *errorem perdendi*, *d. l.*2. *de Conſul.* † 24
Hocque videtur præ oculis habuiſſe Seneca noſter *in Octauia act.*4. *in Choro verſ.*860.

*O funeſtus multis populis*
*Dirusque fauor, qui cum flatu*
*Vela ſecundo ratis impleuit,*
*Vexitque procul, languidus idem*
*Deſerit alto ſæuoque mari.*

Mirum eſt quantum in horum ludorum erogatione & officiorum ambitione inſanierint antiqui, quantúmque inhiauerint auræ populari & vulgi plauſibus. Declarat multis in locis Symmachus paganus ambitioſiſſimus eius honoris *lib.*6. *epiſt.*42. & *lib.*2. *epiſt.*78. ibi, *Pars hominum compendiis & quæſtibus gaudent, me votiua delectat expenſio, itaque auidus ciuicæ gratiæ Quæſtoris filij mei ſumptibus ſtudeo aliud genus largitatis adiicere* & *lib.*4. *epiſt.*61. ibi, *Præturam filij mei ſi fors dictum iubet proximus annus ſpectat, equorum curulium nobilitas præparanda eſt, vt ſpectationi populi Romani mea pecunia reſpondeat. Vincenda enim fama exemplorum, quæ poſt conſularem munificentiam domus noſtræ & filij mei quæſtoriam functionem nihil de nobis mediocre promittit. Non vereor inter hæc ne me appetentem plebeiæ laudis exiſtimes. Scis enim magnæ vrbis magiſtratibus anguſtos animos non conuenire. Hoc etiam Tullius tuus præcepit luxum in priuatis negotiis arguens, in publicis magnificentiam probans. Quare ex ſummis opibus iuua Romani animi ſpecioſum calorem venturus in partem popularis fauoris,*
*ſi nobis ex tuo beneficio celebrior fama prouenerit.* † Qua- 25
re non ſine ratione dixit de virtute Horat. *lib.*3. *od.* 2.

*Intaminatis fulget honoribus,*
*Nec ſumit, nec ponit ſecures*
*Arbitrio popularis auræ.*

Et Virgil. *lib.*6. *Æneid. verſ.*816. Anci Marci elationem notans,

*Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.*

Idque meritò, cùm aura popularis caducis atque inanibus votis quæratur, vt ait D. Cyprian. *epiſt.*2. & acclamatio popularis negligenda ſit eis, quos ſemper grauitas decet, vt ſcribit Caſſiodor. *lib.* 1. *epiſt* 30. & Seneca noſter docet *epiſt.*29. Sic, *Nunquam volui populo placere, nam quæ ego ſcio non probat po-*
*pulus, quæ probat populus ego neſcio.* † Ideò ergo 26
Marcianus *in d. l.* 2. *infr. de Conſul.* ſalubriter tot exceſſus

exceſſus & ſumptus ſalubriter cohibuit, tum ne ita homines re ſua abuterentur, §. *ſed hoc, Inſt. de his qui ſunt ſui*, & in vanos & inutiles vſus conuerterentur patrimonia, ſed rectè expendantur, vt dicam *in leg. vnic. infr. de oblat. votor.* tum etiam vt multæ ſeditiones populares & rixæ pacarentur, quæ ex miſſilium & ludorum rapina oriri ſolebant, de quibus ſermo eſt apud Iuſtinian. *d. Nouell.* 105. *de Conſulib. cap.* 2. §. *nullus, verſ. ſi enim hoc egerint.* ita ait *Qui Conſularem edent munificentiam, & his ſolis concilient populares, nequaquam de maximis luxris decertantes ſeditiones exercebunt ad inuicem, & venient vſque ad alternas plagas, quas per fuſtes & gladios & lapides egerunt frequenter, rem omnino nobis odibilem. Videbamus enim eos contendentes quidem, & malis innumeris implentes alterutros occaſione ſparſorum, & ab eis abreptorum, domum verò referentes nihil, niſi pla-*
27 *gas & vulnera.* † Eam tamen Marciani conſtitutionem poſtea temperauit Iuſtin. *d. Nouell.* 105. Nam cùm mox populari ambitione priſtina profuſio in vſum iterum reuocaretur, quia odibile iam eſſet populo his largitatibus priuato Conſulum nomen, vt teſtatur ipſe Imperator *cap.* 1. *ad fin*, cum offendi ſoleret ſi ſuæ libidini non ſatisfieret, Marciani legem aliter explicauit, permiſitque Conſulibus ſeptem edere ſpectacula, quæ *proceſſus* vocat & explicat *ibi* Gothofredus, & certis temperamentis ſparſionem faciendam permittit. Tandem Leo Philoſophus *conſtit.* 94. hanc Nouellam Iuſtiniani penitus abrogauit, ob inopiam multorum, qui conſulatum adepti tantis impenſis pares non erant.

Hæc de auſpiciis & celebritate creationis huius
28 clariſſimæ dignitatis dicta ſufficiant. Nunc quo ordine Conſul collegam Conſulem præceſſerit, quo ordine ſederint, videndum, qua in re Theodoſius & Valentinian. *in l.* 1. *infr. de conſulib.* ſtatuerunt vt is præcedere debeat, qui prius meruerit conſulatum etiamſi is, qui poſterior eſt iam olim Conſul fuiſſet, quoniam repetitio honoris nihil adiicit: idem ſtatutum eſt, & circa alias dignitates *in l.* 1. *&* 2. *infr. de præfect. præt. l.* 1. *l. vnicuique* 7. *infr. de proxim. ſacror. ſcrin. l. fin.* §. *illud præcipuum infr. de Primicerio. l. fin. infr. de tyronib. leg. per hanc* 7. §. 1. *C. de Aduocat. diuerſ. iudicum l.* 1. *D. de albo ſcribend.* facit *l.* 1. *&* 2. *infr. vt dignitat. ordo l.* 2. *C. Th. quis in gradu præferatur. l. ſi quis* 10. *infr. de Profeſſor. & Med. cap. fin.* 25. *diſt. cap. Epiſcopus* 16. *diſt. c. Epiſcoporum* 74. *diſt. cap. præcipimus* 93. *diſt. l.* 25. *tit.* 6. *lib.* 2. *Rec.* confert quoque Symmach. *lib.* 10. *epiſt.* 40. & in noſtra ſpecie eleganter comprobauit D. Gregorius *homil.* 3. *in Euang. Fertur.* ait, *apud veteres moris fuiſſe, vt quiſquis Conſul exiſteret, iuxta ordinem temporum honoris ſui locum teneret, & ſi quis poſterius ad conſulatum veniens Conſul non ſemel, ſed bis fortaſſe, aut tertiò fieret, etiam illos laude & honore tranſcenderet, qui non plus quàm ſemel Conſul extitiſſet.* explicant Petr. Fab. *lib.* 1. *ſemeſt. cap.* 2. *in fin.* Langlæus *lib.* 7. *ſemeſt. cap.* 7. *&* 8. Barthius *lib.* 51. *aduerſ. cap.* 6. Hotoman. *conſ.* 105. & de præcedentiis varias quæſtiones cumulantes Bobadill. *lib.* 3. *polit. cap.* 7. *num.* 11. *lit. H. & numero* 27. *&* 37. Azeued. *in d. l.* 25. *Recop. ex num.* 1. Gama *deciſ.* 1. Decian. *conſ.* 20. *vol.* 1. Cèuallos *commun. quæſt* 606. *ex n.* 30. Amatus *conſ.* 60. *ex num.* 1. Salgado *de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 9. *toto.* Franchis *deciſ.* 138. *&* 144. *& deciſ.* 62. vbi, Amendola, idem *in addit ad deciſ.* 365. Aponte *de poteſt. Proreg. tit.* 3. §. 8. Maſtrill. *de magiſt. lib.* 5. *cap.* 4. Menoch. *conſ.* 126. *tom.* 2. Barboſ. *in remiſſ. Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 13. & nouiſſimè Hermoſilla *in addit. ad Greg. Lopez. t.* 1. *in prolog. gloſſa tota addit.* 2. vbi infinitos refert, & D. Caſtil. *de Tertiis c.* 41. *ex n.* 26. *& ſeqq.*

Præferebatur ergo ille Conſul, qui prius eſſet 29
renunciatus, ita teſtatur Cicero *in L. Piſonem.* ibi, *Me cùm quæſtorem in primis ædilem priorem, Prætorem primum cunctis ſuffragiis populus Rom. faciebat, & poſt me cuncta Italia me omnes ordines, me vniuerſa ciuitas non prius tabella, quàm voce priorem Conſulem declarauit.* Auſon. *in gratiar. act.* ſic, *Conſulatus hic meus orat, vt obnoxiam tibi vni ſinas fieri eius dignitatem quem omnibus prætuliſti. Quod quidem & ipſe ſibi inuenit gradus cum Clariſſimo viro collega meo, honore coniunctus, nuncupatione prælatus,* & poſtea *num.* 14. pergit, *Cum de Conſulibus in annum creandis ſolus mecum volutarem te Conſulem deſignaui, & declaraui, & priorem nuncupaui,* & *n.* 16. ita ſubiungit, *Interrogatus quem priorem decerneres Conſulem, nec dubitandum eſſe dixiſti tu, & qui tecum boni ſunt, dubitare non poterant. Sed tamen ad hoc dictum erexerant animos qui libenter clariſſ. virum collegam meum, quem præſentem habebat occaſio, prælatum credidiſſent. Fatigantes tamen quod intellexerant requirebant, deinde illico ſubdidiſti. Quid de duobus Conſulibus deſignatis quæritis qui ordo ſit nuncupationis? an ne alium quàm quem præfectura conſtituit. Scrupuloſus hic mihi locus eſt, & propter eam quam numquam appetiui gloriam recuſandus. Quum prior renunciatus ſum, ſatis eſt tuum tenere iudicium. Interpretes valete meritorum. Neque autem ego in tenui beneficio gradum nuncupationis amplector. Num eſt hæc gloria ignota Ciceronis: Prætorem me, inquit, pop. Romanus primum fecit Conſulem priorem. Ex ipſa eius ſententia intelligitur commendabilius ei videri vni, quam pluribus eſſe præpoſitum Nulla eſt quidem contumelia ſecundi, ſed ex duobus glo-*
*ria magna prælati.* † Vnde colligitur apertè Conſules 30
priùs nuncupatos cæteros collegas antecellere, nam priùs meruerunt dignitatem, vel priùs gerere cœperunt. Antiquitatis itaque ratio habetur, & eius temporis quo vel fuerunt nuncupati, vel poſſeſſionem adepti, vt in dictis iuribus.

Verùm in contrarium eſt ſenectuti tantum detu- 31
liſſe Romanos, vt ſenes honoratiores iudicarentur vt probauimus *ſup. in lege* 2. *ex numer.* 56. *& ſequentibus.* Tam venerabile erat præcedere quatuor annis, vt ait Iuuenal. *ſaty.* 13. Hic autem honos non ſolùm à priuatis ciuibus exhiberi ſolebat, verùm & ab ipſis Magiſtratibus & Conſulibus. Sic legimus apud Plutarch. *in Publicol.* & Valer. *libr.* 4. *cap.* 1. Publicolam Bruto Collega mortuo poſt aliquantum temporis ſibi Lucretium patrem Lucretiæ in collegam aſſumpſiſſe, eique quod ſenior eſſet, primum locum ceſſiſſe, & faſces tradidiſſe. *Qui honor* (inquit Plutarch) *ab eo primùm obſeruatus, ſemper poſtea ſenibus eſt habitus.* † Vn- 32
de Bart. voluit *in leg.* 1. *D. de obſequiis à libertis & in leg.* 2. §. *prius. D. de vulg.* antiquiorem ætate debere cæteros præcedere, & primo loco ſedere, quod tenet etiam Iaſ. & alij relati à Tiraq. *de iure primog. in præfat num.* 110. *& ſeq.* Hermoſill. *in d. prolog. gloſ.* 2. *num.* 31. & præter eos Maſtrill. *de magiſt. lib.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 36. Decian. *conſ.* 21. *n.* 60. *vol.* 1. Langlæus *lib.* 7. *ſemeſt. cap.* 7. Dorleans *ad Tacit. lib.* 3. *Annal. pag.* 373. Atque ita ſi Conſul collega ſenior eſſet, videbatur anteponendus iuniori, etiamſi priùs eſſet renunciatus. † Quemadmodum & qui doctrina
& virtutibus & nominis celebritate pollet, *Nouell.* 5. 33
*de Monach.* §. *fin.* Quem locum poſt Accurſ. omnes ſingularem agnoſcunt in Doctorum controuerſiis, ſi quæ inter eos de prioritate naſcantur, ſummum Doctorem æſtimandum, ex doctrina & celebritate nominis, non ex antiquitate vel tẽpore, vel prima nunciatione. Ita docuit Bar. *in l.* 1. *infr. de dignit. num.* 24. Hotoman. *d. conſ.* 105. *n.* 3. *&* 4. Eaſque fauere videtur *l. fin. infr. de tyronibus*, quæ celſiorem locum

meritis

meritis & aſſiduitati laborum concedit, *& l.2. C. de officio Magiſtr. offic.*

34 His ergo non obſtantibus rectiſſimam aſſero ſententiam *d.l.1.infr. de Conſul.* cum adductis aliis iuribus, vt is præferatur in dignitate, qui priùs ad eam acceſſit, etiamſi iunior ſit, quàm eius collega, qui ætate grandæuus eſt. Quia antiquitas conſideratur, non reſpectu ætatis, ſed promotionis ad officiũ conſulatus, vel Doctoratus, aut ſimilis dignitatis, *cap.1. de maiorit. & obedien.* iuncta *d.l.1. D.de albo ſcriben.* notat Gama *d.deciſ.1. numero 13. & ſeqq.* Langlæus *d.lib.7. ſemeſt.cap.7.in fin. cum capite ſeq.* facitque *cap. Epiſcopos, 17. diſt.* Dignior quippe de iure dicitur, & honorabilior primò nominatus, vt notat Bal. *in Auth. hoc amplius, in fin. C. de fideicommiſ.* Bar. *in lege ſeruus communis ita, de ſtip. ſeru.* & probatur *in l. ſi quis iuſto, de elect. in 6.* & ratione antiquitatis in præcedentia iam habet ius quæſitum, quod ei auferendum non eſt, *argumento l.1. C. debitorem vendit. pignor. l.filiusfam.114. §. Diui.* ibi, *Sed hac creditoribus, D. de leg.1.* cum à me notatis *de iure quæſito lib.1. obſeru. cap.1. numero 51.* & ſic cùm prior tempore, potior eſſe debet & in iure, *l.2. infr. de offic. Præfect. præt. l.1. infr. de præpoſit. ſacri cubicul.* & conſequenter ille præſumetur maior, cùm ex ordine arguitur prærogatiua, vt notat gloſ. *in cap. quorumdam, de elect. in 6.* & cum Panorm. Greg & aliis notat Auiles *in cap.44. prat. verb. platicaren, num.2.* Nam ille ſenior iudicandus eſt, qui eſt antiquior de collegio, *lege ſi quis in Archiatris infr. de Profeſſ. & Med.* notat Platea *in l. cùm pro vætere, infr. de his qui non impletis ſtipend.* Auiles *in cap.19. prat. verb. vno de los Regidores.* Langlæus *d. cap 7. in fin.* Azeued. *in l.37. tit.5. lib.2. num.6. & ſeqq.*

35 † Vnde cùm ſenectus nullum ad dignitatis in præcedentiam ius tribuat, non eſt relationi conſonum vt qui priùs eam fuit adeptus in præiudicium ſuum ſuo iure priuetur, *l. id quod noſtrum, D. de reg. iur.* iuncta *l.2. & 4. D. de natal. reſtit. l. fin. verſ. ſancimus, C. de repudian. hæred. l.3. C. de officio præfect. vrbi. lege ſi teſtamentum 10.C. de teſtam.* cum à nobis adductis *d. lib.1. obſeru. cap.1. num.51.* Oſvval. *ad Donell. lib.5. cap.3. lit.A*, Matienç *in l.6.t.10.gloſ.1. lib.5. Recop.* Nec enim ex annorum numero quis æſtimari debet, vt non ſine ratione videatur ſtomachari Horatius in eum,

*Qui redit ad faſtos, & virtutem æſtimat annis.*

& Spiritus veritatis ait Sapientiæ *capite 4. Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata, cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata*, agnoſcit Maſtrill. *d. lib.2.*
36 *cap.5. num.62. & 80.* † Accedit etiam & pro hac parte *l. quoties 15. C. de rei vind.* vbi præfertur ille, cui priùs fuit facta traditio, *cap. ſi pro te. cap. quamuis, de reſcript. in 6.* vbi ſi concedatur alicui gratia de beneficio vacaturo, quæ poſtea reuocetur, & alteri concedatur, licèt primus ad eam fuerit reſtitutus, non præfertur ſecundo, quia ei fuerat iam ius quæſitum: & ita in noſtro caſu minimè poteſt, quantumuis quis ſenior ſit, vel dignitate polleat, præferri in ſeſſione, locutione & aliis rebus, quæ primo de capitulo, vel magiſtratu concedi ſolent. Quam ſententiam licèt non ita fundatam tenent DD. *in d.l.1.infr.de Conſul.* Bar. & reliqui *in d. l.2. §.prius, de vul.* Panorm. *in cap. dudum, de elect. & in cap.ſtatuimus*, vbi Innocent. Imol. & Felin. *de maior. & obed.* relati à Deciano *d. conſ.21.num.5. vol.1.* Langlæus & Maſtrill. *ſup.* Hermoſill. *d.gloſ.2 num.4.*
37 *prolog.* † Neque obſtat ſenes eſſe anteponendos, quia hoc procedet, cæteris paribus, ſi ſine aliquo iure quæſito & ſenex & iunior concurrerent, vt eleganter notauit Caſtrenſ. *in d. l. cùm quid, num.8. D. ſi cert. pet.* Tiraquell. *de iure primog. in præfat. numero 175. & 180.* Hermoſill. *vbi proximè num.26. & 30. & ſeq.* qui latè de ea inſpectione, cum multis quos refert. Quibus ego addo pulcherrimum Agellij locum *lib.2. cap.15.* vbi ait. *Capite ſeptimo legis Iuliæ priori ex Conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit, non qui plures annos natus eſt, ſed qui plures liberos, quàm collega in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit. Sed ſi par vtrique numerus liberorum eſt, maritus, aut qui in numero maritorum eſt, præfertur. Si verò ambo & mariti patres totidem liberorum ſunt, tum ille priſtinus honos inſtauratur, & qui maior natu eſt, prior faſces ſumit.*

Ex quo infertur non rectè conſuluiſſe Hotoma- 38
num *d. conſ.105.* in eo caſu an Doctor qui primarium locum in quadam Academia obtinuit, ſi ad aliam ſingularibus præmiis præpoſitis euocatus in Doctorum collegium aggregetur, poſtremum locùm obtinere debeat? In quo ait non eſſe poſtremo loco collocandum, ſed honorem ei & ſedis & temporis docendi extra ordinem pro ſua dignitate tribuendum; quod ſanè eſt contra ipſius iuris principia iam adducta, *& d. l. ſi quis 10. infr. de Profeſſor.* Cui non poteſt reſpondere Hotoman. *numero 3.* aſſerens loqui de aggregandis, qui nunquam antea Doctoris & Profeſſoris munere functi ſunt, ſed nunc primùm aggregari & coaptari volunt, vt deinceps illis eo munere fungi liceat, quos æquum eſt examinari, & ſpecimen edere ſuæ doctrinæ, & facultatis docendi, quæ nondum cognita, & ſpectata eſt *l. nemini. C. de Aduocat. diuer. iud. l. magiſtros 7. infr. de Profeſſor.* cùm qui nouè aggregantur, propter nouitatem antiquioribus cedere debeant. At vbi quis non modò iam pridem aggregatus, & in Doctoris collegium allectus eſt, ſed etiam propter famam ingenij & celebritatem nominis Academiæ alicuius principatum & primarium locum obtinuit, iniquum videri alterius alicuius collegij iudicium & examen ſubire. † Quæ aliena viden- 39
tur ab ea, *l. ſi quis* (& magis Hotomanus ſe videtur ſuperbè laudare, quàm reſcriptum illud interpretari, quod hæreticis familiare eſt.) vbi neceſſarium fuit examen, quia nullus intelligitur inſignitus tali dignitate, niſi probetur *l. non ignorat. 9. C.de his qui accuſar. non poſſ.* vbi notat Bal. & DD. *in leg. ſi verò, §. qui pro rei. D. qui ſatiſdar. cog.* imò nec habere ſcientiam, cùm plerumque fama fallax ſit, & tam ficti prauique tenax, quàm nuntia veri, vt ait Poëta, & ſic quamuis *in d. l. ſi quis*, qui volebat in Archiatri locum ſuccedere, ratione meritorum volebat aggregari, non ante ſit, quàm idoneus videatur. Rurſus quia *in d. l. ſi quis*, proponuntur duo caſus, vt rectè *ibidem* notauit Platea. Primus, vt nullus ſuccedat in Archiatri locum niſi approbatus. Secundus *in verſ. ita tamen*, vt etſi approbetur, ita tamen quicumque fuerit admiſſus, non in priorum locum ſtatim veniat, ſed vltimum occupet, cùm cæteri priora loca iam habeant. Vbi vox *quicumque*, cùm generalis ſit, omnem admittit, etiam & illum, qui non loco motus, ſed ex alio primario loco in alium ſingularibus præmiis eſt inuitatus, qui non modò docebat, verùm multis libris edendis & editis laudem ſibi & gloriam apud omnes Academias peperit. Nam etſi iſte talis, vt ratio expoſtulat, examini non ſubiiceretur, tamen non ita collocari debet digniori loco, vt alter, qui illum priùs ſuo iure adeptus eſt, priuaretur. Cum ille celebris Doctor, etſi celeberrimus, nouus ſit in loco in quo cooptatur, *cap. ſtatuimus 8. diſt.61.* ibi, *Cum valde iniquum ſit vt imperiti magiſtris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis, cap. fin. 75. diſt.* vbi elegantia illa verba aduertas. *Nec cuiuſlibet vtilitatis*

*cauſa,*

*cauſa,ſeu Presbyterum, ſeu Diaconum his preferre, qui
ante ipſos fuerint ordinati*, & quod adiicit gloſ. *verb.
preferre* ita, *Ecce hic habes quòd prius ordinati prefe-
runtur aliis, vt in habendis honoribus, & in aliis etiam,
licèt poſteriores ſint meliores l. vnic. infr. de Comitib. &
Archiatr.* † Neque obſtabit ſi dicas Principis indul-
40 gentia talem Doctorem cooptandum. Nam certũ eſt
Principem ius alteri quæſitũ tollere non poſſe, vt iam
diximus. Húcque ſpectat elegans Symmachi locus *l.
10. epiſt.* 40. vbi eadẽmet controuerſia inter Medicos
& Archiatros, ſeu Protomedicos interuenit, de qua
Theodoſium Imperatorẽ conſuluit ſuper iure ſeden-
di. Verba, quia Auctor non obuius, adſcribam *Vt ve-
ſtri numinis veneror ſanctiones, ita obſeruantiam impendo
decretis genitoris veſtri. Is inter alias, quæ in bonum pu-
blicum contulit, etiam medendi Profeſſoribus dedit ordi-
nem ſucceſſionis, ſi locum quempiam decedentis fortuna
nudaſſet. Hanc formam quantum aſſerunt, ætas ſecuta
ſeruauit. Nunc Ioannes non eum gradum, quem ſubrogan-
dis dederunt diualia reſcripta, ſed ſummo proximum co-
natur adipiſci, fultus impetratione ſpecialis oraculi. Sed
quia lege & more cogentibus Summates eiuſdem profeſ-
ſionis par fuit in examen acciri, adhibitum eſt indicio
collegium omne Medicorum. Quorum potiſſimi inter ve-
nerationem legis & noui beneficij reuerentiam iudicare
non auſi eum locum Ioanni ſtatuerant deferre nudum,
quem tenere potuiſſet, ſi eo tempore, quo aulæ obſequiis de-
putatus eſt, Archiatrorum numero fuiſſet adiunctus. At
verò pars magna Medicorum munita lege diualia eorum
exempla deprompſit, qui è palatio in hunc gradum ſerua-
to ordine tranſierunt. Quare motus ambiguis, & neque
Diui genitoris veſtri auſus rumpere ſanctionem, neque
obuiã ſpecialibus venire præceptis, diuino arbitrio numinis
41 veſtri ſummam negotij reſeruaui.* Ex quibus apertè con-
ſtat minimè talem Doctorem, quamtumuis celebrem
in aliam Academiam accitũ eis, qui in ea Academia
iam ſunt, loco debere præcedere. Neque enim quã-
tumvis, vt ipſe Hotoman. ait, cæteri laborent inuidia
(in quo videtur aliquos vellicare ſibi aduerſantes)
hoc admittendũ eſt: nam celebritas nominis non eſt
cauſa vt alius ſuo iure priuetur. Itaque aggregabitur
Doctorũ cœtui ille excellens de nouo accitus quan-
tum ad receptionem, vel incorporationẽ (vt aiunt) vt
ſcilicet ſit de illo gremio, ſed non quantum ad locũ,
quia non debet in damnũ alterius priuilegium acci-
pere *l. quod fauore. C. de legib.* conguitque notanda
Plateæ doctrina *in l. vnicuique, infr. de proxim. ſacror.
ſcrinior. n. 1. verſ. & ſic nota.*

42 Neque Hotomano fauet *lex fin. infr. de tyronib.*
quam pro ſe allegat *numer.* 7, neſcio qua mente.
Nam hæc ſunt eius verba. *Tyrones in ſcholis loco ſem-
per poſteriori ponantur, nec enim patimur quemquam
celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborum aſſiduitas,
& ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur.* quæ non dicunt
illum eſſe præferendum aliis, qui laborum aſſiduitate
& ſtipendiis aliis potiores ſunt, vt denotent quod mi-
les qui primum locum obtineat, cedere debeat ei,
qui plus temporis in militia ſuſtinuit, vt arbitraba-
tur Platea *vbi ſuprà in d. l. vnicuique numer. 1. verſ.
tertio & num. 3. & in d. l. fin. n. 1.* & ita nihil aliud
probat ea lex, niſi quod præferantur illi, qui labori-
bus & ſtipendiis ſuffulti ſunt eis, qui tyrones ſunt,
quaſi dicat primum locum obtinere debere qui diu
militarunt, & non eos, qui de nouo admittuntur, vt
eleganter notauit *ibidem* Accurſ. *verſ. & ſic bene ſe-
quitur.* † Neque obſtat *d. l. vnicuique* ibi, *Nemini pe-
43 nitus liceat, cum ſit poſterior, locum præcedentis ambire,
niſi fortè ab eo, qui tẽpore vincitur, laborum comparatio-
ne ſuperetur.* Nam loquitur de his, qui in ſacris ſcriniis
ſimul militant (de quibus, Deo volente, dicemus
*ſuo loco*) qui vt ad ea ſcrinia accederent, labo-
res multorum temporum neceſſarij erant. Quapro-
pter ſi alius multo plus tempore Principi inſeruie-
rat, congruum fuit, vt aliis qui minus inſeruiſſent
præferretur, vt laborum & ſeruitiorum ratio habe-
retur. Contrà autem eſſet ſi iſte ex eo quòd in aliis
longè diuerſis officiis inſeruiſſet, præponi aliis, qui
in ſcrinio erant, prætenderet; nam denegandum ei
erat cùm talis labor eſſet præſtitutus in diuerſo mu-
nere, quo aditus ad priorem locum non aperitur,
contra eos, qui ſuo labore in eo officio præſtito
antiquiorem locum occupabant: & ſic non inde ſe-
quitur Doctorem, quamtumuis excellentem in aliis
Academiis, præponendum iis, qui iam in hac ad
quam de nouo venit, inſenuerant.

Hoc Hotomani conſilium non habebit locum in 44
Academiis Hiſpaniæ, in quibus Doctores & Magi-
ſtri non conducuntur vt mercenarij ad legendum,
neque, quamtumuis magni nominis ſit aliquis Do-
ctor, adducitur conductus de vna ad aliam, ſed ad
Cathedras aſcendunt multis laboribus, vigiliis &
& ſtudiis impenſis, adeò vt ſi aliunde veniant magni
nominis viri, ſuo periculo ſe opponunt, & cum cæ-
teris competitoribus manus conſerunt. Sic doctiſſi-
mus Emanuël Coſta, ſic alij factitarunt: & vidimus
Salmanticæ Nicolaum Garſiam aliàs doctiſſimum,
& de iure Canonico bene meritum, Cathedras am-
bientem, & irriſum ab Academia, in qua Cathedram
non potuit conſequi. Neque nouum eſt ex aliis in-
ferioribus Academiis in Principem ſcientiarum
Salmanticenſem confluere magni nominis viri, qui
multa cum laude ius ciuile, vel ſacrum, vel Theolo-
giam, aut Medicinam ſunt profeſſi, vt Cathedrarum
oppoſitionibus operam dent, & reputantur tyrones,
& nouitij, & in actibus Vniuerſitatis in infimis
ſubſelliis ſedent, niſi doctorea laurea ſint decorati,
qui tamen iuxta gradus antiquitatem ſedent.

Rurſus ex *ſupradictis* infertur principaliter non
rectè conſuluiſſe Sfortiam Oddum *conſ.* 14. & alios 45
antiquos, quos refert & ſequitur Ant. Gab. *comm. con-
cl. lib. 6. tit. de maior & obedient.* & Ceuallos *comm. con-
tra comm. q. 606. num. 10. & ſeq.* cui calculum præbet
Hermoſilla *d. gloſ. 2. prologi part. n.* 30. dum exiſtimant
Licentiatum priùs graduatum præferendum eſſe Do-
ctori qui poſteriùs gradum Doctoris aſſecutus fuit,
quando ille Licentiatus eſt poſt facto laurea Docto-
ris fuit inſignitus. Quod tamen apertè falſum eſt, &
contra *d. l. 1. infr. de Conſul.* vbi etiam ſi aliquis Con-
ſul iam fuiſſet ſi tamen priùs alter in altero Conſula-
tu renuntietur, poſtponendus erit. Ergo eodem mo-
do & qui eſt Licentiatus, & Doctor iam creatus eſt,
nunc non poterit præferri Doctori qui etſi poſteriùs
fuit Licentiatus, priùs fuit Doctor.

Secundò, quia qualitas in aliquo tempore requiſita
licèt poſtea ſuperueniat, nihil operatur. *l. obligari 9. §.
tutor. D. de auctor. tutor. l. matrem 17. C. de probat.* notat
Angel. per tex. *ibi in l. his verbis. §. interdum. de hær. inſt.*
† At certum eſt quòd quando hic poſterior Licen- 46
tiatus Doctor creatur, non concurrit cum illo anti-
quiori Licentiato, quo tempore debet ei adeſſe qua-
litas Doctoratus, ergo ſi poſtea ſuperueniat, nihil effi-
ciet, cùm iam eo tempore ius ſedendi & prælationis
ſit occupatus ab alio, qui tunc temporis eſt maior,
& antiquior Doctor. Quia qualitas admittens, vel
excludens aliquem ad aliquod ius obtinendum, de-
bet adeſſe tempore habili, ſcilicet aduenientiæ iu-
ris talis, ex doctrina gloſſæ & DD. *in Clem. 2. de ætat.
& qual. verb. conſtitutus*, & Bar. *in l. impuberem. D.
de falſis.* quem ſequuntur Auendaño *in cap. 12. pp.
num. 13.* & alios referens Azeued. *in l. 4. tit. 1. lib. 2.
Recopil. num. 2.* Vnde cum ille talis Licentiatus non
habuerit qualitatem Doctoris, tempore illo, quo
alter Doctor creabatur, minimè poterit excludere
poſtea illum, qui ſuo iure prius munitus eſt, &

locum iam occupauit, *argumento l. quoties 15. C. de rei vind.* & ſic in Academiis credo practicari, præcipuè Salmanticenſi, vbi plures actus ſimiles vidi.

Pro Ceuallos tamen & aliis videtur facere *d. l. 1.*
47 *de Conſul. in verſ. quod ſi* vbi prior Conſul cedit locum ſecundo, ſi Patritius efficiatur, & ſi poſtea ille prior poſthabitus Patritiatum conſecutus ſit, recuperat ſuum locum: quod idem in Licentiato poſtea iam
48 facto Doctores aſſerunt dicendum eſſe. † Sed, vt ei difficultati ſatisfaciamus, & aliquid de dignitate Patritiatus dicamus, aduertendum eſt Patritiatus nomen inde ſumpſiſſe à Romanorum Patritiorum ſplendore. In veteri Republica Patritij dicebantur Senatorum filij, qui plebeis opponuntur, & Senatorum ſoboles ab honore Patritia appellatur, vt ait Liuius *lib. 1.* Principio creauit Romulus centum Senatores, qui maiorum gentium dicebantur, poſtea Tarquinius alios centum ſuppleuit, qui minorum gentiũ dicti, vt teſtantur Liuius *ſup. Dionyſ. Halicar. lib. 2. antiq.* Tacit. *lib. 11. Annal.* notarunt. *ibidem* Iuſtus Lipſ. & Dorleans, Wolfgang Laz. *lib. 3. comm. reip. Rom. cap. 1.* Roſin. *lib. 7. antiq. cap. 5. in fin.* P. Pithæus *lib. 2. aduerſ. ſubceſ. cap. 7.* Petr. Greg. *lib. 47. ſyntag. cap. 16. num. 4.* Buleng. *lib. 3. de Imper. Rom. cap. 1.* Gutherr. *de offic. domus Aug. lib. 1. cap. 11. & alibi.* & propter familiæ antiquitatem cæteros antecellebant, nam ſacra curabant, Magiſtratus gerebant ius reddebant, & Rempublicam adminiſtrabant, vt ait Dionyſius *ſuprà* videndi, Alex. ab Alex. *lib. 5. genial. cap. 18.* & *ibi* Tiraquell. Pancirol. *lib. 1. variar. cap. 8.* Baron. *in not. ad Martyrolog. 27. die Auguſt.*

Poſtea verò labente Imperio ſub Principibus iu-
49 nioribus Patritiatus nomen ſolùm cœpit eſſe nomen nobilitatis, ſed & dignitatis, ſeu ordinis, quod conſtitutum eſſe ab Auguſto, cenſet Pancirol. *d. cap. 8. verſ. hi primum.* qui iam ſenex, vt ex Dione licet colligere *lib. 53.* quindecim Senatores Conſiliarios domeſticos elegit, qui poſtea velut Principi conſulentes ab antiquis Patritiis Patritij ſunt appellati, licet longè diuerſi. In quo impegit etiam Accurſ. quem notat P. Greg. *d. lib. 47. cap. 16. num. 4.* & ita fallitur quoque Pancirolus, vt docet Buleng. *d. lib. 3.*
50 *cap. 1. verſ. ſed vt de Patritiis.* † Nam Patritios, de quibus nunc agimus, à Conſtantino Magno creatos eſſe, primúmque ab eo illum titulum honoris excogitatum, litteris prodidit Zozimus *lib. 2. hiſt.* ibi, *Optatus* (inquiens) *à Conſtantino Patritij dignitatem conſecutus erat, qui primus eam inuenit, & ſedere iuſſit Patritios ante Præfectos pretorio.* obſeruat Hotoman. *in §. filiusfam. Inſt. quibus modis ius patr. enunt.* 4. Baron. *in not. ad Martyrol. dict. die 27. Aug.* Demſter. *in Paralipom. ad Roſin. lib. 7. cap. 5.* Gutherr. *ſup. lib. 2. cap. 19. ſub princ.* licèt non dubitauerim hanc dignitatem Patritiatus ab illo inſtituto Auguſti originem aliquam duxiſſe, & à Conſtantino nouo genere dignitatis amplificatam, quod & cenſet Demſter *ſup.* Nam iſti vocati ſunt tutores Imperij, vt conſtat ex Suetonio *in Tito cap. 6. Nec ex eo deſtitit tutorem Imperij agere* & Iuuenal *ſat. 10.*

——*Tutor haberi Principis.*

Inualuit poſtea hæc dignitas tantum apud cæte-
51 ros Principes, vt Conſulatui Præfecturæque ampliſſimis honoribus anteponeretur, ita vt hæ dignitates Patritia illuſtrarentur, & amplificarentur, quod demonſtrat Zeno Imp. *in l. 3. infr. de Conſul.* illic, *Nemini ad ſublimem Patritiatus honorem qui cæteris omnibus anteponitur, aſcendere liceat, niſi prius aut conſulatus honore potiatur, aut præfectura pretorio, vt huiuſmodi tantùm perſonis liceat Patritiam conſequi dignitatem.* cui coniungas legem noſtram, illic, *Si quis igitur vel ſummum Patritiatus honorem fuerit conſequutus, ſiue inſulis conſulatus honorarij, aut ordinarij fuerit ampliatus.*

De hac ampliſſima dignitate multa ex antiquitate nobis demonſtrat ſua elegantia Caſſiodor. ſolita *lib. 6. form. 2.* vbi inter alia adiicit. *Additur quod leges tantam illi reuerentiam detulerunt, vt in ſacris poſitus cùm hoc fuerit honore præcinctus, paterna poteſtatis nexibus exuatur, vt qui ampliſſimum genium pretioſa libertatis acceperat, viliſſimam conditionem cum ſubditis non haberet. Præfectorios & aliarum dignitatum viros præcedit, vni tantùm (ſic lego, non* vnitatum) *cedens fulgori, quem interdum etiam à nobis conſtat aſſumi.* Sidonius quoque *carm. 2. verſ. 205.*

*Hinc reduci datur omnis honor & vtrique Magiſter.*
*Militia, conſulque micat coniuncta poteſtas*
*Patritij, celebríque gradu priuata concurrit*
*Culmina.*

Quia hæ dignitates Conſulatus & Patritiatus plerũque copulabantur, vt indicatur *in d. l. 1. infr. de Conſul. & in l. vnic. C. Th. eod. & in Nouell. Theod. de honoratis & de Metatis.* † Quemadmodumque olim Patritij à 52
Patribus nomen deduxere, ita & cùm creata fuit hæc dignitas Patritij dicti, quod veluti patres eſſent Imperatoris, ob idque patria poteſtate ſoluebãtur, vt docet Iuſtin. *in § filiusfamilias, Inſt. quibus modis ius patr. poteſt.* ibi, *Summa Patritiatus dignitas filium à patr. poteſt. liberat. Quis enim patiatur patrem poſſe filium poteſtatis ſuæ nexibus liberare, Imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate?* quæ verba vſurpat quoque *l. fin. infr. de Conſul.* † Ita Patritij eo glorioſo nomine cœpe- 53
runt nuncupari. Claudian. *libro ſecundo in Eutrop.*

——*Præſidium legum genitórque vocatur*
*Principis.*

Corrip. *lib. 4. de laudib. Iuſtini. n. 5.*

*Patritius ſenio fulgens Callinicus honore*
*Qui pater imperij meruit iam factus haberi.*

Sozomen. *lib. 8. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 7.* ibi, *Eutropius maior exiſtens inter Eunuchos Imperatoris ſolus ac primus, quantum noſcimus, & conſulatus honorem & eam fuerat dignitatem conſecutus, vt Imperatori, loco patris haberetur,* & ea ratione Maiorianus *Nouell. 3.* Richomerem patrem nuncupat, ita, *apud nos cum patre Patritióque noſtro Richomere* & Valentinian. *Nouell. 7.* ibi, *Verum mitti debeat inſpector publicus tractatus antè deliberet ſublimis viri parentis Patritiíque noſtri.* Vnde cùm parens, aut pater ab Imperatoribus aliquis appellatur, de Patritio exaudiendus eſt. *l. vinum 6. C. Th. de ann. & Trib.* ibi, *Ruffini viri clariſſimi & inluſtris Prætorio parentis amicique noſtri moderatio & in l. 1. & 2. C. Th. de Epiſcop. iudic.* ſic, *Ablaui parens Kariſſime, Hadriane parens kariſſime & amantiſſime* qua formula vtuntur ferè omnes Nouellæ Theodoſij & reliquorum, hac ſcilicet nota, P. K. A. vt Magnonis explicatio declarat.

Tam glorioſum habitum fuit Patricij nomen, vt 54
Regibus in honorem maximũ cederet (& vt omittã quod refert Capitolin. *in Opil. Macrino,* Imperatorẽ à militibus factum à ſenatu poſtea in Patritios allectum) id eleganter probat Caſſiodor. *lib. 8. epiſt. 9.* de Patritiatu agens. *Hic eſt honor qui & armis conuenit, & in pace reſplendet. Hunc ille diues Græcia quæ multo glorioſiſſ. Domino auo noſtro debuit gratificata perſoluit, velauit fortes, humeros chlamydum veſtis pinxit, ſuta ſetis, calceus iſte Romanus & dignitatem viſus eſt accipere, quod ſe cognoſcebat aſſumere per honorẽ* Intelligit Theodoricum, qui à Zenone adoptatus & Patritius creatus eſt, & Conſul. tradit Iordanus Epiſc. *de tribus Geticis numero 86.* Tum etiam & Imperatores non eligebantur donec Patricij priùs Patritij non renunciaretur, vt refert Anaſtaſius Biblioth. *in Hadrian. I.* & Sigebertus Gemblacen. *in Chron. anno 969.* ibi, *In Italia Creſens patritiatu Romanorum arrepto, contra Othonem Imperatorem rebellat* Adelmus *in Annal. Franciæ de Reb. Caroli Mag.* ibi, *Leo Papa coronam*

ronam capiti eius impoſuit, populo acclamante. *Poſt quas laudes à Pontifice more antiquorum Principum adoratus eſt, ac deinde omiſſo Patricij nomine, Imperator & Auguſtus appellatus.* Hoc ita intelligendum eſt, quoniam antea ab Hadriano Patritij nomen acceperat, vt conſtat ex *cap. Hadrianus* 22. *diſt.*63. ibi, *Hadrianus autem Papa cum vniuerſa Synodo tradiderunt Carolo ius & poteſtatem eligendi Pontificem, dignitatem quoque Patritiatus ei conceſſerunt.* Quæ ferè ſcripta extant *in cap. in Synodo, eadem diſt.* illic *In Synodo congregata Romæ ad exemplum B. Hadriani, qui Domino Carolo Regi Francorum Patritiatus dignitatem conceſſit. Ego quoque Leo Epiſcopus largimur Domino Othoni huius regni Italiæ vt ipſe ſit Patritius*

55 *& Rex.* † Hinc colliges quàm parum faciat *d.l.*1.*de Conſul.*pro ſententia Ceuallos & aliorum quam *ſuprà* retulimus *n.*47 Nam Conſul & Patritius præfertur alteri non Patritio,ob magnā huius dignitatis excellentiā quæ in licentiatura non interuenit,& ſic non eſt in conſequentiā trahenda vna dignitas ad aliam. *l.nam ad ea* 5. *D.de legib.* Paruum parua decent, vt ait Horat. *lib.*1.*epiſt.* 7. neque quod de tam magna dignitate ſtatuitur, poterit ad hanc tam minutulam adduci, vt cum incuria alterius, qui locum ſuum habet, præferatur. *l.*3. *C. de offic. præfect.vrbi.*

56 Sed non minimam difficultatem habet explicare, an Patricij Conſules præcederent,vel è contra.Nam in eo articulo & iura & Auctores obſcurè procedunt. Videmus quidem *in l.*3. *infr. de Conſulib.* ſcribi ita. *Nemini ad ſublimem Patritiatus honorem, qui cæteris anteponitur.* Apud Caſſiodor. iam laudatum, Patritiatum vni tantùm cedere, id eſt, Conſulatui, docet *d. formul.*2.idque etiam probat Gratian. *in l.vnic. C.Th. de Conſulib.*ibi,*diuerſa culmina dignitatū conſulatui cedere decernimus. Sed vt Conſulatus præponendus eſt omnibus faſtigiis dignitatum* & Iuſtinian. *Nouell.* 62. ſeu *Auth.de ordine ſenator.*§. *vrbic.ſic, Vrbicaria præf. omnibus aliis præſideat, dignitatibus,id eſt, anteſedeat. & poſt Præfectum cæteri Patricij numerentur, & Conſules,*idem dicitur *in l.*3. *C.de offic. Præfect.vrb.* & à Caſſiodor. *lib.*3.*ep.*11.

57 Verùm in hac vetuſta obſcuraque obſeruatione cenſeo cum Ioan. Sauarone *in not. ad Sidon. lib.*2. *ep.* 13.& Petr.Fabro *lib.*1.*ſemeſt.cap.*2. *ad.fin.* præfectoriam dignitatem minorem fuiſſe Patritia, & Patritiam minorem Conſulari. Nam etſi præfectura ſecunda fuerit poſt Imperatoriam, vt dicam infrà *cap.* 2. hoc obtinuit ante Conſtantinum, vel fuit maior dignitas poteſtate, non dignitate, & amplitudine. Præfectus prætorio totus mancipabatur curæ publicæ Symmach. *lib.*1. *ep.*12. erátque omnium ſollicitudinum moles maxima Præfectura, & grauiſſimū pondus, vt oſtendit Iuret. *ad Symmach.lib.*4. *ep.*73. Conſularis dignitas erat otioſa, honos ſine labore. Mamertin. *in Panegyr. Conſ.* & Caſſiodor. *lib.*6. *formul.* 1. apud quem ita Conſulem alloquitur Theodoricus *Viciſtis felicitate Principes, qui & honores ſummos geritis, & dominationis tædia non habetis.*

58 † Et certum eſt quem poſſe eſſe maiorem reſpectu adminiſtrationis, & minorem reſpectu dignitatis, & è contra: vt de Cardinali non Epiſcopo,qui adminiſtratione maior eſt, non dignitate, cum Epiſcopatus ſit culmen dignitatum, *cap. venerabilis, de præbendis,*cum adductis à Maſtrill. *de magiſt. lib.*4. *c.*13. *ex n.*51.*& ſeq. & lib.*5.*cap.*10. *ex num.*10. Barboſ. *de iure Eccleſiaſt. lib.*1. *c.*4. *n.*24. *& ſeq.*

59 † Et ita *in l.*1. *infr. de Præfect. prætor.* æquiparantur præfecturæ vrbicariæ & magiſtri militum, quas præcedit Conſulatus. Ita Sidonius *d. ep.*13. Maximum iam Imperatorem, alloquitur, & inter alia ait, *Eum priùs in arcem præfectoriam patritiam conſularemque aſcendiſſe,* ita vt de Conſulari tanquam de dignitatis gradu altiori poſtremo loquitur, creſcente nempe oratione, vt aduertit P. Faber, idque idque idem Sidonius comprobauit expreſſius *lib* 5. *ep* 16. ibi, *Votum in commune diſpoſcens, vt ſicut nos vtramque familiam noſtram præfectoriam nacti, etiam Patritiam diuino fauore reddidit us, ita ipſi quam ſuſcipiunt Patritiam faciant conſularem.* (quæ verba falsò attribuit Zoſimo *lib.*2. vir alioqui doctiſſimus & diligentiſſimus Cerda *in aduerſar. cap.* 60. *num.*1.) & probatur quoque *in d l.vn.C.Th.de Conſul.*ibi.*Conſulatus præponēdus eſt omnibus faſtigiis dignitatū in omni actu, ſententia, cœtu.*

Quare *ad d.l.*3. *infr. de Conſul.* reſpondet P. Faber, 60 non eſſe Zenonem *ibi* intelligendum de priſco Conſulatus honore,nam patritiatus eidem cedebat, vt diximus. Quod minimè difficultatem tollit, cùm olim illa dignitas cognita non fuerit, & poſt eius creationem adhuc Conſulatus præcedebat. Gothofredus *in d.l.*3. ita explicat illa verba, *Patritiatus qui cæteris anteponitur,* vt ſit maior Conſulatu ea dignitas, non gradu,ſed duratione,nam conſulatus annuus, Patritiatus perpetuus. Quæ euaſio non conuenit cum verbis tam generalibus.Cuiacius nihil dixit. 61 † Ego planiſſimè dicerem rerum humanarum viciſſitudine Conſulatum ſub Zenone ab illo antiquo ſplendore deflexiſſe, & præpoſitum ei fuiſſe Patritiatum, niſi Auctorum illius temporis ſcripta ab ea opinione reuocarent, quæ omnibus dignitatibus adhuc illum anteponunt & ideò dicebam *in d.l.*3. adiectum eſſe Patritiatum omnibus anteponi, quia vt ad eum perueniretur, neceſſarium erat Conſul fuiſſe, vel Præfectus prætorio, aut vrbi. Vnde cum ille,qui patritiam conſequitur dignitatem, Conſulatus quoque honorem habet non eſt mirum ſi ſemper anteponatur, non quia conſulatu maior, ſed quia Conſulatus præcedit, & viam munit ad Patritiatum, quod indicare videtur Nouell Theodoſij *de Honoratis,* cum dicit, *Quod ſi alterius adiectio dignitatis hanc ſolam* (id eſt, conſularem) *ſuperat, quanto magis duplicata tanti ſuggeſtus infulæ.* 62 † Sed mirum eſt quam obſcurum fit velle explicare qui fuerint hi Patritij, quid curauerint, quid egerint, in quo tanta dignitas conſiſtebat. Vnum duntaxat verbum apud Caſſiodorum *ſup.* inuenio quòd luciſculæ inſtar nobis ſit, vt Patritiatus non fuerit nomen dignitatis, ſed ordinis, cùm plures eſſent Patritij, nihilque iuriſdictionis habebant,ſed erant quaſi Senatus Principes, & iam cæteros ampliſſimos Magiſtratus geſſerant, quemadmodum florente Republica Conſulares viri, vt exiſtimant Hotoman. & Caluin. *de verb iur. verb. Patritij* & toto tempore vitæ durabat hæc dignitas & fuit honor in nomine,vt idem Caſſiodorus teſtatur *lib* 10. *ep.*7. Poſtea labente æuo duces fuerunt exercituum, vt de Beliſario, & Narſete ducibus Iuſtiniani Patritiorum nomine decoratis legimus apud Cuiac. *lib.*10. *obſeru. c.*12. qui epiſtolam Iuſtiniani refert. Tractabant arma & ærarium, & prouincias adminiſtrarunt. vt ex Conſtantino Porphyrog. docet Gothofr. *de offic.dom. Aug. lib.*2. *cap.*19. Buleng. *lib.* 3.*de Imp.Rom.cap.*1.*verſ. Patritij.*

Ex quibus aditus aperitur difficili quæſtioni, & 63 de qua dubitatum fuit in Valliſoletana ciuitate quondam,ſi ſtatuto caueatur vt aliquis in curia Decuriones alios antecellat, prout in multis ciuitatibus ſolent Aquiliferi & arcis Præfecti priuilegia habere,vt potiori loco ſedeāt,& ad decurionatū admittantur Comites,Duces, aut alij titulari Proceres præferendi ſint illis,qui alias prælationem habebant, ex eo,quod huiuſmodi nobiles ex ſtatuto prælationē habent. In qua re dicendum videbatur,huiuſmodi Proceres dignitate illâ præſtante præferendos eſſe, cum ſint digniores, qui minus dignos præcedunt *cap. ſtatuimus, de maior. & obed.* vbi DD. tradunt relati à

Salgag. *de reg. protect. 2. p. c. 9. n. 34.* Maſtrill. *de magiſt. lib. 5. c. 4. n. 6.* Marta *voto* 101. *n. 7.* Georgius *allegat.* 35. *n. 1.* Ludouiſ. *dec.* 301. *n. 3.* Seraph. *dec.* 1445. *n. 3.* Riccius *collect.* 1446. *& in praxi reſol.* 583. *n. 3.* Hermoſilla *in d. prolog. n. 26. & 96.* cùm ſint potiores poſt regiam Maieſtatem in Republica *l. 12. tit. 1. p. 2.* & de Conſilio Regis *l. 4. tit. 4. lib. 2. Rec.* Bald *conſ.* 387. *n. 1. lib. 1.* Cabed *dec.* 213. *n. 6. p. 1.* & in ſuis terris æquiparantur Regi, Maſtrill. *lib. 3. de magiſt. c. 4. n. 161.* dicuntur Illuſtriſſimi, præcedúntque cæteros nobiles, vt idem Maſtrill. aduertit *lib. 4. c. 7. n. 20. cum ſeqq.*

64 Verùm his non obſtantibus contrarium dicendũ eſt, hos ſcilicet titulatos nullam ex eorum dignitate poſſe prætendere exemptionem vt aliis præferantur, cùm non ſedeant in curia tanquam titulati, ſed tanquam Decuriones, iuxta quam qualitatẽ debet præcedere qui aliàs vel prælationem habet, aut ex priuilegio, vel conſuetudine, vt notat gloſ. *verb. prælatus, per tex ibi in cap. à collatione, de appellat. lib 6.* Felin. *in rub. de maior. & obed. col. 2.* Menoch. *conſ.* 52. Boher. *de auctor. Magni Conſ. n. 66. cum ſeq.* Franch. *dec.* 138. Bobadill. *lib. 3. polit. c. 8. n. 20.* & videtur expreſſa pro hac parte *l. 16. tit. 19. p. 2. & l. 11. tit. 18. part. 4.* & Aquilifer non tanquam Decurio prælationem habet, ſed tanquam Aquilifer, & Decurio antiquior, non tanquam Petrus, vel Paulus, ſed tanquam Decurio, quæ qualitas præponderat, ita vt debeat attendi tanquam ea, quæ magis præualet, *l. quæritur* 10. *D. de ſtatu hominum.* Tuſchus *pp. concl. tom. 5. concl.* 295. incipit, *mixtura à potentiori.*

65 † Neque enim nouum eſt poſſe plures perſonas repræſentare vnum. *l. fiſtulas,* 78. *§. fundum. D. de contrah. empt. l. profectitia* 5. *§. fin. D. de iure dot. l. ſi verò* 64. *§. item quidquid* 5. *D. ſolut. matr. l. ſi quis* 5. *§. fin. D. de liber. leg.* cum adductis à Morl. *in emp. tit. de contrah. emt. q. 6. n. 7.* Pinell *in l. 1. C. de bon. mat. 3. part. n. 73. circa fin.* Bobadill. *in polit. lib. 3. c. 8. n. 68.* iunctis quæ adduxi *lib. 1. obſer. c. 7. n. 15.* & ſic Epiſcopus poteſt ſedere in Capitulo, non tanquam Epiſcopus, ſed tanquam Canonicus. *d. cap. à Collatione, de appell. in 6.* notant relati à Hermoſill. *in d. prolog. gl. 2. n. 63. verſ. de Epiſcopo.* Vnde etſi officium decurionatus cum illa qualitate titulati fiat honorabilior & excellentior, *l. ſenatores* 11. *D. de ſenator. l. 1. infr. de primicer.* & magis qualificatus exiſtat, non tamen inde conſequetur, vt potiori loco ſedere debeat contra eum, qui ſuum ius retinet, cùm, vt diximus, ea qualitas tituli & comitiuæ dignitatis non attendatur, ſed qualitas decurionatus, quæ in pertinentibus ad tale officium præſtantior cenſetur, ex doctrina Accurſ. *in § aliam. verb. altiori. Inſt. de bonor. poſſ. ex l. fin. infr. de tyronib. l. 1. §. pen. D. de aqua pluuia l. potiores. C. de offic. rect. prou.* Tiraq. *de nobil. c. 20. n. 52.* cum aliis, quæ adduximus *ſupra* contra Hotomanum.

66 Vt verò ad Conſulum dignitatem reuertamur, illud etiam addendum eſt, Conſulem, vtpotè primum, ſententiam tuliſſe in ſenatu, vt docemur ex Salluſtio *in Catilin.* ibi, *Iulius Sillanus primus ſententiam rogatus, quod eo tempore Conſul deſignatus erat.* Tacit. *lib. 3. Annal. Primus ſententiam rogatus Aurelius Cotta Conſul.* & rurſus, *exemit Druſum Conſulem deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ.* notat Dorleans *ibi.* Sed notabis Conſules nunquam rogari niſi referente Principe. Conſules verò deſignatos & Conſulares viros, vel antiquiores, qui plures conſulatus geſſerant, primæ ſententiæ fuiſſe, vt aduertunt Caſaubon. & Salmaſ. *infrà* referendi poſt Beroald. *ad Sueton. in Claud. c. 6.* ad illa verba, *dicendæ inter conſulares ſententiæ ius eſſet.* Primæque ſententiæ dicebantur non Conſules, ſed Senatores, illorum enim erat rogatio, ſeu relatio, horum ſententiæ dictio. Quis autem ordo rogandarum ſententiarum fuerit in ſenatu, elegantèr explicatur à Iſano Langlæo *lib. 7. ſimeſt. c. 7.* Qui etiam ex Agellio ſcribit varium eum ordinem fuiſſe, & id multoties turbatum honoris, vel ætatis, imò & libidinis cauſa.

† Vnde venit explicandus Spartiani locus difficilis *in Hadriano*, qui ſibi conſuluit quòd Seruianum Conſulem ſecum non fecerit, ne ſcilicet ipſe ſecundo loco poſt Seruianum ſententiam diceret, Bis enim ante Hadrianum Conſul fuerat: verba hæc Spartiani. *Seruiano ſororis viro, cui tantum detulit, vt ei venienti de cubiculo ſemper occurrerit, tertium conſulatũ, nec ſecum tamen, cùm ille bis ante Hadrianum fuiſſet, ne eſſet ſecundæ ſententiæ non petenti ac ſine precatione conceſſit*, quæ hunc habent ſenſum. vt cenſet *ibi* Caſaubon. Hoc ita factum ob Seruiani honorem, nam Hadrianum Imperatoria maieſtas ſupra collegam efferebat, Seruianum verò ſi antiquis moribus fuiſſet locus, ætas, & quod bis Conſul fuiſſet ante Imperatorem, verùm ne eſſet ſecundæ ſententiæ vir ille Hadrianus, noluit vt ſecum Conſul eſſet. Salmaſius hanc explicationem reprehendit, quoniã quoties Princeps ſenatui intererat rogare ſententiã ſolitus non rogari, imò & eo referente Conſules rogati. Cùm abeſſet ſuo ordine res peragebatur, Conſules referebant, & qui primæ ſententiæ erat Conſularis, aut Conſules deſignati ſi qui eſſent, quæ malum igitur ratio eſt, vt Imperatoris collega in Conſulatu ſecundæ ſententiæ fuiſſe dicatur, cùm ipſe Imperator nunquam primæ? Seruianus Conſul ſi eſſet, aut rogabat ſententiam abſente Principe, aut rogabatur eo referente. Cùm rogabat, nullius erat ſententiæ: nam ſententiam non dicit qui rogat. Cùm autem rogabatur, quis dubitat, quin primo loco rogaretur? 67

† Sed ab his ſcrupulis rectè poterit vindicari ſupradicta explicatio Caſauboni. Nam etſi in ſe veritatem habeant, tamen non poteſt negari, quin illis verbis, *ne eſſet ſecundæ ſententiæ*, adiiciat rationem Spartianus, cur Hadrianus Seruianum noluerit collegã in Conſulatu habere. Quapropter immeritò expungit Salmaſius illa verba, & falſi coarguit, cùm ſi abſint à contextu, non poſſit ſciri ſi Hadrianus tantum detulit Seruiano, vt ei venienti occurreret, cur ſecum noluit eſſe Conſulẽ, imò ipſe Conſul eſſe noluit, vt eſſet Seruianus. Admitto & retineo ea verba quæ indicãt tantum detuliſſe Hadrianũ ei viro, ne eſſet ſecundæ ſententiæ, id eſt, ne ſecundo loco loqueretur, etſi poſt Principem neque ſecundo loco ſederet, cùm bis Conſul fuiſſet. 68

Quæ diximus hucuſque circa honores & prærogatiuas Conſulum, non ſolùm habent locum in Conſulibus ordinariis, ſed & in honorariis, nam hi eaſdem prærogatiuas ſibi vendicabant, tanquam ſi verè Conſules eſſent. *l. 4. infr. de Conſul.* ſolitus enim fuit dari conſulatus vel ordinarius, aut ſuffectus, aut honorarius. Ordinarius erat, qui in poteſtate & adminiſtratione dignitatis erant Honorarij, qui honeſtamenta tantùm nominis ſine poteſtate habebat, & titulo tenus purum honorem. Suffecti qui per aliquot menſes ſufficiebantur poteſtate pari, non dignitate, qui & minores dicti, ex Dione liquet *lib.* 48. Nam ab ordinariis annus numerabatur, & dabant nomina faſtis, prænotabantur inſtrumentis, vbicumque annorum ratio erat, vt dicam latè *in l. vn. infr. de oblatio. vot.* & notant Turneb. *lib 5. aduerſ. cap.* 10. Iuſt. Lipſ. *ad Senec. lib. 3. de ira, cap.* 31. ad illa verba, *Dedit duodecim faſces, ſed non fecit ordinarium Conſulem.* Ioan. Sauaro *ad Sidon. lib. 1. ep.* 11. ad illud, *Primus iacebat cornu ſiniſtro Conſul ordinarius Seuerinus.* Iuret. *ad Symmachum lib. 9. ep.* 120. ad illud, *Ordinarius Conſulatus.* Pancirol. *lib. 1. variar. c.* 32. Elias Vinet. *ad Auſonium epig.* 20. 69

† Frequens fuit hæc Conſulum ſuffectorum ſubrogatio, aut ſubſtitutio: ſed rarò anni & tempora, quibus res geſtæ 70

geſtæ fuerant, ſignificabantur per ſuffectorum nomina. Conſules ordinarij fuerunt, qui in Caſſiodori & ideò Seneca, qui Conſul fuiſſe dicitur *in §. reſtituta. Inſt. de fideicomm. hæred.* cùm non reperiatur in faſtis conſularibus, ſuffectus fuit, vt notant *ibi* politiores Interpretes, & præcipuè Pancirol. *lib. 2. theſaur. c.* 178. nam cum Trebellio ſuffectus eſt P. Mario & L. Aſinio, & ob id dixit Auſon. *in gratiar. act.* ibi, *Diues Seneca, nec tamen Conſul. Quintilianus Conſularia ornamenta ſortitus, honeſtamenta nominis potius videtur, quam inſignia poteſtatis habuiſſe. Sed conſulatus ille cuiuſmodi? Ordinario ſuffectus bimeſtri ſpatio interpoſitus in ſexta anni parte conſumptus.* O duo Hiſpaniæ maxima lumina! ſi ordinarium Conſulatum Romæ obtinere non potuiſtis ſub iniquis Principibus, qui tamen annuus erat futurus. Vniuerſus Orbis toto plauſu, toto conſenſu vos habebit in Conſules totius Reipublicæ literariæ perpetuos.

——*Conuexa polus dum ſidera paſcet.*

71 † De his ſuffectis accipiendus eſt iocus Ciceronis, quem refert Trebell. Pollio *in Triginta tyrann in Mario VII.* Nam, vt *Conſul ille* (inquit) *qui ſex pomeridianis horis Conſulatum ſuffectus tenuit, à M Tullio tali adſperſus eſt ioco. Conſulem habuimus tam ſeuerum, tamque cenſorium, vt in eius magiſtratu nemo pranderet, nemo cœnauerit, nemo dormierit,* & ſub Commodo
72 ait Lamprid. vigintiquinque Conſules in vnum annum ſuffectos fuiſſe. † Præterea fuerunt & alij honorarij. Nam Imperatores ad conſiliandos ſibi benemeritos amicóſque remunerandos honorarium Conſulatum inuenerunt, id eſt, titularem, *l. nullus* 60. *ſup. h. t.* iuncta lege noſtra *l. 3. l. 4. infr. de conſul. l. 4. infr. de Principib. agent. in reb. l. 3. in princ. & §. viros 2. C. vbi ſenator. vel clariſſ. l. 2. C. Th. ad leg. Iul.*
73 *repetund. Nouell. 62. §. vrbicariæ. Nouell. 70. in princ.* Symmach. *lib. 9. ep.* 120. † Vnde iam ex his intelliges verba noſtræ legis illa, vel *vt Conſul, vel Conſularis efficiatur.* Conſulares vocat honorarios Conſules, id eſt, qui licet non fuiſſent Conſules, conſularibus inſigniis ornabantur, qui omnes propter ampliſſimam dignitatem non immeritò ab onere decurionatus fuerunt exempti.

## CAPVT II.

*De officio Præfecti prætorio, & Præfecti vrbi, & Magiſtri Militum, pro explicatione verborum noſtræ legis illorum,* ſeu Præfectorum prætorio, *cum ſequentibus*, & tit. infr. de Præfect. præt. *cum aliis rebus non obuiis.*

### SVMMARIVM.

1 *Qui ſcripſerint de dignitate & officio Præfecti prætorio, afferuntur.*
2 *De origine huius dignitatis & progreſſu,* & num. 3.
4 *Locus Caſſiodori expenditur, quo clarius depingitur natura huius dignitatis,* & num. 5.
6 *Carpento vſi Præfecti, & qualis fuerit hæc prærogatiua.*
7 *Præfecti legem condere potuerunt, quia hæc dignitas ab Imperatoria parum diſtabat.*
8 *Præfectus adorabatur ſicut Princeps, & quis adorationis ritus?*
9 *Releuabat tributis prouincias.*
10 *A Præfectorum ſententia non appellabatur, ſed ſupplicabatur, & quid ſit vice ſacra iudicare,* & n. 11.
12 *Locus difficilis Capitolini exponitur & vox* periculum *quid ſignificet?*
13 *Quod priuilegium fuerit Præfectorum verbo ſententiam dicere.*
14 *Præfectus prætorio non ſolùm tractabat res ciuiles, ſed & militares vſque ad Conſtantinum, qui eam dignitatem diuiſit, & fecit Magiſtrum militũ, breuiter tractatur de magiſtro militũ,* & n. 15. & 16.
17 *Decuriones pœnis & quæſtionibus plebeiorum non ſubduntur, niſi à Præfecto prætorio.*
18 *Quid ſit euectio in curſu publico, eius dandæ facultas non erat, niſi in Principe & Præfecto,* & num. 19.
20 *Præco ante Præfectum prætorio admonens omnes vt de via cederent, vel caput aperirent.*
21 *Enſis, aut gladius inſigne Præfecti prætorio, explicatur Capitolinus.*
22 *Præfectura prætorio in quatuor diuiditur ab Conſtantino.*
23 *De Præfecto vrbi tractatus.*
24 *Præfecti vrbi munus & poteſtas.*
25 *An ſecunda fuerit dignitas poſt Imperatorem?*
26 *Probatur fuiſſe tertiam poſt Imperatorem.*
27 *Adducitur Auſonij locus, & explicatur.*
28 *Explicatur Iuuenalis.*
29 *Præfectus vrbi habebat ſub ſua diſpoſitione Præfectum annonæ, breuis eius dignitatis relatio.*

Longiores non erimus in hoc capite, tum quia 1 nolumus nimis tractationem onerare, tum quia de hac dignitate egerint eruditè multi doctiſſimi viri, Petr. Fab. *lib. 1. ſemeſt. cap. 1. & ſeqq.* Pancirol. *in Not. Imp. cap. 5.* Buleng. *lib. tertio de Imp. Rom. cap. ſecundo & 3.* & Guthert. *de offic. domus Aug. libro ſecundo cap. primo & ſeq.* & nos etiam aliqua adduximus non contemnenda *in l. fin. ſup. de canon. largit. titul.* Quapropter aliorum ſcripta, & rectè ſcripta, non tranſcribemus, ſed tantum ſelectiora, vel omiſſa, aut ab eis neglecta pro captu noſtro proponemus.

Non immeritò poſt Conſulum & Patritiorum dignitatem proponit Iuſtinianus *in præſenti* Præfe- 2 ctum prætorio. Namque ipſe non ex Senatorum corpore, ſed ex Equitibus creabatur, id Auguſto Mæcenate ſuadente, ſi credimus Dioni *lib. 52. hiſt.* licèt reclamante Tacito 4. *ann.* & variis aliis teſtimoniis congeſtis à ſupradictis Auctoribus, & Cuiac. *in paratit. ad tit. Cod. de officio Præfecti præt. Orient.* Cùm hæc dignitas non fuerit à prima antiquitate, ſed poſt tranſlatum in Principem Imperium à Cæſaribus inſtituta, vt inſinuat *l. vnic. D. de officio Præfecti præt.* qui ſolebant cohorti prætoriæ. Equitem præficere, qui potentia militari ſibi ſecundus eſſet, vt olim tribunus Celerum, *l. 2. §. populo, D. orig. iur.* vel Magiſter Equitum, vt *in d. l. vnic.* quia *prætorium* erat in caſtris tabernaculũ Ducis, vel Imperatoris, ſumpto nomine ab origine, quia militibus prætorianis præficiebatur, (poſtea aula ipſa Principis, eſt prætorium, *l. fin. Cod. de offic. Rect. Prou.* vbi Gothofred. & Fab. *d. cap. 1.*) & denique exercitibus omnibus licet poſtea in dies hæc dignitas ita honorificentior facta eſt, vt totius Imperij curam ageret. † His cunabu- 3 lis initiata in tantum meruit augeri, vt Titus patris ſui Præfectus fuerit, vt teſtatur Sueton. *in Tito cap. 6.* ibi, *Præfecturam prætorio Titum ſuſcepiſſe, nunquam ad id tempus niſi ab Equite Romano adminiſtratam.* Poſtea Alexander Imp. Præfectos prætorio Senatores eſſe voluit, ne quis non Senator de Romano Senatore cognoſceret, vt Lamprid. *in Alex.* demonſtrat. Nec ſine ratione fuit vt illa dignitas Senatoribus concederetur, quæ ita omnes alias antecellit, vt culmen omnium dignitatum, ars præfectiora, ſpecula honorum, & apex faſtigiúmque dignitatum, & variis aliis elogiis condecoretur. *leg. quilibet* 40. *ſupr. hoc tit. l. 3. infr. de Numerar. l. 2. infr. de curſu publ. l. in honoribus 7. cum ſeq. C. Th. de honor codicill. l. 1. C. de offic. Vicar*

Symmach. *lib.*1. *ep.*12. *&* 20. *& libro* 4. *ep.*73. Ammian. *lib.*17. Sidon. *lib.*3. *epiſt.*6. *& carm.*7. *verſ.*464. Caſſiod. *lib.*6. *epiſt.*3. cum aliis cõgeſtis à Iureto *d. lib.* 1. *miſcell. in Symm. epiſt.*12. Petr. Gregor. *lib.*47. *ſyntag. c.*30. *toto.* Buleng. *d. lib.*3. *c.*2. *verſ. Præfectura tamen* Guther. *d. cap.*1. & ideò Pater Prouinciarum & Imperij appellatur Præfectus à Caſſiod. *lib* 8. *epiſt.*20.

4 Quale itaque fuerit hoc officium, circa quæ munia verſaretur, vnum pro omnibus propono Caſſiodorum, qui egregiè & eleganter illud depinxit *libro* 6. *form.*3. ibi, *Pater appellatur Imperij, & ipſum hodie reſonat vox præconis, inſtituens iudicem ne ſe patiatur eſſe diſſimilem, quædam enim huic dignitati & nobis iura communia ſunt, exhibet enim ſine præſcriptione longinquos, magna quantitate multat errantes, fiſcum pro ſua deliberatione diſtribuit, euectiones ſimili poteſtate largitur, vacantia bona proſcribit, delicta prouincialium iudicum punit, verbo ſententiam dicit. Quid eſt quod non habeat commiſſum, cuius eſt vel ipſe ſermo iudicium? penè eſt, vt leges poſſit condere quando eius reuerentia poteſt negotia ſine appellatione finire. Ingreſſus Palatium noſtra conſuetudine frequenter adoratur, & tale officium morem videtur ſoluere, quod alios potuit accuſare. Poteſtate igitur nulla dignitas eſt æqualis. Vice ſacra vbique iudicat. Nullus ei miles de fori ſui auctoritate præſcribit. Curiales etiam verberat. In officio ſuo ius retinet ſingulare. Militia perfunctis honorem tribuit. Gratanter implemus quæ ille conſtituit, cuius reuerentia & nos ita conſtringimur, vt ſine dubitatione faciamus quæ illum decreuiſſe cognoſcimus.* Non immeritò, *quando palatium ſua prouiſione ſuſtentat, ſeruientibus nobis procurat annonas, humanitates quoque iudicibus ipſis facit, legatos gentium veraces explet ordinationibus ſuis, & licet aliæ dignitates habeant titulos præfinitos ab iſta totum penè geritur quid in Imperio noſtro tractatur. Hanc denique curarum omnium pulcherrimam molem tuis humeris decenter imponimus.*

5 † Hæc & alia Caſſiodorus, quorum aliqua ſi explicauerimus, quanta fuerit huius dignitatis amplitudo aperietur. Nam cùm vniuerſam adminiſtrarem Rempublicam, varia priuilegia habuerunt Præfecti, & multiplex fuit tantæ poteſtatis exercitium, inſignia non pauca, & potentia non parua, quod demonſtrat vno verbo IC. *in d. l. vnic. D. de Præf. præt.* aſſerens Præfectis prætorio datam pleniorem licentiam ad diſciplinæ publicæ emendationem, quòd non ſolùm res pacis, ſed & bellicas, & denique cuncta negotia Imperij comprehendit.

6 In primis carpento vtebatur, vt *d. form.*3. teſtatur Caſſiodor. & Iuſtin. *Nouell.*70. quæ eſt *Auth. vt ordinariæ præfecturæ vrbanæ, cap.*1. quod videtur fuiſſe ſummum priuilegium, nam vt narrant Dio & Sueton. *in Claud. cap.*17. ſic, *Senatus accepto nuntio de ſubacta per Claudium Britannia inter alios honores Claudio vxorique eius Meſſallinæ tributos permiſit, vxorique carpenti vſum, & cap.*11. Claudius decernendum curauit matri carpentum, quo per circum duceretur. Tacit. *lib.*12. *Ann.* ſic, *Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius carpento Capitolium ingredi, qui mos Sacerdotibus & ſacris antiquitus conceſſus venerationem augebat fœminæ*, dicemus latiùs Deo volente, *in tit. infr. de Honoratorum vehicul.* Rationem huius priuilegij videtur indicare Symmach. *lib.*10. *ep.*17. vt veterem Magiſtratum diues pompa geſtaret notat P. Fab. *d. lib.*1. *ſemeſt. c.*3. *in princ.* Iuret. *ad Symm. d. ep.*17. Buleng. *d. lib.*3. *c.*3. Sauaro *in Sidon. lib.*7. *epiſt.*12. *poſt princ.*

7 Proſequitur Caſſiodor. *Quædam eſſe Præfecto & Imperatori communia.* Quoniam Præfectura quoddam erat imperium, neque ab Imperatore diſtabat, niſi quod purpuram non geſtaret, vt ait Eunap. *in vita Philoſoph.* & eâ ratione Macrinus apud Herodian. *l.*2. ait Præfectum prætorio non multum abeſſe à regia poteſtate, & ita firmat Budæus *in d. l. vnic. de offic. Præf. præt.* eius edicta legis vicem obtinebant *l.*2. *C. de offic. Præf. præt. Oriẽt. l. apertiſſimi* 16. *C. de iudiciis, l. ſi fideiuſ.* 27. *C. de fideiuſſor.* & hoc eſt quod dixit Caſſiodorus, *pene eſt vt leges poſſit condere*, notarunt Alciat. *lib.*2. *paradox. cap.*9. & Cuiac. *lib.*6. *obſeru. cap.*10. licet reclamitet Oſvvald. *lib* 28. Donelli *cap* 6. *lit. V.* Quapropter Marcus Antonius, auctore Capitolino *in eo*, iuriſdictionem dedit Præfectis prætorio, vt iura dictarent, quod etiam adſtruere videtur. Sidon *carm.*15. *verſ.*156. Ex quibus ingeſtæ ſub tempore præfecturæ conſpicuus ſanctas reddit ſe Præſule leges. † Ado- 8
rabatúrque ſicut Princeps ipſe, vt ipſe Caſſiodorus oſtendit. Ritus erat purpuram Principis manu tangere, & ad os veneranter admouere. Apuleius *lib.*4. *metamor.* ibi, *Multi denique ciuium inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi, & admouentes oribus ſuis dexteram vt ipſam prorſus Venerem religioſis adorationibus venerabantur.* Congerunt plurima alia loca de hoc adorationis ritu agentes P. Pithæus *lib.*1. *ſucceſſ. aduer. cap.*7. Dorleans *ad Tacit. lib.*1. *annal. p.*54. *& lib.*2. *ann. pag.*273. Demſter. *ad Roſin. lib.*3. *antiq. cap. fin. in fin.* fusè & doctè Lipſ. *lib.*2. *elect. c.*6. Roa *lib.*4. *ſingul. cap.*3. Gothofr. *in l.*1. *infr. de Apparitor Præf. vrb.* & hæc ſummi honoris habita ſunt loco deoſculare, aut adorare dignitates habentes *l. nec cogi* 109. *Cod. Th. de decurion.* † Releuabatque tributis prouincias, vt 9
conſtat ex Sidonio *lib.*7. *epiſt.*12. vbi Ferreolus Præfectus prætorio feſſas & exhauſtas tributis Gallias releuandas eſſe decernit, vbi notat Sauaro ad illud, *Tributario jugo releuaretur.* † A Præfectorũ ſententia 10
non appellabatur, ſed ſupplicabatur Princeps, *l. Præf.* 17. *D. de minor. d. l. vnic. D. de offic. Præf. præt. l. vnic. C. de ſent. Præf. præt. Nouell.*119. quæ eſt *Auth. vt ſponſalit. largitas, cap.*5. *& Nouell.*23. quæ eſt *Auth. de appellation. in princ. verſ. excepta.* vbi Accur. *verb. ſiue magni* & hoc eſt quod dixit Caſſiodor. *Quando eius reuerentia poteſt negotia ſine appellatione finire.* Rationem eius rei tradit Conſtant. *in l. à Proconſulibus* 16. *C. Th. de appellat.* ibi, *A Præfectis autem prætorio, qui ſoli vice ſacra cognoſcere verè dicendi ſunt, prouocari non ſinimus, ne iam noſtra contingi veneratio videatur,* vbi illa verba, *vice ſacra cognoſcere*, idem eſt ac vicem Principis gerere, ſic legimus apud Symmach. *lib.*8. *epiſt.*17. *ſacri auditorij cognitorem*, id eſt, Præfectum prætorio, vt *in l. obiecta* 44. *C. Th. de appellat.* ibi, *Vel ad nos, vel ad cognitorem ſacri auditorij ſolemniter cauſa* (appellationis) *mittatur, l. patris* 28. *C. Th. de appell.* ibi, *qui vice noſtra cognoſcunt, l.*3. *& ſeq. C. Th. de reparation. appell.* etſi non ignorem Præfectũ vrbi hoc idem priuilegium habuiſſe, vt ex eodem Caſſiod. conſtat *lib.*6. *ep.*15. Symmach. *lib.*2. *ep.*30. ſed non ſemper vt Præfecti prætorio, & ob eam cauſam *in dict. l. à Proconſulibus*, adiectum eſt, *vice ſacra cognoſcere verè dicendi ſunt*, quaſi cæteris non ita hoc priuilegiũ conceſſum eſſet. Cùm Præfecti prætorio vbique iudicaret vice ſacra, vt ait Caſſiodor. *ſupra*, Præfectus vrbi ſolum in vrbe. † Solebant itaque Imperatores 11
vices ſuas delegare, *l.*1. *§. interdũ* 4. *D. à quibus appell. non licet l. præcipimus* 32. *§. fin.* ibi, *lite à nobis delegata, C. de appellat.* & Iudices tales dicebantur habere ſacrum auditorium, ſacram cognitionem, & examen, vt *in d. ll.* notatque Iuret. *ſup. de ep.*30. † Hucque ſpectat. 12
Capitolin. *in Marco Anton.* de quo hæc dicit, *Habuit ſecum Præfectos, quorum auctoritate & periculo ſemper iura dictauit*, quæ verba variè accipiunt Caſaubor. & Salmaſ. *ibi.* Iſte ita explicat vt Præfecti periculo ſuo iudicare dicerentur, à quibus appellari non licebat, quos periculi ſui Iudices dicuntur Ammiano

no. Auctoritate igitur ac periculo ſuorum Præfectorum iura ſemper dictauit Marcus, id eſt, Præfectus ſuis poteſtatem abſque prouocatione iudicandi ſemper conceſſit. Sed nimis ieiuna mihi videtur hæc interpretatio. Probo vulgarem, vt dicat Capitolinus non ſolùm Marcum vſum fuiſſe conſilio Præfectorum, verùm & formula ab eis ſcripta vſum. Nam *periculum* ſignificat tabellam, ſeu libellum, vt *in tit. C. de ſententiis ex periculo recitand.* id eſt, de ſententiis quæ debent recitari ex tabella, ex ſcripto, vt patet ex *l.2. & 3. eius tituli*, vbi eleganter obſeruauit Gothofr. & Cuiac. *in l.5. in fin. C. de probation.* & relati ab Oſvval. *lib.28. Donell. cap.3. lit. H*, Neque aſſentior Budæo *in l. fin. D. de ſenator.* Alciato *lib.2. diſpunct. cap.21.* Hotoman. *lib.3. obſeru. cap.20.* quos ſequitur Langlæus *lib.5. ſemeſt. cap.5.* qui malè legebant, *de ſententiis ex breuiculo recitandi.*

13 Vnde patet aditus ad verba illa Caſſiodori *ſuprà*, qui inter cætera priuilegia Præfectorum recenſet, *verbo ſententiam dicere*, quod etiam probatur *in l.2. C. de ſent. ex pericul.* vbi dicitur, iudices ſententiam debere ſcribere, & ex libello, ſeu periculo partibus publicare, exceptis tamen Præfectis prætorio, quibus conceditur per officium ſuum, id eſt, officialem, ſententias definitiuas recitare. Nam non tenetur ſcribere, ſed verbotenus ſententias proferre, propter culmen dignitatis, & ob id addidit Caſſiodor. ibi, *Quid eſt quod non habeat commiſſum, cuius eſt vel ipſe ſermo iudicium:* docent Cuiac. & Gothofred. *in d.l.2.*

14 Proſequitur Caſſiodorus, *nullus ei miles de fori ſui auctoritate præſcribit.* Hoc ideò, quoniam, vt Dio ait *lib.55.* olim ab Auguſto cùm hîc Magiſtratus eſſet creatus, non ſolùm cognoſcebat de artibus pacis, ſed etiam & de omni re bellica, vt Zoſimus quoque probat *lib. 2.* qui de præfecto ita ait. *Cùm eſſent duo Præfecti prætorio, qui hoc officium communiter gerebant, nec Palatini tantùm ordines eorum cura poteſtatéque gubernabantur, ſed etiam ij, quibus vrbis erat commiſſa cuſtodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim Præfectorum prætorio magiſtratus, qui poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur, annonas erogabat, & contra militarem diſciplinam admiſſa conuenientibus pœnis corrigebat. Nam cùm præeſſent vbique locorum militibus, non modo centurionibus, & tribunis, verùm etiam ducibus, ſic enim appellabantur, qui quolibet in loco prætorum vicem obtinebant*, & ſub Conſtantino Imperatore, vt Auctor eſt Ammian. *lib.21.* cunctæ caſtrenſes & ordinariæ poteſtates, vt honorum omnium apicem priſcæ reuerentiæ more Præfectos ſemper ſuſpexere prætorianos. Confirmat id quoque Euagrius *lib.1. cap.19.* ibi, *Cyrus ad maximum tribunal Præfectorum euectus eſt, quem Præfectum prætorio vocant, & occidentis exercitibus eſt præpoſitus.* Confert quod Iulius Capitolin. *in Gordiano tertio*, de Miſithæo Præfecto prætorio adducit his verbis, *Idem cum eſſet Præfectus, arma militum ſemper inſpexit, nullum ſenem militare paſſus eſt, nullum puerum annonas accipere. Caſtra omnia foſſato circuibat. Tribuni & duces, vſque adeò eum timuerunt, & amauerunt, vt neque vellent peccare*, idque confirmat Veget. *lib.2. de re*
15 *milit. cap.21.* † Conſtantinus verò Imperator vt hanc dignitatem frangeret, vt *infrà* dicam, hanc portionem rei militaris à Præfectis abduxit, & in alium tranſtulit, quem Magiſtrum militum nominauit, cui poſt militum cura fuit commiſſa, vt teſtatur Zoſimus ſic loquens, *Sub Magiſtris militum inſtitutis, altero Equitum, altero peditum, & in hos tranſlata poteſtate militum ordinandorum & coërcendi delinquentes hac etiam in parte Præfectorum auctoritati detraxit.* Huius officium non minus illuſtre, quàm Præfectorum, nam ſicut hi in Reipublicæ adminiſtratione curam gerebant Magiſtri militum in re militari, & in milites magnam poteſtatem, nam ciuiles & criminales eorum cauſas diſceptabant, *l. pen. C. de officio Præf. præt. Orien. l.1. C. de offic. magiſt. mil. l.penult. C. de iudic. l.penul. C. de iuriſdict. l.1. C. de exhiben. reis, l. vnic. C. ne rei milit. comitib.* & ſicut Præfectura fuit ſecunda dignitas poſt Imperatoriam, ita & Magiſteria poteſtas, teſte D.Hieronym. *in Ezech. cap.23.* docent Pancirol. *in Not. Imp. cap.30.31. & 38.* & eo non relato Buleng. *lib.3. cap.12.* & Godeſcal. Stevvech. *in com. ad Veget. lib.2. cap.9.* qui fatetur diu quæſiuiſſe, quonam tempore cœperint huiuſmodi Magiſtri militum, ſed nihil certi de iis reperiſſe, cùm tamen Zozimus clarè à Conſtantino Magno inſtitutos fuiſſe perhibeat. † Etſi contra eius auctorita- 16
tem velit Bulenger. *vbi proximè verſ. magiſtros militum*, hoc officium iam inde ante Conſtantinum in vſu fuiſſe, cùm Vopiſcus teſtetur Aurelianum Magiſtrum militum per Thracias fuiſſe, & Metaphraſtes quemdam Theophilum ſub Decio Magiſtrum militum faciat. Sed inde multò magis in hoc hallucinaſſe Bulengerum, quàm Zoſimum, agnoſces ex Vegetio *lib.2. de re mil. cap.9.* qui hæc ſcribit. *Sed legati Imperatoris ex Conſularibus ad exercitus mittebantur, quibus legiones obtemperabant in ordinatione pacis, & neceſſitate bellorum, in quorum locum nunc illuſtres viros conſtat Magiſtros militum ſubſtitutos.* Cum ergo Vegetius floruerit ſub Valentiniano, ſiue malis I. vel II. vix credi poteſt ante Conſtantinum Magiſtrum militum fuiſſe. Hanc difficultatem ante Bulengerum attigit doctiſſimus Pancirolus, cui omnia bonus Bulenger ſuffuratur. Sed eam diſſoluendam iudico cum Salmaſ. *in Not. ad Vopiſc. in Aurelian.* ad illa verba. *Tuo magiſterio milites vti volo*, *pag 358.* qui ait tempore Aureliani nondum certum fuiſſe officium Magiſtri, ſed ferè ita vocatos illos, aut quibus bellum aliquod extra ordinem gerendum mandabatur, vt Aureliano *in Vopiſci loco*, Claudius bellum aduerſus Gothos commiſit, aut ducum Vicarios, qui Legatorum vicem implebant, qui exercitum ducebant, aut limitem habebant, & ita res & appellatio illa erat vaga & incerta; vſque dum Conſtantinus militum Magiſtros conſtituit, ad quos ſumma rei bellicæ pertineret. Quomodo enim ſtare poſſet vox *nunc* in Vegetio, ſi iam inde ab antiquis Imperatoribus vſurparetur illud officium? & quamuis Salmaſius affirmet in Codicibus aliquibus eam vocem deſiderari, retinenda eſt cum Stevvechio *ibidem.* Cætera quæ ad eius dignitatis amplitudinem aperiendam pertinent, tractant *ſuprà* allegati, ad quos ea remittimus.

Vt ergo ad Caſſiadorum redeamus, ſubiicit & 17
de Præfecto *Curiales verberat.* Nam curialis non poterat à Iudicibus, vel Prouinciarum Rectoribus tormentis, vel plebeiorum verberibus affici, neque aliis pœnis ſubdi, *l. omnes 33. l. ne quis 38. ſup. hoc tit. de decur. l. Diuo 11. l. decuriones 16. C. de quæſtionib. l.2. §. in filiis cum ſeq. l. fin. D. de decurion.* tradit Pancirol. *de Magiſtrat. cap.6.* At propter ampliſſimam dignitatem Præfectus Decuriones verberare poterat, quod indicat *l. quilibet 40. ſup. h. t.* vbi ſi Decurio ſit pecuniæ publicæ decoctor, ait lex, *non ſolùm à vobis* (id eſt, Præfectis) *quibus propter loci dignitatem rerum ſumma commiſſa eſt, verum & à Iudicibus plumbatarum ictibus ſubiiciatur*, quaſi denotet Præfectum curiales verberare poſſe, quod non niſi in caſu decoctionis cæteris Iudicibus licebat.

18 Sed non eſt omittendum aliud ſingulare priuilegium Præfectorum, quod notat Caſſiodorus illis verbis, *euectiones ſimili poteſtate largitur.* Ad quorum declarationem, vt dicam, Deo annuente, *in tit. infr. de curſu publ.* ſcias totum ius curſus publici in poteſtate fuiſſe Principum, neque paſſim omnibus permiſſum, *l. iudicibus 9. infr. de curſu publ.* & ita nemo curſum ſua auctoritate inſtituere poterat, neque equos, aut vehicula ſumere, niſi Principis auctoritate, adeò vt iudices, vel cuſtodes publici curſus nullum tranſire paterentur, niſi euictionis ius à Principe impetraret, *l. 3. l. euectionum 6. l. iudicibus 9. infr. de curſu publ.* ecce autem *euectio* conceſſio & facultas, vt quis publico curſu vti poſſet, & iter facere, aliàs dicitur, *tomа, codicilli, ſynthema & tractoria*, vt probant Briſſon. & reliqui *verb. euectio.* Cuiac. *in d.l.3. & in leg. 1. infr. de tractoriis.* Iuret. *lib. 9. Symm. ep 23.* Pancirol. *in Not. Imp. cap. 6.* Caſaubon. *ad Sueton. lib. 2. pag. 28.* ipſi *p. 87.* Bulenger. *lib. 6. de Imp. Rom. cap. 29.* Guther. *de offic. domus Aug. lib. 3. cap. 15.* & noſter Did. Perez *in l. 55. tit. 19. lib. 8. ordinam.* Hæc euectio diem certum habebat, intra quem veredis vti licebat, & eo elapſo irrita fiebat, *d. l. 3.* & huc ſpectat D. Paulin. *libro 4. de vita S. Martini.*

*Dicite quid veſtri velox euectio Regis*
*Efficiat tardante Deo.*

Et ob id à currentibus tam Iudices, quàm curioſi euectionem ſibi exhiberi poſtulabant, ne quis contra euectionis auctoritatem moueret curſum, vel amplius vtatur, quàm conceſſit euectio, *l. 2. infr. de curioſis.* Aliàs autem ſi ſine euectione iter faceret, vel ſi eam non oſtenderet, retinebatur vbicumque fuerat repertus, *l. euectiones 8. l. ſi quiſpiam 59. C. Th. de curſu public.* & ſi plures equos, quàm euectio continebat, vſurpabat, capitalem rem feciſſe credebatur, *l. qui contra 14. C. Th. de curſu public.* Quapropter non ſolùm inſpicienda erat euectio, verùm & ſubnotanda *l. cunctos 22. C. Th. illo tit.* ita vt qui falſo diplomate vſus fuerit, pro facti qualitate puniebatur, iuxta Modeſtinum ita accipiendum *in l. eos 27. §. fin, D. ad l. Cornel. de falſ.* notant Cuiac. *in d. l. 3. & in d. l. 1. infr. de tractoriis*, vbi diplomatis formulam ex Marculpho Monacho refert, & notant plures, quos, ſi Deus annuat, adducam *in tit. infr. de curſu publ.*
19 † Harum euectionum dandarum facultatem nullus præter Principem habuit, niſi Præfectus prætorio, aut Proconſul. *l. iudicibus, iuncta epigraphe, infr. de curſu publ. l. faciende 40. C. Th. eòd.* Plin. *lib. 10. ep. 65. & ep. penul.* Caſſiod. *d. lib. 6. for. 3.* notant *ſuprà relati*, & Iuret. *ad Symm. lib. 1. ep. 18.* aliis autem rarò, & non niſi merentibus concedebatur, *l. 4. C. Th. illo tit. l. nullus 44. eod.* Adeóque hoc ius ſummæ auctoritatis fuit, vt Symmachus *lib. 7. ep. 105.* ob eius impetrationem gratias agat, cuius facultatis conceſſio tanquam extraordinaria extat *in l. magnifica 19. C. Th. de curſu publ.* quæ dirigitur Symmacho Præfecto Vrbi. Aliquando illuſtribus viris poteſtas hæc delata eſt potius honoris cauſa, quàm vſus, vt videmus *in l. meminimus 54. C. Th. illo tit.* & videtur eò reſpicere Symmach. *lib. 7. epiſt. 95.* obſeruat Iuret. *ſup.* cuius verba, eo non relato, vt ſolet, tranſcribit Buleng. *d. lib. 6. cap. 35. in fin.* videndus quoque erit Baron. *3. tom. Annal. anno 314.* Menoch. *de arbitrar. caſu 2. numero 5. & caſ. 229. numero 4.* Parlador. *lib. 2. quotid. cap. 19. numero 4.* Vnde cùm huiuſmodi facultas euectionis Principi tantùm reſeruaretur, & Præfectis, non immeritò dixit Caſſiodorus, *euectiones ſimili*
0 *poteſtate largitur*, id eſt, ſicut ipſe Princeps. † His denique aliam prærogatiuam adiiciemus, quâ dignitas Præfecti auguſtior erat, quam non omiſit elegantiſſimus Caſſiodorus illic, *Ipſum hodieque reſonat vox præconis.* Nam ante Præfectum clamabat præco, quem præibat, omneſque admonebat caput aperire, de via cedere, aſſurgere, equo deſilire, vt docet Seruius Honorat. *ad Virg. lib. 11. Æneid. ad illum verſ. 500.*

*—— Ab equo Regina ſub ipſis*
*Deſiliit.*

Sicque præco huius dignitatis fuit inſigne & anteambulo, quod & ita probat ipſe Caſſiodor. *lib. 2. diuin. Scrip.* his verbis, *Si Præfectum vox præconis enuntiet, ſi carpentum ipſius ſtrepentibus rotis tranſire noſcamus, nonne, omnes voluptates cordis adiicimus dum conſpectum ipſius reuerentiamque metuimus.* Sidon. *lib 7. epiſt. 12.* ibi, *Iſſet per auitas tibi ſtilus noſter curules, patritias nihilominus infulas enumeraturus non tacuiſſet triplices præfecturas, & Syagrio tuo pro toties mutatis præconibus præconia non negaſſet.* D. Baſilius *concione 4.* ita, *Adde diuitiis ciuilem quoque potentiam, honores delatos à Principibus, præcones honorifica voce perſonantes ante ipſum* D. Ambroſ. *lib. 3. Hexaëmer.* ſic, *Clarus honoribus, præeminens poteſtatibus, tribunalibus celſus, ſolio ſublimis dum præconum clamore deducitur ſubita conuerſione in carcerem rapitur*, obſeruant Iuret. *ad Symm. lib. 10. ep. 17.* Ioan. Sauar. *ad Sidon. lib. 1. ep. 3.* Bulenger. *lib. 3. de Imper. cap. 3. verſ. ſed de præconis.* Pithæus *libro 1. aduerſ. cap. 15.* congruunt tradita à Lipſio *lib. 1. elect. cap. 23.* & nos dicemus *in l. vn. infr. de Quæſtoribus* ad illa verba, *Acclamatione excipiantur ſolita, nec prætereantur vt incogniti.*

Præterea inſigne fuit Præfectorum enſis, ſiue 21 gladius, quo accingi ſolebat ab Imperatore, quod ex Herodiano *lib. 3.* & aliis obſeruauit doctiſſimus & multæ lectionis vir P. Fab. *dicto lib. 1. ſemeſt. cap. 3.* & ab eo omnia deſumpſit, ſolito more, id eſt, tacens Auctorem Bulenger. *lib. 2. cap. 16. & lib. 3. cap. 3. ad fin.* notarunt quoque Roſin. *lib. 7. antiq. cap. 33. ad fin.* & Pancirol. *in Notit. cap. 6. verſ. creatum*, & poſt omnes Gutherr. *lib. 2. de offic. dom. cap. 1. verſ. Præfecto.* Quod videtur factum in ſignum maximæ poteſtatis. Ad idque alluſit Tra- 58 ianus cùm Sullam Licinium ad eam dignitatem promoueret, nam nudum enſem tradens, dixit, *Accipe hunc enſem, quo ſi rectè imperauero, pro me vteris, ſin minus, contra me vertes*, vt teſtantur Xiphilin. *in Traiano & Dio.* Hinc præter omnes accipient lucem verba Capitolini *in Gordianis* illa, *Poſt ventum Carthaginem cum pompa regali & faſcibus laureatis, filiuſque legatus patris gladij poteſtate ſuccinctus eſt*, quod idem eſt ac legatum filium, qui erat patris, poſtea ab eo creatum Præfectum prætorio, ita liquet ex Aurelio Victore *lib. 2. hiſt. in Gordian.* qui ait, *Milites Gordiani filium, qui fortè contubernio patris prætextatus, ac deinceps Præfectus prætorio intererat Auguſtum creauere*, reliqua pete ex allegatis, & præcipuè Petro Fabro.

Hæc ſunt veluti quædam lineæ huius clariſſimæ 22 dignitatis, quas iam adducti loculentius depingunt, omnibúſque coloribus exprimunt, nos in ea deſcribenda defeſſi ſumus, cùm neſciamus quæ rectè ab aliis ſunt deſcripta tranſcribere. Illud tantùm reſtat adiicere, quòd cùm Præfectorum magna eſſet potentia & auctoritas, ita vt Imperatoribus formidabiles eſſent, ſiquidem apud varios Principes plurimum valuiſſe, refert ex multis P.Fab. *d. lib. 1. cap. 2. verſ. atque vt ex vnc.* adeò vt de Hadriano refert Spartian. Tatiani ſui

Præfecti

Præfecti potentiam, cùm ferre nequiret, eum obtruncare conatum quod & alij Imperatores fecêre. Conſtantinus Magnus eorum potentia infenſus poteſtatem tantam minuere decreuit, & immenſam illam auctoritatem diuiſit. Nam pro duobus quatuor Præfectos inſtituit, & in quatuor imperia diſcerpſit, vnumque Orienti, aliud Illyrico, tertium Italiæ & Africæ, quartum Galliis, Hiſpaniis & Britanniæ præfecit, & ciuilia tantum tractare negotia iuſſit, vt teſtatur Zoſimus *lib.* 2. præfuit Præfectus Orientis pluribus prouinciis, quas referunt Panciról. *in Not. capit.* 5. Bulenger. *dict. libro* 3. *cap.* 4. Gutherr. *de offic. d. lib.* 2. *cap.* 6. Ægypto nempe cum Lybia & Meſopotamia, Cilicia, Cappadocia, Armenia, Pamphylia, Thracia, Myſia, cum aliis. Alter Præfectus Illyrici habuit ſub ſe Macedoniam, Achaiam, Daciam, Theſſaliam, Cretam, Græciam, Epirum, Pannoniam & alias. Præfectus Italiæ Africam, Italiam, Illyricum alterum cum cæteris inſulis. Præfectus vltimus Gallias, Hiſpanias, Britanniam. Docent latiùs *ſupra* dicti, quos adeat qui plura videre cupiat, & multa, quæ de hoc vltimo Præfecto Galliarum diximus *ad l.* 4. *ſup. de Can. largit. tit.*

23 Subſequitur in lege noſtra, *vel Vrbicariam, in ipſo tamen actu meruerit præfecturam*, eximit Iuſtinianus à Curiali fortuna cum cæteris dignitatibus vrbicariam præfecturam, id eſt, Præfectum vrbi, cuius dignitatem vocat *vrbicariam*, ab vrbe nempe, (quemadmodum illius ſæculi auctoribus dicitur *vrbicaria & ſuburbicaria regio*, *l.* 3. *Cod. Th.* tributa in ipſis ſpeciebus inferri *l.* 14. *Cod. Th. de indulgent. deb.* & in aliis locis congeſtis à Iureto *lib.* 2. *miſcell. in Symmach. ep.* 74. & Salmaſ. *ad Trebell.* Pollion. *in trigint. Tyrann. cap. de Tetrico ſeniore pag.* 314. *cum ſeqq.*) Præfectus nempe vrbi omnes prouincias & populos qui intra centeſimum lapidem definiuntur, iudicabat, *l.* 1. *ff. de offic. Præf. vrbi*, ibi, extra vrbem intra Italiam, *&* §. 4. ibi,
24 *ſed & ſi quid intra centeſimum milliarium.* † Hunc magiſtratum ab Auguſto primum creatum docet Dio *lib.* 52. vt cauſas omnes quæ in vrbe & in prouinciis vrbicariis contingebant; per appellationem iudicaret, *dict. l.* 1. Senatui præerat, ideo Senatus Princeps dictus, Senatorum iura tuebatur, & de illis iudicabat Symmach. *lib.* 2. *ep.* 75. *& lib.* 10. *ep.* 62. Caſſiodor. *lib.* 6. *form.* 4. & probat *l.* 4. *Cod. Th. de iuriſdictio. l. quia nonnulli* 10. *C. Th. de maleficis*, *l. prouincialis* 13. *Cod. Th. de accuſat.* docent Iuret. *ad Symmach.* in dictis locis, Bulenger. *lib.* 3. *de Imp. cap.* 1. Sanaro *ad Sidon. infrà* referendus. Regebat item, & plebem, vnde Rector vrbis dictus Sidonius *lib.* 9. *ep.* 16.

*Qui patrum ac plebis ſimul vnus olim iura gubernet.*

25 † Vnde non immeritò ſecunda poſt Imperatorem dignitas hæc vrbanæ præfecturæ Romæ, & intra centeſimum lapidem, vt docet vetus Scholiaſtes Iuuenal. ad illud *Saty.* 10.

—— *Deinde ex facie toto orbe ſecunda.*

Qui ait, *quia præfectus vrbi fuit*, quod etiam ſequitur Autumnus *ibi*, & Ioan. Sauaro *ad Sidon. d. cap.* 11 *verſ. præfectus vrbi.*

26 Verùm mihi non arrident, nam hæc dignitas etſi maxima, ad quam ciuilium rerum ſumma pertinebat, non equidem fuit ſecunda poſt Principem, ſed tertia. Primáque conſulatus habebatur, Præfectura prætorij ſecunda, tertia vrbicaria, ita eas enumerat dignitates Trebellius Pollio *in Triginta Tyrann. Cenſorino. Cenſorinus vir planè militaris, & antiqua in curia dignitatis, bis Conſul, bis Præfectus Prætorij, ter Præfectus vrbi.* vbi id notat Salmaſ. qui ordinem hunc plurimis inſcriptionibus aſſignatum teſtatur, quibus adiice legem noſtram, quæ talem ſucceſſionem deſignat Patritios (qui iam eo tempore in ſumma dignitate) Conſules, Præfectos prætorio, & poſtea Præfectos vrbi, *& tit. infr. de Præfectis prætorio, ſiue vrbi, l. de Sardinia* 17. *Cod. Th. de appellat.* etſi non ignorem aliquando anteponi vrbi Præfectum, vt *in l.* 1. *infr. de Præfect. præt.* † Extra omne dubium cer- 27
tum eſt hanc præfecturam tertium locum obtinuiſſe, quod demonſtratur ex Auſonio *in Moſella*, *ſeu Eidyl.* 1. *verſ.* 406. quem adducit Sauaro & Bulenger. *ſup.*

*Atque Italûm populos Aquiloni genaſque Britannos*
*Præfecturarum titulo tenuere ſecundo,*
*Quique caput quoque Romam populumque patreſque,*
*Tantùm non primo rexit ſub nomine, quamuis.*
*Par fuerit primis.*

Quid eſt enim *titulus ſecundus præfecturarum*, niſi præfectura vrbis. Quid, *non primo rexit ſub nomine*? niſi, non fuit Præfectus prætorio, ſed vrbis? etſi par & æqualis dignitas cum præfectoria, *l.* 1. *infr. de Præfecto præt. ſiue vrbi*, ibi, *Præfectum vrbi, & præfectum prætorio, & magiſtros Equitum & peditum indiſcretæ ducimus dignitatis.* Quæ lex tempore Auſonij lata eſt, cùm habeat auctorem Gratianum Imperatorem eius diſcipulum. † Iuue- 28
nalis itaque *faciem ſecundam* vocat Seiani reſpectu poteſtatis & imperij, nam ita gratia plurimum valuit apud Tiberium, vt ſecundus poſt Principem fuerit. † Habebat & ſub ſe Præfectus vrbi, Præ- 29
fectum annonæ, qui vtilitatis cauſa creatus curabat annonam ne pannis abundantia deficeret (ob idque eius fuit magna poteſtas, vt teſtatur Boethius *lib.* 3. *de conſol. proſ.* 4. & ex aliis obſeruant Bulenger. *lib.* 6. *de Imp. cap.* 2. Panciról. *in Not. Orient. cap.* 2. *& occid. cap.* 5.) Quod indicat *Not. Imp.* & Caſſiodor. *lib.* 6. *formul.* 18. & D. Ambroſ. *libro* 3. *de offic. cap.* 7. vnde eius excellentia cognoſci poterit vt à curiali fortuna liberetur in præſenti.

## CAPVT III.

*De Patrono, ſeu Aduocato fiſci, quale fuerit eius munus, à quo introductum? Quibus priuilegiis ornatus ſit olim & hodie fiſcalis Regius? Pro explicatione illorum verborum noſtræ legis,* ſed & tam prælaturæ, *extrahuntur in lucem multa & ſcholis & foro conducibilia.*

### SVMMARIVM.

1 *Proponitur ad litteram noſtræ legis emendatio Cuiacij, & repudiatur, & de officio Quæſtoris tantillum ſcribitur.*
2 *Littera ſine emendatione explicatur.*
3 *Auctor in gratiam fiſcalium regiorum cùm ipſe hoc officium exercuerit Granatæ, intendit de ea dignitate tractare.*
4 *Officium fiſcalis inuentum fuit ab Hadriano Imperatore.*
5 *Procuratores Cæſaris ab initio res fiſci peragebant.*
6 *Fiſci patroni eligebantur ex numero Aduocatorum.*
7 *Quid ſit eligi patronus fiſci* ex formula forenſi?
8 *Ad patronatum fiſci aſſumpti homines grauiſſimi & doctiſſimi.*

9 Fiſci

9 *Fiſci patronus ſtrenas accipiebat à manu Principis, tentatur explicatio* l. laudabile 4. C. de Aduocat.diuerſ. iudicum.

10 *Strenas dare conſueuerunt Imperatores Conſiſtorianis Comitibus, id eſt, ſuis Conſiliariis.*

11 *Quid ſit* Conſiſtorium.

12 *Quid ſignificent verba* d. l. laudabile, noſtræ ſerenitatis manu puncti, &c. *proponuntur variæ emendationes, & explicationes*, & n.13.14. & 15.

16 *Reijcitur obiter Rebuffus,*

17 *Aliud priuilegium fiſcalis, vt poſſit offerre Principi duos domeſticos.*

18 *Expenduntur alia priuilegia fiſcalis remiſſiuè.*

19 *Fiſci patronatus ſeminarium maiorum dignitatum fuiſſe, probatur exemplis.*

20 L. vniuerſi 9. C. vbi cauſæ fiſcal. *remiſſiuè exponitur.*

21 *De auctoritate fiſcalium ex noſtris legibus, quæ deſumitur ex perpetuitate dignitatis, & repræſentatione regni.*

22 *Aduocatio fiſcalis dicitur dignitas.*

23 *Princeps eſt fons & principium honorum.*

24 *Præcipua dignitatis huius prærogatiua conſiſtens in ſeſſione, expenduntúrque regis ſchedulæ ordinationum Cancellariæ Granatenſis*, & num.25. 26.

27 *Ex ſeſſione æquali data fiſcali conſequenter cætera quæ ad reuerentiam omnimodam pertinent conceſſa videntur.*

28 *Plus honoris confert ſeſſio cum alio, quam ſalutatio expenduntur in id aliqua iura ad propoſitum conducentia.*

29 *Expenduntur verba illa ſchedulæ*, que los fiſcales tengan mucha authoridad, *&* n.30.

31 *Adducitur locus Heſther de eo, quem Rex honorare cupit, & applicatur ab auctore honori regio fiſcali exhibendo, & de veſte conceſſa Auditoribus & fiſcali, vt à cæteris ſecernantur*, & numero 32.

33 *Fiſcalis Regem ipſe ſolus repræſentat, Auditores verò collegiatim.*

34 *Fiſcalis dicitur de Conſilio Regis.*

35 *Fiſcalis dicitur eſſe de corpore Senatorum, & vnum cum eis componit corpus*, & n.36.

37 *Res eſt improportionata, vt membra capiti non conueniant.*

38 *Maior honos attribuitur Auditoribus ex maiori honori fiſcali ab eis exhibito, quia Princeps ex eo magis laudatur, quod exemplis demonſtratur*, & n.39.

40 *Quoad præcedentias & honores ſemper attendenda eſt conſuetudo, & exemplar Concilij ſupremi*, & n.41. *explicatur quomodo hoc intelligendum ſit?* & n.42.

43 *Explicatur verſus obſcurus noſtræ legis, diſſeritur raptim de adoptione ex tribus maribus* ad l. penult. §. quæ autem 3. Cod. de adoptionibus.

1 Antequam vlteriùs progrediamur, remouenda eſt difficultas, quam obiicit littera huius verſus noſtræ legis, quam hoc capite explicare intendimus. Nam ita ait Iuſtinianus, *Tam præfecturæ quæſtoris, quàm viri eloquentiſſimi fiſci patroni, tam præfecturæ quæ Orientalibus & Illyricianis præſidenti ſedibus, quàm vrbicariæ nexibus curiæ liberantur, cum ad fiſci patronatum peruenerint.* hunc locum corruptum eſſe cenſent Cuiac. *hîc*, & expungit voces illas, *Præfecturæ quæſtoris*, & ita legit, *Sed & viri eloquentiſſimi fiſci patroni, tum præfecturæ quæ Orientalibus & Illyricianis præſidet ſedibus, quàm vrbicariæ.* Sed neſcio, etſi ei adhæreat quoque Gothofredus, quâ ratione ad hoc priuilegium ne curiæ teneantur admittat Cuiacius fiſci patronos, at Quæſtores repudiet, cùm Quæſtores fuerint litterati, & in maxima dignitate conſtituti, ſiquidem ſi claræ ſunt dignitates, quantum Principis conſpectu & affatu perfruuntur nulla maior eſſe poteſt & glorioſior, quàm illa quæ eſt in cogitatione Principis ſuſcepta, vt verba de eius dignitatis amplitudine à Caſſiodoro ſcripta detorqueam. Ad Quæſtoris officium pertinebat orationes Imperatorum & cætera Senatui nota facere, petitionibus ſubſcribere, reſponſa reddere, leges dictare, preces ac reſponſa ſubnotare; vt conſtat ex Caſſiod. *lib.6. form.5.* vbi Broſſæus notat, Buleng. *lib.3. Imper. cap.15.* & nos latiùs dicemus pro priori loco *in l. vn. infr. de quæſtorib.* & ſic non immeritò cum aliis ſummis dignitatibus à Iuſtiniano quo ad
illud priuilegium æquatur † Adhæreo Accurſio, 2
qui ante illa verba, *tam præfecturæ*, adiicit punctum, vt ſit nominandi caſus, eo ſenſu, id eſt, dignitates Quæſtoris & fiſci patroni, tam præfecturæ Orientalis, quàm Illyricianæ & vrbicariæ, id eſt, tam Præfecti prætorio Orientis, quàm Illyrici, vel Præfecti vrbi, id eſt, fiſcales Aduocati fori Præfectorum Orientis & vrbicarij. Nam huiuſmodi Præfecti habuerunt ſua auditoria & tribunalia, vbi cauſæ agebantur, *l. lecta* 40. *D. ſi cert. pet. l. quoties* 18. *l. penul. C. Th. de appellat.* ibi, *Præfecturum prætorio & vrbi ſacrum auditorium. l. iubemus* 17. *& toto tit. C. de Aduoc. diuer. iudicum, cum tit. ſeq.* habuerúntque ſimiliter ſuos fiſci Aduocatos, *l. cum aduocatio.* 8. *l. binos*, 10. *l. ſancimus* 12. cum aliis *illo tit.* qui in præſenti à curiæ nexibus abſoluuntur. Ergo vox illa *Præfectura*, idem ſonat ac dignitates, vt *Nouell.*70. quæ eſt, *Auth. vt ordinariæ præfecturæ, in princ.* ibi, *Nam & magiſterium militiæ præfecturam eſſe noſtræ dicunt leges.*

3 De Patrono fiſci ſecundo loco agit Iuſtin. de quo quia ab Interpretibus noſtris vix quidquam coniunctum & vno tractu dictum eſt, etſi D. Franciſcus de Alfaro integrum librum ediderit de officio fiſcalis, doctum ſanè, & vtilem, tamen quia ferè omnia magis ad iura fiſcalia pertinent, quàm ad eius dignitatis cognitionem, ideo nos quæ propriora iudicabimus proponemus, breuiter quidem, in gratiam huius officij, ad quod beneuolentiâ Regiâ ſumus erecti, vt illud in Granatenſi curia exerceremus. Vnde cùm id munus fuerit primum quod à Principis noſtri liberalitate acceperim, non videbor inconcinnus & ingratus, ſi occaſione noſtræ legis quæ labore noſtro ſelegimus nunc ſcribere.

4 Fuit hoc fiſcale officium inuentum Hadriani Imperatoris, teſte Spartiano *in eo, pag.*10. à quo acceperunt cum Budæo P. Gregor. *lib.49. ſyntag. capit.7. num.5.* Briſſon. *lib.3. antiq. cap.*21. Cuiac. *in recitat. ad l.*31. §. *Diuus D. de iure fiſci*, Garcia *de nobilit. gloſ.3. num.*17. Maſtrill. *de Magiſtr. libro 5. capit.9. num.*64. D. Ioan. de Eſcobar. *de puritate 2.p. quæſt.*8. *num.*11. in quo lapſus fuit magna incuria Leuin. Torrent. *ad Sueton. in Claud. cap.*12. hoc
Alexandro Seuero attribuens. † Res fiſci à princi- 5
pio tractarunt qui Procuratores Cæſaris appellantur, vt notauit Caſaubon. *ad Spartian. ſup.* & P. Greg. *d. cap.7. num.2.* Hadrianus verò hoc officium introduxit, grauiſſimum ſanè, vtpotè portio eius, quod eo tempore Præſidibus æquabatur, vt
dixi *in l.2. num.3. ſup. de iure fiſci.* † Eligebantur 6
duo fiſci patroni ex collegio Aduocatorum, *l. cùm aduocatio* 8. *l. binos* 10. *C. de Aduoc. diuer. iudicior.* Quemadmodum apud nos hodie vnus ad cauſas

ciuiles,

ciuiles, alius ad criminales eligitur in Cancella-
riis, vt notat Eſcobar *ſup. num.13.* & ad illud
munus aſſumebatur Decanus, vel antiquior, quem
*Primatem Aduocatorum* dixere Impp. *in l.3. & in
petitionis, l. per hanc 7. C. de Aduoc. diuer.* & Si-
don. *lib.8. epiſt.6.* vbi in notis Sauaro, quod malè
accepit Gothofred. *in d. l.3. lit. P*, diſtinguens
Primatem ab Aduocatis, cùm tantùm eſſet illius
corporis, aut Collegij caput, aut antiquior, ſicut
in noſtro Prætorio antiquior Senator, in ciuitati-
bus antiquior Decurio, in Academiis antiquior
Doctor, Primas dicetur Collegij, non tamen di-
ſtinguitur ab aliis, niſi præcedentia antiquitatis.
8 † Huiuſmodi electio ita facta dicebatur fieri *ex
formula forenſe*, vt legimus apud Spartian. *in Anto-
nino Geta. in princ.* ibi, *Ob hoc quod Seuerum ille ad
fiſci aduocationem delegerat ex formula forenſi.* Alij
legunt, *ex formular in forenſi*, Salmaſius, *ex formu-
laria*, omnium tamen lectionum ſenſus eſt idem,
ex formula forenſi, id eſt, ex formula iuris in foro
præſcripta, id eſt, ex Aduocatorum corpore, ſer-
uato ordine & matricula, vt prior & antiquior ad-
ſcriptus in patronum fiſci aſſumatur, vt rectiſſimè
docuit Cuiac. *in dict. l.3. §. Diuus, de iure fiſci*, &
9 Gutherr. *de offic. domus lib.3. cap.1.* † Aſſumeban-
tur ad hoc munus viri grauiſſimi, & qui & litteris
& meritis pollerent, vt docemur ex *l.2. Cod. Th. de
Aduocato fiſci*, ibi, *Eum præponi cæteris, qui melior,
innocentia potior, litteris pollentior reliquis, examinata
fide eſſe noſcatur.* Quapropter variis titulis conde-
corabatur, id eſt, *illuſtris, clariſſimus, ſpectabilis, elo-
quentiſſimus*, & ſimilibus, *l. laudabile 4. l. reſtituenda
6. §. ad hæc, C. de Aduocat. diuer. indicum, l. in ſacris 12.
§. modum, infr. de proxim. ſacrorum ſcrin. Nouel. 82.
cap.1.* quæ eſt *Auth. de iudicibus, §. vetus, in princ.* ob-
ſeruat Lucas *in l.1. infr. de dignit.* Carauitt. *ritu 142.
num.28.* Maſtrill. & alij iam laudati, qui non niſi
magnis dignitatibus concedi ſolebant, ſcilicet
Conſulibus, Præfectis, Præſidibus, Senatoribus,
vt probat Panciroll. *lib.1. var. cap.3.* Tiraquell. *de
nobilit. cap.6. num.22.* Bulenger. *lib.2. de Imper. cap.19.*
Gutherr. *de offic. dom. Aug. lib.1. cap.4. in fin.* Marta *de
Tribunali cap.7. num.7. & 10.* Berart. *de viſitat. cap.12.
num.2.*

10 Inter reliquas autem prærogatiuas quæ patronis
fiſci indulget *d. l. laudabile 4. C. de Aduoc. diuerſ. ind.*
illa præcipua eſt, ſed obſcura, & quæ explicatione
eget, vt cum magnis dignitatibus & reliquis Con-
ſiſtorij comitibus à manu Principis Kalendis Ianua-
rij ſtrenas accipiat. Verba eius legis ſunt notabilia.
*Iubemus viros Clariſſimos fiſci pro tempore patronos fo-
ri tuæ celſitudinis ſolemni die feſtiuitatis Calendarum
Ianuariarum inter ſpectabiles ſacri Conſiſtorij Comites
diuina noſtræ ſerenitatis manu puncti conſequi ſolatia.*
Pro eorum explicatione aduerto nullum qui magnâ
non polleret dignitate, admiſſum fuiſſe ad ſtrenas à
à manu Principis accipiendas, *l. olim 11. Cod. Th. de
Palatinis ſacrar. largit.* ibi, *Statuimus vt vltra defi-
nitas dignitates nullus neque annonas, neque ſtrenas
perciperet.* Vocarunt ſtrenas quod nos *Aguinaldo*
dicimus noſtro idiotiſmo. De hoc genere doni mul-
ta dicam explicatione *l. vn. infr. de oblatio. votor.*
11 quam ſubiiciam ſub *tit. infr. de auro coron.* † Stre-
nas dederunt Imperatores Calendis Ianuarij, cuius
diei feſtiuitas magna & ſolemnis olim, vt conſtat
ex *d. l. vn. de oblatio. votor.* vbi dicam, & ex Tacito
*lib.4. annal.* Caſſiod. *lib.6. ep.7. Calendis Ianuarij af-
fatim dona largimur*, & feſto Paſchatis poſteriores
Principes Senatui & ducibus militum donare ſoli-
tos ſcribit Cedren. in Michaële Stratiotico. *Tem-
pus appetit Imperatoriæ largitatis, quam exercere in Se-
natum Imperatores quotannis feſto Paſchatis conſue-
uerant, ingreſſi ſunt ad eum omnes exercituum du-
ces*, & eo die Clericis aurum dari ſcribit Codin.
*de officiis Conſtant. cap.14. num.18.* ibi, *Erat olim
moris vt in his veſperis* (Paſchatis) *Imperator ingre-
deretur in ſanctum Tabernaculum, & Clericis ex ve-
ſtiario, ſeu ærario ſuo centum libras auri liberaliter do-
no daret.* † Ad hunc ergo honorem admiſſus fuit 12
fiſci patronus inter cæteros ſacri Conſiſtorij Co-
mites, id eſt, inter Principis Conſiliarios, hoc ſi-
gnificat *Conſiſtorium* concilium, in quo Imperator
de grauioribus negotiis cognoſcit, vt apud nos *el
conſejo Real, el de Camara, el de eſtado, l.1. infr. de
Comitibus Conſiſtor.* notant Briſſon. & reliqui in le-
xicon. *verb. Conſiſtorium.* P. Gregor. *lib.6. ſyntag. c.8.
num.5. & 25.* Cuiac. *ad tit. infr. de Comitib. Conſiſtor.*
Bulenger. *lib.3. de Imper. cap.9.* Gutherr. *d. lib.1.
cap.17.* Gothofredus *in l. fin. C. de offic. diuerſor. iudic.*
in quo deceptus eſt Garcia *d. gloſſ.3. num.11.* putans
hos Comites Conſiſtorianos eſſe comparandos
viceregibus noſtris.

Fuit ergo fiſci patronus admiſſus inter hos ma- 13
gnates ad ſtrenas à manu Principis accipiendas,
hoc enim indicant illa verba ex ſententia Accur.
*in d. l. laudabile, noſtræ ſerenitatis manu puncti conſe-
qui ſalaria*, quæ plurimorum doctiſſimorum exer-
cuerunt ingenia, ita vt coacti fuerint mutare lite-
ram, & loco illius vocis *puncti*, legere *pacta*, alij
*pacti*, vt voluit Cuiac. *lib.13. obſer. cap.2.* & Gotho-
fred. *in d. l. laudabile*, & Calu. *verb. punctum*, quos
reprehendit eruditiſſimus Ramirez de Prado *ad
Martial. lib.1. epig.26.* qui ipſe non magis felix legit
*punctis*, id eſt, ſuffragiis, ſumpta metaphora à co-
mitiis Romanis, vbi ſuffragiis, vel punctis elige-
bantur Magiſtratus, quo in ſenſu vſurpari frequen-
ter ſolet à Sidonio ea vox, vt probat eius Scholiaſtes
Sauaro *lib.1. ep.9.* & videndus Demſter *ad Roſin.
lib.6. cap. fin. pag.1081.* & ita erit ſenſus fiſci patro-
nos communi omnium ſuffragio accepturos ſua ſa-
laria. † Sed de ſalariis ibi non agitur, neque com- 14
mune ſuffragium neceſſarium erat ad ſolutionem ſa-
larij, quod iam conſtitutum erat ſexcentorum au-
reorum. Neque id ſoluendum erat manu Impera-
toris, neque fiſci patrono ſoluebatur Calendis Ia-
nuarij, ſed incertum fuit tempus donec Iuſtianus
diem fixum conſtituit, Calendis nempe Octobris,
quo die patrono fiſci ſoluendum erat ſtipendium, vt
diſponit *l. per hanc 7. §. ſexcenti. C. de Aduocat. di-
uerſ. iudic.* Deinde, quia intentum *d. l. laudabile*,
fuit magnis honoribus afficere patronum fiſcalem,
vt manu Principis, ſeu purpura oſculata ab eo mu-
nera illa acciperet, quod ſummæ commendationis
fuit, vt *infrà* dicam, † Meliùs videbantur ſco- 15
pum attigiſſe Gutherr. *lib.3. de offic. dom. Aug. cap.1.*
& Salmaſ. *in not. ad Spartian. in Hadriano pag.19. &
20.* & ante eos quoque cùm de ea lege diſſererem,
in quadam lectura Salmanticæ, vt retentâ vulgari
literâ *puncti* dicamus alluſiſſe Imperatorem ad co-
mitia Romana, & vt *ibi* punctis ad officia admitti
ſolebant, inde metaphoricôs *puncti* idem ſit ac ad-
miſſi, ſicut *expuncti*, qui eximuntur à Codice, qui
punctis tolluntur, & ſunt repulſi fauore priuati di-
miſſi; atque ita hic ſenſus, *puncti*, id eſt, admiſſi
inter Conſiſtorianos comites patroni conſequantur
ſolatia: *ſolatia* ſunt dona, munera, & largitates, iux-
ta illius ſæculi loquutionem, vt probatur ex illo
loco Spatiani ibi, *Ægrotos bis ac ter die viſitauit,
ſolatiis refouit, conſiliis ſubleuauit.* vbi *ſolatiis refouit*,
eſt *les embio regalos, dadiuas preſentes. l. reſtituen-
da 6. §. licentiam. C. de Aduocat. diuer. iudicum.* ibi,
*Solitis videlicet ſtipendiis, nec non etiam cæteris ſola-
tiis.* Solatia ſunt *propinas dadiuas aguinaldos y las de-
mas percances que ſe dan fuera del ſalario.* Hæc
ſolatia

ſolatia *puncta* vocata exiſtimat Salmaſius eo ſenſu, quo dicimus *adpunctari*, cui ſalarium eſt conſtitutum. Non nego huiuſmodi interpretationes carere ſcrupulis, ſed in re obſcuriſſima quælibet arridere debet, cùm Cuiacius affirmet ſe diu quæſiuiſſe quid eſſet *puncti ſolatia*, neque inuenire potuiſſe.

15 † Vnde non ſuccenſerem ſi à contextu vocem *puncti* expungeremus, quæ non inuenitur *in l. iubemus 16. C. de erogat. milit. ann. infr.* quæ eundem Anaſtaſ. habet Auctorem, & ferè in ſimili cauſa ait, *Et ſecundum noſtræ diſpoſitionis obſeruationem ſolatium, ſicut dictum eſt, publicum erogator manu ſua ſine vllo dolo ſingulis militibus enumeret.* vnde pro *puncti* legerem *publica*, ſed tu ô Lector quære meliora.

16 Hinc obiter reiiciendus eſt Rebuff. qui *in Concordata rub. de electio. derog. verb. Regium Aduocatum, verſ. vigeſimum primum*, aſſerit hoc genus ſtrenarum ſublatum eſſe, propter ſuperſtitionem *in cap. non obſeruetis, 26. q. fin.* Nam Eccleſia non ſuſtulit ſtrenarum commercium, ſed ſuperſtitionem diei illius Calendarum, à quo Ethnici omnia captabant, vt dicam *in d. l. vn. infr. de obl. votorum.*

17 Neque cuiuis videatur grandis hæc honoris exhibitio fiſcali facta, nam ipſe poterat duos homines ſingulis annis Imperatori offerre (qui ſint domeſtici Principis) vnum peditem, alterum equitem, *d. l. non reſtituenda 6. §. licentiam, C. de Aduoc. diuer. iud.* & non niſi præſentiales, id eſt, qui purpuram Principis adorarent, id eſt, qui adſiſterent illi Principi, *l. fin. infr. de domeſticis*, qui erant digniores ex ſtipatoribus, ſeu armigeris. Domeſtici ſunt cuſtodes Principis, *la guarda del Rey*, vt dicemus *ad tit. infr. de domeſticis*, & comparari poſſunt illi domeſtici præſentiales apud nos *con los Monſeros de eſpinoſa.*

18 Præter hæc plurima patroni fiſci habuerunt priuilegia, vt videre eſt ex *toto t. C. de Aduocatis diuerſ. iud. cum ſeq. l. inter eos 33. D. ex quibus cauſ. maior.* & referunt Garcia *de nob. d. gl. 3. num. 8. & gl. 35. n. 41.* Peregr. *de iure fiſ. lib. 7. t. 2. num. 15.* Rebuff. *in Concord. rub. de elect. derog. verb. regium Aduocatum,* Briſſ. *lib. 3. ant. cap. 21. in fin.* Donell. *lib. 18. comm. cap. 5.* Alfaro *de off. fiſ. gl. 31. num. 11. & gl. 34. num. 222. & ſeq.* Gut. *de off. domus, lib. 3. cap. 1. ad fin.* Sed præcipuum fuit quod in noſtra lege ponitur, nam cum ita ſtrictiſſimè concederent Imperatores à Curiis homines arcere, hoc quod in maximis dignitatibus conceſſum eſt, etiam & ad fiſci patronos extenſum fuit: & id maximâ cum ratione, ſiquidem hoc officium fuit ſeminarium omnium dignitatum, & quaſi mater & theſaurus earum, vt de Aduocatione dixit *Nouell. Theodoſij de poſtulando*, & de quæſtura Caſſiod. *lib. 6. epiſt. 5.*

19 † Ab aduocatione etenim fiſci viri magni maiorum honorum auſpicia cœpiſſe narrantur. Ita legimus ab hac dignitate cœpiſſe maximum Iuriſconſultorum Papinianum, vt ſcriptum reliquit Spartianus *in Caracallo*, qui in officio ſucceſſit Septimio Seuero Imperatori, cui id officium anſam præbuit, vt in ſolium Imperiale faciliùs aſcenderet, vt teſtatur idem Spartian. *in Antonino Geta*, his verbis, *Et quidem ob hoc quod Seuerum ille ad fiſci aduocationem delegerat, ex formulario forenſi, cum ad tantos proceſſus ei patuiſſet, dati ab Antonino primi gradus, vel honoris auſpicium.* Idem accidit, Imperatori Macrino, ſi credimus Iulio Capitolino *in eo*, ita ſcribenti. *Deinde Aduocatus fuiſſe fiſci, ex quo officio ad ampliſſima quæque peruenit.*

20 † Neque obſtat in contrarium *l. vniuerſi 9. C. vbi cauſa fiſcal.* vbi videtur conſtitui pœna ignis contra fiſci patronos, ex ſententia Rebuffi *ſup.* & Alfari *d. gloſſ. 9. num. 39.* malè eam accipientium, nam iam veram expoſuimus mentem illius *in l. 4. num. 4. ſup. de exact. trib.*

21 Hodie verò noſtris legibus non minori auctoritate decorati ſunt regij fiſcales, imò maioribus priuilegiis afficiuntur. Nam iure Romano in biennium tantùm creabantur, *l. binos 10. C. de Aduocat. diuerſ. iud.* notat Cuiac. & Gothofred. *in l. cum aduocatio 8. C. eod. lit. M.* Apud nos verò perpetua eſt dignitas, vt notum eſt, & probat Alfaro *de offic. fiſ. gloſſ. 31. num. 9.* & ius regium facit fiſcalem formalem partem in defendenda auctoritate, & iuribus regiæ Maieſtatis, & iuriſdictionis, non ſolùm in ſupremo Senatu, ſed & in aliis Audientiis, inſuper & in defendendis iuribus ciuitatum. *l. 25. tit. 5. lib. 2. l. 20. tit. 20. lib. 2. Recop.* obſeruat Buratt. *de viſitat. cap. 12. num. 7.* imò & totius regni, quod videtur repræſentare, vt cum Otalora & Gutierrez probat Seſſe *deciſ. 4. num. fin.* & ob id dixit Aretin. *conſ. 83. num. 7.* & D. Valençuela Velaſquez *conſ. 100. n. 102.* cauſam fiſcalem eſſe cauſam publicam, quia omnium rerum quæ ad Principis & Reipublicæ vtilitatem pertinent, curam gerat, vt aduertit Ant. Faber *diffinit. 49. num. 7. C. de ſacroſanct. Eccleſiis.*

22 † Alia lex partitæ 12. *tit. 18. p. 4.* aduocationem fiſci facit dignitatem, & antea leges iuris communis dixerant, *d. l. binos*, & obſeruant Caſſanæus *in Catal. glor. 7. p. conſid. 34. verſ. ideo maxima*, & Alfaro *ſuprà gloſſ. 31. ex num. 4.*

23 † Ratio eſt, quia cùm hoc officium ſit beneficium Principis, qui eſt fons, & principium honorum & dignitatum. Garcia *de nobil. gloſſ. 48. §. 3. num. 1.* Tiraq. *in eod. tract. cap. 6. num. 1. & cap. 30. num. 7.* Otalora *d. tract. 4. p. cap. 1. n. 1.* Maſtrill. *lib. 3. de magiſt. cap. 10. ex num. 99. & lib. 4. cap. 13. ex numero 1. & præcipuè num. 99.* Gratian. *diſcept. tom. 2. cap. 284. num. 4.* Barboſ. *de appellat. verb. verb. nobilis 164. num. 2.* Conſequens eſt hoc munus dignitatem eſſe cùm à manu Principis accipiatur, & ab eo ad illud fiſcales promoueantur, cum conſultatione procerum, qui in intima curia, ſeu Camera conſtituti ſunt, & ita cum electi ſint à Principe, eius manum oſculantur promoti (vt moris eſt) in quo cæteris Auditoribus æquales ſunt, ita vt quemadmodum illuſtres dicuntur omnes Conſiliarij Principum & Senatores cancellariarum, ita etiam & regij fiſcales, ex traditis à Garcia *de nobil. gloſ. 35. num. 39. & ſeq.* quem ſequitur Moreno de Vargas *in eod. tract diſcurſ. 3. num. 3.*

24 Hoc omne colliges ex variis prærogatiuis, quæ fiſcalibus Regiis adſiſtunt. Prima eſt in præeminentia ſeſſionis, quoniam ſedem habet æqualem cum ipſis Conſiliariis, ſeu Auditoribus, vt docet Platea *in l. peculiari infr. de proxim. ſacr. ſcrin.* ibi, *Licèt ergo iſti ſint minori dignitate, quàm Prepoſiti, ſunt æquales in ingreſſu, ſiue introitu ad Principem, & in honore ſedendi cum iudicibus*, obſeruant Garcia *de nobil. gloſſ. 3. num. 9. & ſeq.* Alfaro *d. gloſſ. 31. n....* & id conſtat apertiùs ex ordinationibus Regiæ Curiæ Granatenſis *lib. 2. tit. 13. ſchedul. 8. & ſeq. pag. 268.* quarum verba hæc. *Teniendo reſpeto a que conuiene mucho à nueſtro ſeruicio que los nueſtros fiſcales que reſiden en eſa audiencia tengan mucha autoridad, auemos a[illegible]ado que quedan los nueſtros fiſcales fueren a eſtrados a aſiſtir a algunos pleytos o otra qualquiera coſa ſe aſienten en el miſmo banco de los oydores.*

25 † Hoc idem aliis duobus regiis diplomatibus cautum eſt, ex quibus animaduertitur animus Principis hanc dignitatem honorare geſtientis, ſiquidem tanta verborum geminatio, *conuiene mucho a nueſtro ſeruicio que tengan mucha authoridad*, tribus ſchedulis repetita magnum affectum Principis, magnam profunditatem & maturitatem voluntatis enixæ demonſtrant, vt conſtat ex iis quæ adducunt DD. *in leg.*

*leg. Baliſta* 12. *D. ad SC. Trebell.* cum notatis à Matiēço *in l.* 1. *tit.* 8. *gloſ.* 3. *n.* 3. Barboſa plures congerente *de Axiom. iur. verb. actus* 12. *n.* 14. *& verb. Gemin.* 105.

26 † Eáque auctoritas ſignificatur ex ſeſſione, quia ſedes dignitatem & honorem indicat. Boher. *de auct. mag. concl. num.* 41. Caſſan. *ſup.* 7. *p. conſid.* 24. Alfaro *d. gloſſ.* 31. *n.* 6. Maior. de Apicell. *alleg.* 13. *ex n.* 1. & cùm hoc beneficium ſedendi ſit beneficium Principis, Afflictis *in prælud. conſt. Reg. q.* 26. *n.* 6. Freccia & Auendaño relati ab Apicella *vbi proximè num.* 9. pleniſſimè eſt interpretandum, *l.* 3. *D. de conſt. princ. cap. olim* 16. *de verb. ſig.* vbi gloſ. *verb. largiſſimè*, cum adductis à nobis *in l.* 2. *n.* 3. *ſup. de bon. vacant.*

27 Hincque eſt quòd cùm illud beneficium conferatur fiſcali; vt ſimul cum Iudicibus ſedeat, conſequenter conceſſa videri debet ſalutatio & reuerentia, tum verbis, tum aſſurgendo & in apertione capitis; quod eſt omne illud honoris, quod lex voluit, vt in fiſcalem conferrentur; quia verborum cumulatio illa, tanta cura & ponderatione dictorum, & ita generaliter concepta, vt fiſcalis habeat grandem auctoritatem, verificanda erat in ſeſſione, ſalutatione quam venienti fiſcali auditores exhibere debebant (*quintadole los del Tribunal la gorra y haciendole alguna corteſia*) *argumento l. cùm pater* §. *filius matrem* 23. *D. de legat.* 2. ibi, *Nam enixa voluntatis preces ad omnem ſpeciem ſucceſſionis porrecta videbantur*

28 † Et ratio eſt non obſcura, nam plus honoris confert ſeſſio, quàm ſalutatio, ſeu capitis diſcooperatio, vt mos noſtræ Hiſpaniæ fert, cùm vir grauis cuilibet diſcooperiat caput, cui tamen ſeſſionem denegabit, quia qui ſedet, magis honoratur, Caſſan. *ſup.* 1. *p. conſid.* 11. & 12. & rectè ſequitur, datur ei ſedes; ergo & debetur ſalutatio. Gratian. *ſup. d. cap.* 284. *n.* 24. Idque probatur *in l.* 2. *C. de offic. diuer. iudic.* ibi, *Singuli Iudices ſciant celſioribus viris & his quorum nonnunquam iudicio proueheuntur, honorificentiam debitam eſſe præſtandam, & in l. fin. eod. tit.* ſic, *Sciant Principes & Iudices ternas libras auri à ſuis facultatibus eruendas ſi honoratis viris Secretarij iudicū non patuerit ingreſſus aut reuerentia nō fuerit in ſalutatione delata, aut ſedendi cum iudice ſocietas denegata.* Hæc eadem verba repetuntur *in l.* 2. *infr. de proxim. ſacror. ſcrinior.* ſed aptiora ad propoſitum iudico quæ habet *l. peculiari* 5. *infr. eod. illo tit.* ibi, *Sicut & reliqui, qui in eiſdem ſcriniis militant, liberum cùm ordinariis iudicibus ingreſſum Secretarij, confeſſumque habere legibus meruerunt ita hi quoque, in quos clariſſimatus conferimus dignitatem cum ſpectabilibus etiam ſeſe habere reuerentiam recognoſcant, vt conſidendi ingrediendive Secretarium ſibi ſciant à nobis licentiam contributam.*

29 † Quæ omnia clariſſimè regia illa ſchedula *ſuprà* adducta confirmat, ibi, *Teniendo reſpeto aque conuiene mucho à nueſtro ſeruicio que los nueſtros fiſcales tengan mucha autoredad*, quoniam hæc verba à Principe prolata *mucha autoridad*, plus dicunt, & non ſolùm ſeſſionem, ſed honorificentiam. Siquidem multam habere auctoritatem non verificatur in vno, niſi omnem reuerentiam fiſcali exhibuerint Auditores, cùm verba ſint generalia, & apta ad comprehendendum omne genus comitatis, quæ inter ipſos Auditores ſolet interuenire, & ita debent intelligi quo pinguius fiſcalibus prouiſum videatur, *l. ſi te ſolum* 27. *D. de hæred. inſt.* ibi, *Quia ſatis plena prior fuiſſet* notat Decius *conſ.* 69. & alij relati à Mandell. *conſ.* 782. *n.* 7.

30 † Et ratio eſt, quia honor & auctoritas conſiſtit non ſolùm in ſeſſione, ſed & in ſalutatione & reuerētia. Rebuff. *in l.* 2. *infr. de prox ſacr. ſcrin.* Caſſan. *d.* 1. *p. conſid.* 12. *& ſeq.* Gratian. *d. cap.* 284. *n.* 1. *& ſeq.* & cùm vox illa *mucha*, nondum ſit verificata in ſola ſeſſione, requirit alia plura, Barboſ. *de dict. verb. Multi*, ſuccedit regula quòd quando in diſpoſitione ſtrictè intelligenda ſunt verba quæ poſſunt comprehendere plura ſub ſe ex propria ſignificatione, illa debent comprehendi. *l. cum l.* 26. *D. de teſtā.* obſeruat Panorm. *in c. ex parte el.* 3. *de decimis.* Mandell. *conſ.* 750. *n.* 37. præcipuè quando verba ſub ſe continent plus quàm videtur, & ſunt emphatica & prægnātia, ex quibus maior effectus reſultare debet, quàm ex ſimplicibus. Accur. *in l. cū pœna, D. de arbitr.* quem ſequitur Mandell. *conſ.* 770. *n.* 28. & patet hoc, quia quomodo dicetur fiſcalis grandem & multam auctoritatem habere, ſi Iudices eos non ſalutant apertione capitis, aſſurrectione & reuerentia.

† Itaque neceſſarium erit, vt verificētur verba illa ſchedulæ regiæ, vt interueniāt quæ dixit Amā *apud Heſther c.* 6. qui interrogatus quid deberet fieri viro quem Rex honorare deſiderat, reſpōdit, *Homo quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum, qui de ſella Regis eſt, & accipere regium diadema, & primus de regiis Principibus clamet: Sic honorabitur quemcumq; voluerit Rex honorare.* Vnde cùm Rex inceperit honorare ſuos fiſcales, conceſſit eis vt induerentur veſtibus regiis, toga nēpe talari, quam idiotiſmus noſter vocat *Garnacha*, qua vtuntur regij Senatores ſinuoſis finibus & rugoſis ampla, vt auguſtior fiat, & ſpectabilior adminiſter, & à cæteris hominibus ſecernatur imitatione Romanorum, qui dignitates & Magiſtratus veſtibus diſtinxerunt, vt docent VVolfg. Lazius *lib.* 2. *comm. Reip. Rom. c.* 3. & 4. Pancirol. *lib.* 2. *var. cap.* 98. Pollet. *lib.* 3. *hiſt fori Rom. cap.* 6. Bobadill. *lib.* 1. *polit. cap.* 3. *n.* 47. Ad idque alluſit Magnus Poëta *lib.* 7. *Æneid.* 31

*Hoc Priami geſtamen erat cùm iura vocatis*
*More daret populis, ſceptrumque ſacerque thiaras*
*Iliadúmque labor veſtis.*

Quod inſigne conceſſum eſt fiſcalibus à D. Philippo II. vt conſtat ex eius ſchedula *in ordinat. Cancell. Granatenſis lib.* 2. *tit.* 6. *ſched.* 8. *fol.* 10. † Procedit dictus locus Heſther, *& imponi ſuper equum qui de ſella Regis eſt.* Quod ego ita interpretor, id eſt, in tribunali, cum Conſiliariis cæteris. Sella quippe regia eſt tribunal in quo Maieſtas Principis ad viuum repræſentatur, *& accipere regium diadema*, id erit, vt accipiat ſalutationem quæ exhibetur detracto pileo, *qui tandole la gorra*, ſiquidem ſicut diadema Regis eſt inſigne, ita & pileus in regiis miniſtris. Quia iuſtum eſt honorare quem Princeps honorat, *argumento leg. infr. de proxim. ſacr. ſcrin.* & quæ notat Platea *in leg.* 2. *eo tit verſ. tertio nota*, & Giurba *conſ.* 38. *num.* 15. 32

† Nam qui non dicet rem ſine proportione eſſe, ſi videat regium fiſcalem à Principe electum eâdem veſte indutum, eodem ſalario, eiſdemmet præeminentiis, indultis, exemptionibus & priuilegiis condecoratum, quibus afficiuntur cæteri Senatores, & quòd huic non exhibeatur eademmet honorificentia à coniudicibus, cùm ſolùm quoad hanc partem æqualis ſit Iudicibus omnibus, & communis cum fiſcalibus. Qui ipſi ſoli repræſentant regiam perſonam per ſe, at alij Auditores non niſi collegiatim, vt obſeruat Alfaro *d. gloſ.* 13. *n.* 8. & faciunt adducta à Caſtrenſ. *conſ.* 34. *dub.* 1. *vol.* 2. Ponte *de laudemiis q.* 24. Giurb. *conſ.* 38. *n.* 23. Gratiā. *ſup. n.* 8. eiſque totius patrimonij cura committitur & omnium iurium regalium, *l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 2. *Recop.* 33

† Ob quam cauſam vocantur de Conſilio *Nouell.* 82. quæ eſt *Auth. de iudicibus*, §. *vetus.* ibi, *Et Conſiliario vtentem laudabili Appione viro ſpectabili fiſci Aduocato*, & quamuis dicat *ibi*, Appionem magis fuiſſe Conſiliarium Marcelli, de quo loquebatur Iuſtinianus, non poteſt conuenire cum doctrina & ſapientia eiuſdem Marcelli, qui mirificè ius callebat, & ita dicemus eſſe epitheton Appionis, hoc ſenſu, vt Marcellus vteretur fiſci patrono Appione, Conſiliario nēpe. Nam ſi fuiſſet Aſſeſſor, vel Conſiliarius Marcelli, non adiiceretur poſtea, *& in alio habente* 34

*teſtimonium à nobis ipſis*, cum certum ſit approbatione & electione Principis Conſiliarium eſſe, & debere dici, vt ſcribit Rubeus *conſ.*86.*n.*1. Crauetta *conſ.* 168.*num.fin.vol.*1.
35 † Qui aiunt fiſcalem eſſe de corpore ipſius Senatus, & ſocium iudicum, quibus conſentiunt Ant.Fab. *in Codice lib.*1.*tit.*6.*diff.*1. Lælius Zechius *de Rep. Eccleſiaſt. tract. de Prælatis in ſpecial. cap.*6. §.*de Aduocato fiſcali, pag.*169. Boher. *de auct. mag. conſil.n.*136. *& ſeq.* Bernar. Diaz *in prax. cap.*5. Alfaro *de offic.fiſ.gloſ.*34.*n.*225. adhæretque Præpoſitò *in cap. de accuſatione* 2.*q.*8.*n.*90. in hoc quòd fiſcalis non ſit cenſendus tanquam pars, ſed tanquam Iudex, ita vt cum Iudicibus vnum corpus conficiat, vt in caſu præcedentiæ, cùm Conſilium vnum cum altero concurrit, docet Caſtillo *de Tertiis cap.*41. *n.*68. & docent Caſſan. *ſup.*7. *p. conſid.*37. Franchis *deciſ.* 138.*n.*4.*&* 5. vbi Amendol. *in addit. & deciſ.*365.*n.*6. Ioan.Bapt.Thoro *in compend.deciſ.verb. Aduocatus fiſci.* A ponte *de poteſt.Proreg.tit.*3.§.4.*n.fin.& in addit.*
36 † Qui affirmant Aduocatum fiſci debere præcedere omnes Iudices eiuſdem dignitatis quando agunt cauſas Regis (quod apud nos non vſitatur.) Maſtril. quoque *deciſ.*214. *lib.*3. & Alfaro *ſup. gloſ.*17. *n.*40. fiſcalem eſſe de Conſilio Regis, aiunt, & cùm recuſaretur, eandem adhibendam ſolemnitatem, quæ in recuſatione aliorum Conſiliatiorum. (quod ex *ſuprà* relatis apertè adſtruitur, licèt contrarium teneat Carroſco *ad ll.Recop.cap.*9.*n.*43. qui neſcio quomodo poſſit ſatisfacere dictis doctrinis & fundamentis.) Bonacina 2.*tom.ſumm. Moral.tract.de immunit. Eccleſ. diſp.*3.*q.*7.§.3. *num.*22. Conſiliario Regis æquiparat fiſcalem quoad homicidium eiuſdem, vt quemadmodum committitur crimen læſæ Maieſtatis ſi Auditor occiditur, ita etſi fiſcalis occidatur, quod eſt menti tenendum, attentâ *l.*1.*tit.*22. *lib.*8. *Recop.* etſi aliqui, quos refert Hermoſill. *in l.*3.*tit.*4.*p.*5. *gloſ.*3. velint non committi in morte Conſiliarij tale crimen, ſed verius credo crimen committi læſæ Maieſtatis, ex *leg.*1.*ad fin.tit.*18 *lib.*8.*Recop.*
37 Hæc cùm vera ſint, videtur res planè improportionata, vt membra capiti non correſpondeant, & quòd hoc membrum adeò principale, qualis eſt fiſcalis, inæqualitate diſſonet à toto corpore Auditorum, Hoc ita dixit Horatius *in Arte, in princ.*

*Humano capiti ceruicem pictor equinam*
*Iungere ſi velit, & varias inducere plumas.*
*Vndique collatis membris vt turpiter atrum*
*Deſinat in piſcem mulier formoſa ſupernè*
*Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.*

Quis enim negabit videri ridiculum, ad lacus aliquem adſiſtere æquali ſede, & quod honorificentia eidem denegetur, cùm ea non ſolùm conſiſtat in ſedendo, ſed etiam & in aliis rebus ſimilibus, quæ coniunctim debent concurrere. Caſſan. *d.*1.*conſider.*20. Gratian. *d.cap.*284.*n.*3. Giurb. *conſ.*38. *numero* 18.
38 † Quod tanto magis faciendum eſt, quantò maior eſt dignitas Auditorum; nam eò magis augetur eorum æſtimatio, quantò magis fiſcali exhibuerint honorem. Qua ratione dicitur Princeps aſtrictus ſuos Magiſtratus honorare & ſalutare, vt notat Accur. & Angel. *per tex. ibi, in l.cùm ſalutatus, C.de ſententiam paſſ.* Caſſan. *d.*1.*p.conſid.*10.*&* 26.*verſ. videtur tamen,* Gratian. *d.cap.*284.*n.*11. & conſtat ex *l.*18.19.*&* 20. *tit.*9.*p.*2.
39 † Idque factitaſſe Alexandrum narrat in eo Lamprid. & Maximini minoris Capitolinus deteſtatur ſuperbiam & arrogantiam, quòd honoratis & Magiſtratibus non aſſurgeret, & ita ſentiunt Caſſanæus *ſuprà* 11.*p.conſil.*13. Maſtrill. *de magiſt.lib.*5.*c.*4. *num.*29.*&* 33. Giurb. *ſup.num.*22. Gratian. *num.*19. *& ſeqq.* Bobadill. *lib.*3. *cap.*1. *num.*17. qui adducunt *cap.eſto* 95. *dict.* & facit *leg. omnino* 4. *C. de Palatin. ſacrar.largit.* vbi Platea.

Neque obſtabit huic noſtro opinamento conſuetudo contraria, in quâ ſemper ſunt Auditores non 40
ſolùm in Cancellariis duabus, Pintiana, & Granatenſi, verùm & alij Iudices appellationum Audientiarum, vt quamuis æqualem ſeſſionem habeant fiſcales, non tamen ei ad tribunal venienti aſſurgunt, neque caput adaperiunt, ſicut facerent ſi concollega aliquis ex eorum corpore tribunal ſubintraret: & certum eſt in materia præcedentiæ & honorificentiæ ſemper attendi conſuetudinem, ex Natta *conſ.*637.*vol.*3. Menoch. *conſ.*126.*num.*2.*& ſeq. vol.*2. Maſtrill. *de magiſt.lib.*4.*cap.*13.*num.*63.*& cap.*14.*n.*1. *& lib.*5.*cap.*4. *num* 30. *& deciſ.*130. *num.*9. Apicell. *ſup.d.allegat.*13.*num.*4. Gratian. *diſcep.tom.*1.*cap.*106. *num.*8. *&* 298. *num.*8. *&* 99. *& cap.*492. *numero* 9. *tom.*3. *& tom.*5. *cap.*867. *num.*27. Ludouiſ.*deciſ.*164. vbi Beltram. Borrell. *in ſum.deciſ.tit.*14.*n.*18. Barboſ. *de Epiſc.alleg.*78.*num.*27. Dom. Alph Perez de Lara *de anniuerſ.lib.*1.*cap.*24.*num.*25.*& ſeq.* Salgado *de reg. protect.*2.*p.cap.*11.*num.*18. Apicella *d.allegat.*13.*n.*4. & Hermoſill. *in addit.ad Greg. in prolog gloſ.*2.*n.*101. Valenzuel.Velaſq.*conſ.*34.*n.*132.*cum ſeq.* & Caſtillo
*de Tertiis cap.*41.*n.*64. † Quoniam conſuetudo ſemper debet regulari iuxta eam, quæ militat in ſupremo 41
Conſilio, vt ſic membra conueniant ſuo capiti, vt docet Menoch.*ſup.num.*22. Vnde Cancellariæ debent ſequi exemplar illius qui omnibus leges & exempla proponit, iuxta illud vulgare Aduocatorum, *ſic inueni Senatum cenſuiſſe.* de quo *in l.filius* 14. *D.ad leg.Cornel.de falſ.* & Gama *deciſ.*228.*n.*1.*&* 2. Burſat. *conſ.*307.*n.*40.*lib.*3. Menoch.*conſ.*282.*n.*36.*&* 37.*vol.* 3. docet Caſtillo *de Tertiis cap.*30.*n.*3.*& ſeq.* Confert quod adducit Nauarr. *in conſeru. Monarch. diſcur.*3. At in Conſilio ſupremo fiſcali regio omnis honor & reuerentia exhibetur.
*Secundò* reſpondeo conſuetudinem attendi debere quatenus ratio & rerum conuenientia pariter, 42
& in contrarium ire non inclinat: at ex *ſuprà* adductis conſtat quantum ea conſuetudo repugnet dignitatis fiſcalis acceptioni. Acceditque dignitatum huiuſmodi nullum ius reputari fixum quoad præcedentias & immunitates, quæ ſæpe ſunt variabiles, iuxta temporum rationem occurrentem, & Principis voluntatem, vt docuerunt Alciat. Caſſan. & alij relati à Bobadill. *lib.*3.*polit.cap.*2.*n.*23. Hæc dicta ſufficiant de dignitatibus à Iuſtiniano *hîc* commemoratis, nam de aliis *infrà* agemus, Deo volente, *ſuis propriis locis.*
Ait lex noſtra, *aliis autem modis.*
Cùm alij eſſent modi quibus Decuriones munera 43
curiarum refugiebant, omnes hac lege abrogantur, præcipuè ille, de quo ita ſcribit Iuſtin. *Qualis erat is quem ex tribus maribus conceſſum antea fuerat patri maximo ſenatui ſociare*, qui verſus obſcurus eſt, & pendet eius explicatio ex §.*ſed ea omnia* 14.*Inſt.de heredit. quæ ab inteſt.* vbi fit mentio SC. Sabiniani, quo cauebatur vt adoptiuus pater teneretur quartam bonorum ſuorum teſtamento relinquere, ita vt contra hæredes non relinquentes daretur actio ex eo Senatuſconſulto, *l.penul.* §.*quæ autem* 3. *C. de adoption.* docent Theophil. *in d.*§.*ſed ea omnia.* Hotoman. vbi Balduin. Mynſing. & Pichardus noſter *num.*3. Ant.
Aug. *de Senatuſconſul. verb.Sabinianum.* † Hæc adoptio dicebatur *ex tribus maribus*, vt omnium Codicum 44
fides teſtatur, quam probat Cuiac.*hîc*, & Connan. *lib.*2. *com. cap.*15. *num.*13. Reuard. *de auctorit. prudent. cap.*6. Merillus *ad L. deciſ.Iuſtin.in d.l.penul.* contra Alciat. *lib.*4. *parerg. cap.*3. qui legebat *ex tribus manibus*, cui adſentiunt Hotoman. & Balduin. ſed malè quidem, & peius Reuar. reponent *ex tribus mancipationibus*, quem refellit Gothofred. *in d. leg. penul.* §. *quæ autem* 3.*C. de adoptionib.* eo Senatuſconſulto

ſulto Sabiniano cauebatur, vt ſi quis ex tribus maribus à patre Senatui aliqui daretur, liberaretur à curiali fortuna, vt videtur inſinuari *in leg. ſi quis curiales* 132. *C. Th. de decurionib.* ibi, *Si quis curialis tres mares filios ſuſceperit, vnum dare Senatui non vetetur.* Quid tamen hoc fuerit, & quem effectum habuerit hæc oblatio, in ſinu vetuſtatis repoſitum ita eſt, vt ſolùm ſciamus impoſſibile eſſe id nos poſſe cognoſcere, cum Anton. Aug. & Cuiac. defecerint.

## TIT. XXXII.

## *Si ſeruus, aut libertus ad Decurionatum aſpirauerit.*

### LEX I.

*Impp.* DIOCLETIAN. *&* MAXIMIAN. AA. *&* *CC. Saturnino.*

Si libertus, vel ius aureorum annulorum adeptus non eſt, vel natalibus ſuis non reſtitutus: Præſes Prouinciæ non tantùm curiæ participare non permittat, ſed iuxta legis ſeueritatem congruenti pœna vlciſcatur.

### LEX II.

*Iidem* AA. *Oricinæ.*

Præſes prouinciæ ſi eum, qui ædilitate fungitur ſeruum tuum eſſe cognouerit: ſiquidem non ignarum conditionis ſuæ ad ædilitatem aſpiraſſe perſpexerit, ob violatam ſeruili macula curiæ dignitatem, congruenti pœna adficiet. Si verò cum opinione publica mater eius pro libera haberetur, ex Decurione procreatus ad capeſſendum honorem errore lapſus proceſſit, dominio tuo eum ſubiugabit.

### SVMMARIVM.

1 *Detegitur magna incuria Triboniani in collocandis legibus huius tituli.*

2 *Serui à decurionatu obtinendo & aliis dignitatibus obeundis arcentur, & de ratione*, & n. 3.

4 *Ædilium officium, quale ædilatus in municipiis à Decurionibus geri ſolitus.*

5 *Seruus qui ad decurionatum, vel aliam dignitatem aſcendit, punitur.*

6 *Pœna* l. 4. tit. 3. lib. 8. Recop. *contra hæreticos appetentes dignitates, vel officia publica.*

7 *Qui falsò ſe pro milite geſſerit, vel pro Doctore, vel pro Clerico, punitur arbitrariè.*

8 *An peccet qui cùm eſſet incapax ſcienter ſe promoueri ad dignitatem paſſus ſit, & quid facere teneatur?*

9 *Agitur de explicatione* l. Barbarius 3. D. de officio Prætoris, *& remiſſiuè adducuntur qui eam explicauerint, laudatur lectura Antinomiarum D. SolorZani*, & n. 10. & 11.

12 *Quis fuerit Barbarius, & de quæſtionibus quas mouerunt Iureconſulti, eius occaſione?*

13 *An fuerit verè Prætor Barbarius*, & n. 18.

14 *Expenditur & ſub breuiuſculis clauſulis declaratur* l. ſi is qui pro emptore 15. D. de vſucap. & n. 15. & 16 & 17.

19 *An communis error populi fecerit liberum Barbarium cùm eſſet ſeruus?*

20 *Refellitur error interpretum exiſtimantium errorem communem ius facere.*

21 *Probatur vera ſententia, quæ firmat Barbarium non fuiſſe liberum, & refertur factum Perpennæ*, & n. 22.

23 Prætura fungi *quid ſit apud Vlpianum?*

24 *Quare voluerint decreta Barbarij?*

25 *Ad multas quæſtiones in foro interno & externo pertinet* d. l. Barbarius.

26 *De muliercula illa quæ dicitur aſcendiſſe ad ſummum Pontificatum.*

27 *Error vt communis ſit qualis eſſe debet?*

28 *Quid erit in ſeruo, vel in incapace, quem populus, vel Princeps talem eſſe non ignorant?*

29 *Princeps eo ipſo quod incapacem eligit, videtur cum eo diſpenſare, examinatúrque hic articulus*, & n. 30. 31. 32.

33 *Quid quando aliquis eſt incapax iure naturali?*

34 *De officio tribuni militum ad explicationem* l. fin. C. de militari teſtam.

35 *Adducuntur plures explicationes & emendationes* d. l. fin. *& reiiciuntur.*

36 *Vera explicatio* d. l. fin. C. de milit. teſt. *&* n. 37.

38 *Sententia Rod. Suarez de decurionatu infanti dato, quomodo intelligenda, & probatur ante tempora Conſtantini infantes creari Decuriones conſuetum fuiſſe*, & n. 39.

40 *Secunda pars huius tractatus in quo de lege prima h. t. agi incipitur, & de prohibitione libertorum à decurionatu.*

41 *Inueſtigatur auctor legis Viſelliæ* l. vnic. C. ad Viſell. *& quantum potuerint liberti apud Principes?* & n. 42. 43. 44. & 45.

46 *Liberti ad honores admittebantur ſi ius aureorum anulorum impetrauerint.*

47 *De anulorum vſu*, & n. 48.

49 *Difficilis Papinij Statij locus explicatur.*

50 *Impetrato anulorum aureorum vſu, quid patronis relinquebatur in perſona libertorum.*

51 *De altero beneficio principali, quo natalibus reſtituebantur liberti.*

52 *Reſtitutio natalium duplex, prima quando quis reſtituebatur ingenuitati, quâ omnes naſcebantur ab initio. Altera quâ reſtituuntur ad ingenuitatem, quam omnes ingenui ſolent habere*, & n. 54.

53 *In beneficiis Principis ſolet intelligi clauſula*, ſi preces veritate nitantur.

55 *Iuſtinianus ſuſtulit omnem conditionem libertorum.*

56 *An natalium reſtitutio extingueret ius patronatus.*

57 *Non eſt abſonum in iure vt eadem res diuerſo modo cenſeatur.*

58 *Legis Viſelliæ deciſio non eſt in vſu, & quid apud nos obtineat circa libertos & filios hæreticorum.*

59 *Nullus præter Principem poteſt natalibus reſtituere.*

60 *Expenditur & breuiter explicatur difficilis* l.Caius 12.D.de iurepatron.

61 *Princeps non poteſt aliquem natalibus reſtituere in præiudicium tertij, explicatúrque an cum cauſa poſſit*, & n.62.

63 *De diſpenſatione quæ fit à Sum. Pontifice in radice matrimonij, remiſſiuè.*

64 *An natalibus reſtitutus, ſeu diſpenſatus vt nobilis ſit, cùm eſſet plebeius, poſſit admitti ad omnes illas res, quæ veram nobilitatem deſiderant*, & n.65.

66 *Nobilitas in priuilegiato non poteſt eſſe naturalis, ſed accidentalis.*

67 *Nobilis, ſeu Hidalgus* de ſangre *quantùm differat à Nobili de priuilegio?*

68 *An nobilitas poſſit eſſe quid naturale, ſeu ſubſtantiale?*

69 *Seruitus prædialis quomodo conſideretur ius prædio inhærens?*

70 *Nemo ſe poteſt nobilitare.*

71 *Differentiæ ratio proponitur quoad cognoſcendum, an hidalgus de priuilegio poſſit admitti ad ordines militares, & confraternitates, & alias res quæ deſiderant nobilitatem*, & n.72. & 73.

74 *Satisfit argumentis in contrarium, & an verba ſtatuti ſtrictè ſint interpretanda?*

75 *Nobiles qui habitant in oppidis de Behetria, tenentur ad contributionem tributorum cum cæteris plebeis.*

76 *An idem dicendum ſit de hominibus qui nobiles ſunt per priuilegium, proponitur diuerſæ lites quæ in hac Curia Pintiana circa hanc dubitationem oriuntur?* & n.77.

1 NON poſſum non incuriam Triboniani in collocandis his duabus legibus accuſare, nam ſi iuxta titulũ procedere deberent, lex ſecunda primo loco ponenda erat, & prima in ſecundo, vt ſic lex quæ de ſeruo agit, correſponderet primæ tituli dictioni, lex quæ de liberto ſecundæ; & quamuis excuſationẽ haberet, ſi duæ hæ leges diuerſos Auctores ſortirentur, & vt mos eſt horum librorum, anteriores Imperatores priori loco eſſent collocandi, hoc in præſenti non poteſt euenire, cùm ambæ leges ſint Diocletiani. Hæc attendant qui ſummam diligentiam in Triboniano circa compoſitionem librorum iuris laudant. Nos ordinem Triboniani non ſequemur, ſed ordinem & ſeriem tituli, & ſic de lege ſecunda priùs agemus, deinde de lege prima, id eſt, de libertis, in ſecunda huius tractatus parte diſſeremus.

2 Cùm Decurionatum eſſe dignitatem ſuperiori titulo *in leg. 2.* dictum ſit, ex *l. ad decurionatum, D. de vacat. mun.* meritò repelluntur ſerui ab eo obtinendo, cùm ad illa officia, quæ per liberas perſonas exerceri leges iubeant, ſerui non admittantur, *l. in his 175. D. de reg. iur.* qui ſemper in iure pro nullis habentur, *l. quod attinet 32. D. de regul. iur.* quæ regula per totum penè ius ciuile diffunditur, & innumeris exemplis illuſtratur, & ideò nos omittimus, ea tantùm attingentes quæ huius loci propriiſſima ſunt.

3 † Quare cùm ad dignitates nec viles, nec infames admittantur, *lege 2. infr. de dignit.* ſeruus qui nihil eſt & eo nihil abiectius, vt probaui *lib. 2. 1. obſeru. cap. 13. num. 2 & 4. lib. 2. cap. 6. n. 9. &* 10. neque participet de iure, *l. qui teſtamento 20. §. ſeruus. D. de teſtam. l. 1. D. de iure delib.* meritò à iudicandi munere, à Magiſtratu obtinendo arcendus eſt, *l. cùm Prætor 12. verſ. moribus. D. de iudiciis. cap. ſciſcitatus 13. de reſcript. l. 8. tit. 9. lib. 3. Recop.* & ab arbitrio ſuſcipiendo, *l. Pedius 7. verſ. in ſeruum. D. de arbitris. l. illa verba 68. D. de verb. ſig.* & cùm nec pudoris diſpendium ſuſtinere poſſit, *l. 1. C. Th. de habitu quo vti oportet*, à decurionatu quoque prohibetur, ne ſeruili macula curiæ dignitas violetur, vt aiũt *in hac l. 2.* Imperatores, expedit enim Reipublicæ, vt ad eam ordinandam admittantur homines ingenui, & nobiles, & qui honoris capaces ſint, & qui ſemper honeſtè ſe geſſerint, vt probat Bobadill. *lib. 3. polit. cap. 8. ex num. 9.* † Hanc etiam 4
rationem & in ædilitate admittit idem ius vt ſeruus ea vti nequeat. Ædilis namque officium erat publicum in municipiis quod à Decurionibus exercebatur, fuit itaque Ædilatus Magiſtratus municipalis, *l. honores 7. §. qui non ſit. ff. de decurion.* cui iunge *l. eos 12. illo tit.* ita probat Iuuenal. *Satyr. tertio verſiculo* 179. de municipiis agens.

*Sufficiunt tunicæ ſummis Ædilibus albæ.*

& Perſius *ſat. 1. verſ.* 143.

*—— Italo quòd honore ſupinus*
*Fregerit heminas Areti Ædilis iniquus.*

idem conſtat *ex l. ſi duas 6. §. remittuntur 16. l. non tãtùm 17. §. is qui 4. ff. de excuſat. tut. l. qui inſulam 30. §. 1. ff. locati*, vbi & in præſenti explicat Gothofr. Bul. *de Imper. Rom. lib. 7. cap. 15.* Leuin. Torrent. *ad Horat. lib. 2. ſat. 3. verſ.* 180. ad illud, *vter Ædilis fuerit.* Beroald. *ad Suetonium in Iulio cap. 10. & alibi*, Theod. Marcill. *ad Perſ. d. ſat. 1. verb. ſupinus.* Pancirol. *de magiſtr. municipal. cap.* 19. & latè ante eos Alex. ab Alex. *lib. 4. genial. cap. 4.* & *ibi* Tiraquell. Adam Contzen *lib. 6. politic. cap. 26.* Ædilium cura Romæ in res venales animaduertere, & pretia eis imponere, menſuras æquare, reparare vias, & alia quæ obſeruant ſupradicti, & Roſin. *lib. 7. antiq. cap. 24. & 25.* & Platea *in h. l. 2. num.* 1.

Si ergo ſeruus ad dignitatem decurionatus, duumviratus, aut ædilatus patiatur ſe vocari, cùm verè ſeruum eſſe crediderit, punitur & deponitur. Cõtrà erit 5
ſi ſe pro libero geſſiſſet, & ignorantia ductus ad decurionatũ aſcenderit, & eâ dignitate functus ſit, tunc enim deponitur, non verò punitur, vt *in h. l. 2.* conſtituitur. Cui adſtipulantur *l. pen. & vlt. infr. qui militare poſſ.* vbi ſi ſeruus militauerit domino ignorante, reuocatur ad eius dominium; ſi verò ſcienter ſeruus miles ſit, vel dignitatem adipiſcatur, dominio ſerui priuabitur dominus, at ſeruus competentibus verberibus afficietur, & fiſco vindicabitur, *l. 3. infr. de Tabulariis.* † Quæ pœna iure noſtro regio ex *l. 4. t. 3. lib.* 6
8. *Recop.* imponitur contra hæreticos reconciliatos, qui ad officia regalia prohibentur aſcendere, ita vt ſi ea exercuerint, eam habeant pœnam, præter eas, quas incurrunt perſonæ priuatæ, quæ ea officia vſurpant, quorũ capaces non ſunt, & ſic quemadmodum ſerui decurionatus, & cæterarũ dignitatum ſunt inhabiles, ita hæretici recõciliati & filij & nepotes eorum, qui ad ignem ſunt damnati, adeò vt ſi eligi pœnâ graui & confiſcatione bonorum afficientur Auend. *in c. præt. lib. 2. c. 14. n. 23. in fin.* & Azeued. *in d. leg. 4. n. 59. & ſeq.* Bobadill. *lib. 3. polit. c. 8. n. 9.* † Accedit quòd ſi 7
aliquis ſe pro milite geſſerit, aut equite alicuius religionis militaris, inſignéq; eiuſdem indebitè geſſerit, lege Cornelia de falſis tenebitur, *l. eos, §. qui ſe pro milite ff. ad l. Corn. de falſ.* idem eſt dicendũ de eo, qui ſe gerit pro Doctore, actus eidẽ dignitati conueniẽtes exercuerit, vel pro Iudice, cùm nullam habeat poteſtatem. Filliuc, *2. tom. tract. 40. cap. 6.* vel ſi ſe gerat tanquam Clericum, quibus in caſibus aliquando pœna mortis, aliquando triremium cum fuſtigatione erit imponenda arbitrio Iudicis, vt doctè ſcribit Caball. *reſolut. crimin. caſ. 176. toto.* & ita in praxi vidi in hac Pintiana Cancellaria admiſſum contra quemdam impoſtorem, qui Calatrauæ crucem falsò gerebat varias perſonas fallaciis ſuis & dolis nummis ſpoliando, nam poſt publicam fuſtigationem ad triremes condemnatus eſt.

Supradictam doctrinam extendunt cum Panor- 7
mitan.

mitan. *in d.cap.ſciſcitatus* 13.*de reſcrip.* & Suar. *alleg.*
12.*num.*25. ſupradicti , vt talis inhabilis qui ſe pati-
tur ad officium aſſumi, peccet ſi non detegat inha-
bilitatem , *leg. qui cum vno* 14. §.1.*verſ.idemque, iun-
cta gloſ. ibi verb.lectus, D.de re milit.* quemadmodum
tacens vitium notabile , quo cognito emptor non
emiſſet, tenetur venditor ex iuſtitia illud dicere , vt
docent multi apud Bonacin. 2.*tom.tract.de contractib.
diſp.*3.*quæſt.*2.*pun.*6.*n.*2. quod tamen limitat Plat.ſta-
tim *in princ. inh.l.*2.quando inhabilitas erat notoria,
vel ignorata , cùm nemo teneatur prodere ſeipſum,
atque ideò iuxta noſtra iura ſi errore lapſus inhabi-
lis ad capeſſendum honorem proceſſerit, non pecca-
bit, neque pœnâ tenebitur, cùm error illum liberet
qui excludit conſenſum delinquendi , vide Azeued.
*in l.*2.*t.*9. *lib.*3. *Recop.n.*6.*&* 7.*in l.*3.*tit.*3. *lib.*8.*n.*59.
*& ſeq.* Vnde ſequitur indignum qui recipit digni-
tatem,vel officium,aut beneficium iure iuſtitiæ non
poſſe illud retinere, & manere obnoxium reſtitutio-
ni, docent Vazq. *de benef.cap.dub.*15.*num.*106.Salon.
2.2.*quæſt.*6 2.*art.*2.*contron.*25.§.*qui ſimpliciter.*Rebel.
*de oblig.iuſt* 1.*part.lib.*3.*qu.*5.§.4. Leſſius *de iuſt.lib.*2.
*cap.*35.*dub.*12. *num.*54. Bunacin. *de reſt.in gen. tom.*2.
*diſp.*1.*quæſt.*2.*pun.*12.*n.*8. Layman. *tom.*2. *lib.*4. *tr.*2.
*cap.*13. *n.*2. Vnde quia indignus eſt & ineptus tale
officium , tenebitur deponere illud ſuámque inepti-
tudinem,ſi non verbis,ne ſe ipſum prodat,& infamet
ſaltim facto,ab eo ſe abdicando,vel reſignando. Sed
quis hoc cognoſcet,& laudabimus eum. Videndus
quoque Eſcobar *de puritate* 2.*part.q.*6.§.3.*num.*34.*&
ſeqq.& quæſt.*8.*num.* 23.*& ſeq.* poſt Bonacinam, Re-
ginald. Sayrum & alios,quos refert.

Verùm huic noſtræ diſpoſitioni videtur obſtare
famigeratum & in ore omnium nobile Vlpiani reſ-
ponſum *in leg Barbarius Philippus* 3.*D.de officio Præt.*
vbi Barbarius ſeruus cùm eſſet Prætor deſignatus,
nihil ei ſeruus obſtitit, quominus Magiſtratu funge-
retur,& quæ decreuit valida eſſent, & conſequenter
videtur etiam dicendum ex aſſumptione ad officium
liberum effectum , quod etiam comprobant *l.*2. *C.
de ſentent.& interloq.l.*1.*C.de teſtam.l.ſi quis patrem* 3.
*D.ad Marcel l.ſed cum aliquis, Inſt.de teſtam.* † Eius
reſponſi grauiſſima difficultas omnibus Interpreti-
bus vna eſt , vt præter ordinarios *ibi* teſtantur Cu-
iac. *lib.*18.*obſeru.cap.*33. Robert.*recop. lect.lib.*1. *cap.
fin.& lib.*1.*animadu.cap.*18. Cuiac. ſub nomine Mer-
catoris *lib.*1.*notator.cap.*18. Hottoman. *quæſt.illuſt.ca-
pit.*17. Contius & alij relati à Gothofred.*ibi.*Pichar.
*in d.§ ſed cùm aliquis,toto.* Madera *lib.ſing.animaduerſ.
cap.*6.Caldera *lib.*2.*var.cap.*7. Morla *in emp.tit.de iu-
riſdict.qu.*26.*tot.* & alij ab eo relati *in eod.tit. in præ-
miſſ. num.*100. Oſvvald. *ad Donell.lib.*1. *cap.*5. *lit.A.*
Menoch,*de præſumpt.lib.*2.*præſum.*20.*num.*7. Sanch.
*de matrim. lib.*3. *diſp* 22. *& lib.*8.*diſp.*4.*num.*7.*&* 11.
Anton. Faber *in Iuriſp. tit.*1. *princ.*1. *illat.*3.*confut.*1.
† Quorum nonnulli emendationibus & aliis expli-
cationibus difficultatem eneruare contendunt, inter
quos ita caput extulit Doctiſſimus noſter Præceptor
D. Ioannes Solorzano *in Antinomiis* , quas à tanto
viro penè pueri excépimus Salmanticæ,vt nihil ad-
dere poſſimus eius peculiaribus ſcriptis , ſed mirari
quomodo ſub tam breui faſciculo lectionum tot ſe-
lectiſſimos flores potuit colligere.Dicam ego formi-
doloſus ſanè poſt eruditiſſima commentaria quæ om-
nem gloriam poſteris præripuerunt , & ſubiiciam ſi
fortè ſpicilegia inuenero. † Retineo ergo litteram
vulgarem, & animaduerto cum Turnebo *lib.*7. *adu.
cap.*7. Morl. *ſup.num.*4. Barbarium Philippum ſub
triumuiratu Auguſti ſeruum fuiſſe Marci Antonij,à
quo aufugiens, & pro libero ſe gerens, ſeu permiſſu
domini , ſeu occaſione illius temporis turbulentiſſi-
mi Barborum familiæ ſe addicens præturam petiit,
& Prætor deſignatus eſt , ( quod ſimile de Maximo
quodam ſeruo , qui eodem tempore quæſtor fuit,
narrat in Auguſto Dio.) Cùm detecto errore ſeruum
eſſe apparuit,diſputatum fuit inter Iureconſultos, an
Barbarius verè Prętor fuerit,& an quæ edixit,vel de-
creuit cùm prætura fungebatur , valitura eſſent ?
† Verè fuiſſe Prætorem probarunt Accurſ. *ibi,verb.* 13
*functus.* Bar.*num.*4. *in lect.* & poſt alios Eguinar.Ba-
ro. Rationes deſumuntur. *Prima* ex Pomponij au-
ctoritate,quam refert Vlpianus illis verbis,*Sed nihil
ei obſtitiſſe ait Pomponius quaſi Prætor non fuerit. At-
quin verum eſt prætura eum functum* , quibus etſi ne-
gationem non detrahas cum Hottomano *ſuprà*,aper-
tè innuitur Prætorem fuiſſe , nam priora illa , *quaſi
Prætor non fuerit* , cum interrogatione accepta , vi-
dentur Vlpianum proponere quæſtionem cum Pom-
nio , cui reſpondet eam reſoluens ſequentibus ver-
bis , *Atquin verum eſt prætura eum functum.* † Eodem 14
loquendi genere vſos Conſultos ſatis indicat Paullus
*in l. ſi is qui pro emptore* 15. *D. de vſucapiomb.*ibi,*Et
ſi ipſi reuerſo non prodeſt , quemadmodum heredi eius
proderit ? Sed verum eſt eum in ſua vita deſiiſſe poſſide-
re.*Quaſi dicat,ſi qui pro emptore poſſidebat captus,
amittit poſſeſſionem , iuxta communes iuris regu-
las , quæritur an ſicut ipſi reuerſo non prodeſt inter-
rupta captiuitate poſſeſſio , ita ſi ibi decedat, per le-
gem Corneliam ſucceſſoribus proſit ? † In ea quæ- 15
ſtione vir meritò laudandus tum ex modeſtia,tum ex
doctrina,Dominus D.Melchior de Valencia,Prima-
rius legum Salmanticę Anteceſſor,nunc regius Gra-
natæ meritiſſimus Senator, *in ſuis illuſt.tract.*3.*c.*11.
alij vult fictionem legis Corneliæ qua mortuus cre-
ditur, efficere vt coniungantur tempora illa, & poſ-
ſeſſio coniuncta hæreditati, *l.cùm miles* 30.*D.ex qui-
bus cauſ.maior. ſucceſſoribus proſit.* † Sed tanti viri 16
viri pace dixerim, contrariũ verius docere Paullum,
quoniam ſi ipſi reuerſo non prodeſt , cur hæredibus ?
præcipuã cùm inuita ſua deſierit poſſidere.Quæ ratio
ita explicanda, vt poſſeſſio interrupta ſit in vita ca-
ptiui,quod efficit vt nequeat coniungi hæreditati ia-
centi.*leg. iuſto* 44.§.*vacuum. de vſucap.*& quamuis fi-
ctio legis Corneliæ coniungat tempus mortis & ca-
ptiuitatis, cùm tamen amiſerit poſſeſſionem dum eſt
captiuus cùm fictio retrotrahitur,non poteſt inueni-
re poſſeſſionem iam amiſſam , neque ideò poteſt
coniungere cum hæreditate,iuxta *leg.quod ſi* 11. §.1.
*D.de captiu.*cum latè à me traditis *lib.*2.*obſeru cap.*2.
† Procedit vlteriùs idem Paullus *in d. leg. ſi is qui* 17
*pro emptore.& in verſ. Quod ſi ſeruus.*proponit caſum
difficiliorem quando ex cauſa peculiari ſeruus eme-
rit,an ſi non reuertatur captiuus,ſucceſſoribus proſit
vſucapio ? quam poteſt implere ſeruus. *l.peregrè* 44.
§. *quæſitum. D.de adq. poſſeſſ.* ( ex quo conſtat in re-
ſponſo præcedenti denegatam ſucceſſoribus vſu-
capionem. ) Proponit in quæſtione Iuliani ſenten-
tiam admittentis in captiuo reuerſo vſucapionem
non in ſucceſſoribus. Nam cùm dicat dubitare ſe
an per legem Corneliam id effici poſſit , apertè ne-
gat , Marcellus verò pleniùs accipiebat , id eſt , vt
proſit ſucceſſoribus, hancque ſententiam probat
Paull. *in verſ. Quemadmodum* , eâ ratione , vt ſicut
plus iuris habet captiuus in his , quæ per ſeruum
poſſidebat ex cauſa peculiari , ſcilicet quam in his
quæ per ſe , & ſicut certum eſt hæreditatem vice
perſonæ fungi , *l. cæptam* 40. *D. de vſuc. d.l. iuſto.
§. vacuum* , conſequens eſt ſucceſſoribus vſucapio-
nem prodeſſe. Cui interpretationi non repugnant
verba illa ſequentia , *ideóque in ſucceſſoribus locum
non habere vſucapionem* , à quibus expungunt nega-
tionem Cuiac. & alij , quam ego retineo , & cum
interrogatione indico planam mentem Iureconſul-
ti , hoc ſenſu. *Si eſt verum captiuum plus iuris ha-*

*bere in his quæ ſeru egerunt, quàm per ſe, vel per alios, item & certum eſt hereditatem vicem perſonæ ſuſtinere, cur dicemus non habere locum in ſucceſſoribus vſucapionem* ? Quaſi dicat, *habet locum.* Neque enim eſt ignotum in iure, vt cum integratione lectæ multæ leges effugiant difficultates, vt *l. bona* 22. *§. quod ſi filius, verſ. etſi viuo patre. D. de captiuis*, quam ita intelligit Accurſ. *ibi*, dixi *lib.*2. *obſeru. cap.*17. quibus planiſſima iam eſt, obſcura illa deciſio Paulli *in d. l. ſi is qui pro emptore.*

18 Et vt ad noſtram quæſtionem redeamus, Pomponium in ea fuiſſe opinione, vt Barbarius verè Prætor fuerit, ſatis conſtat quòd ei ſeruus non obſtiterit. Si enim obſtabat, certum eſt nullum dubitandi occaſionem relinqui, cùm Prætor eſſe non potuerit, & ſic præcipua quæſtio, an valerent à Barbario geſta, ſuperuacua foret *l. poſtliminij* 5. *§. fin. in fin. D. de captiu.* ibi, *& ideo lex ſuperuacua,* quoniam ſeruus non poterat Magiſtratum obtinere, quare cùm valeant, quæ edixit & decreuit, conſequitur verè Prætorem fuiſſe, cùm nemo poſſit decernere, vel ius dicere, niſi qui Prætor eſt *l.* 1. *§. poſt originem D. de orig. iur. iuncta l.* 2. *D. de iuriſdict.* & iam ſeruitutis defectus populi electione fuerit purgatus, & ceſſauerit *argumento l.* 1. *§. idem Pomponius*
19 *D. quod falſo tutore. l. quidam* 57. *D. de re iudic.* † Et
ratio fuit, quia communis ille error populi fecit de ſeruo liberum, ſicut non teſtem facit teſtem, *d. l.* 1. *C. de teſtam.* & non patremfamilias facit patrem, *leg.* 3. *D. ad Macedonian.* non Iudicem facit Iudicem, *d. l.* 2. *C. de ſentent. & interloq. iuncta l.* 3. *D. de ſupellect. legat.* vbi dicitur errorem ius facere, docent *Bar. in d. l. Barbarius. num.* 3. *in lect.* & poſt Accurſ. Butrigar. & alios Philip. Porcius *lib.* 2. *regul. concl.* 11. Socin. *reg.* 282. Cattelian. *in memorabilibus, verb. opinio communis* Medices *de fortuit. caſib.* 1. *p. quæſt.* 2. Maſcar. *de probat. concl.* 648. Coſtan. *lib.* 1. *comm. cap.* 4. *numero* 3. Qui ſupradicta iura eo modo interpretantur errori communi illorum deciſiones adſcribentes.

20 Verùm hic error communis iam à multis confutatus eſt, qui latè probarunt falſum eſſe, errorem communem ius facere, vt conſtat ex Vigilio & aliis *in d. §. ſed cùm aliquis, de teſtam.* vbi etiam Pichard. & relatis ab Oſvvald. *d. lib.* 1. *Donell. cap.* 5. *lit. A.* Gouean. *libro* 1. *var. capite* 6. Cuiac. *lib.* 18. *obſeruat. capite* 13. Madera *ſup.* & Moral. *dicta quæſt.* 26. *ex numero* 15. & à prima quæſtione ſi incœperimus.
21 † Verius eſt Barbarium non fuiſſe liberum, quod Vlp. clarè demonſtrat ibi, *An ſeruus quandiu latuit ?* & poſtea ea ratione probat, *ſed & ſi ſciuiſſet ſeruum eſſe, liberum effeciſſet.* Neque ex errore illo populi nullus conſenſus ad dationem libertatis elici poteſt, *l. ſi per errorem* 15. *D. de iuriſdict. l. neque ignorans* 10. *C. de donation. §.* 1. *verſ. planè. Inſt. qui teſtam. tutor.* Neque ex ſua malitia debebat ſeruus commodum reportare, *l. itaque fullo* 12. *D. de furt.* Acceditque pro hac parte hæc noſtra *l.* 2. in qua ſeruus Decurio creatus, quia eius mater quo libera habebatur, dominio domini ſubiugatur, quia errore illo non mutatur conditio priſtina ſeruitutis, ſed ſemper relinquitur veritati locus, *l. non mutant* 11. *C. de liber. cauſ. l. Herennius* 10. *ff. de decurion. l. eos* 27. *§. fin. D. ad l. Cornel. de falſ. l. non id* 44. *§ fin. D. de iudiciis, l. moueor* 4. *C. ſi ſeruus exportan. l. ſuper ſeruis, infr. qui milit. poſſ.* Sic M. Perpenna cùm eſſet peregrinus, obrepſerat ad honorem Conſulatus errore populi, quam ob cauſam de eo ait Val. Max. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. his verbis, *Ita M. Perpennæ nomen adumbratum, falſus conſulatus, caliginis ſimile imperium, caducus triumphus aliena in vrbe improbè peregrinatus eſt*, notat, vt ſolet, doctiſſimus Cuiac. *d. lib.* 18. *cap.* 33. quem immeritò in hac parte reprehendit Robert. *lib.* 1 *animad. cap.* 18. Sed tanquam pygmæus contra Herculem bellum mouet, & cum plumbeo pugione hominem adamantinum adoritur. Sed non tulit inultus eam gloriam, cùm ipſe Cuiacius in eum retorqueat *lib.* 1. *notat. cap.* 18.

Neque obſtat Pomponij auctoritas ab Vlpiano 22
laudata, nam reſponderi facilè poteſt à Pomponij ſententia Vlpian. receſſiſſe *in verſ Atquin.* nam Pomponius dicebat Barbarium non fuiſſe Prætorem quaſi diceret, non eſt cur de ſeruitutis obſtaculo tractetur, quia ipſe Prætor verè non fuit. Cui obiicit Vlp. ipſum præturâ functum fuiſſe. Nam diuerſa ſunt Barbarium fuiſſe Prætorem, vel præturâ functum, id eſt, dignitatis illius fuiſſe detentorem. Quemadmodum differt in poſſeſſione eſſe, & poſſidere, vel ſeruũ eſſe, vel in ſeruitute. Seruus eſſe denotat ius & veram ſeruitutem, in ſeruitute eſſe, non niſi factum, vt poteſt dici de homine libero, vt *in tit. de homine liber. exhib.* cum aliis notatis ab Oſvval *lib.* 2. *Don.*
*cap.* 11. *lit. D.* † Vnde *pratura fungi*, factum magis, 23
quàm ius ſignificatur, cùm aliud ſit eſſe tale, vel haberi pro tali *l. mercis* 207. *iuncta gloſ. ibi, verb mangones, de ver. ſig.* atq; ita concludit rectè, verè non fuiſſe Prætorem, ſed in dignitate prætoria latuiſſe, & ob id quærit, an decreta & ſententiæ Barbarij valere debeant, quæ ſanè quæſtio ſuperflueret, ſi verè eſſet Prætor, & ad humanitatis aſylum benignitatémque confugere neceſſarium non erat, cùm de iuris rigore deberent valere & firma eſſe, vtpote à vero Prætore geſta & decreta, ex quibus veluti nebulæ ſolent ventis diſſipari, ita explicationes, animaduerſiones & emendationes Cuiacij, Contij. Hotomani & Roberti & aliorum, qui negationem addunt, iam detrahunt, inuicem ſe reprehendentes.

Quâ admiſsâ ſententiâ procedit Vlp. & quærit, an 24
quæ decreuit Barbarius quandiu in prætoria dignitate fuit, valitura eſſent ? & valere docet, non quia ſeruus non fuerit, ſed benignitatis intuitu, propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt, ne abſque culpa puniantur, & lites iurgiáque ſemel ſententiâ ſopita eius, qui verus Prætor credebatur, iterum retractari, cùm magno Reipublicæ incommodo cogerentur. Etſi enim ſummo iuris rigore inſpecto Prætor ille non fuerit, & ſic ſententiæ nullius forent momenti, vtilitas tamen publica, quæ in ſedandis litibus & controuerſiis ciuium poſita eſt, *l. fin. ff. pro ſocio*, cum aliis, quæ *alibi* adduximus, euincit vt ſtricto iuris rigore neglecto (*argumento l. ſunt perſonæ* 43. *ff. de religioſis, leg. Pannonius* 86. *ff. de adquir. her.* cum adductis à Morl. *d. q.* 26. *num.* 6.) attendatur quod vtilius eſt Reipublicæ, *l.* 3. *infr. de primipilo*, vt conſiderat Thom. Sanchez *libro* 3. *de matrim. diſp.* 22. *n.* 5. & Pichard. *in d. §. ſed cùm aliquis, de teſtam. numer.* 14.
Filliu. 2. *tom. Moral. tract.* 40. *cap.* 6. *num.* 6. † Quòd 25
ad alios ſimiles caſus porrigi debet, vbi iuſtus & publicus error cum communi vtilitate concurrens expoſtulat alicuius Iudicis, vel officialis illegitimi acta valere, vt firmant in variis quæſtionibus *ſuprà* laudati, & Felin. *in cap. ad probandum, de re indic.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. §.* 12. *numero* 88. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 402. *num.* 12. & colligitur ex *l.* 8. *tit.* 9. *lib.*
3. *Recop.* quæ concordat cum *d. l. Barbarius.* † Et ad- 26
ducunt exemplum illius mulieris quæ dicitur ſexum mentita ad ſummum Pontificatum aſcendiſſe, præcipuè Hotoman. *ſup.* Morl. *d. quæſt.* 26. *n.* 19. Th. Sanchez *d. diſp.* 22. *n.* 28. Verùm illud fabellis anilibus tribuendum iam viri doctiſſimi & diligentiſſimi ſcripſerunt, vt teſtatur Baron. *ann.* 853. Onuphr. Panuin. *in not. ad Plantin. in Ioanne Anglico*, & cum aliis diligenter & doctè Ant. de Yepes *in hiſt. ſancti*

*Eti Benedicti tom.4 cent.4. ann.855. cap.2.fol.134.* qui rectiſſimè aſſerit figmentum illud opus eſſe hæreticorum.

27 Sed cùm communis error in cauſa fuerit, vt quæ geſſit Barbarius valida reputentur, & *in h. l. 2.* vt ſeruus à pœnis euadat, quæ diriguntur contra eos, qui cum inhabiles ſint, ad dignitates aſcendere non verentur. Diſquiri oportet, qualis hic error communis eſſe debeat, & certum eſt errorem ita eſſe debere, vt non ſit vnius, vel alterius, ſed totius populi, in quo ſeruus, vel incapax degit, ita vt ab omnibus reputetur capax, vel liber, *d. §. ſed cùm aliquis, Inſt. de teſtam.* ibi, *Cum eo tempore quo teſtamentum ſignaretur, omnium conſenſu hic teſtis liberi loco fuerit, neque quiſquam eſſet qui ſtatus ei quæſtionem moueret*, eademmet verba habet *d. l. 1. C. de teſtam.* firmant Sanchez *d. diſp. 22. num.6.* Pichard. *num.15.*

28 Vnde deſcendit quòd cùm communis error intercеſſerit, etſi propter publicam vtilitatem ſuſtineantur geſta ab incapace communiter reputato capace. Aliud eſſet ſi ſeruus, vel incapax ad eam dignitatem euectus ſit à populo, vel à Principe eius incapacitatem non ignorante, vt docuit Vlp. *in d.l. Barbarius*, illic, *ſed etſi ſciſſet ſeruum eſſe, liberum effeciſſet*, quaſi diceret ex ſola delatione præturæ tacitè videri voluiſſe è ſeruo liberum facere. *Quod ius*, adiicit, *multo magis in Imperatore obſeruandum eſt*, quia quem ſciens Princeps Prætorem fecerit, liberum feciſſe intelligitur, quoniam latius eſt interpretandum Principis beneficium, quàm populi rogationes, vt eleganter conſiderat Cuiac. *d. lib.18. obſer. cap.33. in fin.* Vel quia iam in eum tranſlata poteſtas effecit vt ſolutus legibus non adſtringatur earum ſolemnitatibus, ſicut populus, & ob id dixit Conſultus *quòd ius multo magis in Imperatore obſeruandum eſt.*

29 † Quapropter Princeps qui habet poteſtatem diſpenſandi & liberandi eo ipſo quòd ſcienter incapacem elegerit, videtur cum ipſo diſpenſare, vt docent omnes *per text. ibi, in l. quidam conſulebat 57. ff. de re iudicat.* Innocent. *in c. veniens, de filiis presbyt.* Plat. & Rebuff. *num.2. in h. l.2.* Acc. *per text. ibi, in l. imperialis 23. §. ſimiles, verb. oportet, C. de nuptiis, l. idem 12. §. fi. ff. de excuſ. tut.* Menoch. *lib. 2. de præſumpt. præſ.20 tot.* Thom. Sanchez alios referens *de matr. lib.8. diſp.4. tot.* Rod. Suar. *alleg.12. tot.* maximè *ex n. 24.* vbi eius additio valdè plures congerit *lit. H.* & adde Roman. *conſ.307. numero 2.* Azeued. *in l.3. tit.3. lib.8. Rec. n.59.* Seſſe *3. t. dec. 294.* Salas *de legib. diſp.20. ſect.3. num. 16. & diſp. 14. ſect.3. num.21. & ſect. 3. num.32.* Bonacin. *tom.1. tract. de ſimonia, diſp.1. q.6. num.8.* Graſſis *de effectib. cler. eff. num.4. n.283. & ſeq.* Caſtro Palao *oper. moral. tom.1. tract.3. diſp.6. pun.4. & diſp.1. punct.24. num.8.* Girond. *de priuileg. num.726. & ſeq.* Leſſium *de iuſt. & iur. lib.2. cap.35. dub.5.*

30 Sed in hac re vt iudicium meum interponam, aſſentior quidem Menochio, Sanch. & Suar. qui dicunt in impedimento iuris humani eo ipſo quod Princeps eo non obſtante aliquid confert incapaci, aut impedito, diſpenſationem indici, dum tamen hoc ſcienter faciat, veluti ſi Rex ſeruum in indicem conſtituat, vel alias inhabilem vel Pontifex admittat irregularem ad Ordines, vel beneficia, vt volunt Sanch. *num.1.* Suar. *n.24.* Ratio eſt, quia ad diſpenſationem non requirit cauſæ cognitio, ſed ſatis eſt quod habeat voluntatem diſpenſandi, quæ aperta eſt & clara dum ſcienter promouet incapacem, quia non intelligitur diſpenſare qui non facit ex certa ſcientia, vt *in h.l. 2.* dicitur, & ideò ignorans non diſpenſat, *l. neque ignorans 14. C. de don.* & probatur *in d.l. idem §. fi. de excuſ. & in d. l. Barbarius*, ibi, *ſed etſi ſciſſet liberum effeciſſet*, quæ apertè requirunt vt ſcientia interueniat, nam ſi errore lapſus dignitatem contulit ſeruo, vel incapaci, conſtat nullum animum habuiſſe diſpenſandi. Quaſi tanquam neceſſarium præſupponat IC. ſcientiam interuenire debere, quâ interueniente, ſi prætura ſeruo collata eſſet, libertatem conferre & dignum facere populus intelligendus erat, in qua etiam opinione hæret Sanch. *n.1. ſup.* plures contrarium aſſerentes reprehendens *n.11.* † Sed ab eo diſcedo dum exiſtimat *n.5.* ſufficere vndecunque conſtet Principem inhabilitatis fuiſſe conſcium, quod nullus inquit, ſit textus inducens ſpecialem modum, ſed ſufficiet qualiſcumque probationis modus, quo cæteræ res probari valent, atque ita ait non eſſe neceſſariam clauſulam, *ex certa ſcientia*, neque illam, *motu proprio*, vt alij DD. ab eo relati dicebant. Nam verius arbitror quod ad hoc, vt talis indulgentia valeat, præter ſcientiam neceſſarium quoque ſit, vt in litteris exprimatur ipſa inhabilitas, vt expreſſum eſt *in d.l. idem 12. §. fi. ff. de excuſ. tut.* & ita tenent relati à Menoch. *de præſum. lib.2. præſum.20. num.1. & ſeq.* & ſic etiam ceſſabit quòd ipſe adiicit *n.19.* diſquirens quomodo probanda ſit ſcientia Principis. Nam cum neceſſarium eſſe dicamus, vt de inhabilitate conſtet, nulla melior probatio, erit quam illa, quæ ex ipſis litteris deducitur. † Vnde mihi non arridet ſcientia Bar. *hîc*, quam ſequitur Menoch. *vbi proximè n.26.* vt procedant prædicta, etiam ſi Princeps ignoret inhabilitatem promoti, ſi modò certum eſt quod idem fuiſſet facturus ſi ſciuiſſet eum inhabilem. Nam cùm, vt diximus, neceſſaria ſit ſcientia Principis, veluti pro forma talis diſpenſationis, præſumendum eſt ex errore, aut ignorantia nullum conſenſum præſtitiſſe, cum error oppoſitus ſit conſenſui, neque talis animus poteſt conſiderari in eo, qui nunquam præſumitur conſentire *d.l. Barbarius*, cum aliis quæ ad eius explicationem de errore tradunt Morla & reliqui *ſuprà*, quod notabis ad incapaces *l.3. tit.3. lib. 8. Recop.* 31 32

33 Dixi *ſuprà* quando Princeps aliquid confert, vel facit cum inhabili, qui habet impedimentum iuris poſitiui, vel humani. Secus autem erit, quando adeſt impedimentum iuris naturalis, veluti ſi Princeps aliquid concedat infanti, aut impuberi animo & diſcretione carenti verbi gratia, ſi Decurionatum ei præſtet, aut Magiſtratum, tunc enim dicemus hunc defectum iuris naturalis minimè per Principis diſpenſationem ſuppleri, vt docuit Cuman. & Alex. *in d.l. quidem conſulebat, de re iudic.* idem Alex. per tex. *ibi in l. fi. C. de milit. teſtam.* Anton. *in cap. conſultationibus, de iure patron.* quos ſequitur Suar. *d. alleg. 12. n.16. & ſeq.* eâ ratione, quia pupillus tam teneræ ætatis caret diſcretione & animi iudicio, quod præcipuè neceſſarium eſt ad adminiſtrationem talis officij, & ſic neque iuriſdictio, neque officium, nec titulus ad illud exercendum ex tali promotione reſultat. *l. ad Rempublicam 8. D. de muner. & honor. l. non tantum 11. D. de decurion. l.2. §. ſi de reg. iur. l. Lucius 21. §. Imperatores, D. ad municipal. l.2. C. de his qui veniam etat.* iuncta gloſ. *ibi*, cùm non ſit defectus conſilij ex tenera ætate, & ſic nullus conſenſus propter illum poſſit in infante dari, & ideo talem defectum non poterit ſupplere diſpenſatio Principis, vt ait Caſtren. *in d.l. quidam, argumento §. ſed naturalia, Inſt. de iure natur.* cum notatis à Gomez *3. tom. var. cap.1. num.56.*

34 Sed obſtat *l. fin. C. de milit. teſtam.* vbi ſcriptum eſt pupillum poſſe eſſe tribunum, teſtamentum condere & tamen non minus neceſſaria erat diſcretio, item & animi vigor & iudicium ad illud officium exercendum, quàm ad Decurionatum & Magiſtratum,

imò credo plus iudicij & intellectus in tribuno, quàm in Decurione & Magiſtratu requiri. Nam Tribuni militum ( qui ita dicti quod ſingulis tribubus legionem ducerent) in exercitu officium exercebant vt miles munitus veſte indutus incederet, exercitationem eos producebant, claues portarum ſuſcipiebant, vigilias circuibant, frumentationibus commilitonum intereſſebant, frumentum probabant, delicta ſecundùm ſuæ auctoritatis modum caſtigabant & cauſas diffiniebant, & ferè eandem cum Conſulibus poteſtatem habebant, *l. officium* 12. §. *fi. D. de re milit.* Liuius *lib.* 28. Vopiſc. *in Aurelian.* Veget *lib.* 2. *de re mil. c.* 12. docent Anchoran. apud Schar. *de verb. iur. verb. Tribuni militum.* Budæus *in annot. ad l.* 2. *D. de orig. iur.* Roſin. *lib.* 10. *antiq. c.* 7. Renar. *lib.* 4. *var. c.* 8. Stevvech. *in not. ad Veget. lib.* 2. *cap.* 7. Lipſ. *de militia Rom. lib.* 2. *dial.* 9. & poſt eos Buleng. *lib.* 5. *de Imp. Rom. c.* 4. Ob idque de Adriano refert Spartian. *In eo, nullum tribunum feciſſe niſi eum, qui plena barba eſſet, aut eius ætatis, quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret, & tribunis non fauorem militum, ſed iuſtitiam commendaſſe*, & Valerianus Imperator apud Vopiſcum *in Probo* excuſat ſe quòd Probum imberbem adoleſcentem tribunum fecerit.

35 Huic difficultati reſpondent Oldrad. Bar. & alij antiqui, quos ſequitur Suarez *ſup. num.* 20. dictam *l. fin. C. de mil. teſt.* loqui in dignitate quæ non habet annexam adminiſtrationem, & ſic puero conferri potuiſſe, quod euertit quæ *ſuperiùs* diximus, cum imò tribunatus adminiſtrationem haberet, & quidē maximā. Minus arridet Gothofr. *in d. l. fin.* Iuſtinianū accipiens de legibus, quæ ante Hadrianū latæ ſunt. Nā ad quid poſt tot ſæcula abrogatas leges neceſſariū erat abrogare. Imò ipſe Iuſtinianus apertè indicat contrariū & ſuo tēpore eas leges vigere quæ pupillis tribunatum concedebant, vt patet *ibi, attamen indignum noſtris temporibus eſſe videtur.* Renard. parum feliciter litteram inuertit, & pro, *tribunatum numerorum,* reponit, *in tribunatu, lib.* 4. *var. c.* 8. *& in l.* 2. §. 1. *D. de regul. iur.* quæ emendatio quantumvis adiuuetur manuſcriptis Carrionis, quæ ipſe laudat, minimè difficultatem tollit, cùm non minus difficile eſſet pupillum mereri in tribunatu, quàm tribunum eſſe, cùm pupilli militare non poſſent, quia ex lege quam tulit Caius Sempronius Gracchus tribunus plebis milites eſſe non cogebantur minores annis 17. vt docemur ex Plutach. *in Gracchis*, & refert Roſin. *lib.* 10. *antiq. c.* 3. *verſ. de ætate.* Gouean. *in l.* 2. §. 5. *n.* 16. *D. de vulgar.* & poſt Lipſiū A. Auguſt. & alios Stevvech. *ad Vegetium lib.* 1. *c.* 4. *in princ.*

36 Ego verò in hac difficultate aſſentior Cuiac. *lib.* 17. *obſer. c.* 36. *& ad tit. C. de milit. teſtam. & ad tit. D. de excuſat. tutor. in l.* 8. Corraſio *lib.* 5. *miſcell. c.* 25. P. Fabro *in l.* 2. §. 1. *D. de reg. iur. pag.* 22. quos ſequitur Oſuual. *lib.* 6. *Donell. c.* 18. *lit. C.* qui docent tribunatum *in d. l. fin.* nudum fuiſſe nomen dignitatis ſine adminiſtratione, imaginariæ militiæ genus quod vocabatur ſuper numerum, quo abſentes honore tenus & titulo fungebantur ſine labore militiæ quod à tempore Claudij inſtitutum teſtatur Sueton. *in eo c.* 25. his verbis, *Equeſtres militias ita ordinauit, vt poſt cohortem alam, poſt alam tribunatum legionis daret, ſtipendiáque inſtituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur ſupra numerum, quo abſentes & titulo tenus fungerentur*, conferunt duo Appiani loci, quos adducit Pett. Fab. *ſup.* & alium incerti Auctoris *de reb. bellic.* quem recenſet in propoſito Stevvech. *in Veget. lib.* 2. *c.* 19. quibus adde *l.* 2. *infr. de Caſtrenſ. & l. bis* 15. *l. ſerenitas* 17. *C. Th. de palatin. ſacr. largit.* etſi credam *numerorum* vocem *in d. l. fin.* magis ſignificare cohortes, ſeu legiones magis, quam ſupernumerariam dignitatem, vt voluit Renard. *d. cap.* 8. quod variis locis probat, & notum eſt. † Huius ergo honoris capax fuit pupillus 37 cui faciliùs tribunatus numerorum, vel ſimilis alia dignitas militaris mandabatur, maximè ſi ex illuſtri familia profectus eſſet, cùm poſſet maiores natu vicarios, ſeu locumtenentes habere, quod ante omnes ſenſit Caſtren. *in d. l. fin.* & id faciliùs eueniebat, quia pueri educabantur in caſtris, ex ratione quam adfert Veget. *lib.* 1. *de re mil. c.* 4.

Hinc, vt ad noſtram quæſtionem redeamus, dicendum 38 exiſtimo ſententiam Roderici Suarez *ſup.* ſine diſtinctione veram non eſſe, etiam & in infante, qui aliàs habet impedimentum naturale, vt poſſit eſſe Decurio, vel Magiſtratus. Nam ſi Princeps ei Magiſtratum, aut Decurionatum conferat, vel S. Pontifex beneficium, certum eſt ſua diſpenſatione non poſſe ſupplere defectum naturalem iudicij, vt ſcilicet poſſit exercere, attamen valida erit diſpenſatio quoad dignitatem & titulum, verè Decurio erit, vel beneficiatus, quamuis ipſe exercitium, vel adminiſtrationem non habeat, neque ſuffragium, conſequetur tamen honoris titulum, commoda, vtilitates & ſportulas, vt eleganter probatur *in l. ſpurij* 6. §. 1. *D. de decur.* eóque ſpectat difficilis *l. pen.* §. 1. *D. eod.* de qua diſſeremus *in l.* 1. §. 1. *infr. de mun. & honor.* facit etiam *l. Lucius* 17. §. *Imperatores* 6. *D. ad municip.* vbi notat Gothofred. *& in l.* 1. *verſ. pro infante, infr. de mun. & honor.* & Bobadill. *d. lib.* 3. *pol. cap.* 8. *num.* 11. † In quibus infantes 39 creabantur Decuriones & minores; quod durauit vſque ad tempora Conſtantini, qui decimum octauum annum Decurionatui adipiſcendo aſſignauit, *in l. quoniam* 18. *C. Th. de decurionib.* quæ ætas apud nos in vſu eſt, vt docet Bobadill. *d. n.* 11. Cur. Piſana *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 4. vbi etiam Azeued. & ratio eſt, nam ius naturale non impedit vt quis Decurio, quantumuis infans, non fiat, impedit tamen quòd infans habeat intellectum, qui quantum ad hoc non ſuppletur ex Principis diſpenſatione, qui non valet ſi vellet vt ille infans ratiocinaretur & intelligeret: at verò valebit vt quamuis infans non habeat intellectum, nihilominus habeat officium & obtineat, quia ius naturale id non prohibet, & ita valet Principis conceſſio, vt eleganter probat Bobadil. *d. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 11. cum aliis quos refert.

Cœpimus oſtendere de ſeruis quæ *in h. l.* 2. prohibentur 40 Decuriones eſſe, nunc differendum eſt pro explicatione *l.* 1. *h. t.* de liberis, quæ eos prohibet à participatione curiæ niſi aureorum ius adipiſcantur, vel natalibus ſint reſtituti, aliter autem legis pœna criminaliter punientur, quæ lex videtur fuiſſe Viſellia, vt videre eſt ex *l. vn. C. ad leg. Viſell.* quæ perſecuta eſt libertinæ conditionis homines ne honores & dignitates auderent attentare ( libertos, vel libertinos promiſcuè voco, nam & iuris Auctores ita loquūtur, hac nota adiecta, vt liberti reſpectu patronorū, libertini reſpectu ingenuorū, dicerentur, vt docet Roſin. *l.* 1. *antiq. c.* 20. *in princ.* P. Gr. *l.* 14. *ſyntag. c.* 7. *n.* 5. *&* 6. Schar. & reliqui lexicones *verb. libertini*, & cum aliis Oſvvald. *ad Don. l.* 2. *c.* 11. *lit. A.*) † Lex hæc, 41 vt credo, condita eſt odio libertorum, qui ab Auguſto potentiſſimi fuerunt, & magnus eorum faſtus quia maxima officia cum libertis fuerunt communicata, quorum ordo Romæ numeroſus & multis diuitiis atque potentia fuerunt præpollentes. Horat. *in Epod. od.* 4

*Vides ne ſacram metiente te viam, &c.*
*Vt ora vertat hinc & hinc euntium*
*Libertina indignatio?*
*Arat Falerni mille fundi iugera,*
*Et Appiam mannis terit.*

*Sedilibuſque magnis in primis eques*
*Othone contempto ſedet*

42 Nam Auguſtus Licinium Enceladum libertum in honore & vſu maximo habuit Sueton. *in eo cap.67.* Galba Icellum cæteriſque ſuos, vt Claudius Pallantem & Narciſſum tanta apud eum potentia, vt omnium mortalium domini fuerint. Sueton. *in Clau.c.* 28. Heliogabalus, teſte Lamprid. fecit libertos Præſides, Legatos, Conſules, Duces, omnéſque dignitates polluit ignobilitate hominum. Commodus vt tradit in eo Lamprid. libertinos in Senatum atque Patritios adlegit, ideóque Appij Claudij cæci infamis & ignominioſa vocata eſt lectio quòd in Senatum libertinos introduxerit. Liu. & *lib.9.* Sueton. *in Claud.c.24.* vbi vide Læu. Torrent. Beroal. *in Ner. c.49. & in Vitell.c.12.* De Nerone prodit Sueton. *c.* 15. libertinos in Senatum non admiſiſſe, cum Maieſtatem Senatus de honeſtamento ſordidorum pollui animaduerteret, & cùm ad militiam liberti non poſſent vocari, teſte Appiano *lib.1. de bell. ciu.* Auguſtus libertino milite vſus eſt, Suet. *in eo c.25.*

43 † Etſi enim per manumiſſionem liberti ciuitatem Romanam conſequerentur, §.1. *& tot Inſt. de libertin.* ciuiúmque fruerentur priuilegiis, tamen multa quæ ingenuis licebant, ipſi non conſequebantur, vt aduertit Demſter, *ad Roſin. lib.1. antiq. c.* 20. ſed plerumque Principes contrarium vel permiſerunt, vel introduxerunt, prout apud eos gratia valebant

44 vel libido perſuaſerat, vt diximus. † Quapropter lata eſt Viſellia (ita enim ſcribi debet) cuius meminit hæc *l.1.* quæ libertos ab honoribus & dignitatibus arcet, *l. vn. C. ad l. Viſel l.1. C. quando ciuilis actio l. vn. C. Th. victum ciuiliter agere.* Vlp. *in frag. tit.3. § pen.* Hæc lata videtur ſub Claudij temporibus Lucio Viſellio, Varrone & Caio Fonteio Conſſ. anno ab Vrbe cond.776. vt docent Menoch. *de arbitrar. caſ.* 402. *num.1.* & Roſin. *lib.8. antiq. c.* 15. §. *Viſella lex.* Verùm errant apertè: nam Viſellius Comitem non habuit in Conſulatu Fonteium ſed Cornelium Cethegum, & non ſub Claudio, ſed ſub Tiberio, vt videre eſt ex Chronic. Caſſiodori & Contij in faſtis Conſul. Minus attingit veritatem Gothofr. qui *in notis ad Vlp. in frag.d.§. pen.* niſi errore, vt credo, excuſionis, ſcribit latam eam legem anno 763. cùm tamen veram computationem apponat *in d.leg. vn. C. ad l. Viſel.* Fortaſſe & meliùs A. Aug. *de legibus, verb. Viſellia* dixit ſed ignorare quo

45 tempore lata fuerit. † Ea itaque lege libertini prohibebantur honores conſequi Decurionatus, & quaſcumque dignitates. Quoniam etſi iam libertatem haberent, adhuc tamen dedecori erat Reipublicæ, vt qui ex fæce ſeruitutis deducti erant, & patronis tenebantur obedientiam præſtare, honores capeſſerent & tali dedecore dignitatem curiæ violarent, quum variis de cauſis in ſeruitutem redigi poſſent, iuxta ea, quæ latè tradidi *lib.2. obſer.cap.6.tot.* & in propoſito Menoch. *de arbitr.d.caſ.*402.

46 Ceſſabit autem hæc prohibitio ſi ius aureorum annulorum impetrauerint, vel natalibus reſtituantur, quia huiuſmodi conceſſio annulorum ingenuitatis imaginem referebat. *leg.2. C. de iure aureor. annul.* (vbi pro verbo *libertinitatis*, repones *libertis*, cum Cuiac. *hic*, & Gothofred. & Fabro referendo) *leg. vn. C. Th. ad leg. Viſell.* vt quandiu viuat libertus & honores adipiſci poſſit, tanquam ingenuus & pro tali reputetur, licet moriatur tanquam libertus, vt teneatur inſtituere patronum in debita parte *tit. Inſt. de ſucceſſ. libert.* & omnia alia facere ad quæ libertus tenebatur. Quæ ingenuitas videtur introducta ad ſimilitudinem libertatis Latinæ, quam qui conſequebantur, viuebant vt liberti, moriebantur vt ſerui. *l.3. in princ. D. de bon.liber. l.pen.& vlt. D. de iure aur.annul.§. libertinorum Inſt. de libertin.* natam relati ab Oſvval. *l.2. Don.c.10.lit. M & N* Conan. *infra referend.* & ita hoc iure impetrato cõditio liberti non mutatur, licet honor augeatur *l.falſa 53.§.ſed ſi cui. D. de cond.& dem.*

Hoc vt clariùs pateſiat, animaduerto, annulorum 47 vſum Romanis communem fuiſſe in omnibus Nobilibus, vt apparet ex Liuio *lib.9.* Senatoribus ſcilicet & Patritiis. Poſtea eos geſſerunt Equites, vt ſic diſtinguerentur à plebe. Plin. *lib.33. c.1.* Dio *lib.48.* ita vt iam eius ordinis fuiſſet inſigne, ſicque in Equites, qui à Principe referebantur, annulo aureo donabantur. Alex. ab Alex *lib.2. gen.c.29.* Tantáque fuit olim dignitas & æſtimatio annulorum, vt Cæſar, teſte Sueton. *cap.33. in eo*, cùm vellet milites ſibi conciliare, vt quidquid ab eo peteretur facturum promitteret, affirmauit. *Se ad ſatisfaciendum omnibus per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, annulum quoque æquo animo detracturum ſibi.* Quaſi extrema promitteret, prout apud nos dici ſolet *vendere por vos la capa.* Eóque ſpectat Iuuen. *ſat.11. verſ.41.*

*——Poſt cuncta nouiſſimus exit.*
*Annulus & digito mendicat Pollio nudo.*

loquitur de decoctore. Mart. *lib.8. ep.5.* de quodam prodigo.

*Dum donas Macer annulos amicis,*
*Deſiſti Macer annulos habere.*

id eſt, iam non es Eques, quia ad inopiam redactus, vti rectè explicant Rader. & Farnab. *ibi.* † Poſtea verò ita è vulgari cœpit annulorum vſus, vt omnes ingenui annulum geſtarent, quod libertinæ conditionis hominibus non fuit conceſſum, niſi à Principe tale ius beneficij loco impetrarent, quo adepto ingenuorum inſignia ferre poterant, & licèt verè ingenui non fierent, pro ingenuis tamen habebantur, *d.l.penul. de iure aureor. annul.* Sic Auguſtus Dionis teſtimonio *lib.53.* & Zonaræ *lib.11.* Antoniũ Muſam libertinæ conditionis medicum, cuius opera à graui valetudine conualuerat, & iure aureorum annulorum donauit, ſicut Galba Icellon Sueton. *in eo c.14.* & Vitellius Aſiaticum libertum, idem in Vitell. *c.12.* & ſic inter Equites referebantur, vt referunt 49 *ſuprà* dicti. † & conſtat ex Papinio *lib. 3. ſyluar. de lacrymis Hetruſci.* 48

*Atque idem in cuneos populos cùm dixit equeſtres.*
*Mutauitque genus læuaque ignobile ferrum.*
*Exuit, & celſo natorum æquauit honore.*

Quia Hetruſcus à Veſpaſiano manumiſſus, iureque aureorum annulorum donatus, ſpreto ſeruili ferro inter Equites relatus eſt & æquatus honore iis, qui nati ingenui, ita explicat, licèt timidè, & non plenè, Iuſt. Lipſ. *lib.2. elect.c.8.* Salmaſ. *in not. ad Capitolin. in Macrino pag.170.* & conſentit Bernatius *ad Papin. dicto loco.* Malóque illud hemiſtichium, *& celſo natorum æquauit honore* accipere de æquato Hetruſco cum Equitibus, qui excelſo loco videntur nati, quam accipere Papinium de iure trium liberorum (vt voluit Geuartius *ibi*) quod à Principe impetrari ſolebat ad effugiendas legis Papiæ pœnas, de qua re multa apud noſtros, & Martialem, quem reiicit tacito nomine Salmaſius *ſuprà.* Nam *excelſo honore* non conuenit illi iuri trium liberorũ, quòd magis ad lucrum & commoditatem, quàm ad honorem pertinebat. Minus probo emendationem Salmaſ. qui ita legit, *& celſa natorũ æquauit honori*, vt celsè nati ſint Equites, quorũ honori æquatur Hetruſcus. Nam Aduerbium *celsè* nunquam inueni, & vellè vt probaret Equites *celſos* dictos. Ego ita explico intacta littera Principem Hetruſcum natalibus reſtituiſſe, hoc enim eſt *celſo honore*, cùm reſtitutio natalium eſſet maius Principis beneficiũ, vt mox dicemus, & ſic celſior honor reſpectu iuris annulorũ aureorum, ordo eſt, æquauit ferrũ illud ignobile cum celſo honore natorum, id eſt, natalium

lium, natales enim ſine alio adiectiuo dicuntur de in reſcripto,tacitè à iure intelliguntur, *l.fin.C.de diuerſ.reſcript.* vbi Iaſ. Peregrin. *dec.*97.*n.*20. Trentacinq.*lib.*1.*var.tit.de reſcript.reſol.*7.*n.*1. Honded.*conſ.*61.*n.*32.*p.*4.*vol.*1. Veral. *deciſ.Rot.*273.*lib.*1. Marta *tom.*6.*Digeſt.tit.diſpenſatio.cap.*43. Barboſ. *de clauſul. clauſ.*166.

54 Altera differentia eſt,ſi quis non ſuæ priſtinæ ingenuitati vult reſtitui, ſed cùm verè ſeruus fuerit, iam manumiſſus reſtitui velit ad eam ingenuitatem, quam omnes ingenui ſolent habere,*l.*2.*&* 3.*ff.de natal. reſt.* Reſtitui verò natalibus nullus poteſt, niſi præcedente conſenſu patroni, *d.l.*2. *in fin.iuncta l.*4. *ill.tit.l.*3.*in princ. verſ. planè, D.de bon.liber.*quia per hanc reſtitutionem omnia iura patronorum diſſolnebantur,*l.fin.in princ.D.de natal.reſtit.*

55 † Quæ omnia Iuſtinian. emendauit *Nou.*78.*ſeu Auth. vt liberti de cætero,& in Auth.ſed hodie,C.de iure aureor. annul.* & quod olim parciſſimè dabatur,fecit omnibus libertis commune & promiſcuum, conſtituitque vt manumiſſi omnes liberti ex manumiſſione ingenui cenſeantur,notant Cujac.& Conan. *ſup.* Weſembec. *in paratit.tit.de natal.reſt.* Oſvvald.*d.c.*11.*lit.K.cum ſuo Donello ibid.* Menoch *d.caſ.*402.*n.*14.A.Fab.*in Iuriſprud. tit.*4.*princ.*1.*illat.*4.Nam cùm iam in corde fuerit Iuſtiniano ciuitatem ingenuis hominibus replere, magis quàm libertis,*l.*3.*C.de bon.libert.* omnem conditionem libertorum ea conſtitutione ſuſtulit,licèt ius patronatus illæſum reliquerit ; ita vt quoad patroni perſonam reſpicit libertus, intelligatur, niſi & ipſe patronus hoc etiam remiſerit,quoad alios autem verè ingenuus cenſeatur,*d.Nouell.*78.*c.*2. docet Donel.

56 & Oſvvald *ſup.*† Vnde fallitur Gothofr.*in d.l.*3.*C.de bonis libert.*dum *lit N.*aſſerit natalium reſtitutionem ius omne patronatus extinguere,quod etſi iure antiquo ita procederet,*dict.l.ſed ſi hac* 10.§.*ſed ſi* 3. *D de in ius vocan.*Iure verò Iuſtiniani contra habetur, vt diximus,nam tunc patroni conſenſus præſtitus ad reſtitutionem natalium illud efficiebat, at Iuſtinianus intactum eſſe voluit ius patronatus,vt *in d.Nouell.ſeu*

57 *Auth.vt liberti de cætero,*§ *illud in princ.* † Quod non eſt abſonum à iuris diſpoſitionibus, nam multoties eadem res diuerſo iure cēſetur,vt libertus,qui libertus cenſetur quoad patronum, cenſeatur ingenuus quoad alios.Ita dixi *lib.*1. *obſ.c.*7.*n.*15. explicandam antinomiam illam apud Scholaſticos magna in difficultate habitam,ex *l.etſi non adſcripta, C.de fideicom. libert.cum princ.Inſt.qui teſtam.tut.*vt ex vna parte libertas ibidem data videatur fideicommiſſaria, & ex alia directa, quo mirè conueniunt illa iura inter ſe pugnantia, ſic etiam procedit *l.ſi quis decurio* 21.*C. ad l.Cornel.de falſ.*vt *ibi* notat Gothof.*lit.Z.*cum aliis

58 *ibi* à nobis adductis, *d cap* 7. † Ex quo iam ceſſabit deciſio legis Viſelliæ,& legis noſtræ, cùm iam non ſit neceſſaria impetratio annulorum,neque reſtitutio natalium, vt notant Platea & Cujac. *in præſenti*, & Menoch.*ſup.n.fin.*Apud nos verò liberti hoc beneficium non habebunt,tum quòd iam in deſuetudine ſemper fuerit,tum quòd huiuſmodi homines qui ad libertatem poſſunt perduci,viles exiſtimantur,ita vt dignitas quælibet pollueretur tali conſortio. Magis practicari poſſit huius diſquiſitionis tractatus in filiis hæreticorum damnatorum, & eorum nepotibus, qui vetantur *l.*3.*tit.*3.*lib.*8. *Rec.* ad honores & officia publica aſcendere, nam ſi à Principe diſpenſantur, quod idem videtur eſſe ac natalibus reſtitui, rectè poterunt talia officia exercere, iuxta ea quæ dicta ſunt,etſi infamia illa, qua apud omnes grauati ſunt, tales homines nunquam poſſit deberi.

59 Ex quibus *primò* colligitur natalibus reſtituere nullum alium poſſe præter Principem non recognoſcentem ſuperiorem in temporalibus, *d.l.vnic. C. ad l.Viſelliam*,ibi,*Niſi iure aureorum annulorum impetrato à Principe,d.l.ſed ſi hac,* §*ſed ſi de in ius vocan.* ibi, *Nam Princeps ingenuum facit,l.*1. *& ſeqq.D.de natal. reſt.& D.de iure aur.annul.l.penul.in princ.de decurion.* quod ita expreſſum eſt in iure,vt nullus ſit qui contrarium poſſit aſſerere. † Eoque videtur pertinere 60 *l.Caius* 12.*D.de iure patronat.*vbi ſi teſtator inter filios hæredem inſtituerit libertum quaſi filium, non ex hoc mutatur eius ſtatus,quem locū Cuiac.*lib.*1.*Reſp. Modeſt.ibi.* variè accipit, vt intelligatur quaſi facta adoptio teſtamento, an mutet ſtatum, vt verba illa Modeſtini, *ſtatum mutare non poſſe*, accipias ſtatum capitis,an ſit capite diminutus.Sed verius,meo iudicio intelliges, vt Modeſt. quæſierit, an ex libertino factus fuerit ingenuus; hoc eſt, conditio mutetur, nam ita videbatur ſtatus mutari,*l.falſa* 33.§.*ſed ſi cui* 2. *D.de cond.& dem.* non verò mutabatur ſi adoptaretur,*l.fin.de ſtat.hom.* quod non obtinuit ibi, quia id niſi à Principe fieri nequibat,*l.fin. D.de adoption.*

Ab his ergo principiis fluit Principem minimè 61 poſſe natalibus reſtituere in præiudicium tertij,quēadmodum nec legitimare illegitimos cum præiudicio aliorum, quibus ius eſt iam quæſitum, quod Princeps non poteſt auferre, vt obſeruant plures à me relati *lib.*1.*obſer.cap.*1.*n.*48.*& ſeq.*& Giurba *conſ.*57.*n.*6.*&* 7.Guzman *de euiction.q.*51.*tot.* Ceuall.*qu.*577.*&* 4.*tom.quæſt.*906 Bobadill.*lib.*5.*c.*5.*n.*11. & ita noſtram concluſionem in ſpecie tradiderunt relati à Ceuall.*q.*579.*&* 582.& acerrimè defendit Fortr ius *in l.Gallus,*§. *& quid ſi tantum n.*282.*de liber.& poſth.* cuius auctoritati plurimum defert in hac quæſtione Couarr.*in* 4.*Decret.*2.*p.cap.*8.§.9. *in fi.* videndi quoque erunt Sarmient. *lib.*1.*ſelect.cap.*8.& Molin.*lib.*3. *de primog.c.*3.*tot.maximè n.*10.& fusè D.Ioan.de Caſtillo *tom.*5.*contr. cap.*106.*toto.* Fuſar.*de ſubſt. qu.*408. *tot. & n.*133.*& ſeqq. & num.*116. Vide quæ diximus *in l.vn.ſupr.de pœnis fiſcal.num.*82. † Quæ tamen ſen- 62 tentia procedit, quando diſpenſatio fit ſine cauſa, quia tunc in præiudicium tertij natalibus reſtituere, vel diſpenſare nequit : at verò ſi cauſa ſubſit, bene poterit, quod probatur ex *l.*2.*in fin. D. de natal.reſt.* vbi ait Martian. niſi conſentiente patrono Imperatores non facilè ſolere quemquam natalibus reſtituere. Vbi illa vox *facilè* denotat aliquando etiam cum præiudicio patroni poſſe diſpenſare.Hoc autem non fit niſi cum magna cauſa, quâ interueniente etiam ius alteri quæſitum auferri poſſe ſuprà laudati Auctores docuerunt,ex *leg.*4. *Cod.de emancipat.liber.l.*2. §.*meritò, & §.ſi quis à Principe, D.ne quid in loco publ.*

Rurſus quum beneficium reſtitutionis natalium 63 aſſimiletur diſpenſationi quæ fieri ſolet plerumque à Pontifice in radice matrimonij, quando illud fit irritum ratione conſanguinitatis. Quæri quoque ſolet, an ex tali matrimonio filij ſuſcepti in præiudicium tertij admittantur ad ſucceſſionem, vel maioratum ? Quæſtio ſanè apud noſtros latè examinata & vexata, vt conſtat ex Thom. Sanch. *lib.*8.*de matr. diſput.*7. *tota*, & vnus pro omnibus Collega noſter Dom. Larrea ſolita eruditione & diligentia doctiſſimè propriam de eo argumento diſputationem ſcripſit *diſput. Granatenſ. diſp.*8.*tot.* vbi Lector quidquid cupierit inueniet.

Sed quæſtio eſt,an natalibus reſtitutus,vel diſpen- 64 ſatus ita cenſendus ſit,veluti ſi verè natus eſſet ingenuus,ita vt hæc qualitas quæ realiter eſt introducta ex beneficio,habeat eoſdem effectus, quos habet naturalis,& ſic ſi Princeps aliquem nobilitet,qui fortè erat plebeius ( nam certum eſt Principem quemadmodum natalibus reſtituere poteſt,ita & nobilem facere,*l.*2. *de natal. reſt. l.*6.*tit.*27.*p.*2. cum adductis à Bar.*in l.*1.*infr.de dignit.n.*77. Iaſ. *in l.omnium,notab.*1. *C.de*

C. de teſtam. Tiraquel. de nobilit. c.6. ex n.1. Otalora eod. tract.4. p.cap.1.ex n.1. Garcia gloſ.1.§.1. n.50. & gloſ.48. §.3.n.1. Matienz.in l.1.tit.10.gloſ.5.in fin.lib. 5. Recop. Gutierr.lib.4.pp q.7.tot. plures referens Azeued. in rub.tit.2. lib.6. Recop. num.47. cum ſeq.) Caſtillo de Tertiis c.41. n.98. Si Princeps, inquam, nobiliter eum, qui Nobilis non erat, admittendus ſit tanquam ſi verè eſſet Nobilis ad omnes illas res quæ nobilitatem deſiderant? De ea quæſtione latè agunt poſt Ioan. Garcian. de nobil.gloſ.55. num.48. Mieres de maiorat. par.1.q.51.ex n.318.& ſeq. Caſtillo ſuprà, & eruditè, vt ſolet, doctiſſimus Alphonſ. Perez de
65 Lara de Anniuerſ. lib.2.c.4. ex n.95. † & pro parte affirmatiua, vt ſufficiat habere illam qualitatẽ ſaltim ex priuilegio, facit l. ex oratione 44. D.de excuſat.tutor. vbi cùm ex l.pupillo 27. §.fin.D.de tutor. & curat. libertino tutor dandus non ſit niſi libertinus, aliàs ſi ingenuus ſit, excuſationem habet, l.1. §.libertinis, de excuſat. ait Triphoninus eandem excuſationem competere etiam ei, qui ius aureorum annulorum impetrauit, vt explicat Ant. Fab. Iuriſp. tit.24 princ.1. illat.5. §.1. per quem textum Bal. ibidem ait idem eſſe ineſſe alicui qualitatem à natura, vel à priuilegio, cui etiam aſſenſit Gothofr. ibi. Nam quemadmodum natalium reſtitutio ad omnem ingenuitatis ſtatum reſtituit, l.3. D.de natal.reſt. ita & talis priuilegiatus ad omnes honores reſtitutus videtur, & cum caſus fictus & verus ſint æquales & æquiparati, idem ius conſideratur æquiparatorum, l.1.de legat.1. vt de vno ad aliquid æquiparatum fiat extenſio, vt latiſſimè ſcribunt relati à Barboſa de axiomat. iur. verb. æquiparatum 15. & in propoſito docet Garcia de nobilit. gloſ.1.§.1. num.43. Otalor. ſup.3. p. cap.6. num.
66 4. Mieres d.q.51.num.30.D.Lara d.cap.4.n.95.† Sed in contrarium eſt quod qualitas illa nobilitatis non eſt in priuilegiato naturalis, ſed accidentalis, neque eſt verè & eſſentialiter nobilitas, nam aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali, l. mercis 207.de verb. ſignif. iuncta l.ſuos ſeruos 73.§.fin.D.de legat.3.& hominem plebeium non poteſt Princeps efficere vt Nobilis eſſet verè, & ſic naturam ipſam mutare, l.iura ſanguinis 8.D.de reg.iur. l.eas 8. D.de cap.dim. ſicque quod merè naturale erat, l.in bello 12.de captiu.& ideò cùm verba in ſtatutis ſint accipienda naturaliter, non in ficto ſenſu l.fin.Cod. de his qui veniam ætat. l.3. § hæc verba, de neg. geſt. cum multis adductis à Lara ſup. n. 107. non erunt tales à Principe priuilegiati admittendi ad confraternitates, dignitates, officia, collegia, Eccleſias, ordines militares, in quibus nobilitas naturalis neceſſariò requiritur. Huicque ſententiæ adhæret contra Garciam idem vir doctiſſimus, eámque defendit.

67 Ego verò, ſaluâ eius pace, ab ea ſententia recedo. Nam etſi verum ſit iure noſtro regio dari Nobilem, ſeu hidalgum, quem vocant de ſangre & Nobilem de priuilegio, ex leg.22. tit.11. libro 2. Recop. ita vt hidalgus de ſanguine ſit qui ſuam nobilitatem à genere accepit, mediante longâ poſſeſſione, & antiquitate; alter verò qui à Principis beneficio impetrauit, vt volunt qui de nobilitate ſcripſerunt, quæ diſtinctio vulgo recepta eſt, & eâ ratione fundatur, quòd nobilitas ſanguinis ſit nobilitas vera, & naturalis, à Maioribus accepta. At nobilitas quæ ex priuilegio prouenit, non eſt vera, ſed ficta, præſumpta, & quæ nullam qualitatem habet, ſed
68 priuilegium. † Tamen ſi hæc ſtrictæ iuris ratione perpendantur & examinentur, non poſſunt ſuſtineri, quia nobilitas non poteſt dici quid naturale cùm naturale ſit illud, ſine quo ſubiectum eſſe non poteſt, & qualitas illa honorifica inhærens perſonæ nobili, eſt quid extrinſecum, & phantaſticum & accidentale, & quod magis conſiſtit in opinione & acceptione hominũ, quàm in ſubiecto & veritate, ex doctrina Bart. in l.1.infr.de dignit, num.62. & 71. Tiraquell. de nobil.cap.10. num.13. Gutierr. lib.3.pp. quæſt.14.num.16. † Cuius rei exemplum ſumi poteſt 69
à ſeruitute prædiali quæ definitur à Bart. in leg. 1. de ſeruit.num.2. vbi Duaren. & Mol. in emp. tit. de ſeruit.ex num.28.vt ſit ius prædio inhærens, ita vt intelligatur non eſſe ipſum prædium, neque eius partem ſubſtantialem, ſed qualificatiuam, ſeu accidentalem, leg. qui fundum 12. D.quemadmod.ſeruit. iuncta l. quid aliud 86.de verb ſign. quæ ait ſeruitutem eſſe prædia qualiter ſe habentia, id eſt, eſſe habitum, ſeu conditionem qua prædia qualiter, id eſt, certo modo ſe habent, ſic etiam nobilitas in Nobili eſt quid extrinſecum, & ab homine ſeparatum, quo homines certo modo & qualiter ſe habent, & ſic poteſt abeſſe, vel adeſſe, ſine ſubiecti corruptione, id eſt, vt manente eodem homine, qui nunc eſt Nobilis, poſtea non ſit, veluti ſi ob crimen nobilitatem perdat l.iudices, infr. de dignitat. l. cognitionum, 5. §. min..nr. D. de extraor. cognit. vnde lex poſitiua per priuilegium efficere poteſt, non vt priuilegiatus alius homo credatur, ſed vt afficiatur illa noua qualitate, ſicut facit, vt deportatus credatur mortuus, qui verè eſt viuus, l.1.§.penult.D. de bon poſſ. contra tab. & ita cenſetur quaſi regeneratus, Auth. ſed hodie, Cod.de iure aur. anul. ibi, regenerationis ius habeat. † Quapropter
nemo ſe poteſt nobilitare quantumvis plura habeat 70
merita, l.1. D.tit.21.p.2. l.3.in fin. D.ad l.Iul. maieſt. l.eos 27. D. de falſis, neque aliquis eam dare niſi Princeps, & ſic à iure poſitiuo prouenit magis, quàm à iure naturali, & in eo tota vis & ſubſtantia nobilitatis conſiſtit, vt docent Tiraquell. de nobil. cap.13. num.3. Auendan in capp.pp 2. p.cap.14. num. 23. & Caſtillo de Tertiis, cap.41. ex n.98. ex quo in quadam lite contra Garſiam de nobil. gloſ.6. num.41. exiſtimabam nobilitatem de ſolar, deperdi poſſe ſi tanto tempore deſcendentes in contraria poſſeſſione fuerint, vt vltra annos centum tranſierint, (vt in eo caſu acciderat) in quibus cum plebeis tributa pendebant ſine aliqua reclamatione, vel proteſtatione, etſi poſtea probauerint à quadam domo nobili, & antiqua deſcendere, etſi eſſet de ſolar. Nam tale ius minimè poteſt eſſe naturale, vt dixi ſuprà, & cùm ſi plebeius quis eſſet, & ipſe & deſcendentes per quadraginta annos tributis ſe ſubtraxiſſent, in vera conſtituerentur nobilitate, ex pragmatica Corduben.ſi, eodem modo dicendum erit quando tanto tempore in poſſeſſione plebeia fuerint, quia contrariorum eadem eſt ratio, ex vulgatis.

Quæ cùm ita ſint quoad noſtram quæſtionem,
attendenda ſunt priuilegij verba, ex cap.porro 7. de 71
priuileg. vt ſi concedatur plebeio, vt ſit habitus pro nobili, & vt gaudeat exemptionibus, priuilegiis & libertatibus, quibus gaudent Nobiles, tunc non erunt verè Nobiles, quia eis eſt conceſſum ius nobilitatis, non verò ipſa nobilitas quæ contraria ſunt, vt diximus ſuprà de his qui acceperunt ius aureorum annulorum, & natalibus reſtituuntur, docent Menchac. de ſucceſſ. creat. libro 3. §.30.p.3. num.290. Ramirez de lege Regia §.33.num.14.verſ.2. † At verò ſi priuilegium fuerit amplius & luculentius, & homi-
nem nobiliter, & verbis expreſſis faciat eum Nobi- 72
lem, & ſuos deſcendentes, vt tales reputentur, & fuit iuxta forum & conſuetudinem Hiſpaniæ, & vt poſſint gaudere & gaudeant omnibus exemptionibus, priuilegiis, immunitatibus, franquitiis & libertatibus, quibus gaudent Nobiles Hoc caſu talis priuilegiatus verè eſt Nobilis in ſua ſubſtantia, l. 6. tit.27. p.2. Otalor. de nobil. 4. p. cap.1. num.4. quia eius ſtatus & conditio mutata eſt, argumento l. Caius 22. D. de iure patr. iunctis quæ ſuprà ſcripſimus

& quaſi alter homo iudicatur, *l ſeruus 27. §. fin. de adimen. leg.* cum à me adductis *lib. 1. obſer. cap. 12. numer. 7.* per nouam regenerationem, aut benenationem, quibus terminis vtitur Iuſtin. *in d. Auth. ſed hodie, C. de iure aureor. anul. & in d. Nouell. 28. cap. 1. & 2.* ita vt per priuilegium illud, & eius virtute conſequatur, vt æquiparatus & ſimilis factus intelligatur veris Nobilibus *d. Nouell. 78. c. 1.* ibi, *eius virtute hæc omnia cōſequantur, & Nouell 74. ſeu Auth. Quibus modis natural. effic. legit. §. ſit igitur,* ibi, *nihil à legitimis filiis differentes,* docet Bar. *in leg. 1. de leg. 1. n. 3.* & *ibi*
73 Alex. & reliqui, Gutierr. *d. lib. 4. pp. q. 7. n. 11.* † Vnde qui habet tale priuilegium, gaudebit omnibus immunitatibus & honoribus quos habent, qui verè & (vt ipſi Auctores loquuntur) naturaliter ſunt Nobiles, & conſequenter admittentur ad officia Decurionatus, ad honores militarium ordinum, confraternitates, communitates & Collegia, ad quæ non niſi Nobiles admittuntur, dum tamen puritate ſanguinis (quæ alia eſt & quidem grauiſſima qualitas, & meritò omnibus anteponenda, fremant qui contrarium aſſerere ſine verecundia non poſſunt) affecti & dotati ſint, vt probatur expreſsè in noſtra hac *l. 1. dict. §. 30. num. 291.* Garcia *de nobil. gloſ. 1. §. 1. n. 50. & gloſſ. 35. num. 3.* Mieres *de maior. d. 1. p. q. 51. num. 4. & 32.* Gutierr. *d. q. 7. tot.* Gironda *de priuileg. qu. 151. num. 283. & ſeq.* Barboſ. *de appellat. verb. Nobilis* & Caſtillo *de Tertiis d. cap. 41. num. 98. verſ. remanet.* †
74 Neque obſtat rationes Laræ iam adductæ, quia facilè ex *ſuprà* dictis diſſoluuntur, cùm nulla poſſit conſiderari nobilitas naturalis. Neque facit in contrariū *dict. l. 3. §. hæc verba, de negot. geſtis.* quæ iuxta communem acceptionem probat verba ſtatuti ſtrictè eſſe accipienda, vt tradunt Honded. *conſ. 93. n. 74. vol. 2.* Pereyra *in l. curatorem, verb ſine curatore, n. 46.* Maſcard. *de ſtatutis concl. 2. num. 15.* Tuſch. *tom. 7. lit. S. concl. 573. & 575.* Menoch. *conſil. 504. vol. 6. n. 6.* Giurb. *ad conſuet. Meſſan. c. 3. gloſ. 9. pag. 1. n. 4.* Nam reſpondendum eſt illud priuilegium Principis tanquam eius beneficium eſſe latè interpretandum, *l. 2. D. de conſt. Princ.* Neque illam traditionem veram eſſe opinor, vt verba ſtatuti ſtrictè accipiantur, nam cùm ius ciuile contineant ciuilem interpretationem, recipere debent. *§. ius naturale, Inſt. de iure natur. leg. 2. Cod. de noxal.*

75 Hinc infero quòd quemadmodum quod Nobilibus conceditur, conceſſum etiam videtur & priuilegiatis circa nobilitatem, pari etiam ratione quod Nobilibus prohibetur, prohibitum quoque videri debebit & priuilegiatis. Vnde cum Nobiles & hidalgui non poſſint habitare in oppidis *de Behetria,* niſi tanquam plebeij ad tributorum contributionem compellantur, vt conſtat ex priuilegio talibus locis conceſſo à D. Ioanne II. Rege Caſtellæ, in illis verbis, *Ordeno e mando que de aqui adelante perſona ni perſonas algunas generoſas anſi caualleros como eſcuderos e duennas e doncellas hijos dalgo no puedam viuir ni edificar en las villas e lugares e tierras de las dichas Behetrias,* meminit Garcia *de nobil. gloſſ. 6. n. 13.* qui rectè aſſerit quòd cùm per priuilegium prohiberentur Nobiles Behetrias habitare ſub pœna confiſcationis bonorum, ea pœna in deſuetudinem abiit, &
76 in locum eius ſucceſſit, in tributis cōtributio. † Cùm ergo, vt dixi *ſuprà,* Nobiles non admittentur, ita etiam nec priuilegiati, niſi velint contribuere, de qua re vidi pluries in hac Pintiana curia quæſtiones motas ab deſcendentibus Bellici de Aureolis (qui ſunt priuilegiati, & de eorum priuilegio quotidie videmus lites, & de eo agit Garcia *ſup. gloſ. 21. n. 71. & ſeq.*) & Antoniæ Garſiæ Taurinenſis, cuius priuilegium eſt inſertum *in noua recopilatione,* qui volebant in locis Behetriæ domicilium habere, & non contribuere, quaſi non comprehenſi illis verbis priuilegij Behetriarum. † Qui tamen in cauſa ſuccu- 77
buerunt, cùm etiam allegarent priuilegia vniuerſitatis, à qua licentiaturæ gradum acceperant, & ratio fuit, quia cùm ipſi priuilegiati æquiparentur Nobilibus à genere, & æquiparatorum idem ſit iudicium & eadem diſpoſitio, vt probauimus *ſuprà* ex latè adductis à Barboſa *de axiomat. iur. verb. æquiparatum 14.* Aluarez *in eod. tract. litt. A. num. 180.* non debent plus iuris quam ipſi Nobiles habere, ita vt fictio præualeret veritati, *l filio quem pater 24. D. de liber. & poſth. §. minorem, Inſt. de adopt.* vnde qui Nobiles verè ſunt, ſi in locis Behetriæ ad ſolutionem tributorum compelluntur, quâ ratione debebant ſe ſubtrahere priuilegiati?

## TIT. XXXIII.

### *De prædiis Decurionum ſine decreto non alienandis.*

### LEX I.

*Imppp.* Valentin. Theodos. & Arcad. AAA. *Cynegio P. P.*

Si quis Decurionum vel ruſtica prædia, vel vrbana venditor neceſſitate coactus addicit, interpellet Iudicem competentem, omnéſque cauſas ſigillatim, quibus ſtrangulatur, exponat, & ita demum diſtrahendæ poſſeſſionis facultatem accipiat, ſi alienationis neceſſitatem probauerit. Infirma enim venditio erit, ſi hæc fuerit forma neglecta, ita enim fiet, vt nec immoderatus venditor, nec emptor, cuiuſcumque ſit conditionis, inueniatur iniuſtus. Denique nihil erit poſtmodum quo venditor vel circumuentum ſe inſidiis, vel oppreſſum potentia comparatoris queri debeat: quãdoquidem ſub fide actorum, & de neceſſitate diſtrahentis, & de voluntate patuerit comparantis. Quòd ſi quis contra vetitum occultis molitionibus per ſuppoſitas fraude perſonas cuiuſlibet loci, quem tamen ei Decurio diſtrahebat, comparator extiterit, ſciat ſe pretio quod dedit, eſſe priuandum, & locum quem comparauit, cum fructibus eſſe reſtituendum.

### LEX III.

*Imp.* Zeno A. *Sebaſtiano P. P.*

Curiales vendere quidem res immobiles, vel mancipia ruſtica prohibemus ſine interpoſitione decreti; donationes verò, vel permutationes, vel quoſlibet alios, etiã ſine

ſine decreto permittimus celebrare contractu: quoniam & ſacræ conſtitutiones, quæ ſuper hoc à retro Principibus latæ ſunt, in plurimis ſuis partibus de pretio non redhibendo loquutæ ſunt, vt ex hoc apertiſſimè detur intelligi, ſolùm venditionis Decurionibus ſine decreto interdictũ fuiſſe contractum: cùm tamen venditio intercedente, vt dictum eſt, decreto agitur nullum eos, vel qui ab his comparant diſpendium cuiuſcumque perſonæ, vel cauſę vel theatralis liberalitatis nomine ſuſtinere decernimus, nec ex tabella decretum recitari, ſed curialiũ, vel maioris patris curiæ relatione currẽte ſine vlla malignitate referentium, vel damno contrahentium ad confirmandam emptionem competentis Iudicis proferri ſententiam.

## SVMMARIVM.

1 *Decretum quid ſignificet, & vnde deſcendat?*
2 *Decuriones non poſſunt prædia ſua vendere ſine decreto Iudicis.*
3 *De ratione huius prohibitionis*, & num. 5.
4 *Expenditur & explicatur* l. ordine, §. in fraudem, D. ad municipal.
6 *Bona Eccleſiarum & minorum vt vendi poſſint, neceſſarium eſt decretum & cauſa*, & n. 7.
8 *Venditio rerum Decurionum ita procedit ſi cauſæ coram Iudice proponantur, & cur eis fiat.*
9 *Quoties lex aliquid pro forma requirit, debet ſpecificè adimplere.*
10 *In rebus Eccleſiæ alienandis debent adeſſe cauſæ.*
11 *De ratione quare fuerit introducta ſolemnitas decreti.*
12 *Præſentia Iudicis omnem præſumptionem metus, aut doli excludit.*
13 *An in caſu noſtræ legis competat remedium* l. 2. C. de reſcind.
14 *Explicantur illa verba noſtræ legis*, ita enim fiet vt nec immoderatus, & n. 15.
16 *Qui emerit à Decurione, priuatur pretio quod pro re dederit, & cui applicatur*, & n. 17. 18. & 19.
20 *Explicatur* l. vnic. infr. non licere habitatoribus Metrocomiæ, *& quid ſit* Metrocomia? & n. 21. & 23.
22 *Capitatio quod tributum fuerit? remiſſiuè.*
24 *Expenditur* l. dudum 14. C. de contrah. emp. & *examinatur Triboniani manus*, & n. 25.
26 *Quare* in d. l. vnic. infr. non licere hab. Metroc. *annulletur contractus, & pretium reddatur emptori, cùm tamen in lege noſtra contra ſe habeat*, & numero 27.
28 L. ſi diuina, ſup. de exactor. tribut. *explicata.*
29 *Incipit explicatio.* l. 3. huius tituli.
30 *De ludis Romanorum remiſſiuè.*
31 *Decretum de quo* in h. l. 3. *pronuntiandum eſt viua voce, non de tabella, & quid ſignificet* tabella?
32 *Appellatione venditionis quid in hac prohibitione comprehendatur, oſtenditur latè comprehendi donationem, licèt* in h. l. 3. *videatur permitti & proponitur & ea difficultas*, & n. 34. & 35.
36 *Reſpondetur difficultati propoſitæ, quare donatio non fuerit comprehenſa ſub appellatione venditionis.*
37 *Senatuſconſultum Velleianum non ſuccurrit mulieri donanti.*
38 *Lex Iulia inhibet rem vxoris hypothecare.*
39 *Reprehenditur ratio communiter recepta inter donationem & venditionem, & de imaginariis venditionibus*, & n. 40. 41. 42. & 43.
44 *Leges & conſtitutiones quæ de prædiis Decurionum vendendis latæ ſunt, de venditione propriè & ſtrictè ſumpta loquebantur, & ſic non poterant extendi ad alios contractus, & redditur ratio*, & num. 45.
46 L. ſtatuliber, §. quintus, D. de ſtatuliberis, & l. quemadmodum infr. de agric. & cenſ. *expenduntur, & aliæ conſiderationes, quibus venditione prohibita prohibentur ſimiles contractus.*
47 *Quare conſtitutiones, de quibus agit Zeno Imp. agunt de prædiorum venditione, non verò de aliis contractibus, affertur duplex ratio quæ veriſimiliter apparet.*
49 *Quod de permutatione tractatur* in h. l. 3. *explicatur.*
50 *Iuſtiniani conſtitutione ſublata eſt hæc Zenonis conſtitutio.*
51 *Quam ob cauſam ruſtica mancipia prohibeantur vendi* in h. l. 3. *refertur Cuiacij ratio, & reiicitur, & admittitur Pennæ vera*, & n. 52.
53 *Hodie huiuſmodi interpoſitio decreti non vſitatur in rebus Decurionum vendendis.*

DECRETVM dictum eſt à decernendo, 1
varias habet ſignificationes, nam variæ ſunt decretorum ſpecies, vt teſtantur poſt Theophil. *in* §. *ſed quod Principi, Inſtit. de iure nat.* Vrcurrus *in repet. l. ſi finita.* § *Iulianus. D. de dam. infect. n.* 29. & cæteri qui de verbis iuris ſcribunt, *verb. decretum* Pinell. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend.* 2. *cap.* 2. *num.* 19 Did. Perez *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *ordin. in princ.* Pax *in prax* 2. *p. tom.* 2. § *vn. n.* 17. & alij, refert Ant. Pichar. *in* §. *in ſumma, Inſt. de interdict. in tract. de primo & ſecundo decreto cap.* 3. *n.* 9.

Decretum ergo dictum eſt quia non de plano atque ſimpliciter, aut leuato velo, ſed pro tribunali ſedendo, & cauſæ cognitione præhabita ſtatuebatur à Iudice quid in re dubia faciendum eſſet. *l.* 4. §. *hoc autem, D. de dam. infect. l. ne quidquam* 9. §. *vbi decretum, D. de offic. Proconſ. l.* 1. *de conſtitution. l. naturaliter* 7. §. 1. *D. de confirm. tut. l.* 3. §. *ſi cauſa D. de bonor. poſſ. l. à procedente, C. de dilation. l. cum ſententiam, C. de ſent. & interloq.* obſeruant Alciat. *lib.* 2. *paradox. cap.* 3. Renar. *pro tribun. cap.* 7. Robert. *lib.* 1 *recep lect. cap.* 13. Coſtan. *quæſt. iur. cap.* 11. *num.* 6. Hiſt. fori Rom. *lib.* 1. *cap.* 5. Mart. de Roa. *lib.* 5. *ſingul. cap.* 9. Hermoſilla *in l.* 4. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſ.* 6. *num.* 1. *& ſeq. & gloſ.* 7. *num.* 2. idque ſignificat *h. l.* 1. ibi, *Quandoquidem ſub fide actorum & de neceſſitate diſtrahentis & de voluntate patuerit comparantis, & in l.* 2. *infr.* ibi, *Niſi apud acta intercedente decreto, l. minorem* 6. *C. de prædiis minor. l. magis* 5. §. *nec tamen de rebus eorum l. fin. infr. de venden reb. ciu.* cum not. à Hermoſill. *proximè* Videndi erunt relati à Hermoſill. *in l.* 4. *tit.* 5. *p.* 5. *gl.* 7. *ex num.* 1.

Sine hoc decreto Decuriones prohibentur præ- 2
dia ſua alienare, aliter autem venditio non valet, & emptor perdet pretium, & rem cum fructibus reſtituet. Hæc eſt enuntiatio quæ toto hoc titulo comprehenditur, & eius quoque fit mentio *in l.* 2. *C. de officio eius qui vicem alterius* ibi, *Decretum etiam interponere ad alienandas minorum ſimiliumque eis perſonarum, ſeu Curialium facultates, l. ordine* 15. §. *in fraudem, D. ad municipal. l. pen. Cod. de reſcind. vend. Nouell.* 101. *ſeu Auth. de donationibus, à curialibus fact. Nouell. Maioriani de Curialibus & agnatio. vel diſtract. præd. poſt medium.* ibi, *Prædia vel vrbana, vel ruſtica nunquã ſine interpoſitione decreti Curiales alienent.*

Conferunt tituli C. de prædiis minor. D. de rebus eorum
& extra de rebus Eccleſiæ non alien. notarunt poſt an-
tiquiores Cuiac. quem tranſcribit Gothofr. & Nicol.
Loſæus de iure vniuerſ. 1. p. c. 3. num. 34. & 35.
3 Rationem huius prohibitionis proponit de more
eleganter Caſſiodor. lib. 7. var. form. 47. his verbis
Prædia quidem curialium non facile diſtrahi prudens
definiuit antiquitas, vt ad neceſſitates publicas meliùs,
(ſed ita lego cum Fornerio) ſi ſubſtantiæ iuuamina
plus haberent, & lib. 9. epiſt. 2. Prædia curialium nullus
illicita emptione peruadat, quia contractus dici non po-
teſt, niſi qui de legibus venit, diſertius Iuſtin. in No-
uell. 38. ſeu Auth. de Decurion. in princ. §. hac nos ſæpe.
Nam cùm Decuriones publica munera tractarent,
& eorum obligationibus ſatisfacere tenerentur, &
curiis quartam partem ſubſtantiæ delinquere, mul-
toties vt res proprias liberarent per fraudem, &
furtim prædia ſubtrahebant per imaginarias, aut ſup-
poſitas venditiones, vt ſic paupertate oppoſita ſi de-
bere aliquid conuincerentur, vel ex mala adminiſtra-
tione, vel iniqua ſubtractione, ita eluderent ſolu-
tionem, & ne cogerentur quartam partem relinque-
re, cœperunt prop ias diſtrahere facultates. † Quo ſpe-
4 ctat Papin. in d. l. ordine. §. fraudem D. ad mancip.
dum ait quòd ſi quis in fraudem munerum per taci-
tam fidem, id eſt, per imaginariam venditionem,
ſeu interpoſita fide ſeruandi ſibi ea bona prædia ven-
diderunt, fiſco applicantur, vt infrà dicam, expedit
enim Reipublicæ habere diuites Decuriones, l. ad
ſubeunda 46. ſup. de Decurion. l. fin. infr. de debitor. ci-
uit. Nouell. 101. in præfat. notant poſt Plat. in d. leg.
46. & hic, vbi Rebuff. & Lucas, Cabedo 1. p. deciſ. 2.
num. 2. & 2. p. deciſ. 84. num. 1. Auiles in cap. pp. cap. 4.
verb. tecumple num. 10.
5 Quapropter hæc ſolemnitas introducta eſt, vt bo-
na curialium non paſſim diminuantur, nec diſſipen-
tur in damnum, non ſolùm ciuitatis, verùm & ipſo-
rum, vt ſic conſeruentur facilius, ſicut bona mino-
rum populorum & Eccleſiæ, & ideò neceſſarium
erit cum neceſſitas vrget, Iudicem adire, & cauſas,
propter quas ad venditionem compellitur, exponere
& probare, quæ ſi ab eo approbentur, decreto ſub
actorum teſtificatione interpoſito diſtrahendi facul-
tatem conſequetur Decurio, vt hac lege ſtatuitur,
6 iuncta l. 2. C. de officio eius qui vicem alter. † Sic bo-
na Eccleſiarum, niſi in cauſa interueniat & ſolem-
nitas, non poſſunt alienari, cap. ſine exceptione 12.
quæſt. 2. cap. 1. cap. cùm Apoſtolica, cap. tua nuper. de his
quæ fiunt à prælat. toto tit. & cap. nulli 5. de rebus Ec-
cleſiæ, & in 6. & in Clem. & Extrauag. l. 1. & 2. tit.
14. p. 1. notant poſt Bernard. in dict. cap. nulli Panor-
mit. num. 14. Beroius num. 38. & alij ordinarij. Re-
doan. de rebus Eccleſ. rub. de cauſis propter quas fiunt
alien. Couar. lib. 2. var. cap. 17. num. 2. Sarmient. 1. p.
de reddit. Eccleſ. cap. 2. in princ. Gutierr. de iuram.
confir. 1. p. cap. 52. ex numero 1. Caſtillo de vſufr. cap.
54. num. 6. & 16. Suarez alleg. 21. & alij, relati à Bar-
7 boſa de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 30. † Item etiam & bo-
na pupillorum & minorum ſine decreto alienari ne-
queunt, aliter reuocatur alienatio, & auocatur res à
quocumque poſſeſſore, toto tit. C. de prædiis, & aliis
rebus min. l. lex quæ tutores 22. tot. Cod. de adminiſt. tut.
tot. tit. D. de rebus eorum, l. fin. infr. de vend. reb. ciuit.
leg. 60. tit. 18. p. 3. l. 4. tit. 5. p. 5. Ant. Gom. 2. to. var. c. 14.
n. 13. Menoch. de arbitr. caſ. 171. Gutierr. de tutelis p.
cap. Petr. Gregor. lib. 12. ſyntag. cap. 2. num. 15. & ſeq.
Ant. Fab. in Iuriſp. tit. 12. princ. 7. illat. 83. & ſeq. &
86. 87. & 90. & princ. 8. illat. 54. Hermoſilla in addit. ad
Greg. in lib. 4. tit. 5. pag. 5. gloſſ. 2. tota, & gloſſ. 6. ex n. 1.
8 Procedet tamen venditio in prædiis Decurionum
ſi ſolemnitas illa adeundi Iudicem ſeruata fuerit
cauſis apud ipſum propoſitis, & approbatis, cum
propria inquiſitione, l. magis puto 5. §. non paſſim, D.
de reb. eor. & vt de cauſis expreſsè conſtet, vt notat
Maſcard. de probat. concl. 75. num. . nam cum alie-
natio prohibeatur, niſi ex cauſa fiat, de ea conſtare
debet, vt oberuant DD in d. cap. nulli, de reb. Eccleſ.
& Caſtillo dict. c. 54. num. 6. & 8. & ſubſequente de-
creto Iudicis. Alias autem ſi hæc fuerit forma negle-
cta, venditio erit nulla, vt in præſenti docet verſus
ille in forma iuncta l. magis 5. §. ſi æs 14. de rebus eor.
ibi, Nullam eſſe venditionem, nullúmque decretum, leg.
1. §. hæc verba, D. ne vis fiat ei. † Nam quoties lex 9
aliquid pro forma requirit in aliquo actu, niſi ad
vnguem obſeruetur, actus talis nullius erit momenti
l. cum hi 7. §. ſi prætor. D. de tranſact. l. Diuus D. de
integr. reſt. l. Mæuius 55. D. de cond. & demonſt. l.
conſtitutionibus 24. in fin. D. ad municip. cap. 2. de reb.
Eccleſ. in 6. cum aliis adductis in leg. 1. ſupr. de iure
haſtæ num.... Forma enim eſt indiuidua, ita vt ni-
hil ei adimi, aut detrahi poſſit, etſi mutetur, cùm ad
vnguem debeat obſeruari, tota corrumpitur, quod
docuerunt plures plena manu congeſti à Tiraquell.
de retract. lign. §. 1. gloſ. 21. num. 11 & 12. & de retract.
conu. §. 4. gloſ. 6. num. 31. & ſeq. Gutierr. lib. 2. canon.
cap. 15. num. 110. Cacheran. deciſ. Pedem. 165. à num.
16. Ludou Centius de cenſib. 2. p. cap. 1. art. 6. à num.
12. Caſtill. de vſufr. d. cap. 54. num. 31. & ſeqq. & de
Tertiis cap. 20. num. 26. Farinac. in frag. verb. lex nu-
mer. 203. & ſeq. Matienc. in l. 2. tit. 3. gloſ. 1. num. 13.
lib. 5. Recop. dixi in l. 4. ſup. de iure haſtæ fiſ. ad fin. &
in materia alienationis rerum minoris, vel Eccleſiæ
Gutierr. de tutel. 2. p. cap. 5. ex num. 8. Ceuall. q. 675.
Gabriel comm. concl. tit. de alienat. rer. concl. 1. † Eo- 10
dem modo in rebus Eccleſiæ alienandis ſolemnitas
& cauſa ad alienationem requiruntur ita de neceſſi-
tate, vt ſine eis nulla & irrita reputetur. Cauſa ea re-
putatur proprior, ex qua vtilitas Eccleſiæ conſidera-
tur, d. cap. ſine exceptione, d. cap. 2. de reb. Eccleſ. in 6.
cum aliis, quamvis plures cauſas recenſeat, l. 1. tit. 14.
p. 1. & gloſ. in ſumma 12. q. 2. quas proſequuntur Pa-
norm. & Beroi. ſup. Duaren. de ſacris Eccleſ. miniſt.
lib. 7. cap. 9. Caſtillo ſup. num. 8. Auendan. de exequen.
1. cap. 4. num. 35. verſ. his igitur. & Barboſ. d. cap. 30.
num. 5. In noſtra verò ſpecie ſolùm neceſſitatis fit
mentio, quâ veluti ſub genere cæteræ aliæ cauſæ
comprehenduntur. Nam quemadmodum neceſſitate
vrgente Decuriones vendere poſſunt, ita neceſſitas
videtur eſſe ſi vtilitas id expoſcat, cùm vendendo &
ſoluendo ab ſtrangulatione (creditorum ſcilicet) li-
beratur, quod ei vtile erit.
Quare autem huius decreti ſolemnitas introducta 11
fuerit, exponunt Imperatores in præſenti, in verſ. ita
enim fiet. Quia ita venditor non erit immoderatus, id
eſt, non excedet pretium iuſtum, non vendet carius,
quàm ratio, & æſtimatio, expoſtulat. Neque item
emptor erit iniuſtus, id eſt, viliori pretio non emet,
& ſic nec magno pretio comparatio fiet, nec mino-
ris diſtrahetur res, vt in l. ſi quos 16. C. de reſcind.
ven. & cùm venditio celebrabitur, iuſtè non time-
bit venditor inſidias, dolum, aut potentiam emen-
tis l. ſi dolo 5. l. ſi voluntate 8. l. non idcirco 12. d. l. ſi quos
C. illo tit. l. 2. ſup. de iure haſtæ fiſcal. l. ſi pignora 50.
D. de euiction. & denique neque emptor, nec vendi-
tor conqueri poterunt quòd decepti ſint vltra dimi-
diam iuſti pretij, vt in l. 2. C. de reſcind. † Nam præ- 12
ſentia Iudicis, & decreti interpoſitio omnem præ-
ſumptionem metus, aut doli, aut violentiæ excludunt
& omnia confirmare videntur, & vicem obligatio-
nis iuſtæ habet auctoritas iudicantis, l. 1. C. ſi in cauſ.
iudicat. pign. l. fin. D. de eo quod met. cau. l. ſi quis 7. §.
doli 4. D. de iuriſdict. l. ait Prætor. 7. §. ſed & ſi 2. verſ.
quid tamen, D. de minor. l. ſeruo 65. §. cùm Prætor. D. ad
Trebell. l. quod autem 6. §. apud Labeonem 6. D. quæ in
fraud.

*fraud.cred l.4.§.& ſi iuſſu. D.de aquapluuia. l.iniuria-
rum 13 §. ſi quis D.de iniuriis, l.non videtur 167.§.fin.
iuncta l.is damnum 169.l.qui auctore 137.D. de reg.iu-
ris l.tranſactionem 35.Cod.de tranſaction.cap. quod quis
24.de reg.iur.in 6.*notant Bar.Platea *numer.*2.Rebuff.
*n.*5.& 6.Pyrrhus *verſ.& nota in præſenti*, idem Bar.
*in l.ſi quos 59.ſup. de Decurion.* vbi etiam Platea *n.*3.
*verſ.& operatur.*Alciat. *de præſum. reg.3. præſum.*9. &
& alij relati à Pinell. *in d.l.2. C. de reſcin.2. p. cap.2.
n.*20.Morla *in emp.tit.9. q.23.n.3. &* 4. Hermoſill. *in
dict.leg.4.tit.5.p.5.gloſſ.6.num.*11.

3 Ex quo inferunt non poſſe in caſu noſtræ legis
peti remedium *d.l.2.C.de reſcin.*cùm decretum Iudi-
cis id operetur, præſertim quando publica ſubhaſta-
tio interuenit, de cuius quæſtionis reſolutione egi-
mus *ſuprà in l.1.de iure haſtæ fiſcal.* vbi ſcripſimus ſe-
cundùm veriorem ſententiam non eſſe excluſum in
præſenti dictum remedium, cùm ſolùm excludatur
querela illa, quâ ſe inductum ad vendendum inſidiis,
vel potentia emptoris aſſerat venditor, ſi videlicet
iuſta cauſa vendendi non fuit. Verùm ſi interue-
niente eâ iuſtâ causâ & decreto confirmatâ in pre-
tio iniquitas interuenerit, quia vltra dimidiam læſus
eſt, non excludetur *d.l.*2. remedium, quia decretum
verſatur circa cauſam vendendi, non verò circa pre-
tium in quo læditur, vt ſentit Ant. Fab. *de error.
deciſ.* 10. *err.*7. & ante eum notauit Pinell. *in d. l.2.
p.2.cap.2.n.*20. & Morl. *d.tit.9.q.23.num.*4. & dixi-
mus *in d.l.1. de iure haſtæ*, expendentes verba eius
illa, *Quando de neceſſitate diſtrahentis & de voluntate
patuerit comparantis*, quæ non de pretio, ſed de cauſa
4 accipi debent. † Sed adhuc non ſatis manet ſedata
difficultas illa, quam excitant verba noſtræ legis,
*Ita enim fiet, vt nec immoderatus venditor, nec emptor
inueniatur*, quæ de pretio videntur eſſe accipienda
magis, quàm de venditore, vel emptore ſuam turpi-
tudinem allegantibus, vt voluit Pinellus. Omiſſis
ergo plurium interpretamentis, quorum meminimus
*in d.l.1.de iure haſtæ fiſ.* & Morlæ *d.tit.9. q.23.num.*4.
Senſus erit eorum verborum vt ea forma admiſſa
venditor non erit immoderatus, id eſt, non cenſe-
bitur vendere vltra modum à lege noſtra impoſitum,
neque tranſcendere formam legis, neque emptor
dicetur iniuſtus, id eſt, contra iura comparare. Nam
*iuſtum* quemadmodum dicitur quod eſt ſecundùm
ius, vt teſtamentum dicitur *iuſta ſententia*, *l.1.D. de
teſtam.* id eſt, ordinata ſecundùm ius, ita *iniuſtum*
dicetur quod eſt contra ius, & conſequenter iuſtus
emptor dicetur qui ſecundùm legis diſpoſitionem
comparat, & iniuſtus qui contra iura mercatur,
quod cõtinget non ſeruatâ formâ decreti ſupradicti.
5 † Qui ſenſus conſtat ſi verſus ille, *infirma enim*, pa-
rentheſi claudatur, & verſus *ita enim*, coniungatur
cum anterioribus verbis, *cauſas ſiggillatim exponat*,
& ſequentibus: quaſi dicat lex, exponat cauſas ne-
ceſſitatis coram Iudice, & probet, & ſub decreto
facultatem diſtrahendi accipiat, ita enim non dice-
tur quòd formam negligit à lege impoſitam, neque
emptor contra eam emit, quo fiet vt contractus non
poſſit conuelli, cùm conſtet de neceſſitate vendito-
ris, & de voluntate emptoris. (vnde minimè elicies
cum Doctoribus contrariæ opinionis remedium *d.
l.*2. excludi, cum de ea nullum verbum in præſenti
præſcribatur.) Alter effectus decreti erit quòd em-
ptor erit ſecurus, cùm habeat titulum legitimum,
& competentem ſecuritatem, *l. fin. infr. de venden.
reb. ciuit.* ibi, *Decreti recitatione interueniente emptor
competentem poſſit habere cautelam.* id eſt, habebit
omnimodam ſecuritatem, docent Bar. & Platea *n.*2.
& Lucas *n.8. ibi*, idem Bar. *in l.nulli n.7. D. quòd cu-
iuſque vniuer. nom.* Menoch. *conſ.80.n.22. & ſeq. &
conſ.726.n.*19.

Subſequitur in noſtra lege, quòd ſi quis in frau- 16
dem huius conſtitutionis ſine decreto emerit præ-
dium Decurionis, & fraudulenter effecerit, vt ven-
datur, tunc pretio quod dederit erit priuandus, &
fundum cum fructibus reſtituet. Hoc idem conſti-
tuitur *in l. quemadmodum 7. infr. de agricol. & cenſ.*
vbi ſi quis emerit ſine terra colonos ſeruos capite
cenſitos, eadem pœnâ tenebitur: nam vnum ſine al-
tero vendere prohibitũ eſt, ne agricultura deſeratur,
vt *ibi* dicã. facit *l.6.& 7.& 10.tit.2.lib.1. Recop.* vbi ſi
emit quis rẽ Eccleſiæ indebitè alienatam, reuocatur
alienatio, & emptori pretium non reſtituitur, de
quo erunt videndi Azeued. *ibi*, & Gutierrez *l.3.p.q.8.
tot.* † Idem videmus definitum *in l. fin. infr. de fundis* 17
*rei priuat.* vbi ſi quis emerit fundum rei priuatæ, id
eſt, eius ſubſtantiæ, quæ in priuato patrimonio Prin-
cipis eſt, dempto canone aufertur ab eo fundus, &
pretium perdit & fructus. Quia cùm emant contra
legis prohibitionem, efficiuntur malæ fidei empto-
res, *cap.qui contra iura, de reg.iur.in 6.* & ſic & pretiũ
amittere & fructus, cum ipſa re tenebuntur reſtituere,
*l.ſi debitor.7.D.quæ in fraudem cred. l.ſine hærede 32.
§.interpoſito D.de adminiſt.tutor.l.penul.& vlt.C.de re-
ſcind.l.fin.C.de litigioſis dict.l.quemadmodum, infr. de
agricol.& cenſ.*iunctis traditis à Gutierr.*d q.*8.& alios
referente Barboſ.*in l.1.D.ſolut.matr.5.p.n.*37. † eſtque 18
præſumptio iuris & de iure quòd malâ fide contra-
ctus celebratus ſit, qui cùm ſit reprobatus, non tri-
buit iuſtam cauſam poſſidendi, neque ad præſcriptio-
nem, *l.fin.§. ſin autem auaritiæ. C.comm.de legat.l.2.C.
de vſucap.pro emptor.c.dudum 31.de decimis.*& vbi lex
inhibet vſucapionem, bona fides nihil prodeſt. *l.vbi
lex.24.D.de vſucap.*eo enim ipſo quòd alienatio pro-
hibetur & adquiſitio, interdicta cenſetur vſucapio,
quæ eſt alienationis ſpecies *l. alienationis 28. D. de
verb.ſig.*notat Tiraq *de retract lign.§.1. gloſ.9.n.24.&
de retr.conu.§.1.gloſ.2.n.33 & de primigen. q.*30. Ant.
Gomez *in l.40.Tau.n.90.in princ.*Matienc.*in l.8 tit.7.
gloſ.5. num.*11. Pinell. *in Auth. niſi triennale num.28.
& ſeq. C. de bon. mat.* Molin. *de primog. lib.4. cap.*10.
*num.*1. Mieres *de maiorat.4.p.quæſt.*21.Fachin.*lib.*13.
*cap.* 80.

Sed ſtatim quæritur, huiuſmodi pretium cui debeat 19
applicari? & rectiùs dicendum exiſtimo non eſſe
Decurioni vendenti applicandum (ne aliàs Decurio
ex ſua militia commodum reportaret, contra *l.itaque
fullo 12.verſ.nemo, D. de furt.c. ex tenore, de reſcript.*)
ſed fiſco qui turpiter venditori quæſitum aufert, *ar-
gumento l.Lucius 9. in fi.l.aufertur 46.§. quod à Præ-
ſide.D.de iure fiſci* & expreſſius *in l.fi. C.de litigioſ. l.
multarum 5.C.de modo mulctar.l.ſenatus 52.D.de con-
trah. empt.*notat Accur. *hîc ſchol.vlt.*Plat.*num.2.verſ.
ſed cui* Cuiac.*in fin.* idem Accur.*in dict. l.quemadmo-
dum, verb. & emptor. verſ.ſed an venditor*, & Platea
*n.*11.& cum Ant.Gomez & Valaſc.*conſultat.83.n.*13.
docet Barboſ.*ſup.d.n.*37.

Contra hanc tamen traditionem obſtat *l. vn. infr.* 20
*Non licere habitatorib. metrocomiæ*, vbi Metrocomiæ
habitatores prohibentur poſſeſſiones terraſque quas
habent, in alios transferre, præterquam in vicaneos
& habitatores metrocomiæ. Quod ſi contrà fiat, an-
nullatur contractus, & pretium redditur emptori. Pro
cuius difficultatis dilucidatione præſuppono cum Al-
ciat.& Gothofr.*in d.l.vn.*Cuiac.*in l.fi. ſup. de exactor.
trib.* Pancirol. *lib.2.var.c.*255. Metrocomiam Græcè
dictam *matricem villarum*, quæ eſt villa, nempe ma-
ior, quæ ſub ſe plures continet, plura caſtra, burgos,
pagos & vicos, *l. fin. C. Th. de patrocin. vicorum.*
Quemadmodum Metropolis dicitur caput prouin-
ciæ, quæ mater non ineleganter dicitur *in l. vn.
infr. de Metropol. Beryt.* quod ipſius nominis ety-
mon ſuadet. nam *metra*, & *polis* mater, ſeu ma-

trix vrbis dicitur, vt agnoſcit Forcatol. in *Neciomant. dial. 62. num. 4.* vt enim mater ſe habet ad filiam, ita metropolis ad reliquas ciuitates prouinciæ. *l. ſi duas 6. §. 1. D. de excuſat. tutor. l. 4. §. ingreſſum. l. ſi aliam 7. D. de offic. Proconſ.* obſeruant Bar. & Plat. *in d. l. vnic. de metropol. Ber. num. 2.* Couarr. *pp. cap. 19. n. 2.* Briſon. & alij *verb. Metropolis*, & Oſvvald. *ad Donell. lib. 17. cap. 13. lit. B.* & ego dicam, Deo volente,
21 *in d. l. vnic. de Metropol.* † Huiuſmodi metrocomiæ reſpectu aliarum ciuitatum quæ forum habent, theatrum & reliqua quæ vrbes conficiunt, dicuntur minores à Modeſtino *in d. l. ſi duas §. minores, de excuſ.* Horúmque vicorum habitatores vocabantur Vicani, aut Vicanêi, *toto tit. infr. vt nullus ex Vican. & C. Th. de patrociniis* vicorum (quæ vox reponenda eſt *in d. l. vnic. infr. Non licere habitat.* vbi perperam ſcribi ſolitum fuit *Vicariis*, vt præſenſit *ibidem* Accur. & alij.) erántque terris adſcripti, & tenebantur
22 tur capitationem præſtare. † quod tributum ſinguli pro ſuo capite pendebant, cuius meminit Vlpian. *in l. 3. D. de cenſib.* & Imper. *in l. cùm antea 10. infr. de agricol. & cenſ.* ab Auguſto introductum, cùm voluit vniuerſum orbem deſcribere, notat Panciroll. *d. lib. 2. cap. 254.* Bulenger. *lib. 9. de Imper. Rom. cap. 17.* Dom. Don. Laurent. Ramirez *in teſſera legum in l. ſuper creandis, ſup. de iure fiſci. pag. 19.* & alij relati à Carrança *de partu, cap. 5. ſect. 3. n. 102.* quod tributum demum remiſſum eſt omnibus qui ciuitates in-
23 habitarent. *l. vnic infr. de capitatione ciuib. exim.* † Verùm ne hac ratione Vicanei & plebs ruſtica vicos & metrocomias desererent, & ſic fiſci iura fraudarentur, inductum eſt ne extra metrocomias poſſent fundos vendere, niſi tantum ipſis, qui vicis erant aſcripti, qui eo modo aſſueti terræ eidem inhærerent (cùm naturale ſit omnibus ſuas terras diligere & meliorare) vt ſic tributariis functionibus, poſſeſſionibus non deſertis reſponderent. *l. ſi diuina 8.*
24 *ſup. de exactor. trib.* † etſi enim regulariter quis non cogatur vendere ſuo conſorti, vel vicino. *l. ludum 14. C. de contrah. empt.* tamen id ſpecialiter inductum fuit *in d. l. vnic.* ob ſupradictam rationem, ne alias ad extraneos metrocomiarum, vel vicorum illa terra tranſiret, quod inſinuat *d. l. dudum*, quæ ait quemlibet poſſe vendere cuilibet, *Niſi*, inquit, *lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit.* quæ verba à Triboniano addita eſſe arbitratur Cuiacius *in d. leg. vnic.* propter eius deciſionem. Quemadmodum *in l. 1. C. de reb. credit.* addit illa, *Niſi ſpecialiter*
25 *hac lege excipiatur propter legem fin. eius tituli.* † Sed quamuis id non rarò facere ſoleat Tribonianus, vt multoties docui, non puto ea verba ab eo adiecta, ſed ab Imperatoribus, propter *d. l. vnic.* & alias quæ non niſi perſonis exceptis vendere permittunt, vt *in leg. 1. C. ne Chriſtian. mancip.* vt ponit Cynus, *& l. prima infr. de metallariis* vbi non niſi fiſco aurum vendi poteſt. *leg. quemadmodum 7. infr. de agricol. & cenſ. leg. fin. infr. de agricol. & mancip. l. vnic. infr. de cupreſſis Nouell. 128.* quæ eſt *Auth. de collator. §. ſi verò aliquando* cum lege noſtra. Quod verò de Nouella Romani Lacapeni adducunt. Cuiac. & Gothofred. *in d. l. vnic. & d. l. dudum*, ad rem non pertinet, cùm aliud ſit prohibere venditionem, niſi inter certas perſonas aliud rem retrahere, vt ſcilicet eodem pretio ſoluto in re vendita alius præferatur, vnde ea tractatio non pertinet ad eam legem cuius argumento tractarunt Iaſon. *in l. 1. C. qui teſtament. facer. poſſ.* & Maranta poſt praxim *diſp. 8. num. 53.* Franc. Marc. *deciſ. 3 vol. 2.* an vicinus ratione vicinitatis præferatur non vicino in retractu, & facit quod notat Azeued. *in l. 1. num. 4. tit. 9. lib. 7. Recop.*

26 Vnde *in d. l. vnic.* reſcinditur & annullatur contractus emptionis, & pretium tantùm redditur emptori, ſine dupli ſtipulatione, neque melioratione. *l. fin. §. fin. C. comm. de leg.* quia cùm emptio nulla ſit, conſequens eſt nihil poſſe ex his peti quæ per cauſam emptionis promittuntur, vt docet Doneil. per tex. *ibi in l. ſi fundum 27. n. 2. C. de euict.*

Verùm quare pretium reddatur contra legis noſtræ prohibitionem, adhuc eſt in dubio & Accur. *in d. l. vnic. verb. hoc tantum*, aſſerit hoc factum ob ignorantiam, quod falſum eſt, imò verbum *tentauerint* ſcientiam poſſeſſoris deſignat. † Quare ego dicerem 27
(nam nullus eſt Doctorum quem ſequar) hoc ideò factum, quia in noſtra ſpecie equum fuit ea graui pœna contra temeratores legum agere, ne in damnum Reipublicæ fraudibus locus relinqueretur, & ita omnibus occurritur. At *in d. l. vnic.* ſatis fuit contractum annullare, cum poſſeſſores adſcripti in eiſdem remaneant poſſeſſionibus, quibus adſcripti erant, & fiſcus non remanet functionibus ſuis defraudatus, vnde punitur venditor cùm pretium reſtituere teneatur, & ad vicos ſuos redire cogitur *d. l. fin. C. Th. de patrocin vicor.* ibi, *Metrocomiæ verò in publico iure & integro perdurabunt, nec quiſquam eas, vel aliquid in his poſſidere tentauerit, exceptis conuicanis, à quibus penſitandæ pro fortunæ conditione negare non poſſunt. His ſanè qui vicis, quibus adſcripti ſunt, derelictis ad alios ſeu vicos, ſeu dominos tranſierunt ad ſedem deſolati, ruris conſtrictis detentatoribus redire cogantur.* emptor quoque pretium ſolum accipere cogitur, neque meliorationes, aut fructus percipiet, neque de euictione aget. & ita nihil aliud *dicta l. vnica* effecit, niſi contractum annullare, nulla alia pœna in tranſgreſſores conſtituta, idque magis æquitate ſuadente, quàm legis rigore factitatum videtur. vt conſtat, illic, *hoc neceſſariò adiiciendum noſtra putauit humanitas*, quod non habuit locum. quando aliquis emit rem priuatam Principis, dempto canone, id eſt, vt non teneatur ſoluere tributum, quod cùm in Principis damnum tendat, ratio eſt vt emptor pretium perderet, *in d. l. fin. infr. de fundis rei priuat.* & ſimiliter etiam in noſtra ſpecie cùm per fraudem vellet Reipublicæ Decurionum ſubtrahere, & ſic *d. leg. vnica*, annullat actum, & pœnam non imponit, humanitatis cauſa, alia verò iura non ſolùm annullant, ſed & imponunt pœnam, iuxta notata à Doctoribus, quos recenſet Farinac. *2. part. fragm. verb. lex ex num. 92.* † Neque contra *d. l. vnic.* videtur aliquid
facere *d. l. ſi diuina, de exact. trib.* vbi emptionis iure 28
in alios, quàm in metrocomiarum vicos poteſt venditio fieri. Nam reſpondendum eſt illas leges ante Triboniani partitionem vnicam fuiſſe, vt conſtat ex inſcriptione, quæ eſt *Leo & Anthemius Nicoſtrato P. P.* & ſubſcriptione quæ eſt, *Kalend. Septemb. Anthemio. A. II. Coſ.* & ſic ex vna duæ leges ſunt factæ: eius prima pars continetur *in d. l. ſi diuina*, in qua ſtatuebatur, vt ſi à vicaneis fundi empti eſſent, quemadmodum prior dominus, ita & emptor teneatur ſoluere fiſcales functiones. In ſecunda verò parte, quæ eſt *dict. l. vnic.* vt illo damno occurreretur, adiecta eſt prohibitio alienationis extra metrocomias. Id euidenter colligitur ex ſerie earum legum, & ex illis verbis *d. l. vnica: Hoc neceſſario adiiciendum noſtra putauit humanitas*, quæ indicant vltimum locum conſtitutionis, nam *adiicere* addere ſignificat.

Cùm autem dixerimus venditionem per fraudem 29
vel neglectâ formâ legis factam, nullam eſſe, & emptorém puniri. Nunc è contra Zenone *in h. l. 3. in verſ. cùm tamen*, aſſerit decreto intercedente ita firmam manere, vt nullâ ratione, vel cauſa conuelli poſſit, neque ratione licentiæ, quæ cum decreto fit, poſſe Decuriones, qui vendunt, neque emptores vllum damnum ſuſtinere, neque vllum diſpendium neque alicuius perſonæ, vel theatralis liberalitatis

homin e

30 nomine contrahentes aliquid præſtare teneri. †
Hanc deciſionem nullus ex noſtris Auctoribus re-
ctè explicauit. Sed id nihil aliud eſt, niſi quod ex
venditionibus prædiorum Decurionum ſolebant ali-
quid ludis theatralibus reſeruare: nam ad Decuriones
horum ludorum editio pertinebat. *l.1. D. de mune-
rib. l.1. infr. de ſpectaculis.* dixi *in l. Circenſium 20. ſup. de
Decurion.* qui ſolebant patrimonia propria in eorum
ludorum exhibitione conſumere. *l. decurionibus 8. D.
de decurion.* eóque ſpectat *l.2. C.Th. de expenſ. ludor*
ibi, *Iudices admonemus, vt ludorum interſint feſtiuitati,
verùm expenſarum non excedant duorum ſolidorum li-
brata impendia, nec inconſulta plauſorum inſania curia-
lium vires fortunas ciuium principalium domus poſſeſſo-
rum opes Reipublicæ robur euellant.* Adeò hæc ludo-
rum inſania apud antiquos excreuit, vt toti orbi hu-
iuſmodi ludi graues fuerint, vt docebimus *in l.
vnic. infr. de expenſ. lud.* & diximus *in d. leg.*
31 *Circenſium*, & notat Adam. Contzen. *lib.3. politic.
cap.16. §. 9. & 10. & lib.7. cap.18. §. 15.* † Adiici-
tur præterea *in eadem lege 3. in fin.* vt decretum fiat
conſenſu curiæ interueniente, & ſententia Iudicis
non in ſcriptis prolata, ſed viua voce, ne pro ſcri-
ptura aliquid dare contrahentes neceſſe ſit: ita expli-
ca illa verba, *nec ex tabella decretum recitari.* in quo-
rum explicatione ridiculus eſt Bar. *in h.l.3. num.3.* in-
quiens, hoc ideò dixiſſe. *Quoniam conſueuerunt Decu-
riones vocari ad ſonum tabelæ, ſicut fit die ſancti Vene-
ris.* Tabella eſt idem ac ſcriptura, quæ & dicitur *peri-
culum, in rub. C de ſentent. ex peric. recit.* vt docuimus
*in l. fin. ſup. de decur. cap.2.* Iudicéſque de tabella ſen-
tentiam recitabant, vt conſtat ex Apuleio *lib.1 florid.
in fin.* ibi, *Præco cum Proconſule & ipſe tribunal aſcendit,
enim vero ipſe Proconſul moderatâ voce rarenter & ſe-
dens loquitur, & plerumque tabella legit. Quippe præ-
conis vox garrula, miniſterium eſt. Proconſulis autem
tabella ſententia eſt, quæ ſemel lecta neque augeri litte-
ra vna, neque autem minui poteſt, ſed vtcumque recita-
ta eſt, ita prouinciæ inſtrumento refertur.* videndus *ibi*
Coluius & Reuard. *pro Tribunal cap. fin.* Pamel. &
Cerda *ad Tertullian. in Apologet. cap.2.* ad illud, *Quid
de tabella recitatis illum Chriſtianum?* & alij relati ab
Oſvval. *l.28. Donell. cap.3. lit. H.* & erunt videnda quæ
adduximus *in d.l. fin. de Decurion. c.2. n.11. & ſeq.*

32 Sed cùm in noſtris iuribus interdicta ſit alienatio
prædiorum Curialium, opportunè quærendum nunc
eſt, quid ſub hac prohibitione contineatur, nam
multi ſunt actus qui ſub alienationis nomine com-
prehenduntur, vt expreſſit Imp. *in l. fin. C. de reb. alie-
nis*, & IC *in l. alienatum 67. de verb. ſignif. l. ſicut 8. §.
venditionis 11. D. quibus mod. pig. l.1. §. eam rem. D.
quæ res pignori. cap. nulli*, nullis concordantibus, *de reb.
Eccleſ. & l.10. tit.13. p.7.* cum multis quæ recenſet
Tiraquell. *de retr. lignag §. 1. gloſ. 2. num.1. & gloſ.
14. num.3.* Pinell. *in l.2. C. de reſcind. 2. p. cap.1. ex n.
10. & in l.1. C de bon. mat. 3. p. num.18.* Caſtillo *de
vſufr. c.54. ex n.1.* Barboſ. *de appellat. verb. verb. alie-
natio. 14.* DD. *in d. cap. nulli* & nos *in l. vnic. ſup. de ven-
dit. rer. fiſ.* Hermoſilla *in rub. t.5. p.5. n.1.* Vndè cum
Decuriones prohibeantur prædia ſua alienare, pari
quoque modo prohibiti cenſentur permutare, dona-
re, pignorare, & in vſumfructum, ſeu emphyteuſim
concedere, vt de rebus Eccleſiæ dicitur, & docet
Accur. *in d.l. quemadmodum, infr. de agricol. verb.
vendi*, vbi Plat. *num.4.* & relati à Dueñas *reg.239.*
& Hermoſill. *in addit. ad Greg. in l.4. tit.5. p.5. gloſſ.2.*
33 *num.11. & ſeqq.* † Nam quemadmodum domini ſer-
uorum cenſitorum vendere non poſſunt, nec ſimili-
ter donare *l. vnic. C. de contract. iudic.* quod in re Ec-
cleſiæ prohibita alienari, probatur *in cap.1. cap. tuæ
nuper. de his quæ fiunt à prælat. cap.2. de donat. cap. ſine
exceptione 12. q.2.* cum adductis à Caſtillo *d.c.54. n.4.*
Item & filiusfamilias cui conceditur libera peculij
adminiſtratio, non poteſt donare. *l. filiusfam. 7. D. de
donation. l. contra 28. §. ſi filius. D. de pactis*, & de mi-
nore idem probatur *in l. fin. §. cùm autem, C. ſi maior fa-
ctus.* Garcia *de expenſ. cap.20. n.9.* Matienz. *in l.3. tit.
3. gloſſ.2. n....* & alios referens Gutierr. *de tutel. 2. p. c.6.
n.2.* † & ratio ipſa huius prohibitionis apertè indu- 34
cit vt donatio non valeat, quia ſi adeò prohibita fuit
venditio, vt Decuriones ad neceſſitates publicas
meliùs ſufficerent, & ne minus idonei reddantur
propter donationem, quàm propter venditionem,
cùm ea ſaltem cauſat pretium, donatio verò nihil
producit emolumenti, cùm propter nullam cauſam
fiat, niſi vt liberalitas exerceatur, *l.5. D. de donat.* &
ideò conceſſa donandi facultate, multò magis de-
buit concedi facultas vendendi. *l. cuius eſt 163. D. de
reg. iur. iuncta l. non debet 21. D. eodem, l. ſicut 8. §. ſed ſi
permiſerit, verſ. in contrarium. D. quibus modis pign.* ar-
gumento deducto à maiori ad minus. † Nam qui 35
donat ſuum diminuit patrimonium, qui vendit non
perdit, cùm pretium ſuccedat loco rei. *l. ſi & pretium
22. D. de petitione hæred.* cum multis à me ſcriptis *l.1.
obſeru. cap.16. n.44.* ideóque ius donandi maius eſt,
quam ius vendendi, vt agnoſcunt P. Faber. & Re-
nard. *in d.l. cuius eſt*, poſt alios antiquiores, *ibi*, & Cu-
iac. *in l. non debet 121 D. de reg. iur.* Nihilominus ta-
men his non obſtantibus contrarium ſtatuit Zeno *in
hac l.3. in princ.* dum Decurionibus permittit prædia
ſua donare, vel permutare. Quam ob cauſam mira-
bilem appellat hanc legem Iuſtinianus *in d. Auth. de
Decuriomb. §.1. verſ. & rurſus* & etiam *in Nouell. 87.*
quæ eſt *Auth de mortis cauſ. donat.*

Cui difficultati ſatisfacere tentarunt Accur. *in h.l.* 36
*3. verb. permittimus*, & Plat. *num.1. verſ. & ratio.* Ia-
ſon *in l. fin. num.57. C. de iure emphyt.* vbi etiam Si-
chard. *num.20* Cuiac. & Gothofred. *hîc*, idem Cu-
iac. *in d. l. non debet 21. de reg. iur & in d. Nouell. 38.*
vbi etiam Gothofred. Donell. *lib.9. comm. cap.10.*
confértque Ant. Fab. *lib.14. conteſt. cap.13. verſ. ſic
enim.* qui aiunt ſpeciale fuiſſe in hoc caſu vt dona-
tio prohibita non cenſeretur, etſi prohiberetur ven-
ditionem in venditione venditor recipit pecuniam,
quam omnibus vſibus deſtinata facilè conſumere
poteſt, quod non eſt in permutatione, cùm alia
res recipiatur pro alia, quæ non ita conſumitur. Do-
natio verò facilè permittitur, quia non tam facilè
homines donant, quàm vendunt, cùm venditione
conſequatur pretium, nihil verò ex donatione, at-
que ità cautiùs agent Curiales in donatione facien-
da. † Quemadmodum ſenatuſconſultum Velleia- 37
num ſuccurrit mulieri obligatæ non donanti, quia
facilius obligat ſe, quàm donat. *l.4. D. ad SC. Vel-
laian.* iuncto Tiraquell. *in l.9. connub. num.43 & ſeq.*
Maſcard. *de probat. concl. 150. num.3. & conl. 554. n.
4. & concl. 1080. num.29.* † & lex Iulia inhibet hy-
pothecam rei dotalis, etiam volente vxore non ve-
rò alienationem. *princ. Inſt. quibus alien. licet. l. vnic.
§. & cùm lex. C. de rei vxor. act.* quia facilius mulie-
res oppignorarent, quàm venderent, neque ita prom-
pti ſunt homines ad donandum, quàm ad obligan-
dum. Sic etiam lex Caninia vetat manumitti inter
morientes, non inter viuos. *§. vnic. Inſt. de lege, Fu-
ſia Can.*

Quæ ratio differentiæ inter venditionem & dona- 38
tionem vera non videtur, quia Zeno Imperator non
eam reddit rationem, quâ donationem concedat
Decurionibus quòd donatio difficiliùs fiat, *Sed
quoniam* (eius ſunt ipſa verba) *ſacræ conſtitutiones
quæ ſuper hoc à retrò Principibus latæ ſunt, de pretio
non redhibendo locutæ ſunt, vt ex hoc apertiſſimè datur
intelligi, ſolùm venditionis interdictũ fuiſſe contractũ* quę
ratio potiſſima dicitur rectè à Luca de Peña *hîc n.3.*

& eam ſolida Iuriſprudentia inniti quilibet animaduertet, qui ſciat in hoc differre venditionem à permutatione quòd illa pretio interueniente fiat, ita vt ſi de pretio non ſit conuentum, nulla ſit venditio *leg. 2. §. 1. D. de contrah. empt. l. 1. & 9. tit. 5. p. 5.* & ita & in imaginariis venditionibus, quæ expediendarum rerum gratia fiebant, nummus vnus pretij loco conſtituebatur. *l. ſi vſusfructus 66. D. de iure dotium*, obſeruant, Budæus *lib. 1. de aſſe, in fin.* Ferrand. *lib. 2. explicat. cap. 20.* Duaren. *ad tit. D. de capit. minut.* VValtherus *lib. 2. miſcell. c. 30.* Oſvvald. *ad Donell. lib. 13. cap. primo lit. I.* & noſter Pichard. *in §. pretium 1. num. 13.*

40 *& 14. de empt. & vend.* † Nam quamuis nummus vnus rei pretium non faciat, ſed pretio opponatur. *l. ſi quis ante 10. in fin. D. de adquir. poſſeſſ.* cùm pretium ſit quod æſtimationis cauſa conſtituitur, vt ex Varrone probat Reuar. *in l. imaginaria, D. de reg. iur.* & vno nummo res æſtimari nequeat, nihilominus tamen habet pretij imaginem (quam ob cauſam imaginariæ venditiones appellantur, vt teſtatur Hotoman. *lib. 19. epitomat. titulo primo num. 5. &* Petr. Fab. *in dicta lege imaginaria*) & dicis cauſa interponitur, vt ait *lege quarta Digeſt. commodati*, vt emptor affirmare poſſit ſe pecuniam numeraſſe, docet Cuiac. *lib. decimo obſer. cap. trigeſimo ſeptimo* &

41 Hotoman. *in dict. leg. imaginaria.* † Vnde ſi pretium non interueniat, alius contractus ſit, & ita inter Proculianos & Sabinianos quæſtio fuit ſatis vexata, an ſine nummis conſiſtere poſſet venditio, & Proculi ſententia obtinuit permutationem eſſe, non emptionem, teſte Paullo *in leg. prima*

42 *Digeſt. de contrah. empt.* † Ex quo ſequitur quòd cùm pretij mentio fieret in legibus, non potuit ad alios contractus extendi, niſi ad emptionem, cuius ſubſtantia conſiſtit ſpecialiter ex pretio, vt ait Conſultus *in l. pacta conuenta 72. D. de contrah. empt.* vt notarunt Accur. & Bal. quos ſequitur Platea *in h. l. 3. n. 3.* & relati à Pichar. *in §. pretium n. 6. & ſeq. Inſt. de emptione*, & notant alij apud Hermoſill. *in rub. t. 5. p. 5. num. 3.*

43 † Neque ad rem facit præſumptio illa quod cautius ſe gererent Curiales in donatione facienda, quoniam prohibitio illa non tam ob Curialium cauſam, quàm Reipublicæ introducta eſt, vt diximus, & ipſi Curiales innumeris excogitatis occaſionibus ſolebant diſcerpere proprias facultates, quatenus minus idonei deficerent, & non quartam portionem, ſed omnem paupertatem & bona pauciſſima curiæ delinquerẽt, vt his verbis teſtatur Iuſtin. *in d. Auth. de Decurionib. §. 1.* atque ita cùm donatio permitteretur, aditus relinquebatur, per quem Reipublicæ damnis afficerentur, cùm nulla cautione Curiales vterentur, ſed bona diſſiparent.

Rurſus quia *in h. l. 3.* non ſolùm agitur de donatione, ſed etiam de permutatione, in qua conſiderari nequit talis præcautio, imò in ea ſemper attenditur vtilitas & neceſſitas, *argumento d. l. 1. D. de contrah. empt.* ibi, *Sed vnuſquiſque ſecundùm neceſſitatem temporum vtilibus inutilia permutabant.* Quod non conuenit donationi, quam qui facit, perdere dicitur, *l. filiusfam. 7. D. de donat.* & non neceſſitate donat, ſed imò nullo iure cogente. *l. donari 82. D. de regul. iuris.*

44 Quare verius dicendum exiſtimo, Zenonem *in h. l. 3.* permiſiſſe donationem ſine interpoſitione decreti fieri, quoniam conſtitutiones quæ loquebantur de rebus Decurionum alienandis, ſolùm pretij meminerunt, atque ita de venditione duntaxat propriè & ſtrictè ſumpta accipiendas eſſe, non tamen ad alios caſus, prout ſunt donatio & permutatio, extendendas *l. voluntas 4. C. de fideicomm. l. ſi quis fundum 37. D. de contrah. empt. d. l. ſicut §. ſed etſi permiſerit, D. quibus modis pign.* notant Tiraquell. *de retract. lign. § 1. gloſ. 2. n. 1. & 2.* Pinell. *in rub. C. de reſcind. 1. p. n. 25.* Forcatol. *dialog. 19. n. 8.* Sichard. & alij *in d. l. voluntas n. 2.* Ant. Fab. *lib. 14. coniect. cap. 13.* & alios congerens Pichard. *in rub. Inſt. de emptione nu. 6.* Morl. *in empt. tit. 9. in princ. num. 8. & 28.* Lazarte *de decima vendit. c. 1. num. 37.* Nam eius appellatione ex vi verbi cæteri

contractus non continentur, à quibus natura venditionis ſeparata eſt. *§. item pretium, Inſt. de empt. & vend. l. iuriſgentiũ 7. in princ. D. de pactis* atq; ita prohibita venditione illa ſolùm alienatio prohibita cenſetur verè & propriè, quæ fit pretio interueniente & ſic ædilitium edictum non habet locum in donatione, quia non eſt pretium quod redhibeatur *l. ad res 62. D. de ædil. edict.* licet certum ſit quòd ſi eadem militat ratio in venditione ac in cæteris contractibus, tunc venditio eos comprehendet. † Quo mo- 45

46 do procedit *l. ſtatuliberi 29. §. Quintus. Digeſt. de ſtatulib.* de qua egimus *in tit. ſup. de vendit. rerum fiſcal.* & in ſpecie *dict. leg. quemadmodum infr. de agricol. & cenſ.* agitur tantùm de emptione & venditione colonorum, & de pretio amittendo, & nihilominus dicemus donationem quoque inhabitam eſſe, quia ex ea idem inconueniens reſultat contra publicam vtilitatem, vt ſcilicet abſtraherentur à terra coloni, & agricultura deſereretur, vt *ibi* dicam. Idem dicemus ſi pignorarentur. *l. fin. C. de rebus alien.* ſi ad longum tempus locarentur, quia talis locatio eſt ſpecies alienationis. Couar. *lib. 2. var. cap. 16. n. 7.* Pinell. *in l. 1. C. de bonis mat. 3. p. ex n. 18.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 21. toto* Garcia *de expenſis cap. 14. num. 1. & 2.* Oſvvald. *lib. 13. Donel. cap. 6. lit. M.* item etſi in vſumfructum darentur. Caſtill. *de vſufr. cap. quinquageſimo quarto num. 3. & 28.*

47 Sed quare conſtitutiones, quarum meminit Zeno, tantùm ſtatuerint ſuper prædiorum venditione celebranda, non ſuper aliis ſimilibus contractibus, cognitu difficile eſt. Ego tamẽ, licèt formidoloſè, nam nullius veſtigiis inhæreo, dicendum exiſtimarem, ita conſtitutum fuiſſe, quia ante hanc legem primam, quæ interpoſitionem decreti in Decurionum prædiis vendendis introduxit, ſolebant Decuriones diſtrahentes variis fraudibus & calumniis contra venditionem venire, & eam reſcindere, vt ex *h. l. 1.* conſtat, *in verſ. ita enim & verſ. quod ſi quis*, & indicare videtur Caſſiodor. *lib. 9. epiſt. 2.* ibi, *Prædia Curialium, vnde maximè mediocribus parantur inſidiæ, nullus illicita emptione peruadat.* & aliquando, vel quia obnoxij variis curiæ debitis vendiderunt, retrahebatur prædium. Ex quo, quia huiuſmodi inſidiæ atque contractus nullitates non poterant interuenire in donatione, ſed tantùm in venditione, de ea tantùm leges fecerunt mentionem.

48 Rurſus alia ratio poteſt conſiderari. Prædia Decurionum prohibita fuiſſe alienari, vt ad neceſſitates publicas meliùs ſufficerent, vt diximus: at nullam ob cauſam magis venditio fieri poterat, niſi neceſſitate ſtrangulante, vt dicitur *in h. l. 1. & in dict. Nouel. 1. Maioriani. de Curial.* ibi *Prædia nunquam ſine interpoſitione decreti Curiales alienent, quod ne fortè prouincialis Iudex facilè, aut gratificanter indulgeat, ad Præfectorum notitiam dirigatur, quibus ſolis æſtimare permittimus, vtrùm ineluctabilis neceſſitas venditorem faciat curialem.* Quibus ferè verbis vtitur Caſſiod. *lib. 7. ep. 47.* ibi, *Sed in hac iterum parte proſpexit, vt ſi apud vos ineluctabilis neceſſitas appareret, rerum ſuarum diſtractio ſubueniret.* Hinc eſt quòd cùm in donatione nulla de neceſſitate poterat eſſe quæſtio, nam qui donat, non ob neceſſitatem donat, ſed vt liberalitatem exerceat, *l. 1. de donat.* ideò rectè decreti interpoſitio eam non potuit comprehendere, quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. *l. rem legatam 18. Digeſt.*

*de adimen. leg.* † Neque obſtat quòd de permutatione poſtea tractetur, quoniam etſi in permutatione ne- 49

ceſſitas

ceſſitas poſſit aliqua interuenire, vt dixi *ſuprà*, non tamen ita eſt ineluctabilis, vt egeam re tua, & non mea, & vt ait *dict. l.* 1. *de contrah. empt.* non ſemper nec facilè concurrit, vt cùm tu habeas quod ego deſidero, inuicem habeam quod tu velis accipere. Prætérquam quod ratio illa ne facultatibus deficiat, Decurio in permutatione non militat, cùm ſpecies pro ſpecie debeat dari *l.* 1. *& toto D. & C. de rerum permut.* ob quam cauſam conſtitutiones eius non meminerunt, teſte Zenone *in h. l.* 3.

50 Quæ omnia poſtea Iuſtiniani conſtitutione correcta ſunt, lege ad id lata Græco ſermone, quæ *quarto loco in hoc titulo* poſita fuit, vt admonuerunt Cuiac. Cont. & Gothofred. & eius fit mentio *in Auth. de decurionib. §. igitur olim*, quâ cauebatur, vt omnes venditiones, & omnes ſimplices donationes, & quilibet actus continens alienationem immobilium Curialium rerum, ſubiacerent decreto, exceptâ donatione propter nuptias, quod notauit Platea *hic num.* 1. *in fin.* & alij quod etiam poſtea coanguſtatum eſt *Nouell.* 87. quæ eſt. *Auth. de mortis cauſ. donat.*

51 Quare autem & cum rerum immobilium, & præcipuè prædiorum venditione prohibitâ, etiam ruſtica mancipia prohibita ſint vendi, *in h. l.* 3. Dic omnia mancipia ante hanc legem prohibita fuiſſe alienari, vt conſtat ex *l.* 1. *& tot. Cod. Th. de prædiis & mancipiis curial.* ibi, *Qualibet mancipia*, quæ verba omiſit Tribonianus propter hanc vltimam legem Zenonis, quæ tantùm ruſtica prohibuit. Ita etiam & in minoribus conſtitutum fuiſſe cognoſcimus, ex *l. lex quæ tutores* 22. *C. de admin tutor.* † Ratio autem nondum eſt cognita, nam Cuiac. *ad tit. C. de admin. tut.* in explicatione *d. l.* 22. ait ob id factum, quia quemadmodum prædia ruſtica ſunt maioris æſtimationis, quia ex eis ſunt prouentus maiores & certiores, ita ruſtica mancipia ſunt vtiliora & neceſſaria magis; quod non ſatis videtur rem exprimere. Verius eſt quod Lucas de Pen. *in h. l.* 3. *n.* 1. ait, huiuſmodi ſcilicet ſeruos ruſticos cenſeri acceſſorios fundorum, & reputari tanquam membra & partes eorum, *l. colonos* 15. *l. cùm ſatis* 23. *in princ. infr. de agricol. & cenſ. iuncta l.* 3. *de diuerſis & temp. præſc. l. ſi quis inquilinos* 112. *in princ. de legat.* 1. & ob id ſine prædiis non poterant vendi, vt dicemus *per tex. ibi in l. quemadmodum, infr. de agric. & cenſ.*

52 Hæc autem quæ de interpoſitione decreti ſunt dicta, iam in vſu eſſe deſierunt; neque hodie apud nos Decuriones hac neceſſitate adſtringuntur, ſed quilibet vendere poterit res ſuas, ſine eo quòd Decurionatus ei obſtet, ita notauit Bar. *in rub. D. de decurionib. & in l.* 1. *infr. de imponend. lucrat. deſcrip. n.* 10. & in præſenti Accur. *gloſ.* 1. Platea *n.* 1. *poſt princ.* Loſæus *de iure vniuerſ.* 1. *p. cap.* 3. *n.* 34. & ille Garſia Toletan. *in lucerna ad hunc tit. n.* 7.

## LEX II.

*Impp.* THEODOS. & VALENTIN. A A. *Florentino P. P.*

Nec venditio rei hæreditariæ curiæ adquiſitæ aut debitoris hæreditarij qui ſoluerit, liberatio aliter admittenda eſt, niſi apud acta totius, vel maioris partis ordinis intercedente decreto ineundi contractus, vel diſſoluendæ obligationis cauſa probetur: ita enim & id quod ex ea redigitur, ad prædiorum iubemus comparationem expendi, quorum redditus omnes eiuſdem curiæ publicis muneribus quæ ſolatio egere conſtiterit, iuſtiſſimè ſeruabantur, ex conſenſu omnium, & maximè ditiorum, vel idonea fideiuſſione oblata conductoribus eligendis.

### SVMMARIVM.

1 *Decreti interpoſitio non minus adhibenda in prædiis Decurionum vendendis, quàm in rebus ciuitatum.*

2 *An iure noſtro ſufficiat decreti interpoſitio ad venditionem rerum Conciliorum, vel ſit neceſſaria licentia Regis*, ad l. 11. tit. 7. lib. 7. Rec.

3 *Quid dicendum de his terris quæ dicuntur* Valdios?

4 *An poſſint Decuriones ſumere cenſum reſeruatiuum ſine licentia Regis*, remiſſiuè, & n. 5.

6 *Cætera verba noſtræ legis breuiter explicantur.*

Ex hæc de rebus & prædiis Decurionum non agit, ſed de rebus Curiarum, in quarum venditione voluit, vt eadem decreti interpoſitio, quæ in Decurionum prædiis admiſſa eſt, ita & in eis admitteretur (& ita prædia & aliæ res immobiles Curiarum, quæ dicuntur *proprios del concejo*, vendi non poterunt abſque Decurionum aſſenſu, cauſæ cognitione & decreti interpoſitione præmiſſa, *toto tit. infr. de vend. reb. ciuit.* vbi latiùs dicam, Deo dante. † Solùm id nunc adiiciam, hodie bona Conciliorum non poſſe alienari, dari, donari, niſi loco decreti interueniat licentia Principis, vt dobet Bobadilla cum aliis *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 82. *per l.* 11. *cum aliis tit.* 7. *lib.* 7. *Recop.* ibi, *Mandamos que la iuſticia y Regidores no puedan dar tierras algunas ſin preceder nueſtra licentia.* † Cuius auctoritate ita tenent communiter Noſtrates, vt in terris, quæ vocantur *Valdios*, nequeant domini vaſallorum licentiam dare ad culturam, & ſi dederint, nullius erit momenti, imò punientur illi, qui ea vſi ſint, *y romp eren las tierras ſin licencia del Rey.* Bobadill. *lib.* 2. *polit. cap.* 16. *n.* 153. *& d. cap.* 8. *n.* 82. Azeued. *in d. l.* 11. *n.* 5. Gutierr. *lib.* 4. *pp. q.* 60. & Ceuallos 3. *tom. comm. qu.* 749. *ex n.* 35. Caſtillo *de vſufr. cap.* 54. *n.* 30. etſi cum Auend 1. *part. de exequend cap.* 12. *n.* 24. & Mexia *ad leg. Tolet.* 2. *fundam. part.* 9. *n.* 48. velit contrarium adſtruere *n.* 56 *&* 57. quem conuincit Ceuall. *n um.* 47. Nec deſtituitur ratione, quia cùm vt ait Seneca *de Clement. cap.* 10. Princeps ſit pater Reipublicæ, ad eum decuit hanc curam pertinere, *argumento l.* 3. *in princ. Digeſt de offic. præfect. vigil.* ibi, *Nam ſalutem Reipublicæ tueri nulli magis credidit conuenire, neque alium ſufficere ei rei, quàm Cæſarem l. fin. infr. de vendend. reb. ciu.* ibi, *Non aliter niſi Imperiali auctoritate vendantur.* † Vnde plures in vtraque Cancellaria contractus annullari, ex eo quòd Decuriones cenſibus ſeſe obligauerint abſque licentia Regis; verùm nullibi reperies aliquam legem, quæ id prohibeat expreſsè, & tollat ſolemnitatem *d. l. fin. infr. de vend. reb. ciuit.* quæ ſaltem Præſidis licentiam expoſcit, conuocato Concilio ad alienationem faciendam, vel in terris dominorum, ſi eorum licentia adſit, ad obligationem cenſus, vel emphyteuſis, vel alterius oneris contrahendam, vt exiſtimat Caſtillo *ſup. n.* 56. Felician. *lib.* 2. *cap.* 3 *n.* 5. *& ſeq.* † Nihilominus tamen ea lex Recopilationis ita intelligi conſueuit, & eam ſolent limitare Doctores noſtri in cenſu reſeruatiuo, ad cuius conſtitutionem dicunt non eſſe neceſſariam Principis licentiam, vt docuerunt Caſtillo

ſtillo & Felician. *ſup.* & Rodriquez *de annuis red. lib.1. quæſt.14. num.67. & 68.* & Auendan *de cenſib. cap.68. num.4.* Hermoſilla *in l.15.tit.5.p.5.gloſ.2. num.8.9.32.& ſeq.*

6 Agit prætereà lex noſtra de rebus quæ hæreditario iure relictæ ſunt curiæ, ſiue ſint res, ſiue iura, vt eſt nomen debitoris, quæ tamen ſine decreto ordinis non venduntur, nec diſſolutio obligationis fit. (quod & de aliis rebus ciuitati aliunde quæſitis dicendum eſſe, licet dubitanter, exiſtimat Greg. *in l.15.tit.5.part.5.verb.los exidos.* Bobadill. *ſup.*) loquitur ergo lex de quarta, quæ ex ſubſtantia Decurionum curiæ obueniunt. *l.1. & 2.infr.quando & quibus quarta.* Adiicitque inſuper vt quod ex venditione rerum ciuitas collegerit, in prædiorum comparationem expendatur, quorum redditus curiæ neceſſitatibus deſeruiant. Redditus ſunt fructus, qui ex prædiis percipiunt, & quod ex rebus prouenit, apud nos dicuntur *Rentas*, vt animaduertimus *lib.3. obſeru. cap.1. §.1. num.21.* Quæ vero hič adduci poterant circa venditionem rerum ciuitatum, in longè alium commodiorem locum remittimus, ſcilicet *in tit.infr. de venden.reb.ciuit.* vbi, ſi Deus ſinat, longiùs ſcribemus.

## TIT. XXXVI.

## *De præbendo ſalario.*

### LEX VNICA.

*Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Marcellinum. Corr. poſt alia.*

Nulli ſalarium tribuatur ex iuribus Reipublicæ, niſi ei, qui iubentibus nobis ſpecialiter fuerit conſecutus.

### SVMMARIVM.

1 Salarium *unde dictum?* & n.2.
3 *Quid ſit, & mercedis nomine nuncupatum apud Auctores?* & n.4.
5 *Annonaria commoda quare dicantur? explicatur Capitolinus.* & n.6.
7 *Nomine ſalarij quid contineretur ex Vopiſco?*
6 Cellarium ſalarij *quid, & res cellarienſes, explicatur* l.32. C.Th.de erogat.milit.ann.
9 *Salarij nomine contenta pecunia.*
10 *Salaria conſtituta viduis & athletis.*
11 *Philoſophis & Profeſſoribus litterarum, & de ratione.*
12 *Item & Magiſtratibus, & Eccleſiis,* & n.13.
14 *De obligatione conſtituendi ſalaria in qualibet Republica bene ordinata.*
15 *Cur Decuriones in præſenti non poſſint ſalarium dare, niſi conſulto Principe, refertur ratio petita ex re quæ in commune poſſidetur,* & n.16.
17 *An hac lex ſit accipienda de qualibet ciuitate, an verò de Romana?*
18 *Quid ſit dicendum de hac lege attento iure hodierno regio? expenditur* l.15.tit.7.lib.7.Recop.
19 *An Decuriones poſſint inconſulto Principe attento noſtro iure regio conſtituere ſalarium? Proponitur vera reſolutio, omiſſis quæ obſcurè tradunt DD. noſtri,* & num.20.
21 *Qui ſint Medici Archiatri, & de medicina commendatione.*
22 *Decuriones poſſunt conſtituere ſalarium Syndico & Aduocato, & ei quem mittunt tempore neceſſitatis ad coëmptionem frumenti,* & n.23.& 24.
25 *Et denique in omnibus caſibus in quibus publica vertitur vtilitas, aut iuſta neceſſitas.*
26 *Explicatur* l.15 tit.7. lib.7. Recopill. *&* numero 27.
28 *An deficientibus bonis Reipublicæ poſſit imponi collecta ex generalitate.* d.l.15, *&* n.29.
30 *Collecta poterit fieri ſine Regis licentia in caſu litigij, cum eo, qui ſe Nobilem eſſe prætendit.*
31 *Excuſat ſe Auctor cur de ſalariis generalem non inſtituerit tractationem in hoc loco, & remittit ſe ad Auctores.*

SALARIVM à ſale dictum putat Plin. *lib.31. hiſt.cap.7.* *Quia*, inquit, *ita ſales appellantur, omniſque vitæ lepos & ſumma hilaritas laborumque requies non alio magis vocabulo conſtat. Honoribus etiam militiæque interponitur, ſalariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate*, docent P. Gregor. *lib.27. ſyntagm. cap.2.n.2. & lib.49. cap.8.n.4.* Oſvvald. *ad Donell. lib.18.cap.3.lit.HHH* Gutherr. *de offic.domus Aug. lib.2.cap.12.in fin.* Buleng. *lib.2. de Imp.Rom.cap.24.* 1
† Vel quia inde datur, vt aliquis ſe alat, iuxta Forcat. *in penu iur. cap.19.* & Gothofred. *in l.4.§.fin. D.de decret.ab ordin. fac.* & Cuiac. *hîc.* † Eſt itaque ſalarium in genere ſumptum annua erogatio quę in aliquem ſui tuendi exhibendiq; cauſa confertur, *l.fin. D. de in rem verſo l.cùm hi 8.§.ſi in annos 23. D. de tranſaction.* Vel annua merces, aut ſtipendium quod ob liberalem artem, miniſterium, aut officium ratione laboris præſtatur. *l.alimenta 16.§.1. D.de alimen.legat.l.4.§.fin.D de decretis.l.cùm duobus 52.* aliàs eſt *l.ſi fratres §. idem Papinianus. D.pro ſocio.l.qui ſtipendia 9. C.de procurator.l qui mutuam 56 §.ſalarium. D.mandati.* † Ita etiam *in l.Medicos 6.infr.de profeſſor.& Medic.* illis verbis, *Mercedes etiam eis & ſalaria reddi iubemus, quo facilius liberalibus ſtudiis & memoratis artibus multos inſtituant.* agitur de ſalariis præceptorum, quæ *mercedes* vocantur, quemadmodum apud Ciceron. *in Philip...* *At quanta merces Rhetori eſt data, duo millia iugerum campi Leontini Rhetori aſſignaſti, & quidem immuni, vt tanta mercede nihil ſapere diſceres.* & Auctor. *de claris Grammat.* in Lælio Preconino. *Pretia Grammaticorum tanta, mercedéſque tam magnæ.* Iuuenal. *ſatyr.7. verſ.157.*

*Noſſe volunt omnes, mercedem ſoluere nemo,*
*Mercedem appellas?*

Auſon. *de Exuperio Rhetore*

*—— Tum pueros grandi mercede docendi*
*Formaſti Rhetor,*

de Veſpaſiano refert Sueton. *cap.17. in eo.* ingenia & artes, vel maximè fuiſſe primum è fiſco Latinis Græciſque Rhetoribus annua centena conſtituiſſe. Poëtas & artifices magna mercede donaſſe. Quod & de Antonino Pio ſcribit. Capitolin. Rhetoribus & Philoſophis per omnes prouincias & ſalaria & honores detuliſſe. † Huiuſmodi ſalarium vocant *Annonaria commoda*, Imp. *in l. Archiatri 9. infr. de profeſſor.* & Caſſiodor. *lib.9.epiſt.21.* id eſt, ſtipendia quæ Magiſtris & Profeſſoribus adſcribuntur, & ſalaria quæ Præfecto Africæ & eius miniſtris concedebantur, *in leg. vnic. §. & eſt notitia 8.C. de officio Præfecti Prat. Africa.* Nam etſi hæ voces *ſtipendium, ſalarium, & annona* ſeparentur ab ſcriptoribus, vt quæ proprias ſignificationes habeant inter

ſe

6 ſe diuerſas, ſæpe tamen confunduntur, † vt notant
Caſaubon. & Salmaſ. *ad illum locum Capitolini in
Clodio Albino.* illic, *Huic ſalarium duplex decreui,
veſtem militarem ſimplicem, ſed loci ſui ſtipendium qua-
druplum.* vbi ſalarium & ſtipendium non differunt.
Significat duplex ſalarium, & quadruplum, vt plus
acciperet Albinus, quàm cæteri milites ſui ordinis
ſolerent accipere. Ipſi milites ſimplex, Albinus ve-
rò duplex & quadruplum, *ellebaba tanto como cuatro*
7 *ſoldados.* † Continebatur autem ſalario caro bu-
bula, porcina, vinum frumentum, cera, acetum,
fœnum, equi, mulæ, oleum, olera, ligna, ſal, qui
ſalario, vt diximus, nomen dedit. Ita dicimus ex
Vopiſco *in Probo, poſt princip.* vbi inquit. *Item in
ſalario diurno bubulæ pondo, porcinæ pondo ſex, caprinæ
pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum,
ſextarium vnum vini veteris, diurno ſextarios decem
cum larido bibulino, ſalis olerum lignorum quantum ſa-
tis eſt.* Eadem ferè & auctius ſalarium datum Clau-
dio à Valeriano Imperatore legimus apud Trebell.
8 Pollion. *in eo*, quem adi.. † Has res *cellarium ſalarij*
vocat Lamprid. *in Heliogabal.* id eſt, illas res, ſeu
ſpecies cellarienſes, quæ in ſalarium dabantur. Nam
cellarium eſt quod eſt cella pennaria depromitur, *leg.
procuratores 32. C. Th. de erogat. milit. annonæ*, vbi fit
mentio cellarienſium ſpecierum pro rebus, quæ in
ſalarium dabantur vt ex ipſa ſerie conſtat, ibi, *Pro-
curatores curiarum annonarum & cellarienſium ſpecie-
rum gratia minimè fatigentur, quas in dignitatibus con-
ſtituti, id eſt, Rectores prouinciarum & Comites ſo-
lent accipere.* Sic rectè explicuit Salmaſ. *in Lamprid.*
9 *Heliog. pag.* 110. † Licèt credam *ſalarij* ratione non
ſolùm ſupradictas res, ſed magis pecuniam pro ar-
bitrio concedentium contentam, quod mihi probat
Sueton. *ſup.* qui ait Veſpaſianum annua centena
Rhetoribus conſtituiſſe, id eſt, aureos millenos, vt
vult *ibi* Caſaubon ſeu bis mille quingentos, vt vult
Petr. Gregor. *lib. 27. ſyntagm. cap. 2. num. 5.* & de Peſ-
cennio Nigro refert Spartian. *in eo.* ſic, *Conſiliariis
ſalaria addiſſe, ne eos grauarent, quibus adſidebant, di-
cens, iudicem nec debere dare, nec accipere*, & Adſeſſo-
ribus ſalarium datum conſtat ex *l. 3. 4. & fin. ff. de of-
fic. Adſeſſor. leg. ſed addes 19. §. fin. ff. locati*, & in ſala-
rium data Claudio legimus in Trebellio, argenti in
opere annua pondo, quinquaginta, Philippeos an-
nuos centum quinquaginta, quod de pecunia eſſe
accipiendum probant vnicè Suetonius *in Tiberio cap.
46.* ibi, *Pecuniæ parcus, aut tenax comites peregrina-
tionum expeditionumque numquam ſalario cibariis tan-
tum ſuſtentauit*, & Martial. *lib. 3. epig. 7.* de quo vide
eius Interpretes, nam mihi nunc non eſt locus vlte-
riùs diuagandi, ex eo conſtat anteambulonibus da-
tos in ſalarium centum quadrantes, idque, licèt cum
formidine, probauit Petr. Fab. 2. *Agoniſt. cap. 20. in
princ. in nota marginali*, qui adducit Lampridij lo-
cum in Alex. vbi Medicus vnus Palatinus ſalarium
accipiebat, cæteri verò omnes annonas binas, aut
ternas, vbi ab annonis quæ in ſpeciebus præſtaban-
tur, diſtinguitur ſalarium quod in pecunia.
10 Hæc ſalaria pluribus perſonis conſtituebantur, vt
viduis demortuorum. Vopiſc. *in Bonoſo.* ibi, *Filios duos
reliquit, quibus ambobus Probus pepercit, vxore quoque
eius in honore habita, & vſque ad mortem ſalario præſti-
to.* Item & Athleticis, ſiue Heronibus, vt elegan-
ter probat Petr. Fab. *lib. 2. Agoniſtic. cap. 17. & ſeq. &*
11 *d. cap. 20.* † Philoſophis, Profeſſoribus, præcepto-
ribus, doctis, vnis. Medicis honoris & remuneratio-
nis cauſa, vt de Veſpaſiano & Antonino Pio dixi-
mus, & probat Lucian. *in Eunuch.* & de Athalari-
co Caſſiodor. *lib. 9. epiſt. 21.* & Imp. *in leg. ff. de ex-
traordin. cognit. l. 1. ff. de decret. ab ord. n. l. Medicos, infr.
de profeſſor.* idque maxima cum ratione, quia hono-
re nutriuntur bonæ artes, & hoc eſt ſpecimen flo-
rentis Reipublicæ, vt diſciplinarum Profeſſoribus
præmia opulenta pendantur, vbi enim virtus hono-
ratur, ibi videbis vigere ingenia, floreſcere Profeſ-
ſores, diſciplinas in faſtigio collocari, & profectò
maxima laus eſt Principis fauore eruditos, fauere
Profeſſoribus, & qui litteris ſemper & ſcientiis in-
cubuerunt, vt eleganter commendat Beroald. *ad Sue-
ton. in Veſp. d. cap. 17.* & Adam Contzen *lib. 4. politic.
cap. 13. & ſeqq.* † Magiſtratibus conſtituit Octa- 12
uianus, teſte Dione *lib. 53.* & Iuſtinian. *in l. 1. §. 8. de
offic. præf. Afric. & in leg. 2. §. 19. eod.* & Aduocatis
quoque conſtitutum eſt ſalarium, licèt id honora-
rium potius dicatur, quàm merces, quia honorandi
magis cauſa datur, nec merces dici poſſit cum ſcien-
tia legalis, quæ in eis exigitur pretio numerario non
æſtimetur, *l. 1. §. proinde 5. ff. de extraordin. cognit.* ob-
ſeruat Petr Gregor. *lib. 49. ſyntag. cap. 8. toto*, & alij
relati ab Oſvvald. *lib. 18. Donel. cap. 1. lit. HHH.* Eſ-
cobar *de Ratiociniis cap. 27. num. 41.* Bobadill. *lib. 3. po-
lit. cap. 14. num. 63.* Florez *lib. 1. var. quæſt. 8. §. 1. toto.*
† Quin etiam & Eccleſiis ſalarium conceditur *in* 13
*l. priuilegia 12. C. de ſacroſ. Eccleſ.* vt Eccleſiaſtici mi-
niſtri alerentur, quod à Conſtantino conceſſum im-
piiſſimus Iulianus reuocauit, ſed Iouianus reſtituit,
vt teſtatur Theodorit. *lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 4.* & po-
ſtea Marcianus religioſiſſimus Princeps confirmat
*in d. l. priuilegia.*

Hoc ſalarium conſtituere tenentur legumlatores 14
& Principes, & quælibet bene ordinata Reſpubli-
ca officialibus, miniſtris & omnibus qui publicè la-
borant, quia abhorret ratio ſine præmio homines la-
borioſis præfici officiis, vt eleganter docet Caſſiod.
*lib. 11. epiſt. 37.* ibi, *Bene promiſum eſt vt laboris ſui
pretia recipiant qui publicis vtilitatibus obſecundant.
Nam cui officio remuneratio ſolueretur ſi Prætorianis la-
boribus traderentur? Quidquid enim in Republica geri-
tur, eorum ſtrenuitate completur*, & non debet offi-
cium cuilibet eſſe nociuum, vt notant Auiles *in
cap. Præt. cap. 1. verb. ſalario*, & Florez *d. lib. 1. var.
quæſt. 8. §. 1. ex num. 1.* Maſtrill. *de magiſtratib. lib. 1.
cap. 21. ex num. 1.*

His ita præmiſſis, videamus iam cur Decuriones 15
(de eis enim intelligendam eſſe hanc legem, rectiſ-
ſimè viderunt Platea & Lucas ſtatim, & Cuiac. &
Gothofr. *hîc*) non poſſunt de pecunia Reipublicæ
ſalarium præſtare, niſi conſulto & iubente Princi-
pe, & eam rationem veram credo, quia facilè Reſ-
publica damno adficeretur, ſi Decurionibus liceret
ſalaria conſtituere. *Quod enim multorum eſt commu-
ne, in eo minus adhibetur diligentiæ. Propria tantùm
curant homines, de communibus autem minus, quàm
quantum ſingulis competit, tanquam enim alio curante
ab aliis negligantur, quemadmodum & in ſeruilibus mi-
niſteriis famulantes multi interdum deterius inſeruiunt,
quàm pauci*, quæ ſunt verba Ariſtot. *lib. 2. politic. c. 3.*
Quibus congruunt quæ eleganter ſcribunt Impp. *in
l. 2. ſup.* Quando & quibus quarta pars, ibi, *Na-
turale quippe vitium eſt negligi quod communiter poſſi-
detur*, notat Curtius *lib. 2. coniectural. ad fratr. cap. 15.*
Donell. *lib. 9. comm. cap. 11.* Bobadilla *lib. 1. polit. cap. 1.
num. 20.* Solorzan. *libro 2. de iure Indiar. cap. 25. n. 51.
& 60.* † Vnde facilè Decuriones in grauiſſimum 16
damnum Reipublicæ ſalaria conſtituerent, cùm de
alieno ſemper ſoleant eſſe liberales, vt eſt in prouer-
bio. Vt enim Auguſtus de militibus dicebat, refe-
rente Macro IC. *in l. officium 12. §. 1. ff. de re milit.* ibi,
*Verendū eſt ſi quidquam permiſero quod in vſum meum,
aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur qui
mihi ſit tolerandus*, docent Bobadilla *lib. 5. polit. c. 4.
num. 64. & num. 30.* Eſcobar *de Ratiocin. cap. 27. n. 41.*
poſt Azeued. *in l. 13. tit. 9. lib. 3. Recop. num. 4.*

Contro

17 Controuerti tamen ſolet, an hæc lex intelligenda
ſit de qualibet ciuitate, an verò de Republica Ro-
mana. Nam ea ſola ſolet Reipublicæ nomine ve-
nire, cùm aliæ vrbes priuatorum loco haberentur,
*l.bona 15.cum leg.ſeq. ff.de verb.ſig.* quam ſententiam
tenuerunt Lucas *hîc num.1.* Cephalus *conſ.915.n.73.*
*lib.5.* & alij referendi. Verùm contraria mihi vide-
tur verior, tum ex collatione tituli inter tractatus
aliarum ciuitatum poſiti, tum etiam, quia *d. l.15.*
*cum ſeq.* non in omnibus cauſis publici appellatio-
nem ad Rempublicam Romanam referunt, vt patet
illis verbis, *in compluribus cauſis*, quaſi non in om-
nibus publici appellatio de Romana Republica ac-
cipiatur, vt notabimus, Deo volente, *in tit.infr.de*
*iure Reipubl.* & in propoſito tenet Auiles *cap.1. prat.*
*verb.ſalarios, num.8. verſ. ſed videtur.*

18 Secunda controuerſia eſt apud noſtros Hiſpa-
nos, an hæc lex procedat attento iure regio hodier-
no, & in praxi eſſe receptam, probant Auiles *d.verb.*
*ſalarios n.4.* Curia Piſan. *lib.2.cap.18.n.31.* vbi Aze-
ued. *& in d.l.13. tit.9. n.4. lib.3. Recop.* Matienz.
*in leg.1. gloſ.9.n.7.tit.25. lib.5. Recop.* Florez *d.lib.1.*
*var. quæſt.8. §.3. num.21.* Pro eis facit *leg.15. tit.7.*
*lib.7. Recop.circa med.* ibi, *Diputen las perſonas que*
*vbieren meneſter para que tengan cargo de guardar los*
*dichos montes acoſta de los Propios de la ciudades y no*
*los teniendo damos facultad para que los marauedis que*
*fueren mneſter para pagar los ſalarios los echen por ſiſa*
*orepartimiento*, vbi cùm ſolùm permittatur Decurio-
nibus conſtituere ſalarium cuſtodi defenſarum &
montium in aliis caſibus contrarium ſtatuere vide-
tur, *argumento l.nam quod liquidè. ff. de penu legat.*
19 † In contrarium extitere Auendaño *de exequend.*
*mand.1.part.cap 2.n.8.verſ.vnum tamen, & 2.p.cap.10.*
*n.19.* quem ſequuntur Auiles *ſup. n.8.in fin.* Mexia
de Panne *concl.1.num.70.* Bobadilla *d.lib.5.cap.4. nu-*
*mer.64.* Eſcobar *de ratiociniis, cap.27.n.41.verſ.contra-*
*riam*, qui aiunt legem noſtram loqui in Republica
Romana, non in aliis ciuitatibus. Alij aiunt de
conſuetudine hoc ſeruari, & inter vtramque opinio-
nem ſolent aſſignare concordiam, vt hæc accipia-
tur in caſibus repentinis, in quibus Rex commodè
conſuli non poteſt.

20 Verùm vt ego in hac dubitatione iudicium meum
interponam, aliam viam ingredior, vt ſcilicet De-
curiones poſſint conſtituere ſalarium ſine Regis li-
centia in caſibus à iure expreſſis, in aliis verò ſtan-
dum eſſe iuri huius legis, niſi cauſa fuerit iuſta, aut
publica vtilitas id expoſcat, *leg.4.§.fin. ff. decretis ab*
*ordine fac.* ibi, *Sed etſi ſalarium alicui Decuriones de-*
*creuerint, decretum id nonnumquam vllius erit momen-*
*ti, vtpnta ſi ob liberalem artem, vel ob medicinam, ob*
*has enim cauſas licet conſtituere ſalaria.* Poſſunt ita-
que conſtituere ſalaria Profeſſoribus litterarum, &
Medicis, *leg.1 ſup.de decret.decur leg.1. leg. medicos 6.*
*leg.fin.infr. de Profeſſor. & Medic. l. fin.ff. de iure im-*
*munit.* vbi Medicis & Archiatris mercedes & ſala-
21 ria conſtituuntur. † Archiatros vocat Medicorum
primates, *leg. Archiatros 8.infr. de Metatis.* Nam in
qualibet ciuitate ordo, ſeu collegium eorum, & qui
primus erat in ordine, Archiatrus vocabatur. Pan-
cirol. *lib.2.cap.245.* & conſtat ex *l.nec intra 5. infr.de*
*Profeſſor.leg.1. de decret.ab ordine*, & Caſſiod. *infr.re-*
*ferend.* Vocabantur etiam Archiatri qui in comi-
tatu, ſeu palatio Principis, ſeu in vrbe degebant;
vt voluit Cuiac *in d.l.Medicos, ex l.2.C.quibus non*
*obiicitur longi temp. & l.vnic. C.Th. de Comitibus &*
*Archiatr. ſacri palatij*, & Symmacho *lib.10.epiſt.40.*
Ratio eius iuris conſtituendi fuit, quia, vt elegan-
ter, vt ſolet, ait Caſſiodor. *lib.6. epiſt.19.* ibi, *Inter*
*vtiliſſimas artes quas ad ſuſtentandam humanæ fragili-*
*tatis indigentiam diuina conſilia tribuerunt, nulla præ-*
*ſtare videtur aliquid ſimile, quàm quod poteſt auxiliaris*
*medicina conferre*, conferunt quæ in honorem &
commendationem huius ſcientiæ cumulant plurimis
Tiraquell. *de nobilit.cap.31.toto.* Briſſon. *2.antiq. c.3.*
Menoch. *de arbitrar.caſ.379.* Donell. *lib.3.com.cap.9.*
vbi Oſvvald. *lit.N.* Gothofred. *in d.l.4.§.fin. de de-*
*cretis ab ordine.* Adam Contzen *lib.4.polit.cap.25.to-*
*to*, & *infrà* dicenda *in tit.de Profeſſ & Medic.* in pro-
poſito obſeruat Loſæus *de iure vniuerſit. 1.part.cap.3.*
*n.61.* licèt ieiunè ſatis hanc rem tractauerit, quibus
adde *leg.inter eos 3.in fin.ff.ex quib.cauſ.maior.* & Plin.
*lib.24. cap.1.* & quæ obſeruat Petr. Greg. *lib.27.ſyn-*
*tag.cap.2.num.5. & ſequentibus.*

Rurſus poſſunt conſtituere Decuriones ſalarium 22
Aduocato, ſicut Procuratori, Syndico & cæteris
aliis Officialibus, qui ſunt neceſſarij ad adminiſtra-
tionem rerum publicarum, vt notat gloſ. *in rub.infr.*
*de adminiſtr.rer.pub.* vbi etiam cæteri, & Loſæus *d.*
*cap.3.n.53.* & melius omnibus Bobadilla *dicto lib.5.*
*cap.4.num.30.& ſeq & num.62.* Idem erit in ſalariis
quæ exhiberi ſolent Decurionibus & aliis, qui ad
alias ciuitates frumenti coëmendi cauſa famis tem-
pore ſeſe conferũt, vt vidimus annis præteritis 1630.
quam è Caſtellæ plurimis ciuitatibus Procuratores
Decurionéſque Bæticam petebant, vt frumentum
compararent. Hoc etenim caſu etiam ſine licentia
Regis licebit ſalarium conſtituere, vt tenet Ma-
tienz. *in l.1.tit 25.gloſ.9.num.7.lib.5 Recop.* & Auen-
dan. *2.part.de exequen.cap.10. num.17.* Auiles *in cap.*
*prat.cap.17. verb. a raçonables precios, num.32.* & eis
non relatis Azeued. *in l.18.num.8.tit.4. lib.6. Recop.*
† Et quamuis de eo dubitet Bobadilla *d.cap.4.n.31.* 23
*& 64.* vbi nullam certam proponat ſententiam, ego
cum relatis amplector quod iam reſoluimus, nam
cùm famis tempore neceſſitas ita vrgeat, non debet
ſpectari Regis iuſſus, cùm ita populus periclitare-
tur, & neceſſitas omnia facit licere, ex iis quæ dixi-
mus *ad tit.ſup. Nulli licere in emptione ſpecier.* & hoc
tendat in publicam vtilitatem, cuius cauſa licitum
eſt bona Reipublicæ expendere, *leg.7. tit.7.p.5.* ibi,
*Que ſea pro de todos comunalmente.* Cui adiunge *l.20.*
*tit.32.part.3. l.22. tit.6. lib.3. Recopil.* ibi, *Chagan*
*que las rentas de los propios ſolamente ſe gaſten en coſa*
*de prouecho commun.* notat Auendan. *2.part. de exeq.*
*cap.10.num.20.verſ hac & alia*, & ita hoc caſu diſpo-
ſitum habemus *in leg.9.tit.5.lib.7. Recop.* ibi, *A los*
*quales ſeles dara vn ſalario moderado*, docet *ibidem*
Azeued. *cap.5.num.7.* † Eodem modo & iure re- 24
gio licet conſtituere ſalarium (præter hoſtiarios cu-
riæ, vt ait Bobadill. *dict.cap.4. num.49.*) Decurioni
qui in comitatu, aut Curia Principis, aut Cancella-
riis litibus adſiſtunt, *leg.39. tit.6. lib.3. Recop.* do-
cent Auendan. Azeued. & relati à Bobadill. *ſup. nu-*
*mero 34.* † Et denique omnibus aliis caſibus, in 25
quibus publica vtilitas & iuſta cauſa, aut neceſſitas
vertitur, puto dandum ſalarium ſine licentia Prin-
cipis, quæ fuit opinio Angeli *in l.cùm Nauarchorum,*
*infr. de nauicular.* quem ſequitur Auiles *d.verb. ſala-*
*rios, n.10.* & probatur *in l.22.tit.6.lib.3.Rec.* vbi cùm
de rationibus ciuitatum agitur, adiicitur, *No paſando*
*en quenta ſaluo lo que monſtrare libramiento ſiendo la*
*tal librança iuſta*, & inferiùs. *Que las rentas de los*
*proprios ſolamente ſe gaſten en coſa de prouecho comun.*
Itaque ex iuſta & rationabili cauſa ſtatui poterit ſa-
larium. Nam etſi caſus cui occurrerit, lege non
exprimatur, vt diximus, ex generalitate tamen *d.*
*l.22.* ſatis conſtat quaſlibet expenſas à curia factas
recipiendas, ſi iuſta fuerit cauſa, ob quam erogatum
eſt, cùm certum quoque ſit pro neceſſitate publica
poſſe ciuitatem imponere collectam, etſi earum im-
poſitio legibus prohibeatur, Azeued. *in leg.1.num.2.*
*tit.6. lib.7. Recop.*

Neque

26 Neque quidquam facit contra hæc placita *d.l.15. tit.7. lib.7. Recop.* quia ſi bene perpendatur, hanc quam tuemur ſententiam probat, quoniam cuſtodi montium ſalarium conſtituendum iubet ex bonis ciuitatum, ſi illæ bona habuerint, ſi verò non habeant, datur facultas vt inter ciues poſſint collectæ imponi. Vnde non poteſt deduci eam legem ſolùm permittere Decurionibus ſalarium conſtituere cuſtodibus defenſarum & montium, vt dicebat Azeued. *in leg.13. tit.9. lib.3. Recop. num.4.* Quaſi in eo tantùm caſu ſine Regis licentia Decurionibus liceat ſalarium conſtituere. Quod autem permittitur, ea lege eſt, vt poſſint collectam imponere inter ciues, vt ſalarium detur eis cuſtodibus, quando bona populorum ad id non ſufficiant, vel ea non habeant.

27 Itaque ſpecialitas eius legis non verſatur in ſalarij conſtitutione, quæ licita erat ſine Regis licentia, ſed tantùm in collecta imponenda, quæ cum legibus patriis prohibeatur ſine Regis licentia, ex *l.1. tit. 6. lib.7. Recop.* iunctis traditis à Loſæo *de iure vniuerſ. 3. part. cap.9. num.3.* iam ea prohibitio locum non habebit, quando collecta imponitur pro conſtituendo ſalario cuſtodi montium, quæ in hoc caſu licita erit, ob fauorem conſeruandorum montium. Quod diſertis verbis probatur *in d.l.15.* ibi, *Diputen las perſonas que fueren meneſter para guardar los montes acoſta de los propios de las ciudades ſi los tubieren, y no los teniendo por la preſente damos licencia para que los marauedis que fueren meneſter ſolamente para pagar los ſalarios que las guardas vbieren de auer los echen por ſiſa o repartimiento*, quæ verba facultatem tantùm concedunt in collecta imponenda, non verò in
28 ſalario, vt quilibet animaduertet. † Vt ſic non procedat quod exiſtimabat Auend. 2. *part. de exequ. dict.cap.*10. *num.*20. quem ſequitur Bobadill. *d.lib.5. cap.4. n.63.* & Loſæus *ſup.3. part. cap.9. n.5. & ſeqq.* qui tradunt quòd ſi adſit bonum publicum, deficientibus bonis Reipublicæ poſſit imponi collecta inter vicinos. Quod ego non admitterem ita generaliter, cùm lex ſolùm dicat *ſolamente para pagar los ſalarios.* Nam dictio taxatiua *ſolamente*, id eſt, *tantùm*, excludit quemlibet alium caſum, ex traditis à Barboſ. *de dictionib. dict.*401.

29 Rurſus quia *dict. l.1. tit.6. lib.7. Recop.* quæ has collectas prohibuit, etiam in caſu neceſſitatis, vetat collectarum indictionem, vt illa verba demonſtrant, *no ſe pueda repartir ne reparta por ninguna ciudad para ſus neceſſidades.* Cùm enim caſum neceſſitatis etiam excludat, niſi adſit licentia Regis, ſu-
30 pradictam ſententiam non probo, † niſi in caſu, præcipuè, quando ſcilicet litigium eſt cum aliquo qui ſe nobilem aſſerit, tunc enim ſi bona Concilij deficiant, poterit fieri collecta inter conciues, ſeu vicinos in litis expenſas, vt aſſerit Otalora *de nobilit.3. part. cap.1. numero* 14. & Auendañ. *d.cap.*10. *num.*19. *&* 20. & ita ſolet practicari in Regiis Cancellariis, cùm certum eſt propria bona oppidorum non ſufficere, nam apud Iudices nobilitatis petitur licentia vt poſſit collecta imponi, & expeditur Regia prouiſio vt fiat vſque ad certam quantitatem.

31 Nunc poteram à titulo ſumptâ occaſione de ſalariis tractatum inſtituere longiſſimum, quomodo illud lucrentur Aduocati, Adſeſſores, Iudices & Magiſtratus, ad *l.6. & totum tit.5. lib.3. Recop.* Quomodo debeat ſolui famulis, nuntio eunti ad exigendum debitum, & eis, qui ratione obligationis debentur; quomodo præſcribatur, an datum depoſitario generali ſit in calculo recipiendum. An dari poſſit negotiorum publicorum geſtori, vel Decurioni qui aſſiſtit operi publico faciendo. Sed quia inſtitutum meum ſemper eſt modum ſeruare, ita vt tractatio tituli ſuos cancellos non excedat, neque in alieno territorio diuagetur oratio quæ debet calamum regere, non ſequi, ideò quæ hîc omittimus, inuenies apud Auend. Auiles, Azeued. Bobadill. Eſcobar & Florez iam laudatos Maſtrill. *lib.1. de magiſt. c.21. tot.* Fuluium *in l.1. infr. de re mil. pluribus numeris,* & Hermogil. *in l.10. tit.1. p.5. gl.4. n.29. & ſeqq. & in l.7. gl.1. n.3. tit.1. p.5.* Gratian. 2. *tom. diſcep. cap.*257.

## TIT. XXXVII.

### *Si Curialis relicta ciuitate ius habitare maluerit.*

EXPLICATIO plena huius tituli pendet ex iis quæ diximus *in rubr. & in leg. ſi quis decurio* 16. *ſuprà de decurionibus.*

## TIT. XXXVIII.

### *De municipibus, & originariis.*

LAtè ago de hoc titulo *in rub. tit. ſequentis*, interim videas Barboſam *in leg. hæres abſens, §. proinde, ex num.1. ff. de iudiciis.*

## TIT. XXXIX.

### *De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, & de his, qui ſtudiorum cauſa in aliena ciuitate degunt.*

SVMMARIVM.

1 *Ratio quare duo hi tituli coniungantur ſub vna tractatione.*
2 *Quid ſit municipium, & quid municipes? explicatur Silij locus, & n.3.*
4 L.1. ff. ad municipal. & l. in orbe Romano, de ſtatu hom.
5 *Municipia habebant ſuos Magiſtratus & Senatus.*
6 *In municipiis orti etſi eſſent ciues Romani, non habuerunt tantum ſplendorem, ſicut Romani.*
7 *Incola quis fuerit?*
8 *Explicatur D. Paulli locus.*
9 *Differentia inter incolam, & originarium.*
10 *Quid comprehendatur dicendum in his duobus titulis.*

COniunxi hos duos titulos, quia hac eamdem tractationem pertinere video, & ideò in Pan- 1
dectis ambo coniunguntur, ſub *tit. ff. ad municipalem, & de incolis, & in l. ciues, infr.* tam ciues originarij, quàm incolæ coniunguntur. Quapropter pro explicatione aliqua prælibare neceſſe erit.
† Municipium eſt oppidum iure ciuium Romano- 2
rum donatum. Municipes genus hominum erat, qui cùm Romam veniſſent, neque ciues Romani eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vnà cum Romanis ciuibus, præterquam de ſuffragio ferendo, aut Magiſtratu capiendo, vt ex

Feſto

Feſto *lib.*11. *verb. municipium*, cognoſcimus. Qui etſi triplicem faciat municipiorum naturam, duplicem ego malo cum Agellio *lib.*16.*Noct. Attic.*
3 *cap.*13. † Nam quibuſdam ciuitas Romana donata eſt cum ſuffragij iure, ita vt non ſolùm munera caperent, ſed & ad honores euehi poſſent municipes, vt Arpinates, & ita apud Silium *lib.*11. Capuani ius adipiſcendorum honorum & magiſtratuum petebant à Romanis.

*Hortatur ſummi partem depoſcere iuris,*
*Atque alter natos ſociato Conſule faſces,*
*Et ſi partita renuant ſediſſe curuli,*
*Æquatumque decus geminâſque videre ſecures.*

Alij verò ciuitas data eſt ſine ſuffragio & honorum iure, vnde dicti municipes, quia muneris tantùm honorarii participes eſſent, & ab eo munere capeſſendo nomen duxerunt, vt probant P. Gregor. *lib.*18. *ſyntag.cap.*13.*n.*12. Roſin. *lib.*10.*antiq.cap.*22. Pancirol. *lib.*2. *theſaur cap.*147. Alex. ab Alex. *lib.*4.*genial. cap.*10. vbi etiam Tiraquell. Gothofr. *in l.*1. *ff. ad municipal.* & in eiuſdem tituli paratl. VVeſemb. & alij, qui de verbis iuris ſcribunt, *verb. municipium*, & Bulenger *lib.*7.*de Imp. Rom. cap.*1. Qui etiam tradit quantum diſtet municipium à colonia, de quo
4 diximus *in leg. ſup. de iure fiſci* † Sed iam vſu eueniſſe ſcribit Vlp. *in l.*1.*ad munic.* municipes vocari ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues, vt Campani, Puteolani, ſublata differentia municipiorum ex lege Antonini; qua omnes, qui in orbe Romano erant, ciues ſunt effecti, *l. in orbe, ff. de ſtat. hom.* diximus *lib.*1.*obſeru. cap.*1. & dicam *in l. ciues, infr.* & ita rectius municipes dicti ſunt, teſte Paullo *in l. munus* 18 *de verb. ſig.* quòd munera ciuilia, id eſt, officia capiant. Sic municeps Reatinus Suetonio *in Veſpaſ. cap.*1. eſt ciuis Reati-
5 nus, & Campanus, *in l.*1 *ff. ad municip.* † Habebant municipia ſuos Magiſtratus & Senatores, qui dicebantur Duumviri, & Decuriones, de quibus iam diximus *ſuo loco*, & Magiſtratus iuriſdictionem habebant, vt conſtat ex traditis ab Oſvvald. *lib.*17.
6 *Donell cap.*7.*lit.R.* † Verùm in municipiis orti non habuerunt in ciuitate Romana tantum ſplendoris & diuitiarum, quantum Romani Equites, vtpote ruſtici, deſpecti & pauperes, ita teſtatur Iuuenal. *ſat.*8. *verſ.*238.

*Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romæ*
*Municipalis eques.*

quem locum laudat Dorleans *ad Tacit. lib.*1. *annal* ad illud, *Modicis equitibus Romanis p.*167. ſed clanculus eſt ſuffurator, nam ante eum animaduerterat Turneb. *lib.*3. *aduerſar. cap.*9. quem ſequitur Grangæus *d. loco Iuuenalis*, & Schard. *verb. municeps*, qui adducit etiam illud Tacit. *lib.*4. vbi per deſpectum exprobans ad augendum turpitudinem Liuiæ ait, *Seque ac maiores & poſteros municipali adulterio fœdabat*, & ob id *municipaliter natus* dixit Sidon. *lib.*1.*ep.*11. pro eo, cui maiores nullam dignitatem habuerunt, ſed intra municipiorum ſuorum iura conſueuerant, vide Cerdam *aduerſar. cap.*146.*n.*20. *& in not. ad Tertul. in Apologet. cap.*37. *num.*898.

7 *Incola* eſt, qui cùm aduena eſſet in aliqua ciuitate, aut municipio, ea mente habitat, vt ibi perpetuò ſit, ſummámque rerum ſuarum habet, larémque conſtituit, quique aliunde ortus in aliam ciuitatem domicilium ſuum contulit. *l. incola* 29. *l. incola* 34. *& l. ſeq. ff. ad mun. & p. l. pupillus* 239. *§. incola eſt, de verb. ſig. l. res ſcripto* 6. *in fin. ff. de munerib. l. hæres* 19. *§.*1. *ff. de iudiciis.* Separatur ergo à ciue, ſeu municipe in his iuribus, nam ciues origo facit, incolas verò domi-
8 cilium, *l. ciues* 7. *infr.* vbi dicam. † Vnde D. Paul. *ad Eph.*2.*n.*19. explicari debet illic, *Fratres iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed domeſtici Dei, & ciues Sanctorum.* Aliter ſolet legi, *iam non eſtis peregrini, & incolæ.* Nam verbum πάροικος Græcum incolam ſignificat, ſeu vicinum, vt rectè exiſtimarunt Cerda *aduerſar. cap.*116.*n.*22. & D. Laur. Ramirez *in teſſera legum in leg.*4, *ſup. de iure*, & Narbona *in l.*20.*gloſ.*2. *n.*4.*tit.*1.*lib.*4.*Recop.* Oppoſuit Apoſtolus appoſitiſſimè verbum *aduenas, ſeu incolas*, verb. *ciues & domeſtici.* † Et ita incola eſt ciuis domicilij cauſa, 9
ſicut municeps eſt ciuis ratione originis, vt ex *l.*1. *de municip.* apertè conſtat, iunctâ voce illâ *originariis*, quæ ſignificat *vecinos naturales de la ciudad.* Videndus Barboſa *in leg. hæres abſens*, *§. proinde*, *de iudiciis*, *in articulo*, *de foro originis num.*43. *& ſeq.* vbi de differentia inter ciues & incolas pertractat, *& num.*47. aſſerit iure noſtro differentiam inter ciuem & incolam ſublatam eſſe, ex *leg.*32. *tit.*2.*p.*3. *& leg.*2. *tit.*24. *pag.*4. Nam appellatione ciuium comprehenduntur non ſolùm originarij, ſed & incolæ, aduertit quoque Doctor Otero *de paſcuis cap.*4. *num.*3. *& ſeqq.*

Duobus itaque his titulis tractatur quibus in lo- 10
cis ciues originarij debeant ciuilia munera agnoſcere, & ſubire, quomodo adquiratur ciuilitas, vel domicilium non ſolùm ab iis, qui aliò ſedem migrarunt, verùm & aliis, qui ſtudiorum cauſa in alia ciuitate degunt. Verùm quia omnia comprehenduntur ſub generalitate, *l. ciues, infr. h. t.* ideò eam inter omnes ſelegimus explicandam, vtpote quia ab eius tractatione cæterarum dependet explicatio.

## LEX VII.

### *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Aurelio.*

Ciues quidem origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio, incolas verò (ſicut & Diuus Hadrianus edicto ſuo manifeſtiſſimè declarauit) domicilium facit. Et in eodem loco ſingulos habere domicilium non ambigitur, vbi quis larem rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, vnde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet, vnde cùm profectus eſt, peregrinari videtur, quòd ſi rediit, peregrinari iam deſtitit.

### SVMMARIVM.

1 *Ciuis & ciuitas quid ſit, vnde dicatur, & an qui diu peregrinatur, conſtituat patrem ciuitatis?* & num.2.
3 *Non omnes qui in vrbe degunt ſunt ciues.*
4 *Ciuem facit adoptio, allectio, natiuitas, manumiſſio, incolatus, domicilium, hæc eſt concluſio quæ in præſenti illuſtratur, & explicatur.*
5 *De origine propria & paterna, quæ earum attenditur*, & n.6.
7 *Quoties ſit mentio loci originis, de quo ſit intelligenda, de paterna, an de propria?*
8 *Proponitur difficultas* l. prouinciales 190. de verb. ſig. *adducuntúrque & refelluntur variæ explicationes Cuiacij, Accurſij, Alciati & aliorum*, & n.9.10.11.12.13. & 14.
15 *Explicatio quæ verior videtur ad* dict. leg. prouinciales.
16 *Filij maternam originem non ſequuntur, niſi ſint ſpurij,*

ſpurij, vel filij murilegulæ, & in aliis caſibus, & quæ in expoſito, & n.17.18.19. & 20.

21 Filij originem patris ſequuntur, non verò aui, explicatur leg. libertus 17. §. in adoptiua, ff. ad municip. & n.24.& 25.

26 Mulier non ſequitur originem paternam ſi contrahat matrimonium, ſed ſequitur domicilium mariti, explicatur Virgilius.

27 Vxorem ducere quæ formula apud Antiquos.

28 Mulier ita ciuis cenſetur eius loci vbi eſt maritus, vt comprehendatur ſtatuto loquente de ciuibus.

29 Idem erit ſi mulier fuerit vidua, vel ſponſa de præſenti, & n.30.

31 An maritus ſortiatur originem ratione mulieris, explicatur l.5.infr.h.t.

32 An cenſeatur huius regni naturalis ad effectum obtinendi beneficium qui ſe contulit in Franciam, & ibi habitationem habet? & n.34.

33 L.19.tit.3.lib.1.Recop.prohibet alienigenas & exteros obtinere beneficia.

35 Proponitur vera reſolutio eius quæſtionis, an Hiſpanus, qui ſe contulit in Franciam, poſſit obtinere beneficia, & negatiuè reſoluitur cum Gregorio, cuius opinio ab autore variis fundamentis comprobatur, & n.36.37.& 38.

39 Hiſpanus qui ſe contulit in Franciam, ſi ibi liberos ſuſceperit, an eos habeat vt naturales huius regni, expenditur lex Regni contra doctiſſimum Barboſam, & n.40.41.& 42.

43 An natus per tranſitum cenſeatur naturalis eius loci, in quo natus eſt? & n.44.45.46.48.49.50.51.52.& 53.

47 Per Baptiſmum adquiritur ciuilitas, & origo.

54 Alius modus adipiſcendæ originis proponitur quæ cauſatur ex manumiſſione.

55 Seruorum miſera conditio, vt nec nomen haberent, manumiſſio eſt veluti altera natiuitas.

56 Si rogatus ſit hæres manumittere, cuius originem ſequatur ſeruus, an hæredis, vel defuncti rogantis?

57 Ciuitas quoque quæritur allectione, quæ ſit allectio, explicantur multi ex antiquis Latinis Auctoribus præcipuè Capitolinus & Tertullianus, & numero 58.

59 Allectio alio ſenſu accipitur pro dignitatis delatione, defenditur Accurſius contra Budæum, & alios, & n.60.

61 Magiſtratus & Officialis dicitur ciuis illius ciuitatis, quam regit, quemadmodum miles illius loci, in quo ſtipendia meret, & n.62.

63 Verior acceptio huius vocis allectio.refellitur Schifordegherus.

64 Allectio eſt quando aliquis recipitur in vicinum ab vniuerſitate.

65 Ciuis qui poteſt fieri per priuilegium Principis.

66 Adoptatus cenſetur ciuis eſſe loci in quo eſt ciuis pater adoptans, & n.67.

68 Idem dicendum eſt de Monacho, Monaſterio & Capitulo Eccleſiæ.

69 Diſputatio de domicilio conſtituendo. Quid ſit domicilium, & quare ſub laris appellatione comprehenditur in præſenti? adducuntur aliqua de Diis laribus, & n.70.& 71.

72 Domicilium à DD. conſideratur in triplici differentia, naturale, commune, & accidentale, incipitque tractari de originali, adducunturque effectus huius domicilij, & n.73.74.75.76.& 77.

78 De domicilio communi, ſeu patria communi, & de Roma quæ eo nomine vocitata ab Auctoribus.

79 Olim ius ciuitatis Romanæ rarò datum populis & exteris, & ab eis magno ambitu concupitum.

80 Parciſſimè illud dedit Auguſtus, Claudius vendit & magna pecunia emi cœpit.

81 L.in orbe Romano 22.ff. de ſtatu hom.

82 Quis fuerit auctor, ciuitas Romana omnibus concederetur, in d.l. in orbe.

83 Rutilius Numatianus, Claudian. & Prudent. explicati.

84 Quare Roma fuerit patria communis?

85 Idem quod de Roma dictum, obtinebat in Conſtantinopoli, & n.86.

87 De iure reuocandi domum, remiſſiuè.

88 Quod de Roma huc vſque diximus, vt ſit communis patria, idem admittendum eſt in curiis & Comitatibus Regiis quorumlibet Regnorum, vt apud nos Matritum, & de ratione, & numero 89.

90 An priuilegium communis patriæ datum Curiæ Regiæ cenſeatur quoque conceſſum Regiis tribunalibus Cancellariæ Granatenſis & Valliſoletanæ, & n.91.

92 Proponitur tanquam verior negatiua ſententia, & oſtenditur hoc priuilegium conceſſum ratione perſonæ regiæ.

93 Doctrina Pereyræ expenditur, an Luſitanus, qui in Luſitania contraxit, poſſit Matriti conueniri tanquam in patria communi. Referuntur & refelluntur eius fundamenta, & proponitur verior ſententia, & n.94.95.96.97.

98 Tractatus de domicilio accidentali, quomodo conſtituatur?

99 Sola voluntas, vel deſtinatio ſola, aut animus non conſtituit domicilium niſi cum ea factum concurrat, id eſt, habitatio, & n.100.

101 Animus eſt neceſſarius ad domicilium conſtituendum, & ſic ſtatur declarationi incolæ.

102 L.2.C. vbi ſenatores vel clariſſimi, explicatur, & in amicitiam redigitur cum lege noſtra, & n.103.

104 Si habitator non fecerit aliquam declarationem ex qua cognoſcatur animus habitandi ſufficiet decennium ex quo animus cognoſcitur.

105 De ſcholari qui in loco ſtudiorum per decennium habitauerit ad d. l.2.ſup.h.t.

106 Quid proponatur de his ſcholaribus qui dicuntur Paſantes?

107 An in decennio ad conſtituendum domicilium ſcholaris computandum ſit quinquennium quo operam dedit Iuriſprudentiæ, & an in aliis id ſit admittendum? & n.108.

109 Cum ad conſtitutionem domicilij requiratur decennium, non poteſt admitti arbitrium Iudicis ad declarandum, an minori tempore contractum ſit.

110 De mercatoribus, & de Prætoribus ciuitatis.

111 Domicilium poteſt haberi ſimul & eodem tempore duobus locis.

112 Domicilij conſtituti effectus recenſentur, & primus eſt vt incola non poſſit conueniri ampliùs in loco à quo diſceſſit.

113 An cùm per domicilium quis fiat ciuis, & vicinus, ſtatim gaudeat priuilegiis eius loci, in quo habitat, cum diſtinctione reſoluitur, n.115.

114 Si ſtatuto caueatur ne aliquis niſi ciuis admittatur ad officia publica, an decennium ſit neceſſarium?

116 Quis Parochus aſſiſtere debet matrimonij celebrationi, an originis, vel domicilij?

117 Qui decedit non electâ ſepulturâ, ſepelitur in parochia, in qua viuus percipiebat Sacramenta.

118 Quæſtio elegans & difficilis, an ſi aliquis recipiatur in vicinum in populo qui habet communionem paſcuorum cum alio, nouiter receptus vicinus admittatur tanquam quilibet de populo, non obſtante quòd in duobus locis vicinus exiſtat, oſtenditur poſſe quem duobus locis eſſe vicinum?

119 *Expenditur pro parte affirmatiua* leg.teſtatrix 20. §.plures,ff.ſi ſeruit.vind.

120 *Decuriones non poſſunt paſcua publica limitibus claudere.*

121 *Receptus in ciuem ei debent competere omnia iura quæ cæteris præſtantur.*

122 *Receptus in ciuem non habet neceſſe habitare maiori parte anni perſonaliter*, & n.130.

123 *Proponitur ſententia noſtrorum affirmantium ad paſcuorum ius neceſſariam eſſe habitationem expenditúrque* l.9.tit.28.p.3.

124 *Reſponſio ad difficultates, & explicatur lex partita*, & n.125. & 127.

126 *Expenditur* lex eius qui 27. §.fin. ff. ad munic. *& dehabitatione in duobus locis.*

128 *Explicatur ea iuris regula quæ in re communi facit meliorem conditionem prohibentis*, & n.129.

131 *Intellectus* ad l.cùm de lanionis, §. Sabinus. ff.de fundo inſtructo.

132 *Explicatur* lex 8.tit.27.lib.9.Recop. & n.133.

134 *An qui in vico habitant alicuius ciuitatis, poſſint vti vtilitate paſcuorum quæ habet ipſa ciuitas cui ſubiacent, remiſſiuè.*

1 CIVES à coëundo dictos eſſe quòd vin-
culo quodam ſocietatis in vnum coëant
cœtum, & ſub eiſdem legibus viuant,
docuit Cicero *in ſomno Scipion.& 4.Aca-
demic. quæſt.* quem ſequuntur P.Greg.*lib.1.de Repub.
cap.1.n.7.& c.3.n.1. & lib.23.cap.6.n.2.* Conan.*lib.1.
com.c.7.n.1.& 2.*Cuiac.*lib.9.Reſp.Papin.in l.2. de re-
bus dubiis.*Bobadill. *lib.1.polit.c.1. n.30.* & Azeued.*in*
2 *rub tit.1.lib.7.Recop.* † Hinc ciuitas dicta eſt ciuium
vnitas quæ eſt vniuerſitas quædam, aut cœtus eadem
vtenſium ſocietate moribus legibúſque. Non aſſen-
tior Cuiacio, qui incolas, aut inquilinos facit partes
ciuitatis. Nam inquilinus, teſte D.Iſidoro, dicitur,
*Qui diu peregrinatur in loca multa,vſque dum inueniat
ſedem*, inquilinus eſt ſignum perditæ patriæ. Ne-
que incola cùm ſit ſignum habitationis, & habitatio
ciuem non facit, alioquin peregrini & ſerui ciues
eſſent, quos tamen à ciuium numero conſtat eſſe
alienos,*l.1.cum aliis,C.de hæred.inſt.l.quod attinet,cum
vulg.de reg.iur.*& ex Ariſt.*lib.3.polit.cap.*1. docet P.
3 Greg.*d.cap.3.n.20.* † Neque enim ciuitas ex quali-
bet multitudine conficitur, neque omnes qui in vr-
4 be ſunt,ciues ſunt. † Namque ciuem aut natiuitas
facit,aut manumiſſio,adoptio,allectio. At incola do-
micilium conſtituit, vt in præſenti docent Impp. &
IC. *in l.1.l.aſſumptio 6.cum aliis.ff.ad municipal. l.mu-
nicipes 228.de ver.ſig.*explicant & vtiliter declarant,
Menoch. *de præſumption.lib.6.præſumpt.30. & 42. &
de arbitrar.caſ.584.n.5.& ſeq.* Cuiac.*in l.20.ff. ad mu-
nicip lib.24.qu.Paul.*Petr.Greg.*lib.18.ſyntag. cap.13.
n.12.& ſeq.*Petr.Barboſ.*in leg.hæres abſens, §.proinde,
ff.de iudiciis, toto art. de foro ratione orig.* Zanger. *de
exception.2.p.c.1. ex n.39.* Farinac. *1.p.fragm. verb.
domicilium,ex n.193.* Thom.Sanchez *de matrim.lib.3.
diſp.23.* Oſvvald.*ad Donell.lib.17.c.12.toto.*Panciroi.
*lib.2.var.c.147.& 244.& lib.1.c.32.* Schifordegh. *ad
Ant.Fab.lib.3.tract.25.q.8.* Gonzalez *in reg.8.Cancell.
gloſ.9.§.1.n.166.*Ceuall. *quæſt.com.q.458.*Narbona *in
l.20.gl.2.tit.1.lib.4.Recop.* ferè tota, & Otero *de iure
paſcendi cap.4.ex n.4.* & D.Thom.de Carleual.*de iu-
diciis, & foro comp.lib.1.tit.1.diſp.2.quæſt.1.& 2.*
5 Et inprimis conſtituit ciuem origo. Sed ſtatim
dubitatur, an propria, vel paterna, & paternam ori-
ginem eſſe attendendam conſtat,quia filius ciuis eſt
intelligendus eiuſdem loci, in quo pater fuit, & ita
qui Campano patre natus eſt (vt inquit Vlp.*in d.l.1.
ad municip.*) Campanus eſt, *l.3.ſup.de municip.iuncta
l. aſſumptio 6.§.1.ff.ad municip.d.l.municipes, de verb.
ſign.* quod intellige etiamſi pater ratione propriæ
originis ſit alterius ciuitatis, & non illius, in qua
domicilium habet filius. Nam in vtroque loco &
ratione originis paternæ & propriæ ſortietur forum,
docet Barboſ. *in d §.proinde articulo, de foro ratione
origin.num.24.& 25.* & Gutierrez *conſil.7.n.1.* Car-
leual *ſuprà q.2.num.50.* † Ratio eſt nam origo cen- 6
ſetur immutabilis, *d.l.aſſumptio l.4.& ſeq ſup.de mu-
nicip.l.ſenatores 11.ff.de ſenator.* notat Gothofred. *in d.
l.4.& ſeq.*Menoch.*lib.6.præſumpt.42.n.4. & conſ.80.
n.10.tom.1.* Quare *in l.1.C.vbi petant.tut.* peti iuben-
tur tutores in ea ciuitate, à qua pupillus per condi-
tionem patris originem ducit. Patria enim à patre
denominatur,& eius ratio tanquam originis eſt per-
petua. † Vnde rectè notauit Cuiac.*in l.libertus 17.* 7
*§.patris.ff.ad municip.lib.1.Reſp Papin.* quòd quotieſ-
cumque ſit mentio loci in iure noſtro, intelligi de-
bet de loco originis paternæ, *d.l.aſſumptio,leg.pen. ff.
ad municip,l.penul.de ſenator. l.relegatorum 7.§.inter-
dicere,ff.de interdict. & relegat. l.Diuus 24. ff. de tu-
tor.& curat.* Quapropter hanc ciuilitatem origina-
riam, ſiue propriam, ſeu paternam, nemo poteſt vo-
luntate propria amittere, etiamſi in alium locum ſe
contulerit,*l.4.ſup.de municip.cum l.ſeq.d.l. aſſumptio.*
Quia hoc dicitur debitum naturæ, quod nulla ratio-
ne perdi debet *leg.5.tit.24.p.4.* ibi, *E porque eſto es
como deuda de natura que no ſe puede de ſatar ſino por
alguna derecha raçon.* vbi docet Greg. *verb. deuda.* &
Azeued. *in l.8.tit.1.lib.5.Recop.n.18.& 19.*
Sed obſtat difficilis Vlpiani traditio *in l.Prouin-* 8
*ciales 190.ff.de verb.ſig.*vbi prouinciales dicuntur qui
in prouincia domicilium habent, non verò qui ex
prouincia oriundi ſunt, quaſi magis domicilium,
quàm natiuitas poſſit, & patria cenſeatur, quod
videtur contrarium *l.1.in fin.ff.de tutor.& curat.*vbi
dum Præſidi permittitur curatorem conſtituere,eum
dabit qui ſit eiuſdem prouinciæ, vel ibidem domi-
cilium habeat: nam ſi non eſſent eiuſdem prouin-
ciæ, non poſſet eos tutores conſtituere, *leg.pupillo
27. ff. illo tit.* Item & qui propter officium non po-
teſt ducere vxorem in prouincia, vt eſt Præſes, &
alij, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem
non poteſt ducere, *leg.ſi quis officium 38. ff. de riptu
nuptiar.* † Vlpiani difficultate opprimitur Platea *in* 9
*l.2. ſup. de municip.n.21. ad fin.* nec non & Cuiac.
*ibi, in d.l.190.& lib.1. Reſp. Papin.in l.17. §. patris,
ff.ad munic.* qui ait Vlpiani ſententiam generaliter
eſſe falſam, ſed ſpecialiter veram, veriſſimum eſſe
prouinciales eſſe eos, qui in prouincia domicilium
habent, falſum tamen non eſſe proninciales qui ori-
ginem inde ducunt, cùm patrem habeant prouincia-
lem. † Nec minus ſuſtulit difficultatem Acc. *ibi,* 10
quem ſequitur Bar.dum aiunt,verba illa *non eos*,acci-
pienda eſſe, id eſt,duntaxat, quaſi non ſolùm pro-
uinciales ſint dicēdi, non ſolùm qui oriundi ſunt ex
prouincia, verùm & qui in ea habent domicilium,
idem exiſtimant Spiegel.& Schard.*de verb.iur.v.pro-
uinciales*, quod non eſt admittendum, quia ſi ſup-
plere liceret reſponſa IureConſultorum, nulla dif-
ficultas eſſet quæ ex proprio cerebro non diſſolue-
retur. † Alciat. *num.4.*& Brecheus & Rebuff.*verſ.* 11
*tertio in dict.l.190.*diſtinguunt inter ortum & oriun-
dum, vt ortus ſignificat natiuitatem, oriundus vbi
maiores noſtri à quibus deducti ſumus,& ita quam-
uis originem patris filij ſequantur, non tamen eius
patriæ nomine cenſentur. Verbi gratia,ſi pater fuit
Granatenſis, vbi hæc ſcribo, & filius alibi natus
fuit, ſcilicet Antiquariæ, vbi ego ſunt natus, quam-
uis pater Granatenſis eſſet, filius non dicetur Gra-
natenſis, propter patrem, Itaque quoad honores
ita cenſebitur ac ſi Granatæ eſſet natus, *l. honores,
l.pen. ff. de ſenator. d.l.filios 3 ſup.de municip.*†Quoad 12
nomen

nomen verò non ita dicetur, quæ interpretatio peior mihi videtur, nam ſi patre Granatenſi quis natus eſt, Granatenſis dicetur, cùm eiuſdem loci cenſeatur cuius fuit & pater, & eam originem ſequatur, *d.l.1.§. qui ex duobus, d.l.aſſumptio § filius ff. ad munic.* & ridiculum eſſet vt ego ſequi tenerem originem patris, & illius loci intelligi ciues, & tamen nomen non habere. Quomodo enim ego Antiquariæ originem ſequi poſſum, & non appellari Antiquarienſis, eſſet planè differentia quam conſtituit Vlpianus *in dict. l.190.* inepta, & quæ tantùm quoad ſonum, & non ad res pertineret.

13 † Nam iuxta hanc doctrinam in prohibitione legis ne Præſes vxorem prouincialem ducat, tantùm contineretur quæ ibi domiciliaria eſt, vel ibi orta eſt tantùm, cùm tamen comprehendatur etiam & oriunda, *d.l.ſi quis officium, de ritu nupt.* & cùm Præſes non poſſet conſtituere tutorem pupillo rerum prouincialium, niſi prouincialem, *d l.ſi pupillo 27. de tutor. & cur.* non poſſet conſtituere oriundum ex prouincia. Quòd tamen negat *d.l.1.in fin. ff. illo tit.*

14 † Item ſacrilegij crimen cenſetur *in l.fin.C.de crimine ſacrilegij,* qui in ea prouincia, à qua originem ducit, vel ciuis eſt, habere officium adminiſtrationis vbi *ciui* opponitur *prouincialis*, & ita filium natum in alia prouincia cenſeri originarium, ſiue naturalem prouinciæ paternæ, tenent Iaſon, Greg. & alij relati à Barboſa *d.§.proinde, art.de foro rat.orig.n.83.* Denique facit contra Alciat. & alios *l.vnic.infr.de mulier. & in quo loco*, vbi oriunda debet ſtare in loco originis, & ortus & oriundus pro eodem ſumitur, vt notat Garcia *de benefic.7.p.cap.9.n.15.*

15 Diu in hac difficultate aperienda ſuperſedi, varias in Vlpiano explicando conſumens cogitationes, nam eius ſententia ita repugnare videtur ſupradictis fundamentis, vt quilibet cordatus exiſtimare meritiſſimo poſſit illum Iureconſultum in contraria hæreſi fuiſſe, & à cæteris deuiaſſe, ſed cùm interpretis officio fungar, non cenſoris, vt ſolent facere externi, illam adaptare interpretationem decreui, quæ ſi non rem explicet, certè tamen dum melior alia inueniatur, difficultati blandiatur. Exiſtimabam itaque, quòd cùm dicimus *Prouinciales*, hoc verbo non ſignificamus ciuilitatem, ſed tantùm habitationem & domicilium, quia originarius non eſt vicinus, niſi etiam habitet, vt probatur *in l.2. C. vbi ſenatores*, ibi, *In prouinciis verò, vbi larem fouent.l.8. tit.2.lib.7.Recop.* ibi, *A los naturales que ſean vecinos y moradores*, neque vtetur commodis, & vtilitatibus, aut iuribus locis originis, vt probant relati à Narbona *ſup. d. num.154. & ſeq.* & ſtatutum loquens de ciuibus, non verificatur in originariis, qui in ciuitate non habitant, vt voluerunt plures apud Barboſ. *d art.de foro orig.num.115.& ſeq.* Cùm ergo prouincialis ille verè dicatur, qui in prouincia habitat, ille tantùm hoc nomine cenſebitur, qui domicilium habet, non qui inde oriundus eſt, & ideo *in l.nullus 4. C.Th.de executorib.& exaction.* ibi, *Nullus apparitor poteſt mitti ad executionem aliquam ad eam prouinciam ex qua oriundus eſt, vel natus eſt, vel in qua conlocauerit larem*, vt ſic omnem aditum præcluderet eundi ad propriam prouinciam. Quod tamen non ita diſtinctè dictum eſſet, ſi *Prouincialis* voce comprehenderetur qui oriundus eſt.

16 Quod verò diximus de paterna origine, *primò* ita accipies, vt non idem de materna dicendum ſit, nam filij eam nunquam ſequuntur, etſi in [illegible] municipio naſcantur, *d.l.1. §.qui ex duobus ff. ad municip.* quæ iura filios ſpurios excipiunt, quia nullam aliam originem habent, niſi maternam, *l.lex naturæ 34. ff. de ſtatu hom.* cùm in certo patre naſcantur, notant Accurſ. *in l. ne diutius, infr.de agricol. & cenſit.* & cum aliis Gutierr. *d.conſ.7.num.4. & 5.* Barboſ. *ſup.num.8.& 80.* Azeued. *in l.19.tit.3. lib.1. num.13.*

17 † Vnde conſtat ſpurios ciues fuiſſe & inſtitui poſſe, vt contra Ant. Fab. probat Oſvvald. *lib.6 Dom.c.17. lit. Q.*

18 † Idem eſt etſi mater ſit murilegula, vel adſcriptitia, *l ſi qui 12. infr.de murilegul.* iunctis quæ dixi *in l.nati ſup.de decurion.l.4.infr.de agric. & mancip. l. ne diutius 20. infr. de agricol. & cenſ.* vbi docet Acc. *verb ventrem*, & DD. *hic*, vel aliàs priuilegiata ſit mater, vt *in d.l.1 ff.ad municip.* vbi notat Gothofr. poſt Bar. *ibi, & in d.leg. aſſumptio. gl. verb. alienigenas, in cap.1.de vſuris lib.6.* Iaſ. *in l.huiuſmodi §.legatum, n.18. de legat.1.* Lucas & Platea *in l.filios, & nos in d.l.nati.*

19 † Attenditur etiam origo materna conſuetudine plurium locorum ad effectum obtinendi beneficia, vt probat Gonzalez *d gloſ.9.§.1.n.100.*

20 † Si verò ſit expoſitus filius, cenſebitur eius loci, in quo expoſitus eſt, ex traditis à Narbona *d.gloſ.2.n.156.* & Gratian. *1.tom.diſcep.cap.75. n.12.* Si verò filius in matris origine naſcatur, quamuis eam non ſequatur tanquam maternam, vt *ſupra* dixi, ſequitur tamen vt propriam, iuxta *d.l.filios*, quæ ita eſt intelligenda ex *l.origine, ſup. de municip. d.l.aſſumptio*, cum Accurſ. *ibi*, & Gutierr. *ſup.n.6.*

21 *Secundò* quod de origine paterna diximus, accipies de origine tantùm paterna, non de auita, nam ſi filius teneretur ſequi originem aui, daretur proceſſus in infinitum, &, vt inquit Accurſ. quem ſequuntur Platea & alij *in d. l. filios, n.2.* obligaretur quis ſequi originem Adami. Gregor. *in l.32.tit.2.p.3. verb. natural.* & alij relati à Barboſ. *in d.§. proinde n.27.* & Carleual *d.diſp.1.q.2.n.51.& ſeq.*

22 In contrarium tamen videtur eſſe Papin. *in l.libertus 17. §. in adoptiua 9. ff. ad municip.* vbi nepos filij adoptiui ſequitur originem aui, etiam naturalis Quo fundamento à ſententia ſupradicta receſſit Barboſa *vbi proximè n.30.* & huc adferri poteſt *l.priuilegio 27. ſup.de decurion.* vbi magis attenditur perſona & conditio patris, quàm aui.

23 † Sed hæc diuerſitas eo diſtinctionis fœdere componenda eſt, vt ſcilicet nepos originem aui teneatur ſequi, quando editus eſt in eius poteſtate, in qua ſpecie procedit *d. §.in adoptiua*, quem ita accipiunt Bar. *in d.l.aſſumptio §.filius*, & Platea *in d. l.filios, n.1.* quod etiam procedet ſi in proaui poteſtate naſcatur. Verùm ſi mortuo iam auo naſci contingat, origo tantùm patris erit inſpicienda, iuxta communem reſolutionem, quæ hodie non procedet, attentâ *l.47. Taur.* quâ cauetur vt filius per matrimonium habeatur pro emancipato, niſi ante benedictiones nuptiales nepos ſuſcipiatur, quia eo caſu ſub aui poteſtate naſcetur, quia lex pro forma requiſiuit, vt ſi filius deſponſatus, & nuptialiter benedictus, quod notauit Ant. Gom. *in d. l.47 num.3.* & Gonzalez *in reg.8.Cancell gloſ 9.§.1.n.98.*

24 † Neque in contrarium eſt *d.l.priuilegio*, quia, vt rectè Acc. *ibi* notauit, & Platea *in fin.* procedit fauore curiarum, quarum fauore multa ſpecialia ſunt admiſſa, vt diximus *in tit.de decurion.* docet Carleual. *ſup.*

25 Quæ verò diximus de filio teneri ſequi originem paternam, non procedunt in muliere, quæ ſi iuſtum contrahat matrimonium, propriam amittit originem, & domicilium, ſeu incolatum mariti ſequetur, *l.fin.h.t.* vbi dicam, *l.vn.infr.de mulierib. & in quo loco, l.fin. §.item reſcripſerunt 3 ff.ad municip.l.penul. ff. de iuriſdict. leg. mulieres 13. infr. de dignitat. l.exigere 65 ff.de iudiciis, d.l.32. tit.2. p.3.* ibi, *Por raçon de caſamiento*, notant Accurſ. *in l.4.ſup.de municip & in dict. iur.* vbi Bar. & reliqui ordinarij. Plures relati à Tiraquel. *in leg.1. connub. ex num.28.* Briſſon. *de ritu nupt. verſ. atque ex hoc, pag.180. & ſeq.* Oſvvald. *lib.17. Donell. cap.12. lit.L.* Gutier. *d.conſ.7. num.8.* Narbon. *in d.l.20.gloſ.2.n.163.& ſeq. tit.1.lib.4.Recop.* Otez. *de paſcuis c.4.n.14.* Carl. *d.q.2.n.65.* Cuiac. *lib.4. differ-*

*differ.* Modeſt. *in leg.* 14. *de ſponſal.* qui illud Virgilij *lib.* 3. *Æneid. verſ.* 167.

*Et patrio Antromachem iterum ceſſiſſe marito.*

cum Seruio accipit ex hoc iuris principio quòd vxor mariti ſequatur domicilium. Quibus etiam adſtipulatur Cerda *ibid. n.* 9. licèt clanculum Briſſo-
26 nium ſequatur, & nomen reticeat. † Hinc etiam deſcendit formula illa, *vxorem ducere*, cui ſupple *domum*, id eſt, vxorem domum ducere, *l.* 5. *ff. de ritu nuptiar.* Quia ſolemnis fuit moris, vt in mariti domum tanquam coniugij manſionem ac domicilium nuptæ reducerentur, vt probat idem Briſſon. *ſup. & lib.* 1. *antiq. cap.* 18. & Taubman. *ad Plaut. in Aulula r. act.* 2. *ſcen.* 1. ad illud,

*Volo te domum vxorem ducere.*

27 † Vnde vxor eius ciuitatis ciuis erit, vbi eſt maritus, & comprehendetur ſub ſtatuto loquente de ciuibus, ſiue de his qui ſunt alicuius ciuitatis. Quod poſt Accurſ. & alios vtiliter proſequitur Tiraquell. *in d. l.* 1. *connub. n.* 29. *&* 30. & ratio non eſt in obſcuro, quia per matrimonium & ſacramenti vnionem vxor ita vnitur viro, vt vnam domum conſtituant, *leg.* 4. *C. de crim. expil. hær.* & vnam carnem & vnum corpus, iuxta illud Geneſ. 1. *erunt duo in carne vna. cap. debitum de dignitat. cap. idonei* 4. *q.* 3. & vnitur marito tanquam digniori & principaliori, & ea eſt natura vnitorum quæ id quod minus eſt trahit ad ſe, *argumento cap.* 1. *ne ſede vacant.* & nulla maior vnio poteſt dari, quàm coniugalis, per quam vir & vxor efficiuntur vna caro in duabus perſonis de iure diuino, vt rectè ſenſit Bald. quem laudat Tiraquell. *ſup. n.* 30. Oſvvald. *ad Donell. lib.* 13. *cap.* 21. *lit. E. cum ſeq.* & dominus Ioan. de Solorzano *lib.* 2. *de parricid. cap.* 13. & dicemus *in l. fin. infr.*

Accedit quòd mulier dicitur de familia viri, *l. quicumque* 10. *infr. de re milit.* & ea ratione vindicatur à marito, *argumento leg.* 1. *§* 2. *ff. de rei vind.* Coun. & alij relati ab Oſvvald. *d. cap.* 21. *lit. A.* facit *c.* 1. *de ordine cognit. c. p. ex transmiſſa* 8. *c. ex conqueſtione* 10.
28 *de reſtit. ſpoliat.* † Hæc ratio militat etiam in vidua, quia quandiu vidua remanet, durare intelligitur idẽ matrimonium *l. fin. C. de bonis mater. l. cæterùm* 4. *§ mulieri, ff. de vſu & habit.* cum adductis à Tiraqu. *de nobilit. cap.* 18. *n.* 9. Petr. Greg. *lib* 4. *ſyntag. cap* 4. *n.* 11. *& ſeq.* & ita expreſsè probatur *in l. filij* 22. *§ vidua ff. ad municip.* iuncta *l. quoties* 7. *infr. de priu. leg. ſchol.* notat Oſvvald. *d. lib.* 17. *c.* 12. *lit. I. & d. lib.* 13. *c.* 21. *lit. F.* & Otero *ſup. d. cap.* 4. *n.* 36. in ea quæſtione, an vidua
29 vti poſſit paſcuis. † Idem dices in ſponſa de præſenti, non verò ſi ſit de futuro, *leg. ea quæ* 32. *ff. ad municipal.* vbi notat Accurſ. & Bar. *in d. l. fin. §. idem reſcripſerunt ff. eod.* Platea *in d. l. origine ſup. de munic. n.* 1. *in fin.* Cuiac. *d. lib.* 4. *differ.* Modeſt. *in leg.* 14. *de ſponſal.* Quia domicilium viri eſt domicilium matrimonij, *l. mulierem* 5. *in fin. ff. de ritu nupt.* iuncta *l. cùm in ſe* 6. *C. don. ante nupt. d. l. cæterum* 4. *§ mulieri, de vſu & hab.* at ſponſa de futuro nondum mutat domiciliũ, *d. l. ea quæ.*
30 Dixi mulierem ſortiri domicilium mariti, nam maritus non ſortitur ratione mulieris, etſi id lex partitæ indiſtinctè aſſerat, *por via de caſamiento,* ratione matrimonij ſortiri, vt rectè obſeruauit Narbona *in d. l.* 20. *gloſ.* 2. *num.* 168. qui reſpondet ad *leg. ſi in patria* 5. *infr. h. t.* quæ videbatur aliquid difficultatis exhibere, vt intelligamus de facto ita proceſſiſſe, cùm nihil interſit, an ſedem fixerit maritus in patria vxoris, vel in alia, vt clareſcit *ex illa lege*, ibi, *Si in patria vxoris tuæ, vel in qualibet alia*, quaſi totum conſiſtat in conſtitutione incolatus, vel domicilij potius, quàm in matrimonio videndus etiam Otero *de paſcuis d. cap* 4. *num.* 13. *&* 14. poſt Gratian. 3. *tom. diſcep. cap* 569. *num.* 9.
31 *Secundò* ſupradicta doctrina non procedet, quando quis propria origine derelicta in aliam prouinciam ſe conferet, quæ non ſit ſub ditione eiuſdem Præſidis, ſed alterius, nam eo caſu ſi ibi domicilium conſtituat, originaria naturalitas amittitur, ita docuit Accur. *in l. adoptionem* 7. *C. de adoptio. verb. non mutatur, verſ. item aliud*, quem ſequitur Bald. *in Auth. ſed omnino, C. ne vxor pro marito*, & Greg. *in l.* 5. *tit.* 14. *p.* 4. *verb. ſon quatro*, inferens quòd ſi naturalis huius regni transferat ſe in aliud, verbi gratia, in Franciam, & ibi domicilium conſtituat, non poterit tanquam naturalis Hiſpaniæ obtinere beneficia, iuxta diſpoſitionem *l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* † (quæ 32
exteros arcet à beneficiis obtinendis, & non niſi naturales ad ea admitti, explicant Garcia *de beneficiis* 7. *p. cap.* 9. *n.* 1. *& ſeq.* Ceuall. 4. *tom comm q.* 897. *ex numer.* 309. Cabedo *de patron. regiæ coron. cap.* 29. Cened. *canonic. q.* 18. *tota.* Maſtrill. *de magiſt. lib.* 2. *c.* 7. *tot.*) † 33
quę doctrina etſi admiſſa ſit ab Azeued. *n.* 3. *in d. l.* 19. *Recop.* Salced. *in praxi c.* 54. *n.* 27. difficilis videtur ex *l. penul. ff. de ſenatorib.* vbi docemur quòd etſi Senatores in vrbe domicilium habere videantur, tamen intelliguntur habere domicilium ibi, vnde oriundi ſunt, quia dignitas domicilij adiectionem potius dediſſe, quam permutaſſe videtur, & pro ea parte facit etiam *l. fin. ſup. de municip.* vbi translatio domicilij de loco originis in alium locum, vbi quis incolatum adquirit, non mutat originem, & ita domicilium quod venit ex accidenti, non mutat cauſam originis. Rurſus, quia poteſt quis habere plura domicilia, vnum originis, aliud ratione habitationis, *d. leg. aſſumptio. §.* 1. *l. ordine § fin. ff. ad municip.* Neque enim qui ſe in Franciam contulit, deſinit eſſe Hiſpanus, quantumcumque patriam ſuam deſeruerit, *leg. fin. ſup. de municip.* & probat cum aliis Barboſ. *ſup. num.* 87. *&* 101. *& ſeqq.* & Carleual. *d. q.* 2. *n.* 104. *& ſeq.*

Verùm non credo recedendum ab opinione Gregorij, quam probare videtur Vlp. *in d. l. prouinciales* 34
190. *de verb. ſign.* vbi prouinciales conſtituit domicilium, non verò origo, atque ita non dicitur de prouincia ille, qui in ea ortus eſt, ſi aliunde domicilium mutauit, vt in Francia remaneret, deſinit iam eſſe ciuis Hiſpanus, vt probatur expreſsè *in l. poſtliminio* 5. *§. fin. in fin. ff. de captiuis*, vbi ad hoc vt aliquis deſinat eſſe ciuis, vel non, inſpicitur animus remanendi, *leg. poſtliminium* 19. *§. transfuga*, ibi, *Patriam reliquit, iuncta l. ſi captiuus* 20. *ff de captiuis, l. ſi quos* 19. *C. de poſtlim. reuerſ.* ergo eodem modo ac quis in aliam prouinciam ſe confert, cum animo ibi perpetuò remanendi, minimè poteſt dici Hiſpanus.

Vnde Barboſæ traditio *ſup. n.* 87. dicentis iure communi verum eſſe quòd ſi Hiſpanus transferat domi- 35
cilium ſuum in Franciam, non ob id deſinat eſſe Hiſpanum, tuta non videtur, quia *d. l. fin. ſup. de municip.* apertè loquitur de ciuitatibus quæ ſunt intra idem regnum, vt ipſe obſeruat *ſup. num.* 97. *& ſeq.* & dicam *infrà.* † Animus tamen remanendi ex variis 36
actibus deprehenditur & præſumptionibus, vt docent Menoch. *de præſump. lib.* 6. *præſump.* 42. *num.* 14. quoad noſtrum ius per habitationem decennij, Greg. *in d. l.* 32. *tit.* 2. *p.* 3. *verb. diez annos* per text. *ibi.* Barboſ. *ſup. num* 78. Azeuedo *in d. l.* 19. *num.* 1. Narbona *ſup. d. gloſ.* 2. *num.* 15. *& ſeq.*

Neque obſtat dicere domicilium quod ex accidenti venit, non mutare cauſam originis, nam hoc 37
procedit, quando & domicilium & origo ſunt in eodem regno; ſecus verò erit, quando domicilium in alio diuerſo & externo loco conſtituitur, qui locus alij Principi ſubiiciatur, tunc enim propter domicilij conſtitutionem deperditur naturalitas, vt diximus. Ratio eſt, quia qui à Regno recedit, quemadmodum non poteſt

poteſt in extraneo regno munera patriæ ſubire , ita etiam non debet priuilegiis gaudere , vt notauit Caſtren. *in l. huiuſmodi* §. *legatum ff. de legat.* 1. cùm videatur per tranſlationem domicilij animo ibi commorandi, regni patrij priuilegiis renuntiare, argumento *l. priuilegio* 27. *ſup. de decurion.* vbi aduertunt Bar. & Plat. *num.* 1. poſſe quem renuntiare iuri & immunitati, quam ex origine habet, ſiue ius ſit fauorabile, ſiue non , quamuis in præiudicium ciuitatis non poſſit , *d. l. aſſumptio. ff. ad munic.* cum aliis, & Barboſ. *ſup. n.* 101.

39 Quid etiam dicendum erit ſi Hiſpanus iſte , qui ſedem mutauit, & in Franciam ſe contulit, ibi liberos ſuſceperit, an filius habeatur pro naturali noſtri Regni, ita vt poſſit obtinere beneficia Eccleſiaſtica, quæ vt *ſupra* diximus , non niſi naturalibus conceduntur? Hanc quæſtionem exagitat Azeued. *in d. l.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop. num.* 3. & Barboſa *in d. l. hæres abſens*, §. *proinde, artic. de foro ratione orig. num.* 82. *& ſeq.* Carleual *d. q.* 2. *num.* 104. *& ſeq.* & dicendum eſt filium ſuſceptum non poſſe dici Hiſpanum, neque obtinere beneficia quæ naturalibus dantur , quia cùm pater per domicilij mutationem exterus iam cenſeatur, ita etiam & filius cenſendus eſt , tanquam natus extra regnum. Neque enim erigo antiqua patris attendenda eſt , quæ iam deperdita fuit per domicilij in
40 alieno regno conſtitutionem. † Quod mihi probat expreſsè *d. l.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* vbi ob vitandas altercationes quæ ſæpiùs oriri ſolebant circa illum articulum , quis naturalis huius Regni dici deberet, vt beneficia obtinere potuiſſet , adiiciuntur hæc verba. *Con que ſi los padres ſiendo ambos o alomenos el padre nacido en eſtos reynos o aian contraido domicilio en ellos. Conque ſi los padres ſiendo ambos o alomenos el padre natural en eſtos Reynos eſtando fuera dellos en ſeruicio nueſtro o por nueſtro mandado o de paſo y ſin contraer domicilio fuera deſtos Reynos ouieren algun hijo fuera dellos eſte tal ſea auido por natural.* In quibus expendo illa, *y ſin contraer domicilio*, nam vbi quis contraxit extra regnum domicilium , iam filius ibi ſuſceptus minimè poteſt dici Hiſpanus & naturalis, quod minimè aduertit Barboſa *ſup. n.* 101. vir alioqui doctus & cordatus , in contrariam ſententiam incli-
41 nans. † Qui minus bene reſpondet ad rationes noſtras , nam pro veriori affirmare per domicilij mutationem in quemcumque locum, non amittere quem propriam originem , hoc generaliter non eſt verum, niſi in mutatione ea , quæ fit in aliam ciuitatem intra regnum conſiſtentem , iuxta *l. fin. ſup. de municip.* quæ de huiuſmodi ciuitate loquitur , non de extranea, & quæ non paret eidem Principi. Quomodo enim generaliter poteſt intelligi etiam extra regnum, ſi in ſpecie illius legis preces dare ſtudebat qui originem ex alia ciuitate ducit, vt eidem concederetur incolatus alterius ciuitatis; & quomodo duarum ciuitatum poſſet eſſe Decurio , quarum vna ad alium Regem, altera ad alium pertineret? Qua ratione procedit *l.* 3. *ff. de munerib. in princ. & d. l. penul. de ſenator.*
42 † Neque tollit difficultatem dicere mutationem domicilij extra regnum non eſſe actum , per quem videatur quis propriæ origini renuntiare , ex dictis iuribus , quibus iam ſatisfecimus , vt verius ſit eſſe actum per quem quis deſinit eſſe ciuis, *d. l. poſtliminij* 5. §. *fin. cum aliis adductis ff. de captiuis.*

43 Huic finitima eſt illa inſpectio , in cuius veritate inueſtiganda inſudarunt plures, quos adducit Barboſ. *ſup. num.* 9. *& ſeq.* Ceuallos *q.* 458. Gratian. 1. *tom. diſcep. cap.* 75. *toto.* Narbona *d. gloſſ.* 2. *num.* 138. *& ſeqq.* Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 23. *n.* 3. poſt Bar. & Plat. *in l. filios, ſup. de municip.* Gregor. *in l.* 2. *tit.* 24. *p.* 4. *verb. maguer. verſ. ſed an ſi naturalis*, & vltra eos Lazar. Fenutius *de momento tempor. cap.* 28. *num.* 112. *& ſeq.* Azeued. *in d. l.* 19. *verſ. ex quo iam.* Villar. *in ſylua reſp. lib.* 1. *reſp.* 7. *num.* 19. *p.* 4. & Carleual. *d. q.* 2. *n.* 90. *& ſeqq.* An ſi pater non conſtituto domicilio , ſed per tranſitum filium ſuſceperit, talis filius cenſeatur Hiſpanus, vel ſi naſcatur intra regnum , in alia ſcilicet ciuitate , vbi pater neque permanendi , neque domicilij conſtituendi animum habuit , cenſeatur naturalis eius loci , in quo natus eſt , vel naturalis illius, in quo pater degebat. In quo dubio tenendum eſt , natum caſualiter per tranſitum ſortiri originem eius loci, in quo natus eſt , ita vt ſi ibi habitauerit, ſufficiat ad hoc vt pro ciue habeatur , docent adducti à Barboſ. *ſup. num.* 12. & probat Gratian. *d. c.* 75. *num.* 6. latè Narbona *ſup. n.* 138. *& ſeq.* & Caldas Pereyr. *conſ.* 1. *n.* 6. *& ſeq. poſt leg. ſi curatorem.* † Qui- 44
bus addo eos etiam admittendos eſſe ad beneficia patrimonialia , ad quæ non niſi naturales vocantur, pro vt Burgenſi & Granatenſi ſi Archiepiſcopatu, & Calagurritano & Palentino & Epiſcopatu receptum eſt, & in aliis etiam rebus honorificis pro naturalibus reputabuntur.

Quatenus verò attinet ad legem Recopilationis 45
19. verum non eſt , vt falsò Azeuedo & Villar cum Burgos de Paz cenſebant inductum eſſe vt naturalis non dicatur , qui per tranſitum in aliquo loco natus eſt , vbi parentes habitandi animum non habuerunt. Nam lex illa ſolùm loquitur in caſu ſpeciali, quando parentes extra Hiſpaniam per tranſitum filium ſuſceperunt , vt eo caſu cenſeatur filius naturalis huius regni, etſi natus in alia prouincia, ad effectum obtinendi beneficia , quæ non niſi naturalibus dantur, quod non debuit ad alios caſus extendi, *l. ius ſingulare* 16 *ff. de legibus.* Æquum enim non fuit , vt qui animum mutandi prouinciam originalem non habuit, ſed ex aliqua cauſa ab ea receſſerit , ex eo tanquam extorris , & peregrinus ſit iudicandus filius in peregrinatione ſuſceptus, *argumento* §. *vnic. verſ. & econtrario, Inſt. de ingenuis*, ibi , *Quia non debet calamitas matris ei nocere , qui in ventre eſt.* † & ita in ea lege 46
iudicatur filius tanquam ſi in noſtra prouincia naſceretur, & attenditur veritas, *d. l. aſſumptio. ad munic. l. filio quem pater* 23. *ff. de lib. & poſth.* magis quàm deſtinatio patris , quæ non fuit perpetua , nec cum animo domicilium ibi conſtituendi , vnde mens, & quod principaliter agebatur , in conſideratione eſt, *l. nihil* 26. *in princ. ff. de captiuis, l. huiuſmodi* 84. §. *legatum* 10. *de legatis* 1. vt nunc dicam *proximè num.* 49.

Pro qua doctrina facit, quia nemo ſanus negabit 47
per Baptiſmum adquiri etiam ciuilitatem, cùm vbicumque qui baptizatus eſt , efficitur ciuis eius loci, vt docemur ex *leg.* 2. *ti.* 24. *p.* 4. ibi, *la no vena por tornar lo Chriſtiano* , quod non ſolùm obtinet quoad ſpiritualia , verùm etiam quoad temporalia , quia licèt Baptiſmus ſit natiuitas ſpiritualis, æquiparatur temporali, & de vno ad aliud validum eſt argumentum, *cap. debitum* 4. *extrà de Baptiſmo , iuncto cap. inter corporalia, de tranſlat. Epiſc.* docent Lucas *hîc num.* 3. & relati à Gratian. *tom.* 1. *diſcep. cap.* 75. *num.* 16. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancell. gl.* 9. §. 1. *n.* 106. *& ſeq.* Azeued. *in d. l.* 19. *num.* 11. Narbona *ſup. n.* 148. Otero *de paſcuis cap.* 4. *n.* 9. † Ergo ſi Baptiſmus inducit originem, 48
eodem modo & natiuitas eam inducet, quare dicendum eſt *d. l.* 19. non ſuſtuliſſe controuerſiam Doctorum , de qua *ſuprà* egimus , ſed tantùm illum caſum ſpecialem diffiniiſſe, quando pater extra regnum agens non animo ibi habitandi filium ſuſcepit, alios autem caſus reliquit intactos , vt rectiſſimè aduertit Narbona *ſuprà à n.* 144. *cum ſeqq.*

Neque obſtabit ſententiæ quam in quæſtione prin- 49
cipali defendimus dicere cum Bar. attendi debere deſtinationē animi parentis magis, quàm corporalem

adſiſtentiam, ex *d. l. nihil 26. de captiu.* quam *ſuprà* expendimus, Nam verius eſt attendendam eſſe potius veritatem, quàm deſtinationem, ſeu animum patrisfamilias. & ſic locum in quo naſcitur filius, etſi per tranſitum attendendum tanquam veram originẽ, & effici ciuem illius, voluerunt Caſtr. Alex. & Iaſ. *in d. l. huiuſmodi* §. *legatum, de leg.* 1. Narbon. *ſup. n.* 138. & Gratian. *d. cap.* 75. *n.* 6. & alij iam relati *ſup. n.* 43.

50 † Vltra quos ego expendo pro hac parte elegans reſponſum Conſulti *in l.* 4. *ff. de fundo inſtructo*, vbi ſi legatus eſt fundus cum inſtrumento, cùm duos fundos haberet paterfamilias, & ex altero fundo boues in alterum ad opus faciendum transferrentur, quæſitum eſt, cui fundo boues cedere debeant, & ait Iauolenus ex Labeonis & Trebatij ſententia boues ei fundo ceſſuros vbi opus feciſſent, non vbi manere conſueuiſſent, de cuius legis explicatione latè agimus *lib.* 1. *obſeru. cap.* 16. *n.* 29. *& ſeqq.*

51 Rurſus conſidero pro hac parte *leg. cætera* 41. § *fin. ff. de legat.* 1 vbi cùm prohibitum ſit legare quæ ædibus iuncta ſunt, vt in eadem lege § *tractari*, dicitur. Quæritur *in d.* § *fin.* an ſi tabulas & reliquas res ad ædificium parauit quaſi tranſlaturus in aliam domum legauerit, tale legatum valeat? & ait Conſultus valere. Expendo illa verba, *quaſi tranſlaturus in aliam domum*, quia magis attenditur veritas, ſcilicet ea non eſſe affixa ædificio, quàm deſtinatio domini volentis in ædificium aliquod ea transferre, ergo eodem modo in noſtro caſu magis attendi debet veritas, ſcilicet hunc filium natum eſſe in hoc loco, quàm deſtinatio patris in aliam ſe conferre geſtientis.

52 Vlteriùs expendo elegans reſponſum *in leg. ſi id quod* 58. § *item Celſus, ff. pro ſocio*, vbi ſi pecunia collata ſit ad mercem emendam à duobus ſociis, & mea pecunia periiſſet; quæritur cui perierit? & ea diſtinctione vtitur Vlp. quòd aut pecunia periit poſt collationem, vel antè. Primo caſu vtrique ſocio periit, ſecundo verò etiamſi iam deſtinata eſſet, quia fortè peregrè portaretur ad mercem emendam ei, qui deſtinauit peribit. Rationem *ibi* reddit Gothofr. quia deſtinatio ſola faciendæ alicuius rei non facit rem eſſe in actu, & determinatio, vt ait Bald. non ſumitur ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt. Conferunt quæ de deſtinatione ferè in eiſdem articulis obſeruant Caſtillo *lib.* 5. *controuerſ. cap.* 62. Mierez *de maiorat.* 1. *p. q.* 10. *num.* 94. Gratian. 1. *tom. diſcep. cap.* 126. *toto.*

53 Neque obſtat deſtinationem animúmque conſtituere domicilium, *leg. eius qui* 27. § *Celſus D. ad municip.* Nam reſpondendum eſt eam deſtinationem & animum eſſe attendendum ad hoc, vt non videatur ex eo quòd iter faciat, conſtituere domicilium, non verò eam deſtinationem poſſe deſtruere veritatem illam, ſcilicet filium in hoc loco natum fuiſſe, quare ſolum factum & euentus, id eſt, natiuitas attenditur, vt docet rectè Narbona *ſup. n.* 33. *& ſeq. & n.* 137. vnde iam conſtat non eſſe neceſſariam concordiam Barboſæ *ſup. n.* 18. *& ſeq.* inter vtramque ſententiam, cùm verior & iuri conformior ſit hæc quam iurati ſumus. Neque hanc ſententiam euertit *l. filios* 3. *ſup. de municip.* (quâ moti Plat. & alij *ibi*, quos refert Gratian. *d.* 1. *tom. cap.* 75. *num.* 6. *& ſeq.* & ſequuntur Afflict. *deciſ.* 384. *num.* 4. & nouiſſimè D. Th. de Carleual. *d. q.* 2. *n.* 93. exiſtimant veriorem eſſe contrariã opinionem, quia nulla congrua ſolutio ei legi dari poſſit.) Nam reſpondeo ibi non fuiſſe natum filium caſualiter, vel per tranſitum, ſed contracto matrimonio, vel domicilio à parentibus in materna ciuitate degiſſe, & cùm in origine paterna deferrentur filio honores, vel munera, ipſéque ſe excuſaret quòd in materna ciuitate natus eſſet, & ſic ibidem tantum honores gerere deberet, non in paterna origine, ait lex poſſe compelli in ea origine, etſi dicat alibi natum. Nam cùm concurrit origo paterna & propria, illa erit anteponenda, *l. vnic. C. vbi petant. tutor.* non tamen lex negat filium non habere aliam originem, ſcilicet propriam, *l. origine* 4. *ſup de municip.* cum adductis à Gratian. *ſup num.* 6. *& ſeq.* & Carleual. *ſup. n.* 50. in quâ quoque compelli poteſt honores gerere. Vnde ergo deducitur natum per tranſitum non eſſe ciuem illius loci, in quo natus eſt? Nam de hoc lex nihil ſtatuit.

Hucvſque dictum eſt de origine. Progreditur lex 54
noſtra, & alium modum adquirendæ ciuitatis connumerat, is eſt manumiſſio. Nam ſi aliquis ſeruus à domino manumittatur, origo manumittentis propria eiuſdem quoque cenſetur, & ita manumiſſus à Campano erit Campanus, item & ipſius liberti filius. *l.* 1. *l. aſſumptio* 6. § *fin. cum l. ſeq. l. filij* 22. *& ſeq. l. eius* 27. *D. ad municipal. l.* 3. § *liberti, D. de munerib. l.* 2. *ſup. de municip. l.* 32. *in princ. t.* 2. *p.* 3. *l.* 2. *tit.* 24. *p.* .. notat Accur. *in d. l.* 2. vbi omnes, & Petr. Gregor. *lib.* 18. *ſyntag. cap.* 13. *n.* 16. † Ratio eſt manifeſta, nam cùm 55
ſeruorum miſera ita eſſet conditio, vt pro nullis haberentur, *l. quod attinet* 32. *D. de reg. iur.* § *ſeruus, Inſt. de cap. dimin.* ita vt nec nomen proprium haberent, & tanquam mortui cenſerẽtur, vt ego probaui *lib.* 2. *obſer. cap.* 6. *n.* 7. *& ſeq.* & per manumiſſionem iam naſcantur in ciuitatem, & cœperint fieri & connumerari inter homines qui antea nihil erant, *argumento l. ex facto* 17. § *ex facto* 5. *D. ad Trebell.* ibi, *quaſi ab alio. l. qui res* 97. § *aream, de ſolution.* & eorum quæ de regeneratione diximus *in t. ſup. ſi ſeruus, aut libert. n...* Nam manumiſſio eſt quædam velut imago natiuitatis, cùm ſeruus de non eſſe ſeruitutis, producatur ad eſſe libertatis, qui ſolùm in ciuitate Romana peregrinabatur, vt ait Sidonius *lib.* 1. *ep.* 6. Quapropter nomen à manumiſſore accipiebant, & gentilitia nomina patronorum vſurpabant, *l. cum pater* 77. § *cùm inter* 28. *l. Lucius* 88. § *Lucius* 6. *D. de legat.* 2. *l. is qui* 94. *D. de legat.* 3. *l. libertis* 108. *D. de condict. & demonſt.* notant Alciatus, Briſſon. & alij apud Oſvvald. *lib.* 2. *Donell. cap.* 15. *lit. F.* Conan. *lib.* 2. *comm. cap.* 7. *n.* 2. Gothofred. *in d. l.* 108. † Quod omne cùm debeat 56
ſeruus patrono, quemadmodum filius paternam originem ſequitur, ea ratione etiam & in liberto congruum fuit ita conſtituere, vt poſt Bar. *n.* 1. eleganter aduertit Platea *in d. l.* 2. *in princ.* qui illud etiam adiiciunt ita eſſe attendendam manumiſſoris originem, vt ſi defunctus hæredem rogauerit, vt illum ſeruum manumittat hæredis origo, non autem teſtatoris inſpicienda eſt, vt docemur *in d. l.* 2. *ſup. de municip. & in l. libertus* 17. § *ex cauſa* 8. *D. ad municip.* vbi notat quoque Cuiac. *lib.* 1. *Reſponſ. Papin.* poſt antiquiores *in d. l.* 2. vbi Platea alias quæſtiones ſimiles adducit huc pertinentes. Iure tamen regio neceſſe eſt vt dominus manumittat ſeruum gratis, & non propter pecuniam, vt probatur *in l.* 2. *tit.* 24. *p.* 4. vbi notat Greg. *verb. no recibe.*

Rurſus adquiritur ciuitas allectione, vt in præſen- 57
ti conſtituitur. Allegere eſt in ordinem aliquem cooptare, vel numero Decurionum addi, quomodo dixit Vlp. *in l.* 3. § *ſpurios, de decurion.* ſpurios poſſe in ordinem allegi, quod *& ſublegere* dicebatur, *l.* 2. *eod.* Tacit. *lib.* 11. *annal.* Allecti dicebantur equites qui propter inopiam Senatorum aſſumebantur in ſenatum, vt ait Feſtus, & notauit Budæus *in l. fin. D. de ſenator.* idque *allectionis beneficium* vocat Symm. *lib.* 7. *ep.* 95. ibi, *Dignúmque eſſe prædico qui noſtro ordini copuletur, ſed adiicienda eſt ei prærogatiua militiæ, vt beneficio allectionis vtatur.* vbi quòd *ordini copulari* dixit, poſtea *allectionem* vocauit. & ita videtur indicare Varro *lib.* 5. *de ling. Latin.* ibi, *Hinc legitima*

*&*

*& Coll:ga, quia vnà lecti, & qui in eorum locũ ſuppoſiti, ſublecti, addicti, adlecti.* quo in ſenſu, dixit Capitol. *in M. Antonino.* ſic, *Hiſpaniis exhauſtis Italica allectione contra Trajani præcepta verecundè conſuluiſſe.* Hoc ideò, quia cùm omnes legiones Imperij Hiſpano milite conſtarent, ita vt Hiſpaniæ hominibus exhauſtæ eſſent (tantum virtuti & fortitudini Hiſpanorum noſtrorum detulerunt antiqui) Italicis militibus ſuppleuit Antoninus, & locus exhauſtorum militum Italorum allectione ſuppletus.

58 Eodem ex fonte accipiet lucem Tertull. *libro 3. contra Marcion. cap. 21. Caterùm allectio nationum à nouiſſimis diebus exorta eſt* (id eſt, vt pro vna natione alia ſubſtituatur, vt ex verbis antecedentibus conſtat. nam ita ſcribit ille Auctor his verbis. *Proſelyti autem quos in nationum prædicatione ſubſtituis, non in Chriſti nomine ſperare ſolent, ſed in Moyſi ordine, à quo inſtitutio illorum eſt. Caterùm allectio nationum à nouiſſimis diebus exorta eſt.* Hoc malè calluit Schifordegherus *infrà* referendus Tertullianum accipiens de iis, qui cum honore iura ciuitatis conſequuntur. Nec minus benè Gothofred. *in præſen* : de mutatione ciuitatum, cùm potiùs de ſubſtitutione & ſucceſſione vnius gentis in alterius locum accipi debeat, iuxta Senecæ *de conſolat. ad Helu cap.* 8. verba. *Vix denique inuenies vllam terram, quam etiam nunc indigenæ colant, permixta omnia & inſititia ſunt, alius alij ſucceſſit*, videndi dè allectione Schar. Caluin. & reliqui *verb. allectio.* Iuret. *ad Symmach. dict. lib 7. ep. 95.* Thom. Demſter *ad Roſin. lib 7. antiq. cap. 5.* Panciroì. *lib. 1. theſaur. cap. 32.* Bulenger. *de Imper. Rom. lib 6. cap. 45.* Schifordegh. *lib. 3 ad Ant. Fab. tract. 25. qu.* 8.

59 † Aliquando ſumitur allectio pro honoraria dignitatis delatione, ita legimus apud Lamprid. *in Pertinace, allectum prætorem*, pro eo cui ornamenta prætoria data ſunt, cùm verè præturam non gereret. *Cùm Commodus*, inquit, *allectionibus innumeris prætores creaſſet, Senatuſconſultum Pertinax fecit, iuſſitque eos qui præturam non geſſiſſent, ſed allectione accepiſſent, poſt eos eſſe, qui verè prætores fuiſſent.* Obſeruant *ſuprà* adducti, & Gutherr. *de offic. domus Aug. lib. 1. c. 14.*

60 † Vnde non ita exauctorandus eſt Accurſ. quòd in præſenti *verb. allectio* dixerit, ea voce ſignificari delationem honoris in aliqua ciuitate, quaſi efficiatur ciuis propter eam dignitatem. Nam etſi eum reprehendant Budæus *in l. moris eſt, ff. de pœn.* & Coraſ. *in leg. non dubito num. 3 ff. de ſeruitutib.* quos ſequi-
61 tur Schifordegh. *d. q.* 8. † Non malè *ex ſupradictis* poteſt defendi, præſertim cùm Iudices & Magiſtratus, quique eam dignitatem habeant, cenſeantur ciues illius ciuitatis, quam regunt, vt in præſenti notarunt Bar. Lucas & Plat. *n. 2.* idem Bar. *in l. 1. ff. ad municip. n. 16.* & plures relati à Maſtrillo *de magiſt. lib. 5. cap. 3 n. 49.* Gratian. *1. tom. diſcep. for. cap. 184. numer. 51.* Narbona *d glof. 2. n. 25. 26. & 57.* & Otero *de iure paſcend. cap. 7. toto*, & probatur *in leg. ſenatores h.*
62 *t. l. pen ff. de ſenator. l. municeps 23. ff. ad municip.* † Quẽadmodum miles cenſetur ciuis illius loci, in quo ſtipendia meret, vt docet latè Barboſ. *in leg. exigere 65. num. 34. & ſeq. ff. de iudiciis.* Qui etiam idem admittit *num. 39.* in Clerico habente beneficium, & Narbon. *ſup. num. 184.* & in Aduocatis *num. 194.* videndus Gratian. *d. n. 51.*

63 Quod verò attinet ad verum ſenſum huius noſtræ legis, relicto eo Accurſij interpretamento, & alio Schifordegheri, qui exiſtimat allectionem eſſe illum modum, per quem in municipiis defertur ſimul cum honore ius ciuitatis, veluti ſi extranei Decuriones fiant, nam allectione ciues fieri dicuntur, quando in curiam alleguntur qui ius ciuitatis non habent, eo ipſo tamen quòd allecti ſunt, iura ciuitatis conſequantur, quod minimè conuenit cum veritate, & quamuis ille auctor eam interpretationem ſibi arroget, priùs eam tradiderunt antiqui, & ſapit eam, quam ex Accurſio propoſuimus, vt aduertere licet ex Platea *hic n. 1. in fin. verſ. item dic allectio.* Præterquam quòd etiam contingat allectio etſi Decuriones non fiant qui alleguntur, *l pen. §. fin. ff de iure immunit.* † His ergo omnibus relictis verior eſt inter- 64
pretatio quam in præſenti tradunt Lucas *n. 1.* & Platea *num. 2.* & Cuiac. & ante eos Bar. *in d. l. 1 ff. ad municip.* allectionem eſſe quando per vniuerſitatem aliquis fuit in ciuem receptus; vel receptione, aut conuentione cum aliquo inita, vt in ea ciuitate habitet, honores ſubeat & munera. *Quando es recebido por vecino, d. l. 1. in princ. ad munic.* ibi, *Recepti in ciuitatem vt munera nobiſcum facerent.* Hi etſi forenſes ſint, vicini cenſentur, eo ipſo quòd pro talibus recipiantur, vt docent plures laudati à Barboſ. *in d. l. exigere 65. n. 39. de iudic.* & Narbon. *d. gl. 2 num. 159. & 184.* † Quibus etiam adde ciuem quem poſſe 65
fieri priuilegio Principis, qui alicui concedit, vt etſi exterus ſit, pro naturali habeatur, *l priuilegia 6. h. t. dict. leg. 1. ad munic.* ibi, *Niſi fortè priuilegio aliquo, leg. 15. & ſeqq. tit. 3. lib. 1. Recop.* idque notarunt Interpretes *hîc*, quos laudat in hoc propoſitum Gregor. *in d. leg. 2. tit. 24. verb. maguer.* Mieres *de maiorat. 1. p. queſt. 51. num. 76. & ſeq.* Nicol. Garcia *de benefic. d. 7. p. cap. 9. num. 1.* Azeued. *in leg. 1. tit. 1. lib 6. Recop. num 55. & 56.* Narbon. *dict. num. 159.* & ratio eſt, quia paria ſunt ineſſe alicui qualitatem per naturam, aut per priuilegium, vt cum Bald. diximus *in tit ſup ſi ſeruus, aut liberi. num....* Videndi Matienz. *in leg. 1. tit. 10. gloſ. 5. n. 2.* Barboſ. *de appellat. verb. verb. ciues num. 5.*

Denique, alium modum adquirendæ ciuilitatis 66
adiicit lex noſtra, id eſt, adoptionem. Falsò ſcribebantur in vulgatis Codicibus, *allectio*, id eſt, *adoptio.* Florentini rectiùs ſcribunt, *allectio*, vel *adoptio*, vt animaduertit Cuiac. *hîc.* Quemadmodum enim per manumiſſionem efficitur quis ciuis eius loci, in quo dominus erat, ita & ſimiliter qui adoptatur, vel adrogatur, ſortitur originem adoptantis *l. 1. in princ. leg. ordine 15 §. fin. cum ſeq. l. libertus 17. §. in adoptiua. ff. ad municipal. l. in adoptionem 7. C. de adoptionib.* notant in dictis iuribus Scribentes ordinarij. † Idem di- 67
cemus de nepotibus, filiis nempe adoptati, quia patrem ſuum ſequuntur, *d. §. in adoptiua*, licèt hæc ciuilitas tandiu duret, quantum adoptio, *l. ſed etſi 16. ff. ad municipal.* quia finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino iure remanet veſtigium *leg. in omni 13. ff. de adoptionib. cum l. ſeq.* & quam per adoptionem filij adoptati ſequantur originem adoptantis, adhuc etiam retinent originem patris naturalis, *d. l. ordine §. fin. d. §. in adoptiua.* quia origini paternæ additur alia, non verò mutatur, *d. l. in adoptionem*, & poteſt quis duarum ciuitatum eſſe ciuis, vt *infrà* dicam, videndi Bar. & Plat. *hîc n. 3.*
† quia ad exemplum adoptati idem cenſent dicen- 68
dum in Monacho, vt ciuis efficiatur illius loci, in quo conſiſtit Monaſterium. Nam Monaſterium, vel Capitulum Eccleſiæ ciuis quoque cenſentur ciuitatis, in qua conſtructum eſt, quoad ea ſcilicet, quæ eis vtilia ſunt, ſcilicet ad paſcua, prata & ſimilia commoda, quod quia doctè tractauit Narbona *ſuprà n. 216. & ſeq.* ideò nos omittimus.

Aiunt ita Imperatores. *Incolas verò domicilium*
*facit.* 69

Hucvſq; egimus de origine adquirẽda. Nunc verò de domicilio agunt Imperatores aiẽtes incolas cõſtitui per domicilium. Domiciliúmq; eſſe ſcribunt vbi quis larem rerúmque ac fortunarũ ſummam conſtituit, vnde nõ ſit rurſus diſceſſurus, *larẽ* dixerũt more paganorum. Nam lares erant dij priuati, domeſtici

& familiares, quorum numen domibus priuatorum præeſſe credebatur. Varro *de re ruſtic.* Tertullian. *in Apologet. cap.* 13. & D. Auguſtin. *lib.* 1. *de ciuit. cap.* 3. Fingebantur & pingebantur duo iuuenes pelle canina ſuccincti, de quibus Natalis Comes *lib.* 4. *mythologiæ c.* 4. & Mart. del Regio. *ad Senec. in Thyeſt. verſ.* 264. *p. mihi* 373. Cerda *ad Tertull.* & *ibi,* Pamel. *d. c.* 13. idem Cerda *ad Virgil. lib.* 8. *Æneid. verſ.* 541. *num.* 4. *& eclog.* 5. *verſ.* 70. *nu.* 21. Alex. ab Alex. cum ſuo Tiraquell. *lib.* 6. *genial. c.* 4. *pag.* 620. *&*
70 *lib.* 2. *c.* 22. *pag.* 170. † qui dij, quia in foco collocati & culti (vt notat Taubman. *ad Plaut. in Aulular. act* 2. *ſcen.* 8. *verſ.* 16. *& in Bacchid. act.* 2. *ſcen.* 1. *n.* 3. & Caſaubon. *in Sueton. lib.* 2. *pag.* 116.) inde focarij dicti, & laris appellatio pro foco accipitur, vt rectè obſeruat Cerda *lib.* 8. *Æneid. verſ.* 543.

*——Heſternumque larem paruoſque*
*Penates*
*Lætus adit.*

vbi larem pro foco accipit, quia poſtea ſequitur
71 Deorum mentio. † Hic autem pro domo accipies *larem,* pro habitatione & ſede *l. in fundo* 38. *D. de rei vind.* ibi, *laribus carere, l.* 1. §. *domum* 2. *D. de liber. agnoſcen. l. ſi quis* 49. *C. de Epiſc. & Cler. l.* 2. *C. de offic. prætor. l.* 2. *C. vbi ſenatores, vel clariſſ. l.* 5. *l. dudum* 9. *tit.* 1. *lib.* 6. *C. Th.* ibi, *qui in prouinciis larem fouent.* Sidon. *lib.* 4. *epiſt.* 21. *in fin.* Symmach. *lib.* 5. *epiſt.* 74. larem patrium ſalutare dixit, pro in domum redire. Prudent. *lib.* 2. *contra Symmach.*

*Vrbs patria atque omnes lare conciliemur auito.*

Propert. *lib.* 4. *eleg.* 3.

*Vix aperit clauſos vna puella lares.*

& *eleg.* 11.

*Qui tulit aprico frigida caſtra lare.*

vbi eleganter notat Paſſerat. *& d. lib.* 4. *eleg.* 1. *fol.* 570. & Gothofred. *in d. l.* 1. §. *domum, de liber. agnoſcent.* ad illa verba vbi larem matrimonio collocarent videndus Zanger. *de exception. c.* 1. *p.* 2. *n.* 15. *& ſeq.* Apud nos ſolet dici de eis, qui iam habent domum collocatam & domicilium, *Tiene caſa y hogar,* vt denotemus eſſe vicinum alicuius oppidi.

72 Conſideratur domicilium à DD. tripliciter, vt docemur ex Gail. *lib.* 2. *obſer.* 36. *n.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6 *præſum.* 42. *n.* 3. Farinac. *in fragm. verb. domicilium, num.* 194. Naturale ſcilicet, commune & accidentale. Naturale eſt quod ex ipſa natura venit, vel propria, vel paterna natiuitate, vt diximus. Hoc domicilium mutari non poteſt *d. leg. aſſumptio. ad municip. l. origine, ſup. de municipib.* quia naturalia ſunt immutabilia, vt diximus, & probat Menoch. *d. n.* 3. Th. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 23. *n.* 4. quod non ad omnes effectus certum eſt, ſed quoad illos qui ſunt in iure expreſſi. Nam originarius qui in alium locum domicilium tranſtulit, non ligabitur regulariter ſtatutis loci originis, quemadmodum nec quoad iuriſdictionem ligatur. *l. fin. D. de iuriſdict.* vt dicam *infra.* docent Gail. *ſup.* & relati à Barboſ. *in d. l. hæres* §. *proinde in artic. de foro ratione orig. n.* 108. *& ſeq.* Menoch. *d. præſum.* 42. *n.* 5. *&* 6.

73 Verùm Effectus qui ex origine reſultant, ſunt vt origo ſemper attendatur quoad honores & munera quæ ſubire compellendus eſt originarius, etſi à loco originis abſit, & mutauerit domicilium. *l.* 1. *l. filios* 3. *l. fin. ſup. de municip.* ſiue ſint perſonalia, ſiue realia *l. libertus* 17. §. *ſed eodem* 4. *&* §. *poſtliminio. D. ad municip. l. reſcripto* 6. §. *fin. l. fin.* §. *patrimoniorum* 21. *& ſeq. D. de munerib. l.* 4. §. *is verò, D. de cenſib. l. exemplo* 36. *ſup. de decurion.* docent relati à Zanger. *de ex-*
74 *cep. d. cap.* 1. *p.* 2. *n.* 67. *& ſeq.* † Munera cenſentur veluti tutelæ, refectiones viarum, adminiſtratio Reipublicæ, exactio tributorum, defenſio ciuitatis, legatio, & alia quæ commemorantur *in l.* 1. *tot. l. honor.* 14. *l. fin. D. de munerib.* notant Bar. *in d. l. aſſumptio* §. 1. *num.* 2. Lucas *in d. l. filios.* vbi etiam Plat. *& in l.* 1. *de munic. p.* Azeued *in rub. tit.* 14. *lib.* 6. *Recop. num.* 22. & Cuiac. *lib.* 1. *reſp. Pap. in d. l.* 1. *libertus* §. *præſcriptio.* Quæ tamen munera rectè recuſabit filius originarius, ſi in loco originis ſint qui ad ea munera eligi poſſunt, vt ex Plat. notat Azeued. *ſup. n.* 24.

Alius effectus reſultat ex dicta origine, vt poſſit 75
originarius conueniri in loco originis, nam eius ratione ſortitur qui forum, vt in ea poſſit conueniri. *l. incola* 29. *iuncta gloſ. ibid. D. ad municip. d. l.* 1. *ſup. de municip. cap penul. de tempor. ordin. lib.* 6. *l.* 32. *tit.* 2. *p.* 3. ibi, *Si el de mandato es o fuere natural de aquella tierra camagner que non ſea morador della bien puede ſer apremiado ſi lo hiſallaren.* obſeruant Barboſ. *ſup. n.* 1. *&* 35. *& in l.* 2. §. *legatis num.* 7. *de iudiciis.* qui cum Theſauro *deciſ.* 90. *in fin.* affirmat conſuetudine contrarium obtineri, vt forum quis non ſortiatur, neque ibi conueniri poſſit, etſi ibi inueniatur, iuxta Accurſ. ſententiam *in d. l. aſſumptio* §. 1. *verb. non domicilium, in fin.* Zanger *ſup. num.* 67. *& ſeq.* hodie verò attendi debet *l.* 20 *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil.*

Quod verò attinet ad munera, diſtinguendum eſt 76
inter perſonalia & realia, vt ad perſonalia teneatur in domicilio, & attendatur locus vbi conſiſtit, & ſita eſt res, ex traditis à Florez *lib.* 2. *var. quæſt.* 21. *n.* 54. *& ſeq.* Azeued. *in l.* 10. *tit.* 14. *lib.* 6. *Recop. num.* 5. & probatur *in l. vn. infr. de mulier.* & in quo loco: nam cùm mulieres per matrimonium, vt ſatis ſuperque diximus, perdant originem propriam quoad munera patrimonialia, & quæ perſonis non cohærent, attenditur origo. *l. fin* §. *item reſcripſerunt, D. ad municip.* docet Barboſ. *in d. l. exigere num.* 13. *de indic.* ne quis duplici onere opprimatur, vno in loco originis & alio in domicilio. Idque iure noſtro regio probatur ex *leg.* 10. *tit.* 14. *lib.* 6. *Rec.* vbi ciues qui ceſſerint in alium locum, tenentur contribuere in primo loco pro rata temporis quo fuit in primo loco *in l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 7. *Rec.* ibi, *Si fueren a viuir a otros lugares que pechen y paguen por los tales bienes en los lugares donde los dexaren.* nam tributa quæ debentur ratione rei, exiguntur vbi res collocata eſt Azeued. *in d. legib.* † Alius 77
effectus eſt, qui ex origine reſultat, vt quamvis in alium locum domicilium transferatur, nihilominus admitti poſſit ad honores originarius, & ad alias res ad quas ſolùm inuitantur originarij, & excluduntur forenſes, veluti ad beneficia, quæ non niſi originalibus, vel naturalibus deferuntur, iuxta ea quæ ſuprà notauimus *n.* 32 *& ſeqq.*

Aliud domicilium dicitur commune, vt fuit Ro- 78
ma, quia vbi Princeps degit, cenſetur eſſe patria communis, *l. Roma* 13. *D. ad municip. l. ſi duas* 6. §. *Roma* 11. *D. de excuſat. l. fin. D. de interdict. & releg. l. eos* 9. *D. de vacat. mun. l. tempore* 21. *C. Th. de Prætorib. & quæſt. l. oblationem* 14. *C. Th. lib.* 6. *tit.* 2. ibi, *Partim patria communi largimur.* vbi de Roma loqui indicat inſcriptio quæ eſt *Ad Senatum vrbis Romæ,* quo nomine patriæ communis à pleriſque antiqui & ſequentis ſæculi Auctoribus ſolet appellari. Senec. *de conſolat. ad Heluiam. c.* 6. Plin. *lib.* 3. *hiſt. c.* 5. ibi, *Vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.* Symmach. *lib.* 1. *ep.* 55. *& lib.* 3. *ep.* 36. *& lib.* 5. *ep.* 46. *&* 94. *& alibi ſæpius.* Sidon. *lib.* 8. *ep.* 6. explicant eleganter Alciat. *lib.* 2. *diſpunct. c.* 21. Lipſ. *de magnit. Rom. lib.* 1. *cap.* 7. Iuret. *ad Symmach. d. ep.* 94. Sauaro *ad Sidon. l.* 1. *ep.* 6. ad illa verba *In qua vnica totus orbis, ciuitate ſoli barbari & ſerui peregrinantur.* Dorleans *ad Tacit. lib.* 3. *annal. pag.* 384. *& lib.* 11. *pag.* 592. Gaſp. Barthius *in notis ad Rutilium lib.* 1. *Itinerarij, verſ.* 63. ex Conſultis Donel. *lib.* 17. *comm. c.* 13. vbi Oſvval. *lit. A & ſeq.* Barboſa *in d. l.* 2. §. *legatis n.* 10. *& ſeq. D. de indic.* Gabriel Pereyra *deciſ.* 2. *n.* 13. Solorzan. *de iure Indiar. lib.* 2. *c.* 21. *num.*

*n.*21.*& ſeq.*& ego *lib.*1. *obſeru.c.*1.*ex n.*81. vbi multa
79 in hanc rem adduxi. † De ratione tamen dubitaue-
runt noſtri Interpretes, & iam laudati, qui frequen-
tiori calculo admiſerunt illam , quòd cùm olim ex-
teris populis & nationibus daretur,idque rarum, nec
niſi virtuti pretium erat , vt inquit T..cit. *lib.*3. *an-
nal.* & ſuffragiorum ius quod tanquam ſummum
beneficium exteris tributum, & tanquam glorioſum
priuilegium acceptum legimus , vt in ciues Roma-
nos reciperentur , quod pluribus populis & prouin-
ciis conceſſum eſt, vt apud Tacit. *lib.*11. *annal.* Galli
ius ciuitatis expoſtulabant , quod Vitellio & Vip-
ſacio Coſſ. varium multumque rumorem in ſenatu
80 excitauit. † Quin & de Claudio ait Seneca *in ludo*,
conſtituiſſe omnes Græcos, Gallos , Hiſpanos *toga-
tos* videre , id eſt , omnes videre ciues , & de Balbo
Hiſpano noſtro tradit Plin. *lib.* 7. *c.*43. primum ex-
ternorum ciuitate Romana accepta vſum honore
quem maiores Latio negauerunt. Quare Imperato-
res ſuper hoc honore adipiſcendo frequenter adiri
ſolebant , & conſtringebantur aſſidua inhiatione
poſtulantium. Tantique hanc rem æſtimarunt , vt
Auguſtus, Suetonio teſte *c.*40. ibi , *Magni æſtimans
ſincerum atque ab omni colluuione peregrini atque ſer-
uilis ſanguinis ſeruare populum ciuitatem Romanam
parciſſimè dedit.* & ex Dione didicimus *lib.*56. eun-
dem Auguſtum ſupremis ſuis mandaſſe , & libellos
ſcripſiſſe , ne ciuitatis ius paſſim daretur. Idemque
Auctor ſcribit *lib.*60. *de Claudio* , multis ciuitatem
dediſſe , multis Meſſalinam eius vxorem & ſeruos
vendidiſſe , quod & Tribunus dixit Paullo *Actuum
c.*22. *Ego multa ſumma ciuilitatem hanc conſecutus
ſum.* & Saluian. commemorat. *lib.*5.*de gubernat. Dei
n.*149.ibi, *Itaque nomen ciuium Romanorum aliquando
non ſolùm magno æſtimatum, ſed magno emptum , nunc*
81 *vltro repudiatur & fugitur.* † Vnde cùm ius illud ita
magni æſtimatum , & magno in honore habitum
vendi cœperit , M. Antoninus Philoſophus lege
lata ſanxit , vt omnes qui Imperio Romano ſubditi
forent, ciues Romani eſſent, vt auctor eſt Vlp. *in l.
in orbe* 22. *D. de ſtatu homin.* vbi cùm antea perpe-
ram legeretur , *in vrbe Roma qui ſunt* , ex Pandectis
Florentinis rectiùs nunc ſcriptum eſt , *In orbe Roma-
no qui ſunt ex conſtitutione Imperatoris Antonini ciues
Romani effecti ſunt*,dixi ego *lib.*1.*obſer.c.*1.*n.*85. † Hu-
82 ius conſtitutionis Auctorem laudat Marcum Anto-
ninum Philoſophum Aurelius Victor *in Hiſtor. de
Cæſarib.* §. *de Marco Antonino* , qui de eo ait , *data
cunctis promiſcuè ciuitas Romana.* Iuſtinian. verò *No-
uell.*78.*ſeu Auth.vt liberti de cætero, cap.*5. hoc tribuit
Antonino Pio. ibi , *Sicut enim Antoninus Pius cogno-
minatus ius Romanæ ciuitatis prius ab vnoquoque ſub-
iectorum petitus , hoc ille omnibus in commune ſubiectis
donauit* , qr.l puto verius ex *d.l.in orbe.* ex qua id
ſuadetur, nam Marcus Aurelius Antoninus in iure
rarò vocatur Antonini nomine , ſed Diuus Marcus
ſolet appellari, etſi Caſaubon. *in Hadrian. Spartiani
fol.*11.*lin.*34. Aurelio Victori conſentiat , & Dor-
83 leans *ad Tacit.lib.*3.*ann.pag.*384. † Huc ſpectat Ru-
tilius Numatian. *lib.*1. *Itinerarij verſ.* 62. quem om-
nes ferè adducti laudant , & adducunt poſt Cuiac. *in
l.vn.infr.de mulierib. & in quo loco.* quem ego liben-
ter tanquam vulgatiſſimum præterirem,ni tam certè
& ſigillatim hanc ciuitatis dationem ſignaret , his
diſtichis,

*Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam,*
*Profuit iniuſtis te dominante capi.*
*Dumque offers victis proprij conſortia iuris,*
*Vrbem feciſti quod priùs orbis erat.*

Et diuinis numeris noſter Hiſpanus Prudent. *lib.*2.
*in Symmach.*

*Ius fecit commune pares, & nomine eodem*
*Nexuit,& domitos fraterna in vincla redegit,*
*Viuitur omnigenis in partibus haud ſecus, ac ſi*
*Ciues congenitos concludat mœnibus vnis.*
*Vrbs patria atque omnes lare conciliemur auito,*
*Texitur alternis ex gentibus vna propago.*

Et Claudian. *l.* 3. *de laudib. Stilicon.* inter alia de
Roma,

*Hæc eſt in gremium victos quæ ſola recepit,*
*Humanumque genus communi nomine fouit,*
*Matris,non dominæ ritu,ciueſque vocauit,*
*Quos domuit, nexuque pio longinqua reuinxit,*
*Huius pacificis debemus moribus omnes*
*Quòd veluti patriis regionibus vtitur hoſpes,*
*Quòd cuncti gens vna ſumus.*

Effectus verò huius ciuilitatis quàm maximi fue-
runt, conſtat ex traditis à Briſſon.*l.b.*2. *antiq.c.*13. &
Dorleans *ad Tacit. lib.*3.*annal.pag.* 384. & ante eos
Alciat. *d.lib.*1. *diſpunct.c.*21. *ad fin.*
Vnde iam conſtat quòd cùm omnes Imperio ſub- 84
diti ciues Romani eſſent , inde patria communis
cenſebatur , & quilibet ibi conueniri poterat tan-
quam in ſua ciuitate, cùm eius vrbis incola, aut do-
miciliarius iudicaretur. Nam duplex eſt patria , vna
propria & originalis, altera verò communis, vt erat
Roma. † quod etiam ad Conſtantinopolim referen- 85
dum eſt,ex Bal. *in rub.C.qui accuſare poſſ.n.*11. Decio
*in c.*1. *de præbend. num.* 12. quidquid velit in contra-
rium Barboſ. *in d.*§. *legatis n.* 42. quia Conſtantinus
ei omnia priuilegia contulit quæ vetus Roma ha-
bebat , vt narrant ferè omnes Hiſtoriographi illius.
Quæ poſtea lege ſanxerunt Arcad. & Honor. *in l.vn.
infr.de priuileg vrb.Conſtantinop* quæ lex cùm in cor-
pore Codicis reperiatur, miror Barboſam non atten-
diſſe , *& l.omni* 6.*C. de ſacroſ. Eccleſiis l. generaliter
52.C.de Epiſc.& Cler.*& ita noua Roma appellatur,
*l.fin.C.in quib.cau.pign. l.intra* 5. *C.de operib. publ.* So-
crates *lib.*1.*hiſt Eccleſ c.*8. videndi Pancirol. *ad Not.
Imp.Orien c.*25.*&* 29. Buleng *l.b* 2 *de Imp. Rom.c.*8.
& dicam *in d.l. vn. de priuileg.* & ita dies natales ha-
rum vrbium inter feriarum dies numerantur *in l om-
nes* 7.*C.de feriis*, notant Briſſon. *in l.die Dominico, C.
Th de ſpectaculis pag* 379. Petr. Fab.*lib.*1. *ſemeſt c.*9.
*pag.*57. & Dorleans *ad Tacit.lib.*6.*ann pag.*526. † In 86
his ergo duabus regiis vrbibus quilibet potuit con-
ueniri , etiam pro contractibus alibi geſtis , *dict. l.
Roma.ad municip.d.l.*2.§.*legatis, de iudiciis*, explicant
† latè & de iure reuocandi domum in Legatis & 87
aliis priuilegiatis perſonis. Couar. *pp. c.*5. & poſt
Alber. & alios Barboſ. *in d.*§.*legatis ex num.*49. Pere-
grin. *de fideicom.art.*53.*num.*7. Paz *in l.*7. *ſtyli num.*4.
Pereyra *deciſ.*2.*n.*2. *&* 14. & alij relati ab Oſvvald.
cum ſuo Donello *lib.*17 *comm c.*13.*toto.* quam tracta-
tionem nos libenter omittimus, quia non ita propria
huius loci.
S... illud adaperiam quòd etſi illa ratio ceſſa- 88
uerit, ... Roma vocata fuerit communis patria, ea-
dem quoque militat hodie in vrbibus regiis , vbi
comitatus, vel curia Principis degit, vel ipſe Prin-
ceps cum ſua curia in rebus Eccleſiaſticis curia Ro-
mana , vbi reſidet Pontifex, cùm Romana Eccleſia
ſit omnium Eccleſiarum mater,magiſtra & Princeps,
*c.fin. de foro compet* & in perſonis ſubiectis in tem-
poralibus ſummo Pontifici , notat Barboſ. *in d.*§. *le-
gatis n.*31.*& ſeq.*etſi malè contrarium velit Garcia. 3.
*tom.diſcep.c.*569.*n.*14 *& ſeq.* † Apud nos verò Curia 89
Regis , Matritum ſcilicet , vbi Princeps noſter &
dominus reſidet , communis patria cenſetur huius
magnæ Monarchiæ,ita vt ibi quilibet ſubditus poſ-
ſit conueniri, ex *l.*4. *tit.*3.*p.*3. Hoc tamen ea ratione
introductum eſt , quia Principis curia omnibus eſt
forum & tribunal , neque poſſit illud recuſare, cùm
ſit ſupremum,fons iuriſdictionis & caput omnis ter-
ritorij,

ritorij, *l.1.tit.4.p.2.* ibi, *Los que iuzgan en la corte del Rey que es cabeça de toda la tierra e oyen todos los pleytos de los que ſe agrauian e eſtos llamaron ſobre iueces por el poder que an ſobre los otros.* & ita mare quod omnia abſorbet. *l.28 tit.9. p.2.* & ad quod tandem deueniendum eſt per appellationem ad auxilium implorandum contra iniuſtam ſententiam, quod ſibi vendicat præſentia Principis, quia cùm olim Imperator Romanus ſua præſentia Romam faciebat, quo ſenſu dixit apud Herodianum *lib.6.* Pompeianus, *Roma eſt vbi & Imperator eſt.* Quod obſeruat Tiraquell. *de nobil. cap.30. n.4.* & Couar. *in pp.c.4. n.10.* ita & in noſtris Regibus idem dicendum ſit, vt patria communis dicatur Curia, ſeu locus vbi Rex cum ſuis Conſiliariis & comitatu adſiſtit, *l.27. tit.9.p.2.* tanquam caput membrorum illorum principalium *l.quiſquis, C.ad leg. Iul.maieſt.* licèt curia ſit & dicatur, etſi Princeps abſens ſit, dum tamen ibi reſideat Concilium regium, ſeu Supremus Senatus, vt rectè aduertit Azeued. *in l.1. n.11. tit.23.lib.8. Rec.*

90 Sed an hoc priuilegium, quod curiæ vbi Princeps deſit, conceſſum eſt, poſſint habere regiæ Cancellariæ, vt eſt Valliſoletana, & Granatenſis, dubitari vidi, neque alium legeram qui eam difficultatem attingeret, niſi Parlador. *in ſexquicent. diff.10. n.15.* qui tenet cum Suarez, quem locum nunquam reperire potui, quòd cùm ad Romæ exemplum regia Curia, ſeu cohors eſt communis patria, ita vt quilibet poſſit ibi conueniri, eodem modo non ſolùm curia vbi Rex regiam habet, & reſidet Conſilium Regis, verùm & Regales Cancellariæ eadem fungentur prærogatiua, ita vt quiſquis ibi reperiatur, poſſit conueniri. † quod & adſtrui præter Paladorij
91 fundamenta poteſt ex *l.2. tit.5. lib.2. Rec.* vbi vtraque Cancellaria Valliſoletana & Granatenſis, decorantur nomine curiæ, illic. *Porque los Preſidentes y oidores ſepan que Reynos y comarcas departimos a cada vna corte y Chancilleria.* & inferiùs, *Aian de ir y vaian a la dicha nueſtra corte y Chancilleria de Granada e venga a la nueſtra corte y Chancilleria antigua que reſide en Valladolid.* vbi cùm cohortis nomen habeant & hæc ſuprema ſint tribunalia, merito habebunt illud priuilegium, vt forum commune & patria cenſeantur, præcipuè cùm ſigillum Principis eius perſonam repræſentet, & illius vices gerat, vt firmant præter Parlador *ſup.n.12.* Cancer. & Montealegre, relati à Guzman. *de euict. q.2.n.28. & ſeqq.*

Verùm hæc ſententia mihi ſemper diſplicuit.
92 Nam illud priuilegium quod cohorti, ſeu curiæ Principis conceditur, conceſſum eſt ratione perſonæ regiæ, vt docemur ex *l.4.tit.3.p.3.* ibi, *Empero en todo pleyto es tenudo de reſponder delante del Rey y ſi fuere fallado en ſu corte, e eſto e, porque la corte del Rey es fuero comunal de todos.* quæ verba ſatis demonſtrant ſolùm de curia regia accipiendum eſſe illud priuilegium. Quia etſi Curiæ dicantur Cancellariæ, hoc procedit latè ſumpto vocabulo, cùm multum differant à vera curia Regis, vt res per ſe facilè indicat ſi quidem illa verba, *delante del Rey ſi fuere fallado en ſu corte*, excludunt Cancellarias, quæ etſi ſuprema ſint tribunalia & Curiæ, non tamen corporaliter reſidet Princeps, & ita curiæ appellatione ſolùm intelligi debet vera regiaque Principis. *l.21. tit.3. lib.7. Rec.* vbi prohibentur Decuriones mitti in curiam vel Cancellarias, vt patet ibi, *para venir a la corte o a las Audiencias*, & infrà, *Corte o audiencias.* docent Cabedo *1.p.deciſ.13.n.3.& 7.* Gonçalez *in reg.8.Can. gloſ.13.§.1. à n.2.* Couarr. & alij relati à Barboſ. *de appellat. verb. appellatione 67. tota* Pereyra *d. deciſ.2. num.12. verſ. licet enim.* Neque obſtat repræſentatio ſigillinam aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali, *l. mercis, de verb.ſignif.* cum adductis à Burgos de Paz *in l.3. Tau.1 p.concl.3. n.481.* & quod ratione meræ perſonæ regiæ conceditur, non poteſt concedi eius repræſentationi.

Vnde infero non rectè procedere traditionem Pereyræ *d. deciſ.2. per tot.* exiſtimantis Luſitanum non poſſe conueniri Matriti in Curia Regis, ſi ibi inueniatur, ex contractu in Luſitania geſto. Probaréque intendit ſuam ſententiam. *Primò*, quia etſi regnum illud fuerit vnitum Caſtellæ, ita dicta vnio facta fuit vt Luſitania ſuis legibus viueret, & ita Rex noſter diuerſo reſpectu dicitur Rex Luſitaniæ & Caſtellæ. 93
† *Secundò n.11. & ſeq.* ait quòd etſi verum ſit, ſubditum in Curia Regis inuentum conueniri poſſe, vt 94
ſuprà diximus, hoc procedere exiſtimat in ſubdito proprio, qui ſubiicitur legibus illius curiæ, non ſumendo ſubditos generaliter, ſeu contentiuè dum comprehendit omnia Regna Hiſpaniæ, quod in Luſitania adhuc viget, cùm poſt vnionem, vel ſucceſſionem datur iuriſdictionis diuiſio, & ſeparatio quæ ſine vlla regiminis & legum antiquarum mutatione hodie regitur ac gubernatur, & ſuam curiam conſeruat. Aliter autem in maximam Luſitani nominis perniciem tenderet, dum tam in propria curia Portugalliæ, quàm in Curia Caſtellæ conueniri poſſent. Nam licèt verum ſit veram curiam dici vbi Rex perſonaliter aſſiſtit, vt diximus, tamen Philippi II. benignitate prouiſum eſt, vt Prorex etiam in curia reſideret, vt conſtat ex *Ordin.lib.1. tit.2. §.2. & tit.7. & 8.* † Rurſus *n.13.* ait, quod etſi Roma dicebatur communis patria, ex ratione ſuprà adducta, non potuit hoc curiæ Regis Caſtellæ adaptari, quia non ſunt Luſitani eius ciues, nec gaudent eius priuilegiis & exemptionibus, atque ita illa curia reſpectu Luſitanorum, vt proprij Regis curia conſiderari nullo modo poteſt, cùm ad originarios eius regni, non ad exteros dirigatur. 95

Hæc & alia ſunt fundamenta Pereyræ in quibus magis elucet innatum Luſitanis odium in Caſtellanos, quàm ſolidæ iuriſprudentiæ aliqua ſcintilla. Quia ſi vera eſſet ea doctrina ſequeretur, hoc priuilegium curiæ concedi ratione loci, non ratione regiæ perſonæ, quod iam diximus falſum eſſe, & ſolùm concedi ob regiam perſonam, nec conſequenter neceſſarium eſt, vt ſint ciues, nam ſufficit quòd ſint ſubditi & vaſalli, & hoc non negabunt Luſitani. 96

Neque obſtat dicere vnionem illam Luſitaniæ cum Caſtella ita effectam, vt propriis legibus viuerent. Nam etiam Aragonia, Neapolis, & Sicilia, & ferè omnes rationes quæ ſub orbe Hiſpano ſunt, ſuis conſuetudinibus, foris & legibus reguntur, & tamen nemo audebit curiam ſui Regis declinare, præcipuè cùm in ea ſemper aſſiſtant ſuprema tribunalia, quæ eas prouincias gubernant, & Luſitani Præſidem habeant in curia cum ampliſſima poteſtate, vt fatetur ipſe Pereyra *n.7.* Neque ex eo quòd Luſitani habeant ſuas leges, ideo deſinit Rex noſter eſſe etiam Luſitaniæ. Neque queri debet Pereyra in Luſitani nominis perniciẽ euenire ſi conuenirentur in curia Caſtellæ nam non conuenietur Luſitanus tanquam in curia Regis Portugalliæ, neque ex hoc vllum damnum ſentit nomen illud, cùm à miniſtris ſui Regis iudicetur, quemadmodum aliæ nationes. 97

Denique, quia ſi in exemplum adducit Romam quæ erat cõmunis patria prouinciæ, non ex eo quod ſubderentur imperio, deſinebant ſuis legibus viuere, imò iuris ciuilis participationem non habebant, ſufficiat nunc vnum teſtimonium Iudææ, quæ etſi ſubiecta Romanis, ſuas leges patrias habebat, vt conſtat *Ioan. cap.18.* his verbis, *Accipite eum & vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum.*

Diximus *ſuprà* de duobus domiciliis, naturali ſcilicet 98

licet, & communi. Nunc de altero eſt ſermo inſti-
tuendus, quod accidentale, ſeu habitationis nuncu-
patur, & incolas facit. Hoc tamen vbi quis velit,
conſtituitur, *l. nihil 31. D. ad municip.* & ſtatim ac
quis habitationem ſuam in aliquo loco fixit, cum
animo & voluntate expreſſa in eo permanendi *l. eius
qui 27. §. fin.* ibi, *ſi vtrobique deſtinato ſit animo, iuncta
l. domicilium 20. D. ad municip. l. in lege 203. verſ. igitur.
D. de verſ. ſignif. l. ſi eum 28. in fi. D. de fideicom. liber.*
docent Menoch. *lib. 6. præſum. 42. & de arbitr. caſ. 86.
ex n. 2.* Sanch. *de matr. lib. 3. diſp. 23.* Gartian. 1. *tom.
diſcep. c. 181. & 3. tom. c. 569. n. 6. ex n. 1.* Farin. 1. *p.
frag. verb. domicilium ex num.* 194. & relati à Narbon.
*d. gloſ. 2. num. 4. & ſeq. in l. 20. tit. 1. lib. 1. Rec.*

99 Dixi, *ſtatim ac quis habitationem fixit cum voluntate
permanendi*, quia ſola voluntas, vel deſtinatio ſola
aut animus non conſtituit domicilium, niſi cum ea
factum concurrat, id eſt, habitatio & tranſlatio re-
rum ſuarum in eum locum, vbi domicilium conſti-
tuere vult, *d. l. domicilium* docent Accur. *ibi verb. do-
micilium, & in l. origine, ſup. de municip.* Marian. So-
cin. *in c. fin. de foro compet. n. 54.* Bal. *in l. fin. h. t.* Me-
noch. *d. caſ. 86. num. 2.* & cum aliis Narbon. *ſup. n. 7.*
& Gratian. *d. c. 569. num. 2.* quod adeò verum eſt vt
ſola habitatio de per ſe, etiamſi ſit longiſſimi tem-
poris, dum tamen animus non concurrat, domici-
lium non conſtituit, *l. nihil 23. D. de captiuis.* ibi,
*Neque enim ſatis eſt corpore quem domum rediiſſe, ſi
mente alienus eſt.* aduertunt Menoch. & Sanch. *ſup.*
Narb. *num. 16.* Gartian. *ſup. num. 2. & 3. & d. n. 6.*

100 † Vnde momento contrahitur domicilium ſtatim
ac quis declarat velle ſe perpetuò manere in aliquo
loco, & hæc voluntas producitur ad effectum, tranſ-
ferendo ſe ad locum, ibique habitando in domo
propria, vel conducta, ſeu gratis accepta, & quem-
admodum diximus animo & facto adquiri domici-
lium, ita his concurrentibus deperditur, ſcilicet
deſertione habitationis eiuſdem domicilij, nam ſi
ſolus animus perpetuò manendi in contrarium ſit,
& quis non habeat voluntatem in eo loco habitan-
di, non ex eo deperditur domicilium, niſi concur-
rat etiam factum, id eſt, deſertio habitationis, quia
res per quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſ-
ſoluitur, *l. nihil tam naturale. D. de regul. iur.* docet
Sanchez *dict. diſp. 23. n. 2. verſ. hinc fit.*

101 Indéque eſt quòd ſi quis animum ſuum declara-
uerit, affirmans nolle habitare in eo loco, non con-
trahetur domicilium, quia vt dixi, animus inſpi-
ciendus erit, & cùm hoc ab animo dependeat, in-
colæ declarationi creditur, vt docet Accur. *in §. ſed
iſta quidem 3. Inſt. de act.* vbi Iaſ. *n. 54.* refert plures
Menoch. *d. caſ. 86. n. 5. & ſeqq.* quod procedet etiam-
ſi maior bonorum ſuorum pars tranſlata ſit in eum
locum; nam declaratio animi tali facto præualet,
cùm in iis quæ ex facto noſtro dependent, potiùs
102 ſtandum ſit declarationi expreſſæ, quàm facto, vt no-
tat Menoch. *n. 9.* † Si verò maiorem bonorum ſuo-
rum partem tranſtulerit, & tamen non declarauerit
animum ſuum incola, dubium eſt, an ex eo ſolo
domicilium contrahatur? In quo videntur eſſe con-
trariæ duæ conſtitutiones, noſtra ſcilicet, *& l. 2. C.
vbi ſenatores, vel clariſ.* Nam noſtrâ lege ſtatuitur non
ſufficere maiorem partem bonorum conſtituere in
loco vbi moratur, niſi & ibi larem habeat. Copula-
tiuè igitur requiritur, vt larem habeat, & vt ſum-
mam rerum ſuarum conſtituat.

At contrarium dicitur *in d. l. 2.* vt in caſu dubio
domicilium contrahi videatur ſi maiorem partem
bonorum habeat quis in loco vbi moratur. Verba
ita ſunt clara, vt nullam dubitationem relinquant.
ibi, *In prouinciis verò, vbi larem fouent, aut vbi ma-
iorem bonorum partem poſſident, & aſſiduè verſantur.*

† De hac difficultate tractarunt poſt Menoch. *ſu- 103
pr. num. 19. & 20.* Barboſa *in d. l. hæres abſens. §. fin.
num. 80. & 110. de indic.* Narbon. *ſup. num. 64.* Farin.
*d. verb. domicilium, ex num. 201. frag. 1. p.* & Zanger
*de except. cap. 1. pag. 2. num. 25. & ſeq. & num. 36.*
licèt omnes ita confusè hanc rem tractarint, vt
vix quid tenendum ſit animaduertas, neque vllus
eorum præter vnum Menoch. hanc difficultatem
diſſoluit, qui ait noſtram legem etſi coniunctim re-
quirat larium conſtitutionem, & fortunarum ma-
iorem partem eſſe diſiunctiuè accipiendam, vt ſæ-
pè in iure ſolet euenire, *l. ſæpe 53. D. de verb. ſig.*
vbi in iure ait Paullus diſiuncta multoties pro con-
iuncta, & econtra ponuntur; & ratio eſt, quia ſo-
la larium cõſtitutio, vel habitatio domicilium parit,
etſi rerum ſuarum partem maiorem non transferat
incola, dum tamẽ cõſtet de animo: Si verò de animo
non conſtet, tunc ſufficiet cum habitatione tranſlatio
bonorum, ex qua deſumitur coniectura, & præſumi-
tur qui domicilium conſtituit habuiſſe animum ibi
permanendi perpetuò. Quapropter domicilium iam
iudicabitur illuc, vbi habitationem fixit, cum de-
claratione animi, & non ille locus, vbi bona reli-
quit, vt docet Barboſa *ſup. n. 82.* & Narbona *n. 66.*

*Secundò* ex ſupradictis deſcendit quòd ſi habitator
nullam expreſſam declarationem fecerit ſe velle ha- 104
bitare in aliquo loco, ſed ibi perſeuerauerit per de-
cennium, ex temporis tranſcurſu incola exiſtimatur
& vicinus. *l. 2. h. t.* facit *l. 2. C. de ſeruit. & aqua.* ibi
*tempore quæſiſti l. ſi quis diuturno* 10. *D. ſi ſeruit. vind. l.
cùm de in rem* 6. *D. de vſuris*, cum adductis à Menoch.
*ſup. n. 13.* Narbon. *n. 68.* Tuſcho *tom. 2. lit. D. concl.*
592. *n. 8.* Farinac. *ſup. n. 206.* & Otoro *de paſcuis cap.
4. n. 11.* quod tempus neceſſarium eſt ad acquiſitio-
nem domicilij ex præſumptione animi *l. 2. tit. 24. p.
4. l. 32. tit. 2. p. 3. l. 5. tit. 2. lib. 7. Recop.* id eſt, quan-
do non adeſt expreſſa animi declaratio. † Quemad- 105
modum in ſcholari dicitur, nam ſi in loco ſtudij ha-
bitauerit per decennium, tunc præſumitur domici-
lium ibi voluiſſe conſtituere *d. l. 2. h. t.* explicant Bar-
boſ. *in dict. l. hæres §. fin. n. 102.* Menoch. *n. 22.* Narb.
*n. 23.* qui id rectè intelligunt quando poſt tempus
completum ſtudiorum ſcilicet ſi poſt curſus ſuos iam
peractos in eadem ciuitate perſeuerent, *d. l. 2. ſup.* ibi,
*Si decem annis tranſactis eo loco ſibi ſedes conſtituerint*,
prout quotidie Salmanticæ animaduertitur, tunc
enim cenſetur contractum domicilium. † Quod ego 106
non admitterem in his ſcholaribus, qui Salmanticæ
perſeuerant poſt quinquennium ſuorum ſtudiorum,
& acceptum gradum baccalaureatus, vt aſſidua le-
ctione iuris magis inſtructi (vulgò dicuntur *Paſan-
tes*) poſtea Collegium aliquod ex Maioribus illius
Academiæ ambiant, vel Cathedrarum petitioni in-
cumbant, vt ſic ad maiora præmia à Regis benigni-
tate accipienda habiliores reddantur. Hi namque ad-
huc ſtudiis incumbere magis, quàm domicilium mu-
taſſe dicentur: quod comprobatur ex doctrina Bar. *in
l. lex Cornelia §. domum, D. de iniuriis*, quem Menoch.
*d. n. 22.* & confert Gratian. *3. t. c. 692. n. 3. & 6.*

Sed dubium eſt, an in hoc decennio computan- 107
dum ſit quinquennium illud quod ſcholares conſu-
mere ſolent in Iuriſprudentiæ facultate, ex conſtitu-
tione Iuſtin. *in prœmio D. §. & quod iam.* & ex con-
ſtitutionibus Academiæ Salmanticenſis, & aliarum,
vt refert Menoch. *ſup. numero 23.* ex cuius *nu-
mero 25. & 26.* mente dicendum exiſtimo, il-
lud decennium comprehendere quinquennium, in
quo iuri opera datur, ita vt ſi ſcholaris decen-
nium conſumpſit in Academiæ loco, & elapſum
eſt, ſi ibidem adhuc moratur, & ibi ſedem fixerit,
tunc domicilium intelligitur conſtituiſſe, quod
probatur ex *d. l. 2. ſup. h. t.* ibi, *Niſi decem annis tran-
ſactis*,

*ſactis eo loco ſedes ſibi conſtituerit* , & ita tranſcurſo
decennio tantùm , non quindecim annis , cùm d.
verba legis tranſcurſum decennij duntaxat deſide-
108 rent. † quod non ſolùm in ſcholaſticis admitten-
dum eſt ; ſed etiam in quolibet alio,quando ex aſſi-
dua conuerſatione & habitatione vult quis probare
domicilium eſſe contractum , cùm ex tam longo
tempore animus ibi permanendi præſumatur , licèt
hæc habitatio non debeat eſſe minoris temporis,
quàm decennij , vt probant plures relati à Farinac.
*ſup.n.*204. Gratian. *c.*181. *n.*16. *&* 23. Narbon. *ſup.*
*num.*68. *& ſeq.* Barboſ. *in d.§. fin.n.*127. † qui rectè
109 aiunt ex legibus noſtris, & iam adductis , quòd cum
requiratur expreſsè decennium , arbitrium Iudicis
non ſufficere ad declarationem an minori tempore
domicilium contractum ſit , vt volebant DD. apud
110 Farin. *ſup.num.*206.& Menoch.*n.*15. *&* 16. † Quare
mercatores in locis , in quibus mercaturæ cauſa ne-
gotiantur aſſiduè, domicilium non adquirunt. *l. La-
beo* 5.*D.ad municip.*cum aliis tradit Narbon. *num.*23.
*ſupr.* etſi alij velint contrarium, præcipuè Innocent.
& alij relati à Zanger. *d.c.*1.*p.*2.*num.*32.*&* 33. qui-
bus ſatisfacit Narbon. & erit videndus Barboſ. *in d.
l.heres §.fin.num.*112.*& ſeq.* De Prætoribus ciuitatum
& poteſtatibus iam diximus *ſup.n.*61.

111 Rurſus deduco poſſe quem duobus in locis , vel
tribus conſtituere domicilium ſimul & eodem tem-
pore, *d.l.Labeo* 5.*l. aſſumptio* 6.*§.viris D. ad municip.*
*cap.*2.*&* 3.*extr. de ſepultur. in* 6. docent relati à Bar-
boſa *vbi prox.num.*61. *& ſeq.* Narb. *num.*58. Gironda
*de priuileg. num.*25. Gratian.4. *tom. diſcept. cap.* 623.
*num.*25. Farinac. *ſup.num.*212. dum tamen quæ *ſuprà*
ſunt animaduerſa, obſeruentur, ſcilicet habitatio, &
animi declaratio.

112 Cœpimus oſtendere quæ huic legi conducere
videbantur , qui verò plura ſcire cupiat ſupradicti
Auctores latiùs tradunt. Nunc verò de effectibus
huius traditionis & doctrinæ adductæ paulìſper
agemus. Et in primis domicilij conſtitutio efficit vt
in loco prioris domicilij à quo diſceſſit , ampliùs
conueniri non poſſit incola, *l.cùm quadam puella* 19.
*D. de iuriſdict. l. libertus* 17.*§. patris, Digeſt. ad mu-
nicip.*Barboſ. *ſup. n.*70. ita vt tranſlato domicilio ex-
ceptio incompetentiæ , ſeu præſcriptio fori fundata
eſt contra actorem , cui nec in loco originis reſpon-
dere cogatur reus , ſed ab inſtantia iudicij eſt ab-
ſoluendus. Quamuis enim originis domicilium ſit
immutabile , vt ſæpe dixi , hoc non quoad iuriſdi-
ctionem intelligendum eſt , quia ex eo quòd domi-
cilium alibi conſtituit , forum etiam amittere cre-
ditur, & cenſetur eius loci magiſtratui ſe ſubieciſſe,
ita vt potentior dicatur & fortior, quàm locus origi-
nis, quia eo ipſo quòd ab origine relicta alicubi do-
micilium tranſtulit , ciuis eſſe deſinit de conſuetu-
dine , & renuntiare propriæ ciuitati , & eius priui-
legia amittere, vt obſeruat Andr. Gaill.*l.*2.*obſeru.*36.
*n.*5. *& ſeq.* Zanger. *d.*2.*p. num.*75. & iam *ſuprà* ani-
maduertimus.

113 Sed mihi non parum iniecit dubitationis,an cùm
ciuis iam ſit loci domicilij, eo ipſo quòd ibi conſti-
tuerit habitationem , ſtatim priuilegiis gaudeat in-
cola , quibus vtuntur cæteri ciues. Verbi gratia,
cùm in pluribus locis Regni Granatenſis priuile-
gium extet Dominæ Reginæ D. Ioannæ, quo indul-
getur oppidanis Motrili , & aliorum oppidorum, vt
facilè inuitarentur ad ea loca habitanda,quæ ob per-
fidiam Mahumetanorum ea incolentium deſereban-
tur, vt nullam gabellam ſoluant , qui ibidem domi-
cilium contulerint. An ſcilicet ſtatim gaudebunt ea
immunitate,ac domiciliũ cõſtituerint,vel neceſſariũ
ſit , vt per aliquod tempus habitent , ita vt donec
compleatur , exiſtimetur & pro forenſi habeatur.

Rurſus ſi ſtatuto caueatur ne aliquis niſi ciuis ad- 114
mittatur ad officia publica , an decennium neceſſa-
rium ſit, mouet me *leg.*5.*tit.*2. *lib.*7. *Recop.* vbi cùm
iubeantur obſeruari priuilegia oppidorum in eligen-
dis officiis publicis , vt ſunt decurionatus, tabellio-
natus. Subiicitur quòd in locis vbi hæc non adeſt
conſuetudo, reſeruetur facultas Principi , ea officia
conferendi , & conferenda eſſe , promittit naturali-
bus eius loci vicinis , vel qui per decem annos ibi
habitauerint, vt ipſa verba oſtendunt. *Tanto que las
perſonas aquien proueieremos ſean vecinos y moradores
en las ciudades y lugares y naturales dellas o que ayan
ſido vecinos de ellas diez annos antes que por nos ayan
ſido proueidos.*

Vlteriùs , quia ciuis dicitur illius loci in quo do-
micilium habet , vt notat Auendam. Burgos & alij
relati ab Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.*7. *Recop. num.*6. &
tamen non dicitur an per decennium , vel per mo-
dicum tempus habitauerit. † In quo dubio poſſumus 115
eâ adhibitâ diſtinctione procedere, vt quoad iuriſ-
dictionem & forum, vt poſſint recipi teſtes in teſta-
mento , iuxta *leg.* 1. *tit.*4. *lib.*5. *Recop.* ſufficiat quòd
domicilium habeant , & pro vicino & ciue habean-
tur , etſi decennium non ſit tranſactum. At verò
quoad hoc vt gaudeant priuilegio immunitatis , &
exemptionem gabellarum , reputentur pro forenſi-
bus,iuxta doctrinam Ruini *conſ.*100. *lib.*5. quem ſe-
quitur Gratian. 1.*tom.diſcept.cap.*181.*num.*17. *& ſeq.*
& ratio eſt, quia cùm priuilegium detur propter ha-
bitationem , non intelligetur vera habitatio , niſi
tempus declarauerit perſeuerantiam , *argumento l.
quidquid calore* 48. *Digeſt. de reg. iur.*

Secundus effectus eſt , vt cùm ad matrimonium 116
contrahendum neceſſaria ſit Parochi præſentia , ex
Concil. Trident. *ſeſſ.*24.*cap.*1.*de Refor.* Quæſitum eſt
an Parochus originis, vel domicilij aſſiſtere debeat,
vel quis videatur proprius Parochus , & dicendum
eſt cum Thom. Sanchez *dicta diſp.*23. *num.*7. *lib.*3.
quoad hoc Sacramentum attinet Parochum pro-
prium eſſe qui ſit Parochus habitationis , quia ſola
habitatio conſtituit aliquem in parochianum , etſi
non habeat animum ibi perpetuò manendi , vt fir-
mat Narbona *ſup. num.*10. *& ſeq.*& ita cenſuiſſe ſa-
cram Congregationem , ex aliis tradit & refert ſuo
more plures diligens Aug. Barboſa *in remiſſ. ad Con-
cil. d. cap.*1. *num.*5. *&* 6. † Quemadmodum ſi quis 117
deceſſerit, non electâ ſepulturâ , ſepeliendus eſt in
parochia vbi viuus percepit Sacramenta , vt tradit
Parlador.*in ſexquicent.diff.*66.*§.*3.*in princ.*Item etiam
ad proferendam conſcientiam Parochus erit proprius
qui ſeruit illi Eccleſiæ , ſub qua ſubiacet domus ha-
bitationis,docet grauiter Sanchez *ſuprà*, à quo hæc
vtiliter & latè pertractantur.

Tertius effectus eſt de quo vidi dubitare ſæpe 118
ſæpiùs in hac & in Granatenſi curia,& ideò in eius
declaratione aliquantulum immorabor. An ſi ali-
quis recipiatur in vicinum in aliquo populo , qui
habet communionem paſcuorum cum alio , talis
vicinus ad depaſcenda paſcua admittatur tanquam
quilibet alius de populo, non obſtante quòd in duo-
bus locis vicinus exiſtat & admittendum eſſe ad-
ſtruitur ex ſequentibus.

*Primò* , quia poteſt quis ciuis eſſe æqualiter in
duobus locis,*l.lex Cornelia,*5.*§.ſi tamen, de iniuriis, l.
eius qui* 27.*§.fin.D.ad municip.* & ita in vtroque loco
munera ſubibit, *l.*1.*ſup.de municip.l. priuilegio* 6. *h. t.*
& honores, *leg.libertus* 17.*§.ſed eodem. D.ad municip.*
quia ciuis dicitur qui in ciuitate receptus munera
ſubit , vt docent plures apud Otero *de paſc. d. cap.*4.
*num.*19. ergo etiam commoda quæ cæteris ciuibus
conceduntur , concedi quoque debent & in vicini-
tatem recepto, *d.l.eius.§.*1.ibi,*denique municipij com-*

*modis*

*modis fruitur*, cùm ſecundùm naturam ſit eum ſequi
commoda, quem ſequuntur incommoda, ex vulgari
principio iuris, Gratian. *3. tom. diſcep. cap. 539. n. 29. &*
*30. & 4. tom 709. n. 16. & 19.* cùm nulla maior ratio
detur in c[illegible]mmunione paſcuorum, quàm in cæteris
priuilegiis ciuibus conceſſis.
119 *Secundò* expendo elegans Scæuolæ reſponſum *in*
*leg. teſtatrix 20. §. plures. D. ſi ſeruitus vindic.* vbi cùm
ſaltum communem plures ex municipibus vt ius
compaſcendi haberent, emiſſent, & quidam ex eis
ſua prædia vendidiſſent. Quæſitum eſt à Scæuola, an
hoc ius etiam ad emptores tranſiret? & reſpondet
tranſire: Ergo eodem modo vicinus huius populi,
eo ipſo quòd receptus eſt in vicinum inuito altero
populo, poterit communem ſaltum, ſeu compaſcendi
ius habere, ſicut cæteri alij oppidani; quemadmo-
dum venditor ſui prædij in ſpecie propoſita potuit
inuitis ſuis conſociis illud ius ad emptorem trans-
transferre. Vnde non poterit alter populus, qui illum
nouum vicinum à paſcuorum communitate arcere
vult, quidquã facere quo liber vſus impediatur tali
vicino, nam eo ipſo quòd vicinitatẽ habet, iam illo
iure gaudet: ſicut prædij dominus non poteſt facere
quo vſus liber paſcendi impediatur; ſicuti nec do-
minus fundi ſeruientis ædificare in præiudicium ſer-
uitutis *l. ſi domus 20. D. de ſeruit. vrb. l. ſi eo loco 9. D. ſi*
120 *ſeruit. vind.* † Item nec Decuriones ciuitatis poſſunt
paſcua omnibus ciuitatibus communia interdicere
nec ad tempus nec in perpetuum, vel aliquam par-
tem claudere limitibus, id eſt, *poner cotos cotear*, quo
vſus paſcendi ciuibus interdicatur, vt docent cum
Bar. & Auendan *de exequen. 1. part. c. 4. nu. 22. verſ. &*
*ſimul.* Morla *in emp. tit. de ſeruit q. vlt. n. 28. & 29.* &
latè Otero *de paſcuis c. 16. ex n. 14.*
121 Rurſus facit quòd cùm receptus in ciuem per
domicilij conſtitutionem efficiatur ciuis, ei debent
cõpetere omnia iura, quæ omnibus ciuibus compe-
tere ſolent, atque ita non poterit prohiberi quomi-
nus vtatur paſcuis communibus, quia ſemel adqui-
ſito iure iſto à populo non poteſt ius paſcendi ab alio
conſocio mutari inuito conſocio, qui illo iure gau-
det, & vtitur, vt docet cum Romano Auendan. *d. nu-*
*mer. 22. verſ. & ſemel.*
122 Vlteriùs. Nam ad hoc vt quis dicatur ciuis, nõ eſt
ei neceſſe habitare maiori anni parte perſonaliter,
ſed ſufficit quòd ibi habeat familiam, *que tenga ca-*
*ſa poblada l. 1. §. domum, iuncta gloſ. ibi, verb. ma-*
*neat. D. de liber. agnoſ. l. 1. §. 2. verſ. domum, D. de*
*aleatorib.* ibi, *Domum pro habitatione & domicilio nos*
*accipere debere certum eſt. l. lex Cornelia 5. §. Domum,*
*D. de iniuriis.* ibi, *Domum accipere debemus, non pro-*
*prietatem domus, ſed domicilium,* &c. *& § ſi tamen ead.*
*lege. l. qui domum 8. in fin.* ibi, *Appellatione domus ha-*
*bitationem quoque ſignificari palam eſt. D. ad l. Iul. de*
*adulter.* & ita in terminis docuerunt Burgos de Paz
*in leg. 3. Taur. 1. p. concl. 3. n. 431. & ſeq.* Menoch. *conſ.*
*1129. num. 54 & 55.* Gratian. *4. tom. cap. 623. n. 24. &*
*ſeq.* & ex noſtris ſequitur Gironda *de priuileg. n. 34.*
*& ſeq.*
123 In contraria opinione ſunt omnes ferè DD Hiſ-
pani, præcipuè Auendan. *1. part. de exequen. cap. 4.*
*num. 25. verſ. terminorum.* Burgos *in dict. leg. 3. Taur.*
*n. 386. & 387. & ſeq.* & refert Gironda *ſup. num. 26.*
Otero *de paſcuis c. 4. n. 32. & ſeq.* Gregorium ſequuti,
qui mouentur auctoritate legis expreſſæ, quæ eſt *l. 9.*
*tit. 28. part. 2.* illic, *ca todo ome quo fuere ya morador*
*pueda vſar de todas eſtas coſas que ſon comunales, à*
*todos. Mas los que fueſen moradores en otro lugar no*
*pueden vſar dellas contra la voluntad o defendimento de*
*losque mora ſen hi.* facit etiam *l. 1. tit. 3. lib. 7. Recop.*
ibi, *vecinos y moradores*, & quòd in re communi po-
tior eſt conditio prohibentis. *leg. Sabinus 28. D. com-*
*mun. diuid. l. per fundum 11. D. de ſeruit. ruſt. l. qui-*
*dam Hiberus 12. §. cum parientem. D. de ſeruit. vrban.*
cum aliis vulgatis Rurſus poteſt adduci *l. 8. tit. 27.*
*lib. 9.* ibi, *ſaluo ſi en tal lugar morare y tubiere vecindad*
*con caſa poblada la maior parte del anno.* cui con-
ſonat *l. cùm de lanionis 18. §. Sabinus 12. D. de fund.*
*inſtruct.*
Nihilominus tamen hæc fundamenta mihi non 124
ita grauia videntur, vt à ſupradicta ſententia diſce-
dere cogar. Nam *d. lex partitæ 9.* fefellit Auendanum
& Burgos, dum exiſtimarunt verbum *morar, & mora-*
*dores*, de ſola habitatione perſonali eſſe accipiendũ.
Cùm imò non ſolùm denotet actualem & perſona-
lem habitationem, ſed etiam domicilium contractũ,
vbi habet bonorum ſuorum maiorem partem, vt
probatur *in leg. 15. tit. 1. part. 7.* ibi, *Otro ſi decimos que*
*puede ſer acuſado el mal fechor delante del juzgador del*
*lugar do furiere el ſu morada o de aquel do tubieſe la*
*major parte de ſus bienes*, in quibus verbis æquipara-
tur habitationi conſtitutio bonorum maioris partis,
vt in ſpecie noſtræ legis.
*Secundò* facit *l. 32. verſ. la ſe tena, juncto verſ. ſe-* 125
*quenti tit. 2. part. 3.* ibi, *Si ubieſe ſido morador o vbieſe*
*en a quella tierra la major partida de ſus bienes*, & *l. 17.*
*tit. 2. lib. 7. ordin.* ibi, *donde fuere vecino o morador.* &
ratio eſt, quia non minus dicitur commorari in hoc
loco, quàm in alio, qui in duobus locis domici-
lium habet, cùm non ſit exigendum omne momen-
tum, *l. ſi quis 8. D. de condit. & dem.* † quod elegan- 126
ter expreſſit Celſus *in d. l. eius qui 27. § fin. ff. ad mu-*
*nicip.* illic. *Si quis inſtructus ſit duobus locis æquali-*
*ter, neque hîc, quàm illic minus frequenter commore-*
*tur. Ego dubito ſi vtrobique deſtinato ſit animo, an poſſit*
*quis duobus locis domicilium habere, & verum eſt habe-*
*re.* Cùm ergo habeat domicilium in duobus locis,
ergo verum eſt dicere iſtum duobus locis commo-
rari, quod nemo ſanus negabit, nam cùm non poſ-
ſit negari in eis locis verè domicilium habere, ita
etiam non poterit negari in duobus locis commo-
rari, quod potuit animaduertere Otero *d. cap. 4. nu-*
*mer. 32.* tradens non poſſe quem gaudere paſcuis,
niſi maiorem partem anni in eo loco habitauerit
ſine aliquo iuris fulcimento, vt *infrà* dicemus. Ne-
que enim rara habitatio intelligetur, vel momenta-
nea, vt ipſe Otero exiſtimat *n. 24. & 25.* ſi per modos
à iure permiſſos domicilium habeat.
Neque obſtabit difficilis verſus ille *d. l. 9. Mas* 127
*lo que fueſen moradores en otro lugar.* quia accipien-
dus eſt de his qui alibi vicini exiſtunt, & volunt al-
terius loci, in quo domicilium non habent, paſcuis
vti, quo caſu rectè dicetur non poſſe paſcuis vti, cõ-
tra voluntatem ibi habitantium, & ratio non eſt ob-
ſcura, quia ſine voluntate municipum, qui non eſt
vicinus municipij, ſed alterius, non gaudet paſcuis.
Non tamen lex partitæ negat eum, qui vel habitat,
vel domicilium habet, eſſe arcendum à paſcuis, qua-
ſi præciſè requirat habitationem.
Neque magis obſtat alterum argumentum de 128
ea iuris regula, quæ in re communi facit melio-
rem conditionem prohibentis. Nam reſpondeo
eam obtinere, quando in præiudicium iuris paſcen-
di communis, aliquid fieret quod in eius rei præ-
iudicium vergeret, mutando ſcilicet ſtatum rei,
per quem fieret paſcuorum vſus deterior, velut
ſi paſcua ad culturam redigerentur ita vt modus
paſcendi immutaretur, vites ſcilicet plantando,
aut oliuas, vt obſeruant Couar. *lib. 1. var. cap. 17.*
*num. 11. verſ. ſed & quoties & cap. 37. pp. num. 5. & 6.*
Auendan. *1. part. de exequend. cap. 4. num. 22. verſ.*
*& ſemel.* & nouiſſimus Ant. de Otero *de iure paſcen.*
*cap. 16. num. 1. & 2.* nec ædificiis impediendo depa-
ſtum, nec aliis locare ſine conſenſu alterius ſocij, vt

idem Otero docet *n.*14. *&* 15. At verò quando non infringitur ſtatus paſcuorum, neque præiudicatur principaliter, tunc prohibitio eſt nullius momenti. *l. per fundum* 11. *D. de ſeruit. ruſtic. l.*10.*ti.* 31.*part.* 3.& quæ circa eius interpretationem adducunt Dueñas *reg.*295. Gomez 2. *tom.var. cap.*10. *num.*16. & Ant. Fab. *lib.*19. *coniect. cap.*36. & eſt in propoſito elegans *l. fin. D.comm. prædior.* quam explicant & in optimis quæſtionibus expendunt, poſt Bar. *in l.vſusfructus D.de ſtip. ſeru.* Iaſ. *in l.huiuſmodi §.Stichum,in fin.& in l.ſerui electione num.*15. *D.de legat.*1.Mantua *ſing.*113. Greg. *in d.l.partita.* Molin. *de primog.lib.*3. *cap.*10. *num.*26. Conan. *lib.*4. *comm. cap* 9. *n.*14. *& l.* 9.*cap.*4. *num.*2. facit quoque *l.in re communi* 25. *D.de ſeruit. vrb.* † Vel quando nihil intereſt ſocij non fie-
129 ri talem rem, tunc prohibitio ſocij non eſt alicuius momenti, ex Accurſ. *in d.l. Sabinus, verſ conſtat* cui fauet *d.l.quidam Hiberus* 12. §.*fin.& l.fiſtulam* 18. *D.de ſeruit. vrban.* aliàs enim infringeretur libertas alterius ſocij, id eſt, alterius populi ſi hac ratione impediretur vicinos recipere, quod ſeruitutis quandam ſpeciem referret, *argumento l. Titio centum*, §. *Titio centum, D.de cond.& dem* iunctis quæ ad eius exornationem dixi *lib.*1.*obſeru.c.*6. cum interſit populorum ciuibus ampliari, *l.*1. *D. ſolut. matrim. l. cùm ratio* 7. *D. de bon. dam.* Quare cùm ex receptione alicuius in vicinum principaliter non præiudicetur iuri paſcendi, licèt in conſequentiam fiat ſcilicet aucto populo ex multitudine paſcentium, non debemus attendere, niſi quod principaliter agitur, & non quod in conſequentiam accidit, *l.*1. *D.de auctor. tutor. leg. ſi quis nec cauſam* 4. *D. ſi cert. pet.l.verum* 39. *D.de furtis*, cum adductis à Fachin. *lib* 8. *controuerſ. cap.*72. Ceuallos *quæſt.* 797. *num.*34. Ant.Fab. *de error. dec.* 99. *err.*2. Aluarez *de Axiomat. iur.lit. A.num.*153. *&*
130 *lit.C.num.*154.

Minus obſtat. *d. l.*8. *tit.*27. *lib.*9. *Recop. iuncta d. l.cùm de lanionis*, §.*Sabinus*, *D.de fundo inſtr.* Quibus probare intendit Otero *d. cap.*4. *num.*23. illum verè & proprie cenſeri habitare, qui maiori parte anni habitat. Nam falſum eſt id dicere (vt *ſuprà* probauimus, etſi eo argumento id quoque teneat Barboſ. *d.gloſ.*2. *num.*116. qui plures alios refert) cùm ſi quis maiori patre anni teneatur habitare, quomodò poteſt dici vnum eumdemque hominem poſſe duo-
131 bus locis domicilium habere ſimul & eodem tempore. † Neque in contrarium eſt *d.* §. *Sabinus* in quo nihil de vicinitate, nec de paſcuis agitur, ſed de eo legato relicto, *fundum, quæque ibi ſunt, lego*, vt eo intelligantur relictæ res quæ maiori parte anni in fundo erant, verba enim illa, *quæque ibi ſunt*, comprehendunt quæ maiori parte anni ibi fuerunt, quia illud tempus indicat ex voluntate teſtatoris ibi eas res repoſuiſſe, vt illic permanerent, *l.Seiæ.*20. §. *Pamphilæ D. de fundo inſtr.* quibus inſtructior eſſet fundus. Quare cùm de voluntate teſtatoris agatur qui voluit fundum inſtructum legare, ea legare videtur, quæ ſemper in fundo manent, non verò quæ temporis cauſa illic fuerunt, *l. quæſitum* 12.§. *Papinianus quoque* 17. *D.de fundo inſtr. iuncta l.qui ſaltum* 67. *de legat.*3. & inſtrumenti nomine continentur quæ agri gratia in fundo ſunt, *d.l. quæſitum* 12. §. *Alfenus* 2. §. *ſi aliqua* 8. *de fund. inſtr.* Quapropter *in d.* §. *Sabinus* ea propria fundi eſſe dicuntur ad hoc, vt legato contineantur quæ maiori parte anni in eo ſunt, nam ex eo colligitur eius fundi eſſe voluiſſe. Hoc tamen minimè adaptabitur noſtræ diſputationi. Nam vt quis ciuis ſit, & paſcuis vtatur, non eſt neceſſaria habitatio maioris partis anni, ſed ſufficiet quod modis à
132 iure introductis vicinus quis exiſtat.

Denique ad *d.l.*8. *tit.* 27. *libro* 9. *Recop.* Reſpondeo loqui in caſu ſpeciali, ſcilicet in redditaum regalium exactione, qui dicuntur *ſeruicio y montazgo*, & ſoluuntur Regi de pecudibus, qui ad depaſcendum ducuntur *à eſtremo* ratione ſecuritatis, quam præſtat Princeps, vt poſſint per vias & loca publica tranſire, *l.*11. *d tit.*27. & explicat Otero *cap.*34. *num* 2. *& ſeq.ſup.* Si ergo quis depaſcatur in hoc oppido, & vt tributum eludat, allegauerit ſe eſſe alterius loci vicinum, vt huic fraudi occurratur, ſtatuit dicta lex talem vicinitatem eſſe attendendam, vt in tali oppido moretur, qui ſe immunem eſſe dicit maiori anni parte, cum ſuâ familiâ, vxore & filiis quo excluditur aliud genus domicilij & incolatus contrahendi quoad hunc effectum.

Verùm hoc ad alios caſus non eſt extendendum, imò extra illum inſinuat lex ſufficere modos quibus 133
regulariter de iure contrahitur domicilium, vt ſic ſi ciuis ſit vtatur omnibus commodis eiuſdem oppidi. Quo etiam modo explicanda eſt *l.*12. *tit.*7. *lib.*7. *Recop.* quæ loquitur ſpecialiter in fundis qui deſeruiunt paſtui animalium ad culturam pertinentium, vt notauit idem Otero *d.cap.*4.*n.*25.

Denique finitima eſt his illa quæſtio, an Vicanei ſeu Comitatenſes, ſiue illi, qui in vico ciuitatis ha- 134
bitant, paſcuorum ciuitatis, cui ſubiacent, poſſint vtilitate gaudere; & ſine vlla dubitatione videtur procedere affirmatiua pars. Quia qui in vico naſcitur eam patriam habere videtur, cui vicus ille correſpondet, *l. qui ex vico* 30. *D.ad municipal. l.*2. *C. vbi ſenatores*, ibi, *ſiue in hac alma vrbe, ſiue in ſuburbanis*, *l.pupillus* 239. §. *incola*, *D.de verb ſignif.* ibi, *Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolæ ſunt, ſed etiam qui alicuius oppidi finibus*, & ita ſequuntur relati à Narbon. *ſupr. num.*86. *& ſeq.* & Ant. de Otero *ſup. c.*10. *toto, maximè ex num.*4. à quo multa huiuſce rei petere poteris. Neque huic reſolutioni obſtat *l.ſcire oportet* 35. *D. ad municip. iuncta l.*3. *h.t.* vbi totum contrarium decidi videtur. Nam eis ſatisfacit Narb. *vbi proximè n.*88. hunc articulum rectè pertractans.

## LEX VLTIMA.

*Impppp.* VALENTIN. THEODOS. *&* ARCAD. AAA. *Martiano Comiti Orientis.*

Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus. Sin autem minoris ordinis virum poſtea ſortitæ fuerint, priori dignitate priuatæ, poſterioris mariti ſequentur conditionem, & domicilium mutamus.

## SVMMARIVM.

1 *Concluſio huius legis proponitur, & adducuntur in eius confirmationem plura iura.*
2 *Laudatur D. Antonius Pichardus, & referuntur DD. qui noſtram legem explicant.*
3 *Per matrimonium efficiuntur ſocij diuini humanique iuris, & caſtigatur* lib. 4. C. de crim. exp hær.
4 *Ratio huius legis ſumpta ex indiuiduitate vitæ coniugum.*
5 *Maritus eſt vxoris caput.*
6 *Mulieres participant de honore, vel de decore maritorum.*

*maritorum, & eorum radiis coruſcant.*

7 *Mulier nupta Nobili quemadmodum ipſe torqueri non poteſt, ita nec ipſa.*

8 *Mulier illegitima cenſetur legitima nupta legitimo, & nupta militi eius priuilegiis gaudet*, & num 9.

10 *Mulier Clerici coniugati habet ea priuilegia quæ habet maritus.*

11 *Idem de vxore familiaris ſancti Officij*, & n.23.

12 *Quæſtio in Magno Conſilio agitata refertur, an mulier Equitis militaris ordinis in criminalibus ſit conuenienda apud Iudices mariti. Laudatur Dominus D. Chriſtophorus de Moſcoſo regij Conſilij fiſcalis.*

13 *Iudex ordinarius fundat de iure, & habitus militaris non eſt dignitas*, & num.14.

15 *An Equites ordinum militarium ſint verè religioſi?*

16 *Probatur latè mulierem in cauſis criminalibus ſequi forum viri.*

17 *Expenditur* l. penul. infr. de ſilentiariis, *& remiſſiuè oſtenditur quale fuerit officium ſilentiariorum.*

18 *Ex militari habitu oritur qualitas honorifica.*

19 *Priuilegium conceſſum marito ratione alicuius artis, aut officij, quantumuis perſonalis, competit etiam & vxori.*

20 L.ſemper, §. immunitati, D.de iure immunit.

21 *Explicatur* l. 1. C. de vxoribus militum, *& qua ratione poſſunt vxores militum gaudere priuilegiis eorum.*

22 *An vxor Clerici coniugati gaudeat foro clericali?*

23 *Quid de vxoribus familiarium ſanctæ Inquiſitionis?*

24 *Priuilegium quod habet mulier ratione mariti retinet in viduitate, inquiritur eius rei vera ratio*, & num.25.

26 *Vidua quæ caſtè vixerit, gaudet priuilegiis mariti.*

27 *Mulier nobilis quæ nubit viro plebeio, efficitur plebeia, niſi ſit Regina, aut Duciſſa, vel ſimilis, quia in his caſibus vel in iure expreſſit nobilitas vxoris, aut dignitas communicatur marito.*

1 MVLIER ex perſona mariti non ſolùm adquirit nobilitatem, & forum ſortitur, ſed ab eis honores ſumunt, & eorum conditione ita afficiuntur, vt ſi Nobiles ſint mariti, nobiles, ſi plebei, plebeiæ reputentur, etſi ipſæ aliàs Nobiles eſſent, & vno verbo dicam, eorum ſplendore clareſcunt, vilitate obſcurantur, priuilegiis omnibus gaudent, & legibus adſtringuntur. Hæc noſtra lex poſita quoque eſt *in tit.infr. de dignitat.* neſcióque quâ ratione Tribonianus eam in illo titulo iterum tranſcripſerit, etſi omnes DD. ſeſe in ea ratione adipiſcenda diſcrucient. Probant noſtram concluſionem plura iura *l.vnic. infr. de mulieribus & in quo loco, l. medicos 6. l. Grammaticos 11.infr.de Profeſſor. & Medic.l.fin.infr. de Comitibus conſiſtorian. l. filij 22.§. vidua. D ad municipal.leg.fin. Cod.de iniuriis, Nouell.22. ſeu Auth.de nuptiis, §. non tamen 36. Nouell 105. c.2. ſeu Auth. de Conſulibus §.ſi autem.* Conducunt *leg.3. l edicimus 7.infr de murilegul.leg.3.titul.21.l.3.tit.15. part.2.leg.7. tit.2. part.4. leg.6.tit.1. libro 4.ordinam. leg.9.tit.11.libro 2.Recopil.*ibi, *E otro ſi a las mugeres que fueren caſadas.*

2 Refert alia plura in huius rei confirmationem Præceptor noſter Ant. Pichard in elegantiſſima illa diſput. *de Nobilit.communic.num.1.& 17.* in qua non minus ſui acutiſſimi ingenij, quàm maturi iudicij mirum in modum exculti ſpecimen præbuit, quod non ſolùm agnouit Salmantica, verùm & hæc Valliſoletana curia, illa dum primarium Anteceſſorem hæc dum integerrimum Senatorem ſortita eſt Pichardum; is ergo multos adducit DD. de hac re agentes, præter quos & præter ordinarios in his locis Nouarium *hic, & in l.mulieres 13. infr. de dignit.* erunt euoluendi Bobadill. *lib.3.polit. cap.2. num.24.* Barboſa *in l.quia tale, num.26. D. ſolut. matr.* Gutierr. *conſi. 3. num.6.* Sanchez *de matrim. libro 7. diſp. 47.* Riccius *collect. 125.* Oſvval. *ad Donell. lib.13. cap.21. litt. E.& F.* Maſtrill. *de magiſt.libro 4.cap.13. ex n.10. & lib.3.cap.4.num.70.* Theſaur. *deciſ.123. numero 9.* Surd. *deciſ. 330. num. 16.* Molin. *de ritu nuptiar. lib. 1. cap.23. num.44.* Zanger *de exception.2. part. cap.1. à num. 56.* Carleual. *de iudic. & foro comp.libro 1. tit.1. diſp.2.quæſt.2.num.65.* Montealegr.*libro.1.prax.ciuil. cap.9. num. 291.* † Ratio huius conſtitutionis eſt, 3
quia cùm per matrimonium coniuges efficiantur ſocij diuini humaníque iuris, *leg.1. D. de ritu nupt. l.1.§.ſi vir.15. D.ad SC. Sillanian. leg.4. Cod. de crim. expil.hær.*ibi, *quæ ſocia rei humanæ atque diuinæ domus ſuſcipitur*, quæ verba explicarunt Corraſ. & Conſtan.relati à Pichard. *ſup. num.15.* & alij quos refero *lib.2. obſeru. cap.1. num.20.* & Cuiac. *in tit. Cod. de crim.expil.hær.& in tit. Cod. de nupt.* prædicta verba ſuſpecta rectè cenſens, & legendum exiſtimans *domum ſuſcipitur*, neſcio qua Grammatica ego faciliùs lego *domu*, vel domo.( † conſequens eſt vt de nobi- 4
litate mariti tanquam de ſocio participet vxor, *l. ex diuerſo 17.§.1.ff. ſol. matr.l.1. D. de act.rer.amot. l. non tantùm 20.in fin.l ſi rerum 52. D.de re iudic.* Ne indiuiduitatem illam matrimonialem, quæ duos in carne vna conſtituit, & vnum corpus ex duobus facit, Geneſ. *cap.1. cap debitum, de bigamis, cap. idonei 4. quæſt.3.* inæqualitas aliqua diuideret & perturbaret, iuxta ea quæ tradidi *lib.2.obſeru.cap.1.num.19 & ſeq.* vt enim rectè Columel. ait *lib.fin.de re ruſtic. in præfat.*ibi, *Nihil in domo coniugali apud priſcos diuiduum conſpici, nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium ſui iuris eſſe diceret, ſed in commune conſpiciebatur ab vtroque*, refert Coſtan. & relati ab Oſvval. *d.libro 1. cap.21.lit.H.* Solorz *de parricid. lib.2. cap.1.* & Ioan. Sauaro *ad Sidon. infr à* referendus. Confert quoque D. Chryſoſtom. *orat. 3. ad fin.* ibi, *Vxorem non lecti tantùm, & rea conſortem exiſtimat, verùm & conſilij & operum & totius vitæ cooperatricem.* † Et cùm maritus 5
ſit vxoris caput, *cap.eſt ordo, cap mulierem 33. quæſt.5. cap.duo pueri, de deſponſat. impub. leg.14. tit.9. part 1.* vbi Gregor facítque D. Paulli locus *ad Theſſalonic. cap.2. & Epheſ.5.* quemadmodum caput influit in cætera membra ita etiam oportet à marito tanquam à capite in ſua membra deriuari qualitates illas honorificas, vel viles, vt alias membra capiti ſuo conueniant, cùm contrarium eſſet abſurdum, vt ait Horat. *in Arte, in principio.*

*Humano capiti ceruicem, pictor equinam*
*Iungere ſi velit, dicas vt turpiter atrum*
*Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè*
*Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?*

Vnde fluxit vt participes ſint mulieres vel honoris, 6
vel dedecoris, & cuiuſcumque conditionis maritalis, *l.fœmina 8. D.de ſenator.l. cùm te 10. C. de nuptiis l.3. l.edicimus 7.infr.de murilegul.l.3. infr.de fabricen*, & vxor quantumuis ignobilis viro nobili nupta, gaudet omnibus immunitatibus & priuilegiis nobilitati conceſſis, adeò vt ſi Regi nubat, Regina nuncupabitur, vt ait *l.7.tit.2. part.4.l.6. tit.2.lib.4. ordinam.l.9.tit.11.lib 2.Recop.l.18. tit.14.lib.6. Recop.* explicant relati à Pichard. *ſup.n.43.* Barboſ.*in d.l. quia tale, n 22.& ſeq.* Maſtrill. *d.libro 4.cap.13. ex num.20.* Azeued.*in d.l.9.Recop.* quod procedit, etiamſi priuilegium eſſet perſonale, *l.fiſcus 6. in fin.de iure fiſci*, vt poſt Tiraq.obſeruat Surdus *deciſ.330.n.15.* & alij relati à Nouario *hic.* Quapropter mulier dicitur coru-

ſcare radiis mariti, Sidon *lib.* 5. *epiſt.*16. *ad vxorem*. ibi, *Noui enim probè, ne meo quidem te, quem ex lege participas ſic honore lætatam, quia licet ſis vxor bona, ſoror optima es*, item *& carm.*22. *verſ.*195.

*Hac Celſi quondam coniux veneranda Leonti.*
*Qua non vlla magis nurus, vnquam Pontia gaudet.*
*Illuſtris pro ſorte viri.*

Vnde deſcendit quòd cùm Nobilis torqueri non poſſit, *l.*2. *tit.*30. *part.*7. *l.*4. *&* 5. *tit.*2. *lib.*6. *Recop.*
7 cum adductis à Ciſuentes *in leg.*79. *Taur.* Azeued. *in dict. l.*4. *num.*34. & mulier eidem nupta, eadem gaudebit immunitate, vt notat Plat. *in dict. l. mulieres*, vbi Nouar. *num.*8. & alij congeſti à Pichard. *ſup. num.*44. *numeris ſeqq.* idem ad Palinodiæ pœnam, vulgo *des decirſe*, extendit. † Item etiamſi
8 mulier illegitima, & viro legitimo nubat, legitima cenſebitur, *l.*3. *in fin. Cod. de natural. lib.* Tiraquell. *de nobil. cap.*18. *numero* 2. Barboſ. *in d. l. quia tale numero* 22. & Pichard. *ſup.* poſt Plat. & alios *in dict. l. mulieres.* † Et mulier militis gaudet priuilegio militari, *l.*1. *Cod. de vxoribus milit.* Bellug. *in ſpec. Princ.*
9 *rub.* 10. §. *quia poſt. num.*20. Georg. Accac. *de priuileg. iur. ciuil. lib.*2. *cap.*4. *num.*15. Rouit. *ſuper pragmat.* 15. *de militibus numero* 20. *& prag.* 6. *num.*4. †
10 Et mulier clerici coniugati habet fori priuilegium in cauſis criminalibus, *leg.*2. *Cod. de Epiſc. & cler.* docent Panormit. Imol. & alij *in cap.*2. *de foro comp.* Bart. & relati à Rebuff. *hic nu.*2. vbi eius addit Tiraq. *poſt ll. connub. gloſ.*2. *num.*53. Carol. de Graſſis *de effect. cleric. effect.*1. *num.*155. Barboſ. *vbi ſup. in dict. l. quia tale num.*26. plures referunt alter Barboſa *de iure Eccleſiaſt. libro* 1. *cap.*39. *numero* 62. Nouar. *in dict. l. mulieres*, *num.*7. † Quin & familiaris ſancti
11 Officij vxor eodem gaudet priuilegio & foro, quo & maritus, Graſſis *ſup. numero* 156. Peramo *in defenſio. iuriſd. ſanct. Offic. cap.*3. licèt de conſuetudine aliud obtinere doceant Narbon. *in l.*20. *gloſ.*1. *n.*75. *tit.*1. *lib.*4. Rec. & Marius Cutellus *in patrocin. pro Regia iuriſd. Inquiſito. controuerſ.*9. *num.*107. *& ſeqq.*

Horum argumento in grauiſſima cauſa quæſitum eſt in regio Conſilio, an vxor Equitis militiæ
12 D. Iacobi deberet in cauſa criminali homicidij apud Ordinum Senatum accuſari, ſicut eius maritus, an apud iudicem ordinarium. In quo dubio ſcripſit doctiſſimam allegationem dum regij fiſcalis munere in ſupremo Concilio fungeretur, Dominus D. Chriſtophorus de Moſcoſo & Cordoua, noſtri Collegij Conchenſis fauſta proles, qui poſt Clementinarum Cathedram in Salmanticenſi Academia reportatam Fiſcalis & Senator Granatenſis prætorij electus poſt Pintiani, Indiarum Conſilij, mox Regij diſertiſſimus fiſci patronus deſignatur, vbi magna cum laude totius caueæ maiorum præmiorum dignus cenſetur. † Ergo in eo dubio videbatur dicendum contra-
13 rium, cùm iudex ordinarius fundet de jure communi contra omnes ſui territorij. Mar. Cutel. *ſup. controuerſ.*11. *num.*126. & ſic debet mulier probare qualitatem quæ à iuriſdictione ordinaria eam abſtrahit, *l.*2. §. *ſed ſi dubitetur*; *l. ſi quis ex aliena* 5. *D. de iudiciis*, docent relati à Narbon. *in l.*20. *gloſ.*19. *tot tit.* 1. *lib.*4. *Recopil.* Maſtrill. *deciſ.*156. *num.*6. Barboſa *in leg.*1. *de iudiciis*, *art.*1. *num.*150. & concludenter de ea qualitate docere debeat, *l. fin. D. de eo quod met. cauſ.* cum adductis à Valenzuel. *conſ.*57. *n.*8. D. Franc. del Caſtillo 2. *tom. deciſ.*156. alias in dubio præferenda eſt quæ pro ſe habet præſumptionem iuris. Farinac. *quæſt.*31. *n.*25. † Rurſus facit, quia habitus mi-
14 litaris, quem geſtat maritus, non eſt officium, nec dignitas, nec nobilitas, quia ad eum præſupponitur nobilitas taliter, quòd ſi Eques eam non haberet, habitus minimè eam daret, vnde non eſt quod tribuere poſſit vxori ſuæ Eques.

*Tertiò*, quia exemptiones conceſſæ militibus ordi- 15
num militarium, fundatur, vel quia ſunt verè Religioſi, iuxta communiorem ſententiam, de qua agunt Barboſ. *de poteſt. Epiſc.* [illegible] 12. [illegible] *fin. & de iure Eccleſiaſt. lib.*3. *cap.*7. *ex num.*23. Ceuall. *de cognit. per viam viol.* 2. *part. qu.*49. Maceraten. *lib.*1. *var. reſol. fin. caſ.*63. Gaſp. Pereyra *deciſ.* 58. Melch. Reynoſo *obſeru.*1. Narbon. *in leg.* 8. *gloſ. vnic. num.*14. *tit.*5. *lib.*1. *Recopil.* & noſtri Collegij doctiſſ. & Nobiliſſ. alumnus Regius Conſiliarius D. Ferdin. Pizarro *in Apologia pro Ordinibus militar. in hiſtoria Cari de Torres de tribus ordinibus n.*19. *& ſeq.* quem ſequitur aliis pluribus relatis, Diana *reſol. moral. t.*2. *reſol.*50. *&* 73. *part.* 1. *&* 3. *part. reſol.*30. Vel quia ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, vt tradunt Florez de Mena *lib.*1. *var. quæſt.*21. *num.*205. Garcia *de benefic.* 1. *p. cap.*4. *num.*13. *&* 21. Azor. *tom.*1. *moral. libro* 13. *cap.*3. *quæſ.*2. *&* 3. & alij iam laudati. At hæc qualitas vt ſint Religioſi, vel Eccleſiaſtici, non poteſt, adeſſe in mulieribus, cùm ſit qualitas merè perſonalis, & quæ non poteſt tranſire in mulieres, ergo cùm in eis ceſſet cauſa, effectus quoque debuit ceſſare, qui reſultat ex ea qualitate, ex vulgari axiomate quòd ceſſante cauſa, ceſſat effectus, & facit *l. ſemper* 5. §. *immunitati*, *D. de iure immunit.* Vnde oritur fideiuſſorem familiaris S. Officij non gaudere exceptione fori declinatoria reo competenti quia ea exceptio ſit merè perſonalis, vt cum aliis docet Guzman. *de euiction. quæſt.*10. *numero* 61. poſt Cened. *quæſt. can. quæſt.*12. *numero.*3. *& ſequ.* Quibus rationibus hanc partem tenuit. Thom. Sanchez *de matrim. lib.*7. *diſp.*47. *num.* 3. & Reynoſo *obſeruat.* 3. *num.*15. & conſentit Capiblanc. *de Baronibus cap.* 57. *num.*7. quibus adſtipulatur dominus Piſcalis.

Verùm his rationibus non obſtantibus, ſupradi- 16
cta ſententia verior mihi videtur, vt in cauſa criminali mulier ſequatur forum viri, quamtumvis ipſe habeat priuilegium, vel ius perſonale, quam in præſenti tenuit Rebuff. & videntur probare fundamenta iam adducta, & lex noſtra, cùm forum eis præſtet indiſtinctè, nulla habita excluſione priuilegij perſonalis, & non ſolùm mulierem nobilitet ex nobilitate mariti, ſed etiam & honore, vt probant ea verba *Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus*, in quibus non ſolùm præſtatur nobilitas mariti, ſed etiam honor & forum. At quis negabit habitum militarem, etſi non ſit dignitas, nec nobilitas, non eſſe honorem? Ergo rectè dicemus quòd etſi mulier non poſſit dici eſſe militaris ordinis, non eſſe denegandum honorem eiſdem, qui ex tali habitu oritur *l. fœminæ* 8. *D. de ſenatoribus* vbi fœminæ nuptæ Senatoribus id eſt, clariſſimis viris, clariſſimarum appellatione continentur. Senatoria autem dignitas non minus eſt extranea à fœminis, quam ordo militaris, *l.*2. *de regul. iur.* Item & priuilegium perſonale manumiſſoris, ne in ius vocaretur, communicatur eius vxori *l.*1. *Cod. de in ius vocan.* Accedit *Auth. de Conſulibus cap.*2. vbi vxor Conſulis, cuius officium erat perſonale, claritate tamen mariti fruitur. Rurſus *& l. ſi quis nauiculariorum* 12. *Cod. Th. de nauicular.* ibi, *Vt enim in litibus cauſiſque priuatis fora fœminas ſequi conuenit maritorum, ita in publicis originis debent ſeruare rationem.* † Confert eleganter *l. penul. infr. de* 17
*ſilentiariis*, in qua vxor ſilentiarij, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter conueniatur, id debere fieri apud iudicem ſui viri, ait Zeno his verbis, *Ne ad diuerſa tracti viri deuoti ſilentiarij iudicia, ſacris abſtrahi videantur obſequiis, iubemus eos qui quemlibet ſilentiariorum, vel eius vxorem ciuiliter, vel criminaliter pulſare maluerint, minimè eum ex cuiuſlibet*

bet alterius iudicio, niſi ex iudicio tantummodo magiſtri officiorum, conueniri. At ſilentiarij officium non poterat conuenire mulieres, cùm eſſet miniſterium palatinum, & excubias agebant in ſacro palatio, adſtantes ad limina eius, vt agnoſcunt, Cuiac. *in l. 1. infr. de ſilentiar.* & Buleng. *libro 3. de Imp. Rom. cap. 10.*

18 His etiam addes *l. eos 6. infr. de fabricenſibus*, vbi eademmet ſtatuuntur. † Vnde cùm ex militari habitu ſi non dignitas, ſaltem illa qualitas honorifica naſcatur, quæ ſplendeſcere facit talem equitem, cùm mulier radiis mariti coruſcare dicatur, conſequens eſt vt dicamus eo honore etiam affici mulierem, & ſortiri forum ex viro, etiamſi ſit perſonaliſſimum illud ius, quod eleganter confirmat Ammiani interpretatio ad *l. 7. Co. Th. de iuriſdict.* vbi ait, *Fœminas ſecundùm honorem, quem viri earum meruerunt, volumus appellari, vt ad cuius domum nupta tranſierit, eius proficiat dignitate, & pro negotiis ſuis in eodem foro, vbi eſt maritus, ſecuta reſpondeat.* Neque enim ad ſortiendum forum neceſſarium eſt, vt mulier capax ſit eius ordinis militaris, vt aſſerebat Thom. Sanchez, cùm ſufficiat vt capax ſit honoris quem habet maritus, à quo accipit omnia, quæ in conſequentiam illius honoris proueniunt, cùm leges quæ mulieri deferunt forum, indiſtinctè dicant honoribus maritorum erigi, & forum ex eorum perſona ſtatuendum, quaſi non aliud inſpiciatur, niſi perſona
19 mariti, iuxta quam forum regulatur. † Neque enim ignotum eſt in iure, priuilegium conceſſum marito ratione alicuius artis, officij, aut artificij, vel miniſterij, quantumuis perſonalis, pariter cenſeri communicatum vxori, *l. non tantum 20. D. de re iudic. Auth. de nuptiis, §. non tantùm permittimus 36 leg. 18. tit. 14. lib. 6. Recopil.* vbi vxor vtitur priuilegiis mariti, ergo cùm iuriſdictio Conſilij Ordinum comprehendat ex priuilegio maritum, comprehendet & vxorem, quæ vtitur eius priuilegiis, ex ratione *d. l. pen. de ſilentiar. & d. l. non tantùm*, obſeruant poſt Marian. Socin. *in rub. de foro comp.* Tiraquell. *poſt leg. connub. gloſ. 2. numero 53.* Azeued. *in l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopil. num. 3. & 4.* Pichard. *ſup. num. 43.* & alij relati à Barboſ. *in dict. l. quia tale 14. num. 22. & ſeq. D. ſol. mat.* & Did. Perez *in l. 1. tit. 3. lib. 1. Recop. verſ. vxor etiam Clerici*, qui tenet in vxore Doctoris, quæ homicidium commiſit, Salmanticæ practicatum fuiſſe, vt de eius cauſa Iudex Scholaſticus cognoſceret.

20 Neque obſtat *l. ſemper 5. §. immunitati, D. de iure immunit.* Nam priuilegia quæ nauiculariis dantur (de quibus agemus *in tit. infr. de nauicular.*) ipſis legibus præſcribitur, vt vxoribus non competant, & ſic cùm leges id exprimant, non poterunt eis vti, cùm expreſsè prohibeantur, vt docet Alber. *in l. 2. Cod. de Epiſc. & Cler.* & Barboſ. *ſup. num. 24.* ſecus autem eſſet, ſi à legibus non prohiberentur, quia
21 tunc ſtandum eſſet iuri communi. † Neque item contrariæ partis aſſertores quidquam contra nos moliuntur, exiſtimantes *d. l. 1. Cod. de vxor. milit.* procedere in illis vxoribus militum, quæ in militiam cum ſuis maritis proficiſcuntur, vt ratione peregrinationis, & quia quodammodo militare videantur, tale priuilegium habeant, quo excludentur cæteræ quæ domi remanent, etſi mariti militiæ operam dederint, vt obſeruat Barboſ. *in d. l. quia tale num. 26.* Reynoſo *obſeru. 3. num. 16.* Marius Cutell. *ſup. contron. 9. num. 108.* Nam reſpondendum eſt non aliter priuilegium concedi militibus, niſi in caſtris, præſidiis, vel in expeditione ſint, *l. 3. l. ſi cum 6. l. fin. C. de reſtit. milit. princ. Inſt. de militar. teſt. m.* ibi, *Videlicet cum in expeditionibus occupati ſunt, illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum neceſſitatem in aliis locis, vel ſuis ædibus degunt, minimè ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur*, notat *ibi* Pichard. & M. Mantua *de priuileg. milit. numer. 287.* Ronit. *d. pragm. 16. de militibus numero 34.* & alios referens Hermoſill. *ad Greg. in l. 49. tit. 5. pag. 5. gloſ. 2. numer. 5.* Quare vt eiſdemmet priuilegiis vterentur quoque mulieres, neceſſarium fuit vt cum maritis in expeditionibus eſſent, & non degerent in ſuis ædibus, nam & earum mariti ſi domi eſſent, minimè talibus priuilegiis gauderent. Cùm ergo neceſſe fuit, vt domo abeſſent, meritò eis ſuccurritur, ſicut ſuis maritis, ſiue ipſe cum eis militiæ, vel reipublicæ cauſa abeſſe contigerit. Ex quo tantum abeſt, vt probet contrariam ſententiam, quinimo noſtram adſtruit vehementer, cùm mulieres habeant eadem priuilegia, quæ mariti, tanquam ſi militarent, vel reipublicæ cauſa abeſſent, quod alieniſſimum eſt à ſexu fœminino, *l. 2. D. de regul. iur.* cum adductis à Marquez *lib. 1. del Gouer. cap. 30.*

Alterum fundamentum de vxore Clerici coniu- 22
gati in controuerſiam ſolent adducere contrarij, vt conſtat ex multis, quos referunt Thom. Sanch. *d. libro 7. diſp 47.* Koquier. *de iuriſdict. in exempt. 1. part. quæſt. 29. num. 6.* Barboſ. *de iure Eccleſiaſt. libro 1. cap. 39. num. 62.* & neſcio qua ratione moueantur, vt denegent tale priuilegium vxori Clerici ne conueniatur in foro Eccleſiaſtico, ſicut maritus à quo forum mutuatur. Nam dicere has exemptiones eſſe perſonales, & ſtrictè accipiendas non eſt in conſideratione, ex eis, quæ *ſuprà* attulimus, quibus ſatisfieri poterit omnibus conſiderationibus, quæ adducit Aug. Barboſ. *d. cap. 39. num. 62.* qui ab eis non ſe ſatis liberare poteſt.

*Vltimò* non eſt in conſideratione vxores familia- 23
rium ſanctæ Inquiſitionis non gaudere foro virorum, nam reſpondeo id procedere de conſuetudine, non verò de ſtricta iuris diſputatione, quâ attentâ contrarium erat dicendum, ex *ſuprà* relatis, & cùm etiam videamus vxores ita cum eis in ea qualitate coniungi, vt probare teneantur puritatem ſanguinis, quemadmodum mariti, ex quo ſatis cognoſcitur de iure eiſdem priuilegiis gaudere debuiſſe.

Illud ſanè animaduertendum erit, hoc priuile- 24
gium non ſtatim deperdi mortuo marito, ſed etiam & in viduitate mulieris durare in memoriam priſtini matrimonij, *l. filij 22. §. vidua, D. ad municip. l. ſordidorum 13. infr. de excuſat. muner.* congruit ratio *l. fin. C. de bon. mater.* docent Barboſ. *in d. l. quia tale, num. 25.* Otalora *de nobil. 4. part. princ. cap. 8. toto* Pichard. *ſup. num. 55.* Nouar. *hic, & in d. l. mulieres, num. 3.* Garcia *de nobil. gloſ. 1. §. 1. n. 44. & ſeq.* Azeued. *in l. 9. tit. 11. lib. 2. & in l. 1. tit. 17. lib. 3. Recop.* Borrell. *in ſum. deciſ. tit. de Cler. coniugat. num. 28.* quod etiam procedit vt priuilegium officialibus domus Regiæ conceſſum, licèt non extendatur ad filios in vxoribus, tamen eorum, ſi ſint viduæ, permanebunt, *l. 18. tit. 14. lib. 6. Recop. l. 2. titul. 20. libro 5. l. 25. tit. 11. libro 2. Recop.* † Cuius traditionis rationem 25
nullam congruentem reperiri poſſe Azeuedus exiſtimat *in d. l. 18. num. 7.* Sed non eſt inepta quam ſcripſit Barboſ. *in d. l. quia tale num. 29.* Quia vidua videtur perſeuerare in eodem matrimonio, *dict. l. fin. Cod. de bonis mat.* ibi, *ſiue in priori matrimonio permanere voluerit*, vel, vt ait Otalora *d. cap. 8. num. 2.* quem debebat allegare Pichard. *num. 58. ſup.* quod quando alicui ſemel adquiſitum fuit ius ex perſona alterius, etſi illa perſona deficiat, perpetuò durat, *l. 4. §. ſi quis eum, & l. ſi poſt mortem 10. §. fin. D. de contra tabul.* vnde vxores poſtquam ſemel adquiſierunt tale priuilegium ex perſona maritorum, etſi ipſi moriantur, ſi aliis non nupſerint, dum durat vi-

duitas, tali priuilegio funguntur. † Quæ omnia obſeruanda ſunt, ſi talis vidua honeſtè vixerit, aliàs enim non gaudebit mariti priuilegiis, *argumento l. bis ſolis 7. verſ. de cæteris. C. de reuocand. donat.* & expreſsè cauetur *in d. l. 9. tit. 11. lib. 2. & in d. l. 8. tit. 14. lib. 6. Recop.* Pichard. *ſup. num. 62.*

27 E contrario autem ſi nobilis mulier nubat plebeio, vir ab vxore nobilitatem non accipiet, immò ipſa nobilitatem perdit, niſi in caſibus à iure expreſſis, in quibus plebeij nubentes mulieribus exemptis gaudent, vt in deſcendentibus Antoniæ Garſiæ Taurinenſis ex *leg. 31. cum ſeq. tit. 18. libro 9. Recop.* & adductis ab Otalor. *ſup. 4. part. cap. 5. n. 19.* Pichard. *ſup. num. 47.* & Azeued. *conſ. 17.* Florez *lib. 2. var. quæſt. 21. num. 262.* Vel qui Reginam Ducissam, vel ſimiles duxerit, nam propter matrimonium eamdem dignitatem conſequentur, vt docent Tiraquell. *de nobil. cap. 39.* & Pichard. *ſuprà num. 47. & ſeq.* & quamuis iure communi vxor nobilis non recuperabat poſt diſſolutum matrimonium ſuam nobilitatem, vt Tiraquel. agnoſcit *vbi proximè num. 38.* id emendatum eſt ex *l. 6. tit. 2. lib. 4. ordinam. l. 9. tit. 11. lib. 2. Rec.* Pichar. *num. 59. & 60.* qui pro aliis quæſtionibus videndus erit, & Nouar. *in præſenti, & in d. l. mulieres.*

## TIT. XL.

## *De muneribus & honoribus non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis.*

### SVMMARIVM.

1 *Quid ſit honor, quid munus, & quomodo differat vnum ab alio?* & n. 2.

3 *Munera, aut ſunt patrimonialia, perſonalia aut mixta.*

4 *Horum quædam ſunt temporalia, quædam perpetua.*

5 *Intentum huius tituli, & quæ ſint interualla?*

1 QVid munus & honor ſignificet, non ſtatim diſcere poteris ab Auctoribus, petendum id erit à IC. Calliſtrato *in l. honor 14. D. de mun. & honor.* qui ait honorem eſſe adminiſtrationem Reipublicæ cum dignitatis titulo, *l. honores 7. D. de decurion. l. ad Rempublicam 8. D. de muneribus.* Munus verò eſſe nomen generale, quod comprehendit non ſolùm adminiſtrationem ſine dignitate, verùm & honorem. Quo in ſenſu diffinitur à Pomponio *in l. pupillus 239. §. munus, ff. de verb. ſig.* vt ſit priuati hominis officium, ex quo commodum ad ſingulos vniuersóſque ciues, rémque eorum Imperio Magiſtratus extraordinario peruenit (ita lege, non, vt in vulgatis, *extraordinarium.* cum Alciat. *ibi*, Cuiac. & Renard. *in l. fœminæ D. de reg. iur.*) Vnde honor non comprehendit munus, ſed munus comprehendit honorem, *l. ſi quis magiſtratum 9. D. de muner.*
2 † Honores ſunt Magiſtratus, Duumviratus, Decurionatus, *l. reſcripto 6. in princ. l. cum muneris 12. D. de muneribus* ibi, *Cum muneris publici vacatio datur, non remittitur ei ne Magiſtratus fiat, quia id ad honorem magis, quàm ad munera pertinet, l. à decurionatu 5. D. de vacat. mun.* Munus verò ſimpliciter ſumptum eſt eſſe Syndicus, defenſor ciuitatis, tabellio, quæſtor, œconomus, tutor, curator. *l. honorem 10. D. de muneribus*, cum adductis obſeruant Petr. Gregor. *lib. 18. ſyntag. cap. 12. ex num. 1.* Cuiac. *lib. 5. different. Modeſt. in d. l. 10.* Azeued. *in rub. tit. 14. lib. 6. Recop. num. 6. & ſeq.*

Ex his muneribus quædam ſunt patrimonialia, 3
quædam perſonalia, quædam mixta, *l. 1. §. patrimonialia, & §. patrimoniorum, l. munerum 18. D. de muneribus & hon. tit. infr. de muner. patrimon.* Patrimonialia ſunt quæ ſumptus deſiderant patrimonij, & damno adminiſtrantis expediuntur. Perſonalia quæ cùm labore corporis, & animi prouiſione ſine aliquo gerentis detrimento fiunt. Mixta quæ tam corporali miniſterio, quàm erogatione patrimonij expediuntur. Quorum munerum multa proponunt exempla *d. l. 1. d. l. munerum*, & explicant Rebuff. Plat. & alij *in rub. infr. de muner. patrimon. num. 2. & ſeq.* Idem Plat. *in rub. ſupr. de annon. & trib.* Bart. *in l. vnic. infr. de mulieribus & in l. vnic. infr. de vacat. publ. num...* Weſembec. *in tit. D. de muner.* Petr. Gregor. *d. libro 18. cap. 12.* Azeued. *in rub. d. tit. 14.* Decian. *reſp. 55. vol. 1.* Otalor. *de nobil. 1. part. cap. 2.* Pancirol. *lib. 3. var. cap. 30.* & Florez *lib. 2. var. quæſt. 1. §. 1. in principio.*

Et quamuis horum munerum quædam ſint per- 4
petua, quæ in perpetuum venduntur, vel conceduntur à Rege, vt ſunt Decurionatus, Tabellionatus, & ſimilia, *tit. 4. libro 7. Recopil.* Curia Piſan. cum Azeued. *libro 4. cap. 6.* hic non agitur niſi de his muneribus, aut honoribus, qui ſunt temporales, & anno, vel alio tempore finiuntur, vt ſunt Duumviratus, vulgo apud nos *Alcaldes* & Decuriones annales, œconomatus.
† Quæ officia qui 5
geſſerit, non poterit denuo eligi, vel vocari, niſi tranſactis interuallis. (*Interualla* vocantur tempora vacationum, vulgo dicimus *el gueco de los officios del concejo*) neque filius, vel pater debet ſuccedere, niſi tempora ſint tranſacta, vt fusè dicemus *in legibus ſequentibus.*

## LEX I.

*Impp.* SEVERVS & ANTONIN. AA. *Septimo Zenoni.*

Sicut honores & munera, cùm pater & filius Decuriones ſunt, in eadem domo continuari non oportet, ita vacationum conceſſa tempora non aliis prodeſſe poſſunt, quàm his, qui ad eoſdem, vel alios honores, eadémque, vel alia munera denuo vocantur. Pro infante verò filio, quem Decurionem eſſe voluiſti, quanquam fidem tuam in poſterum aſtrinxeris, tamen onera ſuſtinere non cogeris, cùm ad ea tantùm, quæ mandari poſſunt, voluntatem dediſſe videaris.

LEX

## LEX II.

*Imp.* GORDIAN. A. *Cyrillo.*

Ab honoribus ad honores eoſdem quinquennij datur vacatio, triennij verò ad alios. Legatione autem perfunctis, biennij vacatio conceſſa eſt.

## LEX III.

*Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Critiæ.*

Interualla temporum, quæ in vnius perſona locum habent, fratribus (licèt communia poſſideant bona) minimè prodeſſe frequenter conſtitutum eſt. Sanè his miſſis, qui nec dum functi muneribus ad hæc idonei conſtituti vocari debent, vos ſi ad obſequium ciuilium munerum repererit paruiſſe, ne interim interpellemini, Præſes prouinciæ prouidebit.

### SVMMARIVM.

1 *Honores non ſunt continuandi in vna domo, vel perſona*, & n.2.

3 *Latè diſſeritur de ratione, ob quam iteratio officiorum non eſt in Republica permittenda ſine internallis*, & n.4.

5 *Apud Romanos data eſt vacatio honorum.*

6 *Expenditur* l. libertus 17. §. præſcriptio, D. ad municipal.

7 *Nauiculariis & mercatoribus quinquennij vacatio conceſſa.*

8 *Iteratio officiorum fieri poterit, vel ex neceſſitate, aut voluntate, & quomodo fiat ex voluntate*, & n.9.

10 *Sacerdotes prouinciæ Syriarcha, Alytarcha qui fuerint?* & n.11.

12 *Officium poteſt continuari in eadem perſona, quando non eſt copia vicinorum, ſi magna eſſet officij tenuitas*, & n.17.

13 *Refertur ſtatutum Magni Collegij Conchenſis Salmanticenſis Academiæ.*

14 *Quid dicendum de oppidis vbi officia diuiduntur inter Nobiles & plebeios?* & n.15. & 16.

18 *Propter magnam induſtriam & probitatem Officialis poterit repeti officium.*

19 *Adducitur aliud ſtatutum Collegij Conchenſis.*

20 *Etiam ſi magna ſit hominum penuria, non poterunt eligi impuberes.*

21 *An Decuriones populorum poſſint iterum eligere officiales, qui eo anno finierunt.*

22 *An in reelectione Duumviratus ſanctæ fraternitatis neceſſariò debeat fieri, nullo reluctante ad* l. 1. in fin. tit. 13. lib. 8. Recop. *vel an ſufficiat maior pars eligentium, reiicitur opinio Azeuedi, & explicantur aliquæ leges Regni*, & n.23. & 24.

25 *De munere publico, vtilitate & auctoritate remiſſiuè.*

26 *Frater an propter fratrem habeat vacationem munerum, quia multi propter alios habent quod ex ſua perſona habere nequeunt*, & n.27.

28 *An immunitas duodecim liberorum cauſa competens* in l. ſi quis decurio 24. ſup. de decurionibus *competat etiam fratri, qui cum fratre eos liberos habente viuit.*

29 *Spurius an propter ſocium fiat capax*, & n.30.

31 *De Legatis qui de ciuitatibus mittuntur ad curiam Regis, vel Cancellerias*, & n.32. & 33.

34 L. 21. tit. 3. lib. 7. Recop. *expenditur & exornatur, & quomodo Decuriones, qui cum legatione mittuntur ad Curiam Regis, eligendi ſunt.*

35 *Quomodo poſſint vindicare ſalarium tales Legati, etiam in foro conſcientiæ?* & n.36.

37 *Ad legationem, vel ambaſiatam, vt loquuntur practici, an Decurio compelli poſſit.*

38 *Quid ſit* legatiuum, & Viaticum?

39 *Vocatio biennij datur legatione functis.*

40 *Quare in hac vacatione propter legationem, vel ambaſiatam minus tempus ſufficiat, & de transmarina legatione*, & n.41.

42 *Explicatur* l. 1. h. t. in §. pro [illegible], an pater *teneatur pro filio minore ſeptennio qui Decurio creatus eſt?*

43 *Pupilli olim ſolebant creari Decuriones, & quomodo hoc fieret.*

44 *Proponitur explicatio* l. penul. § 1. D. de decurionib. *refertur explicatio Cuiacij & Gothofredi.* & n.45.

46 *Difficultas* d. l. pen. §. 1. *commendatur, & variis argumentis probatur emendatione [illegible]gere illius litteram*, & n.47. & 48.

AD honoris continuationem denuò 1
vocari, vel compelli nemo debet finito munere, vt his legibus cauetur, & *l. honor* 14. §. *gerendorum. D. de muneribus l. Diuus D. ad municip. l legato* 12. *D. de vacat. muner. l filio* 6. *D. de legationibus l. nemo* 5. *cum ſequent. Cod. de adſeſſoribus l. vnic. Cod. ad legem Iul. de ambit. l. neminem* 4. *infrà de ſusceptoribus l. nulli* 10. *infrà de numerariis. l. locatio* 9. §. *reliquatores. Digeſt. de public.* notant Cuiac. *libro* 1. *quæſt. Paull. in dict. leg. Diuus* Tiraq. *infrà refer.* & plures adducens Maſtrill. *lib.* 1. *de magiſt. cap* 23. *toto.*
Gratian. 1. *tom. diſcept. cap.* 184. *toto.* † Nec etiam 2
filius eius, qui honore functus eſt, nec è contra, continuare poterit honorem, nam in vna domo hæc continuatio honorum fieri non oportet, cùm pater & filias vna perſona reputentur, *l. fin. Codice de impuber. lege cùm ſcimus* 22. *infrà de agricol. & cenſ.* & vna vox, §. *ei verò, l. de inutilibus* notat Pichard. *in* §. 3. *eod.* Donell. *in leg. ſtipulatio iſta* 49. §. *alteri num.* 26. *D. de verbor. obl.* Cuiac. *in l quod dicitur* 130. *D. eod. ſub lib.* 15, *quæſt. Paull.* idem Pichard. *in princ. Inſt. de hæred. quæ ab inteſtat.* §. 2. *de ſucceſſion. patrui & nepot. num.* 10. & 11. Tiraquell. *in l ſi vmquam, in præfat. num.* 23. Paſcal. *de viribus patriæ pot. in procem.* & ita ſi pater duumviratu functus ſit, ſequenti anno filius non eligetur, nec è contra pater finito anno filij. Quod accipiendum eſt de filio in poteſtate, vt rectè poſt Acc. *hìc verb. continuari*, aduertunt Plat. *n.* 1. & Cuiac. idque indicat *h. l.* 1. ibi, *in eadem domo.* Domum dicimus plures perſonas vnius patrisfamilias poteſtati ſubiectas. *l. pronuntiatio* 194. §. *familiæ, verſ. pater autem. D. de verſ. ſig.* §. *ſui. Inſt. de hæred. qual.* ibi, *Quia domeſtici hæredes ſunt*, & ita expreſsè probant *l* 1. & 3. *infr. de filiisfamil.* congruúntque notata à Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in præfat. num.* 22. & Gothofr. *in l.* 4. §. *fin. de excuſat. tut.* clanculum ſubripiente verba Cuiacij *in l.* 2. *verſ. nunc tranſeamus D. de excuſat. tut.*

3 Ratio verò quare prohibita ſit huiuſmodi itera-
tio, ſeu repetitio honorum , ea eſt , quia ambitionis
vitio laborant qui honores ita ambit , vt nunquam
à ſe velit abeſſe,nec alios ad eos aſcendere velit,nam
teſte D.Ambroſio *lib.4.in Lucam*, ad illud. *Et edu-*
*xit illum Diabolus. Hoc ipſo pernicioſior eſt ambitio,*
*quòd blanda quædam eſt conſiliatricula dignitatum, &*
*ſæpe quos vitia nulla deflectunt,quos nulla potuit mouere*
*luxuria,nulla auaritia ſubruere,facit ambitio crimino ſos.*
& concupiſcentia ſcilicet ( vt ait Tertullian. *de ha-*
*bit. mulieb.ad fin.* ) apud animum ambiente naſcitur
ad gloriæ votum. Nam ſunt plures . qui illo ardore
dominandi & potentiæ cupidine inflammati omne
ſtudium ſuum ad honores capeſſendos contulerunt,
vt ait Lactant. *lib.8. in princ.* cùm ea cupido cun-
ctis effectibus flagrantior ſit , ex Tacito *lib.15. ann.*
4 † Et grauiter vexarentur ciues,ſi perpetuo magiſtra-
tus in vno continuaretur , vt eleganter dicitur *in*
*l.neminem infr. de ſuſceptorib.* ibi , *Neque eos qui pla-*
*cuerint , grauare iuſti eſt , neque eos qui diſplicuerint,*
*tenere prudentis eſt. Integro igitur ſinguli anniuer-*
*ſario anno tranſcurſo cogantur exponere quibus titu-*
*lis ſuſcepta diſperſerint , vt faciliùs ſi quis in furto fue-*
*rit deprehenſus , queat redintegrare iacturam , non*
*perpetui autem exactores teneantur in continuata ve-*
*xandorum prouincialium poteſtate , velut concuſſionum*
*dominatione , ſed per annos ſingulos indiciara ſeduli-*
*tate mutentur.* Mutari itaque debent ne veluti in
tyrannidem exiret, auctáque firmatáque diuturni-
tate temporis poteſtas , quo publica libertas minue-
retur. Tum etiam , quia iniuria afficerentur cæte-
ri ciues,ſi vnus tantùm ad regimen ſufficiens vide-
retur in tota ciuitate , & iniuſtum quoque eſſet, vt
præmia & honores perpetuò in vno durarent , nam
ad virtutem minimè accenderentur , ſi præmia talia
deeſſent , cùm marceſcat virtus honoribus ſublatis
& præmiis. Quis enim virtutem amplectitur ipſam,
præmia ſi tollas ? & diutina poteſtate vnus inſoleſ-
ceret,vt ait Caſſiodorus, & multorum profectus de-
perirent, conferunt quæ tradit Maſtrill *lib.1.de ma-*
*giſtr.cap.23.ex num.4. cum ſeq.*Gratian.*d.cap.*184. *nu-*
*mer.1.& ſeq.* Paſcalis *de virib.patr.pot. 4 part.cap.*10.
*num.2.& ſeq.*& grauiter animaduertit *l.4.tit 5. lib.3.*
*Recop.* incommoda quæ ex continuatione officiorum
5 reſultant. † Idque apud Rom. obtinuiſſe tradit Liu.
*lib.7.in fin. & lib.*10. vt eundem magiſtratum intra
decem annos capere non liceret , in quo moderatio
Fabij Maximi commendatur à Valerio *lib. 4. cap.1.*
qui cùm à ſe quinquies , & à patre,auo proauo ma-
ioribúſque ſuis ſæpiùs Conſulatum geſtum animad-
uerteret in comitiis , quibus filius ſuus ſummo con-
ſenſu creabatur , quàm potuit conſtanter cum po-
pulo egit , vt aliquando vacationem huius honoris
Fabiæ genti daret, ne maximum imperium in vna
familia continuaretur. Eaſdem leges apud Thurios
& Lacedæmonios viguiſſe, quoad iſta munerum in-
terualla , ex Ariſtot. & aliis obſeruat Tiraq. *in d.l.ſi*
*vnquam , in præfat. num.* 24. & Gratian. *d.cap.* 184.
*n.9.* poſt Marcell. Donat. *in elucidat. ad Lamprid. in*
*Alex.* ad illud, *leges in annos firmauit*, *tom.6. Theſaur.*
*crit. pag.* 985. & hoc lege Genutia introductum fir-
mant Ant. Auguſt. *de legib in lege Genutia* , & Roſin.
*lib.8.antiq.c.5. verſ. Genutia lex* & item ex Dione co-
gnoſcimus *lib.*53. lege Auguſti cautum , vt à Magi-
ſtratu vrbano ad prouincialem quinquennij inter-
uallum interponeretur.

6 Quare iure optimo *in h.l.2.*data eſt vacatio quin-
quennij, ſi ab honore ad eundem honorem quis vel-
let aſcendere,qui illo perfunctus ſit; ſi verò ad alios,
triennium ſpectare debet. Quò reſpexit Papin. *in*
*l.libertus 17.§.præſcriptio,D.ad municip.* qui ait, *Præ-*
*ſcriptionem temporum quæ in honoribus repetendis , vel*
*aliis ſuſcipiendis data eſt,apud eoſdem ſeruari,non apud*
*alios.* Præſcriptionem appellans , quinquennium,
quod præſcriptum eſt in repetendo eodem honore,
apud alios ſeruari, inquit , id eſt,ſi in ea ciuitate, in
qua geſſit,vellet repetere,non verò ſi in alia.Nam ſi
duarum ciuitatum ciuis eſſem , in vnáque geſſero
honores hoc anno , in alia eundem honorem mihi
delatum gerere non prohibeor,vt rectè notauit Ac-
cur. *ibi,verb.apud.eoſdem, in 2. explic.* quam ſequitur
Cuiac. *ibi lib.1. Reſp. Papin.* & ſublatenter docuerat
idem Conſultus *in d.§.præſcripoio,*dum ſtatim adiicit,
*ſed eodem tempore non ſunt honores in duabus ciuitati-*
*bus gerendi.* Quaſi dicat quod etſi in diuerſis ciuita-
tibus non excludor per quinquennium ab honore,
non tamen hic honor eodem tempore geri poterit
in duobus locis. † Eadem quinquennij vacatio con 7
ceſſa eſt *in l.nauiculariis 5. D.de munerib.* mercatori-
bus, oleariis & nauiculariis , qui totam ſubſtantiam
in ea negotiatione contulerunt , excipiuntur tamen
Decuriones , quia etſi decurionatus honor ſit , non
tamen ab aliis præſtat vacationem. *l.à decurionatu 5.*
*D. de vacat.muner.* docet Accurſ. *hîc gloſ.1.* quia ex-
pedit reipublicæ,ne illi excuſentur,iuxta ea quæ di-
ximus *in rub.ſup.de decurion.*

Verùm iteratio officiorum rectè fieri poterit du- 8
plici ex cauſa,aut ex voluntate , aut neceſſitate. Ex
voluntate ſcilicet electi , quia ea præſcriptio quin-
quennij propter inuitos data eſt , ne ſcilicet intra ea
tempora honores eoſdem,vel alios , vel munera pu-
blica eadem , vel alia obire cogantur inuiti. Volen-
tes verò ſua ſponte poſſe non vti ea præſcriptione
temporum,cùm ea ſit conceſſa ob ſuum fauorem , vt
diſertè docet Paull. *in d.l.Diuus* 18. *D.ad munic.* in-
quiens *Diuum Seuerum reſcripſiſſe interualla tempo-*
*rum in continuandis honoribus inuitis , non etiam volen-*
*tibus conceſſa, dummodo non continuent eundem honorẽ.*
quia tunc neceſſarium eſt , vt aliquod interuallum
interueniat, ( vnde ſemper ſuſpectam habui vocem
*oneribus* , quæ in Florentinis ſcripta eſt,cùm rectiùs
ſcribatur *honoribus in d.l. Diuus*,licèt Cuiacius vtram-
que lectionem ſuſtineri poſſe autumet.)† Idem quo- 9
que probatur *in l.ſponte 17. D. de muner. & hon.* vbi
ſponte honorem repetit,qui antea geſſerat, quod ita
accipias, iuxta doctrinam *l. honor. 14. §.munus , ff. de*
*munerib.& l.filio 6.D.de legationibus*, ſi talis admini-
ſtratio eſt cum ſumptu,quia tunc continuare volens
non repelletur : ſi autem ſit ſine ſumptu, non poſſe,
etiam ſi velit,quia incideret in legem Iuliam ambi-
tus,docent Accurſ. *hîc gloſſ.*1.& Plat. *num.*1. Paſcal.
*de virib.patr. pot.4.p.c.10.n.2.* † & ideò non ſine ra- 10
tione IC. *in d.l.ſponte* , poſuit exemplum in ſacerdo-
tio prouinciæ,quod iterare non prohibetur,nam hu-
iuſmodi Sacerdotes ſemper erogabant in ludis eden-
dis in honorem Deorum,& impenſa hæc ad eorum
curam ſpectabat , *l.qui ad ſacerdotium 75. l.Africani*
*145.l.exceptis 176.C.Th.de decurionib.* Tertullian. *de*
*ſpectacul.c.11.n.111.*Symmach.*lib.4.ep.62. & lib.10.*
*ep.54.*qui dicebantur Syriarcha, Alytarcha, Lyciar-
cha,id eſt,Sacerdotes Syriæ, Aſiæ, Lyciæ,*l.1.C.Th.de*
*de prædiis ſenator. l.fin.C.Th.de expenſ.lud. l vnic.C.de*
*offic. comit. Orien.* ibi , *Titulos qui Alytarchæ & Sy-*
*riarchæ muneribus in prima Syria deputati ſunt , per*
*officia flagitari præcipimus. Alytarchiæ quidem ludi*
*cura viri ſpectabilis comitis Orientis , Syriarchia verò*
*ſollicitudine moderantis prouinciam exerceantur , nul-*
*lique penitus curialium , nec ſi voluerunt idem mu-*
*nus , vel honorem ſubeundi licentia permittatur.*† quam 11
legem eleganter explicauit doctiſſimus Cuiac. *lib.2.*
*obſeruat. cap.13. & in l.6. de excuſ. tutor.* de his Sa-
cerdotibus vide quæ obſeruant quoque Pancirol.
*in not. vtriuſque Imp. Orien. cap.* 105. *& lib.2. var.*
*cap.258, in fin.* Petr. Faber *lib.3. ſemeſt. cap.1. ad fin.*
pag. 7.

*pag* 17. Gothofred. *in l. in honoribus* 8. *de vacat. mu-*
*ner.* Iuret *in not. ad Symmach. d. epiſt.* 62. Buleng.
*lib.* 9. *de Imp. Rom. cap.* 69. Pamel. & Cerda *ad Ter-*
*tull. d. loco*, ex quo venit explicanda *l. nec protoſta-*
*ſia* 8. *infr. de muner. patrimon.* vbi ſacerdotium voca-
tur munus patrimoniale, quia cum erogatione &
ſumptu conſiſtebat.

12 Ex neceſſitate quoque poteſt continuari officium
in eadem perſona, quando idonei non reperiuntur
ad officia exercenda, *l.* 2. *in fin. infr. qui ætate*, *l. vt*
*gradatim* 11. §. *quoties l. honor* 14. §. *fin. D. de mune-*
*rib.* notant ordinarij in dictis iuribus Bar. Plat. &
Cuiac. *hîc*, & Gratian. *d. cap.* 184. *num.* 44. *&* 49.
quemadmodum admittuntur etiam qui aliàs ſunt
inhabiles, *l. eos* 12. *in fin. ſup. de decurion. l.* 3. *infrà*
*quemadmodum ciuil. muner.* ibi, *Si aliorum ciuium*
*copia eſt, leg.* 1. *C. qui & aduerſus quos in integ. reſtit. l.* 1.
§. *libertinis*, *ff. de excuſ. tutor.* dicam *in l. vn. infr. de*
13 *infamib. num.* 78. † Sic etiam & in noſtro Colle-
gio Conchenſi *tom.* 6. *conſtit. cap.* 29. ſi ad Rectoris
electionem non reperiantur habiles, quia fortè
tres eligendi non compleuerunt tempus, quo ma-
nere debent in Collegio à tempore ingreſſus, vel
ſi anno præterito fuerunt Conſiliarij, tunc ex toto
numero inhabilium eliguntur ad ſortes, & ita meo
tempore ſecundùm eam conſtitutionem iudicauit.
Magnum Conſilium in quadam lite, quæ ſuper
præſentatis ad ſortem electionis admittendis agita-
ta eſt.

14 Vnde inductum eſt apud nos quod in his oppidis,
vbi officia diuiduntur inter nobiles & plebeios
(quod vulgò dicitur *donde aymitad de officios*) ſi non
ſit numerus competens Nobilium, vt inter eos
interualla temporum cuſtodiri poſſint, iidem offi-
ciales qui ſua officia finierunt, ſolent iterum eligi,
non cuſtodito interuallo temporis, hoc eſt, *el gueco.*
Ad quod ſolent concedi diplomata regia, vt referunt
Garcia *de nobilit. gloſ.* 35. *num.* 67. & Toletan *hîc nu-*
*mero* 11. *& ſeq.* Moreno de Vargas *de nobilit. diſcurſ.*
15 10. *num.* 4. *& ſeq.* † Quod ego non ita tumultuariè
admittendum eſſe ſemper in Cancellaria opinatus
ſum, quando vnus, aut duo ſunt Nobiles, aut hi-
dalgui, vt frequenter accidit, imo ſolent eſſe pater
tantùm & filius, in aliquibus oppidulis, eo itaque
caſu arbitror inter ipſos non eſſe continuanda offi-
cia, nam ſi propter inopiam ciuium nobilium eis
eſſent danda, maxima oriri ſolent inconuenientia
ex diuturnitate continuationis officiorum, vt *ſupra*
animaduertimus, & plerumque huiuſmodi homines
fiunt inſolentiores, cùm ſemper Magiſtratum ge-
rant, & in eorum familia perſiſtat, & cum nobili-
tate cæteros oppidanos antiſtent, ſuperbè & cum
fauſtu procedunt, eóſque vilipendunt, vnde rixæ
& lites plerumque naſcuntur cum magno oppido-
rum incommodo.

Supradicta tamen iura in diuerſo caſu loquuntur,
ſcilicet quando non adeſt ciuium copia, & cùm
omnes ſunt plebeij. At in hoc caſu de quo loqui-
mur, vt grauiſſima incommoda euitentur, con-
gruum ſemper exiſtimaui in pluribus ſimilibus con-
trouerſiis, vt annus inter officia & officia interpo-
natur, ſiue in vna, vel duabus perſonis, & ſe-
queſtretur officium, donec interuallum anni elaba-
tur, cùm hæc munera debeant eſſe annalia, *ex dd.*
16 *iuribus*, & Paſcal. *d. cap.* 4. *num.* 9. † Idem dice-
rem ſi très eſſent vel quatuor hidalgui, & omnes
eiuſdem familiæ, nam tunc neceſſaria erit ſeque-
ſtratio. Hoc tamen de eis officiis accipio quæ ſunt
iuriſdictionalia, non de decurionatibus, & ſimilibus,
nam in eorum continuatione non vigent ea incon-
uenientia, quæ conſiderauimus, iuxta notata ab
Accur. *in h. l.* 2. *gl.* 2. & Plat. *ibi*, Maſtrill. *lib.* 1. *de*
*Magiſtr. cap.* 23. *n.* 78. Gratian. *d. cap.* 184. *n.* 38. vel ſi
oppidum exiguum eſſet, & tenue, iuxta gloſ. *in l.*
*vnic. C. ad l. Iul. de ambit.* & Gratian. *numero* 42.
Maſtrill. *d. cap.* 23. *num.* 79. *&* 80. † Vel ſi magna 17
eſſet officij tenuitas, vt *ſuprà* dicta non deberent
attendi, ex traditis à Natta *conſ.* 58. *num.* 4. *lib.* 1. in
quam rem adduci poteſt *lex* 1. §. *ſi libertinis. ff. de ex-*
*cuſat. tut.* vbi tutores ingenui non niſi ingenuis pu-
pillis dantur, & libertini nonniſi libertinis, vt ex-
plicat Ant. Fab. *in Iuriſp. tit.* 24. *princ.* 1. *illat.* 5. At
propter penuriam libertinorum poſſunt dari inge-
nui, cuius legis argumento ita tenet Gothofr. *in d.*
§. *libertinis.*

Idem dicendum erit in Officiali probatiſſimo ma- 18
gnæ ſcientiæ, prudentiæ, aut iudicij, aut cuius in-
duſtria populo eſſet maximè neceſſaria, aut qui de
Republica benemeritus eſſet, *leg. liceat* 12. *Cod. de*
*Aſſeſſorib.* vbi quamuis *in l. nemo* 5. *eiuſdem tit.* pro-
hibeatur ne quis idem officium repetat. *in d. leg.* 12.
propter induſtriam & probitatem admittuntur,
*leg.* 4. *infr. de princip. agent. in rebus* ibi, *Ex agenti-*
*bus in rebus Principibus domeſticos ſuis actibus habere*
*liceat eos, quorum fidem induſtriámque probatam ſibi*
*exiſtimant, & ſi ſæpe eodem officio fuerint antè perfun-*
*cti*, facit quoque *Nou.* 15. *de defenſ. ciuit. ad fin.*
Nam ob eam rationem recedi à iuris regulis non eſt
inſolens, *l. ad beſtias* 31. *ff. de pœnis*, docet Marius
Muta *in conſuet. Panor. cap.* 68. *n.* 10. & conferunt tra-
dita à Garcia *d. cap.* 184. *n.* 28. *&* 31. *cum ſeq.* Quò ſpe-
ctat eleganter Caſſiodor *lib.* 1 *epiſt.* 13. ibi, *Habetis*
*euidens noſtrum in hac parte iudicium, vt poſt illius api-*
*cis culmen ad alteram conſcenderet dignitatem, nec paſſi*
*ſumus otioſum quem meritò non ſinebant eſſe priuatum,*
*ſereni Solis conſuetudinis æſtimandus, qui licet ſuſceptum*
*diem peragat, alterum tamen eadem gratia claritas il-*
*luminat. Hunc ergo P. C. tot meritis abſolutè relucen-*
*tem fauor veſter excipiat, debetis enim bene gerentibus,*
*vt eos laudis veſtra comitetur aſſenſus.* † Id quoque 19
& in noſtro Collegio Conchenſi admiſſum eſt *to.* 2.
*conſtit. cap.* 4. vbi cùm prohibeatur reeligi Rector
infra biennium, adiicitur. *Si tamen tanta ſit perſo-*
*næ probitas quòd à duabus partibus collegarum fuerit*
*approbatus, reeligi valeat ſecundo anno, & adhuc ter-*
*tio, ſed vltra tertium Rectoria non prorogetur.* Quod
quàm iuri conueniat, quilibet animaduertet, li-
cèt nunquam eam permiſſionem in praxi receptam
viderim toto decennio quod ibi conſumpſi, & hoc
nullam ob aliam cauſam, niſi quia omnes collegæ,
cùm ita feriò & magna circumſpectione & maturi-
tate eligantur ſufficientes, & probi omnes iudican-
tur, & cùm talis reelectio ab Collegiorum Ma-
iorum Salmanticenſium conſuetudine aliena ſit,
ita vt monſtrum videretur Rector continuatus,
non credo in praxi hodie admitti poſſe eam con-
ſtitutionem, propter ſcandalum quod inde prouo-
niet.

Hæc autem quæ de neceſſitate diximus *ſuprà*, non 20
habet locum in impuberibus. Nam quamuis ne-
ceſſitas & penuria hominum cogat, non tamen ad
honores illi debebunt admitti, *leg.* 2. §. *fin. D. de iure*
*immunit. leg. ad Rempublicam* 8. *D. de muneribus le-*
*ge* 2. *infr. qui ætate.* Ratio eſt *in leg. non tantum* 11.
*D. de decurion.* quia cùm ſint inhabiles & intelle-
ctu careant, Rempublicam tueri non poſſunt, do-
cet latè Rod. Suarez *allegat.* 12. *ex num.* 1. & *infrà*
dicemus.

Alia quoque inſpectio his affinis eſt, an Decu- 21
riones populorum poſſint iterum eligere eoſdem
officiales, qui eo anno finierunt. Hoc dubium
diremiſſe videtur Iuſtin. *dict. Nouell.* 15. *de defenſor.*
*ciuitat. in fin.* ibi, *Niſi cuncta ciuitas reluctante nullo*
*elegerit eum.* Cuius auctoritate Officialem poſſe
nullo

nullo de ciuitate reluctante continuare officium ſuum, docent relati à Bobadilla *lib. 3. cap. 8. num. 60. & 6*. Gratian. *dict. cap. 184. num 16. & ſequentibus* Azeued. *in leg 4. tit. . lib. 3. Recop.* Vincent. de Anna *allegat. 15.* Paſcal. *dict. 4. pag. cap. 10. num. 6.* Nam licèt dicatur ab omnibus quod fit à maiori parte, *leg. quod maior D. ad municip.* hoc procedit quoties ſtatutum. vel decretum ciuitatis eſt ſecundùm legem: at verò quando eſt contra legem, neceſſarium eſt vt omnium conſenſus concurrat ſine aliqua contradictione, ita vt ſi vnus tantùm de vniuerſitate contradicat, licèt omnes alij conſentiant, non poterit fieri continuatio officij. Quod Bobadilla ſecurè admittit in officio OEconomi, ſeu ſyndici, vel Procuratoris generalis, qui reputantur populorum defenſores: at in officio Duumviratus, ſeu Magiſtratus, quos vocamus *Alcaldes*. nihil de hoc adiicit, etſi Anna & Paſcalis in quocumque Officiali id admittant.

22 Ego verò autumo, minimè relectionem in officiis Magiſtratus, aut Duumviratus eſſe admittendam, etiamſi nullo reluctante fiat, quia in eis militat ratio noſtrorum iurium iam *ſuprà* perpenſa, ex *num. 3.* Tum etiam, quia *d. l. 1. in fin. tit. 13. lib. 8. Recop.* ex indulgentia particulari Principis permittitur in officialibus fraternitatis (*Alcaldes de las ermandad*) vt poſſint iterum eligi, vt probatur illic, *Y queremos y permitimos que paſado el dichos anno de ſus alcaldias puedan otra vez ſer nonbrados*, ergo cùm in his ſpecialiter reelectio conceſſa ſit, in cæteris aliis officialibus id non permittit, ſed imò prohibet, quia caſus exceptus firmat regulam in contrarium, ex vulgatis quæ adducit Aluarez *de Axiomat. iur. liter. C. num. 16.* & ita cùm in populis ſoleant eſſe ordinationes, conſuetudines, aut impetrata diplomata regia, quæ appellantur *carta acordada*, quibus interualla electionum conſtituuntur aliquoties duorum, aliquoties trium annorum, minimè poterit officialis eligi iterum, niſi eo tempore tranſacto, *paſado el gueco*. Quemadmodum etiam *l. 12. tit. 5. lib. 3. Recop.* diſponitur vt omnes Iudices antequam præſtent ſyndicatum, non poſſunt ad alia officia aſſumi, cùm tamen Iudices fraternitatis iterum poſ-
23 ſint. † In quorum reelectione an requiratur maior eligentium pars ſicut in prima electione, an verò omnes debeant conuenire, quæſiuit Azeuedo *in d. leg. 1. d. tit. 13. num. 8.* qui ſine dubitatione tenet non ſufficere maiorem partem Capituli, ſed omnium eligentium ſuffragium concurrere debere. Quæ ſententia apertè falſa videtur, nam cùm hæc reelectio fiat ſecundùm iuris diſpoſitionem, non eſt neceſſarium, vt omnes nemine reluctante conueniant, ex iis quæ *ſuprà* diximus, & *d. l. 1.* corrigit ius antiquum circa interualla temporis, & continuationem officiorum, non verò circa ſyndicatum, cùm *d. l. 12. tit. 5. lib. 3.* quæ prohibuit Iudices ad alia officia accedere, niſi ſyndicati antea fuerint, fuit longè poſterior, quàm dicta *l. 1.* idque conſtat, quia *d. l. 12.* Auctores habet, Carolum V. & D. Ioannam, eius matrem, cùm tamen antea condita fuerint *d. l. 1.* à Ferdinando & Eliſabetha. Vnde fallitur Azeuedo aſſerens *dictam leg. 1.* voluiſſe non obſtante *dict. leg. 12.* vt abſque ſyndicatu reeligerentur fraternitatis officiales, cùm tamen ea lex
24 multo ante condita ſit. † Neque felicior fuit, cùm dixit *dict. leg. 1.* non agere de reelectione immediata pro ſecundo anno, impleto primo, ſed cùm elapſo anno (verba ſunt eiuſdem) ſui officij, & anno intermedio, vel duobus, aut pluribus annis lapſis iterum eligatur ad idem officium, tunc enim cùm hæc non ſit reelectio, ſufficiet maior pars; qui error peior eſt priori. Nam ad quid erat neceſſaria permiſſio legis, ſi poſt interuallum temporis, quod à iure interponitur, eligebatur: quod iure poterat fieri ex noſtris legibus. Aut vnde colligit Azeuedo hos officiales ſemel in vita ſua potuiſſe tale officium obtinere, quod poſtea permiſit *dict. leg. 1.* Rurſus, quia eius littera ita plana eſt vt mirer in controuerſiam adduci potuiſſe. *Permitimos que paſado el dicho anno* (qui annus datus eſt his officiis *in verſ. y mondamos que aqueſtos*) *puedan otra vez ſer nonbrados por otro tanto tiempo quanto vbieren ſeruido*, vbi illa verba, *puedan otra vez*, & illa *ouieren ſeruido*, apertè de tempore præſenti & continuo intelliguntur.

Hæc omnia quæ huc vſque de continuatione munerum diximus, accipienda ſunt de munere publico principaliter, quod vocant DD. publicum auctoritate & vtilitate, quale eſt officium Magiſtratus, aut Decurionatus; ſecùs vero de munere publico auctoritate, ſed non vtilitate, quale eſt tutela & cura, *principalib. Inſt. de excuſat. leg. 1. §. æquè leg. munerum 18. §. 1. D. de muneribus*, iuncto Oſvaldo *lib. 3. Donell. cap. 9. lit. A.* & Ant. Fab. *in Iuriſpr. tit. 24. in princip.* nam qui tutor eſt, non excuſatur à tutela ni propter tria onera tutelarum & alias cauſas, de quibus *in tit. de excuſat. & in Inſt.* videndi Ant. Fab. *in Iuriſp. d. tit. 24. princ. 1. illat. 2. de excuſat. ob tutel. pag.* 1098. Donell. *lib. 3. cap. 9.* Cuiac. *in l. 2. ad fin. de excuſat.* 25

26 Quemadmodum diximus *ſuprà ex hac leg. 1.* inter patrem & filium non continuandum honorem, neque vacationis tempus non prodeſſe aliis, niſi illis, qui ad eoſdem honores vocantur. Inde naſcitur vt frater propter fratrem non habeat vacationem, etiamſi communia bona habuerint, vt in *h. leg. 3.* docent Imperatores. Nam & ſi cùm fratres haberent indiuiſa bona, videbatur quoque dicendum habere debere indiuiſa munera ciuilia, quaſi communio bonorum deberet inducere, vt ex perſona conſequeretur alter lucrum & commodum, quod ex perſona ſua non poſſet conſequi, vt multoties contingit *l. libertis 7. §. ſi duo. D. de liberal. cauſ.* ibi, *Euenit igitur vt ei proſit quod alius ignorauit. leg ſi communem 10. D. quemadmodum ſeruit.* ibi, *Propter pupillum & ego viam retineo leg. cum hæreditate 55. D. de adquir. hæred. leg. 4. D. de decurion. l. ſi is qui 29. de liber leg. & per iuſiurandum. 13. § ſi fideiuſſori, D. de acceptilat.* quorum argumento multa in praxi vtilia adducunt poſt Felin. *in cap. 1. de præſcript.* Panormit. *in cap. dilectus num. 5. de offic. delegat.* Iaſon *in leg. ſi emancipatum, C. de collation.* Caſtillo *in l. 74. Taur. gloſ. fin.* Gregor. *in l. 5. tit. 3. p. 3. verb. guerfano.* Rebuff. *in Auth. habita. C. ne filius pro patre.* Corſet. *ſing. 71.* † Tamen non 27 ex eo ſequitur quòd munera ciuilia debeant eſſe diuiſa inter fratres. *leg licet 7. ſuprà de decurion iuncta h. l. 3.* quia non poſſunt efficere ſua conuentione, vt quis immunitatem habeat, *l. origine 4. cum ſeq. ſup. de municip.* cum aliis quæ adducit cum Bar. *in h. leg. 3.* Platea. Ratio eſt, quoniam cauſa ciuilium munerum ſingulas perſonas reſpicit ſeparatim, vt quilibet ſuo nomine teneatur, & ſic in ciuilibus muneribus non datur communio, & cùm diuerſa eſt vnius fratris perſona ab alia, ita etiam diuerſa eſt cauſa munerum, quam non potuit confundere indiuiſio bonorum, quæ nihil habet commune cum ipſis muneribus, vt rectè probat IC. *in l. cùm duob. 52. §. ſi fratres 6.* aliàs eſt *l. 53. D. pro ſocio*, vbi ſi fratres hæreditatem paternam inter ſe non diuiſerint, ſed retinuerint hac mente, vt damnum & emolumentum in commune ſentirent, inter eos non communicabitur quicquid aliunde fuerit quæſitum, quemadmodum quod quis eorum

amiſit

amiſit ex bonis propriis ſuis, id communi hære-
ditati non reputat. *leg. ex parte 39. §. filius, 1 fam. ercisc.*

28 Vnde non puto procedere poſſe Accurſij ſenten-
tiam *in h. leg. 3. verb. fratribus*, quem ſequuntur
Marſilius *ſing.* 180. *num.* 3. Tiraq. *de retract. leg. §.*
26. *gloſ.* 1. *num.* 31. Natta *conſil.* 1. *num.* 10. *&* 11. *&*
*conſil.* 65. *lib.* 1. Menoch. alios referens *de arbitrar.*
*caſ.* 379. *numer.* 8. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 76.
*num.* 6. Felicius *de ſociet. cap.* 12. *num.* 12. Palac. Rub.
Couarr. & alij relati à Pichard. *in princ. Inſt. de hæred.*
*qual. in tract. de filior. ſucceſſ.* §. 7. *num.* 23. Conſtant.
*in leg. ſi quis decurio* 24. *ſup. de decurion. numero* 19.
qui aſſerunt immunitatem, de qua in ea *leg.* 24.
competere fratri, qui cum altero fratre duodecim
liberos habente, pro communi & indiuiſo viuat,
& ſic conſuluerunt poſſe ita inſtitui ſpurium à patre
Clerico, etſi incapax ſit. Hoc enim falſum eſt,
cùm immunitas ſicut onus non reſpiciat niſi ſingulas
perſonas, vt dixi ex *dict. leg. licèt*, cùm ſit contra-
riorum eadem ratio, ex vulgaris iuribus, & ita te-
nent, eam ſententiam reiicientes, Bar. & Plat. *in*
*h. leg.* 3. Valenzuel. *in d. l. licèt, de decurion. numero* 5.
cum Felin. *in cap.* 1. *de præſcr.* & in animæ iudicio
tutum non eſſe hoc conſilium, aſſerit Pichard. *d.* §. 7.
*num.* 23. *in fin.*

29 Rurſus non minus reprobandus eſt Bald. *in marga-*
*rit. verb. connexitas, & verb. liberatio*, quem ſequi-
tur Corſet. *in ſingul. verb. ſpurius el* 1. Roman. *ſin-*
*gul.* 241. Barbatia *conſ.* 80. *col.* 4. *lib.* 3. *& conſ.* 5. *lib.* 4.
& alij relati à Tiraquel. *ſup. d.* §. 26 *gloſ.* 1. *numero* 10.
Felicius *de ſociet. cap.* 12. *ex num.* 3. *& ſeq.* qui in ea
erat ſententia quòd ſi ſpurius, ſeu incapax ſucceſſio-
nis habeat ſocietatem cum capace, fiet ipſe capax ra-
tione ſocietatis, *argumento leg. ſi is qui duos* 29. *de*
*liberat. leg.* quæ ſententia non poteſt admitti, quo-
niam eiuſmodi communio bonorum non poteſt ef-
ficere, vt non cenſeatur diuerſa vtriuſque perſona,
& vt confundatur incapacitas, & ſuppleatur per
30 ſocietatem *dict. leg. licèt.* † Neque quicquam fa-
cit pro Bald. & aliis *dict. leg. ſi is qui duos*, nam ei
reſpondet Pichard. *in §. ſi eadem res* 9. *num.* 71. *Inſt.*
*de legat. & in §. ex huiuſmodi num.* 7. *Inſt. de duob.*
*reis.* qui ait incapacem in eius ſpecie liberari ex iu-
ris regula, quæ habet quòd ſi plures ſunt rei deben-
di, ſolutione vnius ex correis alterum quoque li-
berari, *d. §. ex huiuſmodi*, quia licèt duo ſint obli-
gati, vna tantùm res debetur. Indéque cùm duobus
reis liberatio relicta ſit, & alter ex teſtamento poteſt
capere, liberato eo, correus etiam qui non poteſt
capere, per neceſſarias conſequentias liberatur, quod
etiam procederet ſi non ſint ſocij. Nam quamuis
Paullus id exigere videatur *in d. l. ſi is qui*, ideò re-
quirit vt ſint ſocij, ad hunc ſcilicet effectum, vt in-
capax poſſit capere, cùm inter ſocios lucrum & dam-
num communicetur, *l.* 1. *D. pro ſocio.* ſine eo quòd
ſit neceſſaria delegatio, non tamen ad hoc vt libe-
retur, omnino neceſſaria erit ſocietas.

31 Sed antequam ab his legibus recedamus, inqui-
rendum eſt quare legatis detur biennij interuallum,
cùm aliis conceſſum ſit quinquennium, ab hono-
ribus ad honores, *in h. leg.* 2. legatus eſt non qui
à Principe mittitur (qui *Orator* dicitur) negotij
publici cauſa ad alium Principem, quem vocamus
*en bajador*, de quo *eſt tit.* 8. *lib.* 6. *Recop.* & quæ ſcri-
bunt Lucas *in rub. infr. de legationibus*, Conrad. Brun.
*de legationibus.* P. Gregor. *lib.* 35. *ſyntag. cap.* 4. *ex nu-*
*mero* 1. Bulenger. *lib.* 4. *de Imperator. Rom. cap.* 22.
& Hiſpano ſermone eleganter de Ambaſiatore ſcri-
pſit D. Ioannes de Vera, & Carol. Scriban. *libro* 2.
*polit. Chriſt. cap.* 16. *& ſeq.* vbi non minori elegan-
tia, quàm doctrina Legati naturam & mores de-
ſcribit. De his Legatis non credo hîc agi, nam
cùm tale munus honorificentia ſit plenum, & au-
ctoritate, nullus ſanè excuſabitur ob eam rationem
apud ſuum Principem cui obedire & ſeruire de-
bet. † Eſt & alia legatio, quæ non fit à Principe, 32
neque ab eo Legati mittuntur, ſed à ciuitatibus &
municipiis nominantur, & ad Principem, vel cu-
riam Principis deſtinantur, de quibus eſt *tit. ff. &*
*infr. de legationibus.* Hos ita diffinies vt ſint Legati
qui publicè ad expedienda negotia mittuntur ad
Principem ab aliquo concilio, curia, prouincia, col-
legio, vel corpore, vel Republica, *leg. legatis* 8. *D.*
*ex quibus cauſ. maior. l.* 2. §. 3. *D. de iudiciis. l. tutor* 35.
*§. fin. D. de iureiurand. leg.* 2. *D. de legationibus leg. le-*
*gati* 6. *leg. ſi quis* 11. *leg. fin. C. Th. de legatis & de-*
*cret.* vbi Legatus dicitur qui populi deſideria pro-
ponit Principi. Apud nos dicuntur, *Comiſarios,*
*Diputados, Procuradores de las ciudades, menſa-*
*jeros.*

Verùm quia huiuſmodi legationes aliquando am- 33
bitionis cauſa ab aliquibus qui in oppidis ſuo tan-
tùm commodo indulgent, ambiri ſolebant indu-
ctum eſt, ex *leg. fin. infr. de legation.* ne municipia,
aut ciuitates Legatos mittere poſſent ad Principem,
niſi voluntate conſilij publici ciuitatum, quarum
Decuriones debebunt attendere neceſſitatem nego-
tij & ſumptus rationem, vt auctoritate Plinij iunio-
ris notant P. Greg. *d. cap.* 4. *num.* 12. Guterrius *lib.* 3.
*de officiis dom. Aug. cap.* 4. Bobadill. *lib.* 3. *pol. cap.* 7.
*n.* 65. Auiles *cap.* 34. *prat. in princ. num.* 1. † & Giurb. 34
*conſ.* 69. *num.* 20. *& leg.* 21. *tit.* 3. *lib.* 7. *Recop.* ſtatuit
ne Decurio legationis cauſa ad Curiam regiam, vel
Cancellariam mittatur, ſi ibidem habuerit lites, ſeu
propria negotia, quia non tam pro Republica,
quàm pro ſuo priuato commodo videtur ſuſcipi le-
gatio. *leg. Reipublicæ* 36. *leg. non verò* 42. *D. ex quib.*
*cauſ. maior.* & cum propriis litibus & negotiis ſolici-
tus attendat Legatus, certum eſt omiſſurum & ne-
glecturum quæ ſunt publica. Quam ob rem prohi-
betur Legatus ne alicuius negotiis, vel etiam pro-
priis ſe interponat. *leg. Paulus* 8. *§. fin. leg. ſi abſentis* 11.
*§.* 1. *leg. is qui* 15. *D. de legationibus.* † Item etiam 35
iniungitur iis Legatis, ex *l.* 39. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop.* vt
in ſcriptis adducant ſuam inſtructionem Tabellionis
curiæ manu ſubſcriptam, qui in libris Concilij te-
nebitur ſcribere quo die iter facit, & à ciuitate
proficiſcitur, & cùm talis Legatus in Regiam, aut
Cancellariam deuenerit, coram Tabellione Came-
rario tenetur dictam inſtructionem præſentare &
diem ſcribere, quo id fecerit, aliàs ſalarium non
lucrabitur, ita vt ſi eidem præſtitum fuerit à cæte-
ris Decurionibus, duplum erit perſoluendum. Quod
confirmatur doctrina Bart. *in leg. ſi quis* 16. *ſupr. de*
*decurion. per tex. ibi, & in leg. quoties, infr. de legatio-*
*nibus*, quam ſequitur Corſet. *ſingul.* 15. & Auiles *in*
*cap.* 54. *pp. verb. ade hacer, & verb. ſeq. num.* 1. qui
ait Legatos, ſeu Ambaſiatores debere portare lit-
teras, ex quibus conſtet de mandato ciuitatis ſuæ
ad illud negotium deſtinari, conferúntque quæ latè
cumulat Giurb. *dict. conſil.* 169. *ex numero* 3. qui
probat auctoritatem ſuperioris requiri ad Ambaſia-
tam. † Huiuſmodi autem leges Regni cùm indi- 36
cant formam ſpecialem, ad vnguem debent obſer-
uari, ex adductis à nobis *ſup. in l.* 1 *de prædiis Decur.*
Indéque etiam ſequitur non poſſe Decurionem ſa-
larium lucrari, & in conſcientiæ foro non eſſe tu-
tum, neque Decuriones qui eidem præſtandum
eſſe ſalarium ſententiam dixerint, cùm lex inhibeat
ne Decuriones, qui propria negotia in Curia ha-
beant, à Republica delegentur in curiam, etſi
enim eæ leges videntur ſolùm inducere pœnam,
tamen cùm vtantur illis verbis, *Mandamos que*

no

*no ſe nombren en para venir a la corte o audiencias a negocios de ſus pueblos regidores que tengan pleytos o negocios propios en la corte o audientias*, & inferiùs, *ſi aſi no lo llebare no le paſen el ſalario ſo pena que los que lo libraren lo paguen con el doblo*, quæ imperſonaliter & indefinitè vetant fieri talem nominationem, & ſalarium præſtari, ſequitur nullam eſſe nominationem, & ſic commodum nullum ex ea conſequi debere, cùm à lege incapax fiat Decurio talis nominationis & adquiſitionis, & ita tenebuntur Decuriones ſalarium quod præſtiterint, Reipublicæ reſtituere, & damnum reſarcire, cùm ea iura contineant bonum commune, & vtilitatem publicam reſpiciant. Verùm ſi rei qualitas & perſonæ dignitas, & prouidentia & experientia negotiorum perſuadeant, vt aliquis Decurio nominetur ad ea negotia, tunc erit Princeps conſulentibus, vt docet latè Valenzuela *in d. l. ſi quis Decurio numero* 4. *de decurion.* vbi etiam dixi, quod probat *l.* 3. *C. Th. de legatis & decretis legat.* ibi, *Super his ſatis erit conſuli ſcientiam noſtram.*

37 Ad has ambaſiatas, ſeu legationes ſubeundas quilibet ex Decurionibus compelli poterit, etiam inuitus, ſi eas ſponte non ſuſceperit, *leg.* 4. *§. ordine* 5. *leg. Paullus* 8. *D. de legationib.* ibi, *Non oportet compelli rurſum ad defendendum, d. l. ſi quis decurio* ibi. *Cogatur noſtrum adire comitatum* vbi notarunt Bar. *num.* 2. poſt Accurſ. *ibi*, & Valenzuel. *numer.* 2. Corſet. *ſing.* 15. Auiles *d. cap.* 54. *in princ.* & cùm legatio ſoleat propter abſentiam domus propriæ multa damna negotiis ſuis inferre, congruum fuit Decurioni ſalarium præſtari, *leg.* 2. *§. fin. leg. ſi abſenti* 11. *leg. eumdem* 16.
38 *D. de legationib.* † (hoc dicebatur *legatiuum*, *leg.* 2. *infr. de legation. leg. fin. § legati* 12. *D. de munerib. l. Titio* 36. *D. ad municipal.* id eſt, quòd ſalarij nomine accipitur, quod etiam & *viaticum* dicitur *ibidem*, id eſt, viæ & itineris diſpendium, quod ob viam & iter perficiendum datur. Sueton. *in Iulio c.* 68. docet Cuiac. *in l. filius* 7. *de legat. lib.* 1. *Reſp. Pap.* & Gothofred. *in l. Titio, ad municip.* & Guthierr. *de offic. lib.* 3. *cap.* 4. Cibaria idonea ad viam conficiendam viaticum eſſe definiuit Euſtathius *Odiſſeæ lib.* 2. & notauit Cerda *ad Virgil. lib.* 1. *Æneid. verſ.* 200. ad illud.

——*Dederátque abeuntibus heros.*

Sauaro *ad Sidon. lib.* 5. *ep.* 7. *verb. munuſcula le-*
39 *gatis.* Beroald. *ad Sueton. d. c.* 68.) † Quod etiam & legibus regiis conceſſum eſt, vt diximus. Vnde minus hoc legationis onus eſſet, cùm plerumque homines auocarentur à ſuis laribus, & domo, inductum eſt vt vacatio iis, qui legatione ſunt functi, concederetur biennij, *in h. leg.* 2. *& in leg. filius* 7. *cum leg. ſeq. leg. vicarius* 13. *D. de legation. leg.* 3. *infr. eod.* vt à legatione vna ad aliam legationem biennium intercedat.

40 Verùm cùm minor numerus liberorum à legatione excuſet, nam tres ſufficiunt, *leg.* 1. *infr. de legation.* quæſitum eſt, quare minus tempus datum ſit hoc munere functis quoad vacationem, cùm tamen quinquennium aliquando, aliquando triennium in aliis concedatur, *in h. leg.* 2. quod dubium tetigit Plat. *num.* 1. *&* Rebuff. *ibi.* & reſoluunt, id ea ratione procedere, quia cùm per tres liberos excuſetur, *d. leg.* 1. *infr. de legation.* cùm in aliis oneribus non minus, quàm quinque ſufficiant, *leg.* 3. *infr. de iis qui numer. liberorum*, qui in vno grauatur, in alio debet releuari, *argumento leg. eum qui* 30. *de iureiurand.* cum vulgatis, quæ adducit Aluarez *in locis commun. liter. G. numer.* 38. quæ ratio animum meum non explet, quia nimis generalis videtur, & vaga. Verior eſt alia quæ traditur ab eodem Rebuff. *in h. leg.* 2. *ad fin.* quòd Legationes huiuſmodi cum ob fauorem Reipublicæ fiant, *l.* 3. *infr. de legation.* ibi, *obſequium Reipublicæ, l. æſtimationem* 16. *§. fin. de munerib.* ideò debuerunt maiori fauore proſequi, & ſic biennium
tantùm interuallis datum eſt. † Quod ea *lex* 3. de 41
tranſmarina legatione accipiendum eſſe declarat, non verò de proxima. In quo contraria videtur huic noſtræ legi ſecundæ. Sed etiam intelligit Rebuff. vt tranſmarina legatio tribuat vacationem per biennium omnium munerum ciuilium & onerum (ſic enim legenda eſt *d. l.* 3. nam honores ad honores quinquennium habent, & ea vox plerumque in contextu obrepit (non verò quæ proxima eſt, quæ tantùm à legatione alia excuſat. *leg. Paullus* 8. *D. de legationibus* ibi, *Eum qui legatione functus eſt intra tempora vacationis non oportere compelli rurſum ad defendendum publicum negotium, leg. legato* 12. *D. de vacat. muner. leg. æſtimationem* 16. *§ fin. de muner.* Ratio fuit, quia cùm tranſmarina legatio plus habeat laboris & periculi (iuxta Horat. *lib.* 1. *Od.* 1. Senec. *in Media act.* 2. *in choro*, qui audaciam hominum deteſtantur quòd mari ſe commiſerint, vbi tanta pericula & labores animaduertuntur) debuit maiori affici prærogatiuâ, & immunitate, *argum. l. pro locis ſup. de annon. & trib. l. modios* 9. *infr. de ſuſceptor.* ibi, *longinquitatis cauſa*, & conferunt tradita à nobis *ſup. in d. l. pro locis*, & quæ dicemus *in tit. infr. de nauicular.*

§. *Pro infante.*

Ex his tribus legibus ſupereſt nunc explicandum 42
hoc fragmentum quod eſt in hoc §. *pro infante*, cuius etiam deciſionis meminit Paull. *in leg. Lucius* 21. *§. Imperatores* 6. *D. ad municip.* ea eſt, an ſi pater filium infantem ſeptennio minorem in ordinem Decurionum cooptari conſenſit, onera filio iniuncta ſubſtinere teneatur, quo in caſu Seuerus & Antoninus Zenoni reſpondent, patrem non ex hoc remanere obligatum. Quia etſi pater ſe obliget tanquam fideiuſſor, cùm conſenſit vt filius aſſumeretur ad officium decurionatus, ſeu ad adminiſtrationem publicam, iuxta ea quæ latè diximus *in l.* 1. *ſup. de decurion.* id procedet quando filius eſt capax talis officij, filius enim minor ſeptennio ad Rempublicam adminiſtrandam non admittitur, cùm ipſe ſit inhabilis & infirmiſſimi iudicij, & in perniciem & damnum publicum tenderet, ſi illi committeretur cura Reipublicæ, qui ſe curare non poteſt, neque defendere *d. leg.* 1. *D. de minor.* & ita probatur *in l. ad Rempublicam* 8. *D. de munerib. l. ſpurij* 6. *§.* 1. *l. non tantùm* 11. *D. de decurion. l.* 2. *in fin. D. de iure immunit. l.* 2. *in fin. de reg. iur.* docet eleganter Rod. Suarez *alleg.* 12.
*ex num.* 1. † Olim tamen ſolebant huiuſmodi pupilli 43
ad decurionatum admitti, vt videre eſt ex *d. l. Lucius, §. Imperatores*, & ex hac lege noſtra *l. quoniam* 19. *C. Th. de decurionib.* illic, *Quoniam nonnulli diuerſarum ciuitatum curiales intemperanter minores, quibus publica tutela debetur, ad curiæ conſortium deuocarunt, vt ſeptem, vel octo annorum conſtitutos nonnullos nominaſſe firmemur*, qui tamen ſuffragium in Curia, nec ea quæ ſunt adminiſtrationis, habebant, *d. l. ad Rempublicam, d. l. ſpurius §. minores*, ſed tantùm ea quæ honoris eſſent, vt ſunt ſportulæ & ſimilia: Vnde cùm pater conſenſum accommodauerit ad ea, quæ filio mandari poſſunt, & pupillo de iure nequeat ea adminiſtratio concedi, obligatio illa paterna habet imbibitam conditionem, ſi filius ſit habilis ad munus, ad quod eſt aſſumptus, vt docuit Accur. *in l.* 1. *infr. de filiofam. verb. obligatur, verſ. eſt & aliud*, & Plat. *num.* 3. *hìc* Pro quo facit *cap. dudum* 54. *in fin. de electio.* in illis verbis, *Cùm intentionis noſtræ non fuerit ſecum in tot. beneficiis diſpenſare, cap. veniens* 16. *de iureiur. l. adigere* 6. *§. fin. de iurepatron.* & ideò ad onera nulla obligabitur, cùm conſenſum accommodauerit,

modauerit, & finem dediſſe videatur, ad ea quæ mandari poſſunt: at infanti nihil mandari poteſt, & hoc eſt quod hìc dicitur, *Cùm ad ea quæ mandari poſſunt, voluntatem dediſſe videaris.* Infanti ergo, vt iam dixi, nihil mandari poteſt dum infans eſt, cùm Decurionis tantùm honore fungatur, non tamen quòd oneris ſit habeat; vt in dictis iuribus, habent nomen dignitatis, non adminiſtrationem habent titulo tenus. Adſcribebantur igitur plerumque infantes & minores in ordinem Decurionum, ex cauſa, vt rectè aduertit Cuiac. *hîc*, & eo non citato perpetuus eius ſuffurator Gothofred. *in d.l. Lucius*, §. *Imperatores*, propter egregiam indolem, vel ſtirpem, vel ex indulgentia Principis, vt diximus ad explicationem *l. fin. C. de milit. teſtam.*
44 *ſup.* † Hoc etiam indicat *l. penul.* §. 1. *D. de decurionib.* cuius littera ita eſt confuſa & ordinata, vt vix quid Papyrius I C. *ibi* voluerit dicere, nequeat intelligi. Cuiacius ſanè, cuius iudicium & ingenium ſemper ſum veneratus, eum locum bis & tertiò explicare conatur, & literam emaculare *lib. 20. obſeruat. cap. fin. & in lib. 17. cap. 34. & in d.l. 6. §. 1. de decurion. ſub lib. 1. Reſp. Papin. & ad tit. C. de milit. teſt.* & magis battologizare videtur, quàm quidquam explicare, ſolet enim ille magnus vir putare ſe nihil dixiſſe, niſi iterum atque iterum dicat, niſi mauis hoc vitium eis adſcribere, qui ſua opera poſthuma ediderunt, eumdem ſequitur Gothofr. *in d. l. pen. §. 1*
45 † Hi docti viri aſſerunt in eo loco proponi reſcriptum Imperatorum, quo cauebatur, vt ſi ab exilio ſit reuerſus minor, vigintiquinque annorum, quamuis reuerſus repellatur propter exilium, & propter ætatem, tamen Princeps motus eius vultu, indole & dignitate, qui in ea ætate potiſſimum eſſloreſcit, hoc ei permiſit, vt Decurio fieret, ita vt non haberit rationem ætatis in virtute præclara, cuius ſpem faciebat dignitas, id eſt, indoles, quæ eo loco definitur certa ſpes eius honoris, certa ſpes bene gerendi decurionatum, certa ſpes bonæ frugis, iuxta quem ſenſum ita legendum exiſtimant. *Niſi eius ætatis fuerint, vt nondum Decuriones creari poſſint, & dignitas certa ſpes eius bonis id faceret.* † Sed ego attentiùs lit-
46 teram intuens minimè Cuiacij ſenſum exiſtimo adſtrui poſſe, imò ineptè videretur loqui IC. & ſuperfluè. Nam aut loquitur de maioribus, aut minoribus relegatis, in vtroque caſu neceſſaria erit Principis indulgentia, vt Decuriones eſſent, vt patet ex ea *leg. pen. in princ.* Si verò loquitur *in d. §. 1.* de minoribus, ad quid erat neceſſarium dicere non poſſe eſſe Decuriones Principis indulgentia, niſi eius ætatis fuerint, vt nondum Decuriones creari poſſent. Cùm certum eſt minores relegatos duplici inhabilitate laborare, & exilij, & ætatis, & ſi veniam ætatis petebant, id indicabat eſſe minores.

*Secundò*, cùm minor fuerit relegatus, quo efficitur indignus decurionatus *l. 2. in princ. D. de decurion.* ſi Princeps indulgeat, debuit indulgentia verſari tum ſuper inhabilitate, tum ſuper ætate. Si ſuper inhabilitate, iam in principio legis dixerat Conſultus neceſſariam eſſe indulgentiam Principis, ſi ſuper ætate, ad quid erat neceſſarium adiicere, *niſi eius ætatis ſint.* Idem enim erat ac ſi dixiſſet, minores non poſſunt eſſe Decuriones ſine permiſſu Principis, quod intelligendum eſt, ſi ſint minores, quod eſſet ridiculum.
47 *Tertiò*, quia ſi ignominia illa ex relegatione proueniens efficit vt minores ad decurionatum allegi nequirent, quę dignitas conſiderari poterat, quâ Princeps moueretur cùm dignitas nunquam poſſit concurrere cum infamia. *l. 1. infr. de dignit. iuncta l. 3. §. 1. l. ad tempus 5. de decurion.* & Oſvvald. *ad Donell. lib. 18. cap. 8. lit. HH.* Neque dicas cum Cuiacio, *dignitatem* ibi ſignificare bonam indolem, aut pulchritudinem, nam loca ab eo adducta id non probant, vt facile animaduertitur.

*Vltimò* conſidero ineptum videri illud reſcriptum, cùm nihil contineret ſpeciale, vel quod aliquid dubitationis haberet. Nam dicere relegatos non poſſe poſt tempus in ordinem allegi, iam erat certum ex reſcripto altero quod in principio legis relatum fuerat. Magis ineptum videbatur dicere minores debere eſſe eius ætatis, vt nondum Decuriones creari poſſent, quia ſi erant minores, non habebant competentem ætatem vt Decuriones creari poſſent. † 48
Quare Cuiacij probare non poſſum interpretationem, cùm apertè violet literam & mentem Conſulti, quæ ita eſt confuſa vt credam vitiatam eſſe, & in contextu alia verba deſiderari, vel eſſe inuerſas periodos; quam ob rem fortiſſima medicina indigere videtur, nam ſcimus ex *l. non tantum l. 1. de decurionib.* minores non niſi ex cauſa Decuriones effici poſſe: at quid commune habet hoc cum eis, qui minores cùm ſint, & relegati fuerunt.

# TIT. XLI.

## *De muneribus patrimoniorum.*

PATRIMONII munera ſunt, quæ expediuntur ſumptibus patrimonij, & damno adminiſtrantis, & indicuntur poſſeſſionibus, rebus, patrimoniis, vt ſunt ferè omnia tributa, cenſus, vectigalia, indictiones, *l. 1. tota l. ſi. tot. D. de muner. & honor.* & ſic pro modo facultatum ab omnibus præſtantur, vt in hoc titulo ſtatuitur, ex *l. 1. cum ſeq.* dixi *in rub. tit. præced.*

*L. 1. h. t.* Vide quæ dixi *in l. 1. ſup. de apochis, in princ.*

*L. 3.* ibi, *equos curiales, h. t.* Rectè emendat Cuiac. *hîc equos curules*, ex *l. pen. infr. de ſpectacul. l. actuarios 7. infr. de numerariis, & tit. C. Th. de equis curulibus*, qui dicuntur Circenſes, quia in ludis circenſibus eis vtebatur, *l. 1. ff de muneribus*, & publico ſumptu populorum nutriebantur, *l. 3. infr. de ſpectacul.* eorum plurima mentio apud Symm. *lib. 4. ep. 59. & 61. & lib. 5. ep. 56. & lib. 9. ep. 12. 18 & 19.* Buleng. *de Circo Rom. cap. 50.* dixi *in l. Circenſium, ſup. de decurion.*

*L. profeſſio 6. h. t.* Explicui *in l. quidam ignauiæ, ſup. de decurion.* Ad quæſtiones gloſſæ an minor Iuriſperitus reſtituatur, Sarmient. *ſelect. libro 3. cap. 12.* Bobadill. *lib. 2. cap. 12. num 8.* Morl. *in emp. tit. de in integ. reſt. in præmiſſ. num. 9. verſ. tertiò competit.* Gonçalez *in reg. 8. Cancell. glo. 4. num. 76.* & an Medicus emens ſeruum morboſum, vel Doctor librum, gaudeant eo remedio, Surd. *dec. 146. numero 2.* Barboſ. *in remiſſ. ad ll. Portug. lib. 4. tit. 17. n. 3. fol. 44.*

*L. nec protoſtaſia 8. h. t.* Protoſtaſiæ munus quid fuerit *hîc*, & *in l. 3. infr. de filiofam. & in C. Th. tit. de Protoſtaſia*, obſcurè admodum explicant Cuiac. & Gothofr. poſt Alciat. & Buleng. *lib. 9. de vectigal. cap. 68. ad fin.* videtur fuiſſe obligatio, vt ſi quæ detrimenta contingerent in exigendis tributis, Decuriones reſarcirent, quod & vocatur *decaprotia.* Vide Caluin. *de verb. iur. in voce, decaprotos.* De altero munere ſacerdotij diximus aliqua cum Cuiac. *in l. 6. de excuſ. tut.* Pancirol. *in Not. Orient. cap. 105.*

## TIT. XLII.

### *Quemadmodum ciuilia munera indicuntur.*

L.1. *h.t.* Vide Cabeb. *deciſio* 84.*n.*21. *lib.*2. Maſtrill. *de magiſtr.lib.*1.*cap.*30.*num.*100.*&* *lib.*2.*cap.*11. De Angariis alibi dicam.

*L.*3. *h.t.* Vide quæ diximus *in tit.ſup. de mun. & honor.*

*L.*4. Vide dicta à nobis *in l.*1.*ſup.de diſcuſſor.*

## TIT. XLIII.

### *Qui ſponte publica munera ſubeunt.*

## LEX I.

*Imp.* ALEXAND. A. *Feliciano.*

Veterani, qui cùm poſſent ſe tueri immunitate his conceſſa, Decuriones ſe fieri in patria ſua maluerunt, redire ad excuſationem, quàm reliquerunt, non poſſunt, niſi certa lege & pacto ſeruandæ immunitatis, vel partem eius honoris agnouerint.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſunt munera ciuilia & publica, quare ita dicantur?*
2 *Introductio huius legis & de variis excuſationibus ne quis Decurio fieret.*
3 *De veteranis militibus, & de eorum priuilegiis & immunitatibus in præmiũ militiæ conceſſis,*& n.4.
5 L. Lucius 11. ff.de euictionib. *remiſſiuè.*
6 *Quid fuerit* Emeritum,*& de differentia inter emeritum & præmium*, & n.7.
8 *De ratione quare veterani milites affecti fuerint præmiis.*
9 *Per viginti annos militare debebat miles, vt præmium conſequeretur.*
10 Stipendia *quo in ſenſu accipiantur in aliquibus legibus?*
11 *De ſacramento militari, & de triplici miſſione militum, remiſſiuè.*
12 *Concluſio noſtræ legis, & eius exornatio, & ratio,* & n.13.
14 *An priuilegium amittatur per actum contrarium?*
15 *Exemptus ſi permittat ſe ſcribi in matricula plebeiorum, & non reclamauerit, præiudicet ſibi.*
16 *Expenduntur iura quibus probatur per actum priuilegio contrarium non amitti priuilegium,*& n.17.
18 *Tentatur ſupradictæ controuerſiæ concordia, & refertur & reiicitur diſtinctio Garcia, & aliorum*, & n.19.& 20.
21 *Proponitur vera compoſitio illorum iurium, & explicatur quæſtio propoſita.*
22 *Interpretatio Suarez refertur, quæ probat per actum vnicum priuilegio contrarium non perdi priuilegium.*
23 *Expenditur* l.2. ff. de veteranis, & l. fin. in fin. eod tit.
24 L. Prætor 13. § fin.ff.de vacat.munerib.
25 *Proponitur difficultas* cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitut. *& eius diſſolutio ex Suarez & aliis refellitur*, & n.26.
27 *Vera ſpecies* d. cap.cùm acceſſiſſent, *ex Auctoris mente.*
28 *Vnus, aut duo actus priuilegio contrarij, an extinguant priuilegium, vel an ſit cum eis neceſſarium, & interueniat tempus?* & n.29.
30 *Quantum temporis neceſſarium ſit, vt cum actibus priuilegio contrariis derogetur eidem, & præſcriptio introducta cenſeatur? explicatur* cap. ſi de terra 6. de priuilegiis, *& componitur cum* cap. accedentibus, eod. tit. *&* n.31.& 32.
33 *Quomodo intelligatur perimi priuilegium de non faciendo, vel de faciendo, & quomodo in conſcientia proceda...?* & n.34.
35 *Quæſtio difficilis examinatur, an qui iuxta pragmaticam de Cordona per viginti annos tributum non ſoluit, & ſic habet ius completum, illud perimat per actum contrarium*, & n.36.37.38.39. 40. & 41.
42 *Explicatur vltima pars noſtræ legis, vbi de proteſtatione nonnulla adducuntur, & quomodo ius proteſtantis conſeruetur, diſtinctione breui reſoluitur*, & n.43.
44 *Qui egerint de proteſtatione, remiſſiuè.*

MVnera aut eſſe patrimonialia, aut perſonalia, 1 ſeu mixta, cùm diximus *in rub. ſup. de muner. & honor.* nunc addere libet ea omnia vno nomine ciuilia, ſeu publica appellari, vt ſcribit Conſultus *in leg. fin. §. hæc omnia* 28. *ff. de muner. & ſup. quemadmod. ciuil. mun. & infr. de vacat. publ. mun.* Ciuilia appellantur & publica, quia ad ciuitatis ſtatum publicum pertineat, & in adminiſtranda Republica conſiſtat, licèt inter has appellationes aliquam verſari differentiam aliqui exiſtimauerint, vt agnoſcit Schardus *de verb. iur. verb. munus publicum*, & alij relati ab Oſvvald. *libr.*3. *Donell. cap.*8. *lit.A*, ad interpretationem *leg. non tantùm* 17. §. *is qui* 4. *ff. de excuſat.* † Publica igitur munera ſunt quæ publica ſunt auctoritate & vtilitate, vt Magiſtratus, Duumuiratus, Decurionatus, in quibus ſolùm proſpicitur vtilitati publicæ. *l.*2. *infr. h. t.* Quædam verò publica auctoritate, ſed vtilitate priuata, vt eſt tutela & cura. De his nulla in præſenti diſputatio eſt, & cùm poſſet euenire, vt quis ſe tueri poſſet immunitate ſibi conceſſa, nam ſolebant plures eam accipere à Principe, vt *in titul. infr. de his qui à Principe vacation. accep. l.*3. *ſup. de muner. patrimon. l.*1. *ſuprà de immunit. nemin. conced.* Interdum ratione alicuius officij, occupationis, profeſſionis, artis, vel dignitatis, concedebatur, vt *infr. de excuſat. mun. tit. qui ætate, l. immunitates* 9. *infr. de agricol. & cenſ. toto titul. infr. de Profeſſor. & Med.* Si Decurio creabatur, vel aliud officium à quo ſe poterat excuſare, ſuſcepiſſet, ſtatuitur in præſenti vt ad excuſationem redire nequeat. 2

Quod vt apertè cognoſcamus, animaduertendum 3 eſt, milites veteranos pluribus affici priuilegiis in iure, nam à tutelis habent excuſationem, *l. ſed & milites* 8.*ff.de excuſation. l.*1.*& tot. C.de excuſat.veteran.* nec fuſtibus cædi poterant, nec ad beſtias damnari, & alias habebant immunitates quæ connumerantur *in tit. ff.& infr. de veteranis*, & docent Cuiac. *in tit.l.C.de excuſ.vet. & tit.infr.de veter.* Petr. Greg.

lib. 9.

lib.19.ſyntag.c.4. Marcell.Donat. ad Tacit. lib.1. ann.
ad illud, flagitatum vt vacatio[illegible]s præſtari Centurioni-
4 bus.† Aſſignabantur eis commoda & emolumenta
quædam,ac ſi militiam exercerent, & in præmium
militiæ per colonias & municipia ſolebant diſtri-
bui agris eis aſſignatis. Sueton.in Aug.c.13.ibi, Cùm
ipſe veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus
agris collocãdos recepiſſet,neque veteranorũ,neque poſſeſſo-
rum gratiam tenuit alteris pelli ſe,alteris non pro ſpe me-
ritorũ tractari querẽtibus. Lucan.l.1.Pharſal.verſ.344.

Quæ ſedes erit emeritis,quæ rura dabuntur?
Quæ noſter Veteranus aret?

Ouid.

Feſſus in acceptos miles deducitur agros,
Tutáque depoſito poſcitur enſe rudis.

Higin. libro 2.de limitib.agror. Diuerſi & aſſignati agri
qui veteranis adſcripti. † Huc ſpectat l. Lucius 11.ff.
5 de euict. l.in agris 16.ff de adquir.rer.dom.iunctis quæ
diximus ad earum exornationem lib.1. obſeru. cap.1.
n.53.& ſeq.& in titul.de fundis limitrophis, quem col-
locauimus in l.pro locis, ſup.de annon. & trib. videndi
quoque erunt Petr.Fab lib.2.ſemeſt.cap.4.& alij rela-
ti ad Oſvvald.l.4.c.27.lit.F.& lib.20.cap.5.lit.M.

Vocabatur autem hoc præmium Emeritum, l.non
6 omnes 5.§.ſi poſt 7.ff. de re milit.illic, Si poſt multum
temporis redit qui ab hoſtibus captus eſt, vt veteranus
erit reſtituendus, & præmia & emeritum capiet, l.[illegible].§.
qui militiæ 8.& §.ſed ſi 12.ff.eod.ibi. Et ſi expleto tem-
pore militiæ redeat, vt veteranus reſtituetur, & emerita
accipiet. In quibus legibus præmia, & emerita diſtin-
gui cenſet Demſter. ad Roſin. lib.10. [illegible]q. cap.[illegible] &
ante eum Leuin. Torrent.ad Sueton Aug.cap.24.Ste-
vvechius in not. ad Veget de re mil.lib.2. cap.20. vt
emeritum ſcilicet ſit præmium verò in pecunia, ſed
7 id minimè probat.† Emerita ergo erant commoda &
præmia veteranis dari ſolita, quæ multa fuêre. Nam
interdum dabantur eis agri,& ad emenda ruri neceſ-
ſaria,pecuniæ quoque errogabantur,l.[illegible] C.Th.de vete-
ranis. Aliquando & præter agros ad culturam eorum
animalia & ſemina præbebantur, l.omnibus 8. C. Th.
eod. Aliquando ſtipendia in pecunia donata, probat
quoque Demſter ſup. poſt Sauaron.lib.1.ad Sidon.ep.
6. aliquando verò immunitates variæ & priuilegia
conceſſa, l.1. infr.de veteran. & eod. tit. in C. Th. &
infr. de his qui non implet. ſtipen. & tit. C. de excuſat.
veteran. l.à muneribus 7. D. de vacat. muner.l.ſi ſolem-
nibus 7. C.de fide inſtrument. l.2. infr.de re milit. l. ve-
teranis 9.C.quando prouocar. non eſt neceſſ. quibus iu-
ribus & munerum perſonalium onerum,aliarum col-
lationum operum publicorum, & vectigalium im-
munes declarantur, notat Cuiac. ſuprà, & lib.36. q.
Papin. in d.l. à muneribus, & Petr.Gregor.lib 19. c.4.
n.3. & ſeq.& c.16. n.4. † Quod ſine ratione non eſt,
8 vt ſcilicet premium pro laboribus conſequerentur,
quos in militia explenda paſſi ſunt,vt enim ait Caſ-
ſiodor.lib.7. ep.30. ibi, Æquitati conuenit, vt vnuſ-
quiſque ad fructum militiæ emenſo tempore debeat per-
uenire, & laboris recipiat præmium pro compenſatione
meritorum,& cum ad tempus venerit,conſtitutum optato
honore potiatur. Diuina ſunt iſta iudicia, non humana,
vt quem ſuperna ad tempus debitum opus voluerunt per-
ducere,& meritò videatur & laboris ſui præmia ſuſcepiſ-
ſe, excubiarum ſuarum competentia priuilegia conſe-
quatur. Congruit ipſe lib.6. ep.13. & lib.11. ep.37. †
9 quæ ita procedebant, ſi per viginti annos militaue-
runt, nam viginti anni erant iuſtum tẽpus militiæ,
l.fin. infr. de his qui non implet.ſtipend.l. veteranis. C.
quando prouocare. ex lege ſcilicet Auguſti & Tibe-
rij, cùm antea vigintiquinque ſtipendia merenda
eſſent(licèt non ignorem ſub Principibus eam rem
multoties variaſſe) vt apparet è Seruio, ad illud
Virgilij lib.2. Æn.verſ.157.

——Sacrata reſoluere iura.

ex D. Iſiodor. lib.9. origin. c.1. obſeruant Cuiac. in
d.l. fin. Petr. Gregor. lib.19. cap.4. num.3. Alex. ab
Alex. lib.6. genial.cap.22. Iuſt.Lipſ. de milit. Roman.
lib.5. dialog.19. Stevvech. ad Vegetium lib.2. cap.3.
in princ. & Gothofr. in l.2. infr. de re milit. († Anni 10
verò quibus milites merebant ſtipendia dicebantur:
quo ſenſu eſt accipiendus titul. infrà de his qui non
impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt. iuncta lege
ſecunda eod. ibi, Qui pleno ſtipendiorum numero fun-
guntur, dicta lege veteranis. ibi, Poſt viceſima ſti-
pendia dicta lege ſecunda de re militari. Veget. li-
bro primo de re militari. cap. ſeptimo vbi no-
tauit Stevvechius Taubman. ad Plaut. in Mo-
ſtellar. act. 2.ſcen.1. verſ.51. ad illud, vbi emeritum
eſt ſtipendium.) † Tunc itaque ſacramento militari 11
ſoluebãtur quod principio militiæ facere debebant,
de quo eleganter profectò agit Demſter. libro 10.
antiq. cap.tertio etſi plura mutuauerit ab Stevvechio
in not. ad Veget. libro 2. cap.5. & Gothofred. in lege
2.infr.de veteran.littera X.& miſſionem honeſtam ac-
cipiebant, nam cùm tria eſſent miſſionum ge-
nera, hæc propria & legitima, quæ emeritis ſtipen-
diis concedebatur. Altera cauſaria, cùm ob cauſam
miles emittebatur;alia ignominioſa, quæ ob crimen
militem remouebat. quarum frequens eſt mentio in
libris noſtris, ita vt nullus meliùs noſtris legibus id
explicauerit, l.1. & cum aliis, de his qui notant. infam.
l. milites 13. §. miſſionum D. de re mil. l.ſed & mili-
tes 8. de excuſat. tut. l. teſtamenta 26. l. quod dicitur
38. in princ. & §.1. D. de mil. teſt. l. ſi poſt miſſionem
17. l. ad veterani 40. l.ſi miles 92. D. ad l. falcid. l. ſi
ſolemnibus 7. C. de fide inſtrum. l. ex teſtamento 5. C.
de mil. teſt. Petr.Fab. lib.1.ſemeſt.c. 17. Petr. Gregor.
d. lib.19. cap.4.n.6. Lipſ. d dial.19. Stevvech. ad Ve-
get. lib.2.cap. tertio. verſ. ex more dimiſſis. Roſin. li-
bro 10.antiq. cap. trigeſimo. 12

His ergo ad illuſtrationem mentis noſtræ legis
præſuppoſitis, nunc de quæſtione iuris agere ne-
ceſſe erit. Statuit Alexander quòd ſi veteranus, qui
munerum perſonalium habet immunitatem, vt di-
xi, Decurio creatus non ſe excuſauit.imò cùm com-
pelli inuitus non poſſet, illud munus ſponte ſuſce-
perit, non adita conditione ſeruandæ immunitatis
id eſt, cùm proteſtatione ne teneatur propter hoc
ad alia munera, ſi poſtea voluerint ad excuſatio-
nem redire, non audientur. l.2. l. fin. D. de vete-
ran. l.2. l.ſemper 5. §. fin. D. de iure immunit. l.2.
§. fin. D. de decurionib. l 2. infr. de tabular. l.3. ſupr.
de decurionib. l.1. C. de iure domin. impetr. cap. cum
acceſſiſſent 8. cum ſeq. de conſtitution. cap.pro illorum 13
22. de præbend. † Ratio eſt, quia cùm poſſet ſe
excuſare, & non fecit, videtur tacitè ſuo priui-
legio renuntiaſſe, ita vt ex taciturnitate elicia-
tur conſenſus, vt ſpontè ſuſcepiſſe munus videatur
l.Campanus 27. D. de operis liber. l. ſi quis delegauerit
12. D. de nouation. l.4. C. de pactis int. empt. l. ad
ſolutionem 5. C. de re iudicat. & conſequenter non
debebit prætendere ampliùs eius muneris excuſatio-
nem. l. iam dubitari 86. §. fin. D. de hæred. inſt.
cum priuilegio ſuo poſſit quis renuntiare, l. ſi
quis in conſcribendo, C. de pact. cum vulg. cap. ſi
de terra 6. in fin. iuncto cap. accedentibus, de pri-
uileg. Giurb. conſ.59. numer. 5. Quia nihil inte-
reſt voluntatem declarare verbis, an factis l. de
quibus 32. D. de legibus, imò facto plus ſolent
oſtendi voluntas, quàm verbis. l. ſi tamen 48. §. ſi
qui, D.de ædilit.edict.ibi, multo enim amplius eſt id fa-
cere, quam pronũtiare, obſeruant Garcia de nobilit.gloſ.
6.n.23.& ſeq Menoch.de præſumpt lib.6. præſumpt.41.

Huius doctrinæ argumento Bart. Plat. Lucas hic, 14
& in l.2. h.t. numer.8. & alij cum Valenzuel. in l.3.

ſup. de decurion. gloſ. in cap. cùm acceſſiſſent 8. de conſtit. verb. contrauenerint, & in cap. pro illorum 22. de præbend. verb. auctoritate, quam exornant Pereyr. deciſ.90. num.30. Suarez de legib. lib.8. c.35. toto Surd. conſ.419. num.6. & 32. & lib.3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 26. numer.15. & in collect. ad diſt. cap. cùm acceſſiſſent, num.6. & ſequentib Tuſch. pp. concl. tom.6. littera P. concl.756. Giurb. plures referens conſ. 59. numer.8. & ſeq. & Bobadill. lib. quinto polit. cap. 10. numer.11.12. Caſtillo de Tertiis cap.19. tenent per actum contrarium priuilegio priuilegium amitti

15 † Item & Angel. in leg.1. §. ſi quis tutor, D. quando appell. ſit, quem ſequitur Plat. in l.2. h. t. ad fin. & Garcia ſup. numer.33. occaſione huius noſtræ legis aſſerunt quòd ſi priuilegiatus, vel qui habet immunitatem, ſcribatur in libro, ſeu matricula ſoluentium tributa, aut alias publicas functiones, & non reclamauerit, nocebit ei talis deſcriptio, vel ſi ſoluerit. Quod & in his, qui completis viginti annis ſuæ poſſeſſionis nobilitatis iuxta pragmaticam Cordubenſem ſoluerint tributum, tenent quoque ſupradicti nocere ei, qui cauſam nobilitatis litigat, & ſe exemptum aſſerit à tributis. Quas quæſtiones cùm ad vtramque partem examinent, iam laudati præcipuum fundamentum partis affirmatiuæ ſumunt ex lege noſtra cum aliis iuribus in eis confirmationem

16 adductis, num.12. † Pro contraria verò parte non deſunt iura alia, vt eſt l. voluntarie 12. C. de excuſat. tutor. vbi ſi aliquis haberet immunitatem à tutela, non ob id quod ſponte eam ſuſceperit, priuilegiis ſuis derogat. l. creditor 7. C. de vſuris ibi, Neque enim ſi aliquando ex conſenſu præſtita ſunt, obligationem conſtituunt. Rurſum totum contrarium ſtatui vi-

17 detur in l.2. & 3. h.t. † Quia quando priuilegium amittitur per non vſum, non ita ſimpliciter amittitur per non vſum, non ita ſimpliciter amittitur, ſed neceſſe eſt, vt contra priuilegiatum legitima præſcriptio interueniat, vt docent Gregor. in l.42. tit. 18. pag.3. verb. faſta treinta annos, & relati à Suarez d.cap.35. num.10. Garcia dict. gloſ.6. num.35. & 36. Bobadil. lib.5. cap.10. num.12. Fontanell. de pact. nupt. clau.3. gloſ.2. numer.18. & clau.4. gloſſ.10. pag. 2. numer.60. quod probatur in cap. ſi de terra 6. cap. accedentibus 15. de priuilegiis, ergo non per vnicum actum ipſi priuilegio contrarium tollitur eius vis.

18 Horum iurium diſſidium & opinionum conflictum vt componant Interpretes ſuprà dicti, mirum eſt in quas varias ſeſe diſtrahant opiniones & diſtinctiones, vt videre eſt ex Plat. in l.2. infr. h. tit. Garcia d. gloſ.6. numer.29. Suarez d. cap.35. ex numer.10. Giurb. d. conſ.59. numer.49. Gironda de priuilegiis n. 107. & ſeq. Azeuedo in l.1. tit.1. lib.6. Recop. num. 40. Otero de paſcuis cap.20. num.3. Caſtillo de Tertiis cap.19. numer.16. qui in eam diſtinctionem communiter iurarunt inter actus ſuâ naturâ reiterabiles & momentaneos non reiterabiles, vt in his ſufficiat vnicus actus ad perimendum priuilegium in illis neceſſarium ſit tempus præſcriptionis. † A qua di-

19 ſtinctione rectè diſceſſit Garcia, quia minimè conuenit ſupradictis iuribus & ideò numer.31. ipſe aliam adhibet inter actum vniuerſum, & actum particularem, per actum vniuerſum intelligens eum, qui ſub ſe continet plures actus, vel vniuerſitatem actuum, qualis eſt decurionatus, at actum particu-

20 larem vocat permanentem, & momentaneum. † Quæ doctrina recidit in ſupradictam, etſi fuerit de mente Bart. in lege ſecunda §. fin. D. de decurion. & in dicta lege voluntarie, Plat. in lege ſecunda infr. hoc tit. verſ. vel ſecundo, & Panormitan. in dicto capite accedentibus, de priuileg. Neque omnino explicat ſupradicta iura, quia Decurionatus non eſt actus vniuerſalis, ſed tantum vnicus, qui licèt habeat ſub ſe aliquos alios actus, non differunt à decurionatu, ſi quidem ſi Decurioni annexa ſit aliqua cura, vel adminiſtratio, non ex eo ſequitur talem adminiſtrationem differre à natura Decurionatus, imò eſt eiuſdem naturæ, cùm iam creatus Decurio non poſſet ſe eximere ab illo miniſterio, ad quod dirigitur natura Decurionatus. Facit etiam l.3. infr. h. t. quæ contrarium apertè ſtatuit, vt per Decurionatum nullum præiudicium ipſis generetur.

Alias diſtinctiones & varios modos interpretandi 21
adducunt Plat. in h. l.2. & DD. in d. cap. cùm acceſſiſſent, & relati à Giurb. d. conſ. 59. num.43. & ſeq. Verùm qui veritati propiùs videtur acceſſiſſe, eſt Suarez d. c.35. num.10. & ſeq. quem ſequuntur Barboſ. de pot. Epiſc. d. alleg.26. num.15. & in d. cap. cùm acceſſiſſent num.7. & ſeq. Pereyra deciſ.91. num.30. Caſtillo ſup. & antè eos opinatus eſt Bar. in l.1. de veteran. & in l.2. §. fin. de decurion. Alex. conſ.33. vol. 5. Plat. in l.2. infr. quibus ego quoque accedo, licèt neceſſarium iudicem fundamentis aliis fortioribus eam doctrinam eſſe ſtabilendam, & alia congrua reſponſa eis iuribus danda. † Exiſtimant ita- 22
que per actum vnicum priuilegio contrarium non induci amiſſionem priuilegij quoad futurum tempus, ſed tantùm inducere renuntiationem, quoad illum actum particularem, vel cauſam, in qua contra priuilegium egit. Id expreſsè probatur in d. l. voluntaria, & in l.2. & 3. h. t. cum ſimilibus, ita vt ſi, exempli gratia, veteranus Decurio creatus fuerit, qui priuilegium habebat, ne ad illud munus vocari poſſet, ſi velit poſtea ſe excuſare ab eo officio, antequam ſcilicet tempus compleatur, non valebit excuſatio, ſemel enim agnoſcendo honorem, non poterit renuntiare, l. prætor 13. §. fin. de vacat. muner. idque probatur expreſsè in præſenti, illis verbis, Redire ad excuſationem quam reliquerunt, non poſſunt, quæ non niſi de eo officio & munere, quod tunc obtinent, non poterunt intelligi, vt in l.2. infr. illic, pauliſper ius publicum relaxauerit, vbi vox pauliſper interpretantur, id eſt, pro ea vice, vt ſcilicet in eo tantùm actu priuilegio ſuo non eſt vſus, non ſe excuſauit, ſed voluit relaxari ius publicum, illud ſcilicet, quod in priuilegio immunitatis iure communi veteranis, vel aliis conceſſo conſiſtit; l. ius publicum 38. D. de pactis, iuncto capite ſi diligenti 12. de foro compet. † Sed & in huius aſſertionis probationem 23
expendo egregium IC. reſponſum in l.2. D. de veteranis, vbi ait, Honeſtè Sacramento ſolutis data immunitas non labefactatur, ſi quis eorum voluntate ſua honorem, aut munus ſuſceperit. Cui tamen minimè obſtat l. fin. in fin. D. de veteranis, vbi ita ſcribitur, Veterani qui paſſi ſunt in ordinem legi muneribus fungi coguntur, cùm facilè reſpondeatur, fungi coguntur muneribus quæ Decurionatui annexa ſunt, nam eiuſmodi honor multa munera habet annexa, vt conſiderat Garcia ſuprà, & nos diximus in lege prima de decurionibus ſuprà & probat lege & ſi filium 5. D. de muneribus quomodo videtur procedere lege ſemper 5. in fine, D. de iure immunit. omiſſis quæ dicit Suarez num.18.

Vltimò expendi poteſt pro hac noſtra parte, lege 24
prætor 13. §. fin. de vacat. muner. vbi ſi is qui poterat priuilegio ſe excuſare ne iudex fieret, poſtquam conſenſerit velit ſe excuſare audiri non debet, verùm ſi poſtea aliqua iuſta cauſa incidit, vt Iudex excuſetur, non debet in alium iudiciū transferri, ſi cum captione alterius futurum eſt, quia tolerabilius eſt tantiſper ſpectare, quàm iudici nouo rem iudicandam committere, ergo ſi nulla adſit captio, poterit ſe excuſare, & excuſatio ibi non admittetur ſi iam renuntiaſſe ſuo priuilegio ſemper crederetur, neque attenderetur captio ad illum excludendum, ſed renuntiatio.

nuntiatio. Item nec diceret IC. illum tantiſper ſpectare debere, ſi priuilegium extinctum cenſeretur, nam vox *tantiſper* intelligi debet de eo ſolo iudicio & actu iudicandi, à quo non ſe excuſauit.

25 Grauiorem difficultatem continet *dicto capite cùm acceſſiſſent, de conſt.* cui reſpondet, variis omiſſis ſolutionibus, Suarez *dicto cap. 35. num. 16. & 17.* & ei adſtipulantur Barboſa *dict. alleg. 26. n. 16. & in Collect. ad dictum caput cùm acceſſiſſent num. 8. & in dicto capite ſi de terrà num. 7.* Pereyra *dicta deciſ. 91. numero 31. circa fin.* Caſtillo *dict. cap. 19. num. 3. & 16.* Priuilegium illud amiſſum, quia erat tantùm conceſſum ad vnicum actum, qui incontinenti fit, vel tollitur, & ideò per vnam contrauentionem potuiſſe amitti, quia in tali materia renuntiatio quoad vnum actum eſt renuntiatio ſimpliciter, quia totum priuilegium in vno actu conſiſtit, quod ex eo patet, quia agebatur de extinguenda, vel erigenda præbenda, aut dignitate Eccleſiæ Tullenſis, quæ priùs extincta fuerat cum conſenſu Pontificis: ſi autem Canonici cõtraueniſſent, & iterum illam erexiſſent, & quia dignitas de per ſe eſt effectus ſtabilis & perpetuus, ideò ſicut prior extinctio vno actu conſummata fuit, ita per vnum actum contrarium fuit pri-

26 uilegium reuocatum. † Hæc interpretatio doctiſſimorum virorum mihi non probatur, quia nullam reddit rationem differentiæ, cur priuilegium, quod conſiſtit in vnico actu, per contrauentionem perimatur. *Secundò,* quia eſſe Decurio vnico actu conſiſtit, & tamen iuxta ſuperiùs reſoluta non perditur, quia priuilegium quòd non ſit illa dignitas primiceriatus in illa Eccleſia, non conſiſtit in vno actu, cùm vna vice non extinguatur illa dignitas, vt conſtat, illic, *ne primiceriatus dignitas eſſet vlteriùs in Eccleſia memorata.*

27 Quare crediderim verius dicendum in ſpecie *dicto capite cùm acceſſiſſent*, non tractari de priuilegio aliquo, ſed de ſtatuto à Capitulo facto, & Pontifice confirmato, an valere deberet, & Pontifex reſpondet valere niſi Canonici poſtea ei contraueniſſent. Hæc meliùs intelliguntur, ſi ponamus ita ſpeciem. Canonicos priùs ſtatuiſſe vt primiceriatus dignitas extingueretur, & huius ſtatuti confirmationem petiiſſe à Sede Apoſtolica, verùm antequam confirmatio impetraretur aliquem in primicerium elegiſſe, & cum falſa ſuggeſtione confirmationem impetraſſent, quæſitum eſt, an ſtatutum valere deberet? Ad hoc autem Sum. Pontifex conſultus reſpondet ſtatutum à Canonicis factum, & ab eo confirmatum valere, *niſi poſtea dicti Canonici contrauenerint.* quæ verba non ſunt accipienda de contrauentione facta à Canonicis poſt confirmationem Apoſtolicam, cùm ad id nullam haberent auctoritatem, ex traditis à Thom. Sanchez *de matrimonio libro octauo diſputatione decima ſeptima, numero trigeſimo*, ſed de contrauentione facta ante talem confirmationem. Nam poſtquam decreuerunt vt primiceriatus dignitas extingueretur ante confirmationem eius ſtatuti aliũ in primicerium elegerunt, & ſic iam ſupradictum ſtatutum contrauentione tacitè fuerat reuocatum, & ita confirmari non potuit, ſiquidem preces Pontifici oblatæ falſæ erant, cùm dixiſſent multo tempore vacaſſe illam dignitatem, quod verum non erat (vt conſtat ex verſ. *propter quod*) cùm alium elegiſſent primicerium. Vnde verbum *poſtea* accipiendum eſt non poſt confirmationem Pontificis, ſed quod poſt factum ab ipſis Canonicis ſtatutum electionem fecerunt, contraueniendo diſpoſitioni quam fecerant. Ex quo rectiſſimè Innocentius III. reſpondet valere ſtatutum, vipotè ab eo confirmatum. niſi antequam confirmaret tacita contrauentione fuiſſet ab ipſis Canonicis reuocatum. Quòd cùm iam eueniſſet, & eſſet nullum, confirmatio vires ei non poteſt tribuere, *cap. 1. de confirmat. vtili.* iuxta quem ſenſum minimè hæc iura diſſonant, ſed ſupradicta aſſertio remanet inconcuſſa.

Ex qua vera reſolutione infertur *primò* vnum, 28 aut duos actus priuilegio contrarios non ſufficere ad extinctionem eius, niſi legitimo tempore ad præſcriptionem neceſſario vſus talis continuetur. In qua re duplex eſt inſpectio, quòd ſcilicet actus ſint neceſſarij, & quantum tempus ſit neceſſarium ad perimendum tale ius, an decem vel viginti, vel triginta annorum? de quibus quæſtionibus agunt Suarez *d. cap. 35. numer. 19. & ſeq.* Garcia *d. gloſ. 6. num. 35.* & alij iam laudati, & Cabedo *deciſ. 17. n. 3. & deciſ. 93. num. 10. part. 2.* Barboſ. *in coll. ad dict. cap. ſi de terra, & dict. cap. accedentibus, de priuileg.* † Et quantum ad 29 actus pertinet, non poteſt diffiniri quot ſint neceſſarij. Dicemus tamen eos ſufficere qui neceſſarij videantur, vt tempus præſcriptionis non interrumpatur, *argumento l. hac autem 6. D. de ſeruit. vrban.* ibi, *Ita demum ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas altiùs ſublatis habueris, leg. ſi quis 18. in fin. D. quemadmodum ſeruit. amit.* Ex eo enim actu qui contra priuilegium factum eſt, decidit à poſſeſſione ſua priuilegiatus, & incipit quaſi poſſideri ius contra illum. Quòd ſi continuetur, & non interrumpatur, neque priuilegiatus faciat quidquam quo videatur priorem illum actum retractare, & ſuam quaſi poſſeſſionem redintegrare, mediante præſcriptione deperditur, *d. l. hac autem* docet Suarez *d. n. 19. & 20.* & huc ſpectant tradita à Garcia *ſup. num. 33.* & Bobadill. *ſup.*

Sed quantum temporis debeat interuenire ad 30 hanc præſcriptionem complendam, non ſatis conſtat, cùm ipſa iura diuersè loquantur. Triginta annos eſſe neceſſarios aſſerit. *d. cap. ſi de terra 6. de priuileg. iuncta leg. 42. tit. 18. part. 1.* Quadraginta expoſtulat *d. cap. accedentibus, eod. tit. cap. de quarta, cum aliis, de præſcript.* quæ iura inter ſe contraria diuerſimodè in amicitiam redigere curant Garcia *dict. gloſ. 6. numer. 35. & 36.* Suarez *dict. lib. 8. cap. 35. numer. 21.* Barboſ. *in collect. in dict. cap. de terra num. .. & ſeq. & d. alleg. 26. num. 18.* & in ea difficultate admiſſa & ſequuta eſt illa interpretatio, quam memini me excepiſſe Salmanticæ à Doctore Ioanne de Leon, olim in Academia ſacrorum Canonum primùm, deinde poſt iubilationem legum primario Anteceſſore diſertiſſimo, & ferè eodem ſenſu & verbis tradidit Barboſ. *ſup.* & ante eos præſenſerunt Goffred. & Abbas antiquus, quos referunt Ioan. Andreas & Cardinal. *in dict. cap ſi de terra. ibi,* nempe ſufficere triginta annos, quia non agitur de præſcriptione decimarum, ſed de renunciatione priuilegij nam Canonici actores ex terris, quæ erant in ſua parochia, petebant decimas iure communi debitas, *cap. cùm contingat, de decim.* è contra autem Ciſtercienſes Monachi id non negantes excipiebant de priuilegio, de quo *in c. ex parte, de decimis.* † Replicabant 31 Canonici illud iam eſſe extinctum voluntaria renuntiatione ipſorum, cùm eo neglecto per triginta annos decimas perſoluiſſent, & ſic rem eſſe reductam ad ius commune, ob quam cauſam Pontifex ait, Ciſtercienſes ſe priuilegio tueri non poſſe, quia licitum eſt quemlibet ſuo priuilegio renuntiare, & per longiſſimi temporis ſolutionem ita factum, quare Canonici non præſcribebant decimas, neque fundabant ſe in præſcriptione quæ debebat eſſe quadragenaria, ſed excluſo iam priuilegio in iure cõmuni, & ſic cùm faciliùs res reducatur ad priſtinũ ſtatum, minus tempus ad id admitti debuit, *argumento l. ſi vnus 27. § pactus ne peteret 2. D. de pactis,* præcipuè cùm nullum factum Canonicorum interueniat,

niat, ſed ſolùm non vſum Ciſtercienſium *argumento*
32 *leg. ſi partem* 19. §. *fin. D. quemad. ſeruit.* † At verò
*ind. cap. accedentibus*, diuerſa ſpecies proponitur. Nam
Abbas & Conuentus petebant decimas ſibi deberi,
cùm tamen iure communi eis non deberentur, quia
Templarij quadraginta annis eas perſoluerant, & ip-
ſe Conuentus præſcripſerat. Templarij allegabant
priuilegium ſuum, quo eis erat indultum ne deci-
mas perſoluere tenerentur. Hanc allegationem Con-
uentus reprobauerat, ea ratione quòd Templarij per
quadraginta annos decimas perſoluiſſent, & ſic pri-
uilegio ſuo iam renuntiauerant. In hac contrarietate
Pontifex pro Conuentu contra Templarios pronun-
tiauit propter quadragenariam ſolutionem abſque
lite & interruptione factam, & ſic quietè & paci-
ficè, quæ neceſſaria ſunt ad præſcriptionem, quâ
Abbas & Conuentus nitebatur, & ex qua renuntia-
tio priuilegij inducebatur. Vnde cùm non ſufficeret
renuntiatio Templariorum, neceſſaria fuit quadra-
genaria præſcriptio legitima, per quam contra ius
commune decimas adquirerent, quæ cùm ſit contra
Eccleſiam, non niſi illud temporis ſpatium interue-
nire debuit, ex *d. cap. de quarta, de præſcript.*

33 Quod verò diximus de tempore intra quod per
non vſum amittitur priuilegium, accipiendum eſt
de priuilegio regulari de non faciendo. Si verò ſit
priuilegium faciendi aliquid, veluti nundinarum,
vel ſimile, deperditur ſpatio decem annorum. *l. 1.*
*D. de nundinis. l. 42. tit. 18. p. 3. verſ. otro ſi priuile-*
*gios*, vbi Gregor. *verb. faſta diez annos* Azeued. *in*
*d. leg. 1. tit. 1. lib. 6. Recop. 37. & ſeq.* & Garcia *ſupr.*
*numero 36.* poſt plures à ſe relatos. Molin. *lib. 2. de*
*primog. cap. 7. num. 70.* vbi agit de priuilegio, ſeu
facultate regia ad faciendum maioratum conceſſa,
nam etſi ea non vtatur teſtator pluribus annis, non
ex eo amiſſa cenſebitur, quia priuilegium quod con-
ſiſtit in mera facultate accipientis, non amittitur ex
non vſu, & ita tenuit contra Gregor. *in leg. 6. tit.*
*11. part. 6. verb. que la non pudieſe quæſt. 26.* vide ad-
dit. Molin. *ſupr. numero 70.* & Caſtillo *de Tertiis*
*cap. 19. numer. 10.* & aliis numeris de hac noſtra aſ-
ſertione differit, an priuilegium per non vſum de-
cennij amittatur. † Quomodo autem in conſcientia
34 procedat hoc quod aſſeruimus de priuilegij amiſſio-
ne per non vſum, eleganter tradit Suarez *d. cap. 35.*
*numero 25.* & Barboſa *in d. cap. ſi de terra num. 7.*
*in fin.*

35 *Secundò* ex ſupradicta reſolutione infero ad eam
quæſtione quam propoſuimus ſuprà ex Garcia *d.*
*gloſ. 6. numer. 23. & ſeq.* Otalora *de nobilit. 2. part. 3.*
*part. princ. cap. 9. n. 7.* Quando aliquis qui iuxta Pra-
gmaticam Cordubenſem, quæ eſt *leg. 8. tit. 11. lib. 2.*
*Recop.* per viginti annos tributum non ſoluerit, &
ſic habet iam ius completum, an ſi poſtea fecerit
actum contrarium, perimatur ius ſupradictum? &
tandem poſt grandem diſputationem ipſe Garcia *n.*
*34. verſ. ex his omnibus*, concludit ius inceptum in
auo, & in patre continuatum, & in nepote perfe-
ctum & completum, minimè perimi, etiamſi ſemel
bis, aut ter, aut ſepties deſcribatur in matricula ple-
beiorum, & ſciens ſoluat cenſum plebeium, quia
iam eſt ius cauſatum, niſi tales ſolutiones adſcendant
ad tempus legitimum, triginta ſcilicet annorum,
iuxtà *ſuperius* reſoluta, quia hi actus ſunt reiterabiles
& ideò ſpectandum eſt tempus legitimum.

36 Quæ ſententia mihi non placet, nam verum eſt
per deſcriptionem matriculæ & ſolutionem tributi
plebeiorum interrumpi illam quaſi poſſeſſionem no-
bilitatis, quæ debet ſemper eſſe continua, & ſine vl-
la interruptione, *l. 2. C. de præſcript. long. temp.* ita
vt nunquam ex tempore, cuius origo memoriam ho-
minum excedat vſque adhuc ab ea quaſi poſſeſſione
reciderit ita expreſsè probatur *in leg. 7. tit. 11. lib. 2.*
*Recop.* illic, *Todos los hijos dalgo que eſtubieren en po-*
*ſeſion de hidalguia de tanto tiempo aca que memoria de*
*ombres troes en cõtrario y de viente annos aca nunca pe-*
*charon ni vſaron ni a conſtumbraron pechar. Y les fueron*
*guardadas las franqueças y libertades, de ſi er pre*
*aca y de los dichos veinte annos aca.* vbi expendo ver-
ba illa, *de veinte annos aca nunca.* quæ non ſolùm per
viginti annos in quaſi poſſeſſione non ſoluendi fuiſ-
ſe docet, ſed ex nunc vſque adhuc, nunquam ſol-
uiſſe requirit.

Rurſus quia tempus viginti annorum non datur 37
à lege ad complendam præſcriptionem nobilitatis,
ſed ad probandam poſſeſſionem nobilitatis *d. l. 8. tit.*
*11. lib. 2. Recop.* ibi, *Y probare enteramente deſi*, &
rurſus, *Que eſte tal ſea tenudo de probar la poſeſion de*
*ſu hidalguia.* † Deinde conſidero *leg. 1. §. alia cauſa,* 38
*ff. quando appell. ſit*, vbi ſi aliquis vocetur ad aliquod
munus, non aliter allegare poterunt cauſas ſuæ im-
munitatis, quàm ſi appellauerint intra terminum à
iurè ſtatutum, ne alioquin videantur ei muneri ſpon-
te conſentire. Ergo eodem modo niſi reclamauerint
videbuntur à quaſi poſſeſſione cecidiſſe. Cuius legis
argumento poſt Angel. tenent plures relati ab ipſo
Garcia *gloſ. 4. num. 18.* Valenzuel. *in leg. 3. n. 3. ſup.*
*de decurion.* Azeued. *in leg. 1. tit. 1. lib. 6. Recop. numer.*
*34. & ſeq.* Caſanate *conſ. 39. numer. 21. & ſeq.* Gi-
rond. *de priuileg. num. 102 & ſeq.* perdi immunita-
tem ab eo, qui ſe paſſus eſt deſcribi in libro ſoluen-
tium tributa, niſi appellauerit intrà tempus legiti-
mum. Nam eam quaſi poſſeſſionem (inquit ipſe Gar-
cia) amiſiſſe intelligendus eſt qui ſe cum plebeiis
annumerari patitur, ergo ex huius Doctoris ſenten-
tia videtur multò magis dicendum quòd ſi ſoluerit,
amitti poſſeſſionem. † Neque ſatisfaciet qui reſpon- 39
derit Garciam *d. gloſ. 6. num. 34.* loqui quando poſt
impletum ius, & perfectum (vt ipſe loquitur) ſol-
uerit tributum plebeiorum, quo caſu negat deperdi
exemptionem, ſecus autem, quando ante tale im-
plementum ſoluiſſet. Nam nego dari ius perfectum
aliquod quod poſſit conſeruari poſt ſolutionem, ſi-
quidem ius illud fuit poſſeſſorium, & ſemper in re-
tinenda poſſeſſione conſiſtit, ita vt ſi ab ea cadat,
ſtatim deperdatur. Tum etiam, quia eo ipſo
quòd non contradixit ſe deſcribi in libro plebe-
iorum, imò ad ſolutionem proceſſit, videtur ſuo
fauori & exemptioni renuntiaſſe. † Quia ſciens 40
actum in quo tractatur de damno, & incommo-
do tacentis, ſi potuit damnum contradicendo impe-
dire, & non contradixit eo ipſo præſumitur actum
approbare, etiamſi agatur de maximo eius detrimen-
to, *l. ſeruus communis 38. §. fin. ff. de donat. inter vir.*
*leg. 2. cum aliis, ff. ad municip.* docet Accurſ. *in leg. fi-*
*deiuſſor. §. pater ff. de pignor.* quem ſequuntur plures
relati à Caſanate *dict. conſ. 39. num. 23 & 24.* † Quod
fortiùs concurrit in hoc caſu, vbi vltra ſcientiam & 41
patientiam concurrit factum ipſum ſolutionis, ex
traditis à Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 9. numer.*
*154. cum ſeq.* Accedit etiam quia quo vſque qui per
viginti annos fuit in illa quaſi poſſeſſione nobilitatis,
habeat pro ſe rem iudicatam, non habet extinctam
præſumptionem, de qua *in l. 9. tit. 11. lib. 2. Rec.* quo-
minus plebeius exiſtimetur. Garcia *ſup. n. 61 & ſeq.*

*Tertiò* infero non habere locum doctrinam no- 42
ſtræ legis, & ſimilium, quando faciens actum pri-
uilegio contrarium proteſtatur, quod non intendit
nocere ſibi, vel præiudicare exemptioni ſuæ. Quo-
niam talis proteſtatio conſeruat proteſtanti priuile-
gium quod habet, ne ei videatur renuntiare, vt do-
cemur *in præſenti in fine*, ibi, *Niſi certa lege & pacto.*
Ratio eſt, quia actus voluntarij poſſunt per proteſta-
tionem limitari, *l. 2. ff. ſi quis caution.* ibi, *niſi contrarium*
*partibus*

*partibus placuerit*, *leg. Neſennius* 34. *ff. de neg. geſt.* & in actibus meræ voluntatis proteſtatio conſeruat ius, quia cùm proteſtans potuerit id liberè facere, vel non faciendo liberè, & non coactè proteſtando ſuam voluntatem, nihil nocebit, vt docet Garcia *de nobil. gloſ.* 5. *num.* 6. & 7. & *gloſ.* 6. *numero* 65. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſump.* 41. *numero* 11. poſt Bar. & Plat. *hîc*, Gironda *de priuileg. num.* 102.
43 † Secus autem erit in actibus coactis, vbi cogeris vel à lege, vel ab homine, tunc enim nihil prodeſt proteſtatio, ſed aliud remedium vel appellationis, vel querelæ, obſeruat Garcia *d. gloſ.* 5. *num.* 6. Vnde cùm in præſenti veteranus potuit decurionatum repudiare ex ſuo priuilegio, proteſtatio acceſſit
44 actui voluntario, & ſibi conſeruat ſuum ius. † Plura de proteſtatione dicere locus hic præſtabat, ſed quia frequens eſt materia, & ab omnibus paſſim tractata, ideò ex more noſtro eam omittimus, videſis ſi occaſio dederit vnum pro omnibus, qui omnes adducit, Giurb. *deciſ.* 85. *tota*, & Pichard. *de adquir. hær. cap.* 18. *num.* 16. 40. & 45. *cum ſeq.*

---

*L.* 2. & 3. *h. t.*

DE his iuribus egimus *in lege prima ſup. ex numero* 21.

## TIT. XLIV.

### *De his qui à Principe vacationem acceperunt.*

L. *Vnic.* Vide Maſtrill. *lib. de magiſt. cap.* 30. *num.* 101. & quæ diximus *in l. nati*, *ſup. de decur.* & *in leg.* 1. *ſup. de immun. nemp. conced.* & *in l.* 2. *infr. de excuſ. mun. in rub. ſup. de decurion.*

---

## TIT. XLVI.

### *De decretis Decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda.*

DE Decretis diximus *in rub. ſup. de prædiis decurion.*

*L.* 1. Vide quæ diximus *in l.* 1. *ſup. de immun. nem. conced.* Valenzuel. *in l. vacatis num.* 9. *ſup. de decurionib.* & Petr. Fab. *lib.* 2. *agoniſt. cap.* 20. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *Recop. ex num.* 2. Bobadill. *libro* 5. *polit. cap.* 5. *num.* 34. *lit. C.*

---

## TIT. XLVII.

### *De excuſationibus munerum.*

POſtquam ſuperioribus titulis actum eſt de immunitate à Principe conceſſa, vel à populo, nunc de cauſis, quibus ad id moneri poſſint, agitur, & quibus excuſationibus illi, quibus munera indicuntur, vti poſſint, & cùm dixerimus titulis proximis triplex eſſe munus, de perſonalibus & mixtis, non verò de patrimonialibus hic titulus agit, quia de his nullus excuſatur *leg.* 3. *ſup. ſup. de muner. patrim.* vbi Accur. gloſ. magna, & omnes Auctores notarunt.

## LEX I.

*Impp.* CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. *Demetrio.*

Etiam hi, qui noſtra procuraſſe monſtrantur, muneribus ciuilibus, quæ dignitati earum congruum, fungi debent.

### SVMMARIVM.

1 *De Procuratoribus Cæſaris, remiſſiuè.*
2 *Qualis olim fuerit dignitas?*

DE Procuratoribus Cæſaris egimus *ſup. in l.* 2. *num.* 3. *de iure fiſci*, & *in l.* 3. *de bonis vacantib.* Eos non eximit lex noſtra à muneribus ciuilibus, dum tamen talia munera ab eorum dignitate non abhorreant, ne ſcilicet ſint ſordida, de quibus *in l. maximarum* 12. *inf. h. t.* Ait lex, *procuraſſe*, quia dum procurationem gerunt, excuſantur a muneribus, *l. geome..a* 12. *in fin. leg. adminiſtrantes* 41. *de excuſ. t. leg. exactores ff. eod.* & ita dicitur *in leg. athleta* 6. §. *gentium*, *ff. de excuſ. tut. tribuit immunitatem à tutela quoad in præſidatu ſunt.* Ratio eſt, quia cùm priuilegium datum ſit ob procurationem illam, eâ ceſſante, ceſſare debet, *leg. adigere* 6. §. *quamuis*, *de iure patron.* cum vulgatis quæ adducit Aluarez *in locis comm. lit. C*, *num.* 40. † Nec ſine ratione Procuratoribus Cæſaris data fuit immunitas, quia eorum dignitas fuit ampliſſima (quo nomine indigetatur à Sueton. *in Galba cap.* 15.) & viris receptæ auctoritatis mandata, ita vt aliquibus inſignia conſularia quandoque decreta eſſent. Tacit. *lib.* 12. *annal.* conſule Bulenger. *lib.* 3. *de Imp. Rom. cap.* 19. & Gutherr. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *cap.* 33. cum aliis à nobis adductis *in l.* 2. *n.* 1. & *ſeq. ſup. de iur. fiſci.*

Margin: 1 … 23 … 2

---

## LEX II.

*Pars actorum* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC.

Inductis Firmino & Apollinario, & cæteris principalibus Antiochenſium adſtantibus, Sabinus dixit, & cætera Diocletian. dixit. Certis dignitatibus data à nobis indulgentia eſt munerum ciuilium & perſonalium, id eſt, his, qui aut ex Protectoribus ſunt, aut ex Præpoſitis. Hi ergo ad munera perſonalia, aut ciuilia non vocabuntur.

### SVMMARIVM.

1 *Imperatores ſolebant adſidentibus Conſultis iudicare.*

2 *Iul. Paullus decretorum Imperialium compilator.*
3 *Decreta quæ ex Principis cognitione emanabant, in acta referebantur, & quæ ſint acta?*
4 L. fin. C. de re iudicata.
5 L. cùm ſit 6. C. de vſupac. pro empt. *emendata.*
6 *Quid Cuiacius ſenſerit de noſtræ legis epigraphe reiicitur, & probantur decreta olim latinè ſcripta.*
7 *Enuntiatio huius legis, reiicitur Cuiacius eam accipiens de Decurionibus.*
8 *Protectores qui fuerint, & de eorum officio & munere?* & n. 9.
10 *Protectores & Domeſtici in quo differant, alij equites, alij pedites.*
11 *Vnde dictæ Prætoriæ cohortes, & milites Prætoriani qui fuerint?*
12 *Cuſtodia Principum communis omnium gentium.*
13 *Priuilegia & immunitates Protectorum.*
14 *De priuilegiis Protectorum regiæ Maieſtatis, & de eis, qui dicuntur* Monteros de Eipinoia, *& quomodo domeſtici aſſimilentur?* & n. 15. 16.
17 *Varia Præpoſitorum genera.*
18 *Qui fuerint Præpoſiti laborum?* & n. 19.
20 *Labarum, inſigne inter vexilla Romana, de eius forma, adoratione & veneratione,* & num. 21.
22 *Hoc nomen* labarum, *vnde originem traxerit inquiſitum, coniectatur eſſe nomen Hiſpanum.*
23 *Ab Auguſti temporibus hoc vexillum in caſtris Romanis receptum, & dictum* Cantabrum.
24 *Titul. de Præpoſitis laborum, an rectè accipiendus ſit de labaro, defenditur vulgata lectio, & detegitur incuria Triboniani,* & n. 25. 26. & 27.
28 *Præpoſiti laborum qui fuerint in aula Principum, & de primis domeſticis, & de dignitate decemprimatus,* & num. 29.
30 *Onera magna quibus olim grauabantur Senatores.*
31 *Priuilegium decemprimatus conceſſum laborum cauſa, explicatur* l. vnic. C. Th. de Præpoſ. lab. *&* num. 32. & 40.
33 *Perfectiſſimatus & aliæ dignitates titulo tenus conceſſæ quod dicebatur fieri per allectionem, ſeu priuilegium,* & num. 34. & 35.
36 *Titulus Clariſſimi proprius Senatorum.*
37 *Conſuetudo Imperatorum alios aliorum dignitate ornandi ob præmium ſeruitij & laboris, & de ratione,* num. 38. & 39.
41 *De diſpoſitione rub tit.* infr. de Præpoſ. lab. *& an rectè Tribonianus ſub ea collocauerit legem vnicam, & qui verè dicti ſunt Præpoſiti laborum.*
42 *Oſtenditur Iureconſultos vſos fuiſſe figuris Grammaticorum.*
43 *Præpoſiti laborum habuerunt eamdem immunitatem quam Senatores,* & num. 50.
44 *Glebalis functio & follis, Senatorum onus diſquiſitum de hoc genere tributorum,* & num. 45. 46. 47.
48 L. 2. infr. de Prætoribus, *explicata.*
49 *De præſtatione auri argentique luſtralis, remiſſiuè.*
50 *Verba* l. vnic. infr. de Præpoſit. lab. *iterum explicantur contra Cuiacium.*
51 *A quibus muneribus liberi fuerint Protectores, explicata* l. 2. infr. de priuileg. eorum.
52 *Onus temonarium quod genus fuerit tributi, proponuntur diuerſæ ſententiæ, & veroſimilior aſſignatur,* & num. 53.
54 *De præſtatione tyronum, & quatenus diſtet hoc tributum à temonario,* & num. 56. & 57.
58 *Capitularij qui fuerint, & de variis Capitulariis.*
59 *Aliæ leges quæ de immunitate Protectorum agunt, aſſignantur remiſſiuè,* & num. 60.

EX principio huius legis colligitur 1
conſueuiſſe Imperatores in Conſiſto-
rio aſſidentibus Iureconſultis indica-
re, quod apertè conſtat ex *leg. 3. ff. de*
*his quæ in teſtam. delen. l. fin. ff. de hæ-*
*red. inſt. l. extat 13. ff. de eo quod met. cauſ. l. Æmilius*
*38. ff. de minor. l. Moſchis 47. ff. de iure fiſci l. 2. C. de*
*legibus l. decurionum 12. C. de pœnis, l. 3. C. de quæſtion.*
iuncto Sueton. *in Nero. c. 15.* & Capitolini loco cu-
ius *ſuprà* meminimus *in l. fin. de decurion. cap. 2. n. 12.*
† Quæ ſententiæ *decreta* appellabantur, & ex eis
Iulius Paullus IC. ſex libros videtur confeciſſe, quos 2
*decretorum* inſcripſit, & ita *in leg. fin ff. de iure pa-*
*tron. & in leg. fin. ff. ad Trebellianum*, epigraphe eſt,
*Paulus Imperialium ſententiarum in cognitionibus prola-*
*tarum, ſiue decretorum ex libris ſex, libro primo*, no-
tat Cuiac. *lib. 2. obſeru. cap. 26.* & Gothofr. *ibidem*,
& ea decreta Imperatorum Seueri & Antonini fuiſ-
ſe colligi videtur ex *l. Seuerus 9. de decurion.* idem ar-
gumentum videtur quoque tractaſſe Calliſtratus *in*
*libris de Cognitionibus*, prout deprehenditur ex *dict.*
*leg. extat, de eo quod met. cauſ. iuncta l. cognitionum 5.*
*ff. de variis & extraordin. cog.* † Hæc decreta *litteræ*
etiam ſunt dicta, vt in epigraphe, *leg. prohibitum* 3
*5. ſup. de iure fiſci*, ibi, *exemplum ſacrarum litterarum*
*& in leg. pars litterarum 48. ff. de iudiciis*, & à Prin-
cipe prolata in acta referebantur. Nam ſinguli Im-
peratores breuia, ſeu acta, monumenta publica, ar-
chiua, commentaria rerum à ſe geſtarum, reſcri-
ptorum decretorúmve conſtituebant, vt acta Pom-
peij memorantur apud Plinium, quæ erant inducta
ad rei veritatem continendam, & eius memoriam,
*leg. acta 45. ff. de re iudicata, leg. 2. Cod. de cuſtod. reor.*
*leg. data 27. leg. in donationibus 31. Cod. de donation.*
in iis continebantur, varia, ſcilicet res rationéſque
populi, iudicia publica, decreta, triumphi, natiui-
tates. Vnde quæ princeps decreuerat, referebantur
in acta, ex quibus hæc noſtræ legis pars fuit deſum-
pta, ita concipitur, *l. in omni 6. Cod. qui bonis cede-*
*re poſſ.* Multi ſunt de his actis Lipſius *ad Tacit. lib. 5.*
*annal.* ad illud, *Iunius Ruſticus componendis patrum*
*actis*, vbi etiam Dorleans *pag. 513. & lib. 6. annal.* ad
illud *quod in acta ff. Auguſti non iurauerat.* Barthius
*lib. 3. aduerſ. cap. 13.* Buleng. *lib. 6. de Imp. Rom. cap.*
*57.* & Gutherr. *de offic. domus Aug. lib. 1. cap. 24. &*
*cap. 36.* † De huiuſmodi actis videtur capienda *l. fin.* 4
*Cod. de re indicata*, vbi geſta quæ in publico lata ſunt
facere fidem aiunt Imperatores *& in leg. notione 55.*
*Cod. Th. de hæretic. Geſta* (ſcriptum eſt) *quæ ſunt tran-*
*ſlata in publica monumenta, habere volumus firmitatem*
docet Gutherr. *d. c. 36. ad fin.* † Cùm ergo Prin- 5
ceps in Conſiſtorio adſideret, cum Conſiliariis col-
loquebatur de ea re, de qua diſceptabatur, & id in-
dicat *l. cùm ſit probatum 6. C. de vſucap. pro empt.* ibi,
*Philipp. A. cum Cælio collocutus dixit*, vbi pro *Cælio*
reponendum eſſe cum *Concilio*, exiſtimant *ibi* Go-
thofr. & Gutherr. *d. c. 24.* poſt Cuiac. *lib. 18. obſeru.*
*c. 32.* & ita inducti ſunt ad Concilium *in præſenti* Fir-
minus & Apollinarius, fortè ſunt Adſeſſores Prin-
cipum, & adſtantibus cæteris Decurionibus (qui
*principales* dicuntur, vt dixi *in rub. de decurion.*) &
fortè ipſi litigabant coram Imperatoribus, nam quæ-
ſtio propria erat decuriarum. Sabinus qui vel erat
fiſci patronus, aut Aduocatus, propoſuit pro An-
tiochenſibus dubitationem † Cuiacius hîc exiſtimat 6
Sabinum græcè quædam dixiſſe, quæ eruere ex li-
bris MS. non potuit, & in eo irrito labore ante eum
fuit Pyrrhus *in præſenti.* Sed ego credo nec vidiſſe,
nec potuiſſe, cùm in exemplaribus omnibus ita exa-
ratum ſit, neque fuiſſe neceſſariam conſtat Sabini
allegationem Græculam, cùm etiam ſciamus in
iudiciis latinè Imperatores & reliquos Magiſtratus
loquutos

loquutos vſque ad tempora Arcadij & Honorij, vt cognoſcere licet ex *l. decreta* 48. *ff. de re iudic. iuncta leg. iudices* 12. *C. de ſentent. & interloq.* ea ratione, vt refert Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 2. *exemp.* 2. vt Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur, & ne vlla re toga pallio ſubiiceretur, vt aduertunt Duar. & Donell. *in d. leg. decreta.* VValther. *lib.* 1. *miſcell. cap.* 18. Reuard. *lib.* 4. *var. cap.* 2. Madera *de Monte Sancto cap.* 18. *fol.* 59. Pancirol. *lib.* 3. *theſaur. var. cap.* 15. & Baron. *tom.* 1. *annal. anno Chriſt.* 16. *n.* 7. & 8. & Gutther. *ſup. d. cap.* 24.

7 Igitur ſententia Imperatorum in hac conſtitutione fuit, eos, qui ſunt, vel conſequuntur dignitatem, vt fiant Protectores, vel Præpoſiti, habere vacationem munerum ciuilium & perſonalium. Non aſſentior Cuiacio *hic*, qui de dignitatibus honorariis à Decurionibus adeptis noſtram legem accipiebat, cùm tamen de eis nullum verbum ſit. Neque ex eo quòd in Conſiſtorio Principis adſtarent Decuriones Antiochenſes, id poteſt ſuaderi, quia illi interfuerunt in re dubia, quæ ad ipſas curias pertinebat, cùm Decuriones rem tributariam tractarent, & munera ciuilia, vt dixi *in rub. de decurion.* & ita neceſſariò debuerunt in ea re adeſſe.

8 † Protectores fuēre qui latus Imperatorum protegebant, & dominici corporis cuſtodes ſunt, indéque à protegendo Protectores dicti, vt docemur ex *leg. deuotiſſimos* 9. *C. Theod. de domeſticis & protect.* ibi, *Protectores qui armatam militiam ſubeuntes non ſolum defendendi corporis ſui, verùm etiam protegendi lateris noſtri ſollicitudinem patiuntur vnde etiam Protectorum nomen ſortiti ſunt*, quod & confirmat Coripp. Afrićan. *de laudib. Iuſtini lib.* 4. *num.* 3.

*Hinc armata manus dextram læuámque tuetur,*
*Cæſarei lateris clypeis pia terga tegebat,*
*Ingens excubitus Protectorúmque phalanges*
*Fulgebant rutilo pilis ſplendentibus auro.*

Meminit & Protectorum Spartian. *in Caracall. Occiſus eſt* (inquiens) *in medio itinere cum leuandæ veſicæ gratia ex equo deſcendiſſet, atque inter Protectores ſuos coniuratos cædis ageret*, & Capitolin. *in Maximinis*, Symmach. *lib.* 3. *epiſt.* 67. Ammian. *lib.* 14. & 15. Zonar. *in Diocletian. tom.* 2. *annal.* & paſſim in Codice Theodoſij horum fit mentio, vt videre eſt ex *leg.* 3. *C. Th. de fabricenſ. l. qui in ſudore* 7. *C. Th. de luſtrali collat. l. protectores* 10. *C. Th. de erogat. mil. ann. leg. quoniam* 38. *C. Th. de decurion. leg.* 3. *C. Theod. ad leg. Iul. repetund. & toto tit. C. Th. de domeſticis & protector.* cum aliis, & in noſtro Iuſtiniani Codice *infr.* idem titulus ita concipitur. Notant *ibi* Cuiac. & Petr. Fab. *lib.* 1. *ſemeſtr. cap.* 1. Iuret. *ad Symm. dict. epiſt.* 67. Pancirol. *in Not. Imp. Orient. cap.* 89. & *lib.* 2. *var. cap.* 206. & nullis ex his relatis Buleng. *lib.* 3. *de Imp. Rom. cap.* 37. & Guthetr. *de offic. domus Aug. lib.* 2. *cap.* 15. Nicol. Alemann.
9 *in notis ad Hiſtor. arcan. Procopij p.* 103. † Erant hi Protectores omnium militum præſtantiſſimi, & ob id eis ampliora quàm cæteris dabantur ſtipendia, ſi credimus Suidæ *verb. ſcholaſtici*, & Procopio *in Hiſtor. arcan. pagina mihi* 108. vbi ita de his ſcribit. *Sunt in Imperatoria domo digniores planè ordinis milites alij, quibus quo maiori pretio militiæ nomina ſibi comparant, eo maior ab ærario publico ſoluitur penſio. Domeſtici & protectores vocantur bellicæ omnino virtutis expertes, & ordine ac dignitate modò in Regia cenſentur.* Quia ex veteranis Protectores creabantur, *leg.* 2. *infr. de veteranis*, & eò ſpectat D. Paulin. *epiſt. ad quemdam militem Religioſum. In hac militia* (inquit) *ſoletis in votis habere hanc officij promotionem, vt protectores efficiamini. Si autem Deo te probaueris, ipſum Deum incipies habere protectorem, vide ad qualem militiam te inuito collegam, vt quod homini eſſe optas, hoc tibi Deus ſit*, & poſt varios labores emenſos eam dignitatem conſequebantur, *dict. leg.* 2. *de veteran.* & Symmach. *lib.* 3. *ep.* 67. ibi, *Firmum domeſticum meum militiæ ſtipendiis cum honeſtate perfunctum teſtimonio meo decuit adiuuari. Huiuſmodi quippe veteranis prærogatiua debetur, vt illis Protectorum dignitas tanquam pretium longi laboris accedat.* Vnde non immeritò in præſenti eis, qui hanc dignitatem protectoriam conſequuti ſunt, eo a[illegible]ciuntur priuilegio, vt liberi ſint à muneribus ciuilibus.

Diſtinguebantur Protectores ( vt ſupradicti Au- 10
ctores exiſtimant ) à domeſticis, non officio, ſed exercitio. Quia domeſtici Equites erant, qui Imperatorem comitabantur, Protectores verò pedites, de quibus eſt capiendus Claudian. *de bello Gildonico, verſ.* 194.

*His fructus ſociis ipſo iam Principe maior*
*Incedit, peditum præcurrunt agmina, longè*
*Circumdant Equitum turmæ.*

licèt ſciam Alciatum, Cuiacium & reliquos alias differentias inter domeſticos & protectores conſtituiſſe, alios nullam reperire, cùm domeſticos tam in Equitum, quàm in peditum ſcholis collocet, *leg.* 3. *infr. de domeſtic. & protect.* epigraphe ibi, *Sporario comiti domeſticorum peditum*, & Iuſtinianus *in leg. reſtituenda* 8. §. *licentiam*, *C. de Aduoc. diuerſ. iudicum*, ( vbi domeſticos *dicatiſſimos* vocat, proprio epitheto, id eſt, ita obſequio Principis deditos, vt præſtò ſint etiam & ad reſponſum, & obſequioſi iis quæ eis iubeantur, vt ait idem Iuſtinianus *edicto* 13. *cap.* 2. quo ſenſu dicuntur vtrobique *Præſentales*, & *in leg. fin. infr. de domeſticis.* ) aliter ſolent differri domeſtici à protectoribus, vt *infrà* dicam *num.* 15.

Hæc nomina poſteriori æuo obtinuerunt. Vi- 11
gente Imperio prætoriæ cohortes vocabantur, quòd Prætori addictæ, & à Prætore non diſcederent, vt ait Feſtus & Dio *lib.* 51. Nam Prætor, aut Conſul iturus in prouinciam, ducebat cohortes in præſidium & ſui cuſtodiam, primumque Scipionem Africanum fortiſſimum quemque delegiſſe, qui ab eo non diſcederet, & cætero munere militiæ vacaret, Auctor eſt Feſtus quæ cohors florente Republica cum Prætoria diceretur, & milites prætoriani, qui ex illa erant, nomen ſub Auguſto retentum eſt, ad inuidiam tollendam, cùm ad fores palatij excubabat, vt ex hiſtoria Romana paſſim conſtat, & quemadmodum Domeſtici & protectores Equites & pedites erant, ita & Prætoriani, Sueton. *in Caligul. cap.* 45. & *in Claud. cap.* 21. notat
Petr. Fab *libro* 1. *ſemeſt. cap.* 1. *verſ. duplex.* † Per- 12
uetus eſt hæc Principum cuſtodia apud Hebræos *lib.* 3. *Reg. cap.* 4. & de Salomonis protectoribus Pineda *de rebus Salom. lib.* 5. *cap.* 13. Buleng. *dict. lib.* 3. *cap.* 38. *princ.* apud Perſas Heſther *cap.* 2. & *Eſdræ* 3. *cap.* 3. & Apulei. *lib. de mundo*, apud Græcos Liuius *lib.* 44. & ferè omnes gentes, vnde neſcio quid ſibi velint dicere Auctores iam laudati, hoc inſtitutum fuiſſe Gordiani iunioris. Niſi mauis dicere hoc nomen Protectorum referendum eſſe, quod iam poſterioribus ſub Imperatoribus retentum eſt, vt conſtat ex Caſſiodoro *in Chronic.* vbi ait Caligulam occiſum eſſe à ſuis Protectoribus, cum debe-
ret dicere. *à militibus Prætorianis.* † Hi ergo va- 13
riis priuilegiis ornabantur, & ab omnibus muneribus & oneribus vacabant, vt ex lege noſtra conſtat, & *toto tit. infr. de domeſticis & protect.* cum aliis, ea ratione reddita *in l. vnic. infr. de Præpoſ. lab.* & *in l. vn. C. Th. eod. tit.* ibi, *Quia immunitate digni ſunt quos noſtri lateris comitatus illuſtrat*, munera ſunt in varia differentia, vt ſignanter *in leg.* 4. *infr. de dignit.*

l. 4.

*l.4. infr. de proxim. ſacr. ſcrin. iuncta leg.2. infr. de*
*priuileg. cor. qui in ſacro palat. leg. vn. C Theod. qui à*
*præbitione tyron.* in quibus, ſi Deus ſinat, latiùs ex-
plicabimus. Nos autem qui propria ſunt huius lo-
ci, huc conferimus.

14 Apud nos huiuſmodi miniſterium Protectorum,
ſeu ſtipatorum Regiæ Maieſtatis non ita amplum
habetur, vt in dignitate poſiti cenſeantur qui Re-
gis cuſtodiam agunt, & ſacri lateris cuſtodes ſunt,
*como ſon los de la guarda del Rey ( Archeros Alabar-
deros ) Eſpañola y Tudeſca*, licèt aliquibus priuile-
giis vtantur. olim apud Reges Caſtellæ dicebantur,
*los de la Meſnada*, vt conſtat ex *l.9.tit.9.p.2.* Sunt
etiam & alij, qui familiarius ſolicitudinem regiæ
perſonæ agunt, qui dicuntur *los Monteros de Eſpi-
noſa*, qui varia habent priuilegia, & ob innatam
fidelitatem eorum iam inde ab antiquis temporibus
Comitum Caſtellæ corporis regij curam gerunt, &
noctu ante cubile regium excubant, vt docent Gon-
zalo de Ouiedo, & Diegus Lopez de Meſa, relati
à D. Pedro de la Eſcalaria *in libro de eo argumento,
quem inſcripſit de los Monteros de Eſpinoſa 2.part.
cap.1.* & quamuis perpolitè de ea re egerit, & *cap.4.*
æquare intendat hanc Monterorum cuſtodiam, cum
aliis antiquorum, miror omiſiſſe eos rectè æquiparari
15 Domeſticis, † qui etſi confundi ſoleant cum
protectoribus, vt dixi *num.*10. eos diuerſos fuiſſe
conſtat ex *tit. infr. de domeſtic. & protect & leg. diua-
le 6.Cod.Theod.eod.* & domeſticos propriè fuiſſe, vt
nomen indicat, qui familiarius Principi milita-
bant, & corporis eius erant fidi cuſtodes, protectores
ante fores palatij, domeſtici ante cubiculum, *leg.
deuotiſſimis 8.Cod.Th. de domeſtic. & protect.* ibi, *Do-
meſticis quos nobis, vt indicio nominis apparet, familia-
rius militando optatam protulimus ſanctionem.* & Suid.
*in voce ſcholaris.* Hæc cùm vera ſint, neſcio, quâ
ratione exiſtimet Guther. *lib.2. cap.15.* domeſticos
16 impares fuiſſe dignitate protectoribus. † Rectius
Monteros noſtros comparandos exiſtimo Silentiariis,
qui in Palatio militabant, indéque dicti, quia cu-
rabant, ſacróque adhibere ſilentia ſomno, vt ait
Claudianus. Ij omnium digniſſimi fuerunt, quippe
qui ab intimo Imperatoris cubiculo eſſent. Nam
cubiculum anterius, ex quo ſtatim in ipſum Impe-
ratoris ibatur cubiculum, ob ſilentium quod
Principis reuerentia ſeruatur, vocatum fuit *ſilen-
tium*, ſiue *ſilentiarium, tit. infr. de ſilentiariis*, expli-
cant hoc officium poſt Cuiac. & alios Buleng. *lib.3.
de Imp.cap.*10. Guther. *lib.3.de offic.dom.Aug.cap.*29.
Nicol. Alemann. *in Not.ad Procop.hiſt.arcan.pag.*103.
Hi ergo excubabant ante cubiculum Principis, vt
Monteri ſolent, eo ordine quem explicat Eſcalera
*d.2.part.cap.3. & toto.*

17 His coniungit lex noſtra Præpoſitos. Præpoſiti
nomen generale eſt, quod pleriſque tribuitur qui
perſonis, vel operibus præſunt, nam variæ præpo-
ſituræ fuêre tum in re militari tum in togata, vt
eſt Præpoſitus pagorum, horreorum, annonarum,
fabricæ, piſtorum, theſaurorum largitionum, man-
ſionum, Baphiorum ſacri cubiculi, caſtrorum, vt
ex multis legib. Cod.Theod. conſtat *leg.11.de diuerſ.
offic. l.8. & 24 de ſuſcept. Præpoſ. & arc. l.2.quemad-
modum ciuilia mun. leg. vnic. de præbitio. tyron. leg vn.
de Præpoſ. ſacr. cub. leg.*18. *de curſu publ.leg.*10.*de ve-
ter. Rom. larg. leg.8. & 28. de erog. mil. ann. leg.*46.
18 *de decurion.* cum aliis ſexcentis eius Codicis. † Qui
autem ex his Præpoſitis *in præſenti* intelligantur,
non eſt parua dubitatio. Aſſentior Accurſio, quid
de Præpoſitis laborum noſtram legem accipit, cui
etiam calculum præbent Plat. Rebuff. Cuiac. & Go-
thofred. Quoniam hi ex Protectorum corpore crea-
bantur, vt docemur *in leg. vnic.Cod.Theod.de Præpoſ.
labor.* ibi, *Qui ex deuotiſſimis domeſticorum ſcholis
Præpoſiti laborum noſtri iudicio & ſtipendiorum ſudori-
bus promouentur in leg. fin. Cod. Theod. de domeſtic. &
protect.* ibi, *Sed ita vt inter eos ſine dubio cenſeantur
qui immunitatem ſibi laboribus redemerunt.* † Qui 19
verò fuerint huiuſmodi Præpoſiti laborum, non ſa-
tis conſtat apud Auctores, & in primis Hugo,
quem ſequitur Accurſ. Platea, Cuiac. Alciat. &
Gothofred. *in rubr. infr. de Præpoſ. labor.* vbi etiam
*in Miſcellan.* Martin. del Rio, idem Cuiac. *lib.11.
obſeru.cap.*20. Turneb. *lib.15.* Tiraquell. *in Alexand.
lib.4. genial. cap.2. verb. nonnunquam labarum.* Pamel.
*ad Tertull. in Apologet. cap.16 num.244. in fin.* Ba-
ron. 3. *tom. anno* 312. *num.*37. Godeſcal. Stevvech.
*in comm. ad Veget. de re milit. libro 3.cap.17.* Dorleans
*ad Tacit. lib 1. annal. pag.91. & ſeq.* Buleng. *libro 5.
de Imp. Rom.cap.5.* Roa *libro 1. ſingul. cap.1.* eam le-
gem de labaro accipiunt. † *Labarum* vocem Græ-
cam eſſe pleríque exiſtimant, alij Latinam, & per 20
ſyncopem *labarum* pro *laborum* repoſitum eſſe vo-
lunt, indéque nomen ductum, quaſi ſoluendorum
laborum vim habeat, vel labori terminum ponat.
Fuit *labarum* olim inter vexilla, ſeu ſigna caſtrenſia
primum, reliquiſque longè præſtantius & dignius,
quod perpetuò Imperatorem præcedere adoraríque
à militibus ſolebat, vt tradit Sozomen. *lib.1. hiſt.
Eccleſ. cap.4.* Hoc vexillum Conſtantinus in crucis
formam transformauit, qui poſt viſam in cœlo cru-
cem, vt Auctor eſt Euſebius *in eius vita lib.1. circa
med.* artificibus, qui aurum & lapides pretioſos affa-
brè ſculpere notant, accerſitis verbis ſigni deſcribit
effigiem, eam auro & lapidibus pretioſis imita-
tione adumbrare mandat. Erat autem tali figura
fabricatum. Haſtile oblongum erectum, auro vn-
dique obductum, quod cornu habuit tranſuerſum,
ad formam crucis conſtructum, ſuprà in faſtigio
eius operis corona affixa, lapidibus pretioſis & auro
politè circumtexta, in eo ſalutaris appellationis
Saluatoris nota inſcripta, duobus ſolum expreſſa
elementis, id eſt, duabus litteris Græcis nominis
Chriſti erat P. in medio litteræ X. curioſè & ſub-
tiliter inſerta ita **PX** quæ totum Chriſti no-
men perſpicuè ſignificabant. Ad cornu
illius particulæ, quæ ex tranſuerſo erat per haſtile
traiecta, velamen quoddam pertenue appenſum
adhæſit, regalis videlicet, & magnifica textura,
mirabili varietate lapidum pretioſorum artificioſè
coniunctorum. Hoc igitur velamen ad cornu affi-
xum longitudinis latitudiniſque crucis menſuram
penitus exæquabat. Oblongum verò & erectum
haſtile in ſublimi appenſum, cuius pars inferior ver-
ſus baſim longiùs ducta fuit ſub ipſum crucis inſi-
gne ad texturæ diſcurrentis fimbrias auream Impe-
ratoris effigiem ad pectus vſque depictam conti-
nebat. Itaque hoc velum vexilli forma de cornu
pendens moderatam quamdam habebat tam latitu-
dinis, quàm longitudinis circumſcriptionem, quod
commodè comparari poteſt his vexillis, quæ ab ſo-
dalitiis & confraternitatibus efferuntur, & apud
nos dicuntur noſtro idiomate, *Eſtandartes, o pen-
dones*, vt notauit Panuin. *libro 2. faſtor. pag.*277.
† Rurſus imagines Imperatorum in hoc vexillo 21
apponi conſueuiſſe pectore tenus expreſſas, quas
thoracas, ſeu clypeos vocarunt, & vultus quibus
iuramenta præſtari & adorari ſolitos legimus, vt
dicemus, ſi Deus permittat, *in leg. vnic. infr. publicæ
lætitiæ nunt.* & obſeruant Baron. *tom.9. anno* 726.
*num.*30. Bulenger. *lib.2. de Imp. cap.12. in princ.*
Salmaſ. *in Vopiſc. in Probo pag.*240. *num.*4. Petr.Fab.
*in tit. de origin. iur. §.1. pag. mihi* 178. *in fine, cum
ſeq.* & Cuiac. *lib.11. obſeru.*27.

Quod verò ad nomen *labarum* attinet, vnde 22
originem

originem duxerit, non ſatis eſt notum, vt notant Turneb. *lib.* 15. *cap.* 16. & Gretſer. *in Codin. lib.* 3. *cap.* 6. *num* 19. & Lipſ. *de cruce lib.* 3. *cap.* 15. in notis aſſerit eam vocem eſſe externam, alij Latinam, alij Perſicam, alij Germanam cenſent, vt notat Cerda *ad Tertullian. infrà* referendum. Ego verò (cedat hoc in gloriam noſtræ gentis) Hiſpanam eam dico, à voce noſtra *Vandera*, iuncto articulo *la*, vt dicere ſolemus noſtro idiotiſmo *lauandera* ſignum militare, ſeu vexillum quod *aquilas* vocarunt Romani, qui vocem Hiſpanam in Latinum ſermonem conuerterunt, vt ſolet accidere linguis, de hac in aliam fieri vocum mutuationem, quod demonſtrat doctiſſimus Gregorius Lopez Madera *in libro del Monte ſancto 2. part. capite primo* probans Romanos plures voces noſtras Latinas effeciſſe, & iam viri docti pro lingua Hiſpana, quam loquimur, decertant à Thubale noſtro fundatore acceptam eſſe, vt eleganter præter Maderam nouiſſimè probat eruditus D. Thomas Tamayo *in not. ad Luitprand. Chron. Ær.* 728. *pag.* 90. *& ſeq.* & dixi *in l. fin. ſup. de iure fiſc. num.* 21. Vnde cùm dicere deberent *labandarum* latinè corrupto, ſeu breuiato nomine *labarum* dixe-
23 re. † Moueor eo argumento, quoniam ab Auguſti temporibus hoc vexillum in Caſtris Romanis receptum eſt, dictúmque *Cantabrum*, vt videre eſt apud Tertullian. *in Apolog. cap.* 16. *Syppara illa vexillorum & Cantabrorum ſtola crucium ſunt*, & Minut. Felic. *in dialog. Octauius*, qui ita ita imitatur Tertullianum. *Nam & ſigna ipſa & cantabra & vexilla caſtrorum, quid aliud quàm inaurata cruces ſunt*, meminit etiam Cantabrorum *l.* 2. *Cod. Theod. de collegiatis*, vbi Cantabrarij dicuntur qui C ntabra portabant. Cùm ergo Victor Auguſtus de Cantabris noſtris euaſiſſet, in ſignum magnæ victoriæ vexillum hoſtium ſuis caſtris populóque Rom. inuexit, & nomen contra tot ſæcula barbaróſque retinuit Hiſpanum. Scio doctiſſimum Ioan. de la Puente *lib.* 3. *de la Conueniencia de las Monarquias cap.* 19. §. 2. hanc noſtram coniecturam adumbraſſe, licèt alia via progrediatur. Ridendus eſt, & ridendus qui linguam noſtram à Latina degeneraſſe exiſtimat, cùm potius hæc quam loquimur, propria ſemper fuerit Hiſpanorum vt rectè probat Madera *ſup.* Vnde videtur non ſatis apta coniectura Turnebi, qui loco vocis *Cantabrum* reponit *Contabrum*, à conto, cui ſuſpendebatur militare illud ſignum. Ineptior eſt Ioſeph. Scalig. qui locum Tertulliani ex ſuo cerebro corrumpens, acumine illo ſuo inquieto reponit *candes labarorum*.

24 Sed v. ad noſtrum propoſitum reuertamur, & ſi omnes dictum *tit. infr. de præpoſitis laborum*, ita concordi ſententia de labaro accipiant, vt piaculum videatur ab ea recedere. Ego qui in nullius verba iuraui, niſi quatenus veritatem contineant, de ea opinione ſemper dubitaui. Nam concors eſt lectio in vtroque Codice tam Iuſtiniani, quàm Theodoſij *De Præpoſitis laborum*, non verò de Præpoſitis labarûm, neque *labarorum*, & quamvis in re planè ignota & obſcura mutari litteram & emendari pateremur, qui poteſt conſtare Imp. mens, qui non de militia armata, ſed de palatina loquuntur, vt planè indicat *l. vnic. C. Th. de præpoſ. lab.* ibi, *Qui ex deuotiſſimis domeſticorum ſcholis*, & poſtea, *ad ſimilitudinem decemprimorum domeſticorum.* Domeſtici autem, vt diximus, à bellicarum rerum cura longè aberant & ad cuſtodiam corporis Principis tantùm pertinebant, quod expreſsè conſtat ex *l.* 1. *C. Th. de teſtimo-*
25 *niali ex tribunis.* † Tribonianúſque in glorius, prout ſæpe animaduertimus, cùm tranſcriberet dictam *leg. vnic.* ex corpore Theodoſiani Codicis verba ſupradicta deleuit, & omiſit ignorans, vel inuidens quantum lucis poſteris afferre potuiſſent. Sed proh dolor! in Iuriſconſultorum libris quot verſus amputauit, quot perio los prætermiſit, quot intruſit ex ſuo marte quibus ius ciuile penè obſcurauit.

Rurſus ſi priuilegium huius legis & *dictarum ll. vnicar.* daretur Præpoſitis labarorum, non eam ratio- 26
nem adiecisſent Imperatores, *Immunitate digni ſunt quos noſtri lateris comitatus illuſtrat*, ſed dixiſſent, *quos noſtri Labari.* Nec tollit difficultatem, quod Pancirol. *d. cap.* 89. *in Not. Imp.* & Buleng. *d. lib.* 3. *cap.* 38. ſcribunt ab his domeſticis quinquaginta robore & pietate præſtantes vexilium Saluatoris tueri & humeris portari, in quam rem falsò adducunt *l.* 2. *C. Th. de Præpoſ. lab* cùm tamen vnica tantùm ſit in vtroque Codice, neque de his militibus verbum vl- 27
lum ſit. † Sed bone Deus! quantas huius rei difficultas peperit diuerſas lectiones, vel vt meliùs dicam, ineptias. Legunt quidam *de Præpoſitis Eulaborum*, id eſt, negotiorum geſtoribus, item, *de Præpoſ. labiorum*, à labiis, quòd tales Præpoſiti corrigerent eos qui de Imperatore malè loquerentur. Alij *de Præpoſ. libellorum*, cui lectioni conſentit Anchoran. apud Schar. *de verb iur. verb. Præpoſ lab.* Alij *de Præpoſ. labarum*, vt notauit Platea *in d. l. vnic.*

His ergo reiectis & valere iuſſis, ego vulgatam le- 28
ctionem retineo, & Præpoſitos laborum accipio de his domeſticis, qui in aula Principis & in comitatu inſeruientibus laboribus & ſeruitiis effecerunt, vt priuileg is Decemprimorum honorarentur. Moueor. *ex leg.* 4. *C. Th. de priuileg. eorum, qui in ſacro palat.* ibi, *Palatinis noſtris, qui ob ſpectatum laborem otio donati ſunt*, *l.* 3. *C. Th. de domeſticis*, ibi, *Graue admodum eſt viros poſt emenſum laborem qui nullius rei cupidiores fuêre, quàm gloria.* † Itaque primi dome- 29
ſtici, ſcilicet antiquiores in cuſtodia Principis ſtipendio & dignitate poſt Primicerium, ſeu Domeſticorum tribunum (quem nos vocamus *Capitan de la guarda*) cæteros antiebant, & hæc dignitas vocabatur *Decemprimatus*, & variis afficiebatur priuilegiis. Erant enim Clariſſimi, & maioribus quàm Senatores iuuabantur im munitatibus, vt colligitur ex *l. domeſtici* 7. *C. Th. de domeſticis*, illic, *Domeſtici atque Protectores cùm primùm ad decemprimatus gradum ordine militia temporis prolixitate peruenerint, ſtatim ſibi præter primicerium decem ſequentes ſenatoriam vindicent dignitatem, ſeque cum allectione Clariſſimos noſtro iudicio gratulentur, recedentibúſque Proceribus* (lego *Prioribus*, vt *in l. ſeq.* quam ſubiiciam ſtatim, *& in l.* 1. *infr. de Caſtrenſianis*) *ſuccedens ſibi per matriculæ ordinem vſque ad præſcriptum modum vindicet quiſquis accedit, ad nullas præterea ſenatorij ordinis vocentur expenſas.* Idem confirmat *l.* 8. ſtatim ſequens, illius tit. C. Th. *de domeſtic.* ibi, *Domeſticis, quos nobis familiarius militando optatam protulimus ſanctionem, vt præter Primicerios Decemprimi eorum, cùm ad memoratum decemprimatus gradum peruenerint, ſtatim clariſſimo nomine decorentur, & inter allectos velut exconſulares habiti.* Senatoria ſe præditos gaudeant dignitate ad eumdem clariſſimatus honorem ſequentibus, cùm priores exierint acceſſuris, ita tamen vt immunes à ſenatoriis functionibus habeantur, *lib.* 2. *infr. de domeſtic.* ibi, *Alij verò qui decurſis ſtipendiis eb eodem decem vſque numero ſubſequuntur Conſulari, id eſt, clariſſimatus dignitate perfruatur, cũ ipſa loci Decemprimorum acceſſione.* † Alludunt hæ leges ad one- 30
ra magna quibus grauabantur Senatores, vt dicam *infrà num.* 43. *& in tit. infr. de Prætoribus*, & conſtat ex *l qui in ſacro* 8. *Cod. Th. lib.* 6. *tit.* 1. cum multis eius tituli *l.* 2. *C. de offic. Præt. & l. curiali* 58. *C. Th. de decurion.* vbi Senatorius ordo dicitur *ſumptuoſus*, ad quod etiam alludit Symmach. *lib.* 5. *epiſt.* 62. ibi, *Graue enim viſum eſt vt tolerantibus onera ſenatoria dignitatis ſumptus immodicus adderetur.* Notus eſt etiam Boëthij

lectu

locus *lib. 3. de conſolat.* vbi conqueritur, *Præturam*
*magnam olim poteſtatem nunc eſſe inane nomen, & ſena-*
31 *torij cenſus grauem ſarcinam.* † Quia verò eueniebat
vt Decemprimi domeſtici diutius in ea dignitate
perſeuerarent, aut quia diu vixiſſent, aut officium
ſuperius, ad quod promouerentur, nondum vacaue-
rat, ita vt ſequentes gradum illum non poſſent adi-
piſci, cùm tamen diutiùs militaſſent, ſolebant labo-
rum ratione ab Imperatoribus impetrare id priui-
legium, quod Decemprimis conceſſum erat, ad eo-
rúmque exemplum omnibus immunitatibus gaude-
bant, & eis exæquabantur. Ita indicari videtur *in l.*
*fin. C. Th. de domeſticis*, illic, *Alij verò qui decurſis ſti-*
*pendiis ab eodem* (Primicerio) *decem vſque numero*
*ſubſequentur, quibus iam ante decretum eſt dignitati-*
*bus perfruantur, ſed ita vt inter eos ſine dubio cenſean-*
*tur qui immunitatem ſibi laboribus redemerunt.* Notan-
da ea verba, & ita accipienda, vt inter eos, ſcilicet
inter Decemprimos cenſeantur, id eſt, numerentur,
qui immunitatem laborum cauſa à Principis indul-
gentia acceperunt. † Quod expreſſiùs habetur *in d. l.*
32 *vnic. C. Th. de Præpoſ. labor.* in illis verbis, *Ad ſimi-*
*litudinem Decemprimorum domeſticorum*, promouen-
tur illi Præpoſiti laborum ad ſimilitudinem Decem-
primorum, & ita videtur non fuiſſe & ex eorum nu-
mero, ſed ad eorum ſimilitudinem promoueri labo-
rum cauſa, erátque in eis decemprimatus dignitas
honoraria, vt fusè dicemus. Idem etiam confirmat
ſeries & connexio titulorum, nam poſt titulum *de*
*domeſticis*, ſubſequitur *tit. de Præpoſitis laborum*, &
inſcriptio *d. leg. vnica*, quæ inſcripta eſt, *ad Monaxium*
*P. P.* ab Imperatoribus *Honorario & Theod.* qui fue-
runt quoque Auctores *dict. l. deuotiſſimis* 8. *& ſeq. C.*
*Th. de domeſtic.* quas *ſuprà* adduximus, & tamen ſi
de re militari tractaretur, dirigi non potuit ad Præ-
fectum prætorio, ſed ad Magiſtrum militum, *l. 1. &*
*tot. C. de officio magiſtri milit.*

33 Impetrabatur ergo hoc priuilegium à Principe, vt
perfectiſſimatus & aliæ dignitates & officia, *l. vnic*
*C Th. de perfectiſſimat. dignit.* Nam Conſularis digni-
tas diſtinguebatur in ordinariam, qui Conſulatum
ordinarium gerebant, erant in actu & adminiſtra-
tione poſiti, qui verò honorariam, titulo tenus ho-
neſtamenta nominis ſolùm habebant, vt diximus *in*
*l. fin. ſup. de decurion. cap. 1. n. 69.* & conſtat ex *Auth.*
*vt ordinariæ præfecturæ*, ſeu *Nouell.* 81. *c. 1. l. fin. infr.*
*vt dignit. ordo l. omnes 9. infr. de metatis, & l. nemo* 16.
*Cod. Th. de agentib. in rebus*, ibi, *Quod ſi, vt adſolet, ho-*
*norarij principatus inſignibus impetratis iiſdem priuile-*
*giis vti voluerit*, notant relati *d. cap. 1. num. 69.* & Pla-
34 tea *in d. l. vnic. infr. de Præpoſ. lab.* † Hoc fieri dice-
batur per *allectionem*, id eſt per priuilegium, ſeu be-
neficium Principis, vt *in d. l. 7. C. Th. de domeſtic.*
cum adductis à nobis *in l. ciues 7. ſup. de incolis*, *n.*
59. vnde *allectionis beneficium* dixit Symmach. *lib. 7.*
35 *epiſt.* 95. pro hoc beneficio Imperatorio. † Quapro-
pter inter allectos Clariſſimi ſunt qui decẽprimatus
dignitatem honorariam obtinuerunt, cùm per bene-
ficium allectionis eamdem credantur habere, & ita
clariſſimatus honore fruuntur tanquam Conſulares,
vt ait lex, quod idem eſt ac ſi diceret, habeantur
tanquam illi, qui Conſulatu ſunt functi, qui conſula-
tum iam geſſerunt, qui Clariſſimi ſunt, vt notat Briſ-
ſon. *verb. Conſularis* Alciat. *lib. 4. diſpunct. cap. 3.* Bu-
36 leng. *de Imp. Rom. lib. 4. cap. 36.* † Et Clariſſimi titu-
lum Senatoribus fuiſſe conceſſum, ſatis eſt notum
*ex l. fœmina, ff. de ſenator. l. 2. C. de his qui veniam æt.*
*toto tit. Cod. vbi ſenat. vel clariſſ.* Tertull. *ad Scapulam*
*cap. 4.* D. Auguſt. *lib. 22. de ciuit. cap. 8.* Caſſiodor. *lib.*
*7. epiſt.* 38. & ex tradis à Pamelio *ad Tertull. d. cap. 4.*
*num.* 37. Panciroļ. *lib. 1. var. cap. 3.* Iuret. *ad Symmach.*
*lib. 10. epiſt. 37.* Buleng. *ſup. lib. 2. c. 19.* Gutherr. *de*
*offic. dom. Aug. lib. 1. cap. 15.* & clariſſimatus eo ſæ-
culo nomen fuit honoris tantùm *d. l. deuotiſſimis* 8. *C.*
*Th. de domeſtic. cum ſeqq. l. peculiari 5. infr. de prox.*
*ſacr. ſcrin.* notantque *ſuprà* laudati, præcipuè Iuret.
*d. epiſt.* 37. † Conſueuerunt itaque Imperatores alios
aliarum dignitatum priuilegiis ornare, & aggregare, 37
*l. 2. inf. de dom. l. fi. inf. de Palatinis, l. 1. & 2. infr. de ſilẽtia-*
*riis, l. 1. & 3. infr. de proximis ſacr. ſcrin. l. 1. & 3. infr. de*
*Principib. agent. in reb. l. vnic. C. Th. de Præpoſ. ſacri cub. l.*
*omnes 12. C. Th. de proxim. Comitib. diſp. l. 1. C. Th.*
*de Prætorib.* Maximè in præmium ſeruitij, & labo-
ris, quem in Principi inſeruiendo impenderint, *l. 1.*
*infr. de Caſtrenſian.* ibi, *Prioribus decedentibus inſe-*
*quentes ad locum pro merito laborum ſtipendiorúmque*
*ſuccedant, l. 2. infr. de Primicerio*, illic, *Ne per ambi-*
*tionem, vel gratiam, aut cuiuſlibet occaſionis obtentu, vel*
*laborum ſolicitudinum ſpecie, l. per omnia 11. C. Th. de*
*proximis Comitib. diſpoſ.* ibi, *Vt experi ambitione non*
*poſſit, quod laboris præmium ſpeciali munere æſtimaremus*
*l. quamuis 14. eod. tit. l. nullus 14. C. Th. de agentib. in*
*reb.* ibi, *Sed is qui ordine ſtipendiorum, & laborum me-*
*rito ad gratum militiæ ſequebatur, in eius præmia perci-*
*pienda ſuccedat, l. nemo 16. eod.* ibi, *Niſi fortè annoſa*
*militia & longa diſpendiorum mole vexatus, & in ordi-*
*ne non temnendæ militiæ conſtitutus, principatum non vt*
*laborum compendium, voluit expectare, l. agentium 19.*
*cum ſeq. eod. tit. l. Palatinis 4. l. omnes 7. l. Rectores 10.*
*cum l. ſeq. C. Th. de priuileg. eorum qui ſacr. pal.* cum aliis
quas longum eſſet recenſere, confert Symmach. *lib.*
*10. ep. 56.* & Caſſiod. *lib 6. epiſt. 16. & lib. 11. epiſt. 37.*
† Huius rei ratio non eſt incognita, quia æquum 38
fuit, vt vnicuique proficiat labor ſuus (vt ait idem
Caſſiod. *lib. 2. epiſt. 33. & lib. 7. epiſt. 30.*) & ad fru-
ctum militiæ emenſo tempore perueniat, & laboris
recipiat præmium, pro compenſatione meritorum,
*l. 1. C. de Adſeſſorib.* Sicut enim augmentum patri-
monij ſine labore non quæritur, *l. ſi defunctus* 10. *in*
*fin. Cod. arbitrium tutelæ*, cùm nil niſi labore natura
dederit mortalibus, ita etiam & honoris & ſtipen-
diorum ratio ſine labore non aſſequitur, *l. contra pu-*
*blicam 14. infr. de re milit.* ibi, *Quia honoris augmen-*
*tum non ambitione, ſed labore ad vnumquemque conue-*
*nit deuenire, l. fin. infr. de omni agro deſer.* † Aliam ra- 39
tionem adducit *dict. leg. vnic. infr. de Præpoſ. labor.*
*Quia immunitate digni ſunt quos noſtri lateris comitatus*
*illuſtrat.* Cùm dignus ſit honore qui in Principis præ-
ſentia ſemper degit. *l. 1. infr. de domeſtic. l. reſtituen-*
*da 6. in fin. C. de Aduocat. diuerſ. iudicum, l. fin. C. de*
*excuſat. tut. l. 3. C. de crimin. ſacrileg. l. quidam 57. ff.*
*de re iudic.* & vt ait Caſſiod. *lib. 7. epiſt. 4.* ibi, *Iure ſi-*
*quidem de ſe bene arbitrabitur æſtimatum qui regium*
*meretur alloquium, quia dignitas eſt ſubiecti affatus*
*meruiſſe dominantis.* † Hæc autem apertiſſimè propo- 40
nuntur *in d. l. vnic. C. Th. de Præp. lab.* Quæ ita vulga-
ribus in Codicibus ſcripta reperitur, *Qui ex deuotiſ-*
*ſimis domeſticorum ſcholis Præpoſiti laborum noſtro iu-*
*dicio & ſtipendiorum ſudoribus promouentur.* Sed re-
ctiùs, meo quidem iudicio, ita erat ordinanda litte-
ra, *Qui ex deuotiſſimis domeſticorum ſcholis præpoſiti*
*noſtro iudicio laborum & ſtipendiorum ſudoribus promo-*
*uentur*, iuxta phraſim eorum temporum, quâ vtuntur
leges iam adductæ, & quod diximus *in l. 1. n. 10. ſup.*
*de his qui ſponte*, vbi probauimus *ſtipendia* ſumi pro
annorum numero.

Sed dices, quomodo ea rubrica poteſt conuenire 41
cum hac, quam adſtruimus, interpretatione? Faci-
lè hoc argumentum diſſolueremus, ſi diceremus Tri-
bonianum deceptum fuiſſe, & Anianum illum, aut
quiſquis ille fuit, qui Codicis Theodoſiani leges
conſarcinauit, cum titulo de Domeſticis aſſuenda
quoque eſſet *d. lex vnica, de Præpoſ. lab.* Sed iam ſæpe
admonuimus talia effugia ſine honore eſſe, & mini-
mè

mè admittenda. Quod cõmodius videtur mihi, aperiam. Præpoſitos laborum dictos, admiſſos ad dignitatem illam decemprimatus laborum & ſtipendiorum cauſa, id eſt, propter labores in Palatina militia decurſos, figura nempe illapſi commiſſa ſuppletóque verbo *cauſa*, vel *ratione, gratia*, vel *ergo*, loquutione Græcorum, quarum loquutionum varia exempla adfert Fran. Sanctius Procenſis *lib. 4. Mineruæ p. 175.* vnum, aut alterum proponam. Terent. *in Adelphis.* ibi, *Ne id aſſentandi magis quàm quod habeam gratum facere exiſtimes*, deeſt *gratia, cauſa*, vel quid ſimile. Virgil. *lib. 11. Æneid. verſ. 126.*

*Iuſtitiæ ne prius mirer belli ne laborum.*

vbi notat Cerda *n. 5. ad fin.*

Horat. *lib. 3 od. 19.*

*Da lunæ properè nouæ,*
*Da noctis mediæ; da puer auguris*
*Murenæ.*

id eſt, da puer cyathum in honorem lunæ, gratia auguris, vt *ibi* agnouit Chabotius poſt Acronem & alios. Multus eſt in hac figura Tacit. *lib. 2. annal.* ibi, *Germanicus Ægyptum proficiſcitur, cognoſcendæ antiquitatis*, & infrà, *Pugnam pro Romanis ſciens oſtentandæ, vt ferebatur, virtutis, & lib. 3. Erectis omnium animis petendæ è Piſone vltionis.*

42 Alia loca prætereo, ad ius noſtrum deuenio, in quo certum eſt Iureconſultos figuris Grammaticorum vſos, vt notauit Renard *lib. 3. var. cap. 15.* & conſtare videtur ex tit. *ff. ad municipalem*, vbi manca eſt oratio, niſi addas *legem*, iuxta *l. magiſtratus 25. ff. illo tit.* & *in tit. ff. locati, commodati, depoſiti*, ſupplendum eſt de actione, ſeu obligatione, & *ff. ad leg. Iul. repetundarum*, ſubintellige, *pecuniarum*, vt obſeruat Spiegelius & Schard. *verb. repetundarum.* Quam vocem expreſſit Salluſtius *in bello Catalin. pag. mihi 46.* ibi, *Piſo oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum propter cuiuſdam Tranſpadani ſupplicium iniuſtum*, quo loci id notauit Ioan. Riuius *lib. 1. caſtig. in Salluſt.*

43 Hinc iam cognoſcimus hos Præpoſitos eandem habuiſſe immunitatem, quam ſenatores, vt à muneribus omnibus eſſent exempti. Nam etſi copulati fuerint Decemprimis domeſticis, priuilegium illud vt immunes eſſent à ſenatoriis functionibus, quo ſenatoribus præponebantur, de quo *in d. l. domeſticis, cum aliis, Cod. Th. de domeſticis*, conceſſum non fuit his honorariis, ſiquidem ſimpliciter ait *d. l. vnic. Nam immunitate digni ſunt*, & *in Cod. Th.* addebatur, *Nam ſenatorio nomine & immunitate digni ſunt.* Vnde cùm eis ſenatoria tantùm immunitas data ſit, conſequitur eos functionibus ſenatoriis teneri, cùm illi non omnino eſſent exempti, imò pluribus tenerentur oneribus, vt dixi ſup. *num. 30 l. 2 & ſeq. Cod. Th. de prædiis ſenat. l. 1 C. Th. de decurion. & ſilent. l. omnes 7. C. Th. de priuileg. eor. qui in ſacr. pal. l. Archiatro-*

44 *rum 15. cum ſeq. Cod. Th. de Medicis & profeſſor.* † Inter ea onera ſenatoria recenſetur *glebalis functio*, quæ inde dicitur ſenatoria, quia à Senatoribus præcipuè ſoluebatur, & etiam *follis ſenatoria* dicitur *l. 2 infr. de prætor. l. glebam 10. Cod. Th. lib. 6. tit. 1.* Quod autem tributum hoc fuerit, iam explicarunt, præter Alciat. Cuiac. & Gothofr. *in d. l. 2.* Iuret. *lib. 4. miſcell. in Symm. epiſt. 62.* Pancirol. *lib. 2. var. cap. 8. verſ. ſed etſi.* Buleng. *lib. 9 de vectigal. cap. 67.* & Salmaſ. *ad Lamprid. in Heliogab. fol. 191.* variis nominibus dicitur, deſcriptio, collatio, præſtatio, munus, canon, penſio, aurum glebale, *toto tit. 1. & 2. lib. 6. C. Th.* Præſtabatur *gleba* ex poſſeſſionibus, quas habebant Senatores, *l. omnes 5. l. glebam 10. d. tit.* Qui ſi poſſeſſiones non habebant, duos folles præſtabant, *l. 2. d. tit. 1.* Ob idque quotieſcumque aliquis Senator renuntiabatur, tenebatur ſuas poſſeſſiones profiteri,

aliàs prædium non profeſſum, aut occultatum fiſco vindicabatur, *d. l. 2. de Prætor. & collat. & glebæ & follis.* Non aſſentior Iureto & aliis, qui ad duos folles obligant eos tantùm, qui poſſeſſiones non habebant, cùm id non probetur *in d. l. 2.* imò apertiùs ex ea conſtet glebam, ſeu tributum glebæ continuiſſe duos folles, ſiue poſſeſſionem haberent, ſiue non, vt probatur illic, *duorum verò follium maneat cunctos indiſcreta profeſſio, etiamſi poſſeſſionem fortè*
*non habeant.* † Quapropter rectè Cujacius exiſtima- 45
uit inter glebam & follem nihil intereſſe, cùm quemadmodum dicitur *gleba ſenatoria*, ita *follis ſenatoria*, vt videre eſt ex *Nouell. 2. Maioriani, de Indulgentiis Reliquor.* gleba enim quantitatem non deſignat, ſed tantùm nomen tributi deductum ex poſſeſſionibus, &, vt ita loquar, ex terra, vel eius ceſpitibus, contemplatione magis patrimonij, quàm perſonæ, *l. quod ad eorum 4. d. tit. 1. follis* autem erat quantitas ipſa pecuniæ, quæ ratione talis tributi pendebatur, vt *in dict. l. 2.* ſcribitur ibi, *glebam, vel follem*, & quidem pecuniæ genus eſt *l. 2. & 3. C. Th. quorum appell. non recip. l. 3. C. Th. de veteranis*, ibi, *Ad emenda ruri neceſſaria pecuniæ in nummum viginti quinque millia follium conſequantur*, & *l. 5. C. Th. de Prætorib.* ibi, *Vigintiquinque millium follium & quinquaginta librarum argenti erogationem ſumptúſque præſcripſimus.* Quibus apertè confutatur lapſus Alciati *in d. leg. 2 infr. de Prætor.* qui nunquam eam vocem pro pecunia acceptam fuiſſe ſcribit, cùm apud D. Auguſt. *de ciuit. lib. 22 cap. 8* quem refert, animaduertere poterat, ex illis verbis, *Quinquagenos folles vnde veſtimentum emeret petiſſe.*

Demùm de follium valore nihil certi poſſumus 46
affirmare, cùm apud Auctores illius æui infrequens ſit, & rara tractatio Epiphan *lib. de menſuris & ponderib. follem.* paruum talentum vocatum eſſe ait, duplexque ex duobus argenteis compoſitum, qui efficiunt centum octo denarios, itaque ſi 84 denarij libram argenteam conſtituebant, paulo plus erat quàm libra. Locum hunc Epiphanij emendare conatur Scaliger *in libello de re nummar.* quem adducit Salmaſ. *in Lamprid. Heliog. pag. 191.* vbi nihil is adducit de ea re, etſi in ea opinione ſit, vt exiſtimet follem genus fuiſſe pecuniæ minutæ, & omnium minimæ, adductus fortè Lampridij verbis illis, *& centum folles æris*, & huc pertinent Moſcopulus & Suidas, qui volunt follem eſſe obolum, id eſt, denarij ſextam partem, ita cenſent Cujac. *in dict. l. 2.* & Pancirol. *lib. 1. var. c. 67.* & P. Colvius *ad Apulei. lib. 4. metam.* ad illud, *aureos folles incubabat.* † Quæ opinio mihi non arridet, quia ita
parua ſi eſſet follis quantitas, non ſcriberetur *in dict.* 47
*l. quod ad eorum, d. tit. 1. C. Th. lib. 6.* ibi, *Qui ſe glebalia nõ poſſe ferre onera teſtabantur. Qui præbitiones implere follium non valeret.* Tum etiam, quia hoc tributi genus alio nomine vocatur aurarius canon, auraria penſio, auraria functio. Symmach. *lib. 4. epiſt. 62.* & Caſſiod. *lib. 2. ep. 26. & 30* & aurũ oblatitium *in l. omnes 5. l. dudum 9. d. tit. 1.* ex quibus conſequitur eam functionem non ita fuiſſe minutam, cùm Senatores tenuiſſimi ad minus ſeptem ſolidos aureos præſtare cogebantur, vt aiunt Honor. & Theodoſ. *in l ſi quis 12. d. tit. 1.* ibi, *Nulla penitus functione, vel glebatione ſenatoria tum primum ob dignitatem fatigetur, ſitque immunis à ſeptem quoque ſolidorum præſtatione, quæ tenuiſſimos ſenatores adſolet obligare.*

Vnde deprehenditur lapſus Alciati, viri alioqui 48
doctiſſimi, & cui plurimum debent juris Profeſſores, non ſolùm qui diſputationes ciuiles explicare ſolent, ſed & politioris litteraturæ, dum *in d. l. 2. infr. de prætorib.* exiſtimauit glebalem illam & ſeptem ſolidorum functionem à prouincialibus collatam fuiſſe Prætori, vel aliis magiſtratibus honorem

ſuum auſpicantibus. Quod alienum eſt à natura eius tributi quod ipſi Principis ærario ſoluebant Senatores, *l. omnes 5. d. tit. 1.* imò & cùm Imperatores in ordine ſenatorio numerarentur, *l. ius ſenatorum 8. infr. de dignitatib.* ne quidem domus Auguſta ab eo munere liberabatur, *l. à collatione 11. d. tit. 1.* Verùm cùm grauis eſſet ſarcina Senatorum, *l. 4. d. tit. 1.* penitus abolita eſt ab Imperatoribus Valentiniano & Martiano *in d. l. 2. de Prætor.* cùm iam aliquando concederetur immunitas eius functionis, vt *in Nouell. 2. de Indulgent. reliq.* Valentiniani, ex ratione quam eleganter adducit Caſſiodor. *lib. 4. epiſt. 36.* ibi, *Prouidentiſſimi Principis eſt grauiter imminutis relinquere tributariam functionem, vt rediuiuis ſtudiis adimplenda ſolemnia recreentur, qui preſſi damnorum acerbitate defecerant. Nam ſi feſſus* (lego *feſſo*) *minimè releuetur onus, neceſſitate cernitur iacere proſtratus. Melius eſt enim præſentia damna contemnere, quam ex quo quæſtu perpetua commoda non habere.* Id genus tributi ad inſtar Senatorum è prouincialibus ſolutum indicat *leg. 3. d. tit. 1.* quæ loquitur de Macedonia & noſtra Hiſpania tempore Arcadij, & Honorij habuiſſe videtur ab eo onere immunitatem, *in l. glebam 10. d. tit. 1. C. Th. lib. 6.* Nam fortaſſis Hiſpani Imperatores patriæ voluerunt indulgere.

49 Soluere quoque tenebantur Senatores annuam collationem Syriarchæ nomine, quæ abolita eſt à Theodoſio & filiis *in l. 1. C. Th. de prædiis ſenator.* Neque item erant immunes à præſtatione auri argentíque luſtralis, quod mercaturæ nomine pendebatur, ſi per ſe, vel per homines ſuos negotiarentur *leg. 3. & 6. C. Th. de luſtrali collat.* de quo dicam *in tit. infr. de nauicular.* & tractarunt Caſaubon. *in Lamprid. Heliog.* Cuiac. *in l. 1 C. de commerciis.* Panciról. *3. var. cap. 31.* Bulenger. *lib. 9. de Imp. c. 70* neceſſitas quoque imponebatur Senatoribus, vt bonorum partem in Italia poſſiderent, vt teſtatur Capitolin. *in M. Antonino*, & Romam venire compelluntur *in*
50 *leg. 3. Cod. Theod de Prætor.* † A quibus omnibus muneribus non fuerunt exempti Præpoſiti qui laborum cauſa clariſſimatus priuilegia habebant, vt ſic aliquid minus haberent, quàm Decemprimi, *argumento leg. fin. C. Th tit. 1. lib. 6.* & ſic non aſſentior Cuiacio, qui *in d. l. vnic. de Præpoſ. lab.* ea verba *nam immunitate digni ſunt*, latiùs accipiebat, vt tales allecti præter Senatoriam dignitatem immunes etiam eſſent ab oneribus Senatorum. Repugnat enim contextura Codicis Theod. vbi ſcriptum eſt, *Nam ſenatorio nomine & immunitate digni ſunt*, quæ verba cùm mutilaret Tribonianus, provt ſæpè animaduertimus in errorem illũ inicerũt magnũ illum virum, quem miror non attendiſſe hanc ſententiã expreſsè confirmari in præſenti. Nam Præpoſiti quibus data eſt indulgẽtia munerũ non vocãtur ad munera perſonalia, aut ciuilia, vocantur tamen ad realia, ſicut Senatores. Quod etiã vidit Platea *in d. l. vnic. v. & nota*, poſt Accurſ. *ibi* & probatur *in l. 2. inf. de muner. patrim. l. fin. §. ab huiuſmodi 24. ff. de muner. leg. à muneribus 7. l. ab his 10. ff. de vacatione muner.* Nec miretur quiſpiam, cùm etiam & Auguſta & quidem Imperator aliquando non excuſarentur, *l. 2. infr. de quibus munerib.* notat Accurſ. *in rub. h. t.*

51 Cùm igitur lex noſtra à ciuilibus & perſonalibus oneribus immunitatem Protectoribus indulſerit, videamus à quibus muneribus immunes fuerunt, & quidem *l. 2. infr. de priuileg. eorum qui in ſacr. Pal.* diſertè ſtatuit Palatinis obſequiis mancipatos à muneribus perſonalibus, corporalibus, & cenſualibus liberos eſſe, ita vt neque exactorum Turmariorum, quos Capitularios vocant, vel Temonariorum obſequium, vel Pentaprotiæ, aut etiam tyronum præſentationem agnoſcant. Ratio ea videtur, quia huiuſmodi Protectores dicantur eſſe in dignitate, & liberentur ab omnibus ſordidis muneribus, & extraordinariis, *leg. maximarum 12. infr. h. t.* fœdaretur ea dignitas ſi talia ſolueret tributa. † Inter quæ 52
connumeratur onus temonarium, id autem exiſtimat Lucas *in d. l. maximarum, num. 6.* poſt Accurſ. *in l. 4. infr. de dignit.* vbi etiam Plat. à Temone dictum, ligno nempe illo currui infixo, quo iuga boum conſtringuntur, cui ſententiæ plures conſenſere ex antiquis anteceſſoribus Salmanticenſibus, hoc accipientes, *por el bagaie de los ſoldados.* Sed miror profectò, imò non miror, cum viderim omnibus ſæculis hos libros vltimos Codicis ab omnibus neglectos, neſcio quo fato, an ignoratione rerum antiquarum, an iuris, & ita ea ratione inacceſſos, & inhoſpitales, ſicut de Chinenſibus dici ſolet. † Cu 53
iacius rectiùs cenſet *temonarium munus* dictum à Temonariis, qui erant tyronum, ſeu auri tyronici exactores, *l. tyronum 7. C. Th. de tyronib.* ibi, *Sin verò aurum fuerit pro tyronibus inferendum, vnumquemque pro modo capitationis ſuæ debitum redhibere oportet, & ne aliquod dubium relinquatur, ſolidorum numerum qui temonario inferendus eſt, deſignamus, leg. eos 14. C. Th. de extraordin. ſiue ſordid. muner.* ibi, *Omnium vilium munerum, ac totius Capitulariæ, ſiue (vt rem quam volumus intelligi communi denuntiationi ſignemus) temonariæ functionis fieri iubemus exſortes.* Hi etiam Capitularij ſunt dicti, quia eſſent tanquam ſingulorum capitum exactores. (qui quidem videntur Cephaleotæ appellati *in l. 6. C. Th. de patrocin. vicor.*) ita conſtat ex *d. l. 2. infr. de priuil. eor. qui in ſacr.* ibi, *Quibus condonamus ne exactores, vel Turmariorum, quos capitularios vocant, curam ſubeant, vel obſequium temonariorum agnoſcant.* vnde concludit Cuiac. *in dict. l. 4. de dignit* quatenus *ibi*, dicuntur Senatores immunes à muneribus temonariis, ita accipiendum eſſe, id eſt, à præſtatione tyronum, vel auri tyronici.

Verùm hæc ſententia minimè vera eſt, quia tyro- 54
num præſtatio non fuit ſordidum munus, quod ſoluebant Senatores, vt *in d. l. 7. C. Th. de tyronib.* expreſſum eſt, ita vt videatur Cuiac. inſigni deſidia inuolutus, ſi ea verba non vidit, quæ verbis ab eo relatis *ſuprà* coniuncta ſunt. Ait enim *d. l. 7. Et ſolidorum numerum qui temonario inferendus eſt, deſignamus, vt ſiue ſenator honoratus principalis decurio, vel plebeius tyronem ſuo ac ſociorum nomine ex agro, ac domo propria oblaturus eſt*, & *in leg. 13. C. Th eod. tit.* ſcriptum eſt, *Damus itaque optionem, vt quod conducibile ſenatui videtur, eligendi habeat poteſtatem, id eſt, aut tyrones aptos officiis militaribus præſtent, aut pro ſingulis viginti quinque ſolidos numerent*, idem & *in leg. 14. eod. tit.* Symmach. *lib. 6. epiſt. 62.* ibi, *Legati ordinis noſtri ex vſu actis omnibus reuerterunt, nam & tyronum conquieuit indictio, & argenti nobis facta gratia eſt*, idem & *ep. 64.* notat Iuret. *ad Symmach. lib. 9. ep. 10.* Indictio quoque tyronum honoratis fit, *in l. 13. Cod. Th. de agentib. in reb.* Quia ea ita neceſſaria erat Reipublicæ, vt nulla dignitas ab ea excuſaretur, licèt eſſe Imperatoria, *l. publica 12. Cod. Th. de tyronib.* ibi, *Publica ſuaſit vtilitas iuniores in arma conſcribere, ideoque ne patrimonium quidem noſtrũ à præſtatione præſenti immune eſſe patimur*, ex qua lege conſtat præbitionem tyronum in patrimoniorum viribus potius, quàm in perſonarum muneribus collocari, *leg. tyronum 7. Cod. Th. de tyronib.* & ſic poſſeſſionibus indici, ait Veget. *lib. 1. de re mil. cap. 7.* illic, *dum poſſeſſoribus indicti tyrones*, vbi *poſſeſſionibus* legit Cuiac. quem laudat & ſequitur *ibi* Stevvech quibus fauet *Nouell. 1. de tyronib. inter Nouell. Theodoſ.* ibi, *Reparandi exercitus cura conferri debere tyrones à poſſeſſore cenſuimus*, & ſic aurum pro tyronibus inferebatur vt ex dictis colligi licet, ex quo clareſcit differentia inter

temonarium munus,& præbitionem tyronum, quam etiam demonſtrat *l.4. infr. de proxim. ſacrar. ſcrin.* ibi. *Nec vllam temonum patietur iniuriam, equorum tyronúmve præſtationem nullus agnoſcat,* quæ eſt *l. quamvis 14. C.Th. de proximis Comitib. diſpoſit.*

55 Vnde iam conſtat multum diſtare præſtationem tyronum à temonario munere, cùm hoc à Senatoribus alienum fuerit, quia ſordidum & iniurioſum, *l. 1. infr. de Palatin. ſacrar. largit.* ibi, *Extraordinariis & ſordidis muneribus & temonariis oneribus liberari, l. tempore 21. C.Th. de Prætorib. l.14. C.Th. de extraordin. muner.* iam relata: at præbitio tyronum ab ipſo Principe fiebat, *d. l.12. Cod. Th. de tyronib.* in quo fallitur Buleng. *d. lib. 9. cap.68.* aſſerens Senatores
56 non præbuiſſe tyrones. † Temonarium ergo munus erat aurum ratione tributorum exactum, ſiue omne aliud quod ratione publici ſumptus extorquebatur ſuis curribus in fiſcum adducere, vt conſtat ex *l. neminem 11. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* ibi, *plauſtris, leg. fin. infr. de fabricenſ. leg. nullus 21. cum aliis, infr. de curſu publ. d.l. maximarum, infr. h.t.* quod videtur eſſe idem cum Angaria, quæ erat indicio cùm ad ſpecies tranſportandas, vel transferendas, vel commeatum ad exercitum ducendum arma & res ſimiles transferendas equi, boues, muli, aut plauſtra imperantur, vt docent Cuiac. *in rub. infr. de curſu publ.* Gothofred. *in l.4. in fin. de veteran.* Briſſon. & reliqui *verb. angaria.* Pancirol. *Notit. Imp. cap.6. & lib. 3. c.31.* Petr. Greg. *lib.18. ſyntag. cap.20. num.2.* Sixtin. *de regal. lib.2. cap.13. num.10.* Maſtrill. *de magiſtr. lib.3. cap. 10. num.329.* Salmaſ. *in Capitol. Antonino pag. 21. verſ.35.* Buleng. *lib.6. de Imp. Rom. c.18.* id autem videtur probari *in leg. fin. §. tyronum 3. & §. curſus ff. de munerib.* ibi, *Curſus vehicularis ſollicitudo, item angariarum præbitio perſonale munus eſt,* iuncta *d. l. maximarum, infr. h.t.* ibi, *Publicis, vel ſacris ædibus conſtruendis capitalis atque temonis neceſſitas nulla mande-*
57 *tur.* † Videtur ſordidum fuiſſe hoc munus, ex *l.4. infr. de dignit.* & coactionem quandam continuiſſe (cùm leges ſemper de timonis iniuria pertractent) cùm cogerentur currus & plauſtra præbere, & quidem munus diuerſum à Capitulariis, vt videre eſt ex *l. 3. C.Th. de priuilegiis eorum,* quæ eſt *d. l.2. infr. de priuil. eor.* in qua lege planè ſummergitur Alciatus.
58 † Erant ergo Capitularij illius auri tyronici exactores, ſic dicti, quia eſſent ſingulorum capitum exactores, *d.l.2.* Symmach. *lib.9. ep.10.* ibi, *Poſtulant enim Capitularij taxationem tyronis ab hominibus meis.* Sic Capitularij horreariorum & tabernariorum pro illorum tributorum exactoribus ſumuntur apud Caſſiod. *lib.10. ep.28.* explicat Iuret. *ad Symmach. d. ep.10.* & ita non rectè hæc tria munera coniunguntur à Pancirol. *d. lib.3. c.31. §. de equorum.* Buleng. *lib.9 c. 68. circa finem,* & Cuiac. & Gothofred. *in d.l.4.*

50 Pendent etiam & ex his quæ huc vſque diximus, plurium legum Codicis Theod. explicationes, præcipuè, *tit. C.Th. de teſtimon. ex tribun.* vbi videntur reuocari conceſſæ Protectoribus immunitates. Quæ ea ratione procedunt quòd plerumque in concedendis, vel tollendis immunitatibus variauerint Principes, quatenus, vel aduerſæ, vel proſperæ res Imperij poſtulabant, iuxta illud Liuij, *Quas tempora aliqua tulerunt leges, temporibus ipſis mutabiles eſſe video, quæ in pace latæ ſunt, bellum abrogat, quæ in bello,*
60 *pax.* † Rurſus difficiliores videntur *l. qui in ſudore 7. l. eos 14. C.Th. de luſtrali. collat.* quarum verba ita ſunt difficilia, vt vix intelligi queant ſine emendatione, dum protectores qui mercimoniis ſtuduerint, ſolùm vnius vaginæ pretij immunitatem habent, vel quindecim ſolidorum. Tantum æui longinqua valet turbare vetuſtas circa hæc obliterati iuris veſtigia fugitiua in obſcuro antiquitatis ſitu iacentia, vt vix ſciamus quid Imperatores voluerint conſtituere. Signaui eas, & quaſi lapillo numeraui, vt feliciora ingenia ſequentium ſeſe exerceant, & excuſſo puluere inueteratæ antiquitatis nouas luces his tenebris præferant.

## LEX IV.

*Iidem AA. & CC. Attalo.*

Hydraulæ munerum ciuilium immunitatem ſibi iure conceſſam approbare minimè poſſunt.

## SVMMARIVM.

1 *Hydraula quid ſit ex Accurſio & antiquis?*
2 *Hydraula eſt qui organum moderatur quod aqua ſonum reddit.*
3 *Organorum muſicorum duplex genus, & de hydraulico*
4 *Claudianus explicatur.* Seges *pro multitudine & denſitate, metaphoricõs,* ibidem.
5 *Quis fuerit huius organi hydraulici inuentor?*
6 *Varia ſpectacula in theatro fiebant de hydraulica machina.*
7 *In conuiuiis adhibebantur hydraulica organa.*
8 *Syluester II. Summus Pontifex defenſus a calumnia hæreticorum.*
9 *Qui de his organis ſcripſerint, remiſſiuè.*
10 *Ratio dubitandi huius legis deſumpta ex* l.fin.inf.de excuſat. artific.
11 *Ratio decidendi proponitur.*

HYDRAVLAM, ait Accurſ. *hîc,* quem ſequuntur cæteri, eſſe eum, cui cura incumbit aquam deferre in domum Principis, vel cuſtodire aquæ ductum aulæ imperialis, idque ex etymo deducit ab ὕδρος, id eſt, aqua, & aula, verbo ſanè Græco, addito Latino, in quo etiam Pyrrhus *in rub. h.t.* conſentit, & ſanè id poteſt comprobari, quia ſunt quædam machinæ ad hauriendum aquam inuentæ, quæ organa hydraulica vocantur, quarum meminit Vitru. *l. 9. & 10.* & Turneb. *lib.2. aduerſ. c.22.* & qui eas aquas regebat, vocatus eſt *Mechanicus* à Caſſiod. *lib.3. ep. fi.* † Ab ea tamen interpretatione re- 1
ceſſerunt Cuiac & Gothofr. *hîc,* & Forcatol. *in penu iur. c.14.* rectiùs ſentientes Hydraulam fuiſſe præfectum machinæ hydraulicæ, ſeu Organarium, aut artifices organorum hydraulicorum, qui eis nempè vtitur, & in eis peritus eſt. Hydraulica organa ſunt inſtrumenta muſica, quæ per aquam ſonum dulcem reddunt, vnde nomen conflatum, ab hydro id eſt, aqua, & aules, id eſt, tibia, vt refert Beroal. *ad Sueton. in Nero. c.41.* † Organorum quippe muſicorum du- 2
plex genus, vnum, cui folles adhibentur, vt ait D. Iſidor. quibus ventum concipiat, quod apud nos in vſu eſt in cultu diuino. Alterum fuit Hydraulicum, quod aquarum agitatione ſonum edebat, docet poſt Caſaubonum Salmaſ. *in not. ad Lamprid. in Heliogab. ad fin.* vbi ex Wilielmo Maſburienſi *de rebus Anglicis,* huius hydraulici organi deſcriptionem ponit his verbis, *Extant etiam & apud illam Eccleſiam doctrinæ ipſius monumenta, horologium arte mechanica compoſitum, organa hydraulica, vbi mirum in modum per aquæ calefactæ violentiam ventus emergens implet concauitatem barbiti, & per multi for-*

*ratiles tranſitus ænea fiſtulæ mordulatos clamores emit-
tunt*, ea verba reperies apud Vincent. Beluacen. in-
frà referendum Tale fuit quod exhibuit Nero *apud
Suet. d. cap.41. & 54.* ibi, *Quoſdam primoribus viris
domum euocauit, tranſactaque raptim conſultatione re-
liquam diei partem per organa hydraulica noui, & ignoti
4 generis circumduxit.* † illud eleganter deſcribit Clau-
dian. *in Conſul. Manlij verſ.314.*

*Et qui magna leui detrudens murmura tractu*
*Innumeras voces ſegetis modulatur aënæ*
*Intonat erranti digito peritúſque trabali*
*Vecte laborantes in carmina concitat vndas.*

Vbi *ſegetem* vocat, quia fiſtulæ quaſi ſpicæ alia aliâ
longior, vt exiſtimat *ibidem* Barthius, ſed meo vide-
ri malè & ſiniſtrè. Per ſegetem autem voluit ſigni-
ficare Poëta multitudinem fiſtularum, eo ſenſu quo
Virgil. *lib.1 Æn. verſ.45.* dixit,

——— *Hic confixum ferrea texit.*
*Telorum ſeges.*

*& lib.12. verſ 662.*

——— *Phalanges*
*Stant denſæ strictiſque ſeges mucronibus horret*
*Ferrea.*

*& lib.2. Georg.*

——— *Denſiſque virûm ſeges horruit haſtis.*

& Catull.de plurimis oſculis dixit,

*Non ſi denſior aridis ariſtis*
*Sit noſtra ſeges oſculationis.*

Huius organi traditur auctor fuiſſe Cteſibius Ale-
5 xandrinus tonſor, teſte Plin. *lib.7 hiſt. cap.37.* &
Euſtathio *lib.17. Iliad. Hom.* Vitruuio *lib.9. c.9. &
ſeqq. & c.fin.* Athenæo *lib.4. Dipnoſophiſt. cap.24.* li-
6 cèt Tertullian. *de anima* Archimedem laudat Aucto-
rem. † Varia huius artis hydraulicæ in theatro ſpe-
ctacula edidiſſe antiquos demonſtrat Triton ille ar-
genteus, quem è medio lacu per machinam emer-
ſiſſe exciente & ſonante buccina, tradit Sueton. *in
Claud.c.21.* & Virgil. *in Ætna*, ſiue is ſit, ſiue Cor-
nelius Seuerus, vt vult Scaliger & Delecampius, vel
alius, vt ait Barthius *lib.31. aduerſ.cap.16.*

*Nam veluti reſonante diu Tritone canoro*
*Pellit opus collectus aquæ victúque mouetur*
*Spiritus, & longas emungit buccina voces,*
*Carminéque irriguo magni cortina theatri*
*Imparibus numeroſa modis canit arte regentis,*
*Quæ tenuem impellens animam ſubremigat vndam.*

7 Nil immuto ex hac littera, vt fecit Scaliger. † Nec
ſolùm in theatro admiſſa hæc hydraulica inſtrumen-
ta, nam in conuiuiis toties inſonabant, quoties noua
fercula inferebantur, vt docuit Demſter. *ad Roſin. lib.
5. antiq. c.29.* & conſtat ex Petronio *in Satyrico c.34.*
ibi, *Fecerátque poteſtatem clara voce, ſi quis iterum vel-
let mulſum ſumere, cùm ſubito ſignum ſymphonia datur,
& guſtoria pariter à choro cantante rapiuntur*, & poſtea
*cap.36.* pergit, *Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſympho-
niam ita geſticulatus lacerauit obſonium, vt putares Da-
rium hydraula cantante pugnare.* Quapropter laudatur
Theodorici Regis temperantia, quòd cùm epularetur,
hydraulica organa non ſonarent, à Sidonio *lib.1.
epiſt.2.* ibi, *Sanè intromittuntur inter cœnandum mimici
ſales, ſic tamen quod illic nec organa hydraulica ſonant
nec ſub phonaſco vocalium concentus meditatum acroama
ſimul intonat*, & de huiuſce oblectamentis in conui-
uiis vide Buleng. *de conuiuiis lib.3. cap.29. & ſequen-
tibus.*

8 Sed mirum ex hoc genus muſici inſtrumenti ita
penitus ſequentibus temporibus excidiſſe, cùm po-
ſtea illud populis exhibuerit Syluester II. Summ.
Pontifex, ſæculo illi rudi mirabile videretur, vt me-
moriæ prodidit continuatio Bedæ *lib.2. cap.10.* &
Vincent. Beluacen. *lib.24. c.98.* Quod in cauſa fuit,
vt occaſio præberetur anili fabulæ à Benone quodam
hæretico & ſchiſmatico confictæ, vt de eo viro do-
ctiſſimo & illuſtriſſimo multa configerentur, & ma-
giæ deditum prædicarent, in quo multi Scriptores
decepti ſunt, vt viri diligentioris & eruditionis &
iudicij iam animaduertêre, vt conſtat ex Papyrio
Maſſono *in Syluestro II.* Baronio *tom.10. & 11. ann.
999. & 1003.* Bellarmin. *de Summo Pontif. lib.4. c.
12.* Onuphr. Panu. *in addit. ad Platin. in Syluest.II.*
& ex doctiſſimis noſtris Hiſpanis Ambroſ. de Mora-
les *lib.10. hiſt. c.26.* & diligentiſſimo Ant. de Yepes
*tom.5. hiſt. S. Benedicti anno Chriſt.999. cent.6. cap.
1. folio 255. & ſeq.* & nouiſſimè doctus ſanè, & va-
riâ eruditione inſignis, D. Thom. de Vargas Tama-
io *in notis ad Liutprand. Chronic. pag.167.* † Qui 9
verò de hoc inſtrumento hydraulico plura ſcire cu-
piat, conſulat Dalecamp. *in notis ad Plin. d. lib.7.
c.37.* Sauaron. *in Sidon. lib.1. ep.2.* Demſter. *ad Ro-
ſin. dict. cap.29. in Paralipom.* Bulenger. *de Theatro c.
32.* Caſaubon. *ad Sueton. lib.5. pag.176.* Opſopæum
*ad Senec. lib.2. natur. qq. cap.6.*

Sed ſtatim quæret aliquis de ratione dubitandi 10
huius legis, ea deſumi poteſt ex *l.fin. infr. de excuſat.
artific.* vbi Mechanici (ita legendum eſt, non cum
Accurſ. & reliquis, *Medici*) qui idem videntur cum
hydraulis, afficiuntur variis immunitatibus, & ſic
debuerunt qui hydraulicam artem exercent (vt pote
inter reliquas præſtantiorem tum propter ingenium
tum propter ingenium, tum propter artificium.) eiſ-
demmet immunitatibus gaudere, vt meritò eis ada-
ptare poſſimus verba Caſſiodori *lib.3. epiſt. fi.* ibi,
*Et meritò contineatur qui vel pro parte neceſſarius eſſe
cognoſcitur. Huic tamen mechanicus iungendus eſt, vt
vndas, quas iſte reperit, ille leuet, & arte ſubire faciat
quod aſcendere non præualet per naturam. Habeatur er-
go & iſte inter reliquarum artium magiſtros*, & cùm
reliquarum artium profeſſores priuilegiis afficiuntur
vt *in tit. infr. de Profeſſ. & Medic. & de excuſat. artif.*
conſonum erat rationi vt hydraulæ quoque habe-
rent immunitatem. † Difficilior videtur decidendi
ratio, quæ reddi poteſt ex eo quòd nullo iure his ſit 11
data immunitas, & cùm neceſſarium ſit, vt exem-
ptus quis dicatur, vt à lege id fiat, iuxta ea, quæ dixi
*in l.1. ſup. de immun. nemin. conced. in princ.* adiicit lex
noſtra nullo iure id probari poſſe, quoniam non ex
eo quòd ſit artifex, vel organi magiſter, & profitea-
tur artem liberalem, inde conſequetur habere im-
munitatem, niſi à lege, aut Principe id factum eſſe
probet, *l.ab ea 5. ff. de probat. iuncta l.fin. ſup. de præ-
diis decur. verſ. quoniam & ſacræ*, quomodo etiam pro-
cedit *l.6.* ſtatim ſequens, de qua nunc agam.

# LEX VI.

## *Iidem* A A. & C C. *Caio*

Venatoribus immunitas ob hanc profeſſio-
nem ſolam nullo iure conceſſa probari
poteſt.

PERTINET hæc lex ad venationem
Amphitheatralem, de qua agitur *in
leg. vnic. infr. de venat. ferar. tit.44. lib.
11.* & ſic neceſſarium duxi vtriuſque
legis tractationem coniungere, qua-
propter & litteram ſubiiciemus.

## LEX VNICA.

### *De venatione ferarum.*

*Impp.* HONOR. & THEODOS. AA. *Mauriano Comiti Domeſtic. & vices agenti Magiſt. milit.*

Occidendorum leonum cunctis facimus poteſtatem, neque aliquam ſinimus quemquam calumniam formidare. Beſtias autẽ quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus tranſmittuntur, non plus quàm ſeptem diebus intra ſingulas ciuitates detineri præcipimus, violatoribus eorum quinas libras auri fiſci iuribus illaturis.

## SVMMARIVM.

1 *Venatio duplex, arenaria & vulgaris, & vnde dicta?* & n. 2.

3 *Quale fuerit ſpectaculum venatio?*

4 *Deteſtatio eius ludi, ex Tertulliano & Seneca.*

5 Venationis *nomen apud IC. & Auctores Latinos frequens.*

6 *Quare dicatur* munus, *& de origine huius ſpectaculi?*

7 *Beſtiis obiiciebantur nocentes, & ſcelerati & ſerui, vel cum eis depugnabant.*

8 *Serui vendebantur, vt cùm beſtiis depugnarent, explicata aliqua iura.*

9 *Homines liberi conducti vt cum beſtiis pugnarent, infames efficiebantur.*

10 *Differentia inter damnatos ad ludum venatorium, vel ad beſtias, ex Vlp.* in leg. aut damnum, §. quicumque, ff. de pœnis.

11 *Aliquando virtutis oſtentandæ gratia multi in arenam deſcendebant, & cum beſtiis depugnabant, & præmiis honorabantur,* & n. 12.

13 *Explicatur* leg. 1. § & qui operas, verſ. denique, ff. de poſtulando, *contra Donell & Oſvvald.*

14 *Dabantur in præmium virtutis ei, qui cum beſtiis congrediebatur, varia munera.*

15 *Qui ob mercedem in arenam deſcendebat, fiebat infamis.*

16 *Explicatur D. Auguſt.* in cap. qui venatoribus 86. diſt.

17 *Damnati in ludum arenarium modò dicti* Venatores beſtiarij & arenarij, *& de eorum differentia quantum ad eos conficiendos,* & num. 18. & 19.

20 *Sancti Martyres beſtiis obiecti.*

21 *Venatoris nomen quo ſenſu in legibus his noſtris accipiatur?*

22 *Ex variis orbis partibus feræ ad hoc ſpectaculum conquirebantur.*

23 *Admiranda de variis ferarum in arenam miſſionibus.*

24 *Ad feras capeſſendas venatores inſtitutos variis locis ſtabiliſtur.*

25 *Explicatur littera & intentio legis noſtræ, & quæ ſit* profeſſio *hic.*

26 L. fin. ff. de iure immun. *explicatur.*

27 L. 1. Cod. Th. de venatione ferarum, *ab Triboniano diſcerpta & mutilata. Proponuntur contra eam variæ difficultates,* num. 28. 29. 30. & 31.

32 *Occidendorum leonum facultas data* in d. l. 1. C. Th. de venat. fer. & in h. l. vn. infr. eod. *quomodo ſit intelligenda?* & n. 37.

33 *Vox* ſalus *ſumpta pro bono publico.*

34 Voluptas *pro ludo, ſeu ſpectaculo.*

35 *Expenſus Vlp.* in l. 1. §. remouet, verſ. ſed ſi quis ff. de poſtulando, *& de venatione inſtituta propter belluam quæ regioni noceret.*

36 *Ad feras conquirendas neceſſaria erat Principis permiſſio.*

38 *Ædilitij edicti diſpoſitio ne quis canem, aut belluam haberet, quæ poſſet nocere, & de feritate leonum.*

39 *Venatio iure naturali permiſſa, & multò magis belluarum.*

40 *Rebuffi interpretatio reiecta.*

41 *Principes ſpectacula ſolebant edere vt populum ſibi gratum haberent, & conciliarent ob impenſam in ludos voluntatem populi Romani.*

42 *An Princeps poſſit venationem interdicere, remiſſiue.*

43 *Venatio iure naturali non fuit præcepta, ſed permiſſa, & quomodo hoc procedat?*

44 *Seruitus quomodo dicitur eſſe, contra naturam?*

45 *Princeps poteſt illud quod eſt commune in priuatum vſum transferre.* & n. 46.

47 *Ciuitas poteſt facere ſtatutum ne animalia tali tempore capiantur.*

48 *Magnates poſſunt prohibere venationem, & quid de priuato an peccet prohibendo?* & n. 49.

50 *Capta ex venatione prohibita, an ſint in conſcientia domino reſtituenda?* & n. 51. & 52.

53 *Explicatur difficilis lex partitarum* l. 17. tit. 28. *p. 3. & contra alios aperitur vera eius mens,* & n. 54. 55. & 56.

57 *An poſſit interdici venatio, vel piſcatio in loco publico.*

58 *Flumina & littora iure gentium ſunt publica.*

59 *Diſſeritur de contrarietate Martiani & Papiniani* in l. fin. D. de vſucap. & in l. ſi quiſquam 7. D. de diuerſ. & temp. præſcript. & num. 60. 61. 62. 63. & 64.

65 *Clericus ſi venetur, an quod ceperit faciat ſuum, agiturque de interdicta clericis venatione.*

66 *Venationis vtilitas & laudes.*

67 *Quare Clericis ſit interdicta venatio, & de eius deteſtatione,* & num. 68. 69. & 70.

71 *Venatio quæ ſit ex cauſa neceſſitatis, vel ſanitatis, Clericis non eſt prohibita.*

72 *Quare Tribonianus non appoſuerit in noſtro Codice totam legem Codicis Theodoſiani?*

73 *Spectacula ferarum etſi à Conſtantino ſublata, poſt multa ſæcula retenta, & de ætate Caſſiodori.*

74 *Pamely opinio reiecta circa huius ludi celebrationem poſt Conſtantinum.*

75 *Hoc ferarum ſpectaculum frequentatum tempore Iuſtiniani & Imperatoris Henrici II.*

76 *Oſtenditur paulatim in deſuetudinem abiiſſe.*

77 *De ludo gladiatorum remiſſiuè, & à quo penitus fuerit ſublatus?*

78 *Explicantur verba* d. l. vnicæ, infr. de venat. ferar. *& quid ſit comitatus, remiſſiuè.*

79 *Duces limitanei ſolebant feras ad Principem tranſmittere, & quomodo eæ Romam veherentur, emendatus Symmachus, & explicatus Claudianus.*

80 *Cur* in d. l. vnic. *non poterant feræ per multum temporis immorari?*

81 L. 2. C. Th. de venat. ferar. *explicata.*

1 VEnationem inde dictam volunt Auctores, teſte Bulenger. *de venatione cap.* 8. & Rader. *ad Martial. Amphith. cap.* 7. à rimandis terræ venis, quòd canum ſagacitate è ſubterraneis ſpecubus
2 feræ excitarentur, ea duplex eſt. † Vulgaris, ſeu priuata vna. *l. venatione* 26. *D. de vſuris. l. ſeruis* 99. §. 1. *de leg.* 3. *l. quæſitum* 12. §. *ſi in agro* 12. *D. de fundo inſtruct.* Paul. *lib.* 3. *ſentent. tit.* 6. §. *venatores*, de qua leges noſtræ
3 non agunt, etſi aliquid in calce dicemus. † Altera fuit Amphitheatralis, quia in Amphitheatro exhibebatur, vel Arenaria, quia etſi hæc ſparſa in aliis ludorum locis, nomen tamen ipſum communicatum Amphitheatro, Lipſ. *de Amphitheat. c.* 3. Atrociſſimũ & planè barbarũ crudelitate omníque feritate plenum fuit hoc ſpectaculum, quia in eo depugnabant homines cum feris, vel eis obiiciebantur, & ob id Chriſtianis olim illud ſpectare prohibitum, vt ſcribit, Ameſcua *de poteſt. in ſeipſ. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 2. & Bulen-
4 ger. *de venat. c.* 12. † Nam, vt Tertulliani *de ſpectacul. cap.* 12. *& aduerſ. Praxeam*, & Senecæ verbis loquar. Per luſum & iocum homo res ſacra occidebatur, homo, inquam, quem ita diligit Deus tot modis ſibi proximum, manuum ſuarum illuſtre opus, ingenij ſui curam, afflatus ſui vaginam, & ferrum voluptati non ſatisfaciebat, niſi & à feris humana corpora diſ-
5 ſiparentur † Hunc ſanè ludum ſimpliciter *venationem*, ſeu *ludum venatorium* vocant iura *in l. ciuitatibus* 122. §. *ad honorem, D. de leg.* 1. *l. aut damnum* 8. §. *quicumque* 11. *D. de pœnis. l.* 4. *in fin. D. de adminiſtr. rerum ad ciu. per.* & etiam Auctores Latini, Cicer. *lib.* 7. *famil. epiſt.* 1. Sueton. *in Cæſar. cap.* 10. *& in Claud. c.* 21. *& in Neron. cap.* 7. Mart. *lib.* 1. *epig.* 105. *& lib.* 4. *epig.* 35. *& in Amphith.* paſſim Lactant. *lib.* 6. *cap.* 20. Vopiſc. *in Probo*, Capitolin. *in Maximo & Balbino.*
6 † *Munus* quoque dictus fuit hic ludus (licèt magis hoc nomen conueniat ludo gladiatorum) quia editores eorum velut quodam munere populum afficerent, nam Romanus Populus huiuſmodi ſpectaculis maximè fuit deditus, vt dicam *infrà*. Origo eius vel à ſuppliciis, vel à funeribus deducta, vt de gladiatoribus ſcribunt, P. Gregor. *lib.* 13. *de Republ. cap.* 8. *num.* 15. Petr. Fab. *lib.* 2. *ſemeſt. cap.* 11. Lipſ. *lib.* 1. *Saturnat. cap.* 8. Bulenger. *de venat. cap.* 6. vel ab aliis cauſis, quas aſſignat his verbis Capitolin. *in Maximo & Balbin.* ibi, *Vnde etiam mos tractus ſit, vt proficiſcentes ad bellum Imperatores munus gladiatorium & venatus darent, breuiter dicendum eſt. Multi dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hoſtes factam, vt ciuium ſanguine litato ſpecie pugnarum ſe Nemeſis, id eſt, vis quædam fortunæ ſatiaret. Alij hoc litteris tradunt (quod veroſimilius credo) ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, vulnera & ferrum & nudas inter ſe cohortes, ne dimicantes in bello armatos hoſtes timerent, aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent.* Videndus quoque erit Tertullian. *de ſpectacul.* vbi Pamel. & Cerd. & Marcell. Donat. *in Sueton. Cæſar. cap.* 26.

7 Qui in hoc venationis ſpectaculo cum beſtiis depugnabant, vel eis obiiciebantur, aliquando nocentes fuêre & ſcelerati, qui propter delicta ad beſtias damnabantur, ita colligo ex Tertullian. *de ſpectacul. c.* 19. ibi, *Si ſæuitiam, ſi impietatem, ſi feritatẽ permiſſam nobis contendere poſſumus, eamus in Amphitheatrum, ſi tales ſumus, quales dicimur, delectamur ſanguine humano. Bonum eſt cùm puniuntur nocentes, & tamen innocens de ſupplicio alterius lætari non poteſt. Quis autem mihi ſponſor eſt nocentes ſemper ad beſtias decerni?* notat Marcilius *in not. ad Amphith. Martialis*, & Petr.
8 Fab. *lib.* 2. *ſemeſt. cap.* 7. † Aliquando ſerui fuerunt, & in hoc venditi, vt cum beſtiis depugnarent. Cuius rei in libris iuris frequens mentio eſt, & ob frequentiam variæ ortæ quæſtiones. *lege domini quadrageſima ſecunda D. de contrah. empt. l. circũcidere* 11. §. 1. *D. ad l. Cornel. de ſicar.* Quibus docemur ex lege Petronia non licuiſſe dominis ſuo arbitrio vendere ſeruos criminoſos, vt cum beſtiis depugnarent, vt ſic indignantis domini duritiès coërceretur, *l. ſeruus* 7. *in fin. ff. de ſeruis export.* Neque enim permittendum fuit hominem præ libidine, aut indignatione beſtiis obiicere, iuſtúmque contra ſæuitiam dominorum auxilium deprecantibus denegare, §. *fin. Inſt. de his qui ſunt ſui.* † Aliquando verò cùm non ſupereſſet 9
damnatorum copia, conducebantur qui cum beſtiis manum confererent, qui in id operas ſuas locabant, vel gratuitas dabant. *l.* 1. §. *remouet* 6. *verſ. & qui operas, D. de poſtuland. l.* 2. §. *ait prætor.* 5. *D. de his qui notant. infam. l.* 3. §. *lege Iulia, de teſtibus, l.* 1. §. *qui operas* 6. *D. ad SC. Tertyllian. l. in arenam* 11. *C. de inoffic. teſtam.* in quibus iuribus qui operas ſuas vt cum beſtiis depugnaret, locauit, in primis eſt infamis, vt dicam *in l. vnic. infr. de infamib.* nam vitam & ſanguinẽ ſuum promercalem habuit, & eo ipſo videtur ſe capitali ſcelere maculatis iniungere, & ſe quodammodo capitis damnare ſupplicio, docet Petr. Fab. *lib.* 2. *ſemeſt. c.* 12. *verſ. cùm is qui artes*, & poſt eum Oſvvald. *ad Donell. lib.* 18. *c.* 3. *lit. BB.* † Eodem etiam modo dam- 10
nati ad ludum venatorium, vt ferro cum beſtiis pugnarent, ſiue liberi ſint, ſiue ſerui antea fuerint, efficiebantur ſerui pœnæ. *d. l. aut damnum*, §. *quicumque* 11. *D. de pœnis*, vbi Vlpiani elegantem differentiam attulit inter eos, qui damnantur ad ludum venatorium, & damnatum vel ad beſtias, vel ad gladium. Nam etſi omnes efficiantur ſerui pœnæ, tamen qui beſtias, vel ad gladium damnantur, ſtatim conſumuntur, vt docet Paull. *lib.* 5. *ſentent. tit.* 17. *in fin.* & inſinuat Conſtantin. *in l. vnic. C. Th. ad leg. Fabiam*, hoc eſt, qui filios inuolant alienos, illic, *Seruus quidem vel libertate donatus beſtiis primo quoque munere obiiciatur, liber autem ſub hac forma in ludum detur gladiatorium, vt antequam aliquid faciat quo ſe defendere poſſit, conſumatur.* At verò qui damnabantur in ludum venatorium, ſeu gladiatorium, reſeruabantur populi voluptatibus, vt diſcerent venari in theatro, & pugnare cum beſtiis, vt ſic melior ſit conditio iſtorum, quàm aliorum, quibus interitus non tam certus. Obſeruãt eleganter Cuiac. *lib.* 13. *obſer. cap.* 10. & eo non relato Petr. Fab. *d. lib.* 2. *ſemeſt. cap.* 1. *verſ. planè.* Gothofred. *in d. l. aut damnum* §. 11. D. Laur. Ramirez *ad Martial. lib.* 4. *epig.* 35. & Bulenger. *de venatio. cap.* 31. *&* 33. *in fin.* ob idque cenſebantur vltimo ſupplicio affecti, *lege qui vltimo* 29. *Digeſtis de pœnis.* Nec Præſes dimittere eos poterat fauore populi, niſi conſulto Principe *lege qui ad beſtias trigeſim. prim. Digeſt. de pœnis.*

Aliquando tamen in hoc ludo multi in arenam 11
deſcendebant virtutis oſtentandæ gratia, operas ſuas non locando, ſed affectatione quadam fortitudinis, vel armorum, vel ob inanem gloriam, aut leuitatem, vel ob præmium, vel populi plauſum. ita docemur auctoritate Vlpiani *in dicta lege* 1. §. *& qui operas, verſ. denique, Digeſtis de poſtulando*, & Tertulliani *ad Martyres cap.* 5. ita, *Eadem omnia ſæuitiæ & cruciatus certamina tam apud homines affectatio quoque & morbus quidam animi conculcauit. Quot otioſos affectatio armorum ad gladium locat? certè ad feras affectatione deſcendunt, & de morſibus & de cicatricibus formoſiores ſibi videntur. Alij inter venatorum taureas ſcapulis patientiſſimis inambularunt.* Item & D. Cyprian. *epiſt.* 1. *ad Donat.* ibi, *Quid illud oro te quale eſt, vbi ſe feris obiiciunt, quos nemo damnauit, ætate integra, honeſta ſatis forma, veſte pretioſa, viuentes iuuenes in vltroneum funus ornantur, malis ſuis miſeri gloriantur, pugnant ab beſtias non crimine, ſed furore,*

*furore, ſpectant filios ſuos patres. Frater in cauea & ſoror præſto eſt, & ſpectaculi, licèt pretium largior muneris apparatus amplificet, vt mœroribus ſuis mater interſit.*

12 Hinc cognoſcimus eos, qui os ob affectionem, vel ſimilem cauſam in arenam deſcendebant, præmiis & muneribus honoratos fuiſſe, nam in huiuſcemodi ludos largitates Imperatorum & editorum factæ celebrantur ab Auctoribus, vt conſtat ex Lamprid. *in Alex.* ibi, *Spectacula frequentauit cum ſumma donandi parſimonia, dicens, & ſcenicos & venatores ſic alendos, quaſi ſeruos noſtros.* Vopiſcus *in Carino* de Diocletiano teſtatur parciſſimè vſum liberalitate in ludis, quia dicebat caſtiores eſſe oportere ludos ſpectante cenſore. Eleganter ad rem facit Caſſiodor. *lib.5. epiſt.42.* ibi, *Si conſularem munificentiam prouocant qui per cuncta corporum flexibilitate luctantur, quo munere venator explendus eſt, qui vt ſpectantibus placeat, ſeu mortibus elaborat, voluptatem præſtat ſanguine ſuo, & infelici ſorte conſtrictus feſtinat populo placere, qui eum non optat euadere. Heu mundi error dolendus, ſi eſſet vllus æquitatis intuitus, tantæ diuitiæ pro vita mortalium deberentur dari, quantæ in mortes hominum videntur effundi, lege 2. Codice Th. de ſpectacul.* obſeruat Bulenger. *de venation. cap.15.*
13 † Vnde deſcendit malè Donell. *libro 18. comm. cap.3.* & *ibi* Oſvvald. *lit. CC.* exiſtimaſſe Vlpian. *in dict. lege 1. §. & qui operas, verſiculo denique*, quatenùs venatores præmiis honoratos fuiſſe dixerit, intelligendum hoc factum ob mercedem datam, & ita illa verba, *niſi ſe honorari paſſi ſunt*, explicant, id eſt, mercedem acceperint. Nam *honoris* vox pro mercede ſumitur *lege ſi remunerandi 6. in principio Digeſt. mandati. leg.1. §.5. de extraordin. cognit. leg.1. Digeſt. ſi menſor falſum mod.* Si enim virtutis oſtentandæ gratiâ, aut ob inanem gloriam ſe beſtiis obieciſſent, & ſine mercede hoc faciebant, quomodo præmium merces dicendum erat? Nec Vlpianus obſcurè loquitur, imò ita clarè, vt mirer hos Auctores in eam explicationem coniuraſſe, ita ait, *Denique eos, qui virtutis oſtendendæ gratia hoc faciunt ſine mercede, non teneri, aiunt veteres, niſi in arena paſſi*
14 *ſunt ſe honorari.* † Accipiebant autem [illegible] homines ob egregiè confectam beſtiam in præmium ſuæ virtutis munera, nummos nempe, aut coronas, aut quid ſimile, quo præmio honorari dicebatur venator, vt dixi, & teſtatur Sueton. *in Claud. cap.21.* ibi, *Nec vllo ſpectaculi genere communior, aut remiſſior erat, adeò vt oblatos victoribus aureos prolata ſiniſtra pariter cum vulgo, voce, digitiſque numeraret.* Trebellian. Pollio *in Gallienis.* ibi, *Cùm taurum ingentem in arenam miſiſſet, exiiſſétque ad eum feriendum, venator neque perductum decies potuiſſet occidere, coronam venatori miſit, & muſſitantibus cunctis ille dici iuſſit, taurum toties non ferire dif-*
15 *ficile eſt.* † Rurſus, quia ſi ob mercedem hoc feciſſent, infames cenſerentur. *leg.2. §. fin. Digeſtis de his qui not. infam.* & tamen *in leg.4. in princip. illo tit.* illi, qui virtutis gratia ſpectaculum ſui præbent, non eſſe infames docemur. Quemadmodum & qui iaculandi cauſa, hoc eſt, ad feras contis, iaculiſque perimendas non ob mercedem, ſed vt artis ſuæ peritiam dexteritatémque oſtenderet, in arenam prodibant, vt patet ex Vlpian. *lib.9. de offic. Proconſ. in fragm. Pithœi*, quæ adducit Petr. Fab. *lib.2. ſemeſt. cap.12.* quia ſponte & liberè in arenam deſcendebant, & ideo ius teſtandi & legitimæ ſucceſſionis habuêre cùm liberi eſſent, *lege in arenam 11. C. de inoffic. teſtam.* quod damnatus ad beſtias non habebat, *l. ſi quis mihi 25. § ſi quis planè 3. D. de adquirend. hæred.* notat, *vbi proximè*, Petr. Faber.

16 Ad hunc modum videtur reſpexiſſe D. Auguſtinus *Pſalm. 102.* relatus *in cap. qui venatoribus 8. cum ſeq. 86. diſt.* illis verbis. *Qui venatoribus donant, quare donant venatori? Hoc in illo amant, in quo nequiſſimus eſt, hoc illo paſcunt, hoc in illo veſtiunt ipſam nequitiam publicam ſpectaculis omnium*, & rurſus cap. ſeq. *Qui venatoribus donant, non homini donant, ſed arti nequiſſimæ, nam ſi homo tantùm eſſet, & venator non eſſet, non donares, honoras in eo vitium, non naturam*, quæ loca non niſi de venatoribus arenariis, ſeu Amphitheatralibus accipienda ſunt. Reprehendit in eis Diuus ille doctiſſimus tales largitates & dona in homines illos erogata nequiſſimos, quod non ſatis perceperunt DD. *in tit. de Clerico venatore*, nec ſatis explicauit noſter Pichard. *in §. fera, num.2. & 5. Inſt. de rer. diuiſ.* dicta iura intelligentes de venatione clamoſa, ſeu ſaltuoſa, vt loquuntur; cùm tamen de his venatoribus, de quibus eſt ſermo noſter, intelligi debeant, & ita ſenſit VVeſemb. *in tit. Digeſt. de adquirend. rer. domin.* vel de venatione publica leonum & ferarum, quæ ad ludos ex variis orbis partibus aduehebantur, vt *infrà* dicam *num...* & ideo artem nequiſſimam rectiſſimè Sanctus ille vocauit ob dexteritatem & ſagacitatem, qua vtebantur in capiendis feris, vel in eis conficiendis, in Amphitheatro quod & Claudian. demonſtrat *in Conſul. Manlij.*

*Audaces legat ipſa viros qui colla ferarum*
*Arte ligent, certóque premant venabula niſu.*

Præterea ſciendum eſt in hunc ludum damnatos 17
modò dictos venatores, vt dictum iam eſt, modò beſtiarios, quia ad beſtias damnati, modò arenarios, quia in arena, vel Amphitheatro cum beſtiis digladiarent, *l. ob carmen 21. §. ſi ea D. de teſtibus l.5. D. ad SC. Trebell. l. hi domum 38. D. de oper. libert. l.4. D. de accuſat.* notant Marſilius *ad Amphitheatr. Martial. verſ. in venationibus, cum ſeq.* Bulenger. *de venatio. cap.30.* Iuret. *ad Symmach. lib.5. epiſt.59.* Menoch. *de arbitrar. caſ.413. num.6.* Gaill. *lib.2. obſer.68.*
*num.8.* Freher. *de infam. cap.18. ex num.16.* † Ex 18
his quidam ſoluti beſtiis obiiciebantur, quidam ligati, vel in cruce fixi, quidam inermes, aut venabulo armati, quod proprium fuit venatorum, & Amphitheatri præcipuum inſtrumentum, vt obſeruat Marcil. *ad Amphit. Mart. ep.11.* ita vt venator
à venabulo quaſi venabulator dictus credatur. † So- 19
lebant quoque beſtiarij cruci alligari, & ad viuum fabulas antiquas agentes pœnam propriam ſub fabulæ imagine & velamento abſcondere, vt dixi fuſè *lib.3 obſeru. cap.5. num.22.* Sic inducitur à Martiali cuiuſdam damnati miſeranda laniatio, qui laureolum egit, & ad alterius laureoli modum ſtipite actus feris eſt expoſitus, *in Amph. epig.7.*

*In quo quæ fuerat fabula pœna fuit.*

notant *ibi* Rader. Ramir. Marcil. & alij adducentes illum elegantiſſimum Tertulliani locum *de pudicitia cap.12.* ibi, *Puta nunc ſub gladio iam capiti librato, puta in patibulo iam corpore expanſo, puta in ſtipite iam leone conceſſo, puta in axe iam incendio adſtricto. Denique iam ad beſtias depugnauerat Paullus,*
*cùm interitum decernit inceſto.* † Hoc modo ſanctiſſi- 20
mi & fortiſſimi Martyres triumpharunt, vt ſcribit Euſeb. *lib.8. hiſt. Eccleſ. cap.7.* nam Chriſtianis olim, quibus grauiſſimæ pœnæ irrogabantur, nulla fuit frequentior, & ita vulgo circumferebatur *Chriſtianus ad leonem*, vt memoriæ prodidere Tertullian. *in Apologet. cap.35. & fin.* D. Cyprian. *ep.13. & 55.* & firmant Pamel. & Cerda *ad Tertull. dict. cap.35.* & Bulenger. *de venat. cap.33.* Sed liceat ô bone Deus! exclamare. Quis ferre poterit hoc ſæuiſſimum ſpectaculum, quis ſiccis oculis aderit ſpectaturus Beatiſſimum Ignatium obiectum feris, Abdonem Sennem, Blandinam, Theclam alioſque fidei

noſtræ fortiſſimos teſtes, gloſioſos arenarios, qui Deo, Angelis & ipſi orbi ſpectaculum facti veritatem Euangelij proprio ſanguine confirmarunt. Saluete ô vos Sanctiſſimi illius ferinæ arenæ venatores, æternum virtutis ornamentum, Eccleſiæ Catholicæ decus, qui iam in ipſa ſecuritate cœli glorioſa tempora corona triumphali redimiri in præmium veſtræ conſtantiæ & fortitudinis lucidiſſima ſydera calcatis, & agnum ſequentes triumphum agitis.

21 Verùm etſi de venatoribus huc vſque multa diximus, adhuc tamen in obſcuro verſatur lex noſtra, nam ei conuenire non poſſunt ſuprà adducta, cùm venatoris officium & profeſſio non conueniat cum iis, qui beſtiarij erant, aut cum feris depugnabant, etiamſi ob virtutem, vel aliam cauſam id facerent. Venatotis igitur nomen *hic, & in h. l.*
22 *vnic. de venat. ferar.* diuerſum eſt, à ſupradictis. † Nam cùm frequens eſſet hoc ſpectaculum, & populo Romano gratiſſimum, neceſſe fuit, vt ex variis orbis partibus, imò ex vltimo orbe Romam feræ adueherentur, & ita è Calidonia vrſi, cùm ad Septentrionem, vrſi immaniſſimi & ſæuiſſimi, & è Lucania quoque, vt videmus ex Martial. *Amph. epiſt.* 7. *&* 18. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. ex Africa leones & tygres, quos Lybiæ horribiles alumnos vocat Claudian. *lib.* 3. *de laudib. Stilic. verſ.* 80. ex Ægypto crocodyli, ex India rhinocerotes, elephantes, tauri, apri, leopardi, camelopardi, alces, pantheræ & ſi-
23 miles ex variis prouinciis adducebantur. † Nec mirum hoc videatur cùm vna miſſione centum leones fuerint exhibiti, teſtante Capitolino *in Anton. Pio.* ita, *Edita munera in quibus elephantes, & crocutas, & ſtrepſicerotas, & Crocodylos etiam atque hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarum cum tygridibus exhibuit, centum etiam leones vna miſſione edidit.* Idem *in Anton. Philoſoph.* ibi, *In munere etiam publico tam magnanimus fuit, vt centum leones vna miſſione ſimul exhiberet.* Nec parcam alij Vopiſci loco, qui in Probo hæc admiranda de more ſcribit. *Immiſſi deinde per omnes aditus ſtruthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ, ibices, oues feræ, & cætera herbatica animalia quantum vel ali potuerunt, vel inueniri. Addidit alia die in Amphitheatro vna miſſione centum iubatos leones, qui rugitibus ſuis tonitrua excitabant, qui omnes contificiis interempti ſunt, editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leænæ, & vrſi ſimul trecenti. Quarum omnium ferarum magnum magis conſtat ſpectaculum fuiſſe, quam gratum.* Omitto alia loca Capitolin. *in Gordian. tertio ad fi.* Plin. *lib.* 8 *c.* 16. Alex. ab Alex. *lib.* 6 *genial. cap.* 19. *verſ. Primus enim Scæuola*, vbi Tiraquellus.

24 Hinc conſtat ad tot feras captandas & conquirendas neceſſarios fuiſſe homines ad id expertos & aptos, quare de publico conſtituti ſunt venatores ad id miniſterium peritiſſimi, & in capiendis feris ſolertiſſimi, item & qui Romam eas adueherent, ita fuiſſe Macrinum Imperatorem, refert *in eo* Capitolin. *Qui accepta rudi gladiatoria ad Africam iſſe venatorem primò, poſt etiam tabellionem fuiſſe.* Sozomen. *lib.* 7 *Hiſtor. Trip. cap.* 23. ibi, *Ambroſius veniens in vrbem qua feras inducebant, latuit, & ſimul cum venatoribus ingreſſus eſt.* De eis accipio Symmachi *lib.* 5. *epiſt.* 59. verba illa, *Quapropter quæſo te vt venatorum potiſſimos auctoritate iudicis & fratris amore concedas multum rebus omnibus additurus, quas cinium voluptati animoſo impendio præparamus.* Non conuenio cum Iureto, homine alioqui doctiſſimo qui *ibidem* de venatoribus arenariis ea verba intelligebat, cùm potiùs de eis, qui feras captabant, accipiendus ſit Symmachus, qui venatores requirebat vt munus ſuum ederet, nam ad quid erat neceſſaria auctoritas iudicis, ſi de arenariis in vltima parte ageret, damnatis emptitiis, aut conductis. Eo ſenſu loquutus eſt Vegetius *lib.* 1. *de re milit. cap.* 7. vbi cùm quærat cuius artis ſint ad militiam eligendi tyrones, venatores connumerat aprorum. *Fabros ferrarios*, inquit, *macellarios & ceruorum aprorumque venatores conuenit ſociare militiæ*, & Vlpian. *in l.* 1. §. *ſed ſi quis, D. de poſtulando*, ibi, *vt feras venetur.* Sic etiam & Claudianus Poeta ſingularis decoris & pulchritudinis, *lib.* 3. *de laud. Stilit. ex verſ.* 240. de ſpectaculis Stiliconis agens, ei aſſentatur quòd venatores ferarum quas exhiberet in ludo, homines non haberet, ſed Dianam ipſam & Nymphas.

*In quoque nobilibus ſpectacula noſtra laboras*
*Illuſtrare feris.*

vbi ſuo more ſplendidè & eleganter de venatione ferarum & adductione loquitur.

De his ergo venatoribus accipiendæ ſunt leges 25
noſtræ, vbi venatoribus, qui feras captabant, ob hanc profeſſionem ſolam non conceditur immunitas, id eſt, ob hoc ſolum exercitium non debere eſſe immunes, niſi alia cauſa ſubſit. *Profeſſionem* vocat artem venatoriam, vt apud Veget. *lib.* 2. *de re milit. cap.* 24. ibi, *Athleta, venator, auriga propter exiguam mercedem quotidiana meditatione artes ſuas aut ſeruare, aut augere conſueſcunt.* † Neque 26
obſtat *l. fin. D. de iure immunit.* in qua connumerantur inter immunes, venatores; de harum enim legum diſſidio agit Cuiac. *hîc*, & Gothofr. *in d. l. fin.* vbi ſuo more Cuiacium tranſcribit, & nomen reticet, qui ait *d. l. fin.* accipiendam eſſe de venatoribus, qui cum tali officio, ſeu miniſterio etiam milites ſint: quod conſtat, nam Taruntenus IC. *ibi*, vt docet inſcriptio, non tractabat de artificibus ſimpliciter, quibus ſit data immunitas, ſed de militiæ & exercitus artificibus, qui exercitum ſequebantur, & non ſolùm militabant, ſed etiam & ſuo exercitio, ſeu arte publicè proficerent; vnde rationi videtur conſentaneum, vt grauiorum munerum haberent excuſationem. Quam ob rem non ſine cauſa in præſenti ſcriptum extat *ob hanc ſolam profeſſionem*, quaſi militia coniuncta cum arte illa venandi illud producat priuilegium, non verò ſola ars venandi priuilegium immunitatis præſtat. Venationémque huiuſmodi à militibus fuiſſe exercitam, docemur ex *l.* 1. *C. Th. de venat. ferar.* cuius litteram infra ſubiicio, vbi occidendi & venandi feras ducibus & officiis eorum conceditur, talis fuit Sertorius ille ex primis Romanorum Ducibus, teſte Plutarcho, in eo, qui & miles & venator erat: conferunt quæ obſeruat ex Vegetio *lib.* 1. *de re mil. cap.* 7. Stevvech. *ibi*, ad illa verba, *venatores conuenit ſociare militiæ.*

Ex his venit explicandum Honorij & Theodoſij 27
reſcriptum *in d. l.* 1. *C. Th. de venat. ferar.* quæ eſt *d. l. vnic. infr. illo tit.* Quarum diſpoſitio ita eſt obſcura, vt vix quid voluerint Imperatores intelligi queat. Nam Tribonianus ex duabus legibus, quæ in Codice Theodoſiano extant, vnam in Iuſtinianeo nobis truncam & mutilam propoſuit, quo maioribus tenebris inuoluitur deciſio, quæ ſi ipſi Triboniano proponeretur explicanda, neſcio an id conſequi potuiſſet, & certè cùm manus Triboniani ita paſſim in his legibus reperio exiſtimo in libris Conſultorum eaſdem ſimili temeritate inieciſſe quo poſteris crucem fixit, in qua aſſiduè cruciabuntur dum iuris Romani diſputatio profitebitur & docebitur. † 28
Hoc tamen me non abſterret quo minus pergam, & qualem potuero lucem dem, vel potiùs viam inſtrnam, vt alius feliciùs gradiatur. Nulla enim
maior

maior ratio me ad hunc laborem capeſſendum impulit, vt hos vltimos Codicis lib. ... aperirem, niſi vt viam munirem ingeniis minus inſtructis, quæ ab horum lectione vtiliſſima abhorrebant.

29 Difficultates verò quæ contra dictas leges opponuntur, hæc ſunt. *Prima*, quod ſi *d.leg.1. Cod. Th.* dabat licentiam vt leones occidi potuiſſent, quare venandi & vendendi denegabat facultatem? Ita enim ſcripta remanet. *Occidendorum leonum cunctis facimus poteſtatem, neque aliquando ſinimus quemquam calumniam formidare, cùm & ſalus noſtrorum prouincialium voluptatis noſtræ* (lego *voluptati*, niſi præli mendo littera ſ. irrepſerit) *neceſſario præponatur, & hæc ipſa propria voluptatis* (lego *voluptas*,) *intercludi minimè videatur, quandoquidem occidendi feras, non venandi venundandique licentiam dederimus. Occidendi igitur memorata feras & ducibus & officiis eorum conuentis cunctis licentia tribuatur.* ita verba caſtigo diſſentiens à Iureto, qui *lib.7. miſcell. in Symmach. epiſt.122.* ita legebat, *& hæc ipſa propriæ voluptatis nomine*, cùm fortaſſe noſtra emenda-
30 datio congruat menti Impp. † Huius legis principium duntaxat tranſcripſit Tribonianus *in hac leg.vnic.infr.de vend.fer.* & pannum aſſuere non dubitauit, ex lege ſequenti, à qua totum verſum illum, *Beſtias autem*, ſumpſerat.

31 Altera difficultas eſt, quòd cùm occidere leones permittat d. lex, videtur fuiſſe localis, & ad ſolam Africam pertinere, quæ ſola eos gignere dicitur, vnde *Libycæ feræ* dicuntur, *& Africanæ*, Plin. *lib.6. epiſt. fin.* Sueton. *in Caligul.cap.18.* Dio *lib.58.* Capitolin. *in Gordian.* Symmach. *lib.2. ep.46. & 47.* vbi notat Iuret. ad vocem *Libycarum.*

32 Circa has difficultates ſedandas cogitabam occidendorum leonum facultatem datam illis legibus poſſe duobus in caſibus intelligi. *Primò*, ſi feræ exhiberentur in ſpectaculo, iuxta à nobis animaduerſa potuiſſe interfici. Nam non fuit cum beſtiis hominum congreſſio, ſed è ſuperiori loco, lancea, haſta, telo, vel ſagittis confodiebantur. ita de Commodo Imper. narrat Lamprid. in eo, *Ferarum autem diuerſarum manu ſua occidit multa millia, ita vt elephantos occideret, & hæc fecit ſæpe ſpectante populo Romano.* & inferiùs, *Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, vt elephantum conto transfigeret & orygis cornu haſta tranſmiſerit, & ſingulis ictibus multa millia ferarum conficeret*, de eodem Xiphilin. *Erat diuiſum theatrum omne connexis quibuſdam diametris tectum habentibus circum, quod inambulari poterat, ac ſeſe bifariam ſecantibus quo faciliùs vndique ex auguſto loco belluæ diuiſæ in partes quatuor iaculis traijcerentur. Ac primo quidem die centum vrſos de ſuperiori loco iaculis confecit.* Seneca *de breuit.vit.c.13.* ibi, *Primus L.Sylla in Circo leones ſolutos dedit cùm alioquin alligati darentur ad conficiendos eos miſſis à Rege Beccho iaculatoribus.* videndus Petr.Faber *lib.2. ſemeſt.cap.7.* & Bulenger. *de venatione cap.27.* & confert Martial. *lib.8.epigram.55.* vbi Raderus.

33 Alter caſus eſt, & quidem meo videri litteræ d. leg. vnicæ conuenientior, facultatem hanc occidendi locum habuiſſe ſi tales feræ regioni nocerent: quod videntur innuere Imperatores *in d.l.1. C.Th. de vend. fer.* ibi, *Cùm ſalus noſtrorum prouincialium voluptati noſtræ neceſſariò proponatur*, quæ verba immeritò omiſit Tribonianus *in d.l. vnic.infr.* At vox *ſalus* ſumitur pro bono communi, incolumitate, remedio populorum, prout in illo vulgari, *Salus publica ſuprema lex eſto. l.2. ad fin. ſuprà de exactor. trib.*
34 *l.3.in princ.D.de offic.Præf.vigil.* † *Voluptatis* autem nomen non in vulgari ſignificatione accipiendum, ſed pro ludo, ſeu ſpectaculo, quod propriè *voluptas* appellatur ab Auctoribus, Apulei. *lib.4. de aſino.* Lamprid. *in Seuer.* Trebell. *in Gallien.* Vopic. *in Probo.* Symmach. *lib.2. epiſt.42. & lib.8.ep.8. & lib.10. ep.19. & 23.* cum mille aliis. Caſſiod. *lib.1.epiſt.31. & 32. & lib.5.epiſt.42 & lib.7.form.10.leg.5. C.Th. de ſpectacul.leg.5. & fin Codice Th.de ſcenicis l.1. & tot.infr de ſpectacul.l.3.C.de Pagan.* Innocent.Pap.I. *in epiſtol. ad Victricium Rothomag.Epiſcop.cap.21. & ep.24. ad Synod. in Tolet.ciuit.conſt.cap.2.* Inde dictus Tribunus voluptatum ille, cui ludorum cura committebatur. Caſſiodor. *dict.formul.10.d.l.fin C.Th. de ſcenicis*, cum aliis relatis à Broſſæo & Forner. *in not. ad Caſſiodor.d.form.10. & d.ep.4.* Iuret. *lib.2.miſcell. in Symmach.epiſt.46.* Bulenger. *de venat.cap.11.* VVeitzius *in Prudent.lib.2.contr.Symm.in fine.*

Vnde cùm attendatur bonum commune, & ſpe- 35
ctaculis præponatur, & ſi ad eorum celebrationem deficiant feræ, adhuc leonum occiſio permitti debuit, qui regioni ſua feritate, vel copia nocerent. Hanc explicationem adiuuat eleganter Vlpian. *in l.1.§.remouet 6. verſ. ſed ſi quis, D.de poſtuland.* ibi, *Sed ſi quis operas ſuas locauerit, vt feras venetur, vel vt depugnaret feram quæ regioni nocet extra arenam*: quæ verba demonſtrant venationem plerumque vſitatam propter feritatem belluæ, & damna ab ea illata, vel quia effugerit è cauea, vt *in leg.1. §. in beſtiis 10 D. ſi quadrupes paup.* quo caſu etſi leones occidi non poterant, ne aliàs ſpectacula impedirentur, & ceſſarent, neceſſaria fuit occidendi licentia. cuius conceſſione non ita facilè impeditur ludus Amphitheatralis, vt inquiunt Imperatores cùm adhuc remaneat altera prohibitio, ne ſcilicet eas poſſint venari & vendere, quaſi venari liceat ſi occidantur, non tamen vt viui retineantur, & vendantur, ita enim fiet cùm venatores hoc lucro venditionis priuentur, vt feras agros deuaſtantes poſſint occidere pro bono publico, non verò viuas capere,
& vendere. † Nam ad eas feras conquirendas & 36
cuſtodiendas neceſſaria fuit Principis permiſſio, ita vt editoribus ludorum publicorum exhibere leones & reliquas feras non licuerit, neque ad ludos emere, niſi priùs poſtulata venia à Principibus, ita docemur aliquibus Symmachi teſtimoniis *lib.2.ep.46.* ibi, *Nihil igitur moror familiam Spartaca nequiorem, velimq; ſi tam facile factu eſt hanc munificentiam Principis Libycarum largitione mutari*, & *lib.7. epiſt.122. Adde, ſi placet, quod ante poſtulatum tenes, vt aliarum Libycarum mihi emptio ſacra auctoritate præſtetur.* obſeruant Iuret. *d.ep.122.* & Bulenger. *de venat.c.14.*
*& 18.* † & hic videtur ipſiſſimus Imperatoris ſen- 37
ſus in hac *leg.vnic.de ven.fer.* quem non potuit capere Lucas *ibi*, dum vocem *occidendorum* interpretatur, id eſt, *vendendorum* ineptè & impropriè ſanè, ſicut alia quæ ſolet extra materiam congerere. Miróque Cuiac. nihil de hac difficultate tetigiſſe, nec verbum vllum. Præſenſit tamen noſtram hanc interpretationem oculatiſſimus Accur. *ibi verb. beſtias*, quem ſequitur Plat. *in princ.* ſed ita obſcurè, vt
nihil ita obſcuriùs videatur ſine hac noſtra face. † 38
Habet autem illa conſtitutio aliquale fundamentum ex Æditilij edicti diſpoſitione, quæ prohibuit, ne quis canem, verrem, lupum, aprum, vrſum, pantheram, leonémve haberet, vt cuique nocere poſſit, *leg.hi enim 40.cum ſeqq. ff.de ædilit. edict.l.23. tit.15.part.7.* iunctis quæ tradit Oſvvald. *lib.25.Don. cap.44. lit.C*, Pichard. *in §.cæterùm. Inſt.ſi quadrupes paup.* tale enim damnum de Republica modis omnibus auferendum eſt, præcipuè cùm leo ita deſæuire ſoleat, vt omnibus nocere poſſit, iuxta adducta Martial. *lib.8.epigr.55.* cum notis Raderi. Nam, vt eleganter ait D. Ambroſ. *lib.6. Hexaëmer. cap.3.* ibi, *Leo natura ſua ſuperbus ferocia quaſi rex quidam plurimorum dedignatur conſortium. Quæ autem ſe ei*

*ſociare*

*ſociare fera audeat, cuius voci tantus naturalis ineſt terror, vt multa animantium quæ per celeritatem poſſent impetum eius euadere rugientis eius ſonitu velut quadam vi attonita atque icta deficiant.*

39 Sed ſtatim in contrarium obſtat quòd ea lex vnica venationem prohibens videtur eſſe contra ius naturale, quo venatio permiſſa eſt, §. *fera, Inſt. de rer. diuiſ. leg.* 1. § *fin. cum ll. ſeq. D. de adq. rer. dom. leg.* 1. *de adq. poſſ. leg. qui foueas* 28. *D. ad l. Aquil. cap. ius naturale* 1. *diſt. l.* 17. *cum ſeq. tit.* 28. *part.* 3. explicant relati à Pichard. *in d. §. fera*, & DD. *in dictis iur.* VVeſembec. *ad tit. de adquir. rer. dom. numer.* 7. Oſvvald. *ad Donel. lib.* 4. *cap.* 8. & doctè, vt ſolet, reliqua noſter D. Melch. de Valencia poſt Cathedram primariam legum Salmant. Academiæ meritiſſimo moderatam, nunc in regia Granatenſi curia digniſſimus Senator *tract. illuſt. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 28. ita vt nullus prohiberi poſſit quominus venetur, aucupetur, piſcetur in publico, *leg.* 2. §. *ſi quis* 6. *D. ne quid in loco publ. l. iniuriarum* 13. §. *fin. D. de iniuriis.* Quod magis debuit procedere in captandis feris & belluis, quæ propter ſuam naturalem laxitatem non ſolent includi in ſaltibus, ſi neceſſaria ſunt viuaria caueæque, quibus poſſit retineri earum poſſeſſio, qua amiſſa, & dominium earum ferarum amiſſum eſt, *leg.* 3. §. *item feras. D. de adqu. poſſ.* quæ etſi de poſſeſſione loquatur, tamen propter harum belluarum naturam ad dominium extenditur, *l.* 3. *l. in laqueum* 55. *D. de adqu. rer. dom.* notat Cuiac. 4. *obſeru. cap.* 2.

40 Hanc difficultatem agnouit Iacob. Rebuff. *in d. l. vnic. num.* 1. ſed non potuit diſſoluere iniuria ſuorum temporum. Nam inquit leones eſſe excellentiores cæteris, & ad Principem iuuenes catulos adductos, propter quod timebant priuati eos capere, quem timorem depellit *d. l. vnic.* ſed hoc magis riſu dignum, quàm venatione. Quare huius difficultatis reſolutio vera dependet ex ſuperioribus, & ex pro-

41 hibitione quam ex Symmacho retulimus. † Nam vt ſpectacula celebrarentur, fiebat publica venatio, quæ in ſummum Principis commodum cedere ſolebat ſiquidem eis ſpectaculis populum ſibi conſiliabant, & gratum habebant, *l.* 1. *l. nemo* 5. *infr. de ſpectacul.* ibi, *nedum plauſibus popularibus. Auth. de Conſulibus cap.* 1. ibi, *multa delectatione implebit populum.* Symmach. *lib.* 1. *epiſt.* 77. *& lib.* 6. *epiſt.* 42. ibi, *fauorem plebis allicere.* vbi eleganter multa congerit Iuretus. Confluebat quippe Populus Romanus ſumma alacritate & voluptate ad ludos, adeò vt Iuuenalis dixerit *ſat.* 11.

*Mæſtitia eſt caruiſſe anno Circenſibus vno.*

*& ſat.* 10. *verſ.* 80. de eo populo,

——— *Duas res anxius optat*
*Pana & Circenſes.*

ob idque vehementer eos curabant Principes. Capitolin. *in Marco philoſoph.* & Vopiſc. *in Carino.* de ſpectaculis à Carino exhibitis, ibi teſtatur. *Sed hæc omnia neſcio quantum ad populum gratia habeant, nullius certè ſunt momenti apud Principes bonos.* & poſtea ſubdit. *Cum ei quidam editionem Cari laudaret, dicens multum placuiſſe Principes illos cauſa ludorum.* Quapropter ne ſpectacula deficerent deficientibus feris & belluis, interdixerunt Imperatores venationem & commercium earum.

42 Ex quo ſequitur poſſe Principem venationem ob aliquam cauſam interdicere, vt probarunt multi DD. relati à Couar. *in reg. peccatum* 2. *part.* §. 8. Fachinæo *lib.* 1. *controu. cap.* 1. *& lib.* 11. *cap.* 1. Maria *de iuriſdict.* 4. *part. caſ.* 57. Farinac. *de furt. q.* 174. *num.* 92. Oſvvald. *ad Donell. lib.* 4. *cap.* 8. *lit. F.* Bobadill. *lib.* 2. *polit. cap.* 16. *num.* 138. Molina *de iuſt. & iur.* 1. *tom. diſp.* 42. *& ſeq.* Maſtrill. *de magiſt. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 173. Gutierr. *lib.* 2. *can. quæſt.* 28. *tot.* Cened. *ad Decretum coll.* 56. Gratian. 1. *tom. diſceptat. cap.* 139. *num.* 12. Tuſchus *tom.* 8. *lit. V. concl.* 41. Ant. Theſaur. *lib.* 2. *quæſt. forenſ. quæſt.* 22. *tot.* Surd. *conſ.* 399. *num.* 15. *vol.* 3. Barboſ. *ad ll. Portugal. lib.* 5. *tit.* 88. *num.* 2. & alter Barboſ. *in collect. cap.* 1. *n.* 7. *de cleric. venatore.* Præceptor noſter D. Solorzan. *lib.* 3. *de iure Indiarum cap.* 3. *num.* 69. Dom. Melch. de Valenc. *ſup. num.* 29. VVeſemb. *ad tit. de adquir. rer. dom. num.* 7. Nicol. Bellus *lib.* 5 *polit. diſcurſ.* 50. Franc. *deciſ.* 158. *cum addit.* & alij relati à D. Ioan. del Caſtillo *de Tertiis tom.* 7. *capit.* 41. *num.* 118. Sayrus *in clau. reg. lib.* 11. *cap.* 9.

† Et quamuis aliqui voluerint prohiberi non poſſe 43
venationem, quoniam ea ſit de iure naturali, ſuper quod nullam Principes habent poteſtatem. Veriùs eſt dicendum iure naturali, vel gentium venationem non eſſe præceptam, ſed ſolùm licitam & permiſſam intra terminos iuris ipſius. Cùm poſſint eſſe iuſtæ cauſæ quibus rationi congruat eius prohibitio, vel in totum, vel aliquibus perſonis, vel certis inſtrumentis, vel animalibus. Quod non aduerſatur iuri naturali, ſed per poteſtatem, quam princeps habet iuſta de cauſa coarctare, idque ſtando in iure ſolo naturali licitum eſt, vt tradunt *ſuprà* relati à Cenedo *d. collect.* 56. *n.* 2. *&* 3. Maſtrill. *d. lib.* 3. *cap.* 10. *numero* 173. qui probat hanc prohibitionem venandi eſſe de Regalibus, cui conuenit Sixtinus *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 43. *&* 47. & Caſtill. *ſup.* Diana 3. *part. reſolut. moral. tract.* 6. *reſolut.* 18. Sayr. *ſup. num.* 6.

† Exemplum eius doctrinæ, quam adſtruimus, ſit 44
ſeruitus, quæ eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur. §. *ſeruitus. Inſt. de iure perſon. l.* 4. §. *libertas, de ſtat. homin.* cum traditis ab Oſvval. *ad Donell. lib.* 1. *cap.* 12. *lit. H.* Pichard. *in d. §. ſeruitus.* Ant. Fab. *in Iuriſp. tit.* 3. *princ.* 2. *&* 3. *ſtatim*, & tamen nullus dicet ſeruum quem effici non poſſe, quia ius naturale non præcipit, vt omnes homines ſint liberi, ſed ſpectatâ primâ rerum conſtitutione homines in facultate quadam naturali erant, atque ita definitur libertas facultas naturalis *prin. Inſt. de iure nat.* Sed ex variis cauſis, & quidem iuſtiſſimis; mutata fuit illa facultas & ſeruitus introducta. Ratio fuit, quia ſatius eſt conſeruari homines, quàm necari, §. *ſerui* 4. *Inſt. de iure perſ.* durum admiſſum vt durius euitaretur; nam vt ait Senec. *de Clement. lib.* 1. *cap.* 5. ibi, *Eſt clementia omnibus quidem hominibus, maximè tamen decora Imperatoribus, quanto plus habet apud illos quod ſeruet, quamòque in maiori materia appareat.*

† Accedit, hanc argumentationem non eſſe vali- 45
dam. Hoc eſt iure naturali permiſſum: ergo per legem humanam prohiberi non poteſt. Nam licet quod iure naturæ omnia ſunt communia, quemadmodum occupatione id quod commune erat efficitur iam proprium & priuatum ipſius occupantis. §. *fera. Inſt. de rer. diuiſ. l.* 1. *in princ. D. de adquir. poſſ. l.* 3. *de adq. rer. dom.* Donell. *lib.* 4. *com. cap.* 7. vbi Oſvvald. ita ipſa Reſpublica, vel Princeps poſſunt ea quæ communia, & in nullius bonis antea erant, in priuatum dominium transferre. *l. ex hoc iure. D. de iuſt. & iur.* obſeruant doctè Couarr. quem ſequitur Fachin. *ſup. verſ.* 2. & Bobadill. alios referens *d. cap.* 16. *num.* 138. Molin. *de iuſt. & iur. d. diſp.* 45. † Ratio 46
eſt illa, quia Princeps contrario quodam iure gentium publico ſuperioratis omnia iura publica & loca ad ſe tranſtulerunt. *l.* 3. *D. ne quid in loco publ.* Vnde Princeps adimere poteſt, ſeu concedere ius aliquod ſeruitutis in loco publico. *l. ſeruitutes* 14. §. *fin. D. de ſeruitut. l. ſi in publico* 18. §. *fin. D. de aqua pluuia. l.* 2. *D. de fluminibus.* Quare cùm ius habeant Principes non modò diſpoſitione legum, ſed longa conſuetudine, conſequitur vt tam in publicis locis, quam

quàm in ſuis poſſit ſubditis prohibere venationem, notat VVeſembec. *ſup.* Quemadmodum quilibet priuatus prohibere poteſt ne quis in ſuo fundo venetur, vt *argumento l. Diuus* 16. *D. de ſeruit. ruſtic.* tenent Azeued. *in rub. tit.* 8. *n.* 16. *lib.* 7. *Recop.* & Molin. *d. diſput.* 45.
47 † Quod adeò verum eſt, vt ciuitas poſſit ſtatuta facere, ne animalia capiantur tempore generationis, & ex aliis iuſtis legitimiſque cauſis ne notabiliter minuantur, & ne certis inſtrumentis venetur, vt ſuprà relati obſeruant, & Azeued. per text. *ibi in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 7. *Rec.* & Molin. *ſup. diſp.* 43. *in fin.* Nam publica vtilitas expoſtulat ne animalium copia depereat, *d. l. Diuus.* Molin. *d. diſp.* 45. & Gutier. *d. cap.* 28. *n.* 5.
48 † Magnates quoque qui ſuperiorem recognoſcunt eadem ratione quâ quilibet priuatus in ſuis prædiis, quorum proprietas ad illos pertinet, poſſunt venationem prohibere, vel quia conſenſum ſpontaneum populorum obtinuerunt, vel conſuetudine id ius præſcriptum eſt, aut Regum priuilegio conſecutum, ita Molin. *ſup.* & relati à Bobadill. *d. num.* 138. *lit. H.* Cenedo *dict. coll.* 56. *nu.* 4. Gutierr. *d. cap.* 28. *num.* 3. & 4. Sayr. *dict. lib.* 11. *c.* 9. *num.* 11.
49 † Si verò qui venationem alicui prohibeat, contra iuſtitiam peccat, & tenebitur ad reſtitutionem non quidem quantum poterat capere ex venatione, vel piſcatione, ſed prudenti arbitrio pretium quo ille vendere poterat quod cepiſſet Molin. *ſup. diſp.* 49. & Gutierr. *num.* 42.
50 † E contrario autem capta per venationem à domino prohibitam, etſi fundum ingrediendo contra prohibitionem grauiter peccauerit, tamen non eſſe in animæ iudicio reſtituenda, probat Gutierr. *ſup. num.* 18. & 19. & Molina *diſp.* 51. & alij *ſup.* Nam animalia illa erant in nullius bonis, & ſic iure gentium fieri poterant capientis. Hoc tamen in exteriori foro locum non habebit, ex *l.* 17. *tit.* 28. *p.* 3. vbi dicitur quòd capta in fundo alieno poſt prohibitionem domini non efficiuntur capientis.

51 Quæ diſpoſitio an obtineat quoque in conſcientia, dubitari ſolet, & ſub diſtinctione ſoluitur, quòd ſi ſaltus eſt ſeptus parietinis, muro, vel vallo, aut ſepto, ita vt animalia libertatem non habeant eundi quò velint, aut non eſt concluſus, ſed locus apertus. Primo caſu venator tenetur in foro interiori conſcientiæ domino ſaltus, vel conductori, quia hæc animalia videntur iam domini eſſe, non autem eſſe in nullius bonis. Vt poteſt conſtitui exemplum in apibus, columbis quæ in viuario, ſeu columbario includuntur, & in ſimilibus quæ ita ſolent concludi. Hæc omnia animalia, aut aues ſi aliquis ceperit contra domini voluntatem, furtum committit. Gutierr. *ſup. num.* 21. & *ſeq.* Molin. *diſp.* 51. & alij relati à Cenedo *ſup. num.* 6. Sayr. *d. lib.* 11. *c.* 9. *num.* 16. & *ſeq.*
52 † Quod rectiſſimè temperat Medina *in Codice de reſtit. q.* 12. laudatus à Molin. *ſuprà*, niſi is qui venationem prohibet contentus eſſe ſoleat pœna inflicta, quia tunc præſumitur ſolutione pœnæ eſſe contentus, etſi non ſoleat exigere ſolutionem damni, vt in Magnatibus & Principibus, hoc apertè erit præſumendum.

Ruſus ſi feræ tales ſint in ſaltibus magnæ vaſtitatis, ita vt nunquam captæ videantur, ſed adhuc videantur ſua naturali feritate & libertate gaudere, hoc in caſu non videntur ad domini ſaltus dominium pertinere, vt docet Couar. *in reg. peccatum* 2. *part.* §. 8. *numero* 15. & Molin. *ſupr. diſp.* 41. *in fin.* Vnde maiori cum ratione dicendum eſt ad dominorum dominium non pertinere feras quæ in ſaltibus continentur minimè ſeptis & circumcluſis, quia cùm tunc liberum ſit feris egredi, & ire quò velint, nullius eſſe cenſentur, cùm ſuam naturalem libertatem retineant, & conſequenter occupanti um fiant, & ita non tenebitur reſtituere venator quas ceperit, quia prohibitio domini non poteſt ei adquirere dominium, docent relati à Gutierr. *ſup. num.* 31.

Neque huic ſententiæ obſtat difficilis deciſio *leg.* 17. *tit.* 28. *part.* 3. vbi contrarium ſtatui videtur, ſiquidem Rex Alphonſus ait quòd ſi aliquis contra prohibitionem domini fundum alienum ingrediatur, nihil ſuum facere ex eo quod ceperit, ſed totum eſſe domini prohibentis. Cui difficultati ſatisfacere tentant Medina & relati à Gutierr. *ſupr. numero* 32. eam legem eſſe pœnalem & in recompenſationem iniuriæ, quam venator domino facit, ibi venando contra eius voluntatem, quod captum fuerit domino poſſeſſionis applicari. 53
† Quæ interpretatio non tollit difficultatem, nec congruit menti Regis, qui minimè pœnalem legem fecit, ſed quod ius ipſum dictat, ſtatuit. Ad probandam hanc noſtram ſententiam aperta ſunt illa legis verba, *Quier prenda alguna deſtas coſas en la ſu eredad miſma o en la agena*, vt ſic facultatem præſtet cuilibet venanti capiendi, etiamſi ſit in alieno fundo, vel ſaltu, tunc autem quod captum eſt efficitur domini fundi, cùm ibi præſens eſſet & prohiberet ne in ſuum fundum ingrederetur ad venandum, vel iam ingreſſum venatione arceret, quia ſi venator contra prohibitionem ingrederetur & venaretur, eo in caſu quod capitur efficitur domini. 54
† Nam cùm ingredientem in meum fundum poſſim iure prohibere, *l.* 3. § *plane, D. de adquir. rer. dom.* § *apium.* § *planè, Inſt. de rer. diuiſ. dicta lege diuus, de ſeruitute ruſtic. lege iniuriarum* 18. §. *fin ff. de iniur.* talis prohibitio impedit tranſlationem dominij, *l. ſi fundum* 17. *C. de rei vind.* firmat Accurſ. *in* §. *feræ, verb. ingrediatur. Inſt. de rer. diuiſ* vbi ei ſubſcribunt Ioan. Fab. & Portius. Aliàs enim ſi dominij tranſlationem non impediret, talis prohibitio fruſtranea eſſet, & nullius momenti. Vnde ſi prohibitio non interueniſſet facta à præſente domino, quod ceperit venator, vel ante talem prohibitionem, ſuum faciet, vt conſtat ibi. *Ca todo quanta y caçare deſpues que ſe lo defendieſe*, & ibi, *Mas ſi ante que ſe lo defendieſe e vieſe algo caçado todo quanto priſieſe debe ſer del caçador, e non a que ver en ello el ſeñor de la eredad.* 55
† Quod cùm non ſatis expreſſum eſſet iure communi, nam opinabatur variè, vt videre eſt ex Accurſio ſibi contrario *in dicta lege Diuus.* Bar. Gipham. & aliis *in dicta lege* 3. *de adquir. rer. dom.* Couar. *dicto* §. 8. *numero* 5. Pichar. *in d.* §. *feræ, num* 6. *de rer. diu.* Donell. *lib.* 4. *com. capite* 8. vbi Oſvvald. *lit. F.* an impediretur dominij tranſlatio, vel an actione iniuriarum agendum eſſet, hoc expreſſit Alphonſus & iure optimo ſtatuit ex tali prohibitione facta à domino præſente, ne fundum ingrediatur, quòd captum fuerit domini eſſe, non capientis, ex ſupradicta ratione, quia nullus in poſſeſſionem alienam intrare debet contra domini prohibitionem. 56

Sed dubium eſt, an poſſit aliquis interdicere venationem, vel piſcationem (nam de vno ad aliud valet argumentum) in aliquo loco publico? & quidem hoc priuato minimè licere conſtat, niſi immemoriali præſcriptione tale ius adquiſierit, *l.* 3. §. *ductus aquæ, Digeſtis de aqua quotid. & æſt. iuncta lege ſi quiſquam* 7. *Digeſt. de diuerſ. & tempor. præſcript.* vbi ſi quiſquam in publici fluminis diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, alium eo iure vti prohibere poterit. Cui reſponſo contrariatur Papinianus *in lege fin. D. de vſucap.* vbi denegatur præſcriptio longæ poſſeſſionis ad obtinenda loca iuriſgentium publica, & apponit idem exemplum, quo vtitur Martianus Auctor *d. l. ſi quiſquam.* 57
† At nemo ignorat 58

ignorat flumina iure gentium & littora eſſe publica *l.4.ff.de rer. diuiſ.l. adeò 7. §.quod ſi toto. ff. de adquir. rer. dom.* & vt eleganter ait Cicer. *pro Roſcio.* ſic, *Nam quid eſt tam commune, quam ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis.* Quamobrem alter Troianus apud Virgil. *lib.1. Æneid.* querebatur quaſi de gente inhoſpitali.

*Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem*
*Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ.*

adducit plura ſolita eruditione dominus Solorzan.
59 *lib.2. de iure Indiar. cap.20. ex num.36.* † Hæ ergo
Iuriſconſultorum diſſidentes ſententiæ per omnem
ætatem celebratæ ſunt, & doctiſſimorum ingeniis
anſam præbuere ſeſe diſcrutiandi. Plures explicationes
adducunt Domin. Pichard. *in §. flumina, n.3. Inſt. de rer. diuiſ.* Oſvvald. *ad Donell.lib.5.cap.22.lit. B & C.* Cuiac. *lib.10. Reſp.Papin. in d. l.fin.* Fachin.
*lib.11.controu.cap.1.* Giphanius *in l. quod in littore 14. in fin. D. de adquir. rer. dom.* Genoa *in Antinom. pagin.303.* Bened. Pinell. *lib.1.ſelect. cap.14.* & Solor-
60 zan. *ſup lib.3.cap.3.num.63. & ſeq.* † Communiter
ea interpretatio admiſſa eſt, quam tradidit Robert.
*lib.1. recep. lect. cap.17.* vt Marcianus accipiatur
de iure piſcandi nanciſcendo ex longa poſſeſſione,
& Papin. de eodem loco publico obtinendo, vt
etſi ex poſſeſſione longa piſcationis poſſit alium
prohibere eo iure, non tamen ex hoc ſequatur quòd
61 poſſit locum ipſum ſibi vindicare. † Sed eam reiicit
Bened. Pinell. *dict. cap.14. num.2.* qui cum Accur.
& Cuiac. rectiùs ſentit conſentiente etiam D.
Solorzano *ſup. num.66.* Papinianum loqui de eo,
qui cùm pluribus annis locum publicum conſtructo
ædificio occupaſſet, poſtea eum deſeruit diruto
ædificio, vel cùm pluribus annis piſcaretur deſeruit
piſcationem, quibus caſibus cùm alter ſuperueniſſet,
& locum occuparet, primus volebat exceptionem
præſcriptionis opponere, quam denegat
Papin. aitque non poſſe prohibitione vlla nata ex
longa poſſeſſione impedire piſcari volentem, vel
locum occupantem. Ratio eſt, quia licèt per inædificationem,
vel continuam piſcandi poſſeſſionem
locus publicus ad cauſam priuatam redigatur, *l. in tantum 6. D de rer.diuiſ.* attamen ſi locus inædificatus
corruat, vel deſeratur piſcatio, redit locus ad
priſtinam ſuam naturam & vſum communem, neque
tunc poterit exceptionem opponere antiquus
occupator, quaſi obtinuiſſet, vel vſucepiſſet loca
iuriſgentium publica, quod eſſe non poteſt, quia
talia loca ſolùm patiuntur occupationem quæ quandiu
durat, ſolùm præſtat ius alios repellendi, & ea
ceſſante perinde eſt ac ſi nunquam interueniſſet,
ſed quaſi iure poſtliminij reuertitur locus in priſti-
2 nam cauſam, *d. l. non tantum.* † Martianus verò
apertè loquitur quando occupator diuerticuli fluminis
non receſſerat, ſed adhuc erat in ſua poſſeſſione
piſcandi, qui rectè prohibet in eo loco piſcari volentem,
atque ſubmouet exceptione, ſeu præſcriptione
longi temporis. Háncque eſſe ipſiſſimam
Iureconſultorum mentem, nemo qui legerit atten-
63 tè verba eorum, iam dubitabit. † Vnde in noſtro
propoſito dicendum eſt ad hoc, vt quis piſcari
aliquem prohibeat, vel venari, neceſſarium eſſe
vt præſcriptione tanti temporis ſe iuuare poſſit, cuius
initij memoria nulla ſit, iuxta *legem ſanè ſi maris 14. Digeſt. de iniuriis, lege venditor 13. Digeſt. comm. prædior.* vbi IC. de tynnaria piſcatione agit,
quæ noſtro idiotiſmo dicitur, *la peſca de loſatunes o las Almadrauas* notant Couar. *dicto §.8. numero 10.*
& Molin. *dict. diſp.46.* Gutier. *dicto cap.28. nu.46.*
64 † Qui inde docent Principem poſſe priuato concedere,
vt ipſe ſolus in aliqua parte maris, vel agri
publici poſſit piſcari, vel venari, quo caſu licebit
tali priuilegiato alios prohibere. Quamuis in his
ſpeciebus ſi aliquis piſcetur, vel venetur, non
tenebitur in animæ iudicio ad reſtitutionem ferarum,
quamuis in foro exteriori teneatur, ex *d. l. partitæ.*

Quid autem erit dicendum ſi Clericus venetur, 65
an eius efficiatur quod captum fuerit? dubitari ſolet.
Hoc vt meliùs percipiatur, ſcire debemus, iure
Canonico receptum eſſe, vt Clerici venationem
non poſſint exercere ſub graui pœna eis indicta in
Concilio Agathenſi *cap.55.* Epaunenſi *cap.3.* Lateran.
ſub Alexandro III. *cap.4.1.part cap.1.& 2.de Cleric. venat.cap.1. ne Clerici, vel Monachi cap. cùm Apoſtolus 6. capite quorundam 45.diſt.capite amputatis, cum aliis 86. diſt.Clem.1. §.porro §. ſi quis autem, de ſtatu monach. lege 57.tit.5.part.1.* obſeruant plures
ex Summiſtis *verb. Venatio*, Couar. *dicto §.8.numero 2.* Gutierrez *dicto cap.28.num.16.* Petr.Gregor.
*libro 39.ſyntag. cap.10. & lib.4.part. iuris can. cap.8. & libro 13. de republ. cap.17. ex num.6.* Tiraquell.
*de Nobilitat. cap. 7. num.148.* Menoch. *de arbitrar. caſ.413. numero 13. & 16.* Salced. *ad Bernar. Diaz prax. capite 67.* Molin. *ſup.diſt.44.* Sayrus *ſup. dict. lib.11. theſaur. caſuum conſcient. capite 9. numero 20.*
Marta *de iuriſdict. 4.part. cap.57.* Bobadilla *libro 2. polit. capite 18. num.119.* & alios referens Cenedo
*dict. collect.56. numero 8.* Filliucius *tom.1. tract.31.*
*cap.6. num 142.* † Ratio eſt, nam quamuis vena- 66
tio, vt ait Caietan. *in ſumm. verb. venatio*, in ſe
nullum ſit peccatum, quia eſt vſus naturalis dominij
homini præſtiti ſuper animalia, atque ita à natura
proueniat, iuxta D. Thom. *2. 2. quæſt.64.* Syl-
ueſt. *verb. venatio.* Caſſan. *in catal.glor. mun. 11.part. conſider.50.* imò, vt Cicero teſtatur *lib.3. offic.* eſt
honeſta exercitatio, & Plin.iun. *lib.1.epiſt.6.ad Cornel.*
affirmat ſe crebrò venationibus intereſſe. *Mirum
eſt*, inquiens, *vt animus hac cogitatione motúque corporis excitetur. Nam vndique ſylua & ſolitudo, ipſúmque illud ſilentium quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta ſunt.* Cui concinit Ouid.
*lib.1. de remed. amor.*

*Vel tu venandi ſtudium cole: ſæpe receſſit*
*Turpiter à Phœbi victa ſorore Venus,*
*Nunc leporem pronum catulo ſectare ſagaci,*
*Nunc in frondoſis retia tende iugis,*
*Aut pauidos terræ varia formidine ceruos,*
*Aut cadat aduerſa cuſpide foſſus aper.*
*Nocte fatigatum ſomnus, non cura puellæ*
*Excipit, & dulci membra quiete leuat.*

Venationis quippe exercitium optima res eſt, atque
ſaluberrima, quâ corpus robuſtius efficitur, vt
poſſit poſtea Clericus ſuauius altaris miniſterio deſeruire,
cùm eo modo auocetur à prauis cogitationibus,
quas parit otium, quandiu occupat, & parat
manſiones, quandiu tendit retia, attendit, ſpectat,
currit, inſpicit, premit, & quod magis eſt
ita otium honeſtè declinat, quo nihil eſt pernicioſius,
ex iis, quæ tradit Guzman. *libro del honeſto trabaio.* Quare venationem inuentum eſſe Deorum
teſtatur Xenophon. *lib de venation.* conferunt tradita
in eius commendationem à Hieron.Mercuriali *lib.3. de arte Gymnaſt. cap.15.* & Tiraquell. *ſup.* & Stevvech.
*ad Veget.lib.1. cap.7.*

Verùm his omnibus non obſtantibus, venatio 67
eſt interdicta Clericis, quia tale exercitium potius
conuenit laïcis & militibus, quia militaris audaciæ
& diſciplinæ ſpecimen eſt, vt ait Cicer. *lib.2. de nat. Deo.* Iulius Pollux *lib.5. Onomaſt.* Xenophon.
*lib.8. Ciripad.* Tiraquell. *ſur.* Demſter *ad Roſin. libro 2. antiquit. cap.7.* Did. Perez *in l.1. tit.22. lib.2. ordin.* Venatoria enim exercitia athletica ſunt,
&

& militaria, quæ procul, vtpotè vita inquieta,
68 abeſſe debent à cœleſti. † Quin etiam neque valde probata fuit inter ſæculares venatio, quoniam ea reddit homines crudeles, terribiles, temerarios, & ad latrocinia & crudelitates aptos. Quapropter in ſacris literis malè audiunt Cain, Lamech, Eſau, Nembrot, qui inter robuſtos venatores connumerantur *Geneſ. cap. 8. cap. Eſau. 11. diſt. 86.* In venatione inueniuntur inſidiæ, ſtratagemata, crudelitas, audacia, quæ facilè habitum creant, vt eadem audeant in homines, & ob id cruentiſſimam venationem Amphitheatri, de qua diximus, introductam, vt animos ciuium ad cædes aſſuefacerent, docent Lipſ. *in Saturnal.* & Buleng. *de venat. cap. 11.* Abeſt etiam miſericordia, adeſt temeritas, qua ferinos mores & ſanguinolentos contraherent Clerici, quos honeſtas & manſuetudo maximè decet. † Facit etiam
69 quòd ſi venatio eis permitteretur, conceſſa quoque videretur facultas, alioquin deteſtanda habendi atque alendi canes, accipitres, & ſimilia; cùm tamen Eccleſiæ bona Clericis ſint conceſſa, vt ſibi & pauperibus ſubueniant, non autem erit bonum filiorum panem dare canibus, vt ait gloſ. *in dict. cap. Eſau. 86. diſt.* quam probauit Turrecrem. *in cap. qui venatoribus, numero 6. illa diſt.* Raynal. Corſ. *lib. 3. indag. cap. 14.* Menoch. *ſup. num. 15.* & ſatis graue eſt videre deſtinatum perpetuo Dei ſeruitio vagantem & clamantem feras perſequendo, vt ait Petr. Gregor. *lib. 39. ſyntag. cap. 10. numero 14.*
70 *& d. lib. 13. de Republ. cap 7. numero 7. & 8.* † Accedit etiam & iactura temporis, contemptus negotiorum domeſticorum obliuio, &, ſi loquamur de vxoratis, filiorum & vxoris, vt agnouit Horat. *lib. 1. ode 1.*

*Manet ſub Ioue frigido venator*
*Teneræ coniugis immemor.*

Sequitur etiam atrium vitæ vtilium neglectus, quæſitorum, vel à maioribus relictorum, propriæque ſubſtantiæ conſumptio, tranſlata ea in alimoniam canum. Quamobrem Antiquitas eleganter finxit Actæonem magnum illum venatorem in ceruum transformatum à canibus fuiſſe diſcerptum, quia canes omnem eius conſumpſerint ſubſtantiam. Quam fabulam affabrè decantant Ouidius *libro 3. metamorph.* & enarrant Fulgent. & Apollodor. *lib. 4.* & notat Petr. Gregor. *lib. 4. partit. iuris. canon. cap. 8.*

71 Hæc tamen prohibitio ita debet intelligi cum gloſ. *in d. cap. 1. de Cleric. venat. verb. voluptate*, vt non comprehendat venationem quæ ex cauſa neceſſitatis, vel ſanitatis fit, vel ob recreationem honeſtam, dummodo non ſit clamoroſa, *c. an putatis 86. diſt.* & vt ſæpiùs non exerceatur, tradunt Ber. Diaz *in prax. cap. 67. num. 5. & 6.* vbi Salced. Tiraquell. *d. cap 37. num. 148.* Gutierr. *d. cap. 28. num. 16.* & Diana *3. part. moral. tract. 6. reſol. 19.* ex quibus iam patet quòd etſi Clerici illicitè faciant ſi venentur, tamen quidquid ab eis captum fuerit capientium efficitur, *arg. l. 4. § ſed quod 3. in fin. D. de condict. ob turp. cauſ.* & ſic ad reſtitutionem non tenebuntur, quemadmodum laïcus qui venaretur tempore prohibito, vt poſt Couar. *ſuprà num. 3.* firmant Gutierr. *num. 47.* & alios referens Cenedo *d. coll. 56. numero 10.* Azeued. *in l. 1. num. 4. tit. 8. lib. 7. Recop.* Apud quos variæ de hac re quæſtiones reperientur, nam eas tantùm attingere volui, quas proprias huius loci eſſe cognoui.

72 Sed antequam harum legum tractatum abſoluamus, ſcire reſtat quam ob cauſam Tribonianus *totam legem vnicam de venat. fer.* provt antea fuerat conſcripta, non appoſuerit, ſed totum illum verſiculum omiſit, quo continebatur facultas occidendi feras, non autem venandi, aut vendendi, qui tamen extat in Codice Theodoſiano, vt *ſuprà* ~~retulimus *num...* & nullam aliam rationem~~ inuenio, niſi quia cùm cruenta ſpectacula ſublata fuerint, tum gladiatorum, tum beſtiariorum, ex *l. vnic. infr. de gladiatoribus*, illa prohibitio venandi & vendendi ceſſauit, & ideo occidendi leones poteſtatem ſimpliciter concedit, qua comprehenditur quoque & venationis & venditionis facultas, cùm noſtra lege vnica iam ſublata ſit prohibitio, & voluptas ceſſauerit ſpectaculorum
illorum. † Quæ etſi à Conſtantino ſublatæ, adhuc 73
durarunt ſub Chriſtianis Imperatoribus, vt docemur Symmachi *locis ſup. adductis, & ex l. 2. C. Th. de ſpectacul.* vbi tempore Gratiani & Theodoſij adhuc durabant. Quin etiam & ſequentibus temporibus adhuc vigere indicatur ex *l fin. C. de feriis*, vbi Leo & Anthemius Dominico die prohibent ferarum lacrymoſa ſpectacula, quæ lex lata anno 471. vt inſcriptio inſinuat, & ſubſcriptio, iunctis faſtis Conſularibus. Poſtea & ſequentibus temporibus mentionem huius ludi inuenio apud Caſſiodor. *lib. 9. var. epiſt. 35. & lib. 5. epiſt. 42.* ibi, *Actus deteſtabilis, certamen infelix cum feris velle contendere.* At tempora Caſſiodori coincidunt cum Iuſtiniano noſtro, vt eius illuſtratores docent, & Horat. Turſellin. *lib. 6. epitom. hiſt. in Iuſtino*, & Ant. de Yepes *tom. 1. hiſt. S. Benedict. anno Chriſti 550. ca-*
*pit. 2. pag. 154.* † Suſpicatur doctiſſimus Pamelius 74
*in not. ad Tertull. de ſpectacul. ante cap. 1.* his temporibus non fuiſſe permiſſa hæc ſpectacula, ſed maleficos feris obiectos, aut certè feras cum feris inter ſe depugnaſſe. Verùm Caſſiodori locus repugnat vbi de ferarum inter ſe certaminibus minimè loquitur, ſed de venatione Amphitheatrali, ſiquidem poſtquam de eo ſpectaculo egit, orationem his verbis abſoluit. *Heu mundi error dolendus! ſi eſſet vllus æquitatis intuitus, tantæ diuitiæ pro vita mortalium deberent dari, quantæ in mortes hominum videntur ef-*
*fundi.* † Accedit quoque frequentatum hoc ſpecta- 75
culum tempore Iuſtiniani, vt conſtat ex *Nouell. 115.* quæ eſt *Auth. vt cùm de appellat. cognoſcit. cap. 3. §. cauſas*, vbi inter cauſas exhæredationis connumeratur, *ſi filius inter arenarios & mimos ſeſe ſociauerit*, & *Nouell. 105. de Conſulib. cap. 1.* inter ſpectacula à Conſule exhibenda, vnum eſt beſtiariorum. *Et cum beſtiis pugnantes homines & vincentes audacia inſuper & interemptæ beſtiæ.* Sed &, quod magis mirum videtur, tempore Henrici II. Imperatoris circa annum 1003. hoc ſpectaculum celebrari conſueuiſſe, patet ex Euerhelmo *in vita Sancti Paponis Abbatis*, nam eius perſuaſu Imperator prohibuit ne Chriſtiani cum beſtiis depugnarent, vide de huius Sancti vita Ant. de Yepes *num. 5. hiſt. S. Benedict. ann. Ch. 1020. pag. 300.* Quod miror non aduertiſſe Bulengerum *in ſuo de venatio-*
*nr opere*, neque de hac re diſſeruiſſe. † Exiſtima- 76
uerim ego hoc ſpectaculum non ſtatim lege lata in vſu eſſe deſiiſſe, ſed paulatim Chriſtianitate vires ſumente inoleuiſſe, tum propter crudelitatem ludi Chriſtianæ pietati aduerſum, tum propter immenſos in hoc munere edendo ſumptus, non ſolùm in feris ex vltimo orbe conuehendis & alendis, verùm & in depugnatoribus pretio alliciendis qui ſanguinem & vitam non niſi ſummo pretio addicebant, vt ſcribit Bulenger. *ſupr. cap. 14.* † Sic 77
etiam ſcimus gladiatorum ludum, etſi à Conſtantino prohibitum *in leg. vnic. C. Th. de gladiator. & in l. vn. infr. eodem*, vt teſtatur Euſeb. *lib. 4. de vita Conſtantini cap. 28.* & Sozomen. *lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 8.* Nicephor. Calix. *lib. 7. cap. 46.* Adhuc tamen legimus non fuiſſe in vniuerſum abolitum, nam

nan. tempore Diui Auguſtini in vſu erat, vt videre eſt ex *lib.6.confeſſ.cap.*8 & tempore Prudentij, ſiquidem Honorium adhortatur, vt talem ludum de medio tollat. *lib.2.contra Symmach.ad fin.*

*Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litare.*

Donec Honorius Imperator cuiuſdam monachi Telemachi morte motus omnino ſuſtulit, vt litteris prodidit Theodoret. *lib.5. hiſt. Eccleſ. cap.26.* videndi Baron. *in not. ad Martyrolog.1. Ianuar.pag.5. & 6. & tom.4. ann. pag.463.* Lipſ. *lib.1. Satur. capit.12. circa fin.* Petr. Fab. *lib 2.ſemeſtr. cap.10. in fin.* & alter Petrus, non minus doctus ac eruditus, D. Petrus, nempe Pantoja, olim Hiſpalenſis Senator, *in aureis commentariis de Aleatorib. in l.11. verb. pugnando ex n.1. & maximè n.6.*

78 Reſtat nunc vt aliqua verba *dict.leg. vnica infr.de venat. fer.* explicemus, Præcipitur *ibi*, ne feræ quæ ad comitatum tranſmittuntur à ducibus limitum non plus, quàm ſeptem diebus detineantur. *Comitatus* eſt aula Principis, vbi ipſe degit, iam di-
79 ximus *in l.ſi quis 16. ſup. de decur.* † Duces limitum ſunt illi, quorum cuſtodiæ commiſſi ſunt limites Imperij, de quibus egi *in l.6. ſup. de ann. & trib.* qui ſolebant beſtias à venatoribus captas ex variis prouinciarum ſyluis ad Principem tranſmittere ad ſpectacula Amphitheatralia, & ſolebant nauibus, retibus, caueis & plauſtris incluſæ Romam deuehi, Symmach. *lib 4. ep.46.* ibi, *Plures de Dalmatia vrſos in apparatum domus noſtræ* (lego *veſtræ*, nam Imperatori ſcripta eſt ea epiſtola, quem ita ſolet alloqui, & ille loquendi modus Symmacho eſt familiaris) *proximè euenturo, fides aſſerit nuntiorum, quorum ſubuectionem diſpoſitis vehiculis etiam priuatim debemus inſtruere.* Eleganter id quoque firmat Claudian. *lib.3. de laudib. Stiliconis.*

*—— Retibus pars ibat onuſtis.*
*Per freta vel fluuios exſanguis dextera torpet,*
*Remigis & propriam metuebat nauita mercem*
*Per terram pars ducta rota, longéque morantur*
*Ordine plauſtra vias montanis plena triumphis,*
*Et fera ſollicitis vehitur captiua iuuencis.*

80 † Sed cur intra ſingulas ciuitates tam paucis diebus feræ immorari deberent, ea videtur eſſe ratio, quam ſuadet periculum ciuium, ſiquidem feræ ſolebant caueis elabi, & multos incautos trucidare. Quod mihi probat Tertullian. *ad Martyras cap. vlt.* ibi, *Quoties fera & in ſyluis ſuis & in mediis ciuitatibus elapſa caueis homines deuorauerunt:* atque ita neceſſe fuit omne illud, quod nocet, auferre, *argumento leg.quæ vulgo 42.D.de ædilit.edict.*

81 † Velut grandiores & nimios ſumptus in feris alendis exhibitos cohiberet ne prouinciæ & ciuitates quæ alimoniam & pabulum tempore quo detinebantur feræ, præſtare ſolebant, expenſis grauarentur, & variis à venatoribus & reliquis huius farinæ hominibus obtererentur exactionibus. Quod deducitur ex *leg.2.Codice Th.de venat. fer.* ibi, *Præſidialis officij Euphratenſis deploratione comperimus eos, qui tranſductioni ferarum deputantur pro ſeptem, vel octo diebus contra legationum formam tres, vel quatuor menſes in Hieropolitanam vrbem reſidentes poſt expenſas tanti temporis etiam cautas exigere*, facit *lex nemo, infr. de ſpectaculis*, & quod dixero *in l. vn. infr. de auro coron.* Quam rationem ſubolfecit Rebuff. *in d.l.vn. ad finem.*

## LEX VII.

### *Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Catullinum Vicarium.*

Negotiantes, veſtiarios, linteones, purpurarios & particarios qui deuotioni noſtræ deſeruiunt, viſum eſt ſecundùm veterem conſuetudinem ab omni munere immunes eſſe.

### SVMMARIVM.

1 *Veſtiarij qui ſint?*
2 *Lintearij qui?*
3 *Purpurarij qui?*
4 *Particarij qui?*
*Zanchæ de calceis Imperatori propriis*, ibid.

VESTIARII erant qui Imperatorum veſtes 1
negotiabantur & emebant, curámque de earum comparatione habebant, *leg.4. §. ſed etiam 4. D.de inſtitor.act.l.libertus 45 D.de oper.liber. leg.1.Cod.de Epiſc.aud.leg.1.C.de commerc.*† Lintearij 2
ſunt lineæ veſtis negotiatores, ſeu vt alij volunt, lini textores, qui veſtimenta linea conficerent, & texerent, *leg ſi quis ex corpore 13.infr.de muril.* Lamprid. *in Alex.* Videntur hi liniphiones dicti Vopiſco *in Saturnino*, id eſt, lini textores, & eas voces idem ſignificare oſtendit *l.intra Calendarum 8.C.Th.de murileg.l.13.C Th.de nauicul.* etſi Salmaſ. *ad Vopiſc. ſup.* ad illa verba, *alij liniphiones ſunt*, exiſtimet, differre vnam ab alia, nam lintearij ſunt negotiatores lineæ veſtis, vt *in præſenti, & in l.5. §.ſi plures 15.D.de trib. act.* liniphiarios eius veſtis artifices, ſeu textores, quò ſpectat *leg.1.infr.de veſtib.holober.* vbi dicam *infrà.* Illi omnes pertinebant ad gynæcium, ſeu textrinum Principis, de quo *in tit.infr. de murileg.& gynæciar.* & ita probat Vegetius *lib.1.de re militar.cap.7.* ibi, *Linteones omnes qui aliquid tractaſſe videbuntur ad gynæcea pertinens*, docent *ibi* Stevvech. & Pancirol. *in not.Imp.Orien.cap.74.ad fin.* & Buleng. *lib.6. de Imper.cap.70.* & Salmaſ. *ſup.*

Purpurarij ſunt qui purpuram Principi nego- 3
tiantur, *leg. temperent 4. leg. fin. infr. de veſtib. holober. leg.1. C. quæ res venire non poſſ.* Purpura enim inſigne fuit ac peculiare Imperatorum, vt dicam *in d. t. inf. de veſtib. holob.* & obſeruat Buleng. *ſuprà lib.2.cap.4.*† His adiungit lex noſtra *Particarios*, ſeu, 4
vt alij Codices habent, *Particularios*, alij *Parthiarios*, alij *pannarios.* Sed rectior lectio *Particarios*, ſeu, *Parthicarios*, vt *in l.1. infr.de excuſat. artif.* qui erant negotiatores pellium Parthicarum, & eas curabant, quarum mentio eſt *in leg. fin. §. ſpecies 7. D.de publicanis.* ibi, *pelles Babylonicæ, pelles Parthicæ*, eas vocat *leg.3.Codice Th.de habitu quo vti oportet, indumenta pellium*, ex eis fiebant Zanchæ, ſeu Zancæ, aut Tzangæ (nam variè ea vox ſolet ſcribi *in l.2. C.Th. de habitu quo vti oportet*) quæ erant calcei ex hac pelle Parthica facti, & proprij Imperatoris, vt conſtat ex Trebellio Poll. *in Claud. Zanchas de noſtris Parthicis paria duo*, & ex Corripo *lib.2. de laudib Iuſtini. num.3.*

*Purpureo ſuræ reſonant fulgente cothurno.*
*Cruráque puniceis induxit regia vinclis.*
*Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,*
*Qui ſolet edomitos victor calcare tyrannos*
*Romanus Princeps & barbara colla domare,*

Sanguineis

*Sanguineis prælata roſis laudata rubore*
*Auguſtis ſolis hoc cultu competit vti,*
*Sub quorum eſt pedibus Regum cruor.*

vbi *Parthica tergora* de pelle accipias, notant Salmaſ. & Caſaubon. *in not. ad locum Pellionis. pagin.* 342. Gretſer. *ad Codin. lib.* 2. *cap.* 6. *numero* 14. Bulenger. *lib.* 2. *de Imp. Rom. cap.* 7. Guther, *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *cap.* 23. poſt Cuiac. *hîc*, videntur hæ pelles poſſe comparari cum pellibus Moſchouitis, vel Tafiletis, quibus hodie vtimur. Hinc etiam fortaſſis apud nos nomen illud vulgare *chanclas*, vel *chancletas*, de calceis iam deformatis, & nomen *Zencas*, de cruribus deformibus.

Hi omnes negotiatores fuerunt ſub Comite commerciorum, ad cuius curam pertinebant omnia quæ ad Principis veſtitum ſpectabant. *leg.* 2. *C. quæ res venire. leg.* 1. *C. de Epiſc. audien. l.* 1. *C. de commerc.* (quas corruptè allegant Pancirol. & Buleng. infrà referendi) *l. negotiatores, C. Th. de luſtrali conlat.* Quæ omnes vnius legis fragmenta ſunt, *l. omnium* 6. *C. de vectigalib.* docet omnium primus Pancirol. *l. ſupr. dict. cap.* 74. *circa principij finem*, & ab eo ſumpſerunt Bulenger. *ſupr. lib.* 4. *cap.* 30. & Gutherr. *d. cap.* 23. & corpus quoddam negotiatores confeciſſe, probatur ex *d. l. ſi quis ex corpore* 13. *infr. de murileg. l. dudum* 29. *C. Th. de ſuſceptor. prepoſ.* Qui immunitatem habebant ficut alia negotiatorum corpora, vt fuerunt frumentarij, *leg. eos* 9. §. *fin. cum leg. ſeq. verſ. corpus, D. de vacatio. publ. mun.* & nauicularij, *leg. ſemper* 5. §. *negotiatores, D. de iure immunit. leg. nauicularii* 5. *D. de muner. & honor.* ſuarij, *leg. ad excludendas* 9. *C. Th. de ſuariis.* & Pantapolæ, qui erant Græci negotiatores, de quibus *Nouell.* 43. Theodoſ. *de Pantapolis ad vrbem Romam reuocandis*, ibi, *Græcos negotiatores quos Pantapolas dicunt, in quibus manifeſtum eſt maximam ineſſe in emendis vendendiſque mercibus diligentiam.* Ait lex, *Secundum veterem conſuetudinem.* itainfr. *in leg. maximarum* 12. *verſ. materiam.* approbatur vetus conſuetudo, & *in leg.* 1. *inf. de expenſ. ludor. leg. quilibet* 40. *ſupra de decurion. leg.* 2. *infr. de fund. limitroph.* cum aliis iuribus, quæ hîc congerit Lucas *num.* 1.

## L. VIII. XI. XII.

L. *Placet* 8. Vide quæ dixi *in l.* 3. *ſupr. de annon. & trib.*

*L. eos qui* 11. Vide quæ dixi *in l. vniuerſos* 15 *ſup. de decurion. num.* 37. *& ſeq.* & Maſtrill. *de magiſt. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 73. *&* 151. Borrell. *de præſtant. cap.* 30. *num.* 48. Galganet. *de iure publico lib.* 4. *tit.* 48. *num.* 18.

*L. maximarum* 12. Plura ad hanc legem gloſſemata afferenda eſſent, niſi in proprioribus locis iam vel actum, vel agendum ſit, vt *in leg.* 1. *ſupr. & in l. fin. ſupr. de decur.* vbi de pluribus dignitatibus egimus, & de temonario in munere, & *id tit. infr. de curſu publ. & in lib.* 12. vbi de variis vocibus quæ *in hac lege* reperiuntur, agemus.

## LEX XIII.

L. *Sordidorum* 13. *h. t.* Longiorem commentarium expoſcebat hæc lex, ſed hunc tomum excreſcere quàm par eſt horreſco, de concluſione hac erunt conſulendæ leges & iura quæ adducuntur à gloſſa *in cap. quoniam Abbas* 14. *de officio &* poteſt. *iud. delegati.* conſonant *l.* 13. *tit.* 4. *lib.* 4. *ordin. l.* 18. *t.* 14. *lib.* 6. *Rec.* vbi videas Did. Perez. & Azeu. latè & vtiliter explicant Th. Sanch. *lib.* 8. *de matr. diſp.* 27. *tot.* & Barboſ. *in l. quia tale* 14. *ex n.* 41. *D. ſolut. matr.* & Morla *in emp. tit.* 2. *in præmiſ. n.* 92. *&* 93. Tuſchus *tom.* 6. *lit. P. concl.* 746. *num.* 5.

## TIT. XLVIII.

### *De quibus muneribus, vel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare.*

L. 1. *h. t.* Vide quæ dixi *in l. vnic. ſup. vt nemini liceat in emptione ſpecierum.*

## TIT. XLIX.

### *Qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant.*

L. 1. *h. t.* Vide quæ dixi *in l.* 2. *ſup. de decurionib.* & Petr. Fab. *in l.* 2. *de regul. iur.* §. 1. *fol.* 19. De ciuitate Berytorum dicam *in leg. vnic. inf. de metrop. Beryt. l.* 2. ad finalia verba. Vide quæ dixi *ad tit. ſup. de mun. & honor.*

*L.* 3. Dixi *in l.* 2. *ſup. de decurion.* Maſtrill. *lib.* 1. *de magiſt. cap* 30. *n.* 95. *& lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 72.

## TIT. L.

### *Qui morbo ſe excuſant.*

L. 1. Vide quæ dixi *in l.* 2. *ſup. de decurion. ex num.* 57. Valenzuel. *in leg. infamia* 8. *ex num.* 9. *illo tit.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 76.

*L.* 3. Maſtrill. *de magiſt. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 17. Giurb. *conſ.* 8. *n.* 13. Bobadill. *lib.* 2. *polit. cap.* 21. *n.* 243. De Podagra vide Caſſiodor. *lib.* 10. *epiſt.* 29.

## TIT. LI.

### *De his qui numero liberorum, vel paupertate excuſationem meruerunt.*

L. 1. Vide notata *in leg.* 2. *ſup. de decur. ex num.* 65.

*L.* 3. Salced. *de repreſent. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 11.

*L.* 5. Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 132. *lit. D.* Gutierr. *lib.* 2. *pp. quæſt.* 132. *in princ.* & ad quæſtionem an Clerici poſſint collectare pro bonis aſſignatis ad titulum petrimonij vt ordinentur, Riccius 2. *p. dec.* 299.

*L.* 6. Videas *d. l.* 2. *de decurion. ex num.* 65. Surd. *deciſ.* 123. *ex n.* 1. Menoch. *conſ.* 486. *n.* 3. & iuxta deciſionem huius legis vidi patrem quinque filiorum à munere perſonali excuſari in hac Curia.

## TIT. LII.

### *De Profeſſoribus, & Medicis.*

DE Medicis videſis Briſſon. *lib.* 1. *antiq. cap.* 3. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 31. *toto*, vbi fusè ſuo more Adam Contzen *lib.* 4. *polit. c.* 25. *& ſeq.* P. Greg. *de Repub. lib.* 17. *c.* 8. *&* 9. Oſvval. *ad Don. lib.* 3.

De Amaya in tres libb. poſt Cod. *Tom. I.* Ii 2

*lib.* 3. *cap.* 9. *lit. N*, Ant. Fab. *in Iuriſp. tit.* 24. *part.* 1. *illat.* 3. *pag.* 1122.

*L.* 2. Vide Caſſiod *lib* 6. *ep.* 19. vbi de laudibus medicinæ. De Grammaticis pleni ſunt libri. De eorum immunitate vide Petr. Greg. *de Rep. lib.* 17. *cap.* 1. *n.* 6. Pancirol. *lib.* 2. *theſaur. c.* 188. *in fine*. Salmaſ. *in Capitolin. in Antonino Pio pag.* 72. Ant. Fab. *ſup.* vide *l. fin. infr.* Cuiac. *in l.* 6. § *Grammatici. D. de excuſat. tutor.* De laudibus Grammaticæ Caſſiod. *lib.* 9. *ep.* 21. Et an poſſint moueri officiales ſine cauſa ſemel approbati, multis cumulatis docet noſter Don. Ioann. de Larrea. *deciſ. Granat. diſp.* 2. *tot.* & alii à nobis laudati *ſup. in l.* 3. *num. fin. de canon. larg. tit.* Et quamuis regulariter dicatur non poſſe ſine cauſa remoueri officialem, fallit in Magiſtro literarum primarum, & in Grammatico, qui imperiti ſi inueniantur, remouendi erunt propter præiudicium factum Reipublicæ. Sicut etiam Medicus imperitus, & Pharmacopola propter ſanitatem, docet Gratian. 1. *tom. diſcep. cap.* 167. *num.* 43. & Larrea *ſup. num.* 21.

## LEX III.

### *Imp.* PHILIPPVS A.

Poëtæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.

### SVMMARIVM.

1 *Poëſis laudes, & quare Poëtæ non habeant immunitatem*, & n. 2.

3 *Quare Poëtæ immunitate non iuuentur? Adducuntur ſententiæ Cuiacij, Ant. Fabri & aliorum, & quæ videtur verior, proponitur*, & n. 4. & 5.

1 POëSIM etſi alij notent, plures tamen laudibus in cœlum vſque extollunt. Latiſſimus de ea re campus ſeſe offerebat, ſed nobis non licet eſſe tam diſertis Muſas, qui colimus ſeniores. Præcipuè cùm ab ea arcendos eſſe Conſultos acriter ſuadeat Lucas *hîc*. Egregiè de poëſis auctoritate vtilitate agunt Petr. Greg. *de Rep. lib.* 17. *cap.* 5. *n.* 4. Adam Contzen *lib.* 4. *polit. cap.* 19. Scaliger *de Poëtica.* Clau. Minoës *in comm. ad embl. Alciat. embl.* 4. Flor. Sabin. *lib.* 5. *ſubciſiu. cap.* 7. inter antiquos eleganter de ea re Horat. *lib.* 2. *epiſt.* 1. *verſ.* 126. ita ait,

*Os tenerum pueri balbumque Poëta figurat*
*Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem:*
*Mox etiam pectus præceptis firmat amicis,*
*Aſperitatis & inuidiæ corrector & iræ.*
*Rectè facta refert, orientia tempora notis*
*Inſtruit exemplis, inopem ſolatur & ægrum*
*Caſtis cum pueris ignara puella mariti*
*Diſceret vnde preces, vatem ni Muſa dediſſet?* &c.

Quapropter non minus, quàm alij Profeſſores literarum debuerunt immunitatibus ornari.

2 Sed quare immunitate non fuerint affecti, non eſt ſtatim obuium, nam Cuiacius *hîc* affirmat hoc effectum, quia etſi diuini ſpiritus Poëtarum hoc mereantur, lex tamen deficit, cui etiam adſtipulatur Anton. Fab. *in Iuriſp. tit.* 24. *princ.* 1. *illat.* 3. *pag.* 1122. ſed eos reprehendente Scip. Gentili *lib.* 2. *parerg. cap.* 1. ipſe, etſi laudatus ab Oſvvaldo *lib.* 3. *Don. cap.* 9. *lit. N.* non minus reprehendendus, cùm ait poëſim docentes habere vacationem. Nam cùm hoc officium eſſet proprium Grammaticorum, priuilegium datum erat eis aliis legibus, non ob poëſim, ſed ob docendi officium, vt *in l. fin. inf. h. t.* † Plauſibilius vi- 3
detur quod tradit Gaſp. Barthius *lib.* 5. *aduerſ. cap.* 4. qui ſcribit primis Romanæ Reipublicæ temporibus Poëtas fuiſſe egenos homines, conuiuia captantes, & patronos pro victu & prandio, vt ex Agellio liquet *lib.* 11. *noct. Att. cap.* 2. vbi ait, *Poëticæ artis honor non erat, ſi qui in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad conuiuia applicabat, graſſator vocabatur.* Hoc eſt, quia huc atque illuc vagaretur. Sub Principibus tamen ambitio laudari voluit, etiam inter præſentes, & ingens fuit copia vatum, vt ſcimus Auguſti æuo contigiſſe. Floruit itaque, & maximè grata fuit Poëtica. Succedentibus Imperatoribus non ſtatim tota emarcuit, donec tandem ad nihilum redacta & in aulis barbarorum, vnde nobiliſſima hæc pars ſcientiarum euiluit, ita vt qui perditi egeſtate eſſent, poëſim profiterentur, & carminibus oblatis victum quærerent. Quod in cauſa fuit, vt cæteris liberalium artium Doctoribus eximerentur, Poëtæ in participandis priuilegiis hîc à Philippo.

Quæ ratio non videtur animum ſedare, quia etſi 4
Poëtæ modò fuerint admiſſi, modò reiecti, non debuerunt priuari immunitate ob paupertatem, imò multo magis adiuuari, quia multò laudabilius eſt pauperi ſubuenire, quàm diuiti, vt docet Acc. *in l. cùm hi* 7. §. *in ſingulos. D. de tranſact. verb. annos.* cum latè adductis à Velaſco *de priuileg. pauper.* 1. *p. quæſt.* 6. & 7. & ideò eximuntur oneribus patrimonij *in l.* 4. §. *inopes, D. de munerib. l.* 4. *ſup. quemadmod. ciuil. mun.* & *l.* 4. *ſup. de his qui numero liberor.* §. *ſed & propter* 7. *Inſt. de excuſat. tutor.*

Quare ego dicerem Poëtis denegatam immuni- 5
tatem, quia cùm Poëta naſcatur magis, quàm fiat, & vna ſit quoddam naturæ donum ex excellentiori ingenio proueniens, generoſus ille & diuinior ſpiritus plauſu & laudibus tantùm contentus eſt, & ſic præmium nullum, aut priuilegium maius dari potuit diuinæ illi arti, niſi laudes, vt ait Libanius *declam.* 29. itaque vt de virtute dici ſolet, ipſa quidem merces ſibi, ſibi ipſi gloria & honor, ſe ipſa contenta eſt, vt probat Cicero *lib.* 5. *Tuſcul. in princ.* ita & poëſi præmium intra ſe habet, id eſt, laudationem. In quam rem videtur rectè poſſe adduci *l. reddatur* 8. *infrà hoc tit.* vbi philoſophi falſi patriæ muneribus redduntur, quia ſi profitentur, fortunæ vices ferre poſſe multo magis poterunt ferre onera patriæ, ergo eodem modo ſi Poëtæ laudibus tantùm ſunt contenti, non eſt neceſſarium aliud præmium. Hæc in re planè ſterili ſcribere potuimus.

## LEX IV.

### *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC.

Oratione Diui Pij liberalium ſtudiorum Profeſſores, non etiam calculatores continentur.

DE orationibus Imperatorum videndi Cuiac. *libro* 1. *obſeru. cap.* 8. Briſſon. *lib.* 1. *antiqu. cap.* 16. & alij relati ab Oſvvald. *libro* 1. *Don. cap.* 8. *lit. E.* poſt Gothofred. *in l.* 7. *C. de prædiis minor.* Buleng. *libro* 3. *de Imp. Rom. cap.* 16. Gutherr. *de offic. domus Aug. libro* 1. *cap.* 30. In Digeſtis ſæpe fit mentio harum orationum: & apud Auctores, vt conſtat ex Tacito *lib.* 12. *an.* Symmach. *lib.* 1. *ep.* 89.

*ep.*89. *& lib.*6. *ep.*62. *& lib.*10. *ep.*2. Spartian. *in Caracal.* De hac oratione meminit IC. *in l. ſi duas* 6. §. *eſt autem*, *D. de excuſat. tutor.* vbi vocatur hæc oratio *epiſtola*, quia huiuſmodi orationes aliquando mittebantur ad Senatum, *leg.*2. *Cod. Th. de curatoribus Calendarij.* ibi, *Oratio ad ſenatum miſſa.* Iuuenal. *ſat.*10. *verſ.*71.

——— *Verboſa & grandis epiſtola venit*
*A capreis.*

& Sueton. *in Tiber. cap.*66. hanc epiſtolam vocat orationem, cùm tamen Xiphilin. *in Tiber.* vocauerit epiſtolam, notat ſatis nudè Caſaubon. *in Suet. & in Capitol.* videtur de hac oratione capiendus Capitolin. *in Antonino Pio*, dum ait, *Rhetoribus & Philoſophis per omnes prouincias & honores & ſalaria detulit Orationes plerique alienas eſſe dixerunt, quæ ſub eius nomine feruntur.* De Profeſſoribus hac oratione ſalario honoratis, vide latè Cuiac. *in d. l.*6. §. *Grammatici*, *D. de excuſ. tut. & in l.*6. dicam *infr.*

## LEX V.

L. *Nec intra.* Vide Briſſon. *libro ſecundo antiq. cap.* 3.

## LEX VI.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Voluſianum.*

Medicos, & maximè Archiatros, vel ex Archiatris Grammaticos & Profeſſores alios literarum, & Doctores legum vna cum vxoribus & filiis, nec non & rebus quas in ciuitatibus ſuis poſſident ab omnibus muneribus, vel ciuilibus vel publicis, immunes eſſe præcipimus, &c.

AD vtilitatem publicam auctoritatémque rerum publicarum quam maximè pertineat Profeſſoribus litterarum præmia honores, mercedeſque & ſalaria proponere, vt ſic homines ad ſcientias addiſcendas inuitentur, quo bonum Reipublicæ continetur, nemo ignorat, niſi qui homo non eſt; ita in quacumque bene conſtituta Republica hoc primum attendi debet, vt in præſenti, & in aliis ſimilibus iuribus, cùm latè notatis à Petr. Gregor. *lib.*17. *de Republ. cap.*1. *numero* 6. *& lib.*18. *toto*, *maximè cap.*4. *&* 7. Adde Simancas *de republ. lib.*9. *cap.*26. Bobadill. *lib.*1. *polit. cap.*10. *n.*51. Ægid. Roman. *de regim. Princip.* 2. *part. cap.*8. Erneſt. Cothman. *conſ.* 1. *Academ. n.*375. qui omnes de præſtantia litterarum, & quantum Reipublicæ, & ipſi generi humano, eleganter pertractant cum Adamo Contzen. *lib.* 4. *politicor. toto maximè cap.*9. *&* 14. Chokier *lib.*1. *politicor. cap.*11. & *de variis Doctorum priuileg.* Anton. Gom. *in l. fin. Taur. n.* 17. Gratian. 1. *tom. diſcep. cap.*186. *toto.* & Rebuff. & Horat. Luc, *integris tractat. de priuilegiis ſcholar. de Præceptoribus à tributis eximendis*, Florez de Mena *lib.*2. *var. qu.*21. *num.*152. videas quoque Petr. Fab. *lib.*2. *agoniſt. cap.*20. Oſvval. *ad Don. d. lib.*3. *cap.*9. *lit. O*, Theſaur. *lib.*1. *qu. forenſ. quæſt.*93. *n.*1. quibus adde Caſſiod. *lib.*9. *ep.*21.

Ad verbum *Archiatros*, vide quæ diximus de Medicis *ſup. in rub.* & cum Pancirol. *lib.* 2. *var. c.* 245. & aliis *in tit. ſup. de prebendo ſalario*, *num.*21.

Ad verſ. *hoſpites recipere.* Maſtrill. *lib.* 3. *de magiſt. cap.*10. *num.*178. *& ſeq.* Theſaur. *ſup.*

Ad verſ. *Mercedes etiam.* Propriè loquitur Imperator. Nam ſalaria præceptorum *mercedes* dicuntur. Cicer. *Philipp.*... ſic, *At quanta merces Rhetori eſt data, duo millia iugerum Campi Leontini Rhetori aſſignaſti, & quidem immuni, vt tanta mercede nihil ſapere diſceres.* Iuuen. *ſat.*7. *verſ.*157.

*Noſſe nolunt omnes, mercedem ſoluere nemo.*
*Mercedem appellas?*

De ſalariis Præceptorum, vide Petr. Gregor. *lib.*17. *ſyntag. cap.*2. *toto.* & an ſalaria Doctorum habeant tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis, tradunt plures apud Florez de Mena *lib.*1. *var. quæſt.*8. §.1. *numero* 70. & Gratian. 2. *tom. diſcep. cap.*257. *numero* 21. *& ſeq.* & quâ pœnâ teneantur perturbantes immunitates & priuilegia Doctorum, Menoch. *De arbitrar. caſ.* 377.

## LEX VII.

L. *Magiſtros* 7. Vide Bobadill. *lib.*1. *pol. c.*3 *num.* 5. *litter. E*, & de magiſtris probis & doctis iuuentuti præficiendis eleganter Gontzen *lib.*4. *polit. cap.*6. *& cap.*16. §.13. & Petr. Gregor. *de Republ. lib.*18. *c.*2. & Ioann. Chokier *lib.*1. *politicor. cap.*10. *& ſeq.*

## LEX VIII.

L. *Reddatur* 8. De hac lege diſſeruimus latè *in l. quidam ignauia*, *ſup. de decurionib.*

## LEX IX.

L. *Archiatri* 9. Diximus *in l.*6. *ſup.* vide etiam Gratian. *diſcep. forenſ. l.*2. *cap.*257. *num.*4.

## LEX X.

L. *Si quis* 10. Vide quæ dixi *in fin. cap.*1. *ſup. de decur.*

## LEX fin.

DIximus *in l.*6. *ſup.* Maſtrill. *ibi relatus cap.*10. *num.*207.

## TIT. LIII.

### *De Athletis.*

### LEX VNICA.

*Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Hermeti.*

Athletis ita demum, ſi per omnem ætatem certaſſe, coronis quoque non minus tribus certaminis ſacri (in quibus vel ſemel Romæ, ſeu antiquæ Græciæ) meritò coronati non æmulis corruptis ac redemptis, probentur, ciuilium munerum tribui ſolet vacatio.

### SVMMARIVM.

1 *Qui ſcripſerint ſuper hanc legem, & eam ex profeſſo explicent.*
2 *Athleta nomen quid ſignificet, & quot ludos exercuerint?*
3 *De quinquertio & quinquennali certamine.*
4 *Qui fuerint potiores ludi in qu bus ſeſe exercebant Athleta, & de lucta & pugilatu breuiter dictum, & de curſu?* & n.5. & *6.*
7 *Athletis victoribus magna pramia propoſita ex Tertulliano.*
8 *Inter pramia pracipuum fuit corona, & ex quo arbore fieret.*
9 *Coronati in ſacris certaminibus ciuilium munerum habebant vacationem, & de ratione diſſerium,* & n.18.
10 *Quam ob cauſam huiuſmodi ludi aut certamina Athletarum dicerentur ſacra ex Tertulliano & D. Cypriano*, & n.12. & 13.
12 *Gymnici ludi Olympici, Namei, Iſthmij & Pythij.*
14 *Corona vt praſtaret vacationem, reportanda erant in tribus certaminibus.*
15 *Victor eſſe in Gracia certaminibus tantum honoris fuit, vt compareretur cum Romano triumpho, aut Conſulatu, explicatur Horatius,* & n.16.
17 *Graci ſuos annos computabant ex ludis Olympiacis.*
19 *Qua fuerit* antiqua Græcia, *de qua in præſenti ſit mentio?*
20 *Qua ſint Commoda pramiorum*, in l. commodis 40. D. de re iudicat. & in l.1. infr. de primipilo, & n.21.
22 *Explicatur* l. patronus 35. D. de legar. 3.
23 *Vrbs Roma in trigintaquinque tribus diuiſa, quarum vni adſcriptus debebat eſſe ciuis Romanus, vt poſſet percipere liberalitates Principis, ita vt manumiſſi ſi tribum non haberent, non poterant illas percipere*, & n.24. & 25.
26 *Proponitur practicus caſus ex auctoritate Telli, & reſoluitur cum alia ſpecie ab Auctore propoſita*, & num.27.
28 *Littera & arma habent magnam ſimilitudinem, explicatur Horatius.*
29 *Gradus Academiarum inducti ad exemplum coronarum Athletis conceſſarum.*
30 *Academia quarum gradus immunitatem praſtant.*
31 *Scientia litterarum nobilitant.*
32 *Inuehitur in eos qui horrent vocari Doctores.*
33 *Laus Academia Salmanticenſis.*

HVIVS legis explicationem omitten- 1
dam duxeram, quia in eam iuſtum
volumen concinnauerat Petr. Faber,
cuius ſcriptis doctiſſimis & eruditiſſimis nihil addere poterat, qui cum
eo comparatus pumilionem ageret reſpectu Coloſſi.
Verùm ne imperfectum hoc opus remaneret, cùm
etiam ſciam non omnes Agoniſticon Fabrianum
callere poſſe, quod ipſe durè ſanè, & obſcurè tractauit, ego blandius & clarius proponam ex noſtro
penu multa decerpens quæ vidi propriora eſſe huius
loci, cætera Fabro in ſuo Agoniſtico relinquam,
multa Hieronymo Mercuriali de arte gymnaſtica,
nec non & noſtro doctiſſimo D. Petro Pantoia *in
l.2. de aleatoribus.*

*Athleta* nomen ſtrictè ſumptum ad gymnicos lu- 2
dos relatum (id eſt, ad eos quos paleſtritæ exercebant, à gymnaſio nempe dictos, id eſt, eo loco, in
quo illi nudi depugnabant) comprehendit eos, qui
luctabant, currebant, ſaltabant, vel diſco & pugnis
decertabant. Genera itaque gymnicorum ludorum
ſunt quinque ſaltus, curſus, iactus, diſcus, atque luctatio, ita docet D. Iſidor. *lib.*18. *etym cap.*17. & IC.
*in l.2. D. de aleatorib.* vno verbo comprehenderunt
antiqui, & vocarunt *Quinquertium*, nomine deducto
à quinque artibus, ſeu illis quinque certaminibus,
Græci πένταθλον dicunt, docet Pancirol. *lib.*1. *var. capit.*46. Cerda *ad Tertull. de ſpectacul. cap.*18. *num.*268.
† Et *Quinquennale certamen*, quòd ſingulo luſtro 3
hi ludi celebrarentur, ita obſeruant Natalis Comes
*lib.*5. *mythol. cap.*1. Marcel. Donat. *ad Sueton. in Aug.
cap.*59. Beroal. *ad eundem cap.*8. qui adducunt Strabon. *lib.*5. vbi de ludis Neapolitanis. *Nunc autem
quinquennale ſacrum certamen apud eos celebratur, Muſicum & gymnicum in plures dies, quod amulum eſſe poteſt illuſtriſſimis Græcorum ludis*, cui adiice Cicer. *lib.
3. de offic. num.*32. Tacit. *lib.*14. *annal.* Papin. *libro* 5.
*ſyluar.* Sueton. *in Aug. cap.*18. Mamertin. *in Paneg.
Iulian.* Alex. ab Alex. *lib.*5. *cap.*8. Turneb. *lib.*11. *aduerſ. cap.*15. & alios, & ita *luſtrale* fuit nuncupatum à
Tacit. *lib.*16. *in princ.* ibi, *Interea propinquo iam luſtrali certamine*, id eſt, quinquennali, vel olympico
certamine, ita Ammian. *lib.*29. *hiſt.* de Peregrino
quodam Philoſopho. *Qui cùm mundo digredi ſtatuiſſet, olympia quinquennali certamine ſub Gracia conſpectu flammis abſumptus eſt.*

Ex his ergo ludis, vel exercitationibus potiores 4
fuerunt curſus, pugilatus & lucta, ſeu palæſtra, nam
palæſtram pro lucta Latini appellauere, quæ cæteris videtur antiquior & grauior, ex traditis à Mercuriali *lib.*2. *de arte gymnaſt. cap.*8. Petr. Fabro *libro* 1.
*agoniſt. cap.*10. & 30. & eleganter noſter Pantoia diſſeruit *in d.l.*2. *de aleator. verb. luctando, ex n.*1. vbi
omnia quæ ad luctam pertinent, explicat.

Secundo loco pono pugilatum. Pugilatus erat 5
cùm athletæ pugnabant, non brachiis, vt in lucta, complicatis, ſed ſummis tantùm pugnis, vel
nudis, vel ærea, aut lapidea ſphæra plenis, vel
lamina, aut loris circumſeptis, aut ligatis ſeſe
percutiebant, ob idque hoc certamen duriſſimum
& laborioſiſſimum reputatum, in quo virtus robúrque animi & corporis maximè oſtendebatur,
& ideo apud Homerum primum locum habuit, vt ſcribit Plutarch. *lib.* 2. *quaſt. conuiual.
quaſt.*5. *ad fin.* & D. Chryſoſt. *orat.*29. dum pugilem Melancomam laudare nitebatur, de ea re ſo-

lum loquitur. *Solius enim animoſitatis oſtenſio in bellicis eſt. Athletarum autem ſtudium pariter & fortitudinem, & pariter animoſitatem, paritérque robur paritérque modeſtiam inſerit. Proinde etiam inter Athletarum ſtudia non facillimum elegit, ſed difficillimum, ceſtuum enim certamini ſtuduit.* obſeruat P.Fab. *ſuprà libro primo cap.7. & libro 3. cap.7.* quapropter D Iſidorus *d. libro* 18. *c.*18. *&* 22. pugilatum virtutis nomine deſignat, quia pugiles omnibus periculis ſeſe obiiciebant, non ad oculorum ſuggillationem, aurium obtuſionem, dentium excuſſionem modò, ſed vſque ad internecionem ipſam, vt colligi poteſt ex Vlp. *in leg. qua actione* 7. §. *ſi quis in collatione* 4. *D. ad l. Aquil.* & oſtendit Fab. *d. lib.* 3. *c.*7. & Mercurial *lib.*2. *de arte gymnaſt. cap.*9. Pancirol. *d. lib.*1. *cap.* 46. & Pantoia *in dict. l.*2. *de aleator. verb. pugnando ex num.*1

6 Tertio loco adaptatur certamen aliud, curſus nempe, de quo iam laudati Mercurialis *lib.*2. *cap.*10. Alex. ab Alex. *d. lib.*5. *gen. c.*8. & Pancir. *vbi prox.* Petr. Fab. *lib.*2. *cap.*23. plenè & doctè Pantoia *in d. l.*2. *verb. currendo*: A quibus diſces multa, quæ hic ſilentio inuoluimus circa horum & ſimilium certaminum leges, mores varios, modum, vitam Athletarum, quod ita fecimus, ne aliorum tranſcribamus paginas, & vt quæ ſunt propriora huius loci, ſolùm attingamus. Satiſque ſit deſignaſſe ludos, de præmiis verò victorum agendum erit quæ eſt propria ſpeculatio noſtræ diſputationis.

7 His athletis ſi viciſſent, ob virtutem & gloriam magna præmia conſtituta ſunt, vt ex Suida, Clemente Alexandrino, & aliis obſeruant P.Fab. *libro* 2. *agoniſtic. cap.*9. *& libro* 5. *cap.*19. Natalis Comes *libro* 5. *mythol. cap.*1. Alex. ab Alex. *lib.*5. *genial. cap.* 8. Sed luculentiùs cæteris ea expreſſit Tertullian. *in Scorpiaco aduerſ. Gnoſticos cap.*6. his verbis. *Agonas iſtos contentioſa ſolemnia & ſuperſtitioſa certamina Græcarum & religionum & voluptatum quanta gratia ſeculum celebret etiam Africa liquet. Adhuc Carthaginem ſingulæ ciuitates gratulando inquietant donatam Pythico agone poſt ſtadij ſenectutem Ita ab æuo digniſſimum creditum eſt ſtudiorum experimentum committere, artes corporum & vocum præſtantiam expendere, pręmio, indice, ſpectaculo indice, ſententia voluptate: quæ nulla ſunt prælia, nonnulla ſunt vulnera, pugni quaſſant, calces arietant, ceſtus dilaniant, flagella dilacerant: nemo tamen agonis præſidem ſuggillauerit quòd homines violentiæ obiectet, iniuriarum actiones extra ſtadium: ſed quantum liuores illi & cruores & vibices negotiantur intendis, coronas ſcilicet, & gloriam & dotem, priuilegia publica, ſtipendia ciuica, imagines, ſtatuas, & qualem poteſt præſtare ſeculum de fama æternitatem de memoria reſurrectionem Pyctes ipſe non queritur, dolore ſe non vult, corona premit, vulnera palmat, ſanguinem obſcurat.*

8 Ex quo conſtat potiorem locum inter præmia obtinuiſſe coronam, quæ quidem interdum oleagina vel ex oleaſtro, lauro, apio vel ex pinu, vel ex aliis foliis, vt docemur ex Plin. *lib.* 6. *c.fi.& lib.*19. *cap.*8. *ad fin. vbi de apio*, Dione Chryſoſt. *orat.*31. Libanio *declamat* 37. Philoſtrat. *libro* 5. *de vita Apollonij cap.* 12. & notant Petr. Fab. *ſup. libro* 2. *cap.*22. Mar. Ant. Muret. *libro* 15. *var. c.*7. Pancirol. *libro* 2. *var. cap.*113. Sauaro *ad Sidon. libro* 8. *ep.*9. *in fin.& carm.* 23. *numero* 425. Bulenger. *de Circo, cap.*54. Delecamp. *ad Plin. d. libro* 19. *cap.*8. Gothofred. *in præſenti.* Cruceus *in annot. ad Statium Sylu. lib.*2. in Surrentino Pollij ad illud,

—— *Ad Ambracias conuerſa gymnade frondes.*

qui ait *frondes* ibi pro ludis metonymicè poni, nam præmium corona foliacea. Quapropter agonas iſtos vocauit *foliaceos* Pollux *libro* 3. vide etiam Bulenger *de theatro cap.*1. † Vnde qui iure coronati erant in 9
his ſacris certaminibus, conſequebantur vacationem munerum, vt *hic*, & excuſabantur à tutela, *l. ſi duas* 6. §. *Vlpianus*, *alias eſt* § *Athletæ* 15. *D. de excuſat. tutor.* ibi, *Athletæ habent à tutela excuſationem, ſed qui ſacris certaminibus coronati ſunt*, & ab infamia liberi ſunt, *l.*4. *in princ. D. de his qui notant.* conferunt *l. commoda* 40. *D. de re iudicat. l. ſpem* 5. *Cod. quæ res pignori.* (de quibus *infrà* agemus.) Plin. *libro* 10. *ep.*119. *& ſeq.* & alter Plin. *d. lib.*19. *cap.*8. *ad fin.* vbi de apio *Honos ipſi in Achaia coronare victores ſacri certaminis.* Tzetzes *chil.*3. *c.*475. ibi, *Athletæ conſequi aliquid muneris cupientes ſacris certaminibus non lilia & flores & herbarum coronas victores per coronam populi diſcurrebant.*

Dictæ ſunt ſacræ coronæ & ſacra certamina *in* 10
*præſenti*, & in dictis locis iam adductis, quia in honorem deorum tales ludi celebrarentur, vt arbitratur Alciat. *hic*, Natalis Comes *d. libro* 5. *mytholog. cap.*1. *& c.*16. Petr. Fab. *libro* 1. *cap.*3. reclamante, neſcio quo fato, Gothofredo *hic*, quod indicat Quintilian. *lib.*3. *inſtit. cap.*8. vbi de ludorum religione ita ait. *Præcedat enim ſemper aliquid neceſſe eſt, vt in ludis honor Deorum, in theatro non inutilis laborum remiſſio deformis & incommoda turba, ſi id non ſit conflictatio, & nihilominus eadem illa religio cum theatrum veluti quoddam illius ſacri templum vocabimus.* Tertullian. *de ſpectacul. cap.*11. ibi, *Ineamus etiam agonum retractatum, origo iſtis de ludorum propinquitate eſt, inde & ipſi ſacri, vel funebres inſtituti, aut Diis nationum, aut mortuis ſunt, proinde tituli olympia Ioui quæ ſunt Romæ Capitolina, item Herculi Nemæa, Neptuno Iſthmia, cæteri mortuorum varij agones. Quid ergo mirum ſi apparatus agonum idololatria conſpurcat de coronis profanis.* † Cui poſſumus adiicere comitem 11
eius diſcipulum, Diuum nempe Cyprianum, qui de *ſpectacul. numero* 3. ita magiſtrum imitatur. *Scriptura, omnia ita ſpectaculorum genera damnauit, quando idololatriam ſuſtulit, ludorum omnium matrem, vnde hæc leuitatis & vanitatis monſtra venerunt. Quod enim ſpectaculum ſine idolo? Quis ludus ſine ſacrificio? Quod certamen non conſecratum mortuo?* & inferius numero 4. *Idololatria, vt iam dixi, ludorum omnium mater eſt quæ vt ad ſe Chriſtiani fideles veniant blanditur illis per oculorum & aurium voluptatem. Romulus Conſo quaſi conſilij Deo ob rapiendas Sabinas Circenſes primus conſecrauit. Græca illa certamina vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus præſides ſuos habent varia dæmonia, & quidquid eſt aliud quod ſpectantium aut oculos mouet, aut delinit aures ſi cum origine ſua, & inſtitutione quæratur, cauſam præfert, aut idolum, aut dæmonium, aut mortuum.* † Hoc autem Diuus ille di- 12
xit, quia gymnici ludi cum primis Ioui olympico & Herculi fuerunt, dicati à quo Heracleotici dicti ſunt, & aliis Diis, vt Pythia Apollini & plerunque mortuis, vt Nemæa Archemoro Iſthmia Palæmoni vt eleganter demonſtrat Auſon. *in Eglogario, ſeu de ratione libræ ad fin.* vbi de luſtralibus agonibus.

*Quatuor antiquos celebrauit Achaia ludos,*
*Cœlicolûm duo ſunt, & duo feſta hominum.*
*Sacra Iouis Phœbique Palæmonis Archemorique*
*Serta quibus pinus malus, oliua, apium.*

de his conſule Natal. Comit. *d. lib.*5. *mythol. c.*1. *& ſeqq.* Petr. Fab. *libro* 1 *agoniſt. c.*25. *& libro* 2. *cap.*23. Pancirol. *libro* 1. *var. cap.*46. Delecamp. *ad Plin. lib.* 19. *c.*8. *litt. MM.* Bulenger. *de Circo c.*54. poſt Alexand. ab Alexand. *d. libro* 5. *genial. c.*8.

Et vt ad propoſitum redeamus, ſacri ludi ſunt dicti 13
quia exiſtimabant Ethnici rem gratam ſe illis ludis Diis facere, ita demonſtrat Arnob. *libro* 7. *contra*

*ſta gentes* ibi, *Vos æris tinnitibus & tibiarum ſonis, vos*
*equorum curriculis & theatralibus ludis perſuaſum ha-*
*betis Deos delectari & affici, iráſque aliquando conce-*
*ptas eorum ſatisfactione molliri?* Quod confirmat quo-
que Val. Max. *libro 2. cap. 4.*

Dicta autem præmia, ſeu coronæ, tribus in cer-
14 taminibus reportanda erant, vt in præſenti decidi-
tur, dum tamen ex tribus coronis merito magis,
quàm ambitioſa æmulorum corruptione, quæſitis
vnam Romæ, vel in antiqua Græcia reportauerint
cuius religioni vetuſtæ propter ludorum in ea re-
gione factum initium ac inſequutam celebritatem
eam conceſſerunt immunitatem Imperatores. Vel
quia ex vetuſto Græciæ ritu ac inſtituto rigidior ibi
virtutis & roboris athletarum fieret indagatio, &
grauius indicium iuris agoniſtici, vt exiſtimat. Petr.
Fab. *lib. 1. agoniſt. c. 28. argumento leg. 4. infr. de dele-*
*gation. l. quicunque 24. cum ſeqq. l. ex comitibus 41. l.*
*qui laborem 86 C. Th. de decurion.* vbi prohibentur im-
munitatibus gaudere qui non meritis, ſed pretio &
vmbratili ſuffragiorum pactione ad dignitates aſ-
cenderant. Hoc ideò, quia æmuli aliquando cor-
rumpebantur, vt vinci ſe paterentur, vt *hîc* innuitur
& comprobatur ex D. Paullo 2. *ad Timotheum c. 2.*
ibi, *Nam & qui certat in agone, non coronabitur niſi*
*legitimè certauerit*, docet Petr. Fab. *lib. 2. c. 17. & lib. 3.*
*c. 21. & 25.* Itaque ex vetuſto more poſt tres coronas
athletæ habebant immunitatē. Placuit tamen hîc vt
ipſarū ſaltē vnam eis qui athletarū priu'legio vti vo-
lunt, aut Romæ, aut in antiqua Græcia cōſequerentur.

Neque videatur mirum cum athletis ita benefi-
cos & liberales extitiſſe Imperatores, quoniam
15 tantum Græci ſuis agoniſtis ſi viciſſent detulerunt,
vt maius ac glorioſius iudicarent Olympiis viciſſe,
quàm Romæ triumphaſſe, vel Conſulatum geſſiſſe,
ita teſtatur Cicero *pro Lucio Flacco num. 13.* ibi, *Quid*
*ſi etiam occiſus eſt à piratis homo nobilis, cuius ferè*
*nobis omnibus nomen auditum Atinas pugil olympioni-*
*ces. Hoc eſt apud Græcos (quoniam de eorum grauitate*
*dicimus) prope maius & glorioſius, quàm Romæ trium-*
*phaſſe*, & lib. 2. Tuſculan. num. 17. *Inde pugiles cæ-*
*ſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem, ſed quid hos, qui-*
*bus Olympiorum victoria conſulatus ille antiquus vide-*
*tur?* Quapropter non immeritò dixit Horat. *l. 1. od. 1.*

*Sunt quos curriculo puluerem Olympicum*
*Collegiſſe iuuat, metaque ferui^is*
*Euitata rotis, palmaque nobilis*
*Terrarum dominos euehit ad deos.*

vbi Læuin. Torrent. *num. 6.* dubitat an Deos terra-
rū dominos appellet, an potiùs ipſos victores Olym-
pioniccos. Petr. Fab. *lib. 2. cap. 16.* ſimpliciter ait id
eſſe, id eſt. Diis æquari, vel comparari. Ego malim
voluiſſe ſub terrarum dominis accipere Conſules,
qui tanquam Dii terreni iudicabantur, iuxta illud
Claudiani *lib. 3. de laudib. Stilicon.*

*Proximè Diis Conſul.*

iunctis quæ diximus *in l. fin. ſup. de decurion. cap. 1.*
Vel, vt ait Acron. id eſt, eleuat eos, & facit domi-
nos terrarum, & euehit ad Deos, tanquam ſi Deos
ipſos contingerent, quo ſenſu Horat. *lib. 4. od. 2.* pal-
mam illam agonum *cœleſtem* vocat.

*Siue quos Elea domum reducit*
*Palma cœleſtis pugilemve equumve*
*Dicit, & centum potiore ſignis*
*Munere donat.*

† Confert etiam Vitruuius *de architect. lib. 9.* ibi,
16 *Nobilibus athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia,*
*Nemæa viciſſent Græcorum maiores ita magnos honores*
*inſtituerunt, vt non modo in conuentu ſtantes cum*
*palma & corona ferant laudes, ſed etiam cùm re-*
*uertuntur in ſuas ciuitates cum victoria triumphantes*
*quadrigis in mœnia & in patrias inuehantur, æquè rei-*
*publicæ perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur.*
Non minus eleganter Dio Chryſoſt. *orat. 31.* ibi *Co-*
*ronam in ludis Olympicis ſcitis vtique oleaginam eſſe,*
*quam multi pluris faciunt, quàm vitam, non quòd illic*
*nata olea aliquid in ſe habeat admirandum, ſed quòd non*
*facilè neque pro re parua detur. Proinde ferè circa ve-*
*ſtra tempora Imperatorum quidam ita valde eam affecta-*
*uit, vt concupiuerit, illic victoriam, certaueritque apud*
*Eleos, atque hunc felicitatis terminum ſtatuerit ſuæ*, vi-
dendus idem *orat. 29.* & Libanius *declamat 37.* &
quæ notant Petr. Fab. *libro 2. c. 13. & 16.* Godeſcal.
Stevvech. *ad Veget. libro 2. c. 24.* & Bernart. *ad Sta-*
*tium libro 6. Theb. in princ.* ad illud, *Graium ex more*
*decus.* † Nec prætermittendum eſt adeò hos ludos in
pretio fuiſſe, vt ſuos annos Græci ex Olympiadibus 17
numerarent, de quibus vide Euſebium & alios, quos
refert Pamel. ad *Tertull. de ſpectac. c. 11. num.* 108.
& Alex. ab Alex. *d. lib 5. c. 8.* & Pineda *lib. 4. Mo-*
*narchiæ c. 2. toto* Onuphr. Panuin. *lib. 1. Faſtor.* To-
miel. *annal. ann. 3278. num. 3.* & cæteri Chronogra-
phi apud D. Martinum Carrillo *in Annal. lib. 1. an-*
*no 3230 pag. 29.* † Vnde non immeritò Imperatores
hanc condiderunt conſtitutionem non ſolùm athle- 18
tarum fraudibus occurrentes poſt adeptas coronas ſe
ciuilibus muneribus eximere parantium, ſed vt ita
præmiis ad ſubleuandos labores incitarentur, propter
has immunitates aliaque præmia & honores victo-
ribus attributas. Confert Caſſiod. *libro 11. ep. 35.* &
quæ de præmio dixi *libro 2. obſeru. cap. 4. ex num. 1.*
& Bobadil. *lib. 1. c. 13. num. 48.* Fulu. Conſt. *in l. 1.*
*infr. de filiis* [illegible] *c. ex num. 1.*

Quod nunc ſupereſt explicandum eſt, quæ in
præſenti ſit *Antiqua Græcia?* nam hoc non ſatis ex- 19
plicarunt Cuiac. & Gothofred. eam Italiæ partem
intelligentes, quæ Magna Græcia, vel Maior fuit
appellata ab antiquis, de qua Ouid. *lib. 4. Faſtor.* Se-
nec *de conſol, ad Helu. c. 6.* Val. Max. *libro 8. c. 7. in*
*extern. exem. 1.* quam opinionem rectiſſimè notat P.
Fab. *libro tertio, cap. 25.* affirmans ſubintelligi no-
mine *antiquæ Græciæ* Achaiam, quæ propriè & verè
antiqua Græcia, vt conſtat ex Plin. libro octauo
epiſt. fin *Cogitate miſſum in prouinciam Achaiam illam*
*veram & meram Græciam, in qua primum humanitas*
*litteræ etiam fruges inuentæ eſſe creduntur. Reuerere*
*conditores Deos numina deorum, reuerere gloriam ve-*
*terem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venera-*
*bilis, in vrbibus ſacra eſt. Sit apud te honor antiquita-*
*tis, ſit ingentibus factis, ſit fabulis quoque.* Alter Plin.
ſenior nempe, *libro 4. nat. hiſt. cap. 5.* vbi de
Achaia ita ait. *Portus Cenites ſinus Saranitus, olim*
*querno nemore redimitus, vnde nomen ita Græcia anti-*
*quæ appellante quercum* quibus adiice Tacitum *lib. 15.*
*annal. ad med.* ibi. *Acriore in dies cupidine agebatur*
*Nero promiſcuas ſcenas frequentandi. Non tamen*
*Romæ incipere ſcenas, auſus Neapolim quaſi Græcam*
*vrbem delegit, inde initium fore vt transgreſſus in*
*Achaiam inſigneſque & antiquitus ſacras coronas ade-*
*ptus maiore fama ſtudia ciuium eliceret.* Sic & Philo-
ſtrat. *lib. 5. de vita Apollonij cap. 12. de Olympicis ludis*
diſſerens, Achaiæ præcipuè mentionem facit, ita. *Si*
*quis enim athletam procero corpore magnoque animo pa-*
*ratum, & membrorum proportione bene compactum in*
*Achaia ad Olympios ludos proficiſcentem intueretur,*
*accedenſque fortiter contra aduerſarios pugnare cohorta-*
*retur iuberetque illum parta victoria ne ſe præconis voce*
*victorem declarari permitteret, neve coronam ex apio ac-*
*ciperet delirare profectò videretur.* Achaia verò præ-
cipua fuit Græciæ pars, cui correſpondet hodie *la*
*Morea*, de ea vide quæ tradit Pancirol. *in not. Orient.*
*cap. 103.* poſt Strabon. *lib. 8.* Ptolomæum *lib. 3.* Plin.
*lib. 4. cap. 5.* Wolfgan. Lazium *lib. 2. rer. Græcar. pag.*
*11. verſ. hæc cùm ita ſint.*

Præter

20 Præter ciuilium munerum vacationem alia item præmia fuerunt conceſſa athletis victoribus, annua nempe ſtipendia, emolumenta, & alimenta, & victus præbitio in vitæ dies, vt *ſuprà* ex Tertulliano & Vitruuio *num.* 16. probauimus. Hæc *commoda præmiorum* vocat Papinian. *in l. commodis* 40. *D. de re iudicat.* vbi ait, *Commodis præmiorum, quæ propter coronas ſacras præſtantur condemnato, placuit interdici, & eam pecuniam iure pignoris in cauſam iudicati capi.* Conſonat *l. ſpem* 5. *C. quæ res pigno.* ita *commoda præmiorum* dantur primipilo, *infr. de primipilo, in l. Lucius* 22. *D. de legat.* 2. *l. pater* 23. *D. de adimen legat.* quæ vox à militia videtur deducta, non vtitur ea Vegetius *lib.* 2. *de re mil. cap.* 21. Sueton. *in Aug. cap.* 24. *&* 49. *& in Caligul. cap.* 44. *& in Neron. cap.* 32. qui ſemper de militibus loquuntur iam emeritis, notant eleganter Alciat. *lib.* 8. *parerg. cap.* 5. Turneb. *lib.* 5. *aduerſar. c.* 5. Ioan. Sauaro. *ad Sidon. lib.* 6. *epiſt.* 8. ad illa verba *militiæ commoda.* Dorleans *ad Tacit. lib.* 1. *annal. pag.* 76. Barthius *lib.* 1. *aduer. c.* 1[illegible]. *& libro* 42. *cap.* 16. †

21 Vnde conſtat *in d. l.* 1. *de primip. cum ſimilibus*, non loqui de ſalario, ſed de præmio, aut aliis honorariis remunerationibus, quæ ob rectè nauatam operam in adminiſtratione primipilari vel ob victoriam & virtutem in ludis præſtitam, aut conſecutam ſolebant concedi, ſicut militibus commoda militaria dabantur, vel poſt e[illegible]um mortem vxoribus, aut filiis, ſicut ſolet Rex filiis, aut viduis mulieribus eorum, qui vel in pace, vel in bello inſeruierunt, quam liberalitatem antiqui [illegible] *commoda*, vt immunitas data in mercim[illegible] *l.* 14. *C. Th. de luſtral. coll.* vel in teſſeris frumentariis, vel annonis, *l. Titia* 87. *D. de leg.* 2. cum adductis à Conſtant. *in l.* 1. *infr. de filiis official. ex num.* 4. & à me *in l.* 2. *ſup. de excuſ. muner.*

22 Hinc venit explicandus elegans Scæuolæ locus *in l. patronus* 3. *l.* 5. *in princ. D. de legat.* 3. apud quem fuit quæſitum cùm patronus liberto ſtatim tribum emi ab hærede petiiſſet, & hæres fuiſſet in mora, ita vt antequam tribum emeret, libertus deceſſiſſet, an hæredi eius tribus æſtimatio competeret, & reſpondet deberi non ſolum æſtimationem, verùm & omnia commoda, quæ potuiſſet libertus percipere in diem mortis, ex liberalitatibus Principum, quæ traditio vt explicetur aduerto relictis Accurſ. Cuman. Alberic. & aliorum ſomniis, cum Alciat. Taurel. & Couar. *lib.* 4. *var. c.* 1. *tot.* Reuard. *de auctor. prud. cap.* 7. Cuiac. *lib.* 7. *obſeru. c.* 14. Caſaubon. *in Sueton. libro* 2. *ſeu in Aug. cap.* 42. Dorleans *ad Tacit. libro* 13. *pag.* 681. *num.* 8. †

23 Romanam vrbem in quinque & triginta tribus fuiſſe diuiſam vt ex Liuio, Cicer. & aliis probat Couar. *dict. cap.* 1. *num.* 1. *& ſeq.* Rurſus aduerto quòd quamvis ſerui manumitterentur eis modis, quibus de iure ciuili libertatem conſequebantur, vt *in tit. Inſt. de libertin.* non tamen ex ea manumiſſione, etſi ciues eſſent, omnibus honoribus & priuilegiis ciuibus conceſſis fruebantur, vt poſſent ſcilicet commoda tribuum ciuibus conceſſa, quæ congiariis frumentationibus, teſſeris frumentariis, aliiſque Principum liberalitatibus conſtabant, conſequi, niſi in vnam ex illis tribubus adſcripti eſſent, ita videtur docere Sueton. *in Aug. d. cap.* 42. ibi, *Nec minore, inquit, grauitate atque conſtantia cum propoſito congiario multos manumiſſos inſertoſque ciuium numero comperiſſet, negauit accepturos quibus promiſſum non eſſet* & Perſ. *ſat.* 5.

*Libertate opus eſt, non hac, vt quiſque Velina*
*Publius emeruit ſcabioſum teſſerula far.*

Tacit. *libro* 13. *annal* cùm diſſereretur in ſenatu de libertis, adiectum eſt. *Hinc plerumque tribus decurias, miniſteria, magiſtratibus & ſacerdotibus cohortes etiam in vrbe conſcriptas, & plurimis Equitum, pleriſque ſenatoribus non aliunde, quàm à libertis originem trahi.*

24 Vnde cùm, vt iam dixi, præter manumiſſionem neceſſe quoque haberet libertus ad liberalitates principales tribum habere, ſolebant benigniores patroni, quos à ſua poteſtate liberauerant, eis tribum emere, vel emi mandaret Quod plerumque factum eſt, vt ſic patroni plus haberent, aut frumenti, vel earum rerum, quæ ex liberalitate Principis ciuibus ſolebant elargiri, vt demonſtrat Dionyſ. Halicarnaſ. *lib.* 4. qui multos ſua ætate liberatos queritur, *Vt frumentum*, (inquiens) *publicè dari ſolitum ſingulis menſibus accipientes, aut ſi qua alia largitio à Principibus, vel magiſtratibus fuerit celebrata auctoribus libertatis ſuæ, id ſtatim afferant.* †

25 Eoque ſpectauit Scæuola *in dict. leg. patronus*, cum inquit, patronum tribum emi mandaſſe, quod cùm differret hæres, & libertus pendente emptione moreretur, quæſitum eſt, an omne illud commodi quod ipſi liberto ratione tribus competeret, ſi ſtatim, vt voluit patronus, empta eſſet, ad hæredem ſuum tranſmittat; & reſoluit tranſmittere. Quoniam cùm in mora fuerit hæres ratione moræ tenebitur omne damnum reſarcire, *l. qui ſolidum* 78. *l. ſi quis ſeruo* 84. *D. de leg.* 2. †

26 Cuius rei argumento inferebat Tellus *in l.* 26. *Taur. num.* 11. *verſ. exinde*, quod ſi pater permiſiſſet dare officium decurionatus tempore quo in matrimonium collocabitur, iuxta *l.* 22. *Tau.* ſi non dederit ſoluet æſtimationem talis officij, cùm vendi ſoleat, ita vt non ſolùm teneatur ad pretium, ſed & ad redditus qui ex tali officio conſequuntur ex die moræ. †

27 Cui ego addo ad reſtitutionem teneri non ſolùm redditunm, ſed etiam cùm huiuſmodi Decuriones ſoleant ſorte eligi, vt Regiis comitiis adſint pro ſuis ciuitatibus, vt mos fert noſtræ Hiſpaniæ, Princeſque ſoleat eis plurimas præſtare liberalitates. Hinc erit quod ſi pater, vel alius qui tale officium tenebatur reſtituere, non reſtituat, & ad comitia aſſumptus à Rege dona, aut alia beneficia acceperit, tales liberalitates reſtituet, ex *d. l. patronus*, cui adde Carol. Tapia *in rub. de conſtit. c.* 3. *num.* 3. & Caldas *in §. ſed hac, Inſt. de inofficioſ. teſt. cap.* 2. *num.* 5.

28 Illud ſanè omittendum non duxi, quòd cùm litterarum profeſſio magnam cum armis habeat ſimilitudinem, nam non minus miles & athletas in gymnaſiis exercebantur, ac qui litteris incumbunt vnde gymnaſia, quæ erant loca illa, in quibus palæſtritæ exercebantur, pro ludo litterario & loco in quo fit litterarum profeſſio & diſputatio, ſumi cœpit, & ob id rectè Horat. *lib.* 1. *od.* 10. Mercurium laudat ab eloquentia, quam more palæſtræ, id eſt, exercitatione ab ipſo inuecta hominibus edocuit.

*Mercuri facunde, nepos Athlantis.*
*Qui feros cultus hominum recentum.*
*Voce formaſti catus, & decora*
*More palæſtra.*

Item etiam & militare dicuntur cauſarum patroni *in l. aduocati* 14. *Cod. de aduoc. diuerſ. iudicior.* vt doctè explicat Franc. Conan. *lib.* 4. *comm. cap.* 15. Nam arma & ſtudia litterarum æquiparantur in iure, vt docet Accurſ. *in l. nepos* 125. *verb. dignitate, D. de verb. ſignif.* & poſt eum Rebuff. *de priuil. ſchol. priuil.* 55. *num.* 51. Petr. Gregor. *lib.* 19. *ſyntag. cap.* 1. *n.* 7. *& lib.* 22. *c.* 9. *n.* 7. Florian. *in l. quæ pater n.* 8. *D. famil. erciſc.* vbi etiam Fran. Crurtius Gatian. 1. *tom. diſcept. c.* 166. *n.* 1. *& t.* 2. *cap.* 231. *ex n.* 16. Mendez de Caſtro *in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib.* 4. *p. in princ. & num.* 168. & Amad. de Rodriguez *de execut. cap.* 5. *num.* 11. Gratian. *reg.* 145. Duenñas *reg.* 51. Garcia

de

29 *de nobil.gloſſ.35. ex num.4.* † Quapropter & athletarum exemplo inductum eſt, vt in Academiis ad coronam Doctoratus, ſeu magiſterij non admittantur, niſi qui per omnem ætatem, aut ſaltem per decennium omnia ſcholaſtica certamina obierint, & cum commendatione litterarum coniuncta etiam & virtutis, iuxta *l.magiſtros 7. ſup. de Profeſſor.* vt eleganter docuit Petr. Fab. *lib.3.agoniſt.cap.28.ad fin.*& noſter Didac. Perez *in l.20. tit.4. lib.4. ordinam. in princ.* vbi agit de tribus gradibus bacchalaureatus, licentiæ & Doctoratus, de cuius inſignibus & eorum ſignificatione, videndus Alciat. *lib.1.parerg.cap.10.* Anton. Gomez *in l.83.Tau. num.16.* Mildendorp. *de Academ. lib.1. cap.7.* Petr. Greg. *de iuris arte cap.34.* Pacian. *de probation.lib.2.cap.8. num.129.* Hotoman. *de feudis cap.22. num.23.* Caſſaneus *in Catalog. glor. mun.p.10.conſid.36.* quos qui obtinuerit, ab omnibus
30 muneribus reddebatur immunis. † Licèt apud nos ad tres Academias, Salmanticenſem, Valliſoletanam & Complutenſem, & Collegium Bononiæ reſtricta ſit ea facultas, ex *l.9.& 8.tit.4.lib.1.Recop.*cum adductis à Garcia *de nobilit.gloſ.35.ex num.4.*Parlad. *libro 2.quotid. cap.fin.5.p.§.6.num.21.* Baez.*de inope debit.cap.25.num.140.* Villadieg.*in l.8. num.55. prolog. fori iud.* & alij relati à Morena de Vargas *in tract.de*
31 *nobilit.Hiſp.diſcur.2.num.6.& ſeqq.* † Rationéque maxima id inductum eſt, quia cùm Nobiles à tributorum & munerum oneribus liberi ſint, eodem quoque modo cùm ſcientiæ & litterarum ſtudia nobilitent, *l.1. tit.21.p.2.* cum communi reſolutione ſcribentium, quam tradit Tiraquell. *de nobil. cap.5. num.1.* Azeued. *in l.2.tit.10.lib.8. recop.num.106.& ſeq.*Bobadill. *lib.1.cap.4.num.3.*& Fontanel. *de pactis nupt.2.tom.clau.7.gloſ.3.p.15.num.62.& ſeq.* Moreno *ſup.* cuiuſcumque facultatis Profeſſores ſcientiæ cauſa nobilitatem conſequuntur. Quia vt legimus, *Prouerb.*8. ibi, *Melior eſt ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari, l.8.tit.31.p.2.l.3.tit.17.p.6. l.8.tit.7.lib.1.Recop.* vbi omnibus litterarum Profeſſoribus varia priuilegia meritò conceduntur, videndi Bar. *in l. iudices, infr.de dignitat.* Tiraquell. *ſup.* Greg. *in l.3. tit.10. p.2. verb. Sabiduria.* Gutierr. *lib.1. pp. qu.21. & 22.* Auiles *in proœm. Prætor. num.23.* Azeued. *in leg.8. tit.7.lib.1.Recop. & in d.l.2.tit.10. lib.8.* Garcia *dict. gloſ.35. num.4.* Bobadill. *lib.3.pol.cap.15. num.29. & lib.5.c.5.n.31.* Gratian. *1. tom. diſcept. cap.186.* Fari-
32 nac. *1. tom. crim. q.27. num.77.* † Et cùm hoc ita honorificum ſit, vt nihil in Republica honorificentius excogitari poſſit, quis merito non ſuccenſeat cùm viderit omnes litterarum gradus ita vilipendi tanquam dedecore plenos, & cùm iras concitant ſi Profeſſores, aut litteratos vocamus Doctores, aut Licentiatos, imò, quod magis dolendum eſt, vel potiùs ridendum, cùm ignominiæ, vel contemptus cauſa Licentiati dicuntur homines litterati. O tempora! ô mores! ita ſolet temporibus quæ vim habent maximam, euenire, vt honeſtas cum turpitudine certet, & dignitas cum vtilitate, & honor, laus, fides, iuſtitia omniſque virtus irrideantur, quæ om-
33 nes litteris imbibuntur. † Sine quibus Reſpublicæ felices eſſe non poſſunt. Quod cùm verum ſit, quas igitur Hiſpani omnes meritas referemus grates, aut quæ præmia tanto Auctori ſoluiſſe poſſumus ſcientiarum omnium armario, litterarum theſauro, Muſarum delicio, Principi omnium Academiarum orbis Salmaticenſi Lyceo. Illi nempe Academiæ, quæ tot eruditos procreat, tot alit ſapientes, nutrit, educat & edocet, quæ tot ad ſcientiarum culmen enehit, ad omnium dignitatum faſtigium eleuat. Salue ô mater Academia, cui tantam debemus doctrinam, ſcientiarum lucem, diſciplinarum omnium illuſtrationem. Elogium illud quod de ſua Roma ſcripſit Plin. *lib.3.cap.5.* maiori cum ratione tibi addico, & adduco, omnium ſcientiarum alumna, eadem & parens numine Dei electa, vt cœlum ipſum clarius faceret, ritúſque meliores, ignorantiæ & omnium populorum diſcordes feraſque linguas doctrinæ commercio contraheres ad colloquia, & ſcientiam homini dares, breuitérque vna cunctarum diſciplinarum patria fieres.

## TIT. LIV.

## *De his qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt.*

L. *1.hoc tit.* Vide quæ dixi *in l.1. ſup. de his qui ſponte, & in leg. vnic. infr. de infamibus tota.*

*L.2.& 3.*Caballus *reſol.crim.cent.3. caſ.294.num.63.*

## TIT. LVII.

## *De infamibus.*

### LEX VNICA.

*Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA.

Infames perſonæ licèt nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri ſolent, vti poſſint, curialium tamen, vel ciuilium munerum vacationem non habent, ſed ſolemnibus indictionem ob tutelam publicam eos ſatisfacere neceſſe eſt.

### SVMMARIVM.

1 *Infames ad honores aſcendere prohibentur in multis iuris partibus.*
2 *Infames reiiciuntur à poſtulando, accuſando, teſtificando.*
3 *Infamia quæ ſit, & quomodo diffiniatur à Doctoribus?* & n.4.
5 *De infamia iuris & facti diſſeritur, & de vtriuſque natura,* & n.6.
7 *An detur infamia facti, quæſtio elegans,* & n.10.
8 *Vulgus monſtrum cæcum & mobile.*
9 *Infamia grauiſſima pœna.*
11 *Defenditur contra Donellum dari infamiam facti, & contra eum expenditur,* l.2. D. de obſequiis l.2. infr. de dignit. *& alia multa iura,* & n.12. 13. & 14.
15 *An ex vulgi opinione naſcatur infamia facti?*
16 *Inueſtigatur ratio, quare infames arceantur ab honoribus,* & n.17. & 18.
19 *Explicatur* l. ordine 15. D. ad municip. *& de criminibus, vbi lex non infamat, ſed ſententia,* & n.20.21.22. & 24.

23 Iudex

23 *Iudex non debet eſſe clementior lege, & an poſſit moderare pœnam à lege ſtatutam.*

25 L. non poteſt 63. D. de furtis, *conciliatur non* l. quid ergo §. pœna grauior, D. de his qui not.

26 *Referuntur caſus, in quibus infamia incurritur, non expectata ſententia.*

27 *De infamia quam incurrit mulier nubens, intra annum luctus.*

28 *De infamia lenonis, explicatur* l.4. §.4. D. de his qui not. infa. *&* num.29.

30 L.Imperator 24. D. de his qui not. inf. *& de differentia lenocinij & meretricatus*, & num.31. & 32.

33 *Qui in ſcenam prodit quæſtum inde facturus, notatur infamia, & de hiſtrionibus*, & n.35.

34 *Quæ fuerit ſcena in theatro, & quid in ſcenam prodire?*

36 *Clericus ſi fuerit hiſtrio, remouetur ab officio.*

37 *Reprehenditur conſuetudo Nobilium hiſtriones amantium.*

38 *Athletæ & qui in ſacris certaminibus deſeruiebant, infamia non notabantur.*

39 *Thymelicorum quale fuerit munus*, ad l.4. infr. de ſpectacul. *&* n.40. & 43.44. 45.46 & 47.

41 *Xyſticorum munus & officium* ad l.4. de his qui not. *& qui ibidem* agitatores.

48 *De his qui aquam equis ſpargunt. Qui hi fuerint inueſtigatur*, & n.49.

50 *De his qui operas ſuas locabant, vt cum beſtiis depugnarent.*

51 *De militibus ignominiæ cauſa ab exercitu dimiſſis.*

52 *De vſurariis, an infames ſint?*

53 *De filiis hæreticorum*

54 *De infamia proueniente ex indiciis famoſis per ſententiam iudicis, & quæ ſint hæc indicia*, & num. 55 56.57.58.59.& 60.*vbi de interpretatione l.2.* C.& D. de crim. ſtellion.

61 *Vt ex his indiciis infamia incurratur neceſſaria eſt ſententia Iudicis.*

62 *An Iudæi fuerint infames*, ad l.3.§. fin. D.de decur. *& multa de Iudæis ſub Romanorum æuo traduntur* & num.63. 64.65.66.67.68.69.70.71. *&* 72.

73 *De interpretatione* l. libertorum 9.infr.de dignitat. *& an liberti excluſi fuerint à militia, & de prohibitione legis Viſelliæ*, & n.74. & 75.

76 *Qui ſunt ex vltimis negotiatoribus, non poſſunt habere dignitates, ad* l.ne quis 6. infr. de dignitatib.

77 *Conuenit vt ad dignitates admittantur Nobiles & illuſtres.*

78 *Viles perſonæ dignitates poſſunt obtinere quando eſt penuria hominum, vel viles artes per ſe non exerceant*, & n.79

80 *Viles artes & mechanicæ quæ cenſeantur iure noſtro.*

81 *An vilia officia opprimant nobilitatem, ita vt propter eorum exercitium amittatur, diſcutitur hæc quæſtio ad vtramque partem, & de nobilitate ſanguinis & priuilegij*, & n.82.83.84.& 85.

86 *Tabellionum officium an ſit nobile, remiſſiuè.*

87 *De officio Aduocati plura congeruntur, an ſit nobile*, & n.88.

89 *Liberti an fuerint infames.*

90 *De infamibus ab officio iudicis remouendis*, & numero 91.

92 L. Pædius 7. D. de recep. arbitr. *an infamis poſſit eſſe arbiter?*

93 *De decurionatus dignitate, & an infames ad illam aſcendant*, & n.94.

95 *Pœna non affert immunitatem, exornatur hæc concluſio.*

96 *An mitius ſit puniendus Notarius qui priuatus officio confecit inſtrumentum?*

97 *Spurius an admittatur ad dignitates?*

98 *Infamis repellitur ab honoribus & dignitatibus & feudo, & ab iis actibus, vel miniſteriis, quæ ſunt iuris publici*, & num.99.

100 *Quomodo infamia purgetur vt infamis poſſit ad honores aſcendere*, & n.101.

102 *Explicatur* l. ad tempus 5. D. de decurionibus *cum aliis iuribus*, & n.103

INFAMIA notati & turpitudine fa- 1
moſi ad honores & dignitates aſcen-
dere prohibentur. *l. infamia* 8. *l. nec*
*infa[m]es* 12. *ſup. de decurion. l.1. ſup.*
*de his qui non implet. ſtip. l.2. infr. de*
*dignitatib. l.vnic. infrà de reis poſtul. l.1. D. ad l. Iul.*
*de vi priu. l. relegatorum* 7. *§. fin. cum leg. ſeq. D. de*
*interdict. cap. infamibus, de reg. iur.* † Quemadmo- 2
dum infames à poſtulando reiiciuntur, *l.1. §. ſe-*
*cundo loco* 5. *& §. remouet* 6. *&* 8. *D. de poſtulan.*
Ab accuſando *l.4. l qui accuſare* 8. *cum ſeq. Digeſt.*
*de accuſat.* A teſtificando, *cap.1. ex. de exception. cum*
*ſimil. l.3. §. lege Iulia, D. de teſtibus*, & in variis
cauſis, *toto tit. D. de his qui notantur infam. & C.*
*ex quib. cauſ. infam.* tradunt & explicant multi quos
latè congerunt Oſvval. *ad Donell. lib.*18.*cap.*6. *& ſeq.*
Pichard. *in §. ex quibuſdam* 7. *ex num.*2. *Inſt. de pœ-*
*na temerè litig.* Doctores *in cap.*1. *de except. & in*
*aliis iur.* Tiber. Decian.*lib.*3. *criminal. cap.*17. Fari-
nac. *de teſtib. q.*56. *tota.* Molin. *de iuſt. & iur. tom.*5.
*diſput.* 7. *& ſeq.* Azcued. *in l.*3. *ex num.*32. *tit.*3.*lib.*
8. *Recop.* & plures cumulans Giurba *conſ.*65. *ex n.*
58. & *ſeqq.* Maſtrill. *lib.*3. *de magiſt. cap.*4. *n.*447.
Sanchez *in oper. moral. lib.*2. *cap.*28. *tot.*

Sed antequam vlteriùs progrediamur, diſpicere 3
neceſſe eſt quid ſit *infamia*. Ea variè diffinitur, vt
tradit poſt Bart. & alios Pichar. *ſup. num.*6. *&* 7. &
Oſvvald. *d. cap.*6. *lit. G.* & frequentius obtinuit vt
ſit *læſa exiſtimationis, ſeu dignitatis ſtatus legibus &*
*moribus reprobatus.* ita colligitur ex *l. cognitionum* 5.
§. *exiſtimatio. Digeſt. de extraordin. cognit.* Aliis bre-
uiùs diffinierunt, vt ſit *imminutio, ſeu priuatio famæ*
vt voluit Accurſ. quem ſequitur VVeſemb. *ad tit.*
*D. de his qui not. infam. num.*1.& Freher. *de infamib.*
*lib.*3. *cap.*1. *num.*2. Farinac. *ſupr. in prælud. num.*2. &
Molin. *d diſput.*7. *num.*3. † Nam etſi *fama* latiſſi- 4
mè ſumpta comprehendat bonam & malam, id eſt,
exiſtimationem de aliquo exterius manifeſtatam, &
quia à fando denominatur, fama ſit quod de aliquo
dicitur, & relata ad perſonam ſit exiſtimatio cuiuſ-
que, ei opponitur *infamia*, addita vocula *in* quæ eſt
priuatiua, & diminuit, vt docet Oſvvaldus *d. cap.*
6. *lib. E.*

Naſcitur hæc infamia ex duplici cauſa, vel ex tur- 5
pi facto, vel ex auctoritate iuris id notantis. Hæc
dicitur infamia iuris, illa infamia facti, obſeruant
omnes, teſtantibus Oſvvald. *ſup. lit. I.* Farinac. *d.*
*quæſt.*56.*in prælud.* Azeuedo *in l.* 3.*tit.*3.*l.*8. *Recopil. n.*
50.*& ſeq.* Molin.*d. diſput.*7.*&* 8.& probat *l.*1.*tit.*6. *p.*
7. Infamia iuris eſt quoties delictum commiſſum, vel
factum perpetratum lex notat, vt in exemplis *l.*1. §.*re-*
*mouet, D. de poſtuland. l.*1. *& tot. D. de his qui notant*
*infam. l. palam* 43.§.*quæ in adult. D. de ritu nupt. cap. in-*
*fames* 6.*quæſt.*1. *&* 3. *quæſt.*7. Incurritur autem hæc
infamia ipſo facto à lege notato, vt in vidua quæ in-
tra annum luctus nubit, de quo ego *lib.*1.*obſeru. cap.*2.
*ex num.*11. & in caſibus à Molina congeſtis *ſup.*
*diſput.* 8. Aliquando tamen per ſententiam ſequu-
ta condemnatione, vt *in lib.*1. *de ſepulchr. viol. l.*1.
§.*ſed non vſque, cum ſeq. D. ad Turpillian. l.*5 *tit.*6. *p.*7.

Molina

6 Molina *d tom.5.diſp 9.* † Facti verò infamia ad hominum opinionem potiſſimum refertur, vtpotè quæ ex facto commiſſo naſcitur, quod ius non notauit, vt infame, ſed qui illud commiſit ex tali facto habet granatam & læſam exiſtimationem apud bonos & graues viros, & apud eos malè audit. *l.ob hæc* 20. *D. de his qui not. infamia. l.ea quæ* 13. *l.verbum* 17.*C. ex quib.cauſ.infam.l.*2.*D.de obſequiis. l.ſed ſi hac* 10.§. *Prætor ait. D. de in ius vocando.* Exemplum ſit in ordine mortis relegatis, & fuſtibus cæſis, qui infames non ſunt, ſed hominum opinione turpes malè audiunt,*l.ictus* 22.*D.de his qui notant.l.eos.*12. *D.de decurionib.* docent Decian. *ſuprà d.cap.*17. *numer.*18. Selſe *in reſp.ſyndicat.numer.*20. poſt tractatum *inhibitian.* Donell. *dict. c.*6. & Azeuedo *in dicta l.*3.*numer.*53.& Azeued. *in d.l.*3.*tit.*3.*lib.*8. *Recop. num.*50. *& ſeq.*

7 † Hanc diſtinctionem inter infamiam facti & iuris vocat errorem Donell. *dict. c.*6. contendens non dari infamiam facti. Quod etiam recipiunt Pacius *in Iſagoge D. ad tit.D.de his qui notan.* & Niellus *lib.*2.*diſp. feudal. theſi* 6.*lib. D.*ex eo quòd infamis ille dicitur qui notatus eſt infamiâ, quæ notatio,vel infamiæ irrogatio non fit niſi à lege, *d.l.palam* §.*qua in adulterio,* ergo quantumvis apud bonos & graues viros malè audiat,non erit infamis,niſi legis autoritas infamiam irroget, & ob id quamvis in dictis iuribus, in quibus ponitur exemplum infamiæ, facti dicatur, hominem notari, non tamen dicitur effici infamem,*l.ea quæ* 13.*C.ex quib. cauſ.infam. d.lege eos, de decurion.*

Rurſus facit *l.quæſitum* 13.*Digeſt de teſtib.* vbi ad hoc vt quis calumniæ cauſa damnatus repellatur à ferendo teſtimonio, inſpicitur an à lege probibeatur, quod oſtendit non ſufficere vulgo opinionem, ſed legis diſpoſitionem eſſe attendendam.

8 † Quod non eſt ſine ratione, nam vulgo nihil leuius, aut mobilius, & ad iram & laudem procliuius, cæcum monſtrum, fingendi auidum, impetu & quadam temeritate ducitur, non ſapientia, nihilque in eo modicum eſt, vt ait Cicero *pro Planco.* & Petr. Gregor. *de Republic. lib.* 22. *cap.*2. *num.* 8. *& lib.*10. *cap.*4. *ad fin.* Dorleans *ad Tacit. lib.*1. *ann.* ad illud, *Nihil in vulgo modicum.* Vnde ſolet ſceleratum hominem magni facere, & probum abiicere, & plerumque fama veris addere falſa gaudet, vt ait Ouid. *libro* 9. *Metam.* & Virgil. 4. *Æneid.*

*Tam ficti praui que tenax,quàm nuntia veri.*

9 † & cùm infamia grauiſſima ſit pœna, & vitæ æquiparetur,*in l.iuſta* 9. *D.de manumiſſ. vindict. leg ſi adulterium* 38. §.*ſed etſi iure.D. ad l.Iul. de adulter.l. iſti quidem* 8.§.*quod ſi, Digeſt. de eo quod metus cauſ.* iunctis quæ tradit Thom.Sanchez *de matrimon.lib.*4. *diſp.*5. *ex num.*13. & obſeruauit Alciat. *de præſumpt. reg.*3.*præſum.fin.num.*2. quem ſequitur Menoch. *eod. tract.lib.*5. *præſum.*49. *num.*5. Oſvvald. *d.cap.*6. *lit R. & K. & L.* & Petr. Fab. *lib.*3. *ſemeſt. cap.*8. *pag.*96. non debet ex fama pendere, ex qua nihil eſſe ſtatuendum, ait Tacit. *lib.*3.*annal.* & de ea adiicit Tertullian. *in Apolog. cap.*7. ne tunc cùm aliquid veri adfert,ſine mendacij vitio eſſe detrahens, adiiciens, demutans de veritate,cùm ea illi conditio ſit,vt non niſi cùm mentitur perſeueret, tandiuque viuere, quandiu non probat,ſi quidem vbi probauit, ceſſat eſſe. An verò famæ credat niſi inconſideratus, quia ſapiens non credit incerto.

10 Rurſus conſidero,quia cùm in noſtris iuribus infames à dignitatibus arceantur,qui ſunt infames infamia facti, non comprehenduntur, cùm ipſi non ſint prohibiti,*d.l.eos,*vbi fuſtibus cæſi ordine moti & relegati, licèt grauiſſimorum virorum opinione notentur infames, non reputantur ad hoc, vt ob infamiam ab honoribus arceantur.

Etſi ergo hæc Donelli opinio à me ſatis exornata ſit,adhuc tamen cum communi DD. affirmo admittendam eſſe infamiam facti, nam etſi verbis legum expreſſa non ſit, tamen hæc infamiæ ſpecies explodi non poteſt, cùm de ea multa iura pertractent. Neque inſolens eſt in iure nomina quæ à Iureconſultis omiſſa ſunt, à Doctoribus imponi,quando res ſpeciales habent effectus, & ita dicitur infamia quæ ex ſola facti improbitate oritur,ſupra quam lex nihil diſponit, quia ex euentu eſt æſtimanda, & eius circunſtantiis attentis, *argumento. l.quatenus* 24. *D.de reg.iur.* neque item adſtringitur certis regulis, vnde opponitur infamiæ iuris, non quòd ſit iuris effectu deſtituta, vt malè exiſtimauit Ant Fab. *in l.*4.§.4. *Digeſt.de his qui not. infam.* ſed quia certo iure non ſit definita, quemadmodum dicitur de actione in factum. 11

Quod certis iuribus ſtabilitur. *Primò ex l.*2. *D.de obſequiis,* ibi, *Licèt enim verbis edicti non habeantur infames, re tamen ipſa & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam.*Quæ verba ſine cauillatione progiunt aliam infamiam inueniri quæ cùm re ipſa dicatur incurri,nihil aliud eſt,quàm ipſo facto. *Secundò* expendo *l.* 2. *infr. de dignit.* vbi prior ſermo eſt de famoſis & notatis, id eſt, de infamibus infamia iuris, vt explicat, plura ad id adducens loca, Tiraquel *de nobilit.cap.*2. *num.* 38. *&* 39. & Oſvvald. *d. cap.*6. *lit.C.*& ante eos Lucas *in d.l.* 2. *num.* 1.Sequentia autem verba, [illegible]*ſcelus, aut vitæ turpitudo inquinat,* de alia infamia intelligi debent, ne aliàs eadem res ſæpiùs repeteretur. Hæc autem non poteſt eſſe infamia iuris, quia iam antea de ea egerat, ergo de infamia facti apertè loquitur lex illa, quam infamiam producit ſcelus & turpitudo vitæ, id eſt, factum turpe, quo à bonis viris ſegregatur, vt agnouit Accurſ. *ibi, verſ.item quod ſubiicit,* quem ſequuntur Plat. & reliqui. 12

*Tertio* id ſuadetur ex *l. cognitionem* 5. §. *minuitur. D.geſt. de extraordin. cognit.* vbi ſi quando minuitur exiſtimatio, eſt infamia, & hæc imminutio etiam ſine iuris auctoritate poteſt interuenire, neceſſe eſt vt dicamus aliam infamiam dari, quæ non ſit iuris. Quod ibi quoque expreſſè probatur, cùm non minus dicatur minui exiſtimatio, cùm in eam cauſam quis incidit, quæ edicto perpetuo notatur, quam quando ordine mouetur, vel fuſtibus cæditur, quæ diminutiones exiſtimationis à lege non notantur, *dicta l. eos leg. vnic. infr. de reis.* 13

*Quarto* facit *l. quæſitum* 13.*Digeſt. de teſtibus,* quo loci etſi calumniæ cauſa condemnatus, non excludatur à teſtimonio ferendo ex lege Rhemnia, adhuc tamen adiicit Papinian. Iudicem exiſtimare debere, an admittendus ſit. Quod non alia ratione dixit niſi quia judex debeat perpendere cauſam condemnationis, an ob eam malè audiat apud bonos & graues viros, nam infamia facti habet ſuos gradus pro grauitate & leuitate cauſæ, vt agnouit VVeſembec. *ad tit. de his qui notan. infam. num.* 2. *in fin.* & Freherus, quem ſequitur Oſvvald. *dict. lib.* 18. *cap.* 6. *lit. I. verſ. planè.* † Neque obſtat quod de vulgi opinione & famæ mendacio *ſuprà* ſcripſimus, nam ex eo non naſcitur infamia facti, ſed cùm quis malè audit apud bonos & graues viros, & hoc non propter falſam aliquam ſuſpicionem vt quandoque fit, quod verius dicetur infamatio ſed propter aliquod factum inhoneſtum, aut turpe, & bonis moribus contrarium, quod grauium virorum incorrupto judicio indecens videatur. Neque obſtant aliæ conſiderationes Donelli, quæ nihil vltrà concludunt, niſi notatos apud bonos & graues viros non eſſe infames 14 15

mes infamia iuris, quod non negamus, affirmamus verò aliam eſſe infamiam quæ ſeparata eſt ab illa, eamque dici facti.

16 Hac verò opinione ſtabilitâ de ratione neceſſe eſt vt deſpiciamus, quare infames ſiue infamia iuris, aut facti, ad honores aſcendere prohibeantur, quæ inueſtigatio difficilis ſanè eſt, & à noſtris anteceſſoribus Salmanticenſibus ſemper neglecta, vt mirer nullum ante me rationem noſtrorum iurium tradidiſſe. Eam eſſe ſuſpicor, quia dignitas cùm ſit iuxta Ciceron. *lib.2. de inuent.* honeſta, & cultu & honore & verecundia digna auctoritas, vel, vt Donell. *dict. lib.* 18. *cap.6.* dignitatis nomen latiùs accipit, eſt conditio perſonæ, quæ fiat non vt quis habeatur honore & reuerentia dignus, ſed ne habeatur indignus, qui infamis eſt, iam omni honore & reuerentia indignus eſt factus, & cùm honor ſit exhibitio alicui facta rei alicuius in recognitionem boni quod habet, talis exhibitio fieri non poteſt infamibus qui nihil habent quod dignum ſit cultu, imò ob ipſam infamiam abiecti ſunt, vt vilipenduntur. Quis enim coleret, aut quo cultu & reuerentia proſequeretur, à iure notatum, & pro turpi habitum, qui ſua turpitudine dignitates & honores fœ-
17 daret? *argumento l.2. ſup. ſi ſeruus, aut liber.* † Vnde repugnat infamem eſſe & habere dignitatem: nam infamia ab eo aufert & excludit honorem, *l. infamia* 8. *ſup. de decurion.* qui eſt dignitatis ſtatus illæſus, *dict. leg. cognitionum* §. 1. *Digeſt. de extr. cog.* & ſic illum non poteſt habere qui talem ſtatum per infamiam læſum habet, & non integrum *leg.3. infr. de re militar.* & ita repugnantia orieretur, nam ratione infamiæ non haberet honorem, & ratione digni-
18 tatis haberet. † Accedit quoque, quoniam honor non debet tribui vilibus, & indignis, ſed bene merentibus, vt Salluſtius ait *in Catilin. Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffrag.* §. *cos, iuncta l. ne quis* 18. *ſup. de decurion.* ibi, *Cùm vnumquemque criminoſum non dignitas debeat, ſed pœna comitari.* Cuius honoris infames facto turpi ſe reddiderunt indignos & incapaces, *l. Claudius* 13. *D. de his quibus vt indign. iuncta l. ſi furti* 8. ibi, *famæ damnum, C. ex quib. cau. infam.* dignitas autem in ſubiecto capace eſſe debet, *argumento leg.1. D de vſufruct. leg.* & eorum quæ notant DD. *leg. Barbarius, D. de offic. Prætoris,* & nos diximus *ad tit. ſupr. ſi ſeruus, aut libert.* capax verò non eſt, qui infamiæ pœna quaſi mortuus reputatur, vt iam dixi *ſup. num....* cùm ab honeſtorum hominum cœtu ſit ſegregatus, vt *in dict. leg. 2. de dignit.* neque in dignitatibus cùm eis poſſit participare, vt *hic l. 3. infr. de re milit.* nam pœna deteriorem facit conditionem eius, qui punitur, non meliorem qua ita deterrebuntur homines à maleficiis perpetrandis, iuxta ea, quæ eleganter, vt ſolet, tradit Dom. Solorzan. *lib.1. de parricid. cap.1.* & ego *lib.2. obſer. cap.4. ex num.1. cum ſeqq.*

19 Sed his omnibus quæ huc vſque cumulauimus, videtur aduerſari Papinian. *in l. ordine* 15. *D. ad municip.* vbi cùm aſſerat poſſe iudicem vel duriori pœna, vel mitiori Decurionem damnare, videtur apertè indicare infamiam non ex iuris auctoritate, vel facto turpi pendere, ſed ex ſententia Iudicis, vel mitiùs, vel duriùs iudicantis. Nam ſi duriori pœnà afficiatur damnatus, ignominia liberatur, quaſi tranſacto negotio, *leg. ad tempus* 5. *Digeſt. de decurion. leg. in ſeruorum* 10. §. *fin. Digeſt. de pœnis. l. quid ergo* 13. §. *pœna grauior. Digeſt. de his qui notan. infam. l.4. Cod. ex quibus cau. infam.* non tamen hoc erit ſi mitiori pœnâ affectus ſit, quia tunc infamia durat. Quod videtur eſſe diuerſum à ratione poſtea ſubiecta illic, *Cum facti quidem quæſtio ſit in poteſtate indicantium, iuris autem auctoritas non ſit,* ergo ille, qui grauiorem ſententiam patitur ob hoc quòd relegatur ad tempus quinquennij qui debuerit relegari in annum, ſi reuertatur inter infames, non habebitur, licèt actio ex qua damnatus ſit, eſſet famoſa, quia ſeueritas ſententiæ cum cæteris damnis tranſigere videtur, vt in dictis iuribus.

Vt hanc difficultatem diſſoluam, neceſſe eſt ſcire IC. non loqui de delictis qui lex nominatim infamat. 20
nam Decurio ob tale factum ordine motus etiam expleto relegationis tempore ordinem ſuum non recipit, cum adhuc remaneat infamis. *leg.3. Digeſt. de decurionib.* ratioque eſt, quia damnatio eſt iudicis, pœna autem eſt ipſius legis, *leg.1.* §. *quorum* 4. *D. ad SC. Turpillian.* Sed loqui de delictis, in quibus infamia non incurritur ipſo facto, crimine nempe commiſſo, ſed per ſententiam latam de eo crimine *l. infamem* 7. *Digeſt. de public. iudiciis. l.5. tit.6. pag.7.* tradit Sichard. *in l.3. Cod. ex quibus cauſ. infam. num.*14. Verbi gratia, ſi aliquis calumniæ cauſa accuſetur (calumniari eſt falſa crimina intendere, *dicta leg.1.* §. *calumniari. D. ad Turpillian.*) ad hoc vt infamiam incurrat, non ſufficit quod tale crimen commiſerit, ſed quòd à iudice calumniæ cauſa damnetur, *dict. l.1.* §. *quorum.* cum traditis à Molin. *d. tom.5. de iuſt. & iur. diſput.9.* † Vnde ſi in criminibus huius generis Iudex maiorem pœnam, quàm lex imponit, ſtatue- 21
rit, veluti ſi lex parte bonorum multet, Iudex autem ordine moueat ad tempus, vel releget, quæ pœna grauior eſt, tunc reus non notatur infamia, ob hoc quòd relegatur ad tempus, neque expleto tempore videtur eſſe infamis, quia cum reo videtur tranſactum de fama, quaſi tranſactio interuenerit, vt curia abiret illæſa exiſtimatione, *dict. leg. quid ergo* §. *pœna grauior, Digeſt. de his qui notan. d. leg. in ſeruorum* §. *fin. D. de pœnis,* & hoc eſt quod Papin. ſignificat illis verbis, *veluti tranſacto negotio* quæ explicant alia verba, *d. leg.4. C. ex quib. cau. infam.* illa nempe, *Quia ſeueritas ſententiæ cum cæteris damnis tranſigere videtur.* Quoniam alioqui ſententia non valeret, quæ legitimam pœnam egrederetur ſaltem in eo, in quo egrederetur ſaltem in eo in quo egrederetur. *dict. leg.1.* §. *quorum, ad Turpill.* Tranſigere autem dicitur index ſimilitudine tranſactionis, vt ait Donell. *dict. lib.18. cap.8. verſ. nondum.* Si verò pœnam minorem index imponat, non poteſt efficere vt damnatum non ſequatur infamia, vt in dictis iuribus. Quod ita intelligendum eſt, quando Iudex voluit minori pœna adiecta infamiam remittere, hoc etenim negat Papinianus, & in alia ſpecie concedit, quando ſcilicet maior fuit pœna, quàm legitima. † Rationem huius rei obſcurè tradit 22
Papinian. *in dict. l. ordine, cùm facti quidem quæſtio* (ait) *ſit in poteſtate iudicantis, iuris autem auctoritas non ſit,* quibus verbis docere voluit poſſe iudicem de crimine ita pronuntiare, vt iudicet admiſſum eſſe, vel non: at cùm ſemel pronuntiauit admiſſum delictum quod iure famoſum eſt, ſuccedere delicti pœnam, id eſt, infamiam, hanc autem pœnam non eſſe in poteſtate iudicantis, cùm proueniat à lege cuius auctoritas non poteſt eſſe in eius poteſtate, vt ſua ſententia legis auctoritatem infringat. Quæ ratio debet intelligi de eo iudice, qui leuiori pœna impoſita remittere voluit infamiam, non de eo, qui grauiori pœna remittit, quia eo caſu facit contra ius, qui pœnam à iure ſtatutam facto ſuo aut tollit in totum, vel minuit. Nam ſi lex voluit ea pœna ſatisfacere reipublicæ, delinquentemque emendare, & in eius perſona ſtatuere, quod cæteris exemplo ſit vt à delinquendo deterreantur, *l. ſi pœna* 20. *Digeſt. de pœnis. l. bona fides* 31. *D. depoſiti.* Hoc omne ſeruat Index qui pro infamia grauiorem

uiorem pœnam imponit, verùm cùm minor pœna
ſtatuitur ſententia, læditur ius ipſum, quod non eſt
23 in poteſtate judicantis, † qui non debet eſſe lege
clementior, vt ait Iuſtinian. *Nouell.* 82. *de judicib.*
§. *vt autem omnino*, & *leg.* 65. *Cod. Th. de hæretic.*
& *l.* 8. *C. ad leg. Iul. de vi pub.* & eleganter Sym-
mach *lib.* 10. *epiſt. fin.* ibi, *Alia eſt enim conditio*
*magiſtratuum, quorum corruptæ videntur eſſe ſententiæ*
*ſi ſint legibus mitiores: alia dominorum Principum po-*
*teſtas, quos decet acrimoniam ſeueri juris inflectere.* fa-
cit *l.* 14. *tit.* 26. *lib.* 8. *Recopil.* & quæ circa illam
quæſtionem tradunt Gutierr. *lib. quarto pp. quæſt.* 46.
Farinac. *de delict. & pœn. quæſt.* 17. *num.* 8. Boba-
dill. *lib. ſecundo polit. cap.* 21. *ex num.* 136. Cabre-
ros alios referens *de triplo cap.* 25. *num.* 1. & Bona-
cin. 2. *tom. circa* 8. *præc. Decal. diſput.* 10. *quæſt.* 2.
*punct.* 7. qui plures refert, an Iudex poſsit pœnam
24 à lege ſtatutam moderare? † Hanc *dict. l. ordine*, ex-
plicationem tradit. Donell. *d. lib.* 18. *comm. cap.* 8.
ſed ita vt ſolet fuſiſsimis verborum repetitionibus,
vt vix mens vno impetu eam capere equeat, è con-
tra autem Cuiac. *lib.* 1. *Reſp. Papin.* ita ſtrictè & obſ-
25 curè, vt clarior ſit ipſe Papinianus. † Neque huic
interpretationi negotium facit Macri reſponſum *in*
*leg. non poteſt* 63. *D. de furtis*, *iunct. l. Diuus* 40. *D. de*
*iniuriis*, vbi tradit Præſidem prouinciæ efficere non
poſſe vt furti damnatum non ſequatur infamia. Cu-
ius contrarium exiſtimauit Vlpian. *in dict. l. quid er-*
*go*, §. *pœna grauior*, *in fin.* Nam reſpondendum eſt
cum eodem Donello & Ant. Fab. *in dict.* §. *pœna*, ea
iura procedere in eo Iudice qui furti, aut iniuriarum
reum damnauit, neque amplius adiecit ad damna-
tionem, aut ſi adiecit, leuiorem pœnam contine-
bat, quo caſu ea remiſſione efficere non poteſt quo-
minus damnatus ſit infamis, veluti ſi dixit, quia
furtum feciſti, in duplum te, aut in quadruplum
condemno, ſic tamen vt ſalua ſit tua exiſtimatio.
Hac adiectione non liberabitur infamia, quia priùs
fuerat furti condemnatus. Verùm ſi grauiorem pœ-
nam irrogauit, tunc tranſigitur de infamia ſubro-
gata illa in pœnam infamiæ, ſi fuit corporalis, non
ſi pecuniaria, nam hæc non ſatisfacit Reipublicæ,
ſicut illa, atque ita ſi in cauſa furti non manifeſti
in quadruplum Iudex condemnauit, auxit pœ-
nam, ſed non ideo conſeruauit famam damnato.
*d.* §. *pœna grauior.*

26 Hinc inde infertur non ſolùm ex actu à lege
damnato & notato infamiam iuris incurri, verùm
etiam & ex Iudicis ſententia. Aliquando autem
nullâ expectatâ ſententiâ plures perſonæ legibus,
vel conſtitutionibus, aut ſenatuſconſultis notantur
in pluribus caſibus quos congerunt Donell. *dict.*
*lib.* 18. *cap.* 7. & *ibi.* Oſvvald. Molina *d. tom.* 5. *diſp.* 8.
& Pichard. *in dicto* §. *ex quibus dam. muner. vndeci-*
*mo de pœna temere litigan.* Farinac. *de teſt. d. qu.* 56.
*numer. quinto.* Quorum præcipuos ego in medium
proponam, & eos qui maiori explicatione indi-
27 gent. † In primis notatur mulier ſi intra annum
luctus nubat, vel pater, ſi eam in matrimonium
collocauerit. *leg. prim.* §. *qui eam*, *l. genero* 8. *D. de*
*his qui not. infr.* de quo caſu latè egimus *lib.* 1. *ob-*
*ſeru. cap.* 2. *toto*; & Thom. Sanchez *lib.* 7. *de matrim.*
*diſput.* 87. *num.* 3. Molin. *d. diſput.* 8. *num.* 2. & *ſeqq.*
28 † Notatur etiam qui lenocinium exercet, id eſt,
qui quæſtuaria mancipia, vel alias liberas perſo-
nas quæſtui ſubiecerit, *leg.* 1. *l.* 4. §. *ait prætor. Di-*
*geſt. de his qui not. infam. Auth. de lenonib. Nouell.*
*Theodoſij tit.* 18. *l. palàm* 43. §. *lenam. D. de ritu nupt.*
*l. g.* 1. *de extraordin. crimin. l.* 1. & 2. *tit.* 22. *p.* 7. cum
adductis ab Oſvvald. *dict. lib.* 18. *cap.* 7. *lit. B.* Mo-
lin. *ſup. num.* 9. & *tom.* 4. *diſp.* 97. *tot.* Peguera *deciſ.* 15.
Farinac. *de delict. carn. q.* 144. *tot.* Vela *de delictis*
*cap.* 20. Petr. Gregor. *lib.* 36. *ſyntag cap.* 11. Azeued. *in*
*l.* 2. *num.* 9. *tit.* 19. *lib.* 8. *Recop.* Did. Perez *in leg.* 2. *tit.* 14.
*lib.* 8. *ordinam.* conferque Valer. Maxim. *lib.* 7. *cap.* 7.
*in fin.* † Quod extendit IC Pomponius apud Vl- 29
pian. *in d. l.* 4. §. *Pomponius* 2. *de his qui notan.* vt etſi
in ſeruitute illud factum acciderit poſt libertatem
infamia duret, ſi videlicet ſeruus ordinarius pecu-
liares ſernas proſtituebat. Ratio eſt, quia quoad
delictorum pœnam attinet ſerui liberi cenſentur,
ſiquidem obligantur, *l. ſerui* 14. *D. de obligat. leg.* 4.
*C. an ſeruus pro ſuo facto*, iuncto Conan. *lib.* 2. *comm.*
*cap.* 3. *num.* 6. Reuard. *in l. quod attinet*, *D. de reg.*
*iur.* conducit Seneca *lib.* 3. *de beneficiis cap.* 20. † Et 30
licèt Pomponio videatur repugnare Seueri reſcri-
ptum *in l. Imperator* 24. *D. de his qui not. infam.*
relictis quæ tradunt relati ab Oſvvald. *dict. cap.* 7.
*lit. B.* loquitur de ancilla quæ ipſa meretrix erat, &
ſuo corpore quæſtum faciebat, cuius factum non
ita notauit Prætor, ſicut lenocinium, quod grauius
eſt delictum, *d. auth. de lenonib. in princ.* vt poſt Ac-
curſ. & Caſtren. docent relati à Farinac. *in prælud.*
Peguer. *d. deciſ.* 15. *num.* 1. & 15. Ratio dubitandi
fuit, quia ſi mulier libera eſſet, & palam quæſtum
faceret, infamiâ notabatur, *dict. l. palam* 43. *in princ.*
& §§. *ſequentib. de ritu nupt. l.* 3. § *lege Iulia*, *de teſti-*
*bus*, iuncto Senec. *libro* 2. *controuerſ.* 15. & iis quæ
de meretricibus ſcribunt Oſvvald. *d. cap.* 7. *lit. H.*
Martin de Roa *lib.* 4. *ſingular. cap.* 10. & *lib.* 3. *cap.* 12.
Dorleans *ad Tacit. lib.* 2. *ann. pag.* 314. At verò le-
nocinium & quæſtum facere æquiparantur, *in dict.*
*leg. palam*, §. *lenocinium* 4. & ob id iure Digeſto-
rum vtrique crimini eadem pœna datur, *l. mariti*
*lenocinium* 29. §. *qui quæſtum*, vbi Accurſ. *verb.*
*plectitur. D. ad leg. Iul. de adulter.* notátque Farin.
*dict. q.* 144. *in prælud. numero* 5. & mulier quæ deſiit
quæſtum facere, adhuc infamis eſt *in dict. leg. pa-*
*lam* §. *non ſolùm.* † Sed adhuc ſupradictæ difficul- 31
tati reſpondendum eſt ex reſcripto Seueri, illud in
ancilla meretrice non habuiſſe locum. Cuius rei
cauſam nullus (quod ſciam) veram tradidit. Nam
Anton. Fab. *in rational. ad dicta iura*, rem genera-
lius tractauit, quàm neceſſariũ erat in ea difficultate,
& diuinatoria eſt aſſertio Fornerij & Freheri, quos
laudat & ſequitur Oſvvald. *d. lit. B.* qui dicebant
*in d. l. Imperator*, ancillam imperio lenonis coa-
ctam fuiſſe. Quod non niſi ariolus affirmabit. † 32
Ego autem cogitabam eam eſſe rationem, quòd
etſi quoad infamiam contrahendam tam lenoci-
nium, quàm quæſtus turpis æquiparentur, tamen
in meretrice ancilla locum non habuit poſt liber-
tatem infamia, cuius conditio, etſi ignominioſa
eſſet, non ita legibus odio fuit habita, ſicut lenoci-
nium, quod in totum ſemper fuit prohibitum,
non verò quæſtum facere, ſiquidem meretrices,
quamuis turpes, in ciuitate retinentur, & à lege
quaſi conniuentibus oculis permittuntur, *cap. duo*
*mala*, *cap. nerui* 13. *diſt. notat. gloſ. in cap. inter ope-*
*ra de ſponſalib.* per textum *ibi.* & Corraſius *lib.* 1. *miſ-*
*cell. cap.* 3. *num.* 32. & plures relati à Cenedo *col-*
*lect.* 140. *ad Decretal. num.* 2. etſi grauiſſimi viri
tenuerint arcenda eſſe lupanaria à Republica Chri-
ſtiana, vt docet Mariana *de ſpectaculis cap.* 16. &
*ſeq.* idque apud Romanos clariùs obtinuit, apud
quos cuiuis fœminæ licitum fuit corpus euulgare
modò apud ædiles id profiteretur, vt docemur
auctoritate Cornel. Tacit. *lib.* 2. *annal. circa fin.*
illic, *Eodem anno grauibus ſenatus decretis libido fœ-*
*minarum coërcita, cautumque ne quæſtum corpore face-*
*ret, cui auus, aut pater, aut maritus eques Romanus fuiſ-*
*ſet. Nam Viſtilia prætoria familia genita licentiam*
*ſtupri apud Ædiles vulgauerat more inter veteres re-*
*cepto, qui ſatis pœnarum aduerſum impudicas in ipſa*
*profeſſione*

*profeſſione flagitij credebatur.* cui conjuge Sueton. *in Tiber. cap.* 35. Tertull. *de pallio cap. quarto* obſeruant Cujac. *Nouell.* 14. *& lib. ſecundo Papin. de adulter. in l. mater* 10. *§. fin. D. ad l. Iul. de adult.* Iuſt. Lipſ. & Dorleans *ad Tacit. vbi ſup.* At lenocinium vtpote horribilius & grauius crimen, legibúſque odioſiſsimum, non mirum ſi grauiori infamiâ notetur, ſiquidem illud crimen eſt non quæſtum facere, *leg. quarta §. ſed quod meretrici. Digeſt. de condit. ob turp. cauſ.* cum adductis à Couarr. *in reg. peccatum* 2. *p. §.* 2. *tot* Sarmient. *lib.* 6. *ſelect. cap. octauo* Gutier. *libro ſecundo can. qu. c.* 10. & Oſvvald. *lib.* 14. *Donell. cap.* 25. *lit. F.* & ſic poſtquam ancilla in libertatem producta eſt, non afficitur illa infamia, vt *in d. l. Imperator.*

33 Infamia quoque notantur qui artis ludicræ pronunciandive cauſa in ſcenam prodierit quæſtum inde facturus, *leg.* 1. *l.* 2. *§. fin. Digeſt. de his qui not. infam. l. lege Iulia* 44. *§. an & is, de ritu nupt. l. quadam* 14. *D. de pœnis. l. penul. C. ex quibus cauſ. infam. l. imperialis* 23. *§. primo Cod. de nupt. leg.* 4. *infr. de ſpectacul.* Caſsiodor. *lib.* 7. *epiſt.* 10. comprobatque grauiter Tertullian. *de ſpectacul. cap.* 22. ita vt ſolet inquiens, *Etenim ipſi auctores ſpectaculorum quadrigarios, ſcenicos, xyſticos, arenarios illos amantiſſimos, quibus viles animas fœminæ, aut illi etiam corpora ſua ſubſternunt, propter quos in ea committunt quæ reprehendunt ex eadem parte, quàm magni faciunt, deponunt, imò manifeſtè damnant ignominia & capitis minutione arcentes curia, roſtris, ſenatu, equite cæteriſque honoribus omnibus ſimul ac ornamentis. Quibus quanta peruerſitas amant quos multant, depretiant quos probant, artem magnificant, artificem notant.* Confert quoque Sueton. *in Tiber. cap.* 35. D. Auguſt. *libro ſecundo de ciuitate Dei, cap.* 13. *&* 14. Arnob. *contra gen. libro ſeptimo* Alex. ab Alexand. *lib.* 3. *genial. cap.* 9. vbi Tiraquell. P. Gregor. *lib.* 30 *ſyntag. cap.* 5. *ex numer. primo* Tiraquell. *de nobil. cap.* 34. *ex numer.* 6. P. Fab. *libro primo ſemeſt. cap.* 20. *& lib. ſecundo cap.* 12. Pamel. *ad Tertull. ſup. num.* 172. *& ſequen.* Renuar. *lib.* 3. *var. cap.* 11. Beroal. *ad Sueton. in Caligula cap.* 11. Buleng. *lib. primo de Theatro cap.* 50. *& ſequent.* Dorleans *ad Tacit. libro primo annal. pag.* 168. ad illud, *Caſſium quemdam mimum corpore infamem. & pag.* 181. ad illud, *ne domos Pantomimorum*, & alij relati à Cenedo *collect.* 41. *ad Decretum num. primo* & Oſvvaldo *dict. cap. ſeptimo lit. A.* Marian. *de ſpectacul. cap.* 10 & à me *lib. tertio obſer. cap.* 5 *num.* 8

34 † *Scena* autem fuit ea theatri pars aulæis tecta, vbi degebant hiſtriones, ſiue ſcenici comœdiam acturi, vt latè tradunt Roſin. *lib. quinto antiq. cap.* 4. Mariana *vbi proximè c.* 3. Buleng. *de theatro lib. primo cap.* 19. *&* 20. & ante eos Alex. ab Alex. *lib.* 5 *genial. cap.* 16. & Lucas de Penna *in dict. l.* 4 *infr. de ſpectacul.* In ſcenam prodire plenius diffiniuit Labeo *in d. leg. ſecunda §. fin. de his qui notant.* locum nempe illum, in quo ſpectaculi cauſa concurrunt homines vt hiſtrionem, vel ſcenicum ſpectaculum ſui præbentem vident. Quod eleganter quoque comprobatur ex Æmil. Probo *de vita Imperator. in princ.* qui de Græcis agens, ait, *In ſcenam vero prodire, & populo eſſe ſpectaculo, nemini in eiſdem gentibus fuit turpitudini.* Quæ omnia apud nos partim *infamia*, *partim hu-*

35 *milia atque ab honeſtate remota ponuntur.* † Hos ergo qui in ſcenam quæſtus gratiâ prodibant, famoſos eſſe ea ratio ſuaſit, quoniam adeo res obſcœnas & turpes hiſtriones, aut ſcenici peragebant, vt vix quiſque honeſtus ſpectare poſsit, adeóque turpitudo eorum actuum inualuit, vt Auctores omnes tam ſacri, quàm profani ſpurcitiem & obſcœnitatem ſcenæ exagitauerint, vt latiùs obſeruaui *libro.* 3 *mearum obſeru. cap.* 5 *numer.* 7 *&* 22. *cum ſeq.* & copioſè Marian. *ſup. c.* 12. *& ſeq.* Buleng. *de theatro libro primo cap.* 50. Bobadill. *lib.* 5 *polit. cap.* 4 *numer.* 24. & Pantoia *in leg.* 2. *de aleatorib. verb. ſaliendo, ex num. quinto* Vnde cum artem ludicram exercere, ſcenámque totam probro ducerent Romani genus id hominum honore ciuium debere carere rectè exiſtimarunt, vt ait D. Auguſt. *libro ſecundo de ciuitate cap.* 17. quem ſequitur Marian. *de ſpectacul. cap.* 10. nam & ſeruus corrumpi credebatur, ſi nimius eſſet ſpectaculis, *leg. prima §. fin. Digeſt. de ſeruo corrup.* & ſacris arcebatur hiſtrio. Valer. Max. *lib. primo c.* 2. † Quapro-

pter meritò Clericum ab huiuſmodi officio remo- 36
tum eſſe debere conſtituit Bonifac. *in cap. vnic. de vita & honeſt. cler.* ita vt ſi ter admonitus ab ea arte non receſſerit priuilegio clericali priuetur, tradit Cened. *collect.* 37. *ad Decretum num.* 20. & alios laudans Bobadill. *lib.* 2. *pol. cap.* 18. *num.* 94. Et quamuis Alber. Gentilis *de actorib. fabul. cap.* 14. *ad fin.* velit non eſſe in vſu receptum, vt huiuſmodi hiſtriones inter infames habeantur, quod multo conuenientius noſtris hiſtrionibus competeret, cùm in comœdiis nulla laſciuia, neque impudicitia permittatur, imò ita ab omni luxuria in honeſtate comœdiæ vacant, vt omni grauitate, decore, pudore pleni ſint, tamen cùm hiſtriones quæſtus gratia ſpectaculum ſui præbeant, infames reputabuntur, *dict. l.* 2. *Digeſt. de his qui not. leg.* 5. *tit.* 7. *p.* 6. vbi Gregor. *gloſ.* 1. *l.* 4. *tit.* 6. *part.* 7. notant Tiraquell. *de nobil. cap.* 34. *num.* 53. & Molin. *de iuſt.*

*tom.* 5. *diſp.* 8. *num.* 10. † Aduertendum tamen eſt 37
apud nos ita amatos hiſtriones, vt omnes ſiue nobiles, ſiue plebeij, eos ambiant, comitentur, ſequantur, ita vt timeam iterum eſſe ſuſcitandum Senatuſconſultum, cuius meminit Tacit. *lib.* 4. *annal.* quo omnes pulſi tum Italia, tantus enim erat hiſtrionum comitatus, vt non modò viri, ſed & fœminæ, Equites, Patritij, Senatores eos ambirent, vt eleganter probat, & doctè Dorleans *in loc. Tacit.* adductum *pag.* 453.

Excipiuntur ab huiuſmodi infamia *in leg.* 4. *in* 38
*princ. Digeſt. de his qui notan.* Athletæ, Thymelici, Xyſtici & agitatores, & qui aquam equis ſpargunt, & qui in ſacris certaminibus deſeruiunt qui omnes ignominioſi non ſunt, imò ab huiuſmodi ludis arcebantur infames, vt docent P. Fab. *lib.* 3. *agoniſt. cap.* 8. & Pantoja *in dict. leg.* 2. *verb. pugnando num.* 34. *de aleator* Athletæ qui fuerint, iam abundè dictum eſt

*ſup. in l. vn. de athletis.* † Thymelici (quorum mentio 39
eſt *in l. Sepitia* 10. *D. de pollicitat.* *Nou.* 105. *de Conſul. in princ. l.* 4. *C. Th. de ſpectac. l.* 5. *C. Th. de ſcenicis. l.* 2. *C. Th. de piſtorib. l.* 21 *&* 22. *C. Th. de diuerſ. officijs & appar.*) illi ſunt, teſte Scaligero, relato ab Oſvval. *d. lit. A.* & Cuiac. *in l.* 4. *infr. de ſpectacul.* qui modulos in fabularũ actionibus faciebant. Verũ hos infames fuiſſe rectè exiſtimant Oſvval. & Buleng. *de theatro lib.* 2. *c.* 2. cùm ſocij eſſent hiſtrionum, & quæſtus gratia in ſcenam prodirent, & ita eos damnat D. Baſilius *in ſermone de legend. libr. Gentil.* & Saluian. *lib.* 6. *de guber. Dei.* cõferunt quæ de theatrali muſica refert Ma-

rian. *de ſpectacul. cap.* 11. † Quare dic intelligendum 40
eſſe IC. *in dict. lib.* 4. de Muſicis agonibus, id eſt, de illis, qui in agone de muſica decertabant, quibus ſicut athletis præmia & honores conſtituebantur, vt videre eſt ex Tacito *lib.* 14. *& libro* 5. *annal.* vbi de Neronis ſtudio ſcenas frequentandi, & ex Philoſtrat. *libro quarto de vita Apoll. cap.* 1. & Sueton. *in eo c.* 12. 21. *&* 23. de quo certamine videndi Petr. Fab. *libro primo agoniſt. cap.* 4. *&* 25. *& lib.* 2. *cap.* 14. *&* 15. & Buleng. *de theatro libro* 2. *cap.* 1. *cum ſeqq.* & hoc in ſenſu Thymelicos intellexit Alex. ab Alex. *lib.* 3. *genial. cap.* 9. & eo non relato Oſvval. *d. lit. A.*

Addidit quoque *dict. l.* 4. vt infames non eſſent 41

Xyſtici ( ita ſcribi debet, non vt in vulgatis exuſtici. ) qui nomen traxerunt à ξυςὸς Græcâ voce, qua ſignificabantur porticus tecti, vbi athletæ per hyemem, aut ætatem tempore alieno à luctationibus ſeſe exercebant, vt obſeruant Mercurial. libro 1. de arte gymnaſt. cap. 9. Gothofred. in d. l. 4. de his qui notan. Schard. & omnes de verb. iur. Xyſtos & Xiſtici. Cotta in memorab. eod. verb. & Pancirol. lib. 1. var. cap. 46. & Petr. Fab. lib. 2. agoniſt. cap. 16. & ita Xyſtici ſunt athletæ, qui haſtis præcipuè depugnabant, vel qui in theatrum prodibant depugnaturi, quod quia virtutis gratia fiebat, non erant infames.

42 In horum quoque numero ponuntur Agitatores in dict. l. 4. de his qui not. qui erant, qui in ludis Circenſibus currus gubernabant, & aurigæ erant, quorum proprium verbum agitare, leg. fin. Cod. de maleficiis. Lamprid. in Commod. ſic agitandi munus in l. 2. infr. de ſpectacul. l. 7. Cod. Theod. de ſcenicis, & paſſim Auctores claſſici hoc verbo currentes in Circo deſignant, quia verberibus equi agebantur, notant Iuretus ad Symmach. libro primo miſcell. epiſt. 26. in fin. Petr. Fab. lib. 1. ſemeſt. cap. 20. ad fin. Reuar. lib. 5. var. cap. 14. Buleng. de Circo cap. 49. & Pantoia in l. fin. C. de aleatorib. verb. preterea verò, num. 50. Nec immeritò ab infamia liberantur, cùm aliquando Equites Romani Senatores & ipſi Principes currus agitauerint, vt ex Zonara & Cedreno probat Bulenger d. cap. 49. & ideò non quæſtus gratiâ fiebat, ſed ob præmium & victoriam d. l. 4. de his qui not.

43 His obſtare videtur l. 4. infr. de ſpectaculis. vbi agitator turpis perſona & infamis cenſetur, ne immeritò cùm plerumque fuerint ſerui & libertini tales agitatores, vt conſtat ex Dione in Hadrian. Tertullian. de ſpectacul. c. 22. & innuere videtur Conſultus in leg. Titius 43. ff. de action. empti. Hanc difficultatem diſſoluere tentant Cuiac. in dict. leg. 4. Petr. Fab. dict. c. 20. Ant. Fab. in rat. ad dict. leg. 4. de his qui notan Buleng. dict c. 49. Dorleans ad Tacit. lib. 1. ann. pag. 169. & Oſvvald. ſup. qui aiunt hos agitatores non eſſe infames, ſed viles & abiectos, quia vilia iſta & ab honeſtate propemodum remota miniſteria atque artificia profitentur, & ſic non vſque adeò vacuos eſſe nota & macula, & ob id in d. l. 4. de ſpect. dicuntur inhoneſtæ perſonæ. Quemadmodum qui ſunt ex vltimis negotiatoribus & abiectis officiis, l. ne quis 6. infr. de dignitat. Quare Notatorum vocem in l. 2. infr. de dign. exponunt in dict. l. 4. vt etſi non ad athletas referatur, cùm ipſi coronentur, vt dixi in leg. vn. ſup. de athlet. reſpiciat tamen quadrigarios ſiue agitatores cæteraſque huiuſmodi humiles perſonas.

44 Verùm hæc interpretatio mihi aliena videtur à veritate, quia expreſsè Vlpian. in d. l. 4. de his qui not. agitatores infames eſſe negat, cum Imperatores in dict. leg. viles & honeſtos vocauerint. Quamobrem Cuiac. ſup. expreſſam antinomiam fatetur inter ea iura. Nam non poſſum intelligere quomodo aliquis vilis ſit, & non infamis, cùm vilis minutam habeat exiſtimationē, d. l. cognitionum 5. § minuitur. ff. de extr. cognit. & à dignitatibus repellatur in d. l. ne quis 6. inf. de dignit. & inhoneſtæ perſonæ vix intelligi poſſunt niſi infames, argumento l. 2. § ignominia. v. eſt honeſta, iuncto v. ignominioſa ff. de his qui notan. infam. l. eos 12. ff. de decurion. l. imperialis 23. § 1. C. de nuptiis. †

45 Quare alij reſpondent in d. iurib. eos tantùm agitatores notari infamiâ, qui quæſtus gratiâ in certamina prodibant, iuxta leg. 2. in fin. ff. de his qui not. & Theophili auctoritatem qui agitatorem inter famoſas perſonas enumerat, non verò eos, qui magis virtutis & victoriæ cauſa in his ludis ingrediuntur, de quibus in d. l. 4. ff de his qui not. Quod probatur ex l. plenum 12. § equitij ff. de vſu & habit. vbi probatur quæſtus de his certaminibus percipi ſolere, cùm ſi equitij vſus legatus ſit, non poterit ſi auriga erat legatarius equis illis in Circenſibus ludis vti, quia quaſi locare eos videatur ſi ipſe operas ſuas ad id locauerit, ita aduertunt Reuar. lib. 5. var cap. 14. & Pantoia in d. l. fin. C. de aleatorib. verb. præterea num. 33.

46 † Quæ interpretatio ſuperiore peior videtur, nam perſpicua eſt d. l. 4. dum eos ab infamia liberat, neque minimè fit diſtinctio, an quæſtus gratia, vel ob virtutem in certamen deſcendant. Neque ei fauet d. § equitij ex quo non conſtat quod Reuard. intendit, aliud eſt enim ſe locare ad hunc ludum, aliud equos locare, quia agitatores omnes tam diuites non erant vt quadrigas & equos omnes haberent, & ſcimus equos publicos fuiſſe, quibus aurigæ vtebantur l. quiſquis 3. infr. de ſpectacul. l. 6. C. Th. de ſcenicis, & obſeruat Buleng. de Circo c. 50.

47 Quare in hac difficultate exiſtimo in d. l. 4. inf. de ſpectacul. non tractari de agitatore ludorum Circenſium, ſicut in d. l. 4. de his qui not. ſed de mimo, aut pantomimo, quem appoſitiuè agitatorem vocauit, id eſt, in ſcena pronuntiantem, ( & ob id actores dicti ſunt in l. 6. § irritum, ff. de iniuſto rupto, vt animaduerti lib. 3. obſeru. c. 5. c. 9. ) Id probatur, quia agitatores curruum ſolebant ſtatua decorari, vt ex Plinio conſtat lib. 34. c. 5. & obſeruat Petr. Fab. lib. 2. agoniſtic. c. 20. at hiſtrionibus tantùm pictura data, vt in d. l. 4. ibi, Pictura pantomimum veſte humili & rugoſis ſinibus. Quaſi dicant Imperatores pantomimum non eſſe pingendum veſte humili, quales fuerunt veſtes hiſtrionum plerumque pannoſæ, vt ex Luciano docet Coluius ad Apuleium apolog. 1. ibi, mimo centumculo, & Buleng. lib. 1. de theatro c. 57. Neque item pingendum eſſe rugoſis ſinibus tanquam recitantem, ampla ſcilicet veſte, quali vtebantur cùm agebant, ſeu pronuntiabant in theatro tragœdi, quæ veſtis dicebatur ſyrma, erátque oblonga nimis, & ampla, ſinnoſáque, & ſolum verrebat, vt animaduertunt Doctiſſimus D. Laurent. Ramirez ad Mart. lib. 4. epig. 49. & Bulenger. d. c. 57. cui propter amplitudinem rugæ erant & ſinus. Prudent. in Pſichomachia verſ. 362.

*Vt tener inceſſus veſtigia ſyrmate verrat.*
*Sericáque in fractis fruitent vt pallia membris.*

& Sidonius carm. 15.

*Criſpato rigidæ crepitant in ſyrmate rugæ,*

& lib. 8. epiſt. 11.

*Et rugas tibi ſyrmatis profundi.*

De ſinibus latè egi lib. 3. obſeru. cap. 4. num. 49. Proſcenium in d. l. 4. locus erat patens & liber in fronte ſcenæ, in quo actores hiſtrioniam agebant, de differentia mimi & pantomimi & hiſtrionum, vide Demſter. lib. 5. Roſin. antiq. c. 6. Salmaſ. ad Vopiſ. pag. 496. & quæ dixi lib. 3. obſ. cap. 5. num 8. & 9. ad interpoſitionem leg. Titius 43. § fi. de action. empt. & l. 6. § irritum, de iniuſto rup.

48 Liberantur etiam ab infamia in d. l. 4. de his qui notan. illi qui aquam equis ſpargunt. Qui autem iſti fuerint, adhuc in obſcuro eſt, ita vt difficillimum hunc locum cenſeant relati ab Oſvvald. dict. lit. A. Pancirol. d. libro 1. var. cap. 46. ad fin. Gothofred. in d. l. 4. Bulenger. de Circo cap. 31. Pantoia in d. l. fin. C. de aleator. verb. præterea, num 34. & Roa lib. 6. ſingul. cap. 7. Qui iam in hanc, iam in illam interpretationem inclinant, & tandem dicunt eos eſſe qui equos curſu incaleſcentes frigida aqua perfundebant, & refocillabant, quod equidem rectè reprehendit Pantoia ſup. in margine, cenſens cùm Pancirolo in ludis Circenſibus magicis & veneficis imprecationibus, equorum velocitatem fuiſſe retardatam ( vt videre eſt ex Caſſiodor

ſiodor. *lib.3. epiſt.51. & l.fin. C.de maleficis.* D. Hieꝛnymo *in vita D. Hilarionis.* D.Auguſt. *lib.4. confeſſ. c.2.* Arnob. *lib.1. con tragent.* Ammiano *lib.26.*& notat Iuret. *ad Symm. lib.4. epiſt.60.* Caſaubon. *in not. ad Vopiſc. in Tyrann.pag.249.*) & aquæ adſperſione liberari. Quod mihi non ſatis probatur, nam etſi certum ſit antiquos veneficiis equos retardaſſe, non tamen certum eſt aquæ adſperſionem veneficia diſſoluiſſe. Neque ad rem facit D.Hieronymi locus.Nam Diuus Hilarion qui ſcyphum ſuum aquæ plenum dedit,vt ille Italicus equos ſuos aſpergeret, & liberarentur, ita ab incantatione qua eorum velocitas tardabatur, hoc prouenit, vel quia aqua erat benedicta, vel ex ſanctitate Hilarionis,aliàs enim ſi aqua ad id ſufficeret naturaliter, non erat neceſſarium

49 miraculum illius ſanctiſſimi viri. † Verius arbitror poſſe interpretari ea verba de iis, qui aquam ſpargebant, & Circi solùm irrigabant, vt ab calore refrigeraretur,vt docemur ex Frontino *de aquaductibus* vbi ait, *Quantopere cura eſſet ne quis violaret ductus, aquamve non conceſſam deriuare auderet, cùm ex multis apparere poteſt, tum ex hoc quòd Circus, maximus ne diebus quidem ludorum Circenſium, niſi Ædilium,aut Cenſorum permiſſu, irrigabatur.* Ratio dubitandi eſſe potuit quòd hoc miniſterium magis ob quæſtum, quam ob aliam cauſam exerceretur, & ſic infame videbatur ex iis, quæ *ſuprà* tradidimus. Cui ſatisfieri poteſt omnia miniſteria ſacrorum (vt ipſi vocabant Romani) certaminum eo fuiſſe fauore digna, vt ignominioſi non cenſerentur, qui ea exercerent, iuxta ea quæ ſcripſimus *in tit ſup.de athletis,n....* poſt Petr. Fab. *lib.3.agoniſt.c.29.*

50 Iure ciuili notantur etiam infamia qui operas ſuas vt cum beſtiis depugnaret locauit, *l.1. §. remouet 6. verſ. qui operas, ff. de poſtuland. l.3. §. lege Iulia,de teſtibus, l.1. § qui operas, ff.ad Turpill.leg.47.tit.6.part. 1.l.4. tit.6.part.3.* nam vitam & ſanguinem promercalem habuit, & eo ipſo videtur ſe capitali ſcelere damnatis coniungere, & damnare capitis ſupplicio, docet Petr.Fab. *lib.2.ſemeſt. cap.12.* Oſvvald. *lib.18.cap.3. lit. B.B.* Buleng. *de venatione cap.38.*dixi, *in leg. venatoribus ſup. de excuſat. muner.* Si tamen non ob id, ſed virtutis gratia in arenam deſcendebant,infames non erant, *d.§. remouet*, & ideò ius faciendi teſtamenti & ius legitimæ ſucceſſionis non amittebant. *leg. in arenam 11. C. de inoffic. teſtam.iuncta leg.ſi quis mihi 25. §. ſi quis planè 3.ff.de adq. hæred.* tradit Faber. *d. cap 12. in fin.* Videſis quæ latè ſcripſimus *in d.l.venatoribus.*

51 Denique ipſo iure notantur milites ab exercitu ignominiæ cauſa dimiſſi, *l.milites 13. §.miſſionum ff. de re milit.l.2. in princ.ff.de his qui notant. leg.4. tit. 6.part.7.* tradit Petr.Gregor. *lib.19. ſyntag. cap.4.n. 3.* Petr.Faber.*lib.1.ſemeſt.cap.17.*alios refert Oſvvald. *dict.lib.18. Don.cap.8. lit.P & ſeq.*qui diſſoluunt contrarietatem inter *dict. §. miſſionum, & d.l.2. §. ignominiæ, & l.4. §. non omnis, verſ ſic exauctoratus. ff. de re milit.*vt *d.§ miſſionum* loquatur de exauctoratione,in qua non erat neceſſarium addere miſſum fuiſſe ignominiæ cauſa. At *d. §. ignominiæ* de ignominioſa miſſione, in qua quia non vera erat exauctoratio, neceſſarium fuit exprimere ignominiæ cauſa dimitti, vide Lipſ. *de milit. Rom. lib.5.dial.19.*& Valtrin. *lib.6. de re milit. cap.8.* † Eamdem infamiam incur-

52 runt improbum fœnus exercentes, id eſt,qui vſurarum nomine amplius exigunt, quam per modum legibus ſtatutum,licèt *l. improbum 20. C. ex quib. cau. infam.l.eos 26.§.1.C.de vſuris,* docent relati ab Oſvvald. *d.cap.7. lit.L.* Couar. *lib.3. var.cap.3. num.2.* & laudati à D.Ioanne Vela *de delictis,cap.fin.n.6.* † Af-

53 ficiuntur etiam infamia filij hæreticorum, & perduellionis damnatorum, & reliqui id generis homi-

num,de quo articulo latè & vtiliter ſcripſerunt noſtrates, quos referunt Azeued. *in d.l.3. tit.3.* per tex. *ibi lib.8. Recop. numer.32. & ſeq.* & Sanchez *lib.2. in præcep. Decalog.cap.28. toto & ſeq.* & Sanchez *lib. 2. in præcep. Decalog. cap.28. toto & ſeqq.* qui quid iure noſtro regio obtineat latè proſequuntur, & in aliis ſimilibus articulis Additionatores Molinæ *l.4. de primog.c.11. num.50.* Sed an ſit neceſſaria ſententia, tradit Valenſuel. *in l. familia 8. ſup. de decurion.* neceſſariam eſſe, iuxta ea, quæ diximus *in l.fin.ſup. de iure fiſc.* niſi in grauiſſimis caſibus, ex *leg.7. tit.6. part.7.* vbi Greg. ex illis verbis, *deben las perder luego que fueren probados por tales.*

Solet etiam contrahi infamia per ſententiam Iu- 54
dicis ex iudiciis famoſis, quæ aut ſunt ciuilia, aut criminalia. Iudicia ciuilia partim conſtant ex delicto, partim ex contractu. Ex delicto ſunt ſeptem, ſcilicet furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, expilatæ hæreditatis, ſepulchri violati, & quando mulier per calumniam ventris nomine in poſſeſſionem bonorum miſſa ſit, *leg.1.verſ. qui furti, leg.4. §. fin. l. notatur 15. ff. de his qui not. leg.ſi furti 8. l. iniuriarum 10. l. ſi te 12. C. ex quib. cauſ. infam. leg.1. ff.de ſepulch. vio. §. ex quibuſdam. Inſt.de pœna temere litig.* vbi Pichard. *numer.13.* Donel *dict. lib.18. cap.8.* vbi Oſvvald. & Molin. *d. tom.5. diſp. 9.* Ex contractu verò iudicia ciuilia ſunt famoſa quando aliquis damnatur quatuor ex cauſis, pro ſocio,tutelæ,mandati,depoſiti,quas comprehendit Prætor *in l.1. verſ.pro ſocio, ff. de his qui not. leg.8. tit.3. part.5 leg.5. tit.6. part.7.* Quod intellige ſi aliquis damnetur ſuo nomine, nam tutor, curator, aut procurator,dum dominum defendunt, ex his cauſis eo nomine damnati infames non fiunt. Neque hæres ſi conuentus ex dolo defuncti damnetur,*l.furti 6.§.1.& §.mandati ff.de his qui not.l.Sabinus 29.ff. de dolo malo* docent Bar.& reliqui *ibidem*,& Donell.*d.cap.8.*

Secundò requiritur vt infamia locum habeat quòd 55
iudicio directo damnatus ſit,vt *in d.l.furti,§.fin.*Contrarium iudicium eſt quando experitur is qui mandatum,vel depoſitum ſuſcepit, aut tutelam aduerſus dominum, *l.ſi verò 12.§.contrario, ff.mandati,* & ratio eſt,nam in contrario iudicio non agitur de fide rupta & de perfidia, ſed de calculo, id eſt, de eo quod aduerſario propter ſuſceptum officium abeſt,*d.l furti §.fin.d.l.Sabinus,leg.ei apud 5.ff.depoſiti*(*Calculum* ideò eam pecuniam vocant Conſulti, quia quantum id ſit quod viciſſim debetur, ſubiecta calculo & poſita ratione accepti & expenſi cognoſcitur) ſed hoc non habet locum in actione pro ſocio, nam ea ab omnibus ſociis vtrimque eſt directa,*d.§. ex quibuſdã, Inſt. de pœna temer lit.*eoque & quilibet ex ſociis eo iudicio damnatus ignominiâ notatur, tradunt Donell.*d. c.8.* & *ibi* Oſvvald. alios allegans, & Molin. *d. diſp. 9.num.21.& ſeq.* Quæ omnia in ſupradictis iudiciis admittenda ſunt, quando ob dolum in eis admiſſum damnatus aliquis fuerit, non propter culpam, nam ob eam damnatus exiſtimationem ſaluam retinet, vt latè probat ex Accurſij ſententia Donel. *ſup.verſ.tertia conditio,*& contra Cuiac. defendit Oſvvald *ibi lit. K.* qui etiam tradunt quare in his iudiciis incurratur infamia, non in aliis.

Ex iudiciis criminalibus & infamia contrahitur, 56
quando crimen publici iudicij eſt,ſeu publici iudicij cauſam habet,*l.1. de publ. iuncta l.infamem 7. eod. d.l.1. verſ. & qui in iudicio ff.de his qui not. l.4. ff. de præuaricator.l.Spurij 6.§. qui iudicij ff. de decurion,* Vel ſi damnatus ſit quis ex his criminibus, quæ in publico iudicio admiſſa ſunt, tametſi ipſa publica non ſint. Cuius generis ſunt hæc tria crimina, calumnia, præuaricatio, tergiuerſatio, quorum naturam demonſtrant. ICC. *in leg.1. de calumniator. l.4.§. fin. ff.de*

*ff. de his qui not. l.*1. *§. per calumniam, ff. ſi mulier ventris nom. l.*1. *ff. ad SC. Turpill. leg.*1. *de præuaricator. l. ſi caluitur* 233. *ff. de verb. ſig.* & explicant Petr. Gregor. & Pichard. *in rub. Inſt. de pœna temere litig. ex num.*10. Caſtillo *lib.*3. *quotidian. c.*21. Donell. *dicto capite octauo verſ. atque hac*, & paſſim alij.

57 Item infames fiunt qui propter crimen ſtellionatus condemnati ſunt, quamvis id iudicium publicum non ſit, *leg. quid ergo* 13. *§. fin. ff. de his qui notan.* Stellionatus crimen eſt quoties nomen proprium crimen non habet, obiicitur autem ei, qui rem alienam ſciens & doloſè obligauit, vel alij iam pignoratam obligauit, *l. fin. de crim. ſtellion. leg. tutor.* 13. *§. ſi quis in pignore* 36. *de pignorat. act.* obſeruant Cuiac. *lib.*10. *obſeru. cap.*16. Ant. Fab. *lib.*4. *coniect. cap.*2. Schard. & Caluin. *verb. ſtellionatus.* Pancirol. *lib.*2. *var. cap.* 120. Petr. Gregor. *lib.*39. *ſyntag. cap.* 14. Claud. Minoës & Brocenſis *ad Alciati emblem.* 49.

58 Verùm in contrarium eſt Vlpian. idem *in l.*2. *de crim. ſtell.* docens crimen hoc famoſum non eſſe, neque eo iudicio damnatum effici infamem. Niſi reſpondeas poſt antiquiores cum Cuiac. *d. c.*26 Robert. *l.* 4. *ſentent. cap.*17. Ant. Fab. *d. cap.*2. Donell. *dict. cap.* 8. vbi Oſvvald. *lit. R.* Pacio *cent.*2. *quæſt.*27. Menoch. *de arbitrar. caſ.*381. Molin. *dict. diſp.*9. *num.*26. Genoa *in antinom. earum legum pag. mihi* 39. licèt in Schola Salmanticen. receptior ſit interpretatio Donelli, ante quem prius tradiderunt Ioannes. Accurſ. Odofred. Bar. & alij relati à Genoa *num.*11. *&* 12.

59 † Qui aiunt crimen ſtellionatus extraordinarium & non famoſum eſſe, cùm admiſſum eſt in his contractibus, quorum actiones priuatæ non ſunt famoſæ, veluti cùm debitor rem alienam, vel alij obligatam creditori ſuo pignori dat, aut venditor diſtrahit. Ex quibus cauſis conuentus non eſt infamis, quia priuatæ ſunt actiones aduerſus debitorem pignoratitia contraria, *leg.*1. *in fin. ff. de pignor. act.* & aduerſus venditorem actio ex empto, *leg. tenetur* 6. *§. fin ff. de action. empt.* Quæ actiones non ſunt famoſæ, atque ita non erit etiam ex cauſa criminali ſtellionatus actio famoſa. Contrà autem erit ſi ſtellionatus crimen ex eo facto dimanet, ex quo etiam datur priuata actio famoſa, ob quam infamia irrogatur, quo caſu damnatus ex crimine ſtellionatus erit infamis, veluti ſi merces quas mihi debebat ex ſtipulatu dolo malo corruperit, & ſic tradiderit, vel ſi pignori rem dans, vel ſi vendens rem alienam adhibuit tertium quemdam, qui mentiendo affirmaret rem eſſe debitoris, vel venditoris, aut illum eſſe ſoluendo, vbi contra hunc tertium tum ſtellionatus iu-

60 dicium eſt, tum de dolo, *l.*3. *§. ſed & ſi quis* 6. *ff. de crim. ſtell. iuncta l. quod ſi* 8. *ff. de dolo.* † Quæ interpretatio non poteſt adiuuari ex *leg.*2. *C. de crim ſtell.* quam expendit Oſvvald. Quoniam *ibi* filius non egit contra patrem, neque potuit crimine ſtellionatus ex eo quòd res ſuas pater obligauit. Quia ex tali obligatione filij ius non eſt læſum, vt *ibi* animaduertitur. Confirmatur tamen ex *dict. leg.*3. *§. ſi quis fortè & §. ſed ſi quis*, vbi comprehenduntur duo illi caſus *ſuprà* enumerati, in quorum primo cùm agatur ciuiliter quando rem alij obligatam diſſimulata obligatione per calliditatem alij diſtraxit, non eſt mirum ſi actionem famoſam non contineat. In ſecundo autẽ criminaliter agitur de mercibus corruptis, atque ita famoſum erit crimen, & hanc ob cauſam crederem non ſine myſterio ſcriſipſſe Conſultum *in dict. l. quid ergo §. fin.* crimen ſtellionatus irrogare infamiam, & *in dict. l.*2. omiſiſſe nomen criminis, & repoſuiſſe *ſtellionatus iudicium*, & denotaret indiſtinctè non eſſe famoſum, ſed quatenus criminaliter intentatur, vt *in dict. §. fin.* & ita notauit Molina *ſup. num.*26.

Hæc omnia quæ diximus de his iudiciis, in qui- 61
bus infamia per ſententiam incurritur, intelligenda ſunt ſi ſententia ſecuta ſit, quâ quis illis iudiciis damnetur per ſententiam diffinitiuam cum effectu, id eſt, quæ habeat auctoritatem, & tranſeat in rem indicatam, non verò ſit interloquutoria *d. leg. quid ergo, §. quantum iuncta leg. ob hæc* 20. *de his qui notant.* & ob id ſi arbiter ſententiam tulit ex compromiſſo in cauſa furti, vel ſimilium cauſarum condemnatus non efficietur infamis, *dict. leg. quid ergo, § ex compromiſſio*, tradit Donell. *d. cap.*8. *verſ. hactenus.* & Oſvvald. *ibi l.. X.* Requiritur præterea vt Iudex de facto ipſo, de quo agebatur, pronunciet nam infamia non incurritur ſi Iudex ſiens eam pœnam irrogauit reo, quæ non ſolet cadere in famoſos, vel eis non conuenit, vt ipſe Donellus de hac re conſulendus animaduertit.

Cum autem dixerimus de omnibus modis, qui- 62
bus infamia cauſatur, conſtat iam eos omnes, qui tali infamia laborant, à dignitatibus & honoribus eſſe remouendos, vt in præſenti cum ſimilibus iuribus deciſum eſt. Verùm contra eam diſpoſitionem obſtat, Iudæos infames eſſe, *l. fin. C. de Iudæis, cap. cùm ſit* 16. *extra eod. leg.*3. *tit.*24. *p.*7. iunctis congeſtis à Couar. *in Clem. ſi furioſi, part.* 1. *§.* 6. *num.*7. *&* 8. & Oſvvald. *dict. lib.*18. *cap.*7. *lit. N. pag.*300. Cenedo *collect.*77. *ad Decretal.* Mieres *de maiorat.*1. *part. quæſt.*51. *ex num.*22. Perez de Lara *lib.*2. *de anniuerſ. cap.*4. *toto* Decian. *lib.*5. *cri-*
*min. cap.*11. *& ſeq.* † Quod non ſine ratione conſtitu- 63
tum eſt ob duritiem cordium eorum, & maximam perfidiam, quâ verum Meſſiam Chriſtum Dominum neglexerunt, occiderunt, quapropter ita à Deo ſunt puniti, vt ſi ipſi non profiterentur (verbis loquor Tertulliani *in Apologet. cap.*21.) probaret exitus hodiernus ipſorum, diſperſi, palabundi cœli, & ſoli ſui extorres vagantur per orbem ſine homine, ſine Deo Rege, quibus nec aduenarum iure terrarum patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur. Idem teſtatur Prudent. noſter *in Apotheoſi contra Iudæos*, *verſ.*608.

*Exiliis vagus huc illuc fluitantibus errat*
*Iudæus, poſtquam patriæ de ſede reuulſus*
*Supplicium pro ſede luit, Chriſtique negati.*
*Sanguine reſperſus commiſſa piacula ſoluit.*

Conferunt D. Iſidor. Peluſiot. *lib.*3. *ep.*128. *&* 394. *& lib.*4. *epiſt.* 74. D. Gregor. Niſſen. *de opificio homin.* Baron. 1. *tom. annal. pag.*897. & paſſim alij. † 64
Vnde odioſæ dicuntur perſonæ *cap. licet vniuerſis, de teſtib. cap. cùm ſit, cap. nulla* 54. *diſt.* & per mortem Chriſti in ſeruitutem redacti, *c. & ſi Iudæos, cap. conſuluit, de Iudæis.* Decian. *ſup. cap.*13. *ex num.*1. & apud omnes gentes infames habiti, quapropter Iuuenal. *ſat.*3. *verſ.*13. quaſi vilibus perſonis & infamibus nemora locari conſueuiſſe oſtendit cum morſu.

*Nunc ſacris fontis nemus & delubra locantur*
*Iudæis, quorum cophinus fœnúmque ſupellex.*

Nam ea exiſtimatione tunc temporis Romæ Iudæis quâ nobis Ægyptiaci, vt probat Gangræus *ad Iuuenalem ſat.*6. *verſ.*541. ad illud.

*—— Cophino fœnóque relicto*
*Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.*

Gens fœtens dicitur Ammiano *lib.*22. obſcœna Rutilio *lib.*1. *Itiner.* & à Gentibus maximè exoſi, & eorum occurſus malè ominatus, vt tradunt Dorleans
*libro* 2. *ann. Tacit. pag.*321. & Barthius *libro ſecundo* 65
*aduerſ. cap.*12. † Apud omnes gentes nunc non minus odio habiti & inuiſi apud nos, præcipuè ab omnibus honoribus, dignitatibus, officiis publicis, Eccleſiis, Collegiis, confraternitatibus aliiſque communitatibus non ſolùm ipſi, verũ & eorũ deſcendentes

repel

repelluntur, & exploduntur, abominantur, vt docent *ſuprà* adducti, & ideo Regis noſtri Catholici immortali memoria digni eos ab his regnis expulerunt, vt commemorant Valdes *de dignit. Reg. Hiſp. cap.19. ex num.65.* Ioann. de la Puente *lib.1. de la conuenien. de las Monar. c.8. toto, & §.4.* Marian. *lib.26. de reb. Hiſp. cap.1.* Zurita *5. tom. Annal. Arag. libro 1. cap.6.* & alij ex noſtris Scriptoribus, & ex exteris Petr. Gregor. *lib.33. ſynt. cap.4. n.8.*

66 Sed nihilominus quantumuis infames Iudæos eſſe probauimus, adhuc tamen ad honores aſcendere non vetantur, *in l.3. §. fin. ff. de decurionib.* vbi Vlp. refert reſcriptum Seueri, & Antonini, quo permiſſum eſt ei, qui ſuperſtitionem Iudaïcam ſequuntur, honores adipiſci. Quod etiam ſtatuerunt Gratian. & Valentin. *in l. iuſſio 5. C. de Iudæis.* Arcad. & Honor. *in l. quicumque 10. C. eod. & in leg. omnes 49. ſup. de Decurion.* Cui difficultati ſolent multi reſpondere cum Alciato *lib.3. diſp. cap.8. & in leg. quidam ignauiæ, de decurion. ſup.* quem ſequuntur Gothofred. *in dict. §. fin.* Tiraquell. *de iure primog. q.66. num.42.* Decian. *ſup. dict. cap.13. num.6.* Pamel. *ad Tertull. in Apologet. cap.5. num.64.* Dorleans *ad Tacitum lib.2. annal. pag.319. & lib.13. pag.686.* & Loſæus *de iure vniuerſ. cap.3. ex num.22.* & Azeued. *in leg.3. tit.3. lib.8. Recop. ex num.33.* & Alderete *infrà* re-
67 ferendus. † Qui cenſent *dict. l.3. §. fin.* non eſſe intelligendam de Iudæis, ſed de Chriſtianis, quos Iudæos ſolebant appellare Gentiles, quia Iudæa origo Chriſtianitatis, vt eleganter ait Tertull. *in Apologet.* eorum oleaſtro inſiti ſumus, ita conſtat ex pluribus locis, quos adducunt *ſuprà* relati, & eruditè probat Alderete *lib.2. antiq. Hiſp. cap.24.* illud Sueton. adducens *in Claud. cap.25.* ibi, *Iudæos impulſore Chriſto aſſiduè tumultuantes Roma expulit,* & Dionis Caſſij *in Domitiano,* ibi, *Eodem anno, Domitianus Fabium Clementem Conſulem, etſi propinquum ſuum, quique Flauiam Domitillam vxorem habebat, morte affecit, illato ambobus crimine impietatis, cuius rei cauſa multi qui in mores Iudæorum tranſierunt, damnati ſunt.* Quibus & aliis adiunges Rutilium Numatian. *lib.1. Itinerarij.*

*Atque vtinam nunquam Iudæa ſubacta fuiſſet*
*Pompei bellis, Imperioque Titi.*
*Latiùs exciſa peſtis contagia ſerpunt,*
*Victoréſque ſuos natio victa premit.*

Qui loci intelligi nequeunt, niſi de Chriſtianis, vt diſertè ſcribit P. Pithæus *lib.2. ad verſ. cap.2.* nam quotidie creſcebat eo tempore religio quæ ab impiis paganis *Iudaïca* dicebatur, ex ratione quam tradit Seuerus Sulpic. *lib.2. hiſt. ſacræ.* ibi, *Titus euertendum Iudæorum templum cenſebat, quo Iudæorum & Chriſtianorum religio tolleretur. Quippe has religiones contrarias ſibi, iiſdem tamen auctoribus profectas, & Chriſtianos ex Iudæis extitiſſe radice ſublata ſtirpe facile perituram,* & ob id dixit Tertul. *in apolog. cap.21.* ſic, *Neque de conſortio nominis cum Iudæis*
68 *Chriſtianos agere, ſed longè ab eis differre.* † Supradictámque interpretationem ex alio capite adiuuant dicti Auctores, quod reſcriptum illud, de quo *in dict. leg.3. §. fin. de decur.* fuit Marci Veri Antonini, qui cùm Marcomanis in Germania bellum inferret, & aquæ penuria maxima exercitus periclitaretur, Chriſtiani milites cuiuſdam legionis precibus ad Deum fuſis largiſſimos imbres impetrarunt, cúmque in aciem prodiiſſent fulmina, faciem hoſtium perſtringebant, quo victores euaſerunt. Cuius rei meminit Capitolin. *in Marco,* & Dio. Tertull. *in Apolog. cap.5.* Paul. Oroſius *lib.7. cap.13.* Euſeb. *lib.5. hiſt. Eccleſ. cap.5.* Paul. Diachon. *lib.10.* Nicephor. *li-*
69 *bro 4. hiſt. cap.12.* Onuphr. *lib.2. faſtor.* † Qui dicunt illam legionem inde dictam fulminatricem, vt extat quoque id prodens lapis vetus Tarracone, de quo eruditus & diligens Ambroſ. Morales *lib.9. hiſt. Hiſp. cap.39.* Qua de cauſa conceſſum fuit Chriſtianis vt ad honores poſſent & dignitates aſpirare, cùm propter perſecutiones id prohibitū eſſet. Quod immutauit Vlpianus homo noſtræ religioni maximè infeſtus, & pro Chriſtianis ſcripſit, *Iudaïcam ſuperſtitionem,* vel odio, vel more illius æui. Superſtitionem vocabant quia noua religio & incognita eſſet. Paull. *lib.2. ſent. tit.21. §.2.* vide Conan. *lib.3. comm. cap.1. num.3.* & Thom. Sanchez *in præcep. Decal. lib.2. cap.37. ex num.1.*

Quæ interpretatio licèt præter omnes à me exor- 70
nata ſit, tamen non poteſt conuenire cum *d. l.3. §. fin.* cuius littera violatur, ſi de Marco Aurelio Imperatore illud reſcriptum accipiamus, nam in omnibus codicibus ita legitur, *Diui Seuerus & Antoninus,* non autem *Diuus Verus.* At Seuerus maximus fuit hoſtis Chriſtianorum, & quintam mouit perſequutionem contra Eccleſiam, vt notant Baron. *2. tom. ann.204. num.1. & ſeq.* Pamelius *in argum. ad Apolog. Tertull.* Pineda *in Monarch. lib.11. cap.37.* & ferè omnes.

Rurſus, quia *d. l. omnes 29. ſup. de decur.* cum aliis apertè loquuntur de Iudæis, quibus conceditur ad honores aſcendere, & probat quoque *l. ſpadonem 15. §. iam autem, ff. de excuſ. tutor.* ibi, *Iam autem & Iudæi non Iudæorum tutores erunt,* iuncto Gothofredo, vbi cùm dicatur *iam autem,* videtur fieri relatio ad
permiſſionem, de qua *in d. §. fin.* † Atque ita infa- 71
mes non fuiſſe Iudæos, euincit totus *tit. C. de Iudæis.* Quin & Patriarchæ eorum Illuſtres dicuntur, & Spectabiles, *in l.11. & 15. Cod. Th. de Iudæis,* & Reuerendiſſimi à Iuliano Imp. *in ep. ad Iudæos,* & ſectam Iudæorum nulla lege prohiberi, ait *leg.8. Cod. Th. de Iudæis,* & expreſſius *l.2. eod. C. Th.* Presbyteros Iudæorum & Patriarchas immunes ab omnibus muneribus, facit item eos, qui iam Decuriones ſunt, *& in leg.24. eod.* etſi militiæ obeundæ aditus Iudæis præcludatur, nihilominus inſtituendæ aduocationis officium non denegatur, adiicitúrque interdictionem militiæ pro nota non eſſe æſtimandam, quia ea ratione eis fuit facta, quia Iudæis ſalua religione in Sabbato nec arma mouere, neque iter vllum, aut negotium inſtituere poterant, vt ex Ioſepho probat Cuiac. *in d. l.15. de decur.* Vt ergo Iudæi minimè infames ſunt reputati, ideo ad decurionatus adſpirare permittitur *in d. l.3. §. fin. de decur.* Quare licèt hæc fundamenta minimè adduxerint, nec notauerint, à ſupradicta interpretatione meritò receſſit A. Aug. *ad Modeſtin. in d. l. ſpadonem,* & Couar. *in d. Clem. ſi furioſus 1. part. §.2. num. fin.* quibus conſentit Oſvval. *d. lib.18. cap.7. lit. N.*

Quare dicendum erit quòd etſi ſub Seuero Iudæi 72
maximè afflicti fuerint, vt probat Baron. *ſup.* tamen eorum ingenium & perfidia non ita odioſa fuere apud Ethnicos, vt eos infames cenſerent, & ab honoribus repellerent, vt iam *ſupra* notauimus, & ita circumciſio eis indulgetur *in leg. circumcidere 11. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* & ad omnes aſcendere qui eorum ſuperſtitionem non impediant, *d. l. ſpadonem 15. §. iam autem. ff. de excuſat. d. l.3. §. fin. de decurion.* item & collegia eorum licita fuiſſe probat *l.8. C. Th. de Iudæis,* & ex Ioſepho & Philone Cuiac. *lib.7. obſeru. cap.30.* At poſtquam Idololatria extincta, cœpit Eccleſia ſolem ſuum & ſydera videre, ſuámque auctoritatem vindicare, etſi aliquando ad honores admitti *in d. l. iuſſio, & l. quicumque, C. de Iudæis,* permittentur eo prætextu ne ciuitates curialibus deſtituerentur, vt diximus *in tit. ſup. de decurion.* poſtea tamen omnino fuerint prohibiti quemcumque honorem adipiſci, & ea gens abominabilis & peſtifera

à toto orbe Chriſtiano remota eſt, ne officij auctoritate contra Chriſtianam fidem aliquid moliretur, diſertè ſtatuunt Theodoſ. & Valentin. *in l. fin. C. de Iudæis*, ibi, *Nec adquiſiti ſibi officij auctoritate muniti aduerſus Chriſtianos, & ipſos plerumque ſacræ Religionis Antiſtites, velut inſultantes fidei noſtræ iudicandi habeant poteſtatem.* Quâ lege quod antè veteri iure, & *d. §. fin.* fuerat Iudæis permiſſum, abolitum fuit, omnino docent poſt Accurſ. Couar. *ſup.* & Oſvvald. *d. lit. N. pag.* 300. Quod in tantum procedet, vt quantumuis intercedat quæcumque neceſſitas & penuria ciuium, admitti non debebunt ad officia quæcumque, nam cùm ſint viliſſimi, abiecti, odioſi & ipſa infamia turpiores, non ſunt ciuium numero aggregandi, vt aliàs volebat peſſimè Azeuedo *in d. l. 3. tit. 3. lib. 8. Recop. num.* 35.

73 Rurſus infero ex noſtrorum iurium mente & ratione, interpretationem ad *l. libertorum 9. infr. de dignitatib.* Quo loci libertorum filij clariſſimam dignitatem adipiſci non prohibentur. Quod vtique mihi magnam incuſſit difficultatem, nam liberti nota illa præteritæ ſeruitutis affecti ſunt, *leg. 2. ſup. ſi ſeruus, aut liber.* cum adductis *ibi*, ſiquidem ex infami illo ſeruitutis ſtatu ad libertatem perducti, iuxta ea quæ fusè trado *lib. 2. obſeru. cap. 6. n. 7.* non potuerunt illam maculam manumiſſione purgare, *l. 1 ſup. ſi ſeruus aut liber.* ſed adhuc illam poſt manumiſſionem retinent, *leg. cum precum 9. C. de liberal.*
74 *cauſ.* † Vnde cùm ad militiam non niſi ingenui & nulla macula aſperſi admitti ſolerent, *l. 4. §. ad tempus, & §. ignominia, l. qui ſtatus 8. l. ab omni 11 ff. de re milit.* libertini quoque à militia excluſi fuerunt, vt Suetonius *in Auguſt. cap. 25.* videtur indicare, dum ait eum libertino milite non niſi bis vſum fuiſſe. Item & cùm Apius Claudius Cenſor in cenſura ſua libertinos in ſenatum allegiſſet, eam electionem ignominioſam & infamem vocat Liuius *lib. 9.* Quo nomine etiam vitio verſum eſt Claudio Imperatori referente Suetonio *cap. 24.* quòd latum clauum libertini filio tribueret, id eſt, fecerit ſenatorem, nam latus clauus inſigne huius Ordinis, Pancirol *lib. 1. var. cap. 13.* Congruit quoque quod tradit Petr. Faber *lib. 2. ſemeſt. cap. 12. verſ. quid libertini.* Quare lege Viſellia libertinæ conditionis homines prohibentur ne honores, aut dignitates quæ ingenuorum ſunt, attentare præſumant, *l. vnic. C. ad leg. Viſel.* &, quod magis eſt, nec Senatores poterant libertinæ conditionis mulieres ducere, *l. oratione 16. l. lege 23. l. ſi quis 27. l. ſi ſenatores 31. ff. de ritu nupt.* ne aliàs patritij ſanguinis ſplendor ſordeſceret, vt latè tradidi *lib. 2. obſ. cap. 5. ex n. 17. & 21. & in tit. ſup. ſi ſeruus, aut libert.* ergo multò minus libertorum filij admitti in ſenatum debuerunt, facit *l. humilem 7. Cod. de inceſt. nupt. l. 1. in princ. C. de natural. liber.*

75 Huic difficultati reſpondendum eſt, lege Viſellia prohibitum fuiſſe ne quis libertinus ſe diceret ingenuum, *l. vnic. C. quando ciuil. actio. verſ. & cùm libertus*, neque etiam ad honores ingenuorum aſcenderet, niſi ius aureorum annulorum impetrauerit, quoniam hoc modo imagine quadam ingenuitatis vtebatur, *leg. 1. & toto ff. de iure aur. annul.* dixi *in tit. ſup. ſi ſeruus, aut liber.*

Cæterùm libertinorum filij minimè prohibiti ſunt clariſſimam dignitatem habere, *d. l. libertinorum.* Ratio eſt, quia ipſi ingenui ſunt, *princ. Inſt. de ingenuis*, & nullâ maculâ libertinitatis aſperſi, quâ prohibeantur, & conditio libertinitatis quæ patrem remouebat, non adeſt in filio, qui cùm ex ea cauſa infamis nequeat reputari, minimè remoueri debet, vt docent Accurſ. Lucas, Plat. & Cuiac. *in d. leg. libertinorum*, videnda quæ diximus *in tit. ſup. ſi ſeruus, aut libertus.*

Sed adhuc obiicere poteris de *l. ne quis 6. infr. de* 76
*dignit.* vbi qui ſunt ex vltimis negotiatoribus, & artes viliſſimas exercent, vel ſunt ex fæce Reipublicæ, non poſſunt aliquâ frui dignitate, qua de cauſa etiam libertinorum filij potuerunt à dignitatibus repelli. Verùm ſatis fieri eo argumento poteſt, quòd tunc non excluderentur libertorum filij, ex eo quòd ſint ex genere libertorum, ſed ex eo quòd ſint ex officiis vilibus & abiectis, *d. l. ne quis*, quæ omnes talia exercentes à dignitatibus remouet, vt *in l. honore 7. §. is qui ff. de decurion. l. ad ſubeunda, ſup. eod. tit. l. 1. C. negotiatores ne milit. l. 2. infr. de murileg. l. vn. infr. de piſtorib. l. ſi cohortalis 12. infr. de cohortalib. l. 3. C. de commerciis. Nouell. 15. ſeu Auth. de defenſorib. ciuitat. § interim. l. 9. tit. 1. lib. 4. ordin. l. 3. tit. 14. p. 4. Clem. 2. de vita & honeſt. Cler.* notant præter DD. *in d. l. ne quis*, Did. Perez *in d. l. 9. ordin.* Azeuéd. *in l. 3. tit. 1. lib. 6. Recop. num. 3.* Gutierr. *conſ. 31. toto.* Bobadill. *lib. 3. polit. cap. 8. num. 6. toto*, Forner. *lib. 2. ſelect. cap. 3.* Tiraquell. *de nobil. cap. 27. & cap. 34 ex num. 33.* † Et ratione fundatur, quoniam conuenit 77
bene inſtitutæ Reipublicæ, vt Nobiles & natalium ſplendore illuſtres ad honores admittantur, iuxta tradita à Tiraquell. *de nobil. cap. 20. ex num. 2.* è contrario autem viles & abiecti operarij ab ſupradictis dignitatibus excludantur, quarum ſplendor fœdaretur ſi viliſſimus homo & indignus dignitatem obtineret, qui publicam decorem nequit implere, *d. l. ad ſubeunda, d. l. ſi cohortalis, in fin.* ibi, *Vt omnis honor atque militia à contagione huiuſmodi ſegregetur*, & ſic iniuria fit dignitati quando viles perſonæ ad eam euehuntur. *Auth de ſanctiſſ. Epiſc. vel poſt ordinationem verò*, facit eleganter *l. reſcripto 6. verſ. cæterùm ff. de munerib.* ibi, *Nequaquam honeſtum eſt talibus mandari magiſtratum*, congruunt tradita à Gutierr. *d. conſ. 31. num. 1. & ſeq.* Bobadill. *dict. num. 6.*
poſt Tiraquell. *d. cap. 20. num. 6. & 7.* † Hoc ta- 78
men non procedit quando adeſt inopia virorum honeſtorum, iuxta IC. ſic intelligendum *in l. eos 12. in fin. ff. de decurionib.* nam etſi viles perſonæ dignitates adipiſci prohibeantur, tamen neceſſitas nulli legi ſe adſtringit, *leg. qui potuerint 27. ff. de manum. teſt. l. quæ propter 162. ff. de reg. iur.* vbi notat Gothofr. & nos *alibi* diximus *in leg. vnic. ſup. vt nemin. liceat*, iuxta quam rationem procedit quod *in principio d. l. eos*, dixit Conſultus, vt qui vtenſilia negotiantur, & vilem negotiationem exercent, non ſint à Prætore, quia ex eo infames non ſunt, *l. ictus 22. ff. de his qui notant.* Verùm inhoneſtum erit tales admitti ad dignitates, niſi eo caſu quo neceſſitas patriæ hoc requirat, vt docet Accurſ. *ibi verb. petere*, quem ſequitur Bar. & reliqui, & eis non relatis Cuiac. *lib. 27. obſeru. cap. 29.* & Auendan. & alij relati à Bobadill. *lib. 3. pol. cap. 4. num. 38.* & diximus *in l. 1*
*ſup. de muner. & honor. non cont. num. 12.* † Secundò 79
ſupradicta non procedent ſi tales viles artes quis non per ſe, ſed per alios exerceat, vt docet Tiraquell. *d. cap. 27. num. 7.* & Azeued. *in dict. l. 3. num. 6.* qui id etiam admittunt, ſi deſiſtat ab eis artibus, atque ad ſtatum vitæ honeſtarum hominum redeat.

Sed neceſſe erit aperire quæ ſint huiuſmodi offi- 80
cia, aut artes viles, aut, vt vulgò dicitur, mechanicæ. Quod tamen explicauit *d. leg. 3. tit. 14. par. 4. l. 3. tit. 1. lib. 6. Recop.* quæ leges multa officia vilia enumerant. Sed cùm exempla non arctent regulam, varia ſunt officia vilia, vt docent Caſſanæus *in catal. glor. 11. p. conſid. 27.* & Tiraqu. *d. cap. 34.* Azeued. *in d. l. 3. num. 3.* Verùm certius eſt illud officium eſſe iudicandum pro vili, quod communiter pro tali in ea ciuitate, vel prouincia, in qua exercetur, reputari ſolet, vt notant Bar. *in l. 1. infra de dignit.* Tiraquell.

Tiraquell. *d.cap.*34.*num.*1.Gutierr.*d.conſ.*31.*num.* 14. *& lib.*1.*pp.q.*137.*n.*7. Did.Perez *in l.*9.*tit.*1. *lib.*4.*ordin.* poſt Lucam & reliquos *in leg. maximarum. ſup. de excuſ. muner.* Qui pro hac parte expendunt *l.*1. *in fin.ff.de muneri.* ibi, *Cætera etiam per leges cuiuſcumque ciuitatis ex conſuetudine longa intelligi poterunt*, *l. fin.* §. *calendarij* 2. *ff. illo tit.* ibi, *Calendarij quoque curatio in aliqua ciuitate inter honores non habetur.*

81 Hinc deſcendit examinanda quæſtio, an vilia abiectáque officia ſicut excludunt à dignitatibus obtinendis, ita nobilitatem opprimant, vt Nobiles propter eorum exercitium nobilitatem amittant? & quidem amitti nobilitatem receptum eſt apud omnes, *per textum ibi in l.nobiliores* 3. *Cod. de commerciis*, docent latiſſimè Tiraq. *de nobil. d.c.*27. *ex num.* 1. Alciatus *de præſump reg.*1.*præſump.*48.*n.*2. Cifuentes *in l.*79. *Taur.verſ.*7. *fallit.* Gutierr. *ſup. d. quæſt.*137.*num.*6. *& lib.*4.*pp.qu.*3. *tot.* Gratian.1.*tom. diſcep.cap.*186.*num.*25.& alij relati à Narbon.*in l.*14. *gloſ.*1.*num.*89.*& ſeq.tit.*2. *lib.*6. *Recop.* & Moreno de Vargas *de nobilit. diſcurſu* 11. *n.*3. & ita mercaturam nobilitatem derogare multi contendunt, ex ſupradictis iuribus, *& d. l.ne quis dign. & l. humilem* 7. *verſ.homines C.de inceſtis nupt.* vbi inter ſordidas abiectáſque artes mercatura annumeratur. Similis eſt *l.*1.*in princ.C.de natural.liber.* ibi, *quæ mercimoniis publicè præfuit.* Tiraq. *de nobil cap.*33. *ex n.*1. *cum ſeqq.* Gutierr. *ſup.n.*18. & Matienz.*in l.*1.*tit.*14.*gloſ.*7.*n.*1. *&* 2. & id probari videtur ex *leg.*12. *tit.*21.*p.*2. ibi, *E a vndecimos que non debe ſer ombre cauallero que por ſuperſona andubieſſe faciendo mercaderia*, & faciunt *l.fin.illo tit.l.*19.*tit.*1. *l.*4. *ordinam. & d. leg.*3. *Rec.* †

82 Apud nos tamen antiquiſſima conſuetudine hæc minimè procedunt, neque nobilitas amittitur, quamuis Nobiles huiuſmodi officiis vtantur, quod optimis rationibus inniti exiſtimant noſtri, Otalora *de nobilit.*2.*p.*3.*partis princ.cap.*5.*n.*15. *&* 4.*par.cap.*6. *num.*2. Baëza *de inope debit. cap.*16. *num.*34. *&* 35. Garcia *de nobilit.gloſ.*1.§.2.*num.*58. Gutierr. *d q.*137. *num.*18.*&* 21. *& lib.*3.*pp. quæſt.*13. *num.*96. *& ſeqq.* Azeuedo *in d.l.*3.*num.*8.Matienço *in l.*4. *tit.*19. *lib.*5. Narbona *in d.l.*14.*gloſ.*1.*num.*9.*& ſeq.tit.*2.*lib.*6.*Rec.* & an obſtet ad habitum militarem, vide Ludouiſ. *deciſ.*322.

83 Neque huic ſententiæ oberit *d. l.*12. *& d. l. fin. tit.*22.*p.*2. Nam dicendum eſſe aiunt ea iura non loqui de nobilitate ſanguinis & naturali, de qua agit quæſtio, ſed de accidentali (vulgo dicta *hidalguia de priuilegio*) quæ à Principe concedi ſolet, & cum ſolo priuilegio innitatur, faciliùs ex vilibus artibus amitti poteſt, *argumento leg. eius militis* 34. §. *militia miſſus, ff.de militar.teſt.* quàm nobilitas iure ſanguinis proueniens, *leg. iura ſanguinis* 8. *ff.de reg. iur.* Quæ interpretatio licèt communiter accipiatur, & eam tradiderint, Garcia *d. num.*58. & Gutierr. *d.num.*18. *& d.num.*96. Azeued. *in d.l.*3. *n.*11. Villadiego *in l.*2.*num.*35.*prologi del fuero Iuzgo*, & ille alter qui curiam Philip. inſcripſit.2.*p.* §.12 *n.*14. mihi tamen non arridet, quoniam non minus dicitur nobilitas quæ prouenit à genere, quàm quæ prouenit ex priuilegio, ſiquidem ambæ æquiparantur, ita vt quoties nobilitatis fiat mentio, intelligatur tam de nobilitate ſanguinis, quàm de priuilegio, quæ datur à Rege, in ſuo eſſe & ſubſtantia nobilitas eſt, *l* 6. *tit.*27. *part.*2. obſeruant Otalora *ſup.*4.*p.cap.*1.*num.*4. Garcia *gloſ.*48. §.3. *num.*1. Gutierr. *pp.lib.*1. *quæſt.*13. *num.*74. *& quæſt.*14. *num.*11. Azeued. *in rub. tit.*2. *lib.*6. *Recop. num.*48. poſt Tiraquell. *ſup.cap.*6. *num.*1. *&* 2.& cùm priuilegiati certum titulum habeant, non eò magis debuerunt peioris conditionis reputari, quàm illi, qui eum habent ex ſola poſſeſſione & antiquitate, vt docet Otalora *d.*4.*p.cap.*6.*n.*1.*&* 2.Tiraq.*ſup.cap.*35. *num.*5. *&* 6.

Quare verius erit dicendum; dictas leges Regni non loqui de Nobilibus, ſeu hidalguis, ſed de his qui dicuntur *Caualleros*, quod vt explicetur, aduerte Reges aliquando priuilegia concedere, non vt Nobiles faciat, ſed vt ſint aliqui liberi, aut exempti à tributis & oneribus, dum tamen arma habeant, & equum alant, quos noſtro idiotiſmo vocamus, *Caualleros pardos*, vt agnoſcunt Gregor. *in l.*18. *tit.* 18.*p.*3.*gl.*1. Otalora *d.*4.*p.cap.*1.*num.*5.*& cap.*2. *toto.* Gutierr. *lib.*4.*pp.quæſt.*1.*num.*11. *& quæſt.*2.*numero* 9. ex qua exemptione, ſeu cauallería (ita licet loqui) non ſunt Nobiles, neque hidalgui, ſed exempti, quod vt conſequanter nobiliter debent viuere arma habentes & equos. Hi autem ſi officia vilia exerceant, non gaudebunt illis priuilegiis, vt *in d. l.*3. *tit.*1. *lib.*6. *Rec.* ibi, *no vſando de otros officios bajos y viles*, &c. † Alia eſt nobilitas, ſeu cauallería, quæ dicitur *de eſpue la dorada*, & eſt multò maior, quàm hidalguia ordinaria, quia non niſi Nobilibus concedi ſolet, *l.*2.*& ſeq l.*13.*tit.*2.*p.*6.*l.*36.*tit.*2.*p.*3. Garcia *ſup gloſ.*1.§.1.*n.*51. *&* 52. Gutierr. *d.lib.*4.*quæſt.*2. *ex num.*3. Azeued. *in l.*1.*num.*12.*tit.*1.*lib.*6.*Recop.* & ante eos Mexia *in Nobiliario lib.*2.*puncto* 1. *&* 2. *concl.*3. Qua dignitate honoratis maxima ſunt tributa priuilegia, vt docemur *dictis ll. part. & l.*17. *cum ſeq.tit.*21.*p.*2.& ſic ad eam non poterant admitti infames, neque qui vilibus officiis ſe inquinarunt, ſed qui nobiliter vixerint, qui etiamſi vilia officia exerceant, ea dignitate priuantur. Vnde ſequitur nobilitatem non perdi, ſed tantùm illum ſplendorem, quem præbebat dignitas illa, obſcurari. Idque indicant leges partitæ, quia eæ extant ſub titulo *de los caualleros.* 84 85

Rurſus ſequitur Nobiles qui officia exercuerint mechanica & vilia, non ſolùm prohiberi habere dignitatem illam *de caualleros*, verum neque inſignia militarium ordinum, neque item alia officia & honores qui deferuntur Nobilibus. Quod non accidit ratione defectus nobilitatis, ſed propter defectum defectum ſplendoris, qui ſtatutis particularibus requiritur præter nobilitatem, vt docent Couarr. *pp.quæſt.*19. *verſ. quin & receptum eſt.* Gutierr. *dict.qu.*137. *num.*18. & quoad mercaturam Narbon. *ſup.num.*94.

Denique contra noſtra iura obſtat Tabellionum officium nobilitatem habere, *l.*1. *C. de mand. princ.* & clariſſimorum numero contineri, *l.*4. §. *& poſtquam*, *C.de aduoc.diuer.iudicum*, *l.maximarum.ſup. de excuſat. mun.* cum aliis quæ adduximus *in leg. vniuerſos*, *ſup.de decurion.* At ad hoc officium infames admitti poſſe certum eſt, cùm ſerui tale officium exerceant, *l.Thais* 41. §. *ſcio.ff.de fideicom.liber.* Sed quia de hac inſpectione, aut tabellionatus officium ſit infame, egerimus latè *in d.l. vniuerſos*, ideò hîc quæ *ibi* cumulauimus, iterum repetere honeſtum non duximus, idem etiam dicimus de officio Procuratoris. 86

Vlteriùs obſtat Aduocati officium non ſolùm eſſe nobile, ſed & laudabile, *l.*4. *C. de aduoc. diuer. iud.* Aduocatóſque in dignitate eſſe agnoſcat *leg. prouidendum* 7. *C. de poſtuland.* & aduocationem ſeminarium dignitatum vocauerit *Nouell.vnic. Th. de poſtulan.* & ad dignitatem ſenatoriam non eligebantur, niſi veri experientiâ aduocationis illuſtres, vt docet Perez de Lara *in comp. vitæ hum.cap.*30. *num.*14. Maſtrill. *de magiſtr.lib.*2.*cap.*12. *num.*4. & Aduocati nobiles dicantur augere ſuam dignitatem. Riccius 1.*p.deciſ.*216. *num.*12. & ita à muneribus excuſentur, Burgos de Paz *in proœm. ll.Taur. num.*379. Fontanell. 87

tanell. *de pact.nup.*1 *tom.clauſ.*4.*gloſ.*10.*p.*1.*num.*127. & *clauſ.*3.*num.*16. Barboſa *de offic. Epiſc.alleg.*79.*numero* 21. Gulman. *de euictionib.quæſt.*48. *num.*5. Caballus *criminal.caſ.*287. Gratian. 1.*tom diſcep.cap.*186. *num.*6. Ioann.Bap.Thoro *in comp. deciſ. lit. A*, *verb. Aduocatus.* Donell. *lib.*18. *comm. cap.*3. vbi Oſvval. *ibi ex lit.E.* Meritóque infames ab aduocatione eſſe repellendos, docent Accurſ. *in l.*1.*infr.de dignit.* Bar. *in l.*1. §. *fin. de extraord. cognit.* & alios referens Tiraq. *de nobil.cap.*29.*ex num* 11. Ant. Fab. *in l.*1.§.
88 *ait prætor* 8. *ff.de poſtuland.* † At in contrarium videtur eſſe *l.*2.*C.de poſtulando*, vbi liberti poſſunt eſſe Aduocati, & tamen liberti ad dignitatem eligi nequeunt, niſi impetrato iure aureorum annulorum, vt diximus *ſup. num.* 20. & *in tit. ſup. ſi ſeruus*, *aut libert.* Quâ difficultate oppreſſus Tiraq. *d. cap.*29. *numero* 16. ait nihil aliud poſſe reſponderi, niſi vt fateamur patrocinari cauſas non eſſe dignitatem, ſed non ideò aduerſari dignitati, quæ ſolutio non tollit difficultatem, & eſt contra *d. l.*4. & iura nuper propoſita, & *l.cùm aduocatio* 8. *C. de aduocat. diuer. iudiciorum*, tum quia Aduocati dicti clariſſimi, quo nomine indigitat Epictetum cauſidicum Symmach. *lib.*5.*epiſt.*41. vbi notat Iuretus & Gutherr. *de officiis dom. Aug.lib.*3.*cap.*2. Buleng. *lib.*6.*de Imp. Rom. capit.*61. Dorleans *ad Tacit. lib.*11. *annon. pagin.*572.
89 Maſtrill. *de magiſtr. lib.*2. *cap.*12. *num.*6. † Quare verius eſt dicendum libertos non fuiſſe infames, vt probatur *in l.*2. *ff. de offic. adſeſſor.* prohibitos tamen fuiſſe officia ingenuorum exercere, non quia infames, ſed quia prohibiti ex lege Viſellia (quemadmodum dici ſolet de orbo & cœlibe, qui capere ex teſtamento non poterant ex legis Papiæ prohibitione Vlp. *in frag.tit.*13. & *ſeqq. l.ſi is qui* 6 *ff. de vulg. l.ſi ſeruus* 82.*ff.de adq.hær.* cum notatis à DD. ad earum legum explicationem, præcipuè Gothofr. *in d.tit. Vlp.* & à me *lib.*2.*obſeru. cap.*5. non quia eſſent incapaces, vt erant peregrini & deportati, *leg.*1.*C.de hæred.inſt.* ſed quia prohibiti.) quam legem derogauit Alexand. *in d.l.*2.*C.de poſtuland.* propter peritiam eorum, & vt ciuitates Aduocatis abundent, quibus faciliùs cauſæ dubiæ dirimantur, ob quod aduocationis officium neceſſarium Reipublicæ exſtimatur, relati ab Oſvvald. *d.lib.*18.*cap.*3. *lit.I*, *verſ.de laudabili*, licèt multi contra Aduocatos ſcribant, vt videre eſt ex Dorleans *ſuprà*, & Maſtrill. *d. cap.*12. *n.*9. & *ſeq.*

90 His erit illud addendum quòd ſicut in ſupradictis officiis infamis admitti non poterit, multò magis idem admittendum in officio Iudicis, quod ſemper fuit ſpectabile & honorificum, *l. Iudices* 12. *infr.de dignitat. l.cùm Prætor* 12. *ver.lege*, *ff.de iudiciis l. fin. C quando prouoc. non eſt neceſſ.cap.vt debitus honor, de appell.l.*4.*tit.*4.*part.*3.*l.pen.tit.*6. *part.*7. facítque Plato *lib.*6. *de legib.* qui aiebat poſt Deos immortales eos homines primas habere & honoris & gloriæ ſedes, qui publici muneris Magiſtratus gerunt, referunt multa in huius dignitatis commendationem Tiraq. *de nobil. cap.*28. *ex num.*1. Azeued. *in leg.*7. *tit.*9.*lib.*3.*Rec.* Bobadill. *lib.*3.*pol. cap.*1. *ex numero* 1. Maſtrill. *de magiſtr.lib.*5.*cap.*3. & *lib.*1. *cap.*2. *n.*24.
91 Giurb. *conſ.*38. † Et ratio eſt, nam ſi infamis teſtis eſſe non poteſt, *cap. teſtimonium* 54. *de teſtibus cap.*1. vbi notant DD. *de exception.* cum adductis à Couar. *pp.cap.*18. Morl. *in emp. tit.*11. *q.*3. *tota*, Ceuall. *quæſt.*396.*ex num.*1. Farinac. *de teſtib.quæſt.*56. *num.*100. quia teſtimonium dicere eſt quædam dignitas, *cap. præceptum* 21. ibi, *generoſæ dignitatis teſtimonio*, 32. *quæſt.*5. notat *hîc* Platea *num.*2, ergo multò magis erit iudicare cuius munus maiori præ-
92 rogatiua conſiſtit. † Neque obſtat *l. Padius* 7. *ff. recep. arbitr.* vbi arbiter eſſe poteſt qui ſit infamis, quod ex eo difficile eſt, cùm arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum, *l.*1. *illo tit.* Reſpondendum etenim eſt arbitros nullam habere dignitatem, ex eo quòd arbitri ſint, nam licèt arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum, hoc procedit quoad ordinem & formam proceſſus, non verò quoad iuriſdictionem & dignitatem, iuxta tradita ab Oſvvald. *libro* 17. *Don.cap.*6. *lit.C*, & *lib.*28. *cap.*14. arbitrium autem pertinet ad priuatum officium quod vltrò quis velit litigatoribus exhibere, à quibus fuit electus, & qui ſibi debent imputare, cur talem elegerint, *l.diem* 27. §.*ſtari*, *ff.de recep. arbitr.* notat poſt antiquiores Ant. Fab. *in d. l.*1. & *in d. leg. Padius*, conferunt notata ab Oſvvald. *d.cap.* 14. *lit.C.*

Vltimò contra deciſionem noſtram obſtat decu- 93
rionatum eſſe dignitatem, *l.*1.*l. ſpurij* 6 *ff. de decur.* ibi, *non enim impedienda eſt dignitas eius*, *l. ne quis* 48.*ſup.de decur.* iunctis traditis à Pancirol. *de magiſt. municipal cap.*1. Bobadill. *lib.*3. *pol. cap.*8. *num.*19. item eſſe honorem, *l.*1.& 3.*ſup.de decur.* & ideò ad talem dignitatem infames non admittuntur, *leg. infamia* 8.*ſup.de decur. d.l.ſpurij* §.*qui iudicij*, *iuncta lege noſtra*, & tamen infames Decuriones eſſe poſſunt, *l.omnes* 49.*ſup.de decur.l.curiales* 7. *C.de hæret.* Quod etiam probatur, quia ſpurij ſunt infames, *l. fin.in fin.C. de natural. liber. cap. ſi gens Anglorum* 54. *diſt.* tradunt Tiraq. *de nobil. cap.*15. *num.*14. Freher. *de infamib.lib.*3.*cap.*23. Oſvvald. *ad Don. lib.*6. *c.*15. *lit.B*, & nihilominus ad decurionatum admittuntur, *l.*3.§.*ſpurios*, *iuncta d. l. ſpurij ff.de decurion.* cùm tamen à dignitatibus repellantur, *cap.fin.de filiis presbyter.cap.innotuit*, *cap.cùm in cunctis. de electione*, neque ad Sacros Ordines promoueantur, *cap.*1.*de filiis*
*presbyter. cap.*1. & 2.*eod. in* 6. † Quam difficulta- 94
tem à nemine tactam fuiſſe affirmat Loſæus *de iure vniuer.cap.*3. *num.*19. & 20. ſed ipſe videtur parum diligens, cùm plures eam tractauerint, qui reſpondent cum Accurſ. *in l.*1. *ſup. de his qui non impletis*, iura quæ infames ad decurionatum admittunt, eſſe intelligenda, vt quamuis admittantur, officium exerceat, ſine honore, & priuilegiis dignitatis, nam ſolebant etiam infames ad hoc officium compelli ſine honoribus, & in ſubſidium, *l. relegatorum* 6. §.*fin. ff. de interdict. l.*1. *ſup.de his qui non impletis*, & expreſsè docet Iuſtin. *Nouell.*45. *ſeu Auth. vt non liberentur curiali fortunæ Iudæi*, *in princ.* ibi, *Quapropter curiam exerceant huiuſmodi homines* (Iudæi, & hæretici) & *nimis ingeminiſcentes curialibus functionibus*, & *nulla religio ab eiuſmodi eos excipiat fortuna*, *indigni tamen curiali ſint honore*, & *quoniam leges plurima curialibus præbent priuilegia*, *vt non cædantur*, *neque ad aliam ducantur prouinciam*, *horum nullo fruantur*: *ſed ſi quid ſcriptum eſt de curialibus quod non confert priuilegium*, *hoc etiam in his valeat*, & *compleant corporalia*, & *pecuniaria munera*, *honore verò fruantur nullo*, *ſed ſint in turpitudine fortunæ*, *in qua & animam volunt eſſe.* Nec ex proprio delicto immunitatem habere debent, ex quo damnantur à lege, *l. curiales* 7. *C. de hæretic.* ibi, *Ne videamur hominibus execrandis contumelioſo ambitu immunitatis beneficium præſtitiſſe*, *quos volumus huius conſtitutionis auctoritate damnari*, *leg.nec infames* 12. *ſup. de*
*decurion.* † Ex qua colligit Bart. pœnam non affer- 95
re immunitatem, quaſi dicat quòd quia infamia, ſeu nota repellit quem ab honoribus & dignitatibus, ideò non tribuit, nec poteſt cauſare immunitatem & munerum excuſationem, quæ ex priuilegio tantum prouenit, & merum continet fauorem, vt *hîc* dicitur ab Imp. & *in d. leg.*1. *ſup. de his qui non implet. leg.*2. §. *nemo*, *ff. de cap. minut.* vbi Accurſ. alia iura colligit, & concluſionem illam quòd non debent in præmium conuerti quæ in pœnam ſunt

ſtatuta;

ſtatuta; quare infamis non poterit prætendere immunitatem allegans infamiam, quæ potiùs in eius pœnam retorqueri debet, *cap. & ſi neceſſe* 5. *de donation. inter vir. ibi*, *Ne ad commodum ei cedat quod debet in pœnam eius retorqueri*, tradunt notanter Barbat. Felin. & Decius *in cap. intelleximus, de iudicijs*, idem Barb. *conſ.*91. *num.*1. *lib.*3. idem Felin. *in cap. dilectus el* 2. *de reſcrip. concl.*4. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. ſi abſque liberis el* 2. *num.*213.& Valen-
96 zuel. *in d. l. nec infames* 10. *de decur.* † Inde ſubinferens contra Tiraqu. *in tract. ceſſante cauſ. limit.*15. *num.*13. & 14. qui aſſeruit in ea quæſtione, an mitiùs puniendus eſſet, qui aliquando fuit Notarius, & poſtea priuatus officio confecit inſtrumentum, quaſi in tali caſu primordium veritatis debeat ei prodeſſe, ſcilicet verum Notarium, quæ fuit ſententia Baldi *in l. data*, *C. de his qui accuſ.* & Iaſon. *in l. ſciendum*, §. *fin. num.*10. *ff. qui ſatisdare*, Marſil. *ſing.*35. veram non eſſe eam ſententiam Baldi, ex ratione *ſuprà* adducta, de qua quæſtione vide Pinel. *in l.*4. *C. de bon. mat. n.*14. *verſ. ex eiſdem*, & Greg. *in l.*1. *tit.*7 *p.*7. *gl.*1. & *in l.*2. *gl.*3.

97 Ad alteram difficultatem reſpondetur ſpurios non ſolere admitti ad dignitates, iuxta iura *ſuprà* adducta, & quæ tradunt Couar. *in pp. cap.*19. *n.*6. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*13. *num.*16 Paleoth. *de nothis & ſpur. cap.*55. & *ſeqq.* At verò ad decurionatum admitti poſſe in defectum aliorum, ſcilicet, ſi alius reperiatur idoneus, *d. l.*3. §. *ſpurios*, nam ob publicum fauorem receptum eſt vt aliis deficientibus, qui ſaltim poſſint idonei reperiri admittantur, vt ſint aliqui, qui poſſint numera publica obire, *leg. eos* 12. *ff. de decurion.* Idque eo confirmatur quòd etſi infames teſtimonium dicere prohibeantur, vt dixi *ſup. n*... tamen neceſſitate vrgente in ſubſidium & in defectum aliorum admittantur illi, qui aliàs non admitterentur ne pereat probatio, & ne in perniciem Reipublicæ veritas occultetur, *l. conſenſu* 8. §. *ſuper plagis*, *C. de repudiis*, *l.*2. *infr. de naufrag. cap. & ſi Chriſtus* 26. *de iureiurand.* notat Ant. Gomez 3. *tom. var. cap.*12. *num.*20. & 21. Farinac. *de teſtib. q.*56. *num.*120. & hanc euaſionem difficultatis veriorem eſſe cenſeo, quàm dicere ſpurios non eſſe infames, ex eo quòd Decuriones eſſe poſſint, vt cum Romano voluit Tiraq. *de nobil. capit.*15. *num.*30. cui conſentit Valenzuel. *in l. infamia* 8. *ſup. de decurion. num.*3.

98 Ex quibus iam ſatis liquet infamem non poſſe habere dignitates, neque honores, ita vt priuetur ſi quos habet, & ab habendis arceatur, *l.*7 *tit.*6. *p.*7. repellitur à teſtificando, & ab accuſando, *cap.*1. *de accuſ.* cum his quæ huc vſque dicta ſunt, & aliis etiam caſibus, de quibus vide Calicium *in Margarita fiſci pag.*99. Viuium *lib. comm. opin. verb. infamia iuris*, & Cuiac. *lib.*2. *q. Papin. in l.*8. *de decurion. poſt med. verſ. effectus*, & relatos ab Oſvvald. *d. lib.*16. *cap.*6. *lit. A. & B.* Item etiam remouetur infamis à feudo *cap.*1. *An miles qui interfecit fratrem dom. in vſib. feud.* vbi gloſ. Aluarot. & Bald.

99 Secundò conſtat infamem poſſe admitti ad eos actus, miniſteria, vel officia, quæ licèt publici iuris ſint, non tamen habent dignitatem, vel honorem, atque ita hæres inſt... i, poterit legatum, vel fideicommiſſum obtinere teſtamenti factionem actiuam, vel paſſiuam habere, *leg. in arenam* 11. *l. fratres* 27. *C. de inoffic. teſt.* vbi notant DD. §. *ſoror. Inſt. eod.* notat Pichard. *in princ. eod. num.*84. & *ſeq.* & Valenzuel. *in d. l. infamia*, *num.*5. *ex l.*1. *C. de ſecund. nupt.* & conſequenter poterit infamis ſuccedere in maioratu, etiamſi tali maioratui annexa ſit dignitas quæ veniat in conſequentiam hæreditatis, *argumento l. ſi is qui* 39. *de liber. leg.* vt eleganter probat Molin. *d. lib.*1. *cap.*13. *ex num.*7. & *ſeqq.* Maſtrill. *lib.*4. *de magiſt. cap.*10. *ex num.*24. quibus adiice alterum Molin. 3. *tom de iuſt. & iur. diſput.*610. Sanchez *in opere moral. lib.*2. *cap.*30. *num.*6. & addit ad Molin. *lib.*4. *cap.*11. *num.*50.

Huc vſque latè actum eſt quatenus infames repellantur, quatenúſque infamia irrogetur. Nunc 100
breuiter videamus quomodo infamia purgetur, ita vt ad honores aſcendat qui ea laborauit, & quamuis Plaut. ait *in Perſa act.*3. *ſcen.*1. *hominum immortalem eſſe infamiam*, & etiam tum viuere, cùm credas eſſe mortuam, dicendum eſt aliquibus modis id poſſe contingere. *Primò* ſi intercedat à ſententia appellatio, *l. furti* 6. *in princ. ff. de his qui notant. l.*6. *tit.*6. *p.*7. Quia hæc vis appellationis vt extinguat iudicatum *l.*1. §. *fin. ff. ad SC. Turpillian.* vt ego trado *lib.*2. *obſeru. cap.*15. *in princ.* Oſvval. *ad Donell.* 18. *cap.*8. *lit. Y. Secundò*, ſi Princeps infamiam remiſerit, vel damnatum in integrum reſtituerit, *l.*1. §. *deinde* 9. *ff. de poſtulan. l.*1. *Cod. de ſenten. paſſ.* nam id facere ſolet ex cauſis, de quibus *in l.*1. §.2. *ff. ad l. Iul. de ambitu*, *l.*4. *Cod. ad SC. Tertyllian. leg.*11. *tit.*6. *part.*3. cum aliis quæ notat Oſvvald. *d. cap.*8. *lit. YY.* † *Tertiò*, purgatur infamia tem- 101
pore, veluti ſi quis ex cauſa famoſa ad tempus condemnetur, nam poſt illud elapſum infamia non prorogabitur, vt ad honores non aſcendat, *l.*2. *in princ. l.*3. §.1. *de decur. l. Imperator* 8. *ff. de poſtulando l.*1. *infr. de his qui in exilium dati*, *l. & ſi ſeuerior* 3. *C. ex quib. cauſ. infam. l.*12. *tit.*6. *p.*3. Ratio eſt, quia prohibitum ad tempus cenſetur poſt illud permiſſum, vt notatur à DD. *in dict. leg. Imperator.*
† Sed obſtant *l. ad tempus* 5. *ff. de decurion. l.*4. §. *ad* 102
*tempus, ff. de re milit. l. ad tempus* 6. *C. ex quib. cau. infam.* quæ probant pœna temporali damnatum ex cauſa famoſa perpetuò remanere infamem, quam difficultatem componere tentant Ant. Fab. *in dict. l. Imperator*, & Cuiac. cum aliis *in d. l.*1. *ſup. de his qui in exil.* & *lib.*2. *quæſt. Pap. in d l.*8. & *l.*5. *de decurion.* & *lib.*20. *obſeru. cap.*38. & alios referens Oſvvald. *d. lib.*18. *cap.*8. *lit.* H. Pacius *cent.*2 *q.*20. *antinom.* In noſtris ſcholis ſolebat dici dicta iura, loqui ſecundùm iuris rationem, iura contraria ex humanitate, quod non conuenit cum *ſuprà* dictis. † Veritati 103
potiùs videntur accedere VVeſembec. *in tit. de his qui notant. num.*8. & Cuiac. *in dict. l.*8. *lib.*2. *quæſt. Papin.* qui diſtinguunt quando quis damnatur ex crimine ipſo iure famoſo, vel ex eo quod non eſt, vt ſi ex cauſa non famoſa ordine moueatur ad tempus, poſt illud redit in ordinem, *l. falſa* 13. §. *fin. ad l. Cornel. de falſ.* veluti ſi Aduocatus falſum inſtrumentum recitauit, & falſa allegatione vſus eſt apud Præſidem, ordine motus eſt, non quòd feciſſet falſum, ſed quòd recitaſſet tantùm, non tenetur iudicio famoſo legis Corneliæ de falſis, nam delicto, cui pœna arbitraria imponenda erat, ſi iudex infamiam imponat, tempore elapſo tollitur. Si verò damnatio ſit ex cauſa famoſa, cùm legis effectus ſit perpetuus, ac iuris auctoritas non ſit in poteſtate iudicantis, vt fusè dixi *ſup. num*.... *ad l. ordine*, *ff. ad municip.* infamia durabit etiam poſt tempus. Faciunt notata à Maſtrillo *lib.*2. *de magiſt. cap.*9. *num.*19. & *ſeqq.*

TIT.

## TIT. LVIII.

*De reis poſtulatis.*

AD *leg. vnic.* Vide Caball. *reſolut. crimin. caſ.*121.

## TIT. XLIX.

*De his qui in exilium dati, vel ab ordine moti ſunt.*

AD *l.*1.*&* 2. Videas quæ diximus *in leg. vnic. ſup. de infamib.* Oſvvald. *lib.*18. *Donell. capit.*8. *lit HH.* Cuiac. *lib.*1. *Reſp. Papin. in l.*15. *ff. ad munic.* Cabal. *reſol. crimin. caſ.*172. à *num.*1. Maſtrill. *lib.*2. *de magiſtr. cap.*9. *n.*19.

## TIT. LX.

*De filiisfamilias, & quemadmodum pro his pater teneatur.*

AD *l.*1. Vide quæ dixi *in l.*1. *ſup. de decurionib.* & Barboſ. *in leg. ſi cùm dotem* 23. §. *tranſgrediamur n.*10. *ff. ſol. matr.*

## TIT. LXI.

*De periculo ſucceſſorum parentis.*

AD *l. vnic.* Vide quæ dixi *in l.*1. *ſup. de decurion. in tex.* ibi, *ſacerdotem*, Pancirol. *in Not. Imp. Orien. cap.*105. *ad fin.* & Cuiac. *lib.*1. *Reſp. Pap. in l.*8. *ff. de vacat. mun. in princ.*

## TIT. LXII.

*De mulieribus in quo loco munera ſexui congruentia, vel honores agnoſcant.*

AD *l. vnic.* Vide quæ ſcripſi *in l. ciues* 7. *& in l. fin. ſup. de incolis.* Florez *lib.*2. *var. quaeſt.*21. *n.*54.

## TIT. LXIII.

*De Legationibus.*

VIde ad hunc tit. quæ dixi *in tit. ſup. de muner. & honor. non contin. ex num.*31.
*Ad l.*1. quæ ſcripſi *in l.*2. *de decur.*

## TIT. LXIV.

*De excuſationibus artificum.*

AD *leg.*1. Barboſ. *in leg.*1. *ff. ſolut. matrim.* 7. *part. numero* 56.

## TIT. LXVIII.

*Si poſt creationem quis deceſſerit.*

AD *leg. vnic.* Vide quæ dixi *in leg.*1. *ſup. de decurionibus.*

## TIT. LXIX.

*De tabulariis, ſcribis, logographis & cenſualibus.*

DE Tabulariis egi *in leg.*2. *num.*2. *ſup. de iure fiſci*, & de Scribis & Tabellionibus latè *in l. vniuerſos ſup. de decurion.* vbi quæ ad ll. huius tituli pertinent explicantur Logographi, ſi credimus Alciato, Budæo & Cuiacio *in præſenti*, erant qui in tributorum rationibus ſcibendis occupantur, vel qui libros rationum ſcribebant, de quibus pluribus in locis egimus. Qui idem videtur eſſe cum logotheta, qui nomen traxit à ponendis diſcutiendiſve rationibus, vt ex Codino ſcribit Gretſer. *in not. ad eum lib.*1. *cap.*6. *numero* 5. videas Bulenger. *lib.*3. *de Imp. Rom. cap.*22. idem quoque Rationalis eſt, cuius iam meminimus *in tit. de diſcuſſor. & in aliis locis.*

## TIT. LXX.

*De ſuſceptoribus, Præpoſitis & arcariis.*

CVm vt diximus *in tit. ſup. de decurion. in rubr* 1
in exigendis tributis Decurionum fuiſſe curam ipſi ad id eligebant, vel ex ſuo ordine, vel ex ciuitate ciuem, qui tributa exigeret, qui *ſuſceptor* vocabatur, *leg. exactores* 8. *infr. h. t.* & periculo Decurionum creabatur, *l. ſuper creandis* 9. *ſup. de iure fiſc. l. prouidendum* 23. *ſup. de decurion.* Hîc tributa fiſcalia ſiue conſiſterent in ſpeciebus, ſiue in auro, argento, vel pecunia, accipiebat de manu exactorum, & in arca publica reponebat, docent Cuiac. *hîc*, & Bulenger. *lib.*7. *de Imp. Rom. cap.*10. Præpoſiti eran qui fiſcales ſpecies in horreis reponebant, *leg.*2 *leg. frumenta* 6. *h. t.* cùm tamen Arcarij videantur aurum & argentum ſuſcepiſſe, & in arcis repoſuiſſe, *l. duos* 13. *h. t. l. in fiſcalibus*, 6. *ſup. de exactor. trib. leg.* 2. *infr. de his quæ ex publica coll.* & ſpecies etiam quæ ad arcam Præfecti prætorio pertinebant, quapropter magis ad eius forum pertinebant huiuſmodi Officiales, nam multæ fuerunt arcæ, quæſtoria nempe, præfectoria, Pontificalis, obſeruant Buleng. *lib.*5. *de Imp. Rom. cap.*54.

2 *L.1.h.t.* Vide quæ dixi *in l.1. ſup. de canone larg. titul.* In tex.ibi, *Nam ſi ſoluere volens*,&c. vide Cuiac. *tract.8. ad African. in l. ſi ſoluturus , de ſolution.* & de obſignatione pecuniæ, & oblatione ad rectè faciendam ſolutionem, vide præter Tiraquell. *de retract. conuent.§.1.gloſ.6.num.27. & ſeq.* Rodriguez *lib.2. de ann.redd.q.15.tota.* Felician. *lib.4.de cenſib. cap. vnic.* Auendan. *de cenſib.cap.102.ex num.9* Centius *de cenſib.2 par.cap.1 q.1.art.8. toto & 3.p.q.1.art.9. cap.1.* Barboſa *in l.diuortio* 8.§. *fin. num.38. & 39. & in l. ſi mora 10.ex num.50.ff.ſolut.matr.* & Hermoſil. *in l.2.*
3 *tit.3.p.5.gloſ.3.num.20.& ſeqq.* † & an debitor cenſus ſi velit redimere ( cùm talis cenſus eſſet in maioratu ) teneatur conſignare & depónere coram Iudices vel ſatis ſit ſi ſoluat maioratus poſſeſſori, vide Molin. *lib.2.de primog cap.10. num.6.* Rodriguez *de reddit.d.lib.2.queſt.15.num.87.& ſeq.* Auendan. *ſup. capit.106.num.8.* Caſanete *conſ.10.nu.58. & ſeq.* Giurb. *deciſ.79.tota , & num.21. verſ.7.* quamuis contrarium teneat Felicianus *d.lib.4 cap.1. num.4 & 5.* & tenendum non eſſe neceſſarium vt Iudex adeatur, quando in cenſu non eſt clauſula, vt ita fiat, vel ſi cenſus erat conſtitutus ante inſtitutionem maioratus, tunc enim rectè ſoluitur poſſeſſori, & ita indicatum eſt in Curia hac Pintiana.

4 *L.2.h.t.* Vide Aponte *de poteſt. Proregis tit.4.§.8. num.20.*

5 *L.3.h.t.* Barboſ. *in leg.8. §. ſi vir , numer.51. ſolut. matrim.*

6 *L.4.* Maſtrill. *lib.2.de magiſtr.cap.9.n.30.* Eſcobar *de ratiocin.cap.6.num.83.* Vide quæ dixi *in tit. ſupr. de muner.& honor.non cont.*

7 *L.5.* Conarr. *de veter.numiſ.cap.3.num.3.* & dicta *in l.vnic.infr. de oblat. votor.* quam explico poſt *l. vnic. infr.de auro coron.*

8 *L.frumenta 6.* Vide quæ dixi *in tit.ſup. de conditis in publ.horr.*

9 *L. diu 7.* Aponte *ſup. tit.4.§.2. num.45.* & dicta *in l.1.ſup.de canon.largit.tit.*

10 *L.modios 6.* ad illa verba, *frumenti quinquageſimas*, &c. vide quæ dico *in rub. & in l.pro locis , ſup. de annon.& tributis.*

11 *L.ſi aliquid 12.* Bobadill. *lib.2. polit.cap.16. n.18. lit. B.* Farinac. *queſt.19. à num.43.* & an delinquens in officio plectatur, Maſtrill. *de indulto cap.40.* dicam *in l. iudices,infr. de dignit.* Vide Giurb. *conſ.44. toto ,* maximè *num.13.*

# TIT. LXXI.

## *De ponderatoribus , & auri illatione.*

L.1. de ſolido dixi.

*L.2.* Vide Garciam *de expenſ.cap.24. num.22.* & quæ dixi *in l.2. ſup. de iure fiſci.*

---

# TIT. LXXII.

## *De auri publici perſecutoribus.*

1 DIximus *in tit. de ann. & tributis & alibi* ſæpiùs, multa tributa in auro fuiſſe exacta, quæ dicebatur auraria præſtatio, *l.id quod 19.C.Th.de annona & trib. l.fin.C.Th.de collat. donatar.l.vnic. C. Th.* qui à præbitione tyronum, quod aurum publicum dicebatur, quia ad fiſcum, vel ærarium publicum pertinebat, vel ad largitiones Principis, dixi *in d.tit.de ann.& trib.& de exact. trib. & de canone largit.*
† Perſecutores erant qui 2
ex præcepto Comitis ſacrarum largitionum hoc aurum exigebant, vel ſuſcipiebant è manu exactorum, *l. vnic. C. de offic. Comit. ſacrar. larg.* quod facere prohibentur *in præſenti*, ſine litteris perſequutoriis, id eſt, ſine præcepto & licentia, qua mandabatur vt his officialibus aurum præſtaretur, ita innuitur *hîc*, & explicat, licèt obſcurè, Panciról. *lib.2. var. cap.122.* & rectior, meo videri, eſt hæc interpretatio, quàm alia Budæi, quam ſequuntur Anchoran. & Caluin. *verb. perſecutor*, qui exiſtimabant perſequutores eos eſſe, qui in iudicio contra eos
experiuntur, qui aurum debent Reipublicæ. † Nam 3
quare hoc ſpeciali nomine perſecutores dicendi erant, cùm generaliter omnibus, qui in iudicio aliquid petunt, apertè competat; tum etiam, quia verba huius legis contrarium indicant, quæ magis de eis agit qui cum perſecutoria, id eſt, licentia, vel delegatione Comitis ſacrarum largitionum aurum, quod ex tributis debebatur, exagitabant. Prohibétque ne deinceps præſumat quis aurum ſua auctoritate exigere, ſine mandato, neque exactum apud ſe diutiùs retentent, id eſt, detineant ( ita explicat hanc vocem, vox vltima huius legis, & in eo ſenſu accipitur *in l.ſuper 11. C. Th. de petit. & vltro datis & in l. quiſquis 12. Cod. Th. de annon. &*
*tribut.* ) † Vltimóque prohibet *ne coquendum au-* 4
*rum ſumat*, quod ſiniſtrè explicat Cuiac. *hîc*, id eſt, conſumendum, interuertendum, ſequutus fortè Accurſium, qui explicuit hanc legem de decoctoribus, cui aſſentiunt Lucas & cæteri, quibus videtur fauere *l. ſi quis 12. ſup. de ſuſceptor.* Verius mihi videtur ſenſum eſſe, prohibitum eſſe exactorem auri publici aurum exactum apud ſe retinere, ſed ſtatim debere ad ærarium tranſmittere, vt *in l. diu 7. ſup. de ſuſceptor. l.1. infr. tit.1. leg.1.* vbi dixi *ſup. de canon. larg. tit. l. vnic. C. de offic. Comit. ſacr. larg.* etſi eo colore ſumat aurum quod coquendum erat, id eſt, purificandum, coquebatur enim vt purificaretur, vt explico *in l. vnic. infr. de oblat. votor. ſub*
*tit. infr.de auro coron.* † Hinc deducunt Bobadill. 5
*lib.5. pol.cap.4. num.8.* Eſcobar *de ratiocin. cap.14. num.24.* maſſarium, ſeu œconomum Reipublicæ debere pecunias promptas habere quas collegit, neque poſſe cum eis lucrari, adeò vt quod lucratus ſit, in conſcientia teneatur reſtituere. Quod & alias ſimiles quæſtiones obſeruant plures, quos refert Florez de Mena *lib.2. var qu.21.num.162.* & facit *leg.1.infr.tit.1.*

---

# TIT. LXXIII.

## *De his quæ ex publica collatione allata ſunt, non vſurpandis.*

L.1. Florez *dict. qu.21. num.161.* Surd. *conſ.391. volum.3. num.14.* Vide quæ dixi *in l.3. ſup. de condit. in publ.horr. & in l.1.ſup.de canon. larg. tit.*

## TIT. LXXIV.

## *De auro coronario.*

### LEX VNICA.

*Imppp.* GRATIAN. VALENTINIAN. & THEODOS. AAA. *Cynegio. PP.*

Ad collationem auri coronarij placuit neminem abſque conſuetudine eſſe cogendum.

### SVMMARIVM.

1 *Auri coronarij collatio prohibetur hac lege.*
2 *Vnde dictum aurum coronarium, & de coronis datis iis, qui Imperatores ſalutabantur.*
3 *Triumphaturis oblata corona aurea, & quibus de cauſis?*
4 *Virgilij locus explicatur, & alius Vopiſci.*
5 *Prima corona ex lauro, poſtea ex auro.*
6 *Aurea corona oblata Principibus gratulationis cauſa.*
7 *Nec ſolum corona aurea offerebantur, ſed aurum ipſum, quod videtur in tributi genus deflexiſſe.*
8 *An hoc aurum fuerit tributum, vel oblatio voluntaria. Probatur non fuiſſe tributum, contra VVolfgangum, Lipſium & Carrançam,* & n.9.10.& 11.
12 *Emendatur lex noſtra in voce,* Nicomede, *quæ in vulgatis reperiebatur, & qui fuerit Rechomeres.*
13 *Animaduerſio Carrancæ in theſaurum refellitur & reprehenditur,* & n.14.
15 *De ratione legis noſtræ inſtituitur ſermo.*
16 L.in orbe Romano, de ſtatu hominum.
17 *Veſpaſianus effecit vt didrachma, quod Templo ſoluebant Iudæi, Ioui Capitolino ſolueretur.*
18 *Iudæi poſt excidium Hieroſolymitanum tributum didrachmaticum ſoluebant ſuo Patriarchæ, ad explicationem* l.Iudæorum 17. C. de Iudæis, & num.21.25.
19 *Seruij opinio reiicitur, exiſtimantis aurum coronarium oblatum propter conceſſam vitam.*
20 *Didrachma quod pendebant Iudæi ex lege Dei quale fuerit.*
22 *Epiphanij locus expenditur de Patriarcha Iudæorum.*
23 *Diſſeritur de Patriarchis Iudæorum, & recondita multa euulgatur, ad explicationem* leg.22.Cod. Th.de Iudæis.
24 *An Patriarchæ nomen apud Gentiles fuerit cognitum, & de Archiſynagogis Iudæorum expenditur Vopiſci locus difficilis contra Caſaubonum.*
25 *De auro coronario à Iudæis præſtito Patriarchis ſuis,* & n.26.
27 *Conſtantinus Imp. Templa paganorum ſeueris legibus ſuſtulit.*
28 *Coronarum vſus apud Romanos frequentiſſimus, remiſſiuè.*
29 *Coronas iactas fuiſſe in Deorum puluinaria religionis gratia oſtenditur.*
30 *Carpitur Iulianus Apoſtata.*
31 *Quare in præſenti non cogantur prouinciales pendere aurum coronarium.*
32 *Ex actu quem quis non facit iure ſuo nullum ius adquirit,* ad l.1.§.2. ff. de itinere, & l.qui iure familiaritatis, ff. de adquir. poſſeſſ. & numero 33.
34 *Nobilis ad quem ruſticus munera deferebat iure familiaritatis, excluditur ſi prætendat ius aliquod.*
35 *Domini vaſallorum qui cogunt ſubditos ad ſua molendina ire, nullum ius habent niſi præſcriptione muniantur, & quomodo hoc procedat,* & n.36. & n.40.
37 *Oſtenditur dominos tale ius magis per violentiam occupare, quàm aliquo legitimo modo,* & n.38. & 39.
41 *An detur interruptio poſſeſſionis in præſcriptione immemoriali, remiſſiuè.*
42 *Explicatur & exornatur* leg. vnic. ſup. ne operæ à collat. exig.
43 *Barones an poſſint imponere operas ſubditis ſuis.*
44 *Introducitur explicatio* l.vnicæ, infr. de oblatione votorum.

1 INTER alia munera oblatitia quæ Imperatoribus ſuis offerre conſueuit antiquitas, primum & antiquiorem locum obtinet illud quod *Aurum Coronarium* nuncupauit. Cuius collationem in præſenti prohibent Gratian. & Theod. niſi illam quæ iam ex conſuetudine recepta eſt. † Aurum 2 autem coronarium dictum fuit ex more antiquo. Nam quotieſcumque Duces exercituum re feliciter geſta, vel de hoſtibus victoria parta Imperatores ſalutabantur à ſuis, Prouinciæ ac ſociæ ciuitates ac Reges dono dabant eiſdem coronas aureas, vel auri tot pondo, ita docent Alciat. *lib.6. parerg. cap.4.* VVolfgang. Lazius *lib.2.comment. Reip.Rom. cap.13.* Marcell.Donat. *in Sueton.in Neron.cap.32.*Petr.Gregor. *lib.3. ſyntag.cap.7.* Pancirol. *lib.2.var. cap.246.* Iuſt. Lipſius *de magnitud.Roman.lib.2. cap.9.*Thom. Demſter *ad Roſin.lib.10.antiquit.cap.29.* Bulenger.*de Triumpho cap.29. & lib.9. de Imp. Rom. cap.27.* Caſaubon. *in not. ad Spartian. in Hadriano.* Paſchal. *de coronis lib.8. cap.6.* Cerda *ad Virgil. lib.8. Æneid. conſ.714. num.13.* Galganet. *de iure publ. lib.4. tit.9. num.6.*

3 Huius moris duplicem modum inuenio apud Auctores, & vt triumphaturis mitterentur coronæ, vt triumphum ipſum eis ornarent, quia corona inſigne fuit triumphantium, vt notum eſt ex Bulenger. *de triumph.cap.17.* & probat Cicer. *in Piſon.*ibi, *Mitto aurum coronarium quod lex & decerni & accipi vetat, niſi decreto triumpho,* & contra Rullum, *Aurum coronarium dabitur Proconſulibus, vel Imperatoribus ex prouincia decedentibus, ad decorandum triumphum.* Vel vt coronæ oblatæ Diis ipſis dicarentur. De primo ſunt varia loca Plinij *lib.33.cap.3.*cùm ait Claudium cùm de Britannia triumpharet, inter coronas aureas vnam duodecim pondo habuiſſe, quam contulit Hiſpania citerior, & Valerij *libro 7. cap.2. exemp.4.*ibi, *Nouem triumphales Imperatorum currus ſecutum totius ciuitatis oculos in ſe numeroſa donorum pompa conuertentem, præferebantur enim coronæ auri octo,* & Liuij *lib.37. de Triumpho Acilij. Tulit coronas aureas, dona ſociarum ciuitatum, & lib.34. in triumpho Scipionis Aſiatici,* connumerat ducentas triginta quatuor coronas. Sic ad Paullum Æmilium triumphaturum, Plutarcho Auctore coronæ quadringentæ miſſæ ab vrbibus. Ad Titum pro victoria Iudæorum à Parthis alia, item ad Neronem Sueton. *in Neron. cap.25.* Ioſeph *lib.7. de bello Iudaico cap.24.* † De altero modo mittendi coronas eſt acci- 4 piendus Virgil. *lib.8. Æneid.*

*At Cæſar triplici inuectus Romana triumpho*

*Mœnia*

*Mœnia Diis Italûm votum immortale ſacrabat,*
*Ipſe ſedens niueo candentis limine Phœbi*
*Dona recognoſcit populorum, aptátque ſuperbis*
*Poſtibus.*

& luculentiſsimum eſt Vopiſci teſtimonium *in Probo*, qui litteris ad Senatum datis ait. *Coronas quas mihi obtulerunt omnes Galliæ ciuitates aureas, veſtræ Patres conſcripti clementiæ dedicaui, & has Ioui Opt. Max. cæteriſque Dijs Deabúſque immortalibus veſtris manibus conſecrate*, ob hanc cauſam hæ coronæ vocantur *Prouinciales* à Tertulliano *de corona milit. c.* 11.

5 † Priùs autem huiuſmodi coronæ ex lauro fuerunt, propter paupertatem, vt ait Feſtus, poſtea eſt auro creſcente vrbis luxu & potentia, tradit Agel. *lib. 5. noct. cap. 6.*

6 Creuit itaque mos ille, ita vt ſub Imperatoribus ſponte prouinciæ aurum coronarium Principi darent, quaſi gratulantes ob partam ab eo victoriam, vel ob aliquam publicam lætitiam, vel quando ſalutabantur Imperatores, vel ab Auguſtis in Cæſares adoptarentur, aut quoties ipſorum auſpiciis hoſtes inſigni clade afficiebantur, & quod magis eſt, etiam ob certaminis victoriam, ita docemur auctoritate Dionis *lib. 42. & 49.* Ita Antonino Pio, vt refert *in eo* Spartianus, adoptionis ſuæ cauſæ oblatum eſt aurum coronarium, non ſolùm ab Italia, ſed & à cæteris prouinciis. Sic ob Imperij primitias Valentiniano oblata ſunt aurea ſimulachra victoriarum à Tripolitanis referente Ammiano, & Claudio oblatæ coronæ in certaminibus. Sueton. *in Neron. cap.* 32. Quas omnes cauſas complectitur eleganter *l. 4. C. Th. de auro coron.* his verbis. *Quæ diuerſarum ordines curiarum, vel amore proprio, vel indulgentiarum lætitia, vel rebus proſperè geſtis admoniti in aureis coronis ſigniſque diuerſis obtulerint, in quacumque fuerint oblata materia, in ea ſuſcipiantur.*
7 † Ex quibus docemur nec coronas ſolas oblatas fuiſſe, ſed aurum ac pecuniam ad coronas, quod aurum coronarium propriè dicitur *in præſenti.* Ita videtur indicari ex Dione *lib. 42.* ad quem Cæſar victo Pharnace ex Aſia rediens magna pecunia coacta, quam partim titulo doni, vt erant coronæ ſtatuæ, & talia collegit, & *lib* 49. & *iſto prætextu* (ſcilicet triumphi) *multum auri à populis quaſi ad coronas colligebant.* Hinc paulatim in tributi genus abiit hæc oblatio, ſi credimus Suidæ *lib. 1. de Gothis, qui coronarium vectigal*, ait, *Rhodios pendiſſe quotannis, non vt tributum, ſed quaſi coronam amicis dantes.* & Procopius *de Theodoto Gothorum Rege* notat, *pactum eum cum Petro Iuſtiniani Imperatoris duce decedere Sicilia tota, & quotannis coronam auream mittere trecentarum librarum*, & eam ſententiam ſequutus eſt Lipſius *dict. cap. 9.* & ante eum VVolfgang. Laz. *d. lib. 2. cap. 13.* & Carrança *infrà* referendus, & refellendus.

8 Quæ ſententia mihi omnino falſa videtur, nam verius exiſtimo, hoc aurum minimè tributi cauſa datum, neque conceſſum vnquam fuiſſe, ſed magis honorariam oblationem & voluntariam (quod *donatiuo* vocamus) hanc opinionem expreſsè probat Iulian. *in l. 1. C. Th. h. t.* ibi, *Aurum coronarium munus eſt voluntatis quod non ſolùm ſenatoribus, ſed ne aliis quidem debet indici, licèt quædam indictionum neceſſitas poſtulauerit*, expreſſiùs Impp. noſtri *in l. 4. C. Th. eod.* ibi. *Quæ diuerſarum ordines curiarum vel amore proprio, vel indulgentiarum lætitia, vel rebus proſperè geſtis in aureis coronis ſigniſque diuerſis obtulerint, in quacumque fuerint oblata materia, in ea ſuſcipiantur, ne id quod voluntate offertur, occaſione obrizæ incrementi neceſſitatis iniuria inſequatur.* Accedit lex noſtra quæ coactionem tollit, quia ea non debet interuenire, quando ex voluntate fit oblatio. Idem probat *leg. vlt. C. Th. eod.* vbi aurum coronarium non ſolùm exigit, ſed reſtituendum eſſe decernit, quibus illicitè fuerit ablatum quod non fieret, ſi ad obligati eſſent ciues, & ob id Satrapas pro deuotione Imperij adſtringit ad offerendam coronam, ſicut Decuriones *in l. 2. eod. t. t.*
† Rurſus id comprobat Symmach. 9
*lib. 10. epiſt. 26.* de muneraria oblatione Imperatoribus facta agens, ita ad Theodoſium ſcribit. *Senatus tamen promptus obſequi omnes officiorum partes vltrò arripit, quibus indicatur affectio, & ſalutare numen tuum precatur, vt in hac oblatione intelligas hoc eſſe curatum, ne ſub te munus poſſe videamur. Nam Diuis parentibus tuis ob decennium ſingulis minor ſumma decreta eſt etiam D. frater manſuetudinis veſtræ cùm tertium luſtrum aui imperialis exigeret, partiore munificentia honoratus aſſeritur, nunc in amorem tuum ſtudia noſtra creuerunt, nam mille ſexcentas auri libras decennalibus Imperij tui factis deuotus ordo promiſit*, alludit Symmachus ad oblationem quæ decennalibus Imperatorum & exactione luſtri à Senatu fiebat, quam ob cauſam videtur dixiſſe Papinius *lib. 4. ſyluar. in epulo Domitiani,*

*Sepe coronatis iteres quinquennia luſtris.*

Fit etiam mentio auri oblatitij *in l. omnes 5. & in l. dudum 9. C. Th. lib. 6. in princ.* quod Senatores pendebant reſpectu poſſeſſionum, *leg. 2. C. Th. de auro coronar.* molliori vocabulo ne per vim, aut tributi cauſa datum videretur, vt opinatur Iuret. *lib. 2. miſcellan. Symmach. ep. 57.* & Bulenger. *de Imp. Rom. lib. 3. cap. 1. in fin.* Pancirol. *lib. 2. var. cap. 246. in fin.*

Neque pro VVolfango & Lipſio facit ſi innitaris 10
locis ab eis adductis. Non remiſſio illa auri coronarij facta ab Hadriano, Antonino & Alexandro intelligenda eſt, quando iam eis promiſſio & oblatio facta erat, vt probatur *in l. oblationem 14. C. Th. lib. 6. in princ.* ibi, *Oblationem nobis ampliſſimi ordinis promptâ liberalitate promiſſam partim remittimus vobis, partim patriæ communi vrbique largimur*, fiebat ergo primùm oblatio, & hoc quidem voluntariè, poſtea autem in obligationem tranſibat, *argumento l. ſicut 5. C. de oblig.* facit etiam & exemplum hoc. Donatio eſt liberalitas ad quam nemo iure aliquo cogitur. *l. donari de regul. iur.* at ſi promiſſio fiat de donando, quis negat promiſſorem ad implendum teneri, *l. ſi quis argentum 35. C. de donationib.* Pari modo in hac liberalitate oblationeque contingit, nam oblatum aurum coronarium ex oblatione iam debitum remiſerunt Imperatores: vnde igitur deducunt contrariæ partis aſſertores, auri huius oblationem tributum eſſe? Quod confirmat Petri ducis & Theodati pactum, nam tributi genus molliori vocabulo temperatum eſt, vt non videretur tributum,
ſed oblatio coronæ tanquam amici. † Cùm ita- 11
que quod ex voluntate & beneuolentia cœperat deberi ex oblatione facta, in neceſſitatem cecidit, quod erat voluntarium à principio, Auguſtus omnium primus illud iam ei oblatum remiſit, non ſolùm Italiæ coloniis, verùm & municipiis, vt ipſe gloriatur apud Dionem *lib. 51.* & in lapide Ancyrano, quem tranſcripſit Caſaubonus *in notis ad Sueton. lib. 2. in fin.* & refert quoque Lipſius, vbi hæc verba ſcribuntur. *Quotieſcumque Imperator ſum appellatus, aurum coronarium non accepi.* Poſtea eum ſunt imitati Hadrianus, vt in eo refert Spartianus, & Antoninus Pius, & Alexander Seuerus, teſtibus Lampridio & Capitolino, quorum verba referunt ſuprà relati Lipſius, & Pancirol. *d. cap. 246.* Idem quoque feciſſe Iulianum Apoſtatam docemur ex
Ammiano, & ex *l. 1. C. Th. hoc tit.* † Quæ veſtigia ſe- 12
cuti noſtri Impp. hanc legem tulere anno ſalutis 384. Richomere in Occidente, Clearcho verò in Oriente collega Conſulibus, vt patet ex ſubſcriptione noſtræ legis, vbi vulgato legebatur *Nicomede.*

mendoſè pro *Richomere*. Cuius mendum etiam & in
alios Auctores irrepſit, vt apud Caſſiodor. dicitur
*Ricimer, in Chron.* Apud Epiphan. *in hiſt.tripar.lib.9.
cap.21.Richomeri.* Apud Socratem *hiſt.tripar. lib.5.c.
12.Ricomelian.* In hiſtoria Ammiani *lib.31.* fit men-
tio huius Richomeri, qui nominatur Comes do-
meſticorum, ductans cohortes ſub Gratiano partim
in Galliis, partim in Thraciis, *& in C. Th.* extat
*l.13. de re milit.* ad Richomerem Comitem & ma-
giſtrum militiæ, & parentis nomine decoratur à
Maioriano *Nouella* 3. hoc anno, quo Richomeres
& Clearcus Conſules fuere, natus eſt Theodoſio
Hiſpano noſtro Honorius eius filius, vt teſtatur So-
crates *d. cap.12.* Hac ergo lege Gratianus & Va-
lentinianus cum Theodoſio auri coronarij collatio-
nem non ad tempus remiſerunt, vt Auguſtus &
alij factitarunt, neque eam ſuo arbitrio reſeruarunt,
vt Iulianus, ſed omnimodo eam ſuſtulerunt, præci-
pientes vt nullus ad offerendum cogeretur, niſi con-
ſuetudine iam eſſet receptum, poſtea id effecerunt
Theodoſ. & Arcad. *in d. l. oblationem 14. Cod.Theod.
lib.6. in princ.*

13 Vnde venit recitanda Carrançæ acriſſima animad-
uerſio in Gaſpar. Theſaurum, qui cenſus tributi
genus fuiſſe aurum coronarium, cùm ſoleat ſemper
in Auctores omnes pædagogum agere nimis ſuper-
cilioſum, raucum, ſeuerum, vociferatorem & buc-
cinatorem acri cenſura, plena aceto, felle & pipe-
re, & toto rabiei condimento miſerum Theſaurum
damnat *1.p. de augmento monetæ num.17.* quòd nota-
uerit VVolfangum, qui tributum eſſe aſſeruit, & qua-
ſi ille Medicus eſſet aliquis Eccleſiæ Pontifex, aut
ſacra Congregatio Concilij OEcumenici, ita deſæ-
uit *in tract. de monetis 4.p cap.1.§.7.puncto 1 verſ.bien
que eſto.fol.247.* ibi, *Fue tributo como conſta de va-
rias leyes del codigo Theodoſiano cuja ignorancia e dio
oſadia Gaſpar Theſauro para decir que auia errada
grauemente VVolfango no auiendo ley en aquel titulo
que non ſuponga eſta verdad que claramente, ſe comprue-
ba con lo que deſpues de Lampridio notant Copino y
Bulengero lo que bien mueſtra aquan euidente rieſgo ſe
ponen los que hacen iuicio de coſas fuera de ſu capto o
14 esfera.* † O ſexquipedalia verba! ô ſi legiſſes mi
Carrança omnes leges illius tituli Codicis Theo-
doſiani, aduerteres in te conuertendam reprehen-
ſionem. Vnde tu deducis leges Codicis probare eſſe
tributi genus aurum coronarium, cùm omnes di-
cant eſſe voluntariam oblationem? O vocem ma-
gnificam *capto*, qua ita tumet, & quam ita amat
Carrança, vt nullum perſtringat ſine ea, ita *de par-
tu cap.1.ſect.1.num.33.& de monetis 2.p.c.3.pag.167.*
Scaligerum notat. *Que aſi tropieçan y ſe hacen los
ojos los Gramaticos que tratan las coſas fuera de ſu ca-
pto*, & *in epiſtola ad fratrem contra D. Laram* ait te-
ſtem vocat ſuo captu Tiraquellum aſſerentem, & in
opere *contra los trapes, in notis fol.52. contra Peta-
nium eius æmulum*, ibi, *coſas menudas que eran las de
ſu capto*, multò melior erat nota in Theſaurum *d.
n.17.* qui aurum coronarium accepit pro auro puro,
quo aureæ coronæ conficiebantur, cùm tamen etſi
non eſſet genus tributi, fuerit tamen genus obla-
tionis, in quo Theſauri grauior eſt lapſus.

15 Sed pergamus vlteriùs, & inueſtigare curemus
rationem qua hæc noſtra ſanctio innitatur. Res
non ſtatim eſt obuia, neque *ſuprà* laudati Auctores
facem aliquam prætulerunt, tantùm contenti natu-
ram huius oblationis aperire. Non aliena meo pre-
mo pede, ex marte noſtro omnia ſunt deſumenda erunt
Primum itaque cogitaueram hoc oblationis ge-
nus à gentibus, vel nationibus deuictis & ſubactis
originem duxiſſe, vt probat vulgaris Seruij locus,
qui ad illud Virgilij 8. *dona recognoſcit populorum,*

adiicit, *Aurum coronarium dicit quod hodie à victis
gentibus datur. Imponebant autem hoc Imperatores
propter conceſſam vitam.* Huic etiam congruit Sal-
uian *lib.6.* ibi, *Inſuper etiam ridiculos ipſi nos facimus,
aurum quod pendimus munera vocamus, dicimus donum
eſſe quod pretium eſt. & quidem pretium conditionis du-
riſſimæ ac miſeriarum*, notarunt Bulenger *d.lib.9.c.27.*
Demſter. & Lipſ. *ſup.* & ante eos omnes Alciat. *dict.
lib.6.parerg.cap.4.* † Vnde cùm poſt conſtitutionem 16
Antonini omnes qui ſub Imperio Romano erant,
ciues eſſent effecti, *l. in orbe Romano 17. D. de ſtatu
hom.* iunctis iis quæ tradidi *lib.1. obſ.cap.1. num.85.*
videbatur hoc munus ſummè odioſum, cùm in ſi-
gnum deditionis datum eſſet, & vt magis potentiam
Romanorum deſignaret, & imbellem prouincia-
lium animum, † vt feciſſe Veſpaſianum in excidio 17
Hieroſolymæ hiſtoriæ monumenta teſtantur, ex
Ioſepho *lib.7. de bello Iudaico cap.28.* & Origene *ep.
ad African.* quos refert Baronius *1.tom.ann. anno 72.
n.28.* qui didrachma, quod Iudæi quotannis templo
perſoluebant, iuſſit vt Ioui Capitolino penderetur.
Hoc tamen tributum coronarium fuiſſe conſtat ex
*lib.1. Machabæor.cap.10.verſ.29.* vbi Rex Demetrius
ita Iudæis ſcribit, *Et nunc abſoluo vos & omnes Iu-
dæos à tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas re-
mitto*, cuius rei etiam miminit Ioſeph. *lib.13. antiq.
cap.8. ad fin.* notat Petr. Gregor. *lib.3. ſyntag. cap.7.
n.5.* † Poſtea verò hoc tributum ab Iudæis fuit ob 18
ius Synedrij, vel Sanedrin, id eſt, Concilij, aut con-
gregationis ſuæ Patriarchis Occidentalibus præſti-
tum, donec in ſuum theſaurum tranſtulerunt Theo-
doſius & Valentinianus *in l. Iudæorum 17. C. de Iudæis.*
ibi, *Iudæorum primates qui vtriuſque Palæſtinæ Syne-
driis dominantur, periculo ſuo anniuerſarium canonem
de Synagogis omnibus exigant ad eam formam, quam
Patriarchæ quondam coronarij auri nomine poſtulabant.*
Cùm ergo ita odioſa eſſet origo huius collationis
Prouincialibus, non immeritò Imperatores lege
noſtra eam ſuſtulerunt.

Verùm hæc ratio non poteſt admitti, quia falſa 19
eſt Seruij opinio, exiſtimantis hoc aurum conceſſum
eſſe propter conceſſam vitam, cùm potiùs à ſociis
fœderatiſque gratulantibus de victoria, aut alia læ-
titia datum fuerit magis, quàm ab ipſis deuictis, vt
Lipſ. *ſup.cap.9.* & Cerda *ad ipſum Virgilij locum, n.15.*
Seruium non rectè ſenſiſſe animaduertunt, quod
comprobat Plin. *in Panegyr.* ibi, *Video iam cernere non
ſpoliis prouinciarum, & extorto ſociis auro, ſed hoſtili-
bus armis, captorúmque Regum catenis triumphum gra-
uem.* Nec Saluianus contra nos aliquid faceſſit, nam
non negamus hoc aurum coronarium extortum ali-
quando magis fuiſſe, quàm voluntariè datum, hóc-
que irridet quòd munera vocentur.

Difficilius negotium exhibent *d.l. Iudæorum, C. de 20
Iudæis*, & Veſpaſiani factum. Sed hæc procella
explicatione noſtra ſedabitur, ſi aduertas ex lege Dei
*Exod.cap.30.* imperatum fuiſſe Iudæis didrachma, vt
omnes viri à vigeſimo anno & ſuprà pro redemptio-
ne & propitiatione ſua darent in vſum tabernaculi
dimidium ſicli, quod eſt didrachma. Vnum di-
drachma vnum faciunt ſtaterem, duo ſtateres vn-
ciam, docent Epiphan. *de menſur.* D. Hieronym. *in
Ezech.cap.4.* Ioſeph. *lib.3 antiq.cap.4.* Didrachma ar-
gentea fuit moneta, idem valens atq; duo Hiſpaniæ
noſtræ regales, ſiclus quatuor tantùm pendebat.
Maldonat. *in Matthæum cap.17.n.24.* Pancirol. *lib.1.
var.cap.66. & lib.2.cap.254. & lib.3.cap.31 & de ma-
giſtr.municip.cap.6. & in not. Imp. Orien.cap.73.* Baron.
*tom.1.anno 33.n.30. & 31.* Buleng. *lib.9. de Imp. c.17.*
quod tributum vſque ad Veſpaſianum perſeuerauit,
vt ſinguli duas drachmas offerrent in templo, po-
ſtea templo & natione deuaſtatis, illud didrachma
ab

ab omnibus Iudæis vbique habitantibus deferri in Capitolium iuſſit, vt ex Ioſepho *libro 7. de bello Iudaico cap. 26. in fine*, probant Baron. *ſuprà* & alij. Hoc tributum capitis fuiſſe probatur quod Chriſtus Dominus pro capite ſuo ſoluerit *Matthæi* 17. & docet D. Hilarius *aduerſus Conſtantium, Cenſum capitum remittis, quem Chriſtus ne ſcandalo eſſet, exſoluit.*
21 † Poſtea autem labente æuo cùm Conſtantinus omnes Gentilium ritus extirpaſſet, & ſic Capitolini Iouis templum non extaret, cœperunt Iudæi cùm Templum non haberent, hoc didrachma pendere Patriarchis ſuis, qui videntur ſuffecti loco ſuorum Pontificum, *d.l. Iudæorum* 17. *l.14. C.Th.de Iudæis*, quibus in titulis horum multa mentio *in l.1.* ibi, *Iudæis & maioribus eorum & Patriarchis volumus intimari, & in l.2. Qui deuotione tota Synagogis Iudæorum, Patriarchis, vel Presbyteris ſe dederunt*, & Patriarchæ illuſtrium nomine decorantur *in l. 8. & 11.* ſpectabilium *in l.15.* & Reuerendiſſimi vo-
22 cantur à Iuliano *in ep. ad Iudæos.* † Sed ad rem maximè conducit elegans locus Epiphanij *hæreſi* 30. quem etiam refert Baron. *3.tom. ann. anno Chriſti* 327. *numero* 17. cuius verba ſubiiciam libenter, quia multum ad hanc rem conducunt. Loquitur de Iudæo quodam Ioſepho, qui Chriſti nomini ſe addixerat. *Hic*, ait, *inter dignitate præſtantes viros apud ipſos* (Iudæos) *connumeratus erat; ſunt autem hi poſt Pa-*
70 *triarcham Apoſtoli appellati, aſſidéntque Patriarchæ, & cum ipſo ſæpe aſſi iè in nocte ac die degunt conſulendi gratia, & vt r rant ad ipſum ea quæ ſunt in lege. Patriarcha verò illo tempore Hellel nomine erat, ex genere verò Gamalielis, qui apud ipſos Patriarcha fuit, & ex eo genere cæteros fuiſſe. Ratiocinari autem licet hunc eſſe generis illius primi Gamalielis, qui temporibus Saluatoris vixit. Cùm autem eſſet vicinus morti Hellel, cupiuit Epiſcopum vicinum vrbi Tiberiadis ad ſe venire*, & poſtea ſubdit. *Omnia itaque peragebantur per hos duos, propterea quòd Patriarcha adhuc puer & infans eſſet, & in manibus ipſorum educaretur. Adoleſcit puer relictus ab Hellel, qui in Patriarcham educabatur, nemo enim alius rapit principatum apud*
23 *Iudæos.* † Ex quo loco Epiphanij multa de hac re recondita accipiunt lucem.

Primò Patriarcham hunc Principem fuiſſe, inter ipſos Iudæos, & eam dignitatem hæreditario iure in deſcendentes illius Gamalielis transferri conſueuiſſe, quod etiam inſinuat *l.22. C. Th. de Iudæis*, ibi, *Quoniam Gamalielus exiſtimauit ſe poſſe impunè delinquere, quòd magis eſt erectus faſtigio dignitatum, ab eo codicilli demantur honorariæ præfecturæ, vt in eo ſit honore, in quo ante præfecturam fuerat conſtitutus, ac deinceps nullas condi faciat Synagogas*, quæ lex de Patriarcha Iudæorum accipienda eſt, quæ cum dignitate illa habebat quoque præfecturam aliquam, qua contra Chriſtianos deſæuiebat. Sic apud Marcellum Empiricum *cap.23.* Gamalielis Patriar-
24 chæ fit mentio. † Quem fuiſſe paganum cenſet Caſauboni *in notis ad Vopiſc. in Tyrannis, pag. mihi* 249. *Quia*, inquit, *Patriarchæ nomen non ſolùm apud Iudæos & Chriſtianos, verùm & Gentilium religionum cultores.* Quam ſententiam reiicit rectiſſimè Salmaſius *in dicto loco Vopiſci pag.455.* licèt eam nullo firmo loco comprobauerit, niſi coniectura ductus, quam Gamalielis nomen planè Iudaïcum referebat. Neque pro Caſaubono facit Vopiſcus *ſuprà*, qui *in vita Saturnini* epiſtolam Hadriani referens inter alia hæc ſcribit. *Ægyptus quam mihi laudabas, totam didici illi, qui Serapim colunt Chriſtiani ſunt, & deuoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt. Nemo illic Archiſynagogus Iudæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum Presbyter, non mathematicus, non aruſpex, non aliptes. Ipſe ille Patriarcha cùm Ægyptum venerit ab aliis Serapidem adorare ab aliis cogitur Chriſtum.* Quibus cognoſcimus multos ex Chriſtianis ad aduentum Hadriani mutaſſe religionem, vel diſſimulaſſe, vnde vox illa *Patriarcha* non poteſt referri ad Gentiles, ſed ad Iudæos, nam etſi poſſet Chriſtianis conuenire, non tamen *ibi* admittendum eſt, cum iam de Epiſcopis egiſſet Chriſtianorum, & id etiam ſuadetur, nam illi Archiſynagogi erant miniſtri Patriarchę Iudæorum, qui aliàs dicebantur Apoſtoli, & dirigebantur à Patriarcha ad exigendum aurum atque argentum illud didrachmaticum, *l.14.C.Th.de Iudæis*, ibi, *Superſtitionis indignæ eſt vt Archiſynagogi, ſiue Presbyteri Iudæorum, vel quos ipſi Apoſtolos vocant qui ad exigendum aurum atque argentum à Patriarcha diriguntur.* Accedit his quod poſtea adiicitur, *ipſe Patriarcha cùm Ægyptum venerit*, quia denotatur Patriarcham extra Ægyptum habitare, hoc tamen de Chriſtiano Epiſcopo non poteſt accipi, quia ipſi non erant extra diœceſes, ac proinde accipiendum eſt de Patriarcha Iudæorum, quem Tiberiade Iudææ vrbe habitare *ſuprà* laudatus Epiphanius demonſtrat, etſi non ignorem Hadrianum vtpote Paganum tam malè de noſtris Chriſtianis ſenſiſſe.

His ita poſitis Imperatores *in d.l. Iudæorum* 17. *C.* 25
*de Iudæis*, quæ eſt *l.vlt. C.Th. eod.* Primatibus, ſiue Archiſynagogis Iudæorum, qui vel in Palæſtinæ ſynedriis nominantur (id eſt, in Concilio ita vocato, vide Pancirol. *lib.2. var. cap.*148.) vel in aliis prouinciis degunt, (vt Ægypti, Iudæi enim per omnes prouincias orbis diſperſi, vt probat Puente *lib.2. de la Monarch cap* 23. cum aliis) iniungunt vt quæ poſt exceſſum ſuorum Patriarcharum penſionis nomine acceperunt, exſoluant. Poſtea verò quæ auri coronarij nomine ipſis Patriarchis dabatur, fiſco ſuo vindicant. Quæ diſpoſitio inſinuat Patriarcharum nomen & dignitatem exoluiſſe, & eo tempore iam extinctum eſſe, vt ſic omnino gens illa perfida, diſperſa, palabunda cœli & ſoli ſui extorres, ſine Deo, ſine Rege per orbem vagaretur, vt docuimus *in l.vnic. ſup. de infamibus n....*

Hinc etiam colligere licet aurum illud non fuiſſe 26
datum Patriarchis ex Veſpaſiani iuſſu, neque didrachmaticum fuiſſe, ſed à Iudæis coronæ nomine, ſeu donatiui oblatum, & voluntariè, atque ita ea ratione, quia odium contineret prouinciarum, minimè introductum eſſe ferendum eſt. Item ſcias propter Iudæos appoſita fuiſſe illa verba, *abſque conſuetudine*, nam illi ſoli ex conſuetudine ad id cogebantur, translato ſcilicet in Imperialem fiſcum iure illo auri coronarij, quod Patriarchis ſuis præſtiterunt.

Quare ſuccedit alia ratio, quæ mihi ſanè plauſi- 27
bilior viſa eſt, quòd cùm Imperatores Chriſtiani maximè curauerint Gentilium profanos ritus extirpare, & eorum abolere memoriam, *leg.1. & tot. C. de Paganis, & C.Th. eod.* & conſtat ex Euſebio *lib.4. de vita Conſtant. cap.25.* Niceph. *lib.8 hiſt. Eccl. c.18. & libro 25. c.16.* Conſtantinum templa quæ eſſent omnium turpitudinum promptuaria, & eorum cultores ſeueriſſimis legibus prohibuiſſe, vt refert quoq; Baron. *3.tom. anno Chr.* 326. *n.*77. *& anno* 346. *n.*10. *& ſeq. & n.*318. *n.*38. Quod & Theodoſium factitaſſe refert 4. *tom. anno* 381. *in fin.* circa impios Deorum cultus, *l.nemo* 7. *C.de Paganis. l.3. in princ. l.10. & 11. cum aliis, Cod. Th. eod.* vnde omne quoque illud, quod in eos tenderet, amouiſſe. quare cùm auri coronarij oblatio occaſionem ad ſuperſtitionem præberet, non ſine ratione pij Imperatores collationem reſpuerunt, ne quòd Deorum cultum magis, quàm lucrum aliquod denotabat, ipſi fouere viderentur. † Nã 28
nemo eſt qui neſciat frequentem fuiſſe coronarum

vſum apud Romanos, ex iis, quæ cumulat Paſchalius *integro libro de coronis*, poſt Cœlium Rhodigin. *lib.6. antiq.lect. cap.19. & lib 8. cap.13. & lib.27. cap.26.* Mercurial. *libro 5 var. cap.9.* Durand. Caſcell. *lib.1. var. cap.19.* Petr Fab. *lib.3. ſemeſtr. cap.25.* Dorleans *ad Tacit. libro 2. annal.* Roa *2. p. ſingul. libro 4. cap.6.* Cerda *in Tertull. lib.15. ſiue de coron. milit.* Bulenger. *de conuiuiis. lib.3. cap.24.* Nam in conuiuiis coronis vtebantur, eáſque Diis offerebant. Val. Max. *lib.5. cap.7.* Plin. *lib.2. cap.3.* ibi, *Tunc corona Deorum honos erant & Larium.* Plaut. *in Aulular. in prolog. verſ.24. & 25.* & qui Diis ſupplicabant, coronabantur. Tertull. *de ſpectacul. cap.11. & de idololatr. cap.8.* Quamobrem coronas vulgata Chriſtianorum diſciplina ita reſpuebat, vt pro delicto haberetur coronam capite noſſe, vt teſtatur Tertull. *de corona milit. cap.1. & 2.* vbi Pamelius & Cerda, nam in hoc argumentum totus eſt ille Ter-
29 tulliani liber. † Accedit quòd ſi huiuſmodi aurum coronarium conceſſum erat ad triumphum, eas coronas triumphaturi poſtea in templis Deorum dedicabant, vt probat Martin. de Roa *de die natali cap.1. & 20.* & Cerda *ad dictum Virgilij locum lib.8. Æneid.* & in reliquorum Deorum puluinaria & ſtatuas iactas fuiſſe coronas, honoris gratia, refert Iuſt. Lipſ. *ad Tacitum lib.14. annal. ad fin.* & docemur auctoritate Capitolini *in M. Antonino Philoſ.* ibi, *In Saliatu omen accepit Imperij, coronas omnibus in puluinar ex more iacientibus, aliæ aliis locis hæſerunt, huius velut manu capiti Martis aptata eſt*, & Baruch. *cap.6.* legimus. *Coronas habebant in capite Dij eorum.* Cùm ergo huius præcipui moris initia ad Deorum cultus impiè pertinerent, vt omnis eorum memoria in poſterum aboleretur, auri coronarij collatio *in præſenti* ſublata eſt.

30 Quæ ratio etiamſi vera in ſe videatur, non poteſt adaptari legi noſtræ, nam ſi ea de cauſa tolleretur, etiam auri coronarij præſtatio, quantumuis conſuetudine inniteretur, non poſſet procedere, nam cùm in ea vigeret principium illud impietatis antiquæ, potiùs dicenda eſſet corruptela, ac conſequenter improbanda erat, *cap. fin. de conſuet. cap.1. eod. in 6.* Neque item ob eam rationem remiſiſſent Auguſtus, neque Hadrianus, eam præſtationem, nec impius Apoſtata Iulianus, qui, vt ſciunt qui hiſtorias legerint, adeò ſtudioſus fuit cultus Deorum, vt nihil non tentauerit, quò magis iterum illum in Imperium introduceret ridiculus Apoſtata,
31 & præſtigiator inſipiens. † Quare his & aliis rationibus valere iuſſis, accommodatior eſt illa, quæ deducitur ex *l.1. C.Th. h.t.* vbi Iulianus ſic ait, *Aurum coronarium munus eſt voluntatis, quod non ſolum ſenatoribus, ſed nec aliis indici debet*, & ex *l.4. C. Th. eod.* ibi, *Ne id quod voluntate offertur, iniuria inſequatur.* Quæ leges affirmant, hanc oblationem voluntariam & ſpontaneam eſſe, & magis ex voluntate offerentium, quàm ex neceſſitatis iure impoſitam: vnde non debuerunt prouinciales & ſubditi cogi ad pendendum quod ex eorum voluntate dabatur, nam ad id neceſſe erat, vt ſuo iure
32 Imperatores exigerent. † Si quidem ex actu, quem quis non ſuo iure facit, nullum ius adquirere poteſt, vt *argumento l. fin. D. quemadmod. ſeruit.* docent, licèt in alio propoſito, Panormit. *num.25.* & Ripa *num.52. in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ.* etſi enim ex actibus, qui ſolent exerceri iure familiaritatis, tot actus requirantur, ex quibus præſumatur vtentem iure proprio id feciſſe, ad quod triginta actus requirere videtur Conſultus *in l.1. §. hoc interdicto 2. D. de itinere actúque priuat.* prout *ibi* notarunt Bart. & alij, Panormit. *num.24.* Rip. *55. & 93.* Ancharran. *num.20. in d. cap. cum Eccleſia.* Cæpolla *de ſeruitut. ruſt. cap.1. num.25.* Rebuff. *3. tom. ad leges Galliæ tit. de materiis poſſeſſoriis, n.193.* qui hoc arbitrio Iudicis relinquunt, iuxta quæ videbantur per tot ſæcula contra ſubditos præſcripſiſſe Imperatores hoc genus oblationis. Nihilominus tamen ad talem præſcriptionem neceſſarium erat, vt vtentes eo iure intelligant vti iure & nomine ſuo animóque domini volentis ſibi adquirere, vt eleganter exprimitur *in d. l. fin. D. de itinere. d. l. fin. quemadmod. ſeruit. l.15. tit.31. p.3.* docet Bernard. *in d. cap. cùm Eccleſia, verb. vocem, & gl.3. in cap. Abbate 25. de verb. ſign.* Panormit. *ſup. n.21.* Rip. *44.* Rebuff. *ſup. num.61.* & alios vt ſolet referens Menoch. *de arbitrar. caſ.160. num.2.* Aliter autem vtendo deficit animus neceſſarius ad adquirendam quaſi poſſeſſionem, *l. quemadmodum 8. D. de adquir. poſſ. iuncta l.1. C. de ſeruit.* ibi, *exemplo rerum.* † Cùm ergo Imperatores hanc oblationem 33
non exegerint animo domini, ſed oblatio penderet ex mera offerentium voluntate, nullum ius conſequi potuerunt, quo tributum inducerent, quia per actus, qui fieri ſolent, non iure proprio, ſed iure familiaritatis, amicitiæ, vel beneuolentiæ non adquiritur aliqua poſſeſſio, *l. qui iure familiaritatis 41. D. de adquir. poſſ. l. operis 31. D. de operis libert. l. fluminum 24. §. item videamus, l. Proculus 26. D. de damno infecto*, explicant latè Maſcard. *de probat. concluſ. 1197. num.10. & concl. 1264. num.26.* Couarr. *in reg. poſſeſſor. 2. p. §.4. num.6.* Menoch. *de arbitrar. d. caſ.160. & caſ.194. num.69. & de retinend. poſſ. rem.3. num.56.* Menchaca *controuerſ. illuſt. cap.84. num.31.* Garcia *de expenſ. cap.9.* Ceuallos *com. contr. com. q.301. num.18.* Mieres *de maiorat. 3. p. quæſt.6. num.53. & ſeq.* Tiraq. *de iure primog. quæſt.25. ex num.1.* Caſanete *conſ.39. toto*, & Caſtillo *de Tertiis cap.32. ex num.2. & ſeqq.*

Quare non immeritò excluditur Nobilis, ad 34
quem ruſticus munera deferebat (pones ponunt Bart. & alij,) nam ſi hæc iure familiaritatis faciebat, nullâ quidem præcedente obligatione adſtrictus in poſterum obligari non debet, quia magis familiaritatis, ſeu comitatis cauſa, quàm vt ius aliquod imponeret, illud donabat, vt docent Menoch. *d. caſ.160. num.17.* & Rodriguez *de annuis red. lib.1. quæſt.15. num.60.*

Alios ſimiles caſus proſequuntur DD. ſed fre- 35
quentior eſt ille, quem adduxit Couarr. *in d. reg. poſſeſſor. 2. p. §.4. num.6.* & Ioann. Gutierr. *lib.4. pp. quæſt.34.* quando vaſalli coguntur à dominis locorum ad ſua molendina frumentum deferre, neque alios furnos ædificare. Quo caſu niſi legitimè probata fuerit præſcriptio, damnantur domini ſubditis liberè permittere, priuata & propria molendina conſtruere, ac furnos alios ædificare. Ratio eſt, quia ex actibus merè voluntariis quaſi poſſeſſio adquiri minimè poteſt, iuxta *ſuprà* notata, adeò vt ſi mille anni tranſacti fuerint, non poſſunt domini dicere præſcriptum eſſe, vt poſſint prohibere alios furnos, vel molendina conſtruere, ita docuerunt Cyn. & Bart. *in leg.1. Cod de ſeruit.* Natta *conſ.106. num.9.* Roland. *conſ.51. num.29. lib.3.* Neuizan. *conſult.43. num.19.* Caſanete *d. conſ.39. num.2. & 3.* Gratianus *tom.1. diſcep. cap.89. toto, maximè num.13. & cap.118. num.26. & tom.2. cap.399. num.33. & tom.3. cap.564. & tom.4 cap.645. num.49* Farinac. *2. p. deciſ.365. num.5. & deciſ.536. num.4.* Ludouiſ. *deciſ.162. num.10.* Barboſa *de offic. Epiſcop. alleg.26. num.20. & in collect. ad cap. accedentes 11. de præſcript. num.3.* Moneta *de opt. canon. cap 8. num.21.* Caſtillo *de Tertiis cap.32. ex num.2.* & facit *l.18. tit.32. p.3.* † Limitari tamen hæc ſolet doctrina, 36
vt contra vaſallos hoc ius domini adquirere poſſint

quoties

quoties vaſalli ad alia molendina, vel furnos accedere ſunt prohibiti, & huic prohibitioni conſentientes ad domini molendina ſemper ierunt, non ad alia & ex hoc probata eſt quaſi poſſeſſio, tunc enim procedit præſcriptio, à die ſcilicet prohibitionis: vt *argumento l. hac autem 6. D. de ſeruit vrb.* tenent Barb. *de præſcript. 4. part. 5. partis princ. quæſt. 5. & 6.* & relati à Couarr. *d. num. 6. verſ. huic ſanè.* Natta *conſ. 521. num. 1. & 7.* Caſanat. *d. conſ. 39. num. 7.* Gratian. *d. cap. 89. n. 18. & cap. 298. num. 10.* Fontanell. *de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 17. num. 52. tom. 1.* Otero *de iure paſcendi cap. 21. num. 9.* Caſtillo *de Tertiis cap. 29. num. 4. & cap. 32. num. 11.*

37 Quæ doctrina, etſi vera in ſe ſit in caſu, de quo loquimur, non eſt admittenda, nam tales prohibitiones à dominis vaſallorum per vim & violentiam & de facto magis, quàm ex voluntate vaſallorum videntur prouenire, *argumento l. 1. ſup. de apochis*, nam cùm quis cum eo contrahit quem ſuperiorem recognoſcit, intelligitur id metu facere magis, quàm ſpontaneè, vt ex aliis docet Menoch. *de arbitrar. caſ. 136. n. 6. & ſeq.* & videtur probari *in l. 1. C. ne liceat potentior. l. pen. & fin. C. de his quæ vi. l. 1. & 3. D. de alienat. iudicij, l. principalibus 33. D. ſi cert. pet. cap. cognouimus 6. 10. quæſt. 3. l. 7. tit. 11. libro 2.* ibi, *ſaluo ſi no fuere por fuerça, & lib. 6. tit. 2. lib. 4. Recop.* iunctis quæ in propoſito congerunt Garcia *d. cap. 2. de expen. num. 3. & 35.* cum aliis Bobadill. *lib. 2. cap. 16. num. 12. & ſeq. & 81.* Boher. *deciſ. 132.* Mieres *de maioratibus 4. p. q. 20. num. 66* Gutierr. *d. lib. 4. pp. q. 34. num. 1. & 25. & q ſeq. & lib. 1. pp. qu. 92. n. 2.* Morl. *in emp. tit. de ſeruitut. q. fin. n. 24. & ſeq.* Rodriguez *lib. 1. de reddit q. 15. ex n 62.* poſt Gregor. *in l. 6. tit. 15. pag. 4. gloſ. magna* Innocent. Ioan. Andr. Hoſtienſ. & reliquos *in reg. quod latenter, de reg. iur.*

38 † Etſi enim nunquam præſumatur metus illatus ab eo, qui dignitatem habet, *l. ad inuidiam, C. de his quæ vi.* cum Menoch. *de præſum lib. 3. præſum. 126. num. 8.* tamen præſumi debet metus in vaſallo, qui ius ſuum non poteſt liberè proſequi potentia domini deterritus, *l. vnic. C. ſi Rector. prouinciæ*, ibi, *poteſt eſſe terribilis*, & ſic videtur metu compulſum ad faciendam domini voluntatem, *l. 3. in princ.* ibi, *& potentiori pares eſſe non poſſumus, D. de alienat. iudiciis, iuncta l. vnic. C. de his qui potentiorum nomine, l. 2. C. ne ruſticani ad vllum obſeq. l. qui potentiam 10. infr. de omni agro deſert.* cùm nemo præſumatur velle iactare ſuum, *l. cùm de indebito 25. D. de probation.* notant Menoch. *ſup. num 21. & 26.* Præcipuè etiamſi adſint minæ & preces aſſiduæ, quæ plerumque vaſallos obtruncant, iuxta ea, quæ tradunt Tiraquell. *de pœnis temp. cauſ. 35. tot.* Auiles *in cap. Prat. cap. 21. verb. Ruego.* Sanchez *de matrimon. lib. 4. diſp. 7. tot.* conferunt quæ tradit de vaſallorum miſeria Rodrig. *ſup. num. 69.* & Bobadill. *d. lib. 2. pol. cap. 16. num. 12.*
39 *& ſeq. & num. 81. & 116.* notant ſupradicti. † Vnde conſtat quòd cùm domini in his collectis & impoſitionibus poſſeſſionem vi & metu extortam habeant, minimè eis proderit talis poſſeſſio, *l. ſi quis diuturno 10. D. ſi ſeruit. vind.* notant *ſuprà* laudati. Niſi immemoriali præſcriptione ſe tueantur, ex *l. 8. tit. 15. lib. 4. Recop.* quod quomodo procedat præter cæteros optimè explicat Rodriguez *d. quæſt. 15. ex n. 67. cum ſeqq.* & Caſtillo *cap. 26. toto, de Tertiis.* Cui addo eam probari debere cum teſtibus qui non ſint vaſalli eius domini, nam quis credet vaſallum contra dominum teſtificaturum, ex traditis ab Ant. Gabriel. *com. concl. tit. de teſtibus concl. 10. ex num. 26.* Farinac. *de teſtibus quæſt. 55. inſpect. 3. numer. 183. & ſeqq.* Vnde cùm immemorialis debeat probari teſtibus integris, ex *l. 41. Tau.* iuncto Garcia *d. cap. 9. num. 14.* & Caſtillo *de Tertiis cap. 27. num 6. & ſeqq.* tales ſubditi integri non videntur.

Rurſus, vt non ſit interrupta hæc præſcriptio, 40
nam ſi interrumpatur poſſeſſio, certum eſt non poſſe procedere *l. naturaliter 5. l. ſi is qui 19. in princ. D. de vſucap. l. 2. C. de præſcr. longi temp.* cum vulgatis traditis à Donello *lib. 5 com. cap. 21.* vbi Oſvald. Morl. *d. quæſt. fin. numer. 42.* Otero *de iure paſcen. cap. 21. numer. 10.* Caſtillo *de Tertiis cap. 35. ex num. 2.* interrupta tamen cenſebitur & ſi aliquando vaſalli deſtiterunt, & dominus prohibitioni, vel reſiſtentiæ acquieuit iuxta ea, quæ diximus *ſuprà* de actibus facultatiuis vel ſi rumor, vel fama interuenit in contrarium hoc eſt, eam exactionem eſſe violentam, & nullo iure ſubnixam, nam ex eis interrumpi præſcriptionem probat Beltramin. *ad Ludouiſium deciſ. 298. num. 13.* & cum Iſernia Greg. *in l. 6. tit. 25. pag. 4. verb. debe lo ſeruir. verſ. & ſubdit. belliſ-*
*ſimè.* † Neque dicas interruptionem non procedere 41
in immemoriali, vt voluerunt Oldrad. & Corneus *apud. Molin. lib. 2. de primog. cap. 6. num. 47.* & Caſtillo *ſup. deciſ. cap. 35. num. 18.* nam verior eſt opinio contraria, vt reſoluunt Garcia *d. cap 9. num. 34. & de nobilit. gloſ. 12. num. 79.* & Otero *d. cap. 21. n. 27.* Ludouiſ. *deciſ. 51. num. 3. & 6.* & Molin. *ſup. num 61.* vbi videas eius addit.

Ex quibus infero interpretationem *ad l. vnic ſup* 42
*ne operæ à collat. exig.* vbi operas corporales præbere compellendi non ſunt Prouinciales, quas ab ipſis extraordinariè & illicitè aliqui exegerunt. Quare exemplum ponit Acc. *ibi*, veluti ne mularum fiſcalium, vel equorum miniſterium ſubire cogantur, neque aliquis Iudex ruſticani ſeruum, vel bouem in vſus proprios neceſſitatéſque conuertat. *l. 1. & 2. inf. ne ruſticani ad vllum obſeq.* & in hoſpitio præbendo nihil ab eis exigatur quod vel hominum, vel animalium paſcuis neceſſarium ſit. *l. deuotum 5. infr. de metatis, verſ. ſolam.* Neque vlla balnea ſuccendi, *leg. vnic. C. ne rei militaris comitib.* quam malè allegant Accurſ. & Platea *in d. l. vnic.* † Quorum iurium ar-
gumento idem Plat. *ibi n. fin.* tenet Barones minimè 43
imponere poſſe aliquas operas, veluti vt præſtent hoſpitia, lectos, veſtes, munera, docent Gothofred. *ibid.* Gregor. & alij à nobis relati *in d. l. vnic. num. 17.* Ratio eſt, quia cùm voluntaria ſit præſtatio, minimè ex hoc debent iura prætendere, neque quod eis aliquo modo debetur, ſed ſpontè fuit oblatum tanquam ſi iure deberetur petere rationabile eſt. *l. omnes omnino 5. ſup. de annonis & trib.* vbi extraordinaria collatio vocatur quæ non eſt conſueta, neque conferri ſolita, ad quam minimè tenentur, ſed tantùm ad conſuetam, vt *ibid.* rectè declarat Platea, & reliqui laudati.

Hæc omnia quæ circa noſtræ legis exornationem 44
& interpretationem hucuſque diximus, deſtrui videntur ex *l. vnic. infr. de oblat. votor.* vbi ad oblationem votorum quæ ſanè voluntaria eſt, cùm in deuotione cuiuſque conſiſtat, & muneris loco ſit, vt indicat Symmach. *lib. 10. epiſt. 28.* ad Imperatores Arcadium & Honorium Auctores eius legis ita ſcribens, *Sumite igitur defenſores publicæ ſalutis ſolemniter auro ducta munuſcula, vt noſtra deuotio felicis ſæculi teſtetur opulentiã* & tamen ad libram auri & ſolidos obryzatos Principibus offerendos Calendis Ianuarij vnuſquiſque obligatur. Difficultas hæc non minus abſtruſa rerum cognitione indiget, quæ magnâ nebulâ vetuſtatis conteguntur, quam nullus ſol dilucidationis huc vſque fugauit, ideo operæpretium duxi rem ex propoſito aperire, & iuſto commentario dictam legem illuſtrare, quod vt facilius fiat legis verba ſubiiciam.

# TIT. XLIX

## *Lib.12. De oblatione votorum.*

*Impp.* ARCAD & HONOR. AA. *Baſilio P P.*

Quando votis communibus felix annus aperitur in vna libra auri, & ſolidis obryzatis Principibus offerendi deuotionem animo libenti ſuſcipimus, ſtatuentes vt deinceps ſequentibus annis vniuſcuiuſque ſedulitas Principibus ſuis talia inferat ſemper & deferat.

### SVMMARIVM.

1 *Calendæ Ianuarij maximè celebres apud Romanos, vota eo die nuncupata, & alia ſacrificia,* & n.5. & 6.
2 *Conſules de nouo creati annum aperiebant, & quid hoc fuerit?*
3 L. Publius Mæuius 36. de condit. & dem. *explicata, & Nouella Maioriani.*
4 *Quid ſit apud Mamertinum,* dies auſpicalis?
7 *Taciti verba illuſtrantur,* & l. ſi caluitur 233. §. 1. de verb. ſig.
8 *Calendis Ianuarij omina captabantur, & conuiuia inſtituebantur ritu gentilitio, quam ob rem apud Chriſtianos malè audiebant,* & n.10.
9 *Primo die Calendarum Ianuarij ieiunium ſolemne apud Chriſtianos olim inſtitutum.*
11 *Eo die & manumiſſiones inſtitutæ à Conſulibus.*
12 L. cùm plures 12. §. cùm tutor, D. de admin. tut. *explicatur, & quæ fuerint ibidem* ſolemnia munera? & n. 13.
14 *Strenæ quæ fuerint, & vnde dictæ?*
15 *De ſtrenarum commercio tum inter priuatos, tum cum Principe,* & n.16.
17 L.4. §. ideo. C. de Aduoc. diuer. iud. *remiſſiuè explicata.*
18 *Strenæ datæ non ſolùm apud Romanos, verùm & apud alias Nationes.*
19 *Incipit illuſtratio legis noſtræ, & quæ fuerit* oblatio votorum?
20 *Oblationem votorum quare Imperatores coarctauerint in præſenti diſquiritur de vera litera noſtræ legis.*
21 *Explicatur locus difficilis Symmachi,* & n.23.
22 *Ethnici more gentilitio Diis ſuis aureas pateras conſecrabant, inde lux data Virgilio Papinio & Claudiano, & aliis.*
24 *Septuaginta duo ſolidi quem valorem habuerint?* & num.30
25 *Leuiter emendatur lex noſtra.*
26 *Aurum obryzum quid fuerit & vnde originem traxerit?* & num.27.
28 *Explicatur* l.1. C. Th. de ponderator. & auri illat. & l. vnic. ſup. de auri publ. perſeq. *& quod fuerit* aurum coctum & coquendum, *ibidem.*
29 *Quare petantur in præſenti ſolidi, qui ſint auri puri?*
31 *Cur in hac oblatione quæ erat voluntaria, taxata fuerit ſumma?*
32 *De ſumptuariis legibus quibus luxus cohibentur.*
33 L.2. infr. de Conſulibus, *remiſſiuè,*
34 *Iure noſtro veſtes lugubres in funeribus taxantur, & dotes filiorum,* & n.35.
36 *De eo tributo apud nos dicto* ſeruicio Real. *remiſſiuè.*
37 *De remiſſione ſtrenarum ex Nouella Maiorani.*

VT incipiamus expedire huius legis 1
obſcuram deciſionem, in primis animaduertendum eſt Calendis Ianuarij Romanos vota facere conſueuiſſe vt nouum annum felicem ſibi ſortirentur, hoc ſignificant illa verba priora, *Quando votis communibus felix annus aperitur,* id eſt, cùm annus incipit. Sic enim eo loquendi genere vtuntur auctores, cùm agunt de primo die anni. Virgilius *lib.1. Georg. verſ.217.* de ſigno Tauri loquens,

*Candidus auratis aperit cum cornibus annum*
*Taurus.*

(vbi alludit ad ſacrificium annuæ nuncupationis votorum, in qua taurus auro cornibus decoratis vouebatur, vt videre eſt ex Plin. *lib.33. cap.3.* Tertulliano *de Corona milit. cap.12.* Trebellio *in Gallienis pag. mihi* 178. *lit. D.*) Sic etiam loquutus eſt Papinius *lib.4. Syluar. in Conſulatu Germanici.*

——— *Inſignémque aperis Germanicus annum.*

& *in Epulo Domitiani.*

——— *Sæpe annua pandas*
*Limina, ſæpe nouo Ianum lictore ſalutes.*

Martial. *lib.10. epig.10. in Paullum Conſulem.*

*Cùm tu laurigeris annum qui faſcibus intras.*

Symmach. *lib.1. epiſt.7. Primores Calendas Ianus aperiebat.* & *lib.10. epiſt.20. Calendas anni auſpices quibus menſium recurſus aperitur.* † Hinc Conſules auſpican- 2
tes Magiſtratum annum aperire dicebantur. Sidon. *lib.8. epiſt.6. Sub cuius Magiſtratu Conſul Aſterius anni ſui fores aperuerat.* & *carmin.2. in Panegyr. ad Anthemium verſ.3.*

*Annum pande nouum Conſul vetus ac ſine faſtu.*

obſeruant ibid. Sauaro & Iuret. *lib.1. miſcell. in Symmach. epiſt.7.* idem Sauaro *libro 1. epiſt.9.* ad illud, *ecce Calendæ Ianuariæ.* Briſſon. *in l. die Dominico. C.Th. de ſpectaculis, verb. Calendarum quoque Ianuariarum. pag.378.* Broſſæus *ad Caſſiodor. lib.2. epiſt.1.* ac illud *ſumat annus auſpicium.* Elias Vinet. *in Auſon. epiſt.2. & in Precatione Conſulatus.* Lipſius *in Plin. Panegyr. numer.672.* Bulenger. *libro primo de Imp. Rom cap.18. & 20.* † Quò ſpectat Marcell. IC. 5
*in l. Publius Mæuius 36. D. de cond. & demonſt.* vbi Conſul antè deſignatus dicitur ingredi conſulatum, id eſt, gerere Calendis Ianuariis, quo die ſolebat incipere Plin. *in panegyr. numer.671.* vbi Lipſius. Confertque Maioriani *Nouell.3. Quæ eſt. de ortu Imperij D. Maioriani,* vbi inter alia, *Dicatis quoque Iano Kalendis ſuſcepti feliciter conſulatus ereximus faſces vt præſens annus naſcentis Imperij noſtri incrementa ſuſcipiens noſtro etiam nomine ſignaretur.* Hoc dicit ea ratione, quia Conſules anno ſui conſulatus nomina dabant ita vt nominibus eorum numeraretur, & deſignaretur, & ſupputatio anni ordinabatur. Caſſiodor. *libro ſexto epiſt. 1. de conſulatu.* ibi, *Quando inter mundi dignitates eximias ſolus meruit nomen annorum.* & *lib.2. epiſt.1. Felix à Conſule ſumat annus auſpicium, portámque dierum tali nomine dicatus annus*

*nus tempus introeat.* Seneca noſter *lib.3. de ira cap.* 31. ibi, *Dedit duodecim faſces, ſed non fecit ordinarium Conſulem à me numerari voluit annum.* obſeruant Lipſ. *in Plin. Panegyr. n* 672. Sauaro *lib.8. ep.6. & 9. Sidonij* Broſſæus & Forner. *ad Caſſiod.* proximè Barthius *in Claudian. in Conſulatu Olybrij verſ.20. pag.16.* &, ſi Deus ſinat, latiùs dicam *in l.vnic. infr. publicæ lætitiæ nunt.*

4 Vnde hic dies dicitur auſpicalis dies magiſtratus apud Mamertinum *in Panegyr. Maximiani numer.6.* Quod omnino non calluit Roa *lib.4. ſing.cap.*11. dum adiicit ad Mamertini illa verba, *Illum tamen primum conſulatus tui auſpicalem diem præterire nullo modo poſſum* auſpicari eſſe intelligendum non inire tantùm Magiſtratum, ſed aliquid ex munere delibare, & leues cauſas dicis gratia propoſitas audire. Quod alienum eſt à Mamertino, qui illic Maximianum laudabat, quòd *ſolus omnium conſecutus eſſet* (verba ſunt eius) *vt quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum eſſe videbatur, tunc primùm potuerit ſufficere peragendis.* Cum autem hoc ſolus Maximianus impleuerit, cur in omnibus admittit.

5 Ianuariæ ergo Calendæ inter omnes anni Calendas per totum Imperium Romanum Principes fuêre, vtpotè celebriores tum cultu, lætitia, ſacrificiis, veſtibus, odoribus, muneribus, & conuiuiis. Quapropter Collumel. *lib.2. c.2.* Ianuarium Principem menſem Romani appellat, & confimat Prudentius *lib.1. contra Symmach.*

——*Iano etiam celebri de menſe litatur*
*Auſpiciis, epuliſque ſacris, quos inueterato*
*Heu miſeri ſub honore agitant, & gaudia ducunt.*
*Feſta Calendarum.*

6 Fiebant etenim hoc die vota, & nuncupabant Conſules & Senatus pro ſalute Principum & incolumitate Reipublicæ Sueton. *in Tiberio cap.*54. ibi, *Vt comperit ineunte anno pro eorum ſalute vota ſuſcepta.* Plin. *in Paneg. n.*782. ibi, *Nuncupare vota & pro æternitate & pro ſalute ciuium, imò pro ſalute Principum,*
7 *ac propter illos pro æternitate Imperij ſolebamus.* † Non ignoro Pancirol. *lib.2. theſaur. var. c.*263. & Dorleanum *ad Tacit. lib.16. annal.* ad illud, *pro ſalute Principis*, exiſtimaſſe hanc nuncupationem fuiſſe factam non ipſo Calendarum die, ſed poſt Calendas die tertio, quibus fauet Conſultus Caius *in leg. ſi caluitur* 233. §. 1. *D. de ver. ſig.* ibi, *Poſt Calendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur*, obſeruant Petr. Greg. *lib.24. ſyntag. c.10. n.14.* & Iuſt. Lipſ. *ad Plinij locum d.n.782. & lib.16. annal. Tacit. pag. mihi* 417. ad illud, *nuncupationibus votorum non adeſſe.* Qui eleganter de iis locis differit qui contrarij eſſe videbantur, an ipſo die, vel poſtea id fieret, videndus quoque Petr. Fab. *de magiſtr. Rom. circa medium pag.5. verſ. fiebant autem ſupplicationes.*

8 Præterea conuiuia publica & priuata inſtituebantur, vt docet Libanius in Calendarum deſcriptione, & vt omen certum proſperi euentus captarent, vanâ obſeruatione mixtâ diuinatione vtebantur, & boni ominis gratia ritu gentili multa facere & committere ſolebant. Tertull. *de Idololatr. c.*14. ita ſubdit, *Saturnalia & Ianuariæ frequentantur munera, commeant Strenæ, conſonant luſus, conuiuia conſtrepunt.* Quæ maximè apud Chriſtianos damnata ſunt, & ob id Sancti Patres huiuſmodi Calendarum obſeruationes & celebritates inſectati ſunt, præcipuè D. Auguſt. *ep.64. & ſerm. de Calendis Ianuar.* B. Ambr. ſiue, vt alij volunt, B. Maximus *in ſermone cui titulus Increpatio Calendarum.* Petr. Chryſolog. *ſermone* 155. quorum verba referunt Briſſon. *ſup.* Baron. *in not. ad Martyrol. 1. die Ianuar.* Roa *de die natali c.1. & lib.4. ſingul. c.11.* Dorleans & Bulenger. *infrà* referendi. Iuſt. Lipſ. *ad Tacit. ſup. & lib.4. annal.* Martin del Rio *lib.3. diſq. Magic. 2. p. q.4. ſect.5.* Azor. 1. *p. Moral. lib.7. c.27. q.6.* † Qua ratione Calendæ damnantur à Zacharia Papa *in Concil. Rom. c.* Martino Brachar. *c.74. in* 9
*c. non licet, cum ſeq. 26. q.7.* Burchard. *in Pœnitentiali Rom. lib.19. c. de Arte Magica. verſ. obſeruaſti Calendas* & Pij Chriſtiani eodem die in deteſtationem Gentilis ſuperſtitionis ieiunium ſolemne inſtituerunt, vt teſtatur D. Ambroſ. *ſerm.17.* & Concil. Tolet. IV. *can.10.* ibi, *In temporibus verò reliquis, id eſt, Calendis Ianuarij, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnino Alleluia non accantabitur, in quibus etiam præter piſcem & olus, ſicut in illis quadraginta diebus, cæteris carnibus abſtinetur.* Hoc etiam addit Zacharias *in cap. ſi quis 26. q.7.* ibi, *Si quis Calendas Ianuarias & Brumam ritu Paganorum colere, vel aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut menſas cum dapibus, vel epulis in domibus præparare, & per vicos & plateas cantiones & choros ducere præſumpſerit, quod magna iniquitas eſt coram Deo, Anathema ſit.* Latiùs quoque huiuſmodi impij ritus paganorum his diebus adhibiti explicantur *in cap. non obſeruetis d. 26. q.7.* his verbis, *Non obſeruetis dies qui dicuntur Ægyptiaci, aut Calendas Ianuarij, in quibus cantilena quadam & commenſationes, & ad inuicem dona dantur, quaſi in principio anni boni fati augurio, aut aliquos menſes, aut dies, aut annos,* &c. quæ iura eleganter explicat Delrio *d. ſect.5. & 6.* Huc etiam pertinet Saluian. *de gubernat. Dei lib.6. num.*173. ibi, *Nunquid non Conſulibus & pulli adhuc Gentilium ſacrilegorum more paſcuntur, & volantis pennæ auguria quæruntur, & cum hæc omnia ipſi agant, qui annis nomina tribuunt & à quibus anni ipſi exordium ſumunt, credimus nobis bene annos poſſe procedere, quia à rebus talibus ordiantur. Atque vtinam ſicut hæc propter Conſules tantùm fiunt, ita illos tantùm inceſtarent, propter quos fiunt.*
† Indeque ob eam cauſam fauſtam diem, claram, renouatúmque ſolem eo die deſiderabant, vt licet 10
animaduertere ex Claudian. *in Panegyr. Olybrij, in princ. & in 4. Conſ. Honorij verſ.181. & in 6. Conſ. Honor. in princ. verſ.10. & ſeq.* & Coripp. *infrà referend. num.16.* Apuleio *Metam lib.11* Auſon. *in deprecatione Conſul.* Sidon. *in panegyr. Anthemij carm. 2. verſ.8. & in Panegyr. Auiti carm.7. in princ.* notat Barthius *in not. ad Claud. in d. paneg. Olybrij,* ad illud, *Sparge diem meliori coma.* Nam cœlum turbidum & obſcuram lucem inter ſcæua omnia fuiſſe acceptam, ſcriptorum vulgaris eſt traditio. Indéque ex captatione ominis amici ſolebant lætis precationibus fauſta ſibi inuicem ominari, quia initiis rerum omnium ineſſe omnia credebant, vt Auctor eſt Plin. *lib.28. cap.2.* & ita intelligendus Ouidius *lib.1. Faſtor. ad Ianum.*

*At cur læta tuis dicuntur verba Calendis,*
*Et damus alternas accipimúſque preces.*

Quis ritus ferè apud nos hodie retinetur, cùm diebus paſchalibus & ſimilibus proſpera nobis precamur, hoc eſt, *nos damos las buenas paſcuas o buenos annos,* quod etiam notauit Roa *ſup.* † His etiam diebus manumiſſiones ſeruorum frequentabantur à Conſuli- 11
bus annum auſpicantibus, vt poſt Petr. Fabrum *lib.2. ſemeſt. c.20.* annotauit Ioan. Sauaro *ad Sidon. carm.2.* ad illud *verſ.*544.

——*Aut te ter Conſule dicam.*
*Nam modò nos iam feſta vocant, & ad Vlpia poſcunt*
*Te fora donabis quos libertate Quirites.*

& Bolenger. *lib. de Imp. Rom. c.20.* quia adducit Claudianum magnum, alias Vatem, *d. 4. conſ. Honor. ver.*612.

*Te faſtos ineunte quater ſolemnia ludit,*
*Omnis libertas famulúſque jugo laxatur herili.*

& Caſſiodor. *lib.6. ep.1.* de conſulatu agens. *In argumentum*

*gumentum publicæ gloriæ ſoluebat famulos iugo ſeruili, qui libertatem tantæ dederat ciuitati.*

12 Rurſus & lætitiæ cauſa ſolitum fuit munera ſibi inuicem miſſitare, quorum videtur meminiſſe Paul, *in l. cū plures* 12. *§. cū tutor* 3. *D. de adminiſt. tut.* illis verbis, *Sollēnia munera parentibus cognatiſq; mittet. Sollēnia* vocat, quia in more poſita, ſtata, & certa, ordinaria & anuna, *l. ſed etſi* 26. *§. ſi feriæ* 7. *ff. ex quib. cauſ. maior l.* 2. *ff. de veteranis l. ſi ſollēnib.* 7. *C. de fide inſtrum. l. olim* 11. *C. Th. de Palatin.* Scio tamen verba illa alios accipere de muneribus quæ Saturnalibus mittebantur viris, & Calendis Martiis mulieribus, ita Pancirol. *lib.* 2. *var. c.* 54. & natali die, *l. ſed ſi vir* 31. *§. ſi vir* 8. *D. de donat. inter vir.* notat *ibi* Gothofr. & Roa. *de die natali c.* 5. *&* 13. *&* 17. cui aſſentit noſter Larrea. *in deciſ. Granat. diſp.* 25. *n.* 7. *& ſeq.* vel in nuptiis, *l. tutor.* 13. *§. in ſoluen dis. D. de adminiſt. tutor.* docent Briſſon. *lib.* 4. *antiq. c.* 3

13 Reuard. *lib.* 3. *coniectan. c.* 11. †Verùm hæc munera Calendarum Ianuarij præcipuè hoc nomine *ſolemnia* decorantur, vt probatur ex Claudiano *ſup.* Corrip. *lib.* 4. *de laud. Iuſtinn.*

*Egregias fecimi ſolemni munere laudes*
*Conſulis Auguſti.*

Caſſiodor. *l.* 5. *ep.* 27. ibi, *Conſuetudinis liberalitatis regiæ commonemur, vt Gothis noſtris debeamus ſollemnia dona largiri,* loquitur de ſtrenis quæ præcipuum mu-

14 nus fuēre his diebus. †*Strenæ* autem, Auctore Feſto, erant quæ dabantur die religioſo boni ominis gratia (apud nos dicuntur *Aguinaldos*, de cuius vocis etymologia diximus *ſup.* ..) etymon Latinæ huius vocis deducitur à numero quo ſignificatur alterū tertiūq; venturum ſimilis commodi, velati *trenam* præpoſita litera *ſ*. quaſi bina & terna veniat, & quia ternarius numerus perfectionis index Nonius nomen didūctū exiſtimat ab ſtrenuis viris, vel ſtrenuitate, cui conſentit Symmach. *l.* 10. *ep.* 28. *hiſt.* ibi, *Ab exortu penè vrbis Martiæ ſtrenarum vſus adoleuit auctoritate Taty Regis, qui verbenas felicis arboris ex luco ſtrenuæ anni noui auſpices primus accepit. Nomen indicio eſt viris ſtrenuis hæc conuenire ob virtutē.* docēt Roſ. *lib.* 4. *antiq. c.* 5. VVolfang. *lib.* 10. *com. reip. Rom. c.* 9. Turneb. *lib.* 10. *aduerſ. c.* 10. Iuret. *ad Sym. d. ep.* 28. Marcell. Donat. *ad Sueton. in Tiber. c.* 34. Martin. del Rio *d. lib.* 3. *Magic.* 2. *p. q.* 4. *ſect.* 5. Roa *d. lib.* 4. *c.* 11. Dorleans *ad Tacit. l.* 4. *annal. p.* 503. Buleng.

15 *l.* 2. *de Imp. Rom.* 27. † Vnde hic dies ſolemnis nomine præcipuo dicitur *in leg.* 4. *§.* 1. *C. de aduocat. diuer. indicum.* ibi, *Sollemni die feſtiuitatis Calendarum Ianuariarū.* & Tacit. *l.* 4. *annal.* ibi, *Cæſar ſollemnia incipientis anni Calendis Ianuarijs epiſtola precatus.* Ob quam cauſam ſtrenarum commercium prohibuit Tiberius ne vltra Calendas Ianuarias exerceretur, vt teſtatur Sueton. *in eo c.* 34. Hoc autem non niſi ob celebiorē ſollemnitatē & quia ſtrenis impertiēdis ab antiquitate hæ Calendæ præcipuè ſunt dicatæ, vt aſſerit Symm. *d. lib.* 10 *ep.* 20. propter bonū omē, vt dixi. Quod in cauſa fuit vt Eccleſia harum ſtrenarum celebritatem vtpote à ritu gentilitio prouenientem ſuſtulerit, vt videmus *in Concil. Turonenſ. II. c.* 23. Altiſiodoren. *c.* 1. & obſeruant. Baron. *in not. ad Martyrol.* 1. *die Ianuarij* & Marcell. Donat. *ad Suet in Tib. d. c.* 34. Ex quo iam patet quantum hic dies cæteras celebritates anteiret munerum miſſitatione, ex traditis à Buleng. *d. c.* 27. & Dorleans. *ad Tacit. d. lib.* 4. *ann. pag.* 502.

16 Commercium ergo ſtrenarum & munerum promiſcuum fuit, ſicut inter priuatos, ita inter Principes & populum, vt ipſi darent & acciperent. De ſtrenis ab Imperatoribus, Senatoribus reliquiſque popularibus datis plura ſunt Auctorum teſtimonia, præcipua eligemus. Sueton. *in Tib. d. c.* 34. ibi, *Conſueuerat & quadruplam ſtrenam & de manu reddere, ſed offenſus interpellari ſe toto menſe vltra non reddidit.* Symmach. *d. lib.* 10. *ep.* 20. gratias agit Imperatoribus Theodoſio & Arcadio, quòd non Calendis Ianuariis ſtrenas darent ſolùm, verùm & huius inſtituti vſuræ munificentiæ feſtinatione præuerterent-ſeram putantes liberalitatem quæ ſtatis temporibus admonetur. verba ſunt Symmachi, Caſſiodor. *lib.* 6. *ep.* 7 ſic, *Supplicum per te fortunas erigimus, Calendis Ianuariis, affatim dona largimur.* Sozomen. *lib.* 6. *hiſt. trip. c.* 30. de Iuliano. *Cum veniſſet enim tempus quo imperialia milites ſolent dona accipere (hoc enim agitur plerumque die Calendarum Ianuariarum, & natali Principum.)* Niceph. *lib.* 20. *hiſt. Eccleſ. c.* 23. de eodem. Corrip. African. *lib.* 4. *de laudib. Iuſtin. n.* 2. commemorat ſtrenas quas Iuſtinus Conſul factus præſtiterat.

*Lux octaua nouo naſcentis lumine Chriſti.*
*In ſe voluentis veſtigia flexerat anno.*
*Cum terris gaudente polo prodibat vterque*
*Sol radians, & Conſul ouans noua Roma nitebat,*
*Dona Calendarum quorum eſt ea cura parabant,*
*Officia & turmis implent felicibus aulam,*
*Connectant rutilum ſportis capacibus aurum,*
*Adcumulant onerantque locos quibus altior ipſa*
*Sella triumphalis forma ſtatione locata*
*Iam fuerat nondum claro tunc Conſule plena.*
*Hinc vetus augmentum, formas ſpecieſq; nouatum:*
*In varias preſſum titulis ſculptumque figuris*
*Excelſis portant humeris.*

Hinc iam patet aditus obſcuris Anaſtaſij Imp. verbis *in leg.* 4. *§. ideo. Codice de aduocat. diuerſ. iudicum,* illic, *Iubemus viros clariſſimos fiſci patronos ſollemni die Calendarum Ianuariarum ipſius tantummodo anni, per quem tale peragunt officium inter ſpectabiles Comites diuinæ noſtræ ſerenitatis manu puncti conſequi ſolatia.* de quarum explicatione quia latè egi *in l. fin. ſup. de decurion. cap. fin. n.* 12. ideo hîc omittendum duxi. 17

Quemadmodum diximus ſtrenas datas à Principe fuiſſe, ita etiam & eidem à Senatu populóque dabatur. Sueton, *in Caligul. c.* 42. ibi, *Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum ſtetitque in veſtibulo ædium Calendis Ianuariis ad captandas ſtipes quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba fundebat.* Idē *in Auguſto c.* 57. aſſerit ſtrenam in Capitolio etiam abſenti Calendis Ianuariis vicatim dedicatam, ex qua pretioſiſſima ſimulachra mercatus eſt. De Tiberio Dio teſtatur *lib.* 57. ibi, *Fuit & alia cauſa cur iis Calendis extra vrbem eſſet, nempe ne hominibus anni auſpicio & feſto die occupatis negotium præberet, ne ve ſtrenas ab iis acciperet.* Liban. *in Calendis. Princeps quoque ipſe tunc oſculatur ciuem aurum dans & accipiens.* Qui mos apud alias gentes obtinuit, veluti Perſas & Iudæos, vt conſtat *Regum l.* 1. *cap.* 16. & poobat Dorleans *ſup.* Poſtea verò Præfectus vrbi ſolebat anteas ſtrenas Imperatori offerre eo die. nomine totius populi Romani, vt deprehenditur ex Symmacho *l.* 10 *ep.* 28. ad Valentinian. Theodoſ. & Arcad. ita ſcribente, *Sumite igitur defenſores publicæ ſalutis ſolemnia auro ducta munuſcula. Bonis Principibus bene parta libamus.* Ita agnoſcunt Iuret. *ibid.* Pet. Gregor. *l.* 3. *ſyntag. c.* 6. *n.* 3. Lip. *ad Tacit. lib.* 4. *ann. & ibi* Dorleans. Pancirol. *l.* 2. *var. cap.* 263. & Bulenger. *ſuprà.* 18

Ad hunc morem referenda eſt noſtræ legis deciſio, quæ intelligenda eſt de oblatione hac ſtrenarū, quæ Principibus fiebat. Dicta autem fuit *oblatio votorum,* id eſt donorum, vt ait Lucas *in rub. h. t.* non quia votum donum ſignificet, ſed quia olim ex voto fiebat ea largitio, ob ſalutem ſcilicet Principum, vt diximus *ſup.* velut deuotam in Principem voluntatem ſubditi demonſtrarent. Quemadmodum fuerunt 19

runt aliæ oblationes ſimiles, vt illa, quæ dicta eſt *aurum oblatitium*, quia dabatur decennalibus, vel quinquennalibus Imperatorum. *l. dudum* 8. *& l. oblationem* 14. *C. Th. l.* 6. *tit.* 1. Plin. *l.* 10. *ep.* 102. Symmach. *l.* 2. *ep.* 57. *& l.* 10. *ep.* 26. & oblatio equorum. *l. vn. C. Th. de oblatione equor.* & aurum coronarium, *l. vn. ſup. de auro coron.* vbi latiùs *alibi* diximus, & ita propter ſimilitudinem argumenti & materiæ hæ duæ leges & tituli coniungi debebant, & vnus poſt alterum collocari, in quo animaduertes ſicut in aliis ſimilibus collocationibus incuriam Triboniani.

20 Hæc autem oblatio ab initio ſpontanea fuit, & in cuiuſque poſita neceſſitate, vt noſtra lex inſinuat; verùm cùm luxus excreuiſſet, & multo magis adulatio etiam ad maiora munera offerenda homines coëgiſſet, hac Arcadij & Honorij conſtitutione taxata eſt hæc ſollemnis oblatio, ſtatutumq; vt deinceps offerenda ſit principibus ſtrenarum nomine auri libra & ſolidi obryxati. Quæ ſanctio habetur quoque *in Codice Th l.* 7. *tit.* 23. Sed ita eſt diuerſa vna ab altera littera, vt magnam ingeniis poſſit incutere difficultatem circa ſolidorum numerum, nam *in præſenti* quod debeant offerri, non declaratur, ſed indiſtinctè, ita ſcriptum eſt, *In vna auri libra & ſolidis obryzatis* in Codice Theod. ita legitur, *In vna libra auri ſeptuaginta duo obryziaci.* cùm tamen Symmachus (qui ſub iiſdem Imperatoribus floruit, vt docetur teſtimoniis B. Auguſt. Amb. Paulini & Epip. & Prudentij, quos refert Iuretus *in notis ad eum, in princ.* Sygebert. Gemblacen. *in Chron. ſub anno* 407.) Symmachus, inquam, *l.* 10. *ep.* 28. diuerſum numerum ſolidorum aſſignat, nam quinque enumerat, & *pateram aureã ſumite,* ait, *auro ducta munuſcula. Meritò vobis ſollemnes pateras cum quinis ſolidis, vt numinibus integritatis offerimus libenter ſtreuis ſollemnibus præfectura fungetur ſtrenis deferenda.*

21 Pro huius nodi diſſolutione dicendum exiſtimo, tampore epiſtolæ Symmachi nondum latam legem noſtram, quæ habet auctores Arcadium & Honoriũ & ab eis latã eſt ſub conſulatu Olybrij & Probini anno Chriſti 395. quo anno iam obierat Valentinianus II. Gratiani frater & Theodoſius Maior, noſtrorum Imperatorũ pater, vt ego dixi *l.* 3. *obſer. c.* 5. *in princ.* ad quos ſcribebat Symmachus. Quo tempore in cuiuſque voluntate poſitum erat quid offerendum eſſet. Pateras verò aureas offert Symmachus nomine populi Romani, quia paganus fuit, & Imperatoribus ritu gentilitio, ceu quibuſdam Numinibus munus offerebat, vt apertè ipſe *ſuprà* dictis verbis ſig-
22 nificat. † More enim receptum apud Ethnicos erat in ſuorum Deorum honorem pateras conſecrare, quibus libationes ipſis faciebant, ita conſtat ex Varrone *l.* 4. *de ling. Latin. pag. mihi.* 31. ibi, *Præterea in poculis erant pateræ, eo quòd pateant Latinè ita dictæ. Heiſce etiam nunc in publico conuiuio antiquitatis retinendæ cauſa cum magiſtri fiunt, potio circumfertur, & in ſacrificando Deis hoc poculo Magiſtratus dat Deo vinum.* ad quem ritum reſpexit Virgil. *l.* 1. *Æneid. verſ.* 732.

*Hic regina grauem gemmis auroque popoſcit,*
*Impleuitque mero pateram quam Belus & omnes*
*A Belo ſoliti. Tunc facta ſilentia tectis.*
*Iuppiter hoſpitibus, nam te dare iura loquuntur,*
*Hunc lætum Tyriiſque diem Troiaque profectis*
*Eſſe velis.*

& *lib.* 4. *Æneid.*

*Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido*
*Candentis vaccæ media inter cornua fundit.*

Papin. Statius *lib.* 1. *Thebaid.*

*——Poſtquam ordine menſæ*
*Victa fames, ſignis perfectam auroque nitentem.*
*Iaſides pateram famulos ex more popoſcit,*
*Qua Danaus libare Deis ſeniorque Phoroneus*
*Aſſueti.*

Sic etiam apud Claudianum *l.* 1. *de laudib. Stiliconis,* Rex Perſarum patera Diis ſuis libat, & Mithram Deum, id eſt, Solem inuocat.

*——Rex ipſe micantem*
*Inclinat dextra pateram, ſecretaque Belli*
*Et vaga teſtatur voluentem Sydera Mithram*

Miror diligentiſſimum & eruditiſſimum Briſſonium *lib.* 2. *de Regno Perſarum,* hanc rem non animaduertiſſe; cùm tamen ſolemnẽ fuiſſe hanc conſuetudinẽ apud Perſas teſtetur Vopiſci locus *in Aureliano, poſt prin.* ibi, *Data eſt ei præterea cùm legatus ad Perſas iſſet patera, qualis ſolet Imperatoribus dari à Rege Perſarum, in qua inſculptus erat Sol, eo habitu, quo colebatur in eo templo, in quo mater eius fuerat ſacerdos.* Quæ pateræ donatio Aureliano portendit Imperium & etiam Sidonij *carm.* 2. *verſ.* 87.

*——Gemmantem pateram Rex ipſe retentans.*

Diuus quoque Cyprianus *de Spectacul.* ad hunc morem alluſit. *Nonnunquam & homo fit hoſtia latrocinio ſacerdotis, dum cruor etiam de iugulo calidus exceptus patera quaſi ſitienti Idolo in faciem iactatus crudeliter propinatur.* Vnde Patera *ſacrificalis* dicta Vopiſco *in Probo.* Hincque ſolebant in menſa pateram ponere, & ibi libamina Deorum iactare, præcipuè Larium, qui in foco colebantur, quo explicatur illud Perſij *ſat.* 3. *verſ.* 26.

*——Cultrixque foci ſecura patella eſt.*

23 Hæc cùm ante legem noſtram obtinuiſſent, poſtea ſancitum eſt, vt offerentur ſolidi ſeptuaginta duo, vt *in l. vnic. C. Th. h. t.* docemur, non verò quinque, vt malè aduertit Pancirol. *d. lib.* 2. *c.* 263. ſiniſtrè auctoritatem Symmachi accipiens apud quem credo pateras illos maioris valoris fuiſſe, quàm vnius libræ, ſi etymologiam Varronis iam laudati attendas. Nam quamuis paruum munus vocauerit, non inde conſequitur paruum eſſe, nec credibile eſt tantæ vrbis nomine librum auri duntaxat oblatam fuiſſe: vocat autem paruum munuſculum Symmachus comiter & vrbanè, vt conſuetè fit, aliter enim non conuenirent verbà illa, *Sumite auro ducta munuſcula, non quia diuitiis metalli honore gaudetis, ſed vt noſtra deuotio felicis ſæculi teſtetur opulentiam.* Quomodo ergo poterat libra vna auri opulentiam ſæculi ditiſſimi deſignare? † ergo ſeptua- 24
ginta duo ſolidi librum auri efficiunt, vt docet Alciat. *lib.* 3. *diſp. cap.* 9. Budæus *lib.* 5. *de aſſe* Otalora *de nobilit.* 2. *part. cap.* 4. *numer.* 12. *& ſeq.* Couar. *de vet. numiſm. cap.* 3. *numer.* 3. *verſ. primum illud.* & Carranca *de monetis* 2. *part. cap.* 3. *concl.* 2. *pag.* 165. *& ſeq.* quam noſtri Imperatores tantum
offerri voluerunt, non in maſſa, neque alia forma, 25
ſed in ſeptuagiuta duobus ſolidis auri obriziaci. Hæc videtur fuiſſe ipſiſſima mens legis, quam videtur conturbaſſe Tribonianus numerum ſolidorum detruncans, *& auri libram & ſolidos* reponens. † Verum ego re maturiùs conſiderata exiſtimo noſtram legem leui emendatiuncula indigere, qua tota diſſoluetur difficultas, & ita legendum eſt loco illorum verborum, *in vna auri libra & ſolidis.* quæ in vulgatis circumferuntur, *in vna auri libra ex ſolidis.* vt ſic videatur Tribon. non immeritò numerum ſolidorum omiſiſſe, quia idem erat dicere, *detur auri libra,* vel *dentur ſeptuaginta ſolidi.* Quaſi diceret, *Que den los ſubditos vna libra de oro en ſetenta y dos ſueldos*

de

*de oro puro.* Quod etſi in noſtra lege aperiẽda dormi-
tauerit Andr. de Barulo & Platea, rectè inſinuarunt.
26 Exigitur autem, vt hi ſolidi ſint auri obryziaci, vel
obryci, aut obryzati, id eſt, auri purgatiſſimi, ac mul-
tipliciter excocti, meri auri & puri, *l.* 3. *inf. de veteris*
*numiſm. pot.* Nam, teſte Plinio *l.* 33. *c.* 3. ibi, *Auri expe-*
*rimentũ ignis eſt, vt ſimili colore rubeat quod ignis atque*
*ipſum obryzũ vocant.* Vnde autem deducatur hæc vox
grauiter huculque diſputatur, nam D. Hieronym. *lib.*
2. *in Hierem. cap.* 10. quaſi Ophiriſum dictum vult
ex Ophir, ad quam Inſulam Salomon naues deſti-
nàbat, quod etymon recipere videtur Gothofr. *hîc*
& Pineda *in Iob. c.* 28. Delrius & alij relati à Dom.
Solorzano *lib.* 1. *de iure Indiar. cap.* 13. *ex numer.* 34.
Carranza *de monetis* 2. *part. cap.* 2. *pag.* 124. *& ſeq.* D.
Iſidorus dictum putat *libro decimo ſexto etymol. cap.*
17. quod abradi ſoleat. † Frequentiori calculo ad-
27 mitti ſolet Hermolai Barbari opinio, qui *obryzum*
à Græco originem ducere ait quaſi ὄβρυζον id eſt,
purum & ſincerum aurum, quod ſæpius recoctum
eſt, & coctionibus purgatum. Ita obſeruant Panci-
rol. & Dorleans *ſup.* Cuiac. *in d. l.* 3. *de veter. numiſ.*
Briſſon & alij *verb. obryza.* Leuin. Torrent. & Be-
roal. *ad Sueton. in Neron. cap.* 44. vbi etiam Marcell.
Donat. *pag.* 739. Salmaſ. *ad Solin.* 2. *part. pag.* 1080.
*colum.* 1. & ante eos Tiraquell. *in leg.* 3. *connub. num.*
17. Couar. *dict. cap.* 3. §. 1. *numer.* 5. Solus ab hac
opinione diſceſſit Carrança *ſuprà* & cùm omnes ety-
mologias faſtidienti ſuo ſtomacho euomuerit, tan-
dem nihil dicit, cùm leuiſſima coniecturiola ductus
aſſerat eſſe vocem alicuius prouinciæ, quæ aurum
tributabat Imperio.

Hinc intelligenda venit *lex* 1. *Codice Theod. de*
28 *ponderator. & auri illat.* vbi aurum obryzum ſimplici-
ter vocatur *aurum coctum.* & ita *in leg. vnic. ſuprà de*
*auri publici perſeq.* dicitur *aurum coquendum* quod
malè accepit Cuiac. *ibi*, explicans, id eſt, conſu-
mendum, interuertendum, cùm ſit expurgandum,
purificandum quo in ſenſu dixit Coripp. *lib.* 2. *de*
*laudib. Iuſtini num.* 3.

*Nobilibus gemmis & cocto lucidus auro*
*Baltheus effulgens.*

Nunc autem inquirendum eſt, quare petantur in
29 præſenti ſolidi auri puri & obryzati, & ſtatim illa ſe-
ſe offert, quia alij ſolidi erant adulterini, quod mi-
hi probat *leg.* 13. *Cod. Th. de ſuſceptor. Præp. & Ar-*
*car.* ibi, *Quotieſcumque ſolidi ad largitionum ſubſidia*
*perferendi ſunt, non ſolidi, pro quibus adulterini ſæpe*
*ſubduntur, ſed aut iidem in maſſam redacti, ſi aliunde*
*quiſolui poteſt habere materiam auri obryza dirigatur.*
Eò quoque pertinet *leg.* 12. *eod. tit.* illic, *Nulla de-*
*bet eſſe cauſatio quin ſolidi ex quocumque titulo congre-*
*gati in maſſam obryzæ ſoliditatemque redintegrentur.*
Item & lex vnica, & titulus Codice Theod. *Si quis*
*ſolidi circulum exteriorem inciderit, vel adulteratum in*
30 *vendendo ſubiecerit.* † De ſolidi valore non eſt cur
diſputemus nunc, cùm ei rei hîc non ſit aptus locus
& iam fecerint viri docti, Couarr. & alij laudati à
Carranza *ſupr. dict.* 2. *part. capite tertio.* Sunt qui il-
lum æquiparant cum marapetino aureo noſtro, qui
dicitur *Caſtellano*, & valet quatuor centum octogin-
ta marapetinos communes, qui conſtituunt qua-
tuordecim argenteos, ita ex aliis probauit Pichard.
*in* §. *alie autem. num.* 12. *Inſtit. de donat.* diximus *ſu-*
*prà in leg. vnic. de collat. æris.* vide Carranc. *ſuprà.* qui
fusè id proſequitur.

31 Sed & videndum eſt quare Imperatores ſummam
illam ſolidorum taxauerint in re quæ non in obliga-
tione, ſed in mera facultate offerentium conſiſtebat
nam aurum coronarium, quia erat munus volunta-
tis, vt diximus *in dict. leg. vnic. ſuprà.* ideò ſublatum
fuit, & cùm hæc oblatio munus erat voluntatis, ſi-
militer debuit auferri, & taxa videtur inducere tri-
butum eſſe, vel ſaltem Imperatores contra rationem
extorquere, cui difficultati reſpondendum eſt quod
cùm hæc oblatie ex conſuetudine fieret, & in vſu
eſſet, certum eſt, quemcumque Senatorem, vel Cla-
riſſimum hac in re velle alterum ſuperare, vel vt
erga Principem animum liberalem oſtenderent, vel
ob varias cauſas ambientium. Quare ne nimia ero-
gatio offerentium facultates exhauriret, maxima
animi moderatione Imperatores ſummam certam
taxarunt, ne vltra auri libram oblatio, aut munus
ſtrenarum protenderetur. Indéque non obligant ſub-
ditos, neque compellunt vt munera præſtent etiam
inuiti, ſed liberalitatem cuiuſque temperant ne vl-
tra ſe extendat. † Quemadmodum in aliis ſumptua- 32
riis legibus taxatio fuit facta, vt ſumptus cohibe-
rentur, & luxus, de quibus Roſin. *lib.* 8. *antiq. cap.*
13. Petr. Gregor. *libro nono ſyntagm. cap.* 19. *numer.*
13. *& lib.* 39. *cap.* 7. *num.* 12. *& de Republic. lib.* 2. *cap.*
4. *&* 5. Beroald. *in com. ad Sueton. in Iulio cap.* 43.
conferunt Plin. *libro decimo cap.* 50. Alexand. ab Ale-
xand. *lib.* 3. *genialium cap.* 11. vbi Tiraquell. & An-
ton. de Herrera. 2. *part del. Rey D. Philipe II. lib.*
8. *cap.* 14. videndi omnino Adam. Contzen *li.* 8. *po-*
*liticor. cap.* 14. & nouiſſimus Anto. Valazquez *de op-*
*timo Princip. libro quarto annotat.* 19. confert quo-
que Scriban. *in polit. libro primo cap.* 42. & Ann. Ro-
bert. *libro quarto rer. iudic. cap.* 2. † Huius rei exem- 33
pla aliqua noua & vetera ſubiiciamus. Primum ſit
quod præſtat *l.* 2. *infr. de conſul.* vbi certa quantitas
deſignatur, quam Conſules auſpiciis conſulatus
ſui olim expendebant Calendis Ianuarij, de qua
eſt notanda *Nouell.* 105. *de conſul.* & quæ diximus
*in leg. fin. cap.* 2. *de decurionib. ſupr.* cùm antea po-
pulari ambitione ducti penè tota patrimonia expen-
debant, vt *ibi* diximus.

Alterum exemplum eſt ex *leg.* 1. *&* 2. *tit.* 5. *lib.* 5. 34
*Recopilat.* vbi veſtes lugubres deferre vltra certam
taxam prohibentur, & modificatio quædam in ſo-
lemnibus funerum adhibetur, vt aduertunt Noſtra-
tes *ibi*, & præcipuè Azeued. *in leg. fin. illo titul. num.*
3. Sic etiam & quamvis per leges Regni potuiſ-
ſet pater meliorare filiam dotis ratione in tertia &
quinta parte bonorum vltra legitimam ſibi debitam
hodie tamen prohibitum eſt, & taxatæ ſunt dotes
mulierum, ex *leg.* 1. *tit.* 2. *libro quinto Recopilat.*
Propter innumera mala quæ ex ſumptibus immo-
dicis oriebantur, quæ refert Baëza *de non melioran-*
*dis filiabus*, *cap.* 2. & Matienz. *in dict. leg.* 1. *gloſſ.* 1. &
à Principe exceſſus ſunt moderandi, vt tradit Auen-
daño *in capp. pp. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. *& ſeq.* Men-
chaca *controuerſ. vſufreq. cap.* 5. *numer.* 13. Azeued.
*in dict. leg.* 1. *Recopil. tit.* 2. *& in leg.* 1. *tit.* 12. *libro*
*ſeptimo numer.* 5. † Quin etiam & in *leg.* 2. *eodem tit.* 35
2. *lib.* 5. *Recopil.* prohibetur ne quis arrharum nomi-
ne vltra decimam partem bonorum promittat; vt *ibi*
explicant ſupradicti, ſic etiam & *tit.* 12. *lib.* 7. *Reco-*
*pil.* veſtibus impoſitus eſt modus cùm luxu creſcen-
te maximè exceſſerint, ad quarum legum exornatio-
nem, præter Azeued. & Narbon. *ibi*, vide Tira-
quell. *in lege tertia connub. numer.* 14. Caſſaneum *in*
*catalog. conſider.* 96. *pag.* 11. Petr. Fabrum *libro tertio*
*ſemeſtr. cap.* 16. Simancas *de Republ. libro nono cap.*
29. Bobadill. *libro ſecundo politic. ca.* 17. *numer.* 149.
Anton. Sola *ad conſtit. Sabaud. rubr. de nominat. domin.*
*chart.* 56. *lib.* 5. *Decret. gloſ.* 1.

Non nego tamen hanc oblationem poſſe conſi- 36
derari, vt principio dari cœpiſſet voluntariè, & pau-
latim in ſubſidium coactum conuerſam, ſicut de eo
tributo poteſt dici, quod apud nos vocatur *ſeruitio*
*Real*, quod à principio, voluntariè fuit introductum,
& nunc in ſeruitium ordinarium conuerſum, vt do-

cet

*de oro puro.* Quod etſi in noſtra lege aperiẽda dormi-
tauerit Andr. de Barulo & Platea, rectè inſinuarunt.
26 Exigitur autem, vt hi ſolidi ſint auri obryziaci, vel
obryci, aut obryzati, id eſt, auri purgatiſſimi, ac mul-
tipliciter excocti, meri auri & puri, *l. 3. inf. de veteris
numiſm. pot.* Nam teſte Plinio *l. 33. c. 3.* ibi, *Auri expe-
rimentũ ignis eſt, vt ſimili colore rubeat quod ignis atque
ipſum obryzũ vocant.* Vnde autem deducatur hæc vox
grauiter hucuſque diſputatur, nam D. Hieronym. *lib.
2. in Hierem. cap.* 10. quaſi Ophiriſum dictum vult
ex Ophir, ad quam Inſulam Salomon naues deſti-
nabat, quod etymon recipere videtur Gothofr. *hîc*
& Pineda *in Iob. c.* 28. Delrius & alij relati à Dom.
Solorzano *lib. 1. de iure Indiar. cap.* 13. *ex numer.* 34.
Carranza *de monetis 2. part. cap. 2. pag.* 124. *& ſeq.* D.
Iſidorus dictum putat *libro decimo ſexto etymol. cap.*
17. quod abradi ſoleat. † Frequentiori calculo ad-
27 mitti ſolet Hermolai Barbari opinio, qui *obryzum*
à Græco originem ducere ait quaſi ὄβρυζον id eſt,
purum & ſincerum aurum, quod ſæpius recoctum
eſt, & coctionibus purgatum. Ita obſeruant Panci-
rol. & Dorleans *ſup.* Cuiac. *in d l. 3. de veter. numiſ.*
Briſſon & alij *verb. obryza.* Leuin. Torrent. & Be-
roal. *ad Sueton. in Neron. cap,* 44. vbi etiam Marcell.
Donat. *pag.* 739. Salmaſ. *ad Solin. 2. part. pag.* 1080.
*colum.* 1. & ante eos Tiraquell. *in leg. 3. connub. num.*
17. Couar. *dict. cap. 3. §. 1. numer.* 5. Solus ab hac
opinione diſceſſit Carrança *ſuprà* & cùm omnes ety-
mologias faſtidienti ſuo ſtomacho enomuerit, tan-
dem nihil dicit, cùm leuiſſima coniecturiola ductus
aſſerit eſſe vocem alicuius prouinciæ, quæ aurum
tributabat Imperio.

Hinc intelligenda venit *lex 1. Codice Theod. de
28 ponderator. & auri illat.* vbi aurum obryzum ſimplici-
ter vocatur *aurum coctum.* & ita *in leg. vnic. ſuprà de
auri publici perſeq.* dicitur *aurum coquendum* quod
malè accepit Cuiac. *ibi*, explicans, id eſt, conſu-
mendum, interuertendum, cùm ſit expurgandum,
purificandum quo in ſenſu dixit Coripp. *lib. 2. de
laudib. Iuſtini num.* 3.

*Nobilibus gemmis & cocto lucidus auro
Baltheus effulgens.*

Nunc autem inquirendum eſt, quare petantur in
29 præſenti ſolidi auri puri & obryzati, & ſtatim illa ſe-
ſe offert, quia alij ſolidi erant adulterini, quod mi-
hi probat *leg. 13. Cod. Th. de ſuſceptor. Præp. & Ar-
car.* ibi, *Quotieſcumque ſolidi ad largitionum ſubſidia
perferendi ſunt, non ſolidi, pro quibus adulterini ſæpe
ſubduntur, ſed aut iidem in maſſam redacti, ſi aliunde
qui ſolui poteſt habere materiam auri obryza dirigatur.*
Eò quoque pertinet *leg. 12. eod. tit.* illic, *Nulla de-
bet eſſe cauſatio quin ſolidi ex quocumque titulo congre-
gati in maſſam obryzæ ſoliditatemque redintegrentur.*
Item & lex vnica, & titulus Codice Theod. *Si quis
ſolidi circulum exteriorem inciderit, vel adulteratum in
30 vendendo ſubiecerit.* † De ſolidi valore non eſt cur
diſputemus nunc, cùm ei rei hîc non ſit aptus locus
& iam fecerint viri docti, Couarr. & alij laudati à
Carranza *ſupr. dict. 2. part. capite tertio.* Sunt qui il-
lum æquiparant cum marapetino aureo noſtro, qui
dicitur *Caſtellano*, & valet quatuor centum octogin-
ta marapetinos communes, qui conſtituunt qua-
tuordecim argenteos, ita ex aliis probauit Pichard.
*in §. alia autem. num. 12. Inſtit. de donat.* diximus *ſu-
prà in leg. vnic. de collat. æris.* vide Carranc. *ſuprà.* qui
fusè id proſequitur.

31 Sed & videndum eſt quare Imperatores ſummam
illam ſolidorum taxauerint in re quæ non in obliga-
tione, ſed in mera facultate offerentium conſiſtebat
nam aurum coronarium, quia erat munus volunta-
tis, vt diximus *in dict. leg. vnic. ſuprà.* ideò ſublatum
fuit, & cùm hæc oblatio munus erat voluntatis, ſi-
militer debuit auferri & taxa videtur inducere tri-
butum eſſe, vel ſaltem Imperatores contra rationem
extorquere, cui difficultati reſpondendum eſt quod
cùm hæc oblatie ex conſuetudine fieret, & in vſu
eſſet, certum eſt, quemcumque Senatorem, vel Cla-
riſſimum hâc in re velle alterum ſuperare, vel vt
erga Principem animum liberalem oſtenderent, vel
ob varias cauſas ambientium. Quare ne nimia ero-
gatio offerentium facultates exhauriret, maxima
animi moderatione Imperatores ſummam certam
taxarunt, ne vltra auri libram oblatio, aut munus
ſtrenarum protenderetur. Indéque non obligant ſub-
ditos, neque compellunt vt munera præſtent etiam
inuiti, ſed liberalitatem cuiuſque temperant ne vl-
tra ſe extendat. † Quemadmodum in aliis ſumptua- 32
riis legibus taxatio fuit facta, vt ſumptus cohibe-
rentur, & luxus, de quibus Roſin. *lib. 8. antiq. cap.*
13. Petr. Gregor. *libro nono ſyntagm. cap. 19. numer.*
13. *& lib. 39. cap. 7. num. 12. & de Republic. lib. 2. cap.*
4. *&* 5. Beroald. *in com. ad Sueton. in Iulio cap.* 45.
conferunt Plin. *libro decimo cap.* 50 Alexand. ab Ale-
xand. *lib. 3. genialium cap.* 11. vbi Tiraquell. & An-
ton. de Herrera. 2. *part del. Rey D. Philipe II. lib.*
8 *cap.* 14. videndi omnino Adam. Contzen *li.* 8. *po-
liticor. cap.* 14. & nouiſſimus Anto. Valazquez *de op-
timo Princip. libro quarto annotat.* 19. confert quo-
que Scriban. *in polit. libro primo cap.* 42. & Ann. Ro-
bert. *libro quarto rer. indic. cap.* 2. † Huius rei exem- 33
pla aliqua noua & vetera ſubiiciamus. Primum ſit
quod præſtat *l. 2. infr. de conſul.* vbi certa quantitas
deſignatur, quam Conſules auſpiciis conſulatus
ſui olim expendebant Calendis Ianuarij, de qua
eſt notanda *Nouell.* 105. *de conſul.* & quæ diximus
*in leg. fin. cap. 2. de decurionib. ſupr.* cùm antea po-
pulari ambitione ducti penè tota patrimonia expen-
debant, vt *ibi* diximus.

Alterum exemplum eſt ex *leg. 1. & 2. tit. 5. lib. 5.* 34
*Recopilat.* vbi veſtes lugubres deferre vltra certam
taxam prohibentur, & modificatio quædam in ſo-
lemnibus funerum adhibetur, vt aduertunt Noſtra-
tes *ibi*, & præcipuè Azeued. *in leg. fin. illo titul. num.*
3. Sic etiam & quamvis per leges Regni potuiſ-
ſet pater meliorare filiam dotis ratione in tertia &
quinta parte bonorum vltra legitimam ſibi debitam
hodie tamen prohibitum eſt, & taxatæ ſunt dotes
mulierum, ex *leg. 1. tit. 2. libro quinto Recopilat.*
Propter innumera mala quæ ex ſumptibus immo-
dicis oriebantur, quæ refert Baëza *de non melioran-
dis filiabus, cap.* 2. & Matienz. *in dict. leg. 1. gloſſ.* 1. &
à Principe exceſſus ſunt moderandi, vt tradit Auen-
daño *in capp. pp. lib. 1. cap. 14. num. 3. & ſeq.* Men-
chaca *controuerſ. vſufreq. cap. 5. numer.* 13. Azeued.
*in dict. leg. 1. Recopil. tit. 2. & in leg. 1. tit. 12. libro
ſeptimo numer.* 5. † Quin etiam & in *leg. 2. eodem tit.* 35
2. *lib. 5. Recopil.* prohibetur ne quis arrharum nomi-
ne vltra decimam partem bonorum promittat, vt *ibi*
explicant ſupradicti, ſic etiam & *tit. 12. lib. 7. Reco-
pil.* veſtibus impoſitus eſt modus cùm luxu creſcen-
te maximè exceſſerint, ad quarum legum exornatio-
nem, præter Azeued. & Narbon. *ibi*, vide Tira-
quell. *in lege tertia connub. numer.* 14. Caſſaneum *in
catalog. conſider. 96. pag.* 11. Petr. Fabrum *libro tertio
ſemeſtr. cap.* 16. Simancas *de Republ. libro nono cap.*
29. Bobadill. *libro ſecundo politic. ca. 17. numer.* 149.
Anton. Sola *ad conſtit. Sabaud. rubr. de nominat. domin.
chart. 56. lib. 5. Decret. gloſ.* 1.

Non nego tamen hanc oblationem poſſe conſi- 36
derari, vt principio dari cœpiſſet voluntariè, & pau-
latim in ſubſidium coactum conuerſam, ſicut de eo
tributo poteſt dici, quod apud nos vocatur *ſeruitio
Real*, quod à principio, voluntariè fuit introductum,
& nunc in ſeruitium ordinarium conuerſum, vt do-

cet

cet Bobadilla *lib.5. polit. cap.5. num.4. in fin.* ſicut glebalis functio ſenatoria, quæ à principio oblationis magis, quàm functionis genus erat, vt dicemus *in tit. infr. de Pratoribus*, notat Bulenger. *lib.9. de Imperio Romano, cap.67. n.18.*

37 Denique ſciendum eſt hanc ſtrenarum oblationem remiſſam fuiſſe omnibus curialibus, ex conſtitutione Maioriani Imper. quæ extat inter eius Nouellas *titul.1. de curialibus*, vt patet ibi, *Strenarum Calendarum ac pulueratici nomine à curialibus nihil petatur. Si quis horum aliquid popoſcerit, aut etiam offerentem contra interdicta ſuſceperit, ſingulas auri libras per ſingulos curiales à ſe nouerint exigendas.* Quod ea ratione factum videtur vt Curialium ſumptibus prouideretur, & ne eorum ſubſtantia diſſiparetur, vt ex ſerie totius Nouellæ apertè deprehenditur. *Pulueraticum* quid ſit, cuius etiam meminit *leg.16. Cod. Theod. de tyronibus*, vide Cuiac. *lib.4. obſeruat. cap.18.*

## TIT. LXXV.

## *De Irenarchis.*

### LEX VNICA.

*Impp.* HONOR. & THEODOS. AA.
*Anthemio P.P.*

Irenarchæ, qui ad prouinciarum tutelam, quietis ac pacis per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, à Decurionibus iudicio Præſidum prouinciarum idonei nominentur.

### SVMMARIVM.

1 *Qui fuerint.* Irenarchæ, *quare dicti Pacis præfecti apud D. Auguſtinum & leges Codic. Th.* & n.2.

3 *Vnde originem traxerit hoc munus explicatur Iuuenalis.*

4 *De Curioſis & Stationariis, & quatenus differant ab Irenarchis?* & n.5.

6 L.2. §. iubemus. Cod. de officio Præfecti præt. Africæ, *& de limenarchis*, & n.7.

8 *A quibus nominabantur* Irenarchæ, *recenſetur diuerſum ius.*

9 *Irenarchas modò ſublatos, modò admiſſos, item & Curioſos, probatur aliquibus locis.*

10 *Iuſtinianus violenter ſe geſſit in littera noſtra legis immutanda*, & n.11.

12 *Qui ſint Biocolytæ, & locorum ſeruatores apud Iuſtinianum?*

13 *Cui officio comparari queat Irenarcharum munus.*

1 IRENARCHÆ dicti ſunt qui diſciplinæ publicæ & moribus corrigendis præficiebantur, ob conſeruandam tutelam, pacem publicam, & quietem prouinciarum, quapropter diſpoſitis locis adſtabant vt latrones & delinquentes conquirerent, denuntiarent, comprehenderent, & per ſingula territoria faciebant ſtare concordiam, *leg.fin. §. Irenarchæ 7. D. de mun. & honor. l. Diuus 6. l. non eſt dubium 11. D. de cuſtodia reor. iuncta ratione l. æquiſſimum 15. D. de vſufruct.* explicant Petr. Gregor. *lib.47. ſyntagm. c.38. n.9.* Cuiac. *hic, & in l. ſuper 9 per text. ibi, ſup. de iure fiſc. & in tit. quæ res pignor. & lib.1. obſer. c.33.* Renard. *lib.4. variar. cap.11.* Panciroll. *in Not. Imp. Orient. c.74. & in Not. Occident. cap.18. & de Magiſt. munic. cap.18. & lib.2. variar. cap.266.* Buleng. *lib.7. de Imp. Roman. cap.22.* Bobadill. *lib.2. polit. cap.13. n.61. & cap.21. n.16.* † Eáque ratione dicitur Irenarcha quaſi pacis præfectus, ſeu præpoſitus, quo nomine compella- 2
tur *in l. ſolum 49. C. Th. de decur. & in l.1. C. Th. de pign.* ibi, *Si quis præfectus pacis, vel decurio*, vbi emendandum cenſet Cuiac. *in d. l.9. de iure fiſc. pagis*, confundens cum præfectis pagorum, de quibus *in l. 2. ſup. de ſuſceptor.* qui diuerſi admodum fuere. De his Irenarchis eſt accipiendus D. Auguſtin. *ep.159.* relatus *in cap.123. quæſt.1.* ibi, *Quamuis enim ab illorum interitu diſſimulare poſſemus, qui non accuſantibus noſtris, ſed illorum Notariis. ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat.* Nam hic locus non poteſt de iudicibus intelligi, vt gloſ. *ibi verb. illorum* accipiebat, ſed de his Irenarchis, vt rectè agnouit Cuiac. *lib.1. obſeru. cap.31.* cùm loquatur cum illo quem iudicem vocauerat inferiùs. Vnde rectè Michaël Syngelus *in encomio D. Dionyſij*, Chriſtum Dominum Irenarcham vocat, id eſt, Principem pacis, animaduertit Cerda *in aduerſar. cap.121. num.24.* videnda *Nouell.134.* de quo dicam *infrà*, & de locorum ſermonibus.

Hoc munus & officium videtur introductum ab 3
Auguſto, nam, Suetonio teſte *in ep. cap.32.* inter alia quæ peſſimi exempli, correxit quæ in perniciem publicam ex conſuetudine licentiáque bellorum ciuilium durauerat, adiicit. *Nam & graſſatorum plurimi palàm ſe ferebant ſuccincti ferro quaſi tuendi ſui cauſa, & rapti per agros viatores ſine diſcrimine ergaſtulis ſupprimebantur. Igitur graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit.* Idem continuaſſe Tiberium indicat ipſe Sueton. *cap.37. in eo. In primis tuendæ pacis à graſſaturis ac latrociniis ſeditionúmque licentia curam habuit ſtationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit*, expendo vocem *ſolito*, quæ videtur referri ad factum Auguſti, ad id etiam alluſit Iuuenal. *ſatyr.3. verſ.305.*

*Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem*
*Armato quoties tutæ cuſtode tenentur*
*Et Promtina palus, & Gallinaria pinus.*

& Vlpian. *in leg.1. §. quies 12. D. de offic. Præfecti vrbi*, ibi, *Quies quoque popularium ad præfecti vrbi curam pertinere videtur, & ſanè debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid in vrbe agatur.*

Ex quibus deducimus hos & Curioſos dictos 4
ab eo munere, quaſi quæſitores, inueſtigatores curatoréſque publicæ ſalutis, & qui habent curam publicæ ſolicitudinis, vt ait Conſtantinus de eis agens *in leg.1. Codice de cuſtod. reor.* Quo ſenſu dixit Seneca *lib.4. de benefic. cap.16. Deum noſtri curioſum*, id eſt, quia nos curat & tuetur. Vel qui ſciant inquirere rimari, ſubolfacere quid agatur, & hoc ſenſu vocauit Spartianus Hadrianum *curioſum* non ſolùm domus ſuæ, ſed & amicorum, & Apulei. *lib. Metam.* ibi, *Non equidem curioſus ſum, ſed qui velim ſcire cuncta. Qui non curioſus, id eſt, delator eſſet, ſed potiùs plura libenter ſcire cuperet.* Dicti etiam ſunt *Stationarij, in l.1. infr. de curioſ. l. ſi quis 8. C. de accuſat. l.4. D. de ſeruis fugitiu. l. ſi quis in hoc 31. C. Th. de Epiſc.* quia diſpoſiti per ſtationes

vt criminoſos perquirerent. Tertullian. *in Apo-
loget. cap. 2.* ibi, *Latronibus inueſtigandi per vniuer-
ſas prouincias militaris ſtatio ſortitur, in reos maieſtatis
ac publicos hoſtes omnis homo miles eſt.* Hos & *frumen-
tarios* dictos olim, quorum officium fuit reos per-
quirere, denuntiare, accuſare, capere, & in carce-
rem coniicere, docet Salmaſ. *in Spartian. Hadrian.
pag. 28. & ſeq.* & nos latè ſcripſimus *in rub. ſup. de*
5 *delatorib. ex num. 7.* Licèt videantur hi diuerſi ab
Irenarchis, vt diuerſitas titulorum demonſtrat, nam
ipſis magis pacandi ciues & rixas ſedandi cura
demandabatur, vt videmus *in leg. vnic. Cod. Th. de
Irenarch.* cùm tamen curioſi & ſtationarij in riman-
dis & perquirendis delinquentibus verſarentur, &
præcipuè circa curſum publicum, ſi aliquis inde-
bitè eo vteretur, vt conſtat ex *tit. infr. de curioſis,*
6 *& C. Th. eod.* † Et in littoribus cuſtodiendis.
vt *in Nouell. Theodoſij de tributis fiſcalib. tit. 23.*
Quod munus declarauit Iuſtinian. *in leg. 2. §. iu-
bemus 2. Cod. de officio Præfecti præt. Afric.* vbi in
freto Herculeo noſtro, ſeu Traiectu, id eſt, *en el
eſtrecho de Gibraltar, in Traiectu,* inquit, *qui eſt con-
tra Hiſpaniam, qui Septa dicitur, quantos prouiderit tua
magnitudo de militibus vna cum Tribuno ſuo conſtituas
qui poſſint & ipſum traiectum ſemper ſeruare, & om-
nia quæcumque aguntur in partibus Hiſpaniæ, vel*
7 *Galliæ duci denunciare.* † Et hos credo Limenar-
chas dici *in leg. 4. D. de ſeruis fugitiu.* Qui erant
portuum mariti morum cuſtodes, ſi credimus
VVolfgango Lazio *lib. 6. comment. reip. Rom. cap. 6.*
Cottæ Prateio & aliis, in ea voce, & Gothofre-
do, eorum verba tacitè tranſcribenti *ibi, l. fin. § hi
quoque 10. D. de munerib. l. non idcirco 38. C. de libe-
rali cauſ. iuncta l. 10. & ſeq. C. Th. de curioſ. & l.
vnic. infr. de littorum & itiner. cuſtodia.* & hoc ea ra-
tione ne vetitæ merces, vel illicitæ transferrentur,
vel vectigalia defraudarentur. *l. vniuerſi. C. de vecti-
gal. iuncta l. cotem 11. §. illicitarum. Digeſt. de pub-
lican.* vbi Gothofred. & plerumque ſolebant homi-
nes ſcrutari. Ammian. *lib. 21.* ibi, *Sed reipſa conuictus
abſtinuit, capto enim ab ſtationariis militibus Nota-
rio, quem miſerat ad Conſtantium, ſcrutatoque ſi quid
portaret epiſtola eius, reperta eſt.* explicat eleganter
Pancirol. *dict. cap. decimo octauo de magiſtr. mu-
nicip.*

8 A quo verò nominarentur Irenarchæ, & om-
nes alij? Sine difficultate ait lex noſtra, à Decu-
rionibus nominationem fieri debere, cùm tamen
à Principe faciendam eſſe conſtituit *l. nemo 21. C.
Theod. de diuerſ. officijs.* ibi, *Irenarchas non aliter, niſi
vt conſueuerat, manus ſanxerit principalis præcipiat
ordinari.* & ita inſinuatur *in dict. l. ſuper creandis 9.
ſupra de iure fiſci,* illic, *ſuper Irenarcha antiqua con-
ſuetudine obſeruanda.* Quæ leges conſuetudine id re-
ceptum aſſerunt, vt à Principe crearentur ſi ip-
ſas conferas, licèt tempore Diocletiani ab ordine
Decurionum id factitatum didicimus, ex *leg. non*
9 *idcirco 38. Cod. de liber. cauſ.* † Quapropter credo
id ita varium fuiſſe ius, cùm ipſi officiales mo-
dò prohibiti fuerint, & ſublati, modò ad certum
numerum redacti, modò admiſſi, vt indicat *leg.
conſtitutione 10. Cod. Theod. de curioſis.* his verbis,
*Conſtitutione ceſſante qua ſuper curioſis ex comitis ju-
dicio dirigendis intra certum numerum forma conclu-
ditur, antiqua conſuetudo ſeruetur, vt curioſi per diuer-
ſas regiones littora & portus tranſmittantur.* Ecce in
lege ſequenti tolluntur. *Curioſos præcipimus remo-
ueri. Curialibus ita ſubueniri volumus, vt nihil appari-
toribus liceat qui ex collecta prouincialium præda ad
maiores militias feſtinant.* Hic declaratur cauſa hoc
genus hominum è medio tollendi, propter rapi-
nas eorum, quas officium parere neceſſe erat,
hoc factum conſtat Conſtantio & Conſtante
Coſſ. vt ex inſcriptione liquet, id eſt, anno Chri-
ſti 414. ex computatione Onuphrij, cùm tamen
iam anno 409. ſublati eſſent Irenarcharum offi-
cium ab eiſdem Imperatoribus, Honorio ſcilicet,
& Theodoſio Iuniore, *in leg. vnic. Cod. Theod. de
Irenarch.* Auctoribus *dict. leg. curioſos.* quo anno ipſi
fuerunt Conſules. † Verùm Iuſtinianus noſter
iterum eos voluit reddere Reipublicæ, & cùm
expreſſa lege id deberet facere, ipſammet legem
Honorij & Theodoſij detruncauit, & eorum
verbis in contrariam ſententiam contortis effecit,
vt nomine eorum Imperatorum qui Irenarchas
tanquam pacis turbatores & moribus corruptos
aboleuerant, iterum admitterentur, vt agnoſcunt
etiam Cuiac. *hîc, & lib. 1. obſeru. cap. 33.* & Pan-
cirol. *de Magiſtr. municipal. dict. cap. 18.* quod
in pluribus legibus effeciſſe teſtatur ipſe Iuſtinian.
*in epiſt. de nouo Codice faciendo § quibus 2.* & notat
Ant. Contius *lib. 1. lect. cap. 9.* & deplorant do-
ctiores, qui manus Triboniani acutiùs ſcrutan-
tur, vt videre eſt ex Goueano *lib. ſecundo lect. c. 27.*
& Cuiac. *in lib. 7. §. 2. D. de pactis* Gothofred. *in
leg. 5. §. at cum do 2. lit. E. Digeſt. de præſcrip. verb.*
idque in pluribus locis, præcipuè horum libro-
rum, contigiſſe *alibi* docuimus, & agnouit quo-
que Sylueſt. Aldobrandin. *in §. & quidem num. 11.
Inſtitut. quibus mod. ius patr. pot.* † Quod ab eo 11
ideo introductum eſt, quia officialem creauerat,
quem vocari iuſſit Quæſtorem, id eſt, quæſitorem,
præpoſuitque eum quærendis coërcendiſque men-
dicis & otioſis errantibus & vagis, *Nouell. 80.*
quæ eſt *Auth. de Quæſtore.*

Poſtea credo hos Irenarchas ab eodem Impe- 12
ratore ſublatos, quoniam variis in locis Au-
thenticorum legimus biocolitas eum ſuſtuliſſe,
qui alio nomine locorum ſeruatores vocantur,
quorum munus erat latrones expellere, perſequi
& ſcrutari, & locorum quieti attendere, & vim,
deprædationem, vel violentiam arcere, quod
munus ſimile erat illi quod ab Irenarchis exerce-
batur, vt diximus, & quemadmodum ob depræda-
tionem & rapinam ab Imperatoribus Honorio
& Theodoſio ſublati fuerunt, ob eam rationem
& tales locorum ſeruatores abolentur, vt conſtat
*ex Nouell. 8. cap. 13.* quæ eſt *Auth. vt judices ſine
quoquo ſuffrag. §. interdicimus. Nouell. 17.* quæ eſt
*Auth. de mandatis princip. §. eos 10. Nouell. 128.* ſeu
*Auth. de Collatoribus. § iubemus autem 21. & No-
uella 134.* quæ eſt *Auth. vt nulli judicum liceat habe-
re loci ſeruatorem §. 1. & 2.* notant poſt Accurſ. *hic,*
Platea & Cuiac. *lib. 3. obſeru. cap. 14.* Quo loci agit
etiam de defenſoribus ciuitatum qui tuebantur
plebem contra improbitates inſolentium, &
tanquam locorum patres erant, de quibus vide
etiam Iuret. *lib. 9. in Symmach. epiſt. 35.* Bulenger.
*de Imper. Rom. lib. ſeptimo cap. 12.* licet ipſe *lib. ſex-
to c. ſexageſimo ſecundo de Biocolitis,* nil niſi Cuiacij
lineolas adiiciat, neque item Gothofredus in dictis
Nouellis, ideò nos excuſati erimus, ſi in re tam
obſcura ex longo ſitu vetuſtatis ſolùm hæc ſcri-
pſerimus.

Reſtat nunc inueſtigare cui ex officiis hodier- 13
nis aſſimilentur Irenarchæ: nam id etiam Auctores
procurarunt aduertere poſt Accurſ. *hîc*, Bar. &
Plat. Petr. Gregor. *lib. 47. ſyntag. cap. 36. numer. 3.
& cap. 38. num. 9.* Bobadill. *lib. 2. polit. c. 13. num.
61. & cap. 21. numer. 16. & lib. 4. cap. 5. numer. 4.*
quem

quem ſequitur Garcia Toleran. *hic.* Qui aiunt Irenarchas ſimiles eſſe iis hominibus, qui lateri iudicum adſiſtunt, & delicta aliorum ſuſurrant, vnde nomen vulgare *Soplon*, quod non conuenit, nam iſte magis ex innata malitia procedit, quàm quia ex nominatione ſit iudicantis, tum quia Irenarchæ officium grauius erat. Aſſimilatur itaque iis Iudicibus, qui dicuntur *Alcaldes de la ermandad o comiſſarios de la gente de guerra*, in hoc, vt latrones perſequantur, item & iis qui dicuntur *Alcades de ſacas*, & cuſtodibus portuum, de quibus *d. cap. 5.* vtiliter agit. Item & in militia ſunt homines, qui dicebantur *Atajadores*, qui vel erant pedites, aut equites, qui terram circumibant, vt aduentum, vel exitum hoſtium cognoſcerent, vt aduertit Don. Didac. de Mendoça *de bello Granaten. lib. 2. numer. 24.* nuper in publicæ vtilitatis gratiam excuſus. Denique variis officiis aſſimilatur, verùm non per omnia conueniunt.

## TIT. LXXVI. & fin.

## *De argenti pretio quod Theſauris infertur.*

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Eutichiano, P. P.*

Iubemus vt pro argenti ſumma, quam quis theſauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem, ita vt pro ſingulis libris argenti quinos ſolidos inferat.

IN huius legis explicatione immorandum non eſt, cùm ſufficiant quæ ſcripſimus *in l. vnic. ſup. de collat. æris. & in rub. ſuprà de Canone largitional. titul.* conducunt ad eius exornationem, quæ cumulat Panciról. *libr. 1. var. cap. 66. & in Not. Jmp. Orient. cap. 74. §. Præfecti quoque*, & Carrança *de monetis 2. part. cap. 1. §. vnico, pag. 115. & 4. part cap 1. §. 7. puncto 2. pag. 242.* qui alios referunt, & præter eos D. Larrea *deciſ. Gran. diſp. 21. tot. numer. 3.* † De quæſtione illa, quam huius legis occaſione ſolent pertractare DD. in variis locis, an inuito creditore aliud pro alio poſſit, vide Morl. *in emp. tit. 8. quæſt. 9. & quæſt. 13. & quæſt. 16.* Gutierr. *libr. 4. pp. quæſt. 51.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. clauſul. 4. gloſ. 18. part. 1. numer. 183.* Gironda *de priuileg. quæſt. 36. ex numer. 267.* Caſtillo *lib. 4. controuerſ. cap. 10. à num. 47.* Ceuall. *4. tom. com. quæſt. 899. num. 97.* Bobadill. *libr. 3. politic. cap. 3. num. 72.* D. Ignat. de Villar. *in ſylua reſponſ. lib. 2. reſponſ. 16. cap. 3. numer. 42.* Narbona *in l. 25. gloſ. 10. num. 28. tit. 21. lib. 4. Recopil.* & Guzman *de euictionibus quæſt. 22. tota*, Hermoſilla *in l. 2. tit. 1. part. 5. gloſ. 3. tota*, &, ſi Deus ſinat, nos plura dicemus *in l. 1. infr. de fabricenſibus*, omnes hi Auctores plures quæſtiones exagitant tum litteræ conuenientes, tum etiam & diſputationis apparatui. 1

Deo Opt. Max. à quo, in quo, ex quo omnia, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat ſemper, laus, honor & gloria, & Sanctiſſimæ Deiparæ ab conceptione limpidiſſimæ. Necnon D. Catherinæ Virgini & Martyri, in cuius Natali huic immenſi laboris primo tomo finem imponimus.

# ADDENDA.

PAG.6. *num.3.in fin.* adde, & D.Ioann. de Eſcobar *de puritate prob. 2.part.q.8. num.4.*

Ibid. *num.8. in fin.*adde, & Velaſc. *de priuileg.paup.1.p.quæſt.55.n.19.*

Pag.7. *num.25.* vbi, Petr. Gregor. *d. cap.31.n.7.* adde, Giurb. *conſ.70. num 19.*

Pag.13. *num.62.* vbi, Hermoſill. *gloſ.5. tot.* adde, & Caſtill. *6.tom.contr.cap.137.num.31.*

Pag.14.*n.64.ſ. b fin.*vbi, *D.ad Trebell.* adde, Facit quoq; pro hac parte eorum opinio, qui dicunt quòd ſi aliquis habeat facultatem diſponendi de certa parte ſummæ maioris, *ſi ſine liberis moriatur*, ſi non diſponat, ad honoratum tantùm pertineat, non ad venientes ab inteſtato, contraria ſententia ex his fundamentis reiecta, vt videre eſt apud Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.550. num.5.* Theſaur. *deciſ.97.* Peregrin. *de fideicom. art.40. num.59.* etſi contrarium teneat Franch.*deciſ.45.& 600.* vbi Amendola & Riccius *in addit.* alios pro ea parte allegant, & Fuſar. *ſup.num.1.* Nam,vt ego præter omnes aduerto, hoc in caſu ita grauato relicta eſt illa portio ſub ea conditione, ſi de ea diſponat, ſicut dicitur de filiofam. circa peculium caſtrenſe, in quo etiam pater habet proprietatem, licèt ſuſpenſam, niſi filius diſpoſuerit, quo non diſponente, patris ius reuiuiſcit, vt notant plures relati à Mendez de Caſtro *in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib.3.part.n.146.* Balduin. *in §.1. Inſtitut. per quas perſon.* vbi etiam Cuiac. *& lib.11. quæſt.* Paul. *in l.filiusfam.18. D.ad l.falc.*

Pag.16.*num.22.* vbi, Polliano committeret adde, vt latè exornat Caſtillo *lib.6.contr.cap.182. ex num.1.* vbi cum pluribus docet poſſe teſtatorem declarationem ſuæ voluntatis alteri committere.

Ibid.*num.26.* vbi, *cap.32. num.3.* adde, Hermoſill. *ſup. num.39.*

Pag.30.*num.42.in fin.*adde, Quem ſequitur Azened. *in leg.12. tit.6.lib.1. Recopil. num.12* & Gutier. *lib.1.pp.quæſt.68. tot.* qui in hanc rem videndi erunt poſt Matienz. Angul. & alios.

Pag.31.*num.1.in fin.* adde, Salgad. *de regia protect. 1.part.cap.1.prælud.ex num.85.*

Pag.36. *num.43. in fin.* adde, vel notoriè excedebant ſuam commiſſionem, tunc enim de exceſſu proponitur querela, vt latè notat Salgad. *de reg. protect. 4.part. cap.3. tot.* vbi latè de exceſſu & de executoribus excedentibus, eleganter pertractat.

Ibid. *n.44.* vbi, *num.108. & ſeq.* adde, Quia, vt vno verbo explicuit Serarius *in Prolegom. ad ſeptem Epiſtol. Cathol. prolog.2.* vna ſimilíque forma, & de vna eadémque re ad plures ſcribebatur. Meo videri rectius quàm Iuret. *lib.9. in Symmach. ep.120.* (quem tacitè tranſcribit Bulenger. *lib.3. de imper. cap.12. verſ. formalis.*) quia de Concilij ſententia ſolemni cauſidicorum & verborum formula componebantur quæ epiſtolæ *Canonicæ* vocantur à Caſſiodor. *lib.11. epiſt.23.*

D. FRAN

# D. FRANCISCI DE AMAYA, IVRISCONSVLTI,

## *APOLOGIA PRO STATVTO COLLEGII Maioris Conchenſis, contra calumniam Eſcobaris.*

### SVMMARIVM.

1 *De libro D. Ioannis de Eſcobar, cum eius laudatione.*

2 *Proponuntur verba Eſcobaris contra Collegium,* & n. 3.

4 *Magnorum virorum querela propoſita in Magno Conſilio contra Eſcobarem.*

5 *Quid intendat Auctor in hac Apologia?*

6 *Ratio quæ mouit Auctorem ad ſcriptionem huius opuſculi,* & n. 7.

8 *Referuntur verba ſtatuti Conchenſis.*

9 *Praxis Collegij expellendi eos non ſolum qui ſunt impuri ſanguinis, ſed etiam contra quos aliquid ſit dictum etiam cum mendacio.*

10 *Lex multoties magis comprehendit mente, quam verbis,* & n. 11. & 12.

13 L. filius 10. Digeſt. de collat. *contra Anton. Fab.*

14 *In lege dicitur aliquid comprehenſum eſſe, quamuis verbis exprimatur,* & numero 15. & 16.

17 *Etſi in ſtatuto Collegij expreſſis verbis non dicatur non eſſe admittendos eos, contra quos etiam falſo ſit dictum, adhuc probatur id expreſſe deciſum.*

18 *Expenditur ſtatutum ad id probandum,* & numero 19.

20 Habere *ad poſſeſſionem refertur.*

21 *Bonæ fidei poſſeſſor cenſetur ille, contra cuius puritatem nihil ſit dictum.*

22 *Vox* ſemper *denotat perpetuitatem.*

23 *Quid ſignificent in ſtatuto illa verba,* Publicè & occultè?

24 *De poſſeſſione puritatis deiicitur ille, contra quem aliquid dicitur etiam falſo.*

25 *Qualitas puritatis conſiſtit in hominum opinione,* & n. 34. & 40.

26 *Poſſeſſionis interruptio circa qualitatem puritatis oriri ſolet ex variis cauſis,* & n. 27. 28. & 30.

29 *Laudatur Domin. Præſ. Valenzuela.*

31 *Eſſe aliquis vel non eſſe Chriſtianus antiquus conſiſtit in arbitrio Iudicis.*

32 *Regula iuris vt plus ſit in veritate, quam in opinione, & è contra.*

33 *Ex verbis ſtatuti non ſolùm attenditur vera qualitas puritatis, verum & communis opinio & reputatio.*

35 *Expenditur* leg. quæ omnia 25. ff. de Procurat.

36 *Exornatur & illuſtratur* l. cum ita legatum 63. de cond. & dem. *&* n. 37.

38 *Falſus rumor vel fama expellit admittendos ad Collegium, etiam ſi ſit per mendacium,* & numero 39.

41 *Rumor & falſa fama interdum attenduntur in iure.*

42 *An in puritatis iudiciis concurrat ſimul proprietas & poſſeſſio?* & n. 44.

43 *An ſententia nobilitatis quam tulit filius, proſit patri.*

45 *De differentia nobilitatis ac puritatis quoad proprietatem, attenta Pragmatica domini Regis noſtri,* & n. 46.

47 *Expenduntur doctrinæ Eſcobaris, quibus probatur praxis Collegij, vt etiam per rumorem notati expellantur,* & num. 48. & 50. *&* 55. & 56.

49 *Praxis quæ adiuuatur conſuetudine, ſequenda eſt, etiam ſi ſit contra verba legis,* & numero 54.

51 *Opinio famoſi Doctoris eſt ſequenda.*

52 *Laudatiuncula Collegij Conchenſis,* & numero 53.

57 *Fundator vel teſtator de re ſua poteſt quomodo ei libuerit diſponere, & quaſcumque clauſulas adiicere.*

58 *Clauſula maioratus Domini Roderici Vazquez.*

59 *Qualitas teſtatoris inſpicitur vt cognoſcatur eius voluntas.*
60 *Laudatur Dominus Epiſcopus fundator Collegij,* & n.62.
61 *Detegitur incuria cuiuſdam hiſtoriographi.*
63 *Statutum Collegij quibus rationibus fundetur* ? & n.67.68.& 75.
64 *Statuta Collegiorum cùm ſint clauſa in corpore iuris, non indigent alia confirmatione Principis.*
65 *An ſtatuta ſint ſtrictè interpretanda, remiſſiuè.*
66 *Expenditur & explicatur* l. proſpexit, D. qui & à quibus.
69 *In Collegio per oppoſitionem nullum ius adquiritur.*
70 *Elector tenetur eligere digniorem.*
71 Idoneus *quomodo ſit accipiendus.*
72 *Magis idoneus indicatur oppoſitor, contra cuius puritatem nihil ſit dictum.*
73 *Expenditur elegans doctrina Domini D. Chriſtophori de Paz olim Pintiani Senatoris.*
74 *Informationes oppoſitorum fiunt in Collegio ex præcepto ſtatuti, non ex conſuetudine.*
76 *Extante aliqua ſuſpicione infectionis non eſt admittendus oppoſitor.*
77 *Interrogatorium probationum Equitum D. Iacobi & Calatrauæ rigidiſſimum.*
78 *Excuſat ſe Auctor ne videatur in hac Apologia magis calumniator, quàm defenſor.*
79 *Allocutio ad Collegium.*

1 NVPER in lùcem edidit librum de
Puritate, & Nobilitate probanda
Doctor Dom. Ioannes de Eſcobar
del Corro, Apoſtolicus Inquiſitor
tractus Cordubenſis, librum ſanè
omni iuris ornamenro plenum. Auctor ipſe vir
doctus, & vario genere litterarum mirum in modum
excultus, & qui materias ſtatutorum apprimè
pertractat, & Pragmaticam nouam Domini
Regis noſtri dudum de ea re editam eleganter
exornat, & illuſtrat. Sed cum fortè de ſtatuto
Collegij Maioris Conchenſis (quod in Salmanticenſi
Academia erexit D. D. Didacus Ramirez
de Haro Conchenſis Epiſcopus) ageret neſcio,
an zelo ſalutis proximi in cenſus, vel publicæ
vtilitatis, vel quonam ſine licentiùs calamum
2 decurrere permiſit, † hæc ſcribens verba multum
à viro modeſtiſſimo abhorrentia, & veneranda
illa domo indigna, 1.p. *quæſt.*3. §.3. *numero* 46.
*fol.*39. ibi, *Vnde patet quid dicendum de ſtatuto Conchenſis
Collegij, ſeu potius dicam declaratione, ſeu
iniqua praxi, & introductione illius Cœnobij contra
ipſius ſtatuti, & fundatoris mentem. Quo ita requiritur
puritas, & eius fama, & rumor, vt contrarium
neque vero, neque falſo rumore aliquid ſit dictum, neque
auditum, de quo D. Franciſcus de Amaya, obſeru.*
3 *iur. libro* 2. *capite* 6. *numero* 52. † Rurſus, &
non contentus hoc vulnere, aliud repetit, 2. *part.
quæſt.*7. *num.*6. & ardentius hoc modo. *Vereor,
quod multi in gehenna crucientur, cum videam nullum
ſtatutum decidere, quod non admittantur qui falſum
rumorem maculæ contrarium habeant, licet aliud innuere
videatur D. Franciſc. de Amaya dicens: Ita
conſtitutum in ſuo Conchenſi Salmanticenſi Collegio,
vt macula verè, vel falſo audita impedimento ſit ad
ingreſſum Collegij. Quod certè à fundatore non fuit
conſtitutum, vt in originali ſtatutorum illius Collegij,
conſtat, ſed tantum vt expellantur deſcendentes Hebræorum,
& Agarenorum, cui poſtea, per eoſdem Collegiales
aditus fuit, auditus verus, ſiue falſus, inique tamen,
& iniuſtè aduerſus fundatoris mentem, & ipſorum
conſcientiam, & quidem eorum, qui poſt eos ita obſeruant,
quorum animarum ruinam timeo, & neſcio qua via, aut
ratione hoc defendere valeant, quod & mihi fuit falſus,
ſecreto tamen doctus, & Chriſtianus vir eiuſdem Collegij
aſſeuerando, quod in originali ſtatutorum rigor
hic non continetur, ſed additus per Collegiales, quod
mihi nullo iure fieri potuit, cum iniquum ſit, & reprobum,
& abhorreat veris æquis, & prudentibus, iuſtè per
hanc noſtram tollatur Pragmaticam.*

Hæc ſunt ipſiſſima verba Eſcobaris, qua mente 4
ſcripta neſcio, ſolum ſcio multos vellicaſſe, notaſſéque,
quam ob cauſam grauiſſimi viri, apud
Magnum Conſilium de eo querantur, quare me
vehementer commouit, non iram, nec bilem, ſed
vt calamum arriperem, & notam indignam auferrem.
Nam quò magis eſt celebrius Auctoris
nomen, eo magis poteſt apud vulgares decreſcere
fama celeberrimi ſtatuti, & calumniæ facilius
infamant, quam probant, & quo magis detinetur
defenſio, tantò magis gliſcit affecta iniuria.
† Hoc ergo libello vnum geſtit veritas, ne igno- 5
rata damnetur, ne inaudita depereat. Quare permittitur
mihi hanc rigidam cogitationem huius
Ariſtarchi, ſub clypeo Pragmaticæ ſeſe tegen-
tis, infringere. † Ad id enim iure quidem com- 6
pellor, & ratione, ſiquidem, vt Conſtantini Imperatoris
verba vſurpem, *in l. lex quæ tutores* 22.
*Cod. de admininiſt. tut.* in ea domo creuerim, honorem
acceperim, & maiorum mebrum, id eſt, ſtatuti,
& tantorum virorum imagines non viderim
fixas, aut ex reprehenſione Eſcobaris videre reuulſas,
ſatis eſt lugubre homini beneficiorum tantorum
memori, non quia velim noſtri Monarchæ
venerandam ſanctionem nuper de hac re editam
præterire, imo eam totis manibus, & oſculis
amplector, ſed calumniam excutere à praxi Collegij
geſtio intra limites iuridicæ diſputationis.
† *Suſtineo* (verba Apuleij, *in Apolog.*1. fere in ſi- 7
mili caſu) *non modo meam, verum & Collegij defenſionem,
cuius magnitudo, vel minimam reprehenſionem
aſpernatur, ne is qui ſedulo laboro, vt ne quid maculæ,
aut inboneſtamenti in me admittam, videar cuipiam
ſe quod ex friuolis præteriero, id agnouiſſe potius,
quam conſenſiſſe. Eſt enim prudentis animi, & verecundi,
vel falſa vituperatione grauari, cum etiam hi
qui ſibi delicti alicuius conſcii ſunt, tamen cum malè audiunt
impendio commoueantur, & obiraſcantur, quamquã
exinde, vt malè facere cœperunt, conſueuerint malè audire,
Enim verò bonus, & innoxius quiſque rudes, & imperitas
aures ad malè audiendum habens, & contumelia
inſolens, multo ex animo laborat, ea ſibi immerito dici,
quæ ipſe poſſit aliis obiectare. Quod ſi fortè videbor friuola,
& inepta velle defendere, illis debet ea res vitio
verti, quibus turpe eſt etiam hæc obiectaſſe.* Hactenus
de more Apuleius. Cuius ore nos pari id cauſa
voluimus loqui, & grates poſſumus referre noſtro
reprehenſori, quia ex tali oppugnatione
forſitan accidet Collegio quod de veritate dici
ſolet magis elucere, quanto magis oppugnatur,
vt eleganter probat Murillo, *lib. del Pilar de Zaragoça,
cap.*5. vt quod Seneca ait, *Epiſt.*91. euenire
nunc poſſit: *Sæpè maiori fortunæ locum feciſſe iniuriam,
multáque cecidiſſe, vt in altius conſurgerent, &
in maius.* Hæc cauſa paucis refellenda erit, non
verbis virulentis, & contumelioſis more muliercularum,
eſt enim propria temere litigantium vociferatio;
ſed acri iuris cenſura vtendum eſt, & ſolùm
in

in diſputatione modeſtia, & dignitas loquentium reſplendeat, ſicut arma micantia argumentorum, quorum præcipua ex ipſiſmet doctrinis Eſcobaris deducemus.

8 Sed vt noſtræ defenſionis facilius appareat ratio, proponenda erunt imprimis verba ſtatuti Collegij, quæ iacent ſub *tom.2. conſtit. cap.2.* Cuius epigraphe, & inſcriptio eſt *de ætate, & qualitat ad Collegium recipiendorum*, & inter alias qualitates hæ adiiciuntur. *Non deſcendant per aliquam lineam ab his, qui pro hæreſi fuerunt condemnati, vel reconciliati publicè, vel occultè. Sed ſint Chriſtiani antiqui. Chriſtianos antiquos intelligimus eos, quorum parentes, ſiue patres, & aui, attaui, & maiores, ſemper fuerunt habiti publicè, & occultè pro Chriſtianis antiquis. Itaque nullo modo deſcendant ex genere Iudæorum, vel Maurorum. De quo antequam ad Collegium eligantur, vnus ex Collegialibus ad propriam patriam, vel locum talis recipiendi, vadat, & afferat publicum inſtrumentum teſtium fide dignorum qui ſint conteſtes comprobantes talem recipiendum eſſe idoneum, & nullo modo trahere originem à Iudæis, vel Mauris alioquin nullo pacto recipiatur quantumcumque aliàs qualificatus exiſtat, &c.*

9 Ex hac ergo conſtitutione & ſtatuto, ſemper in Collegio praxi receptum eſt, vt ab eo excludantur non ſolùm, qui deſcendunt ex radice aliqua infecta, ſed & illi, contra quorum puritatem aliquid ſit dictum, vel auditum, etiamſi falſo, & contra veritatem. Hoc tamen à Collegialibus additum minimè fuit, ſed quia ſtatutum euidenter
10 determinat. † Pro cuius aſſertionis fundamento prius præſuppono legem, vel ſtatutum multoties ſententia, & mente magis comprehendere, quàm verbis, *leg. non dubium 5. Cod. de legibus, leg. contra legem 29. cum ſeqq. ff. eod.* Nam, vt eleganter notat Bald. his verbis: *Virtus legis principaliter conſiſtit in mente, & mens idem eſt, quod ratio legis quæ eſt anima eiuſdem; nam ſicut homo conſtat anima, & corpore, ſic & lex ex verbis, & mente, ita vt verba ſint, tanquam corpus, mens verò anima, & ſpiritus.*

11 Hæc etiam antea fuerat doctrina Diui Auguſt. *in cap. ſedulo 12. diſt. 38.* ibi: *Vtile eſt noſſe ita eſſe præponendas verbis ſententias, vt præponitur animus corpori.* Ita docet pluribus in locis idem Bald. quem refert, & ſequitur Tiraquell. *in leg. ſi vnquam, verb. libertis num. 45. & ſeqq.* Villagut. *de extenſio. legum prælud. 12. toto.* Barboſ. *in axiom. iur. verb. ratio. 197. toto.* Salas *de legib. quæſt. 97. tract. 14. diſp. 21. ſect. 3. num. 26.* Layman. *mor. Theol. 1. tom. tract. 4. de leg. c. 18. verſ. 2.* Eman Rodriguez *1. tom. Reg. quæſt. 67. art. 2.* Mantic. *de tacit. lib. 1. tit. 17. n. 36. & ſeqq. & lib. 2. tit. 4. ex num. 2.*

12 Et quamvis pari paſſu ambulent verba legis, & eius mens, ſeu intentio, *leg. credendum 4. ff. qui pet. tut. leg. quod conſtitutum 21. ff. de milit. teſt. leg. 1. §. licet autem 20. verſ. in re igitur, ff. de exercit. act.* Multoties potius ſpectatur intentio ſenſus, vel mens legis, quàm verba, *cap. humanæ aures 22. qu. 5.* ibi: *Quia non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem, & intentionem, nec item debet intentio, verbis deſeruire, ſed verba intentioni, cap. Marcon. 63. 1. quæſt. 1. leg. quamuis 11. ff. de in ius vocan.* ibi, *Licet edicti verba non patiantur, lege tertia §. hac conditio, ff. de adim. leg.* ibi: *Sed melius eſt ſenſum magis, quàm verba amplecti, leg. ſcire oportet 13. §. aliud, verſ. ſed etſi maximè, digeſt. de excuſat. tut.* ibi: *Sed etſi maximè verba legis hunc habeant intel-*
13 *lectum, tamen mens legiſlatoris aliud vult.* † Conducit difficilis textus, *in leg. ſi filius 10. ff. de collat. bonor.* ibi, *& ita edictum ſe habet, ſed magis ſentio* vbi Scæuola contra edicti verba collationem admittit: quod in cauſa fuit, vt Ant. Fab. delendum eſſe illum verſiculum exiſtimauerit, quem ex hoc ipſo iuris principio refello, *lib. 1. obſeru. cap. 17. numer. 33. & 27. & lib. 2. cap. 2. num. 51.* Quia (vt ibi late probo) ſolerent Iureconſulti mentem magis, quam verba attendere. Notant in noſtro propoſito Accurſ. *in dict. leg. non dubium, verb. amplexus*, & cum eo cæteri antiqui. Salas *dict. diſp. 21. ſect. 13. numer. 27.* Villagut. *de extenſion. leg. tract. de extenſione legis pœnal. quoad valorem actus, rub. de extenſion. leg. reſpect.* meræ pœnæ, *num. 16. & ſeqq. fol. 115.* Morl. *in emp. tit. 1. quæſt. 11. num. 16.* rectè expendens *leg. non figura ff. de oblig. & act.*

*Secundò* præſuppono in lege dici aliquid com- 14
prehenſum, licet verbis expreſſum non ſit, quando ex interpretatione iuris coacta ratione certum eſt legiſlatorem ita conſtituere voluiſſe, vel ſaltem eius mentem, & intentionem talem caſum comprehendiſſe, quia verba legis id inſinuant iuxta proprietatem verborum naturalem, vel ciuilem, ita vt magis videatur dictum, quam ſcriptum, *argumento leg. cum auus 100. ff. de cond. & dem leg. vnum ex familia 67. §. ſi omiſſa ff. de legat. 2.* ita colligitur *ex principio Inſtit. de legit. patronor. tutel.* ibi *ex eadem lege 12. tabularum* ibi, *Libertorum, & libertarum tutela ad patronos eorum pertinet, non quia nominatim in ea lege de ea tutela caueatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet, eo enim ipſo quod hæreditates libertorum, ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad patronos pertinere, crediderunt veteres voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere.*

Quod quidem non tam fit per extenſionem le- 15
gis, vel ſtatuti, quam per comprehenſionem, quæ dicitur mens intrinſeca legis, à Bonacina *2. tom. Moral. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 8. num. 17. & 21. leg. nominis 6. §. fin. ff. de verb. ſign.* ibi: *Verbum ex legibus ſic accipiendum eſt, tam ex legum ſententia, quam ex verbis*, quia tacitè ineſt in diſpoſitione expreſſa ea de qua tractatur, *leg. his ſolis 7. C. de reuoc. donat.* ibi: *Satis tacite cautum putamus.* Docet *pluribus in locis* Bald. & cum eo Tiraquell. *dict. verb. libertis numer. 45.* D. Iuan. de Eſcobar. *de puritate 1. part. quæſt. 3. § 3. num. 3. & ſeqq.* Salas *dict. diſp. 21. ſect. 5. num. 11.* Bonacin. *ſup.* Gutierr. Gonzalez, & Surd. apud Barboſ. *in axiomat. dict. verb. 197. num. 7.* Eman. Rodriguez *dict. quæſt. 67. art. 2. verſ. 4.* poſt Panorm. *in cap. ſuper quæſtionem n. 7. de offic. delegat.*

*Vltimò* præſuppono cum Suarez *de legibus lib. 6.* 16
*cap. 4. numer. 3. & ſeqq.* Caſtro *de lege pœnal. libro primo cap. 7. docum. 5.* Layman. *dict. 1. tom. Theol. mor. tract. 4. cap. 18. numer. 9. verſ. cæterum.* Aliquando legiſlatoris mentem ſolere coniecturari, talem caſum (de quo nempe ambigitur) comprehendere voluiſſe, conſiderata materia? vt talis caſus comprehenſus etiam videatur in lege qui ſit eiuſdem generis, ſiue ſimilis qualitatis, ac fuit expreſſus in verbis ipſius legis.

Ex his deducitur, quod etſi expreſſis verbis, 17
(& vt aiunt, groſſis) non ſit in illo ſtatuto ſcriptum, non eſſe admittendos eos, contra quos falſo rumore, & per mendacium dictum ſit contra eorum puritatem, rectè tamen ex verbis, & mente ſimul coniunctis, & commixtis conſtat talem caſum comprehenſum eſſe, argumento *leg. Gallus, §. ille caſus, ff. de liber. & poſthum.* ibi,

*Duobus*

*Duobus capitibus legis commixtis. Primò* quia priori loco expoſtulat illam qualitatem generalem, quod admittendi ad Collegium ſint Chriſtiani antiqui. *Secundò* dicendo Chriſtianos antiquos eſſe eos, qui cum maioribus ſuis ſemper publicè, & occultè fuerunt habiti pro talibus. *Tertiò* vt teſtes qui deponunt ſunt conteſtes. *Quartò*, vt admittendus ſit idoneus. *Quintò*, vt ſi non habeat eas qualitates, & idoneus non reperiatur, quantumvis qualificatus exiſtat, non admittatur.

18 Vnde conſtat Dominum Epiſcopatum plus exegiſſe quàm vt eſſent Chriſtiani antiqui. Exegit enim, vt cum verè eſſent Chriſtiani antiqui, nihil contra ipſos fuiſſet dictum, neque cogitatum, ſed ſemper fuiſſent habiti publicè, & occultè pro talibus. Hic verò caſus quomodo poteſt contingere, quando datur aliquis qui eſt Chriſtianus antiquus verè, & realiter? Nullo alio modo niſi quando per mendacium, & falſitatem, & malum rumorem non fuit habitus pro tali Chriſtiano antiquo, nam ſi hoc contigiſſet per veritatem, non erat iam Chriſtianus antiquus, & obſtabat ei prima qualitas illa, nempè, *ſint Chriſtiani antiqui.* Ergo caſum comprehenſum in ſecunda qualitate non poteſt verificari, niſi quando mendacium, & falſus rumor, & fama interuenit. Et ratio eſt, quia ſi ea ſecunda qualitas, & ſecundum requiſitum non contineret aliquid amplius, vltra illud quod dixerat, neque eſſent ita accipienda verba, ſed ſtrictè ſumenda pro eo quod prius dixerat, ſequeretur ſuperfluere ſtatutum, & nihil de nouo addere primæ qualitati.

19 Et in hac re, non eſt dare medium. Nam vt voluit ſolum Dominus Epiſcopus, vt Collegiales eſſent verè, & attenta veritate puri, aut attenta opinione. Si de veritate tantùm loquutus fuiſſet ad quid poſtea requirebat, vt pro talibus eſſent habiti publicè, & occultè ſemper? bene enim poteſt contingere, vt quis ſit in rei veritate purus, & limpidus, & in opinione, & exiſtimatione maculatus, vt infrà dicemus. Quemadmodum quotidie videmus in cauſis nobilitatis multos qui deſcendunt ex domibus nobilibus, & quem vocant *de ſolar*, qui tamen penſitarunt cum plebeiis, & pro talibus communi acceptione hominum habentur. At non poteſt euenire caſus ille ſecundus, quando pro talibus ſunt habiti, niſi quando contra puros aliquid ſit dictum, aut cogitatum, vel opinatum. Quæ opinatio, cogitatio, loquutio, famave non poteſt dari quando verè erant puri, niſi mediante mendacio, & falſitate, ergo dictam ſecundam qualitatem certum eſt comprehendiſſe verbis expreſſis eos, contra quos nihil fuerit dictum, vel auditum per falſitatem aliquid. Patet conſequentia. Siquidem ille qui cum verè eſſet Chriſtianus antiquus, falſo infamatus eſt, non poteſt dici ſemper pro tali fuiſſe habitum publicè, & occultè, & hoc ſtabilitur ſequentibus rationibus.

20 Prima ſit. Quia *habere* ad poſſeſſionem refertur, *leg. ſtipulatio iſta* 38. §. *Hi qui ſunt, & §. habere, de verbor. obligat. leg. ex empto* 11. §. *idem Neratius* 8. *ff. de action. empt. leg.* 2. §. *habere* 38. *ff. ne quid in loco publico* ibi: *Habere eum dicimus, qui vtitur & iure poſſeſſionis fruitur, leg. habere* 118. *de verbor. ſignificat.* vbi notat Cuiac. & *lib.* 52. *Dig. Iulian. in leg. eum qui* 56. *de verbor. obligat.* Conan. *lib.* 3. *comm. cap.* 10. *numer.* 6. Et conſtat ex vulgari illa ſtipulatione *habere licere*, de qua in dictis iuribus quæ continet, vt vacuam poſſeſſionem habeat. †

Conducunt in propoſito tradita à Gutierr. *libro* 21
*tertio pp. quaeſt.* 14. *ex numer.* 17. qui rectè ait bonam fidem præſumi habere illum contra cuius puritatem, vel nobilitatem, nihil ſit dictum, ſed ſemper pro puro, vel nobili ſit habitus, quoniam quaſi poſſeſſio illa cauſatur ex communi, & continua hominum reputatione, quod etiam agnoſcit ipſe
Eſcobar 1. *p. qu.* 10. §. 2. *num.* 10. 22

Adiicitur in ſtatuto vox illa *ſemper*, quæ ex ſua natura comprehendit omnem caſum, omne tempus in ſæcula ſæculorum, denotátque perpetuitatem, continuationémque, *l.* 1. *ff. ſoluto matrim. leg. quia ſemper* 5. *ff. de in ius vocand.* Cum aliis iuribus, & Auctoribus pluribus congeſtis à Barboſa, *de diction. vſufreq. diction. ſemper, numer.* 2. & 3. Ce-
nedo *ſingul.* 44. † Rurſus, & ponuntur in ſtatu- 23
to illa verba, *Publicè, & occultè. Publicè* refertur ad publicam vocem, & famam, quæ eſt in maiori parte populi, docent Bertazol. *de clauſul. inſtrum. clauſ.* 31. *gloſ.* 2. *numer.* 17. Verall. *deciſ.* 7. & 186. à quibus mutuauit Barb. *ſupr. dict.* 298. *Occultè* idem eſt ac clam, furtiuè, latenter, *leg. clam poſſidere* 6. *in princ. de adquirend. poſſ. toto tit. dig. quod vi aut clam leg. quo tutela* 73. §. 2. *ff. de regul. iur cum vulg.* Quod contingit quando aliquid dicitur, vel fit occultè, & ſecreto, quia ſcilicet timebatur ne ille de cuius puritate tractabatur ſiniſtrè, ſi ſciret minimè illud ferret, ſed prohiberet, vel obuiaret, aut controuerſiam moueret, ne ſcilicet talia contra ſuam puritatem cogitarentur, vel affirmarentur, *leg.* 3. §. *fin. ff. quod vi aut clam.* ibi: *Ariſto putat eum quoque clam facere qui celandi animo habet eum quem prohibiturum ſe intelligeret, & id exiſtimat, aut exiſtimare debet ſe prohibitum iri, & in leg.* 4. *ff. illo tit.* ibi: *Seruius etiam clam facere, qui æſtimare debeat, ſibi controuerſiam futuram: quia non opinionem cuius, & reſupinam exiſtimationem eſſe oporteat.* Notant cumulatis aliis iuribus Pratei. Oldendorp. apud Caluin. *de verb. iuris, verb. clam, & verb. occultè.* Calepin. *eod. verb.* Corſet. *ſingul.* 197. & Barboſ. *ſupr dict.* 59.

Hinc iam cognoſcimus, quod ſi per menda- 24
cium, & falſitatem fuerit aliquis impetitus, quia contra eius puritatem attentatum eſt, vel dictum, vel cogitatum, aut rumor de hac re inuaſit, de illa poſſeſſione videtur cecidiſſe, & non fuiſſe pro tali habitus. Id apertè probatur, nam ſi verbi gratia poſſidet quis hunc fundum, & violenter à poſſeſſione deiicitur, deſinit poſſidere, & ita interrumpitur vſucapio, etiamſi de facto poſſeſſio interpelletur, & interuertatur, *l. naturaliter* 5. *ff. de vſucap.* ibi: *Naturaliter interrumpitur vſucapio, cum quis de poſſeſſione deiicitur, leg.* 1. *in princ. ff. de vi, & vi arm. leg. ſi quis vi* 17. *ff. de adquirend. poſſeſſ.* notant Conan. *lib.* 3. *comm. cap.* 14. *num.* 1. Donel. *lib.* 5. *comm. cap.* 21. vbi Oſvvald. & cum Couarru. & aliis Morl. *in emp. tit. de ſeruit. quaeſt. fin. numer.* 42. & 43. Moder. Otero *de iure paſcendi, c.* 21. *tot. maximè num.* 5. & 6. Ita, & ſimiliter, qui in poſſeſſione erat puritatis, ſi per mendacium, aut iniuriam contra eum dictum ſit, aut auditum, de poſſeſſione illa deiicitur, etſi violenter, & conſequenter non poteſt dici continuaſſe poſſeſſionem, neque ſemper fuiſſe in ea perpetuo, & omni tempore, & ad interruptionem poſſeſſionis ſufficiunt tres teſtes, *cap. placuit*, §. *hac de præſcriptionibus in fin.* 15. *quaeſt.* 3. docet cum aliis Farinac. *de teſtib. quaeſt.* 63. *num.* 257.
† Et ideò illa qualitas puritatis cuius poſſeſſio 25
in hominum opinione, & reputatione conſiſtit, & per famam continuatam conſeruatur

vt

( vt probat Gutierr. *d.lib.3. pp. quæſt.*14. *numer.*17. Couar. Mier. Molin. vterque Garcia, Azeued. & alij plures apud Eſcobar. 1.*part. quæſt.*4. §.7.*num.* 26.*& quæſt.*10. §.2. *num.*17. ) & præter eos relati à Moreno *de la nobleza, diſc.*3.*num.*21. *lit.E.* Cum ſit per falſum rumorem, vel per iniuriam, & mendacium denigrata, vel dehoneſtata, excluſa eſt ex mente, & verbis ſtatuti expoſcentis, vt ſemper, & continuo, & omni tempore publicè, & occultè ſit læſa, & conſtans in hominum reputatione, & opinione.

26 Hæc autem poſſeſſionis interruptio pluribus modis contingere ſolebat ante nouam Pragmaticam Domini Regis noſtri, & vt inquit *lex* 1. *in princ.D. de obligat. ex variis cauſarum figuris* in quibus etſi contra veritatem ſit dictum, & per mendacium, non tamen conueniens erat Collegio Nobiliſſimo inter ſuos aſciſcere eos, qui ita notati fuiſſent ( excipimus tamen quando per riſum, aut per iocum, aut iram, aut calore iracundiæ, aut ob ſimilem cauſam contra aliquem dicatur, eſſe impurum cum animus deficiat, *argumento l.* 3. *in fin. de obligat. & act. l.nuda.*55. *D. de contrahend. empt. l. an inutilis* 8. *de acceptilat.* Neque quando tumultuariè, & ſine certo iudicio, aut affirmatione, vel fatuè, vel ex affectata cauſa aliquid diceretur: ita docet cum grauitate, & iudicio, doctrina, nobilitate inſignis Dominus Alphon. Perez de Lara, à cuius traditionibus multa nos excipimus *dict. lib.*2. *cap.*4. *ad fin. verſ. niſi rumor.*

27 Primus caſus erat ſi in rixa, vel in alio cœtu dicatur alicui iniurioſè, & cum tali animo iniuriandi eſſe confeſſum, vel Iudæum, vel impurum & de eo fuerit, vel non, lis ventilata. Nam etſi per iniuriam, & malo animo dictum ſit, negari non poteſt eius opinionem remanere grauatam, & ſic non ſemper, & omni tempore habitum fuiſſe pro Chriſtiano antiquo. Idque procedebat regulariter ante nouam Pragmaticam, vt conſtat illic. *Que las palabras que ſe han dicho en pendencia ò eſtrajudialmente, en corillos, y en conuerſaciones, no ſean de impedimento para los actos de nobleça, y limpieça, &c.*

28 Secundus ſi teſtes depoſuerunt aliquem eſſe infectum aliqua macula per aliquam lineam, & id aſſeuerarunt cum iuramento, licet tamen oſtendatur hoc eſſe falſum, per inſtrumenta, vel ex dictis plurium teſtium, quem caſum proponit Dominus Lara *dict. lib.*2. *de Capell. cap.*4. *ex num.*57. *& ſeq.* Et ſecundum ſtatum noſtrum decidit excludendum eſſe talem inquiſitum, & tamen ipſe Auctor non loquebatur iuxta ſtrictum rigorem ſtatuti Collegij Conchenſis, & quamuis Ceuallos *tom.* 4. *quæſt.*900. *ex numer.*84. *cum ſeq.* eam doctrinam immeritò reprehendat, tamen non deſunt plures magni nominis, qui eam amplectantur, vt fuit Dominus D.Chriſtoph. de Paz *de tenut.*1. *tom. cap.*32. *ex num.*65.*cum ſeq.* & Azeued. *in l.*22. *tit.*7. *numero* 3. qui docet quamlibet iudicis ſuſpicionem ſufficere ad probandam generis maculam. Et quod magis eſt ipſe Eſcobar 2. *part. quæſt.*9. §. 1. *ex numero* 8. *&* 29. *fol.*471. *&* §. 3. *ex num.* 1. *& in addit. ad librum*, cum ea doctrina totum librum abſoluit, aſſerens quælibet indicia, & præſumptiones generis maculam probare, *dict.*§. 1. *numer.* 19. ( deque fundamento *infrà* agemus
29 contra eum. ) † In quo articulo ita adhæret, vt digladietur cum viro accuratiſſimè docto atque erudito magna cum ratione, & ab omnibus iuris Profeſſoribus laudato, tum ob nobilitatem Hiſpaniæ vniuerſæ notiſſimam, tum ob inſignem eius doctrinam, cum Domino nempe Dom. Ioanne Valençuela Velazquez Regio Conſiliario, & in Senatu Granatenſi Præſide digniſſimo, quem non ſine felle ſuggillat indigniſſimè, cum vt ratio ipſa expoſtulat omni veneratione proſequi debebat virum alias reuerendiſſimum.

Tertius caſus eſt, ſi de puritate alicuius malè 30
fuerit opinio inter conciues, & oppidanos, & ſic talis qualitas malè audiret, & daretur principium tali famæ, quia fortè teſtes dicerent ſe de inquiſitis ſiniſtrè cogitaſſe, quia ſic audierunt à Titio, & Seio hominibus probis, & intelligentibus, ſed originem talis maculæ non dicunt, cum probatio de auditu faciat plenam probationem, vt docent plures apud Garciam *de nobilitat gloſſ.* 18. §.1. *numer.*6. *&* 44. Ex vulgatiſſima allegatione *cap. licet ex quadam, de teſtibus*, de quo latè Caſtillo *tom.*6. *controuerſ. cap.* 122. *&* 123. qui etſi contrarium teneat, tamen cum ſtatutum ſit pro hac parte, merito procedet dicta ſententia, quia prædictis teſtibus extantibus, ait Eſcobar 2. *part. quæſt.*9. §.3. *numer.*88. circa maculam, non poteſt genus prætenſoris ſine macula eſſe.

Rurſus pro communi intelligentia ſtatuti facit, 31
quia eſſe aliquem Chriſtianum antiquum, vel non eſſe, conſiſtit in arbitrio Iudicis, vt concors eſt omnium ſententia, Lara *de vita hom cap.* 1. *num.*48. Mieres *de maiorat. part.*1. *quæſt.*51. *n.* 27. *&* 307. Garcia *de nobilit. gloſſ.*12. *num.*24. Dom. Paz *dict. cap.*32.*num.*76. Villar. *in ſylua reſp.*12 *num.* 36. Dominus Præſes Valençuel. *conſil.*90.*num.*21.*& conſ.*92. *num.*94. Eſcobar 1. *part. quæſt.*10. §. 2. *numer.*18. *&* 2. *part. quæſt.*9. §.1. *ex num.*5. Quoniam cum hoc verbum, *confeſſos, iudios, Chriſtianos nueuos*, variè ſoleat interpretari in communitatibus, Eccleſiis, Collegiis, vt docet Azeued. *in dict. l.*22. *num.*2. Ipſe fundator in noſtro ſtatuto expreſſit quomodo id diiudicandum eſſet, & & ita ſtatuit ad Chriſtianum antiquum conſtituendum non ſolum inſpici debere, vt verè, & propriè ſit, & in veritate purus, ſed & quod pro tali ſit habitus *ſemper, & publicè, & occultè.* † 32
Vt ſic duas illas regulas iuris comprehenderet, quarum vna ait plus eſſe in veritate, quam in opinione, & è contra alia plus eſſe in opinione quam in veritate, de quibus interpretes *per text. ibi, in l. Barbarius D. de offic. præſid. l.*3. *de ſupellect. leg. l. is qui, de adquirend. hæred. l.*2. *Cod. de ſentent. & interlocut. l. is qui* 20. *D. quib. mod. vſusfr. amitt. l.*2. §. *ſi à pupillo, D. pro emptore, l. regula* 9. §. *qui ignorauit D. de iuris, & fact. ignor.* §. *ſi quis rem ſuam, Inſtit. de legatis* cum latè adductis à Morl. *in empor. tit. ſecundo quæſt.*26. *numer. ſecundo &* 8.

Quia ex verbis ſtatuti non ſolùm eſt attenden-
da veritas, & ipſiſſima ſubſtantia, vt *in verſ. ſed* 33
*ſint Chriſtiani antiqui*, ſed etiam, & *in verſ. ſequenti* requiritur opinio, reputatio, & fama, quæ conſiſtit inilleſa, inuiolata, integráque exiſtimatione, & acceptione hominum, *leg. cognitionum* 5. §. *exiſtimatio D. de extraordin. cognit.* ibi: *Exiſtimatio eſt dignitatis illæſa ſtatus.* Vbi Accurſ. verbum *exiſtimatio* explicat, id eſt, fama, ſeu opinio, vt *in l. teſtium* 3. §. *ideò Digeſt. de teſtibus*, ibi: *Cuius dignitatis, & cuius exiſtimationis ſunt, leg. quid ergo* 12. §. *pœna grauior Digeſt, de his qui notant.* Ita exiſtimationis cauſa ad famam pertinet,

*in leg. ſi in duabus* 104. *digeſt. de regul. iur.* vbi explicant Decius, & Petr. Faber. † Præcipuè cum puritas ſanguinis probetur per famam, & reputationem communem hominum, vt docet Gutierez *dict. lib.* 3. *pp. quæſt.* 14. *numer.* 17. Azeued. *in dict. leg.* 22. *tit.* 7. *libro primo. Rrcopil. numer.* 3. & cum aliis agnoſcit ipſe Eſcobar. *dict. quæſt.* 10. § 2. *numer.* 18. *part.* 1. At illa opinio, & quaſi poſſeſſio puritatis ſi falſa fama, aut per mendacium, aut detractionem, etſi iniuſtam, impetita ſit, non poteſt dici ſemper conſtans, & integra, quia fama vt ſi fama non debet habere conditionem, Surd. *conſ.* 311. *numer.* 77. *& ſeq. & conſ.* 153. *numer.* 79. & iam eſt denigrata, & læſa, iuxta doctrinam D. Thomæ, & aliorum, quos refert Bonacin. 2. *tom. tract. de reſtitution. in partic. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 1. *numer.* 1. qui definiunt detractionem eſſe iniuſtam denigrationem famæ. Ergo non poterit eo caſu verificari qualitas illa requiſita ab ſtatuto; vt ſemper publicè, & occultè ſint habiti pro Chriſtianis antiquis.

35 Hocque eleganter probatur *ex l. quæ omnia* 25. *ff. de Procurator.* illic. *Hactenus erit audiendus ſi dicat ſe procuratione carere velle, ſed ſi id illæſa exiſtimatione ſua fiat.* Vbi ex eo quod Dominus voluit reuocare procurationem nulla cauſa adducta, nec probata, hoc ipſo fit quodammodo ſuſpectus, quia in dubio præbet ea res pleriſque materiam ſuſpicandi malè ſuum officium exercuiſſe procuratorem, vnde eius exiſtimatio dicitur læſa.

36 Iterum probatur hoc idem *ex leg. cum ita legatum* 63. §. 1. *ff. de condit. & demonſtr.* Vbi ſi relictum ſit legatum mulieri, *ſi Titio nupſerit*, vel è contra (quæ conditio apponi ſolet in maioratibus & aliis ſimilibus, vt conſtat ex latè adductis, & relatis à Molin. 2. *de Primog. cap.* 13. *num.* 5. Miercs 1. *quæſt.* 50. *&* 51. & Caſtillo *tom.* 6. *cap.* 125. *& ſeq.* Titiúſque nuptiis talis mulieris indignus ſit, & ſic honeſtè Titio nubere nequeat, poterit cuilibet alij nubere ſpreta ea conditione. Hæc autem inhoneſtas conſideranda eſt, non ſolum quæ turpis eſt, & indecoroſa, quia fortè ille Titius deſcendebat ex genere infecto, vel maculato ſanguine, vt conſtat ex traditis à Gratiano, Thom. Sanchez, Fontanell. Caſtro, Villar. & aliis relatis à Eſcobar. 1. *part quæſt.* 4. §. 7. *num.* 87. *& ſeqq.* Sed quælibet inhoneſtas quomodocumque ea contingere poſſit, vt ex *leg.* 32. *tit.* 29. *part.* 6. *l. ſemper in coniunctionibus* 197. *ff. de regul. iur. leg. in eadem* 10. *in fine*, *ff. ex quibus cauſ. maior.* docent noſtrates Tello Fern. *in l.* 30. *Taur. numer.* 9. Mieres *dict.* 1. *part. quæſt.* 50. *num.* 79. *& ſeq.* Caſtillo *tom.* 4. *controuerſ. cap.* 25. *ex num.* 8. & Velaſco *de priuileg. paup.* 2. *part. quæſt.* 64. *numer.* 12. *& ſeq.* † Vnde cum ſine dedecore fieri poteſt, vt quis ducat vxorem eam, contra cuius honeſtatem, caſtitatem, dignitatem, aut puritatem, etiam per mendacium & falſo aliquid
37 ſit dictum, vel cogitatum, aut narratum, non tenebitur vxorem ducere, etſi à teſtatore ei fuerit iniunctum præceptum ex ſupradicta doctrina, cum inhoneſtum ſit viro nobili tale matrimonium *leg. non omne* 144. *de regul. iur. dict. leg. ſemper* ibi: *Semper in contractibus non ſolum quod licet conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt*, & *leg. indopriuns* 14. §. *unde nec vulgo*, *ff. de ritu nupt.* ibi, *Quoniam in contrahendis matrimoniis naturale ius, & pudor inſpiciendus eſt*, *leg. ſemper* 42. *di eſt. eod.* Siquidem indigna cenſetur tali coniunctione illa, quæ non poteſt duci ſine dedecore ſecundùm mores regionis, vt docet Bartol. *in dict. leg. cum ita legatum numer.* 2. quem ſequitur Mantic. *de coniect. vltim. volum. lib.* 11. *tit.* 18. *numero quinto* Gratian. *tom.* 5. *cap.* 863. *numer.* 14. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 6. *numer.* 21. poſt Bald. *in authent. ſi quis*, *C. de natural. liber.* At mores noſtræ Hiſpaniæ eo tendunt, vt ille contra quem homines affirmarent eſſe impurum dedecoroſus exiſtimetur, etſi mendacio id fiat, ergo cùm honeſtè non poſſet ducere vxorem illam, legatum conſequetur.

Ex quo deducitur quamcumque malam reputationem efficere, vt ad Collegium noſtrum non poſſet admitti, prohibente ſtatuto: quia, vt ait conſultus *in leg.* 2. *ff. de obſequiis. Licet verbis edicti non habeantur infames* (quaſi dicat licèt verè ſint Chriſtiani antiqui, qui falſo ſunt inhonorati, & infamati) *re tamen ipſa, & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam.* Quia nempe falſus ille rumor, & fama ſiue falſa illa aſſertio etſi iniquiſſima, quia malignitas plerumque initium dat, credulitas incrementum vt ait Quintil. *libro* 5. *cap.* 3. onerat quodammodo etiam immerentes, *leg. ea quæ pater* 12. *Cod. ex quibus cau. infam. iuncta leg.* 4. §. *aduerſus* 16. *digeſt. de doli except.* cum paria ſint eſſe tale, & haberi pro tali, vt docet Accurſ. *per text.* ibi, *in leg. mercis* 207. *de verbor. ſignif.* Bald. *in l. conuenticula*, *Cod. de Epiſcop. & Cler.* & plures relati à Barboſ. *de axiomat. iur. axiom.* 174. *numer.* 1. Velaſc. *locis comm. lit. S. numer.* 12. Domin. Valenzuel. *dict. conſ.* 90. *numer.* 193. quod efficit, vt ad Collegium non admittantur taliter infamati ex expreſſis verbis ſtatuti. Ratio eſt, quia, vt diximus, Dominus Epiſcopus voluit non ſolum, vt eſſent admittendi qui ſunt Chriſtiani antiqui, verum vt tales Chriſtiani antiqui ſint pro talibus ſemper habiti, in ea ſcilicet integra opinione, & fama. 38

At ſi de fama conſtanti, & vera loquerentur in hac ſecunda qualitate, id eſt, de ea quæ veſtita ſit pluribus requiſitis, ne ea, quæ ſit inconcuſſa, antiqua, ſtabilis non varia, ſed vniformis (de qua præter Gothofr. *in l.* 3. §. *eiuſdem*, *ff. de teſtib. lit. Z. per text.* ibi, Maſcard. *de probat. concluſ.* 749. *n.* 11. D. Lara *dict. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 42. Surd. *conſ.* 151. *n.* 76. agit eſſe Eſcobar. *dict.* 1. *part. quæſt.* 10. §. 4. *ex n.* 1. *fol.* 225. (Certum eſt talem oppoſitorem alia parte ſtatuti iam excluſum eſſe, ex illis ſcilicet verbis, *Sint Chriſtiani antiqui*, quoniam non poſſet dici purus, & Chriſtianus antiquus, imò verè, & realiter eſt cenſendus confeſſus, & nouus qui conſtanti fama, & inuariabili malè audit, *cap. de parentela* 55. *quæſt.* 6. vbi teſtes de auditu, & fama vt probent fama debet eſſe conſtans, illæſa ſine varietate, & contrarietate, ex doctrina Bartol. *in leg.* 2. §. *idem Labeo*, *ff. de aqua pluu.* & poſt eum Cuman. *conſ.* 78. Garcia *de nobil. gl.* 18. §. 1. *num.* 13. Ceuallos 4. *tom. quæſt.* 900. *num.* 92 *& ſeq.* Farinac. *d.* 290. *n.* 2 *&* 3. *tom.* 2. & variis in locis Coccin. *dec.* 68. *num.* 18. Rota *nouiſſ.* 1. *part. decif.* 176. & latè Caſtillo *lib.* 6. *controu. cap.* 122. *num.* 4. Ergo conſequimur ſecundam qualitatem ſtatuti intelligi non poſſe niſi de fama, & opinione varia, falſa, & mendace, qua oneratur oppoſitor, quod efficit vt noluerit admittere Dom. Epiſcopus taliter oneratos, qui non habent integrum ſuum ſtatutum, nec poſſunt eſſe ſine macula, ita affirmantibus aliquibus teſtibus, & deponentibus contra puritatem prætenſi, obſeruat D. Lara *dict. cap.* 4. *num.* 72. Surd.

con-

*conſ.311. num.77. & ſeq.* Eſcobar *2. part. queſt.9.* §. 3. *num.88.fol.*478.

40 Et patet euidenter, cum puritas, & nobilitas non eſt quid eſſentiale, corporeum, reale, aut palpabile, ſed quid conſiſtens in opinione hominum, & ex vulgi opinione vt docet Bart. *in lib.1. numer. 62. Cod. de dignitat. lib.2.* Tiraquell. *de nobil. cap. 10. numer.13.* Gutierr. *lib.3.pp. queſt.14. numer.16.* Moren. *de la noblez. diſc.3. num.21.* quæ debet eſſe illæſa, vt diximus, non verò dinigrata aliquo rumore.

41 Neque in iure abſonum eſt, vt tales rumores, & fama etiam falſa ſint in conſideratione, vt videmus *in l. fin. ff. de hared. inſtit. l.2. in princ. verſ. fieri ff. quis ordo in bon poſſeſſ. leg.ſi quis mihi 25.§. an nominatim ff. de adquirend. hared. l. milites 11. §. mulier.12. ff. ad leg. Iul. de adult.* obſeruat Oldrad. *conſ.304. num.7.* & D.Lara *dict.cap.4. num. 142.*

42 Vnde venit meritò improbanda doctrina eiuſdem Eſcobaris *1.part. queſt.17. §. 1. numer.35. fol.340.* aſſerentis in puritatis iudiciis ſemper concurrere ſimul proprietatem, & poſſeſſionem, ita vt vna ab alia ſecerni nequeat, in quo diſtinguitur à nobilitate, cuius proprietas ſeparatur à poſſeſſione, vt quotidie videmus in Cancellariis. Nam falſa videtur hæc opinio, quoniam puritatis cauſæ nunquam in iudiciis tractantur circa proprietatem, neque vnquam concurrere poteſt proprietas, neque dari, ſed tantum de mera poſſeſſione agitur abſque aliqua admixtione proprietatis. Et id euidenter patet, ſiquidem admiſſus in Eccleſia, Collegio, aut communitate ſtatuti, non præindicat alio Collegio, neque Eccleſiæ, de cuius præiudicio tractatur cum ſit res inter alios acta, *toto tit. Cod. res inter alios acta, vel iudicata*, vt in ſpecie Docet D. Lara *dict. libro ſecundo cap 4. numer. 19.* Et ſic non poteſt ex eo conſtitui in proprietate, veluti, ſi frater meus, vel filius, admiſſus eſſet ad Collegium, vel Eccleſiam, non ex eo conſtituor ego in aliqua proprietate, neque in poſſeſſione cum ea admixta, ſed tantum in præſumptione veritatis, vt agnoſcit ipſe D. Lara *vbi proximè.* Et ratio eſt, quoniam ſi daretur proprietas, induceret ius reale non ſolum in deſcendentes, ſed & in collaterales, *lege tertia verſ. quæ verò ff. de interdictis, leg.3. tit.21. part.2.* ibi: *Fidalguia es erencia que viene à los hombres por linage*, Garcia *de nobilit. gloſſ.7. num.17.* Vt dici ſolet de nobilitate reportata ex ſententia in poſſeſſione, & proprietate, vel probato Solari, aut Caſata, tradit Garcia *de nobil. gloſſ.6. num.48. verſ. imò* Seſſe *deciſ.4. num.13.* Moreno *de la nobleza diſcurſ.10. numero octauo.*

43 In quo valde fallitur vterque Barboſ. Pater in remiſſ. ad ll. Luſitan. *lib.4. ordinament. tit.92. num. 8. in princip.* Filius *de officio, & poteſt. Epiſcop. allegat.1. numer.21.* dum aiunt nobilitatis ſententiam reportatam, à filio non prodeſſe patri, quod falſum eſt, ex Seſſe ab eis falſo citato, *deciſ. 3. num. 31.* & Garcia ab eis relatus non loquitur de ſen-
44 tentia, ſed an poſſeſſio filij proſit patri. † Rurſus quia ſi daretur proprietas, non erat neceſſaria prouiſio illa Pragmatica, quæ diſponit, vt cum tribus actibus poſitiuis detur vera proprietas in puritate, vt conſtat illic. *Mandamos que en quartos en que huuiere tres actos poſitiuos de limpieça ſe tenga por coſa iuzgada, y executoriada, y que en ſu virtud ſe adquiera derecho real à los deſcendientes.* Ergo ante hanc Pragmaticam ſolùm in puritate dabatur poſſeſſio, & ea attenta proprietas non poteſt adquiri, niſi tribus actibus concurrentibus

Item facit, multum differre naturam nobilitatis 45
à natura puritatis. Nam ſi, verbi gratia, ego probaui me deſcendere ex patre nobili, & matre plebeia, poſſum habere ſimul proprietatem, & poſſeſſionem, *leg.3. tit.21. part.2.* ibi: *Ca maguer la madre ſea villana, è el padre fidalgo, fidalgo es el hijo que dellos naciere.* Notant Gregor. Tiraquell. Otalor. relati à Dom Pichard. *de nobilit. comm. numero vndecimo.* At quamuis quis habeat tres actus poſitiuos ex hoc, vel illo latere, ſi ob aliquam lineam quæ eos non tangit, deſcendat ex radice infecta, parum illud fermenti totam maſſam corrumpit, & ſic talis non poteſt dici, neque eſſe in proprietate, neque in poſſeſſione, vt ſic legitimè gaudere poſſit tribus actibus à lege requiſitis. Ergo ſola poſſeſſio inſpicitur, quo ad puritatem, quæ conſiſtit in hominum acceptione, vt diximus. Neque ex Pragmatica inducitur proprietas, niſi in illis lateribus, de quibus completi ſunt actus requiſiti, & imò ex legis poteſtate id factum eſt ob euitandas grauiſſimas calumnias hominum maleuolorum, & vt Caſſiodor. ait, *libro primo epiſtol. 5. in immenſum trahi non decet finita litigia. Quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententiis acquieſcitur.* Et vt ſit aliquis litium finis, *leg. fin. ff. pro ſuo*, cum vulg. notat Fray Hieron. de la Cruz *libro ſecundo de los eſtatutos, cap.6.* & Eſcobar. *2. part. queſt.4. artic.2. numero quarto.* Denique nam ſi in opinione Eſcobaris, in ea quæſtione quam tractat eo loco, *num 43. & ſeq.* an actus poſitiui filiorum proſint patri, concludit *num.82.* non prodeſſe: ergo dicendum eſt ſolam dari poſſeſſionem quæ cum facti ſit, & in facto conſiſtat, & perſonam non egrediatur, *leg. denique 19. ff. ex quibus cauſ. maior.* vt docet Donell. *lib.5. comm. cap.6.* vbi pluribus relatis Oſvvald. *lit.C.* & præter eos Dom. D.Melchior de Valenzuel. *lib.1. tract. illuſtr. tract. 2. in princ. & cap.2. numero decimo quinto & ſeq.* Non poteſt ad alios extendi, quod tamen de proprietate dici nequit, quæ producit ius reale, vt diximus.

Sed miſerè decipitur Eſcobar in hac re affirmans 46
ſe à fide dignis audiuiſſe à Conſiliariis, quod Princeps noſter conſultus, circa quædam dubia Pragmaticæ reſponderit, non fuiſſe ſuam mentem, quod actus poſitiui extenderentur vltra nominatos in informatione principali, quæ tantum ſumi ſolet (verba ſunt Eſcobaris) de patribus & auis, qui ſunt tantùm patres parentum ſuorum, his proficere non poterunt actus poſitiui à ſuis filiis obtenti, cum deficiat ſpecialis informatio ſuorum auorum, & ita de nouo ſumi debet. Credo virum doctum obdormitaſſe, quod aliquando facit Homerus, & vt ait Horatius in Arte, *opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.* Nam quomodo fieri poteſt, vt patri, auo & proauo non proficiat actus poſitiuus filij, aut nepotis, cum de eis præcipuè facta ſit informatio, & interrogatum de eis, & de eorum poſſeſſione actum ſit, & quamuis contineat ius perſonale filij, poſſidere intelligitur pater, quia de eius quoque poſſeſſione tractatur cum immemoriali aliorum aſcendentium, ex iis quæ tradit idem Eſcobar *ſuprà num.77.* & non poteſt negari patrem habere actum poſitiuum reſpectu ſuæ lineæ, vel lateris ex actu poſitiuo reportato à filio, quemadmodum habebit frater, quia de patre

probauit. Ergo ſi D. Rex noſter noluit comprehendere, niſi nominatos in informatione, vt Eſcobar dixerunt illi Conſiliarij, pater non potuit non nominari in eadem, item & auus, ſiquidem lex ait indiſtinctè, *Que in quarto, o en quartos en que vbiere tres actos poſitiuos.* Quomodo ergo pater excludi potuit, vt non comprehendatur in informatione illius lateris. Neque obſtat legem loqui in deſcendentibus, non verò in aſcendentibus, quia leges ſemper attendunt, quod communiter accidere ſolet, *leg. nam ad ea* 5. *digeſt. de legib.* Quare ea interpretatio eſſet contra mentem, & verba legis, quæ voluit ex tribus illis actibus facere proprietatem, & ius reale, quod proficiat omnibus, qui ſub illo quarto aut latere comprehenduntur. Neque ita facilè fidem dare debebat Eſcobar illis fide dignis cum ſciret, vt obligaret interpretatio illa Principis neceſſariò debuiſſe fieri per modos contentos, *in lege prima digeſt. de conſtit. §. ſed quod principi, Inſt. de iure naturali.* Quæ interpretatio dicitur neceſſaria, vel generalis, vt docet Panormitan. *in cap.* 1. *de poſtul. Prælat. numer.* 18. Layman. 1. *tom. Theol. Moral. tract.*4. *cap.*18. *numer.*1. *ad fin.* de qua loquitur *l. leges ſacratiſſimæ C. de legibus* cum adductus à Morl. Giurb. & aliis relatis à Caſtillo *tom* 6. *controuerſ. cap.* 182. *numer.* 57. & *ſeqq.* Vnde cum non ſit authentica, nec iuridica, non debuit à prædicta opinione recedere doctus vir.

47 Sed ad quid vlterius progredimur Eſcobarem variis argumentis impugnaturi, cum ipſe præbeat gladium, quo decapitetur, & vt ex doctrina propria deſtruatur. Ipſe enim 2. *part. quæſt.* 9. §. 3. *numero* 75. *fol.*477. ſcribit: *Statuta requirere ſemper, quod pretenſor non deſcendat à Iudæis, Mauris, hæreticis, & quod non ſit in ciuitate pro tali habitus: ita quod non ſolùm vera deſcendentia maculata excludatur, ſed etiam putatiua, quia idem eſt eſſe talem, & haberi pro tali. Tum etiam, quia cum prædicta duo in ſtatutis æquiparentur, idem ius in vno & in alio eſt ſeruandum, & idem iudicium habendum, & ſicut quælibet macula in aſcendentia, etſi minima, impedimento ſit in puritatis ſtatutis, ita ſimiliter quælibet macula reputatio in populo, ſeu in parte eius nocere debet, etiam ſi maior pars populi fuerit benè informata, nam pars malè informata, & apud quam pretenſor pro maculato habetur erit attendenda.* Hæc ſunt verba noſtri Catonis. Vellem nunc ego ab eo diſcedere, an ſecundum hanc ſuam ſententiam in gehenna cruciabuntur Collegij Conchenſis alumni, qui ſtatuto attento interrogant an verè, vel falſo contra oppoſitorem audierint, & malè reputatum (etſi hoc verè non fuerit) excludunt à Collegij obtentione? & ſi Collegiales malè agunt, qua ratione ſuſtinebitur, quod ipſe aſſerit, dicto loco *numer.*87. *Quod ſi ſit ſuſpicio contra puritatem pratenſoris, ea extante non eſſe admittendum, etiamſi talis probatio perfecta non ſit, ex Crauet. conſil.*621. *numer.*12. *volum.*4. Si enim ſuſpicio viſa eſt ei ſufficiens cauſa excluſionis, ergo multo magis erit admittenda, quando ſtatutum id conſtituerit.

48 Rurſus adiicit idem Eſcobar *numer.*89. ibi, quod ſi ſuſpecti de tali macula admittantur, vt plurimum grauantur, & dehoneſtantur communitates, in quibus cooptatur taliter notatus, cui malo iuſtè ac ritè occurritur per dicta ſtatuta, quorum depoſitiones ſequi debent iudices, non tantum apertè conſtitutas, ſed quas inueterata praxis ſeruandas demonſtrat, à qua non eſt recedendum, etiamſi talis praxis ſit contra verum intellectum ſtatuti, & ſic iuridica non ſit, imo impropria, & incongrua. Qua ergo fronte, qui hæc ſcripſit, poterit Collegiales Conchenſis increpare, & in gehennam deturbare? Nonne incidit in foueam quam fecit? Reprehendis in vno loco, quod in alio probas mi Eſcobar, in te illud Horatianum tranſcribemus, *libro primo Satyr.*3. *verſ.*15.

*Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?*
*Quam aut Aquila, aut Serpens Epidaurius? at tibi contra.*
*Euenit, inquirant vitia, vt tua rurſus, & illi.*

Accedit ſupradictis, quod etſi ſtatutum, id non
expreſſiſſet, inueterata praxis Collegij ſufficeret, 49
vt probat ipſe Eſcobar *ex leg. minimè* 23. & *leg. ſi de interpretatione* 37. *ff. de legib. leg. certi iuris Cod. de iudiciis*, cum adductis à Sanchez *libro* 2. *oper. Moral. cap.*17. *num.*9. poſt Bartol. *in d. l. diuturna, ff. de legibus.* Panormitan. *num.*7. *in cap. cum dilectus*, Anton. de Butr. *numer.*50. Garcia *de benefic.*1. *part. cap.*1. *numer.* 28. & *ſeq.* Et vltra eos plures congerunt D. Ioan. del Caſtillo *de Tertiis cap.* 12. *numer.*35. & 36. D. Dom. Ioan. de Solorzano ſemper cum omnis commemoratione laudis nominandus, *lib.*3. *de iure Indiar. cap.*2. *num.*45. & Dom. D. Ioan. de Larrea Collegij Conchenſis doctiſſimus alumnus, Regij magni conſilij Fiſcalis meritiſſimus, & purpurea cruce D. Iacobi fulgens, in Granatenſ. *deciſ. diſputat.* 45. *numer.*23. & 24. Qui aſſerunt optimam eſſe declarationem, quæ ſumitur à conſuetudine, & ab ea recedere nefas eſſe, licèt poſtea appareat legem id non ſenſiſſe, & obſeruantia ſubſecutam operari, vt vincat verum intellectum diſpoſitionis, nec neceſſe eſſe, quod ſit præſcriptione munita, ſed ſufficere aliquoties ita eſſe practicatum.

Quod cum veriſſimum ſit, quo œſtro percitus 50
Eſcobar ita ſuſurrabat in Collegium aſper acerba ſonans, quo tota exterrita eſt Salmantica Hiſpania, Europa? Si conſuetudo hæc interpretatiua ſtatuti obſeruetur? Quæ ita fuit admiſſa abhinc centum & triginta annis, iuxta tradita à Solorzano *ſup. num.*50.

Et ſi apud omnes magni nominis Interpretes 51
obtinuit, opinionem famoſi, & excellentis Doctoris eſſe ſequendam, vt teſtantur Rodrig. Suarez *in proœmio legum fori, numer.*17. Palat. Rub. *in repetit. rub. de donat. inter* §. 21. *numer.*1. relati à Valdes *in addit.* ad Suarez *dict. numer.*17. Bobadill. *libro ſecundo polit. cap.*7. *num.*12. Thom. Sanchez *de matrimon. lib.*7. *diſput.*17. *num.*8. Oſvvald. ad Donell. *lib.*26. *c.*2. *lit. A. pag.*1391. & 1399. & cum aliis Caſtillo *de Tertiis cap.*12. *numer.*29. & *cap.*9.
*numer.*49. *verſ. tertio.* † Qanto magis ſequenda erit 52
illius ſtatuti praxis, & interpretatio, quam per tot annos ſequuti ſunt Doctores præſtantiſſimi illius domus, viri inquam tam graues, & doctrina inſignes, inter quos tot eminentiſſimi Cardinales, illuſtriſſimi Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Regi Senatus, Præſides, & Conſiliarij omnium tribunalium, quorum nomina famæ tubam implebunt & ſemper honos nomenque ſuum laudéſque manebunt, *in freta dum fluuij current.*

Adeò domus illa fœcundiſſima magnorum 35
Heroum doctrina, & omni genere litterarum non minus quam ſplendore natalium illuſtrium, quæ iure

iure quidem ſibi vſurpare poterat ( annuant nunc in hac occaſione , & aliæ celebratiſſimæ Maiores , quarum magnitudinem orbis terrarum ſemper, & indefeſsè concelebrat ) quod de Hiſpania noſtra animoſus Poëta Claudianus ſcripſit de laudibus Serenæ. *Hæc generat , qui cuncta regant* , ſi addas etiam , *Hæc generat qui doceant.*

54 † Vnde interpretatio illa ſtatuti , ab incunabulis Collegij deriuata , & per manus accepta , & conuenientibus rationibus , de quibus infrà agemus , munita pro veritate habenda eſt , ex Bald. *in leg. conuenticula Cod. de Epiſcop. & Cler.* Menoch. *conſil.* 125. *numero* 14. *vol.*2. Dom. Solorzano *dict. libro* 3. *cap.*2. *num.*38. Et quamuis ſtatutum id non diceret, minimè eſſet nutritiua peccati , imò ſequenda eſt cum ſit opinio iuſta , & probabilis , vt refert cum multis Diana 3. *tom. moral. tract.*13. *reſolut.*1. & Caſtillo *de Tertiis*, *dict. cap.*12. *numer.*33. Et à magnis viris noſtrorum Principum Conſiliariis , illius domus alumnis ſecuta , & practicata, quod ſufficit ex his , quæ lato calamo ſcribit Dom. Solorzano *dict. cap.*2.*num.*2. & 5.29.& 32. Qui ex eo quod à Conſiliariis doctiſſimis Reges noſtri acceperunt poſſe Indias debellari , ſufficientem titulum habere probat , cum à peccato excuſetur, qui ſequitur opinionem , & ſententiam hominum litterarum , vt apud eum firmant Bartol. Bald. Ancharran. Syluest. Nauarr. Toletus, Suarez , & alij. Si ergo talis interpretatio abſque expreſſo ſtatuto , vel ſaltim dubio, procedere debet, multo magis erit practicanda quando ſaltem in mente , & verbis exprimitur , vt probatur in hoc diſcurſu.

55 Neque obſtabit ſi dicat Eſcobar , ſuam doctrinam eſſe intelligendam , quando ſeptem , aut octo teſtes id deponant aſſeuerando. Nam multoties dictum vnius præponderat , ex *gloſſ. ſingul. in l. Titio fundus* 73. *de condit. & demonſtr. verb. actiones* , ibi , *Vel erat homo cui videbatur credendum*, cui conſentit Rodrig. Suarez *in proœ. leg. fori* , *num.*18. *ad fin.* Et cum ipſe aſſerat ſuſpicionem ſolam ſufficere, vt quis ad Collegium non admittatur , ſufficiet ad ſuſpicionem inducendam paucorum hominum aſſertio , & ex leuibus coniecturis, vt docet Farinac. *de teſtibus* , *quæſt.*63. *numero* 50. Sanchez *tom.*2. *conſil. moral. libro ſexto* , *cap.*3. *dub.*4. *numero* 8. & 9. Qui etiam ad infamiam probandam ſufficere duos teſtes affirmat cum Felino , & aliis , *in cap. inquiſitionis* , *de accuſat.* cum duo teſtes ſufficiant in qualibet cauſa , ad perfectam probationem inducendam, ex latè traditis à Farinac. *ſupr. dict. quæſt.*63. *cap.*5. *ex numero* 232. Idque in ſtatuto expreſsè conſtat ex verbis illis *publicè* , *vel occultè.* Nam vox *publicè* intelligenda eſt de opinione multorum , vox autem *occultè* de opinione paucorum , quæ nondum exiſtit in publicam affirmationem. Et tunc procedit doctrina Bertazol. Maſcard. & aliorum , quos ſequitur Farinac. *ſup. numero* 38. qui aiunt vnicum teſtem ſufficere, ad probationem , quando difficile , vel

56 impoſſibile eſt dari plures teſtes. † Quæ probatio multo fortiùs in noſtro caſu procedet, cùm repudiandus ſit à Collegio , qui maculatus perhibeatur, argumento textus elegantiſſimi *in cap. ſicut* 6. *de ſimon.* illic : *Sicut ſimoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos vincit : ita ſine dilatione mox , vt eius ſigna per aliquam perſonam clauerint, de Eccleſia Dei debent eliminari.* Ita ſimiliter ex ſtatuto illico ac per aliquam perſonam dicatur, aliquem eſſe impurum , & habere aliquam notam , vel maculam infectæ radicis , ſtatim eſt excludendus , quia noſtris Hiſpanis ita odioſum eſt hoc genus hominum , vt non ſolùm vera macula, ſed & vmbra , vel ſuſpicio execretur à Domino Epiſcopo.

Neque cum ratione poterit quis de rigore ſtatuti queri , vt facit Eſcobar : cum talis rigor multum habeat iuris , & rationis. Primò , quia Dominus Epiſcopus ita voluit ingreſſuros in ſuum Collegium eſſe puros , vt contra eos nihil vnquam ſit dictum , vel cogitatum , quemadmodum potuit rectiſſimè nolle alios admittere , niſi hac vel illa qualitate inſignitos , veluti ſi vocaſſet eos, qui eſſent Sacerdotes , oriundos ex tali oppido , vel prouincia , vel familia , vel quod non ſint forenſes , vel ſpurij , vel diuites , vel quod ſint conſanguinei , cum poſſit teſtator adiicere rei ſuæ quaſlibet conditiones , quæ ſunt licitæ , ex vulgari illo dicterio diſponat teſtator , & erit lex , *leg. verbis legis ff. de verbor. ſignificat.* obſeruant Lamber *de iure patronat.* 1. *part. quæſt.*9. *num.*52. Mieres 1. *part. de maiorat. quæſt.*50. *ex numero primo & quæſt.* 51. *ex num.*2. & 2. *part. quæſt.*1. *ex numero* 30. Dom. Lara *dict. lib.*2. *cap.*4. *ex numero* 2. Otalor. *de nobilit.* 2. *part.* 3. *part. princ. cap.*7. *num.*26. & Eſcobar 1. *part. quæſt.*2. *tota.* At conditiones requirentes puritatem quis vnquam reprobauit , quis non laudabit ? Otioſum erit fundamentis adſtruere , quod apud nos ita extolli ſolet. † Talis fuit clauſula maioratus Domini Roderici Vaſquez de Arce , olim Regij Conſiliarij , & Caſtellæ illuſtriſſ. Præſidis, qui , vt refert Salazar de Mendoza *lib.*2. *del Cardenal de España* , *cap.*34. diſpoſuit inter alia , vt maioratus ſucceſſor eſſet nobilis , & purus in poſſeſſione , & proprietate abſque aliqua fama , vel rumore contrarij , quam conditionem laudat ipſe Auctor, & adiicit , *Muy licitas, y ſantas ſon eſtas condiciones , los que de otra manera lo ſintieren, demas que no lo acertaran , ſe ponen à euidente peligro de ſer tenidos por inficionados.* 57 58

Et ſi vt cognoſcatur , quid voluerit diſponere teſtator, attendenda eſt eius qualitas , *leg. plenum* 12. §. *equitij* , *Digeſt. de vſu & habit. leg. vel vniuerſorum* 12. *Digeſt. de pignor. act. leg. cum alimenta* 22. *Digeſt. de aliment. & cib. leg.* notant Maſcard. *de probation. concluſ.*1417. *numero decimo ſexto* , Aluarad. Mantic. Honded. Mieres , Menoch. Caſanat. & alij plenè congeſti à Caſtillo *tom.*5. *controuerſ. cap* 84. *ex numero* 1. † Praxim ſtatuti ſuadet Domini Epiſcopi qualitas cum fuerit nobiliſſimus , originem ducens ab illuſtriſſima familia de Arellano Dominis de los Cameros , Comitibus de Aguilar , Regia ſtirpe Regum Nauarræ condecoratis , quod probat Marineus Siculus de rebus Domino Epiſcopo Didaco Ramirio Vil. Hiſpan. *lib.*24. *capit.*69. Vbi agens de noſtro laeſcuſan , inter cætera ſcribit. *Cuius paternum genus ab Arellana nobili familia originem duxit. Quod ſuccedente tempore cauſa matrimonij , & affinitatis à Pharo quoque cognomen accepit. Auus ſiquidem huius Epiſcopi Conchenſis nomine Ægidius filius fuit viri cuiuſdam nobilis , qui Cameris imperabat.* Cui quoque ſubſcribit Paul. Martir Rizo *in Hiſtoria de la Ciudad de Cuenca* , 2. *part. cap.*11. *fol.*178. † Sed maxima incuria, & negligentia eum vocat , *Don Diego Ramirez de Fuenleal.* Cum tamen inter Epiſcopos Conchenſes nullus fuerit qui vocetur hoc nomine. Ex duobus nempe Epiſcopis Villaeſcuſanis , vnum fecit, meritò in hac re damnandus. Fuit nempe noſter vocatus D. Didacus Ramirez de Villaeſcuſa, 59 60 61

cognomine à patria ducto, cum ipſe vocaretur *Ramirez de Haro.* ( quod plerumque ea ætate contingebat, vt viri notiſſimi à patria denominarentur, vt Doctor de Talauera, apud Salmanticenſes, olim Regius Conſiliarius vocabatur Rodericus Maldonado, cuius capella ſita eſt in Clauſtro Sanctæ Eccleſiæ Salmanticenſis, & ab eo vocatur, *la Capilla de Talauera.*) Alter fuit Epiſcopus Conchenſis, longè poſterior dictus D. Sebaſtianus Ramirez de Fuenleal, qui fuit Collega in celeberrimo Collegio maiori Sanctæ Crucis Valliſoletano, & poſt varia obita munera, & officia fuit Conchenſis Epiſcopus, vt refert Salazar de Mendoça, in Chronico del Cardenal
62 de Eſpaña, *libro ſecundo cap.* 10.† Noſter dictus eſt etiam *de buena memoria*, propter eius miram prudentiam, & multiplicem doctrinam, nam fuit inter homines illius æui doctiſſimus, & notabilis, vt teſtatur Sandoual *lib.* 1. *de Carlos V.* §. 5. propter egregia facinora, & quia nempe fuit Capellanus maior Regum Catholicorum, eorumque ad Principes Archiduces Ambaſiator, & Carolum V. ſacro Baptiſmate tinxit, vt teſtatur Zurita *tom.* 5. *de los Anales*, *libro quarto* ( licet Sandoual, ſupra ſolum ei delebrationi interfuiſſe doceat, & ab Epiſcopo Tornacenſi baptizatum, ſed maior fides ſit penes Zuritam, & Stellam Caluete, & manus ſcripta Collegij, qui id aſſeuerant conſtanter ) Valliſoletani Regij Conuentus Præſes, Aſturicenſis, Malacitanus, ac tandem Conchæ Epiſcopus, quod percurrit eleganti carmine Stella Caluete, qui ſcripſit librum del Viaje del Principe in encomiis ad Conſtitutiones Collegij præfixis.

Hæc memoriæ tanti viri litare voluimus, vt obiter illum hiſtoriographum negligentiſſimum moneremus, & benefici Principis memoriæ ex-
63 hiberemus nos gratos. Pergo vlterius. † Secunda ratio ſtatuti eſt, quia id ſit approbatum legibus Regni, vt videmus *in leg.* 22. *tit.* 7. *libro primo Recopil.* ibi, *Porque en algunos Collegios ay conſtituciones que no ſe reciban por Collegiales Chriſtianos nueuos, mandamos ſe guarden las conſtituciones ſobre ello fechas por los fundadores.* Quæ verba quodlibet ſtatutum rigoris plenum comprehendunt, cum indiſtinctè, & generaliter loquantur ex vulgati allegatione, *leg. de pretio de Publiciana*, cum adductis à Velaſc. *in locis comm. litt. I, numer.* 55. Barboſ. *in axiom. cap.* 73. *numero ſexto* & Eſcobar. 1. *part. quæſt.* 4. §. 31. *num.* 56. *fol.* 59. Item, & à Summo Pontifice, vt conſtat ex Bulla erectionis Collegij Domini Papæ Hadriani VI. vbi datur facultas Domino Epiſcopo faciendi ſtatuta, & ita adjicitur. *Et quæ ſic recepti, ac illius Magiſtri, Doctores, pro tempore exiſtentes obſeruare, & alia cuiuſuis generis ſtatuta, ordinationes, & con-*
64 *ſtitutiones laudabilia, & honeſta faciendi, & edendi, &c.* † Et ſic non eſt neceſſarium, vt de nouo confirmentur à Principe, vt minus bene voluit Ioann. Garcia *de Nobilit. in præfat.* §. *de inſcriptione numer.* 12. *& ſeq.* Quia huiuſmodi ſtatuta cum ſint clauſa in corpore Iuris, cenſentur leges generales, juxta tradita à Menoch. *libro ſexto de præſump. præſum.* 40. *numer.* 25. & aliis pluribus relati à Barboſ. *de clauſulis clauſ.* 83. *tota, & maximè, num.* 5. *&* 6. Et in propoſito noſtro tenet cum Vazquez Fray Hieronymo de la Cruz, *libro ſecundo de la defenſa de los eſtatutos, cap.* 3. etſi ipſe alia via incedat,
65 † Vnde ceſſat fatigata quæſtio, an ſtatuta ſint ſtrictè interpretanda, quam multi exagitant apud Eſcobar. *part.* 1. *quæſt.* 5. §. 2. *ex numero primo.* Cenallos 4. *tom. quæſt.* 900. *numer.* 133. cum verius ſit ſtatuta, cum contineant, & conſtituant jus ciuile, debere recipere interpretationem ciuilem, vt docent Menoch. *de arbitr. caſ.* 321. *numer.* 13. *& conſ.* 594. *numero ſexto volum.* 2. Maſcard. *de ſtatutis concluſ.* 2. *num.* 15. Tuſchus *tom.* 6. *lit. S, concluſ.* 573. *&* 575. Giurb. *in conſuet. Meſſan. cap.* 3. *gloſſ.* 9. *part.* 1. *à num.* 4.

Ex quo ſequitur quod cum noſtrum ſtatutum ſit lex, ſuccedit regula, *leg. proſpexit* 12. *ff. qui, & à quibus.* ibi, *Quod quidem perquam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.* Vbi ſeruus qui ruri, vel extra miniſterium mulieris erat, quando de adulterio accuſatur, non poteſt ab ea manumitti, quod durum videbatur ex iis, quæ tradit Queſada *diuerſ. quæſt. cap.* 16. *ex numer.* 9. Cuius rei rationem noſtro propoſito maximè congruentem reddit Zaſius *in leg. non omnium* 20. *numer.* 19. *de legib.* Quem ſequitur Oſvvald. *lib.* 1. Donell. *cap.* 13. *lit. G.* Quod talis ſeruus potuit, etſi rure degens, ex domina ipſa, vel conſeruis aliquid ſuſpicaſſe, vel intellexiſſe, aut de antiquis dominæ moribus aliquid dicere. Pari ratione in noſtro caſu expoſcitur an cum mendico, vel veritate contra oppoſitorem dictum ſit, vel auditum, vt ex eo intelligatur, quomodo genus de quo inquiritur audiat apud populum, & quid de eo ſentiat, vt ſic Collegiales videant an ſit recipiendus, vel non. 66

Tertia ratio ſtatuti politica eſt, & congruens. 67
Nam ſi tu in domum tuam velles recipere aliquem famulum, vt tibi miniſtret, & tibi quærenti proponerentur duo juuenes apti ambo, æqualis ætatis, generis, conditionis, & pudoris, verum vnus eorum falſo, & per mendacium male audiret, & furem eſſe ſuſurraretur, vt apud nos dicitur *de malas manos*, *ò de malas mannas.* Hoc tamen non impie, & crudeliter impoſitum fuerit, quia ille in rei veritate erat bonus, & probus; alter vero, ſine tali fama, nec nota eſſet. Quem ex iis eligeres ad tuum ſeruitium; Stultus profectò eſſet, qui notatum elegiſſet, quia malum ex quocumque defectu, *gloſſ. in Extrauag. execrabilis*, *de præbend. verb vita puritate.*

Rurſus ſi vxorem velles ducere, & tibi propo- 68
nerentur duæ fœminæ virgines ambæ, & caſtiſſimæ, æqualis ætatis, generis, pulchritudinis, dotis, verum per mendacium vnius pudicitia, & honeſtas aliquantulum diffamata eſt, quia vnus tantum neſcio quid callido commento dixit, licet ipſa caſtiſſima vixerit, altera hoc defectu careret, quam earum duceres? Certum eſt quod quamuis illa magnis virtutibus polleret, eius conſortium refugeres, quia etſi mendaciſſimè notata eſt quodammodo, & cuilibet homini cordato, & nobili, honeſte non licet eam ducere, vt diximus *ſupra numer.* 36. cum vitreus ſit honos mulierum, præcipue ſi ad vxorem ducendam concurrere debeant qualitates, quas eleganter congerit Tiraquell. *in ll. connub.* & Carol. Scriban. *libro ſecundo politic. Chriſt. cap.* 4. & vt ait Plutarch. *in Apophthegm.* quem refert Tiraquell. *in leg.* 3. *connub. num.* 9. Ornamentum, quod mulierem honeſtiorem facit, non eſt aurum, non ſmaragdus, non coccinus color, ſed quæ grauitatis, moderationis, & pudoris ſpecimen habent, facit *lex palam.* 43. §. *non ſolum*, *&* §. *penult. ff. de ritu nupt.*

Quod eodem modo in noſtro ſtatuto procedit

dit: cum enim ex duobus ſaltem oppoſitoribus, vel tribus vnum, verbi gratia, eligere teneat, congruentius erit, & honeſtius puriorem, & omni nota, & macula, & ruga carentem eligere, quam alium notatum, etſi id fuerit per mendacium. Ratio eſt, quoniam in Collegio per oppoſitionem nullum ius acquirat oppoſitor, ſed ex electione à Collegialibus facienda dependeat, vt ipſe Eſcobar agnoſcit, 1. *part. quæſt.* 7. *num.*
70 11. & 34. † Electorque teneatur magis dignum eligere, *capite tertio de iure patronat.* Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat. poſt med.* cum adductis à Molin. *de primogen. libro ſecundo cap.* 5. Gutier. *lib.* 2. *Canon. quæſt.* 11. Leſſio *de iuſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 4. *num.* 6. *& dub.* 12. *num.* 50. Azor. 2. *tom. moral. lib.* 6. *cap.* 15. Barboſa *in collect. ae Concil. ſup. ex numer.* 136. Gratian. *tom.* 2. *forenſ. cap.* 211. *numer.* 16. *& ſeq.* Maſtrill. *deciſ.* 206. Quod ipſa conſtitutio præuidit & ſtatuit, illis verbis. *Antequam ad Collegium eligantur, vnus ex Collegialibus ad patriam recipiendi vadat, & afferat publicum Inſtrumentum teſtium fide dignorum, qui ſint conteſtes comprobantes talem recipiendum eſſe idoneum, & nullo modo trahere originem à Iudæis, vel Mauris, alioquin nullo pacto recipiatur quantumcumque alias quali-*
71 *ficatus exiſtat.* † Vbi expendenda eſt illa vox *idoneum.* Nam idoneitas conſideranda eſt reſpectu ſcientiæ, ætatis, morum, generis, & aliarum rerum ad Collegium opportunis, vt expreſſit Concil. Trident. *dict. cap.* 18. illic, *peracto examine renuncientur quicumque idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad Eccleſiam gubernandam opportunis.* Notant plures (quos tranſcribere nolo) apud Barboſ. ibi, *numer.* 127. & 140. *& de officio Parochi, cap.* 2. *ex numer.* 109. Vbi cum dicat nobiliores eſſe præferendos, ita etiam dicemus, ex ſtatuto eſſe puriores præferendos, tanquam idoneiores.

72 Hic autem erit minus dignus iudicandus, qui etſi falſo rumore, eſt aliqualiter maculatus, quam ille qui eſt limpidus, & purus exiſtit, ſine vllo ſuſurro. Quare cum ex illis oppoſitoribus teneat eligere digniorem ſi elegerim eum contra quem nihil vnquam fuerit dictum, nullum poteſt adeſſe peccatum cum eligatur ille, qui ad præbendam nullum ius habet, & cuius admiſſio eſt in meo arbitrio. Quod magis fulcitur ex doctrina Domini Chriſt. de Paz. 1. *tom. de Tenut. cap.*
73 32. *numer.* 67. † Qui in ea ſpecie docet, quod cum per appoſitionem nullum ius habeat oppoſitor, & probationes præcedere debeant, libera poteſtas datur Collegio animum ſuum inſtruere, ex qualicumque probatione, & ſic nulla probationis ſpecies cenſetur excluſa, imo qualiſcumque probatio ſufficit ad non admittendum; quia cum nullum ius ſit quæſitum, liberum arbitrium relinquitur Collegialibus. Quod ipſe probat ex Iaſon. Mandell. Molin. & aliis, cui calculum quoque probat ipſe Eſcobar *dict.* 1. *part. quæſt.* 7. *n.* 146. *fol.* 157. & 2. *part. quæſt.* 4. §. 3. *num* 87. Dum ait probationem, etſi non perfectam in hoc caſu admitti. Immemor quantum hæ doctrinæ repugnent traditionibus ſuis.

74 Et vt obiter animaduertam, & ex dictis verbis ſtatuti colligitur falſam eſſe aliam eiuſdem traditionem, 1. *part. quæſt.* 6. §. 1. *numero fin.* Cum aſſerit ex conſuetudine introductum in communitatibus, & Collegiis mittendi ad huiuſmodi informationes militem collegam, aut Canonicum. Nam in noſtro Collegio non fuit introductum per conſuetudinem, ſed per expreſſa verba ſtatuti, & idem in omnibus Collegiis, & in S. Toletana Eccleſia ſtatutum eſt, vt per capitularem efficiantur informationes.

Quarta, & vltima ratio ſtatuti fuit. Quia in re 75
ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, vt poſſit quidquid velit facere, *leg. in re mandata* 12. *C. mandati, leg. traditionibus, ff. de pactis, leg. etiam* 18. *§. licet, ff. ſolut. matrim,* Atque ita potuit quaſcumque conditiones maluerit in fundatîone apponere, dummodo non ſint contra ius, aut bonos mores, vt notauimus *ſupr.* & probant Gutierrez 4. *pp. quæſt.* 8. *num.* 2. Mieres, Lara, & infiniti adducti à Barboſ. *de Axiom. verb. res* 199. Et pro ratione eſt voluntas fundatoris, qui ita puritatem amauit, vt noluerit etiam per mendacium notatos admittere. Neque poterit queri de Collegio, qui propter eam cauſam excluditur cum poſſit in illum retorqueri illud Euangelij *Matth. cap.* 20. *Amice non facio tibi iniuriam nonne ex denario conueniſti mecum?* Conuentum eſt inter oppoſitorem, & Collegium, vt iuxta formam illius ſtatuti admittendus ſit, cui per oppoſitionem ſe ſubmiſit, & ideo ſibi imputare debet, *argumento leg. Imperatores* 34. *ff. de iure fiſc.* ibi: *tu te ipſe pœnæ ſubdidiſti*, notat Lara *dict. lib.* 2. *cap.* 4. *numero* 27. *&* 61.

Quibus adiicies, quod conſiderat idem Eſco- 76
bar *dict.* 1. *part. quæſt.* 9. §. 3. *numero* 87. *& ſeq. fol.* 478. Extante ſuſpicione contra puritatem prætenſoris admitti non oportere, & ſic expellendum eſſe, quemadmodum homines malæ famæ non ſolum, verum & ſuſpectæ vitæ à Republica expelluntur ob eius pacem, & quietem, vt probat cum Auendaño, & Maſtrillo *lib.* 3. *de Magiſtr. capit.* 4. *numero* 227. Quod neſcio an rigidius ſit,
quam practica noſtri ſtatuti. † Quemadmodum 77
multo durior eſt interrogario illa qua vtuntur Equites militiæ D. Iacobi, & Calatrauenſis, qui interrogant teſtes ſi credunt prætenſorem deſcendere ex Iudæis, vel Mauris. Quia credulitas eſt actus interior intellectus, & ita ſecundum affectionem bonam, vel malam poteſt affirmare teſtis, vt ſcripſit Fr. t. Hieronym. de la Cruz *lib.* 2. *de los eſtatutos, capite quarto* 4. §. *el tercer abuſo, fol.* 12. Sed cum natura hæc ſint ſancta, & iuſtiſſima (fremant qui voluerint) & honoratiſſima, ad vnguem ſunt obſeruanda (quatenus contraria non fuerint Pragmaticæ Domini noſtri Regis) ex traditis à Roas, Ceuallos, Villar, Paz, Lara relatis ab Eſcobar 1. *part. quæſt.* 2. *numero* 11. *& ſequentibus.*

Hæc ſubitò hoc libello ſcripſimus, non tam 78
detractionis, aut æmulationis cauſa, quàm defenſione iuſta, quæ à naturali iure proficiſcitur, impellente, *In hoc negotio*, (vt ferè in ſimili caſu inquit Cicero orat. in Q. Cæcil. de accuſatore in Verrem conſtituendo, *orat.* 4. *num.* 2. cuius verbis parcè detortis nunc vtendum eſt) *illa merces indices conſolatur, quod hæc quæ videtur eſſe accuſatio mea, non potius accuſatio quàm defenſio eſt exiſtimanda. Defendo enim multos viros præſtantiſſimos, Collegium totum. Quamobrem ſi mihi vnus eſt accuſandus, propemodum manere in inſtituto meo videor, & non omnino à defendendis hominibus ſubleuandiſque diſcedere, Nam ſi hanc cauſam tam idoneam, tam illuſtrem, tam grauem non haberem, aut mihi cum Collegio cauſæ tantæ neceſſitudinis non intercederent, nullus eſſet qui meum factum, aut conſilium non poſſet reprehendere.* Sed cognita cauſa quis? Nemo,

Hercule

Hercule nemo, vel duo, vel nemo, neque item ipſe Don. Ioannes de Eſcobar, in quem iactabo illud Hieremiæ *cap.* 12. *Tu enim docuiſti me aduerſum te, & erudiſti in caput tuum.*

79 Salue, ô tu illuſtriſſimum, & præſtantiſſimum Collegium, & noſtri animi tuæ magnitudini deuoti ſpecimen libenter ſuſcipe, & erga te pietatem tui alumni libens agnoſce. Sci equidem difficile eſſe Solem nubeculis obſcurari, & Pigmæorum in Herculem imbecilles eſſe vires. Sed quemadmodum à tuo conſortio arces vel minimam ſuſpicionem, ita exemplo tuo, vel minimam contra te offenſiunculam ex tare ſine talione non permiſi.

OBSER

# D. FRANCISCI
# DE AMAYA, I.C.
# ANTIQVARIENSIS,
# OBSERVATIONVM IVRIS
## *LIBER PRIMVS.*

### CAPVT PRIMVM.

De Principis poteſtate, de imperio ex lege Regia in eum tranſlato. Exornantur, & illuſtrantur Vlpianus *in l. 1. D. de Conſtitution. Princip.* & Iuſtinianus *in §. ſed & iure quod inſt. de iure natur.*

### SVMMARIVM.

1 *Principes non tam ob ſuam, quam ob publicam vtilitatem creati,* & n.3.
2 *Quid inter Tyrannum, & Principem interſit?* & n.47.
4 *Hadriani ſententia affertur.*
5 *Princeps publicus dicitur parens.*
6 *Leges ſemper in commune commodum ferendæ.*
7 *Princeps nihil ſtatuere debet, niſi quod iuſtum fuerit,* & n.8.
9 Quodlibet licet *Principi fugiendum.*
10 *Iuliæ Caracallæ matris, proponitur infame reſponſum.*
11 *Quæ voluntas ſit neceſſaria Principi ad legem condendam?* & n.13.
12 *Lex conſiſtit in ratione.*
14 *Expenditur* hæc l. 1. in verſ. vtpotè.
15 *Poteſtas ſemper pertinuit ad populos, donec gentes Magiſtratus introduxerunt.*
16 *Princeps abſque tyrannide non poteſt inſtitui niſi à Republica.*
17 *Monarchia cæteris principatibus præſtat.*
18 *Romana Reſpublica primùm Regibus, deinde Conſulibus, poſtea Principibus regi conſueuit.*
19 *Quæ fuerit lex Regia de qua hîc remiſſiuè,* & latius numero 13. *& quid tranſtulerit,* numero 25.
20 *Frequentior de ea re ſententia proponitur & reiicitur,* & n.21.
22 *Auguſtus regiam poteſtatem paulatim vſurpare cœpit.*
24 *An lex Regia fuerit tyrannica, & quo anno lata?* & n.25.
26 *Verborum difficilium Vlpian. explicatio inquiritur.*
27 *Duareni ad ea verba interpretatio propoſita & reiecta.*
28 *Vera oſtenditur mens Vlpiani, & Senecæ, Dioniſque verbis confirmatur,* & n.29.
30 *Traditio Schifordegheri in examen adducta,* & n.32. 37. & 41.
31 *Princeps poſt tranſlatam in ſe lege Regia poteſtatem eandem habet, quam antea populus.*
33 *Vox* populus *quomodo accipiatur?* & num.36. & 38.
34 *Seruus à ciuitate manumiſſus non fit libertus ſingulorum.*
35 *Aperitur quomodo dicatur dos ius vniuerſale?*
38 *Quomodo intelligendum ſit populum Roman. legem conſtituere?* & n.40.
39 *Hæreditas pendente aditione dicitur domina.*
42 *Populus non poteſt communicare, remiſſiuè.*
43 *An populus Romanus potuerit concedere priuilegia?*
44 *Legibus ſolui, quid?*
46 *Poteſtas abſoluta non conſideratur in Principe,* & n.48.
49 *An ſubditorum bona ſint in libera Principis poteſtate,* & n.50. 51. & 52.
53 *Agitur de interpretatione* l. Lucius 11. D. de euiction. & n.57. & 58.
54 *Diſcutitur an iuſtè Imperator prædia ibi abſtulerit priuato.* & n.62.
55 *Ridicula aliquorum eius facti ſpecies.*
56 L. ſi captiuus §. 1. D. de captiuis.
59 *Rhenus flum. Imperij Romani limes.*

60 *Milites Riparienſes, & limitanei qui?*
61 *Prædia conceſſa militibus limitaneis ab Alexandro.*
63 *Ex cauſa publicæ vtilitatis Princeps poteſt auferre ius quæſitum.*
64 *Agitur latè de intellectu*, l. de precatio ad l. Rhod.de iact.
65 *Quomodo accipiantur communiter illa verba*, ego quidem mundi Dominus?
66 *Auguſto, Domitiano, & alijs diuini honores oblati?* & n.67.
68 *Orbis Domini Imperatores dicti.*
69 *Communis traditio referentium illa verba*, ego mundi Dominus *ad arrogantiam reiicitur.*
70 *Bart. & aliorum qui ad protectionem referunt exploſa traditio.*
71 *Ioan. Ignei recenſetur, & refellitur explicatio.*
72 L. 4. D. de incendio, & leg. 1.Cod.de naufrag. lib. 10.
73 *Eudemon.* in d. l. de precatio *direptus à publicanis, non à pyratis.*
74 *Vera ſpecies* dict. leg. de precatio, & num.75.
76 *Explicantur illa verba*, ego quidem mundi Dominus.
77 *Egregium Theodoſij dictum, & Traiani factum.*
78 *Diffinitio legis ex Chryſippo.*
79 *Cur ſe dominum mundi appellauerit Antoninus?* & numero 82.
80 *Imperium Romanum mundi caput.*
81 *Romæ elogia.*
83 *Imperium Romanum ſub orbis appellatione dictum.*
84 *D. Lucæ locus explicatus.*
85 L. in orbe Romano de ſtat. hom. *explicata, remiſſiue.*
86 *Orbis aliquando ſumitur pro imperio ſeu ditione.*
87 *Auctoris digreſſio in Rom. Imperium pro Summo Pontifice contra Oſualdum.*
88 *Quæſtio, an Imperator ſit dominus mundi, ocioſa indicata.*
89 L. bene à Zenone *Cod. de quad. præſcript. xeplicatur.*
90 L. Itē ſi verberatum §. item ſi D.de rei vind.*& qui agri limitati, remiſſiuè.*
91 *An Princeps ſolutus ſit legibus* & n.92.93.94. & 95.
96 L. digna vox, C.de legibus *explicatio*, & n.100.
97 *Auguſtus veniam legis Voconiæ impetrauit.*
98 *Quam quiſque legem aliis dixit, ſibi etiam dicere debet.*
99 *Platonis doctrina de Principe legi ſubiiciendo.*
100 L. Princeps, D. legibus *explicata & exornata*, & n.101.
101 *Explicatio Cuiacij ad caducarias leges illam referentis, refertur & reiicitur*, & n.102.
104 L. ſi Auguſtæ D.de legat.2.
105 *Vltima pars* noſtræ legis primæ, *exornatur.*
106 Epiſtolæ *verbum, apud Iure Conſultos quid?* & n.108.
107 *Quid in iure ſit*, Imperator reſcripſit, *& de Interpellationibus ad Principem factis?*
109 *Epiſtola formalis, quæ apud Suetonium.*
110 *Verba* d.l.1.de cōſti.vel per ſubſcriptionem ſtatuit *explicata.*

1 CVM Principes non tam propter ſuam, quàm ob publicam ſubditorum vtilitatem, creati, & electi fuerint: teſte Platone *libro ciuili, ſeu de regno, & in Dialogo Critias*, Ariſtot. *lib. 3. Politic. cap. 4. & 5. & lib. 5. c. 10.* Poteſtatem, quam habent, ad populos regendos, ad nullum alium ſcopum referre debent quam ad ciuium iuſtum incrementum, & conſeruationem. † Illud enim inter Principem, & tyrannum intereſſe con- 2
ſtat, vt Ariſtot. *ſuprà* notauit & ex Platon. & aliis Pet. Greg *lib. 6. de Repub. cap. 18. numero 19. & 20.* Ioan. Cochier Theſaur. *aphoriſ. politic. lib. 3. cap. 5. & lib. 6. cap. 12.* Pet. Faber *lib. 3. ſemeſt. cap. 16.* quod obiectum tyranni ſit, facere quod placet, Regis autem quod ſolum honeſtum videat. † Vnde grauiter vt 3
ſolet Seneca *lib. 1. de Clement. cap. 14.* Reges ad hoc ſolum creatos aſſerit, vt tutores & patres ſtatus publici, his verbis: *Hoc quod parenti, etiam Principi faciendum eſt, quem appellauimus patrem patriæ, non vana adulatione adducti, cætera enim cognomina honori data ſunt magnos & felices & Auguſtos diximus, & ambitioſæ maieſtati quidquid potuimus titulorum congeſſimus patrem quidem patriæ appellauimus, vt ſciret datam ſibi poteſtatem patriam, quæ eſt temperatiſſima, liberis conſulens.* Cui congruit piiſſima Alphonſi Regis, *lex 2. tit. 10. part. 2.* † Sic Hadrianus referente Spartiano ſæpe in concione dicebat, *Ita ſe rempublicam geſturum, vt ſciret populi rem eſſe non propriam.* Nam vt 4
rectè ait Cic. *lib. 8. epiſt. ad Attic. epiſt.* 11 ibi, *Vt gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus Imperatori victoria, ſic Reipublicæ moderatori beata ciuium vita propoſita eſt.* † Hinc Princeps parens publicus dicitur, Caſſiod. *lib 4 epiſt. 42.* & Claudia 4 *conſ. Honor verſ.* 5
294. & Paul. *in l. 3. in princ. de offic præfecti vigil.* † Quapropter ſemper id debet ſtatuere ſuis legibus quod 6
in commune Reipublicæ commodum redundet, tradit Morla *in empor. tit. de legibus numero 16.* Angnian. *de legibus lib. 1. controu. 1. num 11.* † Neque aliud Princeps ſua poteſtate gerere debet, quàm quæ poteſta- 7
tis ſunt; hoc eſt, quæ iuſtè poteſt, vt dicebat Anthemius *in Nouella de bonis vacantibus, facit l. filius 15. de cond. inſt. l digna vox Cod. de legibus, l. fin. Cod. Th. de appell.* & vulgaris Claudiani locus *ſuprà.*

*Nec ibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit.*
*Occurrat.*

Et vt eleganter Theodoricus apud Caſſiodorum ait, *Cum omnia poſſimus, ſola nobis credimus licere laudanda.* Seneca *in Octauia act. 2. verſ.* 44

*Id facere laus eſt quod decet, non quod licet.*

Notat Pet. Fab. *in l. non omne 114. de reg. iur* Mart. del Rio *ad Senec. vbi proxime, & 3. part. verſ.* 470. & Giurb. *conſ. 1. numero 26.* † Modeſte itaque vtatur poteſtate 8
vt ita loqui poſſit, *Ego ex omnibus mortalibus* (verba ſunt Senecæ lib. 1. de Clem. cap. 1.) *placui, electuſque ſum, qui in terris Deorum vice fungerer: ego vitæ neciſque gentibus arbiter, qualem quiſque ſortem, ſtatumque habeat in manu mea poſitum eſt. Quod cuique mortalium fortuna datum velit meo ore pronunciat. Ex noſtro reſponſo lætitiæ cauſas populi, vrbeſque concipiunt. Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum adſtringentur. Quas nationes funditus excindi, quas tranſportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorumque capiti regium circundari decus oporteat, quæ ruant vrbes, quæ oriantur, mea iuriſdictio eſt. In hac tanta facultate rerum non ira me ad iniqua ſupplitia compulit, non temeritas, non ipſa oſtentandæ per terrores potentiæ dira, ſed frequens magnis imperiis gloria. Conditum, imo conſtrictum apud me ferrum eſt. Summa parſimonia etiam viliſſimi ſanguinis ſic me cuſtodio tanquam legibus quas ex abdito ac tenebris in lucem euocaui, rationem redditurus ſim. Hodie diis immortalibus ſi à me rationem repetant annumerare genus humanum paratus ſum.* † Neque enim illud. *Quod libet licet* apud rectum Principem exaudiendum eſt: nā 9
vt ſapienter ait idem Seneca *lib. 3. de beneficiis c. 37.* ibi, *Hoc eſt regnum, nolle regnare cum poſſis.* † Quibus 10
damnabimus Iuliæ, Antonini Caracallæ matris turpe, & infame reſponſum, *Si libet licet, an neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere,*
refert

refert Spartianus. Nec non alterum portenti illius generis humani Caligulæ, qui dicere conſueuerat docente Suetonio *in eo cap.* 29. *Ei omnia in omnes licere.* Obſeruant Horoſcius *in præſenti numero* 26. Connan. *libro* 1. *comment. cap.* 16. *numero* 9. Corraſ. *lib.* 2. *Miſcellan. cap.* 25. *n.* 1. Petr. Gregor. *lib.* 9. *de Rep. cap.* 1. Coxier *lib.* 2. *theſaur. polit. cap.* 2. Giurb. *ſup. n.* 32. *&* 33.

11 Quæ cum ita admittenda ſint conſtat iam Principis non quamlibet voluntatem legem eſſe etiam in re priuata, ſed eam voluntatem neceſſariam eſſe, quæ tendat ad legem condendam rationis ſale conditam, diligentique excuſſione facta cum ſapientum conſilio, *l. humanum, Codic. de legibus*, iunctis quæ tradit Morla. *in emp. titul. de legibus quæſtione* 3. *ex numero* 6.

12 † Nam lex conſiſtit in ratione, *cap. conſuetudo* 1. *diſtinct. cap. erit autem* 4. *diſtinct.* Anguiano *dict. l.* 1. *contr.* 1. *&* 2. & ideò in placito Principis includitur non quod libuerit, ſed quod iuſtum, & rationabile ſit. Idque indicat vox *Placuit* in noſtra lege quæ à verbo *placere*, deducta ſignificat *ſtatuere, probare, decernere*, vt notauit Connan. *lib.* 1. *comm. cap.* 16. *numero* 9. Schard *de verb. iur. verbo placere.*

13 † Vt enim Princeps faciat aliquam legem non ſolùm requiritur, quod ſtatuat, verùm quod ita ſtatuat, vt ſit lex poſtquam edicto iuſſum, & præceptum ſit, ne alios actus operetur vltra intentionem agentis, *l. ex ſtipulatione, Codic. de ſentent. & interloq. l. non omnis* 19. *D. ſi certum petat.* obſeruat Morla. *ſupra in præmiſ. numero* 15. *circa fin.* & Anguianus *dict. libro primo, controuerſ.* 4. *numero* 9. *&* 13. Horoſcius poſt Accurſ.

14 *hic numero* 4. † Huiuſce rei eam eſſe rationem ſubnectit Vlpian. *in verb. vtpotè*, quaſi denotet, quod cum populi poteſtas fuerit lege Regia in Principem tranſlata, legis condendæ poteſtas, quæ penes Rempublicam erat, transfuſa eſt in Principem, qui ex

15 ea facultate condere poterit leges, & decreta. † Quod vt clariùs explicetur, aduerte apud omnes ferè gentes primum quidem ius, omnemque poteſtatem apud populum fuiſſe: verùm cum animaduerteretur non rectè poſſe populum hoſtes auertere, violentias, & rapinas propulſare, gubernationem rectam inſtituere, & communitatis commodis prouidere niſi Magiſtratibus, aut Rectoribus conſtitutis, cum ea ſit populi natura, vt non probe ſibi conſulere poſſit, qui ira & furore potius in conſultando mouetur, quam conſilio, inſtituti ſunt Magiſtratus, & Gubernatores, notant Petr. Gregor. *lib.* 1. *de Repub. cap.* 1. *&* 2. *& lib.* 5. *cap.* 30. *numero* 20. Couarru. *in pract. qu. cap.* 1. *num.* 2.

16 † Vnde ipſe Rector, ſeu Princeps ab alio quam ab ipſa Republica conſtitui non poteſt iuſtè, & abſque tyrannide. Ergo quælibet Respublica poteſtatem quam habet poteſt in alium, vel alios transferre; in vnum, vt in Monarchiæ Principatu, vel in plures vt in Ariſtocratia, ſeu Optimatuum ſtatu, in pauciores vt in democratia quando maior pars ciuium vt ſic violenta gubernatio popularis, ſeu Ochlocratia euitaretur, docet Auctuarium Politicum *lib.* 2. *de Repub. adminiſtr. libro* 2. *cap. quarto.*

17 † Inter quas gubernationis ſpecies Monarchia præſtantior eſt, & cæteris principatuum formis præferenda, firmant Petr. Gregor. *lib.* 5. *de Rep cap.* 1. *& ſeq. & lib.* 18. *ſyntagm. cap.* 1. Ioan Coxier. *theſaur. polit. lib.* 1. *cap.* 3. & eleganter confirmat Dio *lib.* 5. *qui de Romana Rep.* diſſerens ait: *Etenim vero quemadmodum Reſpublica in meliorem, ac ſalubriorem formam (neque enim fieri poterat vt ſub populi Imperio ea diutius eſſet*

18 *incolumis) fuerit commutata expoſitum eſt.* † Hinc Reſpublica illa Romana cum Reges initio elegerit, poſteàque in annales Conſules ſummam poteſtatem contulerit, tandem Monarchiæ formam ſortita in Auguſtum Cæſarem omne ſuum imperium poteſtatémque contulit lege Regia de eius imperio lata.

Sed quæ fuerit hæc lex Regia, cuius hic meminit Vlpian. & Iuſtinian. *in l.* 1. *§. ſed, & hoc ſtudioſum, Codic. de vetere iure enuclean.* quæque lex imperij dicitur *in l.* 3. *Codic. de teſtament.* & Auguſtum priuilegium *in l. vnica, D de caducis tollendis*, & regimenta Reipublicæ *in l. vnica, D. de officio præfecti Prætor. l.* 1. *D. ad legem Iuliam de ambitu, l. Barbarius de officio Prætoris cap.* 1. *diſtinct.* 8. maximè ſolet inter Interpretes controuerti, vt conſtat ex Hotman. Charond. Alcia. Corraſ. & aliis, quos laudat Couarruu. *ſupra numero* 3. Duaren. *lib.* 2. *diſp. cap.* 19. Contio *libro* 2. *lectio. cap.* 8. Gouean. Menchaca, & relatis à Pichard. *in dict. §. ſed & quod Principi*, Connan. *lib.* 3. *comm. cap.* 16. *numero* 1. Mendoza *lib.* 1. *de pactis cap.* 1. *n.* 14. *& ſequent. & lib.* 3. *cap.* 13. *numero* 2. Anton. Fab. *in Iuriſprud. titul.* 2. *princ.* 8. *illat.* 1. Suarez contra Regem Angliæ *lib.* 3. *cap.* 2. *numero* 12. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 9. *cap.* 1. *& lib.* 13. *cap.* 12. *numero* 14. *& lib* 47 *ſyntag. cap.* 20. Gaſp. Schifordegher. *lib.* 3. *ad Anton. Fab. tract.* 19. *quæſt.* 1. Borrell. *de præſtant. Regis cap.* 31. *ex num.* 12. 19

† Frequentiori tamen calculo obtinuit legem Regiam (non Rhenniam, vt ſomniat Corraſ. *lib.* 6. *miſcellan. cap* 8.) idcirco dictam quod ius reges creandi lege lata Romulus populo Romano conceſſerit, vt Liuius, & Halicarn. ſcribunt. Proindéque Tarquinij Seruio Tullo obiiciebant, quod iniuſſu populi Romani regnum inuaſiſſet. Cum itaque Octauian. Auguſtus à populo creatus eſſet Imperator, videtur antiqua illa Romuli lex (quæ Regia dicta eſt, quod ea ad populum ius creandi Reges pertineret) in vſum reuocata. Ita Corraſius cui adhærere viſus eſt Petr. Faber. *libro* 2. *ſemeſt. cap.* 2. (dum ait ex eadem lege Regia Romuli introductam fuiſſe in liberos parentum poteſtatem) & ſequitur Valentin. Forſterus *lib.* 1. *hiſt. iuris cap.* 32. *num.* 6. Borell. *ſup. d. cap.* 31. *num.* 13. 20

Verùm hæc non placent, quoniam poſt exactos Reges, exſoleuerunt Romuli leges, lege ad id Tribunitiâ latâ *l.* 2. *§. ex actis* 3. *D. de orig. iur.* Gouea. *lib.* 1. *lect. cap.* 21. quas tamen poſt tot ſæcula ſuſcitatas fuiſſe non credo. Deinde quia non ſatis conſtat, an hæc lex poteſtatem dederit populo Regem creandi, an Senatui, cum Liuius doceat; Ancum Martium à populo creatum, & poſtea Patres electionem approbaſſe, & Dionyſius aſſerat contrarium, vt agnoſcit Sabellicus *libro* 4. *hiſtor. Enneade* 1. & tamen electus fuit, quoniam Numæ erat nepos. Scimus quoque Tarquinum Seruio Tullo ſocero mortem intuliſſe, vt aui ſui Tarquinij regnum repeteret: ſic enim & diſceptatio prius interuenerat in concione de hac re inter eos, in quâ Tarquinus accito populo acerbè Seruij perfidiam incuſabat, quod auito ſe regno ſpoliaſſet, vt ſupradicti commemorant Auctores, & Sabellicus *lib.* 5. *Ennead.* 1. ergo ſi lex aliqua Romuli eſſet, non hanc pro ſe Tarquinus adduxiſſet rationem. Ruſus ſententia Corraſij aperte corruit *ex hac l.* 1. ibi, *Nam lege regia, quæ de eius imperio lata eſt*, quæ verba niſi de Imperatore intelligi non poſſunt, cum denotent in indiuiduo Imperatoris latam legem. Et Iuſt. id adſtruit. *in dict. l.* 1. *§. & hoc ſtudioſum*, ibi, *Cum enim lege antiqua quæ regia nuncupabatur omne ius, omniſque poteſtas populi Romani in Imperatoriam tranſlata ſunt poteſtatem.* Ergo ad poteſtatem in Imperatorem transferendam lata fuit illa lex Regia. 21

Quare dicendum eſt cum Couarru. *ſupra*, quod cum Auguſtus rerum potitus eſſet deuicto Antonio, ne videretur ſtatim veterem Romanæ Reip. ſtatum vſurpare, & tyrannide eam opprimere, paulatim regiam poteſtatem cœpit aſſumere: nam Conſulatum 22

ſulatum per decennium accepit, & cenſuram, mox
tribunitiam poteſtatem perpetuam, & legum regimen
æquè perpetuum, vt ait Suetonius *in eo cap.* 26. *&* 27.
(Vbi nota *Legum regimen*, idem eſſe, ac quod *lib.* 15.
Strabo dixit, ius omne belli, & pacis in eum tranſ-
latum) conſentit etiam Dio *lib.* 53. Auguſtum alle-
rens Imperatoriam maieſtatem in decem annos acce-
piſſe, & his finitis prorogatam donec Monarchiam
perpetuò fuerit adeptus, vt Zonaras quoque adſti-
23 pulatur. † Quod vt commodius fieret, lex illa fuit
lata, quæ Regia dicta, id eſt, de regno ſeu Impe-
rio Principis, vt deſignaretur vnus qui omnem po-
puli poteſtatem, ſicut ſolebant, Reges obtineret.
Quæ omnia eleganter indicat Tacitus *lib.* 1. *annal ſta-
tim in princ.* ibi, *Arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta
diſcordiis ciuilibus feſſa nomine Principis ſub imperium
accepit. Poſito triumuiri nomine Conſulem ſe ferens. & ad
tuendam plebem tribunitio iure contentum, vbi militem
donis populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit in-
ſurgere paulatim munia Senatus, Magiſtratuum legem in
ſe trahere nullo aduerſante.* Quidquid itaque habuit
Reſpublica latenti alluuione in Principem fuit tranſ-
latum.

24 Ex quo deducit Conna. *ſupra*, legem hanc magis
tyrannicam fuiſſe, quàm iuſtam. Quod non rectè
dictum putarem: nam vt Dionis ſcripto docemur
*lib.* 53. Auguſtinus oratione in Senatu habita Impe-
rium deponere tentauit, & Senatus eum coëgit
Rempublicam adminiſtrare. Proinde cum frequenter
etiam dicenti acclamaſſent, vbi perorauit multis om-
nes eum verbis precati ſunt, vt ſolus imperij ſum-
mam gereret multiſque; quibus id perſuaderent, ad-
ductis argumentis tandem eo compulerunt, vt prin-
cipatus ſolus obtineret. Hac arte Cæſar eum ſe velle
Imperium ſimulauerit, effecit, vt ei à Senatu popu-
loque confirmaretur. Quod etiam ſequentium tem-
porum longa, & diuturna approbatione eſt re-
ceptum, & confirmatum. Nam apud Suetonium
legimus *in Caligul. cap.* 15. ibi, *Ingreſſo vrbem ſtatim
conſenſu Senatus, & irrumpentis incuriam turbæ ius,
arbitriumque rerum commiſſum eſſe.* Et Veſpaſiano
idem datum nos docent Tacitus *lib.* 4. *hiſtoriæ*, & alij
laudati à Baron. *tomo* 1. *annal anno Chriſti* 71. *num.* 5.
Pet. Greg. *de Repub. lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 7. Quinimo, &
Dio ipſe *ſupra* de Auguſto loquens ſubdit. *Porrò
Auguſtus cum alia, quæ ad imperium pertinerent ma-
iori iam ſtudio, quippe cum id vltro eſſet oblatum,
25 egit* † Lata eſt ergo hæc lex Regia meo videri anno
ab vrbe condita 729. Octauiano X. & Caio Norbano
Flacco Conſulibus, ſi Dioni credimus, *dict. lib.* 53.
*dict. hiſt.* qui ita loquitur. *Auguſto X. & Caio Nor-
bano Coſ. Kalend. Ianuariis Senatus iuramento confir-
mauit, ſe eius acta approbare, cumque iam vrbi appro-
pinquare diceretur, omni legum neceſſitate eum Senatus
liberauit, vt veluti demonſtratum à me eſt, verè cum
plena poteſtate perfectéque ſui iuris, legibúſque ſolutus
agere, aut non agere omnia ſuo poſſet arbitrio.* Et
hanc legem Romæ in æs inciſam adhuc durare ex
Briſon. *lib.* 2. *de form.* Onuphrio Hothmano, vt
aliis liquet & Mendoza *dict. cap. quinto, numero* 32.
docet.

26 Sed variis certatum eſt ſententiis, quid Vlpian.
voluerit oſtendere illis verbis. *Populus ei, & in
27 eum omne Imperium poteſtatemque tranſtulit.* † Nam
Duarenus *l.* 2. *diſput. cap.* 19. ita accipit, quaſi lege
Regia collata fuerit poteſtas Principi, non tantum
in prouinciales, & ſubiectos populo, verum, & in
ipſum etiam populum, neque in ſingulos tantùm,
ſed & in ipſum populum, vt vniuerſos, quam in-
terpretationem ſequuntur Corraſ. *hîc numero ſeptimo*,
VVeſemb. *in parat. huius titul.* & Schifordeg. *dict.
28 libro* 3. *tractatu* 19. *quæſtione* 11. *circa finem.* † Quod
non admitto, cùm certum ſit eo ipſo quo Princeps
in populum ipſum habuit poteſtatem, conſequenter
& in prouinciales habuiſſe, *argum l. Claud.* 16. *D. qui
potiores.* Populus enim ſi ſub ſe prouinciales habe-
bat, ſubditus iam Principi factus, quis de eorum
ſubiectione dubitaret? Neque obeſt vox illa, *&*,
quæ demonſtrat etiam in alium datam fuiſſe poteſta-
tem. Reſpondendum etenim eſt non ad id referen-
dam, vt alium includat, in quem data quoque ſit
poteſtas, ſed ita accipiendam, vt non ſolùm omnem
ſuam poteſtatem ei, id eſt, Principi dederit; verum,
vt in eum, id eſt, populum eam poſſet exercere. † 29
Quomodo procedit Senecæ locus *epiſtol.* 14. ibi,
*Gratioſi timeantur viri, interdum ſinguli, quibus pote-
ſtas populi, & in populum data eſt.* Sic ferè loquitur
idem Vlpian. *in l. itaque fullo* 12. *§. ſed etſi, D. de furt.*
ibi, *Et contra ipſum Dominum dabimus furti actionem,
necnon & ipſi Domino dari placet.* Et in noſtro pro-
poſito Auguſtus apud Dionem eodem loquendi mo-
do vtitur *l.* 53. Senatui alloquens: *Neque ſtultitiæ me
damnabitis, quod imperium in vos, ac principatum tot
terrarum aſpernor.* Rectéque ſenſit Conn. *l.* 1. *com-
ment. cap.* 16. *num.* 2. & Gouean. *lib.* 1 *lect. cap.* 30. popu-
lum non ſolùm poteſtatem ſuam Principi tribuiſſe,
verum & eâ ſe ſpoliaſſe, & ſic tranſtuliſſe, vt nihil
ſibi retinuerit, neque illum imperij participem fe-
cerit, ſed ſolum vnum Imperatorem eſſe voluiſſe,
ita vt vnus imperaret, & ipſi omnes imperanti
parerent, quod Dionis auctoritate *ſupra* con-
uenit.

Vnde venit examinanda Schifordeg. traditio *dict.* 30
*quæſtione vndecima*, qui contra Oſuald. *l.* 7. *Donel.
cap.* 25. *litera A.* tenet Imperatorem poſt legem
Regiam maiorem habuiſſe poteſtatem, & plus iuris
quam populus habebat. † In qua re aſſentior Oſuald. 31
qui rectè monet eandem, non maiorem poteſtatem
habere ex regula, *l. traditio* 20. *D. adquirend. rerum
domin. l. nemo plus iuris* 54. *D. de regulis iuris.* Vnde
conſtitutio Principis, legis habet vigorem, vt in
noſtris iuribus, non verò plus valet aut poteſt. Si
enim Princeps eâ ratione ſuperior eſt, & quidquid
ſtatuerit legis habet vigorem, quia populus omnem
poteſtatem ſuam in eum tranſtulerit, vt ratiocina-
tur Vlpian. *hîc*, ergo ſolùm illam poteſtatem in ſe
habet, non aliam minorem vel maiorem. † Neque 32
quidquam aduerſus hanc ſententiam molitur Schi-
fordegherus, quod magnam nobis ingerat hæſita-
tionem. Nam ſicut Princeps hodie poſt in ſe tranſ-
latam poteſtatem legibus ſuperior eſt, quia eas po-
teſt abrogare, vel immutare, ita & populus. † 33
*Populus* autem non eſt Titius vel Seius ille, aut ille
ciuis, ſed eſt nomen collectiuum vniuerſale ſigni-
ficans ciuium vniuerſitatem, diuerſum tamen, à
perſonis quas ſub ſe continet, veluti, *legio, grex*,
vt eleganter docuit Pompon. *in l. rerum mixtura* 30.
*D. de vſucap.* ibi, *Non autem grex vniuerſus ſic ca-
pitur vſu, quomodo ſingulæ res, non idem tamen
vniuerſi gregis vlla eſt vſucapio, ſed ſingulorum ani-
malium.* Itaque cum dicimus *Populum, Collegium*,
quandam perſonam fictam repræſentamus ſepara-
tam ab indiuiduis populi, vel collegij. Quæ vni-
uerſitas vnius vicem ſuſtinet, ita vt quidquid ab
ea factum fuerit, ab vno, non à pluribus factum
videatur, *l.* 2. *D. quod cuiuſque vniuerſit. iunct. l.
mortuo* 22. *D. de fideiuſſor.* † Et ideò ſi libertus 34
fuerit à ciuitate manumiſſus, nón ſingulorum eſt
libertus, ſed Reipublicæ tantum, *l. ſed ſi hac* 10. *§.
qui manumittitur, D. de in ius vocando, l. in tantum*
6. *§. vniuerſitatis, D. de rerum diuiſ.* tradit Couarrun.
*in cap. alma mater* 2. *part.* §. 1. *numero* 7. *verſ. tertio eſt
notandum*, & noſter Anton. Pichard. *in § vni-
uerſitatis Inſt. de rerum diuiſ.* † Quod à iure non eſt ab- 35
ſurdum

ſonum : nam *dos* dicitur ſecundum veriorem definitionem, quam defendit Barboſa *in Rub. D. ſolut. matrimon. 3. part. à num.* 1. Ius vniuerſale ſub ſe continens res dotales. At ſi verè & realiter conſideretur *Dos* nihil aliud eſt, quàm res dotales, prout totum non differt à ſuis partibus, ſed ſecundùm iuris fictionem fit corpus imaginarium, quod veluti perſona quædam ſub ſe continet res illas, ſicut *hæreditas, ſocietas, exercitus, legio, grex, peculium,* docet Barboſ. *ſupra*, & Pichard. *de acquirend. hæred. cap. 2. num. 7. &*
36 *ſequentibus.* † Ita eodem modo de populo dicemus, qui vna perſona cenſetur ſeparata à popularibus, *l. 2. D. quod cuiuſque vniuerſ.* Hic tamen populus Princeps erat, & qui leges ferebat, in cuius locum ſucceſſit Princeps, vt Vlpian. docet *in præſenti.* † Ridiculus
37 ſanè eſt Schifordeg. dum ait : *Quid enim dicemus populi poteſtatem, & in populum fuiſſe, cum abſurdum ſit populum, vt vniuerſos ſtatuiſſe in ſemetipſum, quomodo potuit habere poteſtatem in ſemetipſum populus? Cum nemo ſit membrorum ſuorum Dominus, neque ſibi imperare nemo poteſt, l. penult. de arbitr. l. liber homo, D. ad legem Aquil.* Nam ſecundùm hanc argumentationem, ſequitur populum Romanum legem non potuiſſe condere, quod dictum ineptiſſimum eſt. †
38 Conſtituebat ergo populus, non vt quis ſibi conſtituit, & legem ponit, ſed vt quædam perſona, vt dixi, ſeparata, & in abſtracto exiſtens, in cuius locum ſubrogatus eſt Princeps. † Exemplum ſit hæ-
39 reditas, quæ iacens eſt, pendente hæredis aditione perſona vocatur, & domina *l. non minus 31. D. de hæred. inſtit.* cum latè tradit. à Pichard. *in Rub. de hæred. inſtit. num. 15. & in lect. ad tit. de adquirend hæred. cap. 2.* Poſt aditionem tamen hæredis euaneſcit illa domina ſub cuius dominio res erant, & ſuccedit Dominus
40 alius, id eſt, hæres. † Idem in populo, poſtquam lege Regia omnem ab ſe abdicauit poteſtatem, euanuit illa perſona populi, & eius locum accepit Princeps. Quo ſenſu dicitur populus Principi ſuam poteſtatem transtuliſſe, quæ etiam & in ipſum populum
41 erat. † Ex quo neſcio quomodo argumentum deducat Schifordeg. vt Principi maiorem concedat poteſtatem. Nam quod Princeps poſſit hodiè animaduertere in populum, vt vniuerſos (quo loquendi genere ſemper loquitur) fateor, ſed non poteſt animaduertere in populum prout erat Princeps, & perſona illa, quæ iam non eſt poſt legem Regiam, & illa factio
42 quædam erat, quæ non poteſt puniri. † Quemadmodum ob eam rationem ne quem excommunicari *c. Romana 5. § vniuerſitatem, lib. 6. de ſentent. excommun.* Cum latè traditis ab Hugolino *de cenſur. tab. 1. c. 26.* Couarru. & aliis quos laudat, Sayrus *lib. 1. theſaur. caſuum conſc. c. 8. n. 15. & 16.* Auila *de cenſur. 2. part. cap. 4. dubit. 5.* Marius Alterius *de cenſur. lib. 3. diſp. 10. cap. 6. per tot.*

43 Vltimò fallitur idem Schifordeg. aſſerens populum Romanum non potuiſſe concedere priuilegia, quod Princeps potuit. Ignorauit hoc profectò: nam legimus Scipionem Africanum priuilegium accepiſſe à populo vt antequam per leges liceret Ædilis fieret, Iulium Cæſarem, vt abſens poſſet Conſula-
44 tum petere, Appian. *de bello ciuili l. 2.* † Idque *legibus ſolui* dicebatur, Sueton. *in Iulio cap. 18.* huiuſque priuilegij memini idem Sueton *inferius cap. 18.* eodem tendit priuilegium Caij Marij apud Plutar. *in eo, & de Cicer. reditu.* Et Veſpaſianum, Auctor eſt *in eo cap. 8.* inſtrumentum confeciſſe quo continebantur penè ab exordio verbis Senatuſconſulta Plebiſcita de ſocietate, & fœdere, ac priuilegio, cuique conceſſis. Sic apud Cicer. *lib. 2. de legib.* Publicola, & Fabricius priuilegium acceperunt, vt contra prohibitionem Legum XII. tabul. in vrbe ſepelirentur, & apud Dionem *lib. 36.* lex Cornelia lata eſt à Sexto Cornelio Tribuno plebis, quâ cautum ne cui alicuius legis diſpenſatio concederetur à Senatu, niſi ducenti interueniſſent Senatores. Docet Aſcanius *in argumento huius legis Corneliæ*, & meminit Rolin. *lib. 6. antiquit. cap. 16. circa finem*, conguitque Cic. *lib. 3. de Repub.* ibi, *Lex naturæ immutabilis eſt, cuius eſt interpres, & lator Deus, neque hæc eſt alia Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſtea neque per populum, aut Senatum ſolui poteſt.* Hinc iam liquet non rectè hæc vidiſſe Schifordeg.

Ex quibus infero, hac lege Regia non fuiſſe ita 45
poteſtatem tranſlatam in Principem, vt abſolutè quidquid vellet faceret, *vt ſupra* notauimus, ſed iuſtè, & pro merito, & iuſtitia gubernet, & omnia ad normam, examenque Reipublicæ liberæ adminiſtret, vt monuit Dio *lib. 53. hiſtor.* de Imperatore agens. *Ad hunc itaque modum ratione eorum nominum, quæ in populari ciuitatis ſtatu vſurpantur, omnem totius Reipublicæ poteſtatem accipiunt, ac regiam etiam, niſi quod inuidiam nominis vitant.* † Poteſtas quippe abſoluta 46
in Principe nunquam conſideratur, cùm ea magis in tyrannidem tendat, quàm in iuſti Imperij gubernationem. † Nam qui publicum non attendit com- 47
modum, qui pro arbitrio dominationem exercet, qui nullis ſubiacet legibus, ſed violenta quadam, & furore omnia profanat, tyrannus erit, vt ex Ariſt. & aliis obſeruat Petr. Gregor. *lib. 6. de Republ cap. 18. numero 5.* At Princeps eſt qui iuſtè omnia metitur, & (vt verbis vtar Senecæ noſtri *lib. 1. de clement. c. 11.*) *cui ſit in maxima poteſtate veriſſima animi temperantia, humani generis amor, qui non cupiditate, non temeritate incendatur, neque quantum in ciues ſuos liceat experiendo teneare ſoleat, ſed hebetet aciem Imperij ſui. Inter tyrannum quippe & Regem quid interſit? Species enim ipſa fortunæ, ac licentia par eſt, niſi quod tyranni voluptate ſæuiunt, reges nonniſi ex cauſa, ac neceſſitate. Quid ergo? Nonne Reges quoque occidere ſolent? Sed quoties id fieri publica vtilitas perſuadet, tyrannis ſæuitia cordi eſt.* Sic etiam idem Seneca *epiſtol. 114.* animum comparat aliquando Regi, aliquando tyranno, & adiicit. *Rex eſt cum honeſta intuetur; ſalutem ſibi commiſſi gregis curat, & nihil imperat turpe, nihil ſordidum. Vbi vero impotens, delicatus, cupidus tranſit in nomen deteſtabile, ac dirum, & fit tyrannus.* Huc pertinet Antigoni dicterium, qui vt Ælianus refert *lib. 2. de var. hiſtor. cap. 20.* Regnum appellabat nobilem ſeruitutem. Videndi ſunt Ioan. Cokier *lib. 6. theſaur. polit. cap. 12. & poſt finem illius libri cap. 2.* Petr. Gregor. *lib. 18. ſynt. cap. 2. num. 13.* Angnian *de leg. lib. 1. contr. 59.*

Vnde reiicienda eſt Baldi, Panormitan. & Pinelli, 48
aliorumque traditio, qui vt refert Mendoza *lib. 1. de pactis cap. 5. quæſt. 1. num. 35. cum ſequent.* Giurb. *conſ. 1. num. 4. & 36. maximè num. 37.* Calliſt. Ramir. *de lege Regia § 23.* tot agnouerunt in Principe duas poteſtates, ordinariam, ſcilicet & abſolutam, primâ dicunt licere Principi facere omne, quod honeſtum ſit; ſecundâ autem quod ſibi libuerit. Quam doctrinam falſam eſſe oſtendit Mendoza *vbi proximè*, Couarru. *lib. 3. variar. cap. 6. num. 6.* Thom. Sanch. *de Matrimon. lib. 2. diſp. 15. num. 2.* & ſatis impugnatam conſtituunt *ſupra* animaduerſa: nam in Principe iuſto nunquam abſoluta poteſtas agnoſcitur, imò Diabolica appellatur, tradit Rebuff. *in praxi beneficior. tit. de non tollendo iure quæſito, gloſſ. 6. n. 35.* Morla *in emp. tit. de legib. q. 1. num. 7.*

Neque admitti quoque debebit eorum doctrina 49
qui aiunt ſubditorum bona in libera eſſe Principis diſpoſitione, vt tradiderunt Angelus *in l. item ſi verberatum 15. §. ſi quis rem de vind. & in leg. 3. §. ſi is pro quo, D. quod quiſque iuris*, & Baldus *in l. 2. Cod. de quadrien. præſcript.* & relati à Zeuallos

1. *tomo com. queſt.* 577. & 4. *tom. quaſt.* 906. Bobadill.
*lib.* 5. *politic. cap.* 5. *num.* 11. Peregrin. *de fideicommiſſ.*
*articul.* 52. *ex num.* 118. Mendoza *ſupra num.* 23. Petr.
Gregor. *lib.* 25. *ſyntagm. cap.* 10. Pancirol. *lib.* 3. *theſaur.*
*variar. cap.* 23. quæ controuerſia à Martino & Bulgaro
de hoc à Friderico Æneobardo interrogatis originem
habuit, vt tradit Accurſ. *verbo omnia Principis in l.* 3.
*Cod. de quadrien. præſcript.* † Quibus fundamenta
50 præcipua ſunt, quod Princeps omnium bonorum,
quæ ſubditi poſſident, dominium habeat, vt pro-
batur *in l. Lucius Titius* 11. *D. de euict.* & ea ratione
Dominus vniuerſi vocatur *in l. De precatio* 9. *D. ad le-*
*gem Rhod. l. Bene à Zenone, Cod. de quadrien. præſcript.*
*dict. l. item ſi verberatum*, §. 1. *de rei vind.* cum
aliis, vbi ſcriptum reperitur ex abſoluta poteſta-
te poſſe Principem de cuiuſcumque rebus diſpo-
nere.
Quæ ſententia falſa eſt omnino, & Bulgari opi-
51 nio contra Martinum tenenda eſt, & amplectenda,
vt conſtanter poſt Accurſ. *ſupra* (qui vi, vel metu
addictum fuiſſe Martinum docet) tenent Mendoza
*ſupra:* Craneta *de antiquitate temp.* 1. *part. in princ.*
*num.* 32. Petr. Gregor *lib.* 6 *de Republ. cap.* 13. *num.* 16.
*& ſeq.* 35. Menoch. *de arbitrar. quaſt.* 48. Matienço *in*
*l.* 7. *tit.* 7 *gloſſ.* 5 *num.* 2. *& gloſſ.* 7. *à num.* 1. *lib.* 5. *Rec. &*
*in l.* 6. *titul.* 10. *gloſſ. per tot.* Azeued. *in l.* 4. *num.* 12. *tit.* 14.
*lib.* 4. *recopil.* Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 33.
Fachinæus *lib.* 8. *contr. cap.* 63. Morla *in empor. titul.* 4.
*quaſt.* 3. *num.* 13. *& titul.* 9. *quaſt.* 11. *num.* 9. Pichard *in*
*Inſt. de acquir. hered. c.* 3. *ex n.* . & alios laudans, Oſuald.
*lib.* 5. *Don. cap.* 3. *littera A.* & in pulchra quæſtione
Gregor *in l.* 3. *tit.* 13. *part.* 6. *gloſſ.* 2. *quaſt.* 18. Alios refert
Caſtillo 1. *tom. quot. cap.* 28. Giurb. *conſil.* 57. *num.* 6. *&* 7.
Guzman *de euiction. quaſt.* 52. *tot. ex num.* 2. Qui pro
hac parte eleganter multas congerunt rationes, qui-
bus adiunge *l. reſcripta* 7. *Cod. de precibus imper. offerend.*
*l. iubemus nullam* 10. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. l. fin. Cod.*
*ſi contra ius, l. cauſas* 16. *C. de tranſact. l.* 4. *C. de emancip.*
*liber. l. meminerint* 6. *Cod. unde vi, l. ſi teſtamentum* 10. *C.*
*de teſtam. l.* 2. *§. merito* 2. *D. ne quid in loco pub. & de iure*
*noſtro regio, l.* 1. *&* 2. *tit.* 12. *lib.* 3. *ordinam. l.* 12. 13. 17.
*&* 18. *titul.* 4. *lib.* 2. *ordinam.* quæ hodie tranſcriptæ ex-
tant *in noua recop. lib.* 4. *tit.* 14. & ſunt *l.* 1. *&* 2. *& l.* 6.
*tit.* 10. *lib.* 5. *& de antiquiori Partitarum iure, l.* 31. *&* 32.
*tit.* 18. *part.* 3.
Neceſſarium tamen erit, vt contrariæ partis di-
52 luamus fundamenta, quæ ita difficilia ſunt, vt non-
dum ſuam viderint lucem, & in primis non ſuffraga-
tur Paulus *in dict. l. Lucius* 41. *de euict.* Martini ſecta-
53 toribus. † Quo loci ſcribit Titium prædia quædam
in Germania trans Rhenum emiſſe, & tradita
quoque ſibi, à venditore partem pretij eidem
ſoluiſſe. Cum venditor alteram partem ab eo, hære-
deve eius peteret, Titius aut hæres dicebat ſe non
teneri, ad reſidui pretij ſolutionem, quod in ipſo li-
mine contractus immineret euictio, *l. ſi poſt perfectam,*
*C. de euict.* nam prædia ipſa partim diſtracta, partim
veteranis militibus in præmia aſſignata fuerunt. Ex
quibus colligunt Interpretes Principem poſſe bona
priuatorum occupare. Cui difficultati reſpondendum
eſt Paulum caſum illum duntaxat tractare, an ſcili-
cet in ea ſpecie periculum ad emptorem, vel ven-
ditorem pertineret, cum ita res de facto contigiſſet.
Quæſtioni ſatisfecit aſſerens, quod cum poſteaquam
de pretio conuentum eſt, prædiorum effectus ſit do-
minus, ad eum ſpectabit periculum, vt rectè intel-
lexerunt Cuiac. *lib.* 6. *Reſpon.* Paul *ibid. & tract.* 8. *ad*
*Afric in l.* 33. *D. locati.* Mendoz. *ſup. d. num.* 23. *&* 24.
Ant. Fab. *lib.* 2. *coniect. cap.* 4. Greg. *per text. ibi in l.* 37.
*tit.* 5. *part.* 5. † De eo autem caſu an iuſtè vel iniuſtè
54 Imperator prædia abſtulerit, & militibus veteranis
aſſignauerit, nullum verbum eſt apud I. Conſultum.
Verum hoc, iuſtè factum fuiſſe, & non ex plenitu-
dine poteſtatis tenendum eſt, cùm de contrario facto
non conſtet, vt ait Greg. *in d. l.* 37. † Sed quâ ratione 55
id accidere potuerit ridicula ſane ab aliquibus reddi-
tur, ſcilicet credibile eſſe omnia prædia trans Rhe-
num in Germania ſita, cum à fide Imperatoris defe-
ciſſent Germani, ab eiſdem occupata; quibus expul-
ſus Imperator potuit eadem militibus, victoriæ, &
rerum bene geſtarum in præmium aſſignare; ea
nempè prædia, quæ erant Titij ciuis eo non certio-
rato; nam potuit ab Imperatore petere eorum reſti-
tutionem, & ſic ad illum redibunt, tanquam poſtli-
minij iure, cum expulſis hoſtibus ex agris ab eis oc-
cupatis dominia ad priores dominos redeunt, neque
publicantur, neque loco prædæ ſunt *l. ſi captiuus* §. 1.
*D. de captiuis.* Vnde cum poſt contractam venditio-
nem Titius fuerit Dominus effectus, recte potuit
Principem adire, & prædia ſua recuperare. † Quæ 56
interpretatio non conuenit verbis *dict. l. Lucius*, vt
prædia ciuium ab hoſtibus capta, ſi recuperarentur,
publicationem haberent, nam *in dict.* § 1. dicitur ex-
pulſis hoſtibus ex agris, quos ceperunt dominia eo-
rum, ad priores dominos redire, neque publicari,
aut prædæ loco cedere: ergo non potuit eſſe credi-
bile quòd hic fundus ciuis publicaretur, cùm tantùm
publicentur hoſtiles, & certum eſt, quod ſi ita caſus
contigiſſet, non omiſiſſet Paulus aduertere, Titium
potuiſſe prædium recuperare, & nulla ratione mo-
ueri, pretij partem ſubtrahendo. † Quo etiam im- 57
probanda eſt Cuiacij ſententia *lib.* 2. *obſeq. cap.* 9. &
Hotman. *illuſt. quaſt. cap.* 1. quos ſequitur Fach. in *dict.*
*l.* 8. *contr. cap.* 63. *verſ.* 5. *quaſt.* & Pancirol. *lib.* 3. *theſ.*
*cap.* 23. qui aſſerunt hanc legem loqui de prædiis bel-
lo quæſitis, quæ victores partim diſtrahebant, partim
militibus aſſignabant, nam licet hæc vera ſint, (vt di-
cemus *in l.* 4. *C. de iure fiſci, l.* 10. *in commentariis,* quos
ad volumen Iuſtiniani paramus edere,) non tamen
poſſunt adaptari *d. l. Lucius*, vbi ciuis erat Romanus,
qui erat Dominus prædiorum.
Quare exiſtimo hoc ideò accidiſſe ex ea cauſa, 58
quoniam hæc prædia poſita erant in Germania
trans Rhenum nobile in Germania flumen. † Vbi 59
limites Imperij erant, vt ex Tacito, Dione, & aliis
docent Pancirol. *in notis ad Imperij Orientalis notitiam*
*cap.* 139. Iuſtus Lipſ. *de magnitud. Rom. lib.* 1. *c.* 4. Buleng.
*lib.* 3. *de Imper. Rom. cap.* 8. *&* 9. † Vnde milites Ripa- 60
rienſes, limitanei, & limitrophi vocati ſunt poſteriori
æuo, quia ripas Rheni, & limites Imperij ſui ſtatio-
nibus, ab hoſtium incurſionibus defendere ſolebant
(apud nos ſonat, *Præſidios, y Guarniciones.*) Et
probat eleganter Claudianus *de bello Getico ver-*
*ſu* 421.

*———Tutúmque remotis*
*Excubiis, Rhenum ſolo terrore relinquunt.*
*Vllane poſteritas credet? Germania quondam*
*Illa ferox populis, quæ vix inſtantibus olim*
*Principibus, tota poterat cum molle teneri*
*Iam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis*
*Vt nec præſidiis nudato limite, tentet*
*Expoſitum calcare ſolum, nec tranſeat amnem*
*Incuſtoditam metuens attingere ripam.*

Et Sueton. *in Auguſt. cap.* 25. ibi, *Libertino milite bis*
*vſus eſt, ad tutelam ripæ Rheni fluminis, eoſque ſeruos*
*adhuc viris fortuniſque periculoſioribus indictos.* † His 61
autem vt alacrius pugnarent, & loca illa libentius
amantes, hoſtes fortiter arcerent, in eoſque irruere
non formidarent cum ſe, ſuáque defenderent, Ale-
xander Imperator prædia eiſdem limitrophis conſti-
tuit, (id eſt illa, quæ in eiſdem finibus erant *l.* 2. *§. pro*
*limitaneis, C. de officio Præfecti Africæ,*) itavt eorum
eſſent, & hæredum, ſi militaſſent, vt docet Lamprid. in
Alex. & Petr. Fab. *l.* 2. *ſemeſt. c.* 4. *verſ. ea Colonia,* Sigon.

*lib.* 4.

*lib.* 1. *de antiquo iure cap.* 15. & nos , Deo dante, dice-
62 mus *in leg.* 1. *Cod. de fundis limitrophis lib.* 11. † Vnde
credibile eſt , quod cum hæc prædia in limitibus eſ-
ſent Imperij , ob publicam cauſam Princeps ( qui
Alexander fuit , quo tempore vixit Paulus, vt re-
fert Lampr. *ſuprà* , & Baron. 2. *tom. ann.* 225. *n.* 1. )
potuit ea priuato auferre , & militibus dare , cum
63 priuatus ille defendere ea non poſſet. † Nam certum
eſt , Principem ex cauſa publicæ vtilitatis , auferre
poſſe ſubdito ius quæſitum , vt tradunt *ſupra* relati,
Fachin & Panciról. Ceuallos *quæſt.* 578. Petr. Greg.
*de Republica lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 37. & 54. Mendoza
*d. cap.* 5. *numero* 23. *verſ. vel ſecundo* , Horoſcius *in l.*
*Princeps n.* 19. *cum ſequentibus* Menoch. *de arbitrariis d.*
*q.* 48. *num.* 9.

64 Deinde negotium non faceſſit difficile Antonini
reſponſum *in leg. De precatio* 9. *D. ad legem Rhodiam*
65 *de iactu.* †. Nam ferè concors eſt aliquorum ſen-
tentia , qui ea verba , *Ego quidem mundi Dominus,*
aiunt arrogantiam ſapere , & magis ad elationem
illam Imperatorum Romanorum pertinere ex ſub-
iectione ortam, quâ maximè eis ſolebat aſſentari cùm
ſub Principibus adulatio hæc magis , ac magis ex-
66 creſceret. † Ipſe Auguſtus , qui dominum appellari
ſemper exhorruit , vt ait Suetonius *in eo cap.* 53.
poſtea diuinos honores ſibi oblatos non reie-
cit , vt conſtat ex Horatio *libro ſecundo* , *Epiſtol.*
*prima.*

*Præſenti tibi maturos largimur honores*
*Iurandáſque tuum per nomen, ponimus aras.*

67 † Ita pari arrogantiâ , & impietate ſequentes Im-
peratores dominos , Deoſque appellari ſe iuſſerunt,
vt de nefandiſſimo homine Caligula , docet Sueto-
nius *in eo cap.* 22. de Domitiano tradidit Xifilinus *in*
*eius vita* , & Suet. *cap.* 13. vnde multoties Martialis
illi blanditur , Deum , dominumque vocitans , vt
conſtat *lib.* 1. *epigramm.* 7. *lib.* 5. *epigramm.* 8. & *lib.* 8.
*epigramm.* 39. obſeruabis ex Paulo Oroſio *lib.* 7. *c.* 3.
Eutropio *de Reb. Roman lib.* 7. *cap.* 12. Genebrard.
*lib.* 3. *Chronograph in fin.* Mendoza *d. cap.* 5. *num* 25.
Pet. Gregor. *de Repub. l.* 6. *cap.* 10. Bulenger. *lib.* 1.
68 *de Imperatore Romano cap.* 9. *fere per totum.* †. Vnde
Orbis domini , terrarúmque , & mundi multoties
nominabantur, Mart *lib.* 1. *epigramm.* 5.

*Contingeris noſtros Cæſar , ſi forte libellos*
*Terrarum dominum, pone ſupercilium.*

Ita pari adulatione Virg. *lib.* 6. *Æneid.* Romanos
appellat *Rerum dominos* , quo etiam faſtus morbo
Antonium infectum , aliorum Imperatorum demon-
69 ſtrant. † Quam interpretationem licet in his ſcho-
lis aliqui ſibi arrogent , tradit Pet. Greg. *d. lib.* 6.
*cap.* 34. *num.* 14. & poſt noſtram editionem eam ſe-
quitur eruditus noſter præceptor D. Ioan. de Solorza-
no *lib.* 2. *de iure Indiarum cap.* 21. *numero* 52. & *ſeqq.*
Ego verò falſam exiſtimo , nam, & ſi illo ſæculo vana
fuerit vbique aſſentatio , ineptus ſanè , & ridiculus
eſſet Antoninus , cum nulla occaſione ſua lente ad
miſeri Eudæmonis querelam reſponderet : *Ego qui-*
*dem mundi dominus.* Qui conueniunt hæc verba
cum deprecatione naufragi miſericordiam peten-
tis , & quomodo aſſuenda illa cum ſequentibus *lex*
*autem maris ?* Neque de pijſſimo Imperatore qui vt
Capitolin. ait *in eo* , Numæ comparandus eſt , cuius
pietatem , modeſtiam , ſeueritatem ſemper retinuit ,
inanem illam verborum elationē credere fas eſt. Vt
ſic etiam damnemus aliam Ioannis Ignei cogitatio-
nem qui in quæſtione , an Rex Franciæ recognoſcat
ſuperiorem , *num.* 49. & 50. exiſtimauit illa verba
fuiſſe prolata ab irato Principe propter pyratas , vt
*infra* dicemus.

70 Altera fuit tradita explicatio à Bar. Caſtren. An-
gel. & Salicet. *in d. leg. de precatio.* Quam ample-
ctuntur , Couar. *in regul. peccatum* 2. *part.* §. 9. *num* 5.
Caſſaneus *in Catal. glor mund.* 5. *part. conſider.* 28. *per*
*tot.* & alij laudati ab Alphano *collect.* 4. Mendoza
*d. cap.* 5. *num.* 25. Morla *in emp tit.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 2.
quibus etiam conſentire videtur Petr. Fab. *in l. non*
*vt ex pluribus* 159. *de reg. iur.* & Ceual. *d. quæſt.* 906.
*num.* 24. Qui aſſerunt illa verba intelligenda eſſe, vt
dominus , Princeps dicatur quoad protectionem, non
verò quoad dominium , vt eleganter notauit Seneca
*lib.* 7. *de beneficiis cap.* 4. *Iure ciuili* ( inquiens *omnia*
*Regis ſunt , & tamen illa quorum ad Reges pertinet vni-*
*uerſa poſſeſſio , in ſingulos dominos deſcripta ſunt , &*
*vnaquaque res habet poſſeſſorem ſuum Itaque dare Regi,*
*& domum , & mancipium , & pecuniam poſſumus , nec*
*donare illi de ſuo dicimus ; ad Reges poteſtas omnium*
*pertinet ad ſingulos proprietas.* Hæc quoque videntur
adſtrui *ex d. leg. Bene à Zenone , C. de quad. præſcrip-*
*tione* , ibi , *omnia Principis intelliguntur.* Sed his mi-
nimè conuenit Antonini reſponſio , cùm *Dominus*
verbum protectionem non ſignificet , ſed verum do-
minium , neque de illa diſtinctione ſomniauit , cum
adhuc neque in protectione ſit mundi dominus, vt ait
Forcat. *in Cupid. c.* 9. *n.* 4. & 5.

Quare Ioann. Igneus *in Rep. l. neceſſarios* §. *non aliàs* 71
*D. ad S. C. Sillan. ex num.* 697. latiſſimè defendit *in*
*d. leg. De precatio* Antoninum illa verba protuliſſe
cum tumore propter pyratas , vt eis terrori eſſet.
Quod *ſupra* reiecimus cum , vt ipſe *num.* 700. agno-
uit non erant pyratæ , ſed publicani , contra quos
agebat Eudæmon , qui iure ad ſe pertinere dicebant
res, quæ ex naufragio auferebantur *leg.* 1. *Cod de nau-*
*frag. lib.* 11. Deinde fallitur dum exiſtimat illa verba
*lex autem maris* non eſſe interpretanda , vt Antoni-
nus dicat ſe eſſe legem maris dominam , ſed aſſerti-
ue accipienda , vt habeant hunc ſenſum , ego mundi
dominus , & lex ſum maris, quod etiam videtur ſen-
tire , Mendoz *d.* 25. & Forcat. *in Cupid. cap* 9. *num.* 3.
Hoc etenim, & ſi non incongrue dici poſſet, ſi dictio
*autem* aduerſatur voci *Mundi* , vt ſenſus ita eſſet, ego
mundi dominus , maris autem lex ( quod ſane nun-
quam percipere voluit Igneus ) nihilominus adhuc
non admitto , cum dominium maris legi tribuat, non
ſibi Imperator, vt conſtat ibi *lege Rhodia id iudicetur.*
Quibus verbis non improbat legem Rhodiam , vt
falsò exiſtimabat Igneus , imò eam expreſsè appro-
bat, cum ſecundùm eam litem dirimendam imperet,
vnde non poteſt quoque admitti , vt ſcilicet , *lex au-*
*tem maris* appoſitiue ad Antoninum referatur , cum
inepte ſequeretur , *lege id Rhodia indicetur.* Et ſane
Igneus ridiculus eſt , dum ait illam legem tanquam
peſtiferam improbari *in d. l. De precatio* , cum recipia-
tur , quatenus legibus Romanis non aduerſetur. † 72
Neque quidquam facit pro Igneo *l.* 4. *D. de incendio,*
*& rui.* ex qua deducebat Rhodios fuiſſe publicanos.
Nam non loquitur de publicanis , ſed generaliter de
eis qui ex naufragio aliquid rapuerint. At *d. leg. De*
*precatio* , loquitur de publicanis , qui cum ſint publi-
corum vectigalium conductores *l. quanta* 12. *in fin.*
*D. de publicanis* , affirmabant , ad illos res naufragij
pertinere , prout inſinuat *l. Cæſar* 15. *l. fin.* §. *ſi propter*
*D. de publican. iuncta leg.* 1. *Cod. de naufragio lib.* 11.
quæ ſecundum veteres Codices non habet Aucto-
rem Conſtantium , ſed Antoninum , vt rectè obſer-
uant Cótius, & Gotofr. *ibi*, & ad id videtur reſpexiſſe
*l. fin. D. de incendio.* Videndi Maſtrill. *lib.* 3. *de ma-*
*giſtr. cap.* 10. *num.* 393. Sixtin. *de Regalibus lib.* 2. *c.* 3.
*ex num.* 90. † Publicani itaque non tanquam rapto- 73
res res naufragas deripuerant, ſed tanquam ſi id iure
ſibi liceret. Eudæmon autem prædones , & raptores
vocabat , vt probatur ibi , *direpti ſumus* , quæ verba
non ſunt Imperatoris , neque Iureconſulti ; ſed tan-
tum partis allegantis ad quem reſpondetur , vt ſe-

cundum legem Rhodiam res iudicetur, quæ non decernebat res naufragorum diripi, vt ait Igneus: nam ita non eſſet lex, ſed corruptiſſima conſuetudo, ſed ad res nauales, & quæ in mare acciderant reſpiciebat, vt obſeruant VVeſemb. *in parat. D. ad leg. Rhod.* Gothofr. *in leg. De precatio lit. T.* Pet. Greg. *lib. 29. ſyntag. cap. 10.* & Pancirol. *lib. 2. variar. cap. 34.* & Forcatol. *in Cupidine cap. 9. num. 3.* Cuiac. *lib. 34. Paul. edict. in l. 2. ad d. l. Rhod.*

Ex his cognoſces quam difficilis ſit ſpecies ipſa *d.*
74 *leg. De precatio*, cùm minimè videatur conuenire Antonini reſponſio cum Eudæmonis querela, imò aliena videtur à negotio de quo agebatur. Interpretes autem quos viderim, præter vnum Igneum, ſuſpenſa manu de eius tractarunt mente, nec miror, nam ita eſt inuoluta tenebris, vt alios libentius audirem, quam meam proponerem ſententiam. Sed licet formidoloſus pergo, & ita rem explicandam cenſerem.

75 † Eudæmonem naufragij cauſa in Cycladas inſulas tempeſtate delatum à publicanis, qui ibi erant conſtituti rebus fuiſſe ſuis ſpoliatum, querela delata eſt ad Imperatorem, qui reſpondit, vt lis decideretur ſecundum Rhodiorum legem nauticam, dum tamen Romanis non aduerſetur. Ratio verò propter quam querela ad Imperatorem delata fuerit, ea videtur; quod direptio illa perpetrata ſit à fiſcalibus miniſtris (id eſt publicanis *leg. quanta 12. §. fin. iuncta leg. 1. §. 1. D. de publican. l. eum 16 de verb. ſignificat.*) quaſi iure id licuiſſet, vt diximus *ſuprà*, & videtur comprobari ex *l. interdum 16. §. ſi propter 8. D. de publican.* nam omnia illa, quæ naufragio vel in mari caperentur, & tempeſtatis vi in aliam partem migrarent, tunc
76 fiſco mancipabantur. † Ad hoc reſpondit Antoninus, *Ego quidem mundi Dominus, lex autem maris ea res lege Rhodia nautica iudicetur.* Quorum verborum ſenſus eſt. Quamvis ego ſim mundi dominus, & Imperator, atque ita legibus ſolutus, neque teneat ex præcepto aliquo ſubditis reſpondere, adhuc tamen lex ſit domina, & regina maris, id eſt rebus, quæ in mari acciderunt, imperet mari, cum pertineat ad res nauticas neque fiſcus præferatur cum ſubditorum damno, ſed fiſci, & priuati æqua lance debet tractari iuſtitia, & ideò reſpondere tenebitur fiſcus. In qua re animi ſui moderationem, & æquitatem Pius Imperator oſtendit, ne quod apud alios Principes accidere conſueuit, (quando fiſcus ſemper vincebat) fiſcus cum ſubditorum damno locupletaretur.
77 † Pro qua re eſt ſcitu dignum illud Theodoſij, & Valentiniani *in leg. fin. Cod. Theod. de Appellat.* ſe ſalua imperij maieſtate, cum cæteris priuatis velle ius commune obſeruare, & D. Ambroſij *Epiſt. 32. ad Valent. Imper.* ibi, *Quod præſcripſiſti aliis præſcripſiſti tibi*, de qua re laudatur maximè Traian. noſter à Plinio in Panegy. & Hadrian. ab Spartiano, quod fiſci cauſa ſemper apud eos mala erat, vt boni Principes viderentur: nam vt ait eleganter Caſſiod. *lib. 1. epiſt. 22.* ibi, *Si dominus vincat oppreſſionis inuidia eſt, æquitas vero creditur ſi ſupplicem ſuperare contingat.* Apud alios Principes obtinebat illud Iuuenalis, *Res fiſci eſt vbicumque natat*, ſignificantis, Imperatores omnia quæ in mari erant deprædare ſolere. Quod Antoninus reſpuit, iuſtum regnum legi deferens.
78 † Quo in ſenſu Chryſippus relatus à I. C. *in leg. 2. de legibus* legem dixit eſſe humanarum, & diuinarum rerum reginam, & Plutarch. de regno ait, *lex Regina hominum imperet Imperantibus.*

79 Nunc autem videamus cur ſe dominum mundi appellauerit, id ſanè tantum reſtat. Eam ſane cauſam reddo, vt factum modeſtiſſimum iuſtitiæ, & integritatis plenum magis amplificaret, vt Agathocles Rex Siciliæ, apud Auſonium *epigram. octauo*, dicebat.

*—— Rex ego qui ſum*
*Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.*

Nam de maiori deſcendit ad minus, & ſe laudat erigit, extollit, vt ſic facinus illud pietatis magis eluceret. Neque cum tumore, & faſtu dictum putes. Nam meritiſſimè potuit? † Si animaduertas Romanos Imperium ſuum tanti æſtimaſſe, vt totius mundi caput iudicarent. 80
Aliorum etenim regna non ita ampla vt Romanum. Quod inter reliqua Imperia, quæ Deus ab orbe condito eſſe voluit, primas tulit, & eminet magis. † Quare non immerito Roma 81
dicta fuit ſine aſſentatione, *Caput mundi, domicilium orbis terrarum, Imperij rerumque domina, Princeps, & parens vrbium, gentium terrarumque regina.* Quibus & aliis elogiis illam æternant Iuſtin. *lib. 43.* Halicarn. *lib. 1.* Ariſtides *in orat. de laudibus Romæ*, Atheneus *lib. 1. cap. 15.* Hora. *lib. 4. od. 3.* & alij quos præter Iuſt. Lipſ. *lib. 1. de Magnit. Roman. cap. 2.* adducit Ludou. Cerda *ad Virg. lib. 6. Æneid.* in illo.

*En huius nata auſpiciis illa inclyta Roma*
*Imperium terris, atque animos æquabit Olympo.*

& Pontanus *ſymbolar. in Virg. lib. 12. ad illud 7. Æneid.*

*—— Nunc maxima rerum.*
*Roma colit, &c.*

& latius Bulenger. *lib. 2. de Impe. Roman. c. 5.* Hinc illud Mart. *lib. 12. epigramm. 8.*

*Terrarum Dea, gentiumque Roma,*
*Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.*

& Ouid. *lib. 1. Faſt.*

*At poſtquam fortuna loci caput extulit huius*
*Et tetigit ſummo vertice Roma Deos.*

& Virgil. *lib. 1. Æneid. de Romanis.*

*His ego nec metas rerum, nec tempora pone*
*Imperium ſine fine dedi.*

Videſis quæ tradit Ioan. Sauaro *ad Sidonium lib. primo, epiſt. 6.*

Quo attento illius temporis loquendi vſu Antoninus ſine vana elatione dixit, ſe meditim eſſe dominum. 82
Non vt vniuerſum comprehenderet orbem terrarum (nam ſemper Romanis opinio fuit immenſum eſſe mundum, & infinito ſimilem, vt Plinius docet *lib. 1. cap. 1*) ſed Imperium Romanum duntaxat, † Quod ſub Orbis appellatione intelligebatur, vt 83
præter Spartianum, Lampridium, Ammianum, & alios eiuſdem ætatis ſcriptores patet ex Optato Afro *lib. 3. de dogmate Donatiſt.* ibi. *Sed in montem Sion, qui eſt Eccleſia per omnem orbem Romanum caput tulit ſub toto cælo* Caſſiod. *lib. 10. epiſt. 8.* ibi, *Decet enim vt orbis iſte Romanus iuuamine veſtro reſplendeat, & lib. 3. epiſt. 52.* ita, *Auguſt. ſi quidē temporibus orbis Romanus agris diuiſus, cenſuſque deſcriptus eſt.* † Qui locus eleganter explicat illud Lucæ (quo maxime ſe torſerunt 84
antiqui iuris Interpretes (*Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* Quod non de toto terrarum orbe debet accipi, ſed de Romano orbe, vt loquitur etiam Plin. *num. 3. hiſt. cap. 5.* de Roma agens: *Nec ignoro ingrati, ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito, ſi breuiter, atque in tranſcurſu ad hunc modum dicatur terra omnium terrarum alumnæ, eadem & parens, numine Deûm electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, rituſque molliret, & tot. populorum diſcordes, feraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.* † Quo ſenſu procedit, *leg. in* 85
*orbe Romano 17. D. de ſtat hom.* (ſic enim legendum eſt, vt ad illius explicationem docent Alciat. *lib. 2. diſpunc. cap. 21.* Iuſt. Lipſius *lib. 1. de Magnit. Roman. cap. 7.* Pinellus *in rub. Cod. de bon. mat. 2. part. num. 11.* Donel. *lib. 2. comment. cap. 16.* Barboſa *in leg. 2. §. legatis, numero 20. & 30. de iudiciis*, Anton. Fab. *in iuriſpruden.*

*iuriſprudén.tit.5.princ.3.& tit 9.princ. 2.illat.*1.& noſtro idiomate eleganter Bernard. Aldrete *lib.* 1. *del origen.de la lengua Caſtellana, cap.3 & 4.) leg.* 1. *Cod. de Eunuchis, leg.vnica in princ.ibi ab orbe Romano C. de caducis, leg.vnica, Cod. de vſucap. transfor.ibi, non tantum in Italico ſolo ſed in omni orbe terrarum.* †

86 Vnde orbis aliquando ſumitur pro imperio, ſeu ditione, vt notarunt poſt Magium *lib.4. miſcell. cap.* 5. Oldendor.& Schardus, *de verborum iur. verb.orbis,* qui adducunt Ouid. locum *libro tertio, Metamorph.*

*Certe non patiar Iouis incunabula Cretem,*
*Qui meus eſt orbis, totum contingere monſtrum.*

Addo Claudian.*in conſ.Theod.*

——— *Illyrico ſe tertia porrigit orbi.*

Et Iuuenal.*Satyr.* 2.

*Quod nec in Aſſyrio pharetrata, Semiramis orbe.*

Apul.*leg.*1.*Flor* Sed cum primis Alexandri illud præclarum Sed edixit vniuerſo orbi ſuo ne quis effigiem regis aſſimilaret ære colore.

87 Sed liceat hi: parum conſiſtere. Eheu! Vbi illa orbis parens Roma Vbi Orbis ille Romanus, iam non orbis, ſed orbus? Vmbra fuit ſplendor ille, & maieſtas illa, cadauer. Euanuit iam magnitudo illa! Non ex quo Roma Pontifici ſedes data (vt inuerecundè, impudentérque damnatus ille, & infamis memoriæ Oſualdus hæreticus autumauit, qui cum ſuæ nutricis (Lutheraſnimi) rabiem perbibiſſet latrat, roditque canino dente, Pontifici Summi ſanctam venerandámque maieſtatem, ſed more humanæ conditionis) nam vt ait Seneca *epiſtola* 71.ibi, *Omne humanum genus, quodquod eſt omne damnatum eſt, omnes quæ vſque rerum potiuntur vrbes, quæque alienorum imperiorum magna ſunt, & decora, vbi fuerint aliquando quæretur.* Conducit idem *lib.*3 *quæſt. natur. cap.* 27. Alter Seneca ſi alter eſt in Hercul. Oeteo *act.*1.Sanazar. *de partu Virg. lib.* 2. & nobilis illa ad Ciceronem Seruij conſolatio *lib.5.epiſt.*4.Lipſ.*de conſtant.lib.*1.*cap.*16.Kokier *lib.6.theſaur. polit.cap.*1. *cum ſequent.*Valdes *de dignitate Regum Hiſpan.cap.*12.*n.* 9. Sed ſi rem attentius conſideres Oſualde, quid hodie eſſet Roma niſi Pontificis aula decoraretur? Nam vt S. Leo.ait *ſermone primo de natalibus Apoſtolorum* ibi, *Per ſacram Beati Petri ſedem latius præſidet religione diuina, quàm dominatione terrena.* Dicat Clementis V. & poſteriorum in Auenionem ſeceſſus, quo Roma, quaſi tabernaculum paſtorum reddita. Quomodo Atylæ, Alaricique, & cæterorum manus effugiſſet, niſi religionis Chriſtianæ ſedes effecta eſſet? Sed pedem reuoco, & in viam è diuerticulo redeo.

88 Hinc iam colliges non bene Doctores noſtros, *ex dict. leg. Deprecatio*, deduxiſſe Imperatorem totius mundi dominum eſſe. Quam quæſtionem tanquam otioſam omittimus, de ea qui plura ſcire cupiat, conſulat Caſſaneum *in catalog glor. mund.5.part.conſid.*28. *per tot.* Couar.*in reg. peccatum* 2.*part.*§.9.*num.* 5.Ioan. Igneum *in d.q.*An rex Franciæ recognoſcat Imper. *à numero* 1. alios laudatos à Cenedo *collect.60.ad Decretum num.*2.Molina *de iuſtit & iure tom.1.diſput.* 30. Parlador.*lib.*2.*rer.quotid. cap* 2.*num.* 2.Ceuallos *com. contra com quæſt.*576.*& d. quæſt.*906.*numero* 34 Solorzan.*lib.*2.*de iure Indiar cap.*21.*tot.*Pet.Gregor *lib. 6.de Repub.cap.*13.*ex num.*14 Azor.2 *part.moral lib.*10.*c.* 8. *q.*4. Alphan. *collect.* 4. Doctores *in c.* 2.*extra de rebus Eccleſiæ.*

89 Neque ſimiliter obſtat, *lex Bene à Zenone, Cod. de quadrien præſcr.* in illis verbis, *omnia Principis intelliguntur.* Nam reſpondendum eſt, in ea lege conſtitui inter fiſcalia bona, & priuatam Principis ſubſtantiam, nullam debere eſſe differentiam, in ea prærogatiua à Zenone conſtituta in *leg.omnes, Cod. illo tit.* quâ in fiſcalibus alienationibus tempus quadriennij ſtatuit, quo conueniri poſſit fiſcus ab eis, qui ius aliquod in re alienata prætenderent. Quod Iuſtinianus extendit ad res proprias ea ratione adiecta, *cum omnia Principis intelligantur*, docet Cuiac. *lib.*15.*obſeruat. cap.*30.de cuius legis explicatione docte, & vtiliter agit D. Ioan.de Caſtillo *lib.* 2. *rerum quotid.cap.* 5.*per tot.* † Non denique obſtat, *dict.leg.* 90
*item ſi verberatum* 15. § *item ſi forte, D. de rei vind.* Nam non de agris intelligas, qui iniuſtè à Principe occupantur, ſed vel ob proditionem ſeditionémve ciuium, vel victoriam ab hoſtibus reportatam, aliámve cauſam publicam, vt docet Pet.Gregor. *lib.7. de Repub.cap.20.numero* 54. ſolebant autem Imperatores veteranis militibus eoſdem agros aſſignare, expulſis aliquando veteribus poſſeſſoribus, aliquando eis modici honoris gratia, aliqua parte relicta, & alia parte diſtracta, *iuxta leg.*4.*Cod de iure fiſci lib.*10.vbi dicam, & hi agri dicebantur metati ſeu limitati, vt ſciretur quid veteranis aſſignatum, quid antiquis colonis relictum, quid diſtractúmve eſſet, vt videre licet, *in leg. in agris* 16.*ff.de adquirendo rerum domin.*de qua re qui latius videre cupiat, legat Cerdam & alios ad Virg.*ecleg.*9.*verſ.*17.*numero* 10. Dorleans *ad Tacitum lib.* 1. *annal. fol.* 75. *numero* 12. Donel.*lib.4. com.cap.*27.Pet.Fab.*lib.2 ſemeſt.cap.*4. Cuiac.*lib.*2. *obſeruat.cap.*9.Duaren.*lib.2.diſp.cap.*35. Pinel *in rubric. Cod. reſcin. vend. prima parte cap. ſecundo, numero* 14.

Deinde ex *ſupra* tradita ratione, infero ad cele 91
brem illam quæſtionem: *An Princeps legibus ſit ſolutus*, de qua noſtri variis in locis egerunt, præcipuè *in l. Princeps ff. de legibus, & in cap.* 1 *de probat.* Menoch.Mendoza, Menchaca, & Germonius laudati à Morla *in empor. titulo de legibus, quæſt.* 1.*ex num.* 1. Suarez *de legibus, leg.* 3.*cap.*25.*n.*4.Azor.1.*part. moral.lib.*5.*cap* 1. Fachin.*lib.*1.*controuer.cap.*2. Pet. Gregor.*de Republ.d cap.*20.*ſupra* Connan.*lib.*1.*comm.c.*16. *n.* 8. Cokier *lib.*2.*theſau politic.cap.*2. & noſter Ioan. de Pareia *in otio quadrimeſt.de lege Iulia num.*3.Madera *animad.cap.*35.*& in libro de las Excellentias de Eſpaña cap.*2.*fol.*15.Pancirol.*lib* 2.*theſaur.var.cap.*5.cum & aliis quos laudat Oſual. *lib.*1.Donel.*cap.*17. *littera A.* Mart. del Rio *ad Senec.in Hercul.Fur.act.* 2. *verſ.* 399.Maſtrill.*liber.3.de magiſtrat.cap.* 3. *ex numero* 70. Quam controuerſiam otioſum eſſet ex integro repetere, ſolum autem adaperiam pro inſtituto, & more meo, quod alij minus obſeruarunt. † Et in primis 92
certum eſt commune Doct.placitum aientium Principem, non ſub legibus eſſe, ſed in legibus, & non legi ſubiici, ſed eius rationi, hoc eſt, neque legibus ab alio conditis ſub coactione teneri cum par in parem non habeat imperium, *l.*4. *ff. de arbitris, leg. per minorem* 54.*ff de iudiciis, l.ille à quo* 14. §. *tempeſtiuum, ff ad S.C. Trebel.*neque à ſeipſo promulgata, cum nemo poſſit ſibi ipſi imperare, *l pen ff.de arbitr. l. Lucius* 40. §.*fin. ff. de fideic. libert.* neque ſibi quiſquam legem imponere, à qua ei recedere non liceat, *l.quod autem* 7.§ *vxori* 8. *de donat.inter.* Qua ratione erudite Grammatici perſonam primam imperatiui modi omiſerunt. † At tamen rationis naturalis di- 93
ctamine ad legis obſeruantiam dirigitur, & eius præceptis ſubiicitur, vt eleganter notauit Plutarch.*in lib. de Regno* ibi, *Lex Principi imperatrix erit, non illa quidem aut libris extrinſecus ſcripta, aut in tabulis, ſed animata intus in ipſa ratione, ſemper enim eo conuerſans eiuſdemque obſeruatrix, quæque eius animam nunquam ſinit ſine tutela ſui eſſe viuendum.* † Quæ ratio naturalis tanquam ſuperior omnibus Principibus impe-

tat;

rat, quoniam eam non accepimus, non legimus, ſed hauſimus ad quam non docti, non inſtituti; ſed imbuti ſumus, vt ait Cicero pro Milone. Quæ cum dux ſit, omnibus iubet, & imperat. Vnde licet vi coactiua, neque ratione præcepti humani teneatur, neque enim vllis ad pœnam vocauit legibus tutus imperij poteſtate (vt ait D. Ambroſius, Apol. Dauid
95 *cap.4.& 10.* † Vi autem directiua, quæ Principem ratione gubernat humanæ conſtitutioni, etiam à ſe ipſo latæ, ſe ipſum ſubmittet: nam eum, qui leges facit pari maieſtate legibus obtemperare conuenit, eleganter dixit Paul. *lib.4.ſentent. tit.5. verſ. teſtamentum.*
96 † Et ita procedunt, *l. digna vox, C. de legib. l. ex imperfecto 23. de legat. 3. l. 3. C. de teſt. l. ſi quis hæredem 6. C. qui teſtam. facer poſſ. l. 4. C. ad leg. Falci. l. Papinianus 8. §. ſi Imperator, ff de inoffi. teſtam. §. vltimo, I. ſt. quib. mod teſt. infir.* & quod ait Theodor. apud Caſſiod *lib.5. var. epiſt. 18. in fin.* Volumus hoc exemplum à noſtris prædiis inchoare vt nulli grauis ſit iuſſio quæ conſtringit & Principem. † Qua ratione Auguſtus ve-
97 niam legis Voconiæ impetrauit à Senatu, vt poſſet ex triente Liuiam vxorem hæredem ſcribere, (vt ex Dione docet Germonius *lib. 1. animad. cap. 1.* & Cuiacius *infra* referendus) cum tamen ſupra quadrantem ea lege non liceret, tradunt Balduin. *de lege Voco,* & relati ab Oſuald. *lib.6.* Donel. *c.17. littera P. & aliis legib.* Princeps ſolutus permanſerat, Reuard. *ad leg.*
98 *12. tab. cap. 15.* Roſin. *lib 8. antiq. cap. 6.* † Dictat quippe ratio naturalis, vt quam quiſque legem aliis dixit, ſibi etiam dicere non dedignetur, *toto titulo, D. Quod quiſque iuris, cap. iuſtum 9. diſtinct. cap. cum omnes de conſtitut. l. ſed & partus 2. §. 1. ff. de eo quod metus*, tradit Connan. *lib. 1. comm. cap. 8. numero 3.* Corraſius *libro 3. miſcellan. cap. 25.* vbi illud Zaleuci memorabile referunt exemplum, qui ob violatam caſu legem à ſe latam gladio ſe transfodit, refert etiam Rhodig. *lib. 2. antiq. lect. cap. 19.* & Mendoza
99 *dict. cap. 5. num. 31.* † Indéque Plato *de Repub. libro quarto*, interitum Reipublicæ parari cenſuit, in qua non lex Principi, ſed legi Princeps præeſſet. Quod & Claudian. obſeruauit 4. *conſulatu Honorij verſ. 296.*

*In commune iubes ſi quid cenſéſve tenendum.*
*Primus iuſſa ſubi. Tunc obſeruantior æqui*
*Et populus, nec ferre vetat cum viderit ipſum*
*Auctorem parere ſibi.*

Et Sanazzarus elegantiſ. Poëta *libro 1. epig.*

*Publica nimirum lex tunc ſibi conſtat, & æquum.*
*Imperium Rex cum quod iubet ipſe facit.*

100 Sed explicatione indiget, quod Vlpian. tradit in *dict. l. Princeps 3. D. de legib.* qui noſtræ traditioni aduerſari videtur, dum ait Principem legibus eſſe ſo-
101 lutum. † Cui difficultati reſponſio communiter ea data eſt, quæ placuit Cuiac. *lib. 15. obſeruat. capit. 30.* exiſtimanti Vlpianum accipiendum ſecundum eius legis inſcriptionem, quæ eſt *ad legem Iuliam, & Papiam de caducis*, quæ ſententia prius fuit Harmenopuli, vt notat Mendoza, *dict. cap. 5. num. 29.* Caducariæ autem leges pœnales erant, vtpotè quæ loquebantur de legatis, fideicommiſſis, & inſtitutionibus, quæ per mortem legatarij, ſeu inſtituti ante obitum teſtatoris fiebant caduca, id eſt, cadebant à legatario, & inſtituto, & fiſco applicabantur, *l. vnica. C. de caducis toll.* iunctis traditis ab Oſuald. *ad Donel. lib. 7. cap. 12. littera M.* Quibus ergo legibus ſolutos fuiſſe Imperatores, Vlpianus tradit. Sequitur Morla poſt Mendozam, *dict. cap. 5. num. 31. verſ. cum igitur* quem debebat referre.

102 Verùm ea interpretatio falſa eſt omnino; quia cum *d. l. Princeps* generaliter loquatur, & omnes leges comprehendat, non debet reſtringi ad vnam tantùm legem Papiam caducariam. Neque inſcriptio quidquam proficit: quia potuit aliud agere Conſultus, vel rationem alicuius rei adducens, vel confirmationem.

*Secundò* efficacius conſidero, huiuſmodi priuilegium infauſtum, & ominoſum ipſi Principi exiſtere, cum fructum illius non debeat accipere, niſi mortuus, quod tamen non eſt, ne quidem præſentiendum, *argu. l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram, de verb. obligat.* ibi, *Et caſum aduerſamque fortunam ſpectari hominis liberi, neque ciuile, neque naturale eſt, l. ſi in emptione 34. §. liberum, D. de contrahend. empt.* Præcipuéque apud Romanos, qui maxime ſuperſtitioſi: notat Barthius *ad Claud. lib. 1. in Ruffi. ver. 125.* Quod fuit in cauſa, vt credo, quare qui per ſalutem Principis iurans, periurus erat fuſtibus cædebatur, *l. ſi duo 13. §. fin. D. de iureiuran.*

*Tertiò*, cum caduca fiſco vindicaretur, & fiſcus Principis ſit ſubſtantia, quidnam vtilitatis Caducariæ huius legis ſolutio potuit afferre? Neque difficultatem effugiet, qui dixerit ad populi ærarium caduca referri: nam id falſum eſt, vt indicat ſatis *lex vnic. Cod. de caducis, circa fin.* Rurſus cum hæ leges Caducariæ latæ fuerint ab Auguſto, ad quid ipſe, & ſequentes Imperatores ſolutionem deſiderarunt à populo, cùm plura capita emendauerint, *dict. leg. in princ.*

Denique quia cum dignitatis nomine Imperator inſtitueretur, ſi mori contigiſſet, alius Imperator aderat: quia dignitatis nomen nunquam moritur, & ſic ille caſus caducariæ legis non poterat euenire, iuxta notata à Gloſſ. *per text ibi in cap. quoniam Abb. 14. extra de officio, & poteſt. iud. del.* iunctis, quæ tradit Thom. Sanch. *de matrimon. lib 8. diſp. 27. per tot.* Barboſa *in leg. quia tale num. 40. D ſol. matr.* Morla *in emp. tit. 2. in præmiſ. num. 91. & ſeq* & ita in hoc caſu, quod Principi legatur, ſucceſſori debebatur, non ex ea lege, ſed ex conſtitutione Antonini, *leg. quod Principi 56. cum lege ſeq. D. de leg. 2.* ergo antea fiebat caduca ac proinde Princeps, non erat ſolutus legibus caducariis, vt docet Oſual. ad Donel. *lib. 8. com. c. 28. littera H.*

Vera igitur ad illam legem erit explicatio, vt Prin- 103
ceps legibus ſolutus ſit, quibus teneretur ſi Princeps non eſſet. Cum enim Principi omne imperium, omniſque poteſtas penes populum eſſet, vt *ſupra* diximus, ita eam habuit, vt ſolus ipſe poſſit leges condere, quæ omnes eum comprehendebant, niſi à populo obtinuiſſet, vt legibus ſolueretur. Cum ergo huiuſmodi imperium in Auguſtum populus contulerit lege Regia, eo ipſo legibus eum ſoluit, & voluit vt nullis legibus teneretur ex ea conceſſione imperijque, & poteſtatis abdicatione. Quod ſatis demonſtrat Dio *libro 53.* dum ait Senatum id lege ſanxiſſe Auguſto abſente bellum contra Cantabros gerente, his verbis ex Xilandri verſione: *Aliud porro quoddam ius habent* (Imperatores) *nulli vnquam Romano apertè, & in omnibus rebus conceſſum, legibus enim ſoluti ſunt.* Et de Auguſto iterum, *Ipſum Romani omni legum nexu liberarunt, vt tanquam à ſe pendens, & propriam habens poteſtatem, & ſui ipſius, & legum & quæcunque vellet faceret, & quæ nollet omitteret.* Docet Alciat. & alij relati ab Horoſcio *in d. l. Princeps num. 4.* Pancirol. *dict. lib. 2. variar. c. 5.* † Quare cum 104
iam populus poteſtate priuatus, non potuiſſet Auguſtam legibus ſoluere, tunc Auguſtus ea poteſtate vſus, illi omnia quæ ipſe habet priuilegia conceſſit, *l. ſi Auguſta 57. de leg. 3.* quæ eſt vera interpretatio huius legis reiecta Donelli alia *dict. cap. 28.* & alia ab aliis recepta ad Matrimonij coniunctionem illam referentibus, quæ non datur iam in caduco, cùm eo

tempore

tempore Auguſta ſit mortua. quæ ſanè interpretatio ridicula eſt, itavt confutatione non egeat.

105 Peruenimus eò, vt principium noſtræ legis explicatum maneat (nam plures etiam quæſtiones veluti contractus, & ſimilium, quæ ad Principum poteſtatem pertinent congruenter à Doctoribus *ſuprà* relatis tractatæ ſunt, quos nos repetere noluimus) Nunc autem pergit Vlpianus, & huiuſmodi Principum placita docet, fieri conſueuiſſe per epiſtolam quando in rebus obſcuris, & arduis Magiſtratus, vel alij per libellos Principem conſulebant, quæ reſponſiones ea de cauſa vocabantur epiſtolæ, & reſcripta.

106 † Sic epiſtola Diui Hadriani de qua *in § ſi plures, Inſtit. de fideiuſſoribus, & in l fin. Cod. de conſtit pecu.* & D. Pij, *in l regula 9 §. ſi quis ignorans 5. D. de iuris, & facti ignor l. ſi teſtamento, 49. § 1. de fideiuſſoribus*, Epiſtola D. Seueri, *in l. 1. in princ. de officio Præfecti vigil.* item 20. *§. hac aduerſus 22 de petitione hæred l 1 & per totum. C.*

107 *de diuerſis reſcriptis l ſed addes 9. §. fin. D locati.* † Hinc in iure plerumque legimus loquendi illum modum: *Imperator reſcripſit*, quod idem eſt ac reſpondere, vt patet ex Rebuffo *in conſtitutionibus Gallicis 2. tom tit de reſcriptis.* Tradunt Doctores *in rub. de reſcript.* quod non ſolum ad abſentes, verum & ad præſentes refertur: interpellabantur enim, vt diximus, per libellum Principes, *l. Diuus 33 de re iudicata, l quæſitum D. ad S.C Turp. l libertus 15. de in ius vocando*, Suet. *in Auguſto cap. 53. Tacit lib 4. ann.* ad eos Imperatores per epiſtolam reſpondebant, vel libellis ſubſcribebant, vt docet Connan. *lib 1. com cap. 16 n. 3.* Gotofre *d. in rub. Cod. quando libellus Principi oblatus*, Mendoz. *lib. 1.*

108 *de pactis d. cap. num. 15.* † Quæ reſponſio vocabatur epiſtola, & aliquando forma, vt *in l. 2. Cod. de officio Præfect. Prætorio Orientis, l apertiſſimi 16. Cod. de iudiciis, l. 4 Cod. de locato, l. 4. Cod de iure fiſc lib. 10. l. vnica, Cod. de vend. rer fiſc eo lib l. Diuus 31. D. de admin tut. l inter debitorem 42. D. de pactis, l. forma 4. D de cenſibus, & Nouell. 126. & 161.* Videnda Go-

109 tofr. *in l. vn. Cod. de vendit. rer. fiſc. l. 10.* † Quo ſenſu *epiſtola formalis* dicitur à Suet. *in Domitian. cap 13.* ibi: *Pari arrogantia cum Procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam ſic cœpit Dominus & Deus noſter,*

110 *ſic fieri iubet.* † Ex quo declaratur illud noſtræ legis, *vel per ſubſcriptionem ſtatuit*: nam vt dixi reſcribebant, modo ſubſcribebant in libellis ipſis, vt doctè tradunt Connanus, & Mendoza, & Heroſcius *ſuprà*; à quibus, quæ hîc deſiderantur, petenda ſunt, ne quæ ab aliis rectè ſunt notata, tranſcribam, nam vt Polybius ait *lib. 1. in principio* ibi, *Minimè neceſſarium eſſe putarem, vt de his, quæ rectè, & à multis dicta ſunt, denuò ſermo habeatur.*

## CAPVT II.

### De iuris, & facti ignorantia, de infamia, de anno luctus. Explicatur Vlpiani obſcurus locus *in L. Genero 8. D. de his qui notantur infamia.*

SVMMARIVM.

1 *Exornatur remiſſiuè regula, Ignorantia iuris non excuſat.*
2 *Quid ſit ignorantia?*
3 *Ignorantia non eſt actus voluntatis, & ideo vbi adeſt excuſat.*
4 *Proponitur difficultas* d. l genero.
5 *Freheri, & Anton. Fab. refertur, remiſſiuè, explicatio.*
6 *Expenditur Oſualdi ad eandem legem reſponſio, traditurque maleficia ex voluntate, & affectu diſcerni.*
7 *Conuincitur Oſualdi interpretatio.*
8 *Conatus in delictis ſemper nocet, etſi non ſequatur exitus.*
9 *Crimen exterius demonſtratum per conatum ſubditur legi.*
10 *Voluntas committendi delictum ſpectatur non exitus.*
11 *Vera interpretatio*, d. l. genero, *& de tempore vxoribus dato, vt maritos lugere poſſint.*
12 *Ratio propter quam vidua intra annum luctus nubere non poſſent.*
13 *Infamia notabatur mulier, ſi intra annum luctus matrimonium iniiſſet.*
14 *Vidua parens ſi eam in matrimonio collocaret, eadem infamiâ notatus.*
15 *Verus ſenſus*, d. l genero.
16 *Annus luctus ſemper eſt continuus, & currit ignoranti.*
17 *In luctu nigra veſtes adhibebantur.*
18 *Teſtis habitus qui*, in l. decreto 15. C. ex quib cauſ. infam.
19 *Explicatur Pauli locus.*

IVRIS regula ferè perpetua eſt, ignorantiam iuris nocere; facti vero prodeſſe, *l. 1. & per totum, D & C. de iuris, & facti ignorantia, l. liberorum 11. §. notatur, D. hoc tit l. in bonorum 10. D. de bonorum poſſeſſionibus, l. nunquam 31. cum lege ſequenti, §. 1. D de vſucapionibus, l. ſi à patre 5. & ſequenti, C. de condictione indebiti, l. quandiu 5. cum ſequenti, C. qui admitti, regula ignorantia lib 6. de regulis iuris.* Explicant latè, & exornant Gail. *lib 2. practic. obſeru. 48.* Coſta *integro tractatu de iuris, & facti ignorantia*, Cujacius *ad edictum Pauli lib. 44. in dict. l. 1. & lib. 19. qu. Papinian. in l 2. ff. de iuris & facti ignorantia, & lib. 5. obſeru. c. 36.* Donellus *lib. 1. comm. à cap. 18.* vbi Oſualdus, *& lib. 14. cap. 7. littera X. & lib. 18. cap. 8 littera M & lib. 21. cap. 5. littera D.* Anton. Fab. *de erroribus decade 8. error. 7.* Fachin. *lib. 8. controu. cap. 106. & lib. 10. cap. 11.* Thom. Sanchez *de Matrim. lib. 9. diſput. 31.* Ricc. *4 part. collectanea 593.* 1

& alij, quos longum eſſet recenſere. † Ignorantia autem, ſimplex eſt ſcientiæ priuatio, nullumque ponit actum cognitum, aut iudicium poſitiuum, vt ex Diuo Thom. *1. 2. quæſt. 76. art. 2.* docet Syluester *in ſumma verbo ignorantia*, Coſta *ſupra inſpectione, 80. num. 12.* Menochius *de præſumptionibus lib. 6. præſumpt.* 2

23. † Vnde non eſt actus voluntatis, nam vt rectè ait D. Thom. *ſupra quæſt. 6. articulo 2.* vt actus ita cenſeatur, deſideratur cognitio, ſed ignorantia priuat à cognitione: ergo non eſt actus voluntarius, qui ignoranter eſt geſtus. Ex quo cùm ille, qui ignorat nullam habeat voluntatem, ſequitur, nullum eſſe conſenſum ignorantis, & ideò tranſactio non extenditur ad lites, de quibus non eſt cogitatum, *l. tres fratres 35. ff. de pactis, l. 5. ff. de tranſactionibus*, excuſátque ab irregularitate, quæ ex homicidio proficiſcitur, *cap ſignificaſti 18. de homicidio*, à pœna legis, *l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus*, à crimine ſtellionatus, *l. tutor 16. § contrarium de pigneratitia actione*, & ne quis in edictum incidat corrumpentis album, *l. ſi quis 7. in princ. iuncto §. doli, l ſi familia 9 ff. de iuriſdictione*, à crimine plagij, *l. plagij 14. C. ad legem Fabiam. de Plagiar.* cum aliis adductis à Farinacio *4. tomo criminalium, quæſt. 149. num. 161.* Coſta *ſupra inſpectione 85.* 3

Ex quibus dimanat interpretatio ad obſcurum Vl- 4
piani locum *in l. genero 8. ff. de iis qui notantur infam.*

Vbi

Vbi ſi pater ſciens generum mortuum eſſe, filiam intra annum luctus in matrimonium alij collocauerit, infamia notatur, ſi verò ignorans hoc fecerit, ab ea excuſatur, ne ignorantia puniatur. Quod maximè difficilè eſt: nam ſi pater ignorabat mortuum eſſe generum, & tamen filiam maritabat, multò grauius debuit puniri: quia vult filiam ſuam eodem tempore duobus nuptam eſſe, contra *legem primam*
5 *in fine, D.hoc titulo.* † Quæ difficultas adeò grauis viſa eſt Frehero *de infamibus cap. 17. numero 21.* vt fateatur verbis illis: *cum mortuum eſſe ſciret, nihil ſe magis fuiſſe cruciatum.* Nec melius Antonius Fab. *in rationali ad illam legem,* difficultatem diſſoluit, quem refert, & refellit Oſualdus *lib. 18. Donelli cap. 7. littera C.* Qui in noſtris ſcholis communiter receptus,
6 ita difficultatem adaperuit † Docet Vlpianum *in d. l.genero*, ea ratione procedere, quòd cum maleficia ex voluntate, & affectu diſcernantur, *cap. cum voluntate 54. extra de ſententia excommunicationis, l. verum 39. l.qui iniuriæ 53. ff. de furtis*, cum traditis à Petro Gregorio *lib.30 ſyntagm.cap.2.ex numero 4.* Dec. *lib.9.crim.cap.27.* doctiſſimo noſtro Præceptore Ioanne de Solorzano *lib.2.de Parricidiis cap.36.* Vbi autem ignorantia quid amiſſum eſt, affectus delinquendi apertè deficit, cum è contra ſolus animus facinoris perpetrandi, niſi caſus euenerit, locum pœnæ non facit, *l.cogitationis ff.de pœnis, l.bouem 43. §. 1.de ædilitio edicto, l.1.§.1 de furtis, cap. cogitationis de pœnit.diſt.2.* cum traditis à Solorzano *ſupra cap.6* Menoch *de arbitrar. caſu 350.* licet contrarium non recte tenuerit Cuiac. *lib.8.obſer.cap.22.& lib.15.cap.25.* Coniunctim ergo interuenire debent voluntas,& effectus, *l.fugitiuus 225. de verb.ſignific.* atque ita ſocer vbi ignarus filiam nuptui dedit ab infamia liber erit: nam quando gener verè mortuus eſt, ſocer qui ſuperſtitem eum putat filiam alteri copulando, lenocinium non committit, nec filia duos maritos habet, cum etſi animus ſubſit delinquendi, effectus tamen deeſt, ſicut non dicetur adultera, quæ alieno ſe commiſcet iuſto errore ſuum eſſe putans, nec quæ ſuo ſe commiſcet alienum eſſe putans, legibus ciuilibus punietur. Vnde pater dum falſo generum obiiſſe perſuaſus, filiam alteri locat, vel pari errore cum mortuus vere eſſet, ſuperſtitem tamen eſſe cogitabat, non videtur velle, vt filia duobus eodem tempore nupta ſit. Nam priori caſu animus delinquendi deeſt, cùm ignorabat mortuum, & tranſactum tempus luctus, ſecundo autem deeſt euentus, & delicti materia, cum verè potuerit contrahere, & ea ratione ab infamia liberatur. Quod inſinuat Vlpian. illis verbis, *ne ignorantia puniatur.*

Hæc autem interpretatio mihi placere nunquam
7 potuit. Quoniam non conuenit verbis, *d.l. genero,* vbi I.C. tantùm ait ignorantiam, non debere puniri, & diuinare eſt ibi agi de genero viuo, vt cuilibet le-
8 genti ſtatim patefiet. † Deinde, doctrina Oſualdi falſa, cum conatus ipſe filiam in matrimonio collocandi, ſcientiſque generum eſſe ſuperſtitem nocet, & non eſt excuſabilis, imo ſemper punitur in delictis, etſi non ſequatur exitus, vt docent latè Cuiac. *lib.15.obſeru.dict.cap.25.& in l.1.D.quod quiſque iuris,* Duaren. *ad tit.de pœnis cap.2.* Menoch. *d.caſ.360 & ex noſtris* Anton. Gomez. *3.tom.variar. cap. 3. numero 5.* Couar. *in clement.ſi furioſus 2.parte §.1.num.6.* Azeuedo *in l.1.numero 71.tit.21.& in l.2.tit.23.numero 9 lib. 8. recopil.* Ceuallos *com.contra com. quæſt. 540.* Florez. Mena *lib.1.variar quæſt.18.* Solorzan. *lib.2.de parricid. cap.16.* DD. *in cap.1. de præſumpt.* & omnino videndus
9 Farinac. *4.tom. crim. quæſt. 124. per tot.* † Crimen quippe exterius demonſtratum per conatum, ſubditur humanæ legi, atque ita debuit puniri Couar. *ſupra d.2.part.in princip.num.5.verſ.ſed his.* Nam voluntas in id maleficium quod demonſtrauit conatus tendit directè, & ex parte agentis nihil ad conſummationem defuit, & ex parte voluntatis, quia vult, & quod potuit, ex ſua parte impleuit, atque ita neſcio quomodo ex capite ignorantiæ potuit pater *in d. l genero*, excuſationem prætendere.

Rurſus expendo, *l. Diuus 14. D.ad legem Corneliam* 10
*de ſicariis*, illic: *In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus, leg. 1.§.Diuus, D.eo ibi,& l. qui hominem non occidit, ſed vulnerauit, vt occidat, pro homicida damnandum.* Ex quibus patet voluntatem committendi delictum ſemper ſpectari non euentum. Quod etiam eleganter docuit Seneca noſter *de benef.lib.5. cap. 14.* ibi, *Latro eſt etiam antequam manus inquinet,quia ad occidendum iamiam armatus eſt,& qui habet ſpoliandi atque interficiendi voluntatē.* Exercetur,& aperitur opere nequitia,& *in lib.de Cōſtantia ſapiētis c.7.* ibi, *Poteſt aliquis nocens fieri quamuis non nocuerit. Al quis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam remixtum cibo perdidit: venenum illud dando, ſcelere ſe obligauit, etiamſi non nocuerit. Non minus latro eſt, cuius telum oppoſita veſte eluſum eſt, omnia ſcelera etiam, ante effectum operis quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt*, congruit Apuleius *lib. 4. Flor.* ita fatus *In maleficiis etiam cogita ſcelera non perfecta adhuc vindicantur: cruenta mente, pura manu,* & Iuue. *Satyr. 13.*

*Non ſcelus intra ſe tacitum, qui cogitat vllum.*
*Facti crimen habet.*

Et in Matrimonij coniunctionibus turpibus, id idem ſtatuunt Imperatores, *in l.eum qui 18 C. ad l Iul. de adult.* his verbis. *Eum qui duas ſimul habuit vxores, ſine dubitatione comitatur infamia. In ea namque re non iuris effectus, quo ciues noſtri matrimonia contrahere plura prohibentur, ſed animi deſtinatio cogitatur.* Et I. C. *in l.quid ergo 13.§.cum autem factum, D.hoc tit. & in l.1.D.de extraord crim.* ibi, *Solicitatores aliarum nuptiarum, & matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſint, propter voluntatem pernicioſæ libidinis, extra ordinem puniuntur*, facit *l & ſi 9.D. de adulter.* vbi crimine lenocinij tenetur, qui domum præbuerit, etſi non fuerit crimen admiſſum: notat Farinac *ſuprà num.16.* vnde Oſualdi interpretatio iam corruit, cum eo caſu ſocer culpa, & pœna non careret.

Quare hac damnata explicatione, vt veram ac 11
germanam I. C. mentem adaperiam, conſtituo antiquitùs mulieribus datum fuiſſe annum, intra quem maritos ſuos iam mortuos lugerent, tradit Senec. *epiſt.63 licet alibi de conſolat. ad Heluiam cap. 16.* decem menſes fuiſſe ſcribat. Quod componere tentat *ibid.* Lipſ. *numero 192.* vt hi decem menſes pertineant ad funera parentum agnatorúmve. Malè tamen, cum parentes, & liberi vtriuſque ſexus, & cæteri agnati ſecundùm pietatis rationem, aut animi ſui patientiam lugeantur, *l.parentes 23 ff de his qui notan.infam.* Proinde admitto Reuardum *libro 1.var.cap. 20.* ad annum Romuli decem menſium, hæc referentem, (certum etenim eſt hoc, ex Caſſiodor. *in Chronic.* in principio de Romanis regibus agens) idem tradit Balduin. *ad leg. 2 tab.l.12.n.12* Cuiac *de præſcript & term cap.13. & libro 1 quæſt Papin.in l.fin.D.de his qui notantur infamia,* quem ſequitur etiam Oſuald. *ſuprà*, Connanus *8.comment. cap.7. num.1.& 2.* Briſonius *de iure connubiorum prope finem,* Gothofred. *in l.2. per textum, ibi, Cod.de ſecundis nuptiis, & in l.decreto 15. Cod.hoc tit.* Pancirolus *lib.2.variarum cap.208.* Gutherrius *de iure Manium lib. 3. cap. 28.* vbi quæ differentia ſic inter *lugere, & elugere*, eleganter pertractat. † Rationem huiuſce rei tradidit Vlpianus *in l.liberorum §.1.D. hoc tit.* propter probationem, ſcilicet ſanguinis, id eſt, ſeminis, ne aliàs mortuo priore marito, vxoréque

relicta

relicta prægnante incertum ſit, an huiuſmodi partus poſtea editus, ſit prioris, vel ſecundi, notat Cuiac. *libro 21. obſeruat. cap. 12.* & Gothofred. *in l. conſenſu*, §. *hac niſi 4. littera X. Codic. de repudiis*, ad quod alluſit Ouidius *libro primo Faſt. in princ. verſ. 27.*

*Tempora digereret, cum conditor vrbis in anno*
*Conſtituit, menſes quinque bis eſſe ſuo.*
*Eſt tamen, & ratio Cæſar, quæ mouerit illum*
*Errorémque ſuum, quo tueatur, habet.*
*Quod ſatis eſt, vtero matris dum prodeat infans,*
*Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis,*
*Per totidem menſes, à funere coniugis, vxor*
*Suſtinet, in vidua triſtia ſigna domo.*

13 Quod ſi vxor prætermiſiſſet, infamia edicto Prætoris notabatur, tum propter ſupra dictam rationem, tum propter publicam morum diſciplinam, qua mulierum intemperantia coërcetur; nam religio quidem priori viro debita nuptiarum feſtinatione violatur, *l. 4. Cod. ad Senat. Conſult. Tertil. iuncta l. 1. & per totum, D. hoc titulo, cap. fin. de ſecundis nuptiis*, iunctis iis, quæ ad eius explicationem obſeruant Thomas Sanchez *lib. 7. de Matrimonio diſputatione 87.* Azor. *prima part. moralium libro 3. cap. 20.* Didacus Perez *in l. 5. titulo 1. libro 5. ordinamen.* Molina *de iuſt. 5. tom. diſputatione 8. per*
14 *tot.* † Qua infamia etiam puniebantur parentes, qui eam, quam habebant in poteſtate intra id tempus, quo elugere virum moris eſt, in Matrimonium alij collocauerint, *dict. l. 1. §. qui eam ff. hoc titulo*, vbi ita hoc intelligit Prætor, ſi cum mortuus eſſet iam gener, eum quoque mortuum, iam
15 eſſe ſciret ſocer. † Ex quibus lucet Vlpiani noſtri interpretatio, nam cum hoc Prætoris edictum Iuriſconſultus in hac *l. genero* explicaret, ait merito adieciſſe Prætorem in ſuo edicto, illis verbis: *Genero mortuo*, illa, *cum mortuum eſſe ſciret, ne ignorantia puniatur.* Vnde pater hanc ignorantiam, non eſſe intelligendam circa mortem generi, (nam ille verè erat mortuus, & hoc ſciebat ſocer,) ſed circa tempus mortis, de quo loquebatur Prætor in edicto, ita vt ſit ſenſus: quod cum verè eſſet gener mortuus, ſi tamen iuſto errore ductus ſocer, cogitabat iam annum, quo elugere moris eſt virum, præteriiſſe, cum re vera nondum eſſet præteritus, atque ita filiam ſuam intra annum luctus ignoranter in Matrimonium alteri locaſſet, infamiam locum non habere, ne aliàs hæc iuſta ignorantia puniretur. Indéque merito Præto requirit duo, vt infamis eſſet, & quod gener ſit mortuus, &
16 quod ſciat ſocer, ne ignorantia puniatur. † Quæ interpretatio euidenter ſuadetur *ex verſ. ſed cum tempus*, qui minimè congrueret ſupradictis, nec ſimiliter *verſ. & ideò*, quibus Iuriſconſult. docet non eſſe neceſſariam ſcientiam mortis ad hoc, vt cedat annus luctus, quia ſemper eſt continuus, & currit etiam ignoranti, *obſeruat. cap. 18.* Tiraquell. *de retractu lignag. §. 1. gloſſa 11. numero 21.* Anton. Bardus *de tempore vtil. per totum*, Anton. Gomez. *3. tomo variarum cap. octauo, numero ſecundo*, Menoch. *de recuperan. rem. 1. numero 450.* Cardoſo *in praxi verbo, tempus, numero octauo*, & ideò ait Vlpianus, ſi poſtquam iam annus præteritus eſt, vxor cognouerit mortuum eſſe maritum, eadem die poterit lugubria aſſumere, & deponere, id eſt, veſtes lugu-
17 bres, & atras. † Nam in luctu, & in funeribus Romani candidam veſtem, & togam ſolebant in atram mutare, ornamentiſque auro, & purpura depoſitis, lugubria induebant, & atro amictu vtebantur, Ouid. *lib. 8. Metamorph. de Althea fratrum necem deplorante.*

*Quæ plangere dato mæſtis clamoribus vrbem*
*Implet, & auratis mutauit veſtibus atras.*

Et *lib. 6. de Progn.*

*Induitúrque atras veſtes, & inane ſepulchrum*
*Conſtituit.*

Sic Marcus Craſſus, teſtante Macrobio *libro 3. Saturn. cap. 15.* murenam in piſcina domus mortuam atratus luxit. Notant Tiraquellus *ad Alexand. lib. 3. genial. cap. 7.* Renardus *lib. 1. coniectan. cap. 20.* Martin. del Rio *in Senecam in Hercul. fur. verſ. 625. ad illud.*

*Vnde iſte genitor ſqualet, & lugubribus*
*Amicta coniux.*

Quæ veſtes triſtes habitus dicuntur *in l. decreto* 18
*15. Cod. ex quibus cauſ. infam.* † Et ita intelligo 19
Paulum *libro 1. ſentent. titulo 11. §. 3.* ibi: *Qui luget abſtinere debet à conuiuiis, ornamentis, & alba veſte.* Vnde rectè Blondi ſententiam *lib. 2. de Roma triumphante* reprehendit Hieronym. Magius *lib. 3. Miſcel. cap. 14.* qui in luctu mulieres albis veſtibus viſas eſſe ſcribit. De qua re latè agit Dorleans *ad Tacitum lib. 2. annal. fol. 104. numero 3.* videndus quoque Iacobus Cujacius *lib. 1. queſtio. Papin. in l. fin. D. de his qui notantur.*

## CAPVT III.

Explicatur Papin. *in l. 1. D. de legibus*, & quo modo lex definiatur, coërcitio delictorum, qua per ignorantiam contrahuntur.

### SVMMARIVM.

1 *Proponitur difficultas*, d. l. 1. de legib.
2 *Delicta per ignorantiam commiſſa, dicuntur inuoluntaria.*
3 *Adducitur Ant. Fab. explicatio* ad d. l. 1. *& conuincitur.*
4 *Petri Burgij opinamentum, ad leges Athenienſium Papin. referentis refellitur.*
5 *Cuiacij interpretatio non admittitur.*
6 *Vera interpretatio* ad d. l. 1.
7 *Quando voluntas committendi delictum adfuit, etiamſi per ignorantiam aliter commiſſum eſt, punitur ignorantia.*
8 *Explicantur* l. 45. ff. ad leg. Aquil. l. doli §. ſi quis de ſer. cor. l. 21. §. 2. de furt. *cum aliis.*
9 *Peccata per ignorantiam affectam commiſſa puniuntur.*
10 *Intellectus* ad l. 2. de termino moto.
11 *Quando intelligantur illa verba* dict. l. 1. *communis Reipub. ſponſio.*

Ex iis, quæ ſuperiori capite diximus via munitur explicationi *l. 1. de legibus*, vbi Papinianus definitionem legis proponens, inter reliqua, quæ eiuſdem naturam complent, ait eſſe, *coërcitionem delictorum, quæ vel ſponte, vel per ignorantiam contrahuntur.* Quod etiam D. Auguſtin. docuit *in capit. 15. quæſtione 1.* & Ariſtot. *libro 3. Ethicor. capit. 1.*
† Sed difficilis eſt traditio, cum delicta inuoluntaria cenſeantur, per ignorantiam commiſſa, iuxta iura ſic intelligenda *in l. 4. Cod. de inceſtis nupt.* vbi ſi acriſſimo errore [ ſic lego cum Cuiacio *libro decimo quinto, obſeruat. cap. 13.* ] vir vel fœ- 2

mina ducti contraxerint contra legum præcepta, nihilominus excuſantur, *l. qui in prouincia 57. §. 1. ff. de ritu nupt. l. ſi adulterium 38. §. ſtuprum*, ibi, *Quia multum intereſt errore matrimonium illicitè contrahatur, an contumacia iuris, & in §. inceſtum*, ibi: *Inceſtum excuſari ſolet, vtique, ſi error allegatur, ff. ad legem Iuliam de adulteriis*, docet Farinac. 4. *tom. criminal. quæſtione 149. numero 161.* Ratio eſt, nam vt probauimus ex Diuo Thoma *capite præcedenti*, vt actus cenſeatur voluntarius, exigitur illius cognitio, ſed ignorantia priuat à cognitione; cum conſiſtat in priuatione ſcientiæ, atque ita eſt inuoluntarius, & conſequenter nullum poteſt continere peccatum, cum iuxta Diui Auguſtini ſententiam *libro primo retractat. cap. 15.* Omne peccatum eſt voluntarium, notat Couarruu. *in Clement. ſi furioſus 2. p. in principio n. 1.* Quapropter ignoranti nullus eſt conſenſus, *leg. ſi per errorem 15. ff. de iuriſdict. l. cuius per error. 53. de regul. iur.* iunctis quæ dixi *c. præced. n. 2.*

3 † Vnde obſcurior redditur Pap. *in dicta lege 1.* propter quod Interpr. in varias ſeſe diſtrahunt interpretationes. Anton. Fabr. *in Rat. ad illam legem*, ait accipiendam de ignorantia iuris, quæ non excuſat, vt dixi *cap. 2. numero primo, & ſecundo.* Sed hoc nihil ad rem; nam præterquam quod hæc etiam in criminibus excuſare ſoleat, *l. tutor. 16. §. contrariam ff. de pignor. act. l. plagij 14. Codic. ad legem Fabiam de plagiar. l. 3. §. ſi quis ignorans, ff. ad S. C. Syllan. leg. vulgaris 21. § ſed & ſi 3. ff. de furtis, § ita tamen Inſt. de vi bonor. rapt. l. 1. §. ſi quis ideo, ff. ne vis fiat ei*, adhuc tamen in hoc videtur quoque verſari factum. Et cum Pap. indiſtinctè loquatur, neque ad iuris magis, quam ad facti ignorantiam, reſpexiſſe credendus erit.

4 Nec minus probo opinamentum Petri Burgij *libro primo elector. cap. quinto* aſſerentis, quod cum ex Demoſthene deſumpta fuerit illa diffinitio *l. 2. de legibus*, ad Athenienſes referenda eſt, apud quos delicta per ignorantiam commiſſa puniebantur, vt colligere licet ex *l. aut facta 16. §. euentus, ff. de pœnis*, idque etiam ipſe Demoſthenes docuit *in orat. contra Ariſtocratem*, his verbis. *Igitur lex iubet captum in voluntaria cæde, in quibuſdam definitis temporibus exſulare*, & *in orat. contra Midam*, ibi, *De nocumento leges omnes ſi voluntarius læſerit duplum, ſi vero non libens ſimplam mulctam iubent ſoluere.* Sed hæc merito reiicienda ſunt: quoniam non benè Papinian. diffiniret naturam legis ad mores Græcanicos reſpiciens, cum patrio iure contra obſeruaretur. Neque ferri poteſt Papinianum initio diffinitionum ſuarum attendere ius Græcorum iam ob-

5 ſoletum, ſed ius ſuum. † Neque felicius ſcopum mihi videtur attigiſſe Cuiac. *lib. 1. diffinit. Papiniani in hac l. 1. & lib. 19. obſeruat. cap. 10.* aſſerens illa verba non eſſe accipienda in omni crimine, ſed in eis vbi ignorantia à legibus punitur, vt *in l. qui ædes 9. ff. de incendio, l. 1. ff. de his qui deiecerunt, l. 1. verſiculo demum, Cod. de falſa moneta, l. 2. de termino mot.* cum aliis, quæ refert Accurſ. qui primus hanc interpretationem præſenſit *hic* Gloſſa magna *verſiculo item de delicto*, & ſequitur Bart. Horoſc. & reliqui, & videtur ſentire Caſtro *de lege pœnal. lib. 1. cap. 2. verſiculo aliæ leges circa finem*, dum ait à Papinian. diffiniri ſolam legem pœnalem, neque bonam eſſe definitionem: hoc enim non placet, quoniam delicta ipſo facto æſtimantur *lib. 4. de obligat.* & ideò nihil intereſt, an ignoranter, vel ſcienter contra legem fiat, &, cum legis naturam generaliter nobis proponat Conſultus, non debuit in generali definitione caſus illos particulares comprehendere.

Quare in hac re adeo difficili ego exiſtimabam, 6
Papinianum indiſtinctè loquutum fuiſſe de vtraque ignorantia, tam iuris, quam facti, nam ſi alterutra interueniente delictum commiſſum ſit, lex illud punit & coërcet. † Quòd ita debet intelligi, non quando aliquis deliquit inuoluntariè, ſed quando 7
voluntas committendi delictum adfuit, verum per ignorantiam aliter commiſſum eſt, quam in ipſa voluntate conceptum erat [nam aliàs non diceretur delictum] veluti cum aliquis vellet occidere Titium, ſed per errorem, aut ignorantiam alium occidit: vel ſi factum per ignorantiam fecit, dolo tamen malo, vel aliàs dando operam rei illicitæ: veluti cum furari vellet lapides, & per ignorantiam abſtulerit lapides finales; in his enim punitur actus ſecundum malitiam ſuam, quam delinquens iam agnouit, & ideò ignorantia non habet excuſationem, cùm qualitas ignorata, neque minuat malitiam, neque augeat, nam delictum abſque ea qualitate, quæ ignoratur, perfectam habet criminis malitiam, & voluntarium eſt: quia ignorantia iſta, quæ verſatur in qualitate, non excuſat, cum præualeat quod principale eſt, id eſt, me delictum velle committere. † Quod apertè compro- 8
batur ex iuribus ita intelligendis *in l. ſcientiam 45. in fine, ff. ad legem Aquiliam*, ibi: *Et hoc ſi tuendi duntaxat, non etiam vlciſcendi cauſa factum, l. doli, §. ſi quis dolo, ff. de ſeruo corrupto, l. cum autem 23. §. excipitur ſecundo verſiculo capitalem, ff. ædilitio edicto, l. vulgaris 21. §. ſi quis 2. l. falſus 43. §. qui alienum*, ibi: *Nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius ſit ignoret, ff. de furtis, l. 3. §. itaque leg. cum qui 18. §. ſi iniuria, ff. de iniuriis*, quibus adiunges Giurb. *conſilio 32. numero decimo quinto.* Quia interpretatio ſuadetur ex eo, nam cum *in præſenti* æquiparentur peccata, quæ ſponte, & per ignorantiam contrahuntur, non debet intelligi de illa ignorantia, quæ ſit in ſe inuoluntaria, cum nullum includat peccatum, vt obſeruat Couarruu. *in capite alma Mater, §. decimo, numero decimo tertio, & decimo quarto.* Sed de illa quæ habet admixtam voluntatem, circa actum delinquendi, licet aliter per ignorantiam ſit factum.

† Quâ ratione delicta commiſſa per ignorantiam 9
affectatam, ſeu ſupinam puniuntur, quia in doli ſuſpicionem cadit, qui ignorat quod omnes ſcire tenentur, tradunt Maſchardus *de probation. concluſione 879.* Donellus *dicto libro primo, capite vigeſimo, circa fin.* Gail. 2. *obſeruat. 48. numero decimo quinto*, Thomas Sanchez 1. *tom. Moral. libro primo, cap. 16.*

Vnde venit explicandus Calliſt. *in l. 3. in fin. ff.* 10
*determ. moto.* vbi Diui Hadriani reſcriptum refert contra motores finium, qui per ignorantiam, aut fortuito lapides finales abſtulerint, (de cuius delicti pœna latè tractant, relati à Farinacio *de furtis quæſtione 168. numero 90. cum ſequentibus*, Villadiego *in l. 2. titulo tertio, libro decimo, fori Iudicum*) notanda ergo ſunt illa verba: *Quod ſi per ignorantiam, aut fortuito lapides furati ſunt, ſufficiet eos verberibus decidere*, vbi pœna verberum locum habet, ea ratione; nam cum voluntas tenderet in furtum, quod per ignorantiam commiſſum eſt, non ſolum furtum lapidum, ſed terminus eſt motus: quapropter, & ſi delinquentes, delictum termini moti perpetrare nollent, tamen quia furtum committere attentabant, idcirco termini moti crimine arguuntur: quoniam & ſi ignorantia adfuit, interuenit tamen circa qualitatem delicti, non verò circa ſubſtantiam, & ideo puniuntur. Cuius rei rationem [& ſi multi

multi de pœna huius delicti egerint, quos refert *ſupra*, Farinac. *numero* 101.] vix pauci ſunt aſſequuti. Neque Cuiacius *ſupra dicto libro* 19. *obſeruat. c.* 20. admittendus eſt [ quem ſequitur Gothofredus *in dicta lege* 2. ] inquiens ibi inuoluntaria delicta coërceri, quoniam, & ſi non crimen, culpa tamen quædam in ignorantia fuit, quod falſum eſt, nam crimen adfuit, cum vellent furari, & ideo inuoluntas, licet ſit in qualitate delicti, adhuc tamen voluntas adfuit delicti perpetrandi, id eſt furti, ob idque verberibus coërcentur. Quomodo etiam procedit *l. ſi fortuito* 11. *ff. de incendio & ruina, &c.*

11 † Sed antequam hinc abeamus, explicanda ſunt illa verba noſtræ legis: *Communis Reipublicæ ſponſio*, Quod breuiter, quia ab aliis rectè eſt notatum, attingam, ſcias oportet, in ſtatu populari apud Romanos, varios fuiſſe ritus adhibitos in legibus ferendis, quos commemorant Forcat. *dial.* 2. *num.* 7. *&* 8. & relati ab Oſualdo *libro primo, Donelli capite* 8. *littera C.* Connanus *libro primo, comment. cap.* 13. Roſin. *libro octauo, antiquit. cap. ſecundo*, & eo reſpexit Seneca *epiſtol.* 87. *in fin.* Congregabatur populus, interrogabatur, an lex placeret? Spondebat, ſe obſeruaturum, & iurabat. Sub Imperatoribus lege Regia, quæ de Imperio lata eſt [ cuius meminit *lex* 1. *de conſtitutionibus*, & nos latius explicauimus *cap. primo*, ] inter reliqua ſpopondit populus Romanus, ſe leges à Principe ferendas ſeruaturum. Alio modo Gothofredus vult, ſponſionem hanc interpretari *in l. obligamur* 52. §. *lege de obligat.* quod in legum obſeruationem quilibet ciuium ſpondere, & iurare videatur. Cui congruit *l. Imperatores* 34. *ff. de iure fiſci*, ibi: *Ipſe te huic pœnæ ſubdiſti, l. leges ſacratiſſimæ, C. de legib.*

---

## CAPVT IV.

### Quo tempore ſpectanda ſit habilitas parentum ad contrahendum, vt legitima cenſeatur proles, intellectus *ad l. Paulus* 11. *ff. de ſtatu hominum.*

### SVMMARIVM.

1 *Exornatur remiſſiuè* cap. Tanta. Qui filij ſint legit.

2 *Vt habeat locum deciſio*, cap. Tanta, *neceſſaria eſt habilitas ad contrahendum.*

3 *In fictionibus tranſlatiuis requiritur habilitas extremorum.*

4 *Quo tempore habilitas parentum ad contrahendum inſpiciatur.*

5 *Illud tempus eſſe inſpiciendum, quod ſoboli vtilius fuerit, latè probatur.*

6 *Quæ ſententia defenditur in praxi, & in puncto iuris.*

7 *Iure Ciuili non licuit filiisfamilias abſque parentum voluntate contrahere.*

8 *Si filij ſine voluntate parentum contraherent, Matrimonium reddebatur iniuſtum, & ſi valeret.*

9 *Interpretatio difficilis*, cap. 1. 30. quæſt. 1.

10 *Matrimonij iniuſti proponitur effectus.*

11 *Exornatur remiſſiuè*, l. 1. §. ſi emancipatus, ff. de bonor. poſſ. contra tabul.

12 *Vera ratio* l Paulus, 11. de ſtat. hom.

13 *Expenditur* l. & ſi 6. C. de nuptiis, *& contra Contium eius recepta lectio retinetur.*



14 L. & ſeruorum 5. ff. de ſtat. hom. *cum aliis expenditur.*

15 *Fauor qui datur ad libertatem, & in Matrimonium extenditur.*

16 *Matrimonium Reipublicæ maximè expedit.*

17 *Adducitur* l. Nuper C. de natur. lib. *cum aliis fundamentis contra Sarmentum.*

TANTA eſt vis Matrimonij, vt filij 1
qui naturales erant, vtpotè extra Matrimonium ſuſcepti, ſi poſtea parentes contraxerint, redduntur legitimi, vt docuit Alex. III. *in cap. Tanta, extra qui filij ſint leg.* & Imp. *in l. cum quis* 10. *cum ſequent. Codic. de natural. lib. Auth. quibus modis nat. effic. legit. in princ. collat.* 6. & Alphonſus Rex *in l.* 1. *titulo* 3. *parte* 4. & Imp. *in l.* 12. *Tau.* quæ extat *in l.* 10. *titulo* 8. *libro* 5. *recopilat.* Quæ iura exornant DD. *ibi*, & relati à Cenedo *collect.* 68. *ad Decret.* Azor. 2. *tom. Moral. libro* 2. *cap.* 13. Couarruu *de ſponſal.* 2. *parte, cap.* 8. §. 2. Sarmiento *lib.* 1. *ſelect. cap.* 5. *&* 6. Ceuallos *comm. contr. com quæſtione* 2. *numero* 78. *& quæſtione* 606. Fachineus *lib.* 3 *controu. cap.* 50. *cum ſequent.* Spino *de teſtament. gloſſ.* 15. *numero* 117. Thomas Sanchez *de Matrimonio libro* 3. *diſputatione* 44. Molina *de iuſtitia tom.* 1. *tractat.* 2. *diſputatione* 172. Gutier. *in repet. §. ſui, numero* 191. *de hæred. qual.*
† Ad quod, vt *ſupra* dicti latè tra- 2
dunt, neceſſarium eſt, vt filij ſint nati ex ſoluto, & ſoluta, inter quos potuit contrahi Matrimonium (firmat Panormitan. *in cap. per venerabilem ſuper gloſſ. verb. naturalibus, eodem titul. Qui filij ſint leg.*) & ad illud contrahendum habiles, tum temporis fuerint. Ratio eſt, quia ad inducendam fictionem, requiritur poſſibilitas, ex doctrina Bartol. *in l. ſi is qui, pro empt. numero* 56. *de vſucap.* vbi Iaſon. *numero* 187. Atque ita, ſi tempore conceptionis filiorum adeſſet impedimentum inter parentes, non potuit lex fingere eo tempore eſſe contractum Ma-
trimonium. † Nam in fictionibus tranſlatiuis re- 3
quiritur habilitas extremorum, *à quo & ad quem*, Bart. *ſupra numero* 3. *&* 8. Barboſa *in l. diuortio in princ. numero* 12. *D. ſoluto Matrimonio*, & ideo cum hæc legitimatio procedat ex iuris fictione locum habere non poteſt, cum eo tempore impedimentum conſanguinitatis aderat, vel quia erant coniugati, vel ſimile habebant obſtaculum, *argum. l. bonorum, D. rem ratam*, Docet Panormitan. *in dict. cap. tanta, numero* 9. Gutierr. 2. *pract. quæſtione* 105. *num.* 9.

Ex quo ingens orta eſt inter DD. controuerſia, 4
quo tempore hæc habilitas parentum danda ſit, an natiuitatis filij, vel conceptionis. Quam pertractant Butrius, & reliqui ordinarij *in dict. cap. Tanta*, Caſtrenſ. & Salycet. *in l. ex libera, Cod. de ſuis, & legit.* Sarmient. *dict. cap. quinto, numero duodecimo.* Matienz. *in l.* 10. *titulo* 8. *gloſſ.* 7. Couarruu. *ſupra d.* §. 2. *numero* 2. Auend. *in l.* 11. *Tauri*, Barboſa *in rubr. D. ſoluto Matrimonio* 2. *parte, numero* 110. & alij quos cumulat Fachin. *dict. cap.* 50.
† Sed 5
miror Interpretes in hac quæſtione ſic diuerſos extitiſſe, cum de hac re diſertè à iure ſit conſtitutum *in l. nuper* 11. *Codic. de naturalibus liber.* ibi: *Definimus, vt ſemper in huiuſmodi quæſtionibus, in quibus de ſtatu liberorum eſt dubitatio, non conceptionis, ſed partus tempus inſpiciatur, & hoc fauore fecimus liberorum exceptis iis tantummodo caſibus, in quibus conceptionem magis approbari, infantium conceptionis vtilitas expoſtulat.* Quæ verba clarè docent, tempus partus eſſe expectandum; niſi aliud ſuadeat infantium vtilitas, vt in ſpecie

*l. emancipatum* 7. §. *item Labeo cum ſequentibus D.*
*de Senator.* Atque ita concludunt, illud tempus in-
ſpiciendum, quod ſoboli fuerit vtilius. Idque pro-
bari quoque videtur *in l. & ſeruorum* 5. §. *ingenui l. qui*
*in vtero* 7. *D. de ſtatu homin.* Et apud nos deciſum ex-
tat in *l.* 11. *Tauri*, ibi: *Al tiempo que fueren concebidos,*
6 *ò nacidos.* † Quæ ſententia non ſolum in praxi vera
eſt, ſed etiam in puncto iuris, quidquid alij in no-
ſtris ſcholis reclamitent cum Sarmiento *d. cap.* 5. *n.* 10.
Nam eiſdem non fauet I. C. *in d. l. Paulus* (quia ita
exultat Sarmiento, vt aſſerat ſe mirari contra expreſ-
7 ſum textum Doctores reſpondiſſe.) † Nam pro eius
explicatione præſuppono cum Briſonio *de iure connub.*
*fol.* 71. Connano *lib.* 8. *com. cap.* 4. Cuiacio *lib.* 3. *obſeruat.*
*cap.* 5. Barb. *in l.* 1. 4. *part. numerò* 12. *D. ſoluto.* Pichar.
*in principio Inſt. de inofficioſo numero* 25. Ant. Fab. *in*
*iuriſprud. tit. de nuptiis princ.* 4. Metillo *in expoſitione*
*Iuſtin. in l.* 25. *Cod de nuptiis*, iure ciuili non licuiſſe
filiasfam. inuitis parentibus, & abſque eorum con-
ſenſu contrahere matrimonium *l.* 2. *ff. de ritu nuptiar.*
*princ. Inſtitut. de nupt.* alias enim iniuſtum erat ma-
trimonium, & filij ex eo ſuſcepti *iniuſti* dicti, quaſi
nati ex eo, quod ſecundum legum præcepta, & iu-
ris formam fuit contractum, & ſimiliter *iniuſta vxor*
8 quòd non rite eſſet ducta. † Verum, & ſi hoc ma-
trimonium ius odio proſequebatur, iam contractum
non diſſoluebat, ſed firmum & validum relinqueba-
tur, vt probat *l. ſi vxor* 13. §. 1. *D. ad legem Iuliam de*
*adulteriis* ibi, *legem Iuliam ad omnia matrimonia perti-*
*nere*, vbi lex Iulia tam pertinet ad matrimonia iuſta
ritè, & iuſtè, quàm ad iniuſta, id eſt, quæ non ri-
te, & ciuiliter, vel ritu Romano contrahuntur) his
enim terminis, & vocibus vtebantur Tertullianus *lib.*
2. *ad vxorem*, & Tryphon. *in l filius* 28. §. *ſi quis in fin.*
*ff. de liberis, & poſth.* not. Renard. *lib.* 4. *var. cap.* 16.
*circa fin.*) idem docuit Paulus *lib.* 2. *ſentent. tit.* 19. ibi:
*Eorum qui in poteſtate patris ſunt ſine voluntate eius ma-*
*trimonia iure non contrahuntur, ſed contracta non ſoluun-*
9 *tur.* † Quomodo debet accipi difficilis alioqui deci-
ſio *in cap.* 1. 30. *quæſt.* 5. vbi dicitur non eſſe legitimum
matrimonium, niſi interueniat conſenſus parentum,
quod videtur apertè contrariari iuri Canonico, &
præcipuè Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de refor-*
*matione*, vt explicant laudati à Gutier. *lib.* 1 *Canonica-*
*rum cap.* 20. & *tractat. de matrimon. cap.* 79. Rebello
*de obligationibus iuſtitiæ* 2 *part. lib.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 1. Go-
tofredo *in leg. filius* 25. *de ritu nupt.* Sed intellige, id
eſt, non habeatur ſolemne, & iuſtum, & ſi aliàs va-
leat, vt conſtat ex *cap. fin. in fin.* 28. *quæſt.* 1. & con-
tra eos qui aliud dicunt docet Ceuall. *quæſt.* 604.
*num.* 31.

10 Effectus autem huius rei eſt, quod, & ſi matri-
monium ita contractum validum eſſet, tamen filij
ex eo nati, cum iniuſti reputentur, non ſunt in auo-
rum parentum poteſtate: quod euinco ex *principio,*
*& §. ſi aduerſus Inſtit de nupt. iuncto principio Inſtitut.*
*de patria poteſtate*, dum ſolùm in parentum poteſta-
te illos eſſe docet, qui ex iuſtis nuptiis fuerunt pro-
creati, & inde, cum ad ius ſui neceſſario debeat in-
teruenire patria poteſtas §. *ſui*, *Inſtit. de hæred. qualit.*
*leg. in ſuis* 11. *de libe. & poſth.* neque auo, aut patri ſui
hæredes erunt, itavt preciſè ſint inſtituendi, aut
exhæredandi, *l filius* 25. *D. de ritu nupt.* atque ita
procedit Celſus *in l. cum legitime* 19. *de ſtatu hominum.*
11 † Eoque pertinet in eleganti ſpecie Vlpianus *in*
*leg.* 3. §. *ſi emancipatus ff. de bonorum poſſeſſionibus con-*
*tra tabulas* (de cuius explicatione videndi erunt Bri-
ſonius *de iure connub. pag.* 73. *verſ. proinde minimè.* Cu-
iac. *ſuprà d. cap.* 5. Ant. Fab. *de erroribus decad.* 19. *erro-*
*re* 5. & 6. Fachin. *lib.* 5. *controuer. cap.* 44. Pichardo *ſu-*
*prà* Matienço *in l.* 1. *gl.* 14. *numero* 71. *tit.* 4. *lib.* 5. *reco-*
*pil.*) Et in non minori ſpecie Triphon. *in dict. l. filius*
128. §. *ſi quis.* Alios effectus deſignamus infra *in leg.*
*hac conditio* 10. *de condictionibus, & demonſtrat. & in*
*l.* 1. *D. vnde vi.*

Quibus ita prohibitis, iam patet mens, *d. l. Pau-* 12
*lus*, quæ de huiuſce matrimoniis, inuitis parentibus à
filiisfamilias contractis, accipienda eſt, in quibus ſi
filij mortuo auo naſcantur, licet à morte eiuſdem
matrimonium incipiat eſſe iuſtum, *d. l. filius*, §. *ſi*
*quis*, *l. nuptiæ* 18. *l. ſi quis in ſenatorio* 27. *l. ſi Senatori*
31. *ff. de ritu nupt.* ex tempore tamen conceptionis,
iuſti non reputabuntur. Ratio verò eſt nam cum ta-
le matrimonium, tunc temporis fuerit à iure repu-
tatum, non potuit retrotrahi natiuitas filij, ad tem-
pus conceptionis, quo tempore aderat impedimen-
tum prohibitionis paternæ, ac proinde cum fictio
legitimitatis ſemper debeat habere poſſibilitatem: vt
*ſuprà* diximus, *numero* 2. & ſi morte aui legitimus
fiat, & iuſtus filius, non tamen erit ità cenſendus
ex tempore conceptionis. quia impedimentum illi
obſtabat, id eſt, prohibitio patris, & fictio ad illud
tempus reduci non poterit, vnde rectè dixit Paulus
filium ex quo conceptus eſt, iuſtum non videri, ſed
ex natiuitate, quia ex eo tempore incipit matrimo-
nium reperiri ſine impedimento. † Quæ interpre- 13
tatio (relictâ aliâ ratione Connani *d. cap. numero* 6.)
eleganter ſuadetur ex *l. etſi contra* 6. *Cod. de nuptiis*,
vbi ſi matrimonium fuerit contractum contra leges
ab iis, qui Prouinciam regunt, ſi tamen poſt depo-
ſitum officium, in eadem voluntate perſeuerent, li-
beri poſtea ſuſcepti, & nati legitimi, & iuſti erunt.
Quo loci verbum, *ſuſceptos*, idem ſignificat ac *con-*
*ceptos*, aliàs enim ſuperfluum eſſet verbum, *natos*, vt
conſtat ex *l. ex facto* 17. § *facto* 5. *D. ad trebell.* (neque
neceſſe eſt, cum Græcis interpretibus, quos ſequi-
tur Concius *lib.* 1. *lectionum cap.* 7. loco vocis *ſuſceptos*,
reponere *conceptos*, cum id ſatis ex ſerie litteræ con-
ſtat, & aduertit Cuia. *lib.* 13. *obſeruat.* 25. & Goto-
fred. *ibi.*) Vnde notandum eſt, filios poſtea conce-
ptos iuſtos reputari: ergo ſi antea concepti eſſent
iuſti, non reputabuntur, iuxta ſpeciem *d. l. Paulus*,
cuius rei exemplum poteſt apponi; ſi Pontifex diſ-
penſaſſet, vt matrimonium inualide contractum pro-
pter impedimentum, id iterum ineatur, certum eſt
eam diſpenſationem non porrigi, vt proles antea na-
ta aliquomodo legitimetur, vt docet Thomas San-
chez *de matrimon. lib.* 8. *diſputatione* 7. *numero ter-*
*tio, &* 18.

Deinde pro opinione Sarm. quam *ſuprà* adduxi- 14
mus, non facit quod confingunt: ſcilicet hanc no-
ſtram quam tuemur ſententiam, non probari *in d. l.*
*& ſeruorum*, cum ſimilibus: quia in eis agitur de ſtatu
filiorum quoad libertatem, vel ſeruitutem in quo ſe-
quuntur matris condemnationem, *l. partum* 7. *C. de*
*rei vind. l.* 4. *Cod. de liber. cauſ.* §. *ſed etſi quis Inſt. de inge-*
*nuis*, & quod fauore libertatis inductum fuit, vt
tempus illud inſpiciatur, quod fuerit vtilius, Pichar.
*in l.* 3. *numero* 93. *Cod. de murilegul. lib.* 11. Othman. 4.
*obſeruat. cap.* 3. non debet ad matrimonium referri.
† Hoc enim non obſtat, quoniam fauor, qui in li- 15
bertate animaduertitur, idem in matrimonio & le-
gitimitate debet admitti, cum & libertatis, & ma-
trimonij fauor ſoleat æquiparari, *cap. fin. extra de re*
*iudic.* ibi, *niſi ex cauſa fauorabili, vt puta matrimonio &*
*libertate.* † Matrimonium quippe maximis afficitur 16
priuilegiis, cum conueniat Reipublicæ illud frequen-
tari, vt ſic abundet liberis, & legitimis prolibus,
& ciuitates legitimis hominibus repleantur: vt lo-
quitur eleganter Pomp. *in leg.* 1. *ff. ſol. matr. l. hoc*
*modo* 4. *de cond. & dem. l. cum ratio*, §. *ſi plures ff. de bon.*
*damn. leg.* 1. §. *& generaliter*, *ff. de ventre in poſſ. mit.*

iuncto

*iuncto dict. cap. tanta.* Ob idque maximè cura fuit Reipublicæ ſapientiſſimis gubernatoribus, præmiis, & honoribus homines ad matrimonia frequentanda allicere, vt *alibi* dicemus, & tradunt Duaren. *lib.* 1. *diſputat. cap.* 40. Connan. *lib.* 8. *comm. cap.* 1. Pichard. *in* §. *ſed ſi vxori* 16. *numero* 22. *inſtit. delegat.* Gutier. *libro* 2. *can. cap.* 25. & conſtat ex elegantiſſ. Auguſti oneratione contra cœlibes apud Dionem *lib.* 56. *hiſt.* congruitque Reipublicæ, vt liberi legitimi ſint: nam baſtardi, & ſpurij infames reputantur, & incontinentiæ paternæ hæredes, obſeruat Tiraquel. & alij multi quos longâ manu congeſſit Cenedo *collect.* 14. *ad Decretum*, & probat Bonifacius Martyr. *in cap. ſi gens Angelorum* 10. *diſtinctione* 56. ibi: *De tali commixtione meretricum æſtimandum eſt, degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos.*

17 Neque admitti debebit, quod cum Sarmiento, & Connano *dict. libro* 8. *cum cap.* 4. *numero* 6. aliqui ex noſtris æſtimarunt, docentes, *dict. l. Nuper*, editam eſſe nouè à Iuſtin. cum contrarium antea obſeruaretur ex *dict. l. Paulus.* Nam id minimè ex illa colligitur, ſed cum antea in diuerſas ſententias ſuper hoc articulo Iuriſconſult. diſtraherentur diffinitionem propoſuit, vt probatur illic: *Et quod ſuper huiuſmodi caſibus variabatur, diffinitione certa concludimus.* Quæ verba non tam nouam deciſionem, quàm in re controuerſa, & varietate ſententiarum, certam diffinitionem demonſtrant. Neque ad rem facit, dicere cum eodem Sarmiento *ſupra num.* 11. hanc materiam non eſſe ampliandam in fauorem horum filiorum, cum in peccato ſint concepti. Quia ſi hoc attenderetur, nullus extra matrimonium ſuſceptus filius legitimandus eſſet per ſubſequens contra *d. cap. Tanta.*

---

# CAPVT V.

## Vera concordia *l.* 1. *Cod. Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſ. cum l. fin.* §. 1. *ff. Quis ordo in bonor. poſſeſſ.*

### SVMMARIVM.

1 *Si filiofamilias bonorum poſſeſſio deferatur, ſi non petat, eam amittit.*

2 *Filiusfamilias non poteſt repudiare hæreditatem ipſi delatam, in patris præiudicium.*

3 *Filiusfamilias, non poteſt patri nocere, ſed prodeſſe, & proponitur difficultas ex l.* fin. §. Quæri poteſt. D. quis ordo in bon. poſſ.

4 *Adducitur Giphanij interpretatio ad* l. 1. C. quæ admitti.

5 *Reprobatur.*

6 *Alia proponitur in ſcholis noſtris recepta, & refellitur.*

7 *Quare bonorum poſſeſſio amittatur patre ignorante, vera ratio expenditur & explicatur littera* l. 1. C. qui admitti.

8 *Agitur de vero intellectu*, l. ſeruus 7. §. fin. D de bon. poſſ.

9 *An filius poſſet patris deteriorem facere conditionem?*

10 *De ratione agitur quare filius ignorante patre poſſit petere bonorum poſſeſſionem, non verò adire hæreditatem, ad intellectum*, l. is qui 13. §. fin. D. de adquirend. hæred.



11 *Agitur de interpretatione*, d. l. fin. §. quæri, D. quis ordo.

12 *De tempore à Pratore præfinito, intra quod agnoſcatur bonorum poſſeſſio.*

13 *Filiofamilias currunt dies agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis, à die ſcientiæ non ſolum, verùm & à die quo potuit patrem certiorare, ex Giphanij, & Donelli interpretatione.*

14 *Reiicitur hæc interpretatio latiſſimè.*

15 *Commendatur difficultas*, d. l. 1. C. qui admitti, & d. l. fin. §. 1. D. Quis ordo.

16 *Vera affertur ad ea iura explicatio.*

17 *Filius excluſus à bonorum poſſeſſione, poteſt ex alio capite ſuccedere.*

SI filiofamilias bonorum poſſeſſio de- 1
lata eſt, & eam intra legitimum tem-
pus non petierit, illam amittit. Hoc
apertè ſtatuunt Imperatores, *in l.* 1.
*Cod. qui admitti*, & quamvis alias, ex
eadem conſtitutione Doctores deducant concluſio-
nes, vt conſtat ex Saliceto, Ioanne Igneo, & reli-
quis, veram omiſerunt, id eſt, *ſupra* dictam. Ita
fatetur Caſtrenſis, Corneus, & Giphanius ibi. Illa
enim verba, *cum ignorante quoque patre*, vſque ad
illa, *pater habuerit*, quaſi in parenteſim quandam
coacta cenſenda ſunt, cum ibi principalis deciſio-
nis rationem proponant Imperatores. † Sed ob- 2
ſtant ſtatim filiumfamilias non poſſe repudiare hæ-
reditatem ipſi delatam in patris præiudicium, *l. is
qui hæres.* 15. §. *fin. de adquirend. hæredit. l. fin. Codic.
de bonis quæ liberis*, ergo neque tacitè poterit, *ar-
gumento l.* 3. *ff. certum pet.* lapſus autem termini
tacitam inducit repudiationem. *l.* 1. *Codic. de in in-
tegrum reſtitutione, l. bonorum* 24. *ff. rem ratam.*
† Et certum eſt filium patri poſſe prodeſſe; non 3
nocere, *l. per quos* 59. *l. contra* 28. §. *fin. ff. de pactis,
l. penult. ff. depoſiti, l. filius* 22. *ff. de ſolut. l. me-
lior* 133. *de regulis iuris, l. filium* 23. *Cod. de pactis.*
Quod in difficili ſpecie probat Marcianus *in l. fin.*
§. *quæri poteſt* 1. *ff. quis ordo in bonorum poſſeſſione*,
vbi ſi filiusfamilias neglexit petere bonorum poſ-
ſeſſionem abſente patre, quem certiorare non po-
tuit; vel ſi exiſtat furioſus ipſe pater, non amittitur
bonorum poſſeſſio.

Quæ difficultas àdeò grauis eſt, vt Interpretes 4
non ſatis rationem horum iurium fuerint aſſe-
quuti, & in primis relictis antiquorum ſententiis,
Giphanius *in dict. l.* 1. ait, eius rationem proce-
dere: quia nihil poteſt eſſe in contrarium. Quod
enim dictum eſt, filium non poſſe deteriorem con-
ditionem patris facere, intelligendum eſſe in re iam
quæſita, at nos non agere niſi de bonorum poſſeſ-
ſione, quæ delata eſt, non vero quæſita, *l. delata*
151. *de verborum ſignificat.* in qua re filius, non
nocet patri, quod acquirendi occaſione non vta-
tur, *l.* 6. *cum vulgatis, ff. quæ in fraudem cred.* quia
non mutat in deterius, neque in melius conditio-
nem patris, cum filius non petit bonorum poſſeſ-
ſionem, cum diuerſum eſt detrahere. Ita etiam
ratiocinatur Donellus *in opere poſth. ad dict. l.* 1.
*pag.* 28.

Verùm mihi non placet, hæc obſeruatio quo- 5
niam adhuc vrget difficultas, *dictæ legis is qui hæres*,
§. *fin.* vbi adhuc non fuit quæſita hæreditas, &
tamen abſque patre repudiari nequit. Deinde non
ſatis explicat mentem Imperatorum, qui aliam ratio-
nem tradiderunt, ſcilicet *cum ignorante patre poſſet
peti*, neque ex ea obſeruatione ſatisfactum maneat,
*dict. l. fin.* §. *quæri poteſt.* † Neque admitto aliam 6
rationem in noſtris ſcholis admiſſam, ſcilicet Præ-

torem duplici ratione motum introduxiſſe hanc bonorum poſſeſſionem, quas tradit Iuſtinianus *in § cum igitur Inſtit de bonorum poſſeſſ.* quæ cum militent etiam in filiofamilias neque ſpecialitatis aliqua ratio in eo detur, merito dicitur *in d.l.1. amitti bonorum poſſeſſionem.* Hoc enim eſt, quod quærimus cur filio omittente bonorum poſſeſſionem patri præiudicetur, cui filij negligentia non debuit eſſe damnoſa iuxta ſupradicta *num.2.*

7 Quare exiſtimo veram rationem, *dict. leg.1.* aſſignari *in verſic.cum ignorante*, vt ſcilicet ea ratione amittatur bonorum poſſeſſio patre ignorante: quia eo etiam ignorante: peti poteſt, itavt validum ſit argumentum; ſine eius ſcientia poteſt filius petere ſibi delatam bonorum poſſeſſionem, neque patria poteſtate impeditur: ergo merito contra eum debet currere tempus petendæ bonorum poſſeſſionis. Scientia alterius, neque ignorantia, alteri neque nocet, neque prodeſt, *l.3.§.1.ff.de tributoria,l.5.ff.de iuris,& facti ignorantia, l. non ſolum 22. §. ſi plures de liberali cauſ.l.fin ff. quibus ad libert l.ſi non 6. §. ſi pupillus ff. de bonis auctorit. iudicis.* Vnde ſi pater ſciat, filio eſſe delatam poſſeſſionem, filius autem ignoret, nondum filio tempora procedunt, *l.3.ff.quis ordo.* Contra vero ſi pater ignoret, filius autem ſciat, tempora procedunt, vt *in d.l.1.* Ratio eſt, quia filius eſt hoc caſu principalis perſona, vtpote cui defertur bonorum poſſeſſio, principali verò perſonæ ſcientia alterius, quam ſua non nocet, item neque alterius ignorantia prodeſt, *l.in huiuſmodi 12 ff.de contrahenda emptione*, eſt autem principalis perſona, is, qui actum celebrat non vero cui acquiritur. Et hoc eſt, quod dicitur *in d.l.1.cum ignorante quoque patre poſſet peti*, id eſt, cum ignorantia patris neque retardet petitionem, neque ob illam impediatur filius, obſeruat Cuiac. *tractat. 8. ad Africanum in l. cum mancipium, D.de Ædilitio edicto*, & in recitationibus ad *d.l.5.de iuris, & facti.*

8 Neque obſtat difficilis *l.ſeruus 7.§.fin. D.de bonorum poſſeſſio.* vbi ſi pater ſcit, ex eo die currit tempus: ergo eodem modo ſi ignorauit, non curret. Cui difficultati ſatisfacere tentat Cuiacius *lib. 4. obſeruationum cap.8.& lib.15.quæſt.Papiniani in l.1.ff.de bonorum poſſeſ. furioſo, &c.* aſſerens ſuppoſititia eſſe illa verba, *aut pater*, quem ſequitur Gotofredus, *ibi, & in l. 2.Cod.qui admitt.* Sed hæc in noſtris ſcholis nunquam recipiuntur, minus amplector Pacij ſolutionem *centuria 6.quæſt.73.* quam antea tradiderant Accurſ. *ibi*, & Caſtrenſis *in d l.1.numero 7.verſ.aduerte.* Reſpondendum itaque exiſtimo *in d.§.fin.* ea ratione dies currere patri: quia filius erat emancipatus, & pater tutor legitimus, iuxta *princ.Inſtit.de legitima parentum tutela.* Quod apertè euincit æquiparatio ſcientiæ tutoris, & patris *in §. antecedenti*, cuius retento themate *in dict.§.fin.* ait Conſultus dies cedere, quibus pater ſcit: nam ſi tutor ſciat pupillus ſcire intelligitur, ita vt eius ſcientia noceat, vel proſit pupillo circa bonorum poſſeſſionem, & alias cauſas, *l.3. §.fin.cum l.ſequenti, ff.de tributoria, l.non ſolum 22.§. ſed ſi D. de liberali cauſ.l.4 §.ille etiam 23. D. de doli exceptione*: ergo cum æquiparetur tutoris, & patris ſcientia, iuxta vnum, eundemque caſum accipiendum eſt: quia vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, pariformiter determinat, ex vulgata, *l.4. de vulgari.*

9 Vnde non obſtant rationes *ſupra* adductæ *num. 2.* nam non eſt generaliter verum, filium deteriorem facere poſſe conditionem patris, vt docet Petrus Faber *in l. ſecundi naturam 10.& in l.133. de regulis iuris*, Cuiacius *in dict.l.§.de iuris & facti*: & id non habet locum, quoties filius eſt principalis in negotio, *l. ſecunda de litigioſis, l. imo 16. ff. de liberali cauſ. l.1. §.ſi ſeruus, cum ſequentibus, ff. pro emptore, l. mancipium 51.ff.de Ædilitio edicto.* tunc enim ipſi, vel proſunt, vel nocent, vt in exemplis illorum iurium demonſtrant conſulti. † Neque contrarium 10
erit, quod ait *dict.l.is qui 13. §. fin. ff. de acquirend. hæredit.* vbi filius non poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam: aliàs autem ſi repudiat, non nocet patri: ergo conſequenter, nec repudiando bonorum poſſeſſionem, atque ita ſi repudiatio patri non nocet, ita nec negligentia, aut ſilentium in ea admittenda. Nam reſpondeo repudiationem, & ſilentium non rectè comparari, cum ideò repudiare filius non poteſt hæreditatem: quia neque acquirere poteſt, eius eſt repudiare, cuius & acquirere *l. is poteſt cum aliis, de acquirenda hæreditate*, at in bonorum poſſeſſione excluditur filius, non petendo: quia iure eam petere potuit, etiam ignorante patre, adire autem ſine eo non poteſt, *l. qui aliena 6. ff. de adquirend. hæredit.* de cuius differentiæ ratione latè agit noſter Anton. Pichard. *in §. quos autem num.30. Inſtit. de bonorum poſſeſſione, & in titul. de acquirend. hæredit. cap.14. numero 4. & 36. & cap. 15. num. 51.* Anton. Faber *in Iuriſprudent. titul.11. princ.7. illat.9. circa medium, & lib.7. coniect. cap.11.* Donell. *lib. 7. comm. cap.6.* vbi Oſuald. Giphan. *in dict.l.1.Cod qui admitti.* Vnde cum in bonorum poſſeſſione ſolus filius poſſit acquirere, poterit æquè acquirere ſine voluntate patris, docet Donellus *in dict. l.1. pag.19.*

Ex quibus fit locus explicationi, *d. l. fin. §. quæri poteſt.ff. quis ordo*, vbi ſi pater exiſtat abſens vel furioſus, ita vt ſi non potuerit à filio certiorari, ſi tempus petendæ bonorum poſſeſſionis præterierit, adhuc peti poterit. † Pro cuius explicatione præ- 11 12
ſuppono: ne bona hæreditaria diutius, & ſine Domino iacerent, & creditoribus longior mora fieret, tempus à Prætore definitum eſſe, intra quod vel agnoſcant, vel repudient hæredes. Liberis & parentibus in honorem ſanguinis, annus eſt datus, aliis vero perſonis centum dies, *l.1. ff. de ſucceſſorio edicto, §. cum igitur, & ſequentibus Inſtitut. de bonor. poſſ.* explicant relati à Pichard. *ibi*, Duaren. *ad tit. de bonor. poſſeſſ. cap.6.* Donellus *lib.7. comment. cap.14.* Cuiac. *lib.18. digeſt. Iuliani in l. ſi cohæredi, ff. quis ordo, & lib.44. Paul ad edict. in l.1 ff.de iur. & fact.* Hoc autem tempus vtile eſſe debet non continuum, *l.2. ff. quis ordo, l.2. C. qui admitti §. in petenda Inſt. de bonor. poſſeſ.* id eſt, illud computetur, in quo ſciuit, & potuit admittere bonorum poſſeſſionem. † Vnde ad dictam difficultatem reſponderi ſolet, quod cum ij dies petendæ bonorum poſſeſſionis ſint vtiles, filiofamilias currunt, non ſolum à die ſcientiæ, id eſt, ex quo ſciuit delatam ſibi eſſe bonorum poſſeſſionem, verùm & à die quo potuit patrem certiorem facere, ita vt hæc duo concurrere debeant, & ſcientia filij, & certioratio patris: aliàs non currit tempus. Ita tradit Giphanius *in dict. l. 1. circa med.* & Donell *pag. 25.* & ante eos docuerat Accurſ. *verbo tranſacto tempore, verſ. ſed quando,* quem ſequutus eſt Caſtrenſis *numero ſeptimo*, Salicetus 18. Corn.31. Guid.Papa 2.*in fin.* & ferè omnes *in dict.l.1.* 13

Verùm hæc explicatio ſuſtineri non poteſt ad *dict. l. 1.* ex qua diſertè pater tranſacto tempore bonorum poſſeſſionem filiofamilias amitti, etiam patre ignorante, cum eo quoque ignorante poſſit peti: non ergo eſt neceſſaria certioratio. Deinde, quia cum filius ſit perſona principalis in petenda bonorum poſſeſſione, vt diximus, eius ſola ſcientia expectari debet, non certioratio patris, à 14

quo

quo argumento non ſe ſat's liberat Cuiacius *ad tit. Cod. qui admitti verſ. & verò tempora notanda.* Rurſus, quia Marcianus *in dict. l. fin. §. quæri poteſt*, ait filio non currere tempus, ſi pater exiſtat furioſus: quia eum non poteſt certiorare, & tamen illo caſu poteſt adire hæreditatem, tanquam ſi paterfamilias eſſet, vt idem I. C. notat *in l. cum hæres 52. ff. de acquirend. hæred.* circa quod interpoſuit ſuam beneuolentiam Diuus Pius: quia aliter hæreditas adiri non potuit, attamen cum eam non interpoſuerit in bonorum poſſeſſione, apertè indicat, non fuiſſe neceſſarium: quia patre furente poterat aliqualiter peti, vt notat antiquus Goffredus *in dict. §. quæri poteſt.* Vlterius ſi *ſupra* dicta interpretatio eſſet vera, ſequeretur, quod filius ſine ſcientia patris, ſaltem non poſſet agnoſcere: nam ſi concurrere debet cum eius ſcientia certioratio patris, conſequens eſt vtramque debere concurrere, quod tamen apertè negat idem Marcianus *in eadem l. fin. in princip.* vbi filius poteſt petere, antequam patrem certioret: nam quod ibi dicitur non currere tempus, non eſt intelligendum reſpectu filij, qui iam agnouerat, ſed reſpectu patris, qui nondum ratum habuerat, iuxta ea quæ dicemus *inferius.*

Vltimò corruit ſupradicta expoſitio, quia ſi certioratio deberet concurrere cum ſcientia filij, ſequeretur quod in voluntate eius poſitum eſſet, vt plures dies, quàm centum darentur, cum in ſua poteſtate filius haberet patrem illico, vel poſt eoſdem certiorare; cum tamen certum ſit, hos dies reſpectu patris, ita currere vt intra eos comprobet, vel ratam habeat bonorum poſſeſſionem, ita vt ſi non ſit certioratus, dies eidem non currant, *d. l. fin. in princip. l. bonorum 24. ff. rem ratam.*

15 Quare in hac difficultate, quæ diu me torſit, & doctiſſimos viros exercuit adeò, vt vſque in hunc diem nulla ſolutio, quæ plauſibilis ſit ab aliquo, quem viderim, niſi præcedens, fuerit aſſignata (imò Gratianus *lib. 2. de conciliatione legum num. 17.* relatus à Genoa *in antinomiis circa finem, fol. mihi 470. numero 79.* aſſerit expreſſam eſſe inter hæc iura antinomiam, quam ipſe Genoa cæcus non agnoſcit;
16 nec doctus diſſoluit. † Exiſtimabam, *in dict. §. quæri poteſt*, à Marciano quæſitum fuiſſe, an ſi filius petere neglexit bonorum poſſeſſionem, patre ita abſente, vel furioſo, vt certiorari non poſſit, & ita tempore fuerit excluſus filius, an amplius peti potuerit bonorum poſſeſſio. In qua dubitatione ait peti poſſe. Ratio dubitandi fuit, tempore excluſum filium fuiſſe, patrem vero non poſſe agnoſcere ex ſuo capite, vt patet: ergo amplius peti non potuit. Eâ non obſtante ratione, Marcianus aſſerit amplius peti poſſe, neque filio nocere eandem non fuiſſe petitam. Quod tamen generaliter non eſt intelligendum iuxta ſpeciem noſtram, ſed iuxta caſum, in quo euenire poterit, vt peti amplius poſſit.
17 † Caſus autem erit, quando filius in poteſtate, excluſus à bonorum poſſeſſione ſibi delata, ex alio capite vult ſuccedere, quo caſu rectè poterit ſibi ipſi ſuccedere, atque ita petere, vt probatur *in l. 1. §. quibus 10. cum ſequent. ff. de ſucceſſ. edict. l. 2. §. ſi mater 10. ff. ad S. C. Tertul. l. 1. § fin. ff. vnde legitimi.* Quâ ſpecie attentâ procedit Iurſc. *in dict. §. quæri*, vt dicant illa verba, *an peti amplius non poſſit*, quaſi interrogaret; an bonorum poſſeſſio, iam excluſo per tempus filio, & conſequenter excluſo quoque patre, iterum peti potuiſſet. Reſpondit non nocere, quod non petierint, id eſt, petere poterunt. Hoc tamen, non ex eo gradu, ex quo primum ei delata eſt bonorum poſſeſſio, ſed ex alio. Neque obſtat, quod iam excluſo filio, pater etiam fuit excluſus, vt poſſet ratam habendo bonorum poſſeſſionem ſibi acquirere: atque ita nullius momenti indicaretur talis petitio, cum etſi filius petere poſſet, non tamen pater comprobare potuiſſet, cui illud ius iterum ratum habendi, videbatur non competere. Nam reſpondendum eſt, hoc nihil nocere, ſiquidem pater, cum certior factus non ſit adhuc eidem ad ratum habendum, nondum currit tempus, quia etiam quamvis petita fuiſſet ex priori caſu, non antea acquiretur quam ſi pater comprobaſſet. Quæ interpretatio apertè conuenit verbis *dicti §. quæri*: nam titulus ille ſub quo iacet, ad ſucceſſorium edictum pertinet, & illius pars eſt, in quo primo loco vocantur ſui hæredes, ſecundo legitimi, tertio proximi cognati, *l. 1. §. fieri, l. 4. §. filius, ff. quis ordo*, vbi filius admitti poteſt, vel tanquam agnatus: ergo euidenter Marcianus loquitur, quando ex cauſa inteſtati, filio defertur bonorum poſſeſſio, & non admiſit, deinde ex alio capite vult admitti. Quod denotat illud verbum, *amplius*, id eſt, an iterum peti poſſit? Quod cum in filio tanquam certum præſupponeret, in patre dubitabilius fuit, qui iam videbatur excluſus à iure ratum habendi, ſed id non obſtare ait: quia etſi iam fuiſſet à filio agnita bonorum poſſeſſio, adhuc tamen pater non certioratus, vel furens, nondum comprobaret, atque ita nondum adquiſiiſſet, & conſequenter nondum erat excluſus, cum certioratus non eſſet, vel ita furens, vt in *d. l. fin. in princ.*

## CAPVT VI.

Speciem quandam ſeruitutis eſſe, ne ab aliquo loco recedere liceat, donatur varia ſupellectile, Papinianus *in l. Titio centum 71. §. Titio centum el. 2. de cond. & demonſtrat.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio Mutiana, quæ ſit, & de eius tractatu, qui ſcripſerint remiſſiue.*
2 *Aliquando cautio Mutiana remittitur, libertatis fauore.*
3 *Quam maximus ſit fauor libertatis.*
4 *Papin. traditio* in l. Titio centum, §. Titio centum el. 2. *ratione exornatur.*
5 *Aliis conſiderationibus adſtruitur, ex ſepulchrorum ædificiis petitis.*
6 *Sepulchra olim ita ampla, vt habitationes continerent.*
7 *Quod non ſolum apud Ægyptios, & alias nationes, ſed apud Romanos.*
8 *Vnde euenerit conditio illa teſtatorum, vt monumentum hæredes illis extruerent.*
9 *Monumenta tectoriis, & porticibus vallata.*
10 *Cuſtodes ſepulchris adhibiti.*
11 *Conditio à monumento non recedendi, perpetuam ſeruitutem inducit.*
12 *Serui, adſcriptitij, & metallarij, & murilegili dicti quamvis eſſent liberi, & de eorum conditione, & natura.*
13 *Conditio illa*, ſi à monumento meo non recedat, *non habet locum, in ingenuis, ſecus in libertis.*
14 *Huius traditionis differentiæ ratio.*
15 *Liberti officio Iudicis compelluntur, agnito legato, obſequi teſtatoris voluntati.*

16, L.pen.C.de oper.liber. & l.hæ demum, D. eod. *explicantur, & n.17.*
18 *De conditione* , ſi in illa ciuitate moretur.
19 *Qui ab aliquo loco non poteſt diſcedere,non intelligitur liber.*
20 *Seruus poteſt carcere perpetuo contineri.*
21 *An valeat pactum,de morando in aliqua ciuitate? &* n.31.
22 *De intellectu Odofredi ad* dict. §. Titio centum,*&* n.28.
23 *An per contractum , potius quam per legatum, poſſit ius libertatis infringi? &* n.25.
24 *Homo liber in pignus dari non poteſt.*
26 *An quis ſe venundare poſſit ?*
27 *Pacto quis ſe poteſt facere adſcriptitium.*
28 *Refertur Bar opinio aſſerentis cautionem de qua* in d. §.Titio,*eſſe vanam*,& n.29.
30 *In conditionibus ſolum inſpicitur voluntas teſtatoris.*
32 L.qui concubinam de legat. 3. & de conditione dum Capuæ erit.
33 *Conditio, vt in tali ciuitate moretur , in matrimonio, quomodo accipiatur ?*
34 *Alteri ſtipulari nemo poteſt.*
35 *De pacto de non ingrediendo in aliquam ciuitatem.*

1 LICET Mutiana cautio in his con-
ditionibus accepta ſit , quæ in non
faciendo conſiſtunt , ad hoc, vt re-
licta ſub ea conditione legata , ſta-
tim conſequerentur , *l. Mutiana* 7.
*cum vulgatis* , *ff. de condit. & demonſt.*
iunctis iis quæ circa illius interpretationem con-
gerunt relati , ab Oſualdo *lib.* 8. *Donelli cap.* 33.
*littera P. & ſequentibus* , Cuiac.*in l.*4. §. *fin. de condit.*
*inſtit. & lib.*5 *obſeruat.cap.*1.*& lib.*14 *cap.* 32. *& lib* 7.
*reſp.Papin.in l.*76.§. *qui Mutiana de legat.*2. Spino *de*
*teſtament.gloſſ.*14 *à numero* 82.noſter Anton. Pichard.
*in §.ſi quis ita* 5 *de verb.oblig.* Anton Fab.*lib.* 2. *coniect.*
*cap.*16.Molina *de primog.lib.*2.*cap.*12.*à numero* 21.Co-
ſta *libro* 2.*ſelect.cap.*6. Anton. Gomez.*lib.* 2. *variarum*
*cap.*11.Thomas Sanchez *de matrimonio lib.*1 *diſput.*34.
2 *numero* 5.*& lib.*7.*diſput* 91.*numero* 6. † Aliquando ta-
men legatarius admittitur , non oblata cautione de
implenda conditione, vel modo atque ita remittitur,
& perinde res æſtimatur , ac ſi non eſſet in illo lega-
to impoſita conditio. Cuius rei elegans exemplum
proponit nobis Papin.*in l Titio centum* 71.§. *Titio cen-*
*tum el.*2.*de condit & demonſtr.*ibi,*Veluti ſi Titio centum*
*relinquantur : itavt à monumento teſtatoris non recedat,*
*vel illa ciuitate moretur.* Legatarius perueniet ad lega-
tum , & exonerabitur cautione , quoniam omne il-
lud, quod præſtat impedimentum, vel impugnat pu-
blicam vtilitatem,ſemper remitti debebit, *l.hoc modo*
*64.de condit.& demonſtr.l.Imperatores*, §.*fin.de pollicita-*
*tionibus*, cum traditis à Pichardo *in* §. *ſed ſi vxori*, *n.*6.
3 *&* 21.*Inſt.de leg.* † Quod euincit etiam fauor ipſe li-
bertatis , quæ publica res , non priuata exiſtimatur,
*l.ſi quis rogatus* 51.*de fideicommiſſ ariis libertatibus*,cum
ſit à natura , quæ non modo publica , ſed omnibus
hominibus,etiam communis eſt, notat Anton.Fab. *in*
*Iuriſprud tit.*3 *princ.*2.*illat.* 3. Indéque fauore liberta-
tis , tot in iure res conſtitutas animaduertimus,*l.ſi fue-*
*rit* 10.§ *planè de rebus dubiis*,*l.ſi peculium* 18.§.*ſi ſeruus*,
*leg. libertatis* 17.*leg. ſi ita ſcriptum* 26. *de manum. teſt.*
*leg. generaliter* 24. §. *ſi quis* , *de fideicommiſſ. liber.*
*leg. in obſcura* 179. *de regul. iur leg.* 1. *Codic. de com-*
*muni ſeruo* , docet Gregor. *in leg.* 4. *titulo* 5. *parte* 8.
*verb. los derechos* , Pichardus *ſuprà num.* 38. Meril-
4 lus *libro primo , obſeruat. cap.* 15. † Hic autem mo-
dus , aut conditio , *vt à momento meo non recedat* , ius
libertatis infringit : quia non multum differt ſpecie
ſeruorum is, cui libera recedendi facultas non eſt,
*leg.* 2. *de libero hom. exhib.* nam qui liber eſt , poteſt
ire quocunque vult , *leg.penult. Codic. de opert libert.*
iuncta definitione libertatis , de qua *in* §. 1.*Inſtitut.de*
*iure perſon. leg. quis ſit fugitiuus* 17.§. *idem recte* 10.*ff.*
*de ædilitio edicto.* Neque ſolutus dici poteſt , qui à
ciuitate non poteſt recedere , *leg. qui neque ſequuntur*
48. §.1.*de verb.ſignif. leg.ſuccurrit* 9.*ff.ex quibus cauſis*
*maiores* , docet Albericus *in d.*§.*Titio centum, & in.dict.*
*l.*2. *de libero homine* , vbi etiam Gotofred. Cuiac *lib.*
17.*quæſt.*Papin.*in d.*§ *Titio centum, & lib.* 14. *obſeruat.*
*cap.* 27. Ameſcua *de poteſtate in ſe ipſum lib* 2.*cap.*18.
*numero* 3. † Quibus , & alia non inelegans conſi- 5
deratio adiici poteſt,antiquitus non fuiſſe monumen-
ta ,ſeu ſepulchra , qualia ſunt hodie noſtra , ſed ita
magnificè ſtructa, & ampliſſima, vt quandam ædium
ſpeciem repræſentarent , in quibus , & habitantiun-
culæ eſſent , cuſtodum cauſa , quod ( vt prætercam
Cariæ Reginæ Mauſolæum de quo Cicero *lib* 3. *Tuſ-*
*cul.* Valer. maxi. *lib.* 4.*cap.* 6. Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. &
Interpretes Martialis *epigramm.* 1. ad illud *Pendentia*
*Mauſolæa.* Item & Porſennæ labyrinthum , & reli-
qua id genus de quibus eleganter Gutterius *de iure*
*Manium lib.* 2. *cap.* 1. & Ægyptiorum Regum de-
cantatiſſimas Pyramides. ) † Confirmatur ex Floro 6
*lib.* 4. qui Cleopatram ait in ſepulchrum ſe recepiſ-
ſe , & ex Petronij memoranda hiſtoria, quam ex eo
quoque refert Tiraquellus *in leg.*9.*connub numero* 131.
de fœmina , quæ in ſepulchro mariti clauſa , lumine
accenſo noctu habitabat , & de Diuo Antonio Ab-
bare tradit D. Athanaſ. *in eius vita* , apud Lyppoma-
num 2. *parte de vitis Sanctorum* ibi , *Igitur Sanctus*
*Antonius ad ſepulchra non longe à villa conſtituta , ſe-*
*ceſſit, & cum in vna marmorea frater eum clauſiſſet , ſo-*
*lus ibidem morabatur* , & poſtea *alio die frater aduenit*
*cibos deferens, atque eum iacentem in terra ſemimortuum*
*fractis foribus inuenit.* Ex quibus locis conſtat, ſepul-
chra ita eſſe conſtructa , vt ibi habitari potuiſſet. † 7
Sed ne Romanorum monumenta prætereamus , de
quibus ſermo eſt habendus in hac re , eadem ampli-
tudine , ac Ægyptij , & reliqui ſunt vſi , vt refert
Gutterius *ſuprà dicto cap.* 21. *cum ſequent.* ſed nihil
in propoſito attulit , imo hanc partem ieiunam
reliquit. Euinco autem ergo id ex Virg. *libro ſexto,*
*Æneid.*

*At pius Æneas , ingenti molle ſepulchrum.*
*Imponit.*

Et expreſſius ex Claudiano *libro* 2. *in Ruffin. verſ.*
447.

*—— Tiuiis calcandus ſpargitur ecce,*
*Qui pyramides , qui non cedentia templis.*
*Ornatura ſuos ,extruxit culmina manes.*

Ad idque videtur tendere magna illa cura teſtato- 8
rum, vt monumenta hæredes ſibi extruerent hoc, vel
illo exemplo , *vt in leg* 6.*leg.in teſtamento* 27.*leg. qui-*
*bus* 40.§.*fin ff de condit. & demonſtr. leg. hæreditas* 50.
§.*primo , ff. de petit. hær. leg. teſtamentis* 18. §. *idem*
*quærit , ff. fam. erciſcund. leg. Quintus* 7. *ff de annuis*
*legat.* † Sed & tectoriis quibuſdam ſepulchra tege- 9
bantur, & porticationibus , vt ait Macer Iuris Con-
ſult. *in leg. funeris* 37. *ff. de religioſ.* ibi. *Monumen-*
*tum autem ſepulchri , id eſt , cauſa muniendi eius loci ,*
*in quo corpus impoſitum ſit , itaque ſi amplum quid*
*ædificari teſtator iuſſerit , veluti in circum porticationes.*
Cui coniungendus eſt Imperator Iulianus *in leg. per-*
*git* 5. *Codic. de ſepulchro viol.* ibi. *Sed & ornamenta*
*quædam tricliniis , aut porticibus auferre de ſepulchris.*
† Erant quoque , & ſepulchris cuſtodes. Propert. 10
*lib.*3.*Eleg.*15.

*Afferet huc vnguenta mihi, fortiſque ſepulchrum.*
*Ornabit cuſtos, ad mea buſta ſedens.*

Quod etiam mihi probat Vlpian. *in l.3. §. ſi quis in ſepulchro, & §. fin. ff. de ſepulchr. viol.* ex quo docemur ſepulchra, ita eſſe diſpoſita, vt in eis habitari potuiſſet, dum ſic inquit: *Si quis in ſepulchro habitaſſet, ædificiumque habuiſſet & in dict. §. fin.* ibi: *Si ſeruus in ſepulchro habitat, vel ædificauit, noxalis actio ceſſat, ſi tamen non habitet, ſed domunculam ibi habeat.* Et conſtat etiam hoc ex Xiphilino *in Veſpaſiano paululum poſt principium,* qui de Iulio Sabino agens ait. *Deinde aliquot prælijs victus, rus abiit, ibique in ſepulchrum ſubterraneum ingreſſus eſt, cumque conſtans eſſet opinio illum interiiſſe, in eo nouem annos cum vxore de-*
1 *lituit, ex eaque duos filios ſuſtulit.* † Vnde cum eo modo monumenta ſolerent ædificari, nihil aliud erat dicere, *vt à monumento meo non recedat,* niſi vt perpetuo habitaret in ſepulchro, & ei adſtrictus, & adſcriptus eſſet, ita vt exeundi licentia nunquam fuiſſet, quod maximè ſeruitutem infert, & incommodat valetudinem, & honorem, in eiſdem ſepulchris habitare, obſeruat Petr. Gregor. *lib. 33. ſyntagm. c.14. n.14.*

2 Pro hac item parte facit, nam metallarij, & murileguli principum erant liberi, (ſecundum communem ſententiam) & tamen ſi ſe adſcripſerint ſeruitio illi, vel miniſterio, non poſſunt recedere, ob quam rationem ſerui exiſtimantur *in l. fin. Cod. de Metallariis lib. 11. & toto titulo, Cod. de Murilegulis eodem libro,* & adſcriptitij coloni erant quoque liberi, *l.2. Cod in quibus cauſis coloni lib.11. l.fin. C. de Agricolis eodem libro,* vt de eorum conditione agentes docent præter Plateam, & reliquos *in dict. l. fin. numero 10.* Connan. *lib.2. comm. cap.10.* Couarruu. *in cap. Quamvis pactum 2. parte, §.1. numero 2.* Valaſcus *de iure emphyt. quæſt.37.* Petr. Gregor. *lib.14. ſyntagm. cap.10. per tot.* & alij laudati ab Ameſcua *de poteſtate in ſe ipſum lib. 2. cap. 17. à numero 23.* & tamen quia non poterant recedere ab agris, quibus ſunt adſcripti, dicuntur & reputantur ſerui, *l.2. l.omnes 6. de Agric. l.vnic. Cod. de colonis Thracen. lib.11.* ibi, *Et licet conditione videantur ingenui, ſerui tamen terræ ipſius cui nati ſunt, exiſtimantur.* Ergo conſequimur, iam infringi libertatem ſi à monumento nunquam recedere liceret: atque ita iure optimo reſpondiſſe Papin. eam cautionem tanquam libertati aduerſam reiiciendam eſſe.

3 Quæ omnia ad liberos homines, & ingenuos pertinent, in libertis autem valebit conditio illa: *Si à monumento meo non receſſerint,* tanquam alia quævis à iure permiſſa. Quod præter Papinian. *in dicto §. Titio centum,* probat Modeſtinus *in l.Titia 34. § ſi ea conditione, D. de legat.2.* & Scæuola *in l.Mania 13. §.vxore, & in leg annua 20. in princip. & §. Attia de Annuis legatis, & in l. Caio 13. § final. l.ſeruos 17. l.libertis 18. §.1. & §. final. D. de aliment. leg.* idem Modeſt. *in l. Mania 44. D. de manumiſſ. teſtament.* & Papin. *in*
4 *l.ſeruos 35. D de liberali cauſ.* † Ratio eſt, quia cum libertatem ipſam, à patrono acceperint, non erit iniquum duriori conditione eos cenſeri, & affici, quam ingenuos, vt non eorum libertas oneraretur, *l.1. §. quæ onerandæ, D. quarum rerum actio, l. is qui oneranda 32. D. de oper. liber.* cum traditis à Donel. *lib.2. comm. cap.18.* vbi Oſuald. *littera K.* ſed vt legatum conſequi non debeant, ſi nolint conditioni parere. Nam quâ fronte poſſet libertus, voluntati patroni obiicere libertatem, quam ab eo accepiſſet, cum nouum lucrum conſequatur, *argumento, leg ſi filio 7. D. vt legat nomine l.4. Cod. de obſequiis patron. præſt.* & etiam poſſet compelli, cum patrono morari, & ex prouincia Romam venire, vt operas præſtet, *leg. hæ demum 38. in fin. leg. quod niſi 20. §. fin. de oper. liber.* docet Anton. Faber *in Iuriſprudent. titul. 3. princ. 1. illat. 13.* Cuiacius *lib.14. obſeruat. cap. 27.* Ameſcua *dict. lib.2. cap. 18. numero 15.* Qui tamen aiunt cautionem eo caſu, à liberto interponendam eſſe; de qua *ſupra numero 1.* † Verum ego magis exiſtimo, 15
officio Iudicis compellendos, ſi legatum agnouerint, ad obſequium voluntatis teſtatoris, vt probatur *in dict. leg. ſeruos 17. iuncta l. libertis 18. §. fin. de alimentis leg. l. Mania 44. D. de man. teſt.* Nam quis fructus eueniret, ſi liberti à voluntate implenda receſſiſſent, eos cogere reſtituere legatum? vt *in l. is cui 38. de cond. & demonſt.* Nullus certè; imò ſine effectu maneret voluntas teſtatoris, qui ſibi, non hæredi prouidit. † Nec contrarium probatur *in l.* 16
*penult. Cod. de operis libert.* vbi Diocletianus ſtatuit non compelli à iure libertos cum patronis habitare, quod difficile eſt, quoniam ad id cogi poſſunt, *dict. l. hæ demum 38. in fin.* Verum reſpondendum cenſeo, relictis Accurſ. & Bartol. interpretamentis, ex eo quod acceperit libertatem libertus, non poſſe compelli à patrono ſecum morari, niſi in manumiſſione fuerit comprehenſum, vt cum eo ad dignitatem patroni conſeruandam moretur, vel acceptauerit legatum iuxta ſpeciem Papiniani *in dict. §. Titio centum;* nam ſi conditionem implere recuſet, non conſequeretur legatum. † Non obſtat *dict. l. hæ demum,* 17
cum ſententiam confirmet *dict. l. penultim.* ſiquidem ait, quod ſi libertus, à quo operæ exigebantur, artificium exercere deſierit, tales operæ erunt præſtandæ, quæ non ſint contra liberti dignitatem, honeſtatem, vel exiſtimationem, quales ſunt, vt cum patrono moretur, peregrè proficiſcatur, & ſimilia, *argument. l. vt iuriſiurandi 7. §. iurare, ibi licito, l. eius artificij 16. §. tales l. hæ operæ 23. §. 1. de operis libertorum:* ita præſenſit Bart. *in dict. l. penult.*

Coniungit Papinianus, & *ſupra* dictæ conditioni; 18
*ſi à monumento non recedat,* aliam æquè ſimilem, *ſi in illa ciuitate moretur,* quia non minor ſpecies ſeruitutis animaduertitur in vna, quàm in alia conditione, ex dictis *ſupra numero quarto,* nam veluti carcere quodam amplo continetur, qui præcisè morari iubetur in aliqua ciuitate, & eſt veluti quoddam exilium *l. relegatorum 7. § item in parte 8. D. de interdictis,* fauet *l. nec non 28. §.1. D. ex quibus cauſis maiores,* ibi: *Si quis neque in cuſtodia, neque in vinculis eſt, ſed ſub fideiuſſorum ſatiſdatione, dum propter hoc recedere non poteſt, captus eſt, l. qui neque 48. de verb. ſign.* ibi: *Ac ne eum quidem intelligimus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur,* notat poſt Bart. *num.3.* Bald. cum Immol. *in dict. §. Titio centum,* Couarru. *in 4. 2. part. cap.7. in princip. num.6.* Anton. Gomez. *1. tom. variar. cap.12. numero 79. & 2. tom. cap.10 num.24.* Azeuedo *in l. fin. numero 33. titul. 15. lib.4. recop.* Ameſcua *ſupra numero 2.* libertas quippe eſt quod cuique facere libet, niſi prohibeatur. † Qui autem loco aliquo 19
diſcedere non poteſt, liber non manet, atque ita Cicero pro Balbo inter alia libertatis encomia, illud adiicit. *Ne quis inuitus ciuitate mutetur, nec in ciuitate remaneat inuitus,* & eleganter Perſius *Satyra 5. verſu 83.*

*An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam.*
*Cui licet, vt voluit? licet, vt volo viuere.*

Vnde carcere perpetuo contineri poteſt ſeruus, *l. in* 20
*ipſius 5 C. familiæ erciſc. l. quis ſit 17. § ſi quis talis 19. de ædil. edict. l. ſeruus 10. C. de pœnis.*

Ex quo infertur primò ad illam nobilem quæſtionem: *An valeat pactum, quo quis adſtringatur, in* 21
*aliqua ciuitate perpetuo morari.* Quod in matrimoniorum contractibus frequenter apponi ſolet. Et variis omiſſis hinc inde difficultatibus, quas poſt Bartol. & reliquos

reliquos *in dict.§.Titio*, diſcutiunt Thomas Sanchez
*lib.1.de matrim.diſput*.40.Gutierrez *eod. tractat. c.* 23.
*numero* 15.Ameſcua *d.lib.2.cap.* 18. *per totum maximè*
*numero* 11. in eam ſententiam itum eſt, vt ſcilicet
valeat, & teneat pactum, ita vt ſi ſine cauſa recedat
22 grauatus poſſit pœna appoſita conueniri. † Cui re-
ſolutioni non obſtare *d. § Titio centum*, aiunt, nam
receptior fuit interpretatio Odofredi; qui ait, aliud
eſſe imponi onus per modum legandi, vt in illa ci-
uitate moretur, aliud per modum contrahendi, nam
per legatum non valet pactum, vt *in d.§. Titio*, per
contractum autem valeat, quia contractus obligat
vltro citróque, *l. Labeo* 19.*de verb ſig*. atque ita non
licet in hoc caſu arguere de vltimis voluntatibus
ad contractus, cùm per eos poſſit ſe facere adſcripti-
tium, *l.cum ſcimus Cod.de agricolis*, *lib.* 11. & tamen
perpetuò ſe obligat ſtare in fundo *l.2.l.originarios*,
*Cod.eod.l.*89.*titul.* 18.*partit.* 3. cum traditis a Conna-
no, & reliquis *ſuprà*, Ameſcua *d.cap.*18.*num* 2. *&* 10.
23 † Hæc tamen ratio mihi non probatur, quoniam
Odofredus non reddit congruam differentiæ ratio-
nem inter legata, & contractus, quinimmò per
contractus multo minus, quam per legatum poteſt
ius libertatis infringi, vt conſtat ex traditis à Que-
ſada *diuerſarum quæſt. iur. cap.* 8. *numero* 2. vbi tradit
non valere pactum, quo quis obligatur, vt ſi certa
die non ſoluat, detineri poſſit priuata cuſtodia, in
24 quam ſententiam coniurat Ameſcua *ſuprà cap.*20. †
Neque illud valet pactum per quod homo liber ſe in
pignus dederit *l.ob æs Cod.de oblig.& act.cap.2.extra de*
*pignoribus*, docent Felicianus *de cenſibus lib.* 1. *cap.* 8.
*numero* 8. Villa-Diego *in l.*8.*tit.*5.*lib.*2. *fori iudicum ex*
*numero* 3. *& ſequent.* Cenedo *collectanea* 73. *ad De-*
25 *cretales.* † Deinde, quia ſi per contractum licitum
eſt cuique ſuam libertatem infringere, & cautio
etiam de qua in *d.§.Titio centum*, non minus pactum
eſt, quam illud, & cui conceditur quod eſt plus,
concedi etiam potuiſſet quod eſt minus, *l.in eo* 110.
26 *de regul.iur.* † Neque pro Odofredo, & ſequacibus
facit, quod quis ſe ad pretium participandum ve-
nundare poteſt, *§. ſerui Inſtit.de iure perſonarum*, cum
traditis à Pichardo *in §.ſerui... num.* 6. Anton. Fab.
*in Iuriſprud.tit.*4.*princ.*4. *illat.* 3. Ameſcua *dict. lib.* 2.
*cap.*17.*à numero* 1. Oſualdo *lib.*2 *ad Donellum cap.* 9.
*littera N.* Illud enim procedit in odium eius, qui ſe
venundedit ad pretium participandum, & ne aliàs
ignorans illius conditionem, pretio defraudetur, in-
dignum quippe Romani iudicarunt liberum homi-
nem, pacto, vel venditione, à ſe libertatem excu-
tere *l.liberis* 7.*§.ſi quis ſciens l.qui ſciens* 33.*l. conuentio*
37.*ff de liberali cau.l.liberos* 10. *C.eod.* Cum aliis, quæ
obſeruat Queſada *d.cap.*6. & Ameſcua *d. cap.* 17. *nu-*
27 *mero* 4. † Neque obſtat, quod poſſit quis pacto ſe fa-
cere adſcriptitium, nam contrarium tenuit *alibi*
Odofredus *in l.fin.Cod.de tranſactionibus*, & huic ar-
gumento reſpondendum eſt ex traditis ab Ameſcua
28 *d.cap.*17.*ex numero* 29. † Neque melius reſpondent
alij, qui dicunt cautionem, de qua *in d.§.Titio* nul-
lam eſſe; quia conditio eſt vana, & in nullius vti-
litatem cedens, vt poſt Bart. & alios *ibi* docent re-
lati à Sanchez *d. diſput.*40. *verſ. tertia*, Lara *de capel-*
*lan.lib.*2.*cap.*8. *numero* 67. & cautio tum nulla eſſe iu-
dicatur, quoties nulla cauſa eam interponendi præ-
ceſſit, *l.cum de indebito* 25.*§ fin.de probationibus leg.ge-*
*neraliter* 13. *Cod. de non numerata pecun. facit. lex fi-*
*lius* 114.*§. Diui el.*2. *D.de leg.*1. obſeruat Donel.*lib.*14.
29 *comment.cap.* 37. vbi Oſualdus *lit. C.* † Hæc enim
interpretatio ſuſtineri non poteſt, quoniam ex *d. §.*
*Titio* non conſtat imponi cautionem ſine cauſa, cum
potuerit defunctus ea ratione facere, vt ſuis conſule-
ret, vt *in principio dicta l. Titio centum* cum aliis iuri-
bus *ſuprà* à nobis adductis, facit *l.multi* 18.*D.de li-*
*beris, & poſthumis*, neque ratio propter quam re-
mittitur cautio, à Papiniano eſt, quia nulla verti-
tur cauſa, ſed quia ius libertatis infringitur. † Et 30
in conditionibus, ſemper inſpicitur ſola voluntas, ne-
que alia ratio niſi voluntatis redditur, vt in ſpecie
*l.quidam* 27.*de condit inſtit.* quales cenſentur illæ con-
ditiones, *ſi in capitolium aſcenderit*, *leg. hæc conditio*
29.*ſi ſeruo dederit*, *& ſimiles l.qui hæredi* 44.*l. Mæuius*
55.*de condit.& demonſt.* nam ſemper voluntas teſtato-
ris regit conditiones, atque ita ea attenditur, docet
Sarmiento *lib.2.ſelectarum cap.* 1. *ex numero* 5. Oſual-
dus *lib.*8.*Donelli c.*39.*lit.C.*

Quare dicendum exiſtimabam pacto, & conuen- 31
tione poſſe quem ſeſe adſtringere *ad morandum in cer-*
*to loco*, iuxta *ſuprà* dictos, & *d.§.Titio centum*, reſpon-
dendúmque eſſe, poſſe quem libertatem ſibi adime-
re, quando id fecerit ſua propria voluntate, at lex
voluit hoc excludere, item, & cautionem, quando
præter voluntatem propriam hoc fieret. Facit autem
contra propriam voluntatem legatarius, qui ſpe lucri
allectus, ad illud ſe obligat, quod libertatem eius mi-
nuit, ad quod aliàs non ſe obligaret; in qua re ma-
gis voluntas teſtantis (qui alterius libertatem reſtrin-
gere vult) quam legatarij animaduertenda eſt, *l. in*
*conditionibus* 19.*de condit.& dem.l.hæredes* 57.*§ cum ita*
*D.ad Trebel.* quia quantum in ſe fuit voluit, legata-
rium ab illo loco non recedere, atque ita, & ſi vo-
luntas accedat legatarij ea in conſideratione non eſt,
ſed voluntas teſtatoris, qui teſtamentum fecit, & ſua
pecunia reſtringere voluit ſcienter alterius liberta-
tem. † Cui reſolutioni non obſtat *l.qui concubinam* 32
29. *alias eſt l.qui quatuor* 30.*§.vxor. de leg.*3. vbi ſi le-
gata ſint vxori ducenta, *dum Capuæ erit cum filio*, de-
beri legatum docet Conſultus, & validam conditio-
nem eſſe, neque pro ſuperuacua habendam. In cu-
ius legis explicatione laborarunt Antiqui, quos
refert Coſta. *lib.2.ſelect.cap.*19. qui variis omiſſis *nu-*
*mero* 5. tandem docet, in hac conditione *dum Capuæ*
*erit* non inuitari mulierem ad ſpeciem ſeruitutis per-
petuæ, quemadmodum ſi dixiſſet. *Si Capuæ domici-*
*lium habeat*: vel *ſi à Capua non receſſerit*: tunc enim
reſtringeretur libertas, vt *in dict. §. Titio centum*, in
altera verò conditione, ſolum relinquitur legatum
annuum, *dum erit Capuæ cum filio*: id eſt, quod ſi
Capuæ erit per totum illud tempus, accipiat, *l.Caio.*
13.*§.Imperator*, *D.de alimentis leg.l.filiæ* 22.*D.de an-*
*nuis leg.l.ſi quis ita* 8.*de cond. & dem.l. Iulianus* 17. *§.*
*eum quoque l.ſi quis Titio* 41.*D. ex quibus cau. maior l.*
*fin. Cod. de indict. viduit.* Quæ iura congerit idem
Coſta. *in l.cum tale §.ſi arbitratu.limit.*8. *numero* 8. *&*
*lib.*2.*cap.*18.

Alio quoque modo eludi poteſt difficultas *d.§.Ti-* 33
*tio*: ſcilicet quod cum libertas infringatur ex pacto
illo, vt *in tali ciuitate moretur* in contractu matrimo-
nij appoſito, quamvis ſtricto iure quis non obligetur,
ad eius obſeruantiam, tamen ad pœnam in conuen-
tione appoſitam obligabitur. Quod poteſt duobus
exemplis confirmari: primum præſtat Summus Pon-
tifex *in cap. Gemma* 29.*de ſponſ. lib.* & I C.*in leg.Ti-*
*tia* 134 *de verb. oblig.* vbi quia libera debent eſſe ma-
trimonia, Gutier.*conſil.* 18. *numero* 2. ſi pœna appo-
nitur, nullius eſt momenti, at ſi nomine intereſſe
apponatur, valebit, & docent relati à Thom. Sanch.
*lib.1.de matrimon.diſput.*30.*& ſequent.* Donell.*in l.gene-*
*raliter* 26.*num.*5.*de verb.obligat.* congruunt notata ab
Azeuedo *in leg.* 1. *numero* 11. *& ſequent.tit.*17. *lib* 8.
*Recopil.*

Alterum exemplum eſt, quod cum alteri ſtipulari 34
nemo poſſit, *l.ſtipulatio* 38.*§.alteri de verb oblig §.alte-*
*ri Inſt.de inutil.* ſimilitérque, & factum alienum non
poſſit promitti, *l.inter ſtipulantem* 83. *de verb. oblig.*
cum ſimilibus, nihilominus tamen, ſi pœna appo-
natur

natur, valida eſt, vt ait Inſt. *in dict. §. alteri verſ. plane,* vbi docet Pichard. *numero* 11. videndi quoque Gutier. *de iurament. confirm.* 1. *part. cap.* 36. & Azeu. *ſuprà.*

35 Denique ex *ſupra* dictis infertur ſecundò ad illam ſæpe controuerſam quæſtionem: *An valeat pactum, ne quis poſſit ingredi in aliquam ciuitatem*, quod frequens eſt in remiſſionibus iniuriarum, & conciliatione rixarum de ea videndi Maſtrill. *deciſ.* 38. & *de indulto c.* 24. *nnu.* 37. Giurb. *conſ.* 74. *toto* Thuſcus *tom.* 6. *littera P. concluſ.* 191. In qua controuerſia tenuerunt negatiuam partem Ancharan. *conſ.* 75. *numero* 5. & alij quos refert Ameſcua *dict. cap.* 18. *numero* 19. Farinacius 3. *part. prax. crim. quæſt.* 107. *articulo* 20. *n.* 262. Ex eo quod prædictum pactum ſit contra publicam vtilitatem, & libertatem reſtringat, vt dixi. Quibus non aſſentior, verius credens tale pactum valere, cùm non ſit contra libertatem, alias quippe omnes conditiones, quæ in non faciendo conſiſtunt, veluti *ſi in Capitolium non aſcenderis:* & ſimiles remitterentur, quod in iure inauditum eſt. Neque eſt contra bonos mores hoc pactum, imo continet in ſe rem talem, quam quis licite poteſt facere, vt eſt mutare domicilium, quod minime infringit vtilitatem publicam, ſed magis adiuuat, & in maximum reipublicæ commodum cedere poteſt, ne obuius ſit occiſor, aut malefactor conſpectui ciuium, aut iniuriam paſſi, quo plerumque ſolent iræ magis incaleſcere, & incitari, nam vt eleganter dixit Horat. *in Arte verſu* 180.

*Segnius irritant animos, demiſſa per aures,*
*Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ*
*Ipſe ſibi tradit ſpectator.*

Si enim pictura ſolent animi motus perturbari, & affectus, vt probaui *in l. vnic. Cod. de Maiuma lib.* 11. *numero* 53. Quantò magis offenſus iraſcetur conſpecto inimico, & ſi iniuriam alias remiſerit? Neque ſimiliter erit incongruum, vt malefactores aliqua pœna afficiantur; ſaltem illa, ne ciuitatem ingrediantur. Quæ opinio placuit Baldo *in cap.* 1. *de lege Conrad. numero* 4. *in feudis*, quem ſequitur Gama *deciſione* 63. Gregor. *in l.* 27. *tit.* 11. *part.* 3. *gloſſ.* 8. & alij relati à Baiat. ad Clar. *quæſtione* 67. *numero* 20. Giurb. *d. conſ.* 74.

## CAPVT VII.

### De conciliatione Antinomiæ quæ animaduertitur inter *l. Et ſi non adſcripta* 9. *Cod. de fideicommiſſ. libertat. & Principium tituli Inſtitut. Qui teſtamento tutores, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Exornatur diffinitio tutelæ.*
2 *Quomodo intelligantur in ea, illa verba,* in capite libero: *An ad tutorem vel pupillum referantur?*
3 *Reiicitur eorum interpretatio, qui ea verba ad pupillum referebant.*
4 *Tutoris officium eſt hominis liberi, & ideò ſi detur ſeruus tutor à domino, efficitur liber.*
5 *Expenditur difficultas* dict. leg. & ſi non adſcripta.
6 *Vtilitas quæ verſatur in cognitione, an ſit libertas directa, vel fideicommiſſaria.*
7 *Qui egerint de huius antinomiæ explicatione?*
8 *Coſtæ interpretatio reiicitur.*
9 *Proponitur cuiuſdam viri docti alia ſolutio, & reiicitur.*
10 *Dubitatio inter ipſos iuris Auctores, an ſeruum tutor nominatus conſequatur directam, vel fideicommiſſariam libertatem.*
11 L. ſi hæreditas 12. §. fin. D. de teſt. tut. *in hanc rem expenſa, & explicata.*
12 L. generaliter, 24. §. ſi quis tutorem, de fideicom. liber.
13 *Vera concordia horum iurium.*
14 *Supradicta libertas partim directa, & partim fideicommiſſaria.*
15 *Eadem res, diuerſo attento reſpectu, diuerſimodè cenſentur, explicatur,* leg. qui officij 62. §. qui neſciens cum alijs de contr. empr.
16 *Quare detur libertas ex tutelæ nominatione, cum in hæreditate fuerit neceſſaria expreſſio libertatis.*
17 *Reipublicæ intereſt, vt minor ætas adiuuetur.*

CVM Tutela ſit vis, ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatem ſe defendere nequit, *leg.* 1. *D. de tutel. princ. Inſt. eod.* exornant relati à Gutier. *de tutel.* 1. *part. cap.* 1. Spino *de teſtam. gloſſ.* 29. *numero* 2. Caldas *in l. ſi curatorem verbo ſine curatore numero* 1. Donel. *lib.* 3. *com. cap.* 1. vbi alios refert. Oſuald. Anton. Fab. *in iuriſp. titul.* 12. *princ.* 1. Mancinus *de tutelis quæſt.* 1. 1 † Inter alia ſolet dubitari, quomodo intelligenda ſint illa verba *in capite libero.* Qua in re eam explicationem adhibent Interpretes, vt referantur ad tutorem, in quo reſideat illa vis, ac poteſtas (qua denotatur vehemens, magna, & efficax tutoris gubernatio, quæ eſt veluti portio patriæ poteſtatis) qui debet eſſe perſona libera *dict. princ. l. in ſeruili, Cod. qui tutores dari poſſ.* Nam ſerui, cum pro nullis habeantur, quod attinet ad ius ciuile *l. quod attinet ff. de reg. iur.* & tutela ex iure ciuili ſit, *dict. leg.* 1. *in princ.* in ſeruilem perſonam non cadit. ita Bart. *ibi numero* 5. immeritò reprehenſus à Duar. *ibi cap.* 1. Mynſinger. *in dict. princ.* 2 † Quæ explicatio verior eſt, quam altera, quæ ſupradicta verba ad pupillum refert, vt *in capite libero* ita accipiatur, id eſt, *in caput liberum*: quoniam ſerui non poſſunt ſub tutorum poteſtate conſiſtere, vt notauit Donell. *d. cap.* 1. Nam ſi ita verba intelligerentur, non deberet poſtea adiici, ad *tuendum eum*: ſed, *ad tuendum id, vel illud*: ſcilicet *caput liberum*: id eſt pupillum: & certum eſt illis verbis notari hanc poteſtatem tutoriam, in ſequentibus autem, ad quid fuerit introducta. 3 † Reſidere ergo debet in homine, qui liber ſit, non in ſeruo *l. ſi quis* 22. *ff. de teſtam. tutel.* & ita attenditur libertas tutoris, vt ſi teſtamento tutor ſit datus ſeruus nulla facta mentione libertatis, eo ipſo libertatem, ex ipſamet datione conſequeretur directam, *dict. princ. Inſtit. qui teſtamento tutor leg. quæro* 32. *§. Lucius, ff. de teſtam. tutel. l. penul. §. cum igitur Cod. de neceſſar. ſeruis hæred.* 4

Sed ex aduerſo obſtat Valeriani, & Gallieni reſcriptum in *leg. & ſi non adſcripta* 9. *Cod. de Fideicom. libert.* vbi in eodem de quo loquimur caſu, docent hanc libertatem non eſſe directam, ſed fideicommiſſariam. 5 † Neque exiſtimet quiſpiam, huiuſmodi rei cognitionem otioſam eſſe, & nullius momenti, quoniam imo vtiliſſima eſt, cum ſi directa fuerit libertas, nullus patronus erit huius ſerui tutoris, ſed fiet libertus orcinus (de cuius vocis natura, & proprietate Tiraquellus *in leg. ſi vnquam, verbo libertis numero* 224. *Cod. de Reuoc. donat* & alios referens Oſualdus *ad Donell libro ſecundo, cap.* 12. *littera B.* Bened. Pinell. *lib.* 1. *ſelect. c.* 13. *n.* 48.) Contra autem 6

ſi per fideicommiſſum manumittatur, manumiſſor conſequetur in eo ius patronatus: *l. his quibus* 7. *C. de fideicom. libert. l. directis* 10. *Cod. de teſtam. manum. §. libertas quoque, & § qui autem Inſt. de ſingulis rebus per fideicom.* vbi Pichard. alios adducens.
7 † Hanc difficultatem variis modis componere tentarunt multi à Pichard. allegat. *in dict. princip. qui teſtament. num.* 7. & ab Oſuald. *lib.* 3. *Donel. cap.* 4. *littera P.* Anton. Faber. *d. tit.* 12. *princ.* 1. *illat.* 41. *& lib.* 6. *coniectur. cap.* 16. Gutier. *de tutel.* 1. *part. cap.* 10. *numero* 2. Genoa. *in Antinom. horum iurium, pag.* 442. & Giphanius *in d. l.* etſi non adſcripta, qui ex auctoritate Græci Interpretis Thalalæi hanc antinomiam inexplicabilem appellat.
8 † Inter hos audiendus non eſt Coſta, vir alioqui ſubtiliſſimus *lib.* 1. *ſelect. c.* 15. quem ſequitur Pichard. *ſuprà*, qui ait Iuſtinianum, attentâ ſuâ deciſione, quâ exæquata ſunt delegata, & fideicommiſſa *in leg.* 2. *Cod. com. delegat.* reſpondiſſe directam hanc eſſe libertatem, cum iam hæc differentia ſublata ſit. Nam hæc interpretatio ex eo corruit, quoniam vt *infra* dicemus, tempore Iure Conſultorum, libertas in hoc caſu data, directa reputabatur, tum etiam quia ita ante ſe obtinuiſſe apertè fatetur idem Iuſtin. *in d. l. pen. § cum igitur*, & adhuc poſt exæquationem legatorum, & fideicommiſſorum remanent differentiæ plures, vt docent Caſtrenſis *num.* 10. Alex. *numero* 16. Iaſon. 73. Ripa 24 *in leg.* 1. *D. de legat.* 1. vbi nos *infra in explicatione eius legis* dicemus *lib.* 2. *cap.* 3. & tradit Pichard. *in princ. numero* 13. *Inſt. de eo cui libert. cauſa.*
9 † Neque admitti poteſt cuiuſdam Primarij huius Academiæ interpretatio, qui dicebat differentiam eſſe conſtituendam, inter tutelam ſeruo datam ad modum vindicationis, quia verba ad ipſum referuntur, vt tunc directa cenſeatur libertas, & inter datam ad modum damnationis, quia verba ad hæredem referantur, vt tunc libertas fideicommiſſaria debeatur: quia ab hærede libertas erit præſtanda. Hoc etenim alienum eſt ab ipſa donatione tutelæ, & natura legati damnationis, quæ iuxta eam expoſitionem confunditur cum fideicommiſſo, & eo caſu quo libertas daretur, nulla erat difficultas, ſi hoc vel illo modo imponeretur, quod vero dubitatur eſt, quam libertatem conſequatur ſeruus, ex eo quod ſine libertate à domino filiis ſuis tutor deſignatur, & quomodo poteſt reſpicere hæredem, ſi filio exhæredato tutorem ſeruum daret? Præcipuè cum loquatur teſtator in datione tutelæ generaliter, & indiſtinctè.

10 Quare in aperta hac antinomia, ſi quid mei iudicij eſt, dicendum exiſtimabam: Imperatores nullatenus contrarios eſſe, ſi prius animaduertam, iure Digeſtorum in hac quæſtione ipſos Conſultos, & ſi in re principali conuenerint, id eſt, in libertate, dubios tamen extitiſſe, an hæc libertas directa vel fideicommiſſaria eſſet cenſenda. Quod clarè colligitur ex *dict. l. quæro §. Lucius de teſtam. tut.* vbi Paulus demonſtrat illam eſſe directam, vt probat illic: *ſibi vindicare*, quæ vox ad directam ſemper pertinuit, vt conſtat ex Donello *lib.* 8. *comment. cap.* 2. *&* 3. vbi Oſualdus, Anton. Faber *lib* 6. *coniectur. cap.* 1. Duareno *lib.* 2. *diſput. cap.* 9. & Pichard. *in § ſed olim num.* 3. *Inſtit. de leg.* & cum ab adita hæreditate ſeruo competere doceat, euidens eſt eam fuiſſe directam, cum ſi fuiſſet fideicommiſſaria, ab eo tempore non cederet, *leg. nam cum* 8. *D. quando dies legati cedat, leg. vnica, § libertatibus, Cod de caducis tol.* atque ita Iuſtinianus in *dict. principio*, ait hanc libertatem eſſe directam.
11 † Contra autem, fideicommiſſariam eſſe cenſendam putauit Vlpianus *in leg. ſi hæreditatis* 10. *§. fin. D. de teſtam. tutel.* vbi ait, *Quod ſi extraneus ſeruus detur tutor purè, eo in caſu poſſe defendi fideicommiſſariam libertatem*, & poſtea ſubiicit: *Quid enim intereſt, ſuum ſeruum, an alienum tutorem adſcripſerit?* Quaſi dicat, ita fideicommiſſariam libertatem accipere hunc ſeruum alienum purè datum tutorem, ac ſolet conſequi ſeruus proprius; in quibus verbis reſpondet Vlpianus tacitæ obiectioni, quæ poterat obſtare quod illud in ſeruo proprio tantum admiſſum fuerit ob fauorem pupillorum, & publicam vtilitatem, & ideò non deberet extendi ad ſeruos alienos, vt ſi tutores conſtituantur purè, id eſt, ſine libertate, fideicommiſſariam libertatem cenſeantur accipere. Quâ ratione non obſtante Vlpianus ait, nihil intereſſe, an ſeruus tutor datus ita, ſit proprius vel alienus, quoniam non minus in vno caſu, quam in altero debet procedere datio, propter vtilitatem pupillorum, & publicam vtilitatem, atque ita concludit, *Poteſt igitur, & huic fideicommiſſaria libertas defendi*, id eſt, eodem modo defendi poteſt huic (ſeruo nempe alieno) libertas, ac defenditur ſeruo proprio nam illa verba, *& huic*, comprehendunt extenſionem huius caſus, quaſi in altero (hoc eſt quando ſeruus eſt proprius) nulla fuerit dubitatio, quomodo dictionem, *&*, accepit idem Vlpianus *in l ſi aliena* 10. *§. Scæuola, D. de vſucap.* iuxta interpretationem à nobis traditam, *in tractatu de partus vſucapione c.* 3. *numero* 10. vbi docet, quod ſi quis tutorem dederit, 12
quem putabat eſſe liberum, neque libertatem peti poſſe neque tutelam libertatis præſtationi patrocinari: ergo à contrario ſenſu ſi putaret eſſe ſeruum, valuiſſet libertas. Deinde exponendo illa verba: *Neque tutelam libertatis præſtationi patrocinari*, quibus demonſtratur, ſolere tutelam huic rei patrocinium præbere, itavt ea mediate ſeruus conſequatur libertatem, quæ autem nullo modo poteſt intelligi, niſi fideicommiſſaria: cum in eo titulo de ea agatur, & illud reſponſum deductum ſit ex Vlpiano *lib.* 5. *fideicommiſſorum.* Quæ opinio Vlpiani probatur *in d. l. etſi non adſcripta.*

Hæc omnia ſiue Iuris Conſultos, ſiue imperato- 13
res inſpicias *in d. iuribus*, mire conueniunt, nam Iuſtinianus *in dict. principio*; & Paulus *in d. l quæro, § fin.* non dicunt affirmatiuè & verè directam eſſe libertatem: *ſed libertatem meruiſſe videri*, & liberum quidem ab adita hæreditate eſſe videri, quomodo Paulus loquitur, & Iuſtin. *in d. princip.* ibi: *tacite videtur, & in d. l. penult. § cum igitur*, ibi: *ex ipſa tutelæ datione præſumatur ei fauore pupillorum impoſuiſſe libertatem*, quæ verba improprietatẽ deſignant, *l.* 1. *§ deieciſſe, D. de vi & vi armata, l. ſi tibi* 36. *§ cũ ſeruus delegat.* 1. Neque Imperatores *in d. l. etſi non adſcripta*, verè aſſerunt fideicommiſſariam eſſe, ſed eadem improprietatis nota vſi ſunt, ibi: *manumiſiſſe eum videatur.* † Ne- 14
que immeritos hos loquendi modos in hoc articulo vſurparunt: nam ex vno capite videtur hæc libertas directa, quia competit ab adita hæreditate, & ex ipſa tutoris nominatione, & ex teſtamento magis, quam ex facto hæredis. Ex alio autem capite videtur fideicommiſſaria: quia cum non accipiat libertatem, quæ ſit in teſtamento expreſſa verbis directis, videtur debere expectari hæredis manumiſſio & conſequenter, per fideicommiſſum eam accepiſſe, cum teſtator eam non dederit. Vnde cum neque verè poſſit eſſe directa, neque verè fideicommiſſaria, non eſt mirum ſi in eadem re conſentientes Imperatores, diuerſis reſpectibus attentis, vel directam, vel fideicommiſſariam vocauerint. † Nam inſolens non eſt
in iure, vt res eadem diuerſimodè cenſeatur: cuius 15
exemplum occurrit in *l.* 4. *&* 5. *D de contrahenda emptione*, vbi ſi quis neſciens comparauerit hominem liberum, aut rem ſacram, emptio contrahi intelligitur, quod tamen negatur *in l. qui officij* 62. *§. qui neſcien. D. de contrahenda emptione.* Ita eodem modo in *l. nec emptio* 8. *D. eod.* proponitur quod emptio ſine re

eſt

eſt nulla, & *in l.ſi ſterilis* 21. *in princip. D. de actionibus empti*, in eodem caſu competit actio, obſeruat Cuiac. *in dict. l.6.* Donel. *libro ſecundo comment. cap.* 25. *& lib.* 12. *cap.* 20. vbi Oſualdus *littera H.* Pichard. *in §. fin. Inſtitut. de contrahenda emptione*, Gadæus *in l.5. de verbor. ſignificat. num.* 15. Quibus difficultatibus ſatisfacies, ſi dixeris valere emptionem, & non valere ſecundum diuerſos reſpectus, valet ergo ad hoc vt præſtetur id quod intereſt, non eſſe deceptum emptorem, vt *in dict. §. qui neſciens*, ibi: *Licet emptio non teneat, empto tamen, &c.* non valet ad hoc, vt res ipſa tradatur, & acquiratur. Aliud exemplum ſit, *l. Papinianus* 8. *§. ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtament.* vbi teſtamentum ex vna parte dicitur filij, & ex altera patris, diuerſis attentis reſpectibus, aliud exemplum eſt in emphyteuſi, quæ ante Zenonem *in l.1. Codic. de iur. emphyt.* modò vocabatur emptio, modò locatio, *§. adeò de locat.* vbi Pichard. item qui de ſuo ſtatu litigat, liber exiſtimatur & ſeruus *l. qui ſtatus, §. de re milit. l. qui de libertate* 29. *l. ſi cui* 25. *§. licet ff. de liber. cauſ. vbi gloſſ. verb. adquirere, l. ſi quis decurio* 21. *Codic. ad l. Cornel. de falſ. ibi quantum enim l. item eorum* 6. *ff. Quod cuiuſcumque*, Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 18. *numero* 25. Gothofred. *in dict. l. ſi quis decurio.* Menoch. *de recuper. rem.* 1. *numero* 36. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 111. *num.* 13. *&c.* 298.

16 Sed quæ fuerit ratio, ob quam libertas in eo caſu ex tutelæ donatione data videatur, nondum eſt cognita? nam iure Digeſtorum ſeruus ſine libertate inutiliter hæres inſtituebatur, *l. quidam, Codic. de neceſſariis hæredibus inſtituendis, § idemque inſtit. quibus manumit. non licet*, iunctis, quæ dicemus *infra cap.* 15. ſed eam fuiſſe ſcribit ipſe Iuſtinian. & I. C. *ſupra*, quoniam id expoſtulat, & libertatis, & populorum fauor, quarum rerum vtilitatem ipſa naturali, & ciuili ratione dictante ſemper iura curarunt, *l. libertas omnibus* 122. *de regul. iur. cum vulgatis, l.2. § diuus ſeruus, ff. qui petant tutores*, & conſtat, *Exodi cap.* 12. *Iob. cap.* 29. iunctis aliis congeſtis à Balduino *in princ.*
17 *Inſtit. de tutelis numero* 2. † Reipublicæ quippe intereſt, vt minor ætas adiuuetur, & tueatur eò diligentiùs, quò magis inſidiis, & captionibus eſt expoſita, *l.1. ff. de minoribus*, & fatetur Iuſtinian. *Nouella* 72. *in principio*, notant Petr. Gregor. *lib.* 15. *de Repub. cap.* 1. Baëza *de decima tutor. cap.* 1. *num.* 23. *cum ſequentibus.*

## CAPVT VIII.

### Explicatur *l.5. D. de tutelis*, & defenditur eius deciſio contra argumenta Antonij Fabri.

### SVMMARIVM.

1 *Verba legis 12. tabul. de furioſi curatione, expenduntur, & exornantur.*
2 *Quomodo hanc legem antiqui Prudentes intellexerint?*
3 *Lex illa ita accepta, vt pupillos furioſos non comprederet, & de ratione huius rei.*
4 *An curator furioſi, eandem ſortiatur naturam, ac tutor pupilli?*
5 *Quando concurrit cum accidentali, cauſa naturalis, attenditur naturalis.*
6 *Si pupillus furioſus fuerit, non accipit ex* l. 12. tabul. *curatorem, ſed tutorem.*
7 *Et eodem modo ſeruatur in minoribus 25. quinque annis furioſis.*
8 *Antonij Fabri rationes, & argumenta contra Tribonianum, ſeu Vlpianum* in hac l.3. §.1.
9 *Reprehenduntur, qui lectionem receptam immutant, & emendant.*
10 *Traditur ratiocinationis Vlpian.* in hac l.3. §.1. *vera & genuina ratio.*
11 *An diuerſus ſit curator minoris, aut furioſi?*
12 *Ratio Vlpiani aſſignatur, quâ motus* l. 12. tabul. *interpretaretur in maioribus viginti quinque annis.*
13 *Vnum, & idem eſt officium curatoris minoris, & furioſi contra Antonium Fabrum.*
14 *Satisfit alteri argumento Antonij Fabri, & an furioſi curator adminiſtret res, & corpus furioſi?*
15 *Curator ſemper datur inuito.*
16 *Expenditur Antonini Imperatoris reſcriptum, quod non extare dicebat Faber.*

LEGE duodecim tabularum furioſi in curatione ſunt agnatorum, vt 1
refert Cicero *lib. 2. de inuentio. & lib.* 1. *Rhetor. ad Heren.* Vlpian. *in fragm. titul.* 12. *§.* 1. *l. ſæpè* 13. *de curat. furioſ. l.* 1. *Codic. eod. § furioſi Inſtit. de curator.* verba autem legis, ea circumferuntur, ſi fides danda Balduino *ad leges Romuli cap.* 23. ibi, *Si furioſus exiſtat, agnatorum gentiliumque in eo, pecuniave eius, ius, poteſtáſque eſto.* Quæ etſi prodigos non comprehendunt, poſtea ad eos moribus illud ius extenſum eſt, vt animaduertit I. C. *in dict. l.* 1. & cùm non ſatis induſtrij, & idonei ſemper diiudicarentur agnati, poſtea magiſtratus, etiam extraneos alios cœperunt curatores dare. Quæ omnia perſequitur, *dict. l.1. dict. l. ſæpè, l. obſeruata* 5. *&* 7. *l. Iulianus* 10. *§.* 1. *D. de curat. furioſ.* & Horat. *libro* 2. *ſerm. ſatyr.* 3.

——*Interdicto huic omne adimat ius*
*Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.*

Docent latè Balduin. *ſupra, & in §. furioſi Inſtitut. de curator.* vbi Pichard. Mynſinger. & reliqui, Cuiac. 2
*lib.* 59. *ad edict.* Paul. *in l. ſæpè* 53. *de verbor. ſignificat. & lib.* 21. D. Iulian. *in l.7. de curat. fur.* Donel. *in l. is cui bonis* 6. *de verb. oblig. & lib.* 3. *comment. cap.* 18. & *ibi* Oſuald. Renard. *ad leges* 12. *tabul. cap.* 13. Anton. Fab. *in Iuriſprudent tit.* 12. *princ.* 1. *illat.* 6. *& princip.* 2. Caldas *in l. ſi curatorem, verbo cum non abſimilis per tot. & maximè numero* 79. Gutier. *de tutel.* 1. *part. cap.* 12. *num* 6. *&* 7.

Ex qua lege dubitatio orta fuit apud priſcos Iureconſultos: an eius definitio non ſolum puberes, ſed etiam impuberes comprehenderet? In qua re obtinuit Quinti Mutij ſententia à Iuliano etiam comprobata, vt ſi pupilli furere cœperint, in tutela permaneant, ſi tutores tum temporis habebant, ſi verò non habebant, & furor eis acceſſerit, tutores accipiant, non vero curatores. Quia & ſi lex furioſis curatores dat, ita eſt accepta, vt ad pupillos non pertineat. Ratio eius ſententiæ fuit, quoniam cùm lex illa ſolum intenderet, curatorum adiectione prouidere furioſis, non videtur pupillos comprehendiſſe: quia maiori auxilio, quam à lege præſtito vtebantur, ſcilicet auxilio tutorum, quod plenius, & lucroſius eſt, quam curatorum. Vnde ſuperuacuum erat, illius ætatis pupillis furioſis curatores dare, cum tutela ſit multò plenior, & ad omnes ætates pupillorum complectendas aptior, & vberior; ſic enim leges accipiendæ ſunt, ne ſint ſuperuacuæ, *l. 5. in fin. ff. de captiuis*, obſeruant Donel. *lib. 3. com. cap. 2. in fin.* Anton. Fab. *dict. titul.* 12. *princ.* 1. Bart. 6. 3
4 † Neque obſtabit, quod curator à lege datus eandem ſortiatur naturam, ac tutor, cum non ſolum

furioſi facultates adminiſtret ſed & tueri debeat ip-
ſum furioſum, *l. conſilio 7. de curat. furioſ.* & conſtat,
*ex d. l. 12. tabul.* quæ non fuit contenta adiicere *in pe-
cunia*, ſed etiam adiecit, *in eo*: Nihilominus adhuc ſu-
pradicta interpretatio retinenda fuit, quoniam etſi
verum ſit curatorem furioſi ea omnia exercere poſſe,
tamen adhuc tutor eſt dandus, cuius officium ea om-
nia continet ex ſua natura, non verò curatio, quæ id
5 habet ex accidenti. † Vnde eleganter Bart. *in hac
l. 3.* notat, quod quando concurrit cauſa naturalis, non
altera. De qua regulæ videndus Iaſon. *in leg. ſi eadem
numero* 10. *ff. de offic. aſſeſſ.* Panormitanus *in cap.* 4.
*notab.* 1. *de foro competenti.* Tiraquellus & alij lau-
dati à Thoma Sanchez *de Matrimonio libro tertio,
diſputatione 23. numero ſexto, & ſeptimo.* Lara *de
capellan. lib.* 2. *cap.* 4. *numero* 70. Gothofredo *in
l. 5. ff. de fideiuſſ. facitque l. clam. 6. in principio de adquir.
poſſeſſ. l. hac actio, ff. ſi menſor falſum, l. filio, delib. & poſth.*
6 † Quibus adiiciens, quod cum lex furioſo curatorem
illum dederit, hoc fecit ad inſtar tutoris: quia ſtatus
habituſque furioſi à pupilli conditione non multum
abhorret, *l. Fulcinius § planè interdum, ff. ex quibus cauſ.
in poſſ. eat.* vnde pupillus curatorem, id eſt, fictum tu-
torem non debet accipere, ſed vere tutorem natura-
lem, qui eidem ætati ſolet dari. Res enim acciden-
talis, qualis eſt furor non debet ſuperare cauſam na-
turalem, qualis eſt minor ætas. Quod demonſtrat
noſtra lex *in* §. 1. ibi, *quaſi ætatis eſſet impedimentum,*
& ibi, *cum magis ætati, quàm dementiæ ſit conſulendum,*
neque enim credendum eſt ea ratione, quâ lex
voluiſſet ſuccurrere, eadem omnino lædere vo-
luiſſe.

7 Pergit Vlpianus, & ex doctrina, quam propoſue-
rat, refert illationem *in* §. 1. *huius legis*, vt ſcilicet
quemadmodum pupillus furioſus non ſubiicitur cu-
ratoris poteſtati, ſed tutoris, idem admittamus, quan-
do furioſus erat iam pubes, minor tamen viginti
quinque annis, cui curator non eſt dandus tanquam
furioſo, ſed tanquam adoleſcenti, quaſi ætatis ſit im-
pedimentum, non furoris, vt ætas ipſa magis id ex-
poſcere videatur quam furor: concluditque, ei quem
ætas tutelæ aut curæ ſubiicit, non eſſe neceſſe quaſi
8 dementi quæri curatorem. † Sed contra hanc do-
ctrinam inſurgit Anton. Faber *dict. tit. 12. princip. 1.
illat. 6.* & ſuo more multas in Tribonianum cumulat
calumnias, quaſi ex ſuo capite in hac lege multa ad-
diderit, vel detraxerit. Mouetur que ex eo ſcilicet
multum referre, an minori eidemque furioſo curator
detur, tanquam minori, an tanquam furioſo: cum
non poſſimus bene affirmare reſpectum iri furioſo, ſi
eo prætextu, quòd minor eſt, curator ei detur tan-
quam adoleſcenti, cum ſit furioſus: quia quoad eius
perſonam attinet, curator datus tanquam minori: non
curat de furioſo, neque illum cuſtodit (vt diximus
*ſuprà numero* 4) & quoad eius bona, non poteſt ſuf-
ficere auctoritas curatoris dari tanquam minori, quia
ſicut furioſus à minore differt, in eo quod furioſus
nihil per ſe facere poteſt, *l. 1. § ſi furioſus, ff. de iure co-
dicil. l. nunquam* 31. §. *ſi ſeruus, ff. de vſucapio*, minor
ſine curatore ſuo recte obligatur, *l. puberes* 101. *de ver-
borum obligat.* ita curator furioſi in eo differt à cura-
tore minoris, quod per ſe omnia nomine furioſi po-
teſt facere, *l. 5. D. de regulis iuris*, curator verò minoris,
non niſi cum minore, & tantum auctoritatem præ-
ſtare. Mouetur etiam, & alia ratione Faber, quòd
non ſit bona conſecutio: quia prudentum interpre-
tatione, pupilli excepti ſint à generalitate *legis 12. ta-
bularum*, quâ furioſi omnes comprehenduntur, ſint
etiam excipiendi minores viginti quinque annis.
Quia licet in iure minorum, & impuberum nulla
diuerſitas cognoſcatur, vt in petenda propter ætatem
reſtitutione animaduertimus, & quoties generaliter
inter eos differentia non traditur, *leg. illud 32. ff. ad
leg. Aquil. leg. 3. §. vnde etiam, ff. de iniuſto rupt.* At
in hoc caſu magna eſt inter minores, & impuberes
differentia: quia furioſi perſona indiget curatore,
non minus quam bona eius adminiſtratione, vt
dictum eſt. Quibus rationibus ait Antonius Faber
coactum fuiſſe affirmare hunc locum non eſſe Vlpia-
ni, ſed Triboniani: nam quoties occurrit in Pru-
dentum libris aliquid, quod non niſi imprudenter,
& ſtolidè dictum videatur, Triboniano eſt attri-
buendum.

Quæ rationes leuiſſimæ mihi videntur, vt per ſe 9
poſſint ingenium minus inſtructum cogere, rece-
ptam litteram *dict. leg. 3. §. primo*, inuertere reli-
gioſius legum iſtarum, quas in Digeſtis mirantur,
lectio recepta debet retineri, ne ſi pro libito, vel
propter leuinſculam aliquam difficultatem, illicò li-
ceret lectionem omnium librorum auctoritate fir-
matam immutare, nulla difficultas in Iuriſprudentia
Romana daretur, & quilibet etiam, qui primis la-
biis nondum eam deguſtaſſet, optimis, & ſapien-
tioribus æquaretur. Quapropter grauiter iſtos Pan-
dectarum corruptores reprehendit. Petr. Faber
*libro 2. ſemeſt. cap. 13. fol.* 207. & Donel. *libro 8.
comm. cap.* 11. & Oſuald. *ibi littera L.* † Sed ad 10
difficultatem ita reſpondendum opinor, Vlpian. *in
præſenti*, interpretationem, quam *ſupra* propoſuerat
circa pupillos, extendiſſe ad puberes, non ea ra-
tione, quæ militabat in pupillis, quod tutela ſit
vberior, & aptior, ſed quia minor ætas magis ſit
attendenda, quæ eſt cauſa naturalis, non furoris
impedimentum, quod eſt cauſa accidentalis: vt
dixi cum Bart. *numero* 5. Atque ita ait dari curato-
rem minori, non tanquam furioſo, ſed tanquam
minori. † Neque Fabri argumentum vrget, diuer- 11
ſum eſſe dicentis curatorem minoris, ac furioſi:
quia Iure-conſultus non negat hunc curatorem dif-
ferre ab altero, tam in officio, quàm in obligatione,
ſed tantùm ait dari debere, *tanquam minori*: vt con-
ſtat illic: *Curatorem ei, non vt furioſo, ſed vt adoleſ-
centi dari, quaſi ætatis eſſet impedimentum.* Id eſt, ex
duabus his rebus minore ætate, & furore non at-
tendi niſi vanam, hoc eſt, ætatem. † Ratio au- 12
tem præcipua, qua mouetur Vlpianus vt eam ſeque-
retur interpretationem, ea eſt, quod cum ius ipſum
minori ætati prouiderit tutoris datione, conſtabat
mentem *legis 12. tabularum*, eam fuiſſe, vt eo ca-
ſu procederet, quo talis ætas non haberet curato-
rem, & ideo ſuccurrere voluit curatoris auxilio, ei
qui eo indigebat. Quod intelligi non poterat,
niſi quando erat iam maior viginti quinque an-
nis, quo tempore curatio finitur, *princip. In-
ſtit. de cura.* Nam ad quid de curatore prouideretur ei,
qui iam in curatione erat propter ætatem, ſuperflua
alias eſſet lex, cum remedium adhibeat ei, qui
remedium habebat *argumento l. vnic. C. de Theſaur.
libro decimo.* Qua ratione Vlpianus (vt mihi vide-
tur) illam interpretationem ad legem tabularum, ex
illius mente deprompſit, vt tantum intelligeretur
procedere, quando erant furioſi maiores viginti
quinque annis, tunc enim cum auxilio curatorum
eſſent deſtituti, conſentaneum fuit eis dare. † Ne- 13
que obſtat curatorem furioſi differre à curatore mino-
ris, vt fingit Antonius Faber, quia hoc falſum eſt,
cum certum officium ſit vnum & idem, & eiſdem-
met regulis metiatur: quia etſi curator furioſi ſine
eo omnia adminiſtret, non verò curator minoris, ex
hoc non ſequitur, conſtituendam eſſe differentiam
inter vnum & alterum, cum ſciamus tutorem, qui
datus eſt infanti anniculo (verbi gratia) omnia ſine
eo facere poſſe, vt adquirere eius nomine hæredi-
tatem, *leg. ſeruo 65. §. ſi pupilla in fin. D. ad S C.
Trebell.*

Trebell.l.ſi infanti 18. Codic. de iure deliber. Donell. lib.7.comment.cap.9. Petr. Faber in l.5.de regul. iuris, Pichard.de adquirend. hæred. cap.23. & nihilominùs eius officium non alteratur, quando pupillus iam eſt proximus pubertati, quod tunc cum eo tutor adminiſtret. Neque curator ita gerit, vt neceſſaria non ſit voluntas furioſi, ſed quia ita fieri non poteſt, & gerit iuxta formam *l.final.§.tali, C.de curatore furioſi.*

14 Altera negotium non facit difficultas, quod furioſi curator non ſolum res adminiſtrat, ſed & corpus tuetur & ſalutem, *l.conſilio de curat. furioſ.* Quia ex hoc non ſequitur, diuerſum eſſe officium, cùm ratio ipſa ſuadeat, vt qui illa calamitate afficitur adiuuetur, eique ea prouidentia conſulatur, *argument. l.Diuus* 14. *D.de officio Præſid.* alioquin diceremus magis eos eſſe tutores, quam curatores, qui etiam dantur inuitis prodigis, & furioſis; quod proprium eſt tutorum, *l.2.de tutel.l.nec non 6. ff.de tutor. l.1. titul.16.part.6.*docet Donel.3.*comment.cap.2.circa fin. & cap.*18. Anton. Faber *dict. titul.12. princ.1.illat.5.*
15 poſt Accurſ.& Bartol.*in dict.l.2.* † Curator quoque inuito ſemper datur, *l.5.§.ſi tutor.de adminiſtr. tutor. §.item inuiti, Inſtitut.de curator.* notant Gutier. *de tutel. prima parte, cap.19.* Anton. Faber *titul.23.princip.3.* Reuard.1. *variar. cap.17.* Caldas *in l. ſi curatorem in princ.numer.6.* & nihilominùs ſecundariò debet perſonis minorum prouidere, & illum curare, obſeruant Bæza *de decima tutor. cap.3. numer. 28.* Gutierr. *ſupra 3.parte,cap.3.numer.8.*& probatur *in d.l.conſilio;* vbi prius patrimonium deſignatur poſtea corpus,
16 ſalúſque furioſi. † Denique non adiuuat. Anton. Fab. quod Tribonianus adduxerit Antonini Imper. reſcriptum, quod ſi extaret, facilè eſſet videre, illud ad diuerſam ſpeciem pertinere. Miror certè virum Doctiſſimum in re tam certa cæcutire. Reſcriptum extat *in l.1.C.de Curator.furioſ.* cuius inſcriptio Antoninum Auctorem habet, & deciſio confirmat Vlpiani verba, ſi quidem ait: *Prodigis, vel furioſis, niſi impleta legitima ætate, id eſt, vigintiquinque annis, l.fin.C.de his, qui veniam ætatis, l.4. C. de tranſact. curatores non dari:* ergo antea non dantur niſi ratione ætatis. Hinc apparet criminationem illam Anton. Fab. ex ſuo Marte finxiſſe, quem etiam notauit Oſuald. *lib.3.Donel.cap.18 littera C,* licet argumentis non ſatisfaciat, neque *dict. l.3.* explicet.

---

## CAPVT IX.

### An adoleſcentes inuiti accipiant curatores ad interpretationem *l. 1. §. fin. D. de minorib. §. Item inuiti, Inſtit. de curat. cum aliis iuribus.*

### SVMMARIVM.

1 *Curatoris nomen odioſum olim adoleſcentibus.*
2 *Lege Lætoria quomodo creati curatores.*
3 *Legis Lætoriæ ſtatus ſublatus ab Imperatore M. Aurelio.*
4 *Adoleſcentia ætas parum ſibi conſtans, fragili conſilio regitur, & ideò ante vigintiquinque annos, minoribus conſtituuntur curatores,* & num.5.
6 *Proponitur difficultas,* d.§.item inuiti.
7 *Reuard.* ad d.§.item *audax expoſitio.*
8 *Præceptorum Salmanticenſium recenſetur intellectus.*
9 *Conuincitur ſupradictus noſtrorum intellectus,* & num.11.
10 *Verbum* Poteſt *&* debet *quomodo ſoleat accipi?*
12 *Vera interpretatio horum iurium;* & n.15.
13 *Tutor datur pupillo inuito, at curator non niſi petentibus,* & n.14.
16 L.Matris 6.C. Qui petant tut.
17 L.3.§.ſi pupillus, D.de tutel.
18 *Bartoli admiratio circa* d. §. ſi pupillus, *examinatur.*
19 *Infanti curator non datur.*
20 *Infantes qui ſint?*
21 *Quare adoleſcens inuitus accipit curatorem in litem.*

CVM *ex lege illa duodecim tabul.* cuius ſuperiori capite meminimus, curatores furioſis, & prodigis dari conſueuiſſet, § *furioſi Inſtit.de curat.* indeque poſtea dementibus, & laſciuis. 1
Adeò curatorum nomen exhorruerunt minores, tanquam inuidioſum quid, & infame: quaſi ex tali datione prodigalitatis, aut dementiæ ſuſpicio poſtea contraheretur in adoleſcente, *l.3.§.1. de tutelis,notat.* Petr. Gregor. *lib.13. ſyntagm. cap.3. num.4.* Pichard.*in princ.Inſtit.de curat.num.9.* Oſuald. *lib.3.Donel cap.18. littera E.* † Quia lege Lætoria (Lectoria legunt 2
alij) ita dabantur curatores, vt ex cauſa acciperent adoleſcentes, (vt referunt qui eius legis mentionem fecerunt ex Ciceron. *libro 3. de offic.* Ant. Auguſt. Hotman. & alij *in indice legum Roman.cap.de lege Lætoria.* Duaren. *in l in actionibus numer. 17. de in litem iur.* Rebuf. & Cuiac.*in dict l.1.de min.* Roſin.8.*antiq. cap.17.*) cauſa ergo cognita ſi malis moribus præditi eſſent, ſi luxui dediti, vel ſi neceſſaria erat rerum alienatio, aut iurgia, litémve habituri; tunc Magiſtratus adoleſcenti curatorem dabat. † Quod poſtea 3
immutauit Marcus Aurelius Imperator, (vt ex Capitolino in eius vita docent *ſupra dicti*, & Reuard. *libro 1. variar.cap.17.* Cuiac. Eguinar. Anton.Faber. & Gothofred *in dict l.1.*Bald.Hotman.& VVeſemb. *in dict.§.item inuiti)* conſtituens, vt etiam nullis redditis cauſis omnes adulti curatores acciperent, vſque dum legitima viginti quinque annorum ætas compleretur. † Cuius æquitatis ratio iure inni- 4
titur naturali, vt ſcribit Vlpian. *in dict. l.1.de minor.* quia vigeſimoquinto anno virilis vigor, & perfectus hominum ſtatus compleri cenſetur, *l.fin.C.de his qui veniam, l.cum pater 77.§.curatore delegat.2.l.ſi maritus 15.§.lex Iulia, ff.ad l.Iul.de adult.* docet Cuiac.*in d.l.1.* Sfortia *de Matrim.cap.de his qui poſſunt nuptias contrah. num.15.* antea autem ignara adoleſcentia contraria gerit, quæ pro futura putauerit, vt ait Caſſiodorus: & vt bellè, & verè Quintil. *declamat.* 322. Omnes impetus in hac ætate faciliùs conualeſcunt, ſanè nulla ætas floridior, ſed nulla fluidior. † In eáque 6
infirmum conſilium, & fragile, multorum captionibus ſuppoſitum, & expoſitum; & ideò quamvis res ſuas benè gerentibus adoleſcentibus, ſuarum rerum adminiſtratio ante legitimam ætatem, id eſt, viginti quinque annorum (docet Gothofred. *in l. ex duobus 27. de neg. geſt.*) accipere permiſſum non eſt, quæ eſt tota Vlpian. diffinitio *in d. l.1.& in d.l.3. §.1.de tutelis,* ibi, *Ei quem ætas cura vel tutelæ ſubiicit.* Quæ verba indicant, etiam inuitos ad curam reuocandos eſſe.

Sed obſtat Iuſtinian.*in dict. §.item inuiti.* Quo loci 7
ad tempus legis Lætoriæ reſpexiſſe videtur, dum ait inuitos adoleſcentes curatores nôn accipere, niſi litem pergant. Idque etiam probatur, *in l.*

*ſi impuberi* 13.§.*fin. ff. de tutor. & curat.* ibi, *Quoniam minoribus deſiderantibus curatores dari ſolent.* Deſiderantibus dantur, ergo non inuitis. De qua difficultate, iam diu Interpretes latè egerunt, *in dictis iuribus*, Caldas *in l. ſi curatorem in princip. numero* 6. Anton. Faber & Cuiac. *in dict. l.*1. idem Fab. *in Iuriſprudent. tit.* 23. *princip.* 3. Reuard. *ſupra* Duaren. *in paraphraſ. ad titul. de minoribus*, Gutier. *de tutel. prima parte, cap.* 19. *per tot.* & relati ab Oſuald. *dict. littera E*, Pacius *cent.* 3. *quæſt.* 88. Budeus *in not. ad*
8 *dict. littera I.* † Et in primis audiendus non eſt, Reuard. *dict. cap.* 17. exiſtimans, inter hæc iura: nullam prorſus reperiri conciliationem, Triboniani incuriam maximè reprehendens, qui *in dict.* §. *item inuiti*, ius antiquum retulerit, quod iam tempore Vlpiniani non erat in vſu, vt conſtat ibi *hodie*, ſed antiquatum ius legis Lætoriæ quod conſtitutionem Marci Aurelij præceſſerat. Quæ Reuardi expoſitio magis audax eſt, quàm vera, cum ſciamus etiam Vlpiani tempore, adoleſcentes inuitos curatores non accepiſſe, *l. nec non* 6. *iuncta gloſſa ibi ff. de tutor. & curator. leg* 3. §. *curatorem, ff. qui petant tutor. l.* 1. per argumentum ab ſpeciali, *l. matris* 6. *Codic. eodem, l.* 2. *Codic. qui legitimam perſonam*, *l. ſi curatorem in princ. Cod. de in integr. reſtitut. l. ait Prætor* 7 §. *permittitur, ff. de minor.* quibus conuenit *l.* 13. *titul.* 6. *part.* 6. iunctis iis quæ tradit Baëza *de decima tutor cap.* 9. *n.* 28. *&* 30. Caldas *in d. l. ſi curatorem in princ. num.* 13. *& verbo ſine curatore* 64.

9 Quare ea recepta fuit à noſtris Præceptoribus interpretatio, quod cum puberes regula *d.* §. *item inuiti*, abuterentur, raró curatores accipere conſueuerant, quo vſque lege Lætoria, cuius *ſupra* meminimus, ex cauſa curatores conſtituebantur, donec etiam ſine cauſa, eos eſſe dandos conſtituit Imperator Marcus Aurelius, qua conſtitutione neutiquam, cautũ eſt, vt adoleſcentes inuiti curatores acciperent (vt non rectè putabat Reuardus,) ſed id tantum vt etiam ſine cauſis, quæ lege Lætoria requirebantur dari poſſet curator, quo reſpiciens Vlpianus *in dict. l.* 1. eodem ſenſu dixit *Minores hodie, id eſt poſt dictam conſtitutionem, curatorum auxilio regi, quamvis rem ſuam benè gerant*, & *cauſæ non ſint, quas lex Lætoria olim requirebat, neque item ante legitimam ætatem, illis ſuarum rerum adminiſtrationem permitti debere, vbi curatores ſponte petierint, & eorum auxilio regi cœperint.* Sic Vlpiani verba accipienda eſſe tradunt. Cuiacius, & Eguinarius, & in eam videtur inclinare alia interpretatio tradita à Caldas *ſupra*, quam ſequitur Picharo *dict. princ. Inſtitut. de curatoribus numer.* 9. Verùm hæc non ſatis adaptari poteſt dictis iuribus: nam Vlpianus *in dict. l.* 1. ita curatorum auxilio regi adoleſcentes, ait vt ſuarum rerum adminiſtratio eis antea non detur: ergo hæc adminiſtratio à curatoribus eſt exercenda, non ab ipſis minoribus. Expendo illud verbum *debebit*, quod indicat excluſos fuiſſe minores ab adminiſtratione, durante minori ætate: quod verbum etiam reperitur *in l. curatorem.* 25. *D. de tut. & curat.* ibi: *alium curatorem ſibi petere debebit*, Cui congruit Iuſtinianus *in d. princip. Inſtit. de curatoribus*, vbi ait, *Minores, vſque ad legitimam ætatem, curatores accipiunt.* Quibus verbis ſignificat, hoc cum effectu eſſe intelligendum: nam ſi ipſi inuiti non poſſent compelli,
10 diceret, curatores poſſunt accipere. † Ea enim eſt proprietas horum verborum, *poteſt, & debet*, *l. ſæpe* 8. *D. de offic. Præſidis*, cum aliis adductis à Morla
11 *in emp. titulo ſecundo in præmiſ numero* 18. † Deinde, quia apertè diuinare eſt, Vlpianum ita eſſe accipiendum, id eſt, vt quamvis cauſæ non ſint, quæ à lege requirebantur: nam de hoc apud Vlpianum verbum nullum extat. Denique, quia ea admiſſa interpretatione adhuc remanet difficultas *dict.* §. *item inuiti*: vbi Iuſtinianus non aperit, quam ob rem adoleſcentes, curatores non admittant.

Pro huius tamen difficultatis vera interpretatio- 12
ne, ego exiſtimo conſtituendum eſſe principium in iure certum, adoleſcentes curatorum auxilio regendos, neque eis adminiſtrationem rerum ſuarum concedendam, vt Vlpianus ait, cum aliis iuribus id ſuadentibus. † At tamen in hoc puberes à 13
pupillis differre, quod pupillis ipſis, etiam inuitis, & reluctantibus dantur tutores, abſque eo, quod ipſi ſibi petant; & ideò *in l.* 2. *D. de tutelis*, Pomponius tradit, non eſſe exigendum à pupillo, vt ſibi tutorem petat, ea ratione: quia cum detur inuito non eſt neceſſe, petitionem eius attendere; tutela enim ſemper redditur in inuitum, vnde pupillo non debet peti, ſed eidem non petenti, imo repugnanti datur, vt ex Dyno *in dicta l.* 2. notat Albericus, & facit regula *in l. qui poteſt* 26. *D. de regulis iuris*, obſeruat Anton. Fab. *in Iuriſprudent. tit.* 12. *princip.* 1. *illatione* 5. Donel. *libro* 3. *comment. cap.* 2. *circa fin.* poſt Accurſ. & Bart. *in d. l.* 2.

Hoc tamen non obtinet in minoribus, nam eiſ- 14
dem inuitis non dantur curatores, ſed petentibus ipſis, *l.* 2. §. *hæc quidem, D. qui petant tutores*, ibi, *Curatores autem minores ſibi ipſis petent. l. ita autem* 5. §. *tutor. iuncta, l. à tutoribus* 33. §. *officium, D. de adminiſtr. tutor. l. matris* 6. *Codic. qui petant tut.* cum latè traditis à Gutierrez *dict. cap.* 19. *numero* 11. *&* 12. Anton. Fabro *ſup. tit.* 23. *princip.* 3. Caldas *in dict. leg. ſi curatorem in princip. numero* 6. Reuardo *ſupra.* † Quibus ita 15
præſuppoſitis, Vlpiani, & Iuſtinian. mens iam apparet, ſcilicet quemlibet minorem, curatorum auxilio regendum, vt rerum adminiſtratio curatori ſit danda, non adoleſcenti, vt *in dicta leg.* 1. ſed hunc adoleſcentem non debere accipere curatorem contra ſuam voluntatem, id eſt, vt ſi velit Iudex Titium conſtituere curatorem, vel alius minori petat, talem accipiat inuitus adoleſcens, hoc tamen non procedit: quia ille erit dandus, ſecundùm voluntatem minoris, quem minor petierit, *l. mutus* 43. §. *is qui, de procuratoribus*, & hoc eſt, quod Iuſtinianus ait, adoleſcentes inuitos, non accipere curatorem, niſi in litem ſit datus, *leg.* 1. *leg. admone* 7. *Codic. qui petant tut. leg ait Prætor* 7. §. *permittitur, D. de minoribus, l.* 3. *D. qui petant tut.* † Neque obſtat *dicta l. matris* 6. 16
ibi, *Si res eorum exigit*, vbi demonſtrantur, non ſemper niſi cum neceſſitas expoſtulet, curatores eſſe dandos, *l. ſi impuberi* 13. §. *finali, D. de tutor. & curat.* Quia reſpondeo, non ex hoc colligendum, res ſuas adminiſtrare poſſe, quoniam ſi curatores non petierint, ab ipſis tutoribus res adminiſtrantur, *dict. l.* 13. §. *fin iuncta l.* 5 §. *ſi tutor, dict l. à tutoribus* 33. §. *officium de adminiſtr tut. leg. ſi tutor* 13. *D. de tut. & ratio. dict. leg vnica, Codic. vt cauſa poſt pubertatem, leg. tutor.* 11. *C. arbitrium tutelæ*: quæ connexa adminiſtratio ab eiſdem iuribus appellatur, & à I.C. *in l. eum actum D. de neg. geſtis.*

Hinc infero interpretationem ad *dict. leg.* §. *ſi pu-* 17
*pillus* 2 *ff. de tutel.* quo loci Vlpianus ait, *Quod ſi pupillus, vel pupilla cum iuſto tutore litem egerit, non aliter dandum eſſe curatorem, niſi ipſe pupillus petat, & ita dari debere, ſi poſtulauerit & ob quam rationem infanti non dabitur.* † Qua deciſione in admirationem 18
concitatur Bartol. *ibi numer.* 1. quomodo I.C. de pupillo loquens, aſſerat ipſum debere petere: quia diſcernere neque ſcire talis ætas poteſt, *leg.* 1. *Codic. de falſa moneta, leg. pupillus* 9. *de adquirenda hæreditate.* Procedit nempè *ſupra* dicta ratione: quia curatio non vt tutela inuito datur, in curatione minorum volun-

19 tas exquiritur, non in tutela. † Indè cùm infans non poſſit voluntatem ſuam in petendo curatore declarare, *leg. quamuis 32. §. infans, ff. de acquirenda poſſeſſ. dict. leg. pupillus*, ideò ei non datur: quia tanquam abſens cenſetur, *argument. leg. vbi non voce*
20 124. *in fin. de regulis iuris.* † Infantes vocat eos Iure Conſult. non qui fari non poſſint, vt Ant. Faber *ſupra titul. 12. princip. 6. illatio. 8.* notat, ſed qui minor eſt ſeptennio, & loqui poteſt, non tamen intelligit, Anton. Pichard. *de adquirenda hæreditate, c. 23.* Petr. Gregor. *lib. 15. ſynt cap. 23. numero 5.* Oſuald. *ad Donell. libro 7. cap. 9. littera D.* Cuiac. *in l. 5. de regul. iur. in fine & 4. ad African in l. 49 de acquirend. hæred.* & ob id neceſſe erit, vt ſpectetur tempus quo infantiam egrediatur, vt ait *dict. §. ſi pupillus*, ſicut ex Carboniano edicto differtur quæſtio in tempus pubertatis, *toto titul. D. de Carbon. edict.* Neque placet Anton. Faber *dict. titul. 12. princip. 1. illat. 9.* qui contrà Vlpian. eo in caſu curatorem eſſe dandum, dicebat.
21 † Sed quare in litem inuitus adoleſcens accipiat curatorem, ſupradicti non docent. Dic tamen, eâ ratione effectum, ne tergiuerſatione; & occaſione non petiti tutoris, litem procraſtinetur; & iudicium ſubire recuſet, & in ſua poteſtate eſſet, actoris petitionem ita eludere: quod ſemper iura abhorrent, *argument. l. conſentaneum, Codic. quomodo, & quando l. quoties D. de noxal. leg. 2. titulo 3. parte 3.* Couarrun. *lib. 1. variar. cap. 18.* quam ob cauſam decretorum remedium contra contumaces videmus introductum, & alia, de quibus *in l. contumacia 53. §. 1. D. de re iud.* videndi ſunt relati à Pichard. *de 1. & 2. Decreto in titul. de interdictis.* Quam rationem expreſſit Vlpian. *in d. l. 3. § ſi pupillus verſ. idem Caſſius*, ibi: *Si pupillus, curatorem poſcere non vult quominus cum eo agatur, cogi eum à Prætore debuiſſe.*

---

## CAPVT X.

### An quando in lege vel alia diſpoſitione temporis ſit mentio, intelligenda ſit de tempore vtili, vel continuo, lux datur *l. Paulus 38. §. fin. de liberali cauſa.*

### SVMMARIVM.

1 *Difficultas huius quæſtionis proponitur ex differentia inter tempus vtile, vel continuum.*
2 *Tempore continuo dies currunt etiam ignorantibus.*
3 *Patronus an teneatur præſentare, à die ſcientiæ, vel à die vacationis, remiſſiuè.*
4 *Differentiam hanc qui reiecerint, & fundamenta eorum qui contrarium tenent*, & num. 5. & 6.
7 L. Paulus 38. §. fin. de lib. cauſ. *explicatio, ex Anton. Gomez, & Donell. & Cum.* & num. 8.
9 *Vera eiuſdem legis interpretatio*, & n. 11.
10 L. ſi peculium §. is cui C. de ſtatulib.
12 *Diui Marci, & Commodi conſtitutio, circa libertatem ſeruorum.*
13 *Satisfit fundamentis Donelli, & aliorum.*

1 SI in lege aliquid intra certum tempus fieri iubetur, veluti in beneficiis, in quibus ſemeſtre datur, intra quod de his prouideatur, vel ſi teſtator aliquid intra annum fieri iuſſit; quæri ſolet an vtile debeat cenſeri hoc tempus, an verò continuum? Differentia maxima eſt, nam ſi tempus eſt vtile, tunc incipiet currere, quando ſcierit grauatus, & quando iudicis adeundi poteſtatem habeat, *l. 1. ff. de diuerſis, & temporalibus præſcript. l. 1. §. dies ff. quando appellandum ſit l. 3. in fin. de accuſat. l. miles 11. §. quidam 5. ff. ad legem Iuliam de adulteriis, l. cum ſex 55 de ædilit. edict. l. 2. §. dies ff. quis ordo. § in petenda. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* vbi docet Pichardus *à num. 1. & in princ. Inſtit. de perpetuis, & temp. num. 13.* Gotofred. *in dict. leg. 1. ff. eod.* Thomas Sanchez *de matrim. libro ſeptimo, diſputatione 37. numero 19. & ſequent.* † Si verò tempus continuum eſt, dies continuè currunt tam diebus feriatis, quam non feriatis, præſentibus, abſentibus, ſcientibus, vel ignorantibus, docent Cuiac. *lib. 2. obſeruat.* Menochius *de recuperando remedio 1. numero 450.* & alij relati a Cardoſo *in praxi aduocatorum verbo tempus numero 78.* Remon. *conſil. 6. numero 7. & ſequent.* † Quod maximè conducit ad quæſtiones varias, vt de patrono an teneatur præſentare à die ſcientiæ, vel à die vacationis, de quâ latè poſt Lambertinum tractant Florez *libro 1. variarum quæſtione 3. per tot.* Spin. *de teſtam. gloſſ. 4. numero 12.* Lara *de capellanis libro 2. cap. 9. numero 35.* Azor. *2. tom. Moral. lib. 6. cap. 21. quæſt. 11.* Nicol. Garcia *de beneficiis 2 tom. 10. part. cap. 2. n. 34.* Alias quæſtiones percurrit Thomas Sanchez *libro 7. de Matrim. diſputatione 37. numero 18. & ſequentib.* Emanuel. Rodriguez *3. tom. reg. quæſt. 17. art. 16.* Florez *libro 3. variar. quæſtione 11. numero 68.* Ceuallos *communium quæſt. 48.* & alios adducit Caldas *lib. 1. recep. ſentent. q. 5. n. 19.* 2 3

Sed hanc differentiam neceſſariam non eſſe contendunt Donell. *libro 16. comm. cap. 8.* & Gouean. *libro primo variar. cap. decimo*, & ante eos docuerat Bart. *in l. genero numero tertio, ff. de his qui notantur*, Anton. Bardus *de tempore vtili cap. 3.* & relati à Collero *de proceſſibus quarta parte, cap. 1. numero 245.* quoniam quoties dies, vel annus apponitur neque aliud exprimitur, de vtilibus ſunt intelligendi, quibus fauet *l. 1. in princ. & § annus 39. de vi, & vi armata l. 3. Codic. de ædilitiis act. iuncta l. ſciendum 19. §. fin. ff. eodem*, vbi in vna parte dicitur ſimpliciter annus, & in altera adiicitur quod ſit vtilis, ſic etiam accipiunt iura *in l. ſi cum exceptione 14. §. poſt annum, ff. de eo quod metus, l. interdum 19. de minoribus.* 4

Contrariam verò ſententiam tenuerunt Accurſius *in Rubrica, ff. de diuerſ. & tempor.* Menochius *dict. remed. 1. numero 447.* Anton. Gomez *3. tom. variarum cap. 8. numero 2.* alios referens, Tiraquellus *de retractu lignag. §. 1. gloſſ. 11. numero 21.* Azeuedo *in Curia, Piſa. libro 4. cap. 6. numero 58. & in l. 1. tit. 7. libro 8. recopilat.* Matienz *in l. 8. titulo 11. gloſſ. 12. per totam, libro 5. recopilat.* Oſuald. *ad Donell. libro 1. cap. 18. littera D.* idem Donell. ſibi contrarius *libro 5. comment. cap. 21.* † Pro qua parte (quæ tanquam verior, maioribus, & fortioribus ſtabilitur fundamentis) eſt I.C. cum gloſſa, *verbo ſubtraxiſſe in l. 1. §. dies, ff. quando appellandum ſit l. cap. 25. ff. de adulteriis l. 4. ff. de pœnis l. fin. § quoties de publicanis l. Tais 41. § intra 12. de fideicommiſſariis libertatibus l fin. Cod. de dolo l. fin. Codic. de temporibus in integrum, authent. hodiè Codic. de appellat.* Deinde exponendo *l. ſeruus 14. §. fin. de ſtatulib.* vbi ſeruus qui liber eſſe iuſſus fuerat, ſi hæredi operas ſeptem annorum dediſſet, ſi fugerit, non erit liber; niſi totidem dies, quot abfuiſſet, ſeruierit. Eleganter etiam docuit id idem Conſultus *in l. 4. §. Stichus 5. de ſtatulib.* vbi clarè demonſtrat, hoc tempus debere eſſe continuum. 5 6

Neque obſtat Paulus I. C. *in l. Paulus 38. §. fin. ff. de liberali cauſa*, vbi ſi venditus fuerit ſeruus; 7

ta vt ſi continuo triennio ſeruierit, manumittatur, ſi per aliquantulum temporis aufugerit, & poſtea reuertatur, expleto tempore poſtquam manumitti debuit, libertatem conſequitur: cuius deciſionem à communibus regulis deuiare dixit Romanus, *in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te, ff. de verbor. obligat.* Sed huic difficultati reſpondet, & Anton. Gomez *ſupra dict. cap. 8. numero 2.* & Donellus *dict. libro 5. cap. 21.* poſt Felin. *in proœm. decretal. verb. Rex. numero 6.* id fauore libertatis procedere, quod falſum eſt *dict. l. 4. §. Stichus, l. Stichum 39. §. dama l. ſi peculium 10. §. quadam 5. verſic. alia, ff. de ſtatulib.* vbi eodem caſu ſi ſeruus ad libertatem peruenerit, debet tempus tranſire.

8 Neque melior eſt interpretatio Cuiac. *lib. 15. reſponſorum Pauli in dict. §. fin.* qui ait non fuiſſe factam ibi mentionem continui ſeruitij, ſed continui triennij, nam cum conditio fuit, *ſi continuo triennio ſeruiſſet*, ſequitur continuo illo tempore debere ſeruire, quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi ſecundùm tempus verbi, vt notant plures relati à Tiraquello *de iure primogen. quæſtione 40. numero 176.* Vnde non fuit adiectum inter contrahentes, vt continuo triennio eſſet, ſed vt continuo triennio ſeruiret.

9 His ergo, & aliis omiſſis explicationibus, quas ex Iaſone, & aliis refert Caldas *libro 1. recep. ſentent. quæſt. 3. ex numero 19. cum ſeq.* hoc ita procedere exiſtimans, quia modicum aliquod adfuit internallum, reſpondendum exiſtimabam in ſpecie *dict. l. Paulus §. fin.* venditum fuiſſe Stichum Titio ea conditione, vt eum Titius manumitteret poſt triennium, ſi continuò ſeruierit. Quo caſu, & ſi Stichus fugerit, ſi poſtea reuertit, iam Titio mortuo, triennio expleto, nihilominus poſt triennium, poſt quod Stichus manumitti debuit, competit ei libertas. Quod ea ratione procedit, nam cum hoc ſeruitium præſtandum eſſet Titio emptori, qui tamen tempore reuerſionis iam mortuus fuerat, non potuit hæredi præſtari: quoniam hoc non fuerit conuentione emptionis appoſitum, ſed illud tantum, *vt triennio ſeruiret, & à Titio manumitteretur*, atque ideò cum tranſactum fuerit triennium, & mortuus ſit Titius, non debet tempus, quod fugit reſarcire, aut purgare, nam non extat iam cui hoc ſeruitium debeat præſtare, quia, & ſi hæres ſit, cum tamen non fuerit in pacto comprehenſus, ipſi ſeruitium exhibere, vt purgaret fugam, non debuit *leg. apud Iulianum 40. §. ſi quis alicui, ff. de l. 1. l. ſtipulatio iſta 38. l. ſi quis ita 10. l. ſi ita 92.*
10 *D. de verb. obligat.* † Cuius rei exemplum præſtat, *l. ſi peculium 20. §. is cui ff. de ſtatulib.* vbi ſi decem dare, & liber eſſe, iuſſus eſt ſeruus, ſi is cui danda eſſent decem, deceſſerit, conſtituto iure, conſequitur libertatem, etiam ſi illa decem non habuerit parata: idem probatur *in leg. Stichum 39. §. ſi Stichus ff. eod. leg. cum*
11 *ita 94. de condit. & demonſtr.* † Vnde non immerito Paulus *in dict. §. fin.* adiecit illa verba, *ſecundum ea, quæ proponuntur.* Vt doceat non ſemper hoc verum eſſe, ſed ſubiecti caſus qualitatem ita reſpondere perſuadere, nec ſine myſterio propoſuit etiam, & illa: *expleto tempore libertatem ei competiſſe*, vt ſignificaret non eſſe neceſſariam manumiſſionem, ſed ipſo iure competiſſe libertatem; nam cùm ille, à quo manumittendus eſſet, iam mortuus erat, non debuit ad hoc, vt ei competeret libertas expectare alterius manumiſſionem, vt eleganter ſcribit Vlpianus *in l. ſi quis, hac lege 30. D. qui, & à quibus leg. 1. & l. 2. Cod. ſi mancipium ita fuer. & alie.* ſi vero tempus triennij non fuerit expletum tunc dicimus hæredi ſeruiturum Stichum, quia & ſi perſona eius non ſit nominata, tamen obligatus eſt ad ſeruiendum per triennium, & ſic manet adhuc ſeruus hæredis, donec triennium expleatur, verum libertatem ab eo non conſequetur, quia id tantum Titij perſonæ munus fuit *leg. 4.*
*§. ſeruire ff. de ſtatuliber.* † Quod, & ſi iure ſtricto 12
non obtinuiſſet, tamen id admiſſum eſt ex conſtitutione D. Marci, & Commodi ad Aufidium Victorinum, qua cautum, vt ſi quis ſeruus venderetur ea lege, vt intra certum tempus manumittatur, elapſo tempore, liber fiat ipſo iure, id eſt, ſine facto emptoris, *l. verum 11. §. quod ſi. de minoribus l. 3. cum aliis de ſeruis exportandis l. in eo 45. de ritu nupt. l. 3. §. is planè, de ſuis, & legitimis leg. cauſam 21. §. 1. de manumiſſio. l. ſi is qui 30. D. qui. & à quibus leg. qui Roma 122. §. Flauius de verbor. obligat.* docent late Cuiacius *libro 1. obſeruat. cap. 29.* Sarmiento *lib. 2 ſelectarum cap. 1. n. 22.* Hotmanus *lib. 4. obſeruat. cap. 13.* Reuard. *lib. 1. variar. cap. 13.* Anton. Faber *de erroribus decade 45. error. 5. num. 8. & lib. 14. coniect. cap. 4.* Pichard. *in diſput. de mora, num. 149.* Oſualdus *ad Donellum lib. 8. cap. 3. littera D.* Merillus *lib. 1. obſeruat. c. 15. & 29.* Ad quod reſcriptum videtur reſpexiſſe Conſultus *in d. l. Paulus in princ.* qui ita debet præter omnes explicari, & exornari.

Vt ergo noſtræ diſputationis finiamus intentum, 13
non obſtant iura quæ pro opinione Donelli adducta ſunt *ſuprà*, quibus facile reſpondetur in Prætorum edictis, interdictiſque tempus vtile non continuum fuiſſe conceſſum, nam cum Prætores attenta æquitate procederent, Petrus Gregorius *lib. 43. ſyntagm. cap. 3. num. 8.* Anton. Faber, *in Iuriſprudent. tit. 2. prin. 10. illat. 5.* ſemper ita rem temperarunt, facit *princip. Inſt. de perpetuis, & temporalibus*, vbi docuit Accurſius *verbo intra annum*, quem ſequitur Bartolus, & alij laudati à Menochio *d. d. remed. 1. num. 449.*

---

## CAPVT XI.

### Falsò Doctores tradidiſſe, deportatam fuiſſe matrem, *l. Statius Florus 48. §. Cornelio, D. de iure fiſci.* Proponitur vera eius interpretatio.

### SVMMARIVM.

1 *Species* d. l. Statius §. Cornelio d. de iure fiſc.
2 *An caſus mortis ſit extendendus ad ſimiles* in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm de liber. & poſth. & n. 7. & 8.
3 *Deportatio in locum interdictionis aquæ, & ignis ſucceſſit, remiſſiuè.*
4 *Deportatus pro mortuo habetur.*
5 *In pœnis priuatus præfertur fiſco*, & n. 16.
6 *Difficultas* d. §. Cornelio.
9 *Solutio antiquorum ad* d. §. Cornelio.
10 *D. Ioan. Chumaceri, & D. Antonij Pichard. Doctiſſimorum Anteceſſ. interpretatio ad eum.*
11 *Nouis cogitationibus non placet*, & n. 12.
13 *Qui delinquit an pœna videatur conſentire?*
14 L. Imperatores 34. de iure fiſci *explicata.*
15 *Delictum perpetrans non poteſt dici alienare.*
17 *Teſtator voluiſſe videtur* in d. §. Cornelio, *vt poſt matrem, nullus niſi filius admitteretur.*
18 *Primarij cuiuſdam interpretatio ad* dict. §. Cornelio.
19 *Impugnatur validiſſimis argumentis*, & n. 21. 22. & 23.
20 *Oſtenditur malè fingi duos caſus* in d. §. Cornelio.
24 *An* in d. §. Cornelio, *fuerit mater deportata?* & n. 34.

25 *Agitur*

25 *Agitur de intellectu* in d. l.ſi mandauero 22. §. is cuius D.Mandat.& n.27.

28 *Quare in* d. §. is cuius *detur actio vtilis, & non directa ?* & n.31.

29 *An in* d.§.is cuius *ſit ciuilis vel iuriſgentium actio illa ?* & n.30.

32 *Verba* dict. § is cuius, *explicantur contra Bened. Pinell & Oſuald.*

33 L.2.C.de bonis proſcript.

35 *Cur in* d.§.Cornelio, *filius non potuerit interim admitti ?* & n.37.

36 *Bona ſemper tranſeunt in fiſcum cum ſua cauſa.*

38 *Allegatio filij pro ſuo iure in* dict. §. Cornelio, & q[illegible] *modo intelligantur verba*, conſtitutum eſt, & [illegible] 40.

39 *Imp[illegible]atores ſolebant adſidentibus ſibi Iure Conſultis iudicare.*

41 *Adducitur pro vera interpretatione*, d. §. Cornelio *deciſio* leg. peto 69. §. prædium, de leg.2.

1 MATER hæres inſtituta grauata
fuit poſt mortem ſuam, Cornelio fi-
lio reſtituere hæreditatem, cum au-
tem condemnata propter delictum
fuiſſet; quærebatur an bona ad fiſ-
cum, vel ad filium pertinerent? Reſ-
pondit Paulus interim ad fiſcum pertinere.

2 Hæc deciſio celebris; & antiquis & neotericis
præſtitit multiplicis difficultatis anſam. *Primò*, nam
ferè concors eſt ſententia Scribentium *in l. Gallus* §.
*& quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum.* caſum mortis
in ea lege expreſſum, ad ſimiles eſſe protrahendum,
itavt ſi in formula Galli inſtituatur nepos, ſub illa
conditione; *ſi filius me viuo moriatur*: idem effectus
3 reſultet, *ſi filius deportetur.* † Cum deportatio (quæ
in locum aquæ, & ignis interdictionis ſucceſſit, *l.* 2.
§.*conſtat ff.de pœnis leg.*3.*ff ad leg.Iuliam peculatus*, no-
tat ex Dione Cuiacius *lib.*6. *obſeru. cap.* 39. Briſonius
*lib.*3.*Antiquit.notat cap.*5. Gotofredus *in leg.*1. §. 2. *de
leg.*3. Dorleans *ad Tacitum lib.*4.*annal.fol.*363.*num.*20.
4 Pancirolus *lib.*1.*variar.cap.*41.) † illum ipſum effe-
ctum producat, vt ea pœna affectus pro mortuo ha-
beatur, *leg verum* 63.§.*vlt ff pro ſocio, leg.* 1. §. *fin. ff.
de bon.poſſ.contra tab. l.* 4. §. *ſi deportatus de bonis liber.*
Docent Cuiacius *lib.*3.*obſeruat. cap.*10. Anton.Fab. *in
Iuriſprud.tit.*11.*princ.*3.*& tit.*16.*princ.* 1.*illat.*13. Gil-
quenius *de præſcript.*13.*part.cap.*6.*& in dict.*§.*& quid ſi
tantum à numero* 5. & ſummi ingenij vir, & meritò
ante alios excellens D Ioannes Chumacero *ſelectar.
diſput.*10.*num.*3.*cum ſequentibus*, & nouiſſimè Præce-
ptor noſter communis, eruditus Antonius Pichardo
*in lect.Salmant.ad dict.l. Gallus cap.* 7. *per totum* & D.
Ioan. del Caſtillo *lib.*6.*controu.cap.*162.

5 *Secundò* quia certi iuris eſt, præferendum eſſe pri-
uatum fiſco in pœnis, ſi fiſcus videlicet ad pœnam,
priuatus vero ad debitum conſequendum agant, *leg.
non poſſunt* 11.*l.in ſumma* 17.*leg res* 22.§.1 *leg quod pla-
cuit* 37.*leg. Arrianus* 42.*cum aliis ff de iure fiſci leg.vni-
ca Cod.de pœnis fiſcalibus lib.* 10. Vbi nos latius Deo
dante dicemus. Docent Cuiacius *hîc, & lib.*10. *reſp.*
Papinianus *in dict.leg.quod placuit. & lib.* 11 *in leg.*2[illegible]
*hoc titul & lib.*6.*in l.*18.§ *fin.eod.* Donellus *lib.*23. *com-
ment.cap.*15. vbi Oſualdus *littera* C Barboſa poſt Bart.
& Iaſon. *in leg.*1.2 *parte numero* 1[illegible].*& in leg ſi conſtan-
te* §.*fin ff.ſolutio matrimon.* Peregrinus *de iure fiſci lib.*4.
*titul.*8.*numero* 12. Gregorius *in leg.* 9. *titul.* 3. *partit.*5.
*per text.ibi.* Couar. *lib.*1.*variar.cap.*16. Paz *in leg.* 105.
6 *del eſtylo ſcolio* 2. † At in ſpecie *dict.*§.*Cornelio*, ad
debitum, ſibi agebat filius, vtpotè quia per depor-
tationem matre mortua (quæ grauata erat reſtituere)
extitit conditio reſtitutionis, atque ita præferri de-
buit fiſco Cornelius. † Quibus difficultatibus maxi- 7
mè cruciantur noſtri variè digladiantes circa eam
quæſtionem; an de caſu mortis ad deportationem
valeat extenſio? Quam eleganter proſequuntur Do-
ctores *in dict.*§ *& quid ſi tantum*, & Chumacero *d.diſ-
put.* 10 *ad interpretationem d.*§ *& quid ſi tantum, l. cum
pater* §. *hæreditatem delegat.*2.*l.fideicommiſſa* 11.§ *ſi cui,
delegat.*3.*leg.intercidit* 59 *de condit.& demonſtr.leg.ex ea
parte* 121.§.*in inſulam, de verbor.oblig.cum aliis.* Atque
ideo nos de ea tractare ſuperſedemus; tantum enim
ſcribere cordi eſt, vt ſæpius dixi, quæ fuerunt mi-
nus rectè à noſtris obſeruata. † Itaque communiter
in eam ſententiam itum eſt, validum eſſe argumen- 8
tum de morte naturali ad mortem ciuilem, quando
eadem ratio, & idem effectus reſultat ex vtraque *d.
l.*1.§.*fin.de cõtra tabul.d.l.*4.*de bon.lib.l actione* 65.§.*pu-
blicatione D. pro ſocio, & in* §.*publicatione Inſt.de ſocie-
tate*, vt ad plures elegantes quæſtiones docent Bart.
& Iaſon. & alij antiqui *in dict. l. ex ea parte*, §. *in in-
ſulam, & in dict.*§.*& quid ſi tantum*, Molina *lib.*1. *de
Hiſp.primog.cap.*13.*numero* 94.*& cap.*20. *numero* 9. *&
lib.* 4.*c.*11.*per totum* Gregorius *in l.*1.*tit.*18.*partit.*4.*ver-
bo Ciuil.* Gutierrez *lib.*2.*Canonic.cap.*1. *numero* 48. Ce-
uallos *quæſtione* 63.*&* 806. Fachineus *lib.*10.*controu. c.*
45. & laudati ab Spino *de teſtament gloſſa* 19.*à num.*
43. Caſtillo *lib.*3.*controuer.cap.*12. *à numero* 36. *& in
tractat.de vſufructu cap.*66.*num.* 8. Auenda *in l.*4.*Taur.
gloſſa* 4.*numero* 3. Angulo *de meliorat. in l.* 1. *gloſſa* 3.
*numero* 11. Barboſa *in leg.*2.*part.* 1.*numero* 153. *D. ſo-
lut.mat.* Gail. *lib* 2.*obſeru.cap* 140. *numero* 18. Chuma-
cero *d.diſp.*10.*& ſequent.* Anton. Pichard. *in d.l. Gallus
cap.* 7. *à numero* 43. Fuſarius *de fideicommiſſ. quæ-
ſtione* 430.

Ad difficultatem autem quam in contrarium mo- 9
uebat Paul. *in d.* §. *Cornelio*, Præceptores noſtri illud
reſponſum attulerunt, non oriri in illa ſpecie eundem
effectum ex vtraque morte, quippe mors naturalis
ſtatim fideicommiſſario locum facit, ciuilis non ita;
imo ſi fideicommiſſarius decedat, dum hæres graua-
tus naturali er viuit, fideicommiſſi ius periit, nec quid-
quam ad hæredes tranſmittit, *d.l.intercidit, de condit.
& demonſt. l. vnica* §.*ſin autem aliquid, Cod.de caducis.*
Quam rationem expreſſit Paul. ibi: *quia potuit prius
ipſe mori*, quam ita accipiunt Bart. *in dicto* § *& quid ſi
tantum, & in dict.* §. *in inſulam* vbi Aretin. *numero* 1.
Galiaula *numero* 10. Suarez *allegat.* 10. Palac. Rub. *in re-
pet.rubricæ* §.71.*numero* 11. Verùm hæc interpretatio
ex antiquorum commentariis in noſtra Academia
perlectis extracta, pluribus ſæculis obtinuit, ſed me-
rito reiicitur à Chumacero *d.diſput.* 11 *numero* 1.*&* 2.
& Anton. Pichard. *dict.cap.*7 *numero* 44. † Qui non 10
inſubtiliter aliam à ſe excogitatam eleganter propo-
nunt, aſſerentes, *dict.*§ *& quid ſi*, procedere in filio,
cui nondum patris hæreditas quæſita eſt, neque item
delata cum viuente patre, iuxta Galli formulam, fi-
lius de medio auferendus ſit, viuentis autem, ſicut
nulla eſt hæreditas, ita neque eius delatio, aut ad-
quiſitio, *l. is qui* 13.§ *ſi quis dubitet, l. qui ſuperſtitis* 93.
*de adquirend.hæredit.ſed in d* §.*Cornelio*, agitur de hæ-
reditate iam quæſita, quam mulier, poſt mortem
ſuam Cornelio reſtituere fuerat rogata, atque ita poſt
mortem ſuam, eidem adquirenda. Vnde non quem-
admodum deportatio, in caſu *d.* §.*& quid*, potuit, &
debuit impedire directam adquiſitionem hæreditatis
in perſonam filij, *leg.*1.*Cod.de hæred.inſt.l.quidam*, 17.
*D.de pœnis*, ita ſuadente voluntate teſtatoris, ſic eam
iam quæſitam potuit, in ſequentem transferre, *in d.*
§ *Cornelio*, imo expectata fuit mors naturalis grauati.
Quæ res eo exemplo confirmatur, quoniam certum
eſt, capitis diminutione hæreditates deferendas adi-
mi, non vero iam quæſitas, *in fin. D.vnde liberi.* quia
cum hæreditas, aditionis talis eſſe deſierit, & in pa-

trimonium deportati conuerſa ſit, *princ.Inſt. de hæredum qual.* bonis publicatis, debuerunt res ex illa hæreditate tanquam deportati proprie etiam fiſco vindicari, *leg.ſi deportati* 7.*de legat.* 2. licet enim ad earum reſtitutionem teneatur, tamen reſtitutio conditionalis erat; ſcilicet ſi mortuo primo hærede fideicommiſſarius ſupereſſet, *leg.*4.*D.quando dies leg.*atque ita conditione pendente potuit grauatus, res illas fideicommiſſo ſuppoſitas,ad libitum alienare, *l. ſeruo legato* 71.*§ ſi ſeruum,l.ſi hæres*,70.*D.ad S.C.Trebel.l.fin.§. ſin.autem auaritia,Codic.com. delegat.* & conſequenter, ex proprio delicto ad fiſcum transferre: nam qui delinquit cum pœnæ conſentiat,*l.Imperatores* 34.*D. de iure fiſci*, voluntariè etiam bonorum alienationi, pro quo tempore penes eum erant remanſura, conſenſiſſe videtur. In quam ſolutionem iurauit etiam Antonius Pichardus, Chumacero *laudato numero* 52. *vſque ad* 61. *in dict. cap. ſeptimo, ad leg. Gallus.*

11 Verum hæc tanti viri ſolutio, licet acuta ſatis, & ſubtilis;mihi tamen nunquam placuit,& cum in Academia Vrſaonenſi adhuc iuuenis, legum primariam Cathedram obtinens publicè *d.§.& quid ſi te·stum*,auditoribus meis explicarem, contra eandem interpre-

12 tationem, has conſiderationes cumulaui. † *Prima*, quoniam Paulus ea ratione excludendum eſſe, ait, Cornelium, quod potuit decedere priuſquam mater, quo caſu fideicommiſſum euaneſcit,*l.fideicommiſſa* 11. *§.hoc autem,de legat.*3.*l.huiuſmodi* 13.*D.quando dies l. d l.intercidit.* Deinde & aliam rationem adiicit:quia potuit mater alias res acquirere. Quæ rationes multum abſunt, à rationibus dictæ interpretationis, quæ

13 etiam multas res ſupponit falſas. † Nam verum non eſt,eum qui delinquit,pœnæ conſentire,*l.*4 *ff. de oblig.*quia qui delinquit vult delinquere,ſed non pœnam pati, & ita Ariſtot.*lib.*5.*Ethic.*quem refert Baldus *in § fin.Inſt.de oblig.*contractus diuidit in voluntarios, & in inuoluntarios præter voluntatem contingentes, in primis computat emptionem & ſimiles,in

14 ſecundis vero omnia delicta. † Neque obſtat *dict. l.Imperatores*, nam qui delinquit, ipſe ſe pœnæ ſubdidit, non quidem conſentiendo, & facto magis ſuo, quam conſenſu, *l prohibere* 3.*in princip.*ibi: *Ergo facto magis tuo delinquentis,quam alieno acquiritur mihi actio, D. quod vi aut clam.*docet ex aliis Couarruuias *in cap. Alma mater* 1.*part.§.*10.*numero* 10.*& ſequent.* Pinellus *in authent.niſi tricennale,numero* 32. *Codic. de bonis maternis*, quidquid velit Azeuedo *in l.*1. *numero* 56. *ti-*

15 *tulo* 2.*lib.*4.*recopil.* † Vnde non rectè conſequitur, intelligi alienationem *in d.§ Cornelio* delicti perpetrationem, imo reſtituere tenebatur mater, vtpote, quæ per deportationem, ciuiliter mortua intelligebatur, & caſu quo non reſtituiſſet, fiſcus ſaltem non debuit

16 amitti. † Cum ageret eo caſu de lucro captando,in qua re nullum habet priuilegium, concurrens cum priuato, qui agit de damno vitando, & de ſuo debito conſequendo, *l.fin.§.licentia danda, Codic. de iure deliber.l.fin Codic.de adquirend poſſeſſ.l.apud Celſum, §. auctoris,D.de doli except.*quia publicatio bonorum ita accipitur, vt æs alienum deducatur,*l. mulier* 72. *cum vulgatis,D.de iure dotium*,docet Platea *in d l. vnica, C. de pœnis fiſcal.*Cuman.*in l.*1.*numero* 11. *D.ſolut.matrimon.*vbi alios congerit Barboſa 2.*part.numero* 14. Gutierrez *de iur.confir.*1.*part.c.*16.*num.*68. Oſuald.*ſuprà littera C.*

17 Rurſus quia cum teſtator voluit, vt mater poſt mortem reſtitueret, conſequens eſt voluiſſe,quod ea non obtinente, nullus,niſi filius, ad bona admitteretur, & tandiu mulierem vſuram credidit bonis illis,quamdiu mulier ipſa eis frui potuiſſet: vnde cum iam mulier, per deportationem non vtatur, videtur ex præſumpta voluntate teſtatoris diem fideicommiſſi veniſſe, *l. mulier* 22. *D. ad Trebell.* vbi in ſimili ſpecie, non expectatur mortis tempus, præſumptam teſtatoris voluntatem, & tamen ibi agebatur de hæreditate quæſita, & eadem in vtroque caſu ſpecies erat.

Quare huius ſcholæ quidam doctiſſimus Primarius exiſtimabat, rationes traditas *in d.§ Cornelio*,non bene aptari ad reſponſum illud:nam etſi veriſſimũ ſit (verba ſunt eius) plurimum intereſſe, quod fideicommiſſum deportationis, vel naturalis mortis tempore reſtituatur, propter primam rationem *in d.§.Cornelio*,hoc habet locum, quando id conſtat, ex voluntate præſumpta teſtatoris, *d l. mulier*, vbi idem intereſſe reſultat, quod hæreditatis reſtitutio, differretur in tempus mortis,cum interim vnus ex fideicommiſſariis poſſit decedere,vt ibi refertur contigiſſe,& hæres ante mortem frui valebat hæreditate. Et confirmatur, quoniam filius ſemper poſtponitur hoc caſu, vt dixi, neque refragantur verba, quæ ſequuntur *in verſ.ſed ſi nondum*,nam Iuris Cõſult ibi caſum mutat, & ad aliam ſpeciem videtur tranſire,vt probatur *ex ſequentibus. Primò* quia ibi: *ſed ſi nondum, &c.* proponitur caſus conditionalis, nempe fideicommiſſum ſub conditione relictum cuius dies non ceſſerat; nam ſi caſum in principio relatum proſequeretur Iureconſultus de fideicommiſſi ceſſione, non ſub conditione ageret; ſecurè,& ſimpliciter dixiſſet diem fideicommiſſi nondum veniſſe. *Secundò*, quia illa verba, *vel etiam mater,&c.*ſi referuntur ad tempus deportationis oſtendunt matrem eo tempore,ex bonis fideicommiſſo ſubiectis,poſſe alias res acquirere, quod eſt inauditum in iure, cum omnia bona in fiſcum deferantur, *l.deportatorum* 8.*Cod.de pœnis,l.ea ſola* 97.*de regul iuris*, in ipſa autem deportatione,verum eſt,per contractus iuris gentium,poſſe alias res acquirere,*l.deportatus* 15. *de interdictis, l. ſi mandauero* 22. *§. is cuius bona,D. de mandati,l.*2.*Cod. de bonis proſcript.* hæc autem nouiter acquiruntur,& ex nouis cõtractibus,nõ vero ex rebus deportationis tempore poſſeſſis. Ad matrem vero reſtitutam in ciuitatem, verba illa referri non poſſunt: nam quod deportatus poſt reſtitutionem poſſit acquirere,non attenditur in iure,*l.*1 *§.pen de contra. tab. d.l.* 4.*in fine de bonis libert.iuncto d.§.& quid*: ergo ſi mulier neque,permanente deportatione, ex bonis fideicommiſſi,poteſt acquirere,& tempus,quod poſt reſtitutionem ſequitur,non attendatur, euidenter *in d. §. Cornelio,verſ.ſed ſi nondum* non continuari primum caſum præciſè,& abſolutè, ſed nouam ſpeciem proponit, vt primo caſui reſponſum ſit,in illis verbis: *hoc enim conſtitutum eſt, in verſicul.ſed ſi nondum*, eodem themate retento, & in eadem ſpecie propoſita in principio, agi de fideicommiſſo, cuius dies nondum ceſſerat, caſus enim illius verſiculi videtur eſſe,de eadem matre rogata, poſt mortem ſuam Cornelio reſtituere, cui matri deportationis pœna irrogata fuit,per quam non ceſſit dies fideicommiſſi: quia deportatio hæc fuit à Præſide inflicta, non tamen à Principe confirmata, in qua non amittitur ciuitas,neque bona auferuntur,ſed ea in ſuſpenſo retinentur, donec Princeps confirmet,*l ſi quis* 6.*§ eius qui,de iniuſt. rup.l.*1.*§.* 2 *de legat.*3.*l.inter* 6.*leg. deportatus* 15.*§.vlt.de interdictis*,de qua agitur *in dicto verſicul.ſed ſi nondum*,& ita agitur conditionaliter de illius fideicommiſſi ceſſione,vt ante iuſſum Principis non veniat conditio, quo tempore potuit alias res acquirere, cum retineat ea bona adhuc, & ideò ait *in verſiculo repulſus eſt interim à petitione*, vt verbum *interim*,denotet tempus, quo nondum eſt à Principe ſententia confirmata. Hæc ille vir doctus.

Cui interpretationi acquieſcere non poſſum,vtpotè quia eius aſperitas, & diuinatio nimis exaſperat litteram *dict.§.Cornelio.*† Vbi Paulus tantum vnum, eundemque 29

18

démque continuum caſum proponit: ſcilicet quando mater, grauata reſtituere poſt mortem condemnata fuerat, & bonis à fiſco occupatis, fideicommiſſarius volebat, ad eadem bona admitti: & tunc quæſitum, an fiſcus, vel fideicommiſſarius potior eſſet? In quo dubio repulſus eſt à petitione fideicommiſſarius: quia nondum dies fideicommiſſi veniſſet, & quia condemnata alias res potuit acquirere. Vide (obſecro) ex hac ſpecie, duo illi caſus poſſunt animaduerti? Nec *in ve. ſiculo ſed ſi nondum*, mutari caſum aliquis patietur, & ad aliam ſpeciem tranſitum fieri, cum ibi proponatur ratio decidendi, cur fideicommiſſarius, tunc repelli debuerit, ſcilicet quia cum eſſet conditionalis, non potuit nondum impleta conditione, petere bona, vt *infra* dicemus. † Non obſtat dicere
21 quod ſi caſus in principio relatus tantũ proſequeretur, ſecure, & ſimpliciter diceretur, dies fideicommiſſi nondum veniſſe: nam Iuris Conſultus *ibi* adiicit rationem, cur non debuerit, in hac bonorum occupatione, fiſco excluſo, admitti fideicommiſſarius, quod
22 ſemper eodem caſu continuato ſtatuit. † Et calumnia videtur illa verba, *vel etiam mater* explicare, vt mater potuerit alias res acquirere, ſcilicet de bonis fideicommiſſo ſubiectis, cum dicat Paulus, omnia bona à fiſco eſſe occupata, quod inauditum vocat. Nam ſi ſic explicaretur Iure Conſult. in eundem errorẽ incideremus. Probatur, ipſe vir doctus ait, ſententiam non fuiſſe confirmatam à Principe, quo tempore bona non auferuntur, ergo conſecutio eſt euidens eas res, quæ Iure Conſult. ait eſſe adquirendas, eſſe adquirendas ex bonis fideicommiſſi, cum adhuc mulier bonis, ſecundum eam ſententiam, nondum erat priuata.

23 Rurſus. Quomodo dicemus *in verſiculo, conſtitutum eſt*, proponi reſponſionem primi caſus, cum contineant illa verba allegationem Cornelij, qui dicebat ſe ante pœnam eſſe, & ideo prælationem habere debere, quod ita conſtitutum eſt ab Imperatoribus, vt in his caſibus præferantur priuati. Deinde ſecundum eam interpretationem, lis inter fideicommiſſarium, & matrem controuerti debuit, & fiſcus non admitti, quod tamen falſum eſt, cùm fiſcus occupauerit, & filium interim excluſerit, & in lite obtinuerit, quòd fideicommiſſi dies nondum ceſſerat, & maturè petebat.

Poſtremò vellem ſcire, vnde colligat, ſententiam illam nondum Principem confirmaſſe, ſiquidem clarè innuit Paulus, condemnatam eſſe à fiſco matrem, & in executionem ſententiæ, bona occupata eſſe, quod fieri non deberet, *argumento leg. ſciendum* 15. §. *ſi fundum, D. qui ſatiſdare cog.* ſi adhuc penderet ſententiæ confirmatio. Vnde ceſſio fideicommiſſi non contingit, propterea quod à Principe nondum confirmata ſententia, conditio pendebat, ſed quia pendebat conditio mortis, ſub qua reſtitutio fuit relicta, vt *in l. reſpondet* 14. *hæres, D. de vſuris* (iunctis quæ ad eius explicationem tradidimus *in tractat. de partus furtiui vſucapione* §. *primo, numero quarto, cum ſequentibus*,) & cum non fuerit mater mortua, repellitur.

24 Quibus & aliis delectis, & inſuper habitis interpretamentis, ego iam olim exiſtimaueram Doctores noſtros, non rectè ſpeciem conſideraſſe *dict.* §. *Cornelio*, falsò ſupponentes, ibi matrem fuiſſe deportatam, quod neutiquam accidit, ſed tantum bona ſua confiſcata, ob delictum aliquod, vt probat ſeries ipſa litteræ, & conſtat ex *l. ſi fundus* 33. *D. locati*, & *l.* 3. *C. ſi pendente appellat. l. fin. Cod. ſi reus vel accuſat. l.* 3. *Cod. de ſentent. paſ. l. cum ratio* 7. §. *fin. D. de bon. damn.* (quem ex Baſilicis reſtituit Cuiac. *lib.* 6. *obſeruationum c.* 23.) vbi ſi alicui bona publicata ſunt, quæ poſt condemnationem fuerunt adquiſita, ad hæredes eius pertinent teſtamento ſcripto, vel non ſcripto aduenientes ab inteſtato. At ſi ibi deportatio interueniſſet, teſtamentum non poſſet fieri à deportato *l. ſunt quidam* 17. *D. de pœn. cum vulg.* † Et hoc apertè probatur 25
*in l. ſi mandauero* 22. §. *is cuius bona, D. mandat.* Quo loci ſcribit Iure Conſultus, quod ſi alicui bona publicata ſunt, mandare poteſt alteri, vt ea emat, & ſi emerit, vtilis erit actio mandati, quod iudicat, non interueniſſe deportationem, cum actio ei competat, cuius bona ſunt publicata. † Quæ eſt iuris ciuilis, 26
*l.* 2. §. *deinde ex his legibus, D. de orig. iur. l. in commodato* 17. § *ſicut D. commodati, l.* 5. *verſ. ſed ſi gratis D. nautæ caupon. l. actionum genera* 24. *in fine D. de obligat. & act.* tradunt Anton. Fab. *in Iuriſprud. tit.* 2. *princ.* 5. *illat.* 5. Mendoza *de pactis lib.* 3. *cap.* 9. *numero* 30. Gilchen. *in l.* 1. *in princ. Cod. de hæred. inſt.* Ant. Pichard. *in Rub. Inſt. de action. numero* 16. Oſuald. *ad Donel. lib.* 16. *cap.* 4. *littera A.* † Atque ita eo ſenſu accipiunt *d.* § *is cuius*, 27
Cuiac. *ibi ſub lib.* 31. edict. Paul. poſt Plateam *in l. certa Cod. de iure fiſc. libro* 10. Tobiam Nonium, & alios relatos à Bene. Pinel. *lib.* 2. *ſelect. c.* 10. *numero* 33. Fachin. *lib.* 9. *controuerſ. cap.* 51. Arias Pinel. *in Rub. Cod. de bon. mat.* 1. *p. numero* 5. quæ fuit ſententia Odofredi *in dicto* §. *is cuius*, & aliorum quos retulit, Oſuald. *libro* 17. *Donel. capit.* 4. *littera G circa med.* facit *l. eo tempore* 11. §. *eam rem. D. de Publicanis.* † Neque obſtat ſi di- 28
cas cum Pichard. *vbi proxime numero* 20 ideò vtilem dari actionem *in dict.* §. *is cuius*, quia dabatur deportato, cui competit tantum, quod eſt iuriſgentium, atque ita illa actio datur, non quatenus eſt iuris formula, ſed quatenus eſt ius perſequendi, quod vnicuique debetur, quod iuriſgentium eſt, ad quod actiones referuntur, ſecundùm originem ſuam, iuxta communem diſtinctionem Doctorum. † Nam etſi hæc 29
ſententia fuerit Duareni *ad tit. D. mandati cap.* 2. *hoc falſum eſt*: quia actio illa verè eſt ciuilis, non minus quam directa, *l. actio* 47. *D. de negot. geſt.* cum latè traditis ab Schifordeger. *lib.* 3. *ad Anton. Fab. tractat.* 22. *quæſtio.* 1. & 27. *cum ſequentibus* Ant. Fab. *in d. l. actio & in l.* 2. *D. de poſſeſſ. hæred. pet.* Oſuald. *ad Donell. lib.* 21. *cap.* 2. *lit. H.* vtpotè quæ differt ſolum à directa, quod ex ſola neceſſitate inducitur, ex mente tamen legis & id vtilitatis cauſa. † Vnde autumo eam actionem 30
magis eſſe ciuilem, quam directam, cum tunc competat, quando ex iuris ratione nulla actio producta eſt, ita vt quod ſummum ius non agnouit interpretatione benigniori introducatur. Hæc tamen interpretatio fiebat, vel auctoritate Prudentum, vel Prætoris, vel Principis imperio, *l. ſi quis* 45. *D. ex quibus cauſ. maior*, ibi, *officium Prætoris eſt introducere vtilem actionem, l. quia actionum* 11. *D. de praſcript. verb. leg. Caſſius* 11. *D. quæ in fraud. cred. l.* 1. § *ſi forte* 13. *D. de tutela, & rat. diſtrahen.* ibi, *conſtitutum eſt à Diuo Pio vtilem dandam*, notat Gothofred. *in d. l.* 42. vbi etiam Cuiacius *tractat.* 7. *ad Afric.* † Datur actio vtilis *in d.* 31
§. *is cuius*, quoniam quodammodo mando, vt rem meam mihi emas, vt exprimitur *in eadem l. ſi mandauero*, §. *ſi hi quorum*, atque ita non rectè directa actio conueniet, cum vere mandatum non ſit, ita ſentit Accurſ. *in dict.* §. *hi quorum, verbo mandatum.* † Sed 32
difficilia ſunt verba ſequentia: *Quia publicatis bonis quidquid poſtea adquiritur, non ſequitur fiſcum.* Quibus Ben. Pinel. *dict. lib.* 2. *cap.* 10. *numero* 33. ab hac noſtra ſententia receſſit inquiens, hæc verba, ſine mente eſſe, ſi de deportato non intelligantur, cum de ſolo deportato, dubitari poterat, an poſtea ſibi adquirere, aut retinere potuiſſet, in quam ſententiam inclinat quoque Oſuald. *ſuprà dict. littera G poſt medium.*
† In quo falluntur apertè, quia etſi deportatus capax 33
ſit bonorum, quandiu viuat, tamen eo mortuo, bona publicantur, iuxta *l.* 2. *Cod. de bonis proſcript.* quæ ita accipienda eſt, alias fuiſſet Iure Conſult. traditio nimis

nimis

mis generalis,ſi ad deportatum eſſet referenda. Imo
tunc grauius obſtaret *d.l.* 2.Nam verum non eſt dice-
re, in deportato,poſt publicationem bonorum,adqui-
ſita non ſequi fiſcum, cum poſt mortem eius publi-
cantur, vt *in d.l.* 2.quam ſic accipiunt Doctores *ſuprà*
34 relati, & Genoa *in eius antinom.pagina* 156. † Vn-
de cum *in dicto* §.*Cornelio*, mater non fuerit ciuiliter
mortua, quia non fuit deportata, non eſt mirum ſi
35 fiſcus præferatur. † Ratio fuit, nam cum eſſet fi-
deicommiſſarius conditionalis (dies quippe mortis
incertus, facit conditionem, *l.* 1.§ *dies,l.dies* 75.*D.de
condit.& demonſtr.l.talis* 30.§.*ſed etſi* 4 *de legat.* 1.)non
potuit ad bona admitti, ante implementum conditio-
nis, *l.ſed ſi ante* 10.*D.ad Senatum Conſult.Trebellian.*&
fieri poterat, vt viuâ adhuc matre moreretur,quo ca-
ſu extingueretur fideicommiſſum,*l. huiuſmodi* 13. *D.
quando dies leg.* fierique etiam poterat, vt mater alias
res adquireret, dum viueret, ex quibus ſumma effi-
ceretur totius fideicommiſſi, & fideicommiſſario ſu-
perſtiti ſatisfieret,non reuocatis bonis,quæ fiſco ſunt
36 vindicata. † Aliter eſſet,ſi alia bona non adquireret:
nam reuocarentur poſt mortem matris bona illa,quæ
in fiſcum tranſeunt ſemper cum ſua cauſa,*l.* 1.*in fin.
l.ex facto* 17.§.*ex facto, D. ad Senatum Conſult. Trebel-
lian.l.cùm fiſco* 9.*D.ad Senat Conſult. Syllania.l.in facto*
37 60.§.*fin.de conditionibus & demonſtrat.* † Habuit au-
tem eo caſu fiſcus prælationem, & excluſus eſt Cor-
nelius interim à petitione: quia pendente conditio-
ne fideicommiſſi, non fuit creditor, *l.is cui* 42. *D.
de obligat.*(cui adde Anton.Fab.*lib.* 19. *coniectur.cap.*6.
*&* 7.Morla *in empor.titulo de rebus cred.queſt.*7.*n* 10.
Anton.Pichard.*in* §.*ex conditionali, de verborum obli-
gatione*, Oſualdus *lib.* 15.*cap.* 21.*littera A*)& ideo *in-
terim*, dixit Paulus, vt deſignaret tempore vitæ ma-
tris, & ſic nondum adueniente conditione, non po-
tuiſſe Cornelium litigare, neque cum fiſco concur-
38 rere. † Quæ interpretatio ſummè congruit, cum
verbis *d.* §. *Cornelio*, vbi pro ſe allegat filius, ſe ante
pœnam eſſe,id eſt præferendum eſſe in pœnis, iuxta
*ſuprà* dictam difficultatem *in principio*, & ita dicebat
*conſtitutum fuiſſe.* Quomodo explico illa verba, non
vt alij, qui Paulum de ſententia accipiebant ab Im-
39 peratore datam. † Nam etſi agnoſcam,Imperatores
ſolitos ſibi adſidentibus Iure Conſultis iudicare (Cu-
iacius *lib* 2.*obſeruat.cap.* 26.& eius rei extat veſtigium
*in l.Moſchis* 47.*de iure fiſc.& in l.fin.de hæred.inſt.leg.*
40 *Æmilius* 58.*de minor.*) † Tamen *in d.*§. *Cornelio* illa
verba, partis allegationem continent, vt indicat di-
ctio *enim*, quæ eſt cauſatiua, deciſio autem incipit *in
verſ.ſed ſi nondum*,vbi pronunciantur rationes, quia
poterat prius ipſe mori, quam veniret conditio, &
mater alias res adquirere; excluſus eſt interim, dum
41 mater viuit, à petitione fideicommiſſi. † Quam in-
terpretationem fouet mirè Papinianus *in l.Peto* 69 §.
*Prædium,D de legatis* 1.vbi prædium nomine familiæ
relictum,ſi hæredis bona venirent, ex non volunta-
ria eius alienatione, emptor extraneus retinere po-
terit, tandiu, quandiu hæres vixerit. Quæ vt intel-
ligas aduerte prædio relicto his,qui ſunt ex nomine,
& familia, hoc vult teſtator, vt hæres non alienet,
ſed eo prædio fruatur,quandiu viuat, & moriens,id
familiæ relinquat.Si hæres extraneo vendiderit,tunc,
qui ſunt de familia,admittuntur, *l.cum pater* 77.§. *li-
bertis,de legatis* 2.*l.cum fidei* 9.*l.rego* 21. *D.fideicom. li-
bert.* Quod tamen non erit, ſi hæres alienationem fe-
cerit neceſſariam, id eſt, ſi coactus alienauit, quia ve-
nierunt eius bona vrgentibus creditoribus, & inter
eadem bona, prædium quoque veniret. Sanè in-
terim alienatio tenebit, quia & bonis non venditis,
ipſe hæres quandiu vixiſſet, prædium tenuiſſet ſolus,
& poſt mortem eius familia admitteretur. Ita eodem
modo *in dict.*§.*Cornelio*, fiſcus occupat bona,dum ma-
ter vixerit, & interim Cornelius excluditur, vt ele-
ganter coniunxit has duas ſpecies Cuiacius *in dicto* §.
*prædium ſub lib.* 19.*quæſt.Papinian.*licet errore commu-
ni inuolutus matrem fuiſſe deportatam agnoſcat.
Hinc iam cognoſces, quam inaniter Doctores ſeſe
diſcrucient, in adipiſcenda huius §.mente, rationem
differentiæ inter mortem ciuilem, & naturalem in-
ueſtigantes.Quod magis apparebit,ex ſubiectis *in ca-
pite ſequenti.*

# CAPVT XII.

## Defenditur contra Anton.Fab.recepta lectio *l.ex facto* 17. §. *ex facto D.ad S. C.Trebel.*& vera explicatione donatur.

### SVMMARIVM.

1 *Species* leg.17.§.ex facto D.ad S.C.Trebel.
2 *Deportatus mortuus,& alius homo creditur, & inſti-
tui non potuit*,& n.8.9.& 15.
3 *Argumenta Anton. Fabri adducuntur contra
hunc* §.
4 *Matrimonium an diſſoluitur deportatione?*& n.18.
19.20.& 23.
5 *Conditionum verba, naturaliter ſunt intelligenda,*
& n.16.
6 *Naturales filij faciunt deficere conditionem* ſi ſine li-
beris,*&* n.29.
7 *Explicatio* d.§.ex facto.
10 *Conditio* ſi ſine liberis,*ita procedis,ſi in eadem cauſa
manſerit.*
11 *Reo deportato propter ſpem reſtitutionis, non admitti-
tur fideicommiſſarius,donec naturaliter moriatur,*&
n.12.
13 *Quare dicat Vlpian.in hoc* §.ex facto,*bona in fiſcum,
cum ſua cauſa tranſire.*
14 *Ratio ob quam filij ſuſcepti in deportatione, non
proſint ad excludendam conditionem*, ſi ſine
liberis.
16 *Liberi, in deportatione ſuſcepti, non ſunt legitimi,
quia matrimonium non eſt legitimum*, & num.
ſequent.
21 *Agitur de exornatione* leg. ſed ſi mors 13. de
donat.inter. *contra Bened. Pinellum*, & numero
ſequent.
24 *Quare æquiparentur in eadem lege deportatio, &
diuortium, explicantur alia verba illius legis*, &
n.25.
26 *Quomodo intelligatur*,lex qui hæredi 44.de condit.
& dem.*&* n.17. & ſeq.
29 *An filij naturales faciant deficere conditionem,*
ſi ſine liberis, *& qui ſcripſerint de hac quæ-
ſtione?*
30 *Explicatur* dict. lex ex facto, §. ſi quis rogatus
el. 1. D. hoc tit. ad Trebellian. *&* numero
31.
32 *Clauſula diſputationis.*

HIs quæ à nobis ſunt dicta *ſuperiori* 1
*capite*, fimbria erit explicatio Vlpiani
*in l ex facto* 17.§.*ex facto* 5. *D.ad S. C.
Trebell.*vbi ſi hæres grauatus fuiſſet re-
ſtituere hæreditatem, *ſi ſine liberis de-
ceſſerit*, & fuerit deportatus: quærit Conſultus an
filij concepti ſint ante, vel poſt deportationem,ita vt
ſi nati vel ſaltem concepti ſint, deficit conditio,poſt
deportationem vero non prodeſt ſuſceptio libero-
rum, maximè cum bona ſint fiſco vindicanda,cum
ſua

2 ſua cauſa. † Quæ deciſio obſcura redditur ex iis
quæ *ſuprà* adduxi *cap.præced.num.*1.nam cum depor-
tatus ciuiliter ſit mortuus, fideicommiſſi dies venit,
ſiquidem ſine liberis erat, quando pœna contingit,
vel ſi in deportatione ſuſcipiat, cùm alius homo tunc
credatur: vnde videbatur dicendum fiſcum fuiſſe ex-
3 cludendum. † Ex alia parte Antonius Faber, *lib* 17.
*coniectur. cap.* 20. variis motus argumentis hoc caput
magis Triboniano, quam Vlpiano adſcribit ab illis
ſaltem verbis: *Nos igitur dicemus vſque in finem*, quo-
niam non ſic loqui ſoleat Vlpianus, qui de ſe ſingu-
lari numero antea loquutus fuerat, quod meræ ſunt
4 nugæ. † Magis ex eo mouetur, quod abhorreat à
iuris ratione hoc reſponſum, cum matrimonium
non diſſoluatur deportatione, vel aquæ & ignis in-
terdictione, *l.ſed ſi alia* 5. §.1. *de bonis damnatorum l. res
vxoris* 24.*verſic.ſin autem Cod.de donat. inter*, *l.*1 *Cod.de
repudiis*, ſed poſt deportationem quoque durat, &
idem numero matrimonium manet, quod fuerat an-
tea, vnde non videt quare filij de eo matrimonio,
quamvis poſt deportationem concepti; non debeant
prodeſſe ad extinguendam fideicommiſſi conditio-
nem, cùm fieri nequeat, vt veri liberi, & legitimi non
ſint, qui ſunt ex vero matrimonio: nec rurſus, ex alio
ſuſcepti videantur, qui ex eodem matrimonio geniti
ſunt: nam quomodo nouum, & aliud matrimonium
dici deberet, quod in eo ſtatu eſt, vt poſt deportatio-
nem amplius contrahi non poſſit inter ipſos coniu-
ges? Qui etſi ciuitatem Romanam amiſerint, adhuc
retinent illud matrimonium, quod ciues contraxerunt
dummodò libertatem retineant. Igitur non videtur
eſſe verum, quod *in dict §.ex facto*, ait ſub Vlpiani
nomine Tribonianus *poſt deportationem ſuſceptos, quaſi
ab alio non prodeſſe.*

5 Secundò inuehitur in eundem, Faber inquiens,
conditionum verba naturaliter, non vero ciuiliter
eſſe intelligenda, *leg. qui hæredi* 44. *l. Mæuius* 55. *de
cond. & demonſt.* & ideò non videre, cur huiuſmodi
conditio, *ſi ſine liberis*, non deficiat ſuperſtitibus ex
iuſto deportati matrimonio liberis, licet poſt depor-
6 tationem conceptis. † Cum etiam naturales faciant
deficere conditionem, vt *in §.præcedenti D.l.ex facto*,
docet idem Conſultus, vtique iſti ſunt pluſquam na-
turales, qui etiam legitimi naſcuntur, licèt non in
patris poteſtate, concludit tandem, Tribonianum de-
ceptum fuiſſe, ex diſtinctione quam Vlpianus pro-
bat *in d. §. antecedenti*, inter deportatum & ſeruum
pœnæ.

7 Sed hoc ius ipſum magis eſt euertere, quàm ex-
plicare, Faber nihil aliud egit, niſi receptas lectiones
captiunculis, & argumentorum retibus inuoluere,
ſcrutarique locellos, quod à boni Interpretis officio
longe abeſt. Quare opinor fiſcum *in dict.§. ex facto*,
admitti dum viuit deportatus, & fideicommiſſarium
interim excludere, quoniam potuit deportatus reſti-
tui, & poſt reſtitutionem alios liberos ſuſcipere, quo
8 extingueretur fideicommiſſum. † Frater hic fidei-
commiſſarius, cum ex deportatione fratris, & ſic ci-
uili morte, vindicarentur fiſco bona, dicebat, fra-
trem eſſe ſine liberis mortuum ciuiliter, & ideo eue-
niſſe conditionis tempus, iuxta id quod dicitur, de
morte naturali ad ciuilem valere argumentum, *leg.
Gallus §.& quid ſi tantum, de lib. & poſthum dixi dict.
cap. præced. numero* 1.& quamvis in inſula liberos ſuſ-
cepiſſet, per deportationem, in ea cauſa ſunt, vt
tanquam ab alio ſuſcepti reputentur, & deportatus
aliàs homo credatur, qui iam non eſt ciuis Roma-
nus, §.*minor inſtitut. de capitis diminut. leg. ſunt qui-
dam* 17.*de pœnis*, *l. penult. §.fin. de extraordin. cognit.
l.*1.§.*quibus delegat.*3.*l.inter* 6. *de interdictis.* † Et ob
9 eam rationem inſtitui non potuit, *l.*1. *Cod. de hæred.
inſt.* neque accipere legatum, *l.ſi deportati* 7.*delegat.*3.
& Apolides Græco vocabulo dicebantur, id eſt, ſine
ciuitate, *d. l. ſunt quidam*, cum aliis quæ obſeruant
Anton.Fab. *in Iuriſprudent. tit.* 11.*princ.* 3. *& tit.* 16.
*princ.*1.*illat.*3.Cuiacius *lib.*3.*obſeru.cap.* 10. *& lib.* 11.
*ad edict.* *Paul in l.*5.*de capite minu.* Gilkenius *de præ-
ſcript.*3.*part c.*6.Donellus *in d l.*1.*Cod.de hæredibus*, in-
déque peregrini, extranei, & alienigenæ reputati,
*leg ſed ſi* 10.§.*ſi per pœnam de in ius vocando*, *leg.* 6. §.
*ſolemus*, *D.de hæred.inſtit.iuncta dict.leg.*1.vbi Gilke-
nius *numero* 12.*&* 33.Donellus *num.* 10.*& lib.* 6. *com-
ment.cap.*17.Conanus *lib.*9. *comment. cap.* 4. Cuiacius
*lib.*18.*obſeruat.cap.*13.Anton. Fab.*ſupra*, & conſtat ex
Seneca *infra* referendo.

Quæ non immeritò efficiunt, vt alius homo cre- 10
datur, ab eo differens, qui ante fuerat: quare cum
illa conditio ſemper cenſeatur appoſita; ſi hæres
in eadem cauſa, idem permanſerit, *leg.cum quis* 38.
*de ſolut.*docent relati à Coſta *in §.& quid ſi tantum* 2.
*part.numero* 31.*&* 32.Sarmient.& alij quos refert Pi-
chard.*in d l.Gallus cap.*7.*numero* 140.liberi ſuſcepti in
deportatione, non proderunt: quia ab alio ſuſcepti
intelliguntur.

Sed nihilominus Vlpianus ſpe reſtitutionis reti- 11
nenda eſſe interim bona à fiſco, concludit: nam etiam
poſt deportationem, viget adhuc illa ſpes, *leg. inter-
cidit* 59.*de condit. & demonſtr.*& pro mortuo habetur
deportatus, ad illum effectum, vt non poſſit bonis
fideicommiſſi frui, tamen ex alio capite, cum poſſit
reſtitui à Principe, & ſua bona recuperare, quoad
illam ſpem viuus reputatur, *dict.leg.intercidit*, *leg.*1. *C.
de ſentent. paſſ.* ac proinde deportatus, licèt in pleriſ-
que cauſis habeatur pro mortuo, quia alius, in eius
quaſi mortui locum ſuccedit, *leg.actione* 69. §. *publica-
tione*, *D.pro ſocio*, non verò quoad illam ſpem, quæ
ſemper viget, vt iã diximus. † Ratio autem huius tra- 12
ditionis eſt: nam ſi pendente deportatione fideicom-
miſſarius ad ea bona admitteretur, cum eidem fuiſ-
ſent iam acquiſita, poſtea ſi reſtitueretur deportatus,
non potuiſſet ea auocare; cum reſtitutio non trahatur
ad ea, quæ alteri iam ſunt quæſita, *leg. fin. Cod. de ſen-
tentiam paſſis c.quamvis lib.*6.*de reſcriptis*, docet Coſta
*in §.& quid ſi tantum* 2. *p.num.* 42. & alias eueniret,
infringi voluntatem teſtantis, ſi deportatus reſtitutus,
liberos alios ſuſcepiſſet; & adhuc admitteretur fidei-
commiſſarius, tanquam ſi conditio extitiſſet, quare
fiſcus interim potior eſt, excluſo fideicommiſſario,
cui nondum venit dies fideicommiſſi, donec depor-
tatus naturaliter moriatur, *argumento*, *l.ex ea parte* 121.
§. *in inſulam*, *de verb. obligat.* iunctis iis, quæ circa
cum notant Interpretes *in dict.§.& quid ſi tantum* ma-
ximè noſter Anton. Pichardus *in lect.ad leg. Gallus d.
cap.*2.*à numero* 148.poſt D.D. Ioannem Chumacero
*ſelect.cap.*10.*numero* 9.Cuiacius *lib.*1. *reſpon. Papinian.
in d.§.in inſulam.* † Sed quia argui poſſet, ſecundùm 13
eam rationem, neque à fiſco bona eſſe occupanda,
huic tacitæ obiectioni reſpondet Vlpianus ita bona à
fiſco occupari, vt cum ſua cauſa vindicentur, id eſt,
vt cum ſuo onere in fiſcum tranſeant, *leg.*3.§.*fin.D.
ad Trebell.* cum aliis, ſcilicet vt adueniente condi-
tione, puta mortuo deportato ſine liberis, ante vel
poſt deportationem ſuſceptis teneatur fiſcus fidei-
commiſſario omnia bona reſtituere, quæ in fideicom-
miſſo continebantur. † Vnde deduces quare Vl- 14
pianus dicat, filios ſuſceptos in deportatione, quaſi
ab alio ſuſceptos, non prodeſſe. Quoniam ſi reſti-
tutus fuerit, & cum eis mori contingat, non intel-
ligitur cum liberis decedere, quod non poteſt intel-
ligi, niſi deportatus iam fuiſſet reſtitutus, alias ſi in
inſula moreretur, tractatio ea inutilis fuiſſet. † Filij 15
ergo in deportatione ſuſcepti non proſunt, cum etſi
matrimonium ſuſtineatur, vt notauit Anton. Fab.
*ſuprà*, adhuc alius homo creditur, & ita intellexit

teſtator

teſtator de liberis ſuſceptis, ab eo qui idem maneret, *leg. item legato* 49. §. *ſi vxori penult. delegat.* 3. *leg.* 2. *D. de*
16 *auro & argento.* † Accedit etiam, quod liberi in deportatione ſuſcepti, non ſunt legitimi, vt falsò autumat Anton. Fab. cuius ſententiæ videtur conſentire Coſta *dicto numero* 30. nam matrimonium illud non eſt ſolemne, neque legitimum, vtpotè inter eos contractum, qui non ſunt Ciues Romani, neque habent iuris participationem, vnde dependet eſſe legitimum, vel non, §. 1. *Inſtitut. de nuptiis,* & quemadmodum non poteſt contrahi inter eos, qui non ſunt ciues, ita neque conſtat inter eos, qui ciues eſſe deſierunt, vt innuit eleganter Seneca *lib.* 4. *de beneficiis cap.* 35. ibi: *Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſtea peregrinus apparuiſti, non eſt mihi cum extraneo connu-*
17 *bium.* † Agnoſco quidem matrimonium conſtare, etiamſi non ſit legitimum, & ſolemne: iuxta ea quæ latè tradidi *ſuprà cap.* 4. *numero* 8. ex quo cum naſcantur filij naturales, non faciunt deficere conditionem, *ſi ſine liberis*: quando ius, vel voluntas teſtatoris refragatur; vt *in dicta leg. ex facto*, §. *ſi quis rogatus.* De qua re doctè vt ſolet, diſſerit Primarius Præceptor noſter Ioannes de Pereia *in relectione ad cap. in præſentia, de probation. ex numero* 46. at certa eſt coniecturà teſtatorem non ſenſiſſe de talibus filiis, quos ab eodem voluit generari, ſed tamen iuris fictione, ab eo ſuſcipi non intelliguntur, & ideò in conſideratione non ſunt.

18 Neque nos debent mouere conſiderationes Ant. Fab. qui ait, in deportatione idem numero manere matrimonium, quod quidem non probo, cum non poſſit dici iuſtum, & legitimum matrimonium, quod Iure Ciuili non conſtituit, & ſi idem matrimonium fuiſſet, neceſſariò fateamur legitimum eſſe, atque ita fateri quoque neceſſe eſt, filios eſſe in patentis poteſtate, ſiquidem ex iuſto matrimonio procreantur, quod tamen effeciſſet; vt conditio, *ſi ſine liberis*, apertè deficeret; cuius contrarium docet Vlpianus *in d.* § *ex facto*, & Iuſtinian. *in* § *cum autem, inſt. quibus mod. ius patriæ poteſt.* vbi deportatus liberos non habet
19 in poteſtate. † Retinetur ergo, etiam inter deportatos, vinculum matrimonij, non tam iuris ciuilis poteſtate, quàm ex noua licentia, & voluntate coniugum, cum in alterius, qui deportatus non eſt arbitrio ſit, an in matrimonio manere vellet, nec ne: quod non ita eſſet ſi deportatio non interueniſſet. †
20 Vnde quod dicitur, non diſſolui per deportationem matrimonium, non eſt admittendum indiſtinctè, ſed eo modo quo loquitur Vlpianus *in d. l. de bon. dam.* ſi ex coniugibus ea perſona quæ deportata non eſt, diſſolutum eſſe non velit, quæ libera remanet vt poſ-
21 ſit, ſi velit, diuertere. † Quo ſenſu accipienda eſt *l. ſed ſi mors D. don. int.* vbi donatio inter coniuges facta, in caſum deportationis, perinde valet, quemadmodum in cauſam diuortij. Cuius difficultati vt ſatisfaciat Bened. Pinel. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 2. *numero* 34. *& ſequent.* contra expreſſa iura tenuit per deportationem diſſolui matrimonium, aſſerens illud verbum *minimè*, *in d. l. ſed ſi mors*, non eſſe Vlpiani ſed iuris compilatorum, qui morti fuerunt ad id ſcribendum, auctoritate Conſtantini *in l. res vxoris* 24. *C. de don. int.* quia tempore Vlpiani contrarium obtinebat, vt conſtat *ex d. l. ſed ſi mors*, vbi cum donatio inter virum, & vxorem confirmetur per deportationem, idem eſt ac per mortem, *l. cum hic ſtatus* 32. *cum aliis D. de donat. inter.* †
22 In quo tamen apertè fallitur, nam Conſtantinus *in dict. leg.* 24. nihil ſtatuit de matrimonio, etiam in deportatione retinendo, ſed tanquam certum præſupponit, vt ex eius legis littera cuicumque patefiet. Etſi id verum non eſſet, quo iure procedet Marcelli ſententia ab Vlpiano relata *in d. l.* 5. §. *quod ſi*, *D. de bon. damn.* & conſtitutio Alexandri *in l.* 1. *C. de repudiis?*

† Vnde etſi huius ſententiæ primus Auctor fuerit 23
Cuiacius *Nouella* 22. cui aſſentitur quoque Ant. Fab. *in Iuriſprudent. tit.* 9. *princ. illat.* 3. quos allegare debuit Pinellus, tamen eorum argumentis facilè reſponderi poteſt ex ſupradictis, nempe matrimonium manere, ſi perſona non deportata diſſolutum eſſe nolit, vt eleganter docet Anton. Fab. *d. illat.* 3. reprobata alia, Cuiacius *ſuprà*, interpretatione, quam ſequutus eſt Gotofred. *in d. l. res vxoris.* † Si autem 24
vellet, perſona non deportata recedere, tunc rectè, & liberè potuiſſet, quemadmodum ſi bona gratia diuortium faceret, quod tunc valebat, & abſque pœna celebrabatur, quæ aliàs impoſita erat, vt diuortia frequentia cohiberentur, de qua re latius agemus *inferius cap.* 1. *lib.* 2. & ideo Vlpianus æquiparauit diuortium, & deportationem, vt ſicut in vno caſu, ita & in altero diſſoluatur, ſcilicet ſi in conſortio coniugali manere non vult, qui ex coniugibus non fuit deportatus, Donatio vero ad ſui pleniſſimam firmitatem, neceſſe habet, vt maritus moriatur naturaliter, antea vero poterit reuocare. † Quod intelligo 25
quando vxoris diſſenſio non fuit, ſed manere voluit cum marito, vt indicant illa verba, *& nihil vitium mulieris incurrit*: quæ ita explicanda erunt, id eſt, ſi mulier manere velit in ipſa affectione maritali. (Non vt Ben. Pinel. *numero* 39. malè exiſtimabat, ſi mulier diuertiſſet mala gratia, nam in hoc caſu deportationis, diuortium non celebrabatur mala gratia, cum ius ipſum, diuertendi ſi vellet, dabat licentiam.) Tunc enim tanquam conſtante matrimonio, ſpectanda fuit mors naturalis, vt ait Vlpianus diſertè *in d. leg. ſed ſi mors.*

Non obſtat alterum Antonij Fabri argumentum 26
quo probabat, conditionum verba ſemper debere naturaliter intelligi. Quoniam ita ſumpta traditio falſa eſt, cum illa procederet, quando ſi ita non obſeruaretur, reſultaret effectus contrarius voluntati teſtatoris. At quando ex æquipollenti implementum fieret, & ex eo reſultaret idem effectus, qui ex voluntate teſtatoris attendebatur, tunc non eſt neceſſarium vt conditio naturaliter, vel ſpecificè adimpleatur. † Et 27
ita procedit *l. qui hæredi* 44. *de condit. & demonſtr.* vbi conditio dandi ſeruo, in ipſo ſeruo adimplenda eſt ſpecificè: quia ſi daretur domino, non reſultaret effectus, quem voluntas teſtatoris comprehendebat, qui quantum in ſe fuit, ſeruo dari voluit, cui conſulere nitebatur, non domino *l.* 3. *verſ. hoc autem, D. de legat. præſt.* vnde ſeruus habuit iudicium teſtatoris, non dominus, & ideo ei iudicio teſtatoris non adquiritur, *l. qui liberis* 8. §. *hæc verba, D de vulgar. iuncta l. ſed etſi* 6. §. *fin. de legat.* 3. ſed ex legis diſpoſitione, cui teſtator non potuit derogare, *l. nemo* 55. *de legat.* 1. itaque non ſortietur effectum, ſi domino detur, ſicut ſi ipſi ſeruo ſoluatur. † Ratio eſt, quia potuit ſeruus, an- 28
tequam conditioni pareatur liber fieri, & ſibi adquirere, *leg.* 5. §. *final. leg. cum legato* 17. *D. quando dies leg.* quæ vtilitas excluditur, ſi in perſona domini conditio adimpleatur, & quamvis nunquam manumittatur, poteſt ſeruus tales nummos habere in peculio, vel ex eis ſe redimere, *leg.* 4. §. 1. *D. de manumiſſ.* & licèt non poſſit teſtator efficere, ne ius ſeruo delatum domino adquiratur, tamen cùm in conditionibus merum factum contineatur, & ea quæ facti ſunt, ad dominum non tranſeant, §. *cum factum, de ſtipulatione ſeruorum*, non potuit factum in perſona domini explicari, vt inſinuat Iure Conſult. *in dict. leg.* 44. *ibi, quia facto.* † Deinde fallitur quoque idem Anton. 29
Faber ſupponens, filios naturales efficere, vt conditio, *ſi ſine liberis*, deficiat, vt *in hac leg. ex facto*, §. *ſi rogatus cum aliis.* Quæ ſane quæſtio iam dudum inter noſtres controuertitur, vt conſtat ex Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 78. *numero* 2. Gail. *libro* 2.
*pract.*

*prast.obſeru.*136.*num.*4.Peregrin.*de fideicommiſſar.* 28. Fachin.*lib.*4.*controu.cap.*60. Coſta *in* §.*& quid ſi tantum* 5.*p.num.*78.Caldas *de nominat.* *Emphyteut.q.*20. *à num.*10. Cuiac.*lib.*5.*obſeru.cap.* 6. Nicol. Intrigliol. *de ſubſtitutio. cent.*3. *quæſtione* 64. Molina *de Hiſpan. primog. lib.*3. *cap.*3. *num.*43. & alios laudans Oſuald. *ad Donel. lib.*8. *cap.*33. *littera* G, Spino. *de teſtament. gloſ.*14. *num.*130. & alij quos plena manu congerit Præceptor noſter eruditus Pateja *in rep. ad cap in præſentia ex num.*44. & Fuſarius *de ſubſtit fideicom.q.*406. Qui verius tenent, naturalem non excludere ſubſtitutum neque facere deficere conditionem, *ſi ſine li-*
30 *beris.* † Quibus non oberit Vlpian. *in d.*§. *ſi quis rogatus* 4. Nam *ibi* hoc non probatur indiſtinctè, vt ſemper & vbique admittatur naturalis, ſed vrgentibus coniecturis ſumptis ex perſona grauantis & grauati. Loquitur autem Papin.relatus ab Vlpian.in libertis, in quibus dabantur filij naturales, *l. cum ancillis, C. de inceſt. nupt.* quia tantum eis permiſſum fuit contubernium, Paul. *lib.*2.*ſent.tit.*19. §.*inter ſeruos*, notat Laurentius Pignorius *de ſeruis pag.*24. ex quo ipſorum coniuges dicuntur contubernales, *l. vxorem* §. *codicillis*, *&* §. *concubina de leg* 3. obſeruat. Alciat.6.*parerg cap.*16. vnde cum liberti non poſſint habere filios niſi naturales, conditio de is intelligenda eſt. Et hoc voluit indicare Vlpian.in illis verbis, *& in libertino eodem conliberto hoc ſcribit*, vbi filius fuit conlibertus patris, id eſt, ſimul cum patre manumiſſus, vt interpretatur Cuiac. *lib.*8. *Reſp. Papin. in dict.*§.*ſi quis*, in quo inſinuat caſum illum particularem, à Papiniano tractatum, vbi nulla coniectura, niſi de liberis naturalibus poterat introduci, †
31 Poſtea autem ſuam aperit ſententiam *in verſ.mihi*, vt ſcilicet in hac re voluntatis quæſtionem magis concurrere, quam iuris certam diffinitionem tenendum ſit, *l. in conditionibus, D. de cond. & demonſtr.* vt ſic dignitatis ratio habeatur, conditionis, & voluntatis teſtatoris, vt filius naturalis excludatur, ſi in dignitate conſtitutus erat teſtator, quia coniectura eſt, nō exiſtentem in aliqua dignitatis præeminentia voluiſſe vt bona ſua, etiam ad infamem peruenirent. Tiraq. *de nobil cap.*23.*num.*1. Menoch. *ſup. num.*26. Mantica *de coniect. lib.*11.*tit.*9. *num.*5. Quod etiam inducit conditio teſtatoris, ſi forte ipſe eſſet naturalis, quia nemo præſumitur improbare qualitatem, quam ipſe habet *leg.in arenam. C.de inoffic.*not.Decius *in dict. cap. in præſentia num.*125. *&* 136. Menoch.
32 *num.*34. Mantic. *num.*15. *ſupra.* † Vnde iam colligimus, quod cum voluntas teſtantis in noſtro caſu, appoſita illa conditione, *ſi ſine liberis*, eā fuerit vt ſi in eodem ſtatu manens liberos ſuſciperet, reſtituere non teneretur fideicommiſſum; cum deportatus alius homo credatur, *l. qui res* 98. §. *aream. D.de ſolution.* ibi: *Etſi ſeruus effectus ſit, alius videtur eſſe*, non eſt mirum ſi Vlpian. liberos in deportatione ſuſceptos ad conditionem implendam non admiſerit.

## CAPVT XIII.

Seruum poſthumi alieni hæredem inſtitui potuiſſe, lux data Iauoleno *in l. eius ſeruum* 64. *de hæred. inſtit.*

### SVMMARIVM.

1 *Traditio Iauoleni impugnatur.*
2 *Seruus, quoad ius ciuile; nihil eſt*, & n.4.
3 *Seruus cenſetur, veluti domini inſtrumentum.*
5 *Poſthumus cenſetur pars viſcerum matris.*
6 *Quam ob cauſam poſthumus alienus, fuerit prohibitus inſtitui?*
7 *Communis interpretatio ad* d.l.eius ſeruum.
8 *An iure ciuili, poſthumus alienus potuerit inſtitui?*
9 *Sententia Anton. Pichard. & Spann. communiter taxata.*
10 *Spannochij, & aliorum interpretatio* ad princ.Inſtit. de bon.poſſeſſ.
11 *Variis conſiderationibus conuincitur*, & numero 13.
12 *Prætorum poteſtas circa iuris correctionem.*
14 *Alienus poſthumus, non ſolum fuit impeditus inſtitui, verum, & prohibitus*, & numero 15.
16 *Verba dict.princ.de bonor.poſſeſſ.* Quaſi & iure non incognitus, *quomodo intelligantur?*
17 *Poſthumus alienus, &, ſi non poſſet inſtitui, potuit tamen fideicommiſſum accipere*, & numero 19.
18 L.pen.ff.de legat.1. *remiſſiuè exornatæ.*
20 L.Poſthumus 6.de inoffic.teſt.
21 *Quis ſit poſthumus ſuus, & alienus?*
22 *Alia primarij cuiuſdam interpretatio, ad* d. l.eius ſeruum.
23 *Variis taxatur argumentis*, & n.25.
24 *Antequam adeatur hæreditas, non attenditur hæres futurus.*
26 L. Hæres quandoque, ff. de adquirend. hæredit.
27 L.Titius de ſuis & legit.
28 *De interpretatione vera* d.l.eius ſeruum, *&* n. 32. 34. & 35.
29 L.Generaliter §. ſeruus eius, de fideicommiſſ. liber.
30 *Poſthumus alienus, non erat incapax inſtitutionis, ſed tantùm erat prohibitus.*
31 *Quoad poſthumus alienus inſtitutus, à Prætore poterat petere bonorum poſſeſſionem.*
33 *Aliquando ex alterius perſona habet quis, quod ex ſua non poteſt.*

DIFFICILIS eſt hæc Iauoleni traditio, 1
dum valere docet inſtitutionem ſerui filius, qui poſt mortem meam naſcetur; probatur etiam à Iuſtin.*in* §. *ſeruus etiam ver.cum etiam, inſtit.de hæred. inſt.*
nam ſi ea ratione ſeruus inſtitui non poteſt. † Cum 2
eius perſona nulla ſit, niſi recipiat capacitatem à domino, *l.*3.§ *fin. ff de capitis minu. l. quod attinet* 32. *iuncta l. in perſonam* 12. vbi Reuardus *ff. de regulis iuris, l. ſerui* 14. *de obligat.* cum traditis ab Oſualdo *libro* 1. *Donelli cap.* 19. *littera Q*, non potuit valere inſtitutio, niſi ex perſona domini æſtimaretur, vt ex eo ſeruus accipiat capacitatem, &, vt inquit Theoph. perſonetur ſeruus, *l. non minus* 31.*de hæred. inſtitut.l.ſi mihi, & tibi* 12. §. *regula, de legat.*1. *l. debitor* 82.§.*ſeruo de legat.*2. *l. quod ſeruus* 36. *de ſtipulatione ſeru.* † Ita vt quaſi inſtrumentum domini ſit, 3
*argument.l.quæſitum* 12. §. *Alphenus, de fundo inſtruct.* vt eſt Ariſtotel. *libro* 1. *Politic cap.*3. probat Connan. *libro* 2. *comment. cap.* 2.*numero* 1. *& cap.*10. *num.*1. Pichardus *in Princ.num.*6. *Inſtit.de ſtipul. ſeru.* vbi Hotmanus, & reliqui Duaren. & Cuiac. *in dict.* §. *regula idem libro* 10. *quæſt. Paul. in dict. l. debitor.* §. *ſeruo*, Benedict.Pinel.*lib.*1.*ſelect.cap.*4.*n.*27. † Secundùm 4
quæ minimè ſeruus ille potuit inſtitui, quia non poteſt accipere capacitatem à domino, qui in vtero exiſtens, nullam potuit præſtare: quia nunc non eſt, neque

5 neque aliquando fuit,vtpotè poſthumus. † Qui pars cenſetur viſcerum matris,& ſimilis incertæ perſonæ, *l.1.ff.de ventre inſpiciendo, l.1.§.1.de ventre in poſſ.mit. l.in Falcid.9.ff.ad legem Falcid.* §. *incertis Inſtit. de leg.* Vlpian. *in fragmentis tit.22.§.incerta*, iunctis quæ tradidimus *in diſput.de furtiuo partu cap.2.* † Ob quam
6 rationem prohibitam fuiſſe alieni poſthumi inſtitutionem, docent poſt Bart. & reliquos antiquiores,*in l.Gallus in princ. de liber. & poſth.* Gilkenius *ibi n.14.* Maſinius *num.143.* Gouean. Duaten.& Taurel. idem Duaren.*lib.2.diſp.cap.38*.Coſta *in §.poſthumus num.4. Inſtit.de leg.* Petrus Gregor *lib.7.ſyntag.cap.1 num.10.* Tiraq *in l.ſi vnquam verbo ſuſceperit num. 149.* Squifordeg.*ad Anton.Fab.lib.3 tract.16.quaſt.3.* Vnde cùm alienus poſthumus,non potuerit hæres inſtitui, *princ. Inſtit. de bon. poſſ.* cum aliis: neque item eius ſeruus, vt patet.

7 Quam difficultatem, vt euitarent Interpretes, varias excogitarunt ſolutiones, vt videre eſt ex Coſta *ſupra num.6.* Pichard *in dict.§ ſeruus etiam num.14. & in relectione ad l.Gallus cap.4. num.84.* Bened. Pinel. *lib 1.ſelectar cap.11.* Fachin. *lib.10. controuerſ.cap.41.* Squifordeg.*lib.2.tract.16.quaſt.2. & d.tract.16. q.11.* frequentius tamen obtinuit apud antiquos *dict. l.eius ſeruum* de poſthumo ſuo eſſe accipiendam, quam ſolutionem tradit Bart.*in l.ſi ſeruus eius, ff.de acquirenda hæredit.* quæ tamen reliquis diſplicuit teſtante Iaſon. *num.11.* Alexand. *num.16.* Sarmient.*15.in d.l.Gallus*, & Anton. Pichard.*d num.14.* quæ quia communiter reprobari ſolet,tempus in ea reiicienda non contere-
8 mus. † Aliter interpretatur Pichard. *ſupra*, aſſerens quod cum poſthumus alienus Iure ciuili,ſicut & ſuus potuerit hæres inſtitui,non erit mirum, ſi eius ſeruus potuerit quoque hæres inſtitui. Quæ ſententia ſemper eidem placuit,& acriter ab eo defenditur *in princ. Inſtit.de bonor.poſſeſſ.& in dict. cap.4. ad legem Gallus ex num.74.* quam etiam ſuadere non minori animo conatur Spannoc.*in dict.l.Gallus partic.18.& 19.*Torniel. *ibi num.5.* Ronquegallus *in d.princip.de bonor poſſeſſ.*& Maſinius *n.210.* & quantum coniicior primus eiuſdem ſententiæ Auctor fuit inſignis Doctor Gabriel Henriquez huius Academiæ Primarius quondam Anteceſſor Iuriſprudentiſſimus, ſub cuius diſciplina, & nos dum eum audiremus hanc ſententiam exce-
9 pimus. † Verum quamvis tantorum Præceptorum apud me plurimum valida ſit auctoritas,etiam adhuc puero non placuit ea ratio, neque vllus poſtea fuit, qui iſtam probauerit,aut defenderit: quare eam euertere nititur Fachin.*dict.cap.51.* & Squifordeg. *d. lib.3.tract.16.quaſt.3.& ſeqq.* ſed quoniam frequenter Primarij Anteceſſores noſtri *in lectura ad legem Gallus* ſolent, quæ ad hanc partem pertinent doctè referre, & refellere, nos breuiſſimè quæ minus ab eis ſunt animaduerſa notabimus.

10 Et in primis conatur Spann. & reliqui ſuam adſtruere opinionem,*ex dict.princ.de bonor.poſſeſſ.*in illis verbis: *quaſi Iure ciuili non incognitus*, quibus ſignificatur, poſthumum, ante, non fuiſſe incognitum Iure ciuili, ſed impeditum: quia cum Iuſtinianus aſſerat, hæreditatem adire non potuiſſe poſthumum, non ex hoc ſequitur, eius inſtitutionem fuiſſe prohibitam, cum multi etiam adire prohiberentur, quorum inſtitutio valida erat. Neque obſtare aiunt,quod Prætor talem poſthumum adiuuet per bonorum poſſeſſionem,quæ non videtur neceſſaria, ſi Iure ciuili eorum inſtitutio valeret,vt conſtat: *Cum eorum inſtitutio non valebat.* Reſpondent quippe adhuc beneficium Prætorium fuiſſe neceſſarium: nam quamvis inſtitutio valeret,ſine effectu erat,ſic interpretantur illa verba: *quia inſtitutio non valebat.*Id eſt,quando inſtitutio erat ſine effectu,propter aditionem poſthumi impeditam, quoniam aliàs reſultaret abſonus intellectus, ſi diceremus valuiſſe inſtitutionem, & poſthumum adire potuiſſe, quod falſum eſt, cum ei ſolum adire concederetur fauorabiliter,qui fari poteſt, *l pupillus 9.ff.de adquirend. hæred.* interim ergo dum fari non poterat, dabatur bonorum poſſeſſio ex illa parte edicti, *de bonorum poſſeſſionibus infanti.&c.* de qua *lib.37.ff. tit.3.* quæ obtinuit ante Theodoſ.*in l ſi infanti 18.C.de iure deliberandi.*

Verùm cuilibet attentè inſpicienti, illico obſerſa- 11
bitur violentia huius interpretationis ad *dict. princip.* nam cum *ibi* Iuſtinianus propoſuiſſet, Prætorem ſuis edictis multoties ius ciuile emendaſſe, correxiſſe & ſuppleſſe. († Cuius rei poteſtatem habuiſſe Præto- 12
res, cum eorum edicta iuris haberent auctoritatem, apertè docemur *in §.Prætorum, Inſtit. de iure naturali*, iunctis traditis à Connano *lib.1. comment. cap.15.* Pichard.*ibi, & in § quos autem inſtit. de bonor. poſſeſſ.n.2.* Pancirol.*lib.1.variar.cap.34.& lib.2.c.12.*Anton.Fab. *in Iuriſprudent.tit.2.prin.10.per totum*, Donel.*libro 1. comment.cap.8.*vbi Oſuald. Cuiac. *lib.2. definit.* Papin. *in l. ius autem de iuſtit. & iure.*) † Cuiuſque partis 13
exemplum ſubiicit, & in primis, cum dixiſſet Prætorem non ſolum ab inteſtato ius vetus emendaſſe, ſed & in teſtamentorum iure, in eo proponit ſpeciem, quando poſthumus alienus fuit inſtitutus, qui quamvis Iure ciuili adire non poterat: quia inſtitutio erat inutilis, attamen bonorum poſſeſſione à Prætore adiuuatur,quamvis iam hodiè ex conſtitutione ſua hæres rectè inſtituatur. Vbi non fuit contentus adiicere *quia adire non poterat*, ſed adiecit rationem,*quia inſtitutio non valebat*,quod poſtea ſua conſtitutione emendat,qua conſtituit,vt poſſit hæres inſtitui: ergo ante hanc nouam conſtitutionem, rectè hæres non inſtituebatur, aliàs eſſet ſuperflua. † Vnde conſequens 14
eſt, alienum poſthumum, non ſolum fuiſſe impeditum, verum & prohibitum inſtitui, quod eis rationibus comprobatur. Nam ſi Iure Ciuili hæres inſtitui poterat poſthumus, licet inſtitutio eſſet ſine effectu, tunc diceremus Prætorem non correxiſſe,aut emendaſſe ius ciuile,ſed tantùm adiuuaſſe, aut ſuppleuiſſe, cum eo caſu in quo ius vetus deficiebat, huiuſmodi inſtitutionem ſine effectu relinquens tunc Prætor eam bonorum poſſeſſione adiuuauit: at hoc negat Iuſtinian. ſiquidem ait in hac parte ius ciuile fuiſſe emendatum, vt videre licet ex ſerie Principij *in verſ. non ſolum, iuncto §.aliquando:* ergo diſertiſſimè apparet, Prætorem poſthumi alieni inſtitutionem inutilem Iure Ciuili,ſuo edicto vtilem reddidiſſe,ius idem corrigentem; emendare enim idem eſt, quod corrigere aut caſtigare, *vt in tit.C.de emendat.propin.& C. de emend.ſer.*

Secunda ratio eſt, ſi Iure Ciuili hæres inſtitui po- 15
tuit poſthumus, ad quid noua illa conſtitutio Iuſtiniani neceſſaria fuit?Non ſatisfaciunt contrariæ partis aſſertores, dum aiunt permiſſum fuiſſe poſthumo ea conſtitutione, adire hæreditatem ſine beneficio Prætoris: nam aliud eſt hæres inſtitui, aliud adire hæreditatem,cum infantes ante *l.ſi infanti,Cod.de iure deliberandi*, poterant rectè hæredes inſtitui, licet non potuerint adire.Idē quoque in furioſo dicendum eſt, *l furioſus 63.alias eſt,l.Antiſtius 62.§. final. ff de adquirend.hæredit iunctis l.final. §.ſin autem, Codic. de curatore furioſi*, & iis quæ tradunt Donell. & Oſuald. *lib.7. comment. cap.9.* Anton.Pichard. *de adquirend. hæred. cap.23. & 25.* † Neque obſtant illa verba, 16
*quaſi iure ciuili non incognitus*, quia dupliciter intelligi poterunt, primo vt referantur ad leges duodecim tabul. quarum ampliſſima poteſtate teſtatoribus tributa, *l. verbis legis 120. de verborum ſignificat.* non minus comprehendebantur alieni poſthumi, quàm ſui,

ſui, vt rectè aduertit Taurel. *in prælud. ad l. Gallus,* Charondas *lib.* 1. *veroſimil. cap.* 15. Spannoch. *ſupra particul.* 14. *num.*4. Bald. *ad leg. Rom. cap.* 26. Maſſin. *in dict. l. Gallus num.*126. Anton Fab. *dict. cap.* 2. Cæſar Coſta, *lib.* 1. *variar c.*14.

17 Deinde ſecundò reſpondebis, quod quamvis poſthumus Iure ciuili non potuiſſet inſtitui, non tamen fuit incognitus, cum ei potuit relinqui fidei-
18 commiſſum. † *L. penult. ff. de leg.* 1. (de cuius interpretatione vide Connan. *lib.* 10. *comment. cap.* 3. *num.* 8. Alciat. *lib.* 3. *paradox. cap.* 2. Gilken. *num.* 10. & Taurel. *in dict. l. Gallus,* & reliquos *ibidem* Coſta *in dict.* §. *Poſthumus, numero* 7. Donell. *lib.* 8 *comment. cap.* 8. Duaren. 2. *diſput cap.* 38. Caldeira *lib.* 1. *variar cap.* 1.)
19 † *L. quidam relegatus*, §. *fin. ff. de rebus dub.* atque ideò Imperator, cum formidine dixit, *quaſi non iure incognitus*: verbum etenim *quaſi* denotat improprietatem, obſeruat Anton. Pichardus *in* §. *ſequens numero* 22. *de obligat.* & licet lex non aſſiſtebat poſthumi inſtitutioni, & ideò erat iure deſtitutus, à Prætore autem adiuuabatur per bonorum poſſeſſionem, vt *in dict. princ. iuncta l. poſthumus* 6. *ff. de*
20 *inofficioſ. teſtament.* † Quæ ita debet intelligi, nam quomodo potuiſſet aliàs, quærelam inofficioſi poſthumus alienus proponere qui inſtitui non poterat, & tamen Vlpian. *ibi*, ait hoc teſtatoribus imputari, cur talem hæredem non ſcripſerit. Rationem propoſuit *in verſ. potuit*, quoniam etſi non poterant Iure ciuili, poterunt tamen iure Prætorio
21 effici bonorum poſſeſſores. † Hæc addere libuit, quæ ab Interpretibus ſemper omiſſa fuerunt, cætera quæ ad hanc quæſtionem pertinent latius tractant, qui ſit poſthumus ſuus, qui alienus cum Iuſtinian. *in* §. *Poſthumo* 17. *Inſtit. de leg.* vtiliter & doctè exponentes, ita vt mihi religio videretur ab aliis rectè notata, nunc transcribere.

22 Damnata ergo hac communi interpretatione ad *dict. l. eius ſeruum*, in noſtris ſcholis eruditus quidam Primarius reſpondebat: ſeruum ibi fuiſſe alicuius hæreditatis iacentis, à qua capacitatem mutuatur, qui etiam poſthumi ſeruus dicitur, propter ſpem & ius ſuccedendi, ſicut in bonis noſtris eſſe dicimus, quod in actionibus habemus, *l. rem in bonis* 52. *ff. de adquirend. rer. dom.* & ſicut filius dicitur dominus, in vita patris bonorum paternorum, *l. in ſuis, ff. de lib. & poſthum.* Ratio autem dubitandi fuit quòd licet iacente hæreditate eſſet hæreditatis, poſthumus tamen natus, & hæres effectus, intelligitur hæres fuiſſe à tempore mortis defuncti, *l. hæres quandoque ff. de adquirend. hæredit.* per quam fictionem retrotractiuam, ſeruus hæreditarius inſtitutus, intelligitur poſthumi fuiſſe tempore inſtitutionis, atque ita videbatur, quod ſicut poſthumus non poterat inſtitui, ita neque ſeruus ille, qui ex poſtfacto intelligendus erat, eo tempore fuiſſe poſthumi, quemadmodum propter eandem fictionem poſthumus, ſi poſt mortem alicuius aſcendentis, vel cognati conceptus fuerit, eidem ſuccedere non valet, neque ciuili, neque Prætorio iure, *l. Titius 6 ff. de ſuis & leg.* quia cùm tempore mortis non eſſet conceptus, impoſſibile erat, vt poſtea ſuccedens, intelligeretur retrò hæres, cùm defunctus deceſſerat, nihilominùs tamen illius ſerui inſtitutio ſuſtinetur, quia tempore inſtitutionis, erat verè iacentis hæreditatis. Neque obſtat, quod poſtquam poſthumus ſucceſſit, ſeruus intelligatur illius fuiſſe tempore inſtitutionis, nam veritas potius attenditur, & ab initio conſiſtit inſtitutio, propter hæreditatis capacitatem. Hæc ille
23 Doctor. † Sed hæc interpretatio (etſi antea eam tradiderit Bolognet. *num.* 87. & Maſſin. *num.* 204. *in dict. l. Gallus*, Fachin. *dict. lib.* 10. *cap.* 41. & inſinuat *D. Franc. de Amaya, Obſeruat. Iuris.* Cuiac. *in dict. l. eius ſeruum*, & Bened. Pinel. *ſupra n.* 8.) falſa eſt omninò, vt cenſet Pichard. *dict. num.* 14. & Schifordeg. *dict. l.* 13. *q.* 11. quoniam aliud eſt ſeruum eſſe eius, qui poſt mortem naſcetur, aliud eſſe hæreditatis; vt dicemus. *Secundò*, nam ea ratione ait Iauolenus exiſtimaſſe Labeonem, ſeruum eius, qui poſt mortem naſcetur, hæredem inſtitui potuiſſe quoniam ſeruus hæreditarius potuit: ergo non benè eo argumento vteretur Labeo ad adſtruendam ſuam opinionem, quod idem eſſet cum dicto; & eius ratiocinatio fieret planè ridicula, ſi ità conciperetur. Hæreditarius ſeruus poteſt hæres inſtitui ea ratione: quia hæreditarius ſeruus poteſt inſtitui. Quidnam indignius tanto I. C? qui & ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, ita polluit, vt ait Pomponius *in l.* 2. *in fine, de orig. Tertiò*, quia ſi ſeruus erat hæreditarius, non potuit poſthumi eſſe neque dici propter ſpem, & ius ſuccedendi. † Nam antequam 24
adeatur hæreditas, hæres futurus non eſt in conſideratione, *l. ſeruus* 52. *ff. de hæred. inſtitut. l. hæres* 43. *ff. de adquirend. hæred. l. per hæreditarium* 18. *ff. de adquir. rer. dom.* & ideò falſum eſſet dicere, quidquid adquiritur, adquiri hæredi poſtea naſcituro, & futuro cum adquirat interim hæreditati, *l. ſi vnus* 27. §. *ſi D. de pactis*, ibi: *Seruus hæredi poſtadituro nominatim paciſci non poteſt, quia nondum is dominus ſit*, *l. hæreditas* 61. *D. de adquirend. rer. domin. l. ſeruus* 16. *D. de ſtipulat. ſeru.* ibi: *Seruus hæreditarius futuro hæredi non ſtipulatur, quia ſtipulationis tempore hæres dominus eius non fuit.* Ergo non potuit *in dict. leg. eius ſeruum* propter ſpem dici ſeruum poſthumi.

Vlterius facit, non bene adaptari ſimilitudinem 25
illam, vt ſeruus dicatur poſthumi, quemadmodum noſtras res dicimus habere in actionibus. Nam ſi poſthumus, dum ſperatur naſci, hæreditas iacens eſt, cum in tempus naſcendi omnia iura eidem integra reſeruantur, *l.* 3. *D. ſi pars hæred. pet. cum vulg.* quomodo hæc ſpes poteſt efficere, vt ante natiuitatem ei adquiri poſſit, cum hæreditas ſit perſona, quæ tunc rerum hæreditariarum eſt domina, & ſic ei per ſeruum adquiratur? Nec talis caſus poteſt aſſimilari, cum filiofamilias qui in vita patris dominus eſt: quia hoc non efficiet, vt ſeruus patris ei poſſit adquirere, nec dicatur filij, cum illud ſolum obtineat, propter rationem, de qua Oſuald. *lib.* 7. *Don. cap.* 2. *littera P. & Q.* Nec ratio dubitandi vera eſſe poteſt; vt ſeruus licet iacente hæreditate fuerit hæreditatis tamen propter aditionem retrò intelligatur poſthumi. † Nam regula *dict. l. quandoque* non 26
minus accepta eſt in poſthumo, quàm in extraneo, & poſtquam iam natus eſt poſthumus, à quo diceremus accepiſſe ſeruum capacitatem, vt poſſet inſtitui à poſthumo vel ab hæreditate? Nullus inficiabitur hæreditatem perſonare ſeruum, ergo non futurus poſthumus. Regula autem *dict. l. hæres quandoque* eſt introducta propter continuationem dominij, ne aliàs medio tempore pro derelicto res habitas fuiſſe dicerentur. † Denique ſimilitudo illa deducta ex *dict. l.* 27
*Titius, de ſui & legit.* planè ad rem non pertinet, quia *ibi* tractatur de poſthumo, qui non eſt conceptus viuo auo qui non poteſt admitti ad legitimam eius hæreditatem cum defunctus eius non fuerit auus, nec ille nepos defuncti, vtpotè tempore mortis non conceptus, & ideò nec iure ciuili ad eum pertinet hæreditas, tanquam ſuum hæredem, neque iure Prætorio tanquam cognatum, vt explicat *ibi* Cuiac, *lib.* 59. *digeſt.* Iul. & Anton. Gomez *tom.* 1. *variar. cap.* 1. *num* 8. At nos loquimur de inſtitutione ſerui, qui tempore inſtitutionis debet recipere ab aliquo capacitatem. Quid autem commune habet hoc cum illo?

28 Deletis ergo his & aliis cogitationibus Bartoli, interpretationem veriſſimam agnoſco quem etiam recipiunt Vigilius *in dict.* §. *ſeruus etiam* Salomon. Fortun. ille *numero* 26. hic *numero* 28. Alciat. 13. Sarmient. 16. *in dict. l. Gallus.* Coſta. *in dict.* §. *poſthumus, numero* 7. Connan. *libro* 10. *cap.* 3. *numero* 5. Schiford. *dicta quæſtione* 11. Bened. Pinel. *dicto cap.* 41. *num.* 21. Qui exiſtimant *dict. l. eius ſeruum*, accipiendam eſſe de ſeruo poſthumi alieni reſpectu teſtatoris. Quæ ſententia, etſi ab iis ſit rectè animaduerſa, non tamen ita accepta, & explicata, vt mens Labeonis, & Iauoleni clarius. Probatur autem aſſertio noſtra: quia *in dict. leg. eius ſeruum:* genitiuus ille *eius* denotat dominium, *libro* 2. §. 1. *ff. de religioſ.* docet Menochius *de præſumpt. lib.*.. *præſumpt.* 16. *numero* 7. atque ita dicendum eſt, non poſſe hæreditatem iacentem conſiderari, ſed ventrem inſtitutum, miſſum fuiſſe in poſſeſſionem bonorum, ex clauſula *de ventre in poſſeſſionem mittendo, ex Prætoris beneficio, l.* 1. *per tot. l. fin. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* l. 1. §. *ſi matris verſ. argumentumque eſt, ff. ad S.C. Ter*... *l. poſthumus* 6. *ff. de inofficioſo*, ibi: *Potuit enim ſcriptus hæres in poſſeſſionem mitti, ex clauſula de ventre in poſſeſſionem mittendo, item natus ſecundum tabulas haberet*, cui adiunges *dict. princip. Inſtitut. de bonorum poſſeſſione.* † Et ideò

29 rectè eo loquendi genere vſus eſt Vlpian. *in l. generaliter* 24. §. *ſeruo eius, ff. de fideicommiſſ. libert.* vbi per fideicommiſſum relinqui poteſt libertas ſeruo eius, qui nondum eſt in rebus humanis, quod tamen niſi de eo poſthumo intelligas, prorſus videtur Vlpianus intelligibilis, qui rectè alias procedet ea ratione dubitandi, quæ deducitur ex *l. alieno* 31. *in princip. ff. eodem*, vbi Paulus ſcribit, ita ſeruo alieno per fideicommiſſum dari poſſe libertatem, ſi ſeruus eius ſit, cum quo teſtamenti factio eſt: ergo *dict.* §. *ſeruo eius*, non poſſumus de ſeruo hæreditatis iacentis intelligere, cum ipſa hæreditas non habeat factionem teſtamenti paſſiuam, neque actiuam, ſed de ſeruo poſthumi, qui ſperatur naſci. Potuit itaque ſeruus poſthumi rectè hæres inſtitui; quamvis poſthumus

30 non poſſet. † Quia poſthumus alienus non erat incapax inſtitutionis, ſed ex cauſis iam relatis prohibitus, ſi enim eſſet incapax neque ad bonorum poſſeſſionem admitteretur, *l. non eſt* §. *vbicumque, ff. de bonor. poſſeſſ.* notat Fachin. *dict. cap.* 41. *verſicul. fundamentum*, & ita *in dict.* §. *princip. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* Imperator non dixit, poſthumos alienos eſſe incapaces, ſed eorum inſtitutionem non va-

31 luiſſe. † Vnde intelliges illam difficultatem, à qua non ſe ſatis extricare potuerunt Accurſ. *in dict.* §. *princip. verbo honorario*, Cuiac. & Eguinar. Baron. *in dict. l. poſthumus de inofficioſ.* Taurel. *in dict. l. Gallus.* Quare ſcilicet poſthumus alienus inſtitutus, à Prætore bonorum poſſeſſor efficeretur, vt *in d. iur.* cum tamen non potuerit dari bonorum poſſeſſio, vbicun-

32 que capere lex hæreditatem prohibet. † Reſtat igitur, quod cùm poſthumus non ſit incapax, ſed prohibitus, & eidem conceſſum ſit, vt quod attinet ad ſuum commodum pro nato habeatur, *l. qui in vtero* 7. *l. penult. ff. de ſtatu hom. l. intelligendus* 153. *ff. de verbor. ſignificat.* cum aliis, ſeruus eius potuit accipere capacitatem ab eo, & ſuſtineri inſtitutio in perſona eius, quia in eo ceſſabant rationes, quæ

33 poſthumum impediant. † Et non eſt nouum, vt quis habeat per alium quod ex ſua perſona habere non poteſt, *leg.* 3. *ff. quæ res pignori.* (vbi Cuiac. alia ſimilia allegat *libr.* 5. *quæſt. Pauli.*) Facit *l. debitor* 82. §. *ſeruo, de legat.* 2. vbi quod Domino legaretur inutiliter, poterit vtiliter eius ſeruo legari, *l. furioſus* 63.

34 *ff. de adquirend. hæredit.* † Cui interpretationi rectè congruit exemplum (quo vtitur Labeo) ſerui hæreditarij, qui etſi nullius ſit ſiquidem hæreditas iacens verè nihil eſt, vt notat poſt alios Pichard. *de adquirend. cap.* 2. tamen fictione illa, qua domina cenſetur, habet capacitatem, qua ſeruus perſonatur, ita vt inſtitui vtiliter poſſit. † Hoc modo, & 35

ſeruus poſthumi ſe habet, nam & ſi verè nullius ſit, eo tempore quo naſci ſperatur, adhuc tamen eius eſſe intelligitur, & rectè, vtpotè deficientibus in eo rationibus incertitudinis & non entis, inſtituitur: quia & ſi actualiter, non poſſit dici Dominus ſerui, tamen cum intelligatur in rebus humanis exiſtere, cum de commodi eius agitur (*l. qui in vtero* 7. *de ſtat. homin.* iunctis quæ tradidimus *in diſput. de vſucap. part. libro* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 1. *& ſequent.*) fauorabiliter Dominus eſſe videtur, cum iam hæreditas non ſit. Reliqua quæ hîc deſiderantur rectè tractant Doctores, & præcipuè Bened. Pinel. *dict. lib.* 1. *ſelect. cap.* 11. ideò nos conſultò omittimus.

## CAPVT XIV.

### De ſeruitute legata ſeruo, Papinian. *in l. & ſi maximè* 5. *de ſeruitut. legat.* explicatus. Inter contractus, & vltimas voluntates quoad hanc iuris partem noua, & vera differentia.

### SVMMARIVM.

1 *Seruus ex capacitate Domini efficitur habilis, vt poſſit inſtitui, & ſtipulari fundo Domini.*
2 *Capacitas non minus requiritur ad adquirendam ſeruitutem ex teſtamento, quam ſtipulatione.*
3 *Difficultas* dict. l. etſi maximè.
4 *Accurſij differentia inter contractus & vltimas voluntates.*
5 *Bartol. differentiæ ratio inter has res.*
6 *Impugnatur à Ioanne Fabro.*
7 *Communis receptáque huius differentiæ ratio*, & n. 10.
8 *In legatis ſeruo relictis inſpicitur, an ſeruo legari poſſit ſi liber eſſet?*
9 *Contractus ſiue puri, aut conditionales ſtatim vires habent.*
11 *Doct. Ioannes de Solorzano Auctoris præceptor.*
12 *Communis traditio Doctorum impugnatur.*
13 *Legatum non efficitur inefficax propter manumiſſionem.*
14 *Delegato quod à patre filio, vel è contra relinquitur.*
15 *Vera ratio differentiæ huius articuli*, & n. 16.
17 *Marcelli opinio à Paulo impugnata*, & n. 18.
19 *In ſtipulationibus non inſpicitur ſerui perſona, vt in legatis, ſed Dominus*, & n. 21. & 22.
20 *Quod ſtipulatur ſeruus perinde eſt, ac ſi Dominus ſtipularetur.*
23 *In legato ſeruo relicto potius in ſeruum, quam in Dominum, mentem dirigit teſtator.*
24 *Obſcura* l. etiam §. 1. de legat. 3. *explicatur.*
25 *In iure aliquando, præſens, pro futuro ponitur.*

SERVVS quoddam cenſetur Domini inſtrumentum, per quod omnia ad Dominum transferuntur, quæ ex ſua adquiſitione fuerint conſecuta, vt dixi *cap. præcedent. numero* 2. nam Domini veluti perſona indutus, capax redditur ad omnia 1

Quâ

Quâ ratione ſicut poſſunt hæredes inſtitui, *l. non minus* 31. *de hæred. inſt. princ. Inſt eodem, l. penult. Cod. de neceſſ. hæredit. l. neque* 10. *Cod. de hæred inſt. l.* 2. *&* 3. *tit.* 3. *part.* 6. ita etiam, & vtiliter fundo domini ſeruitutem ſtipulari, & adquirere, *l. non dubito* 12. *D. de ſeruitut. l. ſi vnus* 19. *D. de ſeruit. ruſtic. l.* 2. *D. de ſeruit. legat. l. proinde* 7. *§ fin. l. ſi communis* 17. *de ſtipulat.*
2 *ſeru.* † Et notum quoque eſt, non minus capacitatem ad adquirendam ſeruitutem ex teſtamento neceſſariam eſſe, quam ad acquirendum ex ſtipulatione,
3 *l.* 1. *§. & ideò, D. commun. prædior.* † Quibus maxima difficultate opprimitur traditio Papiniani *in l. etſi maximè* 5. *D. de ſeruit. leg.* vbi ſeruo ſi via legetur ad domini fundum, inutile legatum eſſe docet quoniam ad legati valorem ſeruus magis, quam dominus inſpicitur.

4 In qua difficultate Accurſ. *ibi verbo, legatur*, conſtituit differentiam inter contractus, & vltimas voluntates, quam etiam agnoſcit *in dict. l. ſi vnus*, *& in l. ſi mihi* 11. *§. regula de legat.* 1. ſed nullam, in his locis differentiam conſtituit. Quare cum maxima exiſtat inter contractus, & vltimas voluntates familiaritas, audiendus non eſt qui diſcrimen conſtituit, niſi congruentem rationem reddat, vt probat
5 Euerard *in locis legat. loco* 17. † Quare Bart. *in dict. l. proinde l. proinde §. fin. num.* 1. poſt Dynum quem refert, communiter ab aliis antiquioribus probatus, & à Forcatol. qui ſibi eam interpretationem tribuit *in l. non dubito num.* 5. *de ſeruit.* Pet. Fab. *in l. quæ legata in princip. de regulis iuris*, eam rationem reddit, quod teſtamentaria commoda ob honorati affectionem, & merita erga teſtatorem plerumque proueniunt, *l. neque adiecit*, *D pro ſocio*, ita vt ſemper attendatur honorati magis perſona, quam eius cui adquiritur, *l.* 3. *§. hoc autem, de leg. præſtan.* vnde cum perſona ipſa ſerui, non habeat fundum, (quæ perſona attenditur,) non valet legatum. Quod in ſtipulationibus contra ſe habet: nam cum facto ſerui celebrentur, illud miniſterium domini cenſetur, *l. fin. D. de ſtipulat. ſeru.* ſufficitque vt dominus quia
6 attenditur, prædium habeat. † Hanc tamen interpretationem impugnat Ioannes Faber *in §. ſed cum factum numero fin. Inſt. de ſtipulat. ſeru.* ex eo ſuſtineri non poſſe ſcribens, quod in contractibus affectio, & merita officioſa ſerui potuerunt non minus extorquere promiſſionem, quam in teſtamentis legata. Et aliâ ratione Papin. mouetur ob quam inutile hoc legatum iudicet.

7 Alia traditur differentiæ ratio, quam & ſi multi attribuant Ioann. Fabro *in dict. §. ſed cum factum num. fin.* omnium primus excogitauit Accurſ. *in l. ſi vxorem verbo competentem*, *Cod. de condit. inſert. & in l. debitor* 82. *§. ſeruo delegat.* 2. & ſequitur Alber. *in d. l. ſi vnus* & Iaſon *in l.* 78. *de verborum obligationibus numero* 4. & latè exornat Pet. Fab. *lib.* 3. *ſemeſt. cap.* 11. & nemine relato, (vt Gallis mos eſt) ſibi vſurpat Cuiac. *in dict. l. ſi filiusfam.* 78. *de verb obligat. & lib.* 17. *obſeruat.* 5. *& libro* 16. *quæſtione Papinian. in dict. l. etſi maxime*, Donel. *in dict. l.* 78. *numero* 8. Qui aiunt, quod etſi in legatis, vt in ſtipulationibus capacitas ſerui, ex capacitate domini regul tur *princ. Inſt. de ſtipulat. ſeru.* fuit tamen Iuliani regula intro
8 ductum. † Vt in legatis ſeruis relinquendis, præter domini capacitatem, illud quoque ad eorum validitatem, conſideretur, vt res quæ legatur talis ſit, quæ ſeruo ſi liber eſſet legari vtiliter potuiſſet, *l. debitor* 82. *§. ſeruo de legat.* 2. cuius regulæ memor Papinian. *in dict. l. etſi maximè*, ait ſeruo ad fundum domini viam legari non poſſe. Quæ regula in contractibus admiſſa non fuit; & ideò ad fundum domini rectè viam ſtipulari potuerit, vt in dictis iuribus. † Ratio eſt, quia 9
contractus ſiue purè, ſiue ſub conditione celebrati, ſtatim vires accipiunt *l. is cui* 42. *de obligationibus dict. leg. filiusfamilias* 78. *de verborum obligation. l. vſusfructus* 26. *de ſtipu. ſeru. l. quæ legata* 18. *de regulis iuris*, *§. ex conditionali de verborum obligationibus*, in legatis verò contra ſe habet, quoniam eorum illa eſt natura, vt in eis, non tempus teſtamenti, ſed dies cedentis legati inſpiciatur, *l.* 5. *D. quando dies leg l. filius* 11. *D. ex quibus cauſ. in poſſeſſ.* cum latè traditis à Petr. Fab. *in dict. l. quæ legata*, Anton. Fab. *libro* 15. *coniectur. cap.* 6. *&* 7. Oſuald. *libro* 9. *Donell. cap.* 6. *littera C*, Couarruu. *in practic. quæſtione* 39. † Qua de cauſa cum con- 10
tingere poſſet, vt qui tempore teſtamenti erat ſeruus, cuique adſcriptum erat legatum viæ ad Domini fundum, die legati cedente, inueniatur liber, & fundum non habens, legatum erit inutile, *l.* 1. *ff. communia prædiorum.*

Hæc interpretatio, vſque ad noſtram ætatem 11
communi calculo admiſſa & paſſim recepta fuit à noſtris præceptoribus. Verùm ego ei nunquam adquieſcere potui, & reminiſcor equidem cum à Doctiſſimo, eruditiſſimóque præceptore meo D. Ioan. de Solorzano (quondam huius ſcholæ Veſperorum iuris anteceſſore, nunc in Peruano Regno regio Senatore) eam exciperem adhuc puer, in Codicis manuſcripti magine aliquas præcoces ratiunculas appoſui, quibus ab ea diſcedere cogebar, quas nunc maturiores reddam.

Prima igitur ratio ſit, quod non conueniat hæc 12
interpretatio rationi ipſi à Papiniano aſſignatæ, qui ex eo legatum viæ ſeruo relictum non valere ait: quia quando relinquitur inſpici debet, an ſi libero facto, tunc temporis ei adquireretur, non autem quod tempore cedentis legati poterat eſſe liber, & fundum non habere; aliàs ſequeretur, vt ſi ita legaretur via ſeruo, *dum in ſeruitute eſſet*, *vel quandiu ſeruierit*, *l. ſeruo alieno* 113. *de legat. l. filio* 42. *de condition. & demonſtrat.* quo caſu timor manumiſſionis, vel conſecutionis libertatis iam erat ſublatus, diceremus valere viam. Hoc tamen eſt contra Papinianum; qui in omnem euentum, inutile cenſet tale legatum. Et cum Marcellus notaret Iulianum *in dict. §. ſeruo*, qui regulam illam induxerat, vt id legari ſeruo poſſet, quod ipſe liber factus capere potuiſſet, pro ſe adduxit, potuiſſe legari eidem *quamdiu ſeruiat.* At eam adnotationem Paulus *in dict. §. ſeruo*, (ſubaudiens Marcellum eius ſententiæ Auctorem *in dict. l.* 113.) calumnioſam vocat, quoniam aliâ ratione conſiſtit legatum, de qua *infrà* dicemus: ergo non fuit ob id quia potuit eſſe liber tempore ceſſionis legati, aliàs non rectè argueret Paulus contra Marcellum, cum Marcelli ad Iulianum nota optimo iure procederet.

Secunda ratio, quâ moueor eſt, inauditum videri 13
legatum inefficax effici, propter caſum fortuitum manumiſſionis, quem veroſimile eſt non euenturum, licèt autem legatum inutile reddatur propter vitium præſens, *l.* 1. *D de regula Caton.* nunquam autem inutile redditur, quia die cedentis legati ille caſus eueniret, alias ſequeretur nullum legatum valere: quia tempore ceſſionis, aut adquiſitionis legatarius poſſet eſſe mortuus, vel deportatus, vel res ipſa extincta, & eo modo poſſemus dicere, valere legatum viæ, quia tempore ceſſionis ſeruus poteſt eſſe liber, & prædium habere *argument. l. ſi deportati* 7. ibi; *niſi viuo teſtatore alienauerit*, *l. etiam* 17. *§.* 1. *de legat.* 3. iuxta eam interpretationem, quæ habet, ſeruo prædium habituro ſeruitutem legari poſſe, *leg. ſi ſeruus* 81. *ff. de adquir. hæredit*, vbi ſeruus manumiſ-

ſus adquirit, quod in teſtamentis præcipuum debet eſſe cùm in eis benignior interpretatio facienda ſit, *leg. in teſtamentis* 12. *de regul. iur. leg. quoties* 12. *de reb. dub.*

14 Tertia ratio eſt, quoniam ſi in legatis inſpiceretur magis dies cedentis legati, inutile eſſet legatum quando à filio, aut ſeruo hærede inſtituto, patri legaretur, aut domino & è contra valuiſſet, quando à domino, aut patre hærede relinquitur filio, aut ſeruo: quod falſum eſt, imò tunc valet, quando à ſeruo hærede legatur domino, non tamen quando à domino hærede legatur ſeruo, *l. à filio* 25. *l. quæſitum* 91. *D. de leg.* 1. *l. cum legato* 17. *ff. quando dies leg. l. ſi à ſeruo* 10. *ff. ad leg. Falc.* §. *an ſeruo inſtitut. de leg.* vbi Pichard. Oſualdus *ad Donell. lib.* 8. *comm. cap.* 24. *littera H.* Cuiacius *lib.* 17. *digeſt. Iul. in dict. l.* 91. *& lib.* 36. *in d. l. cum legato.* Quia ius non patitur, vt ſit idem hæres, & legatarius, ſiquidem mediante adquiſitione pater, & filius cenſetur vna perſona, *l. fin. C. de impub.* tradit Paſchalis *de effectibus patriæ poteſt.* 1. *part. cap.* 3. *&* 4. *part. cap.* 1. Antonius Pichardus *de adquirend. hæredit. cap.* 15. & cùm ſtatim hæredi, per filium legatum adquiratur, in eadem perſona legatum concurreret & hæreditas, & quamvis die legati cedente, filius non ſit in poteſtate patris, neque item ſeruus ſit liber, legatum non confirmabitur, quia ab initio fuit inutile, *l.* 1. *ff. de reg. Cato.* Quod tamen contra erit, quando à filio patri legatur, vel à ſeruo domino, quia idem & legatarius, & hæres non eſt nunc, ſed pater, vel dominus tantum eſt legatarius, neque eſt hæres quovſque eius iuſſu adeat hæreditatem, iuxta *l. qui in aliena* 6. *ff. de adquir. hæred.* igitur ſi antequam filius adeat, emancipetur, vel ſeruus liber fiat, tunc pater vel dominus ſeparatim ſibi legatum habebit, & filius aut ſeruus hæreditatem. Quod tamen euenire non poſſet ſi dies legati cedentis attenderetur.

15 Ex quibus iam paulatim manu ducti ad veram rationem differentiæ, & interpretationem peruenimus. Exiſtimaui ſemper huius rei veram, & genuinam differentiam propoſuiſſe Paulum *in dict. l. debitor* 82. §. *ſeruo, de leg.* 2. in illis verbis: *Cum ſeruo alieno aliquid in teſtamento damus, domini perſona ad hoc tantum inſpicitur, vt ſit cum eo teſtamenti factio, cæterum ex perſona ſerui conſtitit legatum, & ideò rectiſſimè Iulianus ait, id demum ſeruo alieno legari poſſe, quod ipſe liber*
16 *factus capere potuiſſet.* † Quorum ſenſus eſt, quod licet in legato, neceſſaria ſit capacitas domini, ea ad hoc tantum proficit, vt capacitatem præſtet ſeruo, & habilem faciat, vt ei poſſit legatum relinqui, at poſtquam iam hac capacitate eſt ſeruus perſonatus, perſona ſerui in conſideratione eſt: quia in eo legatum conſiſtit, & ex ſua perſona vires capit, antequam domino acquiratur, quo tempore ſeruus ipſe habilis debet eſſe, vt ita poſſit in ſua perſona tale legatum conſiſtere. Cuius rationis fundamento Iulianus, rectiſſimam illationem deduxit, id demum ſeruo alieno legari poſſe, quod ipſe liber factus capere potuiſſet: vnde cum ſeruus non poſſit habere prædium, quando ei viæ aut alterius ſeruitutis legatum relinquitur, etiamſi liber factus eſſet, cum incapax ſit talis legati, in ſua perſona vitiatur. Quæ fuit ratiocinatio Iuliani, quâ motus introduceret talem regulam, vt demonſtrant illa verba: *Et ideò rectiſſimè Iulianus ait.* Item & exemplum *in principio d.* §. *ſeruo*, propoſitum, vbi quod domino inutiliter legaretur, ſeruo legari poteſt: quia ex ſeruo vires accipit, & in eo conſiſtit, & poterit forte die legati cedente liber eſſe, & ſibi acqui-
17 rere. † Item facit, & refutatio Marcelli, qui Iuliani ſententiam nimio notandi ſtudio male calluerat, vt diximus *ſuprà*: nam ita argumentabatur, ſi legatum relictum ſeruo non valet, niſi ſi ipſe liber factus capere poſſet, ſequeretur poſſe ita legari eidem, *quandiu ſeruiat*, quo modo euaneſcit dicta Iuliani doctrina (ſic enim intelligo illa verba: *Calumnioſa eſt enim illa adnotatio, poſſe legari ſeruo, & quandiu ſeruiat,* non vt Cuiacius exiſtimat *dict. lib.* 10. *quæſt. Paul.* Marcellum ita argumentum propoſuiſſe; non poſſe ſeruo legari ita, *quandiu ſeruiat*) nam cum ex mente teſtatoris, ſemper in ſeruitute manere debeat nunquam inſpiciemus, an liber factus capere poſſit, & ita valeret legatum.
18 † Huic enim calumnioſæ adnotationi ſatisfacit idem Paulus aſſerens, vires ſemper accipere legatum ex perſona ſerui, quaſi dicat, quod cum perſona eius attendatur ſemper & omnino, adhuc tamen etiamſi in ſeruitute manere debeat, inſpicietur, an capax effectus acquiſitionis potuiſſet ſibi acquirere, id eſt, ſi liber factus poſſet legatum agnoſcere.
19 † Quæ omnia contra ſe habent in ſtipulationibus, propterea quod ſerui ſtipulatio non ex ſua, ſed ex domini perſona prouenire videtur, nam licet ſerui facto, & miniſterio peragatur, domini tamen cenſetur, itavt nunquam in ſerui perſona conſiſtat, alias enim ſi ſeruus aut filiusfamilias ſtipularentur illud, quod in ſua perſona conſiſteret, neque ad dominum aut patrem pertineret, ita inutilis ſtipulatio redderetur, quemadmodum ſi extraneo ſtipulati eſſent, *l. quod dicitur* 130. *de verb. oblig.* Vbi verò ſeruus ſtipulatur, non ita ſtipulatur ſibi, vt quis dicat ipſi quæſitam obligationem, mediante ſua perſona ad dominum tranſire, ſed rectè ſtipulatur domino, vbi certum eſt, nec ſtipulationem, nec obligationem vllam in perſona ſtipulantis poſſe conſiſtere, etiam natura, cum id non agatur, vt ei quidquid obligetur, ita à perſona ſua incipiat, vt per ſe ipſum poſtea patri quæratur; ſed vt omne illud ſtatim domino, aut patri acquiratur abſque eo quod aliquo tempore in ſua perſona conſiſteret, tanquam ſi ipſe dominus aut pater ſtipulati eſſent, vt in alio propoſito notat Donellus *in l. ſtipulatio* 38. §. *alteri numero* 23. *de verb. obligat.*
20 † Hocque præſupponit, quod ſolet dici, quodcunque ſtipulatur is qui in alterius poteſtate eſt, pro eo haberi ac ſi ipſe, hoc eſt, dominus, aut pater fuiſſet ſtipulatus, *l. quodcunque* 45. *de verb. oblig.* & hoc modo legimus apud Iuſtinianum, filij vocem, tanquam vocem patris intelligi, & eum qui in alterius poteſtate eſt, patris vel domini voce loqui §. *eius* 10. *&* §. *poſt mortem, Inſtitut. de inutil. ſtipulat.* At quomodo dominus ſtipulatus dicetur, vbi alius ſtipulatus eſſe conſtat? Quod diceremus ſi in perſona ſerui ſtipulatio conſiſteret.
21 † Ratio autem huius rei videtur eſſe quod cum ſtipulationes ad hoc inſtitutæ ſint, vt vnuſquiſque acquirat quod ſua intereſt, *d. l. ſtipulatio, &* §. *alteri, Inſtitut. de inutilibus*, & ideo quodcunque gerimus niſi ex noſtra perſona initium obligationis ſumat, inanem actum efficiemus, *leg. quodcunque* 11. *de oblig.* cum inter ſtipulantem, & promittentem negotium contrahitur, *l. inter* 83. *de verbor. obligat.* & ea ratione ſeruus, etſi domino ſtipuletur videtur tanquam ſi dominus ipſe id eſſe ſciſſet, *l. dominus* 30. *ff. illo tit.*
22 † Neque intereſt ſeruus ſibi, vel domino ſtipuletur, *l.* 1. *de ſtipulatione ſeruorum,* non ſeruus veluti inſtrumentum eſt domini, vt dixi, neque adhuc in perſona ſerui conſiſtet ſtipulatio, *l. ſed ſi ſibi* 11. *de ſtipulat. ſeru.* vbi quando ſeruus communis ſtipulatur ita, *primo, aut ſecundo*, vitiatur ſtipulatio, quia ignoratur in quo eorum conſiſtat.
23 † Quod non militat in legato, quia cum ſeruo relinquitur, verba & mentem teſtator dirigit in ſeruum, & ſuam perſonam elegit, licet ſciat per eum ſuo domino poſtea acquirendam, & ita conſiſtit in eius perſona, quæ in hoc principalis eſt, & attenditur iuxta *ſuprà* tradita, alioquin ſi in eius perſona non conſiſteret, effe-

ctus

ctus *ſupra* notati in tertia ratione non haberent locum, & ſeruo datum legatum Domino adimi poſſet contra *l. legatum* 21. *de adimen leg.* Item quoniam non poſſet legatum relictum ſeruo, nouo Domino quæri, iam die cedentis legati alienato, vt *in dict. l. debitor, §. ſeruo*, quod tamen eueniret ſi in ſua perſona non conſiſteret, *dict. l. filiusfamilias* 78. *de verbor. obligat.*

24 Sed iis aduerſatur obſcura Mæciani ſententia *in l. etiam* 17. §. 1. *D. de legat.* vbi ait ſeruo habenti prædium ſeruitutem legari poſſe. Cuius difficultas noſtrorum exercuit, & cruciauit ingenia, vt conſtat ex Accurſio *ibi*, & Cuiac. *in dict. l. etſi maximè*, ſed illam interpretationem à multis receptam vidi, vt verbum *habenti*, licet in tempore præſenti conceptum ſit, accipiatur pro futuro, ita vt hunc ſenſum habeat, quod ſeruo ſi fundum habuerit, poſſit ſeruitus legari, vt *in l. ſi ſeruitus* 23. §. *fin de ſeruit. urban. l. Labeo* 10. *de ſeruit ruſt. l. exiſtimo* 98. *de verbor. obligat.* Quod colligitur *ex eadem l. etiam in princip.* vbi traditur ea quæ futura ſunt rectè legari poſſe, vt inſula in flumine enata: vbi vox illa *enata*, ad futurum reſpicere debet, alioquin ineptum erit Iuriſconſulti exemplum niſi accipiatur pro *enaſcitura*, atque ea eodem themate retento loquutum fuiſſe *in dict.* §. 1. indicat verbum *quoque, argum. l. 1. ibi interpoſitam, Codic. de legibus, iuncta gloſſ. ibi verbo iuſque verſ. & dic.*

25 † Nec eſt inſolens in iure, vt verbum temporis præſentis pro futuro accipiatur, vt in eleganti ſpecie accepit Tryphon. *in l. filius* 27. §. *ſi quis ex certa, iuncto* §. *ſeq. D. de lib. & poſthum.* vbi rectè notauit Accurſ. *verbo natum*, qui ex Azonis ſententia exponit, id eſt, *naſciturum*, iuxta *dict. l. etiam* §. 1. ſequuntur Dyn. Goffred. & Alber. *in dict. l. etiam.* Quemadmodum tempus præteritum pro futuro ſolet accipi, *l. verbum erit* 123. *de verb. ſignific.* Quæ interpretatio tamdiu ſuſtineri poteſt, donec alia melior inueniatur.

---

## CAPVT XV.

### Seruos proprios hodiè, etiam ſine libertate inſtitui poſſe. Iuſtinianus ab argumentis Anton. Fabri vindicatus, varia iura explicata.

#### SVMMARIVM.

1 *Serui proprij ſine libertate hæredes inſtitui non potuerunt ante Iuſtin.*
2 *Quis dicatur ſeruus proprius?* & n. 6.
3 *Antinomia*, l. 4. D. de vſufruct. & l. rectè dicimus, de verbor. ſignificat. *remiſſiuè explicata.*
4 *Vſusfructus magis ſpectat ad accidentia, quam ad ſubſtantiam.*
5 *Vſusfructus imago quædam dominij eſt.*
7 *Ratio quare ſeruus proprius, niſi cum libertate non inſtituebatur*, & n. 8.
9 *Iure Conſultorum diuerſæ ſectæ circa inſtitutionem ſerui proprij ſine libertate*, & n. 10.
11 *Iuſtinianus etiam ſine libertate ſeruum proprium inſtitui poſſe ſanciuit*, & n. 13. 14. & 15.
12 *Anton. Fabri argumenta contra deciſionem hanc Iuſtiniani*, & num. ſeq.
16 *Contra eundem alia adducuntur pro Iuſtiniano.*
17 *Iuſtinianus non introduxit de nouo, vt ſeruus conſequatur libertatem, ſi hæres ſine libertate inſtituatur*, & n. 19.
18 *Attilicinius vetus Iure conſultus primus eius ſententiæ Auctor.*
20 *Num à iure abhorreat ratio contraria propter Iuſtin. conſtitutionem*, & n. 25.
21 *Inter ipſos I.C. variæ ſententiæ, & ſectæ.*
22 L. adeo, §. cum quis de adquir. rer. domin. *explicatur remiſſiuè.*
23 L. Minicius de rei vend. *cum aliis.*
24 *De diſputatione Iure Conſultorum.*
26 *Conſuetudo debet eſſe rationabilis.*
27 *Multoties propter humaniorem rationem à iuris ſtricta ratione receditur*, & numero 28. & 29.
30 *Hæreditas principalior eſt, quàm libertas, quandò ſeruus inſtituitur*, & n. 31.
32 *Pretioſius cedat plerumque viliori.*
33 *Poſt Iuſtinian. ſeruus ſine libertate eſt hæres neceſſarius, etſi manumittatur voluntarius*, & n. 34.

ETsi ſerui ex antiqua iuris regula inſtitui potuerint, proprij tamen ſine libertate ad hæreditatem dominorum peruenire non potuerunt, *l. 3. l. quoties* 9. §. *ſi quis ita, &* §. *ſeruus cum libertate, l. ſeruum* 50. *ff de hæred. inſtit. princip Inſt. eodem. Princip. &* §. *idem inſtitut. Quibus manum. non licet* §. *ſed ſeruus Inſt. quo teſtamento tutores*, explicant Doctores *in dict. iur.* Connan. *lib.* 10. *comment. cap.* 5. *numero* 4. Duaren *ad titul. de hæred. inſtit. cap.* 2. Donel *lib.* 6. *comment. c.* 17. vbi Oſualdus *littera F.* Antonius Faber *in Iuriſprud. tit.* 6 *princ.* 6. *illat.* 1. *& ſeqq.* Schiford. *lib.* 3. *tractat.* 19. *quæſtione* 4. Merillus *ad deciſiones Iuſtin. in l. penult. C. de neceſ. ſeruis* D. Melch. de Valentia *epiſtola quinta exercitat.* 8. † Proprius au- 1
tem ſeruus dicitur, in quo pleno iure ſolidam habemus proprietatem, vel etiam nudam, alio vſumfructum habente, docet Iuſtinian. *in d. princ. &* §. *alienus, Inſtitut. de hæred. inſtit. & I.C. in l. rectè dicimus* 25. *de verborum ſignificat.* († Cui non obſtant. *l.* 4. *in* 2
*princip. de vſufruct. l. qui vſumfructum* 58. *de verbor. obligat. l. ſi alij* 59. *de vſufruct. leg. l. Mæuius* 66. §. *fundo, de legat.* 2. ex traditis à Morla *in emp. tit. de ſeruit. quæſtione* 1. *numero* 10. Cuiac. *lib.* 17. *quæſt. Papin. in l.* 23. §. 1. *de vſufruct.* Spino *de teſtament. gloſ.* 13. *numero* 25. Anton. Pichard. *in princ. Inſtit. de vſufruct. numero* 17. Caſtillo *de vſufruct. libro* 1. *cap.* 32. Donell. 9. *comment. cap.* 9. vbi Oſuald. *littera C.* † Vſusfructus non tam 3
ad dominium, & rerum ſubſtantiam pertinet; quam ad ſeruitutem, & qualitatem, & quædam ipſarum rerum accidentia, *l. 1. de ſeruit. iuncta l. quid aliud* 84. *de verbor. ſignificat. l. 1.* §. 1. *D. ad Sillan. l. ſi à reo* 70. §. *ſi reo, de fideiuſſor.* † At quia imaginem quandam, 4
& in multis iuris articulis dominij inſtar obtineat, dominij etiam appellatione comprehenditur, vt notant *proximè* relati, & Tiraquellus *libro primo, de retract.* §. 1. *gloſſ.* 7. *numero* 55. † Neque proprie- 5
tarius nudus ob id ſeruo ita libertatem dare impediebatur, nam rectè poterat: verum vſufructuarius, tamdiu eo ſeruo vtebatur, donec duraret vſusfructus, *dict. l. quoties*, §. *fin. l.* 1. §. *ſin autem proprietatem, Codic. comm. de manumiſſ.* explicat Anton. Pichard. *in dict. princ. inſtit. de hæred. inſtitut. num.* 22. 6

Ratio autem quare à dominis ſerui inſtitui niſi cum libertate non poterant, triplex aſſignatur ab Hotman. *in dict. princip. de hæredit. inſtit. enunt.* 2. quas repetit Oſuald. *ſupra d. littera F.* Anton. Faber *dict. princip.* 6. *illat.* 1. *&* 2. Schifordeg. *dict. quæſtione* 4. † Quibus omiſſis illa mihi ma- 7
gis accommodatior videtur, hæredis ſcilicet nomen, nihil aliud ſignificare, quam Dominum

§.fin. inſtitut.de hæredum qualitate, l.qui pecuniam 21. de ſtatulib l.hæreditate 19.§.pater ff.de caſtrenſi, Feſtus *in verbo hæres*, & ſi fides pluribus danda ſit,deductum fuit à verbo *herus*, vt poſt Accurſ. docent Giphan. *in Rub de adquirend. rer. dom.numero 5. & ſequent.* & alij relati à Pichard *de acquirend.hæred.cap.2.num.1.* vnde apud Plaut. *in Bachid.act.4. ſcen.8.& in Moſtel. act. 1. ſcen. 3. exhæredem* leges pro eo qui deſiit eſſe dominus: & ideò Prætor hæredem facere non potuit:quia non potuit dominum *§ quos autem, Inſtit.de bonor.poſſeſſ.*vbi Anton. Pichard. *numero* 12. Oſualdus *lib.* 15.

9 Donel. *cap.* 46. *littera L.* † Vnde cum nihil tam contrarium ſit, quàm dominus eſſe, & ſeruus, impoſſibile eſt, vt ſeruus in eodem ſtatu manens, cùm non acceperit libertatem, dominus efficiatur eodem tempore, qui repræſentet defunctum: cum in ſua perſona nihil hæreditatis tunc conſiſtere poſſit,*l.1. de iure delib.*præcipuéque cum hæreditas ſit nomen iuris,

10 quod in ſeruilem perſonam non cadit. † Quam partem & ſententiam complures ex Iure Conſultis ſequuti ſunt, licet alij fuerint diſſidentes, & repugnantes, vt Iuſtinianus docet *in d.princ. de hæred. inſt. & in l.penult.Cod.de neceſſariis ſeruis,ibi: & tanta inter veteres exorta eſt contentio, &c.*quod multis iuris in locis animaduerti ſolet, vt notat Merillus *lib. 1. obſeru.*

11 *cap.2.& decimo infra.* † Motique ſunt contrariæ partis aſſertores, non ſine ratione, quod non ſit veroſimile, eum quem hæredem ſibi dominus elegerit,ſi prætermiſerit libertatis dationem, ſeruum remanere voluiſſe *§.idem iuris inſt. quibus manu.non licet*, quam coniecturam extorquet libertatis fauor, cuius cauſa ſemper fuit omnibus fauorabilior, *l.libertas 122.ff.*

12 *de regulis iuris cum aliis.* † Sed hanc contentionem, ſua conſtitutione ſuſtulit Iuſtinianus, ſtatuens, vt etiamſi teſtator libertatem ſeruo non adſcripſerit, nihilominus ex ipſamet hæreditatis datione, & libertatem, & hæreditatem conſequatur, vt conſtat ex *dict. l. penult.d. princ. & d. §. idem iuris*, vbi aſſerit à ſe id inductum: noua humanitatis ratione, cùm tamen *in d.princ.de hæred. inſtit.* non per innouationem, ſed quia æquius viſum fuerat

13 fateatur. † Cuius rei occaſione Anton.Fab.*dict. illatione 1.& 2.*Interpretis notiſſimos egreditur terminos, acerbè Iuſtinianum perſtringens, quaſi efficaci, & inepta ratione motus, ius vetus emendauerit, & mutauerit. Rationes autem quibus mouetur Faber hæ ſunt.

14 *Prima*, quod fateatur neceſſe eſt, ius vetus; quod ante Iuſtinianum obtinuit in contrarium, à ratione

15 abhorruiſſe. † *Secunda*, quòd cum libertas ſit quid maius,& principalibus hæreditate,debuit nominatim dari, non verò ſub nomine hæreditatis, præſertim cum potuerit libertas vtiliter data eſſe, non tamen hæreditas, puta ſi libertas non niſi per fideicommiſſum,hæreditas autem directò daretur. Ex quo ſequitur, non eſſe bonam conſequutionem, ſi quis dicat cum Imperatore, fuit Stichus hæres ſcriptus, ergo & liber,quia poſſet liber eſſe & non valere datio hæreditatis, *argum.l.qui filio 38.§.1.ff. de hæred.inſtit.* †

16 Neque rationem illam, ſerui tutoris dati, quâ vtitur Iuſti. alicuius eſſe momenti ait Fab. cum etſi ita ius eſſet, vt ſi quis ſeruum ſuum tutorem liberis dederit, quamvis ſine libertate ex ipſamet tutelæ datione libertas data intelligatur, *§. 1.inſtit.qui teſtamento tutores,cum notis à nobis ſuprà cap.7.* non eſt bona ratiocinatio,cum in tutela comparatum ſit ita ius, non ſolùm fauore libertatis, verum & pupillorum, at in hæreditate ſolius hæreditatis fauor verſatur. Hæc Ant. Fab.

17 Quæ difficultates, ſeu potius calumniæ tanti eſſe non debent, vt cum eo aduerſus Imperatorem arma ſumamus, hoc enim apertè eſt magis, ius calumniari, & verba captare, quàm Interpretis munus obire, quæ enim interpretatio eſt propter duas, aut tres argutiolas, illico in verba irrumpere iniurioſa, vel contra miſerum Tribonianum, vel receptam lectionem? Apage, non opus eſt nobis nimium lectore guloſo. Iſthuc eſt ſapere, non modò quæ ante pedes eſt explicare, vt Terentij verba detorqueam, ſed quæ difficilia ſunt, & inacceſſa. Quare non immeritò de Antonij Fabri intrepida audacia conqueritur Oſualdus *ſuprà dict.cap.17.littera F.* qui breuiter eius rationes diluere tentat, quas Fabri ſimia Schifordegerus eas refellere procurat *dict.quæſt.4.* Verum vltra omnes aduerſus Fabrum agam, & Iuſtinianum maximâ fuiſſe ratione motum contendam, ſi prius admonuero ipſum induxiſſe, vt libertas data intelligeretur ex hæreditatis datione, etſi nulla eius expreſſio in teſtamento animaduerteretur, ex rationibus in dictis iuribus allatis, quibus adſtipulatur, *l.3. titul. 3. p. 6.*

† Hoc tamen non per innouationem à Iuſtiniano introductum eſt, id eſt,vt nouam & à ſe excogitatam 18
ſententiam proponeret,quæ nulli vnquam placuiſſet, ſed cum vetus fuiſſet de hac re altercatio, & quæ nondum erat vera ſententia ſopita, illam partem elegit, & confirmauit. † Cuius antea autor fuerat Attilicinius, de quo plurima mentio eſt apud Paulum 19
*in l.ſi vnus 27.ff.de pact.l. poſtquam 43. de pet.hær.in l. & Attilicinus 35.ff.de ſeru.ruſt.l.Plautius 49.ff.ad leg. Fal.* † Quam ſententiam nouo argumento, nouáque humanitatis ratione confirmauit,non eſſe veriſi- 20
mile, ſtatuens, eum quem hæredem ſibi elegit teſtator, ſi prætermiſerit libertatis dationem, ſeruum remanere voluiſſe, & neminem ſibi hæredem fore, obſeruant Myſingerius Pichardus, & cæteri *in dict. princ.de hæred.inſtitut.* † Vnde non rectè arguit Faber, ex dicta conſtitutione ſequi, rationem, quæ in 21
contrarium obtinebat,à iure abhorrere:nam id etiam conſiderari poteſt in omnibus altercationibus Iure Conſultorum: vbi fori diſputatio interueniſſet, vel diuerſæ ſectæ Auctores, ab aliis diſſentirent,quorum poſtea ſententia, vel reprobata, vel admiſſa fuit. †
Nam quis mediocriter in iure verſatus ignorat, ab ipſomet ciuilis iuris exordio Iure Conſultos cœpiſſe, 22
contrariis rationibus de iure certare, itavt de eadem re, aliter Bruto, aliter Scæuolæ, vel Manilio placuerit, & eas diſſenſiones poſtea auxiſſe Capitonem, & Labeonem, in diuerſas ſcholas abeuntes, qui longa ſucceſſione diuerſas ſectas habuerunt, vt conſtat ex *l.2. in fin. de origine iur.* & nos dicemus *in diſputatione de partus vſucapione lib. 3. in principio*, & videre licet in multis Pandectarum exemplis. † Vt *in l.adeò 7.§. cum quis ex aliena 7. D.de acquirendo rerum domin.* 23
Quam explicat Anton.Pichard.*in §.cum aliena 21.Inſtitut.de rerum diuiſione* Donel. *lib. 4. comment. cap. 12.* Merillus *lib. 1. obſeru cap. 21.* † Et *in l. Minitius 61.* 24
*de rei vindicatione* (quam explicat Oſualdus *ad Donellum dict.cap.12.littera C.*) & *in l.1.§.ſed an fine, de contrah.empt.l.empt.l. quidam referunt 14. de iure codicil. l. non amplius 26.§.cum bonorum, de legat.1.l. Labeo 7.§. Seruius de ſuppellect.leg l.ſed ſi 26.de acquir.rer. domin. l.3.§. Neratius de acquirend.poſſeſſ.l. eum qui certarum 138.de verb.oblig.cum aliis* infinitis,quæ refert Balduinus *in § & poſt multam inſtitut.de rerum diuiſione*,Merillus *dict.lib.1.cap 1.cum ſequent.*& nouiſſimè eruditè, & eleganter D. Petrus Valeſco *de rixis Iuris Conſult. per totum.* † Et tamen frequens eſt in iure, vt poſt diſputationem ſæpius agitatam, Iure Conſulti in vna 25
ſententia acquieſcerent, vt inſinuare videtur Vlpianus *in l.1. §. Conuentionis, ff.de pactis*,ibi: *Ita & qui ex diuerſis animi motibus in vnum conſentiunt, id eſt, in vnam ſententiam decurrunt.* Quod vt deſignarent illo verbo vtebantur *placet, obtinuit, & ſimilibus, l.vetus 68.de vſufructu, l.quæro 32.§.fin.ff.de teſtamentaria tutela,*

tel., l.4.de liberis & poſthumis, l.penult.de leg.1.l.3.de condit.& demonſtr.& patet ex quinquaginta deciſionibus, quas in ſuo Codice ſparſit Iuſtinianus, vbi ſpecies multas inter iuris Auctores controuerſas, & tractatas ſedare voluit, atque componere, vt ipſe fatetur *in §. libertinorum Inſtit. de libertinis*, & obſeruat

26 Merillus *in notis ad eaſdem*. † At eo caſu, quo poſt diſputationem in vnam ſententiam itum eſt, vel ab Imperatore controuerſia deciſa, ineptène diceremus, ex approbatione vnius ſententiæ, aliam ab iure abhorrere? Hoc minimè ferendum eſt, nam ratio aliqua bona, & concludens eſſe poteſt, cuius contraria ſit æque bona, vt in conſuetudinis natura videa-

27 mus. † Quæ requirit, vt ſit rationabilis *cap. finali extra de conſuetud.* cum tamen contraria debeat eſſe legi, quæ etiam ex ſua natura expoſtulat, vt ſit etiam rationabilis, *cap. erit autem 4 diſtinct. facit, l.exigendi* vbi Acc. vſ.*verbo iniuſtè, C.de Procuratoribus, leg. hac lege 8.Cod.de pactis conuentis, l.bona fides 31.§.incurrit,*

28 *ff.depoſiti.* † Quis enim non videt, multas ſententias, variis principiis, & rationibus ex iure petitis, fulciri poſſe, quæ tamen licet veræ ſint, adhuc non admittuntur, propter aliquam humaniorem, & benigniorem, quæ in contrariam inclinat rationem. †

29 Vt colligi poteſt ex *l.ita vulneratus 51. in fin.ff. ad legem Aquil.l.ſunt perſonæ 43.de religioſis, l. ſi tibi 20.ff. ſi certum petatur l.ſi ita 13. de liberis & poſthumis, leg.*

30 *poſthumus 12.l.filio 17.de iniuſto rupt.* † Et præcipuè ratione libertatis, *l.generaliter 24.§.ſi quis ſeruo, ff.de fideicomm.liber §.fin.Inſtitut. de donatio.* cum aliis quæ retulit idem Anton.Faber *ſuprà titul. 3.princ.1.illat.4.* Anton.Pichard.*in princ. Inſt.de eo cui libertat. num. 19.* Reuard.*in l.quoties 20.& in l.122.ff.de regulis iuris*, ex quibus patet, quod quamvis apud Iure Conſultos receptius fuerit, vt ſine libertate non potuiſſet ſeruus inſtitui, ſine reprehenſione tamen potuit Iuſtin.noua humanitatis ratione adinuenta contrarium ſtatuere.

31 Neque obſtat dicere, principaliorem eſſe libertatem hæreditate, quia longe verius eſt contrarium. Cum in teſtamentorum conſeruatione publicata vtilitas verſatur, *l.vel negare, 5 ff quemadmod teſt. aper.* quia teſtamentum eſt iuris publici non priuati, *l. 3. D.de teſtament.* (vt reprobata interpretatione Reuardi *lib.5.variar.cap.12.*notat Oſualdus *lib.6 Donel.cap.5. littera L.*) ius autem publicum eſt quod ad ſtatum Reipublicæ pertinet, *l.1.§.1 ff. de iuſt. & iure.* Hoc

32 tamen in datione libertatis non conſiſtit. † Et reſpectu teſtatoris, plus eſt æſtimanda hæreditas, quàm libertas, in illa conſiſtit teſtatoris honor, vt cum hærede decedat, & ne alias iniuria afficiatur, *§.1.Inſtitut. quib. man.non lic. cum vulg.* in hac autem ſolius ſerui conſideratur fauor, nam multi ſeruo imponere libertatem non recuſabunt, quod tamen non facient, ſi eis ſua bona tenerentur concedere. Vnde propter hæreditatem fit ſeruus liber, non verò fit hæres propter libertatem, cum enim teſtator ſeruum inſtituit, eo motus creditur dediſſe libertatem, vt eum hæredem, & ea cauſa lex Ælia Sentia permiſit in fraudem creditorum, manumiſſionem eius, qui ſoluendo non erat, & manumittere alias non poterat, niſi hoc faceret in teſtamento eum inſtituendo ſeruum, vt *in d.titul. Quibus man. non licet*: ergo non ſerui aut libertatis gratia, ſed magis teſtatorum, & hæreditatis quæ magis attenditur. † Et quamvis

33 daremus libertatem pretioſiorem eſſe, quod negamus, plerumque ſolet, quod pretioſius eſt cedere viliori *§.ſi tamen 28. de rer. diuiſio l. cum aurum 19. § perueniamus, l.ſi quando 29.ff. de auro & arg.* Quibus adiicies, quod ſi pupilli fauore, ſeruus tutor datus liber cenſetur idem in teſtatore admittere cogemur, cum ipſius teſtatoris fauor verſatur ne ſine hærede decedat, vt *in d.§.1.* Vltimo contra Fab.eſt *l.ſi quis 7. de pet.hære.*iunctis quæ *ibi* ipſe notat.

Hinc ſequitur quod etſi ſeruus fuerit inſtitutus ſine 34 libertatis mentione poſt nouam Iuſtiniani conſtitutionem eo vſque hæres ſit, vt neceſſarius exiſtat, ita vt ſiue velit, ſiue nolit adire teneatur hæreditatem *§.1.Inſtit.de hæred.qualit.* Hoc ita accipiendum eſt, ſi in eadem cauſa manſerit, hoc eſt, ſi manſerit ſeruus in eadem poteſtate, vſque ad domini mortem. † 35 Aliter erit, ſi viuo teſtatore manumittatur poſt teſtamentum, quia tunc ſuo arbitrio voluntarius adibit, *§.ſeruus autem, Inſtitut.de hæred.inſtitut.l. ſed ſi 6.§.ſi ſeruum, l ſi ſeruo, 84 l.teſtamento 90.D.eodem* ſi verò ſeruus fuerit alienatus, deſtitiſſe dominus videtur à datione libertatis, & ideo iubente nouo domino hæreditatem acquirit, *l.quoties 9.§ ſeruus cum libertate, l. ſeruum 50.ff.de hæredibus inſtituendis,l.quæſitum 91.§.1. l.Iulianus 86 de condit & demonſtr.*notat Antonius Pichardus *in d.§.ſeruus autem num.6.* nam vt ait in alio propoſito Seneca *lib.4.de beneficiis cap.35.*ibi, *Omnia eſſe debent eadem quæ fuerunt cum promitterē,vt promittentis fidē teneas.* Quando verò ſeruus inſtituebatur,& erat alienus, tunc domino ſuo acquiret in cuius erat poteſtate tempore aditionis, etiamſi milleſimam manum ambulauerit, ſi vero iam erat manumiſſus, ſuo arbitrio adibit, *§.alieno quoque de hæred.inſtit.cum vulgatis:* nam in alienis ſeruis, non eſt neceſſaria libertatis datio, quin potius directa inutiliter datur, *l. ſi alienum 49.ff.de hæred.inſtit.l ſi ſeruo 20.ff.qui & à quibus, l. alieno 31. de fideicommiſſariis hæredit.* per fideicommiſſum tamen rectè dabitur, *leg. ſeruo 9. Codic. de teſtament. manumiſſ.§. penult. inſtitution. de ſingulis rebus.*

## CAPVT XVI.

### Ad Scæuolam *in l. vxorem* 41. §. *legauerat* 6. *ff.de leg.3.& in l.pradia* 27. §. *liberto,ff. de fundo inſtructo.*

### SVMMARIVM.

1 *Gades inſula Hiſpaniæ.*
2 *Lucius Cornel.Balbus Gaditanus primus externorum qui Romæ Conſulatum adeptus.*
3 *Romæ homines prouinciarum, frequentes negotiandi cauſa,*& n.4.
5 *Species* §.legauerat huius l.41.
6 *Vrbis appellatio muris finitur, Roma autem continentibus ædificiis,*& n.8.
7 *Quid continetur in hoc legato in* Vrbe Romana, in Patria Gadibus.
9 L.4.de penu.l.& l.penult. §. Romæ de excuſat. tutor.& n.13.
10 L. Mille de verb.ſignificat. *& quid ibi ſignificet* milliarum.
11 *Quid comprehendatur ſub hoc legato,* Quidquid in patria Gadibus poſſideo,& n.14.
12 *Aliud erit ſi dicatur,*quod Romæ habeo,*& de differentiæ ratione.*
15 *Quid ſignificet* Calendarium.
16 *Quare in eo legato*, quod in patria Gadibus poſſideo,*non comprehendatur calendarium.*
17 *An ea clauſula comprehendatur pecunia, præſ diſ cauſa poſita*, & numero 18. 19. & 20. & 22.
21 *Celſi & Labeonis ſententia in l.ſi* Chorus § 1.de l.3. & l.pen.§ 1.de auro,*explicatur.*
23 *Proponuntur aliquæ difficultates,contra ibi datam reſolutionem.*

24 Intellectus

24 *Intellectus ad* l. cui quæ Romæ de leg. 3. *&* n. 27. & 28.

25 *Horrea intra vrbem, & extra vrbem fuiſſe probatur.*

26 *More receptum, vt in horreis, etiam pretioſiſſima conderentur.*

29 *Agitur de interpretatione*, leg. 4. de fund. inſtr. *&* n. 30. & 31. cum ſeqq.

24 *Greges ſi paſcantur in diuerſa parrochia, quam Dominus habebat, cui debeantur decimæ.*

35 L. pen. §. ff de auro & arg. *latè explicatur*, & n. 36. & 37.

38 *Antinomia quæ eſt inter* l. cum tabernam, de pignoribus cum l. debitor. ff. eod.

39 *Explicatur noue obſcura* l. prædia 27. §. liberto de fund. inſtr.

40 *Accurſ. & aliorum reiicitur interpretatio.*

41 *Alia quoque Ant. Fabri*, & n. 42.

43 *Alia Cumani in ſcholis recepta*, & n. 45.

46 *An pretium ſuccedat loco rei.*

46 *Vera & noua ad eam legem explicatio*, & n. 47. & ſequent.

50 L. qui filium 64. de l. 3.

1 LEGATIS his, quæ in patria
Gadibus poſſidebat, Hiſpanus qui-
dam deceſſit. Sunt autem Gades
(relictis Accurſij nugamentis, qui
ait Venetiis ſubeſſe) inſulæ extra
fretum Herculeum in Oceano ſi-
tæ, hodie *Cadiz* dictæ, ſeries ſæculorum armis, &
diuitiis, & ciuibus longe nobiles, à Phœnicibus paulo
poſt Troiani belli tempora datæ, ſi fides noſtris, qui
ex Plinio, & Strabone ita commemorant, Alderete
*lib. 3. del origen de la lengua Caſtellana cap.* 8. & Panci-
rolus *lib. 2. variar. cap.* 75. Strabonis ætate, qui floruit
ſub Auguſto quingentos equites habebant, qui cum
in cenſu, decem millia ducatorum habere deberent,
pluſquam quinque milliones continent: quæ ſum-
ma pene incredibilis. In hac vrbe (in gentis noſtræ
2 honorem dictum eſto.) † Natus eſt L. Cornelius
Balbus primus externorum, qui Conſulatus honore
vſus eſt, quem Romani Latio negauerunt, vt Plinij
verba vſurpem *lib. 7. cap.* 43. & qui etiam primus ex
exteris triumphauit. (Idem *lib. . cap. 5.*) ab Auguſto
vt ex Dione liquet *lib.* 4. ciuitate Romana donata. †
3 Ex hac ergo vrbe ciuis ille Gaditanus Romæ dege-
bat, prout illa ætate homines ita frequenter Romæ,
vt colligere licet ex *l. heres abſens* 19. §. *fin. de iudiciis,*
*l. ſi mihi* 12. §. 1. *de legat.* 1. *l. qui habebat* 101. *de leg.* 3. *l.*
*prædia* 27. § *fin. de fundo inſtructo*: nam vt Ariſtides
à Lipſio laudatus *lib.* 3. *de magnitud Roman. cap.* 3. teſta-
tur ex omni terra, marique quidquid vel anni tempo-
re gignunt, vel regiones ſingulæ, fluuij, lacus, artéſ-
que item & ingenia, tum Græcorum, tum Barbarorum
4 proferebant: id omne Romam deferebatur. † Qua
ratione frequenter negotiandi cauſa, ex prouinciis,
hominum in eam magnus concurſus, Senecâ id no-
tante *de conſolatione ad Heluiam cap.* 6. ibi, *Aſpice hanc*
*frequentiam, maxima pars illius turbæ patria caret, ex*
*municipiis & coloniis ſuis, ex toto denique orbe terrarum*
*confluxerunt alios adducit ambitio, alios neceſſitas officij*
*publici, alios impoſita legatio, alios luxuria opulentum,*
*vitiis locum quærens, alios liberalium ſtudiorum cupiditas,*
*alios ſpectacula, quoſdam traxit amicitia, quoſdam in-*
*duſtria latam oſtendendæ virtuti nacta materiam quidam*
*venalem formam attulerunt, quidam venalem eloquen-*
*tiam. Nullum non hominum genus concurrit in vrbem, &*
*virtutibus, & vitiis magna pretia ponentem; videbis*
*maiorem partem eſſe, quæ relictis ſedibus ſuis, venerit in*
5 *maximam quidem vrbem.* † Teſtamentum ergo fe-
cit Hiſpanus ille, & inter cætera, quæ Mæuio lega-
uerat illud adiecit. *Et quidquid in patria Gadibus poſ-*
*ſideo.* Quæſitum fuit apud Scæuolam, an ſi qua ſub
vrbana poſſeſſio eſſet, eo legato contineretur, qui
reſpondet contineri. (Poſſeſſiones hîc vocat prædia
ipſa, quæ plerumque ita à noſtris I. Conſultis, & bo-
nis authoribus vocantur, vt iam pridem obſeruarunt,
Briſonius *lib. 4. antiquitatum cap.* 1. *in fine*, doctiſſimus
Gregorius Madera *lib. ſingul. animadu. cap.* 26. *num.* 4.
& noſter Antonius Pichardus *in princip. inſtitut. de in-*
*terdictis, in tractatu de acquirenda poſſeſſ. articulo* 1. *nu-*
*mero* 14.) de ratione autem, qua motus fuerit Scæuo-
la, longe dubitatum eſt. Ideò nos ad eam referen-
dam pergamus. † Et in primis ſciendum eſt quod, 6
& ſi muris finiatur vrbis appellatio, nam eius ſigni-
ficatio non poteſt vlterius extendi, itavt nec promœ-
nia comprehendat; ſi originem attendamus quæ di-
cta eſt, ab vrbo aratri curuatura, quod in condendis,
euertendiſque vrbibus præcipuum fuit (vt tradit D.
Iſidorus *lib.* 5. *ethymol. cap.* 2. Pomponius *in l. pupillus*
239. §. *vrbs ff. de verb. ſignificat.* Petrus Fab. *lib.* 1. *ſeme-*
*ſtrium cap.* 8. *&* 9. Reuardus *lib.* 2. *coniectan. cap.* 7. Petrus
Gregorius *lib.* 4. *Syntag. c.* 5. Ludouicus Cerda *ad Virg.*
*lib.* 5. *Æneid. ad illud: Vrbem deſignat aratro num.* 755.
Thomas Demſter. *in Paralip. ad Roſin. lib.* 1. *antiq. c.* 3.
qui eleganter hunc ritum variis adductis teſtimoniis
explicant.) † At tamen cum nomen eiuſdem vr- 7
bis apponatur, veluti *in vrbe Roma: in patria Gadibus*,
Gadéſque, & Roma, ex communi vſu loquendi, re-
ferantur ad eam hominum communionem, quæ
ædificiorum congregatione, ſimul vitam degit, hinc
fit, vt latior ſit Gadium, vel Romæ appellatio, & om-
nia capiat ædificia, etiam vltra murorum orbem con-
ſiſtentia. † Nam vrbs mœnibus finitur, Roma au- 8
tem, ſeu Gades continentibus ædificiis, ſiue ſubur-
biis *l.* 2. *l. vt Alphenus* 87. *l. qui continentibus* 147. *l. colle-*
*garum* 173. §. 1. *de verb ſignificat.* docent Petrus Crini-
tus *de honeſt. diſcip. lib.* 4. *cap.* 9. Menochius *de arbitra-*
*riis caſu* 195. Couarruuias *in cap. alma mater* 2. *parte*
§. 1. *numero* 8. Cuiacius *in recit ad tit. de verb. ſignificat.*
*in dict. l.* 2. *& lib.* 1. *Pauli ad edictum, ibidem* Cædens
Brecheus Alciat. Rebuffus *in eadem l.* 2. † Quò 9
ſpectat *l.* 4. §. *ſi ita ff. de penu leg.* vbi legata penu, *quæ*
*Romæ ſit*, etiam quæ in hortis, & in continentibus
legata cenſetur, vt *in l. penult.* §. *Romæ ff. de excuſat. tu-*
*tor.* Tutores qui in continentibus ſunt dati, Romæ in-
telliguntur dati & eam patriam intelligitur quis ha-
bere, qui in vico natus eſt, cui vicus ille reſpondet
*l. qui ex vico* 30. *ff. ad municipalem.* † Hinc mille 10
paſſus, non à milliario vrbis, ſed à continentibus
ædificiis numerantur *l. mille* 154. *de verborum ſignific.*
nam cum dicimus, per mille paſſus aliquam vrbem
diſtare ab alia, non dicimus ab vrbe, ſed à Roma,
Salmantica, Antiquaria, communi hominum vſu:
atque ita non connumerantur ab vrbe, ſed à conti-
nentibus ædificiis, quo vſque extenditur Romæ ap-
pellatio. De cuius legis explicatione, & quid *mil-*
*liarium*, ſignificet, conſule præter Gothofredum ibi, &
laudatos ab Oſualdo *lib.* 3. *Donelli cap.* 9. *littera* T. Ro-
ſin. *lib* 1. *antiquit. cap.* 14. Ant Auguſt. *lib.* 4. *emen cap.* 7.
Lipſ. *de magnit Roman. lib.* 3. *cap.* 10. Rader. *ad Martia-*
*lem lib* 10 *epigram.* 79. *ipſi* 68.

Ex quo iam accipit lucem, quod Scæuola aiebat, 11
vt legatum illud: *quidquid in patria Gadibus poſſideo.*
Non ſolùm comprehendat poſſeſſionem, quæ muro
continetur, verum, & ſi aliqua ſit in ſuburbiis, nam
non dixit ſolum teſtator *in patria*, ſed adiecit *Gadi-*
*bus.* Gades autem comprehendere ſuburbia vrbis, ſu-
pradicta demonſtrant; atque ita idem fuit dicere: *in*
*patria Gadibus*, ac in vrbe Gadibus, *l.* 1. *Codic. ſi Cu-*
*rialis relicta ciuitate lib.* 10. notat Bartolus *in d.* §. *lega-*
*uerat*: patriæ autem latiſſima eſt ſignificatio *leg. qui in*
*vico* 30. *ff. ad municip.* † Aſſentior itaque his qui 12
aliud

aliud in Roma, aliud in aliis vrbibus admittunt, vt in his appellatio propria non contineat ſuburbia, in illa contineat. Differentia vero hæc eſt, vt ſi dicat teſtator *in vrbe Roma*, & ſine voce *vrbe* idem ſignificetur. Quod in reliquis ciuitatibus non admittetur. Id autem introductum propter excellentiam huius vrbis quæ cæteras antecelluit, vt diximus *ſuprà c.* [illegible]

13 † Et hoc eſt, quod Paulus voluit dicere in *l. 4. § ſi ita, ff de penu legata*, ibi, *Et quidem vrbes fere omnes murotenus finiri.* Vbi vox illa, *fere* deſignat, non omnes vrbes muro tenus contineri, id autem non propter aliã vrbem (niſi Romam intelligas) dici non potuit cum vrbis tantum nomine Roma intelligatur, apud omnes antiquos, ita frequenter, Romam appellantes. Nec Paulus hoc obſcurum reliquit, nam poſt ſupradicta verba adiecit, *Romam continentibus, & vrbem Romam æquè continentibus.* Iuxta quam doctrinam procedere debet, quod docet Couar. *in d. cap. alma 2. p. § 1. numero 8.*

14 Rurſus *in d. §. legauerat.* quærit Scæuola, an illorum verborum legato, *& quidquid in patria Gadibus.* comprehendatur, *Kalendarium*, & pecunia quæ in
15 arca erat Gadibus? † *Kalendarium* appellat librum accepti, & expenſi rationes continentem, & non quarumcumque, ſed earum, quæ ad fœnus pertinebant, & in quo nomina debitorum ſcribebantur. Nomen inde traxit, quod primo cuiuſque menſis die, hoc eſt Kalendis, pecuniæ fœnori dabantur, & exigebantur cum vſuris, *l. eius qui in prouincia 41. ff. ſi certum petat. l. qui filium 64 ff. de legat. 3. l. nepoti 6 ff de fund. inſtruct. l. 2. C. de vſuris*, cum aliis latè congeſtis ab Schard. *de verb. iur. verbo Kalendarium*, Gotofredo *in dict. l. eius qui*, Pet. Gregor. *lib. 2. ſintag. cap. 1. num. 9.* Donel. *in l. eos §. 1. num. 3. Codic. de vſuris*, Cuiacius *in l. vxori 37. per text. ibi de vſufruct legat.* Thomas Demſter. *ad Roſin. lib. 4. antiq. cap. 5. & lib. 8. cap. 20.* Duar.
16 *ad tit. ſi cert. pet. cap. 3.* † In qua re ait Iure Conſultus ex alia clauſula, *Kalendarium* non deberi. Quoniam in Kalendario cum ſint nomina debitorum, & inſtrumenta contineat, id eſt *las ſcripturas de las obligationes, hechas por los deudores.* Quæ actiones ſunt, & ideo in iure conſiſtunt *l. qui chirographum 59. de legat. 3. iunct. princ. inſt. de act.* conſequens eſt non poſſe dici ea poſſideri, *l. 3. cum vulgatis ff. de adquir. poſſ.* neque ad certum locum reſtringi, cum non cenſeantur certi loci, ſed vniuerſarum facultatum, *l. ſi fideicommiſſum 10. §. 1. ff. de iudiciis, l. 1. §. ſi hæres, ff. ad S.C. Trebell.* docent Iaſon. & Tiraquellus relati à Pinello *in Rub. C. de bon. mat. 1. part. numero 10. & ſequentibus*, Cu-
17 iacius *lib. 13. Reſp. Paul. in l. 86. de leg. 2.* † Quod tamen attinet ad pecuniam, an ea clauſula comprehendatur, cum diſtinctione dicendum eſt, quòd aut pecunia in arca, Gadibus depoſita fuit, vt impenderetur, vel mutuo daretur, (nam præpoſiti Kalendario, vel fœneratores eam ad id habebant *dict. l. eius qui in prouincia*, & inſinuat etiam, *l. qui filium 64. de leg. 3.* notatque Cuiacius *tractat. 8. ad Africanum in d. l. eius qui*) vel ibi repoſita fuit præſidij cauſa, ita vt manſura ibidem eſſet, vel theſauri cauſa. Primo caſu, pecunia non continebitur, neque ex illa clauſula cenſetur legata, contrarium tamen erit in ſecundo caſu. Qua diſtinctione vſus eſt Celſus *in l. ſi chorus 79. §. 1. de legat. 3.* & Labeo *in l. penultim. §. 1. de auro, & argen-*
18 *to*, † Quid ſit autem pecunia præſidij, vel theſauri cauſa repoſita, maxime controuertitur ab interpretibus, vt patet ex Corraſio *lib. 1. Miſcell. cap. 13.* Pinellus *in l. 1. C. de bonis maternis 2. part. numero 48.* Reuardus *lib. 5. var. cap. 17. & lib. 3. coniecta. cap. 6.* Forcat. *dialogo 56.* Gædeo *in l. 182. de verb. ſignificat. numero 3.* Schard. *de verb. iuris, verbo pecunia ſine peculio.* †
19 Mihi tamen non diſplicet Corraſij expoſitio, qui ait veteres, non vno in loco pecuniam reponere conſueuiſſe, ne ſi bello, aut incendio locus ille periret, vniuerſa ſubſtantia hominis periret, atque ita præſidij cauſa Celſus ait, depoſitam fuiſſe pecuniam, id eſt quæ prouide depoſita eſt ne tota vni loco crederetur.
20 † Vel meo videri *præſidij cauſa* pecunia deponebatur, vt ibi eſſet repoſita, non, vt expenderetur ſtatim, ſed cum ingrueret neceſſitas, habere pecuniam, vnde neceſſitatibus ſuccurreretur, & vt ſit ſeparata, à reliqua quæ in burſa eſt ad expenſas, & ſumptus ordinarios patrisfamilias, & hoc voluit ſignificare Celſus illis verbis: *pecuniam ſine peculio fragilem eſſe.* Ita vt ſicut peculium ſeparatum eſt, à rationibus paternis, vel dominicis, & illa quoque pecunia ſit ſeparata à rationibus ordinariis.

21 Supradictæ autem diſtinctionis Labeonis, & Celſi ratio eſt, quoniam teſtator, non depoſuit pecuniam in illo loco, vt ibi perpetuo maneret, ſed temporis, vel alicuius operæ, aut cuſtodiæ cauſa, vt ait Papin. *in l. quæſitum 12. §. Papinianus quoque 37. ff. de fundo inſtruc.* & Pomp. *in l. ſi fundus 44. de l. 3.* ne quod caſu ibi erat videretur legatum, vt Labeo ſenſit, probatus à Proculo *in l. ſi ita 86. ff. de leg. 3.* vnde conſtat, eum voluntatem non extendiſſe ad illa, quæ ibi permanere nolebat, quia legatum fuit factum limitate, nempe ad ea quæ erant in fundo, inter quæ non debent connumerari, quæ in illo loco non erant permanſura, cum relatio ad certum locum facta, non poſſit comprehendere eam pecuniam, quæ non cenſetur eſſe in loco, ob celerem motum fœneratorum, continuumque vſum, *l. ſi quis enim 40. de religioſis l. id veſtimentum 25. de peculio l. fundi 17. §. Labeo de actionibus empti l. debitor 32. de pignoribus l. in prædiis 7. in fin. ff. in quibus cauſ. pign. l. ex facto 35. §. rerum, de hæredit. inſtitut. l. generali 13. §. vxori de vſufruct leg.* † Et 22
ideò, vt pecunia primo caſu conſiderata debeatur, manifeſta debet eſſe teſtatoris voluntas, *l. Caius 86. de leg. 2. l. quæſitum 78. §. 1. l. prædiis 91. in princ. cum l. ſequenti de leg. 3.* Ita docent Bald. *in l. certi iuris quæſt. 6. C. de locato*, quem ſequitur Pinel. *d. 1. part. numero 10. & d. 2. part. numero 47.* Couarruuias *lib. 1. variar. cap. 5.* Menochius *de præſumptione lib. 4. præſumptione 138. numero 8.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. libro 9. tit. 2. numero 45. & tit. 3. numero 3.* Iaſon *in §. item Seruiana numero 42. Inſtitut. de actionibus* Bolognet. *in l. 1. in princ. numero 4. de adquir. poſſeſſ.* vbi Cumanus, & Alciatus *numero 24.* item, & Gotofred. & Pichard. *ſuprà tract. de adquir. poſſeſſ. art. 1. numero 11.* Qui reſoluunt illam difficultatem, an poſſideantur, quæ ſunt mobilia, ad quam ſolet adduci *dict. §. legauerat*, eos vide.

23 Verum huic reſolutioni obſtant difficilia iura *in l. Cui quæ Romæ 84. de l. 3.* vbi cui legata ſunt, quæ Romæ eſſent, etiam ea debentur, quæ cuſtodiæ cauſa in horreis, extra vrbem repoſita ſunt. Deinde obſtat, *l. 4. ff. de fundo inſtruct.* vbi ſi Titius duos fundos haberet coniunctos, & ex altero boues, cum opus feciſſet, in alterum reuerterentur; ſi fundos duobus legaſſet, cum inſtrumento, dubitabatur, cuius fundi boues intelligi deberent. In qua dubitatione Labeonis ſententia, apud Iauolenum obtinuit, qui ait boues illius fundi cenſeri, vbi opus feciſſent, non vbi manere conſueuiſſent. Quod idem, licet in diuerſo caſu, probat idem Conſultus *in l. penult. §. 1. ff. de auro, & argent. leg.* vbi legato argento, quod domi meæ erit, legatum non cenſetur, quod perpetuæ cuſtodiæ datum eſt.

Rurſus obſtat *l. cum tabernam 34. in fin. ff. de pignoribus*, quo loci ſcribit Scæuola, quod ſi taberna fuerit pignori data, tabernæ appellatione comprehenduntur merces quæcumque, nec diſtinguitur inter eas, quæ perpetuo ibi ſunt, vel non. Denique aliam difficultatem nobis obtrudit idem Scæuola *in l. præ-*

*diis*

*dia* 17.§.*liberto*, *de fundo inſtructo* ibi,*Vbi relicto fundo*
*Titiano cum inſtrumento*, *& iis quæ in eo erunt,cum mo-*
*riar.* Et vinum venale, & inſtrumenta Kalendarij,
& pecunia continentur. Ex quibus videtur non re-
cte fuiſſe aſſertum, in legato ad certum locum
reſtricto, non contineri pecuniam, & Kalen-
darium.

24 Quibus difficultatibus quantumvis prematur no-
ſtra reſolutio, ſigillatim tamen eis ſatisfaciendum
erit. Et in primis negotium non facit Iauolenus *in*
*dict.leg.cui quæ* 84. ſi prius admoneam, male eam ab
Hotmano vellicari *lib.*9. *obſeruationum capite ſeptimo*,
*& libro ſecundo*, *amicab. cap.* 28. contendente verba
illa, *extra vrbem*,ſuppoſita fuiſſe; & pro *horreis*, le-
gendum eſſe,*hortis*,quia in vrbe fuerunt horrea, *l.* 1.
*l.*4.*C.de collationibus*, neque eſt bona conſecutio cum
eo dicere, fuerunt in vrbe horrea; ergo non extra
25 vrbem poſſunt eſſe. † Præterquam quod horrea ex-
tra vrbem fuiſſe, colligitur ex Vlpiano *in leg. quæſi-*
*tum* 12.§.*idem reſpondit inſtructis* 39.*ff.de fund.inſtruct.*
ibi: *ſi horrea ibi habuit*, *vel in vrbe*, *vel in aliis præ-*
*diis*, *& in l.ſi quis* 6.*ff.de edendo* ibi: *vel in villa ha-*
26 *beat inſtrumentum*, *vel in horreis.* † Retenta ergo
lectione antiqua ( nouatores iſtos horreo ) mens
Iuris Conſulti accipit lucem, ex more antiquorum,
qui plerumque in horreis, non ſolùm frumentum,
vinúmque, verùm etiam merces, réſque mobiles,
quamtumvis pretioſas ſolebant reponere, *leg.* 3.*effra-*
*cturæ ff.de officio Præf.cti vigilum* ibi: *In horreiſque,vbi*
*homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum repo-*
*nunt*, *l. Clauibus* 74. *de contrahenda emptione l. taber-*
*nam* 7.*ff.de fundo inſtruct.l.pediculis* 32.§.*idem* 4.*ff. de*
*auro & argento*, *l.vulgaris* 21.§. *certe* 6. *ff.de furtis leg.*
*pignus* 9. *Codice de pignoribus act.* docent eleganter
Briſſonius *libro* 4.*antiquitat.cap.*18. & eo non laudato
Gotofredus *in dict.leg. tabernam*, cuius poſtea memi-
nit *in d.l quæſitum* 12.§.*idem reſpondit* 40. *& in dict.* §.
*certe* Pancirol.*lib.*1. *variarum*, *cap.* 51. Bulengerus *de*
*Imperio Roman.lib.*6.*cap.*5. Oſualdus *lib.*8. *Donel.c.*19.
*littera C.*Demſter.*ad Roſin lib.*7.*antiquitat.cap.*38. *ver-*
*ſicul.menſores iſti*, & noſter Anton. Pichard.*de adquir.*
27 *hæreditat.cap.*18.*numero* 47. † Quo ſuppoſito teſta-
tor cum legaſſet *quæ Romæ eſſent*, non ſolum com-
prehendit, quæ in horreis intra vrbem ſitis, habuit
repoſita, verum etiam, & in horreis, quæ ſunt ex-
tra vrbem. In quo reſponſo Conſ. reſpexit ad eam
quæſtionem, an appellatio Romæ extendatur ad ſub-
urbia ( de qua *ſuprà* egimus ) non verò ad noſtrum
propoſitum an contineantur in illo legato, quæ per-
petuò manſura ſunt, vel ad tempus, de quo verbum
nullum apud Iauolenum, qui ſolum quærit, an in
illo legato comprehendantur, quæ ſunt Romæ, &
in ſuburbanis horreis repoſita, non, vt ibi perpetuo
eſſent, ( vt malè intellexit Bartolus *in d.l.* 83.) ſed
repoſita ibi, vt cuſtodirentur, de quo non erat du-
bitatio, vt recte intellexit Rogerius receptus ab Ac-
curſio *in d.l.*84.& eis non laudatis Oſualdus *ſuprà.* †
28 Quæ ſolutio adſtruitur,ex dictione illa *etiam* quæ in-
cludit caſum magis dubitabilem. Dubitatio autem,
non poteſt cadere niſi ſuper horreis, an ea clauſula
comprehenderetur, etiam quæ eſſent extra vrbem.
Neque Rogerij interpretatio diuinat; vt falſo affir-
mauit Goffredus *in d.l.*84. Quia Iure Conſultus il-
la verba, *Quæ Romæ eſſent*, tantum explicabat, non
verò tractat *an præſidij cauſa*, *vel cuſtodiæ eſſent*, cum
potuit ita legare teſtator *quæ Romæ cuſtodiæ cauſa ſunt.*
Quo caſu dubium non eſt ſuper eo,an perpetuo man-
ſura, vel ad tempus contineantur, ſed tantum, an
cuſtodiæ cauſa repoſitæ Romæ, vel extra vrbem
contineantur *l.*4.§.*ſi ita* 4 *ff.de penu.leg.*cum aliis.Vn-
de credo non recte hanc rem calluiſſe Bartol.ſecunda
ſolutione neque Goffred.& Gothofredus *in dict.l.*84.
dum affirmant, intelligendum eſſe Iuris Conſultum,
de his, quæ perpetuæ cuſtodiæ cauſa repoſita ſunt.
Quod nec olfecit Iauolenus.

Deinde non debet, à propoſito dimouere *l.*4 *ff. de* 29
*fund. inſtruct.* Cuius difficultate ſuperatus Gothofre-
dus ibi nimis audacter Labeonis ſententiam, quam
probat in illa lege Iauolenus ( vt ſcilicet eo caſu
boues ei fundo cederent, vbi opus feciſſent, non vbi
manere conſueuerant)non debuiſſe probari, ſed lon-
gè veriorem, ait, fuiſſe Caſcellij opinionem. Idque
probat ex conſuetudine boum, qui in eo fundo mo-
rari, & in eum reuertere ſolebant, & veroſimile eſt,
in eo fundo boues quoque opus feciſſe. † Iuxta 30
quam doctrinam, ita literam diſpungendam, tradit
*Labeo*, *Trebatius*, *boues*, *& fundo ceſſuros putant*, *vbi*
*manere conſueuiſſent*, *non vbi opus feciſſent*, *Caſcellius*
*contra Labeonis ſententiam probat*, vt idem Labeo ſi-
milis ea parte ſibi ipſi exiſtat *in d l.pen.*§.1.*de auro, &*
*argent.* Verum hæc leuiſſima ſunt, litteræ emenda-
tio apud nos, illiberalis, & miſeri ingenij cenſetur
effugium. Et rationes, quas adfert, debiliſſimæ ſunt.
Cum operis factionis conſuetudo, ſimiliter debuit,
eundem effectum operari, ac conſuetudo morandi.
Neque veroſimile eſt,in eo fundo,in quo moraban-
tur opus feciſſe, quod non conſtat ex littera, con-
trarium inſinuante, imo veroſimilius eſt, boues ad
illud prædium fuiſſe deputatos, & ſi in alterum, ad
paſtum deducerentur, quia non ita in eo agro fue-
rant, vt ad illum deſtinati viderentur, vt docet Vl-
pianus *in l.ex facto* 35. §.*rerum Italicarum in fine ff. de*
*hæred.inſtitut.*& facit *l ſi ita* 86.*de legat.* 3.& illius agri
ita debebant reputari, ſi manendi cauſa in illum ſe
recipere conſueuerant, *l.cum delanionis* 18.§.*Sabinus*,
*D.de fundo inſtruct.* Neque Gotofredo fauet *d.leg.pe-*
*nult.* cui *inferius* ſatisfaciam. † Melius autem pro 31
Caſcellio meo videri faciebat, quod cum opus face-
rent,animum videbantur habere reuertendi in locum,
quo morabantur, *argum.l. naturalem* 5.§. *in his*, *de ad-*
*quirend rer.dom.*§.*Pauonum*, *de rer.diuiſ.*non vero per-
manendi in loco, in quo ad tempus erant,*l.debitor* 32.
*ff.de pign.* Vbi prædio hypothecæ ſubiecto, in obli-
gatione conuentum eſt; vt pignori eſſent, quæcum-
que inducta, illatáque eſſent. Quæſitum eſt, an ſer-
ui ad culturam miſſi, ea obligatione continerentur?
Scæuola reſpondit,eos tantùm eſſe obligatos,qui hoc
animo à debitore fuerunt inducti, vt ibi perpetuo
eſſent, non temporis cauſa. Ergo eodem modo,bo-
ues, eius prædij, in quo paſcebantur, cenſendi ſunt,
non autem eius in quo opus faciebant. † Hac ta- 32
men non obſtante ratione,verum tenendum eſt cum
Labeone, prædio, in quo opus faciebant, boues ceſ-
ſuros. Cuius rei ratio eſt, quod cum legatus eſt fun-
dus *cum inſtrumento*, eo legato continetur, omnis ap-
paratus rerum diutius manſuram, ſine quibus exer-
ceri nequiret poſſeſſio, *l.quæſitum* 12.*in. princ. D. de*
*fund.inſt.l.*5 §.*ſi præter* 13. *D. de tribut. act.* vnde cùm
fundus, in quo opus fiebat,non poſſit coli ſine boum
opere, conſequitur illius fundi in quo operabantur
cenſeri, non verò in quo comedebant, nam ad illud
prædium, in quo opus faciebant principaliter eos
deſtinauerat paterfamilias, licet in altero eos aleret,
forte quia ibi eſſent paleæ horrea, vel herba melior.
*Porque eſtaban iuntos los cortiios y en el vno tenia los pa-*
*es, donde repaſtaban los buyes.* Vt eleganter ſua-
detur ex *l.quæſitum* 12.§.*ſi aliqua parte* 8.*&* §.*ſiquis eo-*
*dem*14.*iuncta l.cum de lanionis*18.*item caccabos verſ.Pe-*
*dius ff. de fund. inſtruct.* Nec ſequitur rectè, quod ſi
in aliquo fundo boues paſcantur, ibi perpetuo in-
telligantur, *l.qui ſaltum* 67.*ff.de legat.*3.vnde cum ex
paſtione non ſequatur aſſignatio, cognoſcimus iam
Labeonem iure optimo reſpondiſſe. † Cui non obe- 33
rit ratio à nobis *ſuprà* conſiderata pro Caſcellio,
vt

vt animum videlicet habere crederentur reuertendi, cum opus feciſſent. Nam hoc verum erit, quando, fundo in quo paſcebantur, eſſent aſſignati ex deſtinatione patrisfamilias. At cum deſtinatio principalis eſſet circa fundum, in quo opus ſit, animus remanendi intelligi, debet in hoc fundo, non in alio, in quo non ita erant, vt alteri agro operis, non viderentur deſtinati, *d.l.ex facto §.rerum*, atque in perpetuo videban-
34 tur aſſignati prædio operis, non prædio paſtus † Sed & illam *leg.* 4. eleganter inducit Gothofredus *ibi* ad optimam quæſtionem de decimis, quæ ex gregibus ſoluuntur: an ſi greges paſcuntur in alia parochia, quæ non ſit domini illorum, cui earum debeat ſolui decima. De qua quæſtione conſule Rebuffum *in tract. de decimis q.6.* Suarez *de religione tom.1. lib.1. cap.21.* Raphaëlem de la Torre *in 2.2.D.Thom.1. de religione quæſt.78 art.3. diſput.6. num.7.* poſt Gloſſam *in cap.ad Apoſtolicæ 10. verb. perſonales, extra de decimis*, quos vide.

35 Neque obſtat, *d. l. pen.§.1.de auro, & argento*, nam omiſſo Gothofredo *ibi*, qui litteram immutandam cenſet & legendum: *ſi perpetuæ veluti theſauro, non ſi præſentis cuſtodiæ cauſa depoſitum eſſet*, ex ſuperioribus reſpondendum exiſtimo dubitatum fuiſſe inter Offilium, Caſcelium, Labeonem (inter quos diuerſas in hac materia ſententias interueniſſe probatur ex *d.l.4. l.dolia 26.§.1. l. fundi 25.§.fin.l.qui veſtem 10. de ſupellecti.leg.*) an, ſi ita legaretur: *Argentum quod domi meæ erit, cum moriar.* Videretur etiam comprehenſum, &
36 quod depoſitum eſt, & commodatum. † In qua quæſtione Offilius, & Caſcellius negant commodatum, aut depoſitum contineri, quia cum tempore mortis, domi non ſit argentum commodatum, videbatur dicendum, legato non eſſe comprehenſum. Sed contraria ſententia placuit rectè Labeoni, qui diſtinguendum putat, circa argentum depoſitum, vt ſcilicet, ſi depoſitum ſit præſentis cuſtodiæ cauſa, tunc debeatur. † Ratio eſt
37 quoniam non debet, quod caſu abeſt, minuere legatum *leg.ſi ita 86.de leg.3 d.l.ex facto § rerum l. Seiæ 20. §.penult.de fund.inſtr.facit l.omnia 32.aliàs eſt l.cum ita, ff.de leg.2.dict. l.cum de lanionis §. Sabinus 12.* & ideò quamvis non ſit in domo tempore mortis, adhuc illud, *Domi meæ erit*, intelligimus, id eſt, *eſſe ſolebat.* Cum hoc verbum, *meum*, ſemper referatur ad tempus teſtamenti, *l.ſi ita 7.ff.de auro, & argent.* eáque de cauſa cuſtodiſſe intelligitur, vt tutiori eſſet loco, *l quæſitum 12. §.idem reſpondit domo 40.de fund. inſtr.* At ſi depoſitum fuit argentum theſauri cauſa, id eſt, præſidij cauſa, iuxta interpretationem *ſupra* à nobis aſſignatam ad *d.l. ſi chorus 79 §.1.de leg.3.* vel, vt reconditum ſeruaretur in horreis (in quibus pretioſa quæque cuſtodiebantur, vt diximus *ſupra*, & probat quoque *l in ratione 30. §. certis, ff.ad legem Falcidiam*) vt ibi eſſet non ſolum cauſa cuſtodiæ, verum vt perpetuo eſſet ſeruatum (theſaurum autem vocat metaphoricὲ, illud argentum, quod fuit depoſitum, tanquam ſeparatum iam ab eo, quod domi erat) tunc iam non continebitur argenti nomine: quoniam cum totum hoc dependeat, ex voluntate teſtatoris, *d.l.cum delationis §.cui fundum in fin. de ſuppellect.leg.cum aurum 19.§.lectum 8 ff de auro, & argent.* Videtur iam ſeparaſſe depoſitum cauſa theſauri, vt non contineretur illo legato, *leg. ſi ex toto 8. de leg.1.l.quæſitum 12.§.Papinianus 37. de fund.inſtr.l.quæſitum 76.§ 1.verſic.ſeruos, de leg 3.l.Seiæ 6.§.1.de auro, & argent.l.legatum 24 §.final.de adim. leg. l.legatis 65.§.1. de leg. 3.* iuxta quæ iura, Labeonis diſtinctio rectè
38 procederet † Rurſus non obſtat, *l.cum tabernam 34 ff. de pignoribus*, quæ maximè pugnat cum *d.l.debitor 32. eod.tit.* de eis latè agunt Menoch. *de adipiſc. poſſ.rem.3. ex n.126.* Fano *de pignorib.2.p.memb 4.n.147.* Couarru. *lib.2.variar. c.5.num.2.* Pinell. *in rub. C. de bonis mater. 1.part. num. 36.* Carrocius *de locato*, & alij laudati à



Pichardo *in §.item Seruiana ex numero 23. Inſtitut. de action.* qui de harum interpretatione legendi ſunt. In iis, quæ ab aliis rectè ſunt notata, immorari non licet.

Denique ſupereſt interpretandum Scæuolæ obſcu- 39
rum reſponſum *in dict.l.prædia 27.§.liberto. ff. de fund. inſtru.* cui adſtipulantur *l.quæſitum 12.§ Papinian.45 d. l.cum de lanionis 18.§.item cum fundus ff. eod.* † Cuius 40
difficultate oppreſſus Accurſ. *in d. §.liberto*, nummos deberi conſtituit, niſi contraria defuncti voluntas probaretur, hanc tamen in dubio præſumi arbitratur. Ita etiam Bart. & alij quos allegat Cuman. Sed tamen minus eſt probanda hæc interpretatio, cum ſecundum eam transferatur onus probandi in legatarium, contra Scæuolam, qui id cohæredibus imponit, vt patet ibi: *Niſi contrariam voluntatem cohæredes approbent. l. fideicommiſſa 11.§.ſi rem. de leg.3.C.de legatis.* Neque rectius calluit Scæuolæ mentem Menoch. *de præſumpt. lib 4.præſumpt.138.n.12.* qui eum accipiendum eſſe arbitrabatur de nummis redactis ex vini venditione, de qua in priori parte egerat, quod diuinatorium eſt, vt ſeries ipſa literæ ſatis apertè declarat. † Quare Ant. 41
Fab. *lib.1.coniect.c.6.* variè interpretatur illud Scæuolæ reſponſum, & in primis verba illa: *Vinum in doliis remanens:* accipienda putat, de vino cuius pretium ſolutum non eſt, quoniam non videtur in doliis remanſiſſe vinum, quod quandocumque volente emptore auferri poteſt, ſed pretium iam acceptum, liberto reſtituendum non eſſe ex illis legati verbis; licet vinum à teſtatore venditum, quod tamen in doliis remanſit, ad libertum pertineat. Neque obſtare ait *d. l.quæſitum §. Celſus*, quia differt multum legatum *fundi inſtructi* à legato fundi *cum iis quæ ibi ſunt.* Tandem conſiderat, quod licet ſub legato bonorum, ad certum locum reſtricto, nummi non veniant, vt *in d.l.vxorem §.legauerat, de leg.3.* iunctis à nobis dictis *ſupra:* veniunt tamen in prælegato vni ex cohæredibus relicto, nam cum idem, & hæres ſit, & legatarius, nummi qui alias non deberentur, legato cõprehenduntur, cum maior fauor in eadem perſona conſideretur. † Hæc tamen Anton. 42
Fab. traditio non poteſt ſuſtineri propter illa verba, *vinum in doliis remanens*, quæ magis ſunt accipienda de vino, non cuius pretium ſolutum non eſt, ſed de vino non vendito. Quomodo ergo venditum vinum à teſtatore, potuit ad legatarium pertinere? Minimè *d.l.Seia 6.§ final.de auro* Cum eo caſu, teſtatorem minuiſſe legatum per venditionem, conſtet, *l.legat.24.§.final.ff.de adimend. leg.* Deinde Faber aduertere debuit *in d.§.liberto*, non ſolum legatum eſſe fundum Titianum, ſed & agellum Sempronianum, nec ſolum cum inſtrumẽto, verum & iis, quæ in eodem erunt, atque ita otioſa eſt illa differentia inter vnum, & alterum legatum. Et cum Kalendarij, & pecuniæ eadem ſoleat eſſe ratio, vt dictum eſt *ſupra ex d. l.quæſitum*, non videtur, quomodo ad libertum pertineat, neque dilectio, ſeu fauorabilior cauſa præceptionis quicquam prodeſt, contra *l. prædiis 91. cum l.ſequent.de leg.3.* vbi in prælegato vni ex cohæredibus relicto, tabularium, in quo plurium mancipiorum emptiones, inſtrumenta, & nomina debitorum continebantur, legato non continetur.

Quare in noſtris ſcholis recepta fuit interpretatio 43
Cumani *in d. §. liberto*, eum accipientis de nummis, præſidij cauſa repoſitis (iuxta *d.l.ſi chorus*, & quæ circa eam cumulauimus) qui ſub legato continentur, quod tamen mera eſt diuinatio, ſicut eſt dicere hos nummos ad refectionẽ, ſeu ornatum fundi deſtinatos fuiſſe Nec minus aſſentior Menoch. *ſup.n.12.* qui hos nũmos vini pretium fuiſſe tradit, qui loco vini ſubſtituũtur. † Nam 44
quod pretium ſuccedat loco rei, id in rebus vniuerſalibus, non in particularibus admittendum eſt, *l.ſi & rem.22.de petitione hæred.* iunctis traditis à Barboſa *in*

S f ſubſtit

*rubrica* 3.*p.num.*73.*& in l.quæ dotis* 34.*n.*111. *ff. ſolut. matrim.* Gutierrez *lib.*3.*pract.q.*77.*n.*10.*& q.*87 *per totam*, & aliis relatis ab Oſuald. *lib.*19. *Donel.c.*13.*lit.B.* Afflict.*decif.*369.*n.*4. M... *ae prim.lib.*4.*cap.*4.*n.*14. Matienz.*in rub.tit.*2.*gloſſ.*1.*num.*12. Suarez *allegat.*28. *n.*24. Surd.*decif.*15.*&* 306.*n.*2. *& tom.*4. *conſ.*521.*n.*6. Rillius *collect.*1850. Deinde facit contra Menoch. *l.ſi ita* 86 *de leg.*3. ne nummi quos caſu *ibi* poſuit, viderentur legati. Minus quoque audiendus eſt Cuiac. *tract.* 6.*de Afric.in l.*64.*de leg.*3. qui opinatur defendi non poſſe deciſionem *d.§.liberto*, & ita putat litteram componendam *non contineri, &c.* Quod, conſtanter ſæpius monnimus, reſpuendum.

46 In hac difficultate, in qua tot viri Doctiſſimi defecerunt, ita ego me gererem, non vt credam, me difficultatem extricaturum, ſed aliqualem tenebricoſo loco facem prælaturum. Scæuola itaque proponit dubium; an in eo legato, vinum quod remanſerat debeatur. Hoc tamen non intelligas, cum Fabro, de vino non ſoluto, ſed de vino, quod remanſit inemptum, puta ex 200. vini amphoris, vendidit 100. quæ erant in fundo Titiano, aliæ erant in agello Sempronianо, & iſta remanſiſſe in doliis, & legatario deberi tradit Conſultus. Id ex eo probo, nam appellauit fundum Titianum, & in eo fundo ait, fuiſſe vinum in doliis, & totum eſſe venditum, poſtea ſubiicit: *Vinum quod remanſit in doliis*, quod non de doliis fundi Titiani accipere poteris, cum dicat totum venditum eſſe, ſed de vino, quod remanſerat in doliis alterius agelli Semproniani, de quibus nondum mouerat dubitationem, huiuſmodi ergo vinum, quod remanſit, ait deberi legatario, ex cauſa præceptionis, niſi voluntas probare-
47 tur. † Coniectura itaque voluntatis eſt, quoniam non eſt credendum teſtatorem vinum, quod in altero agro erat, voluiſſe legatario auferre, cum, & ſi in legato, & fundus, & agellus coniunctim ſint relicti, *cum inſtrumento, & his quæ ibi ſunt*, tamen ex eo quòd vinum, quod in vno erat vendidit, & ſic legatum minuit, *l.*1. *§.*1.*l.*5 *in fin.ff.de fun.inſt.d.l.legatum* 24.*§.fin.de adim. leg.* non ſequitur voluiſſe etiam, & vinum alterius ſubtrahere legato, *l. Stichum* 6. *in fin. ff. de legat.* 1. Quamvis enim in hoc legato, vnica verborum conceptione vſus fuerit, plura legata ſunt, *l.*2.*de leg.*2.*d. l.*1.*de fun.inſtit. l.ſcire debemus* 29.*de verb.obligat.*3. *de pecul. leg.* Atque ideo neceſſarium eſſe, ait Iure Conſultus, vt cohæredes probent, ex illa venditione vini, mutatam eſſe circa vinum teſtatoris voluntatem, qui ad id tenentur, non legatarius, qui pro ſe habet præſumptionem *d.l.cum de lanionis §.item cum fundus* 9.*d. l.fideicommiſſa* 11.*§.ſi rem* 12.*de leg.*3. cum è contrario, quando præſumptio ceſſat, ipſe ad probationem vigeatur *d.l.quæſitum §.Papinian.*45. ibi, *niſi ex alia parte*
48 *de fun.inſt.d.l.quæſitum* 78.*§.*1.*in fin. de leg.*3. † Qua ratione procedit *l.Seiæ* 20.*§.Pamphilæ.de fun. inſt.* vbi Pamphilæ relictus fuit fundus Titianus, *cum inſtrumento, & his quæ ibi ſunt*, ſi Stichus ſeruus abductus ſit à teſtatore, cauſa ſtudendi, non vt ab eo fundo abduceret, debetur.

49 Maior tamen difficultas eſt in vltima Scæuolæ quæſtione, an eadem clauſula continerentur etiam Kalendarium, & nummi, quos in dictis prædiis reliquerat teſtator. Cui reſpondit nummos contineri, & ex eo quòd Kalendarij non meminit, contrarium ſtatuit in eo, & in inſtrumentis *d. l. quæſitum* 12.*§.denique Neratius* 41.*de fun.inſt.d l.*4 *§.fin.de penu leg.* Sed quomodo, id ex voluntate teſtatoris collegerit Scæuola, hic opus, & labor eſt. Dubius ſanè hæſitaui, vt & in ſuperioribus, neque enim ex tot Auctorum millibus, quiſquam hanc regionem peragrauit, cuius ſcripta nobis luciſculam ſaltem aliquam præberent. Colligit ergo Scæuola, nummos eo legato comprehendi debere, hoc docet illis verbis, *vt ſupra reſponſum eſt.* Quâ loquendi formulâ ſæpiſſimè vtitur breuitatis cauſa, cui fuit addictus, vſque ad ſuperſtitionem, vt & in noſtra *l. vxorem, § legauerat, & §. idem quæſiit l fundi* 38.*de vſufruct.leg* Coniectura autem eſt ea, quod videtur in eo legato generali, *& his quæ in eodem erunt familiáque, &c.* excepiſſe ſeruos, quos manumiſerit, quæ exceptio reliqua omnia, & nummos videtur concedere *l. Caius* 86. *de legat.*2.*l.ſi quis* 74. *de hæred inſt. d §.denique Neratius.* Nam certa eſt coniectura, quod ſi nummos ad illum pertinere noluiſſet, excepiſſet quoque, ſicut manumiſſos excepit. † Quæ 50
exceptio, etiamſi non fuiſſet appoſita, intelligeretur, vt in ſpecie *l.qui filium* 64.*de leg.*3. vbi Africanus docet quendam reliquiſſe nepoti certa prædia excepto Kalendario. Quo caſu poſt elegantem diſputationem concludit, pecuniam, quæ erat quacumque ex cauſa in prædiis, fideicommiſſo contineri. Ratio eſt, quia exceptio illa Kalendarij reliqua non excepta concedit. Quod idem in noſtro caſu dicendum erit, ita teſtatorem ſenſiſſe, niſi aliud cohæredes probauerint. De Kalendario autem ſupra abunde actum e. . Hæc de difficillimo reſponſo Scæuolæ ſufficiant, quod ſine emendatione intelligi non poſſe ait Doctiſſimus Cuiac. *tract.*6. *ad Afric.in d.l.*64.

## CAPVT XVII.

Iure antiquo emancipatum, emancipato conferre non debuiſſe. Explicatur difficilè Vlpian. reſponſum *in l.*1. *§ ſi ſit filius* 16.*ff.de coniungendis cum emancipato liber. eius.* Scæuolæquè, & aliorum abſtruſa loca referantur.

### SVMMARIVM.

1 *Ius collationis à Prætore introductum.*
2 *Ratio introductionis, ob tollendam iniuriam, qua ſui hæredes affi iebantur*, & n.4. & 5.
3 *Emancipati filij incogniti de Iure Ciuili*, & n.7.
6 *Inter emancipatos ipſos collatio non eſt.*
8 *Ceſſante ratione legis, ceſſat diſpoſitio, remiſſiuè exornatur hæc regula*, & n.9.
10 *Proponitur difficultas* d.l.1.§.ſi ſit filius 16.de coniungend.
11 *Quid de hoc §.ſenſerint Auctores, & quomodo explicent.*
12 *Per alium quis aliquando habet, quod ex ſe non poteſt*, & n.13.
13 L.vt liberis 7.§.ſi duo de liber.cau. & l.fin.Quib. ad lib.*explicantur remiſſiuè.*
14 *De explicatione illius verſus in d.§.*16. quamvis hi minus, &c. *&* n.15.
16 *Explicatio Accurſ.ad illum.*
17 *Alia in ſcholis recepta expenditur, & reiicitur*, & n.18.
19 *Noua, & vera Auctoris interpretatio ad* d.l.1.§.ſi ſit, *&* num.ſeqq.
23 *Explicatur* l.filius 10. ff. de collat. *&* n.24.25.26. 27.& 28.
29 L.pater 6.de collat.dot. *verus ſenſus.*
30 L.nec ipſa 7.de collat.dot.

IVs collationis, ex Prætoris iuriſdictione originem habuiſſe, probat *l.*1. *in princ. D.de collation.bon.l.ſi emancipati* 9. *ibi: forma perpetui edict. l. poſthuma.*11. *ibi perpetuo edicto.C.eodem.* Vbi cum perpetui edicti fiat mentio, ad Prætorem referri debet, 1
cum

cum tota iuriſdictio prætoria edictis contineretur.
Obſeruat Briſſon.& reliqui *de verb. iur. verbo edictum*
*perpetuum*, Conn.*lib. 1.com. c.* 15. Duaren. *lib. 1. diſp.*
*c.* 55. Corraſius *lib.4 miſcell.c.*6. Donell. & Gilchen.
*in l.edita C.de edendo*, Gouean *in l.ſi quis* , *de iuriſdict.*
Cuiac.*in procem. Digeſt.Iulia.*Petr. Greg *lib.*47 *ſintagm.*
2 *c.*30.*n.*19.*& ſeq.*† Ratio, qua Prætor fuerit motus, vt
huiuſmodi ius introduceret, illa ab omnibus (nemi-
nem excipio) redditur, quam tradidere poſt Caſtrenſ.
& reliquos antiquos Cuiac.& Donell.*in rub.C.de col-*
*latio.*vbi Gilchen.*in prælud.n.*1.*&* 2.Valaſcus *in praxi*
*partition.c.*12.*n.*12. Pichard.*in tract.de collation.*(quem
poſuit *ſub tit.de action.*§.2.) *artic.*1.*n.*11.vt minueretur
iniuria, quæ admiſſis filiis emancipatis ad ſucceſſio-
nem paternam, fratribus eorum ſuis hæredibus in po-
3 teſtate parentum exiſtentibus, fieri videbatur.† Nam
cum filij emancipati eſſent incogniti Iure Ciuili, §.
*emancipatos Inſt de hæred.quæ ab inteſt.* Prætórque eos
admitteret, quaſi emancipati non eſſent, vtpotè reſ-
cindens emancipationem, quæ eos à poteſtate patria
remouebat, *l.ſed cum patrono* 6.§.1.*de bonor poſſeſſ.l.*3.
4 §.*ſi emancipatus de bonor.poſſeſſ contra tab.*† Duplici in-
iuria fratres in poteſtate exiſtentes afficiebantur. Vna
eſt quod ſui hæredes cum eſſent domini etiam bonó-
rum paternorum ſimul cum ipſo patre exiſtimentur,
*l.in ſuis* 11. *de lib. & poſthum.*obſeruat Donell. *lib.*7.
*com.c.*2.vbi Oſuald.*litt.M*, Pichard.*in* §.*ſui Inſt.de hæ-*
*red.qual.* atque ita emancipati admitterentur, neceſ-
ſario illis partem hæreditatis non ſolum auocabant,
5 & propria eorum bona. † Altera fuit, quod cum
filiusfamilias omnia patri adquireret, *l.placet* 79. *cum*
*vulg.de adquir.hæred.*emancipatus autem ſibi adquire-
ret, ſequebatur exinde, eum bona ſua præcipua ha-
bere, & nihilominus ad bona quæſita per filiosfa-
milias, quæ in patrimonio patris reperiebantur inni-
tari, vnde eueniebat emancipatos fieri melioris con-
ditionis. Quod cum iniuria plenum Prætori viſum
fuiſſet, æquum putauit, vt qui cum ſuis hæredibus
admitterentur, & paterna bona appeterent, ſua bona
etiam in medium conferant, *l.*1.*in princ. l.*3.§. *Iulia-*
*nus l.filius* 9. *de collat. bon.l.*1. §. *emancipatus* 13. *ff. de*
*coniungendis* ibi: *Voluit eum Prætor filiis ſuis qui ſunt*
*in poteſtate ſolis conferre, quia veniendo ad bonorum poſ-*
*ſeſſionem, illis ſolis iniuriam facit*, *l.filium* 20.§.*videa-*
6 *mus de bonor.poſſeſſ.contra tab.*† Quod tamen in eman
cipatis non obtinuit, qui aliis emancipatis conferre
non tenebantur, neque inter eos collatio fuit admiſſa,
*l.*1.§.*fin.l.*2.§.*ſi tres.l.*3.§.*Iulianus de collat.bon l.ſi eman-*
*cipati.*9.*C.eodem.* Quia cum, vt dixi, emancipatus eſſet
incognitus Iure Ciuili, nullam iniuriam alter, alteri
7 ſuo concurſu facit. † Vnde ceſſante ratione legis, non
eſt mirum ſi ceſſet eius diſpoſitio, *l.adigere* §.*quamvis*,
*de iure patronatus l.quod dictum* 32.*de pactis*, *c cum ceſ-*
*ſante* 60.*de appell.* Cum latè adductis ad eius regulæ
exornationem à Barboſ.poſt reliquos antiquos *in l.. ff.*
*ſolut.matr.*1.*part.à n.*85.& laudatis ab Oſualdo *lib.*14.
*Donell.c.*10.*litt.*C, Fachin.*lib.*10.*controu.c.*75. Couart.
*in c.cum eſſes n.*9.*de teſtamentis*, *& de ſponſalibus* 2.*par.*
8 *c.*6.§.9.*n.*8. † Quod, & in plurimis huius tractatio-
nis articulis animaduertitur, vbi ratione ceſſante in-
iuriæ, ceſſat collatio, *l.*1.§.*toties*, *&* §.*vel maxime de*
*collat.l.non putauit* 8.§ *fin.l. filium* 20.§. *videamus ff. de*
*contra tab.* docet Bartol.*in d.l.*1. §.*ſi ex dodrante* Iaſon.
*in rub. C. de collat.* Cuiac. *in d.l.*1. *& in propoſito* idem
Bart.Caſtr.& Gilchen.*in d.l.ſi emancipati*, Menchaca
*de ſucceſſ.reſol lib.*2.§.19. *n.*24. Vallaſcus *d.c.*12.*n.*37.
Pichardo *ſupra artic.*2.*n.*11.Cuiac.*in d.l.*1.§.*ne caſtrenſe*
*de collat & lib.*41.*ad edict.Pau.in d.*§.*ſi tres*, Ant.Fab.*de*
*error.prag.deciſ.*4.*error.*6.Pet. Greg.*lib.*46.*ſyntagm.c.*8.
*num.*85.
9 Aduerſus quam traditionem multa iura obſtant,
*D.Franc.de Amaya, Obſeruat.Iuris.*

quæ inſtituti noſtri non eſt, nunc recenſere. Solum
difficile illud reſponſum clarum reddere in præſenti
contendimus *in d.l.*1.§.*ſi ſit filius* 26. *ff. de coniungen.*
vbi ſi is, de cuius ſucceſſione agitur duos habuerit fi-
lios, vnum emancipatum, alterum in poteſtate, & ex
alio filio prædefuncto, duos nepotes, vnum in poteſta-
te, & alterum extra poteſtatem. Reſpondet Vlpianus
ex Scæuolæ ſenten[illegible]e, emancipatum filium tres partes
facere debere, & vnam ſibi, vnam fratri, vnamque ne-
potibus collaturum; iuxta quod probat, nepotē emā-
cipatum collationis emolumento potiri, & conſequē-
ter emancipatū, emancipato conferre.† Quæ difficul- 10
tas grauiſſima eſt omnibus Interpretibus viſa, vt fate-
tur Bart. *in d.* §.*ſi ſit filius*, (vbi etiam Goffredus ait,
triennio ſuper ea cogitaſſe, & nihil ſcire) Bologner.
*num.*19.Bald.2.Alex.3. Caſtrenſis, & reliqui *in d.l.ſi*
*emancipati*, vbi Gilchen.*n.*14. Cuiac.*lib.*3.*obſeru.c.*29.
qui illius reſponſi litteram ſine emendatione intelli-
gi non poſſe apertè docet, id repetit etiam *in recit.ad*
*d.l.*1.*de collat.*in peculiari nota, *ad d.*§.*ſi ſit filius*, quem
damnat Hotman.*lib.*9 *obſeru.c.*8. Hic verò cum obſcu-
riſſimum hunc locum fateatur, aliter legere tentat, &
litteram pro ſuo arbitrio mutat, quod nihil proficere,
iamdiu in aliis oſtendimus, & reiecimus. † Ab omni- 11
bus tamen, in eam ſententiam frequentius itum eſt,
quæ placuit Bart. & ſequuti ſunt reliqui antiqui ſu-
pra, vt notat Bolognet.*dict.n.*19.Pichard.*d.art.*2.*n.*13.
ideo nempe emancipatum emancipato conferre, quia
is cum altero nepote fratre ſuo, ad eam partem ad-
mittitur in ſtirpem ſuccedendo, non in capita, quia
patrem repræſentando vnam perſonam efficiunt, &
ideò vna portio eis præſtatur, quaſi duo, vna perſona
eſſent, *l.ſi nepotes* 7.*de collat.* §. *cum filius Inſt.de hæred.*
*quæ ab int.* Vnde ſicut nemo poteſt pro parte eſſe in
poteſtate, & pro parte non: ita, & iſti nepotes repræ-
ſentando vnam patris perſonam, licet vnus fuerit
emancipatus, ſi alter in poteſtate aui manſerit, ambo
in poteſtate fuiſſe creduntur, & eodem iure cenſen-
tur, atque ita emancipatus nepos ex perſona nepotis
in poteſtate fruitur beneficio collationis, quod per ſe
non poterat habere.† Neque eſt inſolitum in iure, vt 12
per alium quis habeat, quod per ſe habere non poteſt,
*l.ſi communem* 10 *ff.quemad.ſeruit.l.*3 *ff.quæ res pignoris*,
*l.cum hæredit.*55.*de adquir.hær.* cum aliis caſibus relatis
à Iaſon.*in d.l ſi emancipati n.*4.*&* 5.† Quibus ego ad- 13
iicio, *l.vt liberis* 7.§ *ſi duo*, *de liberali cauſa*, *iuncta l.fin.*
*ff.quib.ad libert.proclam.* vbi cum ſcienter liberi homi-
nis facta emptio non conſiſtat, ſi tamen cum alio
ignorante ſciens emerit, propter illius ignorantiam
emere intelligitur, vt docent ad illorum iurium expli-
cationem, Connan. *lib.*2.*comment.c.*1.*n.*6. Ameſcua *de*
*poteſtate in ſe ipſum lib.*2.*c.*17. & Cuiac.*in l.*5 *ff.de iu-*
*ris, & fac.ign.*

Sed ſtatim ſeſe offert grauiſſima difficultas, quid 14
Vlpian.ex Scæuolæ ſententia voluerit ſignificare illis
verbis obſcuriſſimis; *quamvis hi minus, quàm patruus,*
*concurrente patre ſint habituri.* Nam ſi denotat, quod ſi
viueret pater nepotum, & concurreret cum eis, tunc
illi habituri erant ex auita hæreditate minus, quàm
in ſuperiori caſu; ſi expendas dictionem, *mi-*
*nus*, ſignificat Vlpian. nepotes aliquid laturos.
Hoc ſanè obſcurum eſt, cum ſi filius ille iam mortuus,
in poteſtate fuiſſet, vt plures aſſerunt, tunc integra
portio hæreditatis ad ipſum pertineret, non verò
ad nepotes *dict. l.*1. §. *ſi pater* 6. *de coniungen.* ergo
non rectè appoſita eſt dictio *minus*: imò ſecundum
iuris regulas dicere debebat, nihil eſſe habituros
nepotes.

Ruſus, ſi filius iam mortuus, eſſet emancipatus, vt 15
voluit Accurſ. *verbo nepotibus*, *verſ. & ſecundum hæc.*
Gothofred.*ibi*, Caſtrenſis *in d.l.ſi emancipati*, Cuiacius

*d.lib.3.obſeru.c.*29.tunc verſus ille: *hi minus ſint habituri*, non rectè ſcriptus videtur, imò dicere debebat *hic minus ſit habiturus*, vt ad nepotem in poteſtate, ſolum relatio fieret, cum emancipatus nepos nihil potuit habere concurrens cum ſuo patre, *l.1.§. ſi pater*, *& §.inter ipſum de coniungen.* imò illa tertia portio hæreditatis, inter filium emancipatum, & nepotem in poteſtate retentum, pro æquis partibus diuidenda erat, ex edicto *de coniungendis cum emancipato liberis eius*, quo cautum eſt, vt coniungatur emancipatus filius cum nepotibus in poteſtate exiſtentibus, non verò cum nepotibus emancipatis, vt in dictis iuribus. †
16 Quibus difficultatibus irretitus Accurſ. aſſerit dictionem, *minus*, idem ſignificare, quod *nihil*, vt *in l.illud, de tributor. act.* Sed violenta eſt hæc interpretatio, literæ omnino repugnans, imò ſi intelligimus filium fuiſſe emancipatum dici non poterit eo concurrente nepotes nihil habituros, ex auita hæreditate, cum potius aliquid habeat nepos in poteſtate, vt diximus, & id ita fuiſſe denotat illa vox *concurrente*, quæ ad filios emancipatos refertur, quando vocantur cum nepotibus ſuis, vt aduertit Goffredus *in d.§.ſi ſit filius.*

17 Quare in his ſcholis Doctiſſimi viri reſpondent, verſum *hi ſunt habituri*, non ad nepotem emancipatum referendum eſſe, qui ſi viueret pater admitti non poſſet, ad aui hæreditatem, vt dixi, ſed ad nepotem in poteſtate, vt ſit ſenſus; Quod cum dictum eſſet in principio, patruum emancipatum, nepoti in poteſtate, & emancipato conferre teneri tertiam partem ſuorum bonorum. Huic reſponſo potuit obiici, non tertiam partem, ſed minorem dimidiam tertiæ conferendam eſſe, ex ratione illa vulgari, quod ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. Sed ſi pater horum nepotum viueret, & concurreret ad hæreditatem auitam cum his, id eſt, cum vno ex his, cum quo potuit concurrere, (cum nepote nempe in poteſtate retento) hic nepos minorem partem hæreditatis conſequeretur, dimidiam videlicet tertiæ portionis, cuius altera dimidia ad patrem pertineret, & tunc patruus emancipatus, qui fratri emancipato conferre non tenebatur, tantum nepoti conferret, ſecundum quantitatem dimidiæ tertiæ portionis, ergo cum nepotes locum patris ſubintrent, non debent eſſe melioris conditionis, quam fuiſſent, ſi pater viueret, ac per conſequens, non eſt vrgendus patruus, ipſis conferre integram portionem, ſed dimidiam. Cui obiectioni I.C. reſpondet *in verſ. quamuis*, ſed rationem non reddit. Ea tamen adaptari poterit, nepotes locum patris ſubintrare, ſed quoniam vnus cum eſſet in poteſtate, ob idque diuerſæ qualitatis, cum pater eſſet emancipatus, cui non conferebatur, iſti tamen conferre tenebatur patruus *l.1.§ portiones de collat.* Quamuis verum ſit, quod ſi concurreret pater cum nepote, dimidiam tantum tertiæ portionis conſequeretur, & nepos alteram dimidiam, & nepoti, ſecundum ſuam portionem patruus conferret, non patri, qui propter nepotem non gaudebat beneficio collationis, vt in altero caſu dixi *ſupra*: at cum pater ſit mortuus, & tunc vna portio præſtetur vtrique nepoti, qui ambo quaſi vna perſona indicantur, merito vtrique conferendum eſt, quia admiſſo patruo, iniuriam patiuntur, & licet locum patris ſubintrent, melioris ſunt conditionis, quam ipſe ſi viueret, cum nepos in poteſtate habeat beneficium collationis propter ſe, & emancipatus propter eum, quod non haberet pater eorum. †
18 Hæc tamen interpretatio, & ſi ſubtilis videatur, neque tollit difficultatem, neque mentem Vlpiani, & Scæuolæ aperit, qui aiunt concurrente patre cum nepotibus, minus eſſe habituros. Hoc eſt quod quærimus. Quomodo, aut qua ratione minus ſint habituri nepotes in hoc concurſu? Quod tamen non explicatur: quia cum ille verſus de vtroque nepote loquatur, videtur violari mens, & littera eius reſponſi ſi ad nepotem tantum in poteſtate referatur, quod de duobus nepotibus traditum eſt. Deinde non video quomodo poſſit dici concurſum fieri cum his, id eſt, cum vno ex his, cum Vlpian. aſſerat concurſum eſſe cum duobus. Neque illa ratio explicat, quare in primo caſu plus accipiant nepotes, quam in ſecundo, vbi pater concurrit, etiam cum emancipato.

Vnde ego in hac difficultate, in qua tot viri Do- 19
ctiſſimi defecerunt, & ſi non doctus, non tamen perterritus fui, quo minus ad veritatem inueſtigandam, viam quærentem, motus Senecæ auctoritate *epiſt.35.* qui ait, *Veritatem nondum eſſe occupatam, multumque ex illa futuris relictum eſſe.* Cogitabam itaque, dici poſſe, Vlpian. ex Scæuolæ ſententia duos caſus propoſuiſſe, vnum in principio, de quo diſſeruimus cum Bart. *ſup. n.11.* Alterum *in verſ. Quamuis*, in quo maiorem dubitationẽ inuoluit, quam in primo, & niſi mea me fallit opinio, mutat caſum, vt in re dubitabiliori reſponderet, vt deſignat dictio *quamuis*, quæ eſt aduerſatiua. Nam cum in primo dixiſſet, nepotem emancipatum ex perſona eius, qui erat in poteſtate ad portionem illam admitti, mutat caſum *in verſ. Quamuis*, in quo videbatur dicendum maiorem portionem accepturũ, ſed nihilominus minus accipit. Caſus ita fingendus eſt, non vt duo illi nepotes fuerint, vnus emancipatus, & alter in poteſtate, vt in ſuperiori verſu, ſed vtrumque in poteſtate aui permanſiſſe, & cum eis patrem concurriſſe, ex edicto de coniungendis cum emancipato liberis eius. Quæ ſententia euincitur ex illo verbo *concurrente* iunctis, quæ *ſupra* dixi *n.16.* & ex purificatione amborum nepotum, & propria deciſione Conſulti, vbi vtrique nepoti datur quod habeat minus. Quæ omnia ſuadent, vtrumque in poteſtate fuiſſe, & cum eis concurriſſe patrem: nam aliter non poterat nepos minus accipere, ſi erat emancipatus, nec poterat concurrere cum patre; ſed excluſus manebat *l.1.§.ſi pater 6.de coniungen. iuncta l.cum emancipatus* 13.*§.ſi pater* 2. *D.de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* †
Iuxta quam hypotheſim ſeries, & mens Vlpiani eſt, 20
ſi ſit filius in poteſtate, aliuſque emancipatus, & duo nepotes, alius emancipatus, alius non, patruum ex tribus partibus factis, tertiam iſtis debere conferre, ad quam cum ſuo fratre nepos emancipatus admittitur. Verum ſi pater non eſſet mortuus, nepotibus tamen in poteſtate aui manentibus, ſi cum eis concurreret pater, tunc minus accipiunt ex collatione nepotes, quam patruus. Ratio dubitandi fuit, quod ſi nepos emancipatus in primo caſu, propter nepotem accipit, ſic debuit pater in ſecundo propter eoſdem accipere: atque ita cum multiplicarentur perſonæ, & portio eis
aſſignanda tertia, maior eſſe debebat. † Ea autem non 21
obſtante ratione ait, imò illo caſu minus accipere nepotes. Ratio eſt, nam cum ita diuideretur hæreditas, vt pater cum filiis in eadem tertia parte concurrat *d.l.1.§ inter ipſum, verſ. ſed ſi ſit, d.l.13.§.ſi pater*, minus accipiunt, quam patruus: nam ille patruus ſolus habet ſuam portionem tertiam, non communicatam cum aliis, non verò nepotes, qui ſuam cum patre communicant. In primo caſu ſoli nepotes accipiunt, & tertia inter duos diuiditur, ſoli accipiunt, & conſequenter plus, quam ſi concurreret pater cum tertia, quæ inter duos diuidebatur tunc, diuiditur inter tres: nam ad vnam tantum pater cum filiis vocatur, & ita cũ addita alia perſona nõ augeatur portio, minus nepotes accipere certũ eſt. † Neque obeſt, quod nõ debet eſſe me- 22
lioris cõditionis emãcipatus nepos in primo caſu, quã in ſecundo nepotes in poteſtate. Quoniã reſpondendum eſt, quod cum in primo caſu emancipatus nepos concurrat cum nepote in poteſtate, in maiorem portionem vocantur, quia ipſe licet ex ſua perſona non poſſit, ex fratris tamen coniunctione poteſt. A

in

in ſecundo caſu additur alia perſona, ſcilicet pater
eorum: vnde non eſt mirum, ſi coacta ratione dica-
mus, hoc minus accipere, quam acciperent, ſi non
concurreret. Hæc in tanta difficultate occurrebant.
Paratus ſum, ſi alius meliorem interpretationem at-
tulerit, hanc delere.

23 *Sed* his colophonem addere libuit, tum, & propter
tractatus ſimilitudinem, tum & propter eundem
Scæuolam, qui non minus obſcurus eſt *in l. ſi filius* 10.
*de collationib.* docens, quod ſi filius fuerit hæres inſti-
tutus, & emancipatus petierit contra tabulas, filio in
poteſtate non petente, minimè ex edicto eſſe confe-
rendum. Verùm cum iniuria inde naſcatur, adhuc
24 emancipatum eſſe ad collationem vrgendum.† Quo
reſponſo mouentur Bart. *n.*3. Caſtren. *n.*4. Gilchen.
*n.*27.*in l. ſi emancipati. C. de collatio.* vt exiſtiment, iure
antiquo inter eos, qui diuerſo iure ſuccedant, non eſſe
locum collationi. At certum eſt in ſupradicta ſpecie
emancipatum iure honorario, filium verò Iure ciuili
ſuccedere. In quam opinionem coniurant Cuiac. 6.
*reſponſ. Papin. in l. pater 6. de collat.* docet Gilchen. *in l.
poſthumo n.*1. *&* 2. *C. de collat.* Petr. Greg. *lib.*46. *ſyntag.
c.*8. *n.*28. Pichard. *tract. de collatio. art.*2. *n.*17. & Anton.
25 Fab. *de error. dec.*40. *error.*10. † Qui ad *d. l. ſi filius* reſ-
pondent. Scæuolam cæteris I. C. antiquiorem fuiſſe,
qui floruit pene ante Imperatorem Marc. Aurelium,
vt tradit (ex aliis, vt ſolet) Oſuald. 8. *Donel. c.*3. *lit.
D*, Duaren. *in l.*122. *de verb. oblig.* Cuiac *in Scæuol.* Pi-
chard. *in l. Gallus c.*4. *n.*5. At Papin. Auctorem *d. l. pater*,
vbi contrarium probatur, vixiſſe ſub Seuero, & Ca-
racalla, vt patet: vnde credendum non eſt, Scæuolam
poſteriorum ſcripta correxiſſe; ſuauius ne an violen-
tius fecerit Ant. Fab. dubitarem, qui Alexandrum imi-
tatus cum vera huiuſce rei principia intra nodos ab-
ſcondita reperire noluiſſet, ſecurius inuenit arrepto
gladio, affirmans Interpretes fuiſſe deceptos, cum
verba illa, *& magis ſentio, vſque in finem* Triboniani
pannum vociferent. Sed hæc minime ferenda ſunt,
imò aſſero, inter diuerſos iure ſuccedentes eſſe colla-
tionem, vt *in d. l. ſi filius* aperte docemur, ſi emacula-
tam Florentiæ litteram retineas, & in *d. l. ſi emanci-*
26 *pati*: & tenent relati à Fachin *lib.*5. *controu. c.*77. † Et
tamen ratione motum Scæuolam exiſtimo, vt colla-
tionem ex edicto denegaret, quia filius in poteſtate
fuit heres ſcriptus à patre in teſtamento, ex quo cum
adiuit hæreditatem, nec voluit pro ſua parte petere
contra tabulas, collatio ceſſabat, quæ tantum habet
locum in ſucceſſione ab inteſtato *l.*4. *d. l. ſi emancipati.
C. de collat.* cui locus non aperitur ex petitione bono-
rum poſſeſſionis contra tabulas emancipati, ſiquidem
teſtamentum non reſcinditur per eam; ſed manente
cauſa teſtamenti, reſpectu iudicij, & diſpoſitionis, reſ-
ciſſio interuenit *l.*1. *§. ita autem. D. ſi tabul. teſt. nulla
ext. l. qui autem* 6. *§. hoc edictum D. ſi quis omiſſa cau. l. ſi
duobus* 14. *D. de contr. tabul.* not. Coſta *in §. & quid ſi
tantum* 3. *part n.*120. Pichard. *in §. ſunt autem. n.*5. *ff. de
bon. poſſ.* Ben. Pinell. 2. *ſelect. c.*3. *à n.*13. itaque cum filius
adierit teſtamentumque ſuſtineatur, recte ex edicto
Scæuola collationem excluſit, ad quam filius in pote-
ſtate, emancipatum non potuit cogere. Sed cum edi-
ctum refragetur, quomodo potuerit inducere colla-
tionem I.C. in difficili eſt. Non admitto quod ex men-
te Cuiac. *in rub. Cod. de collationib.* traditur in his
ſcholis.

Verius dicerem I. C. inde ratiocinaſſe, quia cum 27
filiusfamilias inſtitutus integram hæreditatem patris
obtineret, afficitur iniuria, emancipato petente, &
auocante dimidiam partem hæreditatis. Quod ſigni-
ficant illa verba, *vt quemadmodum pro parte retinet
iure eo, ita, & conferre ei debeat*, vt de emancipato ac-
cepta, hunc ſenſum exprimant, vt ſicut aufert pro
parte hæreditatem, ita, & pro ea parte conferat. Ne-
que ad rem facit, quod hæres eſt ex teſtamento, nam
adhuc vrget iniuria, admiſſo ità emancipato, qui
optimè ob id conferre compellitur. Neque obſtat ſi
inſtes cum Fabro, Scæuolam non potuiſſe contra
edicti verba, collationem inducere, ſiquidem reſpon-
deo, ius nouum non induxiſſe Scæuolam, quod, & ſi
vellet non poſſet, vt dico *infra lib.*2. *c.*2. *n.*52. ſed tan-
tum edictum declaraſſe, hoc modo. Edictum, cum ab
initio collationem admitteret fratres propter iniu-
riam, qua filijfamilias afficiebantur, compulſi ſunt
conferre. Conſiderauit ergo I.C. adhuc iniuriam ean-
dem vigere (in hac ſpecie) quæ fuit cauſa collationis:
& ideò rectè ex æquitate ad collationem compellit
emancipatum. Quoniam, & ſi deficiant verba, non
deficit intentio edicti, quæ ſemper fuit, vt omnis in-
iuria à filiisfamilias arceretur † Nec mirum eſt, vt I.C. 28
mentem magis, quam verba ſequatur, cum quoties
lege aliquid introductum eſt, cætera quæ tendunt ad
eandem vtilitatem interpretatione I. C. aut iuriſdi-
ctione ſupplebantur *l. nam vt ait* 14. *ff. de leg.* & ita
multoties feciſſe apparet ex his quæ ſubiicio *lib.*2. *c.*2.
*n.*51. *&* 52. Quia id dicitur eſſe in legis verbis, quod
ex eius mente deducitur, vt notat Gothofred. *in l.*29.
*&* 30. *de legib.* Pichard. *in princ. Inſtit. de adquiſit. per
adrogat. n.*22. facit *princ. Inſt. de legit. patron. tut.* & ita
ſenſerunt Bart. Cagnol. & alij *in dict. iur.* † Papin. vero 29
*in l. pater.* 6. *de coll. dot.* loquitur quando filio hærede
inſtituto, filia exhæredata egit de inofficioſo, & à
fratre dimidiam auocauit, quo caſu emancipatus
non confert filiæ in poteſtate, quia adhuc ſuſtinetur
teſtamentum, ſiquidem libertates in eodem relictæ
ſuſtinentur *l. iudicatæ* 29. *de excep. rei indic.* quæ aliàs
non competerent *l. Papin.* 8. *§. fin. de inofficioſ.* vt no-
tauit Accur. *in d. l. pater*, & Bart. *n.*2. & ſi Anton. Fab.
*d. error.*10. *n.*4. *&* 6. aliter intelligat. † Quibus coniu- 30
ges *l. nec ipſa* 7. *de coll. dot.* vbi filia non confert dotem,
quia diuerſo iure ſuccedit. Quæ ratio eſt accipienda
iuxta *d. l. pater*, vbi cum non detur collatio, quia ex
teſtamento ſucceditur, ſubiungit Paulus, vt ſicut filia
in dicta ſpecie, non confertur, ita nec ipſa dotem
conferet, quæ fieret deterioris conditionis. In iure
enim leges prioribus annectuntur, quæ earum, id eſt
præcedentium, ſententiam, vel ampliant, vel li-
mitant.

# D. FRANCISCI DE AMAYA IC. ANTIQVARIENSIS,

## E' Collegio Maiori Conchenſi, & Codicis Cathedræ Salmanticæ in Academia Anteceſſoris Obſeruat. Iuris,

## *LIBER SECVNDVS.*

### CAPVT I.

De poſtliminij fictione, & an matrimonium captiuitate interruptum, eo reſtituatur, ad interpretationem variorum iurium.

SVMMARIVM.

1 *Romana virtutis breuiuſcula laudatio.*
2 *Ratio introducendi poſtliminij.*
3 *Fictio poſtliminij qua? vnde dicta, & qua iura de ea egerint, remiſſiuè.*
4 *Vſucapio interrumpitur per captiuitatem.*
5 *Quare poſtliminio non fuerit reſtituta vſucapio,* & num.6.
7 *Proponitur explicatio* l. non vt à patre, & l. cum duæ de captiuis.
8 *Nulla ratio differentia videtur poſſe dari, inter ea qua ſunt facti, aut iuris, in poſtliminio.*
9 *Ratio Cuiac. & aliorum quare non contineatur matrimonium in poſtliminio,* & numero 11. & 12.
10 *Reſponſio eorum ad* l. vxores de diuortiis.
13 *Poſſeſſio amittitur, quoties ſi velimus, eam repetere non poſſumus,* & n.14.
14 *Vera ratio quare matrimonium non continetur in poſtliminio,* & n.18.
15 *Interpretatur* l. illa 32. §. 1. de hær. inſt.
16 L. ſi quis poſthumos 9 §. ſi filium, de lib. & poſth. *expl. nouè contra Ant Fab.*
17 L. in eo iure 45. §. fin. de ritu nupt. & numero 21.
19 *Quare captiuitas ſoluerit matrimonium,* & n.22. & 23.
20 *Matrimonium eſt diuini, humanique iuris communicatio.*
25 *Obligationes continentur in poſtliminio, licet proueniant ex contractibus, qui ſunt facti.*
26 *De Iure Canonico ſeruus contrahit matrimonium.*
27 *Cuiac. & aliorum emendatio ad* dict. l. non vt à patre, & dict. l. vxores, & num. 28. 29. & 31.
30 L. ſi filius 11. de rit. nup. *explic.*
32 *Taxatur Briſonij ariolatio circa* d. l. vxores.
33 *Quare interrupto captiuitate matrimonio, non poſſunt vxores captiui nubere,* & n.34.
35 *Pœna diuortij mulier tenetur, ſi nubat intra quinquennium, & qua pœna,* & n.41.
36 *Quare diuortio dirimeretur matrimonium, remiſſiuè.*
37 *Diuortia fiebant aut bona, aut mala gratia: Roma frequentiſſima,* & n.38. 40. & 44.
39 L. vir mulieri. de donat. inter.
42 L. ſi filia 5. de repud. & diuor. & l. filia 60. ſol. matr. & l. Lucius 8. ff eod. & n.43.
44 *Plura de diuortij ſolemnitate, & cauſis.*

ROMANI, quibus nullæ aliæ gentes, & 1
pacis, & belli artes melius calluerunt, vt
ſuos ad virtutem bellicam excitarent, &
vt magnitudinem illam animi, quæ fuit
penè ſupra mortales in viris mortalibus,
magis augerent, (quam omnes ferè ſtupuerunt gen-
tes, vt obſeruat Iuſtus Lipſ. *de magnitud. Rom. lib. 1. c. 2.*
Cerda *in Virg. lib. 6 Æneid. verſ. 777. num. 9.*) & vt
pugnando pro patria, pulchram magis peterent per
vulnera mortem, quam infami fuga ſigna desererent.
† Iura militum Ciuium, qui in hoſtium poteſtatem 2
deuenerunt duplici fictione conſeruarunt. Quarum
vna eis fauebat, qui patriam, & limina Imperij, poſt
captiuitatem reuerterentur, ita vt iam reuerſi in Ciui-
tate ſemper crederentur fuiſſe, neque vnquam in ca-
ptiuitate manſiſſe, qua cum ſeruus hoſtium efficiatur,
*l. item ei 14. ff. ex quibus cau. maior. l. adeo. 7. de acquir. rer.*
*dom. l. hoſtes 24. ff. de cap.* dum eſt in captiuitate ciuis,
pendent iura captiui omnia, & ipſi reuerſo reſtituun-
tur † Quæ fictio poſtliminij dicta eſt, cuius originem, 3
& ethymon tradit Iuſtin. *in §. ſi ab hoſtib. Inſtit. quibus*
*mod. ius patr.* & de ea agunt in multis iuris articulis
Iure Conſulti, vt videre eſt *in l. 1. §. ſi pendeat ff. ad S.C.*
*Macedonianum l. pen. de liberis, & poſth. l. illa 32. §. 1. de*
*hared. inſt. l. pen. de ſuis, & legit. l. ſi is qui pro empt. 15. l.*

*iuſto*

iuſto 43.§.final.de vſucap.l.impuberem 22.§ 1.ff.ad legem Cornel.de fal.eoto tit.ff.de capt.& C.de poſtliminio reuerſis cū aliis quæ conſultò omittimus,docent latè Doctores in d. §. ab hoſtibus. Cuiacius in l. Denique ff.ex quibus cau.maior.lib.3. quæſt. Papin. Duaren.ad tit.de vſucap. cap.8.Connanus lib.3.comment.cap.14. Pet. Gregorius lib.20.ſyntag.c.5.Ant.Fab.in iuriſprud. titul.11. princ.7. & ſequent.Oſualdus ad Donell.lib.2.cap.26 littera B.& lib. 4. cap. 21. littera F. & nouiſſimè poſt hæc ſcripta eleganti, doctóque ſermone vidimus de huiuſce rei argumento conſcriptas paginas apud D. Malch. de Valentia illuſt.tract.lib.1.tract.3.cap. 5.& ſequentibus, & noſtrum Præceptorem Ant. Pichard.in lect.de vulgar.c. 23. Altera fuit legis Corneliæ, de qua dicemus ſeq.cap.

4 Verum, & ſi omnia iura ſua, captiuum reuerſum, recuperare diximus, nihilominus tamen, ſi aliquis rem à non domino emptam vſucapiens, captus ſit ab hoſtibus, ita interrumpitur vſucapio, vt ſi ibi decedat, hæredi eius non proſit cœpta vſucapio, cum neque item idem ipſi reuerſo, d.l.ſi is qui pro emptore; interrumpitur enim vſucapio captiuitate, quæ cum captiuum ſub alterius conſtituat poteſtate, nihil poteſt poſſidere,qui ab alio poſſidetur,l. cum hæredes 23. §.1.l.qui vniuerſas 30.§. item quod mari, de acquir. poſſ. l.ſic eueniet 21 ff.de adulteriis cum ſine poſſeſſione vſucapio non procedit l. ſine 25.iuncta l. 3. ibi: per continuationem, de vſucapion.obſeruant Bart. Caſtren.& reliqui in d.l.ſi is qui,Ant.Fab.d.tit.11.princ. 8.illat. 18.

5 † Sed quare poſtliminio reſtituta non fuerit vſucapio, apud antiquos difficile fuit dictu. Nouiores autem eam veram rationem tradiderunt, quam aſſignat Papin. in d.l.denique. Quod cum poſſeſſio magis ſit facti, quam iuris l.1.§.ſi vir ff.de acquirend.poſſeſſ.l.1. §. Scæuola ff ſi is qui teſt.liber. cum traditis à Donello dict.lib.5.commn.cap.6.vbi Oſualdus littera C.Pichard. in princ.inſtit.de interdictis tract.de poſſeſſ.art.2.num.47. Ant. Fab. in rationali ad d.l.denique, cauſa facti non continetur poſtliminio l.in bello 12.§.facti de captiuis: atque ita hac fictione inducta, iuris poteſtate fieri nequit, vt ad ea quæ facti ſunt pertineat, quia ſolum illæ cauſæ continentur poſtliminio, quæ iuris ſunt, vt dominum, iura, actiones, patria poteſtas, libertas, & ciuitas, cum poſtliminij effectus in eo totus ſit, vt iura quæ captiuus in poteſtate habuit, prius quam caperetur, ſalua & integra reſeruentur,
6 dict.l.illa §.1. † Vnde cum per captiuitatem fuerit poſſeſſio animo, & corpore amiſſa, (quæ ad poſſeſſionem acquirendam concurrere neceſſariò debent l. quemadmodum 8. de adquirend. poſſeſſ. vbi Gifanius num.1.Donel.& Oſuald.dict.lib.5 cap.8.& 9. Pichard. in § item extraneus num.fin. inſtit. de hæred qual.) animus nempe deeſt, cum ſuſpicetur captiuus, ſe amplius ingredi non poſſe; corpus quoque deeſt, vt patet l. quod meo 18.§.final.l peregrè 44.§. quibus d. l. cum hæredes,§.de adquir.poſſ. Illa autem quæ ſine apprehenſione, nouóque facto re adquiri non poſſunt, merito poſtliminio non potuerunt conſeruari, at in iure conſiſtentia per ſe ſubſiſtunt, & ideo in ſuſpenſo eſſe poſſunt, non vero, quæ amiſſa, & perdita ſunt, vt poſſeſſio. Quam rationem præſenſit Bart. in d.l.ſi is, qui pro empt. numero 1. Cumanus num. 10. Iaſon.numero 103.Bologn.16.Ant. Fab.Cuiac.in dict. l.cum hæredes, §.1.Connan.lib.3.cap. 14. numero tertio, & quarto.

7 Ex quo difficilis redditur traditio Pauli, & Pomponij in l.non vt à patre 8.& in l.cum duo 14. ff.de captiuis. Qui docent captiuitate vxorem amiſſam,poſtliminio non reſtitui. Idem traditur in l.in bello 12. §. ſed captiui ff.illo tit. l. in eo iure 45. §. fin. de ritu nupt. l.1.l.vxores 6.ff.de diuort.l.ſi ab hoſtibus 11.ff.ſolut. matrimon. † Quod videtur aduerſari iis, quæ ſuprà diximus, nam nulla ratio differentiæ dari poteſt in matrimonio, ac in patria poteſtate, & reliquis quæ in iure conſiſtunt, ſiquidem, & actiones ex contractibus prouenientes, non contineretur, in quibus eadem videtur militare ratio ac in matrimonio: & dominium ſimiliter non contineretur, cum ad illud conſequendum traditione opus ſit, & aliis rebus,quæ conſiſtunt in facto, l. traditionibus, C. de pactis. Et ſi verè matrimonium non contineretur poſtliminio, nec robur aliquod haberet, & illud, quod cum liberta patronus contraxit ob eandem rationem. Hoc tamen negat Conſultus in dict. l. in eo iure §. fin.
Quam difficultatem eneruare contendunt Cuiacius 9
nouella 22.Ant.Fab.d.princ.8.illat.8. & Barboſa in rubrica D.ſoluto matrimon.2. part. numero 63. aſſerentes non conſeruari matrimonium propter poſtliminium, ſed cum totum pendeat ex coniugum voluntate, & conſenſu (quæ voluntas, & conſenſus in facto quodam conſiſtere videntur, arg l.conſilio §. final.de curat. furioſ.) Si ſemel per captiuitatem diſſolutum eſt matrimonium, l.ſi quis ſic 56.D.ſolut matrimon. quamvis ab hoſtibus redierit maritus, non tamen niſi ex nouo conſenſu redintegrari poteſt, argum.dict.leg. cum hæredes §. 1. & cum facti ſit, idem admittendum erit quod de poſſeſſione diximus,quia facto ea in re opus eſt, ſicut & iure, ad ea verò quæ facti ſunt, non poteſt fictio poſtliminij pertinere dict.l in bello §.facti d.
l.denique. † Neque obſtare aiunt l.vxores, de diuor- 10
tiis, dum probat vxorem captiui, niſi tranſacto quinquennio, non poſſe alias inire nuptias, atque ita videtur mero iure valere matrimonium, vt in auth. de nupt. §. ſed, & captiuitatis. Reſpondent etenim non negari ibi vxori captiui, mero iure competere facultatem celebrandi alias nuptias, cum per captiuitatem reuera fuerit diſſolutum matrimonium: ſed tantum dici, quod ſi hæc vxor captiui aliud ineat matrimonium ante quinquennium, incurrat eas pœnas, quas incurreret, ſi cum marito libero diuortium fecerit ſine legitima cauſa. Itaque durat matrimonium cauſatiuè, vt mulier metu pœnarum alteri non nubat, non quia vere non potuerit, ſed quia inſtante pœna mulier ab alterius conſortio retrahetur, docet Socin.Iun.quem ſequitur Barboſa ſuprà.

Verum quamvis hæc vera videantur, mihi ta- 11
men non placet dicere, poſtliminio non contineri, matrimonium, quia facti ſit conſenſus, quem non poteſt ſuſpendere poſtliminium;nam quemadmodum in quolibet contractu, ita & in matrimonio iudicandum eſt. Si verbi gratia ego emerem rem aliquam,& poſtea apprehenderem poſſeſſionem; captiuus ſolum amitto poſſeſſionem, non verò dominium, ad quod reuerſus nullo adminiculo opus eſt, vt contingit in poſſeſſione, quæ requirit corporale factum apprehenſionis: ita, & in matrimonio datur conſenſus coniugum, per quod transfertur veluti dominium, deinde ſequitur concubitus maritalis, qui eſt veluti poſſeſſio l nuptias D.de regul.iur vinculum matrimonij impoſſibile eſt, quod in facto conſiſtat,alias diceremus, poſtliminio non contineri dominium, cum in eo acquirendo voluntas, & conſenſus interuenire debeat (§.per traditionem, Inſtit. de rerum diuiſione l. id quod noſtrum de regul iur.iuncta l. ſi tibi homo 86. & l. cum ſeruus de leg. 1.) quæ in facto conſiſtunt. Vnde conſtat matrimonium debuiſſe eodem modo, ac dominium poſtliminio contineri, itavt nouo conſenſu opus non ſit, quemadmodum non eſt neceſſarius in
dominio. † Nam conſenſus ille, qui in matrimo- 12
nio contrahendo interceſſit, nunc non eſt neceſſarius, quando perfecit vinculum, alias diceretur, ex ipſo quod coniuges diſſentirent, iam matrimonium non eſſe, quod falſum eſt,l quidquid 48. de regul.iur. cum requiratur, vt diuortium fiat bona gratia, &

cum ſolemnitate *l. nullum 9. de diuort.* vt dicemus *infrà*. Neque item neceſſarium eſt, hunc conſenſum ſæpius repetere, ſufficit namque interueniſſe prin-
13 cipio contractus. † Quod in poſſeſſione contra eſt, quæ tunc amittitur, quoties ſi velimus eam repetere non poſſumus *l. 3. §. Neruæ 13. l. ſi rem 47. de adquir. poſſeſſ.* cum in corporali apprehenſione conſiſtat, *leg. quemadmodum 8. l. clam. 6. in fin. de adquir. poſſeſſ.* matrimonium autem adhuc durat, dum tamen non intercedat diuortium, quia vinculum, quo ſuſtinetur in iure conſiſtit, ſicut dominium.

14 Quare vera ratio huiuſce rei eſt, quoniam inter modos diſſoluendi matrimonij, præcipuus eſt ille, qui ex captiuitate contingit *l. 1. de diuortiis*, *l. ſi quis ſit 56 D. de ſolut. matrimon.* atque ideò cum ipſum per ſe ſit diremptum, non eſt mirum ſi non redintegretur, niſi nouus conſenſus interueniat. Ea continentur in poſtliminio quæ poſſunt ſuſpendi, non quæ per ipſam capacitatem rupta, & finita ſunt. † Quo-
15 modò eſt intelligendum quod ait I. C *in l. illa 32. §. 1. ff. de hæred. inſt.* ibi, *Quia iure poſtliminij omnia iura ciuitatis in perſonam eius retinentur, non abrumpuntur.* †
16 In quam quoque rem expendo Paulum, qui hinc venit interpretandus *in l ſi quis poſthumos 9. § ſi filium D. de lib. & poſth.* ibi, *Quod moriente auo ius pependerit non abſciſſum, vt in ſuperiori caſu.* Quæ verba alias obſcura, mutare litteram coëgerunt Antonius Faber *lib. 10. coniect. cap. 12. & in Iuriſprud. tit. 11 princ. 7. illat. 1.* & Hotman. *lib. 1. obſeru. cap. 15.* Sed meo indicio hunc ſenſum ſine corruptione habent. Auus exhæredauit filium, præteriit nepotem, inſtituit extraneum, ante aditam hæreditatem mortuus eſt filius. Quæritur an nepos rumpat. Iulianus, & alij negant rupturum. Diuerſum quæſſe Paul. ſi filius in hoſtium poteſtate ſit, & in eodem ſtatu deceſſerit, quia hoc caſu nepos rumpet. Ratio eſt *quod moriente auo, filij ius pependerit.* Hæc verba non ſunt referenda ad captiuum, ſed ad nepotem, quaſi dicat *filij ius* in nepote pendebat, vt *in §. ab hoſtibus ibi, vis liberorum. Inſtit. quib. mod. ius patr. l. apud 9. ibi filij iura D de capt.* pendebat itaque, an occupare poſſet, vel non primum ſuauitatis gradum, iura filij, & ſuauitatis conſequi, an eſſet ſuus, hoc eſt *filij ius*, ſicut dicitur *ius ſui in l. 1. § ex his D. de liber. agnoſ.* hoc itaque in caſu ſpes illa occupandi primum gradum, & *filij ius*, id eſt, ſuauitatem non erat abſciſſa ſed pendebat, & adhuc non erat abſque ſpe nepos, tempore mortis aui, vtæ in ſuperiori caſu quo erat præceſſus à patre.

17 Deinde expendo *dict. l. in eo iure 45. §. fin. de rit. nupt.* vbi etiam ſi captiuus ſit patronus, non ſoluitur eius, & libertæ matrimonium. Ergo ſi contineri regulariter poſtliminio poſſet, ſuſpenderetur dum captiuitas durat, ſiquidem ob ſpecialem rationem reuerentiæ patronalis, in eo caſu ſuſtinetur, vnde ex ſua natura non potuit in captiuitate pendere, ſed aut debuit conſiſtere, & valere, aut abrumpi, in quo me-
18 dium non potuit interuenire. † Hinc iam conſtat matrimonium non contineri in poſtliminio, quia ipſa
19 captiuitate ſoluitur, & finitur. † Quare autem captiuitas illud ſolueret, tradit *Iuſtin. nouell. 22. quæ eſt Auth. de nuptiis §. ſed & captiuitatis, & §. ſi vero ab initio, collat. 4.* quia ſeruitute ſemel ſuperueniente alteri ex coniugibus, fortunæ inæqualitas, æqualitatem ex nuptiis manere non ſinit, & cum per captiuitatem quis efficiatur ſeruus, ius ciuile ſeruorum non admiſit matrimonia, *dict. nouell. 22. §. ſi verò ab initio l. Lucius 27. D. depoſiti l. Proculus 67. D. de iure dotium l. 3. l humilem 7. Cod. de inceſt. nupt.* tradit Cuiacius *ſuprà* Barboſa *dict. 2. part. numero 71.* Ant. Fab. *in iuriſprud. tit. 9 princ. 3. illat. 2. & 3.* Pichard. *in princ. inſtit. de nupt. numero 5.* atque ita contingente captiuitate, tanquam ſi mors interueniſſet, matrimonium fuit diſſolutum, quoniam ſeruitus mortalitati comparatur, *l. ſeruitutem 209. de Reg. iur.* & ideò, ſi ſeruus pœnæ efficiebatur aliquis ex coniugibus ſoluebatur quoque matrimonium, *dict. nouell. 22. §. quod autem prius l. res vxoris 24. C. de donat. inter* obſeruat Pet. Greg *lib. 9. ſyntag. cap. 15. numero 7. & 8.* † Et 20
cum ſit matrimonium omnis vitæ, diuini humanique iuris communicatio *l. 1. de ritu nupt.* & coniuges ſocij ſint diuinæ, humanæque domus *l. 4. C. de crim. expil. hær.* iunctis quæ circa earum explicationem ſcripſerunt Connan. *lib. 8. commun. cap. 4.* Donel. *lib. 13. cap. 21.* vbi Oſuald. Cuiac. *ad tit. C. de nupt.* Ant. Fab. *dict. tit. 9 princ. 3. illat. 14.* & Pichard. *de nobilit. communic. numero 15. & 18.* conditionis quoque æqualitatem requirit, alias non poſſet fieri illa communicatio cum ſeruo. † Ob idque adhuc retinetur ma- 21
trimonium inter patronum captiuum, & libertam *dict. l. in eo iure 45. § final. de rit. nupt.* quia illa ratio inæqualitatis, tunc non potuit ita habere locum, cum reuerentia patronalis eam excludat. † Sed obſtat, 22
poſtliminio patriam poteſtatem contineri, & tamen in ea requiritur, vt etiam paterfamilias ſeruus non ſit. Cui ſcrupulo ſatisfacies ſi dixeris, eam inæqualitatem clarius, & apertius verſari in indiuiduitate vitæ, quæ in matrimonio adeſt, quam in ea, quæ datur inter filium, & patrem, cum illa ſit perpetua ſemper, hæc autem ad adquirendum tantum habet locum, *l. final. Cod. de impub. l. placet 79. de adquirend. hæredit.*

Neque item obſtat, quod de dominio conſidera- 23
uimus *ſuprà*. Cum longè diuerſa ratio in eo militet, ac in poſſeſſione, quod attinet ad poſtliminium: quoniam, & ſi poſſeſſio apprehenſa iam in iure conſiſtat, *l peregre 44. ibi, ius poſſeſſionis, de adquirend. poſſeſſ.* quo caſu à dominio non differt, eodem modo, & cùm apprehenditur, licet tunc in facto conſiſtat, aſſimilatur dominio, quod mediante traditione transfertur. † Nihilominus tamen quamvis poſſeſſio plu-
rimos effectus ex iure mutuetur, id etiam poſt apprehenſionem procedit, cum tandiu animo retineatur, quandiu corporalis poſſeſſio repeti poſſit, *d l. 8. §. Nerua, cum ſupra allegatis, de adquirend poſſeſſ.* & hæc eſt facti, & deperditur captiuitate. † Sic etiam obli- 24
gationes ſunt iuris *princ. de obligat.* & tamen naſcuntur ex contractibus, qui ſunt facti *dict. l. conſilio §. final. de cur fur.* ita, & dominium licet ex traditione proficiſcatur in iure conſiſtit, & ad poſtliminium pertinet, quoniam iam ad ſui perfectionem nihil aliud 25
requiratur corporale neque facti. † Hodie tamen 26
quæ de matrimonio diximus apud Catholicos non obtinet, cum attento Iure Canonico ſeruus poſſit contrahere *cap. 1. de coniug. ſeru.* & vxor captiui, aliud viuente marito, non poſſit inire matrimonium, niſi certa ſit de morte viri, *cap. in præſentia 19. de ſponſal. cap. 2. de ſecund. nupt.* notat Thom. Sanch *de matrimon. lib. 2. diſput. 46 & 47. & lib. 7. diſp. 19. num. 12.* Gutier. *eodem tract. cap. 51 per tot. & lib. 2. pract. quæſt. 7. & 8.* Barboſa *ſuprà n. 71.* Cened. *collect. 171.*

Hinc iam ex *ſuprà* dictis deſcendit, cauendum 27
eſſe à Cuiacio *d. nouel. 12. paululum poſt princ. & lib. 62. digeſt.* Iulia. *in d. l. vxores 6 de diuort.* Anton. Fab. *ſupra illat. 8.* qui aiunt *in d. l. non vt à patre*, illa verba *per conſtitutum tempus* Triboniani eſſe, & *in d. l. vxores*, ſententiam Iuliani, Triboniani manu fœdatam. Quod etiam ſentit Goueanus quoque, & Briſſon. *de iure connub. verbo, ait lex quandiu volet, pag. 41.* qui eidem aliquid fermenti eſſe inditum credibile cenſet. Rationes eorum ſunt, quod eadem ſententia exprimatur à Iuſtin. *d. nouell. 22.* & verba non redoleant ſtylum Iuliani præcipuè illa, *& generaliter diffiniendam.*

Sed adhuc facilis erit contra ſupradictos litteræ 28
vulgaris

vulgaris defenſio. *Primò* quoniam Iuſtin.*d.nouell.22.*
*ſed etiam captiuitatis verſ. ſi verò.* præſcriptionem il-
lam quinquennij, quam concedit coniugi, vt nu-
bere poſſit, quando incertum eſt, an viuat vel non
captiuus, ait, ita à præcedentibus connumeratum
fuiſſe in matrimoniis, quæ bona gratia diſſoluebban-
tur, ergo ſi ante ſua tempora fuit ita obſeruatum, eui-
dens eſt tempore Iuliani quinquennium præſcriptum
fuiſſe illo caſu. Comprobat idem Iuſt.ibi. *Nos quo-*
*que in hoc conſentimus*, iuri nempe antiquo, non à ſe
noue introducto ſe conformans.

*Secundò*, non eſt inſolens in his articulis, qui ad
29 captiuorum, & abſentium iura pertinent, huiuſmodi
temporum præſcriptio, provt videmus *in l.vxor.Cod.*
*de repudiis l.ſi nepos*, 9.§.*fin.cum leg.ſequentibus D.de*
*ritu nupt.*vbi filiofam.( qui aliàs niſi conſentiat pater
nubere non poteſt )conceditur triennium, intra quod
ſi pater non reuertatur, poſſit contrahere. In quibus
legibus etiam manus Triboniani animaduerti, ex ſuo
cerebro exiſtimat Cuiac. *ſuprà.* † Præcipuéque *in*
30 *l.ſi filius* 11. *de ritu nupt.* ( quæ eſt etiam deſumpta
ex Iuliano *lib.*62. *Digeſt.* ) ait illa verba vel *abſit vel*
*abſentia* inſerta eſſe, cum Iulianus de filio capto apud
hoſtes loquutus fuerit. Sed diuinare, etenim magnus
illi donat Apollo. Ridere non deſino criſim vero
acriſſimam iſtorum, qui diuinaculi ſemper leuiſſimis
innitentes fundamentis, omnia profanant. Ad rem
ergo Iulianus abſentiæ etiam caſum, & captiuitatis,
in illa re coniunxit, in vtroque triennum idem fuit
conceſſum *l.2.C.de repud.* cuius cum *l.2. Cod. de ſpon-*
*ſal.*contrarietatem diſſoluit Anton.Faber *in iuriſprud.*
*tit.9.princ.4.illat.*5.Thomas Sanchez *lib.1. de matrim.*
*diſput.*54.*tota.* † Vnde cum quinquennium *in d. leg.*
31 *vxores* ſit propoſitum, *conſtitutum tempus* vocatur à
Iure Conſulto *in d.l.non vt patre.* Pro vt vſucapionis
tempus ita dicitur *in l.3.de vſucap.l. 4.ff. pro ſuo, l. 2.*
*l.13.cum aliis illius tit.ff.quemadmod.ſeruit.l. Sticho 36.*
*ff.de vſufruct.legat.* Neque ad rem facit quod Briſſon.
*ſuprà* dicebat, nuſquam legi conſtitutum aliquod
tempus fuiſſe, & ideo in eo textu eſſe illa verba ſuſ-
pecta. † Nam imo ridiculus eſt Briſſonius dum
32 longum Quintiliani locum *declam.*347.adducit, vbi
huius temporis conſtituti non eſt memoria, quaſi in-
fallibile eſſet, ſi apud eum Auctorem non inuenire-
tur, falſum eſſe Tribonianum. Quintilianus vero
ibi non egit, niſi de duobus generibus diſſolutionis
matrimonij, morte ſcilicet, & diuortio, captiuita-
tem omiſit: dicéſne captiuitate non diſſolui matri-
monium, quia apud Quintilianum non eſt eius rei
mentio? ſi de captiuitate non egerat quomodo de hoc
conſtituto tempore, meminiſſet? † Sed pergamus,
33 & de præcipua Iuliani deciſione tractemus. Ait igi-
tur captiuitate interruptum eſſe matrimonium, ſed
non poſſe vxores captiuorum nubere. Quod ſine
exemplo non eſt. Mulier intra annum luctus non
poteſt, & ſi diſſolutum ſit matrimonium, aliud ini-
re *l.1.ff.de his qui not.infa.*iunctis iis quæ tradidi *lib.1.*
*cap.2.* cui adde Kirchman.*lib.4.de funerib.Rom.cap.*16.
& quæ ſine cauſa diuerterit, quæ non ſit ex conten-
tis *in l conſenſu* 8. *Cod. de repudiis* per quinquennium
priuatur ſpe potiundi matrimonij, vt *in d.l.conſenſus*
§.*hac niſi.* Ita etiam, & nubere non poſſunt donec
certum eſt in captiuitate eſſe maritum. † Ratio fuit,
34 captiuorum fauor, nam, quamvis poſtliminio non
potuit eorum matrimonium ſuſpendi, adhuc tamen
prudentiſſimè leges ſtatuerunt, vt omnimodo capti-
uorum calamitas adiuuaretur, ne & libertate de-
perdita, ſpe quoque dilectæ vxoris conſequen-
dæ priuaretur. Et ideò imagine quadam ſpei
retinebatur matrimonium, vt & ſi diremptum
eſſet, non defraudaretur illo ſolatio captiuus,
vt ipſe reuerſus vxorem iterum ducere potuiſſet,
nam ſpes tædium laboris excludit, & vt ait
Ouidius.

*Spes, etiam dura, ſolatur compede vinctum.*
*Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.*

Quæ deficeret ſi alteri ea nupſiſſet, & ob id poſtli-
minium, & ſi non potuit fingere, neque ſuſtinere
coniugium, adhuc tamen videtur ſpectare aduentum
captiui, & vxorem ad matrimonium iterum in eun-
dum præparatam habet. † Quod pœnis etiam in 35
contrarium fieri prohibuit, & ita inquit Paulus *in*
*dict.l.non vt à patre*: ſi voluerit mulier nulla probabi-
li cauſa interueniente, pœnis diſſidij tenebitur, id
eſt, ſi voluerit mulier alias contrahere nuptias, tunc
punietur, tanquam ſi mala gratia repudiaret, hoc
tamen non admittitur in alio caſu, quando incertum
erat, an viueret, & quinquennium exceſſerit à
tempore captiuitatis, tunc enim quaſi bona gra-
tia diſſoluto matrimonio, alij nubere impunè
poteſt.

Quod, vt explicetur aduerto, diuortio frequen- 36
quenter diſſolui conſueuiſſe matrimonium, vt *in l.1.*
*& per totum D.de diuortiis l.inter ſtuprum* 101.§.1.*l. in-*
*ter diuortium* 191.*de verborum ſignificatione l.1. & toto*
*titulo C.de repudiis*, ob rationes quas congerunt relati
à Couarruuia *de ſponſalibus 2. part. cap.*6.§.4. *num.* 2.
Barboſa *d.2. part. numero* 1. Thomas Sanchez *de ma-*
*trim.lib.10.diſp.1.per totam.* † Idque duplici modo 37
fiebat, primo *mala gratia*; quod erat quando vnus
ex coniugibus altero inuito, & ſine cauſa diuertebat,
*l.cum hic ſtatus* 32.§.*ſi diuortium* 10. *D.de donat. inter*
*l.ſi ſtipulatio* 19.*ſequenti l. Titia* 134. *de verb. obligat. l.*
*nec ab initio* 14.*Cod de nuptiis,l.2.Cod.de inutilibus ſtip.*
Eóque pertinet diſputatio, de qua *in l. ea quæ* 57.
*l. vitricus* 60. §. *fin. cum l.& ideo* 62.*D.de donat inter.*
Hoc Romæ ita paſſim frequentabatur. † Vt Seneca 38
noſter *lib.3.de beneficiis* hæc verba adiiciat, *Nunquid*
*iam vlla repudio erubeſcit, poſtquam illuſtres quædam*
*ac nobiles fœminæ non Conſulum numero, ſed marito-*
*rum annos ſuos computant, exeunt matrimonij cauſa, nu-*
*bunt repudij, tandiu iſtud timebatur, quandiu rarum erat,*
*quia verò nulla ſine diuortio acta ſunt quod ſæpè audiebant*
*facere didicerunt.* Sic etiam, & idem *epiſt.*114.*& de*
*prouidentia c.* 3.de Mœcenatis vxore Terentia agens
ab eo ait millies diuertiſſe. † ( Cui congruit ele- 39
ganter Iauolenus *in l.vir mulieri*,64. *D.de donat.inter.*
vbi Labeonis, & Trebatij reſponſum refert de di-
uortio, quod inter Terentiam, & Dæcenatem in-
terceſſerat: qui locus corruptus eſt, & pro *Dæcena-*
*tem*, *Mœcenatem* legi debet. ) † Et ad coniugia hæc 40
frequentia reſpexit Iuuenalis *ſatyra* 6. *verſ.* 225. de
coniugij calamitatibus diſſerens, & muliere im-
perioſa.

*Imperat ergo viro, ſed mox hæc regna relinquit,*
*Permutátque domos, & flammea conterit, inde*
*Auolat, & ſpreti repetit coniugia lecti,*
*Sic creſcit numerus, ſic fiunt octo mariti.*
*Quinque per autumnos, &c.*

Et Tertullian. *in Apologetico c.*6. ibi, *Vbi eſt illa fe-*
*licitas matrimoniorum de moribus vtique proſperata qua*
*per annos ferme ſexcentos ab vrbe condita nulla repudium*
*domus ſcripſit, nunc in fœminis præ auro, nullum leue eſt*
*membrum; repudium verò iam, & votum eſt quaſi ma-*
*trimonij fructus.* Et id feſtiuè notat Martialis *lib.* 6.
*epigramm.* 7.

*Aut minus, aut certè vix iam vigeſima lux*
*eſt,*
*Et nubit decimo iam Thelaſſina viro.*

Tradunt Lipſius *in notis ad Senecam dict. cap.*16. Bri-
ſonius *lib.ſingulari ad legem Iuliam verbo diuortia ſe-*
*ptem*, Borcoltem *in* §.*vxor tua Inſtit.de nuptiis*, Cerda
*in notis ad Tertullian.ſupra.* Eam ob cauſam Augu-
ſtus, vt Suetonius Auctor eſt *in eo cap.*34.cum crebra
matrimo

matrimoniorum mutatione vim legis Iuliæ eludi ſentiret, diuortiis modum impoſuit, & pœnam ſi
41 non ex lege fierent. † Pœnæ autem plures erant; nam mulieres ſine cauſa diuertentes mulctabantur amiſſione dotis, & donationis propter nuptias *leg. vxor* 7. *l. conſenſu* 8. §. *hæc niſi Codic. de repudiis* docet Boëtius *ad Topica Cic.* & ex Vlpian. & Paul. probat Connan. *lib.* 8. *comment. cap.* 12. *numero* 3. Cuiacius *in l. vnica* §. *ſileat ob liberos Cod. de rei vxoriæ act.* Gotho-
42 fred. *in d. l.* 19. *de verb. obligat.* † Vnde explicationem accipit diſputatio *l. ſi filia* 5. *D. de diuortiis l. filiæ* 60. *D. ſolut. matrimon.* quæ aliter non intelligentur, niſi eo tempore ſine cauſa diuertens amiſſione dotis
43 mulctaretur. † Quò etiam pertinet elegans ſpecies
44 de qua *in l. Lucius* 38. *D ſolut. matrimon.* † Bona autem gratia diuortium celebrabatur, quando fiebat propter aliquam cauſam rationabilem. Tres præſcripſit Romulus, quas tradunt relati à Barboſa *d.* 2. *part. in princ.* oportebat autem, vt valida eſſent diuortia, vt ex lege fierent, *l. penult. D. ad legem Iuliam de adulteriis l. vnica in fine D. vnde vir. & vxor.* & ideò certa forma, & ſolemnitate celebrabantur, de qua *in l.* 2. *l. nullum* 9. *D. de diuortiis*, quam ſolemnitatem lex Iulia introduxit, vt docemur *in d. l. vnica*, & explicat Cuiacius *lib.* 8. *obſeruat. cap.* 26. & Petrus Gregorius *lib.* 9. *ſyntagm. cap.* 15. *numero* 11. interueniebant autem ſeptem ciues Romani puberes præter libertum, qui diuortium facit, *dict. leg. nullum*, formula refertur à Cuiacio *in d. l.* 2. Martial. *lib.* 10. *epigram.* 41. Iuuenal. *ſatyr.* 6. Apuleius *lib.* 5. *metamorpho.* quos referunt id latè pertractantes Tiraquellus *poſt leges connub. gloſſa* 8. *numero* 2. Cuiacius *d. nouell.* 22. Reuardus *ad leges* 12. *tab. cap.* 21. *in fine* Petr. Greg. *ſupra* Antonius Fab. *in iuriſprud. tit.* 9. *princ.* 3. *illat.* 16. Hotm. *lib.* 13. *obſeru. cap.* 39. Demſter *ad Roſin. lib.* 5. *antiquit. cap.* 36. Magius *lib.* 2. *Miſcell. cap.* 15. Radulph. Forner. *lib.* 1. *quotidianarum cap.* 9. Thom. Sanch. *de matrimon. lib.* 10. *diſp.* 1. *numero* 2. & alij laudati à Barboſa *ſuprà*, apud quos quæ de diuortio bona gratia ab antiquis fuerunt ſignata, explicantur.

---

## CAPVT II.

### De altera fictione legis Corneliæ, lux data Iuliano *in l. lex Cornelia* 28. *D. de vulg ſubſtit.* & Papiniano *in l. pater inſtituto* 10. *ff. de captiuis.*

### SVMMARIVM.

1 *De fictione legis Corneliæ, de eius auctore, & quid in ea contineretur.*
2 *Iura, & Auctores de lege Cornelia.*
3 *Legis huius beneficium quoad teſtamenta captiuorum, in fictione conſiſtebat.*
4 *An fingatur captiuus deceſſiſſe præambula hora captiuitatis?* & n. 5.
6 *Iure Conſulti loquentes de captiuitate, ſemper aiunt captiuum eo ipſo inſtanti, quo capitur fingi deceſſiſſe.*
7 *Qui capitur non ſtatim cum capitur, perdit libertatem, ſed cum in præſidia hoſtium deuenit.*
8 *Captiuus reuerſus non ante recuperat libertatem quam fines noſtros attingat.*
9 *Præda, antequam in hoſtium præſidia perducatur, recuperata priori domino reſtituitur.*
10 L. Naturalem 5. §. fin. ff. de adquirend. rer. dom. & n. 11.
12 *Proponitur difficultas* d. l. ex Cornelia, & dict. l. pater.
13 *In quo conſentiant Iulianus, & Pap. in dictis legibus circa pupill. ſubſtititionem*, & numero 17.
14 *Patris, & filij vnicum eſt teſtamentum, licet duæ hæreditates*, & n. 15.
16 *An ſubſtitutio pupillaris locum habeat in eo, qui viuo patre ſui iuris efficiatur.*
18 *Anton. Fabri contra Papinianum argumentatio, an pupillaris valere debeat* in d. l. pater.
19 *Satisfit eidem, & an lex Cornelia ſolum procedat in captiui hæreditate?* & n. 20. & ſeq.
24 L. Quod ſi filius 11. ff. de captiuis *explicatur*, & n. 25. & 26.
27 *Cuiacij poſt Cumanum interpretatio ad eam legem perpenſa, & reiecta*, & n. 28.
29 *Recepta in ſcholis noſtris, & à pluribus ſequuta Accurſij interpretatio reiecta*, & numeris ſequentibus.
32 *Aliorum remiſſæ explicationes, & emendationes.*
33 *Vera, & genuina Pap. mens ad* d. l. quod ſi filius, *aperitur*, & n. 34. & ſeqq.
37 *Agitur de intellectu* dict. leg. lex Cornelia, verſ. ſed ſi pater, & d. leg. pater §. 1. *&* n. 38. 40. & 41.
39 *Filiusfamilias non potuit, facere teſtamentum.*
42 *Vera concordia inter Iul. & Pap.* in d. verſ. ſed ſi pater, & d. §. 1.
43 *Verbum* ex lege *quam interpretationem habeat.*
44 *Propria ſententia Iuliani* in d. ver. ſed ſi *iuxta diuerſam lectionem*, & n. 45.
46 *Quare in eiſdem reſponſio à Pap. requiratur Prætoris auxilium ad confirmandam pupillarem.*
47 *Quare actiones vtiles dentur ſubſtituto, ex Pap. ſententia.*
48 *An munus Iure Conſultorum exceſſerit Papinianus, in concedenda ſubſtituto bonorum poſſeſſione.*
49 *Frequens eſt Iure Conſultis Prætori exequendum proponere, quod ex mente legis eſt.*
50 *Explicatur Scæuola* in l. ſi filius 10. ff. de Collation. *&* n. 51.
52 *Officium Iure Conſultorum remiſſiuè.*
53 *Difficultas* d. l. ſi filius §. ſi ambo, de capt. & l. ſi pater 29. de vulg.
54 *Ad earum concordiam qui, &, quid ſcripſerint D D.*
55 *Reprobantur alia quæ in ſcholis ab aliquibus traduntur circa illa, iura*, & n. 56.
57 *Scæuolæ, & Papiniani in dictis iuribus vera, & concors amicitia*, & n. 58.

ALTERA, ob captiuorum iura conſeruanda, fuit introducta fictio à Lucio Cornelio Sylla, & Q. Metello Balearico anno ab vrbe cond. 673. lege latâ quæ à Cornelio nomen traxit Quâ cautum eſt, vt ſi in captiuitate ciuis deceſſiſſet, teſtamentum, quod antea condiderat, ita valeret, vt eodem modo ac ſi captus non eſſet, hæreditas ad vnumquemque pertinere, fingebatur enim mortuus, antequam caperetur, & conſequenter ciuem Romanum deceſſiſſe. Suppleuitque quod iuri poſtliminij defuerat. Poſtliminium iungit tempus captiuitatis, & reditus, quaſi nullum intermedium fuerit. Lex verò Cornelia tempus captiuitatis, & mortis quaſi eo momento quo caperetur mortuus eſſet. † Tradant Iure conſulti *in l. cum hic ſtatus* 32. §. *ſi ambo in fin. ff. de donat. inter*, *l. lege Cornelia* 12. *ff. de teſtament. l. ſi quis* 9. §. *diuerſumque, de liber. & poſthum. l. qui* 1 2

*vxorem*

vxorem 15.ff. de iniuſto rup. l. lex Cornelia 28. de vulg. ſubſt.l.1.§. lex falcidia l.filius 18. ff. ad leg. falc.l.4.§.1. de bon.libert.toto titul.ff.de captiu.l. apud hoſtes 8. C. de ſuis, & leg.Vlpian.in frag.tit.23.Paul.lib. 3. ſent. tit.4. l.6.tit.29.part.2. Explicant relati cap. ſuperiori num.2. Hotman.& Ant.Auguſt.de legib. Rom. Cuiac.lib. 62. Digeſt.Iul.in l.bona 22.ff.de capti.& in d.l lex Cornelia, & lib.29.quaeſt. Papin.in d.l.10. de capt. & in notis, ad Paul.dict.tit.4. Forcatol. dialog.76. cum ſeq. Coſta in cap.ſi pater 2 part. verbo teſtatore mortuo num. 15. Ant. Fab.in Iuriſp.tit.11.princ.9.& lib.10. coniect. cap.3. & ſeq. Roſin.lib.8.antiq.c. 18. Pichard. in §. eius inſtitut. Quibus non eſt perm. & nouiſſimè in tit.de vulg. ſubſt. cap. 23. & ſequentibus. Noſterque Valentia eruditè
3 ſatis tractat.illuſtr.lib.1.tractat.3.cap.8. † Nam, & ſi iuris attento rigore, eius qui apud hoſtes deceſſit teſtamentum irritum fiat, l.ſi quis filio §. irritum ff. de iniuſto rupt. §. alio quoque, Inſt. Quibus mod. teſt. infir. cum captus ab hoſtibus illorum ſeruus ſit, & conſequenter ciuitatem amittat, dum patitur maximam capitis diminutionem §. maxima, Inſt. de cap. minut. Tamen legis Corneliæ beneficium captiui fauore fingit illum liberum, & in ciuitate antequam caperetur deceſſiſſe, perindéque teſtamenta confirmat, ac ſi nunquam in hoſtium poteſtatem perueniſſet, dict.l.lege Cornelia l. in omnibus 18. ff. de capt. ſed quaſi retro fuerit mortuus, ex die quo captus eſt conficta eius morte naturali,l. iuſto 44.§.fin.ff.de vſucapion.d.l.10.ff.de captiuis.

4 Ex quo iam cognoſcimus, non rectè exiſtimaſſe Accurſ.in §. fin.gloſſ. fin Inſtit. Quibus non eſt perm. vbi etiam Hotman. Bart.in l.ſi iſque pro emptore n. 7. verſic. expediti, & numero 5. de vſucap. Anton. Fab. lib.9.coniect.cap.5.& lib.10.cap.5. Cuiac.lib. 29. quaeſt. Pap.in l.pen.de ſuis, & leg.Coſt.d. numero 15. aſſerentes lege Cornelia fingi captiuum præambula hora ſeu ipſa hora captiuitatis obiiſſe, quoniam cum eo inſtanti, quo quis captus eſt, in ſeruitutem redigatur l naturalem 5.§. fin. de adquirend. rerum dom. iuncta l.1.in princ. ibi, nam hac protinus, & ibi item bello ff.de adquir. poſſ. videtur decedere ſeruus, non verò ciuis Romanus, & liber, atque ita hæc fictio inutilis vi-
5 debatur. † Qua difficultate ſuperatus Coſta, coactus eſt affirmare Papinian. in dict. leg. Pater 10. de capt. impropriè dixiſſe captiuum fingi decedere, ex
6 quo captus eſt. † Sed hæc reiicienda eſt opinatio, cum Iure Conſulti ſemper aiunt,eo ipſo inſtanti,quo captus eſt ciuis, per legē Corneliam fingi deceſſiſſe, dict.l.cum hic ſtatus §.ſi ambo, ibi, quaſi tunc deceſſerit dict.l.in omnibus 18. ibi quaſi tunc deceſſiſſe videtur. Illa autem particula Tunc extremitatem temporis ſignificat, l.4.§.1.de cond.& demſt. l. in ſubſtitutione 31. §. fin.de vulg.ſubſt.l.vxori 35.de vſufruct.legat. notat An-
7 ton.Fab lib. 9. coniect. cap.2. † Et qui captus eſt ab hoſtibus ſtatim ac captus eſt,vinctus, & ligatus non perdit libertatem, ſed tunc demum, cum intra præſidia hoſtium perductus eſt, l. poſtliminij 5. in princip. ff.de captiu.ibi,& intra præſidia ſua perduxerunt, & ibi, antequam in præſidia perducatur hoſtium, manet ciuis, & Rex Alphonſus id eleganter expreſſit in l.26. tit. 26. p. 2. ibi, E eſto miſmo ſeria quando los enimigos tuuieſ-
8 ſen à tales omes preſos in ſu ſaluo. † Ita reuerſus,non dicitur, nec recuperare libertatem, niſi cum fines noſtros intrauerit, & non ante l. poſtliminium 19. §. poſtliminio D. de captiu. notauit ſcitè en Caſtellione Iaſon. in d.l.ſi is qui pro emptore num. 94. vnde cum eſſet ciuis, tunc cum caperetur, antequam in præſidia hoſtium perducatur, manet ciuis, neque mutat conditionem, neque perdit libertatem, & ideo tunc deceſſiſſe intelligitur. Pro qua parte ſolet con-
9 ſiderari, quod ſi ea, quæ hoſtes ciuibus noſtris eripuerunt virtute bellica recuperauimus, antequam ad præſidia hoſtium perducta ſint prioribus dominis eſſe reſtituenda, cum nondum ſub poteſtate hoſtium perducta ſint,prioribus dominis eſſe reſtituenda,cum nondum ſub poteſtate hoſtium fuerint, leg.ab hoſtibus 12.Cod.de poſtlim.reuerſ.l ſi captiuus 20.§.1.iunct. l. ſeq.verſ.quod ſi ff de captiu congruit l. Pomponius 44.de adquirend.rer.dom. dict. l. 26. partita. Tradunt Iaſon. numero 11. Rip. numero 5. Bolognet. & reliqui antiquiores in dict. l. 1. verſ. item bello capta, vbi etiam Duarenus poſt princip Couarruuias in reg. peccatum 2. part.§. 11. numero 2. & 7. Gregor. in d l partita verbo medito en pos del muro, Donel.lib. 4. comment. cap.21. Petrus Gregorius lib.20.ſyntag.cap.4.Anton.Fab.dict. tit.11.princ.8.illat.4.vtiliter, & doctè Molina de iuſt. & iure tomo 1.diſput.118 per totam, alios refert Di-
dac.Perez in l.3.tit.12.lib.1.ordin. † Neque adiuua- 10
ri poteſt Coſtæ ſententia ex d.l.naturalem, quæ intelligenda eſt cum temperamento d. l.poſtliminij verſic. antequam, vt ita demum, bona ab hoſtibus capta, capientium efficiantur, ſi ad præſidia hoſtium perducta fuerint, vel ſi apud hoſtes pernoctauerint, vt in d. l. 26. partita cum traditis à Molin.ſuprà. Niſi mauis dicere legem illam, non loqui de homine capto, ſed de præda, inter quas res longa eſt differentia, nam licet præda protinus acquiratur capienti,tamen homo adquiritur,donec perducatur ad præſidia, cum facilius poſſit eripi, & ad ſuos redire quàm præ-
da. † Nec poteſt dici,adhuc eandem eſſe rationem 11
prædæ, & hominis: cum præda recuperata, antequam ad præſidia perducatur, priori domino reſtituenda ſit, ſed non reſtituitur, quaſi nondum fuerit hoſtium facta, ſed quia recuperata incontinenti,fingitur nunquam capta, propter ſubitam recuperationem, argum.l.3.§.cum igitur,l.qui poſſeſſionem 17.ff. de vi & vi armata.

Deinde, ex ſupradictis deſcendit interpretatio ad 12
iura admodum obſcura in dict.l.lex Cornelia 28. ff. de vulgari cum l.ſequenti, & in l.pater 10. cum ſeq. ff. de captiuis, de quorum iurium explicatione ſe deſperaſſe fatetur Cuiacius in dict.leg. pater lib.29.quaeſt.Papin.& lib.62.digeſt.Iul.in dict.l.28.& lib. 15. obſeruat. cap.17. & agnoſcunt Anton.Faber lib. 10.coniect. cap.4.& 8.
cum aliis, & lib. 3. cap. 9. Coſta ſuprà numero 14. † 13
Et in primis Iulianus in d.l. lex & Papin.in d.l pater, in hoc conſentiunt, quod ſi pater filio impuberi ſubſtituerit, deinde ab hoſtibus captus, apud eos deceſſerit, defuncta poſtea impubere in ciuitate, ſubſtitutum præferendum eſſe hæredi legitimo. Rationem reddit Papinian. quoniam ſi pater qui non reddit, iam tunc deceſſiſſe intelligitur, ex quo captus eſt, vtique fateri cogimur, ſubſtitutionem pupillarem neceſſario ſuas vires tenere: filius quippe, morte patris, ſui iuris efficitur, & poſtea moritur, & cum per legem Corneliam confirmentur teſtamenta, non ſolùm eorum, qui apud hoſtes deceſſerunt, verùm omnes illæ hæreditates, quæ ex talibus teſtamentis, ad quencumque pertinere potuiſſent, dict. l.28.dict. l. lege Cornelia de teſtamentis, conſequenter
ſubſtitutio pupillaris valere debet. † Quia cum pa- 14
tris, & filij vnum ſit teſtamentum, licet ſint duæ hæreditates l. 2. §. prius autem l. patris 10.ff.de vulgari l. paterfamil. 28.de priuilegiis creditorum, aliàs eſt de rebus author.iudic.§.igitur Inſtit de pupillari cum notatis ibi, Cuiac.lib.29.quaeſt.Papin.in l.in ratione 11.§. quod vulgo, & ſequent.ff.ad legem Falcid. Donel. lib.6.comment. cap.25. fieri non poteſt, vt à lege Cornelia confirmatio accipiat, quod ad hæreditatem paternam,quin
pupillaris quoque ſubſtitutio confirmetur. † Qui- 15
nimo, & ſi duo teſtamenta intelligantur, cum tamen teſtamentum patris ſit principale, & pupillare acceſſorium, l.ex pupillari 44. D. vulgari, illius naturam ſequi debet, itavt confirmato principali, ac-

ceſſorium

ceſſorium quoque eodem legis beneficio gaudere
16 debet, notat Antonius Faber *ſuprà cap.* 4. † Non obſtat fundamentum illorum, quorum meminit Papin. *in d. l. pater*, qui dicebant, ſubſtitutionem pupillarem locum habere non poſſe in perſona eius, qui viuo patre ſui iuris fuerit effectus, *l. cohæredi* 41. *§ cum filia ff. de vulgari*, filium autem ex inſtanti, quo captus, eſt pater ſui iuris fuiſſe videri patre adhuc viuo *leg. in bello* 12. *§.* 1. *l. bona* 22. *§. quod ſi filio, de captiuis*, qui cum per captiuitatem ſeruus fuerit hoſtium, filium non potuit habere in poteſtate *l. ſic eueniet* 21. *ff. ad legem Iul. de adul. iuncta l. pen. de ſuis, & leg.*

17 Verùm ei difficultati reſtagari manifeſtam iuris rationem aſſerit Papin. cum ſi ex lege Cornelia, pater ab hoſtibus captus, & ibi decedens, intelligitur deceſſiſſe ex quo captus eſt, ſubſtitutio ſuas vires neceſſario tenet, quia non captiuitate, ſed morte filius patria poteſtate fuerit liberatus, qui poſtea deceſſit impubes, atque ita eodem ſimul tempore, & inſtanti, quo mortuus eſt pater, ab eius poteſtate liberatus cenſetur, vt rectè notauit Bart. *in d.l. pater verſ. quia vnum*, aliàs ſi fingeremus patrem deceſſiſſe, & filium ſui iuris effectum viuo adhuc patre, ſequeretur, vt vno eodemque tempore, quoad vnam cauſam cenſeretur mortuus, hoc eſt, quoad validitatem teſtamenti, & quoad aliam viuus, vt ſcilicet filius eo viuo de ſua poteſtate exiiſſet, quod non eſt admittendum, vt patet.

18 Sed contra Papinianum argumentatur Anton. Fab. *dict. cap.* 4. *verſic. ſed indiget*, affirmans non eſſe bonam conſequentiam, quâ vſus eſt Papin. ſcilicet, fictione legis Corneliæ intelligitur pater deceſſiſſe, ex quo captus eſt; ergo ſubſtitutio ſuas vires neceſſario tenet, cum adhuc obſtet illa ratio, qua mouebantur ij, contra quos Papin. diſputat, quod verum ſit filium illum exiiſſe de poteſtate viuo adhuc patre. Qui licet fictione legis Corneliæ retro mortuus fingebatur, ac proinde, quo tempore habebat filium in poteſtate, non tamen inde fiet, vt filius videatur, eo tempore, fuiſſe in poteſtate, quo pater mortuus fingitur, diuerſa namque hæc fictio eſt, ad ſolius hæredis perſonam ſpectans, de qua lex Cornelia non meminit, quæ hæredibus prouidere nolit, ſed captiuis tantum, id eſt, eorum teſtamentis, & hæreditatibus conſulit *d.l. lege Cornelia, de teſtamentis*, ceſſante verò hac fictione, cum ex veritate res æſtimari debeat, veritas eſt filium exiiſſe de poteſtate viuo adhuc patre, qui ſeruus hoſtium erat. Hæc,
19 & alia Faber. † Quo fundamento nihil aliud meo videri euincit, niſi diſtinctius, & clarius explicare rationem illorum, quos Papinianus confutauit; & ſi rem attentè conſideres, eadem eſt ratiocinatio, & in effectu nihil aliud probat, & ideò meritò ipſum Conſultum contra Fabrum adducemus. Cuius nihil obſtat conſideratio, quoniam lex Cornelia non ſolum pertinuit ad hæreditatem captiui, verum ad omnes illas, quæ ad quemcumque ex eius teſtamento pertinere potuiſſent, qua præcipua ratione mouetur Iulianus *in d.l. Cornelia*, cuius non fuiſſe Fabrum recordatum ſatis miror, quamobrem cum pater in hoſtium poteſtate deceſſit, filio impubere in ciuitate relicto, hæreditas, eo mortuo, ad ſubſtitutum pertinet, perinde ac ſi pater in hoſtium poteſtatem non
20 perueniſſet. † Itaque bene ratiocinantur Iul. & Pap. hoc modo: *Lex Cornelia non ſolùm ad teſtamenta captiuorum pertinet, verum, & ad omnia, quæ ex illis dependent, ac pupillaris ſubſtitutio dependet ex teſtamento paterno, ergo confirmato paterno teſtamento confirmatum*
21 *quoque manet, & pupillare.* † Quare fallitur apertè Faber, exiſtimans, legem Corneliam ſolum comprehendiſſe captiui teſtamentum, cum contrarium do-
22 ceat Iulianus. † Neque admitti debet, filium adhuc viuo patre exiiſſe de poteſtate, quia propter fictionem poſtliminij pendet an ſit ſui iuris vel non, itaut ſi pater moriatur apud hoſtes, intelligatur ſui iuris, ex quo captus eſt pater, id eſt ex illo tempore quo fictio inducitur ad validitatem teſtamenti, vt conſtat ex Iuſtiniano *in §. ſi ab hoſtibus, Inſtitut. quibus modis ius patriæ*, ibi: *Pendet ius liberorum propter ius poſtliminij, ſi verò ibi deceſſerit, exinde, ex quo captus eſt pater, filius ſui iuris fuiſſe videtur*, ergo vnum idemque tempus inſpicitur in patris morte, & filij exitu de familia; quod etiam exprimitur *in l. in bello* 12. *§. ſi quis capiatur l. bona* 22. *§. quod ſi filius de captiu.* clarius *in l. iuſto* 44. *§. fin. ff. de vſucap.* vbi dicitur filium captiui defuncti retro ſibi poſſediſſe, quia lex Cornelia iungit tempus mortis cum inſtanti illo captiuitatis, non verò quia ceſſante morte per ipſam captiuitatem filius ſui iuris efficeretur. † Facit item *l. quod ſi filius* 11. *de* 23
*capt.* quo loci Papinian. docet, filium non reuerſo patre, ſui iuris fuiſſe, ex quo captus eſt: ergo non ex veritate hæc res æſtimatur, ſed ex fictione, vt in teſtamento principali patris. † Si enim eo tempore, quo nihil amiſerat, nec dominium rerum ſuarum, nec teſtamenti factionem, fingitur deceſſiſſe; cur non dicemus, patriam quoque retinuiſſe poteſtatem, quæ non fuit per captiuitatem extincta, ſed ſuſpenſa? aliàs ſi per legem Corneliam non confirmarentur, & patria, & dominica poteſtas, diceretur vtique, ſeruis à domino captiuo teſtamento data libertas non valere, *leg. nulla* 19. *& ſequent. ff. qui, & à quibus l. ſi ab eo* 7. *Cod. de liber. cau. l.* 4. *C. de his qui non à domino*, nec filium ſuum captiuo patri, nec ſeruum neceſſarium captiuo domino, hæredem exiſtere poſſe, *d. ct. leg. Cornelia.*

Ab difficultate Fabri vindicauimus Papinianum: 24
ſed ipſe aliam maiorem nobis obiicit *in dict. leg. quod ſi filius* 11. *ff. de captiuis*, vbi ſibi videtur contrariari, quoniam cum *in d.l. pater* docuiſſet, pupillarem ſubſtitutionem valere, ex ratione *ſuprà* tradita: ſpeciem mutat in perſona filij, quando ſcilicet ille non poſt naturalem mortem patris, ſed ante eam, poſt captiuitatem tamen, deceſſerit in captiuitate, quo caſu, ait, nihil eſſe quod de ſecundis tabulis tractari poſſit. Secundas tabulas appellat ſubſtitutionem pupillarem, ex ratione quam tradit Gothofredus *in l. penultim ff. quemadmod. teſtamenta aperiant.* nam ſi pater reuerſus fuerit in ciuitatem, filiusfamilias mori intelligitur, ſi vero ipſe pater moriatur apud hoſtes, exinde ſui iuris fuiſſe videtur filius, ex quo captus eſt. † Primo caſu, cum filiusfamilias ſit teſtamen- 25
tum facere non poteſt *princip. inſtitut. quibus non eſt permiſſum leg. qui in poteſtate* 6. *de teſtamentis*, cum pater fingatur, ſemper habuiſſe illum in poteſtate *leg. penultim. de ſuis, & legit. dict. §. ſi ab hoſtibus.* Et filius ante patrem mortuus, relicto patre ſuperſtite, ſub eius poteſtate moritur, & conſequenter teſtamentum non potuit habere, id eſt pupillarem ſubſtitutionem. † Secundò autem caſu, cum ex inſtanti, 26
quo fuit captus deceſſiſſe videatur, viuo adhuc patre ſui iuris fuiſſe intelligitur, *dict. leg. cohæredi* 21. *§. cum filia de vulgari*: atque ita ſubſtitutio neutro caſu valebit. Quæ ſane traditio videtur confirmare illorum opinionem, contra quam diſputauerat Papin. *in dict. l. pater.* † In qua difficultate audiendus non 27
eſt Cuiacius *d. lib.* 29. *quæſt Papin. & lib.* 15. *obſeruat. c.* 17. qui cum Cumano *in d. leg. lex Cornelia numero* 6. exiſtimat, in hoc vltimo caſu valere ſubſtitutionem, quoniam lex Cornelia fingens patris mortem, ex quo captus eſt, quamvis reuera ſit poſterior, quàm filij, intelligamus patrem prius deceſſiſſe, vt *in dict. leg. patrem*, & ideò tanquam de re certiſſima dixiſſe Conſultum, nihil eſt, quod de ſecundis tabulis tractari vel diſputari poſſit. † Quæ interpretatio 28

aper

apertè falſa eſt, cum illa verba: *Nihil eſt quod de ſecundis tabulis, &c.* nihil aliud explicent, niſi inutilem eſſe ſubſtitutionem; & rationes ipſæ Papin. id apertè demonſtrant: quomodoque valere poterat, ſi filiusfamil. primo caſu moriebatur, & in ſecundo non erat in poteſtate mortis tempore; ob idque eam reiicit. Anton. Fab. *dict. lib. 10.c.6.*

29 Reiectis igitur aliorum interpretamentis, magis illud in Academia receptum fuit, quod placuit Accur. *in dict. leg. quod ſi filius, verbo exinde*, qui ait ideò I. Conſultum tabulas pupillares nullius eſſe momenti pronuntiaſſe, quoniam filius medio tempore inter captiuitatem, & mortem patris deceſſerit, & cum fictio legis Corneliæ, non prius locum habeat, quàm defunctus ſit is, qui ab hoſtibus fuit captus, *l.4.Cod.de poſtliminio*, tunc autem cum locum habere incipit, iam perſona filij non ſupereſt, ſuper quam fingi quidquam poſſit, *argumento l. quidam referunt 14.de iure codicill l.quoties 14.in princip. D.de nouat.*

30 † Neque obſtat fictionem poſtliminij, quæ mortis tempore filij nondum erat nata, poſt mortem filij vires accipere, *l.penult. de ſuis, & leg.* cum ſi filiusfamil. mortuus fuerit, reuerſo patre, in eius poteſtate fingitur mortuus. Quo argumento, & ſi aliqui obruantur, reſpondendum eſt, multum differre poſtliminium à lege Cornelia, in poſtliminio nihil ſtatim capit, ſed omnia in ſuſpenſo ſunt, dum pendet captiuitas, ita vt ex futuro euentu res indicetur, vt ſi reuertatur pater, ſub eius poteſtate filius fuiſſe intelligitur ſemper, ſi verò ibi deceſſerit, paterfamil. creditur, *l. illa 32. §.1.de hær.inſt. cum aliis.* Lex autem Cornelia fingit ſuper re certa, id eſt, teſtatore iam mortuo, atque ita ea confirmat, quæ in rebus humanis inuenit, non verò iam extincta.

31 † Quæ explicatio, & ſi aliquando eam ſequutus fuerim, nunc tamen re maturiùs perpenſa, non placet; nam Papin. duplicem ſuæ opinionis rationem reddit *(in d.l.quod ſi filius)* omnino diuerſam à ſupra dictis Prima eſt, filium, viuo patre, in eius poteſtate mori intelligi, quæ ratio, ſecundum communes regulas ſubſtitutionis pupillaris euincit, inutilem eſſe ſubſtitutionem, cum non potuerit valere eius teſtamentum, qui eſt in poteſtate patris, vt diximus. Quæ ratio multum differt ab illa, quod legis Corneliæ fictio non habuit perſonam in qua conſiſteret. Neque minus congruit cum Accurſio alia ratio Papiniani *in verſ. ſiue quoniam non reuerſo*; imò apertè ei contraria eſt, cùm poſt mortem filij attenditur, an ex hoc, vel ex illo tempore, factus fuerit ſui iuris, vel non, & tamen filius mortuus, iam erat, nam cum lex operetur in inſtanti, res ipſas cernit, & diſcutit eum eueniunt, nos verò non niſi ex præteritis æſtimamus: attamen certum eſt, legem ſuper filij perſonam ſuos effectus operaſſe, & ſi nos, nonniſi ex euentu futuro eas poſſimus agnoſcere. Atque ita diſceſſit ab illa interpretatione Goffredus *in dicta l. lex Cornelia numero 4. in fin.* qui etiam *in l.1. §.ſiue apud num.28. ff. ad Tertill.* contra eundem Accurſ. conſiderat, legem Corneliam id facere, vt fingamus patrem, qui re vera mortuus eſt poſt filium, adhuc ante filium mortuum, & poſtea filium ſui iuris effectum deceſſiſſe, *d.l. pen.de ſuis & legitimis.*

32 Vnde reiectâ interpretatione Bulgari, quam tradit Accurſ. *de verbo exinde*, & Holoandri qui negationem *in illo verſ. ſiue autem* addebant, vt ita legi deberet, *ſiue autem, quoniam non reuerſo eo, exinde ſui iuris fuiſſe non videtur.* Quam reiicit Ant. Fab. *ſupra*, & anteeum Ant. Aug. *lib.4.emendat.c.12.* & prius Goffred. *in d.§ ſiue apud num.28.* Omiſſis etiam aliis cogitationibus Ant.Fab. quæ *ſupra* traditam Accurſ. interpretationem ſapiunt, & aliis Goffredi *ſupra*, qui ad incertitudinem ſtatus filij latè hæc omnia refert.

33 † Ego Pap. ita eſſe accipiendum autumo, vt ibi duas rationes aſſignauerit, ex quibus euincit, non valere tabulas pupillares, primam ex iure poſtliminij petitam, ſecundam ex lege Cornelia, & ex animabus extorquere ſuam deciſionem. Si poſtliminium attendas, pendente captiuitate patris, moriens filius, moritur ſanè filiusfamilias magis, quàm extra patriam poteſtatem *l. 2. §. ſi quis deceſſerit, ff. vnde legitimi, l. in bello 12. §. ſi quis capiatur, ff. de captiuis*, vnde cum teſtamentum paternum nondum inceperit vires habere, cum ſit pater viuus, *l. qui ſuperſtitis 91.de adquirend.hæredit. l.nec nos, 4. Cod. de poſtliminio*, non potuit nec teſtamentum pupillare ſimiliter valere, neque ſubſiſtere, quoniam filius nullo tempore fuit extra patriam poteſtatem, ita vt moriens, videretur relinquere hæredem in ſuo teſtamento: neque ſtatim poſt eius mortem teſtamentum incepit valere, ſuper quo nihil fingit lex Cornelia, quæ cum tunc habeat ſuſpenſos ſuos effectus, non poteſt efficere, vt pendente captiuitate, & vita captiui, cenſeatur mortuus, ex inſtanti captiuitatis, & ideò teſtamentum non incipit valere, vt valeat quoque ſubſtitutio pupillaris ex eo dependens. Ex quo ſequitur corruere. Et hoc voluit ſignificare illis verbis: *Nihil eſt quod de ſecundis tabulis tractari poſſit*, id eſt, cum adhuc principale teſtamentum nondum inceperit valere, quia viuit teſtator captiuus, nec de ſecundis tabulis tractari poterit, quia filius moritur, non vt paterfamilias qui fecit ſuum teſtamentum, ſed vt filius qui eſt in poteſtate, quæ in ſuſpenſo eſt, & ita credimus mortuum eſſe filiumfamilias qui non potuit ex teſtamento hæredem *dict.l.in bello §. ſi quis capiatur*, ibi: *nam hæreditate non poſſunt dict. l. penult.* ibi, *quamvis viuente patre, non fuerit in plenum liberatus, iuncta dict.l.1. §. ſi quis deceſſerit.*

34 † Ex quibus certum eſt, non potuiſſe tabulas pupillares effectum ſortiri, quemadmodum ſi captiuus inſtitueret in ciuitate filium, verbi gratia, & Seium, *ſi filius hæres non erit*, filius autem poſt eius captiuitatem deceſſiſſet; non dicemus deceſſiſſe hæredem ſuum, quòd fingatur mortuus pater ſtatim, ac captus ſit; quoniam & ſi mortuus cenſeatur, fictio illa non incipit effectus ſuos producere, donec vere mortuus fuerit *dict. l. nec nos*, at ſuitas tempore mortis inſpicitur, vt aliquis ſuus hæres exiſtat.

35 Secunda ratio Pap. ad legis Corneliæ fictionem pertinens eſt, quod, & ſi tempora coniungantur *dict. l. iuſto §. fin. de vſucap.* non potuit fingi filius iam mortuus, vt viueret, adhuc tempore mortis patris, poſtea decedentis, & eſſe in eius poteſtate, imo ſemper intelligimus, filium ſui iuris deceſſiſſe, nam fictio huiuſmodi cum viuente patre ſuſpendatur, vt diximus, & interim filius decedat, efficit, vt mortuo prius filio, & poſtea patre, etiamſi coniungantur tempora in patre, credamus tamen filium deceſſiſſe patremfam. & ſui iuris, & ita *in d. l. pen.* filius, qui prius quam pater mortuus eſt, habet hæreditatem legitimam, quod non eſſet, ſi adhuc per fictionem crederemus fuiſſe in poteſtate patris. Idem probatur *in leg. proponebatur, 2. ff. de Caſtr. pecul. dict. leg. in bello §. ſi quis capiatur, leg. bona vigeſima ſecunda, §. quod ſi filius de captiuis*, ibi: *Nam ſtatus hominum: quorum patres in poteſtate ſunt hoſtium, in pendenti eſſet, reuerſo quidem patre, exiſtimantur nunquam ſuæ poteſtatis fuiſſe: mortuo, tunc paterfamilias fuiſſe, cum pater eius in hoſtium poteſtatem peruenerit, l. ſeruus 18. §. ſi ſeruus capto, ff. de ſtipulat.ſer.*

36 † Ex quibus ſatis liquet, quâ ratione Papin. ſubſtitutum excludat, & quare licet non habeat filius ſubſtitutum,

poſſit habere hæredem legitimum. Mens l. Con-
ſulti, & ſenſus hic eſt, nihil eſt, quod de hac ſub-
ſtitutione tractemus, nam viuente adhuc patre,
ſi filius moriatur, cum credatur filiusfamilias & in-
certi ſtatus, *d.l.2.§. ſi quis deceſſerit, ff. vnde legitimi*,
non poteſt habere teſtamentum, *princ. Inſt. quibus non
eſt permiſſum*, ſi verò pater moriatur apud hoſtes,
nec ſimiliter poterit valere ſubſtitutio, quoniam
tempore mortis patris, iam creditur paterfamilias,
& eſſe extra poteſtatem, & familiam paternam, &
conſequenter ſubſtitutio ſpirat, *d.l. cohæredi 41.§ filiæ,
ff. de vulgari.*

37 Vlterius in eadem quæſtione, pergit eiuſdem Iul.
& Pap. diſputatio *in dict. l. lex Cornelia verſ. ſed ſi pa-
ter, & in dict. l. pater* §.1. circa illum caſum, quando
pater in ciuitate deceſſit, filius autem impubes (cui
38 datus eſt ſubſtitutus) apud hoſtes. † Iulianus diſtin-
guendum cenſet, an mortuo, vel viuo patre, in ciuita
te relicto, filius apud hoſtes deceſſit. Si mortuo pa
tre, tunc non incommodè dicendum, (ſic nunc
lego, non cum Pand. Flor. *non commodè*, vt ſeries
ipſa ſatis indicat, & agnoſcit Cuiacius *lib. 62. ff.* Iul.
vbi etiam Gothofred. & Anton. Fab. *libro 10. cap. 5.*)
ſubſtitutionem pupillarem lege Cornelia confirmari,
quia iam morte patris, antequam caperetur idem
filius, ſui iuris, ſuæque poteſtatis factus eſt. Si au-
tem viuo patre, & manente in ciuitate, impubes
captus deceſſit, hoc caſu ſubſtitutionem euaneſcere,
cum filiusfamilias viuo patre, de rebus humanis
abiiſſe, & deceſſiſſe intelligitur, nam lex Cornelia
non poteſt efficere, vt filiusfamilias qui moriens,
ſuperſtite patre relicto, nulla in ciuitate bona reli-
quit, hæredem habeat, cum ergo lex illa hæredem
faciat, *l. filiusfamilias 18 ff. ad legem Falcid.* non facit
hæredem inanem, & ſine hæreditate, quod in filio-
39 familias ſemper euenit. † (Ob quam cauſam teſtari
non potuit vt ait Vlpian. *in fragmentis tit. 20. verſic.
filiusfam. l.* quia nihil ſuum habet, etiamſi pater ei
permittat, & bona tribuat, & eſt impoſſibile, vt
filiusfamilias & habeat bona, quæ tunc illico patri
reacquiruntur, cum filius ſit incapax retinendi, &
lex reſpicit in filio tanquam certum, non poſſe ha-
bere ſuum, vt eleganter ex Baldo, & aliis docet
40 Anton. Gomez. *in l. 5. Taur. num. 1.*) † Sed in eodem
caſu, contrarius extitiſſe videtur Papin. *in dict. l. pater
§. 1.* vbi ait, quod ſi mortuô patre capiatur impubes,
licet lex Cornelia de ſecundis tabulis nihil ſit loqu-
ta, quoniam eius tantùm perſonam demonſtrauit,
qui teſtamenti factionem habuiſſet, tamen non eſſe
alienum, vt Prætor ex voluntate patris, & mente
41 legis, vtiles actiones ſubſtituto concedat. † Cuius
difficultate ita opprimitur Anton. Fab. *dict. lib. 10.
cap. 5. in fine*, vt dicere non vereatur Papinianum, ab
Iuliano diſſentire, & quaſi id magnum eſſet, &
acutiſſimi ingenij facinus, gloriatur ante ſe nullum
interpretem obſeruaſſe Iure Conſultos in diuerſas
42 ſeſe diſtraxiſſe ſententias. † Quare hac, & aliis
confuſis interpretationibus deletis, planiſſimè reſ-
pondendum eſt, Papin. in ea quæſtione, quando
mortuo patre impubes, apud hoſtes deceſſit, rectè
dixiſſe, legem Corneliam, de his tabulis nihil fuiſſe
loquutam, quia, & ſi ea confirmarentur omnes
hæreditates, vt *dict. l. ex Cornel.* vtique illæ tantum
confirmantur, quæ ex captiui hæreditate pendebant,
cum hæreditas captiui principalis fuit, ex qua aliæ
acceſſoriæ originem trahebant, non vero confir-
mauit de per ſe pupillarem ſubſtitutionem, imò de
ea nihil loquuta eſt, quia ſolum meminit eius per-
ſonæ, quæ teſtamenti factionem habuiſſet, in im-
pubere autem nulla tum temporis reperiebatur. Sed
quoniam impuberis legitimam hæreditatem ab in-
teſtato cõfirmauit *l. 1. in princ. ff. de ſuis, & leg. l. bona 22.
de capt.* menſque & intentio ſua fuerit, vt quæcunque
ſucceſſio, ſiue teſtamentaria, ſeu legitima, & quodcũ-
que teſtamentum ſortiretur effectum, per neceſſa-
riam conſequentiam, & impuberis teſtamentum
comprehendi intelligitur, quando pater ei hoc fe-
cit, cum teſtamentaria ſucceſſio maiori fauore af-
ficienda, & adiuuanda erat, *l. vel negare D. quemad-
modum teſt. apert. l. ſi pars 10. D. de inoffic. teſtament.
leg. 1. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. l. quandiu 39 l. in plu-
rium, 7. de adquirenda hæreditat. l. quandiu, 89. de re-
gulis iuris*, & ideò non erit alienum, vt quamvis di-
rectæ actiones deficiant, ſiquidem verbis expreſſis à
lege impuberis teſtamentum non confirmatur (iuxta
à nobis notata *lib. 1. cap. 11.*) nihilominus, ex men-
te legis vtiles dentur in hæreditatem, ſubſtituto.
In quo legis voluntati ſatisfit. † Quia verbum *ex* 43
*lege* ſic accipitur, tam ex verbis, quam ex ſententia,
*l. 6. §. 1. de verborum ſignification.* & id dicitur eſſe
in verbis legis, quod ex eius mente deducitur,
*leg. 3. de legit. tutor. leg. 5. de legibus, leg. libertum 14.
de rit. nupt. princip. de legitim. patron. tutel.* obſeruat
Tiraquellus *in leg. ſi vnquam verbo libertis ex numero
47. Cod. de reuocand.* Donellus *lib. 1. commentarior.
cap. 13. & 14.* vbi Oſuald. Pichard. *in principio Inſti-
tut. de adquiſitio. per adrog. num. 12.* Gothofredus *in
l. 29. & 30. D. de legibus.*

Neque in contrarium quidquam molitur Iulia- 44
nus *in dict. verſic. ſed ſi pater*, ibi:, *Non incommodè
dicitur hæreditatem eius, ex lege ad ſubſtitutos pertine-
re*, quia, vt ego exiſtimo, non docet de ſecundis ta-
bulis, legem Corneliam fuiſſe loquutam, imo aper-
tè demonſtrat, pupillaris ſubſtitutionis non me-
miniſſe, ſi retineas vulgarem litteram *non commodè*,
quaſi dicat, ex ea lege, non deferri hæreditatem
ad ſubſtitutos, vtpotè quæ non eſt in ea compre-
henſa. Secundum alteram lectionem. *Non incommo-
dè*, nihil aliud docet quam Papin. *in d. §. 1. verſ. in
promptu eſt.* Si Iulianus etenim affirmaret, legem
Corneliam de ſecundis tabulis loquutam fuiſſe, ad
quid adiiciebat illa verba *non incommodè?* Quæ hunc
continent ſenſum. Quamvis lex Cornelia, de ſecun-
dis tabulis mentionem non fecerit, nihilominus
cum eius mens omnia comprehendat, non incom-
modè dicitur, etiam ex ea lege ſubſtitutum admitti,
coniungendum eſt illud, *non incommodè* Iuliani &
illud *non eſt alienum* Papin. Ambo in eundem ſenſum
concurrunt. † Incommoditatis cauſa, ſeu dubitandi 45
ratio, quæ erat, ſi à lege de impuberis teſtamento
fuiſſet animaduerſum? Solùm autem prouidit teſta-
mentis quæ facta fuerunt ab iis, qui ea condere po-
tuerunt. Quæ interpretatio apertè deſumitur ex ſe-
rie, & contextura *d. l. lex Cornelia*, vbi Iul. cum di-
xiſſet, legem illam omnes hæreditates comprehen-
dere, quæ ex hæreditate captiui poterant originem
trahere, mutat caſum in verſ. *ſi pater*, & ait, non
incommodè dici poſſe, ad ſubſtitutos pertinere, ex
eadem lege, etiam, & illam hæreditatem, quam-
vis aliàs non eſſet lege illa comprehenſa. † Neque 46
huic oberit rationi, quod Papin. ait Prætoris auxi-
lium eſſe neceſſarium, vt ſubſtitutus vtiles actiones
accipiat, qui cum à lege adiuuetur, eius auxilium
illi ſufficiebat, neque neceſſarium erat extraordina-
rium Prætoris *l. in cauſa, la 2. de minoribus.* In qua
re ipſi Iure Conſulti iterum diſſidere videntur, cum
Iul. dicat ex ea lege admitti ſubſtitutum; Papin. au-
tem ex Prætoris auxilio. Dicendum itaque eſt, non
ex eo, quod Papin. auxilium Prætorium introduxit,
ſequi, abſque eo pupillarem ſubſtitutionem non
valere, nam ait tantum Prætorem debere exſe-
qui legis mentem, & ſecundum eam, ſubſtituto

concedere

concedere vtiles actiones, quod idem docet Iul. ex
mente legis ſubſtitutionem habere locum. Prætoris
autem auxilium neceſſarium eſt, quoniam conten-
dentibus ſubſtituto, & legitimo hærede, qui ab in-
teſtato admittendus erat, Prætor ſecundum tabulas
bonorum poſſeſſionem concedit, quod facere ſolet,
& ſi à lege hæres munitus fuerit, *toto titul. ff. de bon.
poſſeſſ. ſecund. tab l. puberem 11. Cod. de iure deliberandi,*
cum obſeruatis à Pichard. *in princ. Inſtit. de exhared.
liber. num. 6. & in §. ſunt autem num. 19 de bonor. poſſeſſ.*
47 expedit enim plura habere remedia. † Actiones au-
tem vtiles dantur, quia ſolum vtiles Prætor conce-
dit, vt notat Theoph. *in §. 2. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* non
quod deficiant directæ (quæ à lege ſolent introduci,
& ob id ſubtilitate iuris licet diſtinguantur, attamen
re, & effectu idem præſtant *l. actio. 47. de negotiis geſtis,*
cum traditis à nobis *ſuprà d. cap. 11.* & in propoſito
notat Anton. Faber. *d. cap. 5.*) ſed quia petita ita per
ſubſtitutum bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas,
48 nullas alias poteſt ex ea habere actiones. † In qua
ſententia Pap. neque audax fuit, neque tanto Iuris
Conſulto id obiiciemus crimen, prout Anton. Fab.
videtur *d. cap. 5. circa fin.* qui ait, in hoc tantum ſibi
arrogaſſe, vt Prætori quodammodo inducendi hære-
dis teſtamentarij, & remouendi legitimi ius dederit.
49 † Quæ calumnia diluitur ex eo, quod frequens ſit
Iuris Conſultis, vt ex mente legis interpretatione
deductum Prætori exequendum proponant, vt in
ſpecie *leg. quamvis 11. ff. de in ius vocan.* ibi: *licet edicti
verba non patiantur. leg. filio 17 ff. de iniuſto rupto l. ſi
duobus 14. ff. de contra tab.* ibi, *quamvis verbis edicti
expreſſum non ſit, tamen non poſſe eam petere bonorum
poſſeſſionem l. filium 10. §. videamus ff. eod.* ibi: *Quamvis
edicti verbis collatio inducatur, ex mente Prætoris dene-*
50 *gandam eam.* † Facit eleganter Scæuola *in l. ſi filius
10. ff. de collat.* ibi: *ita edictum ſe habet, ſed magis ſentio.*
51 † Quæſtio *ibi* erat, ſi filius fuerit inſtitutus, &
emancipatus petierit contra tabulas, filia in poteſtate
non petente, ex edicto non eſſe ei conferendum,
quoniam ita ex edicto Prætoris confert emancipa-
tus, ſi res ad inteſtati cauſam deuoluatur, *l. 4. Cod. de
collat.* at ex parte ſua ſuſtinet filiusfamilias teſtamen-
tum, & conſequenter non eſt locus collationi, *l. 1.
C. de collat.* Sed in contraria ſententia eſt Scæuola, vt
quamvis edictum ita ſe habeat, tamen ex interpre-
tatione mentis edicti conſtituit, emancipatum eſſe
ad collationem vrgendum, cum ob iniuriam collatio
fuerit introducta, quam irrogat emancipatus fratri,
52 vt dixi *lib. 1. cap. 17. num. 22. & ſeq.* † Declarabant
itaque Conſulti mentem, & verba legum, & edicto-
rum; cum eorum munus illud fuerit, ius tamen non
poterant inducere, vt docent DD. *in l. Gallus de lib.
& poſth.* vbi Spannoch. *part. 22. num. 21.* Duaren. &
Cuiac. & noſter Pichard. *d cap. 4. num. 192.* Reuardus
*de authoritate Prudentum c. 14.* & reliqui *in §. reſpon-
ſa, Inſtitut. de iure naturali,* Donel. *lib. 1. cap. 8. & lib. 6.
comment. cap. 11.* Vnde Iul. & Pap. interpretatione ex
iuris ratione deſumpta, non ineleganter in ſupra-
dicta ſpecie, pupillares tabulas valere docue-
runt.

53 Sed difficilior eſt ſpecies illa, quam tractarunt
Pap. *in dict. l. quod ſi filius § ſi ambo de captiuis,* & Scæ-
uola *in l. ſi pater captus. 29. ff. de vulgari ſubſt.* an ſcili-
cet valeat ſubſtitutio pupillaris facta filio, ſi poſtea
ambo, pater & filius capti apud hoſtes moriantur.
In qua quæſtione Scæuola negatiuam partem am-
plectitur, *in dict. l. ſi pater* docens legem Corneliam
ad pupilli ſubſtitutionem non pertinere, Papinianus
tamen affirmat *in dict. § ſi ambo* ſub eadem lege com-
54 prehendi, & ſic valere. † Quem nodum diſſoluere
tentarunt, poſt Bart. & antiquiores Coſta *in cap. ſi*
*pater verbo teſtatore mortuo num. 22.* Cuiac. *ſupra,* &
Ant. Fab. *dict. l. 10. cap. 7.* ſed nullus eorum Iuris
Conſultorum mentes feliciter eſt aſſequutus, imò
Ant. Fab. vt ſolet, medicas manus admouet ſimiles
Medicis integra ſecantibus (vt vtar Quintiliani ver-
bis *lib. 10. Inſtit. cap. 4.*) multa Scæuolæ vulnera infli-
git, quem in Scholis noſtris ab doctiſſimis anteceſ-
ſoribus Anton. Pichard. *dict. tit. de vulg. cap. 26. n. 43.*
& Melch. de Valent. *dict. tract. 2. t. 9. num. 23.* rei diffi-
cultate oppreſſis, receptum eſſe miror, qui nega-
tionem tollunt *in d. l. ſi pater,* & vbi legitur: *non per-
tinebit,* expungunt voculam *non,* & *inferius* loco
particulæ *niſi* reponunt *ac ſi.* Eodem modo Cuiacius
*in dict. l. lex Cornelia in fin.* verbum *quoniam* tranſmu-
tat, & legit *quanquam.* Quæ omnia non intrant
theatrum noſtrum, ſi enim prout cuique in buccam
venerit, liceret litteram inuertere, nulla erit diſpu-
tatio, nulla difficultas ad quam componendam neceſ-
ſaria eſſet ſcientia iuris. † Neque item admitten- 55
dum eſt, quod alij excogitabant in noſtris Scholis,
ſcilicet ſubſtitutionem pupillarem non confirmari
lege Cornelia, ſecundum Scæuolæ ſententiam, &
quod Pap. ait *in dict § ſi ambo,* ſufficere legem, non
alias quam ſi pater apud hoſtes, filius verò in ciui-
tate moreretur, intelligendum eſſe dicunt, hoc
modo, id eſt, lex Cornelia non aliter ſufficit, quam
ſi filius in ciuitatem reuerſus decedat. † Hoc igitur 56
à mente Conſulti alienum eſt, qui iuxta eam inter-
pretationem, vno caſu propoſito de alio reſponde-
ret; nam ſi de filio mortuo apud hoſtes loquebatur,
incongrua eſſet reſponſio, ſi interrogatus an eo caſu
valeret ſubſtitutio? Dixiſſet: valet, ſi reuerſus in
ciuitate deceſſerit. Quomodo, ſi apud hoſtes pro-
ponitur mortuus, intelligi poterit reuerſus? Deinde
cum lex Cornelia confirmat patris teſtamentum, eo
confirmato ad ſubſtitutiones quoque ſe extendit, vt
dictum eſt, quid itaque refert, an in ciuitate, vel
apud hoſtes impubes fuerit, cum patris teſtamentum
per legem confirmetur? Imò etſi in ciuitate filius de-
ceſſiſſet poſt patrem; ſubſtitutio locum non habe-
ret, niſi lex Cornelia patris teſtamentum confirma-
ret; cum igitur ex ſola paterni teſtamenti, confir-
matione ſubſtitutio valeat, neque eo minus confir-
metur patris teſtamentum, quod filius quoque apud
hoſtes deceſſerit, cur non admittemus hoc quo-
que caſu, pupillares tabulas ex lege Cornelia
ſubſiſtere, tanquam ſi filius in ciuitate more-
retur.

Quapropter in hac graui difficultate exiſtima- 57
bam rectè dixiſſe Scæuolam in ea ſpecie legem
Corneliam non confirmare ſubſtitutionem pupilla-
rem, quia cum prius pater ab hoſtibus ſit captus,
poſtea filius, fictioneque Cornelia, retrotrahatur
patris mors ad illud tempus, in quo captus eſt, cum
filius tunc temporis non ſit in poteſtate patris, vtpotè
captiuus, ſubſtitutio pupillaris euaneſcit, cum, vt
diximus, debeat tempore mortis paternæ in eius eſſe
poteſtate, *dict. l. cohæredi, § cum filia,* aliàs diceretur
captiuus alium captiuum ſub ſua habere poteſtate,
quod eſſe non poteſt, *dict. l. ſic eueniet de adulteriis,
l cum heredes 23. §. 1. de adquirend. poſſeſſ.* & ideò
quando moritur pater, cum pendeat captiuitas
filij, non poſſumus dicere eſſe in eius poteſtate,
præſertim cum apud hoſtes decedens filius, etiam
ſi eo tempore moriatur, fingimus decedere tempo-
re captiuitatis, & ita vacuo illo tempore fictionis,
inter mortem patris & filij, non poteſt fingi in fa-
milia patris, & conſequenter ſubſtitutio corruet, ex
*ſuprà* traditis. Quamobrem neceſſaria fuit reuerſio
filij in ciuitatem, quia cum iure poſtliminij videa-
tur in ea fuiſſe, *d. l. illa §. 1. d. § ſi ab hoſtibus,* tunc

deficit ratio ſupradicta, & confirmato paterno teſtamento, & ſubſtitutio habebit effectum, eo modo, ac ſi ambo in ciuitate deceſſiſſent. Quæ expoſitio ſuadetur ex illa vocula *mox*, quâ vtitur Scæuola, vt deſignet patrem fuiſſe captum, mox filium, id eſt ex interuallo, vt *in l. mulier* 22. §. *cum proponeretur, ff. ad S.C.Trebell. l. ſi adrogator* 22. *ff. de adoption.* in quo maximè errarunt Bulgarus, Accurſ. & Gofredus *in dict. l. ſi pater*, qui aſſeruerant nihil intereſſe, an ſimul pater, & filius, vel ex interuallo capti fuerint.

58 Neque his aduerſatur Pap. *in dict.* §. *ſed ſi ambo*, cui reſpondendum eſt, diuerſum caſum ab eo proponi, videlicet quando pater, & filius ſimul fuerunt capti, vt denotat totius legis ſeries, quæ in principio ponit filium mortuum ante patrem in ciuitate, deinde *in dict.* §. *ſed ſi ambo*, mutat ſpeciem, quando ambo ſimul apud hoſtes deceſſerunt captiui, quo in caſu filius intelligitur mortuus lex Cornelia ſufficiet ſubſtituto, eodem modo ac ſi patre apud hoſtes defuncto, ipſe filius in ciuitate moreretur. Quod videtur innuere Papin. ibi: *ſi ambo apud hoſtes*, & in exemplo adducto, cum ait, valere ſuſtitutionem, perinde ac valeret, ſi filius poſtea deceſſiſſet in ciuitate: ergo præſupponit filium, non poſtea & ex interuallo fuiſſe captum, ſed ſimul cum patre, & hæc fortaſsè potuit eſſe ratio dubitandi, cum patris, & filij mortis inſtans vnum, & idem erat, etſi filius poſtea poſt patrem deceſſiſſet. Requirit autem Pap. vt prior pater decedat, vt valeat ſubſtitutio, ſiquidem nullius foret momenti, ſi filius ante eum vita fungeretur, cum adhuc viuo patre decederet, vt pater. Scæuola verò negat ſubſtitutionem valere, & ſi prior pater decedat, quia inſpecto tempore captiuitatis filius, iam non eſt in poteſtate. Hæc circa hunc iuris difficillimum articulum, poſt aliorum labores ſcripſimus latius, quam ſolemus: verum aliter tenebricoſis his reſponſis lucem præferre non potuimus.

---

## CAPVT III.

### De fideicommiſſi, & legati, iure Digeſtorum, variis differentiis, & de eorum à Iuſt. facta exæquatione. Vlpian. luſtratus *in l. 1. de legat. 1.*

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa, vnde nomen, & originem ſumpſerint?* & n. 3.
2 *Quod relinquitur arbitrio alterius, non inducit obligationem.*
4 *Fideicommiſſa ad neceſſitatem iuris redacta, qualem vim habuerint.*
5 *Appellatione legati continetur fideicommiſſum.*
6 *Differentiæ multæ, inter legata, & fideicommiſſa,* & n. 10.
7 *Pro legatis competebant tres actiones, pro fideicommiſſo vnica tantum perſecutio.*
8 *Legata nonniſi ex teſtamento, fideicommiſſa verò, & ab inteſtato valent.*
9 *Fideicommiſſum, & Græcè relinqui poteſt, legatum nonniſi Latinè.*
11 *Differentiæ inter legata & fideicommiſſa, & Iuſtiniano ſublata.*
12 *Quæ ſit exæquatio legatorum, & fideicommiſſorum.*
13 *Anton. Fabri ſententia reiecta, qui exiſtimabat adhuc vigere naturam legati damnationis.*
14 *Expenditur difficultas* dict. l. 1. ff. de legatis 1.
15 *Solutiones eidem à DD. traditæ referuntur, & refelluntur,* & n. 16. & 17.
18 *Communior interpretatio eorum, qui illud caput referunt ad edictum,* quod legatorum.
19 *Variis conſiderationibus confutatur,* & n. 20.
21 *Præceptorum opinatio circa,* d. l. 1. *reiecta.*
22 *Noua ad* d. l. 1. *explicatio.*
23 *Hyperbole quid ſit, & an ea figura, & aliis vſi fuerint Conſulti?* & n. 24. & 35.
25 *Adducitur exemplum,* princ. de donat *ad confirmationem veræ interpretationis.*
26 *Satisfit aliquibus difficultatibus, quæ in contrarium oriuntur.*
27 *Mos Iure Conſult. regulas generaliter concipere, etſi in multis fallerent,* & n. 32.
28 L. quemadmodum 8. ff. de adquirend. poſſeſſ. l. rem in bonis 51. de adquir. rer. dom & n. 29.
30 L. ſtipulationes 72. de verbor. obligat. & leg. 1. ff. ſolut. matrimon. *explicata,* & numero 31.
33 *Alia difficultas contra ſupradictam explicationem diluitur.*
34 *Verborum tranſpoſitio frequens Iure Conſultis.*
36 *Alia ad* d. l. 1. *propoſita interpretatio.*

FIDEICOMMISSA inde nomen ha- 1
bent, quod ex fide hæredis penderent,
nec vllo vinculo iuris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, contineri ſolebant. *Princ. Inſtit. de fideicom. hæred.* Primis temporibus infirma fuerunt, quia ciuilibus conſtitutionibus nulla neceſſitas reſtituendi hæredi rogato impoſita erat, ſed precatiuis verbis
res illi committebatur. † Quod autem relinquitur 2
alterius arbitrio, nullam inducit obligationem, *l. ſub hac* 7. *ff. de oblig. & act. l. in vendentis* 13. *C. de contr.*
*empt.* † Poſtea verò D. Auguſtus, vinculum, & 3
neceſſitatem iuris fideicommiſſis attribuit, vt *in dict. princ.* eleganter commemorat. Inſt. & notat poſt Vlp. *in frag. tit.* 25. Pichard. *illic.* Donell *libro* 8. *com. cap.* 2. Turaminius *de exæquatio. legator. cap.* 1. Chifletius *de iure fideicom. lib.* 1. *cap.* 1. Duaren. *in paraphra ad tit. de*
*legat.* 1. *in princ.* † Hoc tamen introducto iuris vin- 4
culo, multam cum legatis ſimilitudinem, & familiaritatem cœperunt fideicommiſſa contrahere, vimque legatorum, neceſſitatémque in effectu obtinere.
† Ita vt appellatione legati, fideicommiſſa quoque 5
continerentur, *l. & fideicommiſſum* 87. *de legatis*, 3. vt quaſi generis nomen legatum eſſet, ſpecies autem fideicommiſſum, *l. vxorem* 11. §. *legauerat*, *de legat.* 3. *l. Titia* 35. *l. Titia* 38. *de auro & argent. legat. iuncto* §. *ſed non vſque*, *Inſtit. de legat.* & ita in fideicommiſſo præcipit, & iubet. Tertullian. *lib.* . *ad vxor. cap.* 1. ibi, *Tu modo, vt ſolidum capere poſſes, hoc meæ admonitionis fideicommiſſum, præcipio igitur tibi, quanta continentia potes, poſt exceſſum noſtrum renunties nuptiis.* Cum tantum precatiuè in eo vterentur teſtatores.
† Sed nihilominus, poſt vim illam fideicommiſſis 6
datam, differentiæ complures inter legata, & fideicommiſſa interuenerunt, cuius generis multæ *in libris Digeſtorum* ſparſæ conſpiciuntur, quas enumerant DD. *in Rub. & l.* 1. *D. de legat.* 1. poſt Accurſ. Bartol. *numero* 4. Alexand. *numero* 5. Iaſon. 42. & Cuiac. Duar. Donel. *ſuprà* idem Duar. *lib.* 2. *diſput. cap.* 9. Petr. Greg. *lib.* 32. *ſyntag. cap.* 32. *numero* 55. & nouiſſimè Pichard. *in lect. ad hanc legem cap.* 3. *per tot.* Inter

quæ

7 quas illæ principaliores ſunt. † *Prima*, pro legatis
competiiſſe tres actiones, Perſonalem, Realem,
& Hypothecariam, *l.quod legatur* 38. *de iudiciis,l.cum
filius* 76.§.*variis de legat.* 2. *l.*1. *C. comment. de legatis*
§.*noſtri,Inſt.de leg.* pro fideicommiſſo tamen, nullam
datam actionem,ſed ſolam extraordinariam perſecu-
tionem, vel ſaltem actionem perſonalem, *l. pecuniæ*
178.§.*perſecutionis, ff.de verbor. ſignificat.* Paulus *lib.*4.
*ſentent.tit.*1. *in fine*: de quâ re conſulendi ſunt Bartol.
*dict.num.*4. Alexand.13. Iaſon.91. *ſupr.*Donell.*d.cap* 2.
Anton.Fab *de erroribus decad.*89.*error.*7. *& lib* 8.*con-*
8 *iect.cap.*19.Cuman.*num.*12.& Ripa 21.*in d.l.*1.† Altera
differentia erat, quod legata, nonniſi ex teſtamento
valere non poterant, *l.legatum* 36. *de leg.*2.*l.illud* 13.
§.*tractari de iure Codicil.* fideicommiſſa verò,etiam ab
inteſtato relicta valebant, §. *præterea Inſtit. de fidei-
commiſ. hær.* † Fideicommiſſum quoque etiam Græcè
9 relinqui poterat, *l.fideicommiſſa* 11.*de legat.*3. legata
autem, nonniſi Latinè, *l directas,C.de teſtam.manum.*
etſi per fideicommiſſum relinqueretur libertas hæres
adquirebat ius patronatus, *l.*4.§.*hi qui,de fideicommiſſ.
libert.*§.*qui autem Inſtit.de ſingul. rebus.* At ſi directè
legetur, nullus erat patronus, ſed libertus efficietur
Orcinus, *l. libertis, Cod. de manum. teſtam. dict.* §.
10 *qui autem.* † Legata non poterant relinqui niſi ver-
bis expreſſis, §. *ſed olim de legat.* fideicommiſſa,
ſola voluntate, & nutu, *l.penultim. de leg.*1. *l. cum
proponebatur* 66. *de leg.*2. *l. nutu* 21. *de leg.* 3. Ex-
tant, aliæ differentiæ, quas commemorant allegati,
11 præcipuè Duar. & Cuiac.*in d. l.*1. † Sed has ſubſtulit
Iuſtin.& fideicommiſſorum, legatorumque naturam
exæquauit, & ex diuerſa vnam effecit ſimilem con-
ditionem, & cauſam, ita vt quod deeſt legatis, hoc
ex natura fideicommiſſorum repleatur, & ſi quid
amplius eſt in legatis, per hoc creſcat, & fideicom-
miſſorum natura. Quod potiſſimum cauetur *in l.*1.*C.
comm.de legat.& in* §.*ſed non vſque, Inſtit. eod.* notant
12 *ſupra* laudati. † Ea enim eſt exæquationis natura,
quando duæ res ita pariſicantur, vt vtriuſque priui-
legia communicentur, & ex duabus rebus vna vi-
deatur, ita vt quod vni deeſt, alteri per alteram ad-
datur, docet Bart.*num.*1. Caſtrenſ.7. Iaſon.37.& alij
13 *in d. l.*1. † Vnde cauendum eſt ab Ant. Fab. *lib.*1.
*coniect. cap.*1. qui exiſtimat, in legatorum, & fidei-
commiſſorum adquiſitione, naturam legatorum per
damnationem hodie vigere, quam reprehendit Ly-
clama *lib.*4.*membran.ecc.*2.& Schiford. *lib.*3.*tract.*11.
*quæſt.*1.

14 Verum his obſtat implacabilis difficultas; quam
offert Vlpian. *in dict. l.*1. *de leg.* 1. vbi diſertis verbis
ſcripſit, *per omnia exæquata eſſe legata fideicommiſſis*,
quaſi iam Iure Conſultorum tempore, huiuſmodi
exæquatio facta fuerit: quo mendacij arguitur Iuſt.
15 dum ſe eiuſdem prædicat authorem. † Cui difficul-
tati tres adfert ſolutiones Accurſ.*in dict l.*1.quæ tan-
quam diuinatoriæ exploduntur à Ferret. *num.*5. Iaſ.
*num.*53.*in dict l.*1. licet vltimam amplectatur Cuma-
nus, & A. Aug. *lib.* 3. *emen. cap. fin. in fine.* Neque
admittenda eſt alia Corraſij *lib.*5. *Miſcell. cap.*17.
Couarru.*in cap. Rainut.*§.10.*num.*3.*de teſtament.*quam
ſequuntur relati à Fachin. *lib.*5.*controuer. cap.*30. &
Spino *de teſtam. gloſ.*27. *num.*49. qui aiunt tempore
Conſultorum, exæquata fuiſſe legata fideicommiſſis
idque cum approbaret Iuſtinian. pro more ſuo ſibi
16 attribuit. † Sed tamen ferendum non eſt, nam præ-
terquam quod nefas eſt Imperatorem iactantiæ &
mendacij arguere, antè eum non erat huiuſmodi
exæquatio facta, vt conſtat ex ſupradictis differen-
17 tiis, & docet Oſualdus *dict. cap.*2. *litt.I*, † Quare
damnata Viglij opinione *in* §. *legatarius num.*3. *de
teſtament.* exiſtimantis hoc caput falſo adcriptum
fuiſſe Vlpiano à compilatoribus, quo errore etiam
inuoluitur Duaren.*lib.*2.*diſp cap.*9. Donell.*dict.cap.*2.
& Pichard.*d.cap.*3.*num* 68. Et alia etiam Turaminij
*de exæquat. legat. cap.*6. *num.*7. qui aſſerit verba, *per
omnia*, addita fuiſſe, à Triboniano, quod etiam &
à doctiſſimis receptum vidi, & in id inclinant multæ
aliæ DD. cogitationes, quas refert Oſualdus *dict.
cap.*2.*litt.M*, † Frequentius obtinuit Cuiacij inter- 18
pretatio *lib.*8. *obſeru. cap.*4. quam etiam tradidit Re-
uard.*lib.*5.*var. cap.*4. & ſequitur Pacius *antyn. cent.*6.
*quæſt.*2. Spino *d. gloſ.*27. *num.*47. Pichardo *in* §.*ſed
non vſque, Inſtit.de leg & in dict. tit ff. de legat. cap.*3.
*num.*57. *& ſeq.* licet huic ſententiæ non adquieſcat,
qui autumant *dict. l.*1. accipiendam eſſe iuxta inſcri-
ptionem quæ eſt, Vlp.*lib.*67.*ad edictum*, quo loci in-
terpretabatur edictum, *Quod legatorum*, vt in indice
ſuo indicauit Petrus Labitus & in iuris Chronolo-
gia Freimonius & conſtat ex inſcriptione *l.*1.*ff. quod
legatorum*, quo edicto cauebatur, vt quod legato-
rum nomine, non ex voluntate hæredis occupatum
eſt, id reſtituatur. Docent Donel.*in rub. Cod. quod
legator.*& alij laudati à Pichardo *in* § *ſequens diui-
ſio.*11. *Inſtit. de interdictis.* Dubitari autem poterat,
an in edicto comprehenderentur fideicommiſſa, ſed
adhuc illa verba edicti plenius accipi debent,& pro-
duci ad fideicommiſſa, ita vt quod Prætor in lega-
tis edixit, eadem quoque de fideicommiſſis inter-
dicta cenſerentur, vnde rectè Vlpianus ait,exæquata
eſſe fideicommiſſa,& legata,quod ſi ad illud edictum
referatur, erit veriſſimum, non tamen ſi generaliter
ad omnia. † Quæ interpretatio ſuſtineri non poteſt, 19
quia repugnat, *dicta l.*1. quæ hanc exæquationem
generaliter & per omnia admittit, non verò in caſu
tantum particulari interdicti, *uod legatorum*, vbi
non ſunt plures, in quibus hæc exæquatio adapta-
retur, ſed vnus tantum caſus. Et cum lex debeat in-
telligi ſecundum rubricæ naturam, *l. Imperator* 16.
*de in diem addict.* non erat inchoandus ampliſſimus
legatorum tractatus, à lege illa, quæ ad materiam
non pertinebat. In principio cuiuſque tractatus de-
bent proponi regulæ generales, ad totius materiæ
cognitionem pertinentes, non verò particulares ex-
ceptiones, & ideò licet Vlpiani excuſationem con-
tineat, non tamen Tribonianus negligentiæ notam
effugiet. † Quibus addes, legatorum & fideicom- 20
miſſorum exæquationis meminiſſe etiam Vlpian. *in l.
quæ ſub conditione* 8.§. *hoc edictum ff. de conditio. inſt.l.
quia autem* 6.§ *quid deinde ff. ſi quis omiſſa cau. teſtam.*
& tamen non eſſe deſumptas has leges *ex illo lib.*
Vlpiani, ſed ex *lib.*50. Et quamvis daremus illam
interpretationem veram eſſe, iuxta eam debuiſſet
*d.l.*1.ſcribi *per omnia exæquata ſunt fideicommiſſa lega-
tis*, cum enim fideicommiſſa fuerint redacta ad iuris
neceſſitatem, legatis fuerunt exæquata, id eſt,æqua-
lia facta, & æquæ potentiæ, vt *in d.*§.*hoc edictum &
d.*§.*quid deinde*, qui de hac exæquatione intelligendi
ſunt, non tamen legata fuerunt exæquata fideicom-
miſſis, quia natura legatorum ſtrictior erat, illorum
autem pinguior, §.*ſed non vſque Inſtit.de legat.* † Ne- 21
que difficultatem tollit, quod Præceptores noſtri
finxerunt pro conſtanti tenendum eſſe,literam dictæ
legis ita fuiſſe ſcriptam: *legatis fideicommiſſa*: ſed per
errorem, caſus mutatos fuiſſe, nam cum per notas,
vel dictionum compendia, Iure Conſultorum libri
ſolerent ſcribi, vt ait Iuſtin. *In l.*1.§.*pen. C. de veteri
iure enucl.*& obſeruat Panciroi.*lib.*1.*variar. cap.*30. &
per hæc verba, *fideicommiſſa legatis*,duæ tantum lite-
ræ fuerint repoſitæ, *L*, videlicet & *F*, librarij impe-
riti tranſcripſerunt, *legata fideicommiſſis.* Quæ tamen
euaſio vehementiſſime diuinat; cum poſt Iuſt. *in d.
l.*1.§.*penult.*nullæ notæ(*Cifras* dicimus) neque verbo-

rum compendia, in libris Iuris admiſſa fuerint: quomodo ergo poſt Imperatoris prohibitionem, quæ falſitatis pœnam ſcribentibus imponebat, librarij auſi fuiſſent ita ſcribere, vt impunè verborum compendiis vterentur?

22 In hac ergo ab omnibus deſperata difficultate, ego iam olim exiſtimaueram, Vlpian. non ita generaliter eſſe accipiendum, vt omnino differentiam omnem inter legata, & fideicommiſſa excluderet. Etſi enim verba *per omnia* id ſuadeant, adhuc tamen temperari debent, & interpretatione iuris, vt ad ſimilitudinem legatorum, & fideicommiſſorum magis ac magis deſignandam, propter eorum non diſformem naturam, hyperbolicè loquutum dicamus. Vt cum ait *per omnia*, non in omnibus accipiatur, ſed quia in multis aſſimilarentur, & in multis eſſent exæquata, (ſic Cicero *ad Atticum libro 6. epiſt.* ait, *Omne, non ſemper dicit omne*,) tum propter iuris neceſſitatem, quæ in vtriſque erat, *d. princ. de fideicom. hæredit.* tum etiam, & propter legem Iuliam, & Papiam, qua exæquata ſunt, *l. & fideicommiſſum* 87. *de leg.*. quæ ad id referenda eſt, vt ſicut cœlebs legatum acquirere non poterat, ita nec fideicommiſſum, (ita interpretatur Balduin *ad legem Pap pag.* 99. & Pichard. *in princ. de legat. numero* 11.) tum & propter edictum, *quod legatorum l. 1. Cod. quod legatorum*, iunctis *dict. l. quæ ſub conditione §. hoc edictum, & dict. l. quid autem, §. quid deinde*, tum & propter ſatiſdationem legis Falcidiæ *l. is cui* 31. *ff. ad legem Falcid.* & cautionem de eis ſeruandis, *l. 1. §. idem* 10. *ff. vt legat. nomine caueat.* Quibus & aliis attentis Iure Conſultus noſter, vt in omnibus exæquata eſſe cognoſceret, dixit
23 *per omnia*, ſed per hyperbolem. † *Ea enim eſt natura hyperboles, vt ad verum mendacio veniat:* (verba ſunt Senecæ lib. 7. de beneficiis cap. 13.) *itaque qui dixit: Qui candore niues anteiret, curſibus auras quod non poterat fieri dixit vt crederetur, nunquam tantum ſperat hyperbole, quantum audet, ſed incredibilia affirmat, vt*
24 *ad credibilia perueniat.* † Qua figura vſos fuiſſe Iure Conſultos docet Corraſius *lib. 4. Miſcellan. cap.* 11. & Schardus *de verbis iuris verbo hyperbole*, qui licet nulla exempla ſubiiciant, attamen plurimæ leges id oſtendunt, *l. 1. ff. de pactis*, ibi: *Quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ inter eos placuerunt ſeruare*, *l. exemplo* 11. *ff. de actionibus empti*, ibi, *Nihil magis bonæ fidei congruit quàm id præſtare, quod inter contrahentes actum eſt.* Vbi vtrobique notat Accurſ. & quamvis Caſtrenſ. *in dict. l. 1.* de pactis velit non eſſe hyperbolem, adhuc contra eum dices pro Accurſ. an eſſet naturæ congruum, ſi inter paciſcentes placuiſſet flagitium facere? Quod obſeruandum non eſt, *leg. ſi flagitij* 123. *de verbor. obligat. cum vulgatis.* Eodem etiam modo loquitur *l. ſi per errorem* 15. *ff. de iuriſdict.* vbi notat Accurſ. *l. 1. Cod. de Sacr. Eccleſ. l. non minorem* 20. *Cod. de tranſact. §. per traditionem, Inſtitut.*
25 *de rerum diuiſione.* † Sed inter huiuſmodi exempla, nullum magis ad rem erit, quam belliſſimum illud, quod extat *in princip. Inſtitut. de donat.* vbi de donationibus mortis cauſa loquens Iuſt. hæc eadem verba adiecit, *Hæ mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia.* Et cum loquutus fuiſſet hac generalitate, poſtea ſubiecit. *Et à nobis conſtitutum eſt, vt ferè per omnia legatis annumerentur.* Vbi dixit *ferè*, quia in multis differunt, vt *ibi* Accurſ. aduertit, & tamen ea *per omnia* propoſuerat per hyperbolem, nam vt conſtat ex *l. illud* 37. *in princip. de donat. mort. cauſ.* ſolùm quoad legem Iuliam, & Pap. legata, & hæ donationes exæquatæ erant, vt probat Balduin. *ad legem Iuliam, & Pap. pag.* 101, extra verò cauſam legis Papiæ non ita ſimiles fuerunt, conſtat ex *l. ſi filius* 10. *de leg. præſt.* & ex iis, quæ tradunt Anton. Gomez, Couarruu. & alij relati à Pichardo *in dict. princip. de donat numero* 13 *& ſequentibus*, Fab. *de erroribus pragm. ſecunda part. decade* 42. *errore* 5. iuxta quem modum Vlpianum loquutum fuiſſe reor, vt ſimilitudinem legati, & fideicommiſſi deſignaret, non vt omnimodam induceret naturam, quam poſt Iuſtiniani conſtitutionem acceperunt legatum, & fideicommiſſum.

Neque obſtat, in principio adeò latiſſimi tracta- 26
tus non debuiſſe apponi regulam illam, verbis ita generalibus conceptam, quæ tamen in multis falſa eſſet, nam reſpondeo, quod cum ius ipſum adeò immenſum ſit, vt Iuſtinian. docuit *in prœmio inſtit. §. & cum Sacratiſſimas*, rarò lex aliqua generaliter concipi poteſt, quæ tamen non debeat ſuppleri, temperari, vel corrigi propter multas, quas patitur exceptiones, & vt eleganter ait Ariſtoteles, *libro quinto, Ethic. paulo ante finem*, ibi, *In quibus cogitur lex vniuerſalia proferre, nec illa poteſt rectè explicare, in iis ſumit id quod plurimum ſolet euenire, nec tamen ignorat, in eo aliquid erratum admitti, & nihilominus lex eſt recta.* † Vnde fuit mos Iure Conſultis regulas ge-
nerales ita concipere, quamvis in aliquibus, imò & 27
in multis caſibus fallant, cum omnis definitio, id eſt, deciſio in iure periculoſa ſit, ita vt rarum ſit, quod non ſubuerti poſſit exceptione aliqua, iuxta Iauolenum ſic intelligendum *in l. omnis* 202. *ff. de reg. iuris*, congruit *l. licet* 15. *ff. de receptis arbitris*, idque
non deſtruitur exemplis. † Ita *in l. quemadmodum* 8. 28
*ff. de adquirenda poſſeſſ.* Paulus ait, *Quod ſicut nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo, & corpore poteſt, ita nulla immittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt*, cuius ſententia generaliter ita accepta planè falſa eſt *ex l. 5. §. in amittenda ff. de adquir. poſſeſſ.* Vbi notant Doctores, qui grauiter ſeſe diſcruciant in illarum legum explicatione, præcipuè relati ab Oſualdo *ad Donellum lib. 5. cap.* 13. *littera C*, & à Genoa *in illarum antynom. pag.* 287. Pichard. *in §. item extraneus, Inſtit. de hæred. qualit.* & tamen *dict. l. quemadmodum*, ſupplenda eſt verbo *fere*, vt *in l. fere* 153. *de regulis iuris*, quæ *ex eodem lib. Pauli* 65 *ad edict.* deſumpta eſt, vt explicat eleganter Petr. Fab. *in l. nihil* 35. *& in l. fere* 108. *de regul. iuris.* Ita verbum *plerumque*, & verbum *fere*, neceſſarium eſt in multis iuris partibus, quas notat idem
Fab. *in l. 1 de regul. iur.* vbi etiam Cuiac. † Aliud exem- 29
plum eſt *in l. rem bonis* 52. *de adquir. rer. dom. l. is qui* 15. *l. non minus* 40. *de regul. iuris, cum l. id apud* 147. *de verb.*
*ſignificat.* † Aliud elegantius præſtat Vlpian. *in l. ſti-* 30
*pulationes non diuiduntur* 72. *de verbor. obligat.* ibi: *Cæterarúmque ſeruitutum*, vbi cum generaliter, cæteras ſeruitutes dixiſſet à patre inuuit, omnes ſeruitutes indiuiduas eſſe, & nullam excipit, quod tamen ita erit falſum, cum vſusfructus ſit diuiduus, *l. 1. §. ſi vſusfructus* 9. *l. ſi is qui* 80. *§. quædam ff. ad leg. Falc.* quæ difficultas coëgit Hotmanum *illuſt. quæſt. cap.* 18. affirmare
vſumfructum eſſe indiuiduum, contra tot iura. † Rur- 31
ſus aliud præſtat Pomponius *in l. 1. ff ſolut. matrim.* qui dotium cauſam ſemper, & vbique præcipuam eſſe ſtatuit, quod tamen fallit *in l. maritum* 12. *ff. eod. l. in eum* 16. *cum ſeq. ff. de religioſis, l. 4. C. in quibus cauſis pignus.* Vbi doti præfertur actio fruſtraria, debitum Primipilare, & maritus vltra quam facere poſſit: quamobrem Accurſ. *in d. l. 1. gloſſ.* 1. ait ſupplendum verbum,
*fere.* † Ex quibus patet, quod cum ita mos fuerit 32
Conſultis, non eſt mirum ſi Vlpian. ſimilitudine legatorum, & fideicommiſſorum penſata, regulam generalem propoſuerit *in d. l. 1. de legat.* 1. quæ tamen ex aliis debeat ſuppleri exceptionibus, & iuris temperamento reſtringi.

Sed adhuc obſtat, nam etſi ſupradicta vera ſint, 33
neſcio quo pacto poſſimus effugere alteram difficul-

tatem

tatem, quæ ex vltimis verbis contrahitur *in d.l.1.* dum ait, legata exæquata eſſe fideicommiſſis, cum tamen dicere deberet *fideicommiſſa legatis.* Verum dilui poterit hæc nubecula, ſi animaduertas, legata & fideicommiſſa purificationem, & exæquationem accepiſſe non ita explicitam, vt diceremus fideicommiſſa ad legatorum naturam deflexiſſe magis, quam legata ad naturam fideicommiſſorum, ſed cum promiſcuè eis vterentur, per hypallagen figuram, ordinem verbo-
34 rum tranſpoſuiſſe. † Quæ Iuris Conſultis non eſt infrequens, vt demonſtrauit Accurſ. *in l.7.§.pactorum 8.verbo, non minus ff.de pactis*, & Oſualdus *ad Donel-*
35 *lum lib.22.c.4.littera L.* † Sic eos variis figuris eſſe vſos demonſtrare non erit magni laboris opus, nam *Kalendarium* dixerunt, id eſt, nomina debitorum per henallagen, quando continens pro contento ſumitur, & *mensā nummulariam* pro rationibus, quæ menſæ occaſione debentur. Videndus Schardus *verbo Epiſtola* Cuiacius *in notis ad titulum, Inſt. de leg. Aquil. & lib.3. obſeruat.c.5.* Reuardus *in l.1.de reg.iur. & lib. 3.variar. cap.15.* Petr.Fab. *lib. 1.ſemeſt. cap. 23. & 24.* & Bellonus *integro libello de figuris iuris.* Sic apud Virgilium.

*Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras.*

Id eſt ſoli, ſub obſcura nocte, & *lib. 11. Æneid. verſ.458.*

*Dant ſonitum rauci, per ſtagna loquacia cygni.*

Pro cygni loquaces, quo vſus eſt modo *libro 12. verſ.475.*

——*Hirudo.*

*Pabula parua legens, nidiſque loquacibus eſcas.*

Et elegantius Claudian. 4. *conſ. Honor.*

——*Nam cum vincamur in omni.*

*Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.*

Id eſt nos diis æquat. Sic etiam Vlp. dixit *fideicommiſſa legatis* pro *legata fideicommiſſis.* Sicut Iuſt. *in §. ſed non vſque de leg.* loquutus eſt, cum non ſolùm legata fideicommiſſis verum, & è contra exæquarentur.

36 Quod ſi hæc in deſperato hoc Vlp. capite non arriſerint, iterum vadoſum hoc mare facilius tentare poteris, ſi dixeris, legata & fideicommiſſa per omnia exæquata eſſe, non vt modus legandi, & natura eorundem confunderentur, ſed exæquata eſſe, quemadmodum capiendi obligandi, & effectum ipſum, ita vt, ſicut capere prohibitus eſſet aliquis legatum, eodem modo & fideicommiſſum, & è contra, vt dixi, de legis Papiæ prohibitione cœlibi facta, & de edicto quod legatorum, & de edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, cum ſimilibus facit *l. ſi res 20. de leg. 3. l. ſi quis 29. de vſufr. leg.* nam alias ſi exæquata non eſſent, fraus fieret legibus, dum prohiberent aliquid capere ex teſtamento, cùm ita per fideicommiſſum contra legis intentionem fieret ab inteſtato, *princ. Inſt. de fideicom. hær.* ibi, *Quibus enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere, fideicommittebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant.* iunctis quæ de fideicommiſſo tacito ſcriptum, extat *in l.1.C.de delator.lib.10. l in fraudem 10. cum aliis illius tit. ff. de his quibus vt indign. & tit. ff. de iure fiſc.* Vnde perſpicies Iuſt. *in d.l.2.C.com.de legat.* ſolum verborum formulas, quæ fideicommiſſa, vel legata inducebant ſuſtuliſſe, & *in §. noſtra autem de leg.* dum ait ſe rebus leges imponere, non verbis, quaſi effectu capiendi exæquata eſſent, non vero in modo relinquendi.

## CAPVT IV.

Dotium cauſa multa introducta priuilegia. Explicatur Vlp. locus *in l. ſi ego 9. §. ſi res 1. ff. de iure dotium*, cum aliis. Defenditur Tribonianus contra Anton. Fabrum.

## SVMMARIVM.

1 *Præmium & pœna duo efficaciſſima remedia ad Rempub. conſeruandam.*
2 *Pœna homines, ad matrimonia contrahenda, allecti.*
3 *Item & præmio.*
4 *Reipubl. maximè neceſſaria hominum procreatio.*
5 *Dotibus mulierum priuilegia data, vt facilius nubere poſſint*, & n.12.
6 *In dotis priuilegiis, magis attenditur matrimonij, quam ipſius conſeruatio.*
7 *Damnantur illi, qui magis dotis quantitatem attendunt, quam vxoris mores.* & n.9.
8 *Apud aliquas nationes, ſine dotibus nubebant mulieres.*
10 *Romanorum prouidentia, in aſſignanda nubentibus mulieribus dote.*
11 *Regis noſtri Pragmatica ſanctio.*
13 *Species*, d.l. ſi ego §. ſi res de iure dotium.
14 *An in ea lege detur contractus innominatus, vel donatio ex Socino, & Barboſa*, & n.15. & 17. 19. 23. 24. & 26.
16 *Donatio eſt contractus nominatus, ex plurium ſententia.*
18 *Expenſa* leg. ſed interim 11. §. ſi vxor de donat. inter vir.
20 *Barboſæ putantis* in d. §. ſi *res potuiſſe eſſe locum pœnitentiæ ſententia reiicitur*, & numero 21. & 22.
25 L. ſi ſeruo 69. §. ſi teſtator de leg. 2.
27 *Alia Barboſæ opinatio circa* dict. §. ſi res, *non admittitur.*
28 *Mozzij, & aliorum ſententia exiſtimantium, in* dict. §. ſi res *interueniſſe mandatum*, & numero 29.
30 *Vera Vlpiani explicatio* in dict. §. ſi res, & n.31 & 36.
32 *Legatum, & ſtipulatio* poſt mortem meam, *non valebant.*
33 *Regula, vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes, remiſſiuè.*
34 L. Stichus 39. de manum. teſtam.
35 *Factio teſtamenti inutilis, niſi à lege confirmetur.*
37 *Quare ad benignitatem, & dotis fauorem recurrerit Vlp.* in d. §. ſi res.
38 *Frequens eſt Iure Conſultis, quod æquius eſt decernere ſpreto iuris rigore.*
39 *Ant. Fabri coniectura, quibus adductus Tribonianiſmum inuenit* in d. §. ſi res.
40 *Reprobatur eiuſdem emendatio, & argumentis ſatisfit*, & n.41. & 43.
42 L. ſtipulatio 63. de iure dotium *explicatur.*
44 *Diſcuſſa difficultas inter* dict. §. ſi res & l.2. §. ſi pecuniam de donat.
45 *Solutiones ad eandem Accurſij Bart. Cuiac. Fabri, & aliorum*, & n.46.
47 *Giphanij alia interpretatio exploditur.*
48 *Duplex ſolutio ad eandem contrarietatem*, & n.49.

1 DVOBVS illis efficaciſſimis reme-
diis, quibus tranquillitas publica, pa-
catuſque Reipublicæ cuiuſque ſtatus
conſeruatur, præmio ſcilicet, & pœ-
na (teſte Ariſt. *lib. 1. ethic. cap. 5.* Vlpia.
*in l. 1. de Iuſt. & Iur.* vbi Cui. Simancas *de Repub. lib. 9.
cap. 11.* Solorzan. *de Parricid. lib. 1. cap. 1.*) Romani
vſi ſunt, vt homines ad matrimonia contrahenda,
2 maiori ſtudio incitarentur. † Pœna afficiebantur
cælibes, & ex lege Iulia, & Papia, qui non pote-
rant capere ex teſtamento, niſi legi paruiſſent. Item
& Orbi, qui liberis in matrimonio carebant, ſoli-
dum capere prohibebantur, vt *in l. is qui 6. de vulgar.*
(cui adde Cuiac. *9. obſeru. cap. 17.* Caldeir. *lib. 4. var.
cap. 3. numero 17.*) *l. ſi ſeruus 81. de adquir. hær.* (de qua
vide Pichard. *in § ſeruus autem Inſt. de hær. inſt.*) *leg. ſi
quis ſolidum 62. l. qui non 78. §. fin. de hær. inſt l. ſed ſi
hoc 62. §. 1. de cond. & demonſtr.* Gothofred. *in not. ad
Vlpian. in frag. tit. 13.* conferunt quæ nos diximus la-
3 tius *lib. 3 infra, in Eunucho.* † Præmiorum quoque
exhortatione, eadem lex Iulia, & Papia vſa eſt, vt
matrimonia frequentarentur (nam mariti ante lati
in magiſtratu, in ſorte prouinciarum, & in curia
primi ſententiam rogati, in albo & proceſſu cæteris
prælati: vide Agell. *lib. 11. cap. 15.* Docent plena
manu à nobis laudati *in Eunuch. n. 31. & ſeq.* & elegã-
ter Lipſius *ad Tacit. 3. ann. ſch. 45.* & probant, *l. 2. ff. de
minor. iuncta l ſpurij 6. §. fin. de decurion. l. 2. §. 1. l. bel-
lo 18. de excuſ. tut. l. cum ratio §. cum plures de bon. dam.*
4 cum dicendis *infra cap. 5.*) † Vt ſic Reſpublica li-
beris hominibus repleretur, quod maximè expedit,
5 & neceſſarium eſt, vt *ibi* dicemus. † Quam ob
cauſam, plurima dotibus mulierum ſunt tradita pri-
uilegia, vt probat Pomp. *in l. 1. ff. ſolut. matrimon.*
& obſeruant *ibi*, DD & præcipuus P. Barboſa Lu-
ſitanus, & longè latéque doctiſſimus *3. part. cum ſe-
quentibus*, Petrus Gregorius *lib. 9. ſyntag. cap. 24.* Pe-
trus Fab. Ræuard. & Cuiac. *in l. 85. de reg. iur. & in
rub. Cod. de iure dot.* poſt Bald. Nouel. Rogerium
Campeg. Conſtant. & Hot. *de dotibus*, Donell. *lib. 14.*
6 *comm. cap. 7.* † Quod intellige, non vt dos ſit bonum
humanum de per ſe, ſed propter matrimonium, ex
quo proles naſcitur, quod eſt bonum publicum, nam
dos veluti adiumentum eſt, ſiue, vt ita dicam, inci-
tatiuum, vt homines illius cupiditate ineſcati faci-
lius matrimonium contrahant: ita Paraſitus apud
Plaut. *in perſa actu 3. Scena 1.* ait.

*—— Hic cum mala fama facilè nubitur.*
*Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.*

Congruit Stobæus *ſermone 78.* nam etſi matrimo-
nium ſine dote rectè conſiſtat, non tamen indotata
mulier ſolet cupiri, neque ita conſortium deſidera-
tur, vt rectè præſenſit Pomponius *in dict. l. 1. ſolut.
matrimon.* & Paul. *in l. 1. ff. de iure dotium, l. ſi donaturus
9. §. 1 de coniectione cauſa data l. intereſt 18. ff. de rebus
authoritate iud.* Explicat Vacon. *lib. 1. declarat. cap. 28.
numero 5.* Coſtan. *ſuprà cap. 1. numero 5.* Barboſa *in
7 d. l. 1. numero 18. part. 1.* † Cum enim grauia ſint
onera matrimonialia non facilè homines ſine doti-
bus acciperent mulieres, imo ſi dos interueniat, rarò
præter illam aliud inſpiciunt, vt non immerito dote
venales maritos dixerit Tertullianus, adeo excreuit
omni tempore illa auri ſacra fames, vt nullus ſit, qui
in muliere aliquid notet, ſed in dote, & de mori-
bus vltima fiet quæſtio, vt eleganter demonſtrat Iu-
uenal. *Satyra 6. verſ. 137.*

*Optima, ſed quare Ceſſennia teſte marito?*
*Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam,*
*Nec veneris pharetris macer eſt & lampade fer-
uet,*
*Inde faces ardent veniunt à dote ſagittæ,*
*Libertas emitur.*

† Vnde quamvis apud plures nationes vxores ſine 8
dotibus acciperentur (vt de Cantabris narrat Strabo
*lib. 3.* & Polydor. *de inuent rer. lib. 1. cap. 7. de Lacedæ-
moniis* Plutarchus *in vita Lycurgi*, Ælianus *de varia
hiſtoria lib. 6. cap. 6. de Germanis*, Tacitus *de moribus
German.* Alexan. ab Alex. *lib. 4. gen. cap. 8.* Connan.
*lib. 8 cap. 8. numero 3.* Tiraquellus *in l. 5. connub. num. 10.*
P. Greg *lib. 9. ſyntagm. c. 18. à n. 19.* quia vt ait Horatius
*lib. 3. Ode 14.*

*Dos eſt magna parentum.*
*Virtus, & metuens alterius viri*
*Certo fœdere, caſtitas:*
*Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.*

† Et viri vxoriſque conſortium non pretio aut mer- 9
cede, ſed pudore, pudicitia, gratia beneuolentia, &
liberorum charitate coniungi voluerunt, vxorem ani-
mos, virtutéſque non diuitias apparentes, nam vt
rectè docet D. Ambroſ. *lib. 1. de Abraham cap. 2.* ibi,
*Qui ſuauitatem quærit coniugij, non ſuperiorem cenſu
ambiat non monilibus ornatam, ſed moribus.* † Adhuc 10
tamen Romanis, in hac re prouidentiſſimis, viſum
fuit vtilius, dotes in contrahendis matrimoniis con-
ſtituere, cum ita facilius, & ſuauius frequentarentur,
& conſequenter Reſp. hominibus abundaret, quæ
fuit immediata cauſa priuilegiorum omnium, vt do-
cet ex aliis Barboſa *d. numero 81.* † Sic apud nos 11
inuictiſſimus Rex noſter Philippus. Quartus hoc
anno in Pragmatica Sanctione, vt homines ad ma-
trimonia frequentanda alliceret, multa priuilegia
prouidentiſſime eis conceſſit, quæ tanquam ſatis no-
ta prætereo. † Huius itaque propoſiti occaſione vi- 12
demus, varia in iure priuilegia dotibus conceſſa, *l. in
ambiguis. 70. de iure dotium l. 85. de reg. iur. l. fin. ad S. C.
Velleian l. aſſiduis C. Qui potiores l. vnica C. de priuil. dot.*
cum infinitis aliis quæ *in tit. D. & C. de iure dotium*
inuenies, & quæ commemorant *ſuprà* relati.

Ex quo aperitur aditus interpretationi *d. l. ſi ego 9.* 13
*§. ſi res ff. de iure dot.* quo loci probat Vlpian. quod ſi
quis res tradiderit Titio futuro marito ea conditione,
vt ſequutis nuptiis dotis efficiantur, ſi ante nuptias
donator moriatur, & poſtea ſequutæ fuerint, domi-
nium non transfertur in maritum, cui à principio res
traditæ ſunt, ſed remanet penes hæredem defuncti,
qui fauore nuptiarum cogitur conſentire, vt domi-
nium in maritum transferatur: ita vt ſi non potuerit
conſentire, ex legis diſpoſitione cenſeatur tranſla-
tum; cuius rei eam eſſe rationem tradit Bart. *in l. ſi
pecuniam de condict. cau dat.* & alij relati à Barboſa *in
rub. D ſoluto matrimon. 4 part. numero 37.* † Quod in 14
hac ſpecie, & ſi videatur reſultare contractus inno-
minatus; *do vt facias*, id eſt, vt conuertas in cauſam
dotis adhuc tamen dotis fauore admiſſum eſt, vt in
eo non admittatur pœnitentia; & ideo hæres conſe-
quenter tenebitur conſentire. † Quæ ratio diſpli- 15
cuit Socino *in l. qui Romæ § Flauius de verbor. oblig. nu-
mero 15.* & Morlæ *in empor. tit. 2. in præmiſſ. num. 103.*
ex eo quod ſiue donatio *in dict. §. ſi res*, interueniret,
ſiue dotis conſtitutio non poteſt eſſe contractus in-
nominatus, videtur enim donatio interueniſſe cum
voluit donare, qui dedit, *vt ſequutis nuptiis dotis ef-
ficerentur*, & maritus accepit eo animo vt in domi-
nium ſuum eiſdem ſequutis tranſiret *vnica acce-
dit verſ. imo magis C. de rei vxor. act.* † At donatio 16
(ait Socinus) eſt contractus nominatus, vt docue-
runt plures *in l. iuriſgentium 7. de pactis*, præcipuè Bar-
tol. Alexand. & alij, quos laudat Pichard. *in §. actionum
quæſt. 27. numero 51. Inſtit. de actionibus.* † Deinde, 17
& ſi daremus contractum innominatum interueniſſe
in *d. § ſi res*, adhuc non eſſet licita pœnitentia, quæ
in eis contractibus, implemento ex altera parte ſe-
quuto, etiam remoto fauore dotis, non ſolet admit-
ti *l. 3. § ſed ſi tibi l. ſi pecuniam 5. ff. de condict. cau. dat.*

*l. natu*

*l. naturalis* 5. §. *& ſi quidem* ibi : *vel ſi meum recipere*
*velim D.de præſcript.verbis* ſubſcribit Couar.*lib.* 1.*var.*
*cap.*14.*num.*16.
18 Verum contra Socinum expendit Barboſa *ſuprà l.*
*ſed interim* 11.§.*ſi vxor ff. donat. inter vir.* Vbi ſi vxor
tradiderit alicui , vt mortis cauſa marito darentur,ait
Vlpianus , quod ſi mortua ſit ea antequam traderen-
tur , non poſſit marito poſtea , qui acceperat , tra-
19 dere , inuitis hæredibus mulieris. † Vnde infert
Barboſa , quod cum mulier habuerit animum donan-
di cauſa mortis , & eo animo tradiderit Titio , qui
etiam eo animo accepit , adhuc tamen ſi moriatur
ante traditionem , non potuerit dare inuitis hæredi-
bus. Ergo conſequenter potuerunt pœnitere hære-
des , atque ita reſultat contractus ; *do vt facias* , id
eſt , vt marito tradat , & ſic erit licita pœnitentia,
idque *in dict.* §. *ſi res* dicendum arbitratur , niſi fauor
20 dotis impediret pœnitentiam hæredum. † Quæ
tamen doctiſſimi viri opinatio vera mihi non vide-
tur, cum *in dict.* §.*ſi vxor* non potuit interuenire con-
tractus innominatus , ſed interuenit mandatum mu-
lieris , quæ volebat , vt Titius res illa daret marito
ex donatione mortis cauſa : cum ergo traditio facta
non eſſet ante mortem , poſt mortem minime pote-
rit fieri inuitis hæredibus. Ratio eſt quoniam man-
datum illud , vt Titius marito daret morte vxoris ex-
tinctum fuit , *l eius qui* 41. *verſic quas vero ff. ſi cer-*
*tum petat. l. inter* 26. *in princip. cum l. ſeq.* §. *morte ff.*
*Mandat.l.mandatum* 15.*C.eod.* §. *recte* , *Inſtit.eod.*iun-
ctis traditis à Pichard. *ibi* Donel. *lib.*16.*comment.c.*23.
vbi Oſuald.Benedict. Pinel.*lib.*2. *ſelect.cap.*6. & ideò
ſicut finitum eſt mandatum , finita quoque eſt dona-
tio cauſa mortis , & donatario illæ res recte dari non
poſſunt. Ita in ſimili ſpecie eleganter docet Papi-
nianus *in l. cum pater* 77. §. *Mæuia de leg.* 2. & alij
Conſulti *in l.ſi ſponſus* , *in princip. ff. de donat. inter.l.*
*fundi* 33.*in fin.de adquirend poſſeſſ. l.*2.§.*ſi quis donatu-*
*rus l.hoc iure* 19. §. *ſi quis dederit verſ ſi autem ff.de do-*
*nation.l.fin.ff.de ſolut.* Nam ſolus animus donandi in-
teruenit , & cum traditio per quam perficiatur do-
natio neceſſaria ſit , vel ab ipſa quæ donabat , vel
ab alio , ex eius voluntate fieri debuit *l. abſenti* 10.*ff.*
*de donat.*hoc autem, viua donatrice , cuius poſt mor-
tem voluntas nulla eſſe poteſt ( docet Anton. Faber
*de erroribus decad.*43.*err.*3.*num.* 6. *& ſequent* Giphan.
*in l.* 2.§. *ſi pecuniam numero* 19. *de donat.* ) Vnde cum
ex mandato mulieris donatario dandum erat , ea iam
mortua mandatum non potuit impleri, & ideo inuitis
hæredibus traditio nulla erat , ita notauit Accurſ.
*in dict.l.*2.§ *ſed ſi quis donaturus per textum ibi* , *de do*
*nat.verbo pecuniam* , & Pichard.*in d.*§. *recte numero* 17.
21 † Et ea ratione diſtinguitur *in d.* §. *ſi vxor* , an fue-
rit interpoſitus Titius à muliere, vel à marito, vt pri-
mo caſu cum non tradiderit extinguitur mandatum,
ſecundo vero cum perſona interpoſita ſit , ita res in-
telligitur tradita , ac ſi ipſi marito traderetur , &
mandatum non potuit integra veluti re per mortem
reuocari , ſi quidem traditio iam interueniſſet. †
22 Hinc liquet , non recte cenſuiſſe Barboſ. innomina-
tum fuiſſe contractum *in dict. l.ſi ego* §.*ſi res.* Neque
etiam , & in alio , dum contra Socinum ait , traden-
tem non habuiſſe animum donandi ſponſo , cui res
tradidit , ſed potius mulieri , in cuius dotem ſequutis
nuptiis , res illæ conuertendæ erant *l.ſeruo legato* 69.
§.*ſi teſtator de leg.*1.vnde reſpectu dantis, & accipien-
tis , reſultare dicit contractum innominatum , do vt
conuertas in cauſam dotis , & ſic perficias donatio-
nem in perſonam mulieris, poſtquam nuptiæ fuerint
ſecutæ , & ideo debebit eſſe locus pœnitentiæ docet
Bart. *in d.l.*2.§. *ſi pecuniam* , *de donat.* & in aliis locis
à Barboſ. congeſtis. Quæ traditio , non minus peri-
23 culoſa eſt , quam altera. † Quoniam *in d.* §. *ſi res*
non potuit eſſe vllus contractus innominatus ex eo,
quod ibi fuit facta vera donatio marito , vt conſtat
*ibi, quia pendet donatio* ; & de eo quæritur , an in ſuo
domino res habeat ex traditione illi facta : de muliere
re autem verbum nullum eſt , vnde ſi conditio illa
non eſſet appoſita , *ſi ſequatur nuptiæ* mariti ſtatim ef-
ficeretur , vt ſubiicit Vlpian.*in dict.l.ſi ego* §. *cæterum.*
† Obtineret autem conſideratio Barboſæ , ſi mari- 24
tus eſſet adiectus, & interpoſitus traditioni,vt *in dict.*
*l ſed interim* §.*ſi vxor* , *& in d. l.* 2.§. *ſi pecuniam verſ.*
*ſed ſi quis donaturus.* Verum hoc negat Vlpian. cum
ſolum quæſierit , an res huiuſmodi mariti efficeren-
tur , quod ineptum foret , ſi mulieri dandæ , & tra-
dendæ eſſent. † Neque obſtat *d. l. ſeruo legato* 69. 25
§.*ſi teſtator de leg.*1.vbi ſi legata ſit dos genero nomi-
ne filiæ , non habet gener actionem , ſed filia , cui
facilè reſpondetur ex traditis ab Vlpiano *in l.cum pa-*
*ter* 29. *de iure dotium* iuncto Cuiacio *in d.*§.*teſtator,&*
*lib.*2. *Iul. ad Vrſeium in l tali* §.1.*de iure dot.* Barboſ. *in*
*l ſi cum dotem* 23.§. *ſi pater numero* 37.*&* 39. *ff. ſolut.*
*matrimon.*quod ſi pater promiſerit dotem genero , &
poſtea legauerit , inutile erit legatum , verum filia
habet actionem ex teſtamento , gener vero ex ſtipu-
latu. *l huiuſmodi* 84.§.*pater de leg.* 1. quo caſu attento
loquitur *d.* §. *teſtator* : at contra erit , ſi pater leget
genero dotem , quam non promiſerat , quia tunc le-
gatum in vtriuſque perſona conſiſtit *l.tali* 48 *in fin.ff.*
*de iure dotium l.Titio centum* 71.§. *Titio genero de cond.*
*& demonſtr.* † Vnde deduco , non potuiſſe in ſpe- 26
cie *dict.* §. *ſi res* pœnitentiæ locum eſſe , nam id eſt
contra ius expreſſa *in l. quod Seruius* 8. *ff. de condit.*
*cau.dat.l.dotis fructum* 7.§.*fin.l.ſi debitor* 80. *de iure do-*
*tium* , vbi quod dotis nomine datum eſt , non poteſt
repeti , donec matrimonium poteſt habere effectum,
docent in dict. iuribus DD.& Couar. *dict. lib.*1.*c.*14.
*numero* 16. *verſic. quamobrem* , & Donel.*lib.*14. *com-*
*ment cap.*23. † Ex quo damnari etiam debet, quod 27
idem Barboſa *ſuprà numero* 40.comminiſcitur *in dict.*
§.*ſi res* interueniſſe quendam contractum innomina-
tum , habentem maximam ſimilitudinem cum man-
dato , ac proinde debuiſſe mandati ſequi naturam;
vnde non ſolum potuiſſe , ait , per pœnitentiam re-
uocari, verum etiam , & per tradentis mortem , at-
tamen ſpeciale eſſe fauore dotis , vt neque prædi-
ctus contractus pœnitentia reuocetur neque morte;
Quam doctrinam recipiunt plures ab eo laudati *nu-*
*mero* 41. & ab Oſuald.*lib.*16. *Donel. cap.* 23. *littera E.*
Couar.*ſuprà dict. numero* 16.Florez Mena 3 *rat.*9.22.
*numero* 10. quod ipſe Barboſa poſtea non ſatis con-
ſtans reiicit *numero* 42. † Neque item admitto; 28
quod ex Bart. & aliis tradit Mozius *tractatu de man-*
*dato* §. *quomodo annulletur mandatum numero* 20. No-
uellus *de dote* 6. *parte priuil.* 52. *&* 53. quos ſequitur
Pichardo *ſuprà numer.* 14.Donel. *lib.*16. *cap.*25. Hot-
man.*lib.*2.*amicabil.cap.*38.*in ſpecie dict.*§.*ſi res*,interue-
niſſe mandatum, quod & ſi iuris rigore morte extin-
guatur , benignius tamen fauore dotium dicetur ad-
huc viuere. † Sed hoc falſum eſt , quia *ibi* traditæ 29
ſunt res ipſi marito , vt nuptiis ſequutis dotis effi-
cerentur , & conſequenter in eius dominio eſſent,
atque ita mandatum non interueniit , vt docemur
*ex l.*2.§. *ſi pecuniam de donat.* & ſi ſupradictum man-
datum interueniſſet , certe vel contineret , vt mari-
tus daret , vel contraheret nuptias , aut quid ſimile,
non ergo id *ex dict.*§.*ſi res* deduci poterit : cum beni-
gnitas in eo caſu id operatur , vt hæredes conſen-
tiant , non vt valeat mandatum , & ratio qua moue-
tur Vlpianus ibi fuit , quia dominium diſcedere in-
cipit ab eo , qui dedit poſt mortem ſuam , non quia
mandatum erat morte extinctum , atque ita cenſet
Barboſa *ſuprà n.*41.*in fine* , & Morla *d.n.*103. Couar.
*d.num.*16.

Diſputa

30 Diſputauimus iam pro Socino contra Barboſam, & alios : reſtat nunc , vt veram mentem Vlpiani *in dict. §. ſi res* eruamus , quæ non difficulter deducitur ex illis verbis. *Quia poſt mortem incipiat dominium diſcedere ab eo , qui dedit.* Quæ ita explicari debent , Titium ſcilicet res quaſquam donaſſe Sempronio futuro Mæuiæ marito , vt ſi nuptias cum ea contraheret dotis efficerentur , pendente conditione deceſſit donator,poſtea ſequutæ ſunt nuptiæ:quæſitum eſt ab Vlpiano , an dotis eſſe res incipiant. Iure Conſultus ait , non effici dotales , quoniam dominium incipit diſcedere ab eo , qui dedit poſt mortem ſuam. Hæc eſt ſpecies *dict. §. ſi res* , in quo donationem fuiſſe probant illa verba *pendet donatio* , & factam ſub conditione , illa *: & cum ſequitur conditio nuptiarum* iuncta *l. ſtipulationem 22. l. dotis promiſſio 68.*
31 *ff. de iure dotium.* † Ratio autem eſt, quia pendente conditione dominium non diſceſſit à donatore, quod ita à ſe voluit excutere cum ſequutæ eſſent nuptiæ , vt in eadem ſpecie probat Paul *in l. fructum 7. §. fin. de iure dotium* ibi *: ſi quidem ſic dedit mulier et ſtatim eius fiant , efficiuntur enimvero , ſi hac conditione dedit, vt tunc efficiantur cum nupſerit , ſine dubio dicemus , tunc eius fieri , cum nuptiæ ſequutæ fuerint l. qui abſenti 38. §. 1. de adquir. poſſeſſ.* cum autem poſt mortem conditio nuptiarum exiſtat , dominium , quod iam in hæreditatem fuerat tranſlatum , ſtatim à die mortis , etiam adita quandocumque hæreditate *l. heres 54. de adquir. hæredit. l. omnia 193. de reg.*
32 *iur.* ab eo inuito auferri non potuit. † Quam ob rem ſtipulatio poſt mortem meam , vel tuam , erat inutilis, quoniam non niſi mortuo ſtipulatore , vel promiſſore adimplebatur *§. poſt mortem 14. Inſtit. de inutilibus.* Neque legari poſt legatarij mortem permiſſum erat *§. poſt mortem 34. Inſtitut. de leg.* cum impoſſibile , quemquam iam mortuum dare vel accipere.
33 † Vnde orta fuit regula , ne actiones ab hæredibus , vel contra hæredes inciperent *l. vnica Codic. vt actiones ab hæredibus* , de cuius explicatione præter Donel. & reliquos, *ibi, lib. 22. com. cap. 17.* vbi Oſual. *littera G.* videndus Pichard. *in d. §. poſt mortem n. 14.*
34 † Eodem modo procedit ratio *l. Stichus 33. ff. de manum. teſt.* vbi libertas data ſeruo , *ſi cum hæres alienauerit* , inutilis cenſetur , quia in id tempus confer-
35 tur , quo alienus ſit. † Item etiam , & factio teſtamenti , neceſſe fuit confirmari , ſi quidem qui teſtator , voluntatem ſuam concipit, de eo quod poſt mortem ſuam fieri vult. *l. 1. de teſtament.* effectumque eius in id tempus confert , quo non eſt dominus, neque ius in bonis habet , tranſlatio quippe dominij neceſſario requirit perſonam , à qua in alium transferatur : at teſtator per mortem dominium amiſit, atque ideo attento iuris rigore, niſi lege permittente fieri non potuit, vt poſt mortem meam diſpoſitio effectum ſortiatur , eo tempore , quo neque voluntatem habeam , neque poteſtatem ad dominium transferendum : vt eleganter obſeruant poſt Accurſ. *in l. illa 32. verbo pendere de hæred. inſt.* relati à Pichar. *in princ. Inſtit. quibus non eſt permiſſum ex numero 42.* An-
36 ton. Fab. *lib. 14. coniect. cap. 2. in princ.* † Quæ cum ita ſe habeant non eſt mirum ſi Vlpianus *in d. §. ſi res,* ex ſtricta diſputatione euicerit, ſupradicto caſu , hæredem tempore exiſtentis conditionis nuptiarum dominum fuiſſe , ac proinde auferendum non eſſe ab eo , quod ſuum erat , ſine conſenſu eius , & voluntate *l. id quod noſtrum 11. de regul. iur.* neque defunctum quidquam transferre potuiſſe , cum iam illo tempore dominus eſſe deſierit *l. nemo 54. ff. de reg. iur.*
37 † Verum , & ſi attento iuris rigore hæc obtinerent , ad benignitatis rationem in ea ſpecie confugiendum eſſe Vlpianus ſtatuit, ne ob id mulier maneret indotata *l. fin. C. ad S.C. Velleianum* cum aliis infra ſubiiciendis , atque ita reſpondet , fauore dotium motus , hæredem cogendum conſentire negotio illi, quod defunctus fecit : vel ſi nolit , aut abſit , dominium ad maritum ipſo iure tranferri , ſtricta enim diſputandi ratio ob publicam vtilitatem , quæ in dotibus conſeruandis animaduertitur, vt dixi ſupra in princip. inſuper habetur arg. *l. ſunt perſonæ 41. de religioſis l. ita vulneratus 51. §. fin. ff. ad leg. Aquil.* †
Neque ignotum eſt plerumque Iure Conſult. iuris 38
omiſſa ſubtilitate , & ſcrupuloſitate , quod fauorabilius eſt,& æquius fuiſſe ſequutos : ita apertè demonſtrant *l. ſi ex duobus 31. § ſed , & ſi plures , de peculio l. pater 71. de euictionibus , l. ſi mulier 50. §. ex aſſe l. ſi vſusfructus 66. l. ſi ſponſa 74. ff. de iure dotium l. Caius 45. ff. ſolut. matrimon. l. cum tale 72. §. ſi arbitratu ff. de condit. & demonſtr & in aliis articulis l. 2. §. quanquam, de aqua pluuia l. poſthumus 12. l. filio præterito 17. de iniuſt. rup. l. Scæuola 76. ad Trebel. l. 3. § ſi pater , de bon. poſſeſſ. contra tabulas l. ſi ſeruum 91. §. ſequitur ff. de verb. obligat. l. ſiue vxor 34. de don. int.* iunctis aliis , quæ de æquitate extendenda docte congerunt Pet. Fab. *in l. in omnibus 90. de reg. iur.* Donel. *lib. 1. comment. cap. 13.* vbi Oſuald. Molla *in emp. tit. de legibus queſtione 11.* Pançirol *lib. 2. theſau. variar. cap. 1.* Gothofred. *in d. l. ita vulneratus § fin. lit. V.*

Vnde reiicienda eſt coniectura Anton. Fab. qui 39
neſcio à quo Ariolo accepit , verſum , *ſed benignus eſt* à Tribon. fuiſſe additum ſub ſpecie benignitatis, cum ſibi temperari non poſſet, quin Vlp. ſententiam prorſus euerteret , idque primo cautione illa ſua matutina adſtruit, quod Triboniani ſtylus parum elegans, ſe ipſum prodat. Secundò , nullum dotis fauorem debuiſſe in præiudicium hæredis eam benignitatem extorquere , cum nulla fuerit dos nec viuo teſtatore, vtpotè non niſi poſt eius mortem ſequutis nuptiis, neque eo mortuo , quia neque tunc , de alienis bonis , neque à mortuo conſtitui potuit, neque eo caſu debuit hæres cogi conſentire conſtitutioni dotis, ſed noua conſtitutione opus fuit *l. ſtipulatio 63. de iure dotium.* Denique , ſi verum eſt , etiam nolente , aut abſente hærede dominium rerum ipſo iure transferri in maritum , cur neceſſe eſt , vt neceſſitas hæredi imponatur , vt defuncti facto conſentiat , quod ſuperfluum eſt , atque iniquum , ſiquidem conſenſus ſine vi extorqueri non poteſt , res ſumme in iure exoſa. Quæ omnia etiam repetit *de erroribus prag. decad. 45. errore 3. n. 3.*

Hæ tamen rationes & argumenta ab ipſo Vlpiano 40
præuiſa fuerunt, & eis non obſtantibus , ex benignitate eam ſententiam , quam diximus conſtituit , ne aliàs mulier remaneret indotata , quod ſummè prouident iura , vt *in d. l. fin. C. ad S.C. Velleianum d. l. ſtipulatio 63. d. l. ſi mulier §. ex aſſe de iure dot. d. l. pater 71. de euictionibus.* Fauoris autem , & benignitatis ratio ea fuit quoniam cum ex conſtitutione dotis à defuncto facta , & eius dulcedine ineſcatus maritus , nuptias contraxiſſet , iniquum eſſet , eum cogere vxorem retinere indotatam , qui ſi rebus iam acceptis, & traditione ſibi facta contraxit , aliàs non contraxiſſet, dote nulla conſtituta , *argum. l. in rebus 17. ibi , quia nec alia cauſa contrahendi fuerit ff. de iur. dot.* atque ita æquitas expoſtulat , ne rebus defraudetur dotalibus, & cogatur onera ſubire matrimonialia ſine dote, cum ibi dos eſſe debeat , vbi onera matrimonij ſunt *l. ſi is qui 56. ibi l. Titia 62. l. quamvis 75. ff. de iure dotium l. ſi maritus 47. ff. fam. ercisc.* † Neque imputandum
eſt marito , cur non fuerit diligentior in contrahen- 41
dis nuptiis , viuente adhuc teſtatore, vel cur , eo mortuo , non ſe abſtinuit à nuptiis donec de dote ſibi prouideretur. Nam probabiliter potuit ignorare nimiam iuris ſubtilitatem , cum facilè credere potuit dominium in ſe tranſlatum fuiſſe traditionem ( *l. traditionibus*

*ditionibus C.de pactis*) ſequutis iam nuptiis. Deinde cum mulieris reſpectu, ne indotata maneat, hoc Vlp.decreuerit, in ea iuris ignorantia excuſationem habet *l.regula 9.ff.de iuris, & fact. ign.* quod properauerit ad nuptias. Vnde ob ſupradictam rationem, dominium rerum, quod quantum in ſe fuit ab ſe teſtator abdicauit, etiam hæres cogitur transferre conſentiendo, quia iam traditio interuenerat, quæ eſt efficax ad dominium transferendum, interueneratque etiam voluntas teſtatoris cum fauore dotium, id quod neceſſaria non fuit noua conſtitutio ſed prior, quæ à teſtatore facta fuerat, conſenſu hæredis accedente confirmatur, non tanquam ſi ipſe conſtitueret de nouo, ſed iam traditam à teſtatore confirmans: & id eſt, quod ait Vlpianus *imponi hæredi conſentire*
42 *ei, quod defunctus fecit.* † Neque ad rem facit *d. l. ſtipulatio* 63. ab Anton.adducta, quia loquitur diuerſiſſimo caſu, ſcilicet quando extraneus dotem conſtituit, & poſtea diſſolutum eſt matrimonium, quo caſu non ſolet conuerti dos in poſterius matrimonium *l.dotem 30.de iure dot. l. in inſulam 42. §. fin. ff. ſolut. matrimon.* qua ratione dos recepticia vocatur *in l.mortis 31. §. ſed & dos ff. de mortis cau. donat.* Vlpian.*in fragm tit 6. §. aduentitia*, iuncto Conn. *lib. 8. com cap.10.* Vnde cum iam extraneo ſtipulatori, ex interpoſita ſtipulatione in caſu diuortij, vel mortis adquiſita ſit dos, ſi poſtea aliud ineatur matrimonium, neceſſaria eſt noua conſtitutio dotis. At in noſtro caſu non interuenit, niſi primum matrimonium, ob cuius reſpectum facta fuit illa dotis traditio, & ideo cum fauore dotis ſuſtineatur, non fuit opus alia conſtitutione, cum à marito, vel muliere non redierit in teſtatorem, neque hæredem,
43 ſed ſemper in eodem ſtatu permanſerit. † Negotium non facit altera conſideratio Fabri, ſuperfluum putantis, cogere hæredem, ſi ipſo iure transfertur dominium. Nam reſpondendum eſt, id inductum eo caſu, quo hæres conſentire recuſauerit, alias etenim ſi ipſe noluiſſet, mulier indotata remaneret, quapropter neceſſaria fuit coactio aliqua, qua hæres inuitaretur, & adduceretur, in quâ nulla vis introducitur, ſed iuris remedium, vt legibus pareatur, vis quippe quam iudex facit, non eſt legibus exoſa, alias non poſſent ſuſtineri coactiones ex Senatus Conſulto Trebelliano *l.4.ff. ad S. C. Trebellian.* & multæ aliæ in iure ſparſæ *l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtem.* Vt Decretorum remedium contra contumacem, *l. contumacia 53.de re iud.l.conſentaneum 8.cap. Quomodo, & quando, cum vulgatis, cap.1.ext.de iudiciis*, & eluſoria eſſet iudicis auctoritas *l. ſi prætor 75. D. de iudiciis l.fin ff.ne quid in loco publ.*

44 Nihilominus, & ſi ab his argumentis liber videatur Vlpian.*in d.l.ego §.ſi res*, adhuc reſtat grauiſſima difficultas, quæ eiuſdem ſententiam videtur euertere, quam inducit *l.2. §. ſi pecuniam ff. de donation.* vbi Iulianus ſcribit, quod ſi mihi data ſit pecunia, ea conditione, vt tunc mea fieret, *cum Seius Conſul factus fuerit* ſi mortuo donatore Seius Conſulatum ſit adeptus, mea fiet. Quod idem in ſpecie *d.§.ſi res* dicendum erat, neque ad fauorem dotis recurrere neceſſarium videbatur. † In qua difficultate omiſſo
45 Accurſ.in dict iur.& *in l. ſub conditione 19. verbo facta ff.de ſolut.*diſtinguente inter pecuniam, & res, quem ſequitur Couar.*ſupra d.numero 16.* & Bar. *in d. l. ſub conditione in fin.* neglectaque alia Cuiacij explicatione *lib.6.Digeſt. Iulian.in d. §. ſi pecuniam*, inter hæreditatem iacentem& iam aditam diuinatoriè diſtinguente item alia Ant. Fab. *de error.dec. 47.err.4.n. 11. & 12.*Florez de Mena *lib.3.var.c.22.numero 23.& ſequent.* † Recepta fuit interpretatio Cumani, &
46 Angeli aſſerentium *d. §.ſi pecuniam* procedere in donatione ſimplici, in qua non eſt locus pœnitentiæ *l. ſi pecuniam 5. D. de condit. cauſ.dat.* Quod mihi non placet, nam ſi interueniſſet ſimplex donatio, etiam antequam Seius Conſul factus eſſet, donatarij fieret pecunia, neque eſſet neceſſarium conſulatum expectare, quod tamen negat littera ipſius *§. ſi pecuniam*, dum vtitur verbo *fiet*, quod cum ſit futuri temporis, deſignat ante conſulatum, nondum fuiſſe donatarij factam. Deinde, cum in conditione adiectum fuerit, *vt tunc fieret donatarij, cum Conſul Seius fuerit*, & illud verbum *Tunc* denotet extremitatem temporis *l.4.de condit.& demonſtr.*non ante fiet donatarij, quam fuerit Conſul Seius, at tunc iam eſt mortuus donator, ergo non potuit dominium tunc transferri vt *in d.§. ſi res.* † Ob quam ratio- 47
nem, & ſi mihi aliquando arriſerit, explodenda eſt quoque ſententia Giphanij, *in d. §. ſi pecuniam numero 20.& ſequent.*qui docebat, ſub modo factam ibi fuiſſe donationem, qui ex ſua natura non differt tranſlationem dominij, ſicut conditio *l. Mænia 44. de manumiſſ. teſtament.* cum itaque fuerit dominium tranſlatum in vita donantis,pecuniam habebit,quando Conſul ſit Seius, etiam tunc mortuo donatore; & quamvis vtatur verbo, *conditio*, Iulianus, multoties promiſcuè in iure, modus eo nomine appellatur, vt docet Gothofred. *in l. 1. Codic. de donation. quæ ſub modo.* Quæ tamen non placent, quia Iure Conſultus indicat non ante fieri pecuniam illius, quam Seius ſit Conſul.

Quare hanc deſperatam difficultatem duplici ſo- 48
lutione pacandam autumo. *Prima* ſit. Non dari eandem æquiparationem caſuum, in ſpecie *d. §. ſi pecuniam & dict. §. ſi res.* Nam *in d. §. ſi res*, non erat quærendum dominium rerum traditarum vere, & propriè ipſi marito, ſed mulieri, quæ eſt domina rerum dotalium *l. in rebus Codic. de iure dotium*, iunctis traditis à Pinell. *in l. 1. 3. part. numero 13. Codic. de bon. matern.* Spino *de teſtament. gloſſ. 11.num. 72.* Queſada *diuer. quæſtion. iur. cap. 14. numero 18.* Donell. *lib. 14. comment. cap. 4.* & *ibi* Oſuald. *littera F.* Ceuallos *commun. contra commun. quæſt. 3. à num. 34.* Barboſ.*in l.dotalem 62.ff ſolut. mat.* Pichard. *in princ. num.2.Inſtitut.Quibus alien.licet.* Vnde cum mulieri ante mortem donatoris traditæ non ſint, nec nuptiæ ſecutæ, quibus dominium ſaltem naturale adquirebat, ſuccedit regula *l. ſed interim 11. §. ſi vxor de donat. inter.* de qua *ſuprà.* Quod tamen non habuit locum *in dict. §. ſi pecuniam*, vbi traditio facta fuit eidem perſonæ, cui adquirenda erat pecunia, & licet donatore mortuo conditio exiſtat, cum tamen voluntas illius fuerit, vt dominium eiuſdem adquireretur, eueniente conditione, ita res æſtimatur, ac ſi ab initio ſine conditione tranſtuliſſet dominium, *l. neceſſario 8. verſ. quod ſi ſub conditione*, ibi, *Pendente conditione emptor, vel venditor deceſſerit, ſi extiterit conditio, conſtat hæredes obligatos eſſe, quaſi iam contracta emptione in præteritum, ff.de peric. & com. rei vend. l. potior 11. §. videamus, ff. qui potiores, dict. leg. ſub conditione 16 ff.de ſolut.*notat Pichard. *in §.cum autem numero 9. & ſequent. de empt. & vend.* atque ita ſequitur quod adueniente conditione Conſulatus, vel viuente (ſic lego non *furente*, vt Cuiacio placuerat) vel mortuo donatore, fiet pecunia illius, cui data eſt, quia hoc caſu ceſſat illa ratio, à nobis ſupra conſiderata circa veram explicationem *dict. §. ſi res*, cum adhuc in eius vita, dominium tranſtulerit, quod in pendenti fuit, donec aduenisſet conditio.

*Secunda* ſolutio ſit, *in dict.§ ſi pecuniam*, interueniſſe conditionem, quæ non ſolum conditio ſit, veluti ſi *Seius Conſul factus fuerit*, verum in diem eſſe collatam, vt indicat illud verbum *Tunc*, quod ex ſua natura differt, vt docuit Bart.*in l. vxori 25. de vſufruct.*

*vſufruct.leg.* Nam donator ita me capere voluit tunc cum Seius Conſul factus ſit, vt *in l.in illo* 8.*l.hoc iure* 10.*de verbor.obligation. d.l.vxori* quaſi diceret: Quandocunque acciderit, vt Seius ſit Conſul, tunc ea pecunia tua ſit. Cum itaque ex coniectura voluntatis donantis, quocumque tempore id acciderit, credendum ſit voluiſſe donatarium capere, ſiue viuo, ſiue mortuo donatore contingat Conſulatus, coniectura ductus Iulian. ait, ex tacita voluntate donatoris, adueniente conditione, & die, effici pecuniam donatarij.

---

## CAPVT V.

### De lege Iulia, & Papia circa matrimonia Senatorum, & Patronorum libertabus: ad illuſtrationem Diocletiani, & Maximiani Imperatorum *in l.Vxorem* 15.*C. de nuptiis.*

### SVMMARIVM.

1 *Inter libertam, & Patronum validum eſt matrimonium & iuſti ex eo ſunt filij.*
2 *Bellis ciuilibus exigui homines Romæ inuenti.*
3 *Lex Iulia de Maritandis ordinibus quæ, & vnde nomen acceperit variè inquiſitum*, & numero 4.
5 *Lex Papia à quo lata, quibus Conſulibus, & ex qua cauſa.*
6 *An lex Iulia, & Papia vnica fuerit, vel leges ſeparatæ*, & n.7.
8 *Plura eiuſdem legis capita fuiſſe probatur.*
9 *Auguſti & Rom.popul.ad ciues in matrimonio iungendos præcipua cura.*
10 *Hadriani egregia ſententia.*
11 *Præmia liberos ſuſcipientibus propoſita.*
12 *Liberi adoptiui proficiebant contra pœnam legis Papiæ.*
13 *Lex Papia exoſa Chriſtianis.*
14 *Ciuibus Romanis connubium non fuit, niſi cum ciuibus* & n.16.& 63.
15 *Vlpianus in fragmentis explicatus.*
17 *Patritiis cum plebeiis connubium prohibitum, poſtea conceſſum.*
18 *Ingenuorum ciuium cum libertinis, eodem modo prohibebantur nuptiæ.*
19 *Lege Iulia admiſſum, vt matrimonia ex effectu penderent*,& n.20.& 21.
22 *Patritiatus dignitas apud antiquos ſumma.*
23 *Nobilitas ſemper debet præferri.*
24 *Ratio noſtræ legis proponitur.*
25 *Explicatur* l.ſi quis alumnam C.hoc tit.*&* n.26. & 29.
27 *Alumni appellatio interdum ad liberos, interdum ad ſeruos producta*,& n.28.
30 *Intellectus ad* l. ſi libertam Codic.hoc titul. *&* n.36.
31 *Rauardi circa eam legem,contra Tribonianum calumnioſa adnotatio.*
32 *Reprehenditur Rauard. & de mente*, leg. ſi quis 27. de rit. nupt. *&* numero 33. 37. & 39.
34 *Vxor eſt nomen dignitatis.*
35 *An matrimonia iniuſte, & contra leges contracta, diſſolui ſolerent.*
38 *Conſulti aliquando nomina impropriant.*
40 *Altera* d.l.ſi quis *explicatio, vt euitetur calumnia Rauardi*,& n.43.
41 L. lege 44. §. plane cum aliis §. de rit nupt. *expenſa.*
42 *Legis Papiæ caput explicatum,& quid ſignificet per verbum* habere.
44 *Matrimonium ſemper eſt perpetuum.*
45 L.generali 34. §.fin. de rit.nupt. & l.filiam, 9.de Senator.
46 L.ſi qua mihi de rit.nupt.
47 *Actus ſemel perfectus ſemper valet, etiam re ad caſum deueniente, à quo non potuit incipere.*
48 *Iure Canonico validum eſt matrimonium ſerui, & liberæ.*
49 *Quare non fuit permiſſum patronæ contrahere,cum liberto, ſicut eſt permiſſum patrono, ad interpretationem* leg. 13. de ritu. nupt. *&* n. 50.53. & 57.
51 *Splendor familiæ à maſculis prouenit, & filij à patre denominantur.*
52 *Soror,cum mulier ſit,finis familiæ dicitur,quaſi ſeorſim nata.*
54 *Præſumptio eſt contra mulierem, quæ ſeruo manumiſſo coniungitur*, & n.56.&58.
55 *Mulier proprio ſeruo ſe miſcens, qua pœna ex legibus teneatur.*
57 *Nulla præſumptio eſt contra patronum,ſi quæſitam libertam duxit.*
59 *Quamobrem deteſtabilius ſit adulterium in mulieribus,quam in maſculis.*
60 *Explicata verba* l. quamquam §. mulier de rit nupt.
61 *Cur in* dict. leg. ſi patrona *neceſſaria eſt cognitio iudicis.*
62 *Bened. Pinelli opinio damnata.*
64 *Legis Papiæ beneficium non dabatur patrono qui ignominioſam duxit libertam.*

LEGEM hanc, forte mihi ab Academia intra viginti quatuor horas, vt mos fert, aſſignatam, in petitione Codicis Iuſtinianei cathedræ (quam multis reportaui ſuffragiis) non ſine plauſu illuſtraui, tum & propter ſterilem, & inacceſſam ipſius materiam;tum propter omnium Interpretum in ea explicanda altum ſilentium; nam ſi omnes fere conſulas, ſucci nihil inuenies. Sed quod tunc in ſubitario illo tempore collegi, nunc maturius in lucem prodit reſecatis multis, quæ ab aliis tanquam recte notata, pro more noſtro omittimus. † Probant ergo noſtri Imperatores inter libertam, & patronum licitum eſſe matrimonium, & iuſtos ex eo naſci filios, niſi ipſe patronus ſit ex iis,qui talia matrimonia contrahere prohibentur. Idem tradunt multa iura, *l.4.l.ſi quis alumnam* 26.*l.libertatem* 28. *auth. nouo Cod. eod. c titul.* §. *iuſtæ Inſt. quibus manumiſſ. non licet*, *l.ſi patrona* 13. *l. lege* 23.*l.ſi Senator* 31.*l.lege* 4 *l.illud* 46. *cum ſequent. l matrimonij* 5 *ff. de ritu.nupt. l.ſi collectaneam* 13 *ff de manumiſſ.vind.l.matrimonij* 21. *ff.qui & à quibus*, *Authent. vt liberti de cætero* §.*ſi quis autem collatione* 6. facit *l.3 in fine titul,* 13 *part.*4. explicant Accurſ.*in l.per ſeruum*, 37.*verb. proportione ff. de adquirend. ver. dom.* Briſſon.*de iur.connub.poſt princ.* Anton. Fab. *in iuriſprud. titul.*9.*princ.*1.*illat.*6.13.*&* 14.*& princ.*2.*illat.*2.*& princip.*5.*illat.*13. cum alijs, *& princip.* 6. *illat.* 1. Donell. *lib.*3.*comm. cap.*19. Bald. *ad leg. Iul. & Pap.* Sigonius *de antiquo iure Rom.lib.*1.*cap.*9. Robertus *lib.*1.*animad. cap.*1.Rænar. *lib.*4. *variar. cap.* 16. Duar.*lib.* 1. *diſput. cap.*40.Cuiac.*lib.*4.*reſp.Pap.in l.*9. *de Senat.* Hotman. *de nuptiis.* Audio etiam alios ſcripſiſſe in hanc legem quos allegat. Oſuald. *ad Donel. d.* 19. ſed neque eos neque ipſum Oſuald. contigere licuit, cum ob eius

effrænatam

effrænatam impietatem impudentiſſimámque in ſacros matrimonij ritus licentiam, falce Catholica omnes illius capitis notæ meritiſſimò ſunt reſecatæ.

2 Sed pro explicatione eorum, quæ in propoſite dicenda ſunt, conſtituo, quod cum Pop. Rom. ciuilibus bellis ad ſummam hominum inopiam perueniſſet, referente Dion. *lib.* 53. *&* 56. & Sozom. *lib.* 1. *hiſtoriæ tripart. cap.* 9. vt eorum iactura repararetur, variæ

3 leges ſunt conditæ. † Inter quas præcipua fuit quam tulit Aug. anno ab vrbe condita 736. qua Ciues Rom. ad vxores ducendas, liberóſque procreandos, inuitarentur, quæ *lex Iulia de maritandis ordinibus*, eſt nuncupata, lex apud veteres in multa fama, & vſu. Nomen inde ſortita, vel in honorem Iulij Cæſaris, cuius religioſiſſimus fuit Auguſtus, vt obſeruat Pamelius *in notis ad Tertul. in Apolog. cap.* 4. *num.* 52. vel quia ex Iulij præcepto lata dicebatur, vt putauit Alcia. *lib.* 3. *diſp. cap.* 6. vel quia lex Iulia à Cæſare lata, qui fœcunditati etiam præmia propoſuit, ab Aug. aucta fuit, vt notat Baldui. *ſuprà* vel vt exiſtimat Ant. Aug. *lib.* 3. *emen. cap.* 8. quia Auguſtus poſt adoptionem à Iulio Cæſare factam, Caius Iulius Octauianus eſt

4 nuncupatus. † Dicta ergo eſt *de maritandis ordinibus*, quia matrimoniis frequentandis prouidit, vnde *marita* ab Horatio vocatur *in Epodo in carmine ſæculari*, & eius extat mentio *in l.* 1. *in fin. ff. vnde de vir. & vxor l.* ...*rere* 6. *§. fin. ff. de iure patro l. nec patronis* 6. *C. de oper. liber.* Vlp. *in frag. tit.* 11. *verſ. ex leg. Iul.* Suet. *in Aug. c.* 34. Propert. *lib.* 2. *eleg.* 7. Auſon. *epig.* 88.

5 Deinde iam Senior Auguſtus poſt legem Iuliam rogatam, legem Papiam Poppeam tulit, (qua lex Iulia confirmata, & aucta fuit,) ita dicta à Marco Papio Mutilo, & Quinto Poppæo Secundo illius anni Conſulibus ſuffectis anno ab vrbe condita DCCLXII. probat Dio Caſius *lib.* 56. *hiſt.* Rom. & Tacitus *lib.* 3. *annal.* vbi Lipſius *ſchol.* 45. & Dorleans *pagin.* 363. explicat Cuiac. *in fragmen. Vlp. tit.* 14. vnde apparet legem Iuliam prius latam fuiſſe, Papiam verò poſtea teſte Dione *d. libr.* 56. *in princip.* ibi: *Quoniam verò inter hæc equites magno ſtudio eam legem, quæ de coniugij liberorúmque expertibus lata fuerat, antiquari cupiebant, eorum cœlibes ſeorſim nuptos, à quibus eſſet proles in concionem vocauit*, & poſtea, iterum ſubiicit. *Inde quoque lex Papia Poppæa à Marco Papio Mutilo, & Q. Poppæo Secundo lata eſt, qui parte eius anni Conſules vterque, neque vxorem neque liberos habebant: Quo ipſo deprehendi potuit, quam ea*

6 *lex neceſſaria eſſet.* † Quo Dionis teſtimonio confunditur error Alciati, ſupra Conhan. *libro* 8. *comment. cap.* 10. *numero* 3. Couarruuias *de ſponſalib.* 2. *part. cap.* 8. *in princ. numero* 2. exiſtimantium legem Iuliam, & Papiam, vnam eandémque fuiſſe dum, potius hæ leges diuerſæ fuerint; Lex Iulia prior, Papia poſterior, conſtat *ex l. Sancimus* 27. *Codic. de nuptiis ibi: lege Iulia vel Papia*, & ex Tertul. *in Apologetico c.* 4. ibi, *Nonne vaniſſimas Papias leges, quæ ante liberos ſuſcipi cogunt, quam Iuliæ, permittunt matrimonium contrahi, poſt tantæ authoritatis ſenectutem Seuerus excluſit.* Et *in Monogamia cap.* 16. ibi, *Aliud eſt, ſi & apud Chriſtum legibus Iuliis agi credunt, & exiſtimant cœlibes, & orbes ſolidum non poſſe capere.* obſeruat Balduin. *ad legem Iul. & Papiam*, Tiraquellus *ad Alexandrum lib.* 4. *genn cap.* 1. *littera F.* Cuiaci. *in fragmentis tit.* 16. *verſ. quod intra.* Anton. Auguſt. *de legibus cap. de lege Iul.* Robertus *dicto libro* 1. *animad. cap.* 1. & Lipſius *ad Tacit.* 3. *Ann. ſchol.* 45. *in fine.* † Neque ob-

7 ſtat pleróſque Conſultos ad has leges ſimul ſcripſiſſe, quoniam reſpondeo Auguſtum leges, à ſe latas non ſemel retractaſſe, & legem Iuliam de maritandis ordinibus aliquando ſeuerius emendaſſe: quapropter præ tumultu eam recuſantium proferre non potuit, niſi adempta, lenitáque parte pœnarum, vt tradit Suetonius *dicto cap.* 34. cum ergo lex Iulia per Papiam emendaretur, in hanc plura illius capita tranſlata fuerunt, probat *l. lege* 23. *iuncta l. lege* 44. *de ritu nupt.* & notat Roſinus *lib.* 8. *antiquit. cap.* 16. indéque cum vtraque lex eandem contineret materiam, merito eaſdem propriis commentariis ſimul illuſtrauere Conſulti, obſeruat Briſonius *de iure connub. fol.* 8.

Plura autem fuiſſe huius legis capita, partim ex 8
lege Iulia in eam tranſlata, partim propria, conſtat ex Marciano *in l. capite* 19. *de rit. nupt.* qui trigeſimum quintum caput refert. Aliqua alia recenſet doctiſſimus Lipſius *dict. ſchol.* 45. & Valentinus Forſterus *lib.* 1. *hiſt. iur. cap.* 31. *&* *numero* 7. ſupraque landati. Nos ea nunc miſſa facimus, illa quæ ad matrimoniorum frequentationem pertinuerunt delibabimus, ſi prius de ratione, quâ introducta fuerint animaduertamus.
† Sæpius iam diximus Auguſtum vehementer atten- 9
diſſe, vt Romani à cœlibatu, & vago concubitu abſtraherentur, & ad matrimonia contrahenda, liberóſque procreandos incitarentur, quia vt ait Horatius non ſemel a DD adductus.

*——Fuit hæc ſapientia quondam.*
*Concubitu prohibere vago dare iura maritis.*

Quod ita publica exigente neceſſitate conſtitutum eſt, vt *ex l.* 1. *ff. ſoluto matrimon. l. hoc modo* 64. *de condition. & demonſtr. l.* 1. *§. ſi ea de vent. in poſſeſſ. l.* 1. *Codice de indict. viduit.* inſinuauimus *ſuprà capite tertio*, & latius *in eunucho ex numero* 25. & ipſe Auguſtus *apud Dionem dict. libro* 56. grauiter, & eleganter inquit, *Mortalitatem naturæ conuenit perpetua ſtyrpis ſucceſſione, quaſi facem aliis, ſubinde aliis porrigentibus compenſare, vt quia ſola re, à diuina fecilitate abſumus, eam perennitatem mutuo inuicem nobis tradamus. At verò Reipublicæ qui non ſit vtiliſſimum [ſiquidem vrbes; & populi durabunt] multitudinem eſſe hominum, quæ pacis tempore terram colat, quæ nauigationes exerceat, quæ artes, & opera tractet, quæ in bello promptior; generis ſui cauſa ſit ad res tuendas, ex qua in amiſſorum locum alij poſſint ſubſtitui. Ego autem multam non obedientibus adduxi, vt eius metu in officio continerentur, præmia autem obtemperantibus tot, ac tanta, quanta nulli virtuti præterea eſſent propoſita, conſtitui, vt ſi nihil aliud ea ſaltem ad coniugia, & liberorum procreationem, vos excitarent. Vos autem* (cœlibe alloquitur) *qui nulla neque Deum prouidentiæ, neque maiorum cura veſtrorum habita ratione, omne veſtrum genus abolere, ac vere morti obnoxium efficere, omne autem nomen Romanum perdere, ac finem ei imponere in animos veſtros induxiſtis. Quod enim generis humani ſemen relinquitur, ſi factum veſtrum omnes alij populi imitentur. Homicidium eſt quod facitis, qui eos ne gignitis quidem, quos naſci ex vobis conueniebat, impietatis vos obligatis, qui nomina ac honores maiorum ceſſare cogitis, ſacrilegium committitis, qui genera veſtra à Diis monſtrata aboletis, quin etiam ciuitatem diſſoluitis, legibus non obtemperantes, proditis patriam veſtram ſterilem eam atque infœcundam reddentes, imò funditus eam demolimini, dum habitatoribus eam orbatis.* Hæc, & alia multa Auguſt. apud Dionem, Congruit Iuſtinianus *Nouella* 22. *de nuptiis in princ.* ibi, *Si enim, ait, matrimonium ſic eſt honeſtum, vt humano generi videatur immortalitatem artificioſe introducere, & ex filiorum procreatione renouata genera manēt, ingiter Dei clementia, quantum eſt poſſibile noſtræ immortalitatem donāte naturæ, rectè nobis ſtudium eſt de nuptiis, alia namque omnia, quæ ſancita ſunt non omnibus cōpetunt, ſtudium verò nuptiarū totius eſt, vt ita dicatur humanæ ſobolis.* † Quapropter Hadrian. dicere ſolebat, ſe 10
malle hominū adiectione, quā pecuniarum copiis im-

perium ſuum augere, *l.cum ratio §.ſi plures ff. de bon.*
*dam.* notat Bald. *in proteor. ad titul.de Nuptiis numero*
11 *primo, & ſequentibus.* † Quò reſpiciunt præmia
liberos ſuſcipientibus propoſita ( quorum memini-
mus *ſuprà cap.4.in princip.*)& quæ tradunt Plin. *lib.2.*
*epiſt* 1. Sueton.*in Aug.cap.*44. Alex. ab Alex. *lib.* 4.
*cap* 8. Pichard.*in §. ſeruus numero* 14 *de hær. inſtitution.*
*& in §.ſed ſi vxori* 16.*ex numero* 22.*de legation.* Colle-
rus *lib.ſing parerg.cap.* 15. Bertran.*de iure liber. per tot.*
*& capit.* 47. Barboſ. *in l.1. ff. ſolut. matrimon.* 1. *part.*
12 *numero* 18. † Nam adeo liberos habere contra le-
gem Papiam vtile fuit, vt etiam adoptini proficerent,
vt conqueritur Tacit.*lib.* 15. *annal.* his verbis, *Per-*
*crebuerat ea tempeſtate prauiſſimus mos, cum propinquis*
*comitijs, aut ſorte, prouinciarum, plerique orbi fictis*
*adoptionibus adſciſcerent filios, præturáſque, & prouin-*
*cias inter patres ſortiti, ſtatim emitterent manu, quos*
*adoptauerant*, & deinde. *Factum ex eo Senatus Con-*
*ſultum, ne ſimulata adoptio in vlla parte muneris publici*
*iuuaret.* Videnda omnino quæ diximus in eunucho.
13 † Quapropter hæ leges exoſæ ſunt Chriſtianis, qui-
bus virginitas magis in pretio eſt, & fuit, quàm
nuptiæ, ideò dicebat D. Hieronym. *aliæ ſunt leges*
*Chriſti, alia Cæſaris*, obſeruat Dorleans *ad Tacit.dicto*
*lib.* 1. *ann.pag.mihi* 456.
14 Deinde ad noſtræ legis interpretationem ſuppo-
no, ciuibus Romanis non fuiſſe cum omnibus con-
nubium, nam ea fuit connubiorum ratio, vt natio-
nis, & gentis, & ſanguinis reſpectu haberetur,
tradit Sigonius *de ant.iur* Rom.*lib.1.cap.*9. Briſſon. *de*
*iure connub ſtatim poſt princ.* Conn. *lib.* 8. *comment.*
*cap* 6. *numero* 1. Nationis, ne Romanus niſi Roma-
nam duceret, vt probat Iuſt *in princ. Inſtitut. de*
*nupt. ibi iuſtas autem nuptias inter ſe ciues Romani con-*
*trahunt*. Quod non de ciuibus tantum Romanis, qui
in vrbe nati eſſent intelligo, ſed etiam de omnibus
illis, quibus participatio iuris data eſt, & ciuitas
Romana donata iuxta *l. in orbe Romano ff. de ſtat.*
*hom.* idque adſtruit Prudent. *libro ſecundo, in Sym-*
*mach.*

*Diſtantes regione plagæ, diuiſáque ponto.*
*Littera conueniunt. Nunc per genitalia fulcra,*
*Externi ad ius connubij, nam ſanguine mixto*
*Texitur, alternis ex gentibus, vna propago.*

Et Iuſtin.*in auth.vt liberti de cætero ſiue Nouell.*78.*c.* 5.
ibi, *Sicut enim Antonius Pius ius Romanæ ciuitatis*
*prius ab vnoquoque ſubiectorum petitus, hoc ille omnibus*
*in commune ſubiectis donauit* obſeruat Roſin.*lib.* 5.*an-*
*tiquit. cap.*37. *verſ.iam videndum.* Ante autem Alba-
nis cum Romanis ius connubij datum eſt, vt Strabo
& Dionyſ.memoriæ prodiderunt, & Campanis S.C.
conceſſum, vt ſibi ciues Romanas ducere vxores li-
15 cuiſſet. † Indéque intelliges verba Vlpian *in fragm.*
*tit.* 5. ibi, *Connubium habent ciues Romani, cum ciui-*
*bus Romanis, cum Latinis autem, & peregrinis ita ſi*
16 *conceſſum eſt.* † Sic peregrinis ius connubij adem-
ptum, Seneca *lib.4.de benef.cap.*35. Macrobius *lib.* 1.
*Satur.cap.* 6. ( Peregrini autem qui dicerentur, vide
apud Briſſon.*lib.1.antiquit.cap* 33.) & Barbaris *l.vni-*
*ca Codic. Thedoſ. de nupt. gentilium*, quod ita factum
eſt, ne Romanæ Ciuitatis honor paſſim ſordeſceret.
Suetonius *in Auguſt. cap.* 40. Quod etiam, & apud
Athenienſes in vſu fuiſſe ex lege Periclis narrat Plu-
tarchus in eo, quin, & apud Iudæos obtinuit ex lege
diuina, ne niſi inter ſe matrimonium inirent, obſer-
uat Balduinus *in dict. princip. de nuptiis numero* 3.
*& ad leges Romul cap.decimo ſexto, numero ſexto*, Con-
17 nanus *ſuprà.* † Conditionis autem, & in matri-
monio contrahendo habita quoque fuit ratio,
ne ſcilicet Patritiis cum plebe eſſet connubium,
quam legem ab Appio Claudio Decemviro la-
tam fuiſſe, vt in perpetuum patres à plebe diuelleret,
tenantur Dionyſ.Halicarn.*lib.*10.& Liuius *lib.*4.& ex
eis tradunt Briſſonius, & Balduinus *ſuprà*, Tiraquel.
*de nobil.cap.*20.*numero* 175. Connan.*dict.lib.*8. *cap.*6.
*numero* 2. Ræuard *ad leges* 12. *tabul.cap.* 20 Roſinus
*lib.*5.*antiquit.cap* 37. Poſtea autem contraria rogatio-
ne, quinto poſtquam edita fuerat anno, abrogatam
fuiſſe à Caio Canuleio Trib. Pleb. author eſt idem
Liuius *lib* 4 apud quem ita Canuleius loquitur: *Hoc*
*ipſum, ne connubium Patribus cum plebe eſſet, Decem-*
*viri tulerunt peſſimo exemplo publico, cum ſumma iniuria*
*plebis; an vlla eſſe maior, aut inſignior contumelia po-*
*teſt, quam partem ciuitatis, velut contaminatam indi-*
*gnam connubio haberi? Quid eſt aliud quam exilium*
*intra eadem mœnia, quàm relegationem pati?* † Per- 18
uicerunt autem Tribuni plebis, manſit tamen, vt
libertinorum, & ingenuorum eſſet diſcrimen, ſiqui-
dem apud Liuium *lib.* 39. Senatus Conſulto Hyſpal-
læ Fecenniæ conceſſum legimus, vt nubere inge-
nuo liceret: tradit Manutius *de legibus Roma. pag.* 125.
† Sed hoc lege Iulia, & Papia abrogatum eſt, cau- 19
tumque, vt matrimonia ex effectu dependeant, vt
ſi quem digniorem amor, aut voluntas traxiſſet ad
impar iugum, lege iungi liceret, cum earum legum
ſcopus fuerit frequentatio matrimoniorum, atque
ita cuilibet ingenuo libertinam vxorem ducendi fa-
cultatem datam eſſe, ſcriptum reliquit Dio *lib.* 56.
*hiſtor.* apud quem Auguſtus in peroratione, quam ad
legem Papiam præmiſit, hæc verba ſubiecit ex Xi-
landri verſione ( & ſi eam emendat Briſſon *de iure*
*connub pag.*22. *verſ. porrò Senatoriis*, & reprehendat
Iiſp *dict.ſchol.*45. *in capite de ſponſalibus.*) *At ego te-*
*neras adhuc puellas, & viris immaturas, vt ambiretis*
*vobis permiſi, vt cum ſponſorum prope diem nuptias ce-*
*lebraturorum nomen ferretis, eò magis rem familiarem*
*curaretis, libertinorum quoque matrimonia iis, qui Pa-*
*tritij non eſſent conceſſi, vt ſi quem eo amor, aut quem*
*conſuetudo impelleret, lege id facere poſſet.* † Idque 20
confirmat Celſus *in l. lege Papia vigeſima tertia, de*
*ritu nupt.* ibi: *Lege Papia cauetur omnium ingenuis*
*præter Senatores, eorúmque liberos libertinam vxorem*
*habere*, & Vlpianus *in leg. prima, ff. de concubinis, l.*
*libertæ octaua, Codic. de operis libertorum.* † Contra 21
autem Senatoribus, ab huiuſmodi nuptiis abſtineri
iniunctum eſt, ne ampliſſimi ordinis dignitas, vi-
liſſimi coniugij conſortio ſordeſcat, nevè abiecta-
rum fœminarum non tam connubia, quam vitia iun-
gerentur *l.lege 44.de ritu nuptiarum l.ſi libertam, vigeſi-*
*ma octaua, in princip. Cod.hoc titul.leg.humilem ſeptima,*
*Codic.de in[illegible]u nupt.* cum aliis *ſuprà*; & hoc eſt quod
ait noſtra lex illis verbis: *niſi ſit ex iis perſo-*
*nis quæ ſpecialiter prohibentur*, quibus adiunges *l.*
*filiam* 9. *cum l ſequenti ff.de Senat.& d l.*44. † Patritia- 22
tus quippe dignitas ſumma fuit apud antiquos, nam
& tutores Imperij, & Principis Patres dicebantur,
Iuuenalis *Satyra* 10.

—— *Tutor haberi.*
*Principis.*

Et Claudianus *lib.* 2.*in Eutrop.*

—— *Præſidium legum, genitórque vocatur.*
*Principis, & famulum dignatur curia patrem.*

Adducit plura in huius dignitatis commendationem
Demſter. *in Paralip.ad Roſin. dict.l.* 7.*antiquit. cap.* 5.
& Pichard. *in §. omnium autem* 8. *numero* 34. *& ſe-*
*quentibus, Inſtitution. de pœn. temere litig.* † No- 23
bilitas enim ſemper eſt maioribus afficienda præ-
rogatiuis, vt eleganter probat Tiraquellus *de no-*
*bilitate cap.* 20. *ex num.* 1. † Vnde iam conſtat 24
noſtræ deciſionis vera ratio, vt ſcilicet patronus,
(qui non ſit Senatoris filius aut nepos; hi enim ſpe-
cialiter ſunt prohibiti) poſſit ducere à ſe manumiſſam
ancillam

ancillam, cum lex Papia hoc ex cauſa publica conceſſerit, vt amplior matrimonij contrahendi facultas eſſet, & ratio illa legis magis extenderetur. Hincque filij ex eo matrimonio ſuſcepti iuſti erunt, & legitimi, cum parentes eorum ſecundum legum præcepta coïerint, *Princ. inſt. de nupt.*

25 Ex quibus dimanat interpretatio ad *l. ſi quis alumnam* 26. *Codic. hoc eod. titul.* quo loci Iuſtin. ait, dubitatum fuiſſe apud antiquos, an ſi quis alumnam ſuam libertate donauerit, poſſit cum illa matrimonium contrahere? Quod videtur ſuperfluum fuiſſe, nam ſi alumna ſerua fuerat, quæ cauſa dubitationis relinquebatur, poſtquam iam lege Papia conceſſum fuerat libertinarum matrimonium? Verum huic difficultati Iuſtinianus ipſe aditum aperuiſſe videtur in illis verbis, *Quare prædictas nuptias inhibendas exiſtimamus; nec enim homo ſic impius inuenitur, vt quam ab initio filiæ loco habuit, eam poſtea in ſuo collocauerit*
26 *matrimonio.* † Quæ verba, & deciſio, vt clarius pateſiant aduerte, dubitatum apud veteres non fuiſſe, an libertate donata ancilla coniungi in matrimonium potuerit, cum iam lege Papia hoc permitteretur, ſed an alumna libertate recepta à patrono duci potuiſſet. Ratio dubitandi fuit, quod ſicut non poſſet duci filia, vel quæ locum filiæ tenuit §. *ergo cum ſequent. inſtitution. de nuptiis leg. adoptiuis* 14. §. *idem è contrario, de ritu nupt* ita, & ſimiliter alumna. †
27 Alumna autem eſt, quæ ab alio alitur victu, diſciplina, & moribus, *l. pen.* §. *Lucius* 6. *de leg.* 2. *l. ſi collectaneus* 13. *l. alumnos* 14. *de manumiſſ. vindict.* §. *iuſtæ*, *Inſtitut. quibus manumitt.* Schard. *de verb. iur. ver. alumnus* quod nomen interdum, & ad ſeruos, interdum ad ipſos filios protenditur *l. codicillis* 34. §. *qui Semproniam ff. de vſufructu leg. leg.* 1. §. *ſed neque* 10. *ff. ad S C Sillan. l.* 2. §. *ſi cum ff. de libert. hom. exhibend. l. in teſtamento* 38. *ff. de fideicommiſſ. libertati.* cum aliis quæ docte congerit Baldus *in* §. *eadem*, *numero* 15. *Inſtit. Quibus manumiſſ. non lic. & fuiſſe*, Tiraquellus *in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos ex numero* 49. *cum ſequent.* Merillus *ad l. deciſ. Iuſt. in d. l.* 26 & vir eruditione ſummus, ingenio inclitus, iuriſprudentia magnus, nobilitate clarus, Donell. Lau. Ramirez *ad Mart. lib.* 1. *epigramm.* 101. Go-
28 thofred. *per tex. ibi in l.* 2. *Cod. quæ res pignor.* † Serui autem alumni ex nomine, & familia educatorum, & pene liberorum loco erant, vt ſupradicta iura, & Auctores probant; adeo vt tutores eis dati confirmarentur *l. Neſennius de excuſation. tut.* & non dicuntur alumni ſerui, ſed *Deſpotij*, vt ait Euſtachius, id eſt heriles ſerui, ita notante Cuiac. *in recit. ad l. ſi duobus* 16. *de legat.* 1. *& lib.* 3. *obſeru. cap.* 27. Adeo, vt dubitatum olim fuerit, an nutritori, ſeu educatori alumni deberetur hæreditas *l. nutritoribus*, *Cod. com-*
29 *mun. de ſucceſſ.* † Vnde cùm filiorum loco reputarentur, non fuit ſine dubio, an potuiſſet conſiſtere matrimonium inter alumnam manumiſſam, & patronum, in qua ſpecie Imperator decreuit valere, quoniam non eſt credendum, hominem ita impium eſſe poſſe, qui filiam duceret, ſed præſumendum eſſe, eum non vt filiam, ſed tanquam ſeruam, dignam ſuo conſortio cenſuiſſe, & ideo cum patronus libertam ducere potuiſſet, idem & in alumna ſtatui neceſſarium fuit.

30 Secundò deducitur ex vera noſtra legis ratione interpretatio ad eundem Iuſtin. *in l. ſi libertam*, 28. *infra hoc titul. de nupt.* Quo loci antiquam Iure Conſultorum litem dirimit, ex lege Papia ortam, circa illam ſpeciem, ſi libertam, quis vxorem habeat, & poſtea Senatoriam dignitatem adipiſcatur, an diſſolueretur matrimonium, quia lex Papia inter eaſdem perſonas, vt diximus, connubium prohibuit. Et cum Prudentes in hanc partem inclinarent, Iuſtin. ſanctiſſimè Dei iudicium ſecutus, abſurdum exiſtimauit, felicitatem mariti vxoris fieri infortunium, cum iniquiſſimum ſit, vt ait Paulus *in l. lege* 44. §. *ſi poſtea, de ritu nuptiar.* dimittere eam, cum nuptiæ honeſtæ contractæ ſunt, & fortaſſis iam liberi procreati. † 31
Sed videre oportet, quo fundamento innixerentur conſulti: nam Ræuard. *lib.* 4. *variar. cap.* 16. *circa medium* audacter Tribonianum laceſſit, quod Vlpiani mentem non ſit aſſecutus, imo eius aridum commentum eſſe, cum verba Vlpiani neque intellexerit, neque legis Papiæ intentionem. Siquidem in *l. ſi quis* 27. *ff. de ritu nuptiar.* in illis verbis: *Si quis in Senatorio ordine agens libertinam habuerit vxorem, quamuis interim vxor non ſit, attamen in ea conditione eſt, vt ſi amiſerit dignitatem, vxor eſſe incipiat*, nihil Vlpiani dixerit de matrimonij diſſolutione. † Verùm Ræ- 32
uardum magis acutum fuiſſe, quàm doctum iam diu alij notarunt, vt dixi in *l. vnica*, *Codic. de Mauma numero* 33. Nec ſatis miror horum audaciam qui vix difficultatem alicuius legis præſenſerunt, cum oneri illico ſuccumbunt, vel miſerum vellicantes Tribonianum, vel lectionem receptam ſpernentes, cum potuiſſent ingenij acumen, quod in criminandis calumniis oſtendunt, in veris interpretationibus aſſequendis exercere.

Animaduertere etenim Ræuardus debuerat, locum illum Vlpiani *in dicta lege vigeſima ſeptima*, minimè ad propoſitum Iuſtiniani pertinere, nam Imperator agit de eo, qui ad Senatoriam dignitatem aſcendit, ante eam cum liberta coniunctus. Vlpianus verò de eo, qui Senator cum eſſet libertam duxit; qui caſus diuerſi cum ſint, non poteſt cum Imperatore Iure Conſultus conuenire, qui rem indubitatam, & ſine controuerſia ibi præſupponit, inquiens: *quamuis interim vxor ſit*: quæ verba congruunt legis Papiæ prohibitioni, quæ nullius momenti nuptias inter Senatorem, & libertam eſſe conſtituebat, vt manifeſtè probatur *dict. l. lege* 44. ibi: *Qui Senator eſt, quivè, nequis eorum ſponſam, vxoremve ſciens dolo malo habeto libertinam, & in d. l. lege Papia* 23. ibi: *omnibus ingenuis præter Senatores libertinam vxorem habere licere iuncta l. oratio* 16. *de ſponſalibus* ibi: *ipſo iure nullius eſſe momenti*, & Dionis *loco lib.* 54. † Vxoris 33 34
autem nomen, de cuius ethymologia D. Iſidorus *lib.* 9. *cap. fin.* dignitatis nomen eſt, vt docet Borcolt. *in* §. *ſi aduerſus*, *numero* 2. *de nupt.* ac proinde non niſi ad ius ciuile referendum. Locus verò in quo Vlp. quæſtionem, de qua *in d. l. libertam*, pertractat, non extat, ac proinde diuinat Ræuard. ſi ad *dict. l.* 27. quæſtionem referat. † Neque obſtat quod ipſe 35
comminiſcitur, matrimonium contra leges contractum diſſolui non conſueuiſſe, quod ex *l. fin. d. leg.* 1. *& dict. leg.* 27. cum aliis ſatis probat. Nam, & ſi verum ſit, matrimonium contra leges contractum iniuſtum matrimonium eſſe, cum non ſit ſecundùm leges, *princip. inſtitution. de nuptiis l. Paulus* 11. *de ſtatu hominum*, cum adductis *ſuprà lib.* 1. *cap.* 4. tamen huiuſmodi matrimonia in conſideratione non erant, neque matrimonia reputabantur, neque filij ex eis ſuſcepti in poteſtate naſcebantur, neque inter ſe capere ex teſtamento poterant vir, & vxor tanquam coniuges *leg. quarta*, *Codic. de inceſtis nup.* Vlpian. *in fragm titul. decimo ſexto*, *verſ. aliquando*, & ideo diſſolui matrimonium dixerunt Vlpian. & Iuſt. reſpectu iuris Ciuilis, quo attento, licitum erat, & ſi vinculum adhuc durabat, nudum ſanè, & iuris ſolemnitate deſtitutum, tantumque in puris naturalibus, ( vt ita dicam, ) relictum. Vnde ſolum Ræuardus in ſubſtantia euincit, an dicere deberet diſſolui connubium, vel matrimonium.

36 Res profectò mag , & egregia. † Interpreta-
tionem autem noſtram adiuuat ipſe Iuſtinianus, *in
d l.ſi libertam* ibi : *ſtabile maneat matrimonium ex hu-
iuſmodi ſuperuentu minimè diminutum.* Vbi diminu-
tum dixit, quia diminuitur matrimonium, ſi ex
iuſto fiat non iuſtum, non verò de totali diſſolutio-
ne matrimonij agit, nam Vlpian. non poterat in eo
libro tractare, niſi de iure connubij, ſcilicet an
duraret ritè, ſolemnéque, vt licita, & honeſta
alia, cum ſit connubium vxoris ducendæ iure facul-
tas. Vlpian. *in frag. tit.* 5. & id cum æquales nuptiis
coëunt, vt dixit D. Iſidor. *lib.* 10. *ethymol. cap. fin.*
Sed tamen ſemper legiſlatores cum rebus, & non
verbis leges imponant, *l.* 2. *Cod. comm. de legat.* †
37 Non eſt, ex improprietate vnius verbi, reprehen-
ſionis flagellum arripiendum, ſi quidem non opor-
tet ius ciuile calumniari, neque verba eius captare,
ſed qua mente quid dicatur attendendum, *l pen. D.*
38 *ad exhibendum.* † Cum, & aliquando Conſulti non
parcant his nominibus, quæ ſolum Ius Ciuile reſ-
piciunt, *l. Iure Conſultus* 10. §. *non parcimus D. de
gradibus*, cum & ſeruorum nuptias, & cognatio-
nes dixerit, Paul. in *l. adoptiuus* 14. §. 2. *&* § *idem
tamen de ritu nupt.* & bona habere, *l.* 1. §. 1. *de ma-
numiſſ.* & teſtamenta facere, vt ex Plinio *lib.* 8. *epiſt.*
16. docet eleganter Gothofred. *ad Vlp. in frag. tit.* 5.
39 *lit. S.* † Imperator ergo eodem modo, & matri-
monij, & connubij nominibus promiſcuè vtitur,
vt *in princ. de patria poteſtat. & in l. eo* 45. §. *ſi ab
hoſtibus de rit. nupt.* quia ſolùm attendebat ad ve-
ram rei ſubſtantiam, id eſt, an ex dignitate Senato-
ria legitima vxor efficeretur, non vxor diſſoluto
Iuris Ciuilis vinculo, *argum. l.* 3. §. *ſi emancipatus de
contra tabulas*, ibi : *Is qui filius iuſtus eſt, efficiatur
non filius*, neque enim horum verborum ignorabat
acceptionem, vt animaduertitur *in* § *ſi aduerſus, Inſt.
de nuptiis*, ibi, *nec nuptiæ, nec matrimonium*, vbi vnum,
& alterum comprehendit.

40 Vel ſecundò reſpondeo, apud Vlpian. eo in loco
quæſitum fuiſſe, an omnino diſſolueretur, non ſolum
connubium, ſed etiam matrimonium. Cauſa dubij
erat, quoniam eodem tempore concurrebat cauſa
prohibendarum nuptiarum, & res deuenerat ad il-
lum caſum, à quo incipere non poterat, *l. quia in
eum* 16. *ff. ad leg. Aquil. l. pro parte* 11. *verſ. & ideo ff.
de ſeruit. l. exiſtimo* 98. §. *pluribus l.* 140. §. *& ſi placeat
de verb. oblig.* quibus motus Vlpian. in ea fuit opi-
nione, vt exiſtimaret diſſolui, & dirimi matrimo-
nium. Cuius ſententiæ, & ſi locus non extet, vbi
diſertè commendetur, adhuc tamen exiſtimo iuris
41 authores in eam coniuraſſe. † Vt fidem præſtat
Paul. *in dict. l.* 44. § *planè*, vbi ſi vxor artem ludicram
fecerit, dimittendam eſſe ait : ergo minimè matri-
monium ſtare permittebatur, ſi vxor illam artem
exerceret : at eodem modo libertæ, ac ludicræ
nuptiæ, Senatori prohibitæ erant *dict. lege in princ.
de ritu nupt.* & ideò ſi dimittitur vna, dimittetur,
& altera. Quo modo loquendi vſus eſt idem Con-
ſultus *in* §. *ſi poſtea eiuſdem legis*, vbi quærit an di-
mittenda ſit vxor, cuius pater ludicram artem fe-
cerit, & licet neget eo caſu dimittendam, adhuc
innuit matrimonium dirimi fortiori caſu ; hic erit ſi
ipſa artem eam exercuerit : vbi cum Iure Conſultus
vtatur illo participio *dimittenda*, futuri temporis ne-
ceſſitatem inducit, vt docet Alex. *num.* 5. Iaſon. 23. *in
Rub. de lib. & poſth.* & Peralta *in Rub. de hered. inſtit.*
42 *numero* 9. † Deinde facit pro Vlpian. ſententia, le-
gem Papiam vſam fuiſſe verbis illis : *nevè ſciens dolo
malo vxorem habeto libertinam.* At cum dicimus *habere*
detentionem naturalem ſignificamus, *l. officium* 9. *in
fine ff. de rei vindicatione l.* 1. §. *quod autem* 33 *ff. de vi,
& vi armata*, notat Brechæus *in l. nomen* 164. § *habere
de verb. ſign.* Hinc formula *habere licere* de qua Docto-
res in *l. ſtipulatio iſta de verb. oblig.* hoc eſt, facultas
rem pacifice poſſidendi. Vnde cum verbum *habere*
non ſolum iuſtum matrimonium reſpiciat, ſed &
iniuſtum, & quod ſecundum legum præcepta non
eſt contractum, ex mente legis Vlpianus deduxit,
omne matrimonium fuiſſe inhibitum cum libertinis,
Senatoribus, ac proinde de vinculo matrimonij lo-
quutum ſuperiora indicant fundamenta, & autho-
ritas ipſa Iuſtiniani, qui cum libros legerit Vlpiani,
credere debemus in ea fuiſſe ſententia. † Itaque 43
comprobat etiam ipſe Imperator *in* § *ſunt & aliæ per-
ſonæ, Inſt. de nuptiis*, vbi ait, aliquas perſonas pro-
hibitas fuiſſe nubere, & cum ad Digeſtorum libros
nos remittat, intelligendus eſt de Senatoribus, &
aliis, qui nuptias non cõtrahunt cum eis, vt eleganter
obſeruauit Balduinus *in dict.* §. *ſunt & aliæ num.* 1. &
poſt eum Borcolt. Quo præſuppoſito, generaliter
*ſequenti* §. ſtatuit, quod ſi hæ perſonæ aduerſus ea,
quæ dixit, coierint, neque nuptias, neque matri-
monium, neque virum, neque vxorem intelligi,
quibus clarè demonſtrat, quod ſi Senatores contra-
hebant cum libertabus, quaſi dirimenti impedimen-
to, nullo modo neque iuſtum, aut iniuſtum erat ma-
trimonium.

Quibus tamen non obſtantibus, Iuſtinian. recta 44
conſcientia, & ex Dei iudicio, qui matrimonium
perpetuo copulauit vinculo, iuxta illud Matthæi
*cap.* 19. *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet* (do-
cet ex D. Thom. Sanchez *de Matrimonio lib.* 1. *diſp.* 2.
*num.* 3. *& diſp.* 13. *per totam*, poſt Bellarm. 2. *tom. con-
trou. lib.* 1. *de matrim, cap.* 15. *&* 16. & eleganter Mar-
quez *lib.* 1. *del Gouernador. cap.* 11.) illud contra ini-
quiſſimam legis Papiæ prohibitionem non dirimi
ſtatuit, nam vt rectè Tertullian. *de monogam. ſupra*
allegatus ſcribit : *Aliud eſt, ſi apud Chriſtum legibus
Iulij agi credant, &c.* † Neque hoc ſine exemplo eſt, 45
vt vidimus in ſpecie, quam tractat Papin. *in l. gene-
rali* 34. § *fin. de ritu nupt.* vbi ſi filia Senatoris, liber-
tini ſequatur nuptias, non ex eo, quod impedimen-
tum ſit ſublatum, quia pater Senatu motus eſt, ideo
fit iuſta vxor : ita idem ſcriptum extat *in l. filiam* 9.
*de Senat.* (cuius cum *d. l.* 27. concordia videndus
Anton. Fab. *in Iuriſprudent. dict. titul.* 9. *princ.* 5. *illat.* 15.
& Cuiac. *lib.* 4. *reſp. Pap. in dict. l. filia.*) † Sic etiam 46
procedit ratio *l. ſi qua mihi* 12. *in princ. de ritu nup.* vbi
ſi ea, quæ mihi vxor fuit, deinde à me repudiata
nupſerit Seio, quem poſtea ego adrogauero, quam-
vis viderentur nuptiæ ad eum caſum perueniſſe, à
quo incipere non poterant ; cum eam, quæ patris
mei adoptiui vxor aliquando fuit, ducere nunquam
poſſim *l adoptiuus* 14. *de ritu nup.* fauorabiliores ta-
men ſunt nuptiæ, quæ ab initio rectè contractæ
ſunt *dict. lege* 44. §. *ſi poſtea*, explicat Anton. Faber
*ſupr. princ.* 6. *illat.* 10. † Quod & in aliis iuris quæ- 47
ſtionibus animaduerti poterit, vbi actus, qui per-
fectus eſt, & abſolutus, tam in diſpoſitione, quam
in executione, non eſt nouum, vt ſuam obtineat
firmitatem, etſi deueniat ad illum caſum, à quo in-
cipere non potuit *l. patre furioſo* 8. *de his qui ſunt ſui,
l. oratione* 16. § *fin. de ritu nup. l. qui teſtamento* 20. § *nec
furioſus de teſtam. l. vlt. in princ. ff. vnde liberi, l. ſi Gau-
dentius* 6. *Cod. de contra empt.* cum aliis multis, ad quo-
rum explicationem ita obſeruarunt Connan. *libro* 4.
*comment. cap.* 9. *num.* 6. Eguinar. Baro, & Corraſ. *in l. pro
parte de ſeruit* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa limit.* 12.
Donel. *in d. l. pluribus*, § *& ſi placeat.* Cuiac. *tract.* 6. *ad
Afric. in l. fundus* 32. *de ſeruit ruſt.* Petr. Gregor. *lib.* 4.
*ſyntagm. c.* 1. *n.* 7. Ant. Gom. 2 *tom. var. c.* 10. *n.* 21. Claud.
Prattus *lib.* 6. *gnoſean iuris tit.* 7. *c.* 3. vnde rectè pro-

cedit

cedit deciſio Iuſtin. *in dict. l. ſi libertam*, quia non de-
bet mariti felicitas eſſe infortunium mulieris, vt
48 ipſe ait. † Hodiè tamen ocioſa erit huiuſmodi quæ-
ſtio *ex Nou.*78. quæ eſt *auth. vt liberti de cætero cap.* 3.
vbi cuiuſlibet dignitatis patronis libertas vxores du-
cere permittitur. Idem tranſcriptum extat *in auth.*
*ſed nouo Cod. de nup.* Quin & Iure Canonico vali-
dum eſt matrimonium liberi & ſeruæ, ex *cap.* 1. *de*
*coniug. ſeruor.* de quo videndus Thomas Sanchez
*lib. 7. de Matrim. diſputatione* 19. *numero* 10. *&* 13. *&*
*diſp.* 20. *& lib.* 2. *diſp.* 36. & Bened. Pinel *lib.* 1. *ſelect.*
*cap.* 9. *ex n.* 13.

49 Sed vt huius diſputationis clauſulam abſoluamus,
ſolum reſtat inquirere, cur in noſtra lege, patrono
impunè licitum fuit contrahere cum libertabus,
at vero patronæ id ſine cauſæ cognitione non eſt
permiſſum, *in l. ſi patrona* 13. *ff. de ritu nupt.* vbi ſcri-
ptum eſt, quod ſi patrona tam ignobilis ſit, vt ei
honeſtæ ſint liberti ſui nuptiæ, officio iudicis ſuper
50 hoc cognoſcentis prohiberi non debent. † Quod
difficultate non caret, nam cum maſculis hoc per-
miſſum ſit, multo melius & fœminis permittendum
erat, quarum in iure peior & abiectior ſemper fuit
conditio *l. in multis* 9. *de ſtat. hom.* notat Petr. Gregor.
51 *lib.* 7. *ſyntagmat. cap.* 2. *num.* 3. † Accedit etiam ſi
ſplendor familiæ ex maſculis proueniat, ipſique
cognationem parentum dilatent, ab eiſque proles
denominetur, vt eleganter notat Alexand. ab Ale-
xand. *lib.* 5. *genial. cap.* 4. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 18.
*num.* 21. *& ſequent.* Pichard. *in diſputat. de nobilit. com-*
*munican. num.*86. ipſæque mulieres à ſuis maritis
non ſolum honores, verum & familiam, & ciuita-
tem ſoleant accipere *l. fin. Cod. de incolis lib.* 10. *l. mu-*
*lieris, Cod. de dignit. lib.* 12. Tiraquel. *ſupra num.* 1. *&*
*ſequent.* & Pichard. *num.* 15. E contrario autem ſi vir
ignobilis ducat nobilem vxorem, nihil comparat *l.*
*fin. Cod. de nuptiis, l.* 3. *l. edicimus* 7. *Cod. de murilegul.*
*lib.* 11. vbi idem Pichardo *numero* 18. & 59. Tiraquel.
*ſupra numero* 18. ergo non debebat requiri *in dict. l. ſi*
*patrona*, vt ignobilis eſſet. Mulier quippè nupta de-
finit eſſe de familia patris, & viri familiam ſortitur
52 *l. quicumque, Cod. de re milit. libro* 12. † Vnde Labeo
ſororem appellatam fuiſſe exiſtimabat, quaſi ſeor-
ſim natam, tradit Tiraquel. *in l.* 1. *connub. numero* 31.
indéque dixit Conſultus *in l. pronunciatio in fin. de*
*verbor. ſignificat.* mulierem eſſe caput, & finem fa-
miliæ. Rurſus facit, cum lex Papia de maſculis
verba conceperit, etiam & ea permiſſione fœminæ
comprehendi videbantur *l.* 1. *de Senat. l. ſi quis ita* 16.
*de teſt. tut. l. qui duos* 64. *de leg.* 3. *l.* 1. *l. inter* 101. *§. fin. l.*
*liberti* 172. *de verbor. ſignificat.* † Quibus non ob-
53 ſtantibus argumentis non ſine ratione eſt *d. l. ſi patro-*
*na*, vt non tam liberè ſeruis à ſe manumiſſis per ma-
trimonium mulieres coniungi potuiſſent *l.* 3. *Cod. de*
54 *nuptiis.* † Ratio non eſt in obſcuro, nam quædam
violenta præſumptio eſt, mulierem concedendo li-
bertatem ſeruo, & poſtea ei in matrimonium iun-
gendo, à ſeruo fuiſſe antea cognitam, & eius pu-
dicitiam proſtratam, quod non indiſſimili caſu per-
pendi. Martial. *lib.* 1. *epigr.* 75.

*Mœchus erat, poteras tamen hoc tu Paulla negare,*
*Ecce vir eſt, nunquid, Paulla, negare potes?*

Et *lib.* 6. *epigr.* 22.

*Quod nubis, Proculina concubino.*
*Et mœchum modo, nunc facis maritum,*
*Non nubis, Proculina, ſed fateris*, &c.

Alphonſ. Rex noſter *l.* 3. *tit.* 3. *p.* 6. quando ſcilicet mu-
lier pendente accuſatione adulterij cum ſeruo, illum
tuar, quo caſu inquit non valere inſtitutionem
*Ca fuerte ſoſpecha ſeria contra ella, que era verdad lo*
*que della acuſaron, pues tanto le amaua, que le facia ſu*
*heredero*, tradit *ibi* Gregor. Lopez ob idque odioſas
eſſe has nuptias ait *dict. l.* 3. *Cod. de nupt.* † Quæ au- 55
tem proprio ſeruo ſe immiſcebat ex S.C. Claudiano,
cuius meminit *l. vnic. C. de S.C. Claudian.* variis pœnis
afficiebatur *§. fin. Inſt. de ſucceſſionibus ſublatis*, Vlpian.
*in frag. tit.* 11. *verſic. maxima l. Lucius* 27. *ff. depoſiti*,
notant Gothofred. *in dict. loco Vlpiani*, Pichardo *in*
*dict. §. fin.* Vela *de delictis cap.* 61. Pancirol. *lib.* 2. *variar.*
*cap.* 225. Benedict. Pinel. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 9. *numero* 17.
Deinde aliæ pœnæ inflictæ fuerunt *in l. vnica, Cod.*
*de mulier. quæ ſe* † Vnde potius in pœnas, quam 56
in matrimonium danda erat huiuſmodi patrona,
quæ nec propriæ ſubſtantiæ pepercit ſeruum li-
berando, nec pudori, dum matrimonium dan-
da erat huiuſmodi patrona, quæ nec propriæ
ſubſtantiæ pepercit ſeruum liberando, nec pudori,
dum per matrimonium rerum ſuarum ſeruum con-
ſtituit dominum, & in maximum dedecus cedit,
etiam ignobiliſſimæ, viliſſimo ſeruo à ſe manumiſſo
coniungi. † Hoc tamen in maribus non ita fuit 57
admiſſum, nam ſi cum propria ancilla quis coëat,
multoties creditur, non tam ob luxuriam, & libidi-
nem matrimonium contraxiſſe, quam aliam ob cau-
ſam, vel ob fidem, vel ob liberos ſuſceptos in con-
cubinatu, *argum. dict. l. legis* 44. *§. ſi poſtea*, vel ob alias
cauſas, quæ cum libidine non habent cognationem,
& ideo ſerua eo caſu libertate donatur, docet viden-
dus Thomas Sanchez *libro* 7. *diſputatione* 10. vbi latè
de hoc articulo, & Pinel. *dict. lib.* 1. *cap.* 9. *numero* 26.
† At in fœmina id fœdiſſimum ſemper, & non niſi 58
libidinis cauſa iudicatur factitatum, & in eis libido
plerumque turpior eſt, & deteſtabilior, & elegan-
ter docet Tiraquel. *in l.* 1. *connu numero* 45. † Quam 59
ob rem maioribus pœnis adulterium fœminarum
vindicari ſolet, quas cumulat Vela *de delictis cap.* 1.
Farin. 4. *tom. crim. tract. de delict. quæſt.* 141. Briſſon.
*lib. ſing. ad legem Iul. de adult.* Thomas Sanchez *de*
*Matrim. lib.* 10. *diſputatione* 8. Pichard. *in §. item lex*
*Iul. de pub. iud.* † Qua ratione procedit, quod ſcribit 60
Pap. *in l. quamquam* 62. *§. mulier ff. de rit. nupt.* illis ver-
bis: *Mulier liberto viri, ac patroni ſui mala ratione con-*
*iungitur*, id eſt, vt mulier liberto viri ſui, quem ipſe
vir manumiſit, (Ita eleganter accepit Accurſius,
quem miror non citaſſe Cuiacium *lib.* 4. *reſp. Pap. ibi*)
*mala ratione*, id eſt, malo more (vt *in l. cum ſeruus* 54. *in*
*fine principij ff. mandati l.* 1. *§. litis cauſa ff. de variis, &*
*extraord. cog.*) ſeu malo coniugatum exemplo, ne quis
putet, eum patrono adhuc ſuperſtite adulterium
cum eadem commiſiſſe. Ita eleganter Græci inter-
pretes adnotarunt.

Sed inquirendum reſtat, ad quid neceſſaria fuit 61
*in d. l. ſi patrona* cognitio illa iudicis, an ignobilis ſit
patrona necne. Cui difficultati reſpondeo, quod
cum illa ſuſpicio, de qua *ſupra* adeo vehemens eſſet,
ſi mulier liberti ſui affectauerit nuptias, ex præſum-
ptione illa puniebantur liberti (vt conſtituunt Seue-
rus, & Antoninus *in d. l.* 3 *de nuptiis*,) aut metalli, aut
operis publici pœna, ita docente Paulo *lib.* 2. *ſentent.*
*tit.* 19. *fin.* idque pro dignitate perſonæ: quod ad mu-
lierem referendum eſt, non ad libertum, vt ſiquidem
mulier illuſtris, aut honeſta ſit, maiori pœna afficia-
tur, ſi verò ſit ignobilis patrona, vt liberti ſui nuptiæ
honeſtæ ſint, tum Iudex apud quem accuſatio verti-
tur, tales nuptias non debebit prohibere, atque ita
cum crimen ſit hæc præſumptio, de ea cognoſcit Iu-
dex, qui libertum in pœnas legum condemnabit, ſi de
eo aliquid conſtiterit, & ſi adeo ſit ignobilis patro-
na, cuius pudor non ita ſit attendendus, tanquam ſi
honeſti generis fuiſſet, tunc nuptias contrahi non
prohibebit. † Vnde credo deceptum fuiſſe Pinel 62

lum d.c 9. num.16. exiſtimantem, de Iure Ciuili mulierem potuiſſe matrimonium cum ſeruo proprio contrahere, etiam extra legis pœnam, & tenere tale matrimonium in caſu ſingulari dict. l. ſi patrona. Nam cum lex illa in liberto loquatur non poterit, quod ita odioſum eſt d. l. 3. C. de nupt. ad ſeruos proprios extendi argument leg. cum quidam 19. de lib. & poſt. cap.
63 odia lib. 6. de regul. iur. † Præcipueque, cum ſeruorum nuptiæ, aut connubia non erant, ſed contubernia, & ſeruorum coniuges non vxores dicuntur, ſed contubernales, vt cum multis iuribus probat Baldui. in princ. Inſtit. de nupt. num. 10 & 11. & Anton. Fab. in iuriſp. tit. 9. princ. 1. illat. 2. quia niſi inter ciues Romanos contrahi non poterant nuptiæ, princ. de nupt. Conn. lib. 8. comm. cap. 6. in princ. & notaui-
64 mus ſuprà. † Hoc autem, quod de patrona diximus, non habet locum in patrono, verum ſi tam ignominioſam duxerit libertam, vt dedecus ei ſit, & ſi valeret matrimonium, tamen non habebat legis Papiæ beneficium vxores ducentibus conceſſum, l. ſilio 48. §. 1. D. de rit. nupt. Quod de Senatoribus accipiendum non eſt, ſed de reliquis, qui, & ſi eis licitum erat contrahere, tamen ſi ignominioſa erat liberta ita cenſebantur quo ad beneficia legis Papiæ, tanquam ſi non contraxiſſent matrimonium, vt in dict. §. 1.

---

## CAPVT VI.

### De reuocatione libertatis propter ingratitudinem libertorum. Iuſto commentario ornata L. 2. C. de Libertis, & eorum liberis.

#### SVMMARIVM.

1 *Ingrati animi vitium deteſtatur.*
2 *Apud Perſas contra ingratos actio prodita.*
3 *Idem apud Macedones obtinuiſſe probatur ex Seneca, cuius locus ſine emendatione explicatur.*
4 *Apud Romanos ingrati actio non fuit, & eius rei ratio.*
5 *Fuit tamen contra libertos ingratos Patronis data,* & num. 6.
7 *Præſtatio libertatis maximum beneficium.*
8 *Libertas omnibus rebus anteponenda.*
9 *Serui propria nomina non habebant, ſed ea ex laſcinia dominorum ſortiebantur.*
10 *Serui multis expoſiti ſuppliciis, & vita diſcriminibus.*
11 *Ratio, quare liberti ingrati in ſeruitutem redigantur.*
12 *Filij contra parentes ingrati, iterum patriæ poteſtati ſubduntur.*
13 *Inquiſitum de huius pœna, contra libertos auctore.*
14 *An Claudius Imperator ſanxerit contra libertos hanc pœnam.*
15 *Libertorum maxima potentia effecit, vt Traianus in ſeruitutem eos reuocandi ius daret.*
16 *Martialis explicatus.*
17 *Edictum ſupradictum Traiani adduxit Commodus, & alij poſtea.*
18 *Traditio Schifordegheri aientis nullam ingrati eſſe actionem, perpenditur.*
19 *Probatur contra Schifordeg. libertum teneri patrono reddere beneficium.*
20 *Adſtruitur contra ipſum libertum naturaliter patrono obligari.*
21 L. ſi non ſortem, §. libertus de condict. indeb. *operis officialibus intelligit Schiford.*
22 *Sed hic intellectus reprobatur.*
23 *Obligatio naturalis liberti non metitur iuxta regulas ciuiles.* & num 24.
25 L. non ſolum §. fin. de pecul. *explicatur.*
26 *Liberti ingratitudo, ex multis cauſis æſtimatur.*
27 *Arbitrio iudicis relinquitur, quæ cauſa ſufficiens ſit, vt ingratus videatur libertus.*
28 L. ſolo 34. C. de liber. cauſ. *interpretatur,* & num. ſeq. & num. 34.
30 *Obſequia debentur patronis à libertis, & quæ ſint,* & num. 31. & 32.
33 *Libertus, qui obſequium non præſtiterit, vt ingratus accuſatur extra ordinem.*
35 *Patronus contra libertum aget, etſi pro libertate acceperit nummos ad interpretationem* L. 3. D. de obſequiis, & leg. 1. C. h.t. & num. 36. 37. & 39.
38 L. ſi ſeruo 84. de hær. inſtituen.
40 L. ſi tuis C. de oper. lib. *& an ſeruus poſſit nummos habere proprios.*
41 *An ſeruus, qui datis Titio nummis, vt eum emeret, & manumitteret, vt ingratus poſſit à Titio accuſari.*
42 *Liberti ingrati filij, etiam in ſeruitutem reuocantur,* & num. 44. 45. & 46.
43 *Partus ſequitur ventrem.*
47 *Filij pro delicto paterno puniuntur,* & num. 48. & 49.
50 *Seruitus, quæ hac lege imponitur liberti filiis, comprehendit natos poſt delictum.*
51 *Referuntur Doctores, qui tradunt an filij nati ante paternum delictum debeant puniri.*
52 *Statutum Collegij Conchenſis circa puritatem ſanguinis Collegarum.*
53 *Quomodo in cæteris Collegiis practicatur ſtatutum puritatis ſanguinis.*

INGRATI animi vitio, nullum 1
equidem vitium aut turpius eſſe, aut à natura hominis alienius, Menandri fuit ſententia ab Auſonio traducta epig. 132. *Nil homine terram peius ingrato creare* eleganter aientis: vnde ingratitudinem, omnium vitiorum maximum vitium appellauit Seneca *de benefic. lib. 1. cap. 10.* † Vt non imme- 2
rito apud Perſas ingrati actio prodita eſſet, legibuſque & moribus receptum, vt in iudicium, crimenque vocari poſſet, qui beneficij accepti immemor, gratias cum poſſet, non retuliſſet; adeo crimen hoc ſunt deteſtati, vt ex Xenophonte *lib. 1. Cyri Padia*, & Ammian. Marcell. *lib. 23.* doctè obſeruauit Briſſon. *lib. 2. de regno Perſico verſ. ingrati ergo pag.*
*mihi* 196. † Quod & Macedonibus in vſu fuiſſe pro- 3
bat Seneca *lib. 3. de beneficiis cap. 6.* ibi: *Excepta Macedonum gente, non eſt vlla data aduerſus ingratum actio.* Quem locum contorquet Muretus *lib. 12. var. cap. 3.* & loco, *Macedonum* reponit *Medorum* conſentiente Lipſio *in notis ibi: num. 25.* & Schiford. *infrà* laudando, quod non eſt neceſſarium; cum Seneca loquatur de nationibus, quæ ſub Imperio erant, non de exteris, vt ipſa ſeries demonſtrat, & quamuis Athenis ingrati pœnis afficerentur, vt refert Valer. Maxim. *lib. 2. c. 1. & lib. 5. c. 3.* & ex aliis docet Menoch, *de præſumpt. lib. 5 præſum. 4. n. 11. & præſum. 35. num. 30.* id ad ſeruos, & libertos referendum eſt, non ad omnes indiſcriminatim, vt in Macedonia Seneca ait obtinuiſſe; qui ita intelligendus eſt retenta litera, reſpuo enim deceptum in hac re fuiſſe, vt ſupradicti Authores ſine ratione tradunt.

Apud Romanos autem, nulla aduerſus ingratos 4
conſti

conſtituta fuit actio, quia vt Seneca ait *dict. cap.* 6. ibi,
*Hoc frequentiſſimum crimen nuſquam punitur vbique*
*improbatur, neque abſoluimus illud, ſed cum difficilis*
*eſſet incertæ rei æſtimatio, tantum odio damnauimus,*
*& inter ea reliquimus, quæ ad vindices Deos mit-*
*timus*, notat Cæl. Rhodig. *lib.* 4. *lect. cap.* 8 † Sed
5 adhuc tamen aduerſus malè meritos, impuros, &
flagitioſos libertos, qui erga patronos ingrati extí-
terunt, ipſos in ſeruitutem iterum redigendi facul-
tas patronis conceſſa eſt, quod in tanti criminis de-
teſtationem, ad filios etiam extenſum eſt, non tamen
ad eos qui libertatis tempore ſunt nati. † Quam
6 conſtitutionem *l.* 2 probant aliis huius iura *l. qui ma-*
*numittuntur Cod. de operis libert. l. ſolo* 30 *C. de liber. cauſ.*
*l. vnica C. de ingratis lib. §. maxima de cap dim.* & præ-
terea *l.* 1. §. *cum patronus de officio præfecti vrbis, l. non*
*ſolum* 6. §. 1. *de in integ. reſt. l. ſi mulier* 21 *ff. de eo quod*
*metus l. alimenta* 6. §. 1. *de agnoſ. lib. l. Diuus* 5. *de iure*
*patr. l. qui cum maior* 14. §. *ſi libertus l. ſi libertus* 32. *de*
*bonis liber. l. ſi quis hac l.* 30 *ff. qui & à quibus, l. ſcien-*
*dum* 70. §. 1. *de verborum ſignificatione authent. vt liberti*
*de cætero, ſeu Nouella* 78. *cap.* 2. *facit l. cum poſt* 69. §.
*patrona ff. de iur dot Concilium Hiſpal* 2. *cap.* 10 *de iure*
*noſtro Regio l.* 1 *tit.* 12. *lib.* 3. *fors & leg.* 2. *tit.* 2. *part.* 7.
exornant, & explicant Gregor. *in dict. l. Regia gloſſ.* 5.
Donel. *lib.* 2. *comment cap.* 17. *&* 24. *& lib.* 12. *cap.* 2.
vbi Oſuald. *littera* O. Cuiac. *lib.* 10. *obſeruat. cap.* 33. *&*
*lib.* 21. *cap.* 6 Connan. *lib.* 2. *comment. cap.* 7. *numero* 4.
Ræuard. *lib.* 1. *coniect. cap.* 11. Menoch. *dict. præſumpt.*
35. Tiraquellus *in l. ſi vnquam verbo libertis, num.* 31.
*C. de reuocan. don.* Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 24.
*num.* 13. Ant. Fab. *in iuriſp. tit.* 5. *princ.* 2. *illation.* 4.
*&* 10. Schifordeg. *libro tertio, tractat.* 26. *quæſt.* 1. *&*
*ſequentibus.*

Suaſit id magnitudo beneficij, quod ſeruus acci-
7 pit ex præſtatione libertatis, cum ex infamis, & vi-
liſſimæ ſeruitutis conditione, miſeroque ſtatu, in
libertatem reuocatur, quod *grande beneficium* appel-
lat Vlpian. *in leg.* 1. *de bonis libertorum, & infinitæ*
*æſtimationis*, Paulus *in l. non eſt* 176. *in fine de Regul.*
*iur.* Cicero *tertia act. in Verrem ſummum*, & Terentius
*in Andr. in princ.*

*Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi,*
*Scis feci te è ſeruo, vt eſſes libertus mihi.*

† Nec ſine ratione, cum libertas ſit vitæ antepo-
8 nenda, & Regno Perſarum vt ex aliis Tiraquellus
teſtatur *in l. ſi vnquam verbo donatione largitus, nu.* 331.
† Quid enim miſerius ſeruitutis ſtatu, cum ipſi
9 ſerui ſtatum non haberent, nec nomen quidem pro-
prium. Et licet Stichi, Syri, Getæ, Erotis, & id
genus alia nomina inueneris, quæ ex A. Gellio *lib.* 4.
*noct. Att. cap fin.* deduxit Alex. Neapol. *lib.* 3. *genial.*
*cap.* 20. Panciroł. *lib.* 1. *theſaur. variar. cap.* 45. verius eſt
pro arbitrio, & laſciuia ſæpè dominorum componi
conſueuiſſe Oſuald. *lib.* 2. *comment. cap.* 7. *numero* 2.
Mortiſque ob id ſeruitus quandam imaginem refe-
rebat *l. quod attinet l. ſeruitutem* 202. *de reg. iur.* cum
aliis quæ recenſet Pet. Fab. *in l. libertas* 106. *de reg. iur.*
Menoch. *de arbitrar. caſ.* 230. Tiraquellus *d. num.* 331.
Oſuald. *dict. lib.* 2. *cap.* 9. *littera Q.* † Neque imme-
10 rito, nam ſerui expoſiti fuerunt infinitis cruciatibus,
pugnis, colaphis, fuſtibus, virgis, vinculis, car-
ceribus, & morti ipſi, vt docet Dorleans *ad Tacit.*
*lib.* 3. *ann.* ad illud *Neque carcer, neque laqueus, nec ſer-*
*uiles quidem cruciatus numero* 7. Quinimò, & vita
ipſa quotidie in diſcrimine poſita præ libidine do-
minorum, vt conſtat ex §. *in poteſtate de his qui ſunt*
*ſui*, & ex Senec. *epiſt.* 47. *& lib.* 1. *de clement. cap.* 18.
† Vnde, qui tanti beneficij immemores, ingratiſ-
11 ſime contra patronum ceruicem erexerint, criminis
manifeſtos meritò ad ſeruitutem retrahi debere
æquum fuit, vt pœna coërceantur, quos beneficia
non mutarunt, vt ait Tacit. *lib.* 13. *Annal.* & ſeruus
ſit qui liber eſſe neſciuit, vt ait Valer. Maxim. *lib.* 1.
*nam qui libertatem accepit* (verba ſunt D. Ambroſ.
*lib. de Iacob. cap.* 3.) *meminiſſe ſui manumiſſoris debet, ita*
*vt patrono ſuo nouerit legitimum obſequium deferendum.*
† Et ſimiliter ob hanc cauſam etiam filij, qui con- 12
tumaces contra parentes extiterunt, vel ingrati, ite-
rum in patriam poteſtatem rediguntur, *l. vn. Cod. de*
*ingrat. liberis*, vbi Cuiac. *& lib.* 10. *obſeruat. cap.* 13. An-
ton. Fab. *in iuriſprud. titul. & princip.* 5. *illation.* 2.
Donel. *lib.* 2. *comment. c.* 27. & *ibi* Oſuald. *lit.* C. *& c.* 24.
*littera H.*

Sed cum adhuc Senecæ temporibus hæc in vſu 13
pœna non fuerit, non abs re erit, de eius auctore
perquirere. Ræuardus *ſuprà* id Commodo Imper.
attribuit per *l. alimenta* 6. §. 1. *ff. de liber. agnoſ.* Cuiacius
vero *dict. cap.* 33. *& lib. reſpon.* Marcel. *in leg.* 3. *de obſe-*
*quiis*, iam ad Traianum refert, iam ad Neronem, &
Claudium, nec in re certa pedem figit, tandem ſub-
iiciens, nullo pandectarum loco liquido comproba-
ri poſſe, libertos ingratos reuocari in ſeruitutem.
Quem refellunt tot iura *ſuprà* in comprobationem à
nobis adducta, quæ ſunt manifeſta violentia ad aliud
pertinere non poſſunt. Neque ad aliud poſſunt reſ-
picere Iure Conſulti *in l. ingratus* 19 *de iure patron. &*
*l. fin ff. de obſequiis.* Alij ad legem Æliam Sentiam re-
ferunt per *dict. l.* 70. §. 1. *de verborum ſignificat.* Con-
nanus *ſuprà ad Claudium* qui vt Sueton. auctor eſt *in*
*eo cap.* 25. ingratos libertos, de quibus patroni que-
rerentur in ſeruitutem reuocauit, meminit Marcian.
*in l. Diuus* 5. *ff. de iure patron.* † Verum ego non 14
ita generaliter Claudij factum accipio, vt ſcilicet
conſtitutionem aliquam ederet, ſed motum patro-
norum querelis, ingratos aliquos accuſatos in ſerui-
tutem redegiſſe. Ita ſentire videtur *lib.* 60. *hiſt.* in-
quiens. *Porro in alienorum ſcelera grauiter animaduer-*
*tens Claudius ita ſuis indulſit.* & Tacit. *lib.* 13. *annal.* qui
de Neronis tempore ait. *Actum eſt in Senatu de frau-*
*dibus libertorum, efflagitatumque, vt aduerſus male me-*
*ritos reuocandæ libertatis ius patronis daretur*, & poſtea.
*Scripſitque Cæſar Senatui priuatim expenderent cauſam*
*libertorum quoties à patronis arguerentur, in commune*
*nihil derogent.* Quibus demonſtratur poſt Claudium
ius commune non eſſe derogatum, vt etiam ibidem
probat Tacit. his verbis. *Diſſerebatur contra paucorum*
*culpam ipſis exitioſam eſſe debere, nihil vniuerſorum iuri*
*eſſe derogandum.* Nam alias non ita Senatores timidi
ignaro Principe de hac re cenſerent. Subſanatum
itaque eſt his remediis vulnus, vel potius rectum.
† Donec ita libertorum audacia eo peruenerit, vt 15
plus poſſent, quam Reſpublica ipſa, quo motus
Traianus conſtitutionem edidit, vt liberti ingrati
reuocarentur in ſeruitutem. † Docet Mart. *lib.* 10. *epi-* 16
*gram.* 34. *ad Traianum.*

*Qui ſua reſtituis ſpoliato iura patrono.*
*Libertis, exul non erit ille, ſuis.*

Vbi *reſtituis* verbum magis ad audaciam libertorum,
qui ſuperbia ſua patronos debitis obſequiis defrau-
darant malo reſpicere, quam ad Domitiani conſti-
tutionem referre cum Radero, nam Domitianus ni-
hil contra patronos conſtituerat pro libertis, ſed
cum eis nimis fauiſſet, ipſi ſolebant patronos pro-
ſcribere, & ſua delatione efficere, vt in exilium da-
rentur, ob eamque cauſam tempore Hadriani, li-
berti in ergaſtulis iam erant cum ſeruis incluſi, re-
fert Spartian. ibi: *Ergaſtula ſeruorum, & libertorum*
*in lit.* Quod de libertis ingratis accipiunt recte Ca-
ſaubon. & Salmaſius, *pag.* 9. ſed non tradiderunt oc-
caſionem, quam dederat Traiani edictum. † Poſtea 17
autem hanc Traiani conſtitutionem adduxit Com-
modus *in d. l. alimenta* §. 1. & Diocletianus *in d. l. Qui*
*manumittuntur* 12. *C. de oper. liber.* & tandem Conſtan-

nus in noſtra hac lege ius patronorum extenſit,etiam ad leuem offenſam.

18 Vnde examinanda venit traditio Schifordeg.*lib.* 3. *tract.* 16.*quæſtion.*1.*&* 2.qui ait nullam ingrati actionem legibus eſſe conſtitutam, quoniam libertus qui in ſeruitutem reuocatur, nullum tenetur reddere beneficium. Prorumpitque in hæc verba. Quomodo dicemus, eum qui accipit beneficium obligari naturaliter, cum nulla præceſſerit cauſa ciuilis? *l. non ſolum* 49. §. *fin. de pecul.* Quod ſi reſpondeas hanc eſſe remunerationis cauſam, retorquet ipſe, non eſſe hanc debendi cauſam Iure Ciuili cognitam, cum nuda ratio non faciat debitorem, *dict.l.non ſolum* §. *fin. l. nuda* 76. *de donation.* quia renumerationis cauſa poſita eſt in nuda ratione, cum nemo cogatur ad remunerandum, quando remuneratio cauſam ex beneficio ſumat, quod nullis legibus ſubiicitur, *argum l. interdum* 13. *de precaria.* Et ſi ad libertum veniamus, ait, illius ingratitudinem non æſtimari, quod patrono nihil reddiderit, ſed ex eo potius, quod acceperit ſeruilis ingenij, nequitiam, & ceruicem erexerit contra patronum, aut leuem offenſam commiſerit, vt *in hac l.* 2.obſequium enim quod patrono præſtat, illud non tam remunerandi cauſa, præſtat, quam explendæ reuerentiæ gratia: & quamvis non neget Schiford. patronum præſtare beneficium, negat tamen libertum ad remunerandum cogi, cum patronus hoc ipſo, quod manumiſerit in bonis liberti ius aliquod adquirit, vt antea ſolebant res duras exigere *l.1 ff de bonis liber.* vbi cum dicat Iure Conſult.res duriſſimas à libertis exigi ſolitas ad remunerandum, ſignificat nullam interuenire naturalem obligationem, cuius eſt propria conditio, vt quæ naturaliter debeantur ea exigi nequeant.

19 Hæc, & alia multa Schifordeger. fuſiſſimis, vt ſolet verbis omnia confundens, & argutiola iuuenili perturbans. In primis itaque falſus eſt aſſerendo, libertum non teneri beneficium reddere, nam, cum vt *ſuprà* probauimus, omnes leges dationem libertatis *beneficium* appellent *l.4. C. de obſequiis*, & quidem *magnum leg.*1.*de bonis libertorum* cum aliis, conſequens eſt libertum in multas coniectum eſſe obligationes, quas ſi libertus ſoluere non tenetur, nec ſimiliter reddere beneficium, cur patronum tenebatur inſtituere? §.1.*de ſucceſſ liber.*cur præter obſequia, operas eidem dabat? *l.2. cum aliis de operis liber.* cur ergo in ſeruitutem reuocatur ingratus, in pluribus
20 iuribus noſtræ deciſionis ſimilibus? † Hoc non aliter conſtitutum, niſi quia naturali obligatione tenetur, quod diſertè probatur *in l. ſi non ſortem* 21. §. *libertus* 12.*de condict.indeb.*ibi: *natura enim patrono operas libertus debet*: *iuncta l. naturales* 10.*de obligation. l.*
21 *ſi operas* 25.*de præſcript. verb.* † Nec effugit vim illius reſponſi Schiford.*quæſtion.* 3. *in princ.* eas operas deberi iure gentium (quæ fuit ſententia Accurſij *ibi*) quoniam credendum eſt, obligatum manere naturaliter ad operas modicæ æſtimationis illum, qui beneficium inæſtimabile libertatis acceperit (verba ſunt Ant. Fab. *ſuprà illat.* 12.) & cum operæ, aut ſint officiales, aut fabriles, *l.operæ* 9.*l.*22.*&* 29.*cum aliis de operis libert.* iuncto Ant. Fabro *ſuprà illat.* 13. Donel.*lib.*2.*cap.*28.Pichard.*in princ.Inſtit.de acquiſ.per adrog. ex numero* 64. de operis officialibus intelligi debet *dicto* §. *libertus.* Cum illæ operæ deſcendant ex præſtatione officij, & commodo patroni *l. cum patronus* 22. *de operis liber.* Et ſicuti naturaliter honor, & officium eidem debetur *l.* 2. *C.de in ius vocando:* ita operæ officiales, quæ in eo conſiſtunt iure.
22 † Quæ interpretatio non conuenit verbis *dicti* §.*libertus* (licet eam tradiderit, vt dixi, Accurſ.*verb.debere* quem debebat allegare & Schiford.) nam vt rectiſſime conſiderauit Caſtrenſ. *ibi*, *numero tertio*, ſi operas obſequiales ſoluiſſet, tunc non diceretur aliquid indebitum ſoluiſſe per errorem, quia illæ debentur ſine dubio iure etiam naturali, & quamvis debemus de eis tantum loqui illum §.nonne, & illas extorquet obligatio naturalis? Quorſum huiuſmodi operæ tendunt, niſi vt liberent à vinculo illo naturalis obligationis libertum, aut ex quo fonte proueniunt, niſi ex eo? *l. ſed ſi lege* 25.§.*conſuluit ff.de petit. hæred.* vbi naturaliter quis obligatur ex beneficio. † Quæ 23
obligatio naturalis non eiſdem regulis, neque ſecundum obligationes ciuiles, ſed iuxta honeſtam, & moralem obligationem metitur, neque eſt ſimilis ei, quæ naſcitur ex nudo pacto, de qua *in leg. cum amplius* 84. § *is natura de reg.iur. d. l. naturales* cum aliis: nec ſemper habet eoſdem effectus, ſed in hac ſpecie eum tantum, vt is, qui donationem accepit, vel beneficium, deuinctum ſe ſentiat ad remunerandum, ne ingratus ſit, *argum.l. ſi pignore* 54.*ff.de furtis* ibi: *& beneficij ſibi acquirere debitorem.* Quo ſenſu accipiendus eſt Seneca *lib.*2.*de beneficiis cap.*18. dum ait: *Et quidem diligentius quærendus eſt beneficij, quam pecuniæ creditor, huic enim reddendum eſt quantum accepi, & ſi reddidi ſolutus ac liber.* Ita docent eleganter D. Thom.2.1.*quæſt.*106.*artic.*4.*& ſequent.* Duaren.*ad tit. de condict.indeb. cap.* 6. *& ad titul. de obligation. cap* 2. Pet. Fab *in d.*§.*is natura*, Menoch. Couar. & alij relati ab Oſualdo *lib.* 12. Donel.*cap.*2. *littera O.* † Et 24
ideò in hac re Oſualdi iudicium agnoſco, qui veram eſſe hanc obligationem naturalem cenſet *ex dict. l. ſi pignore*, nam & ſi, vt ait, Seneca *de benef.lib.*5.*c.*31. non eſt beneficium, ſi de reditu cogitaui, tamen qui dat hoc proponit, prodeſſe ei, cui dat, & voluptati ſibi eſſe, item ea ratione dat, vt ſibi illum conciliet recipientem, vt inuicem ei præſtet, qui accipit eo ipſo ſe obligat. Vnde conſenſimus ambo: ego vt illum mihi conciliem, vt ei proſim, alter vt ad gratum animum præbendum obligetur, nam cum accepit ita ſe obligationi illi adduxit. Exemplum in mutuo: dedi vt fiat tuum, non verè, eo animo, vt mihi reddas in genere ſuo, ſed in animi grati demonſtratione, quæ demonſtratio ex variis cauſis dignoſci poteſt, non quicquid poterit, & faciet qui accepit, & reddet, ſed temporum, rerumque occaſionem ſequatur, & ſatis eſt ſinũ eius implere cuipiam, à quo aliquid accepi, vſus enim accipientis reſtat, & aliquod ex homine grato commodum, ſi ergo benignè accepi beneficium, qui dedit gratiam iam recepit, mercedem nondum, quia voluntati voluntate ſatisfecit, rei rem debet, & ſi retuliſti gratiam benignè, accipiendo tamen adhuc debes. Hæc ex Seneca libauimus *d.lib.*3.*cap* 31.*&* 33. *& lib.*2.*ex c.* 30.
† Neque pro Schiford.facit *dict.l.non ſolum* 49. §. *final de peculio*, quia ſufficit illa cauſa, vt prodeſſe velim, quæ non poteſt eſſe nuda ratio *l.*2.§ *item Varus ff. de aqua pluuia.* Vel dic ibi agi de obligatione illa naturali inter dominium, & ſeruum, quæ habet effectus ciuiles, ac proinde neceſſe eſſe, vt cauſa illa præcedat, qua hominem liberum obligaret, quod tamen non obtinet in obligatione naturali, quæ nullos habet effectus ciuiles, ſicut eſt hæc de qua agimus. † Itaque quo ad libertum attinet, non ex eo 26
æſtimatur ingratus tantum, quod offenſam fecerit, ſed ex multis, quia vt ait Seneca *libro tertio, de benefic. cap. primo*, ibi, *Multa ſunt genera ingratorum. Ingratus eſt, qui beneficium accepiſſe ſe negat, quod accepit: Ingratus eſt, qui diſſimulat, ingratus, qui non reddit: ingratiſſimus omnium, qui oblitus eſt.* Ac proinde cum gratitudo poſita ſit in multis: in miniſterio, operibus, voluntate, beneuolentia; ita & ingratus animus in omnibus poteſt adeſſe, & ideo libertus erit ingratus domino non aſſurgendo, & obſequia non præſtando *leg.* 1. *ſuprà hoc tit. leg. ingratus* 19. *de*

*iure*

*iure patron.* in hoc eſt redditio beneficij, quam præ-
ſtat libertus, & in hoc etiam eſt grati ſui animi er-
ga beneficium libertatis demonſtratio, id eſt obſe-
27 quij exhibitio, & operæ præſtitæ. † Indéque cum
lex noſtra generaliter dicat: *ſi extiterit ingratus, l.*
*qui manumittu... operis libertorum.* Eis verbis om-
nem ingratitudinem ſignificat, & ita arbitrio Iudi-
cis relinquetur, an hæc vel illa cauſa ſufficiens ſit
ad reuocationem libertatis, vt conſtat ibi: *Si in iu-*
*dicio, vel apud pedaneos Iudices, patroni querela exor-*
*ta, ingratum eum oſtendat l. ſi manumiſſori Codic. de*
*obſequiis*, ibi: *Præſes quatenus huiuſmodi licentiam*
*æſtimabit.* Inter alias cauſas erit & illa; ſi quadam
contumacia ceruicem erexerit, id eſt, contempſerit
patronum, vel eum noluerit honorare, vel offen-
ſam fecerit, quæ quantumvis leuis fuerit ſufficiet,
iuxta terminos illius legis, licet hodiè cauſas in-
gratitudinis præſcripſerit Iuſtinianus *nouella* 78.
*cap.* 2.

28 Vnde infero interpretationem ad Diocletiani re-
ſcriptum *in leg. ſolo* 30. *Codic. de liber. cauſ.* vbi ſtatuit
ſolo obſequij non præſtiti velamento, datam liber-
tatem reſcindi non poſſe. Cui congruit Iuris Con-
ſult. *in leg.* 3. *in fine, ff. de adimend. leg.* vbi legata,
quæ ſunt quædam donationes, *princip. Inſtitut. de*
*legat.* non reuocantur propter leuem offenſam, &
tamen ſi obſequium non præſtiterit libertus, ingra-
tum eſſe docet Paulus *in l. ingratus* 19. *de iure patron.*
*iunctis l. liberto* 9. *ff. de obſequiis l. mater* 5. *in fin. Cod.*
29 *de oper. liber l.* 4. *in fine, de obſeq.* † Cui difficultati
Accurſ. ſtatim occurrit hic quem ſequitur Saly.
*numero* 1. & alij. Quorum relictis interpretamen-
tis, pro explicatione obſeruo, libertos hoc ipſo
quod liberti ſint, pro beneficio manumiſſionis pa-
trono adſtrictos manere, ad obſequium præſtandum,
& ad alia munera quæ ſedulo cõmemorant Ræuard.
*ſuprà*, & Anton. Fabr. *in Iuriſprudent. titul.* 5. *princ.* 2.
*illat.* 8. Connan. *lib.* 2. *comment. cap.* 7. Donel. *libro* 2.
*comment. cap.* 17. in quibus conſiſtere dicitur ius pa-
30 tronatus. † Debentur ergo obſequia patronis *l.* 1.
*& per tot. ff. & Cod de obſeq à liber. patron. præſt. l. ne*
*quidquam* §. *de plano, ff. de offic. Procul. l. ſi quis à libe-*
*ris* §. *vtrum de liber. agnoſc.* obſequium in liberto, eſt
honos, & reuerentia, quam libertus pro illo bene-
ficio manumiſſionis patrono exhibere tenetur, *l.* 2. *l.*
*licet in fin. ff. de obſequiis, leg. ſed ſi hac* §. 1. *&* §. *patro-*
31 *num, l. generaliter, ff. de in ius vocand.* † Hic honos
partim verſatur in faciendo, partim in non facien-
do. In faciendo, vt omni dicto, factóque libertus
erga patronum reuerenter ſe gerat, vt erga eos fa-
ciendum eſt, quorum perſona honeſta, & ſancta
eſſe debeat, vt patris, *dict. l. liberto de obſeq.* nempè
aſſurgendo, de via cedendo, bene monentem patro-
num audiendo, eique parendo, & tandem vt liber-
tus, quæ amicus amico, ciuis ciuibus præſtare ſo-
lent, ea poſtulanti patrono præſtet; veluti vt res
eius adminiſtret, vt filiorum tutelam ſuſcipiat, vt
patronum pauperem alat de ſuo, ſi habeat vnde fa-
32 ciat. † Alia ſunt in non faciendo conſtituta. Ne
libertus manus violentas ingerat in patronum, ne-
que conuitium; ne aduerſus vitam aliquid mo-
liatur; docet eleganter Connan. *ſuprà*, & Anton.
Fab. *illat.* 11. Donel. *dicto cap.* 17. VVeſembech *in tit.*
*de obſequiis*, & ante eos Caſtrenſ. *in dict. l. ſi non ſor*
33 *tem* 26. §. *libertus, numero* 3. *de condict. indeb.* † Ex
quibus conſtat, quod ſi libertus aliquid contra pa-
tronum egerit, ex quo offenſa reſultet, tanquam
ingratus poterit accuſari, & in ſeruitutem redigi,
propoſita extra ordinem ingrati accuſatione, *l.* 1. 3.
*&* 4. *Codic. hoc titul.* Alias autem, ſi ob non præſti-
tum obſequium duntaxat vbi culpa non interuenit,
ſed tantum aliqua incuria, vel quia obſequij non
præſtiti color, aut prætextus à patrono quæſitus eſt,
vt libertum tanquam ingratum in ſeruitutem reuo-
caret, non debebit hoc valere, neque pœna imponi.
† Ita probat vox *velamento:* quæ colorem quæſitum, 34
& prætextum ſignificat [*l. velamento*, 4. *C. de poſtu-*
*lan. l.* 1. *C de repud bon. poſſ. l. velles*, 6. *C. de reuoc.* donat.]
qua denotat Imperator, patronum illum colorem
quæſiſſe, non verum vel legitimum, vt apud Senec.
*epiſt.* 21. ibi, *Epicuri dicta commemoro, vt iſti qui ad ea*
*confugient, qui velamentum ſe ipſos ſuorum vitiorum*
*habituros exiſtimant.* Tunc ergo tali caſu, ſi libertus
inofficioſum ſe præbeat, recepta querela patroni,
magiſtratus, vel verbis, aut minis libertum emen-
dabit, aut caſtigabit ſub comminatione ſeruitutis
non defuturæ, *l.* 1. *de iure patron.* & aliquando patrono
leuis coercitio permittitur *l. Prætor* 7. §. *præterea de*
*iniuriis.*

Deinde infero adeò grande eſſe beneficium hoc 35
manumiſſionis, vt & ſi patronus pro danda libertate
pecuniam acceperit, adhuc tamen contra ingratum
libertum agere poterit, ita probat eleganter Marcell.
*in l.* 3. *ff. de obſequiis à libertis* Rationémque eam red-
dit, quoniam & ſi non gratuitum, præſtitit tamen
beneficium. In contrarium tamen videtur eſſe An-
tonius *in l.* 1. *Cod. hoc tit.* vbi non poteſt, vt ingratum
libertum accuſare ille, qui non gratuitam dedit li-
bertatem. At *in dict. l.* 3. non eſſe gratuito datam
conſtat, cum pretium acceperit, & aliud eſt gratis
dare, aliud pretio conſtituto, *l. ſi tibi* 12 *ff. de præſcript.*
*verb. l.* 4. *ff. ſi quis omiſſa*, & vt Cicero *lib.* 1. *de finibus*
relatus ab Alexand. Neapol. *lib.* 5. *genial. cap.* 1. ait,
*Qui opis, emolumentique cauſa largitur, virtutis nomen*
*amittit, ingentiaque cum animi bona fœdare neceſſe eſt,*
*neque enim ſi ob tuam cauſam cuique commodes, bene-*
*ficium id reputandum eſt, ſed fœneratio.* Congruit
Senec. *de benef. lib.* 2. *cap.* 1. *& l. proxime* 50. *ff. de rit.*
*nupt.* ibi, *Magis enim debitam libertatem præſtitit,*
*quam vllum beneficium contulit.* quæ lex Auctorem
habet eundem Marcellum. idem probat Paul. *in l. ſi*
*ſeruo* 84 *ff. de hered. inſt* & Imper. *in l. ſi tuis* 7. *Cod. de*
*oper. libert.* † Quorum iurium difficultatem agno- 36
ſcunt poſt Accurſ. *in dict. l.* 3. Caſtrenſ. *in l. digna vox.*
*Cod. de legibus* Roman *ſing.* 459. Socin. & Cotta re-
lati à Tiraquell. *in l. ſi vnquam verbo libertis num.* 31.
*circa fin.* Cuiac. *lib. reſpon. Marcelli in dict. l.* 3. *&*
*lib.* 23. *queſt.* Paul. *in dict. l.* 84. Ex quorum placitis di-
cendum exiſtimo, quod cum huiuſmodi accuſatio
ingrati liberti, dependeat ex beneficio manumiſſio-
nis, rectè poterit eam inſtituere patronus, ſi num-
mis, etiam datis ab alio, dederit libertatem, quo
caſu beneficium eſt, contra quod venire non debet,
cum potuerit dominus, etiam ſi multæ pecuniæ ei
offerrentur, adhuc non dare libertatem. Benefi-
cium ergo in tali datione conſiſtet, nam vt ait Se-
neca, ibi, *Non omne beneficium gratuitum eſt ſemper,*
*beneficium eſt, quod quis dedit cum potuiſſet & non dare.*
At dominus rectè potuit, etiam ſi pecunia ei daretur
eam reſpuere, & non dare, atque ita quamvis pe-
cuniam acceperit, beneficium fecit, & hoc eſt quod
ait Modeſt. *in dict. leg.* 3. ibi, *Quamvis non gratuitum,*
*beneficium tamen præſtitit.* † Aliud tamen erit, quan- 37
do aliquis per fideicommiſſum rogatus fuerit ſeruum
manumittere, vt *in dict. l.* 1. cum aliis, tunc enim
non habuit poteſtatem denegandæ libertatis, *l. Ti-*
*tius* 43. *ff. de act. empt. l. mulier* 22. *l. non eſt, ff. ad Trebel.*
quam debitam præſtitit, & ideò liberto beneficium
non contulit, quia coacta manumiſſio propriè libe-
ralitas non eſt, *l. vnum ex familia* 67. §. 1. *de leg.* 2.
*l. rem relegatam* 18. *de adimen. legat.* cum liberalitas
ſemper exiſtimetur, quando nulla neceſſitate, aut
iure cogente fit, *l. ſi quis pro vxore* 21. *de donat. inter*
*l. donari* 29. *de donat.* quod deficit eo caſu, quo

etiam

etiam ſi tenuerit, libertatem tamen imponere de-
bet. Vnde cum ex neceſſitate manumiſſionis, non
ſuo arbitrio id fecit, magis debitum perſoluit, quam
38 beneficium dedit, *dict. l proximè de ritu nupt.* † Quo
etiam modo procedit traditio Pauli *in dict. l. ſi ſeruo*
*aientis*, quod vt ſeruus hæres neceſſarius ſit, requi-
ritur, vt eum dominus vltro, cum libertate inſtituat
hæredem, & hoc non coactus, ſed ſua voluntate:
alioqui ſi hæres, qui pure rogatus eſt ſeruum manu-
mittere, eum inſtituat cum libertate, erit hæres
voluntarius: quia debitam magis ab eo, ex cauſa
fideicommiſſi, quam gratuitam præſtitit libertatem,
*dict. l. proximè*, cum potuerit ſeruus hæredi inuito ex-
torquere libertatem, quam habet prioris domini
beneficio magis quàm beneficio hæredis eum inſti-
tuentis *dict. l. mulier* 22. *§. non eſt*, conducit *d. l. mulier*
22. *§. non eſt*, conducit *dict. l. vnum ex famil.* 15.
*princ.* §. 1.

39 Sed adhuc reſtat difficultas, *in dict. l.* 3. Marcellum
indiſtinctè docere, beneficium datum fuiſſe, ſiue
nummi fuerint dati ab ipſo ſeruo, ſiue ab alio eius
amico; vt illa verba demonſtrant, *eam plurimum in-
tereſſe, à ſuo ſeruo quis vel etiam ab amico eius exceptis
nummis dederit libertatem*, cum tamen in eo caſu
40 contrarium dicat Alexander *in d. l. ſi tuis*. † Quem
vt intelligas aduerte, quod, & ſi ſeruus quicquid
acquirit, domino acquirat, *princ. Inſtit. per quas per-
ſonas*, cum vulgaribus iuris traditionibus, adhuc
poteſt nummos habere, quibus ſe redimat, vt in
ſpecie probat Vlpian *in l.* 4. *de manumiſſ.* & confert
Paulus *in l.* 4. *§ de illo ff. de vſucapion.* & Iulianus *in l.
qui ob pactionem* 9. *cum l. ſequent. ff. de pro emptore*, (de
quorum iurium explicatione agemus *lib.* 3. *cap.* 1. *§* 4.)
Videndus Lipſius *ad Tacit lib.* 4. *ann. pag. mihi* 273. *ad*
41 *illud. Negata libertate.* † Vnde ſi ſeruus mihi de-
derit nummos, vt eum emam à domino ſuo, &
poſtea eum manumiſero, hoc caſu, & ſi patronus
ſim, non tamen eum potero, vt ingratum accuſare,
quoniam nullum à me beneficium acceperit, cum
nihil de meo impenderim *dict. l.* 4. quo caſu loquitur
Imperator *in dict. l. ſi tuis, iuncta l.* 1. *Cod. de bonis liber.*
in primo reſponſo, vbi differentiam ſtatuit inter eos
caſus, quando ſcilicet nummis datis dominus ma-
numiſit, & quando aliquis nummis ſerui à domino
emit, & poſtea manumiſit. In primò acquiritur ius
patronatus, & omnia illa, quæ ius patronatus co-
mitantur ſuper ius animaduerſa, ſecundo autem ſo-
lum ius patronatus nudum habet, quia videtur tan-
quam ſerui procurator fuiſſe.

42 Cùm ergo liberti ingrati in ſeruitutem ob ingra-
titudinem reuocentur, noſter Imperator eam pœ-
nam, non ſolum in ipſos locum habere voluit, ſed
etiam extendit ad filios, qui poſtea quam ipſe iam
ſeruus ſit factus nati fuerunt, non verò ad illos qui
43 ipſi in libertate agente nati ſunt. † Quæ deciſio
ex eo redditur difficilis quia partus ventrem ſequi-
tur, ita vt ſufficiat medio tempore liberam matrem
habuiſſe §. 1. *Inſtit. de ingenuis l. & ſeruorum*, *§. ingenui*,
*l. Herennius* 12 *de ſtat. hom. l. partum* 7. *Codic. de rei
vindicat.* cum aliis relatis à Pichardo *in dict.* §. 1. *&
l.* 3. *Codic. de murilegul. libro* 11. *numero* 12. Donell.
*libro* 2. *comment. cap.* 10. vbi Oſuald. *littera E*, Anton.
Fab. *in Iuriſprudent. titul.* 4. *princ.* 2. etiamſi ex ſeruo
conceperit fœmina, vt patet; ergo non rectè
ſeruitutem patris extendit Conſtantinus *in hac l.* 2. ad
liberos, qui in hac re matrem ſequuntur.

44 Huic argumento occurrit Accurſius *hîc verbo filiis*,
quem ſequitur Salycet *numero* 3. duplicémque aſ-
ſignat ſolutionem. Prima eſt, vt noſtra lex intelli-
gatur, reddendo ſingula ſingulis, id eſt, vt dicat
manumiſſus vel manumiſſa, quia maſculinum con-
cipit fœmininum *leg.* 1. *de verbor. ſignificat.* Quæ ſo-
lutio non tollit difficultatem cum Imperator de ma-
numiſſo ſemper loquatur, & de illius filiis; & quam-
vis fœmina etiam comprehendatur, adhuc tamen
remanet difficultas, quare filij ingrati liberti in
ſeruitutem cum patre, vel matre redigantur, &
ideò hanc ſolutionem Accurſij *Truffam* vocauit Ca-
ſtrenſis *in præſenti num. fin.* † Neque ſecunda ſolutio 45
melior eſt, dum noſtram legem accipit de ſeruis mu-
rilegulis, qui ſequuntur patris conditionem *l. vlt.
Cod. de murileg. lib.* 11. vt tradunt Connanus, & Cu-
iacius laudati à Pichard. *in dict. l.* 3. *à num.* 20. de qui-
bus nunquam noſter Imperator cogitauit, ſed gene-
raliter de quocumque liberto loquitur, qui contra
patronum extitit ingratus. † Quare ex mente Ca- 46
ſtrenſ. ſupra cogitabam, filios natos poſt reuocatio-
nem patris in ſeruitutem, ſeruos fieri in deteſtatio-
nem criminis paterni, qui tanti beneficij immemor,
aduerſus patronum ſurrexit ei offenſam faciendo, vt
innuunt illa verba: *quoniam illis delicta parentum non
nocent, quos aut eſſe ortos conſtiterit dum libertate illi
potirentur.* † Neque nouum eſt in iure, ita conſti- 47
tui, non ſolum in pœnam criminis paterni, verum
vt ipſi patres facilius à delictis committendis deter-
reantur, quemadmodum videmus in crimine læſæ
Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, & perduellionis §.
*interdum in fin. Inſt. de hæred quæ ab inteſt.* cum traditis
à Menochio *dict. lib.* 5. *præſumpt* 33. *ex num* 5. Couar.
*lib.* 2. *variar. cap.* 8. *num.* 5. Pichard. *in dict. §. interdum
num.* 7. Schifordeg. *lib.* 3. *tract.* 19. *quæſt.* 7. probatque
expreſsè, *l. quiſquis §. filii Cod. ad legem Iul. maieſt.
auth. Gazaros Cod. de heret. cap. felicis de pœnis lib.* 6.
*cap. accuſatus* 8. *§. in eo, de hæreticis eod. lib. l* 7. *&* 8.
*tit.* 1. *part.* 7. docéntque Pet. Fab *lib.* 2. *ſemeſt. c.* 8. Tiraq.
*in l. ſi vnquam verbo donatione largitus num.* 333. † Et 48
ſi enim pro alterius delicto alter puniri non debeat,
*l. ſi quis §. legis Cod de inofficioſo. l. legem C. de natur. lib.
l. hoc matrimonium C. ne vxor pro marito l. ſi pœna* 20. *l.
crimen.* 26. *ff. de pœnis. l. Sancimus Cod. eod.* cum
infinitis relatis à Couarruu. *ſupra numero* 1. Vela *de
delictis cap.* 21. *numero* 14. *&* 16. & Farinacio *in
praxi crim. tomo* 1. *quæſtione* 24. Cenedo *collectan.* 28.
*ad ſextum numero* 1. tamen cum magnitudo delicti
ita expoſtulat, in multis caſibus, etiam ſecundum
Diuinum iudicium, filij pro patribus puniuntur, vt
vltio feratur non ſolùm in auctores, verum, & in
eorum progeniem, vt eleganter dicitur *in cap. ver-
gentis, extra de hæreticis*, explicat Azor. 1. *tom. Inſtit.
moral. lib.* 8. *c.* 13 *quæſt.* Molina *de iuſt. & iur.* ...
Sanchez 1. *tomo moral. lib.* 2. *cap.* 14. † Sic vidimus, 49
in odium patrum, filios Presbyterorum ab honori-
bus arceri, & odio habitos, non ſolum Canonico
verum & Regio iure, vt latè tradunt Spino *de teſt.
gloſſ.* 16. Pichard. *in tit. de hæred. quæ ab inteſtat.* §. 7.
*per totum.*

Vnde deduces, quod cum filij nati ante crimen 50
paternum, non cenſeantur infecti paterno crimine,
ad eos ſeruitus non extenditur, ſicut macula crimi-
nis paterni non præiudicat filiis antea natis, quaſi
ex ſemine puro conceptis, quò reſpexit eleganter
D. Auguſtin. ſuper Pſalm. 84. ibi, *Ea enim peccata
parentum non pertinent ad filios, quæ faciunt parentes
iam natis filiis. Iam enim nati filii ad ſe pertinent, &
parentes ad ſe pertinent, itaque illi qui nati ſunt, ſi te-
nuerint vias parentum ſuorum malas; neceſſe eſt vt por-
tent & merita ipſorum; ſi autem mutauerint ſe, & non
fuerint imitati parentes malos, incipiunt habere meritum
ſuum, non meritum parentum ſuorum.* Idem ſuper
Deuteron. ad illa verba: *Filij non morientur pro pa-
tribus*, quæſtione 42. ita adiicit: *Non trahit aliquid
ex patre, qui iam natus erat, quando pater eius pec-
cauit.* Facit *cap. non imputantur, & cap. iam itaque* 1.
*quæſtione* 4. *leg. filia* 9. *D. de Senat.* ibi: *nam quæſita*

dignitas

*dignitas liberis , propter caſum patris non eſt auferenda l.emancipatum* §.1.*ff.eodem leg.ex facto* 17.§. *ex facto ff. ad Trebellian.* & noſtro Hiſpano iure eleganter extat deciſum *in leg.*6. *tit.* 27.*pag.*2. ibi , *Pero eſto no ſe entiende de los hijos que vuieſſen antes que erraſſen , ea los derechos , que fallaron los antiguos de Eſpaña , en todas las coſas de puſieron pena à los fijos per ranZon de ſus padres , ſiempre guardaron eſto , que no vuieſſen los qui antes auian , que el fecho malo ficieſſen.* Et *in l.*3. *tit.*8.*lib.*8.*recopil.*ibi : *Pero dezimos , que ningun traydor , ni ſu hijo , que vuo deſpues, que fiço la traycion, no pueda retara otro.* Et hoc modo declarat Thomas Sanchez 1.*tom.moral.lib.*2 *cap.*17.*quæſt.*1. *in fin.* extrauagantem Pauli Tertij contra impiiſſimum Henricum Octauum Angliæ Regem latam, vt habuerit locum in filios Annæ Bollennæ , Iannæ Semenæ , & cæterarum vxorum , Elizabethum ſcilicet, & Eduardum , non verò contra Mariam ſereniſſimæ Catherinæ Infantis noſtræ filiam , quam Catholicus ex
51 vero cum illa matrimonio ſuſceperat. † De qua quæſtione ( nam cum DD. noſtri eam maximè exagitauerint omittimus ) videndi Couarru. *dict. lib.*2. *cap* 8. *num* 5. Suarez *in theſaur. recept ſent. littera F, verbo filij , numero* 226. *& verbo hæreſeos, numero* 117. Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *numero* 55. alter Molina *de iuſtitia , & iure tom* 1. *diſputatione* 658. Cenallos *quæſtione* 653. *tota* Tiraquel. *de iure primogen quæſtione* 21. *numero* 4. Decianus *in praxi crim. lib.*5. *cap* 45. *num* 5. *limit.*11. Simancas *in Cath. Inſt. titul.*29 *num.*21. Menoch. *conſ.*137.*num.*7.*volum.*12. & noſtræ domus Doctus alumnus Ioannes Roias *de hæreticis* 2.*part. num.*356. *& in ſingul. fides* 68. *num.*3. Otalora *de nobilitate* 4 *part. cap.*9. *num* 8. Gutierrez *lib.*2. *can. cap fin per tot.* Barboſ. *in l.*1.4.*part num.*85. *ff. ſolut matrim.* Azor *dict. lib.*8.*cap.*13. *& tom.*2. *lib* 6. *cap.*4. Gomez 3.*tom.variar.cap.*2. *numero* 16. Farinac. *quæſtione* 115. *num* 29. Giurb *ad conſ. Meſſan.* 1.*part. cap* 4.*gloſſ.*5.*num.*3. Mierez *de maiorat.* 1. *tom.* 2. *part. quæſt.*4.*illat.*2. *numero* 22. Sanchez *de præcep decalogi lib.*2.*cap.*27.*numero* 10.*& ſequent.& cap.*16.*numero* 25. Qui licet multi eorum , iam partem affirmantem, negantem iam partem ſequantur : frequentiori tamen calculo receptius eſt ex legibus Regiis , notam paterni criminis filio ante crimen nato non nocere.
52 † Licet in Maiori hoc noſtro Collegio Conchenſi, non poterit hæc opinio admitti , nam excluſi ſunt ab eo obtinendo, illi, quorum parentes, aut maiores, non ſolum deſcendunt ex genere Iudæorum , Maurorum, aut Hæreticorum, verum, & qui aliqua infamia, aut nota ſunt affecti, ex qua deſcendentibus infamia,vel ſuſpicio infamiæ irrogata fuerit, quantumvis alias qualificati exiſtant , quia ita puri , & ab eodem infecto ſanguine liberi Collegium intrare debent, vt in contrarium neque vero , neque falſo rumore aliquid ſit dictum, neque cogitatum. Quod , & ſi ſemper rigoris plenum viſum fuerit, tamen ita placuit Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domino don Didaco Ramirez de Haro Conchenſis Eccleſiæ ampliſſimæ meritiſſimo quondam Antiſtiti , huius almæ domus, quam Diuo Iacobo Zebedæo dicauit, magnifico fundatori, & Domino meo. Vt patet *ex tom.*2.*conſtitutionum noſtrarum cap.*2.& doctè explicat Rojas *ſing.*104. Simancas *in defenſ. Apologet. ſtatuti Eccleſ. Toletan.*
53 † Et de eo articulo , quomodo in cæteris Collegiis practicatum fuerit ſtatutum puritatis ſanguinis , vide Laram *lib.*2 *de capellan.cap* 4. *per totum Cenall.* 4. *tom. commun.q.*900. *ex n.*107.

## CAPVT VII.

De vſucapione rerum furtiuarum. Verum eſſe illud , nullam vſucapionem dari eius rei pro qua furti agi poſſit. De rei hæreditariæ expilatæ vſucapione diſſertum. Cur hæreditati furtum non fiet? Et an ad rationem furti neceſſaria ſit poſſeſſio. Explicata *l.ſi homo* 35.*de vſucap.l.*1. *§.Scæuol. ff. ſi is qui teſtam.*

## SVMMARIVM.

1 *Vſucapio rei furtiuæ lege* 12.*tab. prohibita,& poſtea lege Attinia,* & n.3.

2 *Lex Attinia quando fuerit condita.*

4 *Verbum* Auctoritas , *quo vſa eſt lex Attinia , quomodo explicent DD* & n.5.

6 *Eiuſdem legis ratio,* & n.7.

8 *Res hæreditaria furto ex hæreditate ſubtracta , an poſſit vſucapi* ad l. ſi homo 35. de vſucap. *&* num.9.

10 *Expilatio genus improbioris furti.*

11 *Iacente hæreditate ſi ſubripiatur aliquid , non committitur furtum , ſed crimen expilatæ hæreditatis.*

12 *Refertur communis ratio , cur hæreditati furtum non fiat. & refutatur,* & n.13.

14 *Expenditur alia Doctiſſimi Chumac. quæ redditur conſiderationibus indefenſa.* & n.15.

29 *An Iur. Conſult.* l.1. §. Scæuola ff. ſi is qui teſtament. *intelligendus ſit de furto ſolius poſſeſſionis.*

17 *Ratio , quare hæreditati furtum non fiat , nulla alia, niſi quod hæreditas non habeat poſſeſſionem ,* & num.19.

18 L.fin.de Crim.expil.hæred. *explicatur.*

21 *Probatur ad rationem furti neceſſariam eſſe poſſeſſionem , & de interpretatione* l.falſus 45. §. ſi iactum de furtis,*&* n. 24 & 26.

21 *Bened. Pinelli refellitur contraria doctrina.*

22 *Demonſtratur ſufficere poſſeſſionem apud aliquem eſſe, vt furtum fiat.*

24 L.ſi cum quis 41.de furt. *explicata.*

25 L.Pomponius §.idem ait ff.de adquir. rer. dom. *expenditur.*

27 L.qua ratione §.fin.de adquir.rer. dom. *quomodo accipiatur ?*

28 *Agitur de intellectu* l. ſi homo de vſucap. *cum aliis.*

30 *Refertur ad eam interpretatio Benedict. Pinelli , & reiicitur,* & n.31.& 32.

31 *An vſufructuarius poſſideat,* & n.32.

34 *Vera oſtenditur Iuliani ſententia* in d.l.ſi homo , *&* n.35.

VSVCAPIONEM rerum furtiuarum lege 12. tabul. inhibitam fuiſſe , tradit Iuſtinian. *in §.furtiuæ. Inſtit. de vſucapion.* Quæ lex in vniuerſum eam vſucapionem ſubſtulit , quantumvis bona fide præditus eſſet poſſeſſor , nam vbi lex inhibet vſucapionem , poſſidenti bona fides nihil prodeſt *l. vbi lex* 24. *de vſucapion.* Sed cum poſtea eius legis tenor in deſuetudinem abiiſſet , noua alia legis auctoritas deſiderata fuit atque ita lata eſt lex Attilia, ſeu Attinia. 1
( † Sub triumviratu Octauiani opinatur Pancirol. *lib.*1. *variar. cap.*277. quod eo tempore reperiatur 2
Conſul.

Conſul Attilius. Ego antiquiorem iudico, cum Cicero 3. act. in Verr. eius meminerit, & non Attilia, ſed Attinia nuncupandam autumo cum Cuiacius
3 in l. poteſtatis 215. de verborum ſignificat.) † Quæ reperit, quod iure antiquiore traditum fuerat, dicto §. furtiuæ leg. 4. §. quod autem l. non ſolum 33. de vſucap. dict. l. poteſtatis, meminit Agell. lib. 17. noct. cap. 7. exornat Bald. & alij relati à Pichard. in d. §. furtiuæ, numero 7. Pancirol. ſupra Adrian. Pulu. ad leg. Attiniam cap. 3. Quæ lex ita vt iidem commemorant Auctores concipiebantur *Eius quod ſubreptum erit*
4 *æterna auctoritas eſto.* † Quorum verborum ſenſus non eſt obuius cuiquam. In primis Donell. libro 5. comment. cap. 20. & Giphan. in Rub. de adquirend. rer. domin. num. 2. vocem auctoritas accipiunt pro dominio, id eſt, dominium æternum ſit penes dominum, nunquam ab eo diſcedat. Alciatus verò, quem laudat Sehard. de verb. iur. æterna, & Petr. Gregor. libro 49. ſyntagm. cap. 5. numero 10. explicant de æterno tempore ad vſucapionem, quaſi neceſſarium ſit, cuius initij memoria non ſit. Budæus in l. Herennius de euiction. & Gotol in not ad l. 12. tabul. Pratei de verbor. iur. verbo auctoritas. Pulueus ſupra Cuiac. in dict. l. 4. §. quod autem ſub lib. 54. ad edict. Paul. interpretantur, id eſt, non detur vſucapio, licet in paraph. ad titul. Cod. de vſucapion. pro emptore de titulo ad vſuca-
5 pionem neceſſario accipiat. † Mihi vero accommodatior videtur Roſini interpretatio libro 8. antiquit. cap. 6. in l. 40. 12. tab. Qui æternam auctoritatem exponit, id eſt, liberam, perpetuámque vindicationem. Ita etiam Balduin. ad leges Romul. 2. part. in l. 10. numero 2. Vt rei ſcilicet dominus, quandocumque rem ei ſubreptam, poſſit perpetuo vindicare, & à quocumque poſſeſſore extorquere: ita vt ei numquam intercidat actio. argum. l. fin. de euict.
6 vbi actio nuncupatur auctoritas. † Ratio autem legis Attiniæ illa ferè ab omnibus commendatur, quam tradidit Connanus lib. 3. comment. cap. 15. n. 4. Pulueus dicto cap. ne ſi à furibus alienari poſſent res, & alienatæ vſucapi, facilè inuitarentur homines ad latrocinia, & aliorum bonorum direptionem, & cum obiectum vſucapionis introducendæ fuerit, vt homines reddantur diligentiores circa res ſuas, cap. vigilanti, de præſcriptionibus l. fin. Cod. de annal. except. l. 1. de vſucap. nulla negligentia imputari potuit dominis, qui contra ſuam voluntatem, inuiti rem ſuam amiſerunt, cum & ſi ſolicitè quærant, inuenire non potuerint, quia furtum clam fiat, & plerumque nocte l. 1. ff. de furtis, & æquum eſt, ne quis alieno delicto potius, quam ſua negligentia domino rei ſuæ careat; neque poteſt eſſe tanta dominorum cura, & aſſiduitas, quin aliquando furari
7 res non poſſint. † Acceſſit etiam, & furum odium, quod in iure ſpeciale eſt, & plura contra illos introduxit §. ſi itaque diſcretis, Inſtit. de act. vbi Pichardo num. 104. l. fin. § ff. vſufruct. quemadmod. cau. vbi Gothofredus, docet Duaren. in l. clam poſſidere in princ. verſ. videtur enim poſt Bart. in l. 4. §. ſi res pignori ff. ſi cert. pet. & ne violentiis, & rapinis occaſio præbeatur, ſed delinquendi via præcludatur l. 2. §. diem autem ff. quemadmod. teſt. aper. vnde in iure tot extant Principum conſtitutiones, tot Conſultorum reſponſa ad hoc argumentum pertinentia l. alienum 6. l. ſi ſeruum 16. Cod. de furtis l. ſi liberam 10. Cod. quod cum eo l. 1. cum aliis, Cod. de vſucapion. pro empt. l. 2. Codic. de vſucapion. pro donat. dict. l. 4. §. quod autem dict. l. non nunquam 33. l. ſi fur 32. l. ſi ſeruus 34. l. poteſt. 36. l. ſi rem 41. ff. de vſucap. l. qui fundum 7. § ſi tutor. ff. de pro empt. l. quamuis 84. l. ſi ad dominum 86. de furt. l. 4. & 5.
8 titul. 29. part. 3. † Quo pertinet ratiocinatio Sabini, & Iuliani in l. ſi homo cuius 35. de vſucap. l. hæreditariæ 68. cum ſequent. ff. de furt. Qui aiunt nullam eius rei vſucapionem eſſe, pro qua furti agi poſſit, ſed pro re hæreditaria furti agi non poteſt, cum in ea furtum non committatur, l. 1. §. Scæuola ff. ſi is qui teſtament. liber. l. 2. & fin. de crim. expil. hæret. l. 21. tit. 14. part. 7. ergo rectè conſequitur, rem ex hæreditate furto ſubtractam vſucapi poſſe. Verum ſi hominis vſusfructus legatus eſt, & antequam ab hærede poſſideatur, homo ſubripiatur, quia poteſt furti agere vſufructuarius, talis ſeruus non poterit vſucapi.
† Cui ſententiæ calculum præbent Bart. in dict. l. ſi 9
homo, vbi Caſtrenſ. numero 4. Bald. in l. vitia, Cod. de acquirend. poſſeſſ. Albericus, Cuman. & alij laudati à Iaſone in l. Pomponius 13. §. cum quis adminiculo numero 6. & ſequent. de acquirend. poſſeſſ. affirmantes crimen expilatæ hæreditatis non impedire vſucapionem, atque ita vitium expilationis impedimento non eſſe, quominus bonæ fidei poſſeſſor vſucapere
poſſit. † Quod ſummè difficile eſt, nam ratio illa 10
ob quam res furtiua vſucapi nequit, de qua ſupra, non minus militat in illo caſu, quam in expilatione hæreditatis cum genus ſit improbrioris furti l. ſi te 12. Cod. ex quibus cauſ. infam l. quamuis 17. ibi: exemplo Cod. de furt. l. 3. §. nunc videamus in fin. ff. de ſuſpect. tutor. l. 1. §. expilatores, ff. de effractor. iuncta dict. l. 1. §. 1. ff. ſi is qui teſtamento, ibi: *Sed natura æquum eſt, non eſſe impunitum eum, qui hac ſpe audacior factus eſt*, cum quoad facti ſubſtantiam, expilatio verè furtum ſit, & valet argumentum, non ſit furtum, ergo neque expilatio l. penult. ff. de crim. expil. tradunt Petr. Greg. lib. 37. ſyntagm. cap. 9. num. 8. Cuiac. lib. 6. obſeru. cap. 2. & lib. 15. cap. 11. Farinac. de furtis quæſt. 174. n. 122. & agnoſcunt Bart. & reliqui ſupra, qui ſtatutum pœnæ furcæ puniens latrones, in expilatoribus locum habere ſcribunt plures, quos ſequitur Tuſchus pract. concl. verb. furtum. concluſ. 553. numero 31. & alij laudati à Farinac. ſupra numero 123. & confirmat d. l. 1. §. ibi: quia hæreditati furtum fecit, l. fin. §. licentia 10. C. de iure deliber. l. ſi quis extraneus 21. in princ. de adquir. hæred.

Quem vt diſſoluam nodum, obſeruandum cenſeo, 11
iacente hæreditate, ſi aliquid ex ea fuerit ſubreptum, non eſſe furtum, quia hæreditati furtum non fit. (quæ verior fuit opinio teſte Cicer. libro 7. famil. epiſt. 22.) & ideo cum furti actio ceſſet, datur crimen expilatæ hæreditatis d. §. Scæuola dict. l. hæreditariæ l. ſi ſeruus legatus 40. de noxal. l. in eo 33. §. eodem, de acquirend. rer. dom. cum aliis, quæ explicant noſtræ Academiæ inter doctiſſimos conſpicui D. Ioan. Chumacero ſelectarum diſput. 4. per totam, & Anton. Pichard. in lectio de adquirend. hæred. cap. 2. ex num. 45. cum ſeq. & præter eos Oſualdus ad Donell. libro 15. cap. 26. littera H, poſt antiquiores in Rubr. de
adquirend. hæred. † Cuius rei rationem eam eſſe do- 12
cet Bart. in dict. l. hæreditariæ, & Iaſon. ſupra numero 8. & eis non relatis Oſuald. lib. 15. Donel. cap. 29. litt. H, & Pichardo dicto cap. 2. num. 49. & in §. 1. num. 56. de obligat. quæ ex delict. Benedictus Pinellus lib. 2. ſelect. cap. 9. numero 8. & 10. quam ſignat Conſultus in dicto §. Scæuola, ibi, *quia poſſeſſionem hæreditas non habet*, igitur cum furtum inde dictum ſit quod in eo res ſubtrahatur dicto §. 1. de obligat. quæ ex del. l. 1. §. fin. de furt. auferri autem non poſſit, niſi ei, qui rem tenet, aut poſſidet, conſequens eſt hæreditati furtum non fieri, quia non eſt in ea perſona, cui inuitæ res auferantur l. vſusfructus 26 ff. de ſtipul. ſeru. Requiritur, & illud, vt furtum ſit, furtique actio naſcatur, ex parte tenentis diſſenſus, & ex parte contrectantis dolus l. falſus 43. §. qui alienum de furtis, hæreditas ergo perſona ficta, cum diſſentire non poſſit, ſicut & poſſeſſionis, quæ in facto, & animo conſiſtit, incapax eſt, ſic & vt hæreditariæ
rei, ſi à nemine teneatur furtum fiat. † Quæ ratio 13
non

non ſatis explicat, quod inquirimus: nam plerumque furtum fit à domino ipſo *l. in actione* 19. §. *qui rem l. ſi is qui* 66. *cum aliis*, *ff. de furtis*, & ſi hoc verum eſſet, ſequeretur poſſe furtum committi, adita iam hæreditate, ante apprehenſam tamen poſſeſſionem ab hærede, cum hæres habeat voluntatem, & non ſit perſona ficta, ſed vera, à quo inuito res auferatur, & qui habeat velle vel nolle, quod totum eſt facti, & tamen adhuc, eo caſu, non datur furtum, ſed expilatio *l. 2. de crim. expil d.* §. *Scæuola dict. l. ſi homo.* Neque ſatisfacies ſi dicas, hæredem non habere actionem, quia per eum ſtat, quominus apprehendat poſſeſſionem, & noluerunt Legiſlatores, actionem furti lucroſam negligenti dare, nam ea ratione non mouetur Vlpian. *in d. l. 1.* §. *item* 18. *ff. ſi is qui teſtamento*, dum vindicationem concedit hæredi, quæ tamen ad ſimilitudinem furti competit, vt ipſe *in* §. 17. *antecedenti* concedit, neque in eo negligentia debuit puniri in furum vtilitatem, contra quos ita ius actiones concedit: & ſi hoc eſſet verum, adhuc non daretur furtum *in dict. l. ſi homo* 35. *de vſucap.* licet vſusfructuarius cœpiſſet vti frui,
14 cum adhuc hæres negligens erat. † Quare doctiſſimus Chumacero *ſupra num.* 15. acutè ſanè, & cum ingenio illam rationem huius difficultatis adiicit, quod furti actio datur ei, cuius intereſt rem non fuiſſe ſubreptam, *l. cuius interfuit* 10. *cum ſeq. de furtis* § *furti autem* 14. *de oblig. quæ ex delict.* hoc autem intereſſe, non ex dominio, quod furtum non abſtulit, æſtimandum eſt, & ideò nullum potuit conſiderari, reſpectu cuius daretur actio furti, nam ſolum reſpectu poſſeſſionis dari potuit, & cum hanc non habeat hæreditas, nec in actu, neque in potentia, ſequitur, vt furtum rei hæreditariæ non fiat, quod enim intereſſe eſt in eo dominio, cuius nulla vtilitas eſſe potuit, remotâ in æternum poſſeſſione.

15 Verùm hæc nobiliſſimi viri interpretatio vereor, ne non ſit vera, quoniã furtum non fieri hæreditati, ea ratione docet Vlp. ex Scæuolæ ſententia *in dict.* §.
16 *Scæuola*, quia poſſeſſionem hæreditas non habet. † Contra quam nihil proficiet dicere cum eodem *ſuprà num.* 14. illam eſſe intelligendam, quando fit furtum ſolius poſſeſſionis intuitu, quod etiam firmat Pinel. *dict. cap. 9. num.* 10. & videtur ſentire Cuiac. *lib.* 39. *ad edict. Pau. in l. de fur.* nam Conſultus duo propoſuit *in dict.* §. *Scæuola*, primum poſſeſſionis furtum fieri: ſecundum *in verſiculo denique* neceſſarium eſſe poſſeſſorem, vt furtum fiat: qui verſus minimè præcedentium poteſt eſſe ratio, ſed imo alia eſt concluſio, ex qua inferebat *in verſ. idcirco* apertam conſequentiam, hæreditati furtum non fieri, quia nullus eſt poſſeſſor, ergo non de furto commiſſo ſolius poſſeſſionis intuitu loquitur, ſed de poſſeſſione requiſita ad rationem furti, idque demonſtrat apertè dictio *idcirco* quæ eſt collectiua ſiue rationalis *l. 12. verſ. idcirco de iniuſt. rupt.* vt ait Bart. *in l.* 27. §. *quod autem num.* 9. *de cond. & dem.* Alias enim ſi retento primo caſu in quo ait ratione poſſeſſionis ſolere fieri furtum, planè ineptus eſſet Scæuola, ita præcisè expoſtulans dari debere poſſeſſorem, vt aliter negaret furtum fieri. Ad quid illa negatio cum emphaſi adiicitur in re aperta, & quæ nullum continebat dubium; ſi hoc ſenſu loqueretur: ſolet poſſeſſionis furtum fieri, & hoc ita procedit, vt negem dari furtum ſi non ſit poſſeſſor cui fiat, ſuperflueret profectò *verſ. Denique*, iuxta dicta *infra cap.* 9. *num.* 9. Atque ita cum de re magis dubitabili locutum I.C. præſupponendum ſit, conſequenter dicemus aliam concluſionem ibi annectere, ea autem eſt, quam defendimus. Quod confirmat *dict. l. ſi homo* cum aliis, vbi ea ratione hæres, ante apprehenſam poſſeſſionem furti non habet actionem; quia non poſſederat. Neque obſtat furti agere poſſe eum cuius intereſt, & ſi non poſſideat, nam illud eſt proprium actionis furti, ex dictis iuribus quod ita procedet ſi rem tenuit domini voluntate, ille, qui agebat, ea tantum ratione quod ſua intererat *l. is cuius* 85. *coniuncta l. cum is* 11. ibi: *honeſta cauſa*, *l. qui re* 76. §. *D. de furtis.* Cum ergo ſi rem teneo domini voluntate pro eo poſſideam, *l.* 3. § *ſi quis nuntiet* 8. *in fin. l. generaliter* 9. *l. ſi colonus* 21. *l. qui pignoris* 36. *l. ſi de eo* 40. §. *ſi fortè de acquir poſſ. l. 1. C. comm. de vſucap.* conſequitur, vt ſi mihi res locata, vel commodata ſit, cum eam ſoluere tenear *l. itaque fullo* 12. *de furtis*, mea intereſt agere, ſed adhuc dominus fuit priuatus poſſeſſione, alioquin autem non daretur actio furti *l. eum qui* 14. § *præterea l. fullo* 82. §. 1. *D. de furtis.*

Vera ergo ratio fuit, quam noſtri Præceptores 17
non ignorarunt, ideo hæreditati furtum non fieri, quia nihil ab ea aufertur, ipſa enim hæreditas ſolum dominium rerum ſub ſe habet, & tanquam domina eſt, *l. non minus* 21. *de hær. inſt. l. liber homo* 13. §. *ſi ſeruus ad l. Aquil. dict. l.* 1. §. 1. *ſi is qui teſt.* qui verò furtum facit, non poteſt dominium auferre, quod eſt inſeparabile *l. ſiue* 10. §. *fin. D. de condict. furt. l. alienum* 6. *C. de furtis ibi: nihil domino diminuere*, *l. ſciens* 7. *C. de vſucap pro empt.* ibi: *prius quam reuertatur poſſeſſio iuncta l. id quod noſtrum* 11. *D. de regul. iur.* facit *l. ſi in emptione* 34. §. *rei ſuæ D. de contrahend. empt. l. ſi dominium* 47. *D. de furt.* Sed quod in furto aufertur, eſt poſſeſſio, §. *ſic itaque Inſt. de act.* quæ cum non detur in hæreditate, quia ad poſſeſſionem factum, & animus requiritur, & corporalis apprehenſio *d.* §. *Scæuola l denique* 19 *ff. ex quib. cau. maior. l. quemadmodum* 8. *de acquir poſſeſſ.* quam domina ficta, provt eſt hæreditas habere non poteſt, *d.* §. *Scæuola*, *l. vſusfructus* 28. *de ſtipul. ſeru.* conſequens eſt, non poſſe fieri hæreditati furtum, in quo nihil contrectat fur, quod fuerit hæreditatis, *argum. l. interdum* 56. §. *cum autem, ibi: nihil enim domino abeſt D. de furt.* Neque opinio eius, qui furtum facere ſe exiſtimat, in conſideratione eſt *l. fin.*
*de crim. expil.* † Quæ hanc non deſtruit opinionem 18
dum ait, *hæreditariæ rei furtum non fit, ſicut nec fit eius rei, quæ ſine domino eſt.* Quæ verba videntur ſignificare ſufficere dominium ad furti rationem. Sed hanc habent explicationem: parificare voluiſſe Conſultum rem hæreditariam cum ea, quæ ſine domino eſt, vtporè pro derelicto habita, dominum non habẽs, nam quemadmodum in hac non committitur furtum, ita neque in illa, *leg. 1. D. pro derelicto l. falſus* 44. §. *ſi*
*iactum D. de furt.* † Neque obſtat grauius cenſeri cri- 19
men expilationis *d. l. ſi te.* Quæ facilè diluitur ſi dicas argumentum verum eſſe, quoad grauitatem, & qualitatem delicti non vero quantum ad naturam, an hoc vel illud committatur. Neque ad rem pertinet, valere argumentum de furto ad expilationem *l. pen. D. de crim. expil.* Nam in eo caſu militat ratio ſpecialis in vxore, ne teneatur crimine infamanti, ſed actione rerum amotarum, *l. 1. & 2. ff. Rer. amot. l. quamvis* 17. *C. de furt.* Vnde conſequimur ad furtum ita neceſſariam eſſe poſſeſſionem, vt ſine ea non detur contra furem actio furti.

Sed contra hoc placitum grauiter obſtant plura 20
iura, inter quæ caput extulit reſponſum difficile Vlpian *in l. falſus* 43. § *ſi iactum ff. de furt.* vbi, ſi ex naue iactum fuerit factum, propterea quod neceſſe fuit, vi tempeſtatis perirent nauigantes, nauem onere leuare, (apud nos eſt, *alijar el nauio*,) ſi ea merces, aut res in mare iactas aliquis lucrifaciendi animo auferat, furti tenetur. (Quod etiam probat *l qui leuandæ* 8. *ff. ad leg. Rhod. l. ſi quis* 5. *ff. de incendio*, & de iure Canonico *cap. ſi quid inueniſti* 14. *quæſt.* 5. & Regio noſtro *l. 6. & ſequent. tit. 13. libro 6 recopilat.* vbi latè Azeuedo *ex num.* 55. Vela *de delictis cap.* 12.)

Quo in caſu certum eſt, non poſſe illum, qui
iactauit poſſidere, cum in rebus mobilibus tunc
poſſeſſio amiſſa cenſeatur, quoties ſi velimus earum
poſſeſſionem, non poſſimus apprehendere, *l.3.§.*
*Nerua 13.l.Pomponius 13.l.ſi rem 47. ff.de adquirend.*
*poſſeſſ.* ergo cum furtum committatur in dicto caſu,
dicere debemus neceſſariam non eſſe poſſeſſionem,
vt furtum commiſſum dicatur. Quod etiam adſtrui-
tur ex *l. interdum 21. §. quod ex naufragio, de adquir.*
*poſſeſſ.l.ſi quis 7. ff. pro derelicto*, vbi quod ex naufra-
gio expulſum eſt, vſucapi non poteſt; cum ergo
vſucapi non poſſit, ea ratione erit, quoniam ſit
furtiuum *l. ſi homo*, ergo committitur furtum eo
caſu, in quo non requiritur, neque datur poſ-
ſeſſio.

21 Quæ difficultas mihi certè grauiſſima videtur, vt
de eorum iurium explicatione agentes tradunt Sar-
miento *lib.6.ſelect.cap.9.* Oſuald. *lib.4. Donel. cap.13.*
*littera C.* Pichard.*in fin.§.Inſtit.de rer.diuiſ.* Benedict.
Pinel. *d. cap. 9.* licet hoc Auctore excepto nemo eo-
rum de hac quæſtione tractauit. Qui tamen illa dif-
ficultate oppreſſus exiſtimauit, ad furtum non eſſe
22 neceſſariam poſſeſſionem.† Verum ego in ea, quam
tradidi ſententia perſiſto, vt ſine poſſeſſione non
poſſit dari furtum. Quæ tamen poſſeſſio neceſſe
non eſt, vt in perſona conſiſtat, cui furtum fit, ſed
ſufficit, quod exiſtat in aliqua perſona, & non ſit
vacua res poſſeſſore. Idque videtur innuere Scæuola
*in d.§ Scæuola*, ibi, *ſi nullus ſit poſſeſſor, furtum ne-*
*gat fieri*, & Iure Conſult.*in l.ſi gratuitam 17. alias*
*eſt l.ſi rem §.fin.ff.de præſcript. verb.* vbi qui ſponſio-
nis cauſa annulos acceperit, vt victori redderet, ſi
non reddit, victor agit præſcriptis verbis actione,
reprobata Sabini opinione qui furti actionem con-
cedebat, quoniam *victor neque poſſeſſionem, neque*
*dominium habuerit*, dominium, ſcilicet requiritur, vt
condicere poſſet *leg.1.ff.de cond. furt.* poſſeſſio au-
tem, vt furti ageret, cum eſſet apud non reddentem,
non potuit parere furti actionem. Cuius ſimilis eſt
ſpecies *in leg.ſi vendidero 80.§.fin.ff. de furt.* vbi procu-
rator meus ſoluit falſo procuratori mei credito-
ris, aduerſus falſum non habeo actionem furti,
cum mihi numorum dominium non fuerit, ne-
que poſſeſſio, facit *leg. 1. ff. de distract. pign.*
Quam ſententiam præſenſit Caſtrenſ. *in l. ſi ab-*
*ducta.10. Cod.de furt. num.final.* & Cuiac. *lib.12.quæſt.*
*Papin.in dict l.80.§.fin.& lib.26.quæſtion.in dict.l.1.de*
*diſtr.* Qui eleganter ait, iure dominij ſolius dari
actionem furti, ſi alij poſſeſſori non domino, res
ablata fuerit, diuiſa actione furti inter dominum, &
poſſeſſorem *l.furtiuam.74. l.inter omnes 46.§. ſi ſeruus*
23 *ff.de furt.* † Quibus non aduerſatur *dict.l.falſus §.ſi*
*iactum.* Quoniam ſi leuandæ nauis cauſa quis rem,
aut merces proiecit, & ſi verum ſit, tunc dominum
non poſſe repetere poſſeſſionem, non tamen tunc
committitur furtum, cùm res ipſas retulerit inuen-
tor, ſed cum poſtea dominus ſaluus eſt, & inuentor
ſcit illam rem fuiſſe iactatam, & noluerit reſtituere,
quo caſu poteſt repetere poſſeſſionem, quam ſi in-
tercœperit inuentor, & non reſtituit, tunc incipit
committere furtum, quia iam eo tempore incipit in-
teruertere poſſeſſionem, quam à domino cenſetur
auferre. Quod ita probatur. Vt res dicatur perue-
niſse in poteſtatem domini,& purgetur vitium furti,
neceſse eſt, vt iuſtè habeat poſseſſionem *l.4. §. tunc*
*in poteſtatem. ff.de vſucapion.* habere quoque videtur,
cum ius illam vendicandi habet,*l.poteſtatis 215.in fin.*
*ff. de verborum ſignificat.* Ergo cum in hoc caſu poſ-
ſit iam rem vindicare, in eius poteſtate rem ha-
bet, quam contrectat inuentor dum nolit reſti-
tuere.

24 Et quamvis tunc certum ſit, † non habere do-
minum poſſeſſionem, tamen illud tempus retrotra-
hitur ad tempus, quo poſſidebat, & coniungitur
vnum, & alterum, vt in ſpecie *l. ſi cum quis 41. in*
*princ. de furt.* vbi captiuo reuerſo datur actio furti,
& tamen tunc non habet poſſeſſionem, *d.l. denique*
*19 ff.ex quibus cauſis maior.* nam certum eſt *ibi* dari
reſpectu poſſeſſionis præteritæ: *argum. l.iuſto 44. §.*
*& ſi poſſeſſionis ff de vſucap.* (de qua agemus *lib.3.*
*cap.1.§.3. infra.*) & ita iungitur poſſeſſio præcedens
captiui cum iſta. † Idque ſuadetur quoque ex ele- 25
ganti ſpecie *in l.Pomponius 44.§.idem ait ff.de adquir.*
*rer. dom.* Quo loci ſi paſtor porcos alienos lupis
ereptos reſtituere nolit, furti tenetur, nam cum re-
poſcenti non reddit, ſupprimere, & intercipere
videtur, quamvis antea non fuerit animo furandi,
& hoc non quidem initio, vt rectè animaduertit
Giphan. *ibi num.5.* ſed cum non reddit, quando do-
minus repoſcit, & quamvis ab initio non adſit do-
lus, poſtea tamen ſuccedit, *argument. l.1.§.eſt autem*
*22.& § fin ff.depoſiti,l.in bona in fin. 36. ff. de peculio.*
† Quæ omnia ſatis inſinuat Vlpian. *in d. l.falſus §.ſi* 26
*iactum*, ibi: *Si verò non hoc animo, ſed hoc, vt ſi*
*ſaluum fuerit haberet, ei qui inuenit auferendum eſt, &*
*ſi ſcit hoc, qui inuenit, & animo furandi tenet, furti*
*tenetur.* Quibus verbis docet tunc furti teneri inuen-
torem, quando ſcit illas res fuiſſe iactatas, eo ani-
mo, vt ſi ſaluæ fuerint haberet, & repoſcenti do-
mino non reddit. Hoc caſu furtum incipit committi,
quia iam dominus poteſt repetere poſseſſionem,cum
ſaluus ſit, & agnoſcit res ſuas, & contra retinentem
agere furti poteſt, ſed non dicemus ſtatim, ac quis
inuenit, antequam repoſcat dominus, furtum com-
mittere inuentorem, quia aliàs occaſio præberetur,
vt multi formidoloſi res negligerent, & noluiſsent
capere ne furti crimine arguerentur; quod in maxi-
mum damnum nauigantium eueniret. † Et hoc 27
modo debet intelligi *lex, qua ratione 9. §. fin. de ad-*
*quir.rer dom & §.fin. Inſtitut. de rer. diuiſ.* vbi dicitur
furtum committere qui res ex naufragio abſtulerit.
Ex qui- s iam conſtat dicta iura non immutare ſen-
tentiam noſtram, quæ licet aliis difficultatibus in-
uoluantur; ſupradicti Doctores conſulendi et- at.
† Hinc intelliguntur *l.ſi quis 7.ff.pro derelicto, & in l.* 28
*interdum 21. §. quod ex naufragio de acquirend. poſſeſſ.*
*iuncta l.2.§.fin. ad leg. Rhod.* quæ leges probant, non
poſse vſucapi, quod ex naufragio expulſum eſt;
ſed ita accipias, non vt poſſit vſucapi tanquam fur-
tiuum, vt malè Caſtrenſis cum Accurſ. intellexit *in*
*dict. §.quod ex naufragio:* ſed vt poſſit vſucapi *pro de-*
*relicto:* quia & ſi certum ſit; eum qui alienam rem
poſſidebat, ſi ea pro derelicto à domino habita fue-
rit, poſse vſucapere, tamen id non dicetur, ſi quid
ex naufragio in mare deiectum ſit; cum non deie-
cit, vt pro derelicto haberet, ſed habet in deperdi-
to interim, quoad naufragium colligat, atque ita id
non poterit vſucapi *ex eo titul. pro derelicto*: non
enim pro derelicto habemus id, quod perdidi-
mus cum poſtea illud inuenire curamus, & re-
cuperare, docet Cuiac. *in dict. §. quod ex nau-*
*fragio.*

Deinde obſtat Iulianus *in dict.l.ſi homo 35. de vſu-* 29
*cap.& dict. l hæreditariæ cum ſequentibus de furtis*, vbi
ſi res eſset commodata, vel pignori data à defuncto,
vel in ea vſusfructus alienus erat, etiam ſub hære-
ditate iacente comprehenduntur, & tamen eo caſu
furtum committitur, quinimo, & idem furtum erit,
ſi vſusfructus hominis fuerit relictus, & furto ſub-
tractus, antequam hæres apprehendiſset poſſeſſio-
nem. † Cui difficultati ſatisfacit Benedict. Pinel. *ſu-* 30
*pra num.19.& ſeq.* præſupponens vſufructuarium poſ-
ſidere reſpectu rei naturaliter, *l. naturaliter 13. de*
*acquirend. poſſeſſ.* eámque poſseſſionem, non alij, ſed
ſibi

ſibi ipſi conſeruare, dum nondum, incepit vtifrui. Vnde colligit legatarium vſusfructus, ea ratione habere furti actionem, quia ipſius ſerui ſubrepti poſſeſſionem acquiſierat, ſed nondum vtifrui cœperat: vt inſinuat Conſultus ibi, *ab hærede nunquam poſſeſſus.* Qui proponens ſeruum non poſſeſſum fuiſſe ſubreptum, ſtatim ſe reſtrinxit ad poſſeſſionem hæredis, tacitè ſentiens poſſeſſum eſſe à legatario. Deinde faciunt illa verba, *agere autem furti eum, qui frui deberet poſſe*, quæ ratio ſi de poſſeſſione non adepta loqueretur, æqualiter etiam conueniret hæredi, cui tamen negat furti actionem. Vnde proxima verba ſupponunt poſſeſſionem præextitiſſe, qua antequam fruatur legatarius, ſubreptus fuit ſeruus. Quod clarius denotant illa verba, *quod ſic accipiendum eſt, vt vſufructuarius poſſit vtifrui*: quæ oſtendunt legatarium debere eſſe in cauſa proxima vtendi fruendi, vt actio furti eidem competeret, cauſa autem proxima ſupponit iam adeptam poſſeſſionem naturalem, ſeu detentationem, quam in re habet fructuarius, alioquin ſi rem non teneret, non dice-
31 retur eum poſſe vtifrui. † Quæ tamen Pinelli interpretatio ſuſtineri non poteſt, & in primis falſum eſt ſuppoſitum, ſcilicet vſumfructuarium poſſidere, & ſibi conſeruare poſſeſſionem, nam & ſi eam ſententiam ante eum tenuerit Ioannes antiquus gloſſator, quem poſtea ſequuti fuerunt Iaſon, & alij *in d. l. naturaliter*, & Mindanus *de materia poſſeſſ. c. 3 & 4.* &
32 Caſtillo *de vſufructu cap. 6. ex num.* 28. † Verior mihi videtur Accurſij ſententia *in dict. l. naturaliter, verbo videtur*, quam probat Cujacius *libro 9. obſeruat. cap. 33. in fin.* & alij laudati ab Oſuald. *lib. 5. Donell. cap 6. littera M. & ſequent.* qui moti ex *l. acquiritur* 10. *§. fin. ff de adquir. rer. dom. l. certe 6. §. is qui rogauit de precario.* tenent vſumfructuarium non poſſidere ſibi,
33 ſed domino. † Et quamvis daremus verè eum poſſidere, quî fieri poteſt, vt ratione poſſeſſionis, poſſit competere actio furti ei, qui nondum apprehenderat poſſeſſionem *in dict. l. ſi homo*, vt probatur ibi: *quod ſic accipiendum eſt, vt vſufructuarius poterit vtifrui*, & ibi, *ſed ſi vtenti iam, & fruenti.* Ex quibus cognoſcimus non fuiſſe vſumfructum conſtitutum. Aliud eſt enim, vt ſit cauſa proxima vtendi aliud realiter iam vti, aliàs hæres, quia eſſet in cauſa proxima apprehendendi, poſſeſſionem, poſſet furti agere contra *dict. l. ſi homo.* Vnde illi vſufructuario nondum erat conſtitutus, & traditus vſusfructus *l. 3. §. dare de vſufruct. leg. quoties* 20. ibi: *Ego puto vſum eius iuris pro traditione poſſeſſionis accipiendum, ff. de ſeruitut l. 1. in fine ff. de ſeruit. ruſt.* Siquidem nondum erat in poſſeſſionem inductus ſerui, vt ſic patiente & conſentiente hærede eo vteretur, in quo iure poſſeſſio ex vſu æſtimanda eſt, ſicutque in cæteris iuribus incorporalibus patientia Aduerſarij vicem traditionis habet, ita & poſſeſſio eſt accipientis, vſus; idque Iulianus ſignificat dum ait *eo vti poterat*: qui non poteſt interpretari, vt iam habuiſſet poſſeſſionem vſusfructus; & magis animaduertitur *ex verſ. ſed ſi vtenti*, quo apertè denotatur in ſuperiori caſu, vſumfructuarium non poſſidere, nam ſi poſſeſſionem tunc haberet, etiam, & hæres rectè potuiſſet agere furti, quod tamen negatur *in dict. l. ſi homo in fine*, vbi poſtquam iam vtitur, & fruitur vſusfructuarius, conceditur etiam hæredi agere, non verò in caſu præcedenti, vnde cognoſcimus vſumfructuarium, & ſi naturalem haberet poſſeſſionem, non ante poſſidere, donec inceperit vtifrui, id eſt, ex quo conſtitutus eſt ei vſusfructus.

34 Vera ergo mens Iuliani ea mihi videtur, *in d. l. ſi homo*, vt & ſi res pignori data, vel commodata à defuncto eſſet, vel in ea vſusfructus alienus, adhuc tamen comprehenduntur ſub hæreditate iacente, *d. l. hæreditariæ*: tamen ſi res talis eſſet, licet alias non poſſet furtiua effici, in hæreditate comprehenſa furtum adhuc recipit, cum commodatarius, vel creditor eam à defuncto acceperint, & eius voluntatem tenuerint, atque ita conſtat, defuncti nominè poſſeſſionem habere, & per eos conſeruari, *l. generaliter 9. l. qui vniuerſas 30. §. quod de acquirend poſſeſſ.* & cum eorum interſit, rem non fuiſſe ſurreptam furti agere poſſunt, *in dict. l. hæreditariæ cum ſequent. l. eum qui 14. § ſi res 14. ff. de furtis*, nam & ſi furtum fiat circa rem, non circa perſonam, requiritur adhuc perſona, cui fiat, *l. falſus 43. §. quod ſi dominus, de fur.* perſonam autem hæreditas ſi non habet, quæ poſſideat, habet tamen commodatarius, qui interim poſſeſſor eſt, dum iacet hæreditas, quod ſufficit ad conſtituendum furtum, vt dixi. † Quâ 35
ratione attentâ idem erit dicendum, quando vſusfructus ſerui relictus eſt, & poſt aditam hæreditatem, ante apprehenſam tamen poſſeſſionem *l. cum hæredes 23. ff. de adquir. poſſeſſ.* abductus homo fuerit, tunc eodem modo ſe res habet quoad poſſeſſionem, ac ſi iaceret hæreditas *d. §. Scæuola dict. l. 2. de crim. expil.* & tamen furti actio vſufructuario datur, eo ſcilicet caſu, quo ipſe potuit vtifrui, id eſt, poſtquam præſtitit cautionem vſufructuariam de qua *in tit ff. vſufruct. quemadmod. caueat.* ante conſtitutionem verò factam ei de vſufructu *l. ſi ego 11. §. 1. ff. de publiciana*, & ſi enim tunc non videatur habere poſſeſſionem, nihilominus eius iam intereſt, rem non fuiſſe ſubreptam, cum poſt præſtitam eam cautionem cuſtodiam rei teneatur præſtare *l. 1. §. fin. cum legibus ſequent ff. vſufructuar. quemadmod. cau.* quæ cuſtodia in iure incorporali, pro detentatione cenſeri debet, & ideò tanquam ſi verè poſſideret, furti agit, cum iam ſit aliquid quod poſſit à iure vſufructuarij abeſſe, ratione eius iuris, quod iam poſt cautionem ad rem habet, quod in conſideratione eſt, *argument. l. fin. ff. pro ſoluto, alias eſt de vſucap.* & ſicut intereſt commodatarij, & fullonis, & aliorum de quibus *in d. l. itaque fullo* cum aliis, & *d. l. 14. § ſi res*: ita vt vſufructuarij intereſt, ne res ſubripiatur, quia & ſi nō habet poſſeſſionem, habet iam quod poſſeſſionis vicē obtinet, id eſt ius illud fruendi, quod cum non verſetur in domino, variatur in poſſeſſione, qua ſubtracta, & ius illud ſubtrahitur, cuius ratione committitur furtum, *leg. 1. ff. de furt. in fin. ibi, vel vſus eius.* Quam interpretationem licet non ita præſenſerunt, tamen poſt Accurſ. *in dict. l. ſi homo verbo poſſit.* Caſtren. *numero 2. circa fin.* Cuman. *numero* 4. Cuiac. *libro 3. Iuliani ad Vrſei. ibi & lib. 26. quæstione Pap. in dict. leg. 1. de diſtract. pign.* licet variet Pichard. *in §. ſui numero fin. Inſtit. de hæred. qual.* & Chumach. *d. diſputatione 4. numero* 12. & hoc ſignificare voluit Iure Conſult. adhibita inter illos caſus diſtinctione, quando vſusfructuarius potuit vtifrui, & quando iam vtebatur, Vt primo caſu ipſe ſolus furti agit, ſecundo autem ipſe, & hæres; quia ex perſona vſufructuarij, & hæres poſſidet tanquam per procuratorem, *l. 1. per procuratorem cum alijs de adquirend. poſſeſſ.* Alia iura quæ in contrarium poſſunt adduci facilè diluuntur ex doctrina ſupradicta.

## CAPVT VIII.

### De re violenter poſſeſſa, quæ poſtea à domino precario conceditur, ad interpretationem ſententiæ Iuliani, relatæ ab Vlpian. *in l. certe 6. §. Iulianus, ff. de precario.*

### SVMMARIVM.

1 *Res vi poſſeſſa, ſicut furtiua, vſucapi probibita lege Plautia.*
2 *Vitium furtiuitatis, & violentiæ ſemper afficit rem ipſam, ſed purgatur ſi res deueniat in poteſtatem domini.*
3 *Proponitur difficultas* d.l.certè §. Iulianus, de precario.
4 *Solutiones eorum referuntur, qui differre, quoad vitium debebant, res furtiuas, & vi poſſeſſas.*
5 *Verius eſſe contrarium oſtenditur.*
6 *Cuiacij explicatio ad* d. §. Iulian. *& emendatio*, & num.8.
7 *Bona fidei poſſeſſor, & ſi dominus non ſit pro domino habetur.*
9 *Damnatur Cuiacius.*
10 *An in* d.§.Iulian.*dominus ille fuerit bona fidei poſſeſſor.*
11 *Vera* §.Iulian.*interpretatio, & eius ſpecies*, & n.12. & 17.
13 *Ratio dubitandi, & decidendi illius*, & n.14.
15 *Expenditur verſ.* niſi ab eodem.
16 L. ſi fur 32. l. non ſolum 33. §. quod vulgo de vſucap. *expenſæ*, & n.18.
19 *Intellectus ad* d. l.2. §. final. ff. pro emptore *cum aliis*, & n.21.
22 *Paulo data lux* in l.quamvis 84.de furtis.
23 *Difficilium iurium* in l. 4. §. ſi rem de vſucap. *& aliorum expoſitio*, & n.24.

1 REM furtiuam, & poſſeſſam violenter vſucapi leges Attiniam, & Plautiam prohibuiſſe diximus Iuſt. *in §. furtiuæ de vſucap. ſuperiori capite.* † Et
2 cum vitium furtiuitatis, vel violentiæ res ita efficiat, vt quemcumque poſſeſſorem ſequatur, *leg. vitia 11. Cod. de adquirend. poſſeſſ.* vbi docet Accurſ. & cum aliis Pichard. *in dict. §. furtiuæ*, non poterit tolli, aut purgari hoc vitium, quod vſucapionem remoratur, niſi talis res in poteſtatem domini reuertatur, (quod lex Attinia legi 12. tabul. addidit, probat Pulue. *ad eam legem cap.13.* & Gothofred. *in l.4.§.quod autem de vſucap.*) *l.ſi partem 5. l. ſciens 7. Cod. de vſucap. pro empt. & § aliquando, Inſt. de vſucap. d.l.4.§.quod putem cum aliis l.ſi fur. 32. l.ſi rem 41. de vſucap. l.qui fundum 7.§.ſi tutor, & §. furtiua, ff. pro empt. l. interdum 56. §. qui tutelam, l. quamvis 84. l.ſi ad dominum 86. ff. de furt. l.fin. ff. de vi bon. rapt. l.penultim. ff. ad leg. Iul. Repetun. l.4. tit. 29. p.3.* docent Doctores *in dict. iur.* & maximè Cuiacius *lib. 54. Paulus ad edict. in dict. §. quod autem*, & Donel.
3 *lib.5. comment. cap.28.* † Quibus tamen aduerſatur ſententia Iuliani *in dict. l. certè 6. §. Iulianus Digeſt. de precario.* vbi purgatio violentiæ in re vi poſſeſſa interuenit, etiam ſi res vi poſſeſſa non perueniat in poteſtatem domini. Nam cum quis violenter de fundo fuiſſet eiectus à Titio, poſteàque idem Titius precario poſſeſſionem rogauerit ab eodem domino, ait Vlpian. ſequutus Iulianum, violentam poſſeſſionem euaneſcere, & incipere precariam. † Cui legi varias ſolutiones parant poſt Bart. 4
& reliquos *ibi* Cumanus & Caſtrenſ. *numero 2. in d. §. quod autem*, Cuiacius *libro 24. obſeruat. cap. 13.* Gregorius *in dict. l. 4. part. gloſſ. 2.* Oſualdus *cap. 28.* Donellus *littera C.* In primis communiter eſt illa recepta interpretatio, inter rem furtiuam, & violenter poſſeſſam, differentiam conſtituens, vt res furtiua neceſſario deſideret in poteſtatem domini peruenire, quod tamen in violenter poſſeſſa non erit admittendum, cum ſufficiat in poteſtatem eius perueniſſe, cui vis illata eſt, etſi non ſit dominus, vt *in dict. §. Iulianus.* Ratio eſt, quia licet violentia ſit vitium reale, tamen delictum committitur in perſonam, quæ cum fuerit læſa, ipſa attendi debet, & in poteſtatem eius res peruenire. Hoc tamen non eſt in re furtiua, cum in ipſa re tantum furtum committatur. Ita docuerunt antiqui Accurſius, Bartolus, Caſtrenſ. & recepit Gregorius *dict. gloſſ. 2.* Neque eam interpretationem reſpuit Oſuald. *dict. littera C.*

Verum falſa eſt omnino, quoniam lex Plautia ad 5
exemplum legis Attiniæ, rerum violenter poſſeſſarum vſucapionem prohibuit: & eodem modo conſtituit, vt in poteſtatem domini rem reuertere neceſſe eſſet, *l. nonnunquam 33. §. ſi dominus de vſucapion. iuncta l. final. de vi bon. rapt.* ibi: *Quod vi poſſeſſum eſt, antequam in domini poteſtatem perueniat, vſucapi lex vetat*, quæ verba de lege Plautia exaudienda ſunt, facit *d. § furtiuæ dict. l. ſi partem 5. in fin. C. de vſucap. pro empt.* Quibus iuribus ſupradictam expoſitionem reiicit Cuiacius *ſupra*, licet ante eum eiſdem fundamentis ab ea receſſerat Cumanus *ſupra, & in dict. §. quod autem*: & notauerat Angel. *in dict. §. Iulianus*, ad id expendens *dict. l. ſi partem*, vbi de re violenter ablata agens Imperator, requirit, vt in poteſtatem
domini perueniat. † Quare eidem Cuiac. tentat in 6
ſpecie, *dict. §. Iulianus*, bonæ fidei poſſeſſorem fuiſſe illum, qui violentiam paſſus eſt, quo caſu de prædationis vitium purgatur, ſi fundus redierit in po-
teſtatem bonæ fidei poſſeſſoris deiecti. † Qui etſi 7
dominus non ſit, pro domino in iure habetur interim, dum dominus non apparet, quod ita docuit Bart. *per text. ibi, in l. quoties 21. §.1. de noxal. l. qui ſcit 25. §.1. verſ. porro, ff. de vſuris l. magis 5. §. ſi pupilli de rebus eorum l. ſuos 72. §.1. verſ. ſed qui de leg. 2. l. ſerui 17. § fin. de furtis l. bona 136. ff. de reg. iur.* Atque ita cenſetur res, in poteſtatem domini rediiſſe, ſi prædo ab eo, qui vi deiectus eſt, fundum precarió rogauerit, vt ſibi poſſidere liceret, quia hoc genere deſinit vi poſſidere, & incipit precario poſſidere, ex voluntate nempè eius, qui vi deiectus erat. Quod Iure Conſultus ea ratione fundauit, nam ſi prædo precario non petiiſſet poſſeſſionem, ſed ab eo fundum emiſſet, & pro tradito habuerit prædo deſinit vi poſſidere, & incipit pro emptore poſſe dominium capere. Ex quo ſatis conſtat dominum deiectum, non fuiſſe verè dominum, quoniam ſi fuiſſet, nuda voluntate protinus dominium tranſmitteret, & conſequenter non erat neceſſaria vſucapio. Hanc ſententiam tenuit quoque Accurſ. & poſt eum tradiderunt Cuman. *in dict. §. quod autem*, & Fulgoſius *in dict. l. ſi partem*: & in noſtris Scholis aliqui in eam
ierunt. † Adiicit tamen Cuiacius, maximè à iure 8
abhorrere, vt res in poteſtatem non domini perueniat, & tamen dicatur purgari vitium violentiæ, & & ideò probabilius eſſe, quod quemadmodum priori loco dixit Conſultus incipere precario poſſidere poſteriori dicat, incipere etiam pro emptore poſſeſſionis dominium capere, atque ita *pro ſuo* non *pro vi poſſeſſo*: vt ſic intelligamus

vocem

vocem *poſſeſſionis* decurtatam fuiſſe, cum legatur in
vulgatis: *poſſe*, & legi debuiſſe: *poſſeſſionis*. Qua
lectione admiſſa fingit, dominum verum vi de-
iectum, à quo ſi prædo rem emerit, & pro tradita
habuerit, deſinit vi poſſidere, & incipit poſſidere
*pro emptore*, ac res non ab ipſo quidem, quia do-
minus eſt, ſed ab alio quandoque vſucapi poteſt,
quaſi purgato vitio violentiæ, etſi non neget idem
dici potuiſſe in bonæ fidei poſſeſſore.

9 Quæ tamen literæ corruptio, † nec recipi poteſt,
nec eſt neceſſaria, neque ipſa interpretatio adaperit
mentem Iuliani, & vt incipiam ab Accurſio, fal-
ſum eſt dicere *in dict. §. Iulianus*, dominum illum
fuiſſe bonæ fidei poſſeſſorem, cum ſi in eius pote-
ſtatem res deueniſſet, non poſſet dici purgatum de-
prædationis vitium, *dict. l.4. §.quod autem*, qui verè
poteſtatem deſiderat domini, non eius cui ſubre-
ptum eſt, & ita neceſſarium eſt, in poteſtatem do-
mini rem ita perueniſſe, vt non poſſit ab eo auelli
*dict. leg.4.§.tunc*. At bonæ fidei poſſeſſori certum eſt
poſſe auferri poſſeſſionem, ſi fortè dominus rem
vendicet, iuxta quæ de verè domino loquutum
10 fuiſſe Iulianum dicere cogimur. † Deinde corruit
Cuiacij intellectus, nam ſi vt ipſe ait, dominus
erat: quomodo prædo ex emptione non adquirit
dominium ſtatim, ſed neceſſaria eſt vſucapio?
iuxta terminos *l.clauibus de contrahend. empt. l. tradi-
tio 20. de acquirend. rer. dom.* Neque euaſio difficul-
tatis quicquam proderit, cum non loquatur Iulia-
nus de alio vſucapiente, ſed de ipſo prædone iam
emptore, ex eo titulo dominium capere inci-
piente.

11 Verius igitur mihi videtur dicendum *d. §. Iulian.*
de vſucapione non tractare, nec de bonæ fidei
poſſeſſore, ſed quæſtionem eam mouiſſe; an qui
violenter fundum ingreſſus eſt, poſſit mutare cau-
ſam illius poſſeſſionis, ſine eo quod fundus ab eo
12 abſit. † Species hæc eſt: vetus dominus de fundo
vi fuit expulſus, & is qui vim intulit, ab eodem
domino poſtea precario rogauit poſſeſſionem, eo
caſu ſi conceſſerit dominus, incipit precario poſſi-
13 dere, & deſinit violenter. † Ratio dubitandi erat,
quod videatur ſibi ipſi mutare cauſam poſſeſſionis,
contra *l.3. §. illud l.quod meo 18. in princip. l. qui bona
19. §. 1. De acquirend. poſſeſſ.* cum aliis quæ tradit
latè Donellus *lib.6. comment. cap.15.* & Cuiac. *lib.44.
ff. Iul. per text. ibi, in l. non ſolum 33. §. quod vulgo,
ff. de vſucap.* quod maximè accidit in hoc caſu, in
quo non poteſt dici res perueniſſe in poteſtatem
domini, cum eius poſſeſſionem non apprehenderit,
*dict.§ quod autem, d.§.tunc*, & peruenire cum effectu
accipiendum eſt *l. nomen 164.§.fin.de verbor.ſignificat.*
14 † Qua dubitatione non obſtante ait, I. C. violen-
tam poſſeſſionem, in precariam commutari, &
cum acceſſerit voluntas domini, precariam fieri,
quæ violenta erat prius, quia certum eſt eum, qui
ex iniuſta cauſa poſſidet, poſſe ex noua alia poſſi-
dere, *l.1.§.fin.ff pro donato l.fin.ff.de precario l.5. Cod.
de acquirend poſſeſſ.* notat Donell. *ſupra cap.13.& 16.*
Neque hoc eſt ſine ratione cum videatur violentus
poſſeſſor rem domino tradidiſſe, & poſtea eam ab
eo precario accepiſſe *l.3. § fin. l.4.in fin.ff de precario*:
eſtque hoc in precario admiſſum, vt etiam qui non
poſſidet, poſſit rem ſuam precario concedere ei,
qui poſſideat, *l. vnuſquiſque 18. ff.de precario l. inter-
dum 21. de acquirend. poſſeſſ.* & conſequenter non
ipſe prædo, ſed dominus poſſeſſionis cauſam mu-
15 tauit. † Quæ omnia confirmat Iulianus *in verſ.nam
ſi ab eodem*, hoc exemplo, quod ſi ille prædo rem à
domino emiſſet, tunc inciperet eſſe dominus ex
emptione, quia res videtur in poteſtatem domini

perueniſſe, & ab eo poſtea emptori tradita, *d.l.4 §.
tunc verſ. idem dicendum, & in § quod Labeo l. certi
condictio 9.§.fin. l.ſingularia 15. ff. de rebus creditis, §.
interdum, de rer. diuiſ.* vbi Pichard. & Borcol. Don.
*lib.4.comment.cap.18.* Hotman. *quæſt.illuſt.cap.12.* &
Anton.Fab. *de error.decade 75.error.2. & in ratio. ad l.
eius 64. ff. de rei vind.* qui de ficta traditione agunt, 16
quæ vicem eandem habet, ac vera. † Quo ſpectat
ſpecies Pompon. *in l. ſi fur.32. in princ. & in l.non ſo-
lum 33.§.quod vulgo, de vſucap.* Vbi ſi fur emerit rem
à domino, & pro tradita habuerit, deſinit eam pro
furtiua poſſidere, vel ſi quis emerit à domino, quod
ſciens poſſidebat, (inquit Iul. *in dict. §. quod vulgo,*)
pro emptore poſſidebit, qui loquendi modus tan-
quam ſibi familiaris, ab eodem vſurpatus eſt *in dict.
§. Iulianus*; ibi, *incipit pro emptore dominium capere.*
† Quæ verba minimè de vſucapione intelligas, cum 17
ſi à domino emero, dominium in me tranſlatum eſt,
*dict. l.traditio, dict. l. clauibus*, neque neceſſaria eſt
vſucapio ei, qui dominium iam eſt adeptus, *l. quod
meum, de regul.iur.* itaque verba, *pro emptore*, non
deſignant titulum ad vſucapionem, ſed cauſam, ex
qua dominus conſtituitur, vt ex emptione dominium 18
habeat, violentia iam per eam abolita. † Ita & *in
dict. §.quod vulgo* dicitur, *Si quis emerit fundum ſciens
ab eo, cuius non erat,* (hoc intellige, cum ipſe antea
poſſideret,) *poſſidebit pro emptore, ſed ſi eundem à
domino emerit, incipiet pro emptore poſſidere, nec vide-
bitur ſibi cauſam poſſeſſionis mutaſſe.* Quibus verbis
ſatis declarat noſter Iulianus, verum dominum
tranſtuliſſe dominium, vt ſic iam ille qui habebat
poſſeſſionem, ex aliqua iniuſta cauſa, eam *pro empto-
re*, id eſt, ex cauſa emptionis habere inci-
piat, ita vt ex tunc cum emerit, dominus incipiat
eſſe.

Hinc iam *primò* accipit lucem, *l.2.§.fin. verſic. ſed 19
ſi litis, ff. pro emptore*, quo loci Paul. ſcribit ex ſen-
tentia Iuliani, quod ſi rem alienam bona fide poſ-
ſedero, & ante completam vſucapionem dominus
à me eandem rem petat, & maluero domino
litis æſtimationem præſtare, quam interim pen-
dente lite variis ſumptibus, & expenſis vſucapio-
nis ius proſequi, tunc mutari cauſam poſſeſſionis,
& ex vſucapiente, & non domino fieri dominum.
Ratio eſt, quia cum litis æſtimationem præſtat vſu-
capiens, tunc poſſidere incipit, tanquam ſi ei domi-
nium contigiſſet, non Iure Ciuili, ſed iure gen-
tium ex traditione ei à domino facta, ex cauſa em-
ptionis, cum litis æſtimatio emptionis vicem obti-
neat, *l.3. ff. pro emptor. l. eius 47. cum l. ſequ. ff. de rei
vind. l.quamuis 84.de furt.* & ita ex noua cauſa incipit
dominus eſſe, cum iam mutauerit cauſam poſſeſſio-
nis, quam non mutauit ſibi ipſe ſolus, ſed dominus,
(& circa hunc articulum credo multum fuiſſe Iulia-
num, cum in hac re eius auctoritatem ſæpè vtantur
cæteri Conſulti, vt *in dict. iur.* apparet, & *in l. ſed
etſi 7.§.ſi iis ff.de Publician.*) † Hoc tamen non ha- 20
bebit locum, cum ipſe qui mutauit cauſam poſſeſ-
ſionis, verè dominus non erat, tunc enim pro em-
ptore vſucapio inchoabitur, *l.1. ff.pro emptor.* in qua
qui per æſtimationem litis dedit non domino, cum
non adquirat dominium, ait Caius pro emptore poſ-
ſidere, vbi notabis non dixiſſe dominium capere, vt
in noſtro caſu. † Eodemque tendit *dict. l. ſed etſi* 21
*7. §. ſi lis, ff. de Publicia.* Quæ Publicianam tri-
buit ei, qui litis obtulit æſtimationem, quod in-
tellige vſucapientem dediſſe non domino, aliàs
non competeret Publiciana, quæ tunc habet lo-
cum, quando quis bona fide rem accepit,
quam ante finitam vſucapionem eam amiſit *l.
1. Digeſt. de Public. §. in rem, & §. namque*

*ſi cui. Inſt. de Actio.* vbi Pichard. & Donell. *lib. 10. com. cap.* 8.

22 *Secundò* explicabis ex ſupradictis locum Pauli *in dict. l. quamvis* 84. *de furtis*, vbi videtur ſolum præſtare vſucapiendi conditionem furti, qui à domino per litis æſtimationem rem emerit. Quod contrariari non eſt dubium ſupradictis. Sed reſpondendum exiſtimo, in ea ſpecie non negare I. C. dominium ementi contingere, imò apertè id comprobat, ſed tantùm dicere: quod ex ſupradicto vitio furtiuitatis, quo antea erat affecta res, ita purgatam remanere, vt ſi aliquando contingat, in poteſtate eſſe alicuius, qui eam vſucapere geſtiat, non ex illo furto dicetur, rem eſſe furtiuam, & inuſucapibilem, ſicut dicitur res furtiua vſucapi ſi peruenerit in poteſtatem
23 domini, §. *aliquando de vſucap.* † Cuius doctrinæ aliud exemplum ita ſimile mihi propoſuit idem Paulus *in l. 4. §. ſi rem 21. ff. de vſucap.* In quo ſi rem debitor tibi pignori datam ſurripuerit, & vendiderit, inquit, vſucapi eam poſſe Caſſium ſcribere. Difficile ſanè reſponſum, & quod multorum cruciauit ingenia, ſiquidem pugnet cum *l. fin. ff. pro ſoluto, l. ſi rem 5. ff. pro emptore, l. cum ſit probatum 6. Cod. eod.* de quibus conſulas Oſualdum *ad Donel. lib. 4. cap. 28. littera B.* Pichard. *in §. aliquando de oblig. quæ ex delict.* Cuiac. *in dict. § ſi rem*, & Robert. *lib. 2. not. ad mercatorem cap. 19. verſ. quod autem.* Pacium *cent. 6. quæſt.* 98. ſed verius dicendum *dict.* §. *ſi rem* loqui in domino vero, qui rem ſubripuit creditori, qui etſi furti teneatur, tamen cum rem hanc poſt furtum tradiderit, in poteſtatem domini cenſetur perueniſſe, atque ita procedit vſucapio. At *d. l. fin.* loqui de bonæ fidei poſſeſſore, qui rem pignori datam cum ſubripuit, apud ſe detinuit. Ratio eſt, nam cum I. C. dicat vſucapi non poſſe, & omnes intelligunt ibi tantum ſubripuiſſe, non tradidiſſe, dandi ſunt termini habiles, in quibus poſſit tractari de vſucapione: ergo cum apud ſe retineat rem, exaudiendus eſt Paulus de eo debitore, qui cum eſſet bonæ fidei poſſeſſor, rem pignori dedit, quam poſtea ſurripuit, & poſt furtum volebat implere vſucapionem, quam tamen denegat Conſultus, quia cum iniuſtè apprehenderit poſſeſſionem per furtum *dict. l. 4. §. tunc, & §. ſi dominus*, non potuit dici in eius poteſtatem rem deueniſſe, atque ita neceſſarium fuit ibi, vt res deueniat in poteſtatem creditoris. Quomodo procedit *d. l. cum ſit probatum.*
24 † Difficultas autem eſt qua ratione *in dict.* §. *ſi rem*, deſideraret Paul. vſucapionem in vero domino ſubripiente, & reſpondendum eſt, generaliter quæſiuiſſe de vſucapione, quando poſſet de ea dubitari, is ſcilicet caſus erit, ſi quis accepit à domino aliquomodo, (vt in ſpecie *l. poteſt* 53. *cum ſequent. de vſucap.*) & rem amiſit, poſtea, ita vt vſucapio dari non poſſit, quia erat vitio furtiuitatis affecta ex tempore, quo dominus à creditore ſubripuit, vellétque contra hanc vſucapionem allegare, eo caſu audiendus eſt, *dict.* §. *ſi rem.* Ita eò ſpectat quoque *l. cum ex 20. §. fin. de furtis*, vbi proponitur, quod ſi rem meam tibi cum bona fide poſſidenti ſubripuero, etſi furti actione tibi teneat, vſucapio non impedietur; quaſi res furtiua ſit; hoc non aliter niſi quando adueniat caſus ipſe, quo dominus illam amiſerit, & alius bona fide vſuceperit dici minimè poterit.

# CAPVT IX.

## De pignore ſubrepto à debitore eiuſdem domino, explicatur Vlpian. locus obſcurus *in l. itaque fullo 12. §. ſed etſi res, ff. de furtis.*

### SVMMARIVM.

1 *Furti definitio proponitur.*
2 *Quid in definitione furti ſignificet verbum* contrectare?
3 *Furtum committitur non ſolum in re aliena, verum & in propria*, & n. 4.
5 *Debitor, qui rem pignori dedit creditori, & ſubripuerit, furtum committit. Quod procedit etiam ſi rem tantum obligauerit, non tradiderit*, & n. 7. & 8.
6 *Ad rationem furti non eſt neceſſe, vt ſit verè res aliena, ſed ſatis eſt, vt ratione iuris alicuius ſit aliena.*
9 *Introducitur tractatio* l. itaque §. ſed etſi res, de furt.
10 *Adducuntur difficultates contra eius deciſionem.*
11 *Emendatio DD. ad* d. §. etſi res.
12 *Reprehenditur, quoniam Iure Conſultus ſibi ipſi contradiceret.*
13 *Hic locus concertationi Cuiacij, & Roberti præbuit occaſionem*, & n. 14.
15 *Vera Vlpiani interpretatio ad* d. §. etſi res, *&* n. 19. 17. & 18.
19 *Paulus in ſententiis duplici ſenſu acceptus.*
20 *Celſus & alij Conſulti* in leg. inficiando §. quod furi, ff. de furtis, *explicatione donati.*

FVRTVM eſt contrectatio, rei fraudulola, lucrifaciendi gratia, vel ipſius rei, aut vſus eius aut poſſeſſionis, vt definit Paul. *in leg. 1. §. fin. de furtis, &* 1
§. 1. *Inſtit. de oblig. quæ ex delict.* † Vbi 2
verbum *contrectare*, relicto Theoph *in §. furtiuæ de vſucap.* quem ſequitur Gothofredus *in d. §. final.* non eſt circa rem, vt dominus ſe ſe verſari, ſed rem amouere ex eo loco vbi erat, *leg. 3. §. ſi rem. 18. de acquirend. poſſeſſ. leg. vulgario 21. in princip. verſic. nam & ſi quis, §. item ſi 8. leg. ſi quid 22. l. interdum 58. §. cum autem, de furtis.* Ita vt ſi res eo loco, vnde mota eſt iterum deponatur, furtum eſſe deſinat, *l. 4. §. item Labeo, de vſucap. l. qui ea mente* 65. (vbi notat Cuiacius,) *de furt.* tradunt rem hanc latius explicantes Donellus, *lib. 15. commen. cap.* vbi Oſualdus, Pacius *centur. quæſt.* 50. Pichard. *dict. §. 1. num. 15. & 19.* Duarenus & Cuiacius *in dict. leg. 3. §. ſi rem.* Couarru. *in reg. peccatum 2. parte §. 1. ex n. 1.* Pinel. *in rubr. Cod. de reſcind. 1. p. cap. 1. num. 21.* Farinacius *de furtis quæſt. 175. quæ eſt prima illius tomi.* Molina *de Iuſt. tom. 3. diſput. 680. & ſequent.* † Com- 3
mittitur autem furtum, non ſolum in re aliena, verum & in re propria, vt obſeruauit Donell. *ſupra*, & Pichard. *num. 25. & 53.* Qui rem hanc non ſatis explicarunt. Nam & ſi rectè notauerint Accurſium, quod in definitione illa addiderit *contrectatio rei alienæ*: cum nulla poſſit eſſe contrectatio, niſi rei alienæ, in hoc confusè loquuntur, dum volunt, ſemper rei alienæ furtum fieri, & ideò otiosè poſitum verbum *alienæ*, cum & in re pignorata, quod alie-

num

4 num eſt furatur. † Sed hoc ita generaliter non poteſt procedere, cum etiam & ipſius rei propriæ furtum detur *l. ſi ſocius 45. de furt.* in quâ dominus, qui cum alio rem communem habet eius furtum committit, *l. creditoris 15. §. final. l. ſi is qui 59. Digeſt. eodem.* Vbi commodans rem, ſi eam ſubripiat, quamvis dominus ſit, tenetur furti, & *in l. actione 19. §. fin. l. cum eo 20. § fin. leg. ſi is qui 66. de furtis*, ſcribunt Conſulti me, eo ipſo quod rem pignori datam vendidero, etiam ſi non tradidero eam creditori, ſed apud me retinuero, committere furtum, quamvis dominus rei ſim.

5 Conſtat itaque ex ſupradictis, debitorem qui pignori rem dederit creditori, ſi poſtea illam ſubripiat, & furtum committere, & eius actione teneri, quod plura iuris noſtri loca tanquam indubitatum comprobarunt *d. l. itaque fullo §. ſed etſi l. creditoris 15. de furt.* cum aliis, quæ congerunt Pichard. *in §. aliquando Inſtitution. de obligation. quæ ex del.* vbi Balduinus
6 & reliqui. † Ratio eſt, ad rationem furti non eſſe neceſſarium, quod ſit res aliena; verum ſufficere, quod fiat alicuius intuitu quod ſit alienum, veluti poſſeſſionis, vt *in d. l. §. fin.* nam cum per obligationem pignoris poſſeſſio quoque in creditorem tranſlata ſit, *l. cum & ſortis 35. §. fin. de pignor. action. l. qui pignoris 36. cum l. ſequent. de adquirend. poſſeſſ. l. ſerui 16. l. non ſolum 33. §. qui pignori, §. ſi rem pignori & ff. de vſucapionibus*, debitórque dominus rei exiſtat, furtum committitur, ratione poſſeſſionis quam iam apprehenderat creditor; quæ poſſeſſio cum aliena ſit, non eſt mirum ſi fiat rei, quæ ſua non eſt, proindéque furtum committat, contrectando quod ſuum non eſt *l. 1. § ſi rem de vſucap. l. 5. ff. pro empt.* vnde datur furtum propter poſſeſſionem, non verò propter rem, quæ cum creditoris non ſit, adimi ei nequit, manet enim proprietas in pignore, & nihil adimit debitor, niſi quod fuit creditoris, poſſeſſionem autem adimit, cuius ratione rem contrectare dicitur *dict. leg. creditoris 15. l. ſi tibi 26. Cod. de pignor.* notat Pichard. & Balduinus *ſuprà*, Cuiacius *libro 39. ad edictum Pauli*
7 *in dict. l. 1. de furt.* † Idem dicendum eſt, etſi res nondum fuerit tradita creditori, ſed eam ſpeciali pactione debitor obligauerit, & poſtea vendiderit *l. cum ſit probatum Codice de vſucap. pro empt. dict. leg. itaque fullo §. ſi res ibi: quamvis in bonis eius non ſit:* in qua ſpecie ratione iuris, quod creditor habet in pignore, commiſſum eſt furtum, cum interſit creditoris rem ſaluam habere *d. leg. itaque in fine:* & expedit ei pignori potius incumbere, quam in perſonam agere, *§. furti autem, verſ. vnde conſtat de obligat. quæ ex delict. l. cum qui 14. §. Papinianus de furtis, iuncta l. plus cautionis*
8 *25. de regul. iur.* † Neque ab hac ratione licet recedere ex eo, quod cum res non ſit tradita creditori, nihil eius intereſt eam vendi, quia ius pignoris ei integrum remanet *l. alienatio 67. de contrahend. emption. l. debitorem 15. Codice de pignoribus l. ſi debitor 12. C. de diſtract. pignor.* nam cum creditor habet ius in re, non poterit res ipſa ſine conſenſu eius alienari, & ita ratione iuris, quod habet, furtum fieri docet, *dict. leg. cum qui 14. in principio*, vbi emptor cui res non eſt tradita, & conſequenter ius in re non habet *l. ſi vendidero 80. in princip. de furtis*, actionem furti non habebit, atque ideo debitor rem pignoratam vendens, non excuſatur à furto, ſicut non liberatur à crimine ſtellionatus, ſi eam alteri obligaſſet *l. ſi quis in pignore 36. §. final. de pignor. action. leg. 1. §. vbicumque de crim. Stellion.*

9 Ex quo fonte dimanat interpretatio ad obſcura verba Vlpiani *in dict. l. itaque fullo 12. §. ſed etſi res, verſicul. nec non de furtis*, qui ait, *Datur actio furti debitori ipſi qui rem traditam creditori pignoris cauſa ſubripuit.*
10 † Quod videtur iuris noſtri regulis aduerſari, nam ſi debitor furtum rei fecit, ad quid actionem habet? contra quem autem eam mouebit, ſi ipſe fur eſt, & rem contrectat? Inter agentem, & patientem differentia debet eſſe *l. legatum 116. §. alienus de leg. 1. l. Granius 78. de fideiuſſor. l. qui hominem 14. §. quidam filium, de ſolution. cap. final. extra de inſtitut.* Si verò Vlpianus agit quando debitor rem creditori ſubripuit, & poſtea eidem debitori ab extraneo fure ablata eſt, vt ſcilicet debitori quoque actio furti concedatur; hoc quoque admitti non potuit, cum eius rei nomine agere furti non poſſit, cuius & ipſe fur eſt, *l. cum qui 14. §. Iulianus l. qui re 76. §. fin. de furt. l. cum par 154. de reg. iur.* & qui poterit agere furti, cum ipſe creditori furti teneatur? *l. ſed & partus 11. §. 1. ff de eo quod metus cau. l. ſi pignore 22. de pignor. action.* † Huic tamen 11
difficultati ſolent DD. ſatisfacere, frequentius obtinuit emendatio A. Aug. *lib. 1. emend. cap. 3.* & Cuiacius *lib. 11. obſeru. cap. 11.* quam etiam recipit Zoannet & alij relati à Gothofred. *in d. l. itaque §. ſed etſi res littera M.* & ab Oſuald. *d. lib. 15. Don. cap. 29. littera G.* & nouiſſimè ſequitur noſter Pichard. *in § manifeſti num. 48. Inſtitut. de obligat. quæ ex delict.* Qui illum verſum *d. §. ſed etſi res, nec non, & ipſi domino dari placet, & ſic fiet, vt non teneatur furti, & agat* expungant, & ab eo expungunt dictionem *non*: Et ita legunt *ſi fiet, vt teneatur furti, & agat.* Eo ſenſu, quod ſi debitor ſubripuerit, committat furtum, & teneatur; verum ſi ei ſubtrahatur res ab alio fure, poterit agere contra eum, quamvis creditor poſſit agere contra ipſum debitorem, atque ita tenebitur furti creditori, & aget contra alterum furem, ex Paul. *lib. 2. ſentent. titul. 31. verſ. rem pignori*, & in Baſilicis quoque eam lectionem reperiri probant ſupradicti, & Ruſardus in notis ad illum verſum.

Sed cum litteræ mutatio in noſtris Scholis pro 12
monſtro ſit, receptæque Florentinorum lectioni ſemper adhæreamus, hæc reſpuenda eſt. Nec ſatis mirari ſino viros alioqui doctiſſimos nubeculis iis ita fuiſſe obcæcatos, vt non aduerterint, ſi negatio illa detraheretur, ſibi maximè aduerſari Conſultum; nam cum prius dixiſſet creditori dari actionem, non ſolùm aduerſus extraneum, verum etiam & contra ipſum dominum, poſtea ſubdit alium caſum, quem præſenſerat antea *in princip. §. illius*, dum vſus eſt verbo *quoque* quo deſignabat, non ſolum dari actionem creditori, verum & domino, hoc autem attingit *in verſicul. necnon, & domino datur:* hoc autem non eſt referendum ad verſum antecedentem, quo iam dixerat, & contra dominum dari actionem creditori, ſed ad aliud membrum, ſcilicet quando etiam datur & domino, hoc eſt, vt ſubrepto pignore ab aliquo fure, non ſolum detur actio creditori, verum & domino. Ille verò caſus de alio fure, qui à domino ſubripuit à Iure Conſulto non tractatur, nec nos fingere debemus, quod Vlpianus non ſomniauerat, idque videtur innuere *in verſicul. ideò autem*; vbi reſpondens tacitæ interrogationi, cur ſi creditori dabatur actio furti, eadem quoque concederetur & domino, cui nihil ſubreptum eſt? reſpondet *ibi* ideò dari vtrique, quia vtriuſque intereſt, *l. is cuius 85. cum aliis, de furt.*

Locus autem hic Vlpian. anſam præbuit digladian- 13
di inter ſe doctiſſimo viro Iacobo Cuiacio, & Roberto, huic vt retineret receptam lectionem *lib. 2. lect. cap. 9. & lib. 1. animad. cap. 29.* illi vero, vt ſuam defenderet emendationem *lib. 2. notat cap. 29.* ſub nomine Mercatoris, *& lib. 11. obſeru. cap. 11 & lib. 16. c. 30.* vbi quidquid bilis inuſſerat ardor euomuerunt, variis conuitiis ſe inuicem laniantes. Expendamus nos vtriuſque rationes, vt ſic quid ſentiamus ad Vlpiani mentem aſſequendam proferatur. Et in primis adhæreo Roberto, dum mordicus retinet negationem;

ſed & ab eo diſcedo , dum ait ; quod ſi debitor rem
creditori ſubripuerit, & poſtea debitori alius eandem
abſtulit, non teneatur furti , cum creditori ſufficiat
furti actio , quam in furem extraneum habet. Mo-
uetur eâ ratione , quod debitor fur non ſit , etſi con-
tra eum agi poſſit furti, cum ſuæ rei furtum commit-
14 tere nemo dicatur. † Hoc tamen falſum eſt , & me-
rito à Cuiacio reprehenditur , qui enim fieri poteſt,
vt furti eo caſu teneatur debitor , & res efficiatur
furtiua , & tamen non ſit fur *d. l. §. ſi rem* , ibi:*quam-
uis cum eo furti agi poſſit* , *d.l.cum ſit probatum*, ibi,*pa-
lam eſt eam non potuiſſe quaſi furtiuam vſucapi* , *Cod. de
vſucap.pro empt.dict.l.actione* 19.*§.fin*. ibi : *furti actione
tenetur* , & ibi : *nam & hic furtum eum facere conſtat*,
*ff. de furt*. cum aliis ſexcentis. Si ergo furtum facit,
ergo fur eſt nihil eſt clarius. Deinde , quia vt recte
ait Cuiac.multum intereſt,quando creditor ab extra-
neo furti actione aliquid conſequitur , an quando à
debitore. Primo caſu in debito imputat , ſecundo ve-
rò ſibi reſeruat *l. creditor*. 15.*l. ſi debitor* 29.*l. creditori
§.*2. *de furtis l.id quod* 74.*de ſolut.l.quod à quoque* 46.*de
regul. iur*. (cui adiunges Cuiac.*lib*.8.*obſeruation.c* 19.)
*l.ſi pignore* 22. *ff. de pignoratitia action*. ( Cui adiunges
Anc.Fab.*de error.decad*.81.*errore* 1.2.3. *& decad*. 82.
*errore* 10.& Schifordeg.*lib.*2.*tractat*.... *quaſt*. 6.) & li-
cet ipſe Robertus neget *lib*.2.*animad. cap*. 29. id non
ſcripſiſſe, tamen illum redarguit Cuiacius ſub nomi-
ne mercatoris eodem capite. Neque ſimiliter effu-
gium Cuiacij in conſideratione eſt , quem optime
conuincit Robertus *lib*.2.*animad.cap*.28. cuius dicta *in
preſenti* tranſcribere non libuit.

15 Quare ergo planiſſime Vlpianum ita intellige-
bam , quod voluerit parificare creditorem & debi-
torem quoad actionem furti attinet , ſcilicet , vt re
creditori ſubrepta , non ſolum creditori , verum do-
mino competat actio , idque vt dixi indicat verbum
*quoque*. Rationem annectit *in verſic.ideo* : quia vtriuſ-
que intereſt, rem non fuiſſe ſubreptam,*l.cuius* 10.*cum
legibus ſequent.ff. de furt.l.is cuius* 85. *l. fullo* 90. *ff. eod.*
Poſtea ius creditoris extendit, vt & contra dominum
ipſum ſubripientem mouere poſſit actionem, *l. credi-
tori* 87.*de furtis*, cum aliis , & ſimiliter ait, & domi-
no ipſi dari illam actionem : quod tamen poterit in-
telligi & contra creditorem , verbi gratia , ſi re ſibi
pignorata vtatur *l.ſi pignore* 54.*l.ſi is qui pigneri* 73.*ff.
de furtis §.furtum autem* 7.*Inſtitut.de obl.quæ ex delict.*
vel contra extraneum , qui ſubripuerat creditori , vt
ſic vterque poſſit agere. Subditque verſum, vbi tota
difficultas eſt , *ſic ſit , vt non teneatur furti , & aget*,
quaſi diceret , tunc debitori dabitur actio eo in caſu,
ſi ipſe non commiſerit furtum , nec furti eo nomine
teneatur , & voluerit agere contra extraneum ; nam
ſi tenetur furti , fortè ſi ipſe furauit rem antea , &
poſtea ei ſubrepta ſit ab alio fure : quamvis agat, ex-
cluderetur ab actione intentanda , & ſolus creditor
aget. Sic accipio verba illa , *& ſic ſit* , vt faciant
hunc ſenſum , id eſt , quæ dixi ita procedent,ſi debi-
16 tor antea non ſubripuit. † Rationem eius rei ſupra
inſinuaui : quoniam non poteſt furti agere, qui ſuam
improbitatem patefaciat , qua enim fronte contra
furantem intendet actionem , qui eodem crimine in-
uoluitur : *argum. l. ſi plures* 38. *in fine de adminiſtr.tut.*
Vnde non eſſe exaudiendum propriam turpitudinem
allegantem , probant multa iura *in l*.4. *§. ſed quod de
condict.ob turp.cau.l*.4.*C.de reuocand.donat. cap. cum ſu-
per extra de conceſſ. preben*. facit eleganter *lex qui bo-
na* 13.*§.ſi quis quia ff.de damn.infect.l.cum pater* 77.*§.
libertus* ( ibi , *Perabſurdum eſt , vt alter partem aliena-
tam ſperet , cum partem ſuam alienando perdiderit* ) *de
leg*. 2. Quod in noſtra ſpecie admittendum eſſe ( vt
debitor qui rem furauit , ſi ab alio eadem res ei ſub-
repta ſit , non debeat ad agendum admitti , ſed tan-
tum creditor ) probat generalitas *dict.l.eum qui* 14.*§.
Iulianus* : ibi : *In omnium furum perſona conſtitutum eſt,
ne eius rei nomine furti agere poſſint ,cuius ipſi fures ſunt*,
& ſpecialitas *leg qui vas* 48.*§.ſi ego de furtis* , ibi : *ita
erit caſus, quo fur furti agere poſſit,l.qui res* 76.*§.ſi quis
alteri eod.& l*. 4. *ff. nautæ caupones*. † Ratio non alia, 17
niſi quam proponit Conſultus , licet in alio haud diſ-
ſimili, *in d.l. ſed & partus* 12.*§*.1.*de eo quod metus*, ibi,
*Quæri poteſt , an ei qui vim fecerat , paſſo vim reſtitui
Prætor velit ea quæ alienauit , & Pomponius ſcribit non
oportere ei Prætorem opem ferre ; nam cum liceat,inquit,
vim vi repellere, quod fecit paſſus eſt*. † Congruit idem 18
Vlpianus in eadem *l.itaque fullo in §. ſed furti* , vbi ſi
fidei malæ poſſeſſori furtum fiat , ait , non habere
furti actionem , quamvis eius interſit , quia ex im-
probitate non debet habere actionem , *dict.l.cum qui
§.is autem* : in qua ſi depoſitarius rem dolo contrecta-
uit , quamvis ei ſubrepta ſit , non habet actionem.
Idem *& in §.item Pomponius* , demonſtratur , vt com-
modatarius , qui doloſe verſatus eſt in re commoda-
ta , & ſic furtum facit *l. qui iumenta* 40. *ff. eod.* furti
actionem ſimiliter non habeat , ſi ab eo res aufera-
tur. Vnde eo caſu debitor excluditur : alias enim ſi
ipſe rem non ſubripuiſſet, forte ei ſecundus fur non
auferret , & ideò cùm ſecundo delicto , dolo ſuo de-
derit occaſionem , ex improbitate ſua furti quærere
actionem iniquum eſſet. Quare creditor eo caſu
tantum aget , non dominus , cui ſatis conſultum eſt,
ſi alius rem euincit , & actionem proſequatur. Ita-
que vt ipſe etiam creditore agente , poſſit quoque
agere ſimul, neceſſe eſt , vt furti non teneatur , iuxta
quæ dictio *Non* , retinenda eſt , cum aliter ius ipſum
refragetur.

Neque obſtat Paulus,*dict.lib*.2.*tit*.31.*verſ.rem* quo 19
maximè innititur Cuiacius in notis *ad titul. de obligat.
quæ ex delict.verbo furti actione* , quia illa verba : *Rem
pignori datam debitor creditori ſubtrahendo , furtum fa-
cit , quam ſi & ipſe ſimiliter amiſerit , ſuo nomine perſe-
qui poteſt*. Duplicem habet ſenſum : primum, vt ver-
bum *ipſe*,non ad debitorem referatur,ſed ad credito-
rem , ſi per furtum amiſerit rem,vt ſuo nomine, non
verò debitoris proſequi poſſit , cum debitor propter
ſuum delictum excluſus ſit. Secundum , vt non ad
caſum furti referatur ille verſus : *quam ſi & ipſe* , ſed
ad alios, quibus amiſſio rei ſolet accidere, vt verbum
*ſimiliter* , non dicat furtum, ſed amiſſionem,quæ alio
modo poteſt euenire.

Ex qua vera ratione, & explicatione interpretan-
dus eſt Celſus in *l.inficiando* 67. *§. quod furti ff. de fur-
tis* , vbi ſi ſeruus furi ipſi furtum fecerit , eo nomine
actionem cum domino ipſo furem habiturum ait.
Quod & comprobat Marcellus *in l. itavt* 16.*ff. com-
modat*. Qui furi commodanti concedit actionem
commodati. Cuius authoritate Vlpianus *in l*. 1. *§. ſi
prædo* 39.*ff.depoſiti*,idem in depoſito , ſtatuit , & *in l.
non ab iudice* 64. *ff. de iudicis* , & ſubſcribit Triphon.
*in l.bona fides* 3.*§.fin. verſ.quod ſi ego ff. depoſit*. Quæ
omnia vix poſſunt conuenire cum ſupradictis. Ve-
rum ex mente Accurſ. *in d. §. ſi prædo* reſpondendum
eſt, aliud eſſe furatum eſſe rem ipſam , quam fur ipſe
abſtulerat, vt in ſupradicta ſpecie, *dict.§.ſed & ſi res*.
Aliud committi furtum in alia re mea à ſeruo, quem
ipſe furaueram; hoc caſu bene agi poterit furti actio-
ne , ne quæſtui domino eſſet , & ſeruum repetere , &
rem quoque quam ſubripuit ſeruus retinere , eam ob
cauſam, quod qui furauit ſeruum non poſſet petere,
quia impediretur ſuo facinore. Quod non obeſt,cum
in hac ſpecie non allegat improbitatem aliquam , id
eſt ex furto quod fecit , ſed agit ex furto ſuæ rei ei-
dem facto. Quia nemo ex alieno delicto cauſam no-
uam , & propriam delinquendi capere debet , &
ideo ſicut damus domino , aduerſus ipſum ſeruitu

furem,

furem, actionem: ita & ſimiliter, & furi contra ſeruum, qui non deſinit eſſe fur, propterea quod furi ſuo furauit.

## CAPVT X.

**De donationibus inter virum & vxorem. Neceſſariam fuiſſe in eis traditionem iure Pandectarum. Noua, & vera concordia donatur, Vlpianus ſibi contrarius, *in l. Papinianus 23. & in l. ſi ſtipulata 33. de don. inter vir.***

### SVMMARIVM.

1 *Donationem inter virum, & vxorem prohibitam eſſe, variis iuribus & Auctoribus probatur.*
2 *De ratione diſquiſitum.*
3 *Reprehenditur huiuſce prohibitionis ratio à Plutarcho tradita.*
4 *Vera rationes videntur magis, quæ à Iure Conſultis traduntur*, & n. 8.
5 *Strictiſſima inter coniuges amicitia, etiam parentum obliuionem generat.*
6 *Amantes omnia largiuntur, vnde amor nudus depingebatur*, & n. 7.
9 *Amor coniugalis, & perpetuus, & conſtans.*
10 *Quo iure prohibitio hæc donationis ſit introducta.*
11 *Oratio Antonini de donationibus coniugum.*
12 *An poſt orationem, vt valeat donatio, ſit neceſſaria traditio, vel tantum ſufficiat promiſſio.*
13 *Auctores recenſentur, qui de ea re egerint.*
14 *Sententia eorum, qui ex oratione confirmari volunt donationem traditione perfectam.*
15 *Qui contrarium tenuerint.*
16 *Verius oſtenditur, iure antiquo eam duntaxat confirmatam eſſe, quæ ſit tradita*, & numero 18.
17 *Expenditur in hanc partem* l. cum pater 77. §. pater filiæ de leg. 2.
19 *Anton. Fabri emendatio ad* dict. leg. Papinianus, *intellectus.*
20 *Duareni & Corraſij interpretatio, ad* dict. leg. Papinianus.
21 *Alia noſtrorum euaſio, qui duas ſententias ad Vlp. tractatas agnoſcunt.*
22 *Reprehenditur labor Schifordeg.*
23 *Duos caſus proponi* in dict. leg. Papinianus, *ſed vnum ab alio dependere*, & numero 24. & 25.
26 *Vera intelligentia Vlpiani* in dict. leg. ſi ſtipulata. *Aſſignaturque ratio dubitandi & decidendi*, & n. 27.
28 *Donatio, quæ in annuo conſiſtit totalis neque fieri traditio*, & n. 31. & 33.
29 L. Quidam 22. de pact. dotal.
30 L. Si id quod §. illud conſtat, de donation. inter. *explicatur.*
32 *Annuum à maritis concedebatur vxoribus, vt ſe ſuamque familiam alerent.*
34 *De intellectu* l. cum hic ſtatus §. oratio de donat. inter. *refertur Gentilis explicatio, & Shifordegheri conſiderationes circa eam*, & num. 35. 36. & 37.
38 *Interpretantur verba* d. §. Oratio.
39 *Explicatur* l. 1. C. de dote cauta. *Proponitur Schifordegheri explicatio, & reiicitur*, & num. 40. 41. & 42.
43 *Species* dict. leg. 2. *& eius propria ſententia*, & numero 44.
45 *Quid ſit dos confeſſata remiſſiuè.*
46 *Multas leges à ſuis titulis exulare; ex Cuiacij ſententia.*
47 *An temporibus Alexandri* in d. l. 2. *Stipulatio eſſet inter modos faciendæ donationis.*
48 *An triplex ſit traditionis genus, vel duplex*, & numero 49.
50 *Scipionis Gentilis alia reprehenditur ſententia circa* d. l. 2.
51 *Circa hanc rem adducta Nouella Iuſtiniano, & pro noſtra ſententia.*

1 DONATIONEM inter virum & vxorem prohibitam eſſe, nos docent leges *D. & C. de donation. inter.* cum aliis, quas per iuris noſtri libros ſparſas quotidie animaduertimus, accepit quoque Gregor. IX. Summus Pontifex *in cap. fin. extr. eod.* & noſtro iure probatur *in leg. 4. tit. 11. part. 4.* (neque attendenda eſt *l. 3. tit. 12. lib. 3. fori*, quæ conſtituit talem donationem valere poſt annum elapſum, quaſi matrimonialis amoris feruor tranſactus ſit, nam & ſi plures ea moti illam ſententiam tenuerint, contrarium eſt verius, ita docent Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 6. diſputat. 1. numero 5.*) explicant plures de hoc tractatu agentes, quos refert idem Sanchez vbi proximè, & *diſputatione ſequenti*, & Cenedo *collectan. 81. ad decret.* Palac. Rub. *in rub. de donat. inter §. 28.* Tiraq. *in l. ſi vnquam verbo libertis ex numero 109. Codic. de reuocan* Pet. Greg. *lib. 28. ſyntagm. cap. 10.* DD. *in l. 1. §. ſi vir ff. de adquir. poſſeſſ.* Ant. Fab. *in iuriſprudent. tit. 9. princip. 3.* Cuiac. *in l. mortis 53. ff. de donation. inter. lib. 4. reſp. Pap & lib. 36 ad edict. Paul. in l. ſi donatæ ff. eod.* Connan. *lib. 8. comment. c. 11.* Scipio Gentilis *de donat. inter.* quem nondum legere contigit, Barboſa *in l. quæ dotis 34. ex numer. 66. ff. ſolution. matrimon.* Benedict. Pinellus *lib. 2. ſelect. cap. 2.* & Fachin. *lib. 3. controuerſ. cap. 72. & c. 80. & 81.* & ex noſtris Ant. Gomez. *in l. 50. Tau. numer. 64. & 2. tom. variar. cap. numer. 13.* Matienzo, & Azeuedo *in l. 2. lib. 5. recop.* Ceuallos *comment quæſtion. 12. & quæſtion. 140. numero 4.* Gutier. *de iur. confir. 1. part. cap. 3.* Molina *de iuſtitia & iure 2. tom. diſputatione 289.* Azorius *3. tom. moral. lib. 11. cap. decimo.*

2 Rationem multiplicem reddunt huiuſce prohibitionis, & in primis, illa quam aſſignauit Plutarchus *in præceptis connub. cap. 36.* pleriſque probatur, quod abſurdum exiſtimauerint legiſlatores, aliquid inter coniuges reperiri, quod commune non eſſet, nam ſi per matrimonium communio, & ſocietas vitæ inducitur *l. 1. de ritu nupt.* non eſt conſentaneum rationi, vt alter alteri donet, ne videatur donator cæterarum rerum donatario denegare participationem. Quo reſpexit Columella *lib. vlt. de re ruſt. in præfat.* cum dixit: *Nihil in domo coniugali apud priſcos diuiduum conſpici, nihil quod aut maritus aut fœmina proprium ſui iuris eſſe diceret, ſed in commune conſpiciebatur ab vtroque.* Quæ ratio placuit Duar. *ad tit. ff. ſoluto matrimon. cap. 1.* poſt Alciatum *lib. 3. diſputat. cap. 14.* Corraſ. *lib. 2. Miſcell. cap. fin. & lib. 5. cap. 14.* eidémque ſubſcribit noſter Ioannes Solorzan. *lib. 2. de parricidiis cap. 13.* & meliorem indicarunt illa, quæ à noſtris I. Conſultis tradita eſt. 3 † Verum merito eam reiicit Ant. Fab. *ſuprà illat. 26.* nam hæc coniunctio matrimonialis non ad coniunctionem bonorum referenda eſt, ſed ad coniunctionem animorum, vt doctè explicant Matienço *in rub. tit. 1. lib. 5. recop. numero 17.* Spino *de teſtament. gloſſ. 14. numero 56. & gloſſ. 15. numero 1.* Sanchez *de matrimon. lib. 2. diſput. 1.* Quinimo bona vtriuſque coniugis ſeparata fuerunt *l. 1. §. fin. l.*

vir

*vir vxori 37 ff.ad S.C.Velleian. l. ſi quis donationis 36. ff.de contrahend.empt.toto tit.C.ne vxor pro marito.* Cum traditis à Tiraqueli *poſt leges connub. gloſſ.* 8.*num.* 112. Deinde fruſtra huiuſmodi prohibitio introducta videretur ſi res & bona fuiſſent communia, aut ad quid donatio interuenire debebat, ſi ipſe coniux qui accipiebat, rei quoque dominus eſſet? Prohibitio itaque nihil aliud efficeret, niſi vt qui dominus rei eſſet, amplius dominus ex alia cauſa non fieret, quod per quam ridiculum erat.

4 Quare veriſſimas legitimáſque cenſeo rationes Vlpiani & Pauli *in d.l.* 1.*&* 2.*de donat.inter*, qui aiunt ea ratione prohibitas has donationes inter coniuges, ne ſcilicet mutuo amore ſe inuicem ſpoliarent, donationibus non temperantes, ſed profuſa erga

5 ſe facilitate. Quæ verba ita ſunt explicanda. † Vt cum inter coniuges fere ſemper ſtrictiſſima amicitia verſetur, & ſint in indiuiduitate vitæ duo corpora, & in duobus corporibus vna voluntas, ſtrictiora ſunt vincula electionis, quam generationis. Ita dicitur *in cap.* 1. *Geneſis:* ibi, *Erunt duo in carne vna, & propter hanc relinquet homo patrem ac matrem.* Et eleganter *lib.* 3. *Eſdræ cap.* 4. ſic, *Homo patrem ſuum relinquit, qui enutriit illum, & ſuam regionem, & ad mulierem ſe coniungit, & cum muliere remittit animam, & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem.* Quam ſententiam ſequutus eſt Tertullianus *in Geneſi* dum dixit.

*Quapropter nati linquunt de more parentes,*
*Coniugibuſque ſuis, poſitis cum ſedibus, hærent.*

Et D. Hieronym. *epiſtol. ad Marcell.* ibi, *Non ſuperat amorem matris aut fratris, niſi ſolus vxoris affectus.* Sic etiam & Tacitus de moribus Germanorum ait: *Accipiunt maritum quomodo vnum corpus vnamque vitam.*

6 † Qui enim amoris laqueis ſunt irretiti omnia profundunt, omnia donant, nihil penſi habentes, vnde vetus adagium: *amantium marſupia, porri folio vinciuntur.* Quo ſpectat, Plautus *in Trinummo, act.* 1.*ſce.*2. dum introducit Mœgaronidem ſenem, qui Calliclem reprehendit, quod amanti adoleſcenti argentum dederit hoc modo.

*Ædepol. fidei adoleſcentem mandatum, male dediſti ne hoc pacto ei.*
*Gladium qui ſe occideret? & quia ſecus eſt, aut quid intereſt dare.*
*Te in manus argentum amanti homini adoleſcenti?*

Idem in Truculen. *act. primo, ſcen.* 1. *verſ.* 26. *& verſ.* 25.

*Nec vnquam probus eſt amator, niſi cui rei inimicu'ſt ſuæ.*
*Probus eſt amator, qui relictis rebus rem perdit ſuam.*
*Nam e caſtor nunquam ſatis dedit ſua quiſquam amicæ amator.*

7 Neque immeritò ita conſtitutum eſt, cum ſuapte natura amor prodigus & liberalis, neſciens habere modum aut finem, iuxta illud Virgilij *ecloga ſecunda.*

*Me tamen vrit amor; quis enim modus adſit amori?*

Sicque amorem depinxerunt veteres cum magna crumena reſerata, & nudum, quia bonis omnibus ſolat exui, & ob id apud Plautum *in Pſeud.act.* 1.*ſcen.* 3. *verſ.*72. dicebat Leno,

*Non eſt iuſtus quiſquam amator, niſi qui perpetua data.*

Et Epictet.

*Nuda Venus picta eſt: nudi pinguntur amores:*
*Nam quos nuda rapit, nudos amittat oportet.*

Vnde Plato illum paupertatis filium facit, amator enim quid amaſiæ negarit, cum donis plerumque amor concilietur? vt ait Ouidius *lib.* 2. *de remedio amoris,*

*Gnaſida feciſſes inopem ſapienter amaſſes,*
*Diuitiis alitur luxurioſus amor.*

Et D. Chryſoſt. in Apoſtoli dicto; *vtinam toleraſſetis, &c. ex amore,* inquit, *non modo nihil accreſcit emolumenti; ſed ingentem quoque rei familiaris iacturam facit, inanem ſumptum, vitæque internecionem, adeoque ædium è fundo ſubuerſionem.* † Qua ratione eueniret concor- 8
diam maritalem, quæ ſolum affectu conſiſtit naturali, pretio conciliari *d.l.* 2.*de don. inter.l.ſi liberis* 27. *Digeſt.de pact.dot.* † Quæ omnia magis timenda fue- 9
rant in matrimonio, vbi coniugalis amor cum ex virtute oriatur, virtuſque ſit habitus conſtans, & perpetuus, perennis cenſetur, vt eleganter dixit Seneca *in Octauia act.*1.*verſ.*190.

*In venere turpi ceu leuis flamma vapor.*
*Amor perennis coniugis caſta manet.*

& Propertius *lib.*14.*eleg.*3.

*Omnis amor magnus, ſed apertè in coniuge maior.*
*Hanc venus, vt viuat, ventilat ipſa facem.*

Et Caſſiod. *de amicitia in prologi fine.* Vnde patet amorem coniugalem ſine pretio ſtare, & omnia inter virum & vxorem affectu maritali, non lenocinio peragenda eſſe debere, quare moribus primum (id eſt non iure aliquo ſcripto vel lege. † Sed quadam con- 10
ſuetudine ſenſum comprobata, vel moribus inſtitutum Romanis, non ab aliqua gente acceptum, vt aliæ leges, ſic interpretatur Connan. *libro octauo, comment. cap.* 11.*numero* 1.) deinde iure ipſo, donationis huiuſmodi prohibitio introducta eſt *dict. l.* 1. *hoc tit.* Paul.*lib.*2.*ſentent.tit.*23. Vlpian. *in fragm. tit.*7. Sicut alia, quæ in iure ita recepta ſunt, vt pupillaris ſubſtitutio *l.*2.*de vulg.cum aliis*, quæ recenſui *lib.*3.*cap.*6. *numero* 1.

Sed cum hic ſtatus donationis eſſet, Imperator An- 11
tonius Caracalla Septimij Seueri filius, ante eius exceſſum [ob quod eidem Seuero ſolet attribui] oratione in Senatu habita (de cuius ritu, & conſuetudine vide relatos ab Oſuald.*lib.*1.*Donel.cap.*8.*littera F.* iuris hunc rigorem laxauit, conceſſitque vt quamvis donationes inter virum & vxorem non valerent, tamen ſi donator in eadem voluntate perſeueraſſet, quaſi morte confirmatæ cenſerentur *l. cum hic ſtatus* 32.*l.nam Imperator* 41.*cum ſequent. ff. de don. inter.l.*1. *cum ſeq.C.eod.* † Vnde originem duxit diſputatio illa, 12
an ad hoc, vt valeat, (attenta promiſſione orationis) donatio inter coniuges, neceſſarium ſit, vt res in donatione contentæ tradantur, an verò ſufficiat tantum promiſſio. In quo dubio ſibi videtur contrarius extitiſſe Vlpian. *in l. Papinianus* 23. *& in l ſtipulata* 33.*de donat.inter vir.* Qui *in d.l.*23. ſententiam Papiniani ſecutus, ait orationem Diui Seueri ad donationem pertinere, id eſt, quando vere traditio facta fuit, nam ſi ſtipulanti vxori ſpopondiſſet maritus, non putabat conueniri poſſe hæredem mariti, licet durante voluntate deceſſerit: at verò *in d.l.*33. contrariam ſuperiori proponit ſententiam. † In quarum legum 13
diſſidio componendo, mirum eſt quantum impenderint labori nostri iuris non infimæ notæ Interpretes, & quod magis mirandum eſt ſine fructu: cum adhuc ſub iudice lis ſit, & quod Vlpianus voluerit, eiſdemmet tenebris, quibus antea, iacet inuolutum. Quod ſatis patet, cum in duas diuiſos ſententias eos cernere poſſis, in primis Couarruuias *in rub.de teſt.*3. *part.numero* 2. Connan.*lib.*8.*comment.dict.cap.*11. Iulius Clar. *in* §.*donatio quæſt.*9.*numero* 6. Coſta *in cap. ſi pater* 1.*part.verb.legauit ex n.*1. Petr.Fab. *in l. Diuus* 28. *de reg.iur.* Anton.Gomez.*d.*2.*tom.cap.*4.*num.* 23. Gregor. *in l.*4.*tit.*1.*p.*4.*gloſſ.*6. Trentacinq.*lib.*3.*pract. tit. de donat.reſol.*6.*n.*4. & Gentil.*lib.*3.*de donat. inter.c.*38.

&

& lib.4.cap.18.poſt alios antiquiores ſequuntur Papi-
14 niani ſententiam in dict. l. 23. † Scilicet oratione
D. Seueri tantùm donationem traditione perfectam,
non autem ſtipulatione celebratam confirmari,& ſic
neceſſariam eſſe donationem naturalem. Quibus fa-
uet *dict.l.cum hic ſtatus § oratio*, ibi : *hæredem verò eri-
pere* vbi verbum *eripere* ſupponit traditioné , & *l.3.§.
ſciendum*, ibi : *Nec traditio quicquam valet* , *l.ſi ſeruus*
15 *20.ff.hoc tit.l.ſicut 11. C.eod.* † In contrariam tamen
ſententiam ſeſe inclinarunt Corraſ. *lib. 5. Miſcell.
cap.1.*Duar.*ad titul ſol.matr cap.de donat.inter.* Euerar.
Broncorſ.*ſentent.2.aſſert.7.* Anton. Fab.*lib. 2. coniect.
cap.8.& lib.19.cap.3.& de error. decade 42.error. 5.* &
eius aſſertor & vindex Schiford *lib.1.tract.11. per to-
tum* qui valde , vt ſibi videtur , hanc partem propu-
gnat , mouentúrque præter *d l.33. ex dicto §. oratio*,
ibi : *ipſo iure res fiant eius cui donatæ ſunt , & obligatio
ſit ciuilis* : vbi illa verba , *res fiunt eius* ſignificant do-
nationem , quæ à traditione incepit , cum niſi ea in-
teruenerit , non poſſint fieri donatarij res , quæ do-
nantur. At verò illa verba *obligatio ciuilis* , donatio-
nem tantum factam ex ſtipulatione denotant , cum
ex traditione nulla oriatur obligatio , ſed ex ſtipula-
tione. Deinde facit *l. 2. Codic. de dote cauta* , in qua
donatio ſtipulatione fuit celebrata , & tamen vali-
turam docet Imperator,ſicut ſimiliter contigit in ſpe-
cie *dict.l.cum hic ſtatus §. ſiue autem 23.* Denique id
adſtruit *Nouell.162.cap.1.*vbi & ſi traditio donationis
non interueniat , ait Iuſtinianus , agi poſſe actione
ex ſtipulatu.

16 Ego verò in hac contrarietate exiſtimo , iure an-
tiquo veriſſimam fuiſſe Papiniani ſententiam,& do-
nationem interuenientem intelligi debere de ea,quæ
traditione fiat ; ipſa quippe eſt liberalis translatio,*l.1.
l.in ædibus 9.§.fin.de donat.l.Senatus 35.§.donatio l.Seia
42.§ fin.de donat. cau. mort.* & ab ipſo actu tradendi
nomen habet , cum aliud ſit donatio , aliud promiſ-
ſio doni ( vt contra Doctores affirmantes donatio-
nem eſſe contractum nominatum rectè tenuerint
Cuiacius , & Duaren. *in l. iuriſgentium , de pactis.* Pi-
chard.*in rubrica Inſt.de donat.numero 16.& in §. actio-
num quæſt.27.numero 51.Inſtit.de action.*) Vnde ſi pro-
miſſio duntaxat interceſſerit , per mortem non con-
firmatur , & donatoris hæres minimè conuenietur,
quoniam ipſo iure fuit inutilis ea promiſſio , neque
morte potuit confirmari , *d.l.3.§.ſciendum* , quæ cen-
ſetur reuocare donationem nulla traditione confir-
matam. Cum ergo de donatione oratio loquuta fue-
rit , donatióque non niſi traditione perficiatur , *d. l.
Senatus* cum aliis ( docent Connan.*lib.5. commentar.
cap.9.numero 2.*Concius *lib.1.diſputat.cap.12.* Oſuald.
*lib.5.*Donell.*cap.2.littera B.*) neceſſaria eſt traditio;vt
præter iura *ſuprà* adducta probatur *in l res vxoris 24.
C.hoc tit.* ibi. *vel etiam largitione viri in eam , ante rea-
17 tum iure peruenerant.* † Deinde expendo elegans Pa-
pinian.reſponſum *in l.cum pater 77.§.pater filiæ 17. ff.
de leg.2.*vbi ſi pater mancipia dediſſet filiæ , poſteá-
que per fideicommiſſum illa voluerit præſtari eidem
filiæ , ait Conſultus partus etiam eſſe reſtituendos,
neque aliud in vxore pridem conſtitutum fuiſſe,con-
firmatis donationibus inter coniuges, vbi cum æqui-
paret vnum caſum cum alio, & in primo pater dedit
filiæ mancipia , & poſtea per fideicommiſſum ea re-
linquit , ſequitur in ſecundo caſu donationis inter
virum & vxorem , de donatione loqui Conſultum,
quæ traditione interueniente facta eſt , alias mini-
mè poſſet rectè æquiparatio procedere cum primo
caſu,in quo neceſſaria fuit traditio patris , vt poſtea
filia mancipia & partus lucraretur , vt dicemus *infra*
18 *lib.3.cap.1.§.1. numero 17.* † Ratio autem ſupradictæ
ſententiæ poteſt eſſe , quia cum talis donatio ſit in-
ualida , deficiente traditione non eſſet quod confir-
maretur , ea autem accedente iam eſt actus , res &
voluntas , quæ poſſint confirmari. Vt docuerunt poſt
Accurſ.*in dict.l.Papinianus 23.verbo mariti* , plures re-
lati à Sanchez *lib. 6. de matrimon. diſputatione 26.
numero 5.& 6.*

Ex quibus *primò* cognoſcimus , non rectè mirum 19
eſſe viſum Antonio Fabro *dict.lib.2.cap.8.*quod hanc
Papiniani ſententiam ſequantur Interpretes , imò
magis mirandum eſt , virum hunc adeo acutum &
ingenioſum , deque Iuriſprudentia optimè meritum,
ita ſeſe emendationibus totum dediſſe,vt nullum lo-
cum eruditioni ſuæ , & amœniſſimo ingenio dederit
ad ædificandum , ſed ad deſtruendum , atque ita ſuo
more verbum *rectè in dict.l.Papinianus* gladio reſecat
emendatorio , quaſi Vlpianus *ibi* ſolùm retulerit Pa-
piniani ſententiam , quam non approbauit , imò va-
riauit *in dict.l.33.* cum non ſit infrequens in iure, vt
ſententias Iuris Conſulti referant tantum,non appro-
bent , obſeruant Donel. *ad titul. de præſcriptis verb.
cap.19.*& idem Anton Fab.*lib.18.coniect.cap.1.* Quod
quam probè ſit dictum,& quam dignum approbatio-
ne alius videat.

*Secundò* non arridet commentum Duareni,qui vbi 20
*ſuprà* docuit, duplicem fuiſſe orationem hanc, vnam
Seueri & alteram Antonini Caracallæ ſui filij , pri-
mam fuiſſe tempore Papiniani,ſecundam autem poſt
eius mortem,quæ pleniſſimè fuit,& de omnibus quæ
inter coniuges donationis cauſa geruntur , loquuta:
quam ſententiam meritò reiicit Ant Fab *dict. cap. 8.*
Nec minus ferendus eſt Corraſius *ſuprà numero 6.*qui
accipiendus *d.l.Papinianus* in promiſſione de donan-
do. † Et eodem modo exſibilanda eſt , & alia no- 21
ſtrorum euaſio , qui cum ſententiæ illi ſe addixerint,
vt Papiniani ſententia tantum ab Vlpiano referatur,
ne verbum *rectè* eiiciant extra chorum , reſpondent
*in d. l. Papinianus* duas ſententias referri : quarum
prima eſt de donationibus rerum,hoc eſt de rebus ip-
ſis donatis & traditis , quam probat Vlpianus ibi,*Pa-
pinianus rectè putabat orationem D. Seueri ad rerum do-
nationem pertinere.* Altera Papiniani ſententia fuit de
donationibus verborum , quàm tantum Vlpianus re-
fert , ſed non probat ibi : *Denique ſi ſtipulanti ſpopon-
diſſet , non putabat conueniri poſſe hæredem.* Ex quibus
conſtat Vlpianum tantum retuliſſe ſecundam hanc
ſententiam quam non approbauit, imò *in dict.l.33.*ab
ea receſſit. † Quam ſolutionem confingit etiam 22
Schifordeg.*d.tractat.11. quæſtion. 8.* tot ac tantis ver-
borum cumulatis aceruis , vt acerbum ſit ; poſt tot
montis illius parturientis dolores , murem interpre-
tationis aſpicere. Nonne ridiculus eſt , & ineptia-
rum plenus labor diſputationis , cur non Vlpianus
cum in primo caſu dixerit *rectè*,non idem dixerit, &
in ſecundo ? † Fateor tamen Vlpian. duos propo- 23
ſuiſſe caſus , ſed vnum ab alio dependentem , ita vt
ſecundus ſit conſequutio primi , & in quem influat
etiam verbum *rectè* , nam ſi Papinianus in principio
rectè putabat orationem ad rerum donationem per-
tinere , & in hoc fuit approbatus ab Vlpiano , ne-
ceſſariò etiam fateri debet Schifordeg. rectè dedu-
ctam fuiſſe conſequentiam in ſecundo caſu. Argu-
mentum & ratiocinatio ita conficitur : Oratio Seueri
pertinet ad rerum donationem : ergo vbi non fuerit
donatio non pertinebit , idem eſt , ac ſi dixiſſet :
Oratio requirit traditionem , ergo ſi non fuerit facta
traditio , ſed tantum interpoſita ſtipulatio , hæres
non tenebitur. Vnde dicere cogitur Schifordeg. aut
in principio malè dixiſſe Papinianum, aut in ſecundo
rectè quoque loquutum , iuxta illud vulgare noſtro-
rum , vnam determinationem pari modo multa de-
terminabilia reſpicere *l.4. de vulg. ſubſt.* † Deinde ſi 24
Vlpianus ſecundam tantam retulerit ſententiam,
veriſimile erat , ſi ab ea recedere vellet , aliquam
dediſſet

dediſſet ſignificationem, præcipuè cum eidem feciſſet in prima, ſicui *in l. Papinianus 20. de minor.* vbi notauit Papian eo ſolo, quod dixiſſet adire poſſe Prætorem, & non etiam dixiſſet, & Præſidem. Poſteáque in alio notat dicens *non rectè.* Quomodo & in noſtro caſu feciſſet, ſi nota dignam videret ſecundam ſententiam.

25 Denique, quia vt *ſuprà* præſenſi ſecundum ipſius orationis tenorem *in dict. l. cum hic ſtatus §. de orator.* intelligendus eſt Imperator de donatione, quæ à traditione incepit, vt & Ant. Fab. inuitus quoque agnouit: cum illa veba, *hæredem vero eripere*, nihil aliud poſſint ſignificare. *Eripereque* ſit, quod apud alium erat vindicare, de manibus auferre, ita Paul *in l. ſed eximendi 4. ff. ne quis cum qui in ius voca.* ibi, *eripere eſt de manibus auferre per raptum.* Atque ita neceſſaria fuit eiuſdem Papiniani ſententia, quam ipſe clarius propoſuit *in dict. leg. cum pater §. Pater filiæ.*

26 Ab his ergo erepto ſiniſtris interpretamentis Papiniano, vera inconcuſſáque eius ſententia permanet. Cui non obſtat Vlp. *in d. l. ſtipulata 33. de don. inter.* In cuius mente aſſequenda Interpretes ita cæci ambularunt, vt veritatem ipſam cum manibus premerent, non agnouerint. Inſuper habitis ergo Accurſ. & Gentili *d. lib. 3. c. 38.* verius eſt quod alij præſenſerunt, Vlpian. loquutum fuiſſe in annuo, etſi ab ea interpretatione, neſcio quo fato, ſine inquiſitione rationis, ſtatim receſſerunt. *Loquitur itaque in annuo donato inter coniuges, quod morte confirmatur, & ſi traditio ſequuta non ſit, quoniam in eo vertitur donatio.* Hæc Vlpianus. † Ratio dubitandi fuit: non 27 debere ſtipulationem annui ad orationem Seueri pertinere, cum ea tantum pertineant ad donationes, quæ rei traditione perficiuntur, at annuum fuit tantum in obligationem deductum, non traditum, atque ideò non videbatur pertinere, iuxta ſupradicta. Quâ ratione non obſtante Vlpian. contrarium ſtatuit ea ratione adiecta. *Quoniam in annuo quoque vertitur donatio.* Quaſi dixerit, licet in aliis obligationibus donationum, oratio non fuerit loquuta, ad hanc tamen ſpeciem adaptari debet, quoniam etſi prima facie videatur ſtipulatio tantum annui, in eo quoque do-

28 natio continetur. † Ratio huius rei ea eſt, quod non poteſt in donatarium traditio fieri illico obligationis annui, cum eius natura ſit, vt plures obligationes contractæ intelligantur, *l. 4. l. cum in anno 16. ff. de annuis legat. l. ſi vſusfructus 28. ff. quibus mod. vſufruct. amit.* quarum non poteſt ſtatim traditio fieri, cum per ſingulos annos debeantur *l. 3. in prim. de ann. legat. l. nec ſemel 12. ff. quando dies leg. eod. l. habitationis 11. de vſufructu legato.* Igitur cum initio cuiuſcunque anni conſtituatur obligatio, & traditio antea fieri non potuit, *d. l. nec ſemel §. 1. l. in ſingulos 8. ff. de annuis leg. 1. Codic. quando dies leg. ced.* indéque quolibet anno incipiente traditio facienda eſt. Et hoc voluit dicere Vlpian. *in d. l. ſi ſtipulata,* ibi, *quia in annuo quoque vertitur donatio,* quaſi tacitè reſpondeat obiectioni, cur ad eam ſpeciem in qua traditio non eſt, orationem adaptet, ſcilicet vt etſi verum ſit, non eſſe factam donationem, tamen quia natura annui eam non recipit, ſi tamen voluntas accedat coniugum, & ea perſeuerante decedat donator, quaſi facta traditione intelligatur. †

29 Quomodo accipiendus eſt Iul. *in l. quidam fundo 41. ff. de pact. dotal. in fine*, ibi, *nam quod annui nomine datur, ſpecies eſt donationis.* † Et ea ratione

30 procedere exiſtimo difficile reſponſum I. C. *in l. ſi id quod 18. §. illud conſtat ff. hoc tit.* vbi ſi maritus annuum promiſit, & antequam vxor illud acciperet, ipſa de ſuo, aut etiam mutata impenderit, videri tantum ex annuo conſumptum, quaſi iam acceptum ſit, ex eo quod promiſſum eſt, cum traditio non poſſit illico interuenire, niſi initio cuiuſcumque anni, à quo tempore incipit. † Vnde non eſt admittenda 31 opinio Barboſæ *in l. qua dotis 34. numero 68. ff. ſolut. matrimon.* aſſerentis, hanc donationem annui non eſſe meram donationem, & ideò quamvis traditio non interuenerit, tamen valebit, quomodo procedere ait *dict. l. ſi ſtipulata.* quod etſi recipiatur à Sanchez *d. lib. 6. diſput. 3 numero 12.* mihi non placet, quia idem Vlpianus *in dict. leg. ſi ſtipulata*, diſertè ait, in annuo verti donationem, & idem demonſtrat *in §. fin eiuſdem l.* ibi, *ſi ſtipulatus ſit in annum, deceſſeritque mulier, ex oratione conualeſcit donatio,* et ſit *annuum* donatio non eſſet, ſuperflua foret confirmatio orationis, cum ipſo iure valuiſſet: at in dictis iuribus apertè confirmatio requiritur: ergo quia vera fuit donatio. † Ne- 32 que fundamentum Barboſæ quod annuum ſuccedit loco alimentorum, obſtabit, quia reſpondendum eſt cum Con. *dict. lib. 8. cap. 11 numero 6.* annuum à maritis concedi conſueuiſſe vxoribus, vt ſe ſuáſque alerent familias, quod plurimum æſtimabatur reſpectu dotis, itavt ſi fructus eius ad id ſufficerent, tunc videbatur compenſatio interuenire, ſi verò exſuperaret vires dotis, tunc quatenus excedit, donatio eſt, & quod reliquum erit, remanebit apud vxorem victus cauſa, quia tunc non videtur donatum, ſed compenſatum *leg. ſi qui. pro vxore 21. §. 1. in fin. Digeſt. de donation. inter.* ibi, *puto enim non poſſe peti, quaſi donatum, quod compenſatum eſt.* † Vnde iura, quæ 33 de hoc annuo à marito donato pertractant, ita debent intelligi, vt donationes interuenerint, quæ ita confirmantur oratione Diui Seueri ex cauſa ſupradicta, quia ex ſua natura non poſſunt recipere omnimodam traditionem, cum initio cuiuſcumque anni perſolui neceſſe ſit. Atque ita intelligo hæc iura, quæ alias difficillima ſunt Interpretibus viſa.

Deinde non obſtat *dict. leg. cum hic ſtatus §. oratio, de donation. inter*, ibi: *vt & ipſo iure res fiant eius, cui donatæ ſunt, & obligatio ſit ciuilis.* Cui reſpondere 34 non potuit Scipio Gentilis *dict. cap. 38.* aſſerens Vlpianum *ibi* intelligendum non eſſe de obligatione, quæ ex ſtipulatione animo donandi interpoſita naſcatur, ſed de ceſſionibus, quæ in donatione rerum incorporalium requirantur, itavt traditionem, quam requirunt Conſulti in donatione corporalium, non comparent cum ſtipulatione, ſed cum ceſſione actionum, in quibus traditio cadere non poteſt, atque ita vtraque donantis morte confirmatur. Quam ſententiam, (quæ Accurſij fuit) multis refutat conſiderationibus Schifordegher. *ſuprà quæſtione ſecunda,* & præcipuè illa: vt ea verba, *obligatio ſit ciuilis*, accipienda ſint, id eſt obligatio fiat, quaſi Vlpianus ſtudioſè variauerit ſermonem, ne vocem *fiat* toties repeteret, cum ageret de obligatione, quæ incipiebat fieri ex ſtipulatione, ex qua adquiritur obligatio, quam cum ciuilem vocat Vlpianus, de donatione eſt accipienda, quæ ab obligatione incepit cum ſtipulatione interpoſita naſcatur. † Verum ambo cæcu- 35 tiunt profectò. Et in primis Scipionis reſponſio indigna eſt relatu, cum de ceſſione verbum nullum apud Vlpianum qui ſub appellatione ciuilis obligationis eam non potuit deſignare. Nam ceſſio facta à donatore eandem vim debuit habere, quam traditio, itavt hæc in rebus corporalibus, illa in incorporalibus adhiberetur, ſi vellet coniux donationis cauſa cedere actiones aliquas, ſed ſi nulla eſt ciuilis obligatio in traditione donationis, eodem modo & in ceſſione. vt de ciuili obligatione loquitur, ergo minimè de ceſſione intelligi potuit Vlpian. † Fe- 36 licior non fuit Schifordeg. qui cum ſuo ruentium verborum ſtrepitu nil præter verba iactauit. Nam quî potuit interpretari, *obligatio ſit ciuilis*, id eſt fiat

Vbinam

Vbinam gentium accipitur , *eſt* pro *fiat ?* Tantùm quippe diſtat vnum ab alio , quantum differt obligatio iam contracta à contrahenda. Neque ſtudioſum egiſſe Vlpianum excuſatio eſt , nam quæ docendi gratia traduntur , non debent ita compte , & eleganter tradi , vt improprientur verba , ſenſuſque : cum vt Seneca ait *Epiſt.*40 . ibi , *Quæ veritati operam dat oratio , incompoſita debet eſſe & ſimplex* , præcipuéque in re ſeria lautitiæ veneris locutiones neceſſariæ non ſunt , Cicerone *lib.* 3. *de finib.* ibi , *Grandiores res ornate dicere , puerile eſſe* , teſtante , & vt Arnob. eleganter ait *lib.* 1. *contra Gent.* ibi , *Cum de rebus agitur ab oſtentatione ſummotis , quid dicatur exſpectandum eſt , non quali cum amœnitate dicatur , nec quid aures commulceat , ſed quas offerat vtilitates.* Inde non minor eſt ariolatio Scipionis intelligentis de ceſſione illa verba , quam Schifordegheri, de ſtipulatione. Aduerſus quos expendo *in dict.* §. *oratio,* quod in fine ſubiicitur , in rebus donatis habere locum legem Falcidiam , *tanquam , ſi teſtamento ſit confirmatum , quod donatum eſt* , quæ verba jungendæ ſunt illis ; *ſed ad omnes donationes factas,* & illis *dict. l. Papinianus* , ibi , *ad rerum donationem pertinere.*

37 † Quorum collatio euincit , de donationibus veris , in quibus traditio habuit locum , intelligendos eſſe Iure Conſultos. Donatio requirit traditionem, ergo non potuit eo nomine comprehendi ſtipulatio de donando , quia non erat donatio facta , quò re-
38 ſpiciebat oratio. † Quare mentem illorum verborum, *& obligatio ſit ciuilis* , eam eſſe reor , vt donatio ipſo iure valeat , quia res fiunt eius cui donatum eſt , & hæres donatoris efficaciter , vtpotè ex ciuili obligatione remaneat obligatus , nec poſſit pœnitere & donationem reuocare. Itaque illa obligatio ciuilis non eſt accipienda de obligatione eius , qui ex ſtipulatione ad dandum ſe obligauit , ſed de hærede donantis , quaſi diceret , res illæ donatæ , ita per mortem fiunt eius , cui donatæ ſunt ipſo iure, vt obligatio ſit ciuilis , id eſt , nullo modo poſſit contra dictam donationem veniri , quaſi ipſo iure eſſet inualida , ſed ita habeatur firmum quod donatur , quaſi teſtamento confirmatum eſſet , neque enim illa verba , *& de falcidia vbi poſſit , &c.* determinantur ſequentibus , *quaſi teſtamentum confirmatum , &c.* Sed hæc vltima influunt in omnia præcedentia , quæ de hærede donantis accipienda eſſe nemo eſt qui non videat , vt animaduertitur ex deductione Falcidiæ , & ex *d.l.cum hic* , §. *ſed vbi ſemel, iuncta d.l.Papinianus,* vbi volebat hæres reuocare donationem.

39 Neque Schifordeg. & aliis fauet Imp. *in l.*1.*Cod. de Dote cauta* , vbi ( *dict. tractat.* 11. *quæſtione* 5.) conatur oſtendere , donationem non interueniſſe, ſed tantum fuiſſe ſtipulationem, ſeu obligatum maritum donationis gratia ad dandum. Quoniam ex ſufficienti enumeratione modorum , quibus , Alexandri illius legis Auctoris temporibus , donatio perficiebatur , nimirum traditione , legis actione & ſtipulatione , traditio non potuit interuenire , neque vera , neque quaſi vera , neque ficta ( has tres ſpecies traditionum agnoſcit.) Non vera ex *d. leg.*2. ibi , *quod de ſuo in dotem adſcripſit.* Quibus verbis tantum confeſſio acceptæ dotis continetur , nam aliter repugnarent verba illa *ab hæredibus mariti quatenus liberalitas interpoſita* , & titulus ipſe de Dote cauta non tradita. Non item ficta traditio , vt ex Anton. Faber. probat *dict.lib.*19.*cap.*3. Neque quaſi traditio, vt putabat Scipio , nam ſi adſcriptio in dotem loco traditionis eſſet , ad quid præter eam Imperator requiſiuit etiam , vt donatio legitimè confecta ſit per ſtipulationem ? Alius modus donationis conficiendæ , id eſt , legis actio minimè quoque potuit interuenire in *d. l.*2. cum de Dote cauta non verò de reali agitur. Hæc & alia Schiford. † Sed 40
bene Deus ! quas nebulas excitarunt ſiniſtra interpretamenta Doctorum ? in luce clara errant , & cùm verba clariſſima Alexandri legerint non attendunt, ſed animo contradicendi omnia conturbant. Quomodo , ( vellem ſcire , ) hæc donatio ſi non fuiſſet traditione confirmata , potuit exigi ab hæredibus ? *l.* 1. *in fine Cod. de donat. ante nup.* vbi ea , quæ promiſit vir donandi animo , vt dotem augeret , quæ verè non accepit , repeti non poſſunt. Neque Accurſius quidquam diuinando proficit , tentans in ea lege interueniſſe diuortium , nam indiſtinctè loquuntur Seuerus , & Antoninus , vt etiam mortem comprehendant. Idque confirmat Paul. *in l. ſi quis vxori* 59. *D. de donat. int.* docens , quod ſi quis donauit vxori , vt in dotem accipiat , defuncto eo donatio conualeſcit. Quæ iura de vera traditione loquuntur , vt diſertè demonſtrant *in d.l.* verba , *quod in dotem datum eſt* , *& in d.l. ſi quis vxori* , illa : *ea conditione donauit , vt in dotem accipiat.* † Deinde 41
contra Schifordeg. ineuitabile contorqueo telum , quando Imperator *in dict. leg.* 2. ſcribit , *ſi eandem donationem legitimè confectam.* Quæ dicetur legitima donatio , niſi quæ traditione confirmata eſt , & perfecta ? *l. perfecta* 4. *Cod. de donat. quæ ſub modo.* ſi quidem ſtipulatio dandi in dotem , non eſt vere legitima donatio *l. ſi quis argentum* 35. §. *ſed ſiquidem , verſ. ſin vero Cod. de donat.* ibi , *Ex lege noſtra neceſſitatem ei imponi , etiam tradere , quod donare exiſtimauit , vt non ex hoc inutilis ſit donatio , quod res non traditæ ſunt.* Ergo ſi ante Iuſtinian. inutilis fuit donatio , quæ traditionem non habuit etiam *in dict. l.* 2. legitima donatio non potuit appellari ſtipulatio dandi in dotem. Quod & inſinuat *l.* 1. §.*fin. de donat.* ibi , *Cum dicimus inter ſponſum & ſponſam donationem valere , propria appellatione vtimur , & factum demonſtramus , quod ab eo proficiſcitur , qui liberalitatis gratiâ aliquid dat.* Quæ verba apertè donotant *in d. l.* 2. non potuiſſe donationem dici , niſi quæ mediante traditione ſuam ſortita eſt naturam. Rurſus hanc ſententiam inſinuant ſequentia verba *d.l.*2.*ibi qui incrementum doti dedit.* Nam dare non eſt promittere, iuxta illud Martial.*lib.*10. *Epigram.* 16. ſæpius à noſtris repetitum.

*Si donare vocas promittere, nec dare Cai.*
*Vincam te donis, muneribuſque meis,*
*Quidquid habent omnes, accipe quomodo das.*

Date etenim eſt ita rem transferre , vt fiat eius, cui traditur , §. *ſic itaque Inſt. de act. leg. non videntur* 167. *de Reg. Iur. l. vbi autem* 57. *in fin. de verb. obl.* † Vltimò expendo in hanc partem illa verba 42
*dict. l.* 2. *Quatenus liberalitas interpoſita* , quæ cum liberalitatem interceſſiſſe dicat , non , ad promiſſionem , ſed ad rei veram traditionem referenda ſunt , iuxta *dict. l.* 1. *de donat.* ibi , *dat aliquis , & propter nullam cauſam facit , quam vt libertatem , & munificentiam exerceat.* Liberalitas autem tunc eſt , ( vt Senecæ verbis vtar. *lib. de vita beata cap.* 24.) cum pecunia propria extra limen ſuum diffunditur , & fluit , quæ quia à libero animo proficiſcitur , ita nominata eſt ; & verbum *interponere* , hoc probat , quod ſignificat in medium ponere. Ridiculum eſſet promiſſiones vocare liberalitatem

Paulatim iam in veram *dict. leg.* 2. interpreta- 43
tionem deuenimus , ſi ſpeciem proponamus. Fuit hæc : Maritus vxori donandi animo , cum in dotem ducenta haberet , adſcripſit & centum , ( *ſenalole en dote tien du ados mas* , ) per ſtipulationem , vel alio modo , vt *in leg. ad exactionem* 6. *Cod de Dote*

promiſſ. ſecuta quoque fuit traditio eorum, quibus dos ipſa fuit aucta. In eadem voluntate perſeuerans deceſſit maritus, hæredes reſiduum dotis retinebant, quaſi donatio inter virum & vxorem non valeret. Alexander reſpondet, ab hæredibus peti poſſe, quod defunctus vxori donauit. Nam cum poſt interpoſitam promiſſioné traditio interueniſſet, & incrementum ſic eſſet doti datum, ſubſequitur donationem illam confirmatam eſſe oratione diui Seueri. Quod indicat Imper. illic. *Quatenus liberalitas interpoſita, munita eſt*. Id eſt, quatenus donatio oratione ipſa munita eſt, ſeu confirmata. Alij Codices habent, *Minuta eſt*, quam varietatem agnouit Accurſ. *ibi verbo minuta*, dum ad legem Falcidiam refert, quæ lega-
44 ta minuit. † Eum ſenſum iuxta eam litteram continebit *d. l. 2.* id eſt, quatenus liberalitas illa mariti, in dotem adſcribentis, diminuta eſt ab hæredibus, vel totum, quod ex donatione, vel ex dote ſubtraxerunt, peti ab eis poterit; & hæc eſt meo videri ipſiſſima mens Alexandri; quæ tantùm abeſt, vt probet ſententiam aliorum, quinimo eam deſtruat. Neque eis fauet *d. l. 1.* iacere *ſub Rub. C. de dote cauta.* Nam hoc facilè præbet negotium ſcienti, ſatisfactum eſſe titulo, dum prius cauit maritus, aliàs neque titulo etiam conueniret cum cautio dotis non à marito, ſed ab alio facienda ſit. Item neque maritus cauit dotem, ſed doti iam conſtitutæ ſummam adiecit, hoc eſt, & incrementum doti dare. Aliud eſt dotem augere, aliud dotem quam non accepit confiteri ſe re-
45 cepiſſe, quam DD. *confeſſatum* appellant. † De qua videndus Barboſ. *in l. 1. 6. part. ex num. 24. D. ſol. matrim.*
46 & Fachin. *lib. 8. contr. cap. 77.* † Neque ignorare debemus multas leges fugitiuas eſſe à ſuis titulis, multáſque vix in vno caſu titulo congruere, vt docet Cuiac. *in not. ad tit. Inſt. de gradib. cognat. & lib. 3. obſeru. cap. 37.*

47 Vnde iam cognoſcimus falſam eſſe Schifordegheri ſententiam, conſtituentis inter modos donationis faciendæ, temporibus Alexandri, ſtipulationem, cum eo tempore datio naturalis eam perficiebat, vt *ſupra* probauimus ex Iuſtinian. *in dict. l. ſi quis argen-*
48 *tum verſ. fin vero.* † Neque eſt admittendus, dum conſtituit triplicem traditionem, veram ſcilicet, quaſi veram, & fictam, cum tantum duæ à noſtris conſtituantur, *vera & ficta* iuxta *l. certi condictio. 9. §. fin. de reb. cred. l. qua ratione 9. §. interdum, D. de adquir. rer. dom. §. interdum, de rer. diuiſ.* notat *ibi* Pichard. & Borcolt. Donell. *lib. 4. comment. cap. 18. in fine.* Hotman. *qq. illuſt. cap. 12.* Anton. Fab. *de error. deciſ. 75. err. 7.* neque traditionis quaſi veræ exemplum dari
49 poſſit, quod & fictæ non conueniat. † Quomodo procedit quod dicitur *in dict. l. cum hic §. ſiue autem 23.* in acceptilatione verſari donationem. Nam cum præſupponat ſolutionem, & fateri ſe accepiſſe *l. cum & ſortis 35. de pign. act. l. tali 48. §. 1. D. de iure dot. l. ſeruus 6. de manumiſ.* cum aliis relatis à noſtro D. Anton. Pichard. *in §. item per acceptil. Inſt. Quibus mod. tollit. oblig.* fictam traditionem interueniſſe cer-
50 tum eſt. † Rurſus non admitto Scipionis coactam ſententiam, qui illa verba *dict. l. 2. Quatenus liberalitas*, ad legem Papiam refert, cum in donationibus inter viuos locum ea lex non habuerit, ſed in donatione cauſa mortis *l. Senatus 35. in princ. D. de donat. cauſ. mort.* Neque referri debent ad legem Cintiam,
51 ſed ad orationem vt dixi. † Denique ſcias oportet, neſcio quo malo numine deceptos fuiſſe DD. vt contrariæ parti fauerent ſolam obligationem ad donationem coniugum indiſtinctè requirentes, cum Inſt. *Nouell. 162. quæ eſt Auth. ſacra forma transmiſſa coll. 9. cap. 1.* apertè conſtituat, ſufficere promiſſionem ſilentio viri confirmatam. Quæ conſtitutio aliàs ſuperflueret; & exceptio partis contrariæ obiecta mulieri petenti res promiſſas à marito inepta eſſet, dum dicebant tunc habere mulieris intentum ſi detineret res donatas. Itaque ibi mulieri quædam à marito donatæ fuerant res, non tamen traditæ, ſed tantum promiſſæ. In quo dubio ſtatuit Iuſtin. quod etſi non interuenerit traditio, ſufficiat promiſſio, ſeu ſtipulatio. Iuxta quam nouiſſimam deciſionem diſertè patet, ſententiam, quam defendimus, veram eſſe, dum iure Digeſtorum probauimus, neceſſariam fuiſſe traditionem, ad donationem coniugalem confirmandam ex oratione Seueri. Quod dicta Nouella immutauit Iuſtin. vt patet, in qua malè exiſtimat Scipio conſtituiſſe Imp. ſtipulationem ſolam non ſufficere, niſi cum inſtrumento, cum id apertè reſpuat *verſ. ſi quidem ſtipulatio interuenit.*

---

## CAPVT XI.

### De Conditione impoſſibili teſtamento adiecta *ad l. 4. §. 1. De ſtatulib. l. 4. §. Idem Iulianus de condit. inſtitut. cum aliis.*

### SVMMARIVM.

1 *Impoſſibiles conditiones teſtamento adſcriptæ, nullius ſunt momenti, & qui de hac materia ſcripſerint, remiſſiuè.*

2 *Huiuſmodi conditiones, aut affirmatiuè, aut negatiuè concipiuntur, & de earum differentia inter contractus, & vltimas voluntates*, & num. 3.

4 *Controuerſia circa aſſignandas conditiones impoſſibiles*, & n. 10. & 11.

5 *De conditione, cui natura eſt, quominus exiſtat, impedimentum.*

6 *An in rerum natura ſit Hyppocentaurus?*

7 *Conditiones impoſſibiles de iure; quæ?*

8 *Conditio impoſſibilis de facto*, & n. 12.

9 *De conditione, quæ perplexitatem continet*, & n. 27.

12 *Quid interſit inter difficile, & impoſſibile?*

14 *Explicatur* l. 4. §. de ſtatuliber. & numero 15. & 16.

17 *De altera parte* d. l. 4. §. 1. *explicanda actum*, & n. 20. 21. & 24.

18 *De hominibus, qui per longum tempus vitam diſtulerunt*, & n. 26.

19 *Centum anni cenſentur longiſſimum vitæ ſpatium.*

21 *Expenditur* l. ſi mihi 12. §. 1. de legat. 1. & n. 23.

25 *Explicatio Auctoris ad* d. l. 4. §. 1. verſ. cum libertas, & n. 27.

29 *Veræ conditiones impoſſibiles ſunt, quæ à natura impediuntur exiſtere.*

30 *Quando conditiones impoſſibiles ſint ex ſua natura, vel euentu.*

31 *Introducitur tractatio* d. l. 4. §. idem Iulian. de cond. inſt. *& proponuntur aliqua difficultates in contrarium.*

32 *Refertur Ant. Fabri ad illum §. explanatio ab Oſualdo ſequuta.*

33 *Reiicitur variis conſiderationibus.*

34 *Alia interpretatio in Academia tradita fundamentis ſtabilitur.*

35 Aliis

35 *Aliis autem maioribus reiicitur obiectionibus.*
36 *Interpretatio ad* dict. l.4. §. idem Iulianus, *&* n.39.40. & 41.
37 *Muciana cautio non potuit præſtari hæredibus legitimis ad* l. is cui, de cond. & demonſtrat. *&* num.38.
42 *An in ſpecie* dict.§. Iulianus, *ſeruo alienato poſſit competere libertas fideicommiſſaria?*

1 IMPOSSIBILES conditiones teſtamento adſcriptas, nullius eſſe momenti, iam pridem monuerunt Conſulti *in l.1 ff. de condit. inſt. & in l.3. de condit. & demonſtr.l. cum ſecundo 16. in fin de iniuſt. rupt.l.ſi Mæuia 45. l.ſeruum 50.§. ſi in non faciendo de hæred.inſt.l.ab omnibus 104.§. in teſtamento de leg.1.l.facta 63.§.ſi ſub conditione ff.ad Treb.§ impoſſibilis Inſtit de hæred.inſtit.§.ſi impoſſibilis Inſtit. de inutil.l.3.tit.4 p.6.* cum aliis iuribus, quæ latè materiam proſequentes explicant Coſta, Sarmient. & alij laudati à Pichardo *in dict.§ impoſſibilis:* & vltra Donell. *lib.6 com cap.18.& lib.8.cap.32.* vbi Oſuald. *& in l.7. de verb.oblig.& in l.7. de verb.oblig. & in l.1. Cod. de inſt.t. & ſubſt.* vbi etiam Gilken. Anton. Fab. *lib.6. coniect.cap.11.& 12.*Sanchez *de Matrim.lib.5. diſp.3. & 4.* Spino *de teſtam. gloſ.14. ex num.134.* Bened. Pinel.*lib.1.ſelect. cap.15.* Durand. *de condit. impoſſibil.*
2 *integro toto tractatu*, & alij *infra* nominandi. † Hæ conditiones aut affirmatiuè, aut negatiuè concipiuntur. Primo modo veluti; *ſi digito Cœlum tetigerit; ſi montem aureum dederit.* Secundò; *ſi in Cœlum non aſcenderit; ſi montem aureum non dederit.* In qua re notanda eſt illa differentia, quod tales conditiones, ſiue negatiuæ, ſiue affirmatiuæ teſtamentariæ diſpoſitioni adiectæ, ita habentur, ac ſi pure ea diſpoſitio relinqueretur *l.ſeruum 50. de hæred. inſt.* in obligationibus vero affirmatiuæ vitiant contractum, negatiuæ autem tanquam non adiectæ iudicantur: *l.impoſſibile 7.& ſeq.ff.de verb. obl. dict.§.ſi impoſſibilis.* In qua re parum aduertenter ſe gerunt aliqui, qui
3 indiſtinctè hoc pertractant. † Ratio eſt, quia ſtipulatio concepta ſub conditione illa; *ſi digito Cœlum non tetigerit* puriſſima eſt, vt poſt Accurſium *in dict. l. impoſſibilis, verba non aſcenderit*, docent Iaſon *ibi*, Cuiac. Don. & Giphan. & quoties quid eſt impoſſibile in ſenſu affirmatiuo, neceſſarium eſt in negatiuo: veluti impoſſibile eſt, vt homo ſimul & ſedeat & ſtet. *l.hæc verba 124. de verbor. ſignificatione*, in ſenſu autem negatiuo neceſſario verum eſt, quod homo non ſtet, & ſedeat: vnde impoſſibilis conditio negatiua, licet in futurum concepta, cum oppoſitum ſit impoſſibile, præſens eſt in ſua cauſa naturali, & ideo cenſetur impleta ex Doctrina Diui Thomæ *in 4. diſtinctione 29. articulo 3. quæſtione* 3. Dicuntur autem huiuſmodi formulæ conditiones, attenta magis conceptione, & figura orationis, quam effectu; quem ſi attendas, verè conditiones non ſunt, vt agnoſcunt antiquiores relati à Coſta *lib.1.ſelect.cap.8. numero 1.* DD. *in dict.l. ſeruum §.1.* Donel. *in l. conditio 100.num.2. & in l. eum qui 41.§. fin.num.10.de verbor.obligat.& lib.8. comment. cap.30.* Pichard.*in d.§.impoſſibilis num.2.* Gregor.*in l.10.tit.2. partic.4.verbo, qui dixiſſe.*

Quæ autem conditiones impoſſibiles dicantur, in-
4 gentis confuſionis materia eſt inter Doctores noſtros. Aliqui quatuor ſpecies conſtituunt, eas ſcilicet quæ facto, natura, iure, & perplexitate ſunt impoſſibiles, vt tradunt poſt Accurſ. *in d.§ impoſſibilis*, Viglius *ibi, num.4.* Mynſinger. *num.2.* Oſualdus *cap.18.littera H.* Sanchez *dict. diſputat.4.* Sarmient. *lib.6.ſelect.cap.1.in princ.* Molin. *de primogen.lib.2.c.1.2.*
*ex num. 35.* & Duran.qui alios refert *de cond. impoſ.* 5
*quinta part. cap. 2.* † Cui natura eſt impedimento quominus exiſtat, illa conditio eſt, veluti, *ſi digito cœlum tetigeris, ſi mare ebiberis, d.l.cum in ſecunda 16. in fin.de iniuſt.rupt.* vel ſi Hippocentaurum dederis *l. ſi ſtipulatus 97.de verb.obligat.§. at ſi quis rem, Inſtit.*
*de inutil.* † Hippocentaurus autem non exiſtit 6
in rerum natura, iuxta magis communem opinionem, quam ex Cicerone, & aliis notat Gothofred. *in dict. iurib.* Pichard.*in princ.num.4. Inſtit.de inutil.* Oſuald.*lib.8. Don. cap.11.litter. B.* Hieron. Magius *lib.1.miſcell. cap.20.* & omnibus melius latiuſque, nec minori eruditione, atque elegantia *in Didaſcalia ſua cap.8.* amicus noſter D. Franciſcus de Cordoua Rutenſis Abbas vir omnigenæ doctrinæ mirum in modum excultus, & cui præter Cordubarum claram nobilitatem, nihil quod ad antiquitatem cognoſcendam, illuſtrandamque pertineat obſcurum, aut
ignotum. † Iure ipſo impoſſibiles reputantur con- 7
ditiones, quibus ius, vel honeſtas, boniue mores reſiſtunt, quominus valeant, licet aliàs de facto euenire potuiſſent, veluti: *ſi hominem occideris, ſi ſacrilegium commiſeris*, & alia id genus *l. conditiones 9. & 14.l.filius 15.de cond.inſt.l. facta 63.§. ſi ſub conditione ff.ad Trebellian.l.continuus 139.§. cum quis 6.ff.de verborum obligat.l.reprehendenda 5. C de inſt. & ſubſt.*
*l.3.titul.4. p.6.* † De facto dicitur conditio impoſſi- 8
bilis, quando ob euentus difficultatem impoſſibilis eſt, veluti, *ſi montem aureum dederit, l. fin. tit.4. part.4.l.21.tit.11.part.5.l.4.tit.4 part.6.* in quo exemplo aduertunt Interpp.montem eſſe debere naturaliter, & hunc natura eſſe non poſſe. Viglius *in dict. §.impoſſibilis*, Gregorius *in l.6.tit.4 part.4.* vnde hanc conditionem ad primam ſpeciem referunt, vt tradit Gothofred.*in dict.l.3.de cond.& demonſtr.* Aliud exem-
plum præſtat *l.4. §. 1. de ſtatu lib.* † Vltima ſpecies 9
impoſſibilium eſt, quando in diſpoſitione poſſibili perplexitas adeſt talis, quæ eam reddat impoſſibilem vt *in l.3.§.filius inter, de lib. & poſt. l. ſi Titius 16.de cond.inſt.l.qui quadringenta 88.ad leg. Falcid. l.ſi Titius*
*9.de verbor. obligat.* † Quæ ſpecies, etſi communi- 10
ter ſoleat aſſignari, an vera ſit, necne, variè certatur inter noſtros, vt ex Bart.adducit Sarmient.*lib.2.ſelect. cap.1.num.1.* Pichard. *in d.§.impoſſibilis num.7.* Anton. Fab.*libro 4.coniect.cap.22.& libro 6. cap.11.* Benedict. Pinel.*libro 1.ſelect.cap.15.* Giph.*in dict.l.7.num.10.& in l.ſi ſtipulor.35.num.2. de verb. obligat.* Qui vnicam ſpeciem conſtituerant moti ex *d. §. ſi impoſſibilis de inutil.* & ex Paulo quem non allegarunt, *lib. 3 ſent.*
*titul.4. §.conditionum.* † Alij dixerunt diuerſam eſſe 11
conditionem turpem, ab impoſſibili, cum hæc habeatur pro non ſcripta, vel adiecta, turpis vero pro non implenda, & ideò neceſſe eſſe, vt à Prætore remittatur, *l. conditiones 9. de cond. inſt. l.non dubitamus 20 de cond.& demonſtr.* notat Anton.Fab. *lib.6.cap.11.*
† Neque alteram ſpeciem alij admittunt, quæ de 12
facto dicitur, cuius exempla ad conditiones natura impoſſibiles pertinent; neque diſtinctionem inter montem aureum naturalem, & artificialem ſuſtineri poſſe exiſtimant, cum mōs ſit naturæ opus, vt ait Viglius *ſupra num.7.* & vbi obſeruat Cuiacius *in dict. l.continuus*, multum intereſt inter difficile, & impoſſibile, cum impoſſibile eſt in re ipſa, difficile in
perſona. † Difficile eſt teſte Ariſtot. quod magno 13
labore, vel prolixo tempore fit; at impoſſibile quod nunquam fieri poteſt, neque etiam cum magno
labore. † Idque comprobari poteſt ex *dict. l.4.* 14
*§.1.de ſtatulib.* quo loci conditio illa *dandi millies*, ſeruo appoſita dicitur difficillima, & pene impoſſibilis, & tamen non habetur pro non ſcripta,

quod ſemper contingit in conditionibus impoſſibilibus. Cuius reſponſi difficultati nondum ſatisfactum à Doctoribus, quos refert Duran *ſupra 2.part.cap.3. numer.17.* neque à Pichard. *ſupra numer 7.* Gregor *in dict.l.fin.verbo monte titul.4 part.4* Coſta *libro 1. ſelect. cap.8.* Donell. *libro 8.cap.32.* Cuiac. *lib.21 obſeru.cap.39.* Anton.Fab. *dict.libro 6.cap.12.* Spino *de teſtament.gloſſ. rubrica prima parte, num.40.& gloſſ.14.num.141.* Pacio *cent.4.quaſt.13.* Ripoll. *in l.3. de cond.& demon. n.228. & ſeq.*

15 Verum eius difficultas ita breuiter erit aperienda, ſi prius animaduertas variè circumferri lectionem illius legis, & ex Codicum emaculatorum authoritate legere debeas cum Anton.Aug. *libro 2. emen.c.6.* Cuiacio *dict.lib.21.cap.39.* Balduin. *in d.§.impoſſibilis, & de condit.cap.7.millies dediſſet*, ſicut dicebant antiqui decies, id eſt, centena ſeſtertia. Centies, id eſt, centies centena ſeſtertia. Nam ſeſtertia neutri generis mille ſummam non excedebant; ſed tunc iungebantur aduerbiis numeralibus, v.g. *decies, centies, millies*, ſub quibus verbum centena continebantur, & ſic millies centena ſeſtertia hodie erit *cerca de vn millon.* Couarru. *de numiſmat.cap.4.num.4.*& Ant.Aug. *dict.cap.2. in fin.* Quo caſu dicendum eſt, ſeruo datam libertatem, (ſub illa conditione) non obtingere, quia talis conditio non eſt natura impoſſibilis, cum neque ſeruo impoſſibile erit eam quantitatem præſtare, ſi aliorum hominum adiuuaretur pecuniis. At videtur penè impoſſibilis, quia ſi potentiſſimus Rex aliquis caperetur ab hoſtibus, id tantum perſoluere poſſet, vt ſe redimeret, atque ita impoſita ſeruo, qui in captiuitate pauperrimus eſt, & nihil ſuum habet, vix eſt, vt poſſit eſſe im-

16 plebilis. † Vnde conſtat hanc conditionem facere, vt dominus nolle credatur imponere libertatem, cum veroſimile ſit, aliunde ſeruo libertatem contingere non poſſe, neque tantam quantitatem à ſeruo, vel ab alio poſſe præſtari, vt ſic impleretur conditio, atque ita cum talis conditio non ſit natura, vel iure impoſſibilis, non regulatur ſecundum naturam impoſſibilium, facit *dict. l. continuus §. illud.* Non obſtat verbum *aliunde*, quod denotat ex nulla alia parte conditionem impleri poſſe, & ſic cenſeri debere impoſſibilem; nam reſpondeo illud eſſe accipiendum reſpectu ſerui, ſicut dicimus noſtro idiomate, *No tiene de donde le venga dinero.* Non vt denotet, non poſſe fieri, ſed quia ſeruus ita eſt omni hominum auxilio deſtitutus, vt à nullo alio ſperet

17 illam quantitatem. † Quoad alteram conditionem ibi adductam, quando libertas in tam longum tempus relinquitur, vt iam viuere non poſſit, veluti ſi ita relinqueretur, *ſi mille annis vixerit*, maior eſt dubitatio, quam vt remoueat, Gothofred. *ibi*, ita eſſe legendum ait, *aut mille annorum erit*, vel, *cum mille annorum erit*, quo caſu erit pene impoſſibilis conditio. Quam interpretationem ex eo fulciri poſſe exiſtimant aliqui, quod non ſit impoſſibile, vt quis ducentos, aut ſexcentos annos viuat, nam licet ſtatutum ſit, vt ait D. Paulus *hominibus ſemel mori*, & Horatius *omnibus vna manet nox, & calcanda eſt ſemel via lethi*, non tamen Deus centum annorum numerum hominibus conſtituit, cum plures octingentos annos vixiſſe, quoſdam 900. ex *Geneſis cap.5.*

18 *& 6.* pateat. † Sed eam ſententiam merito reiecit Anton.Fab *dict.libro 6. cap.12.*& Duran. *dict. 2.part. cap.3.num.22.* Nam quis eſt tam ridiculus, qui putet ex eo, quod Mathuſalemo fere mille anni contigerunt, poſſe ſine Dei miraculo, aliquem per tot annos mortem differre? & vt præteream Neſtorem, (qui teſte Iuuenale *Satyra 10.*

*Exemplum vitæ fuit à cornice ſecunda.*

Verius aliqui tradunt, eum tantum nonaginta annos vixiſſe, vt Homeri Scholiaſtes docet, & Xenophon *in æquiuocis*) Arganthonium Bethicæ noſtræ antiquiſſimum Regem, Ioannem de temporibus qui longiſſimam vitam ſunt ſortiti: id potius fabulæ adſcribo, cum omnium viuacium vita vltra centum & quinquaginta annos non porrigatur, iuxta exempla quæ nobis proponunt Cornelius Tacit. *dialog. de Otor.* Seneca *epiſtol.91* Valer. *libro 8 cap.14.* Plinius *libro 7.hiſtor.cap.48.* Cœlius Rodig. *libro 2 lect.cap.37.* & ex eis docent Corraſius *libro 2. Miſcellan. cap. 18.* Menoch. *de præſumpt libro 6. præſumpt.49.* Gothofred. *in l.fin.C.de Sacr. Eccleſ. littera R. & in auth. de Mo-*

*nachis cap.5. littera A.* † Idque iure noſtro longè receptiſſimum eſt, vbi longiſſimum vitæ ſpatium centum annis concluditur *l proponebatur 76. de iudiciis, l an vſusfructus 56.D.de vſufructu, l.ſi vſusfruct.8. D.de vſufruct.legat.dict.l.fin.Codic.de Sacroſanct. Eccl. l.26. titul 31. part. 3.* explicant præter ſupra relatos Cuiac. *libro 15.obſeruat.cap.22.* Petrus Fab. *lib 1.semeſt. cap.8.* Donell. *libro 10. comment. cap.17.* vbi Oſuald. *littera B.* adeo, vt quis centum annos viuere tantum credatur, obſeruat cum aliis Gutierrez *libro 2. pract.quæſtione 7.* Gothofred. *in dict.l.fin.* poſt Accurſ. & Bart. *in l.2.§ ſed etſi dubitetur D.quemad. teſtament. aper.*& Gilchen. *in dict.l.fin.Codic.de Sacroſanct.Eccl. numer. 8.* † Quare recepta fuit alia interpretatio 19

quam præſenſit idem Gothofred.& Anton.Fab *ſupra dict.cap.12.vt in dict. §.1.* illa verba, *cui libertas in tam longum tempus, &c.* non adiiciant vllam conditionem libertati, ſed ipſius dationem differant in diem certum, & tempus tam longum, vt is qui manumittitur, iam viuere non poſſit, quamobrem inutilis eſt libertatis datio, quia ita res æſtimatur, ac ſi teſtator dixiſſet, ut Stichus poſt mortem ſuam liber eſſet, quo caſu libertas inutilis erit, vt affirmanit Balduinus *in l. etſi poſt tres num.6. D ſi quis caution.* cum teſtator non credatur habuiſſe animum dandi libertatem, quæ in id tempus relinquitur, quo ea non poſſet frui ſeruus. Verbi gratia, ſi hodie vigeſimo ſeptimo die menſis Decembris anni 1623. quo hæc Salmanticæ ſcribimus, teſtator relinquat libertatem in annum 1600. hac in ſpecie quilibet aduertet, noluiſſe teſtatorem libertatem præſtare antequam ille annus adueniat, quo veroſimile iam eſt, non poſſe viuere Stichum. 20

Verum hæc interpretatio mihi non arridet, quoniam falſum credo, illa verba, *Cui libertas in tam longum tempus*, non adiicere conditionem, ſi quidem contrarium dicit ipſa æquiparatio, quam inter vnam & alteram proponit Conſultus ſcilicet, vt ſicut illa conditio dandi *millies* penè impoſſibilis eſt, ita penè impoſſibilis ſit & hæc, quando libertas relinquitur in tam longum tempus, vt viuere non poſſit ſeruus: quem legandi modum conditionem appellat idem Paulus in eadem *l.4. §.ſeruire*, vbi ſi illa formula data ſit libertas Sticho, *ſi anno Titio ſeruierit*: ait Conſultus ſub conditione, & ex tempore datam eſſe libertatem: quomodo etiam dicemus & in illa conditione, *ſi mille annos vixerit*, facit *l. ſi ita 16. D.de man. teſtam.* alias rogo, ſi non fuiſſet conditio, qua ratione dubitaretur, an eſſet ſtatuliber, nec ne, cum ſi ob id, quod non erat animus dandæ libertatis non reiiceretur, verè ſtatuliberum diceremus, cum conditio vera eſſet? Deinde non video rerum humanarum attentâ naturâ, cur penè impoſſibilis ſit illa conditio, *ſi mille annos vixerit*, & non impoſſibilis, & cur quemadmodum illa reiici ſolet, *ſi digito cœlum tetigerit*, non debuit æquè reiici hæc mille annorum,& ſi differentia aliqua eſt, miror ſanè cur ſupradicti Doctores non aſſignent. 21

Rurſus

22 Rurſus facit iuxta eam interpretationem non debuiſſe vitiari dationem libertatis, ſed valere ex *l. ſi mihi* 12. §. 1. *de leg.* 1. vbi ſi libertas valet relicta ſeruis, quos Romæ moriens, Gadibus intra triduum, quo mortuus erat, liberos eſſe voluit, neque anguſtiæ temporis libertati nocent, cum impoſſibile ſit, propter locorum interualla *l. non tantum* 19. *Codic. de legatis*, cur etiam & longinquitas temporis non debuit eodem iure metiri, cum non minus in vno ac
23 alio legandi modo adſit impoſſibilitas. † Cui non ſatisfaciunt Alexand. Socinus & Iaſon. *ibi*, id effectum fuiſſe docentes, quod verſatur legatarij fauor, vt celerius ei daretur libert[as], & ideò quod in eius fauorem adiectum eſt, non debet ei eſſe damnoſum. Nam impoſſibilitas, quæ non reſpicit ſubſtantiam legati, non reiicitur ex eo, quod reſpiciat fauorem legatarij, *l. ſi quis* 6. *de cond. inſt.* Neque alia reſponſio eneruat difficultatem, ſcilicet impoſſibilitatem illam non eſſe ratione ſubſtantiæ legati, ſed præſtationis, propter anguſtias temporis, quæ cum reiiciatur, manet legatum vtile. Quoniam ſubſtantia illa legati eſt ipſa præſtatio ab hærede facienda, quæ ſubſtantia multo magis animaduertitur, quando ipſe defunctus reliqui libertatem, cum vixerit annos mille, tunc enim ex eius voluntate debuit præſtari directè, non ex fideicommiſſo, vt *in dict. l. ſi mihi* §. 1. quo caſu, ſublatâ illâ longinquitate temporis, pura &
24 valida manere potuit. † Neque dicas *in dict. l.* 4. § 1. fuiſſe relictam libertatem poſt mortem ſerui, quod ſenſit etiam Accurſ. *in l. libertas* 17. *D. de man. teſt.* & Cuiac. *libro tertio, obſeru. cap.* 34. quia id repugnat verbis I. Conſulti, qui triplicem caſum proponit. Primum cum in tam longum tempus relinquitur libertas. Secundum cum ſub illa conditione, *ſi millies dederit*. Tertium *cum morietur*, & id innuit cum ſeruo relictam, ait, libertatem in tempus longum, non tamen poſt mortem, *argument. l. qui duos* 18. §. 1. *de man. teſt.* & ſi ob eam rationem nullius momenti eſſet libertas, vt *in l. libertas* 17. § *fin. D. eod.* non faceret Conſultus differentiam inter illam formulam, quando libertas relinquitur, *in tam longum tempus*, &c. vel *cum morietur*, qui ait in primo caſu, non habuiſſe animum dandi libertatem, quemadmodum & cum diceret *cum morietur, liber eſto. dict. l. fin. de man. teſt.* & ideò vt ſententiam ſuam confirmaret circa primam conditionem adducit Iuliani authoritatem, qui in illa conditione, *cum morietur*, reſpondit nullum eſſe animum dandi. Quæ conſideratio euidenter probat, multum differre vnum caſum ab alio.

25 Reiectis itaque his & aliis, iam diu ego exiſtimaui, (cum publice materiam impoſſibilium conditionum explicarem Inſtitutionum Cathedram annis ſuperioribus moderans,) *in dict. l.* 4. §. 1. Iure Conſultum in primo illo exemplo non propoſuiſſe impoſſibilem conditionem, qualis eſt *mille annorum vita*, ſed penè impoſſibilem, quæ licet difficilis eſſet, poterat tamen implementum habere licet cum maxima difficultate. Quod euincit æquiparatio ipſa conditionis illius *ſi millies dediſſet*, quæ difficilis vocatur, & ſimiliter ratio tradita, quod in eo caſu animus non fuerit dandæ libertatis; atque ita longum tempus non fuit mille annorum, ſed centum, quos regulariter viuere non poſſet, ſed poſſibile eſſet, veluti ſi ſeruo quatuor annorum daretur libertas *ſi centum annos vixerit*, tunc iuxta ordinariam hominum vitam difficile eſt, & fere impoſſibile in tam longum tempus vitam protendere, ſed poſſibile eſt
26 ætatem illam attingere. († Vt de Sozimo Monacho, qui propè centeſimum & vigeſimum annum attigiſſe narrat Iuſtin. *in authent. de Monachis, quæ eſt Nouell.* 5. *cap.* 2. *verſ. & dum triennio*, vbi alios longæuæ ætatis numerat Gothofred. & de Corvino, & aliis grandæuæ ſenectutis multa exempla proponit Valerius *libro octauo, cap. decimo quarto*, 27 † vnde ex tali pene impoſſibilitate credimus, teſtatorem nullum animum dandæ libertatis habuiſſe, atque ita nullius momenti cenſebitur datio, cum impediendæ magis, quam dandæ libertatis gratia, ita ſcripſiſſe dicat Conſultus *l. fin. in princ. Digeſt. de manum. teſt.* quæ interpretatio longè congruentior mihi videtur ipſius Iulij Pauli verbis.

Sed vt eò, vnde diuertimus, reuertatur oratio, 28 alteram impoſſibilium conditionum ſpeciem, quæ ex perplexitate orationis promanat, merito reiiciunt DD. præcipuè Goffred. *in dict. l. ſi Titius* 16. *de cond. inſt.* & *in l.* 3. *numer.* 3. *de cond. & demonſtr.* Duaren. *ad titul. de cond. inſt. cap. quarto*, Donell. *libro* 8. *comment. cap.* 32. ex eo, quia ſi impoſſibilis eſſet, remoueretur à diſpoſitionibus, & tanquam non ſcripta cenſeretur, & ita *in dict. l. ſi Titius*, Seius vel Titius exiſteret hæres, quod non euenit, ſed neuter admittitur, neque qualitas conditionis efficit, vt neuter hæres exiſtat, ſed ſcriptura teſtatoris, quæ incerta eſt, & ex qua non poteſt cognoſci, quem ex illis priori loco hæredem eſſe voluit.

Ex quibus dicendum erit, verè & propriè eas 29 conditiones dici impoſſibiles, quibus natura impedimento eſt, quominus exiſtant, veluti *ſi digito cœlum tetigeris*. impropriè tamen eas dici impoſſibiles, quæ iure turpes ſunt, vel prohibitæ. Ita Cuiacius *in l.* 35. *de verbor. obligat.* Donellus *ſuprà*, poſt Cumanum *in dict. l. continuus* §. *cum quis.* Verumtamen aduertendum eſt cum Sarmiento *dict. cap.* 1. *numer.* 1. & 8. Pinel. *dict. cap.* 15. *ex numero* 8. in his conditionibus impoſſibilibus eſſe adhibendam diſtinctionem. † 30 Nam aut ipſæ per ſe ſimpliciter ſunt impoſſibiles, vt *ſi digito cœlum tetigeris*, in quibus procedit diſpoſitio *ſuprà numer.* 1. aſſignata, aut fiunt impoſſibiles ex euentu aut circumſtantia. Quo caſu, & ſi poſſibiles ſua natura ſint, quia tamen ex diſpoſitione rei teſtamentariæ impleri non poſſunt, eandem ſortiuntur naturam, ac ſi fuiſſent verè impoſſibiles. Vnde ſi illa conditione teſtator vteretur *ſi ſeruum hæreditarium non alienaueris*; *ſi dotem non petieris*, vnico tantum hærede inſtituto, tanquam impoſſibilem remouendam eſſe docuit ex Iuliani ſententia Vlpian. *in l.* 4. §. *idem Iulian. D. de cond. inſt.* cui etiam ſubſcripſit Iauol. *in l. mulier* 40. *ff. eod.* & idem Vlpian. *in l. Mucianæ* §. *fin. de cond. & dem.*

Sed hæc traditio ſummè principiis iuris repugnat, 31 quia cum hæreditas, vel legatum ſub ea conditione relictum *ſi illud non feceris*, non competat niſi prius exiſtat conditio *l. qui hæred.* 44. *l. Mæuius* 55. *Digeſt. de condit. & demonſtr.* conditióque illa non faciendi tantum impleatur morte eius, qui tenetur non facere, cum poſſit dum viuit contrauenire; eueniebat, vt nunquam ad hæredem perueniret hæreditas, ideò Qu. Mucius Scæuola cautionem induxit, qua præſtita hæres aut legatarius relictum conſequi poſſent *dict. l. Mucianæ in princ. l. hæres* 79. §. *qui poſt Digeſt. eod.* cum traditis à nobis *libro primo, cap. ſexto, numer. primo*, iuxta quæ dicendum videbatur, in ſpecie dictorum iurium tales conditiones non deberi impoſſibiles reputari, ſiquidem per cautionem Mucianam impleri poterant *l. is cui* 18. *D. de condit. & demonſtr.* cum alias fruſtra eam introductam diceremus. † 32 Quod argumentum diſſoluere tentarunt Cujac. *libro* 5. *obſeru. cap.* 2. & *in recitat. ad dict.* §. *Iulian.* Donell. *dict. libro* 8. *cap.* 33. & præcipuè Anton. Fab. cui adſtipulatur Oſualdus *dict. cap.* 33. *littera Q*, qui docent ideo in dictis iuribus, non eſſe locum

cautioni Mucianæ, quia illa conditio *ſi ſeruum hæreditarium non alienaueris*, ex verbis & voluntate defuncti talem repugnantiam continet, vt tanquam impoſſibilis reiiciatur, teſtator vtrumque voluit, & inſtitutum ad hæreditatem non admitti ante conditionis implementum, vt natura conditionis expoſtulat, & conditionem non prius impleri, quam adita hæreditate, ante tamen non poteſt videri eam conditionem impleuiſſe is, qui & ſi maximè velit ſeruum alienare, non potuit cum eius nondum dominus ſit. In qua repugnantia congruentius eſt voluntati teſtatoris, vt conditione tanquam impoſſibili reiecta, pura maneat inſtitutio. Quod ſi cohæres datus eſſet, hæreditas à cohærede pure dato adiri potuiſſet, & conditio, *ſi ſeruum non alienauerit*
33 impleretur, & ceſſaret repugnantia. † Quæ interpretatio, etſi pluribus placuerit, ex eo ſuſtineri minimè poteſt cum non congruat menti, neque verbis Conſultorum, & adhuc cohærede dato, eadem deciſio militaret, & cenſeretur conditio impoſſibilis, cum videam *in dict. l. mulier* illam conditionem *ſi dotem non exegeris*, poſſe hæredem implere ante aditam hæreditatem, vel remittendo vel accepto ferendo vel præſtando cautionem, & nihilominus cenſetur quoque impoſſibilis ſicut illa *ſi ſeruum non alienaueris*, & tamen non poteſt in illo caſu militare repugnantia conſiderata; & ſi cohæres eſſet datus, potuit ſub illa conditione aut alia inſtitui, quæ impediret eodem modo præſentem aditionem: at dicta iura requirunt indiſtinctè, quod ſit cohæres datus, neque expoſtulant, vt prius vnus adeat, quod requirerent Conſulti, vt ſolent in aliis caſibus aduertere *leg. fin. in fin. Digeſt. communia prædiorum*, cum aliis. Vltimo facit *in dict. l. Mucianæ §. final.* ea ratione locum non eſſe cautioni, quia deficit perſona, cui hæres caueat: ergo non ob repugnantiam ab Anton. Fabro & Oſualdo excogitatam, quæ ſi interueniret, non eſſet conditio reiicienda, ſed hæres excluderetur, vt *in dict. l. ſi Titius, de*
34 *conditionibus inſtitut.* † Succedit alia interpretatio in noſtris ſcholis à doctiſſimis tradita, qui aiunt eam conditionem *ſi dotem non exegerit*, eſſe conditionem impoſſibilem neceſſariam in non faciendo conſiſtentem, quæ vt diximus *ſupra*, puriſſima eſt, & Iure ipſo pro impleta habetur. At conditio, neceſſaria, qualis eſt illa oppoſita affirmatiuæ impoſſibili, præſens eſt, & determinata in ſua cauſa naturali, & ideò cenſetur impleta. Quam ſententiam ſubolfecit Aretinus *in dict. l. impoſſibilis numer.* 2. *de verbor. obligat.* vbi tractans de conditione impoſſibili in non faciendo, quæ eſt neceſſaria, ait textum *in dict. l mulier* eſſe notabilem in hac materia. Pro qua ſententia adducunt ſupradicti *dict. l. Mucianæ verſ. ex aſſe*, vbi in ea conditione *ſi dotem non petierit*, ait, iure ipſo haberi pro impleta, quod abſurdum eſſet, ſi ea conditio enumeraretur inter conditiones impoſſibiles affirmatiuas, quæ pro nullis habentur *dict. leg. 3. de condit. & demonſtr.* id autem quod nullum eſt, pro impleto haberi non poteſt. Rurſus expendunt illam conditionem *ſi dotem non petierit*, appoſitam marito ſcripto hærede ex aſſe impoſſibilem eſſe, quia poſtquam hæres extitit, non eſt à quo petatur, vel à quo exigat dotem confuſis actionibus per aditionem *l. Grannius 72. Digeſt. de fideiuſſ.* non à ſe ipſo poteſt exigere, ergo contraria conditio ſi dotem non petierit conditio neceſſaria eſt. Iuxta quæ eſt intelligendus *d. verſ. ex aſſe*, ibi: *iure ipſo videtur impleta*, vt etiam agnouit Albericus *in fine*.

35 Verum enim vero hæc expoſitio mihi ex eo non probatur, quia conditio *ſi dotem non exegerit*, non eſt neceſſaria ſicut illa *ſi digito cœlum non tetigerit*, & hæc eſt impleta in ſua cauſa naturali, at illa *ſi hæreditarium ſeruum non alienauerit*, vel *dotem non exegerit*, non eſt in ſua cauſa naturali impleta, ſed ex circumſtantia, ſi vel ex aſſe hæres eſt, vel cohæres datus mortuus, vel repudians. Vlterius illa conditio *ſi digito cœlum non tetigeris*, habet conditionem contrariam affirmatiuam *ſi digito cœlum tetigeris*, quæ eſt impoſſibilis, verum hæc *ſi non alienaueris* habet illam affirmatiuam *ſi alienaueris*, quæ ambæ poſſibiles ſunt: ergo non rectè accommodatur huic parti ſupradicta doctrina, cum niſi circumſtantia illa adeſſet, hæres ad implendum interponere cautionem teneretur. Neque quicquam facit *dict. l. Muciana* expenſa *ſupra*, in qua ratione pro impleta habetur conditio, quòd non potuit pro non ſcripta haberi, ſicut cæteræ impoſſibiles, cum iure valuiſſet & poſſibilis eſſet ex ſua natura, prætérquam quod huiuſmodi conditio, adiecta hæredi ex aſſe inſtituto, impoſſibilis videtur *in dict. §. Iniunus*, atque ita iuxta naturam impoſſibilium regulatur, vt pro impleta habeatur vel pro non ſcripta, quod in effectu idem eſt.

Vera itaque illorum iurium ratio videtur, ideo 36
hæredem ex aſſe inſtitutum ſub illa conditione *ſi ſeruum non alienauerit*, abſque cautionis remedio ad hæreditatem admitti, quia illa conditio impoſſibilis cenſetur, quæ ex voluntate teſtatoris, & natura cautionis illum ſenſum habet, ſi hæres cautionem præſtet de non alienando, hoc tamen impoſſibile eſt nullo dato cohærede, cum cautio neceſſario perſonam exigat, cui caueatur, quæ non eſt; atque ita ea conditione, vt impoſſibili reiecta, vel pro impleta habita, hæres ſtatim poteſt adire hæreditatem, quod eleganter demonſtratur *in dict. l. Mucianæ §. fin.* ibi: *quoniam non eſt cui caueat, non impediri eum quominus adeat.* facit *l. Quintus 7. §. Pomponius, ff. de annuis legat.* † Neque legitimi hære- 37
des in hac re, in conſideratione ſunt, vt inſinuat *l. is cui 18. ff. de condit. & demonſtrat.* cum iure Digeſtorum nunquam eiſdem huiuſmodi cautio præſtita fuerit ante nouam conſtitutionem Iuſtiniani, de qua *in Authent. de nuptiis, §. quæ vero verſ. præfata coll. 4.* [ quod non rectè conſequuti ſunt Bart. & Cuman. *in dict. l. is cui*, neque Cuiac. *libro quinto, obſeruat. cap. ſecundo, in fine*, ] idque docet *dict. l. Muciana §. fin.* & inſinuat ipſamet *dict. l. is cui*, ibi: *legatum, eáve hæreditas*: vbi cum legatum & hæreditas coniungantur, conſtat id fuiſſe, quando teſtamentaria diſpoſitio locum habebat, non legitima, & tunc implicat teſtamentum confirmari aditione hæredis, & ſupereſſe ſpem ſuccedendi ab inteſtato *l. quandiu 39. de adquirend. hæredit.* notat Imola & Socinus *in dict. l. is cui.* † Hæres quippe ſi non implebat conditio- 38
nem, bona caduca cenſebantur ex lege Papia, & fiſco vindicabantur *l. vnica, § & cum triplici, & §. ſin autem, Codic. de caducis toll.* ideóque *dict. l is cui*, debet intelligi de his ad quos hæreditas pertinere poteſt iure teſtamenti, quales ſunt cohæredes vel ſubſtituti, vt *ibi* aduertit Cuiacius. † Cui interpreta- 39
tioni obſtat quod conditio non debuit cenſeri impoſſibilis ex eo quod cautio dari non potuit, cum conditio longè diuerſa ſit à cautione, quæ tantum efficit, vt impleta cenſeatur, non vero vt reiiciatur conditio, cum alias diceretur in damnum conditionis venire, quod in eius fauorem fuit introductum *l. quod fauore, 6 Codic. de legibus.* Vnde ſi cautio fuit impoſſibilis, quia non eſt perſona cui poſſet caueri conditio non ex eo cenſeri debebat impoſſibilis, quæ alioquin impleri rectè potuiſſet: alter enim eo conceſſo diceretur, ante inuen-

tam

tam cautionem Mutianam, omnes conditiones quæ in non faciendo concipiebantur, impoſſibiles,
40 indicatas fuiſſe, quod eſſet abſurdum. † Quæ conſideratio licet ſummè difficilis videatur, eneruari poterit ſi animaduertas, quod cum cautio Muciana introducta fuerit, vt relicta in teſtamento ſub conditione negatiua facilius conſequerentur, quia ante mortem honorati alias non poſſet conſtare relictum, ac propterea ipſe teſtatoris beneficio careret, cum eueniret, vt conditio, de qua *in dict.* §. *Iulianus*, de iure exitum habere non potuiſſet, niſi poſt mortem hæredis, qui illi conditioni *ſi ſeruum non alienaueris*, in vltimo vitæ momento potuit contrauenire, *argument. leg. final. de condict. inſtitution.* & ſi neceſſario danda eſſet cautio ad implementum, ſequeretur, vt cum dari non poſſit, minimè qui ſcriptus eſſet acquireret hæreditatem, cum non ſit in poteſtate eius conditionis implementum, neque mors ſerui attendenda ſit, & talis caſus non ſoleat expectari *leg inter ſtipulantem* 83. §. *ſacrament. verſ. homo liber. Digeſt. de verbor.* inde ad impoſſibilitatem conſiderandam inſpicitur non ſolum conditionis difficultas, quia & ſi concedamus conditionem per ſe eſſe poſſibilem, cum tamen negatiua impleri non valeat poſt Mucianam cautionem niſi ea interpoſita, neque poſſit hæres adire ante conditionis implementum, neque cautionem dare, quia non eſt cui detur, cenſetur hoc factum inexpedibile, & ſic quaſi impoſſibile vel reiiciendum, vel tanquam
41 iure impletum cenſendum † Neque oberit ante cautionem omnes conditiones negatiuas impoſſibiles cenſendas. Hoc tamen negatur cum impoſſibilitas cauſetur in noſtro caſu ab ipſa cautione antequam conditiones, quæ in vltimo vitæ ſtatu impleri non potuiſſent, veluti *ſi ſeruum non alienauerit*, inutiles erant, quia poſt mortem implebantur *dict. leg. fin.* iunctis iis, quæ ibi tradit Cuiac. 13. *quæſt.*
42 *Papinian.*

Verum quærunt Interpretes, an ſi ſeruus fuerit alienatus *in dict.* §. *idem Iulianus*, poſſit ei competere libertas fideicommiſſaria; in qua difficultate reſpondent noſtri Præceptores ſeruum poſſe petere fideicommiſſariam libertatem ex coniecturata mente teſtatoris, *argument. l. generaliter* 14. §. *ſi petitum Digeſt. de fideicommiſſ. liber.* cuius argumento Bart. *in l. filiusfam.* 114. §. *Diuinum* 4. *de legatis* 1. ait fauore ſerui quando teſtator dixit *ne poſtea Stichus ſeruiat*, intelligi datam fideicommiſſariam libertatem *l. Imperator* 12. *l. rogo* 21. *de fideicommiſſ. liber.* Quæ ſententia ſine diſtinctione non poteſt admitti, nam aut eam prohibitionem alienationis fauore ſerui propoſuit teſtator, *in dict.* §. *ſi petitum* quo caſu recte fideicommiſſaria libertas petetur, & cum ſerui interſit non alienari, prohibitio cum iuſta cauſa, & certæ perſonæ contemplatione facta valebit, iuxta doctrinam Bartol. *in dict.* §. *Diui.* quem ſequuntur relati à Loazes *ibi numero* 102. At verò contra erit, quando non fauore ſerui id fecerit teſtator, ſed vt ſeruus male meritus puniatur, vt in ſpecie *leg. contra ſeptima, Codic. de teſtament. manumiſſ. leg. prima, & ſecunda, Codic. qui non poſſunt ad liber. l. ſeruus.* 9. *ff. de manum. l. fin. de manumiſſ. teſt. l. quidam* 10. *ff. de fideicommiſſ. liber.*

# CAPVT XII.

Proſequitur præcedentium materia. Nouo ſenſu aperitur abſtruſum Pomponij reſponſum *in l. Multa* 6. §. *ſi ſeruos Digeſt. de condition. & demonſt.* & alia multa iura.

## SVMMARIVM.

1 *Agitur de illa quaſtione, an quando teſtator reputauit conditionem poſſibilem qualitas erat impoſſibilis, talis conditio pro non ſcripta ſit. Ponuntur exempla ex variis iuribus.*

2 *Vera in ea dubitatione ſententia, vt pro non ſcriptis habeantur illa conditiones.*

3 *Tractatus* d. leg. Multa §. ſi ſeruus de condit. & demonſtratione.

4 *Circa has conditiones* ſi filia viuet, & ſi ſeruum manumiſerit, *inter I. Conſultos ipſos magna fuit diſſenſio*, & n. 5. 6. & 7.

8 *Adduntur Auctores, qui in his iuribus componendis laborarunt.*

9 *Auctoris defenſio pro Pomponio contra Neratij ſententiam*, & n. 10.

11 *Reſpondetur difficultati an male adduxerit Pomp. pro ſua parte Seruij auctoritatem.*

12 *An Seruius* in leg. Mæuia 45. de hæred. inſt. *tractauerit quaſtionem, de qua Pomponius* in dict. §. ſi ſeruos.

13 *Item inquiritur circa* l. cum tale §. falſam 7. de condit. & demonſtr.

14 *Conditio poteſtatiua impleri non poteſt, niſi poſt mortem.*

15 *Interpretatio ad* leg. Neratius §. idem Iulianus ff. ad leg. Aquil. & leg. Quæ conditiones §. mortuo Digeſt. de condit. inſtitution. & numero 16.

17 L. turpia 54. §. primo, de leg. 1. *Quomodo ſit accipienda.*

18 *Intellectus* leg. in teſtamento 31. de condit. & dem.

19 *Diſcutitur latè, qua ſit mens* l. ſi Mæuia de hær. inſt. & n. 20. & 21.

22 *Explicatur* l. cum tale §. falſam de cond. & dem. & l. ab omnibus in teſtamento l. huiuſmodi §. ſi cui de leg. 1. & n. 23.

AGIMVS ſuperiori capite de conditionibus impoſſibilibus, quæ verè impoſſibiles ſunt, vel ita cenſentur ex circumſtantia, nunc verò operæ pretium erit illam ſatis in propoſito obſcuram quæſtionem diſcutere, quando teſtator conditionem poſſibilem refutauit eam, quæ verè impoſſibilis erat, an huiuſmodi conditio pro non ſcripta habeatur, vt de cæteris diximus, vel vitiet ipſam diſpoſitionem. Quod intelligendum eſſe non de conditionibus impoſſibilibus natura, recte docuit Benedict. Pinel. *libro primo, ſelect. cap. decimo quinto, numero* 9. poſt Sarmien. *libro ſecundo, ſelect. cap. primo, numero ſecundo*, ſed de conditionibus ex ſuppoſitione vel euentu. Veluti ſi filiam cum haberet abſentem dixit; *ſi filia mea viuet*, quæ tamen iam erat tempore teſtamenti mortua, aut ſi cum filiam nunquam habuerit, ea formula vſus eſt; vt *in l. ſi Mæuia* 45. *de heredit. inſtit.* vel ſi dixit: 1

ſi

*ſi tabulas reddiderit*, quæ non fuerunt in rer. m natura *l. ab omnibus* 104. §. *in teſtamento de leg.* 1. vel *ſi ſeruum manumiſerit*, qui tamen erat mortuus tempore teſtamenti *l. quæ ſub conditione* 8. §. *mortuo de condit. inſtitut, l. multa* 6. §. *ſi ſeruos de condit. & dem.* Quam quæſtionem pertractant Sarmien. & Pin. *ſuprà* poſt Accurſ. Bart. & alios antiquiores, quos referunt Ant. Gomez. *tom.* 1. *variar. cap.* 11. *numero* 73. Gregor. *in l.* 3. *verbo por tal. tit.* 4. *part.* 6. Galganet. *de condit.* 2. *part. quæſt.* 84. *numero ſecundo*, Sanchez *lib.* 5. *de matrimon. diſputat.* 3. *numero* 8. Ripol. *in l.* 3 *de condit. & dem à numero* 163. & Duran *de condit. impoſſibil.* 3. *part. cap.* 7. *numero* 6. † Sed variis reiectis opinionibus,
2 veram conſtituo in hac re ſententiam, eas conditiones pro non ſcriptis habendas eſſe, ſiue teſtator eas credat poſſibiles, ſiue impoſſibiles, neque neceſſariam eſſe diſtinctionem, inter conditiones ex ſuppoſitione, & ex euentu impoſſibiles, cum in effectu eædem ſint. Ratio eſt, quia ſi introſpicias hanc conditionem, *ſi filia mea viuet*, quam impoſſibilem ex ſuppoſitione vocant, natura eſt impoſſibilis, quæ non patitur, vt viuat filia, quæ nunquam fuit nata. Idem erit, & in illa conditione *ſi ſeruum manumiſerit*, quæ natura impoſſibilis eſt, cum non poſſit manumitti ſeruus qui iam erat mortuus tempore teſtamenti, & ſic de cæteris aliis. Nec dicas rationem eandem militare non poſſe in conditionibus impoſſibilibus, & in eis teſtator reputabat impoſſibiles, nam contrarium eſt verius, cum cogitare potuit, conditionem poſſibilem poſſe fieri impoſſibilem: ſi dixit *ſi mater viuat*, vel *ſi Stichum manumittat*, potuit cogitare accidere poſſe, vt eo tempore mater non viueret, vel ſeruus, atque ideo ſi ita ſciuiſſet, diceremus eam conditionem non adiecisse, quæ ex eius voluntate reiicietur.

3 Vnde fluit interpretatio ad *d. l. multa* §. *ſi ſeruos*, quo loci Pomponius grauem inter ipſos Conſultos controuerſiam refert circa has conditiones *ſi ſeruum manumiſerit*, qui iam erat ante mortuus, & *ſi filia & mater mea viuent*, altera iam mortua. † In quo diſſidio
4 Neratius aiebat hæredem ſub prima conditione ſcriptum defici conditione, *quia non æſtimabat*, (*inquit Popon.*) *pareri poſſet conditioni necne*; hoc eſt antequam impoſſibilis iudicanda eſſet. † Quam ſen-
5 tentiam, etſi Pomp. non videatur recipere. Iulianus ſequutus fuit, & probauit Vlpianus *in l. inde Neratius* 23. §. *idem Iulianus ff. ad leg. Aquil.* ibi: *propter occaſionem enim deficit conditio, & in l. ſi ita* 16. *de manumiſſ. teſtament.* & Africanus *in l. in teſtamento* 31. *de condit. & demonſt.* ibi: *ſed & Pamphilam defectam.* Quin etiam & idem quoque Pomponius calculum videtur præbuiſſe Neratio *in l. penult.* §. 1. *iuncta gloſſ. verbo ſequuturum, de condit. & demonſtr.* & Imperator
6 Alex. *in leg.* 4. *C. de condit. inſertis.* † Poſtea autem procedit *in dict.* §. *ſi ſeruos* Pomponius, & ex doctrina Sabini & Caſſij dictam conditionem ait, pro non ſcripta habendam eſſe. Quam ſententiam ipſe probare videtur *in l. turpia* 54. §. *ſed etſi, de leg.* 1. & Iulianus *in l. ſi fundum* 92. §. *ſi Titio Digeſt. eod.* & Vlp. *in dict. leg. quæ ſub conditione* §. *mortuo de condit. inſtitut. & in l. fideicommiſſa* 11. §. *ſi cui de leg.* 3. Scæuola *in l. quæ in dotem* 12. *Digeſt. de dote prælég.* facit *l. ſi quis teſtament.* 11. *de condit. inſtitut. & l.* 1. *Codic. de inſtitut. &*
7 *ſubſt.* † Adducit ergo Pomponius pro ſua confirmanda ſententia Seruij authoritatem, qui dicebat in illa conditione: *ſi filia & mater viuent*, altera iam mortua, non defici conditionem. In quo videtur errasse, & male pro ſe eam authoritatem expendiſſe, cum tunc deficere conditionem exiſtimabat Seruius, ſi filiam teſtator nunquam habuerit, vt teſtatur Alphen. *in dict. leg. ſi Meuia*, non verò ſi habuit, ſed quæ iam deceſſiſſet. Eodem quoque modo videtur male retuliſſe Sabini & Caſſij ſententiam ita generalem, cum iidem adhibita diſtinctione fuerint loquuti, vt ſi dictæ conditiones falſæ ſint, impoſſibiles cenſeantur, ſin autem veræ, intelligantur defeciſſe: ita docuit Pap. *in l cum tale* 72. §. *falſam conditionem ff. de condit. & demonſt.*

In qua difficultate, vbi I. Conſulti ipſi pedem ſecurè non figunt, Sarmientus antino miam fatetur *d. cap.* 2. *numero* 7. & 8. quam vt concilient variè torquentur Donel. & Gilquen. *in l.* 1. *Codic. de inſtitut.* 8
idem Donel. *d. lib.* 8. *cap.* 34. vbi Oſuald. *littera C. & D.* Cuiac. *lib.* 17. *obſeruat. cap.* 22. & *tractat.* 1. *ad African. in dict. leg. in teſtamento* Pinellus *d. cap.* 15. *numero* 16. qui tanta difficultate oppreſſus ait Seruium & Sabinum non rectè fuiſſe relatos à Pomp. quod falſum eſt, etſi aliqui eidem conſentiant, vt *infra* videbimus.
† Quapropter in ea ſententia, quam annis ſuperioribus auditoribus meis tradidi, nunc perſiſto, & 9
crucem hanc Iuris ſtudioſis affixam, ſic tollendam exiſtimo; ſcilicet Pomp. iuſtiſſime Neratij opinionem reieciſſe, quia illa conditio *ſi ſeruum manumiſerit*, qui tamen mortuus erat ante tempus teſtamenti, impoſſibilis iudicari debuit ex Sabini & Caſſij ſententia, non vero quaſi defecta. (In quo caſu procedit ſpecies. Pomp. *in d.* §. *ſi ſeruos*, vt conſtat ibi, *quibuſdam ex iis ante mortuis.*) † Ratio eſt, nam cum teſtamen- 10
tum fit, impoſſibilis eſt manumiſſio, ſi quidem non eſt ſeruus in rerum natura: quod indicat Pomp. ibi: *Nec æſtimabat pareri poſſet conditioni, nec ne*, quibus verbis reprehendit Neratium, quaſi parum caute hanc rem conſideraſſet, cum æſtimare, id eſt aduertere debuiſſet, tali conditioni hæredem parere non poſſe, præcipuè cum hæc implenda erat poſt mortem teſtatoris, & eſſet in poteſtate *l.* 2. *D. de condit. & demonſtr.* Quam rationem notauit quoque Vlpian. *in d. l.* 8. §. *mortuo*, ibi: *non videtur conditione defectus, ſi parere conditioni non poſſit*, facit *l. Titius* 14. *l. cum tale* 72. §. *ſi arbitratu*: *verſ. ſed ſi Titius de condit. & demonſtr. iuncta d. l. ab omnibus* §. *in teſtamento de leg.* 1. Vnde cum hæc conditio defecta eſſet ante factum teſtamentum, & non poſſet adimpleri, merito quaſi impoſſibilem, pro non ſcripta habendam eſſe docuit Pomponius. † Alteri autem argumento, quo proba- 11
batur videri Pomp. male pro ſe adduxiſſe Seruij ſententiam, reſpondeo, eum contra Neratium expendiſſe Seruij authoritatem, vt ſuam opinionem adſtrueret, & ſic Neratij authoritatem, alia non minus grauiori elideret, comparaſſe illam conditionem; *ſi ſeruum manumiſerit*, qui tamen erat mortuus, cum illa; *ſi mater & filia viuent*, altera iam mortua tempore teſtamenti: vt quemadmodum Seruius dixit, in hac non eſſe defectum conditione hæredem: ita & in illa idem admitteretur. Quod non tanquam expreſſum argumentum adduxit, ſed à ſimili, vt *in l. ſi teſtamentum* 8. *Codic. de inſtitut. & ſubſt.* † Vel cre- 12
dibile eſt Seruium loquutum fuiſſe non ſolum de illa ſpecie, de qua *in dict. l. ſi Meuia*, quando filia, & mater in conditione poſitæ ſunt, ſed de vna tantum, vt denotat: Pompo. *in dict.* §. *ſi ſeruos*, ibi: *ſed Seruius reſpondit cum ita eſſet ſcriptum.* Quaſi non tantum Seruius reſponderit circa ſpeciem *d. l. ſi Meuia*, verum & circa illam quam Pom. tract. Idque patet, nam *in d. l. ſi Meuia* Alphenus & Seruius agunt, quando teſtator nunquam habuit filiam, quod diuerſum eſt à caſu Pomponij, qui loquitur quando habuit filiam, & dixit: *ſi filia & mater mea viuent*, & iam vna earum erat mortua, non poterit dici filiam nunquam habuiſſe, & conſequenter in diuerſa ſpecie Alphenum loquutum dicemus, cum Seruium adduxit, & in diuerſa Pomponium. † Quæ reſponſio etiam 13
adaptari

adaptari debet ad vltimam difficultatem quam offerebat *dict. leg. cum tale* §. *falſum*, cum ſpecies de qua ibi multum differat ab ſpecie Pomponij, qui precedit quando teſtator ignorabat ſeruum mortuum: at *in d.§.falſam*, ſciebat teſtator nihil deberi Titio, cui ſoluere volebat, vel quando ipſe exſoluit poſt teſtamentum factum. Quod diuerſum eſt, vt *infra* dicemus.

14 Non euerti hanc explicationem pro opinione Neratij *ſuprà* adductum, nam ad *d l. Neratius* §.*idem Iulianus*, *& dict. leg. Quæ ſub conditione* §.*mortuo* reſpondebis ſi aduertas, conditiones poteſtatiuas, qualis eſt illa, *ſi ſeruum manumiſerit*, impleri non poſſe, niſi poſt mortem teſtatoris *l.2.de condict. & demonſt.* iunctis Ant.Gomez.1.*tom.variar.cap.*12.*numero* 68. & Spino *de teſtament. gloſſ.* 14. *numero* 12. *& ſequent.* & quamvis aliqui contendant illam conditionom quocumque tempore impleri poſſe, ſiue ante mortem, vel poſt mortem teſtatoris, contrarium probatur *in dict.* §. *mortuo*: vbi ſi mortuus fuerit ſeruus (qui manumittendus erat) ante mortem teſtatoris, ait Conſultus, non videri defectum conditione hæredem: ergo ſi poſt mortem teſtatoris moreretur Stichus, defectus cenſeretur, hoc autem non alia ratione, niſi quia ante mortem non tenebatur manumittere, neque implere conditionem; poſt mortem verò tenebatur, quod inſinuatur ibi: *non videtur defectus conditione, ſi parere conditioni non potuit*, defectus autem eſſet, ſi, vt dixi, implere poſſet etiam viuo teſtatore. Deinde facit hanc conditionem *ſi Capitolium aſcenderit*, non poſſe niſi poſt mortem teſtatoris impleri, *d.l.* 2. *l. ſi iam* 11. §. 1. *de condit.& demonſt.* & quæ non minus poteſtatiua dicitur, quam illa; *ſi ſeruum manumiſerit l.fin. de condit. inſtitut.* & tamen conditio Capitolij aſcendendi habet talem interpretationem, ſi cum primum potuerit *l.hac conditio* 29.*de condit. & demonſt.* Rurſus facit, quod cum Inſt. *in l. ſi quis hæredem* 7.*Codic.de inſtit. & ſubſt.* voluerit eas conditiones quocumque tempore, vel ante vel poſt mortem impleri, videtur ante eam conſtitutionem contrarium viguiſſe.

15 † Ex quo conſtat, in hac conditione multum intereſſe, vtrum ſeruus mortuus ſit tunc, cum conditio potuit impleri, hoc eſt, mortuo teſtatore, an vero tunc cum non potuit, hoc eſt, viuo. Priori caſu conditio defeciſſe intelligitur, quia ab initio conditio fuit poſſibilis, & impleri potuit, cum natura & iure implebilis eſſet, quo attento procedit *d.§.idem Iulianus.* Poſteriori autem caſu conditio pro impleta habetur, ſiquidem condicio illa impleri neque iure, neque natura potuit, & ſic eſt impoſſibilis *dict.* §. *mortuo.* Vnde cum hæc conditio *ſi ſeruum manumiſerit*, mortuo teſtatore implenda ſit *dict. l.* 2. & poſt mortem teſtatoris Stichus fuerit occiſus, *in d.* §.*idem Iulianus*, conditio plane defeciſſe videtur: & qui ſub ea conditione inſtitutus eſt, hæres non erit. Quare poterit lege Aquilia agere ad hæreditatis æſtimationem, cum propter occiſionem defecerit conditio, & occiſor in cauſa fuerit, quominus conditio impleretur. Hoc intellige ſi Stichus occiſus eſt poſt mortem teſtatoris quo caſu defecit conditio. Sed id non procedit ſi viuo teſtatore occiſio contingat, cum eo tempore ceſſabit æſtimatio hæreditatis, vt pote quia non excluditur hæres ab adeunda hæreditate, vt verbis expreſſis denotat Vlpianus *in d.*§. *idem Iulianus*, ibi: *Quod ſi viuo teſtatore occiſus ſit, hæreditatis æſtimationem ceſſare.* Vbi non ſignificat etiam hoc caſu amiſſam eſſe hæreditatem, hærede tanquam conditione defecto, ſed tantum ait, hæreditatem non poſſe æſtimandam in actione legis Aquiliæ de ſeruo occiſo, quoniam non defecerit conditio, neque ab hæreditate excluditur, vt in caſu ſuperiori, & ob eam rationem inſpicitur ſeruus tantum quanti plurimum fuit ex regulis ordinariis legis Aquiliæ *l.* 1. *& ſequentibus D. ad leg. Aquil. princip. Inſtitut.eod l.*28.*tit.*15.*part.*7.

16 † Iuxta quæ accipiendus eſt *d.* §. *mortuo*, vt cum ibi viuo teſtatore mortuus fuerit Stichus, quo tempore impleri conditio non potuit *dict. leg.* 2. & ſic tunc impleri nequit, nec ſi deficiat, poterit, cum ſit impoſſibile *dict. leg. ſi iam facta* 11.*de condit.& demonſtr.*in qua conditiones, quæ iterari non poſſunt, qualis eſt manumiſſio ſerui, præſenti die debentur. Neque aduerſatur *dict.*§.*mortuo verſus nam mortuo Sticho*, qui ait mortuo Sticho conditionem haberi pro impleta quomodocumque mortuus ſit, hac ratione adiecta, quia per hæredem non ſtat quominus Stichus manumittatur, qui iam mortuus eſt. Reſpondetur etenim illum verſum referendum eſſe ad priora verba principij, vt ſic proſequatur idem caſus ibidem propoſitus, ſcilicet de Sticho mortuo viuo teſtatore, qui ſub ea conditione hæredem inſtituerat; *ſi iuraſſet ſe Stichum manumiſſurum*, quibus ſubiicit poſtea Vlpianus, idem eſſe dicendum, etſi non illa formula hæredem inſtitueret, ſed ea vteretur, videlicet, *vt Stichum manumittat*, atque ita erit ſenſus; ſi hac vltima conditione adiecta mortuus eſt Stichus, viuo adhuc teſtatore, vt diximus, nemo dicet hæredem ſubmouendum, neque dicetur conditione defectus, qui non potuit parere, tunc enim implenda eſt conditio, quando natura poteſt hæres parere, hoc tamen non poteſt euenire in hoc caſu, in quo eſt impoſſibile Sticho mortuo libertatem imponere.

Eodem modo accipiendus eſt idem Pomponius *in d.l.turpia* 54.§.1.*de leg.*1.vbi generaliter ſcribit, quod ſi mors Stichi impedierit manumiſſionem, debebitur legatum. At de morte Stichi ante vel poſt mortem teſtatoris contingentem nullum verbum protulit. 17 Verùm illud reſponſum intelligendum eſt, quando Stichus viuo teſtatore deceſſit, quod etſi verbis diſertis non adaperiatur, ſeries tamen ipſa, & I. Conſulti ratio euidenter oſtendunt. Propoſuerat itaque Pomp.in caſu præcedenti Titiæ legatum eſſe, *ſi Seij arbitratu nupſiſſet*, & viuo teſtatore Seium deceſſiſſe, in eaque ſpecie ait legatum deberi: poſtquam ſtatim ſubiicit caſum *d.* §. 1. cum legatum eſſet, *ſi ſeruum manumiſeris*, & mors ſerui impediſſet manumiſſionem. Quos caſus coniunxiſſe certum eſt, cumque in primo euenerit mors Seij viuo teſtatore, etiam & in ſecundo eueniſſe coacta ratione affirmare debemus, nam cum dicat legatum deberi, quoniam per legatarium non ſtetit, quominus ſeruus liber eſſet, apertè innuit, mortem ante teſtatoris obitum contigiſſe, cum alias iam per legatarium ſtetiſſet, quominus liber eſſet, quia poſtquam mortuus eſt teſtator, potuit imponere libertatem. Cui interpretationi conſentit Cuiacius *in d.*§.1. 18

† Sed obſtat *d.l.in teſtamento* 31.*de condit. & demonſtr.* vbi ſi legatum eſſet Sticho & Pamphilæ, *ſi matrimonium coierint*, & Stichus mortuus eſſet poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas, ait Africanus Pamphilam defectam videri conditione. Quod difficile eſt cum per eam non ſteterit, quominus illa conditio impleretur. Cui legi ſatisfacere tentat Cuiacius 2. *tractat.ad Afric.ibidem*, poſt Imol. Socin. & alios ex cuius traditis reſpondeo, partem Stichi defectam eſſe, & tanquam caducam ad fiſcum pertinere, nam Senatus Conſultis, quæ ad diſſoluendas difficultates legis Papiæ introducta ſunt, inſtitutum eſt, vt dies legatorum cederet ab apertura tabularum: ita Vlp. *in frag.tit.*24.*verſ. legatorum*, (vbi etſi id lege Papia inductum doceat, intelligendus erit, quoniam S. Conſulta illa ad eam legem pertinebant, notat Bald. *ad leg.Pap.pag.*59.Hotman.*lib.*4.*obſeru.cap* 9) Vnde ſi

ſi eo tempore, quod intercedebat inter mortem te-
ſtatoris, & aperturam tabularum moreretur legata-
rius, relictum capiebat fiſcus, docet Cuiacius *in l.
vnica §.cum igitur Codic. de caducis*: quod ideo factum
fuit, vt amplior eſſet caducorum conditio, atque
ideo Stichus cum ſit conditione defectus, relictum
eidem ad hæredem non pertinet, ſed ad fiſcum:Pam-
phila autem defecta fuit conditione, quoniam alte-
ri propter alterum legauit, & mors impediuit ma-
trimonium, quæ cum poſt mortem teſtatoris acci-
derit, ſecundum *ſuprà* traditam diſtinctionem, con-
ditio defecit, & cum ea viueret, partem ſuam apud
hæredem remanſuram Africanus ait. Ex quibus
etiam poteſt interpretari *d.l.ſi ita 16 de manumiſſ.teſt.
l.4. Codic.de condit. inſer.l.penult.§. primo, de condition.
& demonſtr.*

19 Difficilior eſt *l. ſi Mæuia 45. de here. inſtit.* in qua
ſupponit Alphen. vt illa conditio, *ſi Mæuia mater
mea & Fuluia filia mea viuent*, impoſſibilis cenſeatur,
neceſſe eſſe teſtatorem filiam nunquam habuiſſe,
quod non conuenit cum Pomp. *in d.§.ſi ſeruos*,ibi:*al-
tera iam mortua.* Deinde videtur idem Alphenus re-
quirere, vt Titius perueniat ad hæreditatem, ma-
trem Mæuiam ſuperuinere, in quo noſtræ interpre-
tationi *ſupra* propoſitæ ad *d.* §. *ſi ſeruos* maximè con-
uenit in illis verbis: *quibuſdam ex iis ante mortuis.*
Sed id ſine ratione videtur tali diſcurſu, ſi conditio
ibi impoſſibilis cenſetur,quoniam iam tempore mor-
tis teſtatoris impoſſibile eſt, vt manumittantur ſer-
ui, cur non cenſebitur impoſſibilis, ſi mater ipſa
mortua eſt, cum impoſſibile ſit, ſi mortuæ erant ma-
ter & filia quod iam viuant? Cur ergo requiritur
20 mater viuat? vt Titius hæres exiſtat? † Cui diffi-
cultati ſatisfacere tentant poſt Accurſ. Cuman. &
reliquos antiquos Coſta *lib.1. ſelect.cap. 11.numero* 1.
Sarmiento *d.lib.2.cap.2. numero* 5. Pinellus *num.* 10.
& alij *ſuprà.* Sed frequenter receptam vidi interpre-
tationem Accurſij, qui aſſerit verbum *viuent.in dict.
leg.ſi Mæuia* non eſſe temporis futuri, ſed præſentis,
at *in d.§ ſi ſeruos*, denotare futurum iuxta verbi pro-
prietatem. Ita etiam firmat Carondas *in d. l. ſi Mæ-
uia.* Verum id non admittit Coſta *d.numero prima*,
neque Cuiacius *in l.cum in ſecundo, de iniuſto*, quia
traditio illa, quæ impoſſibiles conditiones pro non
ſcriptis habet, intelligenda eſt conditione in tempus
futurum relata, non vero de præterito aut præſenti
tempore, *argument.l. cum ad præſens 37. de rebus cred.
l.inſtitutio* 10.*§.fin.de condit.inſtitut.l. conditio* 100. *l. ſi
ita* 110.*de verb.obligat.* Deinde, ſi in tempus præſens
fuiſſet collata conditio, ſatis eſſet, quod mater vi-
ueret tempore teſtamenti iuxta *l. cum in ſecundo* 16.
*de iniuſto*, vbi ſine aliqua diſtinctione ait Conſultus,
vitiari inſtitutionem ſub conditione illa factam, *ſi
Titius Conſul eſt*,ſi tum temporis Titius non viuit;nec
diſtinguit an viuat tempore teſtamenti vel non,quod
ſufficiet *in d. l. ſi Mæuia*, vbi exigitur vt mater ſu-
peruiuat. Vltimo, quia accipere verbum *viuent*
pro *viuunt*, & violentia eſt, & contra verbi proprie-
tatem. Quare hac damnata interpretatione, & alia
Sarmienti *d.cap.2.numero* 5. aſſerentis contrarios ex-
titiſſe Conſultos, & meliorem ſibi videri Vlpiani
opinionem *in d.§.idem Iulianus*, quàm Pomponij *in*
21 *d.§.ſi ſeruos.* † Reſponderi poſſe exiſtimo, teſtato-
rem cum matrem haberet,crederetque habere filiam,
quia fortè abſens opinabatur vxorem enixam eſſe,ea
formula vſum fuiſſe *ſi Mæuia mater mea & filia vi-
uent*,quo caſu eum filiam nunquam habuiſſet,ea con-
ditio circa filiam impoſſibilis reputatur, & ob id re-
mouetur à teſtamento, ex quo manet Titius inſtitu-
tus ſub conditione *ſi mater Mæuia viuet*,quæ cum ſit
conditio caſualis, ſi moriatur poſt teſtamentum fa-
ctum ante mortem teſtatoris, deficiet conditio, &
Titius non admittetur ad hæreditatem *l. vnica* §. *ſin
autem Codic. de caducis*, quæ omnia conſtant apertè
ex *dict. l. Mæuia*, cum dicatur ibi, id quod impoſſi-
bile teſtamento ſcriptum eſſet, nullam vim habere.
Vnde deducit Alphenus, in illa conditione impoſſi-
bile fuiſſe reiiciendum, & poſſibile ſpectandum, at-
que attendendum; & cum dicat neceſſarium eſſe, vt
mater ſuperuiuat, præſupponit vixiſſe tempore te-
ſtamenti.

Vltimò venit explicandus locus Pap. *in dict. leg.* 22
*cum tale 72.§. falſam conditionem 7. de condit. & de-
monſtr.* vbi duos caſus meo iudicio proponit, vnum
in principio, alterum *in verſ. quod ſi poſt.* Primus
eſt, quando teſtator Pamphilo dedit libertatem, *ſi
ſoluiſſet quod Titio debebat*, cum tamen nihil verè Ti-
tio fuerit debitum, quo caſu conditio habetur tan-
quam impoſſibilis,& competit libertas iuxta ſpeciem
ſic intelligendam *in l.ab omnibus 104.§. in teſtamento,
de legatis* 1. vbi ſi legatum relinquatur ſub conditione
*ſi tabulas reddiderit*, quæ non fuerunt in rerum natu-
ra, legatum valet, & conditio reiicitur, quia con-
ditio falſa impoſſibilis eſt ſecundum Ariſtotelem.
Cui obſtat *l. huiuſmodi* 84. §. *ſi cui ita, de legatis* 1.
vbi ſi tabulæ in rerum natura non fuerint, ita exi-
ſtimabitur expleri conditio, ſi hæres liberabitur, er-
go non vt impoſſibilis cenſebitur, cum neceſſaria
fuerit liberatio. Sed Reſpondeo *in dict. §. in teſta-
mento* nunquam confectas fuiſſe tabulas, neque vn-
quam extitiſſe, at *in dict. §. ſi cui tabulas* fuiſſe in
rerum natura, & veram obligationem interueniſſe,
etſi tabulæ deperditæ non inuenirentur, vel non ex-
tarent, quo caſu neceſse eſt, vt legatarius hæredem
liberaret; vt exiſtimetur ſatisfeciſse conditioni.
Nam cum vſus fuerit illa formula, *ſi tabulas chirogra-
phi mei hæredi meo reddiderit*, qui chirographum di-
cit, ipſam actionem dicit *l. ſeruum 44. §. cum qui de
leg.1.l.Lucius* 38.*§.ciuibus de leg.2.l. Qui chirographum*
59.*de leg.3.*vnde etſi chirographi redditio argumen-
tum ſit liberationis, quæ exceptione contingit, *l.2.
§.1.de pact.* at in teſtamento in quo plenius volun-
tates interpretantur *l. in teſtamentis 12. de regul. iur.*
illum habet ſenſum, ſi hæredem ipſo iure liberaue-
rit, & ipſum chirographum reddiderit, vt ſic im-
pleatur conditio *l. Mæuius 55. de cond. & demonſtrat.*
Vnde non benè Iaſon, & alij quos refert Sarmient.
*ſupra cap.1.num.*15. exiſtimabant, *in d.§.ſi cui* condi-
tionem per æquipollens adimpleri, quia licet tabulæ
reddi non poſſint, quæ nullæ extarent, poteſt tamen
fieri debiti acceptilatio, quæ idem operatur. Quod
eſt falſum, cum *dict. §. in teſtamento* reiiciatur condi-
tio, quia nunquam fuerunt tabulæ, nec fuit ali-
quando debitum. † Alter caſus Pap. *in dict. §. fal-* 23
*ſum eſt*, quando debitum interuenit, & poſt factum
teſtamentum pecuniam exſoluit teſtator. Qua in
ſpecie Gothofred. *ibi ait*, valere libertatem eiuſdem
fauore. Et hanc opinionem falſo tribuit Accurſio,
qui apertè contrarium aſſerit,ſcilicet libertatem non
valere, cum conditio defecta ſit. Eum ſequuntur
Caſtrenſ. & Alberic. & antiquiores alij, necnon &
Oſuald. *libro 8. Donell. cap. 32. littera F.* qui miratur,
quærens quid Accurſio erroris cauſam dederit, cum
tamen neque ipſe nec Gothofredus Accurſium le-
gerint, qui eandem ſententiam probauit. Quam
firmat etiam Papin. dum ait, quod ſi poſt teſtamen-
tum factum teſtator id quod debebat, ſoluerit (qui
verè debebat) defectam conditionem intelligi.Quæ
verba apertè innuunt non valere libertatem, quo-
niam teſtator, qui tempore teſtamenti pecuniam,
vel quid aliud debebat, poſt teſtamentum ſoluerit,
videtur prioris voluntatis pœnituiſſe, & legatum
adimere voluiſſe, *argument.l.alumnæ 30. §. ab hæredi-
bus 4.cum l.ſequent. §.1. de adimen. legat.* ita docuit

Paul.

Paul. Caſtr.& eo non relato Oſuald. *ſuprà.* Neque obſtat *l. ſi quis ſeruum 53. de condit. & demonſtr.* vbi cum teſtator liberationem reliquiſſet ſub conditione *ſi hæreditatem reddiderit*, ſi poſtea rationes reddere prohibuerit, libertatem ex teſtamento competere ait Modeſt. cui ſatisfacies ex trad. à Socin. *dict. leg. in teſtamento numero decimo tertio*, & Accuſ. & Gothofred. *ibi.*

---

## CAPVT XIII.

De Stipulatione *ſeruum ſanum eſſe, furem non eſſe.* Exornantur Vlpianus *in l. ſi ita quis 31. D. de Euictionibus*, & Pomp. *in l. Si à ſubſtituto 45. §. 1 ff. de leg. 1.*

### SVMMARIVM.

1 *In venditionibus præſtantur cautiones, quibus de morbis vitiiſque res admonenantur emptores.*

2 *In venditione ſeruorum ſolebat repromittere venditor per ſtipulationem*, furtis, noxiiſque ſolutum ſeruum.

3 *Eodem modo ſtipulatio concepta erat*, ſeruum ſanum eſſe, furem non eſſe.

4 *Circa eam ſtipulationem grauis fuit inter ipſos prudentes decertatio.*

5 *Expenduntur fundamenta eorum, qui eam ſtipulationem inutilem indicabant*, & n. 6.

7 *Expenditur pro ea parte* leg. 3. C. de ædil. act. l. ſi à ſubſtituto §. 1. de leg. 1. *&* n. 8.

9 *Illuſtratur* lex non eſt impoſſibile 50. de Pactis.

10 *Alieni facti promiſſio inutilis eſt.*

11 *Fundamenta pro parte affirmatiua, vt ſtipulatio illa*, ſanum eſse, *valeat*, & n. 12.

13 *In euictionibus obligatur venditor ad intereſſe, re euicta.*

14 *Stipulationes Prætoriæ*, ſeruum ſanum eſse, non eſse furem, *non obligant niſi ad intereſſe*, & numero 15.

16 *Admiſſa Vlpiani ſententia* in dict. leg. ſi ita quis, de euict. *Reſpondetur ad fundamenta contraria.*

17 *Interpretatur* l. 3. C. de ædil. action.

18 *Agitur de intellectu* leg. ſi à ſubſtituto §. primo, de leg. 1.

19 *Ratio quare non teneatur hæres promittere* ſanum eſſe, *in ſeruo generaliter legato.*

20 *Quamobrem hæres ad id non teneatur, cum tamen venditor præſtare debeat*, & numero 21. & 22.

23 *Qui ſint* Veſpillones, *& quare in edicto ædilium* Veſpillonem non eſse *promittebatur.*

1 IN venditionibus ſolent venditores cautiones quaſdam præſtare emptoribus, de quibus latè Donel. *lib. 13. com. cap. 2. & 3 & in l. emptor 14. C. de action. empt.* & Pichard. *in §. 28. de act. quæſt. 16.* inter quas eſt illa edicto ædilium introducta ſtipulatio, qua facilè & expeditè venditorum fallaciis occurreretur, vt res præſtaretur emptori de vitiis morbiſque eius monito, *l. 1. §. primo, de ædil. edict.* notat Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. ſecundo, numero 49.* Morla *in emporio tit. 9. in præmiſ. numero 41.* Molin. *de iuſt. & iur tom. 2. diſputat. 353.* Thuſcus *tomo primo, littera A. concl. 112.* Gratian. *tomo primo, diſcep. c. 150. numero 12.* Auendan. *de cenſib. cap. 95. numero ſecundo,* Barboſ. *ad ll. Portug. tit. 17.* Guzman. *de euict. quæſt. 61. tit.* Ripol. *libro ſecundo, variar. cap. 11. numero 61.* † 2
Vnde ſi ſeruus venderetur, per ſtipulationem ſolebat venditor cauere, eum furtis noxiiſque ſolutum eſſe, *l. ex empto 11. §. idem Neratius de action. empt. l. 1. §. primo, l. quis ſit fugitiuus 17. §. quod aiunt 17. de ædil. edict. l. ſi emptor 30. de euictionibus, l. aliud 174. l. hæc ſtipulatio 200. de verbor. ſignificat.* Agellius *libro quarto, noct. cap. 2.* (Id eſt noxalibus actionibus non eſſe ſubiectum, eiuſve nomine noxalem actionem nullam eſſe) vt eleganter declarat Interpretum omnium iuris facilè Princeps & primus iuriſprudentiæ Antiſtes & Magiſter Iacobus Cuiacius *in dict. leg. aliud.* †
Hinc etiam originem duxit, & in huiuſmodi venditionibus ſtipulatio illa venditoris, qua repromitteret 3
*ſeruum vel animal ſanum eſſe furem non eſſe, vel erronem aut veſpillonem* (quæ formula ita concipiebatur, *ſeruum recte ſanum eſſe*, vt ex *l. qui tertiana 53. de ædil. edit.* doctè colligit Cuiacius *lib. 9. obſeru. cap. 3.*) Cuius mentio eſt nobiliſſima apud Vlpian. *in l ſi ita quis 31. D. de euiction. iuncta l. ex empto 11. §. animalium 4. de action. empt l. emptor. 14. Cod. eod. l. 2. de rerum permut. dict. l. quis ſit fugitiuus §. fin. l. quod ſi nolit. 41. §. primo, de ædil. edict. l. 4. §. item Labeo 5. de doli except. dict leg. aliud Cod. de ædil. action.* † Sed circa hanc ſtipulationem, 4
an recte interponeretur, grauis fuit diſputatio inter ipſos I. Conſultos, vt colligere licet ex *dict leg. ſi ita quis*, dum ait quoſdam inutilem eſſe eam affirmaſſe, in quo tacite videtur notare non Sabinum (vt exiſtimat P. Fab. *in l. verum 31. de reg. iur.* ad quem cum ſcripſerit illum librum 42. ex quo deſumpta eſt *d. l. ſi ita quis dict. leg. aliud* non debuit dicere *quibuſdam.*) Sed puto ſui temporis aliquem vellicare, nam ratio illa ſubiecta in fine, *quod vtique nemo ſanus probabit* aliquid habet aceti, quod non niſi in coætaneum dirigitur qualis fuit Paulus, qui cum Vlp. Aſſeſſor fuit Papiniani, vt tradit Lampridius; atque ita eius ſubæmulus, vt conſtat ex *l. Titius 53. de action. empti.* Ob quam rationem ſeſe tacite notare ſolent *l. lecta 40. D. ſi certum petatur*, ibi: *quidam dicebant:* & poſtea *ſicut ille putabat l. qui hæredi 44. §. ſi duorum de condit. & demonſtr. l ſi creditores 5. de ſeparation. l. ſi ſeruus 11. D. iudicat. ſolui.* † Sed expendamus & nos vtriuſque 5
partis fundamenta & in examen ſtrictum reuocemus. Pars itaque negantium eam ſtipulationem vtilem eſſe, eo fundatur diſcurſu, aut ſtipulatio continet quid impoſſibile, vel non, ſi non eſt fur aut morboſus aut veſpillo, fruſtra ſtipulamur quod in ſe ſeruus habet, vel ſi eſt fur aut morboſus, impoſſibile eſt quod non ſit fur vel morboſus: ſi fecit furtum, impoſſibile eſt vt non fecerit: ſi non eſt ſanus, impoſſibile eſt vt non ſit morboſus, vnde cum promittere non poſſim, vt ſeruus qui eſt morboſus ſit ſanus, & qui eſt fur, deſinat eſſe fur, impoſſibile promitto, & conſequenter inutilis eſt ſtipulatio, ita vt nunquam effici poſſit vtilis *l. non ſolum 31. de oblig. & action. §. ſi impoſſibilis, Inſtit. de inutilibus l. verum 31. de reg. iur.* † Ratio eſt, nam qui promittit, *non eſſe* 6
*furem, non vitioſum*, loquitur de animi affectu, & affirmat non eſſe furem, neque furtum feciſſe neque facturum, quod venditor, vt tali animo ſit ſeruus quomodo promittere poterit, aut implere, vt quis ſit animo bene affectus? cum id ad hominis propoſitum & mentem ſpectet *d. l. quis ſit fugitiuus § item apud 3. dict. leg. aliud l. fugitiuus 225. de verb. ſignificat.* idem & de ſanitate quoque dicere debemus, vt cum id ad corporis rectum habitum, & temperiem ſpectet, minimè promitti poterit, ſeruum eſſe ſanum.
† Quapropter temerariam promiſſionem eam vo- 7
cauit Diocletianus *in l. 3. C. de ædit. actio.* ibi: *ſin autem venditor non vitioſum, etiam in poſterum fieri ſeruum temere promiſit*, & Vlp. *in l. Iulianus 13. §. item qui furem*

*verſ.*

*verſ quid tamen* , *D.de action empt.*& ita impoſſibilis
videtur, quemadmodum ſi aliquis promiſiſſet ſeruum
non moriturum præſtari , quo caſu promiſſio cenſe-
tur impoſſibilis *l. non moriturum* 8. *C. de contrah. ſti-*
8 *pulation.* † Quæ ratio , etſi negligi videatur ab Vl-
pian. recepta tamen eſt à Pomponio *in leg. ſi à ſub-
ſtituto* 45. §. *primo* , *& in leg. ſi legati* 56. *de leg.* 1.
cui non ſatisfecerit , qui dixerit hoc in legato obti-
nere , nam id & in ſtipulationibus locum habere
idem Conſultus exiſtimat *in leg. quæ delegato* 40. *iun-*
9 *cta leg. ſi hæres* 110. *de leg.* 1. † Vis autem huius
argumenti non eliditur ex *leg. non eſt impoſſibile* 50.
*de pactis* per quam multi , quos notat Pichard. *in §.
ſi quis alium* 21. *numero* 6. *de inutil.* voluerunt dicere,
eam ſtipulationem quid impoſſibile non continere,
nam reſpondeo *in dict. leg. non eſt* depoſitarium &
& commodatarium non promiſiſſe , ſeruum non fu-
turum furem , ſed per eos non fieri , quominus
ſeruus vitiis his inquinaretur , neque ſeruum ſollici-
turos ſe , vt fur fieret , hæc promiſſio continebat
*que no le inducire , ni acconſciare aque ſea ladron.* Hoc
proprium eſt factum meum , in mea voluntate &
poteſtate poſitum. Cauſa illius pacti erat, quod cum
ſeruus mihi depoſitus , aut commodatus meæ cuſto-
diæ committatur *l.* 1. *in princip. Digeſt. depoſiti leg.
eum qui* 14. §. *non ſolum Digeſt. de furtis* : poterat eſ-
ſe in mea voluntate , vt ſeruo conſilia praua præbe-
rem , & præcipuè ad furandum eum inducerem.
Vnde id pactum recte apponi poteſt , in quo quic-
quam impoſſibile non continetur , ſed id quod ex
natura contractus erat. Ita recte notarunt DD. *in
dict. leg. non eſt* , vbi Caſtren. *numero primo* , & ſic
procedit *l. in lege* 29. *Digeſt. locati* , vbi appoſitum
in locatione ſyluæ illud pactum , *ne ſyluam cædito,
neve vrito* , valet , ſicut aliud ſimile *in leg. Cæſar* 15.
*D. de publican. ne cotem fodito.* Neque diſſimile eſt
pactum ne ſeruum ſollicites , ab illo ne ſyluam cæ-
das ; quare cum id ſit in mea poteſtate facere , im-
poſſibile non reputabitur , vt ait Conſultus *in dict. l.
non eſt* , vbi à contrario ſenſu innuere videtur , ſti-
pulationem illam de qua agimus , *ſeruum ſanum eſſe*,
impoſſibilem eſſe , cum in mea poteſtate non ſit. †
Et ex alio capite hoc ſimiliter non poteſt admitti,
nam qui ſeruum vendidit , ſi promittat , *ſeruum ſa-
num eſſe* , *&c.* videtur alienum factum promittere,
qui de ſe non promittit , ſed de ſeruo , & quod in
non faciendo conſiſtit , factum eſt ; ſeruus qui non
fugit , id quod promiſit venditor facit . *argument. §.
ſi vxor* , *Inſtitut. de nuptiis* , ibi : *rectius facturos ſi ſe
ab huiuſmodi nuptiis abſtinuerint* , *leg. quo ʒetante* 102.
*de reg. iur. cap. dilecto* 6. *in fine de ſentent. excommunic.*
qui non facit , facere dicitur , *l.* 2. *in princip. de ver-
bor. obligat.* vbi Iaſon. *numero decimo* , Donel. 6. Go-
thofred. & Giphan. 3. At ſi quis promiſit factum
alienum , inutiliter ſtipulationem concipit , quia in-
ter ſtipulantem & promittentem negotium contra-
hitur , & cum contractus ex ipſa contrahentium
perſona obligationis initium ſumant , *leg. quæcum-
que* 10. *de obligation. & action.* de propria perſona
quiſque promittet , non de alia *l. ſtipulatio iſta* 38. *in
princip. & §. primo* , *leg. inter ſtipulantem* 63. *&* 97.
*l. ſi ita ſtipulatus* 126. §. *ſecundo* , *de verbor. obligation.
l. ſicut reus* 65. *de fideiuſſoribus leg. quo tutela* 73. §.
*fin. de regul. iur.* §. *ſi quis alium* §. *verſa vice* , *Inſtitut.
de inutilibus leg.* 11. *tit.* 11. *part.* 5. facit *l. ſoluendo* 39.
*de negotiis geſt. leg. eum qui* 5. §. *Iulianus* , *de conſtituta
pecun. leg. non debet* 74. *de reg. iur. l.* 3. *in fin. Codic.
ne vxor pro marito.* Docent Donellus , Cuiacius,
Duaren. & Giphan. *in dict. iur.* idem Donel. *lib.* 12.
*cap.* 19. Geddæus *de contrahend. ſtipul. cap.* 6. Go-
mez. 2. *tom. variar. cap.* 19. *numero* 23. Gutierrez *de
iuramen. confirmat.* 1. *part. cap.* 44. Matienço *in leg.* 2.
*gloſſ.* 6. *titul.* 16. *libro quinto* , *Recop.* vbi cæteri Re-
gnicolæ , Cuiac *lib.* 12. *obſeruation. cap.* 36. Men-
chaca *libro primo* , *controuerſ. vſufreq. cap.* 11. *& lib.* 3.
*cap.* 58. *à numero tertio* , noſter Pichard. alios referens
*in d § ſi quis alium.*

Pro parte tamen affirmante , quam tuetur Vlpia- 11
nus *in dict. leg. ſi ita quis* , facit primo argumentum
ab abſurdo deductum , nam ſi hæc ſtipulatio , *ſanum
eſſe* , *furem non eſſe* , non valeret , ſequeretur neque
vtiles eſſe ſtipulationes ædilitias , quibus huiuſmodi
pactiones ſunt receptæ , ex *l. ſciendum* 15. §. *primo*,
*l. ſi furtum* 52. *Digeſt. de ædilitio edicto* , cum aliis iu-
ribus *ſuprà* allegatis , quod tamen dicendum non eſt.
† Deinde , cum promitto *ſanum eſſe* , *furem non eſſe*, 12
non deducitur in obligationem , quod eſt impoſſibi-
le , vt quod factum eſt , factum non ſit , ſed conti-
net hæc ſtipulatio quanti intereſt horum quid eſſe,
vel horum quid non eſſe , ſi fur non ſit , non vt mu-
tet animum, ſed vt ſi forte tali animo fuiſſe apparue-
rit , vel tali habitu corporis , tantum præſtet vendi-
tor emptori , quanti intererat talem non fuiſſe *d. l. ſi
furtum* , & ea ſane videtur fuiſſe mens contrahen-
tium , vt ad intereſſe obligaretur venditor , ſi quod
promiſit non præſtiterit nam cum huiuſmodi ſtipu-
lationes ſint deductæ ex ædilium edicto , & conſe-
quenter ſint Prætoriæ *princip. Inſtitut. de diuiſion.
ſtipulation. iuncto §. Prætorum verſ. proponebant. Inſti-
tut. de iur. natur. leg. ſi venditor* 28. *de ædil edict. l.* 5.
*in princip. de verb. obligation.* ſiquidem ex mero Præ-
toris officio proueniunt , ex eius mente debent inter-
pretationem accipere *l. in conuentionibus* 52. *de verbor.
obligation. l. in Prætoris* 9. *ff. de Prætor. ſtipulation.* qui
ſemper cum præ oculis habeat æquitatem , *l* 4. *de eo
quod certo loco*, & lites dirimere curet *l. æquiſſimum* 14.
*de vſufructu l. quidam* 21. *de reb. cred.* ipſe Prætor in-
telligit , intereſſe promiſiſſe eum , qui furem non
eſſe ſeruum promiſit vt ſi fur appareat tanti condem-
netur , quanti emptoris intereſt illum furem non eſſe
*leg. quoties* 81. *de verbor. obligat.* † Quemadmodum 13
in euictionibus contingere ſolet , vt re euicta aga-
tur ad id quod intereſt , *l. venditor* 8. *l. euicta* 70. *de
euictionibus* , cum aliis ibi adductis à Gothofred. fa-
cit *leg. Iulianus* 13. *de action. emption.* † Quæ inter- 14
pretatio Prætoria ſemper retinetur , vt conuentiones
effectum habeant , ſicut quando quis promiſit domi-
num ratum habiturum , verborum ſono promittit
factum alienum , ſed à Prætore interpretatur ex vti-
litate , vt procurator tantum videatur promiſiſſe ſe
curaturum, & effecturum , vt dominus ratum habeat
*l. ſi commiſſa* 13. *l. ſi procurator* 18. *ff. rem ratam.* tra-
dunt id explicantes Caſtrenſis , & reliqui *in l. ſtipu-
latio* 38. *de verbor. obligat.* Donel. *in dict. leg. inter
ſtipulantem* 83. *numero quinto* , *&* 6. Pichardus *in §. ſi
quis alium numero* 26. *Inſtitut. de inutilib.* † Qui- 15
bus etiam accedit , quod obligatus ad factum , niſi
faciat , videtur tacite intereſſe fuiſſe ſtipulatus , ex
doctrina Accurſij *in leg. ſtipulatione* 72. *verbo dari ff.
de verbor. obligat.* quam ſingularem appellant Bald.
& Bolognet. Corraſius *libro ſecundo* , *Miſcel. cap.* 3.
Gregor. *in l.* 3. *titul.* 14. *part.* 5. *ver. Pudieſſe facer.*
Parlad. *libro primo* , *quotidianarum cap. ſexto* , *numero
decimo* , Gutier. *de iurament. confirmat. prima part.
capit.* 39.

Quibus cum Vlpiano admiſſis , rationes contra- 16
riæ partis facile diluuntur , ſi intelligamus promitti
non quod eſt impoſſibile , ſed eo animo fuiſſe con-
trahentes , vt velint ſanum præſtari ſeruum , aut eo
non ſano id quod intereſt ; ideoque agitur ex ſtipu-
latu , non vt ſeruus non ſit fur , nam id eſt impoſſi-
bile , ſed vt præſtetur , quod noſtra intereſt ſeruum
furem non fuiſſe , & ob id ſubauditur verbum *præ-
ſtari* , quod certe conſtet præſtari poſſe. † Neque
obſtat

obſtat *dict. l. 3. Cod. de ædil. act.* cui ſolet communiter reſponderi cum Caſtr. & Duaren. *in d. l stipulatio iſta* Donel. *in d. l. inter ſtipulantem num. 6.* ſolum contrahentes ibi de præſenti ſerui conditione, vel de præterita promiſiſſe, non autem de futura, atque de qualitate magis ſerui agi, quam de facto, non ſolum promittitur, nunc furem non eſſe, aut non fuiſſe, vel mores ſerui in deterius non degenerare. Sed id admitti non poteſt, quia *in dict. l. 3.* de futura conditione ſerui promiſſum eſt, probaturque ibi, *ſin autem venditor non vitioſum in poſterum fieri ſeruum temere promiſit.* Quare exiſtimo ex ſupradictis dicendum, illam promiſſionem non continere impoſſibilitatem, ſed eam interpretationem recipere, vt videatur intereſſe promiſſum. In principio autem venditor cum nihil promiſiſſet, ſeruus poſt venditionem factam fugitiuus fieret, pertinet damnum ad emptorem §. *eum autem, de empt. & vendit. l. 1. Cod. de periculo, & commod.* At ſi temerè promiſit (quod non ad promiſſionis impoſſibilitatem referas, ſed quia voluit periculum futuri caſus in ſe ſuſcipere *leg. 1. v. ſed ſi venditor, de peric. & comm.*) *l. ſi quis domum 9. alias eſt, l. ſi quis fundum* 10. *D. Locati*, promiſit ſeruum non ſolum nunquam fugiſſe (ad quod tenebatur *l. 1. & fin. Cod. de periculo, & commod.*) verum neque in poſterum vitioſum fieri, quod quis temerè promiſit, ſuæ temeritati imputare debet, & ita tenebitur iuxta facti propoſiti placitum.

18 Deinde non obſtat *dict. l. ſi à ſubſtituto* §. 1. *de leg.* 1. cum aliis, pro cuius explicatione aduerto, quod ſi generaliter ſeruus legatus ſit veluti homo, cum variis formulis ſolerent vti teſtatores, (quarum meminere poſt Iuſt. *in* §. *ſed olim, Inſtit. de legat.* Vlp. *in frag. tit.* 24. Theoph. Balduin. & Pichard. *in dict.* §. *ſed* Donell. 8. *comment. cap.* 3. vbi Oſuald. Anton. Fab. 6. *coniect. cap.* 1.) ſi per vindicationem legebatur, legatarij erat electio, quem vellet ex tota familia ſeruorum eligere. Si vero per damnationem, hæres eligebat, *l. qui duos* 10. *l. legato* 37. *l. ſi domus* 71. *l. ſi hæres* 110. *de legat. 1. iuncta dict. l.* 45. §. 1. cum aliis quæ ſuperfluum eſſet recenſere, cum ea cumulent, & explicent DD. *in d. iur. & in* §. *generaliter* 24. *de leg.* Cuiac. *tract. 5. ad Afric. in l. ſi ſeruus* 108. §. *cum homo de leg. 1 in recit. ad d. l.* 37. vbi Duaren. Anton. Fab. *in ration. ad l. hæredes* 25. §. *ſi in certo* 17. *D. fam. erciſc.* Gregor. *in l. 23. tit. 9. part. 6.* Oſuald. *ſupra littera I.* Rurſus, & in eo caſu, ſi egerit legatarius actione ex teſtamento, vt conſequatur legatum hæres promittere debet ſeruum quem præſtat, noxis, furiiſque ſolutum eſſe, non vero tenebitur præſtare neque promittere *ſanum eſſe.* †

19 Ratio differentiæ eſt, nám in hoc legato præſtando ab hærede per damnationem grauato, ille ſeruus dandus eſt, quem legatario habere liceat, id eſt vt obtineat ſine controuerſia. At ſi ei ſeruo fiat controuerſia de noxa, vel de furto, eum rectè habere non licet, cum ab eo auocari poſſit *l. hæres* 58. *de euict. l. ſi domus* 71. §. 1. *de leg. 1. l. qui concubinam* 29. §. *ſi hæres, de leg. 3. l. ſi rem.* 20. *l. etiam* 26. *l. qui decem* 72. §. *qui hominem de ſolution.* Voluntas quippe teſtantis, qui ſeruum generaliter legauit, & electionem hæredi dedit, illa fuit, vt ex tanta copia ſeruorum eligat, quem legatario habere liceat. Sed quamvis ad id obligetur hæres, non tamen tenebitur promittere *ſeruum ſanum eſſe*, non quod id impoſſibile ſit, vt ex *ſupra* dictis conſtat, ſed quia vt ait Pompon. *ſanitas ſerui ad proprietatem nihil pertinet*: id eſt, dum hæres tantum teneatur dominium eius ſerui tradere, ita vt legatarius inquietari non poſſit ab aliquo, ſi ſit morboſus, vel ſanus, non ex hoc dominium impedietur, cum talia vitia proprietatem non turbent. Vnde ſolent mirari interpretes, teſtante Aretino *in d. l. ſi à ſubſt.* §. 1. *in princ.* quod hæres in genere rem dare damnatus mediocrem dare teneatur *d. l.* 37. & tamen non poterit id habere locum, ſi offerat animal, vel ſeruum non ſanum, cum res, quæ offeratur, poſſit taliter eſſe infirma, vt non diceretur mediocris, nec poſſet etiam haberi. Quapropter Caſtr. accipit *d.* §. 1. *num.* 2. quando prima facie ſeruus non erat infirmus. Quæ minime meo videri colliguntur *ex d.* §. 1. cum eo in caſu competeret legatario actio de dolo contra hæredem, qui moribundum dederit ſeruum, *d. l. ſi hæres* 110. *de leg. 1. ſi quis argentum* 35. *in princip. C. de donat.* & ciuili modo intelligenda ſit præſtatio ſerui *l. ſi cui 9. de ſeruitut* atque ita *in d.* §. 1. tantum conſtituitur non teneri hæredem promittere, ſanum ſe præſtitutum ſeruum, quemadmodum promittit eum furtis noxiſque ſolutum. Effectuſque erit, vt alias non teneatur in id quod intereſt, iuxta alia iura: quia cum ad id tantum obligetur hæres, vt legatarij rem faciat, nihil impeditur dominium, quod ſeruus ſit ſanus vel morboſus, quocumque enim modo eius fiet. Quod ſignificat Pompon. illis verbis, *ſanitas autem ſerui ad proprietatem nihil pertinet.* At vero ſi noxa furtóque ſit obligatus, cum poſſit auocari, proprietas læditur.

† Sed quæ ſit ratio differentiæ quare venditor hæc præſtet, non vero hæres difficile eſt cognitu. Videbatur in venditione minus requiri promiſſio illa *ſanum non eſſe*, quam in hærede, ex eo quod venditor non teneatur rem emptoris, facere ſed tantum rem tradere, & de euictione capere, ita vt ſi ipſe dominus ſit, dominium in emptorem transferat, §. *per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ.* ſi vero dominus non eſt vſucapiendi conditionem *l. clauibus* 74. *de contrahend. empt. l. ex empto* 11. §. *& in primis actio empt. l. 1. verſ. venditori, de rer. perm. iuncta l. rem alienam*, 28. *de contr empt. l. traditio* 20. *ff. de adquir. rer. dom.* iunctis quæ tradunt Anton. Gom. 2. *var. cap.* 10. *num.* 21. Pinell. *in l. 1. C. de bon. mat.* 3. *part. num.* 25. Anton. Fab. *lib. 6. coniect. cap.* 17. Fachin. *lib. 2. contr. cap.* 30. Oſuald. *lib.* 13. *Donel. cap. 2. littera A.* 20

† Vnde dici debebat, quod cum venditor furtis, noxáque ſolutum eſſe præſtare debeat, & propter hoc etiam furem non eſſe, neque morboſum, iuxta tradita *ſupra*, ita etiam & hæres; cum quæ de legato dicantur circa hunc articulum etiam & ad ſtipulationes extendat Pomp. *in l. qua de legato 46. de leg. 1.* quæ ſtatim *d.* §. 1. ſubiecta eſt. Quæ difficultas à nemine quem viderim attingitur, præter vnũ Cujac. qui *tract. 8. ad African. in d. l. ſi hæres*, ait eam eſſe rationem differentiæ, quod legatum hæredis ſit onus, legatarij vero lucrum, venditio autem neque eſt onus venditori, neque emptori lucrum. Quod non ſatis inquiſitum explicat, neque hoc ex lucro, vel ex onere naſcitur, ſed ex natura contractus. 21

† Quare dicerem, hoc ex natura venditionis prouenire, venditor tenetur rem ita tradere, vt incorrupta ſit, & omnibus illis vitiis libera, quæ vſum rei impediunt, vel imminuunt, & ob id tenetur de vitiis, morbiſque rei *d. l. 1. de ædil. edict. iunctis ſupradictis*, & ideo tenetur ſanum eſſe præſtare. At in legato ſolum attenditur, vt ſeruus fiat legatarij, & vt dominium transferatur, huius ſcilicet rei legatæ *l. legat.* 80. *de legat. 2. l. à Titio* 64. *de furt.* & ita non attenditur, qualitas eius rei, ſed vt ea efficiatur talis, qualis fuit defuncti. Quare cum non impediatur voluntas teſtatoris, nec proprietas ex eo, quod non ſit ſanus ſeruus; non debuit onerari hæres, vltra id quod in teſtamento comprehenſum eſt, *argum. l. filius* 114. §. *apud in fin. ff. de legat. 1.* §. 1. *Inſt. de ſing. reb.* & hoc voluit ſignificari *in d.* §. 1. dum dicitur, non pertinere ad proprietatem ſanitas vel morbus ſerui, quoniam impletur voluntas, ſi talis detur, qualis à teſtatore relinquitur *d.* §. 1. *in fin. d. l. ſi legati*, vel in genere relicto legato, ſi noxa, furtóque ſolutus præſte- 22

tur. Idemque in ſtipulatione admittit *dict. l. 46.* quia ſi hominem dare promiſit, dare autem eſt dominium transferre *l.vbi autem 75. in fin.ff.de verb. obligat.* ad proprietatem, de qua adquirenda agebatur, nihil pertinet ſanitas ſerui, vt in legato. Ex quo etiam conſtat hæredem pro re legata generaliter teneri de euictione, non vero ſi rem ſpecialiter dare grauetur *d l.45.§.1.l.hæres 58. de euict. l.ſi legatis 55 l.ſi domus 71.§.1.de legat.1. l.qui concubinam 29.§. ſi hæres de legat. 3. l.qui decem 72.§.qui hominem de ſolution.* Ratio eſt, quia non videtur datum quod poteſt euinci, at in ſpeciali legato talis dari debet, qualis relinquitur. Docent Accurſ.*in l.1.gloſſ.fin.Cod. de euict.* vbi Cuiac.*& in d.l.45.§.1.*Donel *lib.8.comm. cap.19.* Caldar. *in typo de emption. cap.31. numer. 45.* Morquecho *de diuiſion. bonor. lib.1. cap.8.* qui de hac re plura.

23 Sed pro colophone huius diſputationis videamus quis ſit *veſpillo*, cuius meminit Vlpian. *in d. l. ſi ita quis.* Cuius vocis veram ſignificationem nondum ſcio calluiſſe noſtros. Et in primis magna eſt variatio, an *veſpillo, vel viſpellio, vel veſpertilio*, ſit nuncupandus, vt conſtat ex Oſuald *lib. 2. Donell. cap.14. littera A.* Forcat. *in Auiaro cap. 1. numer. 3.* Reuar.*lib.2.coniect.an.cap.16.in fin.* Turneb. *lib.13. aduerſ.cap.9.* Kirchman. *lib.2. de funerib.* Rom. *cap. 8.* Roſin.*lib.3.antiq.cap.31.in fin.* Gothofred.*in d.l.ſi ita,* Gutierr. *de iure manium lib.1. cap.23.* Ioan. Sauaro *ad Sidonium lib.1.epiſtol.11.* Dyemeno *in l. verum 31.de Regul.iur.* Qui tamen ait hoc verbum ſe nunquam alibi legiſſe, quod illiberalis ingenij confeſſio eſt, cum aliis locis Pandectarum hæc vox reperiatur *in l. ſed ſciendum, 7.ff.ad Trebellian. l.qui decem 72.§.fin.ff. de ſolution.* Aliis omiſſis, frequens fuit ſententia veſpillones [ ſic lego cum Martiali ] eſſe cadauerum vilium portatores [ qui etiam ſandapilarij dicti ] iuxta illud ſæpius decantatum Mart. *lib. epigr. 31. & 49.*

*Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Dialus.*
*Quod veſpillo facit, fecerat & medicus.*

Ita Feſtus ait, *Veſpæ, & veſpillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt non à minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos afferunt qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt.* Sed non video quare ædilium edicto hi comprehenderentur, niſi referas id propter ominis plenum officium, quod antiqui maximè eſſent religioſi, quemadmodum fuit inauſpicatum omen, ſi quis fortè in ſepulchra incideret, vt vulgatum eſt ex Liuio *lib. 30.* Ammian. *lib.31.* Quis enim in domo ſua ſine horro-
24 re videret iſtos necrophoros? † Dicerem ego veſpillones certi generis eſſe fures, viles ſanè turpeſque ſemper reputatos, vt colligi poteſt ex *d. l.7. & ex dicto §. fin.* Quoniam cum mos eſſet in funere ſilicernium dare, id eſt, funebrem cœnam quæ in ipſa ſepulchri vſtrina, ſeu culina concoquebatur, & Diis Manibus cremabatur ibidem, viliores hi ſerui, ſeu veſpillones ſolebant has epulas rapere, & ſimiliter cum noctu cadaueris concrematio fieret, è flammis veſtes quibus induebatur corpus auferebant, quæ plerumque pretioſæ erant, ( vt patet ex Ræuar. *lib.1.coniect.14.* Kirchman.*dict.lib.1.de funer.cap.10.*) item munera, & veſtes, reſque alias, quæ in rogum coniiciebantur cum cadauere, latè tradit idem Kirchman *ſupra lib.3.c.5.* quod indicare videtur Conſultus *in l.3.§.aduerſ.3.ff.de ſepulchr.violat.* & Catullus *lib. epigr. 60.*

*—— Quam in ſepulchretis*
*Vidiſtis, ipſo rapere de rogo cœnam:*
*Cum deuolutum ex igne proſequens panem,*
*A ſemiraſo tonderetur vſtore.*

Aliquando & hi pollinctorum officio fungentes dum cadauera pollinciunt, lauant, & curant, ſolebant mortuum ſpoliare, quamobrem & furti, & iniuriarum actione tenebantur, & quaſi inſtitoria actione *l.5. §.idem ait 8 ff.de inſtitut. action.* Quibus emptor cum careret ſeruo *dict.§.aduerſus in fin.* inter alias cautiones ſtipulari ne ſeruus eſſet veſpillo, procurabat. Vnde reiiciendus eſt Budæus *in annot. ad Pandect.* qui *in dict. l. 31.* docebat ſenſui non congruere ſi veſpillonem acciperemus pro Sandapilatio, & ideo veſpertilionem legendum ait, vt ſumatur pro eo qui interdiu exiliter videt, quod ex dictis ſuſtineri minimè poteſt.

## CAPVT XIV.

### De liberatione pignoris debitori legata. Defenditur Vlpiani ad Iulianum nota *in l.1.§.1. ff. de liberat. legat.* contra Fabrum, & Schifordegherum.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum, per quod liberatio relinquitur debitori valere, variis iuribus, & auctoritatibus probatur.*
2 *Huiuſce rei ratio proponitur*, & numero 3. & 4.
5 *Legatum ſuperficiei relicta ei cuius in ſolo ſit validum eſt.*
6 *Res ſua alicui poteſt legari, dum tamen defunctus in ea aliquod ius habeat.*
7 *Inducitur tractatio* d.l.1.§.1. de lib.leg. *in qua creditor, qui pignus legat, non liberat debitorem, ſed tantum pignus liberat.*& n.8.
9 *Si teſtator remiſerit chirographum, remiſiſſe creditur totam obligationem.*
10 *In inquirenda huius differentiæ ratione varij ſunt DD. remiſſiue.*
11 *Anton. Fab. & Schifordeg. opinantur Tribonianum corrupiſſe Iuliani ſententiam* in dict. l.1. §.1. *veriuſque eſſe remiſſo pignore, remiſſam eſſe obligationem.*
12 *Referuntur eorum fundamenta*, & n.13.
14 *Defenditur contra eos recepta litera dict.* §.1.*ſolidáque fundamenta adducuntur.*
15 *Expenditur* l.ſi domus 71. §.ſi fundus de legat.1. & l.qui tabernas 32.de contr.empt.
16 *Homo liber ab hoſtibus redemptus iure pignoris obligatus manet redemptori.*
17 *Mortis cauſa poteſt pignus liberari* ad l.3.§. fin. de leg.3.
18 *Mulier poteſt ius pignoris, remittere, ita vt pignus ſolum liberetur.*
19 *Exornatur* l. & ſi pignus ff. Quæ in fraud. cred. *&* n.20.
21 *Perpenduntur verba* dict. §. 1. *contra Fabrum & Schifordeg.*& n.22.23.& 24.
25 *Contra Schifordegherum Auctoris irruptio.*
26 *Satisfit conſiderationibus Anton.Fabri.*
27 *Si creditor ſolum pignus debitori remittat, maxime eſſe conſiderabile probatur*, & n.18.
29 *Reſponſa ad argumenta Schifordegheri.*
30 *An inter pignus, & hypothecam ſit differentia aliqua.*
31 *Quomodo intelligatur Florentinus Iur. Conſult. cum dixit*, legatum eſſe hæreditatis liberationem.

52 L. non alienat. 19. ff. de regul. iur. *explicatur.*

1 MANVM conſerere cum doctiſſimis optimum indicabit quiſpiam, cum in eo prælio vinci glorioſum ſit. Concertatio eſt cum Antonio Fabro immortalis laudis viro, Iuriſprudentiſſimo, incliti ingenij, ſummæ eruditionis, in quo Iuriſprudentiæ noſtræ incredibilem ſuſpicio cognitionem, & magni ſemper feciſſem, ſi magnum illum ſpiritum ab emendationibus, & litteræ receptæ irreligioſo contemptu reuocaret, quibus ita adhæret, vt multoties non iuris magiſter, ſed calumnioſus Ariſtarchus videatur. Diſputatio noſtra eſt, an iure, vel iniuria crimen Triboniano impingat. *in l. 1. §. 1. de lib. leg.* in qua eius manus tam cernit acutus, quam aut Aquila aut ſerpens Epidaurius. Defendam receptam lectionem, & quid obſeruauerim, præter omnes, proponam. Quod vt congruentius fiat, aduerto quod,

Si creditor debitori ſuo debitum remiſerit, & liberationem legauerit, vtile legatum eſt *l. 1. l. 3. & per totum ff. de liberat. leg. l. ſi creditoris 17. C. de fideicommiſſ. §. ſi quis debitori 14. inſtit. de leg. l. 19. tit. 9. part. 6.* exornat Bart. & antiquiores *in l. 3. §. nunc. ff. de liber. legat.* Iaſon. Alexandr. & Caſtr. *in l. ſi tibi homo 86. in princ. ff. de leg. 1.* Cuiac. *libro 13. ff. Iul. in l. 10. & lib. 36. in l. 11. ff. de liber. legat.* Donel. *in dict. l. creditoris*, Briſſon. *de ſolut. libro 3. pag. 450.* Anton. Fab. *lib. 17. coniect. cap. 9. & ſeqq.* Oſuald. *ad Donel. libro 16. cap. 22. litt. D.* Pacius *cent. 6. quaſt. 42.* Anton. Gomez. *1. tom. variar. cap. 12. numero 82.* Mantica *de coniect. lib. 9. tit. 8.* Schifordegh. *lib. 2. tr. 17.*

2 Ratio autem huius rei eſt, quod cum ex *leg. 12. tab.* vti quiſque legaſſet ſuæ rei, ita eius eſſet, *l. verbis 120. de verb. ſign.* legatum etiam liberationis eodem comprehenſum videtur, nam cum res incorporales legari poſſent, vt vſusfructus, & ſeruitutes, *titul. ff. de vſufruct. legat. & de ſerut. legat.* Donell. *libro 11. capite 10.* & actio ſeu nomen debitoris *l. nomen 34. l. qui chirographum 59. de leg. 3.* ita etiam & liberatio debitori relinqui potuit teſtamento, & & licet res ſua legari videretur legatario cum ſuum ſit, quod quiſque debeat, iuxta illud Martialis *infrà* referendi.

*Quod tibi non poſſum ſoluere, Phebe, meum eſt.*

*L. 1. l. ſcrib. 134. ff. de auro & argento, iuncta l. proprias Cod. de legatis, §. ſed ſi rem 11. Inſtit. eod.* & obligatio non diſſoluatur, niſi eodem modo quo fuit contracta; tamen quia non corpus, ſed quantitas in eo legato vertitur inductum eſt, vt liberatione legata ſi hæres petat, exceptione repellatur, vel vt poſſit legatarius cum eo agere ad liberationem præſtandam *l. 3. §. nunc l. quod mihi 22. l. legaui. 25. ff.*
3 *de liber. legat.* † Et hoc inſinuat Conſultus *in dict. l. 3.* ibi, *liberationem debitori poſſe legari, iam certum eſt*, quaſi ſupponat dubiam rem, & ancipitem antea fuiſſe, in qua contrarium ſupradictæ rationes inclinabant; ſed eis contemptis, obtinuit, vt valeret tale legatum *l. 1. ff. illo tit.* ibi: *omnibus debitoribus,*
4 *quæ debent recte legantur, licet domini eorum ſint.* † Quare intelligimus creditorem legaſſe id quod alienum fuit à debitore quoad obligationem, licet non quoad dominium, quia cum habuerit ſibi obligatum debitorem, vtique aliquid ſibi acquiſitum fuit, quod potuerit in alium transferre, vſque adeo autem creditoris obligatio eſſe intelligitur, vt inde debitor liberetur & videatur ſibi acquiſiſſe *l. ſpecie 11. in princip. ff. de acceptil.* quod ſane nonfieret, ſi antea debitoris hoc fuiſſet, cum ſemel acquiſita amplius non poſſint acquiri *l. non vt ex pluribus*
*159. de reg. iur.* † Quâ ratione valet legatum, ſi 5
ſuperficies legata ſit ei, cuius in ſolo fuerit, licet is dominus ſoli ſit, qui conſequetur, vt hac ſeruitute liberetur, & ſuperficiem lucriſaciat *l. ſi tibi*
*homo 87. in fine de leg. 1.* † Indeque Iulianus ait, 6
rem ſuam alicui poſſe legari, ſi alius in ea ius habeat, *l. cum ſeruus 39. alias eſt, apud Iulianum §. ſi Titius de leg. 1.* docet eleganter Anton. Fab. *d. lib. 17. c. 10.* Schifor. *d. tr. 17. q. 1.*

Ex qua ratione dimanat interpretatio ſententiæ 7
Iuliani quem refert Vlpian. *d. l. 1. §. 1. D. de liber. legat.* qui ſcribit legantem debitori ſuo pignus ſibi obligatum, non præſumi debitum remiſiſſe, ſed tantum, vt pignus recipiat, antequam pecuniam ſoluat, niſi alia teſtantis voluntas probaretur. Id etiam probat Modeſt. *in l. 3. D. de pact.* & idem Iul. *in d. l. ſi tibi homo*, vbi cum certum ſit inutile eſſe legatum, ſi quis rem meam mihi legauerit, niſi ex eo aliquod emolumentum mihi accedat, cuius ratione legatum poſſit conſiſtere, valere legatum ait, ſi quis ſciebat, me rem meam pignori dediſſe, & legauerit. Quo caſu hæres tenebitur pignus luere, vt recte ibi ex-
plicant Bart. & Cuman. † Neque hoc ratione de- 8
ſtitutum eſt, quoniam reſpectu iuris, quod creditor habet, valet legatum. Siquidem cum obligatio principale quid ſit, & pignus acceſſorium, non debuit ſublato acceſſorio principale extingui, quemadmodum ſi fideiuſſor liberaretur, qui acceſſorius eſt ad principalem, remanet adhuc obligatus principalis *l. fin. §. ſi fideiuſſor. D. de iureiur. l. ſi quis reum. 5. §. quod ſi fideiuſſori l. ſi damnatus 10. D. de liber. legat.* itaque reddito pignore extinguitur realis obligatio, & remanet perſonalis, cum pignus ſit quædam acceſſio ad maiorem ſecuritatem adhibita *§. 1. Inſt. quibus mod. re contrah.* ab obligatione principali dependens, quæ ſine pignore conſiſtere poteſt, non vero pignus ſine principali obligatione, explicant Connan. *lib. 5. comm. cap. 4. num. 2.* Petrus Gregor. *lib. 21. ſyntag. cap. 6. num. 3.* Mendoça *de pactis lib. 2. cap. 2. num. 2.* Mantica *dict. tit. 8. numero 5.* Heringius *de fideiuſ. cap. 10. §. 8. ex num. 2.*
† Contra autem erit, ſi non remiſerit pignus te- 9
ſtator, ſed cautionem, aut chirographum. Quo caſu remiſiſſe videtur ipſam obligationem, nam chirographo ius debiti continetur, & legato eo, idem eſt ac debitorem obligatione, & debito liberare *l. 2. §. 1. D. de pactis l. huiuſmodi 84. §. ſi cui ita l. ab omnibus 104. § in teſtamento de leg. 1. l. qui chirographum 59. de leg. 3. §. 1. de liber. legat.* eaque de cauſa qui chirographum legat, debitum legat, nam iſta ſunt ſynonyma, *chirographum, debitum, creditum, nomen debitoris, tabulæ, l. ſeruum 44. §. cum qui de leg. 1. l. auunculo 28. de donat. cau. mor.* & eo ſpectat quod feſtiue Martial. Luſit *in Polycharmum lib. 8. epig. 37. & in Phœbum lib. 9. epig. 10.*

*Quadringentorum reddis mihi, Phœbe, tabellas.*
*Centum da potius mutua, Phœbe, mihi.*
*Quære alium, cui te tam vano munere iactes.*
*Quod tibi non poſſum ſoluere, Phœbe, meum eſt.*

Notat Oſuald. *ad Donel. lib. 8. cap. 19. lit. E.* & alij 10
*ſupra.* † Sed circa rationem diuerſitatis maximè decertarunt antiqui Martinus, Hugolinus, & Ioannes, quorum ſententias refert Accurſ. *in l. 3. de pactis* & poſt eum Doctores iam vnam, iam alteram ſequuti ſunt, vt conſtat ex Bart. Iaſ. Caſt. Horoſc. Fortun. *in d. l. 3.* & relatis à Mendoza *ſuprà.* Molina *in emp. titul. 11. q. 8.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 140. & ſeqq.* vnde petenda erat diſputatio hæc, ſufficit tamen nos iura deſignaſſe, quibus fortius Martini ſententia,

quæ verior eſt, corroboraretur. Ex quo mihi placet
Connanus *dict. numer.* 2. qui ait reddito pignore
in noſtro caſu non ſolum pignus modo videri remiſ-
ſum, ſed obligationem ipſam pignoris *leg. creditri-
cem 7 C. de remiſſione pignoris.*
11 Verum ex aduerſo Anton. Fab *dict. lib* 17. *cap.* 10.
ſuo more contra Iuliani reſponſum *in dict.* §. arma
ſumit, cui etiam & voces adminiſtrat eius aſſecla,
Schifordehger *dict. tract.* 17 qui maximo ardore con-
tendunt Tribonianum co[illegible]piſſe Iuliani ſententiam,
& ad eam Vlpiani nota[illegible] veriuſque arbitrantur,
creditorem rem pignoratam debitori legantem vti-
12 que; & ius liberationis in totum dediſſe. † Mouen-
tur autem his conſiderationibus. Prima, quoniam
cum res pignori obligata ſit in dominio debitoris,
non creditoris, *l. cum & ſortis* 15 §. 1. *ff. de pignor. act.*
neminique res ſua legari poſſit *l. proprias Cod. de leg.*
conſtat non aliter valere poſſe legatum, quam ſi teſta-
tor ius commune quod habet, legaret, *l. cum ſeruus*
39. §. *ſi Titius de legat.* 1. Habuit autem creditor ius
pignoris, cuius ea fuit conditio, vt tandiu duraret,
quandiu ſolutum debitum non eſſet *leg. greges* 13. §.
*etiam, de pigno.* Secunda, nullius momenti erit le-
gatum, ſi ponamus debitorem hunc, nihil aliud
præter hanc rem obligatam in bonis habere, quia
certum eſt eo non ſoluente, neque habente vnde
ſoluat, hanc ipſam rem diſtrahi oportere, ex cuius
pretio teſtatoris hæredibus ſatisfiat. Tertia, ſi eſſet
debitor locuples cui non ſit difficile aliunde ſoluere,
nihil in effectu præſtat creditor debitori, quando ei
13 legat rem obligatam. † Quibus & alias adiicit Schi-
fordeg. *vbi ſupra* non eſſe credendum hoc legatum
valere propter poſſeſſionis commodum, ſi quidem
nullum vertitur in hypotheca, cum iſta differentia
perpetua ſit inter pignus, & hypothecam, quod
pignus non niſi rei traditione perficiatur, transfe-
ratque poſſeſſionem, quæ certè non tranſit in hy-
potheca, *l. ſi rem* 9. §. *propriè* 2. *ff. de pignor. act.* §. *item
Seruiana. Inſt. de actio.* Vnde ex poſſeſſione pigno-
ris nihil commodi debitor conſequitur, cum ipſe
poſſit pignoris poſſeſſionem adipiſci non ſolum in-
ſcio, vel inuito creditore, ſed etiam volente, vel
precario, vel ex conducto *l. ſi pignori* 22. §. *ſi poſt l. ſi
rem alienam* 29. *ff. de pign. act.* in quibus tamen caſi-
bus tantum abeſt, vt commodum percipiat, vt
etiam pignus non tantum in priſtina obligatione re-
maneat, ſed & debitor de nouo obligetur ad deſti-
tuendam poſſeſſionem. Deinde, cum legatum ſit
delibatio hæreditatis, *l. legatum* 16. *de legat.* 1. non
poteſt dici per hoc legatum quid delibari ex hære-
ditate, ſi nihil niſi tantum deliberationem pignoris
contineret, quia non alienat, qui duntaxat omittit
poſſeſſionem *l. non alien.* 119. *ff. de reg. iur.* Hæc & alia
ſunt Fabri, & Schifordeg. fundamenta, & tanquam
ſi fortiſſimis, vel adamantinis rationibus niteren-
tur, in miſerum Tribonianum tela varia contor-
quent, conuitia iactant, multiplicant. O belliſſimum
interpretandi genus! captiunculis fucatiſque colo-
ribus veritatem abſcondere. Sed ipſa ſi premitur, non
opprimitur.
14 Conſtanter itaque receptam lectionem ample-
ctor, & iuri conſonam eſſe traditionem Iuliani aſſe-
ro. Fundamenta libauimus *ſupra*, nunc ſolidiſſima
iactare neceſſe eſt. Illud itaque in primis ſit, quod
cum teſtator legat remiſſionem pignoris, validum
eſt legatum in pignore, quia tunc aliquod commo-
dum continet reſpectu debitoris, & aliquid præſta-
15 tionis reſpectu creditoris. † Qui ius illud quod
habet, ſcilicet obligationis realis legat, quodcum-
que illud ſit, argumento eſt *l. ſi domus* 71. §. *ſi fundus
in ſin ff. de leg.* 1. vbi ſi fundus municipum ipſis lege-
tur, quamvis municipum ſit, valere legatum Iu-
lianus ait, quoniam is qui legat ſolum creditur le-
gare ius, quod in eo habet *l. qui tabernas* 32. *D.
de contrahend. empt.* ibi, *non ſolum, ſed ius vendit.*
† Rurſus ſi liber homo redemptus ſit ab hoſtibus, 16
redemptor in eum habet ius pignoris donec ſibi ſol-
uatur *l. ſi patre* 15. *D. de captiu.* at hoc caſu quamvis
liber homo ſit, poteſt redemptor eidem eundem
legare, & proficiet legatum ad liberationem pigno-
ris, quod habebat in eo *l. Senatus* 43. §. *fin. D. de leg.* 1.
iunctis traditis ad eius explicationem ab Anton. Fab.
*in Iuriſprudent. titul.* 3. *princ.* 4. *illat.* 3. *& titul.* 11. *princ.* 8.
*illat.* 11. Schifordeg. *lib.* 3. *tract.* 21. *quæſt.* 7. *&* 8. † Vl- 17
terius facit quod Conſultus ait *in l.* 3. §. *fin. D. de le-
gat.* 3. poſſe mortis cauſa pignus debitoris liberari:
ergo multo melius legari, cum exæquata ſint legata,
& donationes mortis cauſa, *princ. Inſt. de donat.*
cùm vulg. non valuit ibi fideicommiſſum, quia nul-
lum iam erat commodum in eo, ſiquidem iam erat
liberatum à donatore. † Deinde poſſumus adduce- 18
re *l. etiam* 11. *l. iubemus* 21. *C ad Senatus Conſ. Velleian.*
quibus docemur mulierem ius hypothecæ & pigno-
ris remittere poſſe, ita vt coarctetur remiſſio ad pi-
gnoris liberationem. Cui congruit *l. quamvis* 8. *in
princ. D. eod. l.* 3. *de pact. l.* 4. § 1. ibi: *Sed ſi ipſe vendide-
rit creditor, ſic tamen ne diſcederet à pignore niſi ei ſa-
tisfiat. D. Quibus mod. pign. ſol.* † Denique non 19
ineleganter adduci poterit pro hac parte Papin. *l. &
ſi pignus* 18. *ff. Quæ in fraud. credit.* iuncta *l.* 1. §. *cum
venditor. D. Quibus mod. pign.* vbi pignoris remiſſio
reuocatur actione Pauliana, quoniam videtur dimi-
nuere, ſcilicet ius illud, quod habet, vbi aduerte
illam remiſſionem non valere tanquam donatio-
nem, quia cum nihil largiatur de ſuo, non eſt do-
natio, ita docuit Cuiac. *lib.* 26. *qq. Pap. in dict. l. etſi
pignus.* Sed vereor ne non vir Doctiſſimus Papi-
nianum intellexerit, in quo etiam fallitur Accurſ.
*ibi verbo exiſtimantium*, & *in dict. l.* 3. §. *fin. D. de leg.* 3.
*ſchol. fin.* † Verius eſt in remiſſione pignoris veram 20
conſiſtere donationem, quod tacitè fatetur *in dict.
l. etſi*, Papin. *in verſ. quod ſine dubio, & verſ. idemque.*
Præcipuéque cum legatum ſit donatio, *princ. Inſt. de
legat.* & in remiſſione conſiſtat legatum. Quare
dic *ibi*, dici nullam fieri donationem, id eſt inuti-
lem, quia vir vxori, vel vxor viro remiſerit, inter
quos donatio ipſo iure nulla eſt, vt diximus *ſuprà
cap.* 10. neque obſtat, quod cum non diminuat de fa-
cultatibus ſuis donator, debet valere donatio, quia
verius eſt diminuere, ſiquidem amittit ius reale
pignoris, & alienat.
Ex quibus ſatis docemur, in remiſſione pignoris 21
legatum conſiſtere manente ſaluo debito, quia ius
illud quod habet creditor ad rem pignoratam, legat,
atque ita remiſſa non eſt obligatio perſonalis, ex qua
ius exigendi debitum ſaluum ſibi reſeruat creditor,
*argument. l. fin. D. de his quæ inteſt. de leg.* tradunt Alex.
& Iaſon. *numer.* 9. *&* 16. *in l. ſi tibi homo* 86. *de leg.* 1.
& miror ſanè cur non viderit Anton. Fab. hoc ipſum
Iulianum expreſſiſſe *in dict. l.* 1. §. 1. ibi, *haberéque
eum ne pignus recipiat, priuſquam pecuniam ſoluat*,
quæ verba denotant liberari pignus, licet ipſe debi-
tor maneat obligatus ad ſoluendam pecuniam, pro
qua hypothecam ſubiecerat. † Siniſtráque eſt Fa- 22
bri interpretatio & euaſio, nihil referre quod Iulian.
ſcripſerit, priuſquam pecuniam ſoluat. Quod tan-
quam ex Apollinis adyto emiſſum totis manibus
amplectitur Schifordeg. *ſupra quæſtion.* 4. ſubiicit-
que: Quia ſi de pignoratitia actione intelligamus
Iulian. neceſſario ſequitur, vt aut prius pecu-
niam ſoluat, aut nunquam: at dicitur *in dict.
l.* 1. non prius ſoluendam eſſe pecuniam, ergo

relinquitur

relinquitur vt nunquam ſoluatur, cum pignorati-
tiæ actionis ita ius ſit, vt non competat prius
23 quam domino ſit ſatisfactum. † Inconcinna conſe-
quutio, & plane calumnioſa. Nam multum refert di-
cere, *prius quam pecuniam ſoluat*, *aut nunquam*, ſi in
diem eſſet debitor obligatus ſub pignore (ita po-
nendum eſt, & à creditore teſtamento remittebatur,
antequam ab eo pecunia debita exigeretur, antequam
dies veniſſet, nonne pignus ei reddebatur? Vnde
colliget Ant. Faber, ergo nunquam ſoluenda eſt pe-
cunia; cum legatarius poſſit petere liberationem pi-
gnoris: & quamvis hæres dicat ſibi non eſſe ſolutum
nihil intererit, cum pignoris obligatio ſit remiſſa.
24 † Et quamvis ante ſolutionem pignus non ſolua-
tur, Schifordeghere, hoc intelligas, quando cre-
ditor non remiſit ex ſua voluntate: aliter enim da-
res, quod ſi ſolutio facta non eſſet, creditor non
poſſet remittere pignus, quod vtique abſurdiſſimum
eſt dictu, & contra à re adductam *l. Paulus* 12. *in prin-
cip ff. quibus modis pign.* vbi creditor ille qui conſenſit
vt oppignareretur res ſibi obligata, remiſiſſe pignus
videtur, non tamen remiſiſſe ius debiti. Procedis
tamen & ais, recepto iam pignore nunquam eſſe ſol-
uendam pecuniam, & merito, cum aliter fieri non
poſſit, vt recepto & ſoluto pignore inuito creditore
ius eius vt petitoris non remoueatur, allegas *dict. leg.
Paulus*, *in fine*, ibi, *cum ius petitoris remoueatur
ſoluto pignore.* Vbinam, quæſo, in hoc caſu inuitus
eſt creditor? Si defunctus remittit in teſtamento pi-
gnus, qui hæres inuitus cenſetur? *in dict. leg. Pau-
lus* dicitur, quod ſi offeratur totum debitum à qua-
licumque poſſeſſore poſſe creditorem remoueri; quid
25 hoc commune habet cum noſtro caſu? † Sed ſiſto
parumper contra morem meum, & audio te magna
oracula proferentem ex tripode tuo, ais tibi non
eſſe bonum Iure Conſultũ, qui non didicerit diſcer-
nere Tribonianum à Iure Conſultis, pulchra me-
hercle ſententiola cum illo fermento adiecto, *Tri-
bonianus malus auctor*, *ad praxim ſatis doctus*, *Bar-
tolo aptior*, *quanto ipſum auctoritate ſuperauit*, *quam
non habet apud eos qui iure Romano vtuntur*, *etſi ad in-
uidiam Hiſpani infelici ſucceſſu neſcio quid tentarunt.*
Quid hoc eſt, mi homo loquaciſſime; vis dicam quid
ſis, magnus es ardelio, & ingenti in morem niuis
cadentium verborum clangore nec facis panem, nec
facis farinam. Bonúſne erit Conſultus, qui ſciat in-
uertere leges, conturbare receptas lectiones pro li-
bitu, quod ſolidam & meliorem iuriſprudentiam tu
vocas? Apage miſerum hoc genus interpretandi ſi-
ne genio & ſine ingenio. Sed rideo vellicatiuncu-
lam Hiſpanorum, deploras nunc detractam Tribo-
niano auctoritatem apud nos, poſtquam tu, tot con-
uitia, iniurias, maledicaque & virulenta dicteria
in eum multiplicaſti. Crocodilum agis, qui poſt
cadauer ſemeſum lacrymas fundis. Vereor ne non
tu Hiſpanorum gloriæ inuidens quod fentis obie-
ctas. Apud nos Tribonianus nunquam dicitur fer-
mentaſſe iura: nec leges noſtræ abhorrent ab ſan-
ctiſſima & ſolidiſſima iuriſprudentia. Bartolo data
auctoritas maxima inter Doctores, non inter Iure
Conſultos neque leges. Sed quid tecum de hac re?
Deuenīamus ad reliqua.
26 Neque ad rem facit quod pro ſua opinione ad-
ſtruit Anton. Fab. non prima conſideratio, quia vt
diximus, teſtator ius omne quod habet legat, ius
inquam ad illam rem pignoratam: & quamvis pi-
gnus illam conditionem habeat, tandiu duret, do-
nec ſatisfactum vel ſolutum debitum non ſit, liben-
ter concedimus, ſed dicemus ſatisfactum eſſe credi-
tori, qui remittere voluit *dict. leg. etiam Codic. ad
Velleian.* & eius fauori renuntiat *leg. ſi quis in conſcri-
ben. Codic. de Epiſcop. & Codic. de pactis.* Pignus vei-
que remiſit ſicut potuit liberare fideiuſſorem, &
tunc reus principalis obligatus maneret. † Ius ergo 27
quod legat non eſt debitoris, ſed teſtantis creditoris,
quod eſt conſiderabile, ſi quidem eius ratione ſi de-
bitor contrectaret, vel vendiderit, committet fur-
tum, vt diximus latè *ſuprà cap.* 9. quod non commit-
teret, ſi res totaliter eſſet ſua. Ita debitor poſſeſſio-
nem non habet *l. qui pignoris* 36. *cum l. ſequent. ff. de
adquir. poſſeſſ. l. pignori* 13. *l. non ſolum* 33. *§ qui pignori
ff. de vſucap.* quam ſi concedat creditor ad multa con-
ducit, vt ait Vlpian. *in l. certè* 6. *§. fin. ff. de precar. l.
cum & ſortis* 35. *§. fin. ff. de pignor. action.* ſcilicet, vt
remiſſo iure pignoris poſſit vendere illud ſine metu
furti *l. in actione* 19. *§. fin ff. de furtis*, ſine metu Stel-
lionatus *l. 3. maximè ff. de crimin. Stellionat* [quod
non tantum locum habebit in pignore creditori tra-
dito, verum & in obligato] imponere ſeruo liber-
tatem *l. 1. & 3. C. de ſeruo pignori dat.* & ne debitore
non ſoluente pignus a creditore diſtrahatur *l. 4. ff. de
pign. action. l. ſi in hoc* 14. *C. de diſtr. pign.* vel alij obli-
gare poteſt, *l. Seruus* 30. *in fin. de actio. empt.* Expli-
cat Timæus Fab. *lib.* 1. *notat. cap.* 16. qui nunquam
Salmanticæ viſus, nec lectus, ideo fides ſit penes
Oſuald. & Schiford. eum allegantes, moris quippè
mei ſemper eſt nullum ſi non legerint, laudare Au-
ctorem. † Non obſtat ſecunda conſideratio Fabri, 28
nam hoc eſt fingere prout libet, & adhuc eo caſu
dicemus habere emolumentum legatum, cum facilius
inueniet debitor emptorem, qui rem liberam emat,
& fortaſſe pluris veniri poterit res, ſi ſit à pignoris
iure immunis. Quomodo etiam & tertium argumen-
tum diſſoluitur.
Neque conſideratio Schiford. quidquam facit, 29
cum in primis fallatur, dum cogitat legatum valere
propter poſſeſſionis commodum. Nam non attendi-
tur, an ſit reſtituta poſſeſſio, vel non, ſiquidem po-
tuit conſiſtere pignoris obligatio ſine traditione poſ-
ſeſſionis, & adhuc remiſſo eo valere legatum, cuius
legati commodum multiplex eſſe poteſt iuxta *ſuprà*
notata, quamvis remiſſio non operetur, vt poſſeſſio
reuertatur in debitorem. Quod attenditur, id eſt,
vt ius quod habet creditor circa illam rem pignoris
iure remittat, & ſic libera maneat à nexu illo, & in
hoc commodum verſatur, & ex parte creditoris elar-
gitio eſt, cum ad ſecuritatem ſui debiti habebat rem
pignori ſubiectam, ex cuius fructibus potuit ſi de-
bitor ſoluendo non erat, aut alias malum nomen,
ſortem percipere *l. 1. & ſequentibus*, *Codic. de pignor.
action.* cum traditis à Morla *in empor. titul. de reſtitut.
quæſt.* 1. *an.* 34. & vt putat Pomp. apud Vlp. *in l. itaque*
12. *§. fin. ff. de furt. intereſt creditoris ſemper pignus habe-
re*, cum expediat ei pignori potius incumbere, quam
in perſonam agere, *§. furti autem*, *verſ. unde conſtat
Inſt. de obligat. quæ ex delict. l. eum qui* 14. *§. Papinianus*,
*ff. de furt. iuncta l. plus cautionis de reg. iur.* At hoc in-
tereſſe legat teſtator, & hoc ius. † Neque quid- 30
quam proficit Schifordeg. differentiam conſtituendo
inter pignus & hypothecam, nam inter ea nomina
differentia nulla eſt, niſi quantum ad verborum ſo-
num, vt ait I.C. *in l. res* 5. *§. inter pignus*, *de pignoribus.*
Cum nihil obſtat *l. rem §. propriè ff. de pign. act.* Et
quamvis pignus propriè ſit, quando ad creditorem
tranſit, hoc eſt intelligendum attenta origine, &
ethymología, non verò attento effectu, vt elegan-
ter notauit Con. *libro quarto*, *comment. cap.* 13. *numero
ſecundo*, Mendoça *libro primo*, *de pactis cap.* 1. *nu-
mero* 12. Anton. Fab. *lib.* 19. *coniect. cap.* 6. *de error. de-
cad.* 9. *err.* 7. & Pich. *in §. item Seruiana*, *n.* 38. & 39. *Inſt.
de act.* † Ad alterum argumentum reſpondeo, Flo- 31
rentinum definiiſſe legatum, vt ſit *delibatio hæreditatis*,

*qua teſtator ex eo quod vniuerſum hæredis foret alicui quid collatum velit dict. l. legatum* 116. *de leg.* 1. vbi delibationem vocat, deductionem ita leniter factam, vt hæreditas integra cenſeatur, vt ex Alber. Gentil. notauit Oſuald. *libro* 8. Donel. *cap.* 1. *lit. I*, vel immi u-tionem, vt ait Balduin. *in princ. de leg. num.* 1. reprobato Ræuard. *in l. ius* 7. *ff. de reg. iur.* qui vocabat ſeparationem, iuxta quam veram ſignificationem neſcio quid intendit Schiford. inquiens in hoc legato liberationis pignoris, non poſſe dici quid delibatum ex hæreditate. Hoc ius pignoris, quod de ſua hæreditate abiicit, & diminuit, nonne eſt delibatio? Si non eſſet remiſſum, in hæreditate contineretur; ergo ſi remittit delibat ex hæreditate, quod voluit conferre in legatarium defunctus, ſicut alia quæ in iure conſiſtunt. In quo legato non vertitur commodum poſſeſſionis (quia, vt dixi, potuit non eſſe tranſlata poſſeſſio in creditorem) ſed illius ius, quod habet teſtator, quo debitum ſibi ſit ſecurius, & res ipſa quoad debitorem ſit deterioris conditionis, quia non poteſt alienare ſine furto vel ſtellionatu, vt dictum eſt, ſi vero ſit tranſlata poſſeſſio, vt *in dict.* l. 1. §. 1. aperte docemur, tunc poterit cum aliis vtilitatibus & commodum poſſeſſionis ſimiliter attendi. In quo caſu alienat teſtator, quod ſuum erat, id eſt
32 ius poſſeſſionis. † Neque ad rem facit *l. non alienat.* 119 *ff. de reg. iur.* quam allegat, nam illa pertinet ad edictum, ne quis iudicij mutandi cauſa [vt duriorem rei conditionem faceret] alienet, vt recte intellexerunt Cuiac. P. Fab. & Ræuard. *ibi*, in quo non comprehenditur qui abiicit, vel deſeruit poſſeſſionem, & maluit re carere, quàm litigare, *l.* 4. *§. poteſt, ff. de alienat. iud. mut.* ſecus autem erit ſi litis faſtidio id non fecit, quia alienare videtur qui poſſeſſionem ceſſit, *dict. l.* 4. *§. Pedius*, & præcipuè in ſpecie noſtra alienat, qui rem ſibi obligatam pignoris nexu liberat, vt videtur diſerte colligi *ex l. fin. Cod. de reb. alienat.* iuncta doctrina Anton. Fab. *in dicto §. Pedius.*

---

## CAPVT XV.

### De appellatione poſt ſententiam excommunicationis latam, interpoſita. Illuſtratur Innocentij III. reſponſum *in cap. Paſtoralis* 35. *§. Verum, de appellationibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Inquiſitum, cur appellatione non ſuſpendatur excommunicatio, cum per appellationem à iudicis poteſtate examinatur appellans.*

2 *Sicut appellatio cauſam deuoluit, ita quoque ſuſpendit.*

3 *Quidquid poſt appellationem iudex mandauerit, tanquam attentatum reuocatur.*

4 *Introducitur explicatio* ad d. cap. Paſtoralis §. Verum, de appellationibus.

5 *Traduntur ſententiæ DD. cur excommunicatio non ſuſpendatur appellatione*, & n. 6.

7 *Conuincuntur rationes huc vſque aſſignatæ*, & n. 8.

9 *Vera ratio, quare excommunicatio non ſuſpendatur appellatione*, & n. 10 *&* 11.

12 *An ſententia lata ſuper furto ſecum trahat executionem.* Ad l. furti 6. de his qui notan. infam.

13 *Capite damnatus vel in metallum datus, capite non minuitur, dum pendet appellatio.*

14 *An aliæ ſententiæ, quæ infamiam irrogant, poſſint comparari cum excommunicatione:* & ad l. non poterit, de furtis.

15 *Accurſij ſententia reprehenditur, qui dicebat appellationem extinguere excommunicationem*, ad l. Qui vltimo, cum aliis, ff. de pœnis.

16 *Quid inter deportationem, & reliquas pœnas interſit*, & n. 19.

17 L. ſi quis filio §. hi autem ff. de iniuſto rupto.

18 *Papinianus* in l. pœn. de Accuſat. *explicatus.*

20 *An Præſides habuerint facultatem deportandi?*

21 *Verius eſſe oſtenditur Præſides eam facultatem habuiſſe.*

22 *Excommunicatio ſeparatur ab aliis ſententiis, quia ſtatim ac dicta eſt, executionem habet, & ſine abſolutione non tollitur*, & n. 23.

24 *Excommunicatus etiam appellans denunciari poteſt, & priuari fructibus ſui beneficij*, & n. 26.

25 Cap. præterea de Appellationibus *declaratur.*

SED & nobis cum Iuris Canonici profeſſoribus lis eſt circa eam quæſtionem, cur appellatio non ſuſpendat ſententiam excommunicationis, cum certum ſit per appellationem legitimè interpoſitam eximi appellantem à iudicis ſui poteſtate quantum ad illum articulum, quod in appellatione quacumque regulariter procedit, ita vt inter alios ſuos effectus hic ſit præcipuus, *cap. Paſtoralis* 53. *§. verum, de appellat. cap. Romana* 3. *§. cum vero lib.* 6. *eod. titul. l. vn. § pen. ff. nil nouari app. pend.* notat Francus *in cap. directæ* 39. *num.* 3. *hoc titul.* Lancellot. *de attentat. ſecunda parte, cap.* 12 *in præfat. num.* 109. Sigiſmund. Scaccia *de appel. quæſt.* 3. *num.* 16. † Sicut enim cauſam deuoluit ad ſuperiorem, *cap. delicti* 55. *§. præterea de appell. not.* DD. *in Rub. De Appel.* Paz. *in praxi* 6. *p. in proœm. num.* 11. Duennas *reg.* 42. VVameſius *in cap. & in cap. cum teneamur de appel.* ita ſuſpendit quoque, vt neque Iudex ſententiam à ſe latam poſſit executioni mandare, *d. §. verum cap. venientes* 19. *de Iureiurand. cap. ſi à iudice* 10. *lib.* 6. *de appel. l. præcipimus* 32. *§. ſi hæc appellatio Cod. eod.* docent Padilla *in l. ſi cauſa Cod. de tranſactio. per l. ab executione* 5. *Cod. quorum appel. l. vlt. Cod. ſentent. reſcin. non poſſe.* Ita vt eius iuriſdictio extincta cenſeatur *l.* 1. *§. vlt. ff. ad Turpill.* (de cuius interpretatione latè agunt poſt Panorm. *in cap. ad reprimendum num.* 5 *de offic. ordinar.* Couarruu. *pract. cap.* 23. *num.* 1. Petr. Gregor. *de appel. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 8. Lancellot. *de attent. dict. cap.* 12. *num.* 109. Gaill. *lib.* 1. *obſeru. cap.* 144. Caldas *in l. ſi curatorem, verbo per quod priſtinum à num.* 35. & Oſuald. *ad Donel. lib.* 28. *cap.* 4. *littera A.*) † Qua ratione quidquid poſt appellationem Iudex exegerit vel mandauerit, quaſi nullum & attentatum reuocari debet, quia poſt appellationem nihil ab inferiori iudice geſtum iure ſubſiſtit, tanquam à non iudice factum, *cap.* 1. *cap. ſuper eo*, 10. *cap. ad præſentiam* 16. *cap. cum teneamur* 17. *cum infinitis aliis de appellat. cap. non ſolum eod. tit. in* 6. *l.* 3. *l. minimè* 6. *Cod. eod. l.* 26. *tit.* 23. *part.* 3. facit *l.* 1. *Cod. vt lite pendente.* Explicant Lancellot. *ſupra* Couarru. *dict. cap.* 23. Petr. Gregor. *de appel. lib.* 7. *& lib.* 50. *ſyntagm. cap.* 2. *num.* 45. *&* 46. Gail. *ſupra cap.* 146. Scaccia *dict. quæſt.* 5. Tuſchus *in pract. verb. appellat. concl.* 375. *& ſequent.* Donell. *lib.* 28. *comment. cap.* 9. vbi Oſuald. *littera A*, Gonzalez *Reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. *à numero* 175.

Margin numbers beside the right-hand column: 1 (at "SED & nobis cum Iuris Canonici pro-"), 2 (at "Scaccia de appel. quæſt. 3. num. 16. † Sicut enim cau-"), 3 (at "littera A.) † Qua ratione quidquid poſt appella-").

4 Ex quibus difficilis videtur hæc traditio Innocentij *in dict. §. verum*, dum iudici à quo permittit, vt poſt appellationem poſſit excommunicatum denunciare, fructibúſque beneficiorum priuare, quod etiam probatur *in cap. ad reprimenda, de officio ordinar. cap. is cui 20. de ſentent. excommun. in 6.*
5 † Ratio autem in obſcuro verſatur, vt fatentur omnes poſt Decium *num. 12. in dict. §. verum*, qui qui reprobatis duabus à Panormit. traditis in eam magis inclinat. Quod cum excommunicatio medicinalis ſit *cap. 1. de ſent. excommunic. in 6.* & tendat in correctionem eius, qui excommunicatur, ne prætextu friuolæ appellationis impediatur correctio, ſublata eſt appellatio propter auctoritatem clauium, & fauorem cenſurarum, quemadmodum alias in omni correctione ſublata eſt appellatio *cap. 3. cap. reprehenſibilis 26. de appell. Concil. Trident. ſeſſ. 24. capite 10. de reform.* cum notatis ab Scaccia *ſupr.*
6 *quæſtio. 7. limit. 26.* † Quibus adiicit VVameſius *in dict. §. verum num. 5.* cæteras pœnas eſſe irretractabiles, quia nemo pœnitentia vel ſatisfactione illas à ſe auertit, *l. Diui 27. ff. de pœnis, iuncta l. acta 15. §. 1. & l. iudex 55. ff. de re iudicata*, excommunicationem autem facilem habere remiſſionem, reconciliatione ſcilicet intercedente, ſatisfactione aut cautione iurata, vt tradit Francus, & idem VVameſ. *in cap. qua fronte 2. de appell.* Lancellot. *dict. cap. 12. limit. 23.* cum ergo ab hac cenſura facilè eximatur ligatus, merito tributum eſt, vt executionem ſecum trahat. Quam rationem ſignauit etiam Scaccia *ſupr. quæſtion. 17. limit. 22. num. 3.* & fere communi calculo in his Scholis receperunt DD. noſtri.

7 Verum ea mihi nunquam placuit, quia ea ratione attentá appellatio ſuſpendere non debebat excommunicationem poſtea ſubſequutam, cum tamen ſi poſtquam reus appellauerit, excommunicatio feratur, ſuſpenditur, *cap. ad hæc quoniam 31. cap. præterea 40. cap. dilecti 52. de appellat. capit. cum contingat de offic. deleg.* explicant Sayrus *lib. 1. Theſau. caſuum conſcient. cap. 16. numero 18. & ſeq. & lib. 4. cap. 9. num. 1.* Scac. *ſup. quæſt. 6. numero 41. & quæſt. 17. limit. 22 numero 47. & 54.* Cened. *collect. 42. ad Decretal. num. 2. verſ. aduertit*, Suarez *de cenſur. diſput. 5. ſect. 4. & ſeqq.* Auila *de cenſuris 2. part. cap. 7. diſp. 2. dub. 6. & cap. 5. diſp. 5. dub. 11.* Spino *de teſtam. gloſſ. rub. 11. part. numero 19.* Et vero eadem clauium poteſtas & auctoritas verſatur in vno, ac in alio caſu vel etiamſi recuſatus eam pronuntiet excommunicationem, quo caſu eſt nulla, *argum. cap. quoties, & ibi gloſſ. verbo appellent 2. quæſt. 6.* docet Lappus *alleg. 1. num. 2.* Ioan. Andr *in cap. legitima de appell libro 6.* Sayrus qui alios refert *lib. 1. Theſ. cap. 16. num. 14.* † Deinde non
8 bene ſequitur excommunicationem ſemper tendere in correctionem, cum aliquando ſit iniuſta, (quæ licet timeri debeat, *cap. ſententia Paſtoris 11. quæſt. 3.*) neque ob id ſuſpenditur per appellationem, *cap. de cauſis 2. quæſt. 5.* Verbi gratia, quando iudex ex ira, odio aut alio inordinato affectu quempiam excommunicat, ſi neceſſarias ſolennitates obſeruauerit, talis ſententia eſt iniuſta, & tamen excommunicatus ligatur eadem cum peccaminoſa intentio iudicis virtutem ſententiæ non tollat, quæ valida fuit. Ita refert Sayr. *ſupr. lib. 1. cap. 17. num 5.* facitque *cap. Odoardus, de ſolution.* vbi etſi conſtet, neque in totum, neque in parte Clericum ſoluere poſſe, adhuc, licet iniuſtè, excommunicatur. Neque derogat auctoritati clauium, quod appellatio interponatur, cum rectius ſit, vt æquitatis vinculum, quo appellatio ſuſtinetur in Eccleſia magis adiuuaretur, & quis rogo fauor cenſuratum dari poteſt in re ita pœnali? *cap. odia, de reg. iur.* etſi excommunicatio feratur ſub conditione, non debebat, (ſi ea ratio vera eſſet) ſuſpendi per appellationem, *cap. præterea 20. de appel. cum ſupr. not.* Denique Innocent. Summ. Pontifex *in dict. §. verum*, non eam reddit rationem ſuæ deciſionis, ſed excommunicationem ſecum trahere executionem.

In hac re miſerè fluctuant Interpretes, ita vt Pa- 9
normit. duodecim rationibus adductis adhuc dubius maneat. Quare ego exiſtimo huius iuris veram rationem, licet ſubobſcure, tradidiſſe Pontificem in illis verbis, *quod cum executionem ſecum trahat excommunicatio, & per denuntiationem excommunicatus amplius non ligetur, &c.* Vbi vim præcipuam, & naturam fulmineam excommunicationis includit, de qua nullus, (quod ſciam) meminit, qui de effectibus excommunicationis ſcripſere. Cum ergo iudex pronuntiatione ſua, aliquem excommunicat, ſtatim priuatus eſt communione fidelium, & participatione Sacramentorum, & aliis rebus, quas ſedulò commemorat Suarez *de cenſuris diſp. 9. & ſeqq.* Sayrus *libro 2. Theſau. cap. 3. cum ſeqq.* Marius Alterius *de cenſur. tom. 1. lib. 1. diſputat. 5. & 6.* Garcias *de beneficiis 7. part. cap. 13. §. 1.* a quibus appellatio excommunicatum liberare non potuit. Quemadmodum ſi Petro vulnus eſſet illatum, in inſtanti non potuiſſet alter iam tollere, etſi illum defendere conaretur, ita excommunicatio poſtquam ſemel vulnus inflixit, & hominem ſeparauit ab Eccleſia, appellatio non poteſt hanc ſeparationem tollere, ſed abſolutio cum excommunicatio ſit actus ipſe ſeparans à communione & hanc ſeparationem operatur in inſtanti. † Aliæ 10
pœnæ non ipſa ſententia inferuntur, neque ipſa ſententia executionem facit, ſed neceſſe eſt vt talis ſententia pœnam irrogans poſtea executioni mandetur. Excommunicatio autem ipſa ſecum trahit executionem, & cum executa eſt ſero medicina paratur ex appellatione: nam priuatus eſt iam Eccleſiaſtica communione, & ipſe ligatus excluſus ab Eccleſia, ad quam nullo modo introire poteſt, niſi per ianuam abſolutionis, ita poſtquam ſemel excommunicatio lata eſt, & ligat, minimè tolli poteſt niſi mediante abſolutione, *cap. cum deſideres 15. §. fin. cap. ſicut 39. de ſent. excomm.* (docent relati à Couarru. *in cap. alma mater 1. part. §. 11. num. 5.* Marius Alteri. *lib. 4. tom. 1. diſp. 1.* qui alia iura allegat, non verò Auctores,) quam non poteſt producere appellatio, nam cum illud vinculum proueniat à poteſtate clauium, ab eadem poteſtate tollendum eſt. Et hoc ratione dixit Pontifex excommunicationem, ſecum trahere executionem vbi expende voculam *ſecum*, quæ perſonaliſſimum hunc eſſe excommunicationis effectum demonſtrat, non adhibitis aliis, atque auxiliantibus adminiculis, ſed ipſiſſima excommunicatio ligat & excludit, cum natura ſua ſit executiua.
† Cum in aliis ſententiis apponitur, condemno te, 11
vt ſoluas, (quem caſum ponit Bernard. *in dict. §. verum*) ſtatim ſum condemnatus, at non facit ipſa ſententia executionem, ſed neceſſario iudex tenebitur me compellere ad ſoluendum: in excommunicatione vero ipſa prolatione ſententiæ ſtatim eſt quis condemnatus, ligatus, priuatus, *argum. l. in ſeruorum 10. §. qui ex cauſa l. qui vltimo 29. D. de pœnis, iuncta l. & ſi quis filio 6. §. ſi quis 6. D. de iniuſto rupt.* Quæ vera eſt ratio, genuináq; Pontificis mens à qua immerito receſſit Panorm. *in cap. ad reprimendam num. 5. de offic. ordin.* & Alterius *tom. 1. de cenſuris lib. 5. diſp. 5. cap. 1.* † Qui inter alia mouentur, quod ſen- 12
tentia lata ſuper furto ſecum trahit, & in continenti executionem reſpectu infamiæ, ita vt nulla alia executio neceſſaria ſit, & tamen per appellationem ſuſpenditur, *l. furti 6. D. de his qui notant. infam.* quo argumento vtitur Panor. *in d. §. verum, numero 9.*

Sed eo non obſtante, reſpondeo Panormitanum non rectè legiſſe *dict. l. furti* litteram quæ contrarium aperte ſtatuit, vt illa verba demonſtrant, *Sed ſi furti, vel aliis famoſis actionibus qui condemnatus prouocauit, pendente iudicio nondum inter famoſos habetur, ſi autem omnia tempora prouocationis lapſa ſunt, retro infamis eſt, quamuis ſi iuſta appellatio eius viſa ſit, hodie notari puto non retro notatur.* Ex quibus conſtat non eſſe infamem, qui appellauerit, cum extinguat appellatio iudicatum *l. 1. §. final. D. ad S. C. Turpilian.* cum reducat negotium ad terminos litis conteſtatæ, quo tempore non aderat in familia *l.*
13 *ſciendum* 15. *§. ſi fundum. D. qui ſatiſdar. cog.* † Et ea ratione ſi quis fuerit capite damnatus, vel ad beſtias, vel ad gladium, vel in metallum datus, vel deportatus ſi prouocauerit, capite non minuitur, ſed pendente appellatione poterit facere teſtamentum *l. ſi quis filio. §. ſi autem omnes* 8. *D. de iniuſto rupt. iuncta l. de ſtatu* 15. *D. de teſtam.* Si autem non prouocauit, ſuſpenditur infamia intra tempora ad appellandum data, tradit Caldas *in l. ſi curatorem in diſfinit. verbo, per quod priſtinum ius num.* 35. & Oſuald. *ad Donel lib.* 28. *cap.* 4. *lit.* A. ſi vero appellatum fuit, & lapſa ſunt tempora, intra quæ poterat appellationem proſequi, tunc cum appellatio non fuerit proſequuta, pro non interpoſita habetur, & ita non eſt mirum, ſi retro, id eſt, à tempore ſententiæ infamis cenſeatur, non quia ſententia ipſa executionem faciat, vt in excommunicatione, ſed lex ipſa infames reddat, *argum. d. l. 1. §. quorum alterum verſ. & quamuis D. ad Turpill. l. ſi Præſes* 32. *D. de pœnis*, notat Caſtrenſ. *num.* 2. *in dict. l. furti*, ſi tamen iniuſta pronuntietur appellatio à tempore ſententiæ notari
14 incipit. † Vnde cum ſententia, quæ infamiam irrogat, poſſit ſuſpendi, non recte comparatur cum excommunicatione, quæ ſtatim ſuos effectus producit, quos non potuit tollere appellatio, ſed abſolutio, vt diximus. Nec Panorm. fauet *l. non poterit* 63. *D. de furt.* vbi traditur Præſidem Prouinciæ efficere non poſſe, vt furti damnatum non ſequatur infamia. Cui reſpondetur loqui de damnato ex ea ſententia, quæ effectum habuit, vel quia non eſt prouocatum, tranſit in rem iudicatam, vel quia confirmata eſt per ſuperiorem *l. 2. §. eum. D. de pœn.* quo caſu non poterit infamiam ſubterfugere, non tamen ſequitur ex hoc, infamiæ ſententiam executionem ſecum trahere.

15 Ex qua vera ratione, quam ante me nullus ita explicauit, damnandus venit Accurſ. qui ridicule nimis iuris Canonici ignorantia opinatus eſt in *leg. vltim. verbo conſtringat C. ſi à non comp. ind.* appellationem extinguere excommunicationem, cuius ſententiam communiter improbant omnes, vt conſtat ex Caſtrenſ. Salic. *num.* 1. & reliquis *ibi*, Bart. *in dict. l. qui vltimo num.* 4. *D. de pœn.* Vuameſ *in d. §. verum, num.* 1. vltra quos neceſſarium erit reſponderi iuribus, quæ Accurſ. pro ſua opinione adduxit, ſcilicet *dict. l. qui vltimo l. in ſeruorum* 30. *§. qui ex cauſa l. quoad ſtatum* 12. *de pœn.* vbi ipſa ſententia irrogatur pœna, & ſecum trahit executionem, & tamen appellatio conceditur, *l.* 2. *§. fin. de pœnis, dict. l. ſi quis filio §.*
16 *hi autem.* † Relicto itaque Caſtren. *in d. l. fi. Cod. ſi à non comp. num.* 2. dic illa iura accipienda eſſe de damnatis in metallum, vel ad beſtias, vel ad gladium per ſententiam præſidis, quæ non indigebat
17 Principis confirmatione ſicut deportatio. † Hoc enim intereſt inter deportationis pœnam & reliquas, quod qui deportati fuerint à Præſide integrum ſuum ſtatum retineant, vſque dum Princeps factum comprobet, & ſententiam confirmet *l.* 1. *§. deportatos D. de legat.* 3. *l.* 1. *D. quando appell. ſit, l. relegatorum* 7. *in princ. D. de interdict. & releg. dict. l. ſi quis filio* 6. *§. eius qui deportatur.* 7. *de iniuſto.* Si vero ſententia Præſidis aliquis in metallum damnetur, vel ad gladium, tunc ipſa ſententia ſtatim cum lata eſt, efficit vt is qui eam paſſus eſt, conditionem ſuam mutet, *d. l. in ſeruorum §. qui ex cauſa cum aliis d. l. ſi quis* 18
*filio §. ſed & ſi quis.* † Verum non ob id impeditur, quominus poſſit appellare, ita vt ſi id fecerit, ſtatum ſuum integrum retineat, vt expreſſe docet Conſultus *in d. l. ſi quis filio. §. hi autem.* Vbi diſertis verbis loquitur de his, quorum teſtamenta irrita facta ſunt per damnationem, quod non niſi de his, qui in metallum ſunt dati accipiendum eſt, vt probatur ex eadem lege *§. irritum, & §. ſed ſi quis ſtatim ſequenti* † in quam quoque rem expendi po- 19
teſt Pap. *in l. pen. D. de accuſat.* vbi ſcribit, capitis reum ſuſpenſo crimine cauſam fiſco deferre non prohiberi. Quem non intelligo cum Cuiac. *ibi. lib.* 15. *reſp. Pap.* & Gotofr. id eſt, non habita ratione criminis, vel nondum damnatus, ſed quando eſt litigio, quod reſpuit proprietas illorum verborum, *nam hoc non eſt ſuſpendere*, id eſt litigare. Præcipuéque in eo caſu delationem non habent rei *l. reum.* 6. *Cod. de procurat. ibi, reum criminis conſtitutum antequam purget innocentiam ſuam.* Quare verius dic ſuſpenſum per appellationem fuiſſe crimen, quo caſu cum omnia in integro ſuo ſtatu permaneant *d. l.* 1. *§. fin. D. ad Turpill. l. qui à latronibus* 13. *§. fin. D. de teſtam. iuncta d. l. ſciendum, §. ſi fundum. D. qui ſatiſdare*, non eſt
mirum, ſi & deferre poſſit.) † Ratio autem differentiæ ſupradictorum iurium eſt quoniam Præſides 10
ius habuerint in metallum damnandi, & ad beſtias: quo caſu cum eorum ſententiæ non indigerent aliqua Principis confirmatione, neque erat neceſſarium expectare aſſignationem inſulæ, vt in deportato neceſſe erat, ob id Conſulti dixerunt, damnatos ſuam mutare conditionem ex ipſa ſententia, in deportatis vero ante confirmationem eius, & loci aſſignationem non mutatum eſſe ſtatum. Idque eleganter colligitur ex *dict. l. in ſeruorum §. qui ex cauſa, ibi, quamuis nondum in eum locum perducti fuerint, in quo operari habent.* Vnde non deduces ſententiam ipſam non poſſe appellari, vt diximus. † Neque ex 21
hoc aſſentiaris Accurſ. & Horoſcio, reliquiſque antiquioribus *in l.* 6. *§. qui vniuerſas de offic. præſid.* quos ſequuntur Ant. Fab. *in Iuriſprud tit.* 11. *princ.* 4. *& tit.* 56. *princ.* 1. *illat.* 3. Pet. Velleius *in dict. §. qui vniuerſas*, Pet. Fab. *in l. non debet* 21. *D. de regul. iur.* vbi etiam Cuiacius, & *in dict. l. ſi quis filio §. eius, & in l.* 1. *de legat.* 3. *ſub l.* 2. *de leg.* 1. & alij relati ab Oſuald. *ad Donellum lib.* 17. *capite* 8. *litt.* Q Q. *in fin.* qui putarunt Præſides non habuiſſe facultatem deportandi, vt *in l.* 1. *§. deportatos D. de legat.* 4. *l. inter.* 6. *§.* 1. *de interdict.* quia inſulæ erant in dominio Principis: vel ne Ciuitatis Romanæ dignitas, quæ per deportationem damnato adimebatur, nimis contemni videretur, ſi Præſidibus eam tollere permitteretur: Cum in damnatione in metallum, non ſolum ciuitas adimere-
tur ſed & quod plus erat, libertas. † Itaque exi- 22
ſtimo Præſidibus non fuiſſe ademptum, vt poſſint nocentes in inſulam deportare, quoniam id præcipuum ſibi Princeps reſeruauerit, ſed quia cum Prouinciæ inſulas non haberent; non poterat Præſes vinctum in inſulam mittere, in qua nullam habebat iuriſdictionem *l.* 3. *D. de offic. Præſid. l. fin. D. de iuriſdict.* quod probat *dict. l. relegatorum §.* 1. vbi dicitur Præſides poſſe in inſulam relegare, ſi inſulam ſub ſe habeant, & ita damnare non poſſunt in eam inſulam quam in ea prouincia, cui præſunt, non habeant. Et poſtea in *§. ſicut*, ſubiicitur, non poſſe quem relegare in inſulam, quæ non eſt ſub ſe. Ob idque neceſſarium fuit, vt Princeps inſulam aſſignaret, ad quod neceſſe quoque fuit conſe-

quente:

quenter de iuſtitia ſententiæ cognoſcere, & factum comprobare.

22 Ex quibus iam patet, rectè ſeparandam eſſe ſententiam excommunicationis ab aliis, cum poſtquam dicta eſt, illico ſtatum mutet condemnati, & cum præſcindat à communione fidelium & perceptione ſacrorum, ad quæ nullo remedio redire poteſt, neque ab illo ligamine ſe expedire, niſi mediante abſolutione (diximus *ſuprà ex cap. à nobis el. 2. de ſentent. excommunic.* cum aliis Suarez *de cenſur. diſput.* 19. *ſect.* 1. *numero* 3. *& 7. & diſput. 7. ſect.* 1. *numero* 1.) Quæ non minus eſt actus iuriſdictionis, quam excommunicatio ipſa, *capite vnic de maior. & obed. lib.* 9 *cap. venerabilibus §. porro*, *de ſentent. excommunic. eod lib.* & per ſe manifeſtum fit, cum ſit vel ſententia quædam, vel reuocatio pœnæ & obligationis impoſitæ ab habente iuriſdictionem, quæ ſine æquali vel ſuperiori iuriſdictione fieri non poteſt. † Vnde excommunica-
23 tio poſtquam ſemel tenuit, non ſoluitur ipſo facto propter emendam ſolam, vel ſatisfactionem, niſi per abſolutionem eius, qui ligauit *cap. ſeruetur* 11. *quæſtione* 3. not. Suarez *dict. diſputat.* 7. *ſectione* 2. *numero ſecundo, & decimo.* Cum ergo appellans non habeat iuriſdictionem, neque appellatio ex ſua natura abſolutionis vim habeat, etſi interponatur, nihil effectus ſuſpenſiuus operabitur, *capit. per tuas* 40. *de ſentent. excommunic. cap is cui* 40. *eod in* 6. docet Anton. de Butrio *in dict.* §. *verum.* Diſtat ergo excommunicatio ab aliis ſententiis, quæ etſi in inſtanti operentur, tamen appellatio ſufficiens & potens eſt ad eas extinguendas, obſeruat Scaccia *dict. quæſt.* 17. *limit.* 22. *numero* 2.

24 *Secundò* infertur ex ſupradicta ratione, quod cum excommunicatio effectum fuerit ſortita, merito etiam poſt appellationem excommunicatus denuntiari poteſt ſine metu attentatorum, vt ab aliis euitetur *d.* §. *verum.* Ratio eſt, quia hæc denunciatio eſt veluti ceremonia quædam conſequens ipſam excommunicationem, neque quidquam eſt aliud, niſi vt hic excommunicatus ab omnibus talis reputetur, & excommunicatio operetur libere ſuos effectus, & digne tractetur, quod eſt executio ipſius ſententiæ. Cum enim appellatio interpoſita, vt dixi, non tollat excommunicationem, non poterit ſimiliter tollere, vt poſtquam perfecta eſt, non operetur ſuos effectus, & ideò attentatio non datur, cum nihil addatur excommunicationi, neque amplius ligetur excommunicatus. Docent Gutier. *lib.* 1. *canon. cap.* 1. *numero* 36. Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 40. *numero* 6. Sigiſmund. Scaccia *dict limit.* 22. *numero* 4. Suarez *de cenſur. diſputat.* 3. *ſection.* 14. *per tot. & ſect.* 15. *numero* 18. *& diſput.* 9. *ſect.* 1. Spino *de teſtament. gloſſ.* 11. *rub. numero* 65. Frechilla *de excommunic.* 3. *p. artic. vnic. numero* 13. Cenedo *collect.* 32. *ad Decretum*, Qui latè etiam agunt de interpretatione Extrauag. *ad euitanda ſcandala.* † Neque obſtat *cap. Præterea* 40.
25 *de Appellationibus*, dum conſtituit appellari poſſe à ſententia excommunicationis. Cui reſpondebis, multum intereſſe, an quis purè excommunicetur, an vero ſub conditione, veluti ſi intra viginti dies non ſatisfeceris ſis excommunicatus. Pura excommunicatio non ſuſpenditur per appellationem, quia ſtatim habet effectum iuxta ſupradicta. Vbi autem eſt conditionalis, nulla eſt ante euentum conditionis, & ideo appellatione ſuſpenditur non ſolum cenſura, ſed & præceptum ſeu obligatio exequendi, quodque ſub cenſura præcipitur, ideo appellatur à cenſura, quia appellatur à præcepto, quod eſt ibi principaliter intentum, & cenſura eſt veluti acceſſorium, parumque vtilis eſſet appellatio, ſi excuſaret à pœna & non à culpa. Idque habet locum, etſi in ſententia conditionali apponatur clauſula *niſi ſatisfeceris intra decem dies, ex tunc ſis excommunicatus.* Licet enim adiectio *tunc* ſoleat inducere retrotractionem *l. huiuſdi* 64. *de verbor. obligat.* hæc non habent locum in cenſuris, vt latè de illius interpretatione tractantes obſeruant Gutierrez *libro primo, canon. cap.* 4. *ex numero* 19. Spino *ſuprà numero* 19. Auila *de cenſur.* 2. *part. cap.* 7. *diſp.* 2. *dubit.* 6. *& cap.* 5. *diſput.* 5. *dub.* 11. Suarez *ſupra diſput.* 3. *ſect.* 4. Sayrus *lib.* 1. *Theſau. capite* 16. *numero vigeſimo quarto*, & eis non laudatis Cened. *collect.* 42. *ad decretal. numero tertio, verſ. aduertit.*

*Vltimò* colligitur ex ſupradictis, excommunica- 26
tum, etſi appellantem, fructibus beneficij & quotidianis diſtributionibus priuandum eſſe, vt *in dict.* §. *verum in fine*, probat Gutier. *d. cap.* 1. *à numero* 90. Scacc. *d. lim.* 22. *numero* 8. Sayrus *d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 24. Suarez *ſuprà diſput.* 6 *ſect.* 4 *& diſput.* 13. *ſect.* 2. *& diſputat.* 27. *ſect.* 1. *numero* 24. Cened. *vbi proxim.* Garcias *de benef.* 7 *part. cap.* 13. §. 1. *per tot.* Ratio ex ſuperioribus dimanat, nam cùm vere appellans ſit excommunicatus, & excommunicatio debeat ſuos operari effectus, cum denegatur ei communio ab Eccleſia, deneganda eſt ei quoque omnis vtilitas ab Eccleſia proueniens. Docet Panormitan. *numero* 6. Francus *numero* 4. *in dict.* §. *verum*, & cum beneficium detur propter officium, ſicut merces propter opus, *cap. cum ſecundum de Præbend.* cum excommunicatus ſit ſuſpenſus ab officio, conſequenter à fructibus. Ita *ſuprà* relati, & Suarez *d. ſect.* 2.

---

# CAPVT XVI.

## Noua interpretatio Pomp. *in l. fructus* 45. *D. de vſuris*, & Pauli *in leg. conficiuntur* 8. §. *ſi poſt factum de Iure Codicillorum.*

### SVMMARIVM.

1 *Commendatur difficultas huius reſponſi.*
2 *De fructuum materia D. D. & iura remiſſiue.*
3 *Diſcutitur quæſtio an bonæ fidei poſſeſſor lucretur omnes fructus.*
4 *Referuntur auctores, qui ad* d. l. fructus *ſcripſerint interpretationes.*
5 *Interpretatio in Academia noſtra receptior propoſita.*
6 *Reiicitur variis argumentis.*
7 *Donatio fructuum inter maritum & vxorem eſt valida, & de quibus ſit intelligenda*, numero 8. & 11.
9 *An maritus in fructibus donatis ſit bonæ fidei poſſeſſor.*
10 *Et ſi donatio à iure prohibeatur, non tamen potuit prohiberi, vt poſſeſſio naturalis non tranſeat in donatarium coniugem.*
12 *Maritus in fructibus naturalibus eſt malæ fidei poſſeſſor.*
13 *Explicantur illa verba l. fructus* ſicuti nec cuiuſlibet bonæ fidei, *&* n. 15.
14 *Multi bonæ fidei poſſeſſores non poſſunt ſuos facere fructus naturales.*
16 *Proponitur difficultas* l. conficiuntur §. ſi poſt factum de Iure Cod.
17 *Filiusfam. nec teſtamentum, nec codicillos facere potuit.*
18 *Qui interpretati fuerint* d. §. ſi poſt factum.
19 *Vera explicatio* d. §. ſi poſt factum.
20 *Poſthumus qui agnatione rupit teſtamentum ſi*

*viuo patre decedat, conualeſcit teſtamentum.*

CELEBRATISSIMVM eſt omnium ore hoc
1 Pomp.reſponſum, propter eius elegantem hypotheſim plenam difficultatibus, quæ adeo exercuerunt Interpretum ingenia, vt crucem magis affigere, quàm ex iure certo reſpondere videatur. Memini in quadam ex temporali relectione pro roſtris habita me Pomponij mentem fuiſſe aſſecutum: exiſtimaueramque (niſi me animus fallit) nullam accommodatiorem interpretationem excogitari potuiſſe, quapropter typis eam dedi, vt multorum voto obtemperarem, & cum Academiæ placuiſſet, hic nunc attexere nouum noſtrum
2 opinamentum duxi. † Relictis ergo variis iuribus & quæſtionibus, quæ ad fructuum adquiſitionem à malæ vel bonæ fidei poſſeſſoribus faciendam ſpectant vt videre eſt ex *l. ſi fructus* 33. *l. ſi nauis* 68. *cum aliis multis illius tit. Digeſt. de rei vind. l. domum.* 5. *l. ſi fundum* 17. *l. certum* 22. *C. eod. l. ſed ſi leg.* 25. *§ ſi ante de pet. hær. l. ſi fructuarius* 13. *Digeſt. quibus mod. vſusfruct. amitt. l. cū autem* 23. *l. cum redhiberetur* 9. *D. de ædilit. edict. l. qui ſcit* 25. *§ præterea, & §. bona fidei l. in pecundum* 28 *D. de vſuris l. apud Iulianum* 40. *§ fructus de legat.* 1. *l. bona* 48. *D. de adquir. rer. dom. l. fin. §. ſi procurator cum ſeq. D. quæ in fraud. cred. l.* 2. *C. de fruct. & lit. expen. cap. Grauis de reſt. ſpol.* cum infinitis relatis à Doctor. *in dict. iur.* Pichard. Gilken. & aliis *in §. ſi quis à non domino Inſtitut. de rer. diuiſ. & in § & ſi in rem. de officio iud.* Cuiacius *tractat.* 7. *ad Afric. in l. quæſitum de adquirend. rerum domin.* Couar. *libro ſecundo, variar. capit.* 3. Spino *de teſtament. gloſſ.* 3. *à numero* 42. Pinel. *in l.* 2. *Codic. de reſcinden.* 2. *part. numero* 48. *& ſequent.* Donel. *libro quarto, comment. cap.* 24. *& ſequent. & lib.* 20. *cap.* 5. vbi Oſuald. Anton Fab. *libro quarto, coniect. cap.* 17. Schifordeg *libro ſecundo, tractat.* 28. *cum ſequent.* Menoch. *de recuper. remed.* 25. *numero* 574. Fachin. *libro primo, controuerſ. cap.* 57. *& ſequent.* Ceuallos *pract. quæſt.* 762. & nos multa *libro tertio, capit.* 1. *per tot. & cap ſecundo,*
3 congeſſimus. † Solum in tantarum rerum pelago, eam perſtringemus quæſtionem: An bonæ fidei poſſeſſor omnes fructus, tam naturales quam induſtriales faciat ſuos, concedimus fructuum diuiſionem, doctrinæ gratia non incongruè, à DD. admiſſam cum Menoch. *de arbitrar. caſ.* 210. Gilken. *in §. ſi quis à non domino cap.* 6. & Pichard. *ibi numero* 7. Oſualdus *d. lib.* 4. *cap.* 25. *littera C & F* in qua re bonæ fidei poſſeſſorem omnes fructus ſuos facere docent Ant. Fab. *dict. cap.* 27. Vulteius *libro ſing. Scholaſt. diſput. cap. fin.* Gilken. *in dict. leg. certum,* Spino, & alij *ſuprà* moti auctoritate *dict. leg. bona de adquirend. rer. dom.* Contrariam vero ſententiam defendunt Choppus *de fructib. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 6. Gouean *libro ſecundo, lect. cap.* 15. Donel. *ſuprà* Pichard. *in dict. §. ſi quis à non numero* 12. Qui pro ſua opinione adducunt *d. leg. fructus.* Sed id minime probat, & verior eſt contraria reſolutio, quæ cum nobis placeat, ad difficultatem illius legis
4 reſpondere debemus. † Auctores *ſuprà* relati grauiter ſeſe diſcruciant, dum reſponſum parant, vt conſtat ex Genoa *in eius legis antinom. pag.* 190. Oſuald. *dict. cap.* 25. Pichard. *ſuprà numero* 11. *& in d. §. & ſi rem numero* 70. itavt Anton. Fab. exiſtimauerit mendoſam eſſe litteram illius, ab eaque eſſe expungendam negationem, ſequitur Vultei. & Genoa *ſuprà numero* 56. Sed hoc ſecare eſt gladio nodos magis, quam diſſoluere, vt notanit Pichard. *dict. nu-*
5 *mero* 70. & Oſuald. *d. cap.* 25. *littera H.* † Quare in noſtris Scholis recepta fuit ea interpretatio, inter maritum & bonæ fidei poſſeſſorem differentiam eſſe conſtituendam, nam cum iſti ius non reſiſtat, ſtatim ſola perceptione fructus omnes facit ſuos, vt *in d. §. ſi quis à non dom.* At cum ius commune reſiſtat marito, non facit fructus ſuos ſola perceptione, ſed & cum ea requiritur conſumptio, & quod voluntate vxoris rem habeat & poſſideat, *l. fructus* 8 *l. de his* 17. *Codic. de donat. inter virum*, atque ita diſtinguuntur bonæ fidei poſſeſſor, & maritus, vt in illo requiratur perceptio, in hoc autem perceptio & conſumptio.
† Quæ interpretatio ex eo diſplicet quod huiuſmodi 6
differentia nullo iure probetur, neque tollat difficultatem, quare fructus induſtriales facit ſuos maritus, non verò *ſi pomum decerpſerit.* Deinde, quia Pomponius in fructibus induſtrialibus ſolum requirit in marito perceptionē, non vero conſumptionem, vt probatur ibi *fructus percipiendo.* Neque adhuc explicantur illa verba obſcura *ſicuti nec cuiuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris*, & ratio propter quam maritus ſi pomum decerpſerit non facit ſuum, eſt quia is fructus non ex facto eius naſcitur, ergo non quia non conſumpſit.

Ego verò in hac tanta difficultate variis omiſſis, 7
vt facilius Pomponij mens cognoſcatur ſupponendum eſſe exiſtimo: inter maritum & vxorem validam eſſe donationem fructuum, & ita ſi ex prædio donato fructus collegerit maritus, in illis donatio conſiſtit, & eos capit iure bonæ fidei poſſeſſoris (ſic intelliges Gilken. & alios, quos immerito reprehendit Schiford. *d. tractat.* 28. *quæſtion.* 1. aliter enim fructus à muliere donati non dicerentur fructus, ſed res aliæ in quas non caderet donatio) *l. quid ergo* 16. *l. de fructibus* 17. *Digeſt. de donation. inter. iuncta d. leg. fructus in princip.* † Quod accipiendum eſt de fructibus 8
induſtrialibus, cum eos adquirat operis ſuis mediantibus, ex quo mulier pauperior facta non eſt *leg.* 5. *§. cum igitur leg. ſed etſi* 25. *de donation. inter.* docet Accurſ. *in d. l. de fructibus*, & Pinel. *ſuprà numero* 49. Sic donatio pecuniæ facta ab vxore non valet, licet vſuræ à marito ſua induſtria ex illa pecunia redactæ ad maritum pertineant, *leg. ex annuo decima quinta, §. primo, leg. ſi quis vigeſima prima, §. ſi vxor Digeſt. de donation. inter.* † In quo articulo aduerte 9
maritum, qui prædium accepit, fructus non adquirere, quoniam ſit bonæ fidei poſſeſſor, vtpote qui putabat donationem valere (vt falſo opinatus eſt Accurſ. & DD. *in d. leg. fructus, & in leg.* 16. *de adquirend. poſſeſſ.* quos reprobat Pinell. vbi proximè,) ſed quia, etſi per donationem fundi maritus non efficiatur dominus, efficitur tamen poſſeſſor, *d. leg. quod vxor. decima ſexta, l.* 1. *§. ſi vir.* 4. *Digeſt. de adquirend. poſſeſſ. l.* 1. *in fin. Digeſt. pro donation.* †
Nam Ius Ciuile quo prohibetur donatio inter con- 10
iuges efficere non poteſt, vt poſſeſſio vtilis ſine naturalis, quæ facti eſt potius quàm iuris, volente donatore, non transferatur, in donatarium, quod egregie probat idem Pomponius *in leg. ſi id* 5. *verſ. nam etſi Digeſt. pro derelicto, iuncta l. ſi donatæ* 36. *Digeſt. de donation. inter.* ibi, *ſed quia cauſam poſſidendi donatio præſtitit, & l.* 2. *§. fin. Digeſt. pro hærede.* Ex qua poſſeſſione fructus adquirit, quos induſtria ſua potuit quærere, cum in eorum adquiſitione nihil de ſuo mulier erogare videatur, neque pauperior efficiatur: non enim tā ex re donata quam ex opera aut induſtria ſua percipere creditur, & fieri poterat vt etiam non facta donatione eos fructus mulier non percepiſſet, quæ alias illa induſtria non vteretur. Vnde maritus cenſetur bonæ fidei poſſeſſor, quia volente domina, & deferente poſſeſſione poſſidet, & adquirit id quod iure ſibi permittitur ex re aliena, *d. leg.* 5. *verſ. nam etſi.* † Secundo 11
ſuppono hoc non fuiſſe admiſſum in fructibus naturalibus, neque in eis valere donationem inter coniuges, ex ſupradictis colligitur & ex ratione tradita à Pompon. ibi, *Quoniam non ex facto eius is*

*fructus*

*fructus naſcitur.* Nam ſi in induſtrialibus valet donatio, ea ratione fit, quod ab vxore donati non ſunt, ſed magis opera & induſtria mariti perueniunt. In his autem, *ſi pomum decerpſerit*, donatio non eſt, cum nulla opera aut induſtria mariti perueniat, indeque vxor pauperior reddatur, (in quo errarunt Gilken. & alij qui in naturalibus voluerunt reſtitutionem eſſe, ſi inde maritus locupletior fiat, vt recte
12 docuit Schiford. *q.* 2.) † Ex quo iam conſtat maritum eſſe in his malæ fidei poſſeſſorem, vt probatur ex *l. ſi vxor filio* 19. *de donat. inter vir. l. per ſeruum* 5. *D. de adquirend. rer. dom.* vbi quæ adquirit coniux ex ſeruo donato non fiunt eius, quia malæ fidei poſſeſſor eſt, cum illæ adquiſitiones non fiant ex induſtria ſua, neque ex facto eius is fructus proueniat, ſed opera ſerui. Atque ita dicendum eſt, maritum diuerſis reſpectibus bonæ fidei poſſeſſorem eſſe in induſtrialibus, eoſque adquirere, & in naturalibus malæ fidei poſſeſſorem eſſe, eoſque ſuos non facere, ex *ſuprà* præſuppoſitis; conferunt tradita *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 15. Vnde conſtat non capere in primo caſu maritum fructus titulo donationis, vt non recte autumat Schiford. *ſup d. q.* 3. Nam relictis Garcia & Gilken. quos in hanc partem refert, ea ratione non capit titulo donationis, quia non fuerunt fructus donati in *d. l. fructus*, ſed fundus, vt patet ibi, *fructus percipiendo ex re donata*, & ita neceſſe fuit, vt caperet maritus iure bonæ fidei poſſeſſoris fructus, cum in eis conſiſtere poſſet perceptio, & conſequenter commodum donationis fundi. Si itaque donaret coniux fructus, ad quid deſideratur perceptio ex operis ſuis? Ergo conſequemur ex donatione illa inualida fundi, titulo bonæ fidei poſſeſſoris capi fructus, quia ipſi intelliguntur donati. Et rurſus non video quî conuenire poſſit, quod *d. q.* 3. *in fine* tradit, maritum eſſe bonæ fidei poſſeſſorem, ſed fructus non tam propter bonam fidem, quam ob titulum donationis percipere. Quid quæſo, ſi hoc eſſet verum, haberet maritus ratione bonæ fidei?

13 Vnde infertur interpretatio ad illa verba *ſicuti nec cuiuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris.* Vbi ad fructus naturales adquirendos, non quilibet bonæ fidei poſſeſſor admittitur. Hoc itaque intelligendum eſt, vt indiſtincte non quilibet bonæ fidei poſſeſſor ad fructus na-
14 turales lucrandos admittatur. † Cum videamus in iure ex eis multos, qui ad reſtitutionem compelluntur, quando locupletiores ſunt facti, *l. item veniunt* 20. §. *præter verſ. eos, l. ſed ſi leg.* 25. §. *conſuluit. D. de pet. hæred. l. indebiti* 15. *D. de condict. indeb. l.* 3. § *cum Pollidius, D. de vſuris l. hæredem* 17. *cum l. ſequent. D. de his quibus vt indig. l.* 1 *C. eod* atque ideo maritus ex eadem cauſa re-
15 ſtituit. † Senſus ergo erit, fructus non fit eius (ſcilicet mariti) ſicuti nec fit cuiuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris, hoc eſt, non omnis bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, nam verbum *cuiuſlibet* diſtinctiue ponitur, vt ex Vueſemb. notat Oſuald. *dict. lit. H.* Quaſi ad tacitam obiectionem reſpondiſſet I.C. Quare non faciat fructus ſuos, ea ratio eſt, *quia is fructus non ex facto eius naſcitur.* Id eſt, quamuis fructuũ induſtrialium donatio valeat, in his non admittitur, quia mulier fit pauperior, maritus autem locupletior, atque ita non fiunt eius, quemadmodum multi bonæ fidei poſſeſſores reſtituunt *d. § conſuluit*, qui malæ fidei poſſeſſores quatenus locupletiores ſunt facti, intelliguntur.

His adiicere eadem breuitate conſtitui verum in-
16 tellectum ad *l. conficiuntur.* 8. § *ſi poſt factum. D. de iure codicill.* Cuius difficultas iam diu apud doctiſſimos non infimum tenuit locum. Nam cum filiusfamilias non poſſet facere teſtamentum *l. qui in poteſtate.* 6. *l. filiusfam.* 16. *D. de teſtam. l.* 3 *l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. tam is* 25 § *fin D. de donat. cauſ. mort. princ. Inſt. quibus non eſt perm.* & de iure noſtro *l.* 13. *tit.* 1. *p.* 6. *l.* 5. *Tau.* *quæ eſt. l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopil.* cum traditis à Doctiſſimo eruditóque noſtro Præceptore Ant. Pichard. (olim huius Academiæ Primariæ legum Anteceſſore, nunc autem Regio in Valliſoletano conuentu ad dignitatẽ Senatoriam euecto, & pro meritis ad maiora honorum faſtigia euehendo) *in d l. pr.* Ant. Fab *de erroribus decad.* 43. *error.* 7. Oſuald. *ad Donel. lib.* 6. *c.* 5. *litt. B. & K.*
† Neque item potuit filius facere eodem modo co- 17
dicillos *l.* 3. *verſ quia pater. l. Ariſto.* 9 *l. quadam* 7. *D. de iure codicill.* coniuncta *l. qui teſtam.* 14. *& ſeq. de teſtam. l. in bello* 12. § *codic de cap.* not Donel. 7. *com c.* 13. Menchac. *de ſucceſſ. progreſſ.* §. 30. *n.* 32. Pichard. *ſup num.* 27. Ratio eſt, quia codicillorum vſus receptus eſt in fauorem eorum, qui cum poſſent facere teſtamentum, propter aliquod impedimentum non potuerunt, *princ. Inſt. de codicill.* vbi Pichard. Pancirol. *lib.* 2. *var cap.* 181 Conn. *lib.* 9. *com. c.* 6. *n.* 1. Pet. Greg. *lib.* 43. *ſyntagm. c.* 1.
Cuiac. *tr.* 2. *ad African. in l.* 15. *D. de iure codicil.* † Vnde 18
oritur difficultas *d.* §. *ſi poſt factum*, in quo codicilli facti ab eo qui per adrogationem filiusfamil. factus eſt, validi reputantur. Cui difficultati variè reſpondere tentant Pichard. *ſupra n.* 22 *& ſeq.* Ant. Fab. *lib.* 10. *coniect. c.* 20. qui magis Tribonianum accuſat, quam I.C. explicat, Donell. *lib.* 7. *com. c.* 19. & Oſuald. *ibi littera B.* quorum explicationem antea tradiderat Accurſ. *gloſſ.*
*fin. in d.* §. *ſi poſt factum.* † Ego cogitabam, ad veram dif- 19
ficultatis explicationem dici debere, quod ſi aliquis fecerit teſtamentum, & poſtea adrogatus fuerit, teſtamentũ irritatur, § [illegible], *&* §. *non tamen. Inſt. quibus mod. teſtam.* vbi latè Pichard. Verum ſi conſtiterit, adrogatum hunc teſtatorem ſui iuris effectum, cum eodem teſtamento decedere voluiſſe, recenti iudicio rediiſſe intelligitur voluntas, quæ defecerat, vt docet Pap. *in l. qui ex liberis* 11. § *teſtam. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* (iunctis quæ ad eius explicationem obſeruant Pichard. *ſupr. n.* 3. *&* 12. *& in l ſi adrogator à n.* 29. *de adopt.* Ant. Fab. *lib.* 10. *coniect. c.* 18. *& de error. decad.* 39 *err.* 7.) Ex quo reſultat quæſtio *d.* § *ſi poſt factum*, An ſi in adrogatione teſtator codicillos fecerit, & ita emancipatus iam deceſſerit, valere debeant codicilli, quemadmodum & teſtamentum valet vt diximus, (ita lego cum recepta Florentiæ lectione) videbatur dicendum non valere, quod codicilli ſint facti tempore, quo non poterat teſtari, neque codicilli poſſunt referri ad tempus teſtamenti iuxta ſuam naturam *l.* 2. §. *codicillor. D. de iure codicill.* & teſtamento vitiato per adrogationem, etiam & codicilli deſtituuntur *l. quadam* 7. *de iure codicill. iuncta l.* 5. §. *teſtam l. ante tabulas* 5. *D. eod.* etſi recenti iudicio teſtamentum conualeſcit ad codicillos inutiliter factos extendi non debuit recentis voluntatis ſignificatio, quia in adrogatione de alienis rebus teſtatur, & de his nempè, quæ non habebat tempore teſtamenti. Sed nihilominus Paul. etiam & codicillos valere docuit, vt non minus quam teſtamento
legata relicta videantur. † Quod eo exemplo confir- 20
mat: Si teſtamentum ruptum poſthumi agnatione fuerit, & viuo patre decedat (ſic enim ponenda eſt ſpecies *l. poſthum.* 12. *D. de iniuſto rub.*) quemadmodum ibi conualeſcit, & codicilli eodem modo, ſi teſtator ſe cum eo mori declarauerit, *l.* 1. *C. de codicill.* ita & eodem modo in hoc caſu dicendum erit, & codicillos valere. Non poſſum ſine riſu ſcioli cuiuſdam petulantiam præterire, qui cum hanc interpretationem quondam è me excepiſſet auditor, ſibi non verebatur vſurpare, & arroganter (ô tempora! ô mores!) in conuenticunculis prout erat homini ingenium, ſubreptam ſibi lacrymabatur.

## CAPVT XVII.

Recondita quædam, & non paſſim obuia de ſeparatione creditorum explicantur. Vlpiano allata lux *in l.1.§. Si filij 9. D. de Separationibus.*

### SVMMARIVM.

1 *Separatio creditorum quibus in caſibus conceditur*, & n.3.

2 *Per aditionem hereditatis bona efficiuntur proprium patrimonium heredis.*

4 *Quomodo iudicantur bona poſt aditionem, vt detur ſeparatio eorum contra heredem, & eius creditores.*

5 *Species difficilis* leg. 1.§. ſi filij, de ſeparat. *in medium proponitur.*

6 *Iure antiquo filiusfamilias nulla bona habuit propria niſi eſſet miles, qui in peculio Caſtrenſi ſui iuris cenſetur.*

7 *An* in d.§. ſi filij; *ſeparandi ſint creditores Pagani à Caſtrenſibus.*

8 *Non debuiſſe* in dict. §. ſi filij *dari ſeparationem creditorum multis argumentis oſtenditur.*

9 *Ant.Faber cenſet* d.§. ſi filij, *Triboniani manibus eſſe fœdatam litteram.*

10 *Vlpian. littera* in dict. §. ſi filij, *& verus eius ſenſus.*

11 *Quare detur ſeparatio creditorum in dict. §. Proponitur ratio ex* leg. 3. Digeſt. *Quod* cum eo.

12 *An aliqua iniquitas ſit in ſeparatione creditorum Paganorum, & Caſtrenſium.*

13 *An ſpecies* dict. §. *conueniat titulo de ſeparationibus.*

14 *Milites ſolent plerumque in iure duarum perſonarum vice fungi.*

15 L.Hinc quæritur §.1.ff.de pecul.& leg.ſi vir.ff.ad leg.Falcid.

1 SEPARATIO ſolet à Prætore impetrari cum creditorum debita periclitantur, veluti ſi qui debitorem habuerint Seium, qui Titium non ſoluendo inſtituit hæredem. Hic patitur bonorum venditionem, creditores Seij dicunt bona ſufficere ſibi, Titij autem bonis contentos eſſe debere Titij creditores, quibus ſi ex bonis Seij ſoluatur, non poterunt congruam debitam portionem conſequi. Hoc caſu æquiſſimum Prætori viſum eſt, ſeparationem bonorum concedere, vt ſeparatim creditoribus ipſius ſatisfiat *l. 1. in princip. Digeſt. de ſeparation.* †
2 Nam etſi per aditionem Titius qui non erat ſoluendo omnia iura conſequutus fuerit *l. cum heredes* 23. *ff. de adquirend. poſſeſſ.* & illa hæreditas ita eius efficiatur, vt patrimonium proprium fiat, *l. paterfamilias* 12. *Digeſt. de priuil. cred.* & conſequenter non debuiſſet ſeparari, *d. leg. 1. § præterea* 12. *Digeſt. de ſeparat.* cum conditio bonorum ex perſonarum conditione dependeat, *l. per curatorem* 90. §. 1. *Digeſt. de adquirend. hæred. l. fin. Codic. de inoffcioſ. teſtament.* † Ta-
3 men quia iniquum eſſet, vt ex perſona creditorum hæredis, de quibus nihil potuit cogitari, deterior fieret conditio defuncti, qui nihil niſi patrimonium eius intuentes ipſius fidem ſequuti ſunt *leg. hinc quæritur* 19. §. 1. *verſ. cum enim, Digeſt. de peculio l. cum amplius* 84. §. 1. *D. de regul. iur.* Prætor æquitate motus decreto ſuo ſeparationem poſtulantibus ſuccurrere voluit (quoties enim æquitatem alicuius remedij iuris ratio remoratur, decretis Prætoriis res temperari ſolet *l. in ambiguis* 85. §. *Quoties de reg. iur.* (vbi P. Fab.) *l. ventre præterito* 84. *de adquirend. hæred.* vbi notant DD. & Pichard. *ad illum tit. cap. 10. numero* 16. 47. & 50.) † Et ideò cenſentur bona, quæ ſunt penes hæ- 4
redem, quaſi duorum hominum, etſi vendantur, ſeparatim ſoluitur creditoribus defuncti, qui aliis in eiſdem præferuntur, vt habeant cæteris excluſis, quod ſibi debetur. In quo iure ſi ſummum ius inſpiciatur, non poſſunt bona defuncti iudicari, ſi verò æquitas, recte huiuſmodi remedio locus erit *l 1. Cod. de bonis author. iudic.* facit *l. ſi vnus* 27. §. *pacto in fine ff. de pact. l. 2. Digeſt. Quod vi aut clam. l. non debet* 74. *de regul. iur.* Docent poſt antiquiores, & reliquos *in d. leg. 1.* Cuiac. *lib. 25. & 27. quæſt. Pap. in l. 2. & 3. de ſeparation. & lib. 13. quæſt. Paul. & lib. 46. Digeſt. Iul. in l. 5. & 6. ff. eodem* Donell. *lib. 23. cap. 15.* vbi Oſualdus Ant. Faber *in iuriſprud. tit. 6. princip. 5. illat. 5. & de error. pragm. dec. 2. error. 1. & 2. & libro ſeptimo, coniect. cap. 16.* VVeſemb. *in parat. huius titul.* vbi Duar. & Antoninus.

Quod ius porrectum eſt ad alias ſpecies, quas ele- 5
ganter proſequuntur Conſulti in hoc titulo, quarum vnam libuit in medium adducere, & iuxta vulgatam litteram explicare. Illam ergo proponit Vlp. *in hac l. 1. § filijfamilias 9. ff. de ſeparat.* vbi quærit, an in cauſa caſtrenſium bonorum, ſi forte filijfamilias qui caſtrenſe peculium habet, bona veneant, danda ſit ſeparatio creditoribus Caſtrenſibus à Paganis. Species eius reſponſi ſumme eſt difficilis, & vix declarat quid velit dicere Vlpian. ſed peragendum eſt, & pro ſolido fundamento pro eius explicatione iaciendum: † Iure antiquo filiumfamilias nulla bona 6
propria habuiſſe, ſed omnia patri adquirebantur *l. placet 77. de adquirend. hæred. §. igitur Inſtitut. per quas perſonas*, cum vulgatis. At vero filiofamilias datum eſſe, vt quidquid adquiſiiſſet intuitu militiæ ſibi adquireret, ita vt in eo [quod peculium caſtrenſe dixerunt] paterfamilias & ſui iuris reputaretur, vt ad eum peculij ſpectaret diſpoſitio, *l. 1. §. Pomponius ff. de minor. l. 2. ff. ad S.C. Macedon. l. filiusfamilias 18. ff. ad leg. Falcid. l. 1. & per tot. ff. & C. de Caſtren. pecul.* docent Mendez de Caſtro *in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. 4. princ.* Cuiac. *lib. 11. quæſt. Paul. in d l. Filius* P. Gregor. *lib. 29. ſyntag. cap. 14.* Ant. Fab. *in iuriſprud. tit. 11. princip. 6. per tot.* Pichard. *in §. ſciendum Inſtitut. de milit. teſt. & in §. actiones autem, 10. numero 75. de Action.* Qui latius de ea re agunt, & quomodo ad patrem pertineat. † Itaque filiusfamilias miles habebat credi- 7
tores Caſtrenſes (ita vocat eos qui cum filio contraxerunt tempore militiæ) habebat & Paganos, qui cum eo contraxerunt ante militiam. Patitur bonorum venditionem miles, quia non erat ſoluendo, iuxta terminos *tit. ff. de rebus aut. iudic. poſſeſſ. & Cod. de bon. aut. iudic.* Quæ Vlpian. an inter creditores Caſtrenſes & cæteros poſſit fieri ſeparatio, vt ſcilicet præferantur in peculio Caſtrenſi Paganis illi, qui cum milite contraxerunt. Reſpondet poſt maximam dubitationem ſeparandos eſſe. † Sed hoc nomine 8
poſſe ſubſiſtere manifeſtum fiet ex ſequentibus. *Primo*, hanc quæſtionem ad titulum non pertinere, neque ad Prætoris edictum, nam cum omnis ſeparatio neceſſario ſupponat confuſionem, vt diximus, quis neſcit etiamſi idem filius, & peculium profectitium habeat & Caſtrenſe, nullam tamen idcirco fieri peculiorum confuſionem, nec proinde vlli inducendæ ſeparationi locum eſſe. Deinde videtur Conſultus nulla interiecta ratiocinatione, quaſi ex præcedentibus bene quid inferens, concludere, *ſimul ergo*

*omnes admittentur.* Quorum verborum nullus ſenſus
eſſe poteſt, niſi vt cum Caſtrenſibus creditoribus ad-
mittantur & Pagani. Mox tamen videtur mutare ſen-
tentiam, & incertus eſſe, in qua vtra ſtare debeat. Po-
ſtea ſubiungit, *quod puto probandum*: & tamen ſibi non
ſatisfacit, quin eãdem repetat ſententiam cum imme-
diatè ſcribat, *Ergo qui antea contraxerunt ſi bona Ca-
ſtrenſia diſtrahantur, non poſſunt venire cum Caſtrenſibus
creditoribus.* Rurſus prioris clauſulæ non eſſe illã ſen-
tentiam, vt in bonis not. Caſtrenſibus creditores Ca-
ſtrenſes non concurrant cum cæteris, qui ante natum
peculium contraxerunt, ſiquidem filiusfamilias iure
Pandectarum nulla alia bona potuit habere. Quomo-
do ergo poteſt fieri ſeparatio creditorum Caſtrenſiũ
& cæterorum? aut quis huiuſmodi ſeparationis effe-
ctus erit, niſi vt Caſtrenſes habeant totum, cæteri om-
nino nihil. Atque ita hæc ſeparatio magis erit credi-
torum, quam bonorum, & conſequenter plane aliena
à propoſito Prætoris, qui in hoc edicto nonniſi de
9 ſeparationibus bonorum cogitabat. † Quibus & aliis
rationibus mouetur Ant. Faber *in Iuriſp. tit. 6. princ. 5.
illat. 13. §. tractum etiam, pag. 242.* vt hanc ſententiam
Vlpiani à iuris ratione alienam iudicet, & accepto fe-
rendam Triboniano magis, quam ipſi Conſulto, aliî-
ve vlli ex noſtris prudentibus. Quem ſolum Oſuald.
allegat *lib. 23. Donel. c. 15. lit. A.* & tantum reſpondet
vt alius videat: optima & congrua ſolutio tenebricoſo
loco: credo eam omiſiſſe, ne corpus libri in infinitum
excreſceret. In re itaque lubrica laboramus, & ab om-
nibus iuris interpretibus deſertiſſima. Zaſiũ adire non
licuit, à S. Inquiſitione prohibiti. Si alterum damnatũ
Donellum conſulas *d. c. 15.* vel Duarenum, hunc titu-
lum ſuſpenſo pede peragrarunt. Ideo quidquid ex no-
10 ſtra penu potuimus congerere, ſcribam. † Littera ergo
Vlp. hæc eſt, *Si filijfamilias bona væneant, qui Caſtrenſe
peculium habet: an ſeparatio fiat inter Caſtrenſes creditores,
cæteróſque videamus, ſimul ergo admittentur, dummodo, ſi
qui cum eo contraxerunt, antequam militaret, fortaſſe de-
beant ſeparari, quod puto probandum: ergo qui ante contra-
xerunt, ſi bona Caſtrenſia diſtrahantur, non poſſunt veni-
re cum Caſtrenſibus creditoribus. Item ſi quid in rem pa-
tris verſum eſt: forte poterit & creditori contradici, ne pe-
culium Caſtrenſe inquietet, cum poſſit potius cum patre ex-
periri.* In ea totus ille contextus à principio verſus il-
lius *ſimul ergo*, vſque ad verba, *debeant ſeparari*, interro-
gatiuè legendus eſt [ vt recte ſubolfecit Accurſ. ] vt
videatur Conſultus titulum quæſtionis proponere,
cuius deciſionem adaptat *in verſ. quod puto probandum.*
[ Solent enim iuris Auctores ita in pluribus locis lo-
qui. Exemplum occurrit *in l. fin ff de cond. cauſ. dat.* ibi,
*An nulla hic alia obligatio eſt, quam ob rem dati re non
ſecuta? in quod proclinior ſum, l. videamus 10. §. fin. ff. de
vſuris l. Quid in fundo 78. §. quod ſi mulier verſ. diuortio,
ff. de iure dotium,* ibi. *Diuortio facto primo videamus, an
pro rata temporis diuidantur fructus quod probãdum eſt,
l. is qui 15. §. de ſcripto ff. de leg. præſtan.* ] Hoc verò pro-
bat expreſsè verbum *fortaſſe*, quod dubitatiuum eſt.
Quaſi dicat Vlp. Quæro an ſimul admittantur hi cre-
ditores, nempe Caſtrenſes & Pagani: etſi cum eo con-
traxerunt antequã militaret debentne ſeparari? Quæ-
rit igitur an ſeparatim, aut ſimul admittantur. Reſ-
pondet *in verſ. Quod puto*, ſeparandos eſſe creditores
( in quo labitur Accurſ. aſſerens ad vtrumque quæſi-
tum reſpondere. ) Poſtea autẽ doctrinæ clarioris gra-
tia ſubiicit, verſum *ergo*, vt *& in l. Papinianus 8. § vnde
11. ff. de inoffic. teſt in l. cum quidam 17. §. ſi pupillo ff. de
vſur.* ) vt dilucidius & clarius explicaret in re difficili,
quod antea vno verbo dixerat *in verſ. quod puto.* †
11 Quare autem ſeparantur huiuſmodi creditores non
ſtatim cuique apparebit. Ea tamen mihi videtur ra-
tio, quam tradit idem Vlp. *in l. 3. ff. quod cum eo* qui ait,
quod ſi filius dum eſſet in poteſtate, contraxit, obli-
gatus manet *l. filius 15. l. tam ex contractibus 57. ff. de iu-
diciis l. ſi quis cum filio 44. ff. de peculio l. filius 39. de obl.
& act.* cũ iis quæ obſeruant Cuiac. *21. obſeru. c. 23.* Petr.
Fab. *lib. 1. ſemeſt. c. 12. & 13.* Hotman. *lib. 7. obſeru. c. fin.* &
Pich. *in §. 12. n. 13. de obl. quæ ex delict.* ita vt ſi cum filio
poſtea facto ſui iuris contraxerunt aliqui horum ra-
tionem habendam eſſe antiquorum, *arg. l. 2. §. ſi qui ff.
de cap. minut.* quia tunc videntur contraxiſse cum eo,
quem ſciebant ſoluere poſse: atque ita eodem modo
debuerunt ſeparari creditores Caſtrenſes à Paganis,
quia ſciebant cũ eo contrahere, qui alias poterat ſol-
uere, & in ea re erat quaſi ſui iuris cum eſset miles,
& haberet peculium. † Neque vlla iniquitas vertitur, 12
quod creditores Pagani non concurrant, nam ipſis
ſatisfit à patre quatenus de peculio fuit, vel in rẽ eius
verſum, aut eius iuſſu contractum *l. 1. & 2. ff quod cum
eo & toto tit. Inſt. eod.* Vnde cum eo inſpecto credito-
res contraxerint, non verò attentis aliis bonis, ſiqui-
dem ſciebant cum eſset filiusfamilias, nulla alia eſse,
ex quibus conſequerentur ſuum debitum, non debẽt
queri ſi ſeparatio contra eos decernatur. Ita videtur
notare Vlp. *in d. § ſi filij verſ item ſi quid*, rationémque
annectit Conſultus *in l. hinc quæritur 19. §. 1. verſ. eum
enim ff. de pecul.* ſcilicet eum qui cum filio contrahit,
peculium tanquam eius patrimonium intueri facit *l.
cum in plures 60 § veſtimenta ff. locati*, ex quibus conclu-
dimus recte Caſtrenſes, qui ad illum peculium reſpe-
xerunt ſeparationem petentes eſse audiendos contra
Paganos. † Neque oberit iuxta eam interpretationem 13
hanc ſpeciem titulo non conuenire, cum hæreditatis
nulla præceſserit confuſio, ob quam introductã fuiſse
ſeparationem docuimus. Nam reſpondeo ſubtiliſſi-
mè Conſultum quandam confuſionem attendiſse, quę
in caſu propoſito animaduertitur, ea eſt, vt ſicut in
hoc edicto, qui hæres extitit, repræſentat duas perſo-
nas circa creditores, & ſuam erga ſuos, & erga hære-
ditarios aliam, ita & filiusfamilias miles partim Paga-
nus eſt debitor, & partim Caſtrẽſis, iuxta quos reſpe-
ctus habet creditores. Vnde cum in vna eadémque
perſona confundãtur hæ obligationes, ſicut in edicto
de ſeparationibus diſſoluitur ea confuſio, ita & in no-
ſtra ſpecie diſſolui æquum fuit. † Non equidem eſt 14
nouum in militibus duas perſonas conſiderare *l. ſi cer-
tarum 17. §. 1. ff. de milit. teſt. l. 1. C. eod* in quibus rerum
Paganarum & Caſtrenſium fit ſeparatio, vt in his poſ-
ſit mori teſtatus, & in aliis ſine teſtamento. Ergo ſe-
paratio dabitur, non ſolum quando eſt confuſio facta
per aditionem hæredis & patrimonij ſui cum bonis
defuncti, verum etſi non interueniat dum tamen ali-
quo modo in debitore duę perſonæ repræſẽtẽtur *l. 1.
§. ſi quis ſuſpectã verſ. creditoribus ff. hoc tit* Nam diuer-
ſa iura, quamvis in eandem perſonam concurrant *l.
tutorem 22. ff. de his quibus, vt indign l. 1. § fin. ff. ſi à pa-
rente quis fuerit man. l. quoties 67. ff. ad leg. Falcid.* † Ita 15
procedit deciſio *d. l hinc quæritur* §. 1. *de peculio*, vbi ſe-
parantur creditores ſerui in peculio mariti, & in pe-
culio mulieris, quia duas quodammodo videtur re-
præſentare perſonas, facit *l. ſi vir 6. D ad leg. Falcid.* Ex
quo patet huiuſmodi ſpeciem non inducere veram
ſeparationem iuxta terminos edicti Prætorij, ſed quã-
dam ſeparationem, vt *in d. verſ. creditoribus.* Quod indi-
cat formido ipſa, qua Vlp. hanc quæſtionem pertra-
ctauit, ſemel & iterum dubitando, & interrogando,
cum alias ſi de ipſa tractatione loqueretur, non ita
formidoloſus exiſteret, vt conſtat ex aliis ſpeciebus,
quos exagitat *in tota ea lege prima* Vlpian. cuius ve-
ram hanc eſſe mentem quilibet non cæcus agno-
ſcet.

# D. FRANCISCI DE AMAYA IC. ANTIQVARIENSIS,

## E' Collegio Maiori Conchenſi, & Salmanticæ in Academia Iuſtinianei Codicis Anteceſſoris Obſeruat. Iuris,

## *LIBER TERTIVS.*

In quo Tractatus varij & recitationes ſolemnes.

### CAPVT I.

De partus ex ancilla furtiua editi vſucapione. Exponuntur & exornantur quæ ad hanc obſcuram partem iuris pertinent.

### SVMMARIVM.

1 *Huius tractatus commendatio, ex difficultate & ſubtilitate.*
2 *Inter ipſos Iure Conſultos varia ſectæ, & opiniones, remiſſiuè.*
3 *Partitio operis in quatuor ſectiones.*
4 *De quo ſtatu ancillæ furtiuæ noſter ſit habendus ſermo.*

### §. I.

1 *An ancillæ partus ſit in fructu, inter veteres Prudentes maximè controuerſum.*
2 *Bruti ſententia, vt partus non cenſeretur eſſe in fructu, à cæteris poſtea recepta*, & numer. 8. & 10.
3 *Quare homo non ſit in fructu*, & n.4.
5 *Homo ex furtiua editus, vt poſſit adquiri neceſſaria fuit vſucapio.*
6 *Sermo* de l. Reſpondit 14. §. hæres, ff. de vſur. & l. Falcidiæ 24. §. ff. ad leg. Falcid. *&* num.10.
7 *Reiicitur Balduini & aliorum ſententia circa hæc iura.*
9 L.Poteſt.36.§.fin.de vſucap.
11 *Explicatio ad* dict.leg. Reſpondit. §.hæres, & d. l.24.§.1.*&* n.12.
13 L. Mulier. 22. §. ſed tamen *verſ.* præterea. D. ad Trebell. *explic.* & numero 14. 15. & 17.
16 L. Balliſta. 35. D. ad S. C. Trebell. *intelligitur.*
17 *Refertur communis intellectus ad l.* Deducta 38. §. hæreditatem D. ad Trebell. *&* numero 20.
19 *Gregis verbum, non ſolum ad pecudes verum ad homines referri ſolet.*
21 *Aliæ cogitationes adducuntur ad* d. §. hæreditatem.
22 *Explicatio ad* l. Vxorem 41. §. ſorori D. de leg. 3.
23 L.Equis 8.de Vſur.l. penult. D. de fun. inſtru.*&* num.24.
25 L.3. D. de fun. inſtr. *explicatur, reprobata Martini ad eam emendationem*, & numero 26.
27 L.cum pater 77. §. pater filiæ, de legat.2. *explic.* & n.28.
29 *Aperitur mens* L. Licinins 48. de legat. 2. *&* num.31.
30 L.1. C. ſolut. matrim. & l.penult. §.mancipia D. eod. *conciliantur.*
32 *Inſtituitur diſputatio* l.Qui vas 48. §. ancilla verſ. idem.De furt.& l.4. §. fructus, & §.Lana.& l. ſi aliena 10.§.Scæuola D. de Vſucap. *&* n.33. & 43.
34 *Sigillatim dictis iuribus reſpondetur, & in primis* ad verſ.idem, *&* n.35.
36 *Circa hunc verſum decertarunt Cujacius, & Robertus, recepta interpretatio examinatur*, & n. 37.
38 L. bonæ fidei §. fin. D. de adquirend. rer. dom.
39 L.4.§.lana,de vſucap.*&* n.40.
40 *Quid inſpiciendum vt pecudes furti vitium habeant.*
41 L.4.§.fructus, de vſucap.
44 *Ancillarum fructus qui dicantur.*

45 De

45 *De iure Hiſpano æqualis facta conditio fructuum & partium.*

46 *An partus ancillarum dotalium conſtante matrimonio editi ſint communicandi inter coniuges.*

47 *Ingreſſus ad ſequentia.*

1 SVBTILEM obſcuramque hunc tractatum continere materiam ipſæ I. Conſultorum diuerſæ circa illam ſententiæ ſatis demonſtrant, & tot in iure ſparſæ contrarietates. Articulus ſanè hic de Vſucapione partus ex ancilla furtiua editi, magnopere fuit veterum prudentum ſcriptis vexatus, quæ per omnes ætates Interpretum ingenia exercuerunt, vt docent damnatus Donell. *lib.* 5. *com. cap.* 15. & Cuiacius *in l.*4. §. *ſi hæres de Vſucap.* Bened. Pinel. *lib.* 2. *ſelect. cap.* 1. *in princ.* Neque vllibi in Iure ita Conſultorum ſectæ inter ſe diſſentientium.
2 († De quibus Balduinus *in* §. *& poſt multam, Inſtit. de rer. diuiſ.* D. Pichard. *in* §. *cum ex aliena num.* 3. *Inſtit. eod. & in diſput. de mora ex num.* 170. Merillus *libro* 1. *obſeruat. cap.* 1. *& ſeq.* Charondas *lib.* 1. *veroſimil. cap.* 1. & eruditus D. Petr. de Velaſco *de Rixis Proculeian. per tot.* magis ac magis conſpiciuntur.)
3 † Quamobrem vt res dilucidius explicetur, hanc diſputationem quorundam diſtinctione capitum diuidere neceſſarium iudicaui; ſi prius animaduertamus, noſtrum ſermonem non eſſe de ipſa ancilla, quæ cum furtiua ſit, vſucapi nequit §. *furtiuæ, Inſt. de vſucap. l.* 1. *cum aliis. Cod. de vſucap. pro empt.* diximus *ſupra libro* 2. *cap.* 7. † Sed cum poſſet euenire, vt hæc
4 ancilla prægnans, ſubripiatur, pel poſt furtum concipiat & pariat: quæſitum eſt, an partus vſucapio detur? quod etiam eſt intelligendum, quando ipſa ancilla poſſidebatur à bonæ fidei poſſeſſore, non verò à fure ipſo, quia cum adhuc contrectet inuito domino rem alienam & malam fidem habeat, de eo quæſtio non eſt, cum vſucapere ſit prohibitus *l. qui vas* 48. §. *ancilla D. de furtis l. ancillæ.* 12. *Cod. eod.* ac proinde de bonæ fidei poſſeſſore noſter ſermo erit.

## §. I.

### An ad partum ancillæ furtiuæ adquirendum, bonæ fidei poſſeſſori neceſſaria fuerit Vſucapio?

1 HVIC diſputationi anſam præbuit & principium nobiliſſima illa, ſummaque inter doctiſſimos veteres Iure Conſultos Brutum, Manilium & Scæuolam contentio: an ancillæ partus eſſet in fructu, cuius meminit Cicero *lib.* 1. *de finibus paulo poſt principium*, ibi: *An partus ancillæ ſit ne in fructu habendus, diſſeretur inter Principes Ciuitatis Pub. Scæuolam, Mareumque Manilium, ab hiſque Marcus Brutus diſſentiet, quod & acutum genus eſt, & ad vſus ciuium non inutile.* Et Vlp. *in l. vetus* 68. *de vſufructu* (ſicut apud ipſos alij iuris articuli variè diſputari ſolebant, vt videmus *in l.*4. *D. de captiuis in l. fin. D. de legation.*) † In qua diſſenſione obtinuit: Bruti
2 ſententia, vt partus in fructu non ſit, cui poſtea ſubſcripſere ſequentis ætatis Conſulti *in l. Ancillarum* 27. *D. de Petit hæred. l. in pecudum* 28. *D. de vſuris l. cum poſt* 69. §. *fin. D. de iur. dotium. l. mulier.* 22. §. *præterea D. ad S.C. Trebell. l. qui vas* 48. §. *ancilla verſ. ex furtiuis D. de furtis l. merces* 207. *de verb. ſign. leg. vn.* §. *cumque verſ. itaque Cod. de rei vxor. act. l.* 1. *Cod. ſolution. matr.* §. *in pecudum Inſtitution. de rer. diuiſion. leg.* 23. *tit.* 31. *part.* 1. *& l.* 15. *tit.* 28. *ad part.* explicant Alexand. ab Alexand. *lib.* 1. *genial. cap. decimo*, Connan. *libro quarto, comment. cap. ſecundo, numero ſecundo*, Corraſ. *libro quinto, Miſcell. cap* 8. Cuiac. *in leg.* 4. §. *lana, & § hæres de vſucap. ſub lib.* 54. *ad edict. Paul. & in leg.* 9. *Digeſt. ad leg. Falcid. ſub lib.* 19. *quæſtion. Pap. & in l. pen. de optio. leg. & in dict. l. vnica* §. *cumque.* Donel. *libro quarto comment. cap.* 25. vbi etiam Oſuald. *littera E & libro* 8. *cap.* 25. Pichard. Balduin. & alij *in d.* §. *in pecudum.* Menoch. *de arbitrariis caſu* 49. Barboſa *in l. diuortio* 8. §. *non ſolum numero fin. Digeſt. ſoluto matrimonio*, Spino *de teſtament. gloſſ.* 13. *numero* 68. *& ſequentibus*, Caſtillo *de vſufruct. libro primo, cap.* 27. *per totum.* Genoa *in antynomiis in quæſt. an partus ſit in fructu pag. mihi* 180.

Rationem autem huius aſſertionis aptiſſimã oſtendit Conſultus quam ex Stoicorum Schola deductam 3
fuiſſe obſeruat Merillus Lactantij authoritate *lib.* 1. *obſeru. cap.* 11. Quia hominis gratia natura omnes fructus comparauit, vt non minus eleganter, quam copioſe diſſerit Cicero *lib.* 2. *de natura Deorum circa fin.* ibi: *Principio ipſe mundus hominum cauſa factus eſt, quæque in eo ſunt, ea parata ad fructum hominum, & inuenta ſunt; terra vero fœta frugibus, & vario leguminum genere cum maxima largitate fundit ea, ferarumne, an hominum cauſa gignere videtur? Quid de vitibus, oliuetiſque dicam, quarum vberrimi, lætiſſimique fructus nihil omnino ad beſtias pertinet?* Et paulo poſt, *Totam licet animis tanquam oculis luſtrare terram, mariaque & omnia cernere, & ſpatia frugifera camporum, veſtituſque denſiſſimos montium, pecudumque paſtus, nec vero tantum ſupra terram, ſed etiam in intimis eius tenebris, plurimarum rerum latet vtilitas, quæ ad vſum hominibus ſolis inuenitur.* Et *lib.* 1. *de legibus*, idem argumentum pertractat. Congruit Senecæ locus *lib.* 2. *de beneficiis cap.* 29. *& lib* 4. *c.* 5. *&* 6. † Cum ergo homo, vt 4
diximus, dominus fructuum natura inſtituente ſit, quę inter maximam rerum ſuarum nihil habet, quo magis glorietur, aut certè cui glorietur, vt ait Senec. *de benef. lib.* 6. *cap.* 25. abſurdum viſum eſt, & dignitati humanæ naturæ contrarium, vt homo Princeps rerum in acceſſionem fructuũ veniret, nam vt ait Cicero *lib.* 1. *de legibus*, ibi, *Homo animal eſt prouidum, ſagax, acutum, memor, plenum rationis, & conſilij, præclara quadam conditione generatum, & ſolum eſt è tot animantium generibus particeps rationis, & cognitionis, eſt igitur homini cum Deo communis ſocietas.* Videndus idẽ *lib.* 1. *Tuſculan.* Plin. 7. *in princ.* Caſſiod. *de Anima c.* 16. & Ouid. *lib.* 1. *Metamor.* & Sene. *de Vit. Beat. ex vulgari partitione cap.* 31. Et facit Paul. *in l. iuſtiſſimè* 44. *de ædil. edict.* & Iuuenalis *Satyra* 13. *v.* 142.

*——Separat hæc nos*
*A grege mutorum, atque ideo venerabile ſoli*
*Sortiti ingenium, diuinarumque capaces,*
*Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce,*
*Cuius egent prona, & terram ſpectantia.*

† Ex quo iam patet, quod cum homo in fructu non 5
ſit, poſſeſſio iſta bonæ fidei poſſeſſoris, quæ ei ad fructus acquirendos ſufficiens eſt, §. *ſi quis à non domino Inſt. de rerum diuiſione* (cum latè à nobis traditis *ad l. fructus* 45. *de vſuris ſupra lib.* 2. *c.* 16.) in partu dũtaxat præſtat vſucapiendi conditionem, cum non fiat eius, qui poſſidet, vt fructus, & ideo in hac quæſtione neceſſaria fuit omnino vſucapio, quę alias in fructu non eſt neceſſaria, *l. bonæ fidei* 48. §. *fin. de acquir. rer. dom. l.* 4. §. *lana de vſucap d. l qui vas* §. *ex furt. d.* §. *in pecudum.* In quibus iuribus, quia fœtus pecudum in fructu ſunt, ſtatim bonæ fidei poſſeſſori tribuuntur, quod in partu non eſt admiſſum, qui fructus non eſt, ex ſupradicta ratione. Notat Don. *lib.* 5. *com. c.* 25. vbi Oſuald.

6 Huic tamen receptæ doctrinæ opponi ſolet Pauli
locus difficilis *in l.reſpondit* 14.§. *hæres de vſuris.* vbi
hæres grauatus reſtituere hæreditatem *ſine redditu*,
quod idem eſt ac ſine fructu, *l. quidam* 17. *l. qui
fructus* 25 *de vſufructu legat. leg. iubemus* 6. *Cod. ad
S.C. Trebellian.* iunctis adductis à Gaſpare Rodrig.
*libro* 1. *de redd. quæſt.* 1. *num.* 2. partus ancillarum viuo
hærede natos cum fideicommiſſo non tenetur reſti-
tuere. Ex quo deducitur, partus eſſe in fructu, nam
ſi non eſſent, in fideicommiſſo computarentur tan-
quam partes hæreditatis, ſi quidem teſtator reddi-
tum excepit vel fructum tantum: cum ergo partus
non ſint in fructu, non videbantur excepti, cuius
contrarium Paul. docet *ibi*, *& in l.Falcidiæ* 24.§.1.*D.
ad leg. Falcid.* quo loci partus ancillarum, eo modo,
quo *ſupra*, non reſtituuntur ante diem fideicommiſſi:
& ſi de Falcidia quæſtio ſit, in quartæ fructus com-
putantur, quod aperte indicat partum in fructu eſſe,
*l.in fideicommiſſaria* 18. *D. ad S.C. Trebell. l.quod de
bonis* 15.§.*fructus l filius* 18.§.*fin. l in quarta* 73. *l. qui
quadraginta* 88.§ *fin. D ad l. Falcid l Papinianus* 18.§.
7 *vnde de inofficioſo teſtament.* † Qua difficultate op-
preſſus Balduinus *in dict* §.*pecudum verſ.partus num.*3.
ait ridiculum eſſe, commentitiis coloribus velle con-
ciliare hæc iura ex diamento pugnantia, cum non
poſſint conuenire aientia & negantia, nam adhuc
inter ipſos Iure Conſultos controuertebatur illa quæ-
ſtio, de qua *ſupra* inter Brutum, & Manilium; Pau-
lumque ſequutúmque fuiſſe Manilij partes, qui do-
cebat partus in fructu eſſe, quemadmodum in ea-
dem ſpecie Bruto adhæſit Vlpia. *in l.mulier.*22. §. *ſed
non verſ. præterea D.ad S.C. Trebell.* & Papin. *in l.de-
ducta* 58.§. *hæreditatem D. eodem.* Cui ſententiæ ſub-
ſcripſit etiam Choppus *de fructibus* 1.*part.cap.*3.*n.*13.
Quare in hac re extricanda torquentur Cuiac. *lib.*9.
*reſp.Pap.in dict.*§.*hæreditatem.* Menochius *de caſu* 49.
*ex num.*13.& alios referens Oſualdus *ad Donell.lib.*7.
*cap.*26.*litt C, & D.* Connanus *libro* 4.*cap.*2. *numero* 3.
Spino *de teſtament. gloſſ.*18. *ex numero* 97. Rodri-
guez *dict. lib.*1. *quæſt.*1. *ex num.*4. Genoa *ſupra dict.
pag.*180.

8 Verum ſupradicta ſuſtinenda non ſunt, cum Bruti
& Manilij contentio iam in vſu non eſſet, vtpote
quia Bruti ſententia obtinuerat, vt docet Charon-
das *libro* 2.*veroſimil. cap.*3. & indicat. Vlpian. *in dict.
leg. vetus, ibi: vetus fuit quæſtio, ſed Bruti ſententia
obtinuit*, & cum Iure Conſulti vtuntur verbo *obti-
nuit, placuit*, & ſimilibus, rem deciſam, & certam
iam in iure haberi deſignant; nam poſt varias con-
tentiones ſolebant in vna ſententia perſiſtere, docet
Ræuard. *in leg.*1. *de regul. iur.* Briſſonius *de verbis iuris
verbo placet.* Sarmiento *libro* 4. *ſelect. in leg.* 1. *de lib.
& poſthum. numero....* & conſtat ex §. *item pretium,
9 Inſtitut. de emptione.* † Vnde id ſine controuerſia ſuo
tempore admiſſum eſſe, expreſsè tradit Caius *in l.
poteſt* 36.§.*fin. de vſucapion.* vbi vſufructuarius partum
ancillæ ad ſe pertinere exiſtimans, dicitur errare,
quod non fieret, niſi iam in iure certum eſſet par-
10 tum non eſſe in fructu. † Quinimo & ipſe Paulus
Bruti quoque ſententiam ſequitur *libro tertio ſenten-
tiarum titulo* 6. *verſ. ancillæ*, & *in dict. l.reſpondit.* nulla
alia ratione dubitandi motum exiſtimo, niſi quia
partus non eſt in fructu; alias ſi diuerſæ ſectæ con-
ſenſiſſet, nulla dubitatione moueretur, ſiquidem
difficultas exorta eſt ibi, ex verbis teſtatoris, qui
hæreditatem *ſine redditu* reſtitui iuſſit, at redditus &
fructus idem ſonant, vt diximus, vnde videtur te-
ſtator voluiſſe, ſolos fructus ad hæredem perti-
nere, & conſequenter partus, qui n . ſunt in fructu
in fideicommiſſo contineri debebant.

11 Quare verè reſpondendum cenſeo *in dict. leg. reſ-
pondit.*§. *hæres* quæſtionem fuiſſe voluntatis, propter
illa verba teſtatoris *ſine redditu*, qui de ſolis fructi-
bus videbatur cogitaſſe, ſed adhuc Paulus ait, par-
tum non eſſe reſtituendum, quoniam illa verba, quæ
in hæredis grauati fauorem ſunt appoſita, non de-
bent accipi in eius odium, & damnum; & cum illa
non apponerentur in fideicommiſſo in diem relicto,
non reſtitueretur partus, multo minus reſtitueretur
eis adiectis verbis, & ideo ſic interpretabuntur *ſine
redditu*, id eſt, ſine augmento *l ſi ita* 43.§. *Pegaſus de
legat.*2.*l.facta* 63.§.*hæres ante l.Lucius* 78.§. *hæredum
ff. ad S.C.Trebell.* Quia licet nomine *redditus* non re-
tineatur partus, retinetur tamen iure dominij §.*ſerui
Inſtit. de iure perſonarum*, hæreſque grauatus reſtitue-
re hæreditatem ad certum tempus, interim dominus
eſt, *l.non ideo* 66.*ff de rei vindicatione, l.plerumque* 205.
*de regul. iur l. & poſt litem* 12.§.*res ff. famil. erciſc.* ita
vt emolumentum omne ex rebus hæreditariis conſe-
quatur, *dict. l facta* §.*ſi hæres ante. l.ita tamen* 27. §.1.
*ff. ad Trebellian. l.qui hæredi* 44 §.*cum hæreditas de con-
dition. & demonſtrat.* Itaque illa verba *ſine redditu*
non appoſuit teſtator exceptiuè, ſed declaratiuè, vt
oſtenderet, omnem hæreditatem ſuam velle reſtitui,
non etiam ſiquid præterea ex hæreditate veniret
augmenti, ideóque partus natus in vita hæredis re-
ſtitui non debuit, nam quamvis fructuum nomine
non contineatur, vt cauſa tamen continetur *l.Iulia-
nus* 9.§.*quia tamen ff. ad exhibendum l.Iulianus* 17.§.1.
*l.præterea* 20. *de rei vindicat. l.ſed, & partus* 12. *de eo
quod metus cauſ.* obſeruat Briſſon. *libro tertio, de verb.
ſignificat. verbo cauſa.* Duaren. *ad titul. ſi certum petat.
cap. ſeptimo.* Garcias *de expenſis cap.* 23. *numero* 47.
cauſa autem accipitur pro omni commodo, atque
vtilitate, Raudenſis *de analogis cap.*15.*numero* 27. &
Cujacius *in l.equis* 8. *de vſuris libro ſeptimo, reſponſ.*
Papin. Quam interpretationem ante omnes notauit
Albericus *in dict.l.reſpondit in fin.* & eo non relato
tradit Connanus *dicto cap. ſecundo, numero tertio.*
Menoch. *ſupra numer.*15. Rodriguez *dict. quæſtione* 1.
*numero* 5. † Quo etiam modo explicandus eſt idem 12
Paulus *in dict.l.Falcidiæ* §.1.ibi: *ante diem fideicommiſſi
lucro hæredis naſcuntur partus*, quia licet non ſint fru-
ctus, tamen ante diem fideicommiſſi hæres tanquam
dominus eos adquirit *dicto* §.*ſerui*, ſicut lucratur alias
commoditates non conſiſtentes in fructu ex hæredi-
tariis corporibus productas: quæ acquiſitio, & ius
reſultat ex voluntate teſtatoris, ob idque imputat
hæres in quartam *dict. l. in fideicommiſſaria, dict. l.
mulier* §.*ſi hæres, dict. l.deducta* §. *ante ad Trebel.* do-
cent *ſupra* relati, & præcipuè Menoch. *numero* 13.
*& ſeq.*

Neque etiam obſtat *dict. l. mulier* 22. §. *ſed tamen* 13
*verſ. præterea, & in dict. l.deducta* §. *hæreditatem*, cui
reſpondebis, ſi prius aduertas, quod in fideicom-
miſſo in diem, ſicut aduentus diei conſtituit hære-
dem in mora, *l ſi quis* 23. *de leg.* 1. *l. ſi quis ſeruo* 84.
*l.Titia* 87.§ *vſuras de leg.*2. ita in fideicommiſſo puro
petitio, vnde ſicut in fideicommiſſo in diem, hæres
ante diei aduentum lucratur fructus *dict.l.in fideicom-
miſſaria*, cum not. à Peregrino *in fideicommiſſ. art.*49.
*ex num.*20. ita etiam in puro, ante petitionem fidei-
commiſſarij, *dict.l.mulier* §.*ſi hæres.* Sed in his caſibus
differentia eſt alia, ſcilicet in fideicommiſſo condi-
tionali vel in diem, fructus teneri hæredem imputa-
re in quartam Trebellianicam, quaſi ex voluntate
teſtatoris perceptos, *d.l.in fideicommiſſaria* §.1. *dict. l.
deducta* §. *ante diem l. filius* 18. *ff. ad leg. falcid. l. fin.
tit.*11.*part.*6. docent poſt Alexand. *in d l.in fideicomm.
num.*2. Imol. *in d.*§.*ſi hæres.* Ant Fab. *de error decif.*11.
*error.*4.& 5. Cujac. & Donel. *in l.*6. *C. ad Trebellian.*
Menochius *de arbitr. caſ.* 156. At in fideicommiſſo
puro,

puro, non teneri, quia eos percipit ex mora petentis, non vero ex voluntate teſtatoris *dicto* §. *ſi hæres.*

14 † Ex quo eſt interpretandus *dict. verſic. præterea,* vt loquatur in fideicommiſſo, in quo licet hæres rogatus lucretur fructus ante petitionem, non tamen lucratur partus ancillæ qui in fructu non ſunt, & ita cum tota hæreditate ad fideicommiſſarium pertinent. Ratio eſt, quia cum iam teneatur reſtituere, licet ante petitionem non conſtituantur in mora, quicquid interim adquirit emolumenti, id ſolum ſuum fecit, non iure hæredis, aut domini, ſed iure tanquam bonæ fidei poſſeſſoris, cuius ius non eſt vltra fructus *dict.* §. *ſi quis à non domino.* Præter eos autem, omnia vero domino reſeruantur, vt ſunt partus, quia fideicommiſſarius iam veluti dominus eſt, non vero hæres, à quo eo tempore dominium abſceſſit, cùm in voluntate fideicommiſſaria ſit illud petere, & hæres dominus erat ea conditione vt reſtitueret: ita Connanus *ſuprà numero quarto* †

15 ex quo apertè conſtat differentia inter fructus perceptos vno, vel altero tempore, vt pendente die vel conditione, tunc hæres dominus ſit, & conſequenter omnia incrementa ſua faciat, & ſi grauatus fuerit reſtituere quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit *l. heredes mei* 57. *leg. Titius* 54. *l. deducta* §. *fin. Digeſt. ad Trebellian. l. quod his verbis* 83. *de*

16 *leg.* 3. *l.* 3. §. *non nunquam de vſuris.* † Quibus non obſtat *l. Balliſta* 32. *cum ſequent. Digeſt. ad S. C. Trebell.* nam reſpondendum eſt ſupradicta obtinere, niſi aliter teſtator ſenſerit, idque in ea lege interueniſſe indicat cautio de reſtituendo fideicommiſſo, quæ recipit incrementum *l.* 1. §. *belliſſimè Digeſt. vt legatorum nomine*, & verbum *pecunia*, largiſſimè omnia comprehendens quæ in patrimonio ſunt *leg.* 5. *l. pecuniæ* 178. *l. pecuniæ* 22. *Digeſt. de verbor. ſignificat.* tradunt vltra Alexand. *numero ſexto, in dict. leg.* 32. Bart. *in l. Titius numero* 1. *D. ad Trebellian.* Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 49. *numero* 23. *& ſequent.* Donel. *libro ſeptimo, comment. cap.* 26. vbi Oſualdus, Cuiacius *libro vigeſimo, quæſtione Papin. in dict.* §. *non nunquam, & libro quarto, obſeruat. cap.* 39. *& libro* 12. *cap. decimo, & in l. in fideicommiſſaria* 18.

17 *Digeſt. ad Trebellian.* † Igitur in fideicommiſſo puro cùm ante petitionem non conſtituatur in mora quicquid capit hæres interim, iure bonæ fidei poſſeſſoris capit, vt probatur *in l.* 3. §. *cum Polydius ff. de vſuris l. hæredem* 17. *iuncta l. eum qui* 18. *in princip. ff. de his quibus vt indignis, l.* 1. *C. de eod. tit.* atque ita non capiet niſi fructus.

18 Reſtat nunc reſponſum Papinian. *in dict. l. deducta hæreditatem,* quod indiſſolubile cenſet Romanus *ibi numero ſexto.* Cui vt ſatisfaciant DD. *ſuprà allegati*, nihil non tentant, vt conſtat ex Conna. Menoch. & aliis *ſupra*, Spino *d. gloſſ.* 13. *numero* 78. Cuiac. *d. libro ſexto, reſponſor. Papin. in dict.* §. *hæreditatem*, qui tandem antinomiam confitetur, & ad diuerſas I. Conſultorum ſectas id refert, & alij relati ab Oſualdo *dict. libro ſeptimo, cap. ſexto, littera D.* Illa tamen interpretatio recepta fuit, ſcilicet Conſultum non ſimpliciter loqui de partu, vel fœtu, ſed de partu aut fœtu ſummiſſo in locum demortuorum capitum, vt familia, vel grex maneret *dict. leg. vetus* §. *fin. cum l. ſequent. de vſufructu leg. ædiles* 25. §. *familiæ de ædil. edict. leg. plerumque* 10. §. *ſerui de iure dotium l. ſi chorus* 79. *de leg.* 3. *leg. ſcire* 29. §. *ſed & familiæ de verbor. obligat. l. deteſtatio* 40. §. *fin. l. pronunciatio* 195. §. *ſeruitutum de verbor. ſignificat.* Confert Seneca *libro ſeptimo, de beneficiis cap. decimo, in fine.* Videndus Mantica *de coniecturis libro nono, titulo decimo, numero* 36. *& ſequent.* licet de partus difficultate nihil attingat. †



19 Iuxta quæ *gregis*, verbum non tantum ad fœtum pecudum, ſed etiam ad partus quoque ancillarum pertinet, neque nouum eſt, vt gregis appellatio ad homines porrigatur, quod præter loca adducta à Pacio *Centuria quinta, quæſtione* 43. quæ etiam recenſet Oſualdus *ſuprà*, probat Iuuenalis *Satyra* 12.

*De grege ſeruorum magna, & pulcherrima quæque.*
*Corpora.*

Sic Seneca *puerorum greges*, dixit de ſeruis loquens *epiſt.* 113. Et *gregem Prophetarum* legimus *Reg.* 1. *cap. decimo*, apud Horat. *gregem turpium virorum, libro primo, ode* 37. Videndus Dorleans *ad Tacitum libro ſecundo, annal. pag.* 233. & pecudum nomine ſerui comprehendebantur *l.* 2. *ff. ad leg. Aquil.* ad quod notanda eſt *l.* 3. §. *Nerua filius de adquir. poſſeſſ.* ex Anton. Fab. *in iuriſprud. titul.* 3. *part.* 3. *illat.* 1. quod mirum non videatur, cum tantus ſeruorum fuerit numerus, vt legiones vocet Plin. alij cohortes, agmina, exercitus alij: id etiam notat Strabo *libro* 14. aitque poſt exciſam Carthaginem, & Corinthum hos ſeruorum greges Romanos habuiſſe. † Vnde 20 cum grex pecudum, ſiue familia ſeruorum debeat integra permanere, & ad fideicommiſſarium tranſire, quia ſunt partes hæreditatis, certum eſt, non venire partus, qui vt grex maneret vel familia, ſubſtituendi ſunt in locum demortuorum ſeruorum, ita vt iis exceptis, quod reliquum eſt gregis ſeruorum, vel pecorum debeat non ad fideicommiſſarium pertinere, ſed ad hæredem. Quam interpretationem etſi plures ſibi arrogent, ante omnes docuit Fulgoſius *in dict. l. reſpondit* §. *hæres in fine*, & videtur comprobari *ex l. plerumque* 11. §. *ſed fœtus* 3. *de iure dotium.*

21 Quod ſi hæc expoſitio præter omnes à me excogitata plauſibilis non videatur (ob quam cauſam eam non probat Genoa *ſuprà numero* 36. licet ipſe nullam reddat, ſed cogitandum relinquat: neque ſimiliter placeat Rodriguez *dict. quæſtione prima, numero nono*, & Oſualdus *ſuprà*, (huic graui difficultati ita ſatisfieri poterit, quod cum dependeat ex verbis vel mente teſtantis, quid hæres grauatus reſtituere debeat, *dict. l. quod his, in fine, princip. dict. l. facta* §. *ſi hæres ante. l. ſi ita* 43. §. *Pegaſus in fine de leg.* 2. cum adductis à Mantica *dict. libro ſeptimo, titulo decimo, ex numero nono*, multum intereſt an teſtator dixerit *ſi è redditu*, vel *exceptis redditibus*, in prima formula voluiſſe creditur, vt omnem omnino hæreditatis redditum conſequeretur hæres, ſiue omnia augmenta, quæ non ſolum ex fructibus, ſed ex cauſis, partubus, & incrementis conſtat. Ratio eſt, quia illa oratio *ſine reddita* eſt indefinita, quæ æquipollet vniuerſali *dict. l. ſi ita* 43. *in princip. l. ſi pluribus* 44. *de leg.* 2. vbi pluribus hæredibus relictis ſi dixit teſtator *hæres damnas eſto dare:* pro eo eſt ac ſi dixiſſet, omnes hæredes. Quo argumento idem dicemus cum teſtator dixit *ſine redditu*, id eſt, ſine omni incremento, vel augmento, *dict.* §. *Pegaſus, & in dict.* §. *ſi hæres ante,* ante nomen *redditus*, ibi generaliter poſitum, ex voluntate teſtatoris ita comprehendit partum, ſicut fructum, cum teſtator expreſsè non dixerit, vt cum incremento reſtituat. Contrarium autem erit quando vſus eſt illis verbis *exceptis redditibus*, quo caſu ſolum voluit teſtator, vt fructus perciperet tantum hæres, non vero partus; quod probat Paul. *in d. l.* 14. §. 1. vbi ait videri teſtatorem illis verbis, de ſolo reddito deducendo cogitaſſe, quod in formula illa non fuit, propter coniecturam de qua *ſup.* ergo in iſta Pap. debet procedi altera ordinaria regula, in qua cū exciperet redditus, ſpecialiter, partus nō cō-

prehenditur, qui non venit appellatione redditus
ſimpliciter prolati, niſi voluntas teſtatoris ad id ac-
ceſſerit, & ita redditus nomine tantum fructus com-
prehenditur *l. liberto* 21. *§. fin. de annuis legatis leg.*
*legatum* 16. *cum l. ſequenti l. patrimonij* 22. *l. fundi*
38. *l. penult. de vſufruct. legato* nam verbum *red-*
*dendi*, ſolum dicitur de agris, & prædiis, quæ *red-*
*dunt*, hoc eſt fructum dominis exhibent, (inde
*redditus*, apud nos *rentas*,) ad quod alluſit Martial.
*lib.* 2. *Epigr.* 38.

*Quid mihi reddet ager?*

Et *lib.* 10. *Epigr* 43.

*Plus nulli Phileros quam tibi reddit ager.*

Quomodo procedit *dicto §. Pegaſus in fin. l. filium* 21.
*ff. de optione leg. l. cum qui* 15. *ff de annuis legatis* &
voluntas teſtatoris ſola dominatur in fideicommiſſis,
& ſemper attenditur *l. pen. d. leg.* 3. cum aliis *ibi* ab
Accurſ. notatis, docet Gothofred. *in l. cum pater* 77.
*§. dulciſſimis littera Z. de leg.* 2. Mantica *de coniectu-*
*ris lib.* 13. Peregrinus *de fideicommiſſis art.* 11. Oſuald.
*lib.* 8. *Donel c.* 3. *lit. B.*

22 Sicque explicari debet Scæuola *in l. vxorem* 41. *§.*
*ſorori*, 10. *de leg.* 3. vbi partus fideicommiſſo non
non continetur, quod tamen intelligendum eſt [non
vt aliqui cenſuerunt, procedere eo caſu quo fidei-
commiſſum diminutum non eſt] quod cum teſtator
dixerit ancillis legatis, *vt eadem mancipia reſtitueret*,
voluiſſe creditur, tantum illa mancipia reſtituenda,
quæ relicta ſunt, non vero ex eis agnata, & ideo
ait Scæuola *verbis fideicommiſſi non contineri*: quia ſi
reſtituiſſet partus, non faceret ſecundum voluntatem
teſtatoris, qui cum vſus fuerit illo verbo *eadem*, de
partibus non cogitauit, *dict. l. pen. de optio. leg.* fa-
ciunt quæ notat Gothofred. *in l.* 46. *de leg.* 3. *littera*
*N.* & cum ancilla & partus idem non ſint, [vt di-
cemus *infra §. ſequent.*] non continet illud legatum
augmentum neque diminutionem. Continet quippè
nominatio hominum certa corpora, quæ legatum
incremento fœtus non auget, cum ex certis corpori-
bus ſinguli legati cenſeantur propter dictionem *ea-*
*dem*, quæ ſemper repetit reſtringendo ſe ad præ-
cedentia *l. Iulianum* 15. *de hæred. inſtituend.* docet ex
Bart. & Alexand. Menoch. *de præſumpt. libro quarto,*
*præſumption.* 173. *numero* 20. Pariſius *conſil.* 18. *nu-*
*mero* 32. *volum.* 2. & alios referens Cenedo *in centu-*
23 *ria ſingularium cap.* 45. † Et hoc modo debet expli-
cari cum Cuiac. 7. *reſpon. Papin. l. equis* 8. *ff. de vſu-*
*ris, ibidem*, vbi equis per fideicommiſſum relictis,
poſt mortem præſtat hæres fœtus *l. non ante l. equis*
39 *ff. illo titul.* Quando vero equitium relictum eſt,
tunc debentur fœtus ante moram, quoniam equitij
24 nomen eſt vniuerſale, vt *infra* dicemus. † Sic in-
telligendus eſt idem Scæuola *in l. penultim. de fundo*
*inſtructo*. ibi, *Agnata medio tempore*, quod nihil
aliud eſt [vt notauit Cuiacius *libro octauo, reſponſ.*
*Papin. in l.* 3. *ff. illo titul.* §. quam fœtus, & partus,
quæ omnia in fundo inſtructo legato contineri ait
Scæuola ſecundum verba legati, vt *inferius*, ſtatim
ſubiiciam.

25 Deinde interpretari poterit Papinianus *in leg. ter-*
*tia, de fundo inſtructo*, ex quo diſtinctè probatur par-
tus reſtituendos eſſe fideicommiſſario, quæ difficul-
tas ita vexauit Martinum antiquum gloſſographum,
vt in illis verbis *Fideicommiſſo contineri*, addiderit ne-
gationem, ſic referente Accurſio *ibi*, *verbo contine-*
*ri in fine*, cui ſubſcripſit ſuo more Anton. Fab. *libro*
*quinto, coniect. cap. quinto.* Verùm eiuſmodi inter-
pretationibus reiectis, facile mentem Papin. conſe-
quemur, ſi aduertamus in illa ſpecie, teſtatorem reli-
quiſſe fundum inſtructum libertis à quibus petiit co-
dicillis, vt morientes ſuperſtitibus partes ſuas fundi
reſtituerent: dubitatum fuit, cum non dixiſſet *fun-*
*di inſtructi*, in hoc caſu, ſicut in ſuperiori, an fun-
dus talis in cauſa fideicommiſſi videretur, qualis
fuit legatus. In quo dubio reſpondet Pap. intelli-
gendum eſſe teſtatorem voluiſſe fundum inſtructum
legare vtroque caſu, *argument. leg. cum pater* 77. *§.*
*cum imperfecta Digeſt. de legatis* 2. *l. ſi in teſta-*
*mento* 106. *de legatis* 1. *leg. errore* 7. *Codic. teſta-*
*mentis.* Poſtea autem Iure Conſultus ſubiicit, in hoc
fideicommiſſo contineri, *augmentum fœtuum*, &
*partuum*, & *detrimenta fatalium*, quæ omnia ait con-
tineri, cùm fundus inſtructus ſit relictus, atque ita
patet latius nomen inſtructi *l. quæſitum* 11. *§. ſed ſi*
*fundus vigeſimo ſeptimo, cum ſequent. Digeſt de fun-*
*do inſtructo*, quod comprehendit non ſolùm fœ-
tus pecorum, ſed & partus ancillarum, quæ in
fundo erant cultus, vel miniſterij cauſa. Quare
cum huiuſmodi res augeant fideicommiſſum fundi
inſtructi, ita etiam, & detrimenta fatalia minuunt,
ſi ſuo fato deperierint pecora, vel mancipia: ſe-
cundùm quæ grauatus tenebitur dare augmentum,
etſi acciderit vt minuatur, ita accipiet fideicommiſ-
ſarius. Quam interpretationem firmat Cuiacius *li-*
*bro primo, reſpon. Nerat. in leg.* 22. *§. ſed enim Di-*
*geſt. ad Trebellian.* & *libro octauo, reſpon. Pap. in dict.*
*leg.* 3. (& reiiciendus eſt Oſualdus *dict. libro ſeptimo,*
*Donelli cap. vigeſimo ſexto, littera D. in fin.* illam ge-
neraliter, & indiſtinctè accipiens.) † Ratio huius 26
traditionis eſt, quoniam vt inquiunt Accurſ. &
Bartol. *in dict. leg.* 3. *fundus inſtructus* eſt ius vniuer-
ſale, & collectiuum, vt *dos, peculium, grex*, & *equi-*
*tium*, (de qua re videndus Barboſ. *in Rub. Digeſt.*
*ſoluto matrimon.* 3. *part. ex numero tertio*, poſt Ac-
curſ. *in l. quod dicitur verbo dotis Digeſt de impenſis*,
& *in leg.* 4. *§. ſi are Digeſt. de peculio verbo manent*,)
quæ res ex ſua natura accipiunt incrementum, &
diminutionem *l. equis* 10. *de vſuris l. ſi ex toto* 8. *l. gre-*
*ge* 22. *cum l. ſequent. de leg.* 1. *§. ſi grex* 19. *§. ſi pe-*
*culium* 21. *Inſtitut. eod.* cum trad. ab Accurſ. *in dict.*
*leg. pen. de fundo inſtructo* Cuiac. 7. *reſp. Pap. in leg* 8. *de*
*vſuris*, & *lib.* 9. *different. Modeſtini circa medium*, Man-
tic. *de coniect. libro tertio, titulo primo, numero* 13. Vn-
de ſiue fundus augmentum habuit ex partubus ancil-
larum, vel aliis crementis ad fideicommiſſarium per-
tinebit, *argument. l. plerumque* 11. *§.* 1. *de iur. dot. l. quod*
*in rerum* 24. *§. ſi quis de leg.* 1. *l. ſæpe* 16. *d. l.* 2. *l. ſi mãcipia*
19. *de fun. inſt.* & eodem modo ſi damnis aliquibus fa-
talibus diminutus ſit, de quibus vide *l. cum duobus* 52.
*§. damna ff. pro ſocio leg.* 3. *§. niſi forte ff. nautæ caupones*
*leg.* 5. *§. quod vero D commodati l. ex conducto* 15. *§. ſi vis*
*tempeſtatis l. ſi merces* 25. *§. vis maior. ff. locati l. contractus*
25. *vera animalium de reg. iur.* vbi Petrus Fab. Donel.
*lib.* 16. *cap.* 7. Hotman. *lib.* 4. *obſer. cap.* 16. Cuiac. *lib.* 15.
*obſeru. c.* 27.

Rurſus ex ſupradictis explicandus eſt idem Pap. 27
*in d. l. cum pater* 77. *§. pater filiæ.* 17. *de legat.* 2. quo in
loco pater cum filiæ nubenti dediſſet ancillas, hære-
dem grauauit per fideicommiſſum, vt eas præſtaret
filiæ: quæſtio fuit de partubus, an præſtandi quoque
eſſent cum ancillis, & ait Papin. partus præſtandos ex
cauſa fideicommiſſi, etſi matres ante teſtamentum
mortuæ eſſent. Cui difficultati occurrit Caſtrenſ. *nu-*
*mero primo*, & *ſecundo*, poſt Dynum, & alios *ibi-*
*dem*, & Cuiac. *lib.* 8. *reſpon. Pap. in d. § pater filiæ*, do-
cens in ſpecie illa patrem donaſſe prius eas ancillas
nubenti filiæ in miniſterium, vt fit plerumque *l. proſ-*
*pexit* 12. *per totam ff. qui* & *à quibus*: quæ donatio cum
filiæfam. eſſet facta, Iure Ciuili non valuit *l.* 2. *§. fin. ff.*
*pro hærede leg.* 1. *§.* 1. *ff pro donato*, & ideò eam confir-
maſſe teſtamento hærede rogato per fideicommiſſum,
vt filiam ſineret habere illas ancillas: quo caſu quan-
do eas dedit nubẽti, nulla fuit donatio, ſed potius cõ-
ceſſio ancillarum in vſum, poſt teſtamentum vero eſt
fideicom

fideicommiſſum, vel ſaltem confirmatio donationis inutilis facta verbis fideicommiſſi. Quæſitum eſt an partus ancillarum ea in ſpecie debeantur, & reſpon-
28 det I. Conſultus deberi. † Ratio eſt, quia quemadmodum ancilla ſi precario rogetur, id etiam agitur vt & partus, ſi quem ediderit, cenſeatur quoque precario datus, *l. quamuis 10. D. de precario*, & ancilla empta, & partus emptus intelligatur, *l. ſi quid ex Pamphila 37. cum aliis de leg. 1.* iuxta ea quæ dicemus *infra §. 2. num. 52. & ſeqq.* ita etiam & in ancilla donata id agitur, vt & partus donatus videatur, qui per fideicommiſſum, confirmata donatione, relicti videntur, cum ſint portio donationis, ſicut partus dicuntur portio dotis, *l. cum poſt 69. §. fin. de iure donation.* Id autem adſtruit Papin. ſimilitudine rei donatæ inter virum, & vxorem, vt quamvis non valet donatio, *leg. 1. & per totum D. de donat. inter.* oratione tamen D. Seueri, & Antonini, morte confirmatur, ſi in eadem voluntate donator perſeuerauerit *l. cum hic ſtatus 32. l. num. & Imperator 41. cum l. ſeq. de donat. inter.* diximus latè *ſupra libro primo cap. 10.* Quod in caſu ſupradicto dicendum erit, vt donatio inutilis confirmetur, quam inutilem fuiſſe ipſa comparatio demonſtrat ſiquidem pater eas non dedit in dotem, ( tunc enim valida erat donatio *l. Pomponius 15. de famil. erciſc. leg. pater 71. de euiction. l. pater 14. Digeſt. ad legem Falcid.* cum traditis à Barboſa *in leg. 1. §. quod ſi in patris num. 1. D. ſol. matr.* Cuiacius *libro 12. reſp. Pap. in dict. leg. Pompon* Fachin. *lib. 13. controuerſ. cap. 59. & 60.* quicquid reclamet Anton. Fabr. relatus ab Oſuald, *lib. 9. Donelli cap. 5. litt. K.*) ſed ſimpliciter dedit aut donauit. Si vero in dotem darentur, non erat neceſſaria confirmatio per fideicommiſſum, quia res erat propria filiæ, vt *in dict. iuribus l. 3. §. ergo de minoribus*, & rei propriæ inutile eſt fideicommiſſum *leg. proprias 13. Codice de legat.*

29 Quibus ex ſimilitudine adiunges interpretationem Proculi *in l. Licinius 48. de legat. 2.* cuius ſpecies eſt, vxorem dediſſe in dotem mancipia æſtimata quo caſu electio eſt mariti, an velit ſoluto matrimonio res ipſas reddere, vel æſtimationem *l. plerumque 11. §. ſi res Digeſt. de iure dotium*, & cum æſtimatio talis faciat emptionem, *dict. l. plerumque in princip. l. vnica §. cumque verſ. æſtimatarum Codic. de rei vxor. act.* notat Barboſa *in l. æſtimatis 51. num. 1. cum ſeqq. & numero 29. Digeſt. ſol. matr.* Cuiacius *lib. 17. obſ. capite primo* ſi ancillæ æſtimatæ in dotem datæ ſint, partus earum ad maritum pertinent, quia ſicut periculum rerum æſtimatarum ad eum ſpectat *leg. cum dotem 10. Cod. de iure dot.* Barboſ. *ſupra numero 4. in fin. & num. 12.* Ita etiam argumentum earum *dict. leg. plerumque §. 1.* & conſequenter partus, ( cum res ſint in dominio mariti *leg. cum poſt. 69. §. in dotem Digeſt. de iure dot. l. quoties 5. Codice eod.* ) ad eum pertinebunt, *l. vnica §. cumque 9. Cod. de rei vxor. act. l. 20. titul. 11. part. 4.* Contra erit quando res fuerunt inæſtimatæ, vel pactum interceſſit, vt poſt matrimonium ad mulierem pertine-
30 rent. † Quomodo procedit *l. 1. Cod. ſolut. matr.* cui non obſtat *l. pen. §. mancipia D. eod. & l. ſi mancipia 17. Digeſt. de iure dot.* Nam reſpondendum eſt, cum Accurſ. *ibi*, quem ſequitur Cuiac. *in paraphraſi ad tit. Cod. ſolut. matr.* aliquando in dote æſtimata periculum pertinere ad maritum, aliquando ad vxorem, ( quod ex pacto, vel ſtipulatione cognoſcitur, ) eius autem cuius periculum eſt dos, in eius commodum cedunt partus ancillarum editi conſtante matrimonio, ſicut cedit omne damnum. Vnde ſi poſt æſtimationem nihil actum ſit inter coniuges, partus ſequuntur maritum, cum ad eum pertineat periculum, *d. l. vnica §. cumque in fine d. l. Licinius* ſicut ſi actum ſit, vt reddat maritus ancillas neque deteriores, neque viliores, ſed tantidem æſtimatas, quanti fuere ab initio; tunc periculum ad eum quoque ſpectat, *d. l. ſi mancipia, d. pen. §. mancipia.* At cum *in d. l. 1. C ſolut. matr.* periculum dotis æſtimatæ ſit mulieris, quoniam pactum fuit vt res, ſi extarent, reſtituerentur, cum eo modo res, quæ non extabunt, vel peremptæ ſint, non reddantur mulieri, & ei pereant, conſequenter partus ancillarum mulierem ſequuntur ad quam eo caſu periculum ſpectat.

Vnde cum *in dict. l. Licinius* viri ſit electio, vt 31
diximus, an reddat mancipia, vel æſtimationem, hanc electionem reliquit vxori in relegatione dotis, & vxor elegit mancipia. Quæritur an debeantur partus. Proculus ait non deberi, quia marito cuius fuit dominium & periculum, quæſiti ſunt, neque mutat remiſſio illius electionis naturam dotis æſtimatæ, cuius eſt ea, vt maritus non ſolum fœtus, ſed & partus lucretur.

Diſputauimus iam, & vera concordia donauimus Papinianum & Paulum *in d l. 4. de vſuris, & in d. l. deducta §. hæreditatem, ad Trebellian.* † Nunc ite- 32
rum contra à nobis receptam traditionem ex alio capite obſtant non minores difficultates, quas monet Vlp. *in l. qui vas 48. §. ancilla, verſ. idem & in pecudibus D. de furtis.* Qui cum dixiſſet in partu ancillæ furtiuæ concepto & edito apud bonæ fidei poſſeſſorem, procedere vſucapionem: adiicit poſtea, idem eſſe obſeruandum in pecudibus, quod in partu: ergo eadem vſucapio, quæ datur in partubus, etiam in fœtu pecorum locum habebit. Secundum quæ non diſtinguuntur: neque etiam appellatione fructuum veniunt fœtus pecorum. † Quod 33
etiam videtur comprobare Paul. *in l. 4. §. fructus 5. D. de vſucap.* docens vſucapi poſſe fructus, & partus ancillarum, & fœtus pecorum, & *in eadem l. 4. §. lana* affirmat agnos ita fieri ſine vſucapione bonæ fidei poſſeſſoris; ſi conſumpti ſint: in eamque ſententiam videtur conſpirare idem Vlp. *l. ſi aliena 10. §. Scæuola D. de vſucap.* diſputans de vſucapione iuuenci ex boue furtiua nati.

Quibus difficultatibus ita confunditur ſupradicta 34
aſſertio, vt vix ab eis euadere poſſit incolumis; ſed ſigillatim operæ pretium erit reſpondere. Et in primis anxie veram interpretationem inueſtigarunt Interpretes *d. verſ. idem & in pecudibus*, eos refert Genoa *in eius antino. pag. 300.* videndi Donel. *libr. 5. comment. cap. 26.* vbi Oſuald. *litt. Z* Bened. Pinel. *lib. 2. ſelect. c. 1. num. 64 & ſeq.* Cuiacius autem *in d. l. 4 §. lana*, legit *non idem*, quem ſequitur Gotofred. *in dict. verſ.* & Ant. Frbr. *in l. ſi ego 11. §. 4. de Publicia*, ſed repugnante omnium librorum fide. Item Connan. *3. com. cap. 15. num. 3.* receptus à Donello *d. cap. 26.* ait interrogatiuè eſſe legendum, quos reſpuit contextus ſeries. Necnon & Pichard. *in d. §. in pecudum num. 2.* ea ratione vſucapionem requirit, vt dominium irreuocabile acquiratur, quod etſi ante eum præſenſerit Accurſ. *in d. §. fructus*, ſequutus *ibi* à Bart. *num. 3. in fin.* Caſtrenſ. *num. 2. verſ. nec obſtat*, Baldo *in l. ancillæ. Codice de furtis*: falſum eſt, vt notat Pinellus *ſupra num. 71.*

Quare illud reſponſum ad *verſ. idem & in pecudi-* 35
*bus* in noſtris Scholis receptum eſt, quod ante omnes tradidit Accurſ. *ibi*, *verbo idem in fin.* & ſibi vſurparunt Cuiac. *lib. 15. obſeru. cap. 20. in fin* & Pinellus *ſupra num. 85.* ſcilicet Vlp. *in d. §. ancilla* duos caſus propoſuiſſe, primum, vt partus conceptus, & editus apud bonæ fidei poſſeſſorem, non ſit furtiuus. Secundum, vt poſſit vſucapi; quibus poſtea adiicit, *idem & in pecudibus ſeruandum eſt, quod in partu.* Quæ verba non ſunt referenda ad vſucapio-

nem, ſed ad effectum, ne ſit fœtus furtiuus, ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem concipiatur, & edatur, quemadmodum partus eodem caſu furtiuus non eſt. Hanc interpretationem veram eſſe docet Conſultus *in verſ. ex furtiuis* ſtatim ſequenti, vbi fœtus ex furtiuis equis natos, ſtatim ſcribit eſſe bonæ fidei poſſeſſoris, ea ratione, quia in fructu ſunt, non vero partus. Qui verſus ad rem ineptus videretur ſi differentiam ſupradictam non denotaret. Et confirmatur hæc expoſitio ex *l. peto 69. in princip. D. de leg. 2.* vbi cum I. Conſultus propoſuiſſet quæſtionem, an fideicommiſſum ita relictum: *Contentus ſit decem aureis*, valeat adiicit *verſ. ſine dubio*, in quo diuerſum conſtituit. Deinde ait *idem dicemus* quod ſi ad primum verſic. non referatur, ineptus eſt ſenſus.

36 Verum hæc interpretatio multas patitur difficultates, quæ Vlpian. longa obſcurum reddunt, nec mirum erit circa eius explicationem ita decertaſſe Cuiacium, & Robertum, vt conſtat ex illo *ſupra*, & ſub nomine Mercatoris *lib. 1. notatorum cap. 22.* & ex Roberto *libro primo, lection. capit. ſexto, & lib. 1. animaduer. cap. 21. & in notis ad Mercatorem lib. 1. cap. 22.* nam quomodo admitti poteſt, vt verſus *idem & in pecudibus*, referatur tantum ad illan. quæſtionem, an partus furtiuus ſit, cum etiam ſi pecudes concepiſſent apud furem, fœtus acquirerentur ſtatim bonæ fidei poſſeſſori *l. bonæ fidei 48. §. fin. de acquir. rer. dom. dict. §. lana*, neque inſpicitur an ſint concepti apud furem, vel plenis vberibus pecudes venierint, (vt lac ſuum faciat) vel adduxerint lanam, vt eam acquirat, quod in partu contra eſt. Deinde quomodo ait idem eſſe ſeruandum in pecudibus, quod in partu, cum pecudes vere fuerint furtiuæ, & iam in poteſtate bonæ fidei poſſeſſoris, licet fœtus tanquam fructus acquirat?

37 Vltimo conſtat, non propoſuiſſe Vlpian. duos caſus, an eſſet partus furtiuus, & an vſucapi poſſet, de vſucapione incidenter tractat, non principaliter, caſus vero fuerunt, quando ancilla prægnans, ſubrepta eſt, vel quando apud furem concepit, ſed edidit apud bonæ fidei poſſeſſorem, vt indicant, illa verba: *ſed in hoc poſteriori caſu.* Neque difficultatem euades, ſi cum Roberto *dict. libro primo notatorum cap. 21.* aſſeras, ſimilitudinem partus, & fœtus in eo eſſe, quod cum non ſtatim partus fiat bonæ fidei poſſeſſoris, ſed neceſſaria ſit vſucapio eius, qui in fructu non ſit; fœtúſque aliorum animalium apud bonæ fidei poſſeſſorem ſtatim ac editi ſunt eius fiant, quia tamen ſic eius fieri intelliguntur, vt extantes domino reſtituere teneantur, vſucapi poſſunt. Quam ſententiam reſpuit ſatis contextus *in dict. verſ. idem*, vbi minime de vſucapione tractatur, ſed an furtiuus ſit, vel non, & *in verſic. ſeq.* de eius fœtus acquiſitione tractetur.

38 Quare in hac difficultate, retinenda eſt ſupradicta interpretatio, quam non euertit prima conſideratio deducta ex *d. l. bonæ fidei §. fin.* Cui reſpondendum eſt, quod cum *in d. verſ. idem* dicatur quantum ad articulum furtiuitatis attinet, idem eſſe in fœtu ac in partu, ſemper eſt dicendum apud furem conceptum, vel editum excludere acquiſitionem in bonæ fidei poſſeſſore; nec repugnat *d. §. fin.* qui intelligendus eſt in fœtu concepto, & nato apud bonæ fidei emptorem, non apud furem. Ratio eſt, quoniam Iure Conſultus *in §. antecedenti* tractabat de acquiſitione fructuum facta à bonæ fidei poſſeſſore, vt poſſit quis fructus capere ex re, quæ propter ſui vitium vſucapi non poteſt, iuxta quem tractatum ait, ouium quoque fœtus, cum ſint in fructu, ad bonæ fidei emptorem pertinere, etiam ſi quando eas oues emit prægnantes erant, hoc tamen non accipias de ouibus furtiuis, ſed de alienis, quæ propter aliquod vitium non poterant ipſæ vſucapi iuxta caſus præcedentis poſitionem; forte, quia erant pupilli, aut Præſidi donatæ, vt *in eadem lege ſupra, in §. 1.* vel cum alienæ eſſent, venditæ ſunt à malæ fidei poſſeſſore. Deinde ſubiicit, *vel ſi ſubreptæ eſſent*, qua in re cum diuerſum caſum adaptet, (alias ſuperfluus eſſet Conſultus,) in eo non ait, *vel prægnantes ſint*, hoc eſt, vt apud furem conceperint, ſed ſolum caſum magis dubitabilem propoſuit, in quo etiam ex re furtiua poſſint fructus acquiri. An verò ſi concepti ſint fœtus, vel non apud furem, hoc non aperit, nec de eo loquutus eſt, atque ita debet procedere ſecundum diſtinctionem *dict. §. ancilla*, vbi cum idem admittatur in fœtu quod in partu, & partus ſit furtiuus quoties apud furem conceptus eſt, etiam & fœtus eo caſu cenſebitur furtiuus. Vnde cum propoſuerit Conſultus *in dict. §. fin.* caſum quando à malæ fidei poſſeſſore prægnantes venditæ ſint oues, poſtea id extendit ad alium, quando ſcilicet furtiuæ erant, tuncque nihil de conceptione dixit, ſicut in altero, quod apertè indicat in furtiuis ouibus, quoad conceptionem contrarium obſeruari, quæ fuit ſententia Gregor. *in l. 5. titul. 29. part. 5. gloſſ. 2.* contra Angelum, qui contrarium aſſeruit *in l. ſi ego 11. § fin. de publician.* & ſic reiicienda eſt emendatio Cuiacij *in d. § lana, & d. lib. 15. obſeru. cap. 20.* qui legebat *in dict. § fin. vel prægnantes venierint, quæ ſubreptæ ſint*, quam ſectionem non reiiciunt relati ab Oſualdo *dict. cap. 26. litt. A.* Neque etiam admitto Anton. Fabr. aliam emendationem *in l. ſi ego 11. §. 4. in fin. Digeſt. de publiciana.* qui legebat. *Etiam ſi prægnantes venierint, & ſubreptæ ſint.* Quæ non minus eſt delenda, quàm quod ad *dict. verſ. idem & in pecudibus* addendum eſſe exiſtimauit ex ſua penu. † Sed obſtat *dict. §. lana*, vbi 39
ſi lana fuerit apud bonæ fidei poſſeſſorem detonſa, eius fit: quod idem de lacte probatur *in d. § fin.* & tamen certum eſt naſci cœpiſſe apud furem. Cui difficultati reſpondendum eſt, lac, & lanam, & ſimiles fructus diuerſam obtinere naturam, ac fœtus. Fœtus ad ſui eſſentiam certum tempus requirunt, & dum matureſcunt, idem ſunt; at lac & lana ſingulis diebus efformantur, & quotidie erumpunt, ita vt non poſſit aliquo modo diſcerni, an hæc lana fuerit nata apud furem, aut illa non: ac proinde vſque dum detondeatur, & lac mulgeatur, non dicuntur fructus, *argument. leg. ſi fur. 13. alias eſt l. arboribus 12. §. ſi fur. Digeſt. de vſufructu leg. ſi apes 26. §. fin. Digeſt. de furtis*, & cum hæ res habeant aliquam partem, quæ in bonæ fidei poſſeſſoris poteſtate ſit nata, dubium non eſt, quin ad illum pertineant, vt docet Pinel. *ſupra numero 81.* Idque ſuadetur ex *dict. §. lana*, vbi neceſſarium eſt, vt tondeatur apud furem, ad hoc vt furtiua dici poſſit, ergo antea non erat, & cum apud bonæ fidei poſſeſſorem detonſa eſt, ait eius fieri cum in fructu ſit. Neque obſtat *in dict. §. lana, verſ. idem in agnis.* Qui cum nihil exprimat de conceptione agnorum, procedere intelligendus eſt, quādo non ſunt concepti apud furem, præcipuéque ille non tractabat, niſi de eorum acquiſitione, an ſcilicet fiant bonæ fidei poſſeſſoris, vel non. Neque obſtat altera conſideratio de qua *ſupra n. 36.* quomodo Vlp. ait *in d. verſ. idem*, in pecudibus ſeruandum eſſe, quod in partu, nam reſpondeo id intelligendum eſſe, vt ſecundum earum conceptionem apud furem, vel bonæ fidei poſſeſſorem euenientem eius fiat, vel non, ſicut in ancilla dicemus bonæ fidei poſſeſſorem adquirere poſſe partum per vſucapionem, ſi apud ſe conceperit, non apud furem.

Denique

Denique vltima difficultas potius pro nobis facit, cum caſus principalis ſit de partu, an ſit, vel non
40 furtiuus. † Ex quibus conſequitur, quoad vitium furtiuitatis attinet, inſpiciendum eſſe, an fœtus conceptione apud furem, ſicut de partu dictum eſt, ad hoc vt adquirantur, vel non, & licet id aliqui negent, neſcio quo pacto ſatisfacere poſſint *d. §. ancilla verſ. idem*, vbi quoad furtiuitatis vitium æquiparantur fœtus & partus. Vnde ſi furtiuus dicitur conceptus apud furem, impoſſibile eſt quod bonæ fidei poſſeſſori acquiratur *l. qui bona 23. de acquir. rer. dom.* Pinel. *ſuprà n. 79.*

41 Rurſus non obſtat *d. l. 4. §. fructus de vſucap.* vbi probatur fructus vſucapi poſſe. Cui ſatisfaciunt præter Accurſium Bart. Caſtrenſ. & reliqui *ibi*, qui ad dominium irreuocabiliter acquirendum neceſſariam eſſe vſucapionem docent, quod non admittunt verba illa *qui defuncti non fuerunt*; quæ nec reuocabiliter dominium acquiſitum denotant. Faciunt notata à Pinello *ſuprà numero 71.* qui *numero 75.* rectiſſime docet cum Donel. *d. cap. 26.* vbi Oſuald. *littera D.* fructus ibi non fuiſſe perceptos à bonæ fidei poſſeſſore, ſed fuiſſe inuentos in hæreditate, quia defunctus ex re commodata, vel depoſita percepit eos, quos vt hæreditarios indicauit hæres, & bonæ fidei poſſeſſori vendidit, in cuius perſona procedit vſucapio, non vero in perſona hæredis (vt perperam exiſtimauit Oſuald) qui ſicut defunctus non potuit, ita nec ipſe *l. cum hæres 11. de diuerſis præſcript.* neque obſtat lex 2. *D. pro ſu...*, cui ſatisfacit Pinel. *ſuprà n. 86.* & de ea agemus *infra* § 4.

42 Vlterius intelligendus venit *d. §. lana verſ. idem, & agnis*, vbi quod prius dixerat de lanæ acquiſitione, ait idem dicendum eſſe in agnis, ſi ſint conſumpti, ergo contrarium erit ſi extent. Omiſſis ergo aliis, qui ad irreuocabilitatem dominij vſucapionem deſiderabant, quod reiicitur, cùm quod meum eſt amplius non poſſit meum fieri *l. in bello 12. §. ſi quis ſeruum D. de captiuis*, reſpondendum eſt, ideo conſumptionem eſſe neceſſariam, quia ita bonæ fidei poſſeſſor fructus ſuos facit, ſi eos percepit, quos tunc non tenebitur reſtituere ſi conſumpſerit, vnde quocumque tempore, quo reſtituit rem ipſam, fructus ex ea perceptos ſimiliter reſtituere tenetur ſi extent, non vero ſi ſint conſumpti, *l. certum 22. Cod. de rei vindicatione*, *l. 4. §. poſt litem. D. finium regund. l. quæſitum 40. in fin. de acquir. rer. dom.* Atque ita dominium elargitur bonæ fidei poſſeſſori fructuum, ſi iuſtè eos conſumpſerit, & ſola conſumptione liberatur ab eorum reſtitutione, ſi quan[do] rem reſtitueret: notat Donel. *lib. 4. com. cap. 26.* Pin[el. n]. 72. *ſuprà*, Bald. & Pich. *in §. ſi quis à non domino Inſtitut. de rerum diuiſione* vterque *numero 15.* Gothofred. *in dict. leg. certum littera N.*

43 Vltimo ad difficultates *d. l. ſi aliena §. Scæuola de vſucap.* reſpondebimus *infra* ſuo loco in eius explicatione *§. 3. ex n. 30.*

44 Hinc iam (vt filum noſtræ diſputationis recolligamus) conſtat ſatis, fœtus & partus deſtingui: adquirendo quoad partus cum in fructu non ſint, neceſſaria eſt vſucapio, & ideo non ſtatim acquiruntur bonæ fidei poſſeſſori ſicut fructus, ancillæ quippe non emuntur, vt pariant, *l. ancillarum 27. de petit. hæred.* & ideo fructus earum ſunt operæ *l. 4. de operis ſeruor. iuncta l. ſi ſerui 21. cum legibus ſequent. l. vetus 68. D. de vſufructu l. pen. D. de opt. leg. verſ. fin.* ad pecudes, vt ſoboles, & procreationem faciant, & ideo earum fœtus ſunt in fructu. Oſuald. *lib. 4. Donel. cap. 25. littera B* quos acquirit ſtatim, vt diximus, bonæ fidei poſſeſſor.

45 Licet hodie de iure noſtro regio æqualis ſit facta conditio, & partus, & fructuum, & in eis acquirendis neceſſaria eſt vſucapio ex *l. 5. tit. 29. part. 5.* vbi notat Gregor. *verbo ganar.* † Vnde illa quæſtio noſtratum diſſolui poteſt, an partus ancillarum dotalium conſtante matrimonio editi, communicari debeant inter coniuges, iuxta leges noſtras, quæ lucra omnia inter coniuges diuidenda ſtatuunt *l. 23. ſtyli. l. 1. tit. 3. libro tertio fori l. 4. tit. 4. libro quinto, ordina l. 14. & ſequent. Tau.* de qua re vide relatos à Rodrig. *de redditibus libro primo, quæſtione 1. numero ſeptimo*, Spino *de teſtament. gloſſ. 13. ex numero 69.* Gregor. *in l. 20. titulo vndecimo, partit. 4. verbo otro ſi.* 46
† Ergo cum euenire ſoleat, vt quis ancillam furtiuam bona fide poſſideat, ſi apud ſe enixa ſit, & partum eadem bona fide poſſidere cœperit, quæſitum eſt de vſucapione an procedere poſſet, quia tamen poteſt ancilla prægnans ſubripi, vel apud furem concipere, & parere, vel apud bonæ fidei poſſeſſorem, de his caſibus diſputandum erit. 47

## §. II

### De ancilla prægnante ſubrepta, vel apud furem concipiente, aut enixa, diſcutitur late an partus ſit pars matris?

SVMMARIVM.

1 *Partus ancillæ furtiuæ poterit vſucapi, ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem conceptus ſit, & editus.*

2 *An huius traditionis ratio ſit, quod partus eſt pars matris, iuxta Marcelli ſententiam.*

3 *Remiſſiuè conciliatur* leg. ſi mulier 8. Digeſt. ad leg. Cor. de ſic. cum l. ſi quis 38. §. qui abortionis, de pœn.

4 *Apud Conſultos partus dum in vtero eſt, dicitur pars viſcerum matris, & ſpes animalis, quamvis apud Medicos animal dicatur.*

5 *Marcelli I. Conſult. opinio multis iuribus adſtruitur, quæ probant partum eſſe matris partem*, & n. 6. 7. 8. 9 & 10.

11 *Marcelli, & Scæuolæ contentio circa hanc quæſtionem ortum habuit ex Bruti ſententia, de qua §. 1.* & n. 62.

12 *Scæuolæ ſententia, qui aſſeruit partum non eſſe matris partem multis fundamentis ſtabilita.* & n. 13. 16. 17. & 18. & 19.

14 *Quemadmodum homo propter humanæ naturæ dignitatem non eſt in fructu, ita neque venit in alterius rei acceſſionem.*

15 *Vendita ancilla ſi euincatur partus, venditor non tenetur de euictione.*

20 *Filij dicuntur pars ipſius patris.*

21 *Confirmatur Scæuolæ opinio ratione naturali.*

22 *Quæſtio hæc, an partus ſit matris pars, ſumme difficilis, etiam apud ipſos Conſultos.*

23 *Opinio Scæuolæ præfertur, vt verior.*

24 *Quando, & quomodo valeat argumentum de toto ad partem.*

25 *Quo ſenſu dicitur partus portio viſcerum matris* in l. 1. §. ex hoc reſcripto ff. de ventre inſpic. & n. 26. & 27.

28 *Quare puniatur tanquam infanticida mater* in l. Cicero ff. de pœnis.

29 *Explicatur* l. ſi quis 7. §. ſi ancillam D. de except. rei iud. & n. 30. & 31.

32 *Precario conceſſa ancilla, vel pignori data, vel depoſita, aut commodata, an etiam & partus in eadem cauſa ſit, ad explicationem* l. quamvis 10. D. de precario, *cum aliis pluribus*, & n. 33.

34 L.

34 L. 4. §. Viuianus D. naturæ, &c. l. 1. §. ſi ciſta. Digeſt. depoſit. l. ſed addes §. ſi quis mulierum. D. locati. *explic.* & numero. 35.

36 L. 1. §. quæ depoſitis, D. de poſ. l. eius qui. 14. §. non ſolum, de furt. *&* numero 8.

37 *Equo vendito, an ſella & frenum cedant venditori.*

39 *Differentia inter precarium, & depoſitum, circa quæſtionem, an partus habeatur in eadem cauſa cum matre.*

40 *Quare ancilla pignorata partus ſit in eadem cauſa, ad explicationem* l. 1. Cod. de partu pign. l. Paulus 29. §. 1. de Pignor. l. 1. de Saluian. interd. *cum aliis*, & numero 42. 43. 44. 46. & 47.

41 *Fructus, qui ex prædio pignorato percipiuntur, tacite intelliguntur pignori eſſe.*

45 *Saluianum interdictum quando competat, & ad quid?*

48 *Explicatus Pauli ſententiarum locus.*

49 *De intellectu* l. fin. §. Proculus. D. quæ in fraud. cred. *&* n. 15.

50 *Quæ alienantur in fraudum creditorum, reſcinduntur actione Pauliana.*

52 *Quomodo intelligatur quod dicitur, fructus pendentes eſſe fundi partem.*

53 L. videamus 38. §. in Fauiana de vſur. & leg. ait Prætor 10. §. per hanc, & §. Præterea, D. quæ in fraud. cred. *&* numero 54.

55 *Explicantur* l. 2. de vſur. & l. fin. C. de liber. cauſ. *&* num. 56.

57 *Declaratio ad* l. ſi id quod 73. de legat. 2.

58 L. ſi prægnans 45. l. Vaccæ de euiction. *& de natura euictionis*, & numero 59. & 60.

61 *De interpretatione* l. iuſto 44. §. etſi poſſeſſionis, de vſucapion.

63 *Falluntur Cum. & Fab. exiſtimantes Scæuolam contra Brutum tenuiſſe partum eſſe in fructu.*

1 HVIVS quæſtionis reſolutionem proponit nobis Vlp. *in l. qui vas* 48. §. *ancilla D. de furtis, & in l. ſi ego* 11. §. *partus D. de publiciana.* vbi aſſerit, vt partus poſſit vſucapi bonæ fidei poſſeſſore, neceſſe eſſe apud eum concipi & edi, ita vt ſi apud furem concipiatur, quamvis apud bonæ fidei poſſeſſorem edatur, minime vſucapietur. Cuius ſententiæ fuit etiam Iulianus *in l. qui in vtero*, 26. §. *præterea*, *D. de ſtatu hom. & in l. non ſolum* 33. *de vſucap.* & Marcellus teſtante eodem Vlpian. *in l. ſi aliena* 10. §. *Scæuola Digeſt. eod.* Imperatores quoque *in l. ancillæ.* 12. *C. de furtis.* Explicant Gæddeus, Rober. Hotm. Connan. & alij quos laudat Oſuald. *ad Donel. lib.* 5. *cap.* 25. Cuiac. *lib.* 44. *&* 69. *Dig. Iulian. in dict. l. non ſolum, & in*
12 *dict. l. qui in vtero, & lib.* 1. *notat. Mercatoris cap.* 22. *in fin.* (in quibus locis etiam Rober.) Adrianus Pulueus *ad legem Attiniam cap.* 6. Benedict. Pinel. *lib.* 2. *ſelect. cap.* 1. *ex numero* 1. Genoa *in antinomia dict. l. ſi aliena* §. *Scæuola pag.* 300. Ant. Fab. *in rationali ad dict. l. ſi ego* §. *partus*, Gregor. *in l.* 5. *tit.* 29. *part.* 3.

2 De ratione autem vſque adhuc dubitatum eſt. Eam videtur Marcellus reddere in *dict.* §. *Scæuola*, quod partus cenſetur ancillæ pars, vt quemadmodum furtiua ancilla, ita & partus reputatur furtiuus, *argument. l. quæ de tota* 76. *Digeſt. de rei vindicat. l. qui ſcit.* 25. *verſ. quemadmodum, Digeſt. de vſuris l. dotale* 13. §. *prædij de fund. dotal. l. ſi duo.* 51. *in fin. D. de adminiſt. tut.* cum aliis adductis ab Accurſ. *in dict. verſ. quemadmodum*, atque ſicut ancilla non poteſt vſucapi, ita neque partus, qui eius pars videtur fuiſſe: quomodo Vlpian. ratiocinatur *in dict.* §. *ancilla*, dum ex eo ait, furtiuum eſſe partum, quod mater prægnans ſubrepta fuit. Hoc vero non alia ratione eſt, niſi quia ſit pars matris, & dum in vtero eſt, portio viſcerum eius indicatur *l.* 1. §. *ex hoc reſcripto. D. de ventre inſpic. l.* 5. *D. de ventre in poſſeſſionem mittendo*, facit *l. partum* 11. *D. famil. erciſc. l. partum* 10. *l. reſpondit* 14. *de vſuris l.* 3. §. *vtique, de ſuis, & legit.* vbi partus mentio fit poſtquam editus eſt, quaſi antea maternorum viſcerum pars ſit. Quæ fuit Stoicorum ſententia, vt ex Plutarcho refert Merillus *lib.* 1. *obſeru. cap.* 16. Cui fauet Seneca *Epiſt. fin.* ibi: *Atqui quantulum intereſt inter eum qui cum maxime vitam accepit, & illum qui maternorum viſcerum latens onus eſt?* Quò pertinet *l. ſi mulier* 8. *D. ad legem Corneliam de ſicariis l.* 4. *D. de extraordin. crimin. l. Cicero* 39. *D. de pœnis*, vbi mulier quæ partum abegit dicitur ſuis viſceribus vim inferre. [† De quarum legum diffi- 3
cultate cum *l. ſi quis* 38. §. *qui abortionis de pœnis*, conſulendi ſunt præter Gotofredum *ibi* P. Gregor. & alij relati à Solorzano *de Parricidiis libr.* 2. *cap.* 12. Menochius *de arbitrariis caſu* 357. Pancirol. *lib.* 1. *variar. capite* 141. Pichard. *in* §. *item lex num.* 25. *de publicis iudic. & in manuduc.* 3. *part.* §. 4. *litt. A. numero* 2. Farinacius *tom.* 4. *criminal. quæſtione* 122. *numero* 131. Vnde etſi ſit apud Medicos in quæ- 4
ſtione, an partus dum in vtero eſt, ſit animal & homo, obtinuerit eſſe hominem, vt docet Hyppocrates de pueri natura, & Galenus in proprio de hac re libello; Iuris Conſulti tamen non propriè hominem eſſe arbitrantur; ſed partem viſcerum matris *l. in Falcidia* 9. *in fin. D. ad leg. Falcid.* & ſpem animantis *l.* 2. *de mortuo inferendo*, tradunt Tiraquellus *in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos numero* 149. Petr. Gregor. *lib.* 7. *Syntag. c.* 1. *n.* 10. Gotofred. *in dict. leg. in Falcidia.*

Neque Marcelli opinio deſtituta eſt iuris autho- 5
ritate, nam eam videtur probaſſe Vlpian. *in l. ſi quis* 7. §. *ſi ancillam. D. de exception. rei indic.* vbi ei qui ancillam petit, & non obtinuit, ſi poſtea partum petierit, rei iudicatæ exceptio nocebit, quæ ſemper obſtat illi, qui in iudicio condemnatus, vel eandem rem, vel eiuſdem rei partem iterum in iudicium deducit, *l.* 3. *d. l. ſi quis in princ. de exceptione rei iudicatæ*, quod non procederet niſi partus eſſet matris pars. † Accedit & Ppmponius *in l. quam-* 6
*nis* 10. *D. de precario*, qui ait, ancilla data precario, ſi poſtea ſit enixa, & partum etiam precario conceſſum videri: ſicut cum ancilla pignorata eſt, etiam & partus in eadem cauſa habetur, *l.* 1. *C. de partu pignorum l. fideiuſſor* 26. §. *fin. l. Paulus* 29 §. *ſi mancipia de pignor. l. ſi conuenerit.* 18. §. *ſi fundus, de pignorat. act. l.* 2. *D. de Saluiano interdicto*, facit *l. in ciuile* 12. *C. de rei vindicat.* † Cui etiam ſen- 7
tentiæ calculum præbet Proculus apud Venuleium *in fin.* §. *Proculus, D. quæ in fraudem creditor.* Si prius ſupponas ex ſententia ipſius Venulei *in* §§. *anteced.* quod ſi fundus alienatus fuerit in fraudem creditorum, reſciſſa alienatione, fructus medio tẽpore percepti non veniunt in reſtitutionem, *d. l. fin. medio*, ſed qui poſt iudicium inchoatum percepti ſunt, vel alienationis tẽpore terræ cohærebant; vnde partus ancillæ medio tempore editus, non venit in reſtitutionem, ſed ille qui editus eſt poſt inceptũ iudiciũ, vel ſi prægans erat cũ alienaretur, quo in caſu fructus, qui ſolo cohærebãt

&

& partus, qui in vtero exiſtebant, æquiparantur. At fructus ſunt pars ipſius rei, *l. fructus 44. de rei vindicatione l. ſi pendentes 27. in princ. de vſufruct. l. ſi ſeruus 61. §. locaui. D. de furt.* Ergo & partus ancillæ pars

8 cenſetur, vt æquiparatio procedat. † Suffragatur quoque Papin. huic parti duobus in locis. Primo *in l. ſi ita quod 73. de leg. 2.* vbi ſi mihi legetur id, quod ex Pamphila naſcetur, & ego illam emero, ſi apud me enixa ſit; partus eius ex cauſa oneroſa, id eſt, ex venditione meus efficietur, non vero ex cauſa lucratiua, vnde ex teſtamento petere poſſum partus æſtimationem, tanquam ſi illum emiſſem *l. in bello 12. §. final. de captiu. l. non quocumque 81. §. Iulianus, de leg. 1.* quia ſecundum iuris regulas, etſi duæ cauſæ lucratiuæ concurrere non poſſint circa eandem rem, *leg. Mauius 66. §. duorum verſ. non idem de leg. 2.* vna tamen lucratiua, & altera oneroſa recte concurrunt *§. ſi res aliena, Inſtitut. de leg. l. omnes 17. de obligat.* & ideo partus regulatur ſecundum matrem, cuius pars e... †

9 Alter Papin. locus eſt in ſpecie *l. iuſto 44. §. etſi poſſeſſionis Digeſt. de vſucap.* in quo ſcribit, quod ſi quis bona fide ancillam emerit alienam, ſi apud ipſum concipiat, licet antequam pariat, cognoſcat alienam eſſe, poterit vſucapere partum quoniam ſufficit bona fides, quam habuit tempore traditionis ancillæ; quæ apertè denotant partum eſſe matris partem, cum bona fides tunc inſpicitur tempore traditionis matris, cuius naturam tanquam principalem partus acceſſorius ſequitur *l. cum principalis 178. de reg. iur. cap. acceſ-*

10 *ſorium eod. tit. in 6.* † Nec ab hac ſententia receſſit Iulian. *in l. non ſolum 33. in princip. de vſucap.* aſſerens poſſe illum, qui furtiuam ancillam ignoranter emit, vſucapere partum, ex cauſa qua poſſet vſucapere matrem, ſi furtiua non eſſet, ita vt ſi ex titulo emptionis aut legati matrem habuit, ex eo etiam poſſit & partum habere; idem repetit apud Vlpianum *in l. ſi ego. §. idem Iulianus D. de publiciana,* vbi expendenda eſt particula *ex*, quæ denotat cauſam immediatam, vt latè tradit Cenedo *ſingulari 30.* quod minimè poſ-

11 ſet procedere, niſi partus eſſet matris pars. † Et vt hanc ſententiam vltimo fundemus argumento, expendenda eſt Bruti opinio, qui *vt ſuperiori §.* diximus, partum in fructu eſſe negabat, ex quo deducitur eſſe partem matris, alias autem ſi eſſet in fructu, arguere poſſemus, ergo non eſt pars eius cum eadem res ſui ipſius fructus eſſe non poſſit, vt notat Cuiacius *in l. partum 16. de verb. ſign.* & Ant. Fab. *in d. l. ſi ego §. interdum, circa finem,* qui aiunt quæſtionem illam Bruti peperiſſe Marcelli & Scæuolæ contentionem circa hunc articulum. Idque agnoſcit iterum Cuiac. *in d. l. ſi aliena §. Scæuola,* & Gæddæus *in d. l. partum numero tertio,* vbi etiam Albericus Gentilis. Quibus & aliis argumentis huic Marcelli ſententiæ adhæret Pet. de Bellapert. *in l. ancilla 12. Cod. de furtis col. 2.* Caſtrenſ. *in d. §. Scæuola in princip.* Iaſon. *in l. inter ſtipulantem 83. §. final. de verborum obligatione* Cuiacius *lib. 15. obſeruat. capite 20. & in d. §. Scæuola,* Hotmanns *lib. 7. obſeruation. capite 18.* Connan. *libro tertio, comment. capite 15. numero tertio,* Donel. *libro quarto, capite vigeſimo tertio, & libro quinto, capite vigeſimo quinto,* & ſenſit Merillus *libro primo obſeruat. capite 16.*

12 Verum licet hæc & iuris authoritate, & DD. aſſenſu fulciatur opinio, tamen contraria (ſcilicet partum non eſſe rei furtiuæ partem) non minorem habet authoritatem. Eius author fuit Scæuola *lib. 12. quæſt.* vt refert Vlpian. *in d. l. partum 26. de verbor. ſignificat. & in d. l. ſi aliena §. Scæuola,* quem videtur ſecutus idem Vlpian. cum ibi vltimo loco opinionem hanc appoſuerit, & *in d. l. qui vas §. ancilla verſ. ſed ſi concepit.* eandem inſinuare videtur, dum ait, quod ſi ancilla concepit apud bonæ fidei poſſeſſorem, partus furtiuus non eſt, atque ita non erit pars matris, qui ſi ita cenſeretur, eſſet quoque eo caſu furtiuus partus, ſicut mater. † Scæuolæ item adhæret Cel- 13
ſus *in l. ſi ancillas 63. de leg. 1.* vbi ſi cum ancillis legetur, quod ex iis natum erit, vna mortua partum deberi Seruius negabat, quia acceſſionis loco erat legatus, at hoc reiicitur tanquam falſum, ac proinde conſequitur partum non eſſe acceſſionem, nec partem matris, vt in ſimili ſpecie probat *l. 4. §. ſi res* (alias eſt *l. 5.*) *de in diem adict.* & Paul. *in l. ſi ancilla 62. de leg. 1. & in l. 3. Digeſt. de pecul. leg.* vbi ancilla cum liberis legata duo legata ſunt ſeparata. † Cuius ra- 14
tio eſt, omiſſa Pichard. *in §. ſi quis ancillas, Inſtitut. de leg.* quia, (vt diximus §. 1.) ſicut partus non eſt in fructu, ita neque acceſſionis loco debet haberi propter humanæ naturæ dignitatem, *l. iuſtiſſimè 44. de ædil. edict.* cum itaque Vlpianus doceat *in l. proinde 33. §. final. Digeſt. illo titul.* cum re quæ redhibetur ſimul redhibere ſeruum, qui ei te accreſcit, & ſi nullum ſit in eo vitium, explicuit Paulus *in d. l. 44.* quando poſſit ſeruus accedere, dicens propter humanæ naturæ dignitatem non temere intelligi ſeruum alteri rei accedere, ideoque ſi qua res cum homine ſimpliciter venierit, non intelligi hominem acceſſionis loco venire, vt niſi ipſe vitioſus ..., non poſſit redhiberi. At agi poſſe docet nominatim, vt homo fundo accedat, contempta & veluti oppreſſa natura humana (quia non minus habet iuris dominus in ſeruum quam in pecudem, cuius nomine continentur ſæpè ſæpius *l. 2. Digeſt. ad l. Aquil.* probat Dorleans *ad Tacitum lib. 2. annal. pag. 233.*) quæ conuentio rata eſt *l. ſi in emptione 34. de contrahend. empt. l. quod ſi nolit. 31. §. final. cum l. ſequent. de ædil. edict.* docet Bald. *in d. §. ſi quis ancillas.* † Ex quibus, conſtat partum 15
matris non cenſeri partem, quod & in euictione admiſit Paul. *in l. ſi prægnans 42. de euictionibus,* vbi ſi prægnans ancilla vendita ſit & partus euincatur, venditor non tenetur de euictione, quia ſcilicet partus non eſt venditus qui non eſt pars matris, alias ſi eſſet actio, locum haberet *l. 1. de euictionibus,* & ideo ſi vaccæ emptori euincatur vitulus, poſt venditionem natus, non poteſt agere ex ſtipulatione duplæ, quia non euincitur vacca, neque vſusfructus; quod denotat non euinci ancillam nec partem eius *l. ſi ab emptore 49. de euictionibus,* & comprobatur ex *l. vacca 43. ff. illo tit.*

Vlterius facit Paul. *in l. 2. ff. pro ſuo,* vbi partus an- 16
cillæ hæreditariæ aut emptæ, titulo *pro ſuo,* poſſidetur, quod non admitteretur ſi eſſet pars matris, nam ex ea cauſa ex qua mater poſſidebatur & ipſe poſſideretur, in quam rem inclinat Pomponius *in l. 4. D. pro ſuo* inquiens partum ex ancilla furtiua ſuſceptum *pro ſuo* poſſe vſucapi, ergo ſi eſſet pars matris non poſſet (de qua re agemus *infra* §. 4.) Et id quidem confirmatur *in l. inter ſtipulantem 83. §. fin. de verbor. obligation.* ſi præſupponas, permiſſorem hominis ſiſtendi in eodem ſtatu, & cauſa ſiſtere debere *l. 1. & pen. ff. ſi ex noxali cauſa l. ſi quis quendam 11. ff. ſi quis cautionibus,* at ſi quis ancillam prægnantem in aliquo loco ſiſtere promittat, in eadem cauſa eam ſiſtere videtur, quamuis ſine partu eam ſiſtat. † Ne- 17
que abhorret ab hac ſententia Papin. *in l. 4. D. de vſuris,* docens quod ſi quis rem tradere promittat, non tenetur tradere partum rei: ex quo colligimus non eſſe partem, quoniam ſi eſſet, ex illa obligatione teneretur tradere rem & partem, ſi dixit vacuam poſſeſſionem tradi, at Papin. teneri ait, quoniam illa ſtipulatio continet quoque rei cauſam, & ideo comprehenditur partus.

Rurſus & id probare videtur D. Aug. *lib. 6. contra Iulianum cap. 5.* relatus *in cap. ſi ad matris 114. de conſecratione diſt. 4.* his verbis: *Si ad matris corpus id* 18
*quod*

*quod in ea concipitur, pertineret, ita vt eius pars deputaretur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata eſt, non itaque ad maternum corpus cum eſſet in vtero pertinebat.* Cui adde Tiraquel. *in l. ſi vnquam verbo*
19 *ſuſceperit*, *num.* 153. † Similiterque conſiderabis, quod ſi pars matris cenſeretur filius, etiam & pars patris dici potuiſſet, vt *in l fin.de impuberum*,§.*ei vero*, *Inſt. de inutilibus*. *l. quod dicitur* 130 *de ver. obl*.*l. cum ſcimus*. 21.§ *final Cod.de agricolis lib*.11.ibi: *cum enim pars quodammodo corporis eius in fundo remanebat*.Confert Ariſto.relatus à Petr. Gregor.*lib*.1. *Syntag.cap*.8.
20 *num*.6. † Vnde nec cum filio agere poteſt furti pater non magis quam cum ſeipſo, *l.nec cum* 16.*de furtis*, ad quam identitatem alluſit Nero apud Senecam *in Octauia*, *actu* 2. *in fine*.

*Cum portet vero pignus*, *& partem mei.*

Et Ouid. *in epiſt*.7.*Didonis ad Æneam*,

*Parſque tui lateat corpore clauſa meo.*

Et filij dicuntur *viſcera parentum* ab Artemidoro, quem refert Merillus *lib*.3.*obſeruat c*.4.*& membra parentum*, Saluian. *lib*. 3. *de gubernatione Dei*: at nemo ſanus affirmabit filium debere regulari ſecundum patrem, vt tanquam pars eius accipiatur, ergo idem
21 in matre dicemus. † Neque ratione naturali deſtituta eſt Scæuolæ opinio, nam fœtus dum eſt in vtero, neque eſt, nec dici poteſt pars matris, pars ita ſe habet ad totum, vt ſine illa res mutetur, vel ſaltem imperfectior reddatur, at fœtus poteſt adeſſe vel ab eſſe à matre ſine vlla ſubiecti mutatione, ergo non eſt pars ipſius, cum aliàs nec mater ſine filio, nec filius ſine matre eſſe poſſet, ſicut homo ſine capite non erit, vel ſine brachio, dicetur integrum corpus & ſeparatis corporibus quibus ædes conſtat, vniuerſitas ædium intelligi non poteſt *l. cum qui* 23. *D. de vſucapion.* Congruit Galenus *lib.* 1. *method. capit*.1. docens animali idem eſſe partem & membrum conſtat autem fœtum nullum membri munus matri præſtare, alioqui enixa reputaretur mutila, vtpotè membro ſpoliata. Et vt idem Galen. *ſupra* ait, pars eſt quidquid totum complet & integrat. Quis autem dixit fœtum complere aut integrare fœminam, quæ effœta quam fœta completum quoddam & integrum animal eſt. Quibus & aliis rationibus hanc partem tuentur fere omnes poſt Bart.*in l*.4 §.*Lana num*.2.*de vſucap.* Alciatus *in l. partum*, vbi Gæddeus *num*.3.*&* 4.Oſuald.*ad Donel.lib*.5. *cap*.25.*litt.B*.Bened. Pinel.*lib*.2.*ſelect.cap*.1.*num*.8.14. *&* 15.

22 Propoſuimus iam vtriuſque opinionis fundamenta, quæ ſatis ancipitem reddiderint hanc quæſtionem ob id, vt credo, *magna* appellata ab Vlpian. *in d.l.ſi quis* 7.§.*ſi ancillam de except.rei iudic.* & cuius difficultas Interpretes in contrarias partes ſcidiſſe
23 videtur. † Quare attentius re penſata, iudico veriorem eſſe opinionem Scæuolæ, & ſic partum non eſſe dicendum matris partem. Nec contraria argumenta nos debent ab hac ſententia remouere, & non prima conſideratio *ſupra num*. 2. animaduerſa, nam Marcelli ſententia reprobatur *in d. §. Scæuola d.*
24 *§.ancilla*, vt *infra* dicemus §. 3. † Et quamuis vera eſſet ſententia Marcelli, non poteſt procedere argumentum de toto ad partem, quando totius & partis diuerſa eſt ratio; notat Accurſ. *in l.ſed ſi lege* 25. §. *adeo verbo dimidiam D. de petitione hæreditatis.* Tiraq. *de retractu* §.1.*gl*.7.*num*.46.Euerardus *in locis legalibus loco* 80.*per l.cum in debito* 25.§.*ſed hæc ita*,*D.de probat. l. Papinianus* 8. *ſed neque impuberis D. de inofficio.* at non eſſe eandem rationem & ancillæ & partus certum eſt, cum ipſa propter vitium furtiuitatis non
25 poſſit vſucapi, at partus vſucapi poteſt. † Neque obſtat quod portio dicatur matris *in dict.l.*1.§.*ex hoc reſcripto de ventre inſpiciendo*, nam reſpondendum eſt, fœtum dum eſt in vtero: nihil reputari quoad effectum aliquem faciendi, *d l.in Falcidia* 9.*D.ad l.Falcid.* & quamvis pro natu habeatur *l.qui in vtero* 7. *&* 26. *de ſtatu hom.l.intelligendus* 153. *de ver.ſignific.* hoc tamen receptum eſt fictione quadam iuris quæ eum habet pro nato, cum de commodis ipſius agitur. Verumtamen ei ita omnia iura integra reſeruantur ſi natus fuerit, *l.antiqui* 3.ibi:*In tempus naſcendi D. ſi pars hæreditatis petatur l.*3. *ex his*,*ibi*: *ſi naſcantur*, *de de iniuſto.l.vtrum* 7.*in princ.de rebus dubiis*: antea verò quam naſcatur nihil eſſe intelligitur, ſed quandoque *portio matris*, quandoque *venter* nuncupantur, *l.cum quidem* 32.§ 1.*l.ventre* 84.*de acquirend.heredit. dict.tit. de ventre inſpic.cum ſequent. l.* §. *toties*, *&* §. *generaliter* 15. *de ventre in poſſeſſ.mittend. iuncta l fin.de collat. & l. fin de aſſignan.liber.* Quibus adiicies Ant. Fab. *lib*.9.*coniect.cap*.2. Pichard. *in princ. Inſtit de pupillari num*.67.*in* §. *poſthumi*, *Inſtit.de exhæredatione num*.9. Tiraq. *in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit*, *num*. 144. *& ſeq*.& alios relatos Gutierrez *in* §.*ſui numer*.18. *de hæred.qualit.* Sarmien. *in l. in ſuis num*. 6. *de liber. & poſthum.* † Vnde cum ſecundum veritatem portio cen- 26
ſeatur eſſe matris, ſi non ſit natus, nihil erit diſpoſitum, & ideo ante natiuitatem nihil erit, *l*.2. §. *qui autem* 6.*de excuſat.l.quod dicimus* 23. *de verb. ſignific.* vbi qui in vtero eſt, non prodeſt patri ad excuſationem tutelæ, & conſequenter rectè dicitur portio hominis, quia portio hominis non eſt homo. Quare Stoici negabant hembrionem eſſe animal, non tamen negabant eſſe portionem matris, vt ait Galenus *lib.de hiſt. Philoſoph.* & hoc ſenſu dicitur ſpes animanti *in dict.l.*2.*de mortuo inferendo*:atque ideo quoad interdictum & Senatus Conſultum *de liberis exhibendis* de quo agitur *dict*.§.*ex hoc reſcripto*, cenſetur pars matris, cum non appareat quid exhibere debeat vel agnoſci: ita inſinuat Accurſ.*ibi verbo portio*.Gæddeus *in d.l.partum num*.4.Oſuald.*d.cap*.25. *littera B* Pinell. *d.cap*.1.*num*.5.& latius Cuiac.*lib*.19.*quæſt.Papin.in d. l*.9.*ad l. Falcid.& in d.l*.2 *de excuſat. verſ. altera cauſa.*
† Et hoc modo accipiendæ ſunt reliquæ leges & 27
loca Philoſophorum, vt ad tempus quo in vtero eſt fœtus referantur, in quo non conſideratur à Iure Conſultis partus, tanquam quid exiſtens in rerum natura, ſed tanquam corporis materni pars, vt conſtat ex *d.l.ſi quis*.7.§.*de fructibus*, *ibi*, *hæc enim nondum erant in rebus humanis Dig.de except.rei iudic.* Quod minimè proficiet ad vſucapionem, nam aliud eſt poſſidere partum tanquam partem matris in vtero exiſtentem, aliud tanquam quid ſeparatum per natiuitatem, hæc poſſeſſio prodeſt, illa vero minime *l.eum qui*. 23. *in fin.de vſucap.* & ideo non incipitur partus poſſeſſio vſque dum natus eſt, *dict l.ſi ego* 11. §. *partus de Publiciana*, ibi: *& iam ſi ab eo poſſeſſus non eſt*, ob-
ſeruat Pinel.*ſupra*. † Hincque dicitur mulier, quæ 28
ſibi partum abegit, ſuis viſceribus manus inferre in *d.l. Cicero de pœnis*, cum aliis, vbi punitur quaſi infanticida, non quod animal ſeu infantem occidiſſet, ſed ſpem animantis *d. l*.2. *de mortuo inferend.* Ita eleganter ait Tertullianus *in Apologetico cap*.9.*num*.130. ibi, *Nobis vero homicidio interdicto etiam conceptum vtero, dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſoluere non licet, homicidij feſtinatio eſt prohibere naſci, nec refert natam quis eripiat animam, aut naſcentem diſturbet, homo eſt, & qui eſt futurus & fructus omnis iam in ſemine eſt.*

Sequitur vt explicemus *d.l.ſi quis* 7. §. *ſi ancillam*, 29
pro Marcello adductam *num*. 3. vbi qui petit ancillam prægnantem, ſi poſtea partum petat, exceptione rei iudicatæ ſubmouetur. In qua traditione videtur ſibi repugnare eadem lex *in* §.*de fructibus*,in cuius ſpecie cum docuiſſet Vlpian.eandem eſſe quæſtionem de fructibus ac de partu, adiicit, quod ſi partum

poſt

poſt ancillam petierit, exceptio non nocebit, tan-
quam ſi quid diuerſum petiiſſet. Quæ difficultas
coërcuit Accurſ. *in dict. §. de fructibus*, illa verba *vt*
*iſta exceptio non noceat*, mutare & ſine negatione le-
gere *exceptio noceat.* Quam lectionem ſequutus eſt
Bart. *in dict. §. ancillam*, & Gothofred. *in dict. §. de fru-*
*ctibus, littera P.* & videtur eam amplecti Donell.
*lib. 22. comment. cap. 5.* Corondas *ibi*, & Zangerus *de*
*except. 3. part. cap. 17. num. 30.* Iuxta quam literam ſen-
ſus, Vlpian. erit, quod ſi fundum petij ſine fructibus,
& poſt petitionem in eo tu ſeuiſti, ſi in petitione
ſuccubui, & poſtea voluero nouo iudicio fructus
petere, non potero hoc facere, quia obſtabit mihi
exceptio, cum ex eadem cauſa petam, neque inter-
eſſe aiunt, an fructus vel partus nati fuerint tempo-
re, quo lis tractabatur circa petitionem ancillæ vel
fundi, ... poſtea, nam ex eo quod petiit fundum
vel ancillam, non petiit rem diuerſam, ſed rem ad
50 illud corpus pertinentem. † Hæc tamen interpreta-
tio apta non eſt, & ei repugnat Florentina & vul-
gata lectio: quare rectè eam improbat Oſualdus *ad*
*Donel. dict. lib. 22. cap. 5. littera G.* ſiquidem contextus
ipſius §. *de fructibus*, negationem neceſſario expoſcit,
vt patet ex illius verbis, *hæc enim nondum erant in*
*rebus humanis*, in quibus ſic arguit Iur. Conſult. ſi
poſt iudicium prius nati ſint fructus, non poſſunt
videri petiti, quia eo tempore non erant, ergo ex-
ceptio non nocebit, cum de illis non fuerit actum
nec cogitatum. Secundò id comprobatur *in verſ.*
*planè*, vbi cum ponatur caſus omnino diuerſus, in-
dicatur in principio dixiſſe exceptionem non nocere.
51 † Quare omiſſo Cumano *in dict. l. 7. numero 3.* idem
Oſuald. rectius docebat obſtare exceptionem rei iu-
dicatæ partum petenti, *in dict. §. ſi ancillam*, non quod
ſit pars matris, in cuius petitione ſuccubuit, ſed
quod ancillam prægnantem petiit, quo caſu cum
ſemel partum in iudicium deduxerit, ſi poſtea eum
petat repelletur, quia eandem rem petit, *dict. l. 7. §.*
*& generaliter.* Quod idem & in fructibus eueniet,
ſi quis fundum cum fructibus petierit, & poſtea
poſt litem conteſtatam fructus naſcantur, tunc ex-
ceptio rei iudicatæ nocebit petitori. At quia *in dict.*
*§ de fructibus*, res ſimpliciter petita eſt, ſcilicet an-
cilla ſine eo quod peteretur prægnans, vel fundus
cum fructibus, tunc ſi poſt litem conteſtatam an-
cilla conceperit, & pepererit vel fructus naſcantur,
non nocebit exceptio petitori. Neque obſtat *d. §. ſi*
*ancilla*, ibi, *& poſt litem conteſtatam conceperit.* Qui
indicat partum tempore conteſtationis non fuiſſe in
rerum natura, (ſiquidem mater non erat prægnans,)
& conſequenter non debuiſſe obſtare exceptionem,
vt *in dict. §. de fructibus*, vbi non obſtat exceptio,
quia fructus non erant ſati tempore litis conteſta-
tæ. Reſpondendum itaque eſt *in dict. §. ſi ancillam*,
petitum eſſe partum, quia intelligebatur mater eſſe
prægnans, & ſufficit ſi poſtea concipiat & pariat,
*argument. l. ſi quo 41. de petitione hæred. l. ſin autem 27.*
*§. 1. de rei vindicat.* iuncto Oſuald *lib. 2. cap. 5. littera B.*
At vero *in dict. § de fructibus*, petitos non fuiſſe fru-
ctus, vt dixi: vnde non ea ratione *in dict. §. ſi ancillam*
exceptio nocet, quod ſit partus pars matris, ſed quia
fuit iam in iudicium deductus; & vt noceat exceptio
ſufficit, vt ait I. C. apud iudicem poſteriorem de eo
quæri, de quo actum eſt in priori iudicio; quare
cum fuerit in eo de partu actum, in ſecundo nocet
exceptio.

32 Secundo non obſtat pro Marcello adductus Pom-
ponius *in l. quamvis 10. de precario cum ſimilibus*, vbi
precario conceſſa ancilla, vel pignori data, etiam
& partus in eadem cauſa cenſetur. Pro quibus facit
*l. ſed adeſt 19. §. ſi quis mulierem D. locati*, vbi ſi pro
vehenda muliere in naui datum ſit aliquid, ſi ibi
pepererit pro infante nihil debetur, ergo quia eius
pars eſt. In cuius confirmationem adduci poteſt Vl-
pian. *in l. 1. §. ſi ciſta. D depoſiti, l. 1 §. inde apud D. nautæ*
*caupones.* Verùm ex aduerſo eſt Iure Conſultus *in d.*
*l. 1. § quæ depoſitis D depoſiti, l. ſi vt certo 5. § vſque adeo*
*D. commodati, l. eius qui 14. § non ſolum, D. de furtis.*
Vbi quæ accedunt rebus depoſitis, vel quæ naſcun-
tur ex rebus commodatis, neque depoſita, neque cõ-
modata cenſentur. Quam difficultatem prætermiſit
Accurſ. qui corruptè literam *d. l. quamvis* explicarat,
vt ex poſitione caſus animaduertitur, & ex concor-
dantibus ab eo adductis iuribus, & addita nega-
tione, partum in cauſa precarij non eſſe exiſtima-
bat; quæ lectio abeſt ab omnibus codicibus, & in
Florentinis affirmatiue ſcriptum eſt, *in eadem cauſa*
*haberetur*, vt notauit Albericus *ibi*, quem ſequitur
etiam Gotofredus. † Vnde dicendum eſt in ſpecie 33
*dict. l. quamvis*, ideò ancilla precario conceſſa, par-
tum quoque conceſſum videri, quia id actum eſt
inter contrahentes (ait Pomp.) vt id quod inde na-
tum erit, in eadem cauſa haberetur. Sed quare id
precario procedat, à nemine (quod ſciam) expli-
catum vidi. Non ea eſt ratio, quia pars ſit matris,
vt Marcelli aſſertores dicebant, ſed vt exiſtimo,
quoniam precarij rogatio ſua natura transfert poſ-
ſeſſionem, *l. 4. §. 1. l. certe 6. §. is qui l. & habet 15. §. an*
*is quoque D. de precario, l. 3. §. ex contrario l. interdum 21.*
*§. fin. l. qui pignoris 36. de acquirenda poſſeſſione.* Notat
Ant. Gomez. *in l. 45. Tauri num. 100. verſ. dubium ta-*
*men eſt.* Suarez *in notis ad eundem tom. 2. var. cap. 7.*
Duar. *ad tit. de precario cap. 3.* Petr. Cregor. *lib. 23.*
*Syntagm. cap. 2. num. 7. & 8.* Pichardo *in §. item is cui*
*ex num. 30. Inſtit quibus modis re contrahitur*, Tiraq.
*de iure conſtituti 1. p. num. 4 & ſeq.* Cum ergo effectus
huius poſſeſſionis ſit, vt fructus ſuos faciat & lucre-
tur acceſſiones & cauſas illius rei qua precario con-
ceſſa eſt, *arg. l. qui ſcit 25. §. in alieno D. de vſuris*, ob-
ſeruat Gomez *in dict. l. 43. num. 106.* inde videbatur
quoque comprehenſus partus. Verum, quia ipſe
neque eſt in fructu, vt diximus §. 1. neque acceſſio
matris, non eſt credendum voluiſſe eum, qui preca-
rio conceſſit, vt partum acquireret, ſed quod in
eadem cauſa precarij haberetur, & quamvis preca-
rium ſit ſpecies liberalitatis *l. 1. l. interdum 14. D. de*
*precario, d. l. eum qui, §. is qui 11. de furtis*, non ita acci-
piendum eſt, vt etiam partus conceſſi & donati vi-
deantur, ſed magis id actum videtur, vt in eadem
cauſa maneat partus, in qua manet ipſa mater, non
vero vt ſibi lucretur, qui precario eadem rogauerat.
† Quomodo procedit *dict. l. 1. § inde apud, cum l. 4. §.* 34
*Viuianus, D. nautæ caupones*, vbi ſi nauta merces rece-
perit vehendas, cum ſaluas eas teneatur reddere ex
illo edicto, id locum habet, vt non ſolum res quas
accepit reſtituere debeat, verum & quæ fuerunt
mercium acceſſoria adeo verba edicti ibi, *quod cu-*
*iuſque ſaluum fore receperit*, ſunt generalia, vt non
tantum merces comprehendant, ſed & omnia quæ
eiſdem accedunt. Sic *in dict. l. 1. § ſi ciſta*, agitur &
pro his rebus, quæ in ciſta etiam ſignata contine-
bantur, quoniam vt contra Trebatium Labeo cenſe-
bat, qui ciſtam deponit non ſolum eam deponit, ve-
rum etiam & res in ea contentas, ciſta eſt vas in quo
veſtes aſſeruantur, Cujac. *lib. 8. obſeruat. cap. 1.* & ideò
non tam deponitur ipſa quam ſpecies, quæ in ea
continetur, vnde depoſitarius de eis tenetur, notat
*ibi* Caſtrenſ. *n. 2.* † Ad *d. l. ſed adeſt §. ſi quis mulierem*, vl- 35
tra Caſtrenſ. *ibi. n. 3.* reſpondendum eſt, pro infante
non ſolui vecturam, quia quouſque lactatur cum in
matris ſinu ſemper ſit, & ſub vberibus, nullum aliud
occupat locum in naui, niſi quem mater occupat, at-
que ideò tanquam veſtis ipſius matris cenſetur *d. l. 4.*
*§. Viuianus in fin.* addit etiam I. C. *quia eius vecturæ*

*magna non eſt*, id eſt, tam modici ponderis eſt, ita paruum infans locum occupat, vt de eo curandum non ſit, *argument.l.in modicis* 24. *de contrahenda empt. l.omnino* 12. *Digeſt de impenſis in rebus dotal.* iunctis traditis à Menochio *de arbitrariis*, *caſu* 52. *& caſu* 133. Tiraquellus *in l. ſi vnquam verbo omnia ex num.*6. *&* 31.

36 Neque his negotium facit *dict. l.* 1. §. *quæ depoſitis, cum ſimilibus.* Cui ſolet reſponderi idem in commodato, & depoſito conſiderandum eſſe, quod in precario, vt ſcilicet commodata vel depoſita ancilla, id quod ex ea natum eſt, cenſeatur depoſitum vel commodatum ex eo quod fuit mater depoſita aut commodata. Ita docet Connanus *lib.*7.*comment.c.*40. *num.*14. Iulius Pacius *de contractibus tractatu* 4. *de depoſito cap.* 8.*in fin.* Hæc tamen ſententia mihi minus arridet, veriuſque autumo cum Accurſ. *in d.l. quamvis*, verbo *haberetur*, commodata re aut depoſita, acceſſoriam non videri in eadem cauſa habitam. Cui ſententiæ ſubſcripſit etiam Fulgoſius *in d. l.ſi vt certo* §. *vſque adeò*, & clare probatur *in d. eius qui* §. *non ſolum*, vbi ſi equa fuerit commodata, equuleus qui eam ſequebatur, commodatus non eſt. Neque eneruat difficultatem, ſi adhibeas diſtinctionem inter ea quæ ex re commodata agnata ſunt, veluti partus ancillæ; & inter ea quæ rem ipſam comitabantur, cum commodata fuit, veluti veſtes quibus induebatur ancilla, vel capiſtrum equæ vel equuleus matris ſequela; vt quæ agnata ſunt commodata videantur, non vero reliqua, quæ rei depoſitæ acceſſoria erant, cum contractus factus eſt. Nam eam doctrinam reſpuunt verba *d.* §. *non ſolum.* Vbi ea ratione conceditur actio furti ei, qui rem commodatam accepit in re agnata ex eadem, quia & huius cuſtodia ad eum pertinet. Quæ ratio aperte inſinuat non contineri rem agnatam commodato rei principalis, licet adhuc cuſtodia eius ad commodatarium pertineat, & in confirmationem adducit exemplum I. Conſultus *in verſ. nam etſi*, vt ſcilicet poſſit agi in caſu præcedenti veſtis eius nomine, quamuis non cenſeatur commodata? ergo ratio dubitandi in primo caſu fuit, quoniam non cenſebatur agnata ex re commodata in eadem cauſa eſſe, aliàs ſi eſſent, neque ſimilitudo illa neceſſaria erat, & veſtis ſerui & equulei equam ſequentis.

37 Secundò facit pro noſtra ſententia, nullam differentiæ rationem reddi inter res quæ agnatæ ſunt ex rebus commodatis & inter eas quæ cum eis traduntur, cum magis capiſtrum cum equo, equuleus cum matre, veſtis cum ſeruo depoſita vel commodata videantur, *argument.l.ædiles* 38. *in princip.&* §.*vendendi* 11. *D. de ædil. edict.* vbi equo vendito, ſella & frænum venditioni cedunt, vt rectè poſt Accurſ. ibi notauit Fulgoſius *num.* 1. & reliqui DD. quos latè recenſet Anton. Gomez 2. *tom.variar. cap.* 2. *num.* 15. Azeuedo *in l.* 34. *numero* 24. *titul.* 18. *libro nono recopil.* Gutierrez *de Gabellis libro ſeptimo*, *quæſt.* 77. *num.*14.

38 Vltimo conſidero maiorem dubitationem verſari, an acceſſorium rei depoſitæ vel commodatæ in eadem cauſa habendum ſit, quàm an ex rebus eiſdem quod agnatum eſt, ſequi deberet earumdem conditionem. Cum deponit depoſitarius equum cum capiſtro vel ſeruum veſtitum, videbatur illam rem tanquam acceſſoriam deponere, & eo ipſo quod equam tradit, etiam tradit & capiſtrum: at vero cum equam vel ancillam deponit, tunc cum non ſit agnatus pullus vel partus, in conſideratione non eſt, dum in vtero permanet, vt diximus *ſupra*; poſt natiuitatem vero cum iam celebratus contractus ſit, omnia remanent in eo ſtatu, quo fuerant antea, atque ita minime cenſetur tunc depoſito vel commodato accedere, quia inter contrahentes actum non videtur, nec de nouo nunc aliquid agunt.

39 Quare differentiam conſtituendam exiſtimo inter precarium & depoſitum ſeu commodatum, vt in precario id actum videatur inter contrahentes, vt partus habeatur in eadem cauſa ac mater, quod non in depoſito vel commodato procedit. Ratio meo iudicio dependet ex dictis *ſupra num.* 33. *& ſequent.* nam in depoſito cuſtodia tantum transfertur, *l.* 1. *in princip. D.depoſiti.l.*3.*C.eod.* in commodato vero vſus tantum. Vnde in eis contractibus non transfertur poſſeſſio *l. officium* 9. *verſ. denique de rei vindicat l. rei* 8. *D. commodati*, (de quorum iurium explicatione videndus Donel.*lib.*20.*comment.cap.*3. vbi Oſualdus *litt.G.*) *l.licet* 17. §. *rei. D.depoſiti l.intereſſe* 39. *Digeſt.de acquirend. poſſeſſ.* (cum interpretatione Donell. *lib.* 5. *commen. capite* 13. & *ibi* Oſualdus *littera F.* Caſtillo *libro tertio*, *controuer. capite primo*, *à numero decimoquinto*,) notant in propoſito hanc differentiam conſtituentes Anton. Gomez *tom.*2.*variar. capite ſeptimo, numero primo* Pacius *de contractibus tractat. tertio*, *capite ſecundo*, *numero* 7. *in fin. & tractat.*2. *capite* 2. *numero* 8. Pichard. *in d.* §. *item is cui ex num.*25. *& in* §. *præterea numero* 14. *Inſtitut. quibus modis re contrah.* Quod rectè ſuadetur ex natura depoſiti, cui repugnat rem cuſtodiæ cauſa ponere, & hanc nos amittere, & ideo deficit ratio ob quam in precario habetur partus ſicut mater, nam eius cauſa fuit poſſeſſio in precarium tranſlata: in illis vero contractibus ſolum inſpicitur perſona deponentis, vel commodantis, cui tanquam domino & poſſeſſori res, quæ poſtea accedunt, acquiruntur, & cum ſui animi deſtinatio attendatur, & natura contractus, certum eſt non voluiſſe aliud commodare, vel deponere præter ipſam rem, quam ita dedit, licet ad cuſtodiam teneatur qui accepit, etiam & rei acceſſoriæ *d.* §. *vſque adeo*, cum ſimilibus.

40 Sed quam ob rem in pignorata ancilla, partus quoque in eadem obligatione habeantur *in l.*1. *C. de partu pignoris l.*16.*tit.*13.*part.*5. cum aliis propoſitis *ſupra in princ.* cognitu difficile eſt, vt patet ex Donel. & Cujac. *ibi*, *& lib* 5. *reſponſ Pauli in d.l.*29. §.1. *de pignoribus*, *& lib.*29.*ad edictum in d.l.*8.§.1.*de pignorat. act.& lib.*49. *D. Iuliani in d.l.*1.*de Saluiano interdicto.* Pacio *de contractib. tract.*5.*c.*6.*n.*72. Gothofred.*in d. l.*1. Molina *de iuſt.& iur.*2.*tom.diſp.*529. Anton. Fab. *de error.deciſ.*59.*error.*8.*& ſeq.* In qua re, conſtituenda eſt diſtinctio, quam tradit Paul. *in d.l.Paulus* 29.§.1. *de pignor.* vt partus nati ex ancilla pignorata, qui penes ipſum debitorem eduntur, vel naſcuntur, vel apud eius hæredem, tacitè pignori eſſe credantur *d l. fideiuſſ.*26.§.*fin. l.grege* 13.*l.ſi fundus* 16.*de pignoribus*, *d.l.*1.*C.de pactis*, quod ea ratione videtur, non quia ancillæ pars cenſeatur partus, vt perperam exiſtimant Donel.& Cujac. *ibi*, ſed quia id tacitè videtur inter contrahentes actum. † 41 Quemadmodum fructus, quæ ex prædio pignorato percipiuntur, tacitè intelliguntur pignori eſſe *l. in prædiis* 7. *D.in quibus cauſ.pignus l quamvis* 3.*C.eod.l.ſi in lege* 24.§.*ſi colonus D. locati.* Obſeruant Connan. *lib.*4. *comment. cap.*16. *num.*5. Menochius *de adipiſc. remed.* 2. *ex num.* 114. Pancorbinus *lib.ſingulari obſeru cap.*50.*pag.*248. Morla *in emp.tit.de locato q.*3.*per tot.* Pichard.*in* §.*item Seruiana n.*36.*Inſt.de action.* Ant.Fabr.*de error.decad.*1.*err.*1. *ex n.*3.

42 Adhuc ſupereſt diſquiſitio de partu rei pignoratæ, quare dicatur inter contrahentes factum, vt in eadem cauſa pignoris ſit, nullus diſcuſſit; ea tamen mihi videtur ratio, quod cum per pignoris conſtitutionem creditor ius in re habeat *l. pignoris* 18. *C. de pignorib.leg.ſi fundus* 16.§.*in vindicatione*, *l.pignoris* 17. *D.eod.l. eos* 9. *Cod. qui potiores*, actum credatur inter

contra

contrahentes, vt idem ius ſit etiam & in acceſſoriis,
ſiue in illis, quæ ex rebus pignoratis prouenerunt,
quod erat in principali, nam etſi nulla res pignori
ſit, niſi quæ generaliter aut ſpecialiter obligata eſt,
*l.quamvis* 17.*Cod de pignor.*tamen cum in bonis debi-
toris ſit pignus, omnia quæ ex eis naſcuntur, intel-
liguntur affecta cum illa cauſa, *arg.dict.leg.ſi conuene-
rit.* 18.§.*ſi fundus, de pignorat.act l.* 1.§. *cum prædium in
fin.l.& quæ in* 15.§ *quod dicitur de pignor.l.potior.* 11. §.
*ſi de futura D.qui potiores, l.fin.*§.*non ſolum cum ſeq.D.
quæ in fraud.cred.* Idque multò magis erit, quando
poſſeſſio pignoris in creditorem tranſlata eſt, *l.ſi
pignus* 37.*de pignorat..act.l.res* 27.*de acquir.poſſ.* Quod
alia pars diſtinctionis à Paul.tradita *in dict.*§.1 confir-
mat, dum ait, id non procedere quando ancilla pe-
perit apud alium dominum, quæ tunc non erat in
43 bonis debitoris. † Cui traditioni obſtat *dict. l.* 1. *de
Saluiano dict.leg.ſi conuenerit* 18. §.*ſi fundus, iuncta l.
alienatio.*67. *de contrah. empt.* vbi etiam ſi in poteſtate
emptoris natus ſit partus, adhuc quoque videtur
obligatus. In qua difficultate Cuiac. *in d. leg.*1. *de
Saluiano, & in dict. leg* 1. *Cod. de partu*, exiſtimabat
rem ita componendam eſſe, vt partus ancillæ pigno-
ratæ editus apud emptorem, non veniat in pignoris
obligationem proprio iure taciti pignoris, quia nun-
quam fuit in bonis debitoris, licet ſit apud eum con-
ceptus, quo tempore non eſt in conſideratione, vt
diximus *ſupra*, & quo ad hunc articulum non inſpi-
citur niſi tempus natiuitatis. At quoad actionem
hypothecariam, qua perſequitur creditor rem pi-
gnoratam, rectè dicemus venire fructus, & partus
editos apud emptorem, vel iure expreſſi pignoris, ſi
ita nominatim conuenit *dict. leg.* 1. §. *cum prædium, l.
debitor* 32. *de pignoribus*, aut venire officio iudicis
tanquam obligatos, ſi etiam extent, & res princi-
palis non ſufficiat creditori, *argum. d. leg.ſi fundus.*§.
*in vindicatione in fine.* Quæ ſententia mihi non pla-
cet, quia ſi conceptus eſt partus cum vendita fuerit
ancilla, tunc verius arbitror ad creditorem iure pi-
gnoris pertinere, licet apud emptorem edatur, &
cum vendita eſt ancilla, in bonis quoque debitoris
fuiſſe creditur partus *d. l. fin.* §.*non ſolum D. quæ in
fraud. credit. iuncta l. vel viuo* 7. *D. de ſuis & legit.*
Secundò, illa iura minimè conueniunt cum hac in-
terpretatione, quæ de officio iudicis non loquuntur,
ſed indiſtinctè aiunt, non remanere obligata, quæ
apud emptorem nata ſunt. Neque item acquieſcere
poſſum diuinatoriæ Anton. Fabr. interpretationi,
qui *d.deciſ.*59.*error.*9. procedere Iulian.*in dict. leg.* 1.*de
Salu.*iuxta terminos *l.quod ſi* 51.§.*ſi ancilla de ædil.edit.*
ad quos neſcio quomodo Iul. reſpexerit, qui tracta-
bat an contra emptorem ancillæ pro partu locatori
daretur interdictum Saluianum. Quid hoc com-
mune habet cum redhibitoria actione? in qua ſi
agatur ad reſoluendum contractum, ita fit reſolutio
tanquam ſi non fuiſſet celebratus *leg.* 3.*de contrahend.
empt.l. ſi hominem* 19. *de vſucap.* & ita non eſt mirum
ſi omnia reſtituantur *l.cum autem* 23.§.*fin. de ædil.edit.*
quomodo procedit *d.*§ *ſi ancilla.*

Retinere itaque cogor, licet refragante Anton.
44 Fabr.*ſup. & error.*4. *deciſione* 60. Accurſij ſolutionem
*in dict.leg. Paulus* §. 1. *verbo peperit*, & in dictis iuri-
bus, quam ſequitur Gotofr. *ibi lit. E*, & Menoch. *d.
remed.*3. *numero* 53. Donel. *tractat. de pignor. cap. de
pignore conuention.* Qui diſtinguunt inter partum
conceptum apud debitorem, editum tamen apud
emptorem; & inter partum conceptum, & editum
apud emptorem. Primo caſu obligatus manebit,
quia in bonis debitoris fuit *d.leg. vel viuo d.* §. *non ſo-
lum.* In qua ſpecie loquitur *dict.leg* 1.*de Saluiano, &
dict. leg. ſi conuenerit.*18. §.*ſi fundus.* Secundo vero
caſu non erit obligatus partus *dict. le. Paulus* §.1.
quod indubitatum eſt iure noſtro regio ex *l.* 16.*tit.*15.
*p.*5. Et ego ex eo probari præter laudatos exiſtimo,
quia *in dict.*§. *ſi fundus*, ait Conſultus; tranſire fun-
dum pignoratum cum ſua cauſa, ſicut tranſit par-
tus ancillæ natus poſt venditionem, ad hoc exem-
plum non poteſt adaptari præcedenti caſui, niſi di-
camus partum iam eſſe conceptum ante venditio-
nem, aliàs non diceretur tranſire, quod nondum
erat in rerum natura, *argument. l. Titius* 6. §. *fin. cum
l.ſeq.de ſuis & legit.*partus quippe conceptus, iam tunc
cenſetur eſſe in rebus humanis *leg.*1. §. *ſciendum* 8.
*verſ.idem in fin.D.de ſuis & legit.leg.*1. §*ſi quis proxi-
mior* 8. *D. vnde cognati.* Quibus diluitur difficultas,
quæ coëgit Fabrum *d err.*4. *emendare dict.*§ *ſi fundus*,
& loco vocis *ſicut* legere *ſecus.* † Nec minus *in d.* 45
*leg.*1.*de Saluiano*, conſtat conceptum fuiſſe ante ven-
ditionem partum cum reddatur *ibi* vtile Saluianum
interdictum, quod tunc competit, quando quis
experitur de rebus coloni iure taciti pignoris pro
mercede fundi, docent Cuiac. *lib.*5 *obſeruat.cap.*24.
Menoch. & alij relati à Pichard. *in d.* §.*item Seruiana
num.*30. Bald. & reliqui *in* §.*ſequens num.*23.*Inſtit.de
interdictis*, latè Anton.Fab. *de error. deciſ.*59. *error.*8.
quod interdictum nihil aliud requirit, niſi proba-
tionem ſimplicis poſſeſſionis coloni; vtile vero datur
contra extraneum poſſeſſorem earum rerum, quæ
locatori tacite ſunt obligatæ *l.* 1.*Cod.de precario* Pich.
*ſupra num.*31. in qua re ſufficiet probare eam poſſeſ-
ſam fuiſſe à colono, quod tamen non poteſt fieri,
niſi partus ſaltem conceptus eſſet, cum dicat expreſſe
Iulian. natum fuiſſe apud emptorem. Conducunt iura
*ſupra* adducta. † Neque exiſtimet quis diuinatio- 46
nem eſſe accipere *dict. l. Paulus* §. 3. eo caſu quando
concepit, & peperit ancilla apud emptorem, in quo
non eſt obligatus partus, id equidem euincitur
ex eo, quod dominus fuit, qui obligauit, tamen
dicitur ibi partus eſſe obligatus, ſi dominium eius
ad debitorem peruenit, quod tamen dominium cen-
ſetur perueniſſe ſiue conceptus, vel editus ſit apud
illum, quia, vt dixi, in bonis eſt eius *dict. l.fin.*§.*non
ſolum, cum ſimilibus*: ergo *dict.* §.*primus, verſ. ca-
terum*, intelligi debet quando debitor non habuit
dominium, ſed emptor, at hoc non poteſt con-
tingere, niſi quando conceptus, & editus eſt apud
eundem emptorem: ergo Paul. de concepto, &
edito penes emptorem apertè loquitur. † Vt ſic non 47
admittas eorum cogitationes, qui id procedere ar-
bitrabantur propter libertatem pignoris, cuius fauor
efficit, vt contra iuris regulas hic partus non in-
telligatur obligatus, quod ſane non poteſt adaptari
*d.* §. 1. vbi non propter libertatem ait conſultus non
manere obligata, quæ naſcuntur ex rebus pignora-
tis, ſed quia concepta & nata apud emptorem, nun-
quam fuerunt in bonis debitoris, *l. in ciuili* 12. *Cod.
de rei vindicatione, iuncta l.* 3. *l. & quæ* 15. §. 1. *de
pign.l.ante* 23. *de probat.* Neque eſt in conſideratione
dicere poſſe partum ſic impediri, ne perueniat ad
libertatem, ſi forte velit emptor eum manumittere,
*l.* 3. *Cod. de ſeruo pignorato*; nam præterquam quod
hoc non debet attendi, *argument. l. cum in debito* 29.
*de probat.* & etiam hoc efficere poſſet conſentiente
creditore l. 4. *Cod. illo titul.* non debet emptor de
hoc queri, cum tranſeat partus, qui iam fuit in bo-
nis debitoris cum ſua cauſa, *dict. l. ſi conuenerit* §. *ſi
fundus.* Neque obſtat *d. l.* 3. quæ loquitur in hypo-
theca expreſſa, vbi ſeruus impeditur manumitti,
non vero procedit quando partus erat tacite obli-
gatus, vt in noſtro caſu, in quo valida eſt manu-
miſſio *l.* 2. *Cod. de ſeruo pignori dato.* † Ex quibus 48
explicandus difficilis Pauli locus *lib.* 2. *ſent.tit.*3. *ver.*

*fœtu.* Qui ait, vt partus vel fœtus teneantur, ne-
ceſſe eſſe vt inter contrahentes ita ſit cautum nomi-
natim, quod intellige de fructibus, vel partubus,
qui concepti, & editi fuerunt apud tertium poſſeſ-
ſorem, vel de iis, qui nati ſunt ante pignoris obli-
gationem, vt docet ibi Cujac. *& in dict. l.1. C. de*
*partu.* Vel mecum dic, inter contrahentes pignoris
expreſſi iure partus non teneri, niſi nominatim de
eo agatur, *l. debitor 32. de pignoribus.* Vnde inferes,
quam inanis ſit doctrina eorum, qui in hoc articulo
ſeparabant fructus à partibus, cum eadem admittan-
tur in eis, iuxta dicta iura, notat Cuiac. *in dict. l.1.*
*in princ.* & dixi ſupra *n.40.*

49 His veluti manudicimur in explicationem *dict. l.*
*fin. §. Proculus ff. quæ in fraud. cred.* quæ pro Marcello
allegata eſt *ſupra num.7.* vt probaret partum eſſe ma-
tris partem, ex eo quod ſi ancillæ prægnantis in
fraudem creditorum alienatæ, reuocaretur alienatio,
eodem modo, quo in reſtitutionem veniunt fructus
50 terræ cohærentes, ita & partus. † Pro cuius expli-
catione animaduerto in fraudem creditorum alienata
reuocari reſciſſa traditione per actionem Paulianam,
perinde ac ſi ſemper in bonis debitoris manſiſſent, &
ab eo nunquam eſſent alienata, *§. ſi quis in fraudem*
*Inſtit. de act. tota tit. ff. quæ in fraud. credit. l.1. C. de reuo-*
*candis iis, quæ in fraudem, l. videamus 34. §. in Fabiana,*
*de vſuris.* Pichard. *in dict. §. in fraudem, & in §. etſi in*
*rem num.5. & 72. Inſtit. de offic. iudic.* Anton. Fab.
*lib.10. coniect. ex cap.14.* Oſuald. & Donell. *libro 23.*
*comm. cap.18.* Cuiac. *in l.78. de reg. iur.* Schifordeg.
51 *libro 1. tract. 8. per totum.* † Vnde cum partus eo tem-
pore, quo mater alienata eſt, in vtero eſſet, in bo-
nis debitoris alienantis fuiſſe cenſetur, & conſe-
quenter reuocata matris alienatione, & ipſe in re-
ſtitutionem venit, id autem non ea ratione fit, quod
pars ſit matris, ſed quia in bonis fuiſſe intelligitur
debitoris, vt probatur ex ſerie *dict. l. fin. v. non ſolum,*
vbi docet Conſultus, fructus, qui tempore aliena-
tionis terræ cohærebant, reſtitui oportere, quia in
bonis fraudatoris fuerunt. Deinde de partu ſubiun-
git, partum medio tempore editum non reſtitui, quia
in bonis fuit. Cui coniungendus eſt *dict. §. Proculus,*
*verſ. ſi vero 2.* vbi ſi mulier erat prægnans cum aliena-
retur, ait reſtitui partum; ergo quia in bonis erat
tunc temporis debitoris, ſicut fructus, qui ſolo
cohærebant eo tempore; qui reſtituendi erunt pro-
52 pter eam rationem. † Neque obſtat fructus pen-
dentes dici partem fundi *l. fructus 44. cum ſimilibus,*
*de rei vindicatione.* Nam reſpondetur, non dici par-
tem fundi abſolute, ſed impropriè videri partem,
quoad hunc effectum, vt petita re per vindicationem
fructus quoque pendentes cenſeantur petiti, quam-
vis nihil de eis ſit actum, obſeruat Pichard. *in §.*
*actionum quæſt.7. Inſtit. de actionibus,* & Donel. *in l. ſi*
53 *filius 78. §. cum fundum, num.11. de verb. obligat.* † Si
vero fructus, vel partus medio tempore fuerint per-
cepti, tunc dicemus cum Venuleio & Proculo, non
venire in reſtitutionem, vt *in d. §§.* apertè ſtatuitur.
Neque contrarium probatur *in d. l. videamus 38. §. in*
*Fabiana, l. ait Prætor. 10. §. per hanc 19. ff. quæ in frau-*
*dem,* vbi fructus percepti, & qui percipi potue-
runt reſtituuntur, cum ſit malæ fidei poſſeſſor, *cap.*
*qui contra de regul. iur. in 6.* vtpote in fraudem emens.
Inter quæ iura Petr. Fab. *in l. generaliter 78. in fin. de*
*regul. iur.* & alij relati à Pichard. *in dict. §. etſi in rem*
*num.72.* agnoſcunt diſſenſionem. Quibus omiſſis di-
cendum eſt, reuocata alienatione in fraudem credi-
torum facta, fructus pendentes tempore alienatio-
nis, & perceptos poſt litem conteſtatam, item &
partus venire in reſtitutionem, ex verbo *reſtituas,*
quod plenam habet ſignificationem, vt ait Paulus
*in dicto §. in Fabiana,* & comprehendit præter fructus
ſtatum priſtinum, & poſſeſſionem *l. quod ſi minor 24.*
*§. reſtitutio. de minoribus, l.2. §. reſtituas 43. ff. ne quid in*
*loco publico l. plus 22. de verb. ſign. l. in condemnatione*
*173. §.1. de reg. iur.* Notat Gothofred. *in dicto § in Fa-*
*biana,* vnde reſtituitur & quicquid poſt litem con-
teſtatam fructuum obuenerit, quia res talis dari de-
bet, & reſtitui, qualis fuit cum peteretur, *l.2. de vſur.*
*cum infra dicendis.* At vero ſi medio tempore, quod
fuit poſt alienationem, & ante litis conteſtationem,
fructus vel partus ſunt percepti, vel editi, cum non
eſſent tempore alienationis, non reſtituuntur. † Cu- 54
ius rei rationem eam reddit ex Cumano, & Fulgoſ.
Pichard. *ſupra num.74.* quoniam eos fructus medio
tempore tanquam bonæ fidei poſſeſſor percepit,
quod falſum eſt, cum enim partus non ſit in fructu
vt probauimus *ſupra §.1.* non poteſt effici ſtatim bo-
næ fidei poſſeſſoris, ſed neceſſaria eſt vſucapio, &
tamen Conſultus *ibi* nec de vſucapione, nec de bonæ
fidei poſſeſſore aliquid tractauit, imo ſuperfluum
eſſet, cum ille qui emit per alienationem dominus
efficiatur, *l. traditio 20. de acquir. rer. domin.* vnde non
ea ratione partus ſit illius qui emerat, ſed quia non
fuerat in bonis debitoris, vt diximus *ex d. §. non ſo-*
*lum,* & ideò cum non fraudentur creditores, non
eſt mirum, ſi non reſtituatur. Dicta vero iura *in d.*
*§ per hanc, & in d. §. in Fabiana,* quæ aiunt indiſtinctè
fructus, & partus reſtituendos eſſe, debent intelligi
iuxta diſtinctionem temporum *dicto §. non ſolum,* id-
que reſtitui debet in quo fraudatur creditor *dict. l. ait*
*Prætor, in princ. dicto §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de*
*actio.* creditor autem contra eam alienationem agens,
ita reſcindit quaſi illa res tradita non ſit, quod in re-
bus medio tempore perceptis minimè locum poteſt
habere, & ita procedit *l.11. titul.15. part.5. in fin.* Ne-
que obſtat *dict. l. ait Prætor, § præterea, 22.* vbi medio
tempore percepta reſtituuntur: Cui reſpondendum
eſt, loqui de illis bonis, quæ conſiſtebant non ſolum
in re, verum etiam in actionibus, quæ eodem modo
reuocabantur *l. hac in factum 14. ff. quæ in fraud. credit.*
vnde cum ex eis nominibus vſuræ præſtarentur de-
bitori, quæ commodum erant medij temporis, ratio
expoſtulat, vt etiam hæc debeant reſtitui reſciſſa
alienatione, cum in bonis eſſe cenſeantur, *argum.*
*l.3. ff. de vſufructu earum rerum, l. fin. ff. de vſufruct. leg.*
*iuncta l. rem. 52. de acquir. rer. domin.* & eis fraudaretur
quoque creditor. Quam interpretationem indicant
expreſsè illa verba *propter quod medij temporis com-*
*modum.*

Inde accipit explicationem Papin. *in l.2. ff. de vſu-* 55
*ris,* quo loci ait, quod etſi in perſonam actum ſit,
poſſit etiam cauſa præſtari poſt litem conteſtatam,
quoniam qualis eſt res cum petitur, talis dari debet,
ex eóque ſubinfert, fructus & partus poſtea captos
reſtituendos eſſe cum omnia iſta reſtituantur, quæ
poſt inchoatum iudicium percepta ſint *d. § non ſolum,*
& poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores fiant
prædones *l. ſed etſi 25. §. ſi ante de petit. hæred. l. Iulia-*
*nus 17. § idem l. præterea 20. de rei vindicat.* & ideò re-
nentur rem reſtituere, quemadmodum fuit quando
cœptum eſt iudicium, neque enim reus debet lucrum
facere ex re, quæ in lite eſſe cœpit, *d. l. Iulianus, § idem,*
*l. partum 10. l. videamus 35. § actionum, ff. de vſuris,* no-
tat Cujac. *lib.6. quæſt. Pap. in d. l.1. & lib.1. quæſt. Paul.*
*in dict. l. partum.* Anton. Fab. *in rationali ad dict. § idem.*
† Eodémque modo accipienda eſt *l. fin. Cod. de libe-* 56
*rali cauſa,* vbi matre petita in ſeruitutem, partus
reſtituentur poſt litem editi, quod non eſt, quia
ſunt pars matris, ſed quia res qualis fuerit
tempore conteſtationis, talis debet reſtitui, &
cum reus omnem cauſam teneatur præſtare, par-
tus

tus etiam ſunt cauſa *l.equis* 8. *ff.de vſuris, d.§.idem, d. l. præterea.* At ſi partus ante litem ſint nati non veniunt in reſtitutionem, tunc enim non cenſetur cauſa, & ideò neceſſarium eſt, vt ipſi in lite nominatim petantur, & vocentur. Notat Cuiac. ſupra, & iuxta hanc doctrinam procedit *l. Iulianus, 9. §. quia tamen, ff. ad exhibendum, l.ſedet, 12. de eo quod metus cauſ.*

57 Deinde non facit pro opinione Marcelli Papinianus *ſupra* adductus *num.*8. *in l.ſi id quod ex Pamphila, 73. de leg. 2. cum ſimil.* Vbi non dicitur eſſe matris pars, qui eodem titulo acquiſitus cenſeatur, ex quo mater acquiſita eſt, ſed potius dicitur, non videri partum habitum ex cauſa lucratiua, ad effectum petendæ æſtimationis, ſi partus eiuſdem ancillæ fuiſſet legatus, cum emendo mulierem, & partum emiſſe videar, qui acceſſionis vice fuit emptus, ſicut de ancilla precario rogata diximus *ſupra num.* 32. Indéque in eadem cauſa partus erit. Docet Cuiac. *lib.23. qu. Pap. in dict.l.ſi id quod.* In cuius rei comprobationem adducit Iulian. (cuius authoritatem Papin. tacitè retulit) *in dict.l.quocumque* 82. *§.Iulianus, de leg.*1. *& in l.venditor* 8. *ff.de euictionibus*, adeo partum eo caſu non haberi ex cauſa lucratiua, vt etiam euicto eo actio ex empto competat, & venditor teneatur præſtare emptori quanti eius intereſt, partum non eſſe euictum. Ratio eſt, quia cùm acceſſio ſit in illo caſu matris, quæcumque per occaſionem rei venditæ obtingere potuerunt, quibus caret emptor, in hanc actionem veniunt *l. Titius* 43. *verſ. non enim pretium, de act.empt. l.ſed etſi* 15. *& ſeq. ff de euict.* notat Anton. Fabr. *deciſ.*60. *error.*4. *in fin.*

58 † Quibus obſtare videtur Pauli locus *in l.ſi prægnans* 43. *ff.de euictionibus*, quo docemur ancillæ prægnantis venditæ partu euicto, venditorem euictionis nomine conueniri non poſſe, quod in vaccæ vitulo apud emptorem nato & euicto, Iulianus reſpondet *in l.vaccæ* 43. *ff. eodem.* Quorum iurium nodus inextricabilis viſus eſt Interpretibus, vt conſtat ex traditis ab Eguinario *libro 4. Manualium titul.* 2. Cauallino *de euictionibus in addit. ad §. 4. littera Y, num.* 3. Donell. *in eodem tractat. pag.*838. Mudæo *de act empt. pag.*253. *num.*40. Benedict. Pinel. *dict. lib.*2. *cap.*1. 11. *&* 36. Cuiac. *in dict.l.ſi quid & lib.*58. *Digeſtorum, Iuliani in dict.l.vaccæ*, Caldas *de emptione cap.*31. *n.*53. Anton. Fabr. *deciſ.*60. *error.*4. *ad fin.* ſed extra illos pro eorum iurium interpretatione præſuppono, quod cum emptionis contractus vltro citróque ſit obligatorius *l.iuris gentium* 7. *de pactis l. Labeo* 19. *§.contractum, de verbor. ſignificat.* receptum eſt, vt ſicut emptor tenetur facere pretium emptoris *l.* 1. *de rer. permutat*: ita venditor rem tradere, *l.*1. *l.ex empto.* 11. *de act. empt.* & illius defenſionem actione ex empto ſuſcipere *l.ſi plus* 74. *§. mota de euict.* vel euictione ſequuta emptori, & rei pretium, & id omne quod eius intereſſe potuit, rem non fuiſſe euictam reſtituere, *dict.l.ex empto l.ſuper* 16. *Cod. de euict. l. ſi in venditione l.euicta* 70. *ff.eod.* quæ actio ex empto competit, quando nominatim nihil ſtipulati ſunt euictionis nomine contrahentes, at ſi ſtipulatio interceſſerit vel duplæ, vel ſimplæ, tunc ex ſtipulatu certi condictione agere poteſt *l.ſi tibi* 25. *Cod.de euict. iuncto princ. Inſtit. de verb.* duplum ſtipulatione contentum erat, cum duplum pretij conuenti à venditore ſtipulabatur emptor, *l. cum fundum* 48. *l. ſi fundo* 53. *de euictionibus*, iunctis traditis à Cuiac. *in paratitla Cod. de euiction.* damnato VVeſembech. *D. eod.* Caballino, *ſupra in additionibus ad* §.1. (quem allego, etſi prohibitum quia hic tractatus non recenſetur inter eos, qui impij illius non nominandi tacito nomine prodierunt.) Donello *in dict.leg.ſi tibi num.* 2. & Pich. *in tract.de diuiduis obligat. ſub titul. Inſt. de offic.iudic. cap.*10. *ex num.*122. † Ex quibus damnat interpreta- 59
tio ad *d. l. ſi prægnans*, nam *ibi*, cum non detur actio de euictione, euicto partu intelligi debet de actione ex duplæ ſtipulatione, de qua loquitur *ibi* Paulus, quia partus non eſt venditus vendita ancilla, ſi inſpiciatur ſtipulationis natura ſtricta, probat diſertè Paul. *in l.dictum* 36. *§. in ſtipulatione, ff.de euict.* vbi non intelligitur homo euictus ſi pars euincatur, vt committatur duplæ ſtipulatio: facit *l.quidquid* 99. *de verbor. obligat.* Ideo non datur ſtipulatio duplæ, ſed actio ex empto, quæ eſt bonæ fidei, & fauorabilis (*l.quia tantundem* 7. *de neg. geſt.* cum adductis à Pich. *in §.actionum quæſt.*1. *ex num.* 11. *de actionibus,*) quæ etiam admittit, vt quod emptioni accedit, venditionis pars cenſeatur, *l.quod ſi* 31. *§.fin. cum l. ſeq. D. de ædil.edict.* † Eodem modo procedit *d.l.vaccæ*, in qua 60
ſi vitulus euincatur, non agitur ex duplæ ſtipulatione: quia vacca euicta non eſt, de qua fuit interpoſita ſtipulatio, neque vſusfructus eius, quæ pars rei cenſetur, *l. Manius* 66. *§.fundo, l.cum filius* 76. *§. dominus, de leg.*2. (atque ita ſtipulatione continebatur,) ſed tantum fuit euictus fœtus, qui cum fructus dicitur vaccæ, non ius (qualis eſt vſusfructus eius,) & corpus quoddam ſit, vt frumentum, & ſimilia, quæ non ſunt vſusfructus, id eſt iura, ſed fructus, id eſt corpora; ideò euicto vitulo, non euincitur vſusfructus, ceſſatque actio ex duplæ ſtipulatione, cum pars non euincatur rei principalis, ſed acceſſio, & ideo competit actio ex empto, ſi quid intereſt, *l. emptorem* 2. *§.ſi quis de act.empt.* cum aliis *ſupra*, notat Cuiac. *in d. l.vaccæ.*

Rurſus non obſtat alter Papiniani locus adductus 61
*ſupra num.*9. *ex d.l.iuſto* 44. *etſi poſſeſſionis D.de vſucap.* cui reſpondendum eſt, non ea ratione partum vſucapi in ſpecie illa, quod ſit pars matris, ſed quia vendita eſt ancilla prægnans, (quomodo intelligunt Cuiac. *lib.*23. *quæſt. Papin. ibi*, & Anton. Fab. *in l.ſi ego §.interdum de publiciana,*) & vno eodemque tempore ipſa, & partus traditi ſunt, & cum in vſucapionibus ſufficiat bona fides in principio, *l.bonæ* 28. *§.in contrarium, de acquirendo rerum dominio.* Etiamſi antequam naſceretur, mala fides ſuperuenerit, qua cognouit matrem eſſe alienam, adhuc tamen vſucapiet partus, in quo inſpicitur traditionis tempus, quando bonam fidem habenti tradita eſt ancilla; atque ita fingitur puerum eſſe poſſeſſum cum matre; quod tamen intellige de ancilla, quæ aliena erat, (vt poſt Fulgoſ. *n.*4. *in l.ancillæ C.de fur.* notauit Benedict. Pinell. *d. lib.*2. *cap.*1. *num.*51. & antea dixerat Caſtrenſ. *in d.l.ancillæ num. fin. verſ. aut ſciuit,*) non verò de furtiua, quia tunc bona fides exigitur, vt partus vſucapio procedat etiam natiuitatis tempore, *l.*4. *§.ſi antequam de vſucap.* de qua re latius agemus §. 3. *num.*25. *&* §. 4. *num.*29. Vlterius non facit pro Marcello *d. l. non ſolum* 33. *in princ. de vſucap.* de cuius explicatione agemus *infra* §.4. *num.*8.

Vltimo non obſtat conſideratio propoſita *n.* 11. 62
nam credendum eſt ex Bruti ſentẽtia dimanaſſe hanc de partus vſucapione controuerſiam qui cum non ſit in fructu, neceſſaria fuit vſucapio, aliter acquiri non potuiſset *l.in pecudum* 28. *de vſuris*, cum aliis adductis *ſupra* §.1. non tamen rectè ſequitur, quod ſi admittamus partum non eſſe in fructu, admittere quoque debeamus, eſſe partem matris, vt voluerunt Cuiac. & Anton. Fabr. *ſupra* allegati *num.* 11. qui ſine cauſa adiecerunt. † Scæuolam partum matris partem eſſe 63
negauiſſe, quod gentilis fuerit Q. Mutij Scæuolæ, & ſic contra Brutum ſententiæ contrariæ adhæ-

ſiſſe, exiſtimaſſeque partum in fructu eſſe, ex qua deduceb..e non eſſe partem, cum res non poſſit eſſe fructus ſui ipſius. Quæ opinio falſa eſt cum Ceruidij Scæuolæ tempore, (quod fuit ſub Marco Antonio Philoſopho, vt in eius vita indicat Capitolinus *num. 1. in fine*) ſententia Bruti obtinuerat, vt ipſe Cuiac. fatetur *lib. 9. reſp. Pap. in l. deducta §. hæreditatem D. ad Trebell. ex l. vxorem 1. §. ſerori de leg. 3.* (iuncta interpretatione propoſita *ſupra §. 1. n. 22.*) quæ Scæuolam habet authorem. Idque etiam euidenter probatur *in l. ſi aliena §. Scæuola, de vſucap.* vbi idem I. Conſultus tractat de vſucapione partus, quæ diſputatio inutilis eſſet, ſi contra Brutum teneret partum eſſe in fructu, aliter enim ad quid neceſſaria erat vſucapio? vt diximus §. 1. *in fin.* Ita etiam Scæuolæ diſcipulus fuit Iulius Paulus, vt ait Ant. Fab. *ſupra*, qui tamen ſenſit partum non eſſe partem matris, vt conſtat ex *dict. l. ſi prægnans*, & *leg. 2. D. pro ſuo* & tamen pro certo habuit Bruti opinionem veriorem eſſe, conſtat ex *dict. leg. Falcidia 24. D. ad leg. Falcid. l. reſpondet 14. §. 1. de vſuris*, iunctis iis quæ circa earum explicationem adduxi *ſupra §. 1. n. & ſeq.*

## §. III.

### Præcedentium continuatio. De vera ratione diſquiſitum, cur bonæ fidei poſſeſſor vſucapere non poſſit partum ancillæ apud furem conceptum.

### SVMMARIVM.

1 *Inquiſitum de ratione cur neceſſe ſit, vt partus ancillæ furtiuæ poſſit vſucapi, quod edatur, & concipiatur apud bonæ fidei poſſeſſorem.*

2 *Adducitur ratio in Academia noſtra recepta, quam à Bartol. tacito eius nomine mutuauit Donellus.*

3 *Si in naui aliquid illicite imponitur, & nauis quoque confiſcatur, Quod habet locum, & in rebus prohibitis extrahi de Regno*, & n. 6.

4 *Ratio Donelli pluribus argumentis deſtruitur*, & num. 7.

5 *Separatorum ſeparata debet eſſe natura.*

8 *Alia ratio adducitur deducta ex* l. Qui in vtero 26. de ſtatu hom. & *repudiatur*, & numero 9.

10 *An aliquod commodum perueniat ad partum* in d. l. Qui in vtero, *ex eo quod dominium non mutet*, & n. 13. & 17.

11 *Educationis ius affectionem generat.*

12 *Explicatur* l. 1. §. fin. D. de obſequiis, &c.

13 *Interdum cognati præferuntur matri in educatione filiorum.*

15 *Amor maternus cæteris aliis maior.*

16 *Pluribus ſeruis venditis, redhibito vno, omnes redhibentur, niſi æquitas contrarium ſtatuat.*

18 *Oſtenditur vera ratio, quare partus ancillæ prægnantis ſubreptæ non vſucapiatur*, & numero 19.

20 *Expenditur pro ea ratione* l. Non iuſto 44. §. etſi poſſeſſionis de vſucap. & numero 21. 22. & 23.

24 *Examinatur Bened. Pinelli opinio iuxta* d. §. etſi poſſeſſionis.

25 *Explicantur Paul. & Vlp. in l.* 4. §. ſi antequam de vſucap. & l. ſi ego 11. §. Partus D. de Pub. ... *remiſſiuè*, & n. 26.

27 *Interpretatur* l. Qui vas §. ancilla, verſ. idem D. de furt. *& de ſimilitudine, & differentia partus & fœtus*, & n. 28.

29 *Quid ſignificet* res eſſe in bonis.

30 *Diſſertatio inſtituta de* l. ſi aliena 12. §. Scæuola, D. de vſucap.

31 *Qui egerint de aperiendo hoc obſcuro reſponſo.*

32 *Dubium maximum, An* in dict. §. Scæuola *Vlpianus ſequatur Marcelli, aut Scæuolæ ſententiam.*

33 *Probatur verius Vlpianum approbaſſe Scæuolæ ſententiam.*

34 *Quam ſpeciem proponat Marcellus* in dict. §. Scæuola.

35 *Oſtenditur Scæuolam reprehendere Marcellum, & quomodo hoc intelligatur.*

36 *Diuerſa Auctorum ſententia & interpretationes ad* dict. §. Scæuola.

37 *Alia adducitur quæ Scæuolam accipit de ancilla non concipiente apud furem, ſed apud eius hæredem*, & n. 38. 39. & 40.

41 *Reiicitur aliquibus fundamentis ex ipſomet* §. Scæuola *deductis*, & n. 42.

43 *Inueſtigatur Scæuolæ mens, quæ magis litteræ congruentior videatur*, & numero 44. 45. & 46.

47 *Intellectus ad* l. Ancilla 60. de furtis. *Tractatur de ſeruis fugitiuis*, & n. 49.

48 *Qua ratione Iuſtinianus inter res quæ vſucapi non poſſunt, connumeret ſeruum fugitiuum, & quid circa eos ſeruos leg. Fabia de plagio fuerit admiſſum.*

50 *Interpretatio ad* leg. 1. §. fugitiuum D. de fugitiuis, *& notantur aliqua de ſeruo errore*, & numero 51.

52 *Quomodo accipiatur quod ſolet dici, appellatione fugitiui non comprehendi natum ex eadem.*

53 L. fin. D. de adquirend. rer. dom. *expenditur eius deciſio, & argumentis redditur conceſſa.*

54 *Partus perfectus quot menſes debeat habere.*

55 *Cuiacij ad* dict. leg. final. *emendatio reiecta.*

56 *Vera proponitur ad eandem legem expoſitio*, & n. 57. 58. & 59.

60 *Partus conceptus & editus apud furem ita furtiuus eſt, vt non poſſit vſucapi, niſi reuertatur in poteſtatem domini.*

VIDIMVS iam non ea ratione moueri 1
Vlpianum *in dict. l. qui vas 48. § ancillæ D. de furtis*, cum aliis propoſitis §. *præcedenti num. 1.* vt doceret partum conceptum apud furem non poſſe vſucapi à poſſeſſore bonæ fidei, quoniam ſit pars matris. Nunc autem ea opinione reiecta, operæ pretium erit inueſtigare rationem, cur neceſſe ſit ad vſucapionem, vt partus concipiatur & edatur apud bonæ fidei poſſeſſorem, ita vt ſi ancilla ſubrepta, eſt prægnans vel apud furem vel eius hæredem concepit, tu.. etſi pariat apud bonæ fidei poſſeſſorem, vſucapio non procedat. † In quo dubio recepta 2
fuit in Academia illa ratio, quam aſſignauit damnatus Hugo Donell. *lib. 5. comment. cap. 25.* & ante eum præſenſit Bartol. *in l. 4. §. lana num. 1. de vſucap.* vt ſcilicet quemadmodum qui ſaccum nummarium contrectat furti faciendi cauſa, intelligitur totum contrectare & ſaccum & nummos, qui in eo ſunt, eorúmque furtum facere *l. qui ſaccum 7. iuncta l. vulgaris 21. §. 1. l. inficiando* 57. vbi Gothofred. *litt. V. D. de furtis.* Sic qui ancillam furatur, omnes partes ancillæ furari intelligitur, prouidéque

que & partum conceprum, nam cum in vtero ſit, portio maternorum viſcerum cenſetur *l.* 1. *§. ex hoc ff. de ventre inſpiciendo*, iunctis à nobis dictis *ſuprà* §. 2. *numero* 25. & ſic cum iam vitio furtiuitatis affectus ſit hic partus, apud quemcumque edatur vſucapi non poteſt, vt notauimus *lib.* 2. *cap.* 7. cum etſi non poſſideatur, cenſeatur ſubripi, quia fur ſemper eſt in actu
3 furandi *l. eius qui* 9. *D. de furtis*. † Quibus ego addo *leg. cotem* 11. *§. Dominus D. de publican.* vbi ſi dominus nauis illicite aliquid in naui vel ipſe vel vectores impoſuerint, nauis quoque confiſcatur. Quod in rebus extra regnum noſtrum extrahi prohibitis ſtatuitur *in l.* 26. *tit.* 18. *lib.* 6. *recop.* Facit etiam in damni infecti iudicio mitti ſolere quem in totam domum propter partem ruinoſam, *l. ſi finitæ* 15. *§. ex hoc edicto*, 1. *verſ. an vero ff. de damno infecto.* Quorum iurium argumento tenet Dynus & Iacobus de Arenis, quos ſequitur Caſtillo *in l.* 1. *Tauri col.* 4. & Bobadilla *lib.* 4. *Politicæ c.* 5. *n.* 32. & alij relati ab Azeuedo *in leg.* 25. *tit.* 28. *lib.* 6. *recop. ex numero* 16. Gutierrez *lib.* 4. *practic. quæſtione* 40. *numero* 2. Cened. 9. *canon. quæſt.* 33. *numero* 27. Bobadill. *lib.* 1. *Politic. cap.* 53. *numer.* 106. Salgado *de regia protectione* 4. *cap.* 10. *numero* 106 Caballus *reſolutio. crim. caſu* 119. *num.* 7. in frumento, extrahi vetito, confiſcari etiam ſaccum in quo exportabatur, ſicut confiſcatur ipſum frumentum.

4 Verùm, etſi hæc ratio præter omnes à me exornata communis ſit, mihi tamen non placet. Primò non parificatur exemplum ancillæ cum exemplo ſacci; in noſtro caſu ancilla, quæ eſt veluti partus, ſaccus principaliter ſubripitur, non vero partus in quem nulla affectio furantis cadere poteſt, at *in d. l. qui ſacrum* nummus eſt, qui principaliter furatur, incluſus in ſacco, ad quem non ſe extendit intentio furis. In quam rem expendo *l.* 2. *&* 4 *in princip. D. de penu. leg.* vbi ſi penus legetur, vaſa in quibus conſiſtit, non ſunt legata: ergo eodem modo ſubrepta ancilla non videtur ſubreptus partus in vtero exiſtens. Deinde facit quod notaui *ſupra* §. 2. *numero* 4. partum, dum in vtero eſt, nihil reputari, neque in conſideratione eſſe, poſt natiuitatem vero quid ſeparatum eſſe à matre. †
5 Atque ita ſeparatorum debere ſeparatam eſſe rationem *l. fin. ff. de calumniat. l.* 4. §. 1. ibi: *vt ſi quid amplius, ff. de publicanis*, confert eleganter *l.* 1. *§. ſi duæ D. quod legatorum*, vbi ſi legata ſit vna res & pars eius ex voluntate hæredis ſit occupata, pars vero altera non ex voluntate, hæc pars per interdictum illud aufertur.
6 † Per quæ iura contrarium tenet Azeuedo & Gutierrez *ſuprà*, vt ſcilicet confiſcatis rebus vetitis, non confiſcetur ſaccus, niſi lex id apertè conſtituat, vt *in dict. l.* 26. *recop.* cum aliis. Quibus non obſtat *dict. l. ſi finita §. ex hoc edicto*, vbi fit miſſio, quia aliter non erat profutura poſſeſſio, vt *ibi* Sabinus notauit.

7 Vltimo expendo *l. ſi ſeruus* 14. *§. boue ff. de cond. furt.* in qua boue ſubrepto & occiſo, furi dominus condicere poteſt & corium & carnem, ſi fur ipſa contrectauerit, ergo eodem modo partus fiet furtum, ſi detur in eo contrectatio, quæ tamen non datur cum ſit in vtero, in ſacco tamen ideo committitur furtum, quia etſi defuit animus illum furandi, tamen contrectatio interuenit: at quando ancilla ſubripitur prægnans, non eſt animus partum contrectandi, ſed ancillam, & tunc cum partus nihil cenſeatur, cum ſit in vtero, non poteſt contrectari ſeu loco amoueri, vnde deficiente animo & contrectatione, effici furtiuus non poterat, neque contagio furtiuitatis materno pollui, vt aliqui loquuntur, quia cum eſt in vtero nihil cenſetur, poſtquam vero eſt natus, quid ſeparatum eſt à matre, & cum eius nunquam cenſeatur pars, vt diximus *d. §.* 2. ſequitur nunquam pollutum fuiſſe vitio furtiuitatis, *argument. l. eius qui*, 9. ibi: *ne in id quod crediſſet de furtis*, ſed per ſe contrectari cenſendus eſt, vt dicemus *infra*.

Quare receptior fuit alia ratio, quam ſuo nomine 8
Benedict. Pinel. *dicto libro* 2 *ſelect. capite* 1. *numero* 9. & ante omnes docuit Accurſ. *in dicto §. ancilla, verbo furtiuus*, & Bartolus *in dicto §. lana numero* 2. & ſequutus eſt Caſtrenſ. *in l. ancillæ numer.* 9. *Codic. de furtis*, vbi Salicet. *numer.* 11. qui aiunt huius iuris rationem petendam eſſe ex Iul. *in l. qui in vtero* 26. *verſ. præterea ff. de ſtatu homin.* A quo regula certiſſima ſtatuitur eos, qui adhuc in vtero ſunt, pro natis haberi. Quod ſane receptum eſt contra iuris regulas: nam qui in vtero eſt, non rectè dicitur animal, vt diſſeruimus *ſuprà dicto* §. 2. *numero* 4. & aliquando nondum eſt homo, ſed hembrio, cum forte non eſt animatus, de quo Videndi Couarruuias & relati à Leſſio *de iuſt. & iur. libro* 2. *cap.* 9. & Andreas Laurentius *lib.* 8. *hiſtoriæ anatomicæ quæſt.* 29. *&* 30. & tamen pro animato & nato habetur, cum de commodis ipſius agitur *dict. l. qui in vtero*, *& l. qui in vtero* 7. *ff. de ſtatu hom. l. antiqui* 3. *ff. ſi pars hæreditatis*, explicant Anton. Fab. *in Iuriſprud. titul.* 4. *princip.* 3. *ſtatim & illat.* 3. *confutat.* 3. Pichard. *in lectione ad legem Gallus cap.* 3. *num.* 146. *& ſequent.* Quapropter ſi ancilla prægnans ſubrepta ſit partus vſucapi non poterit, quia cum ab inſtanti ſuæ conceptionis, & pro nato habeatur, habetur quoque pro contracto à fure, & ita cenſetur is partus vitio furtiuitatis affectus & pollutus, quemadmodum mater quæ vt furtiua vſucapi nequit, *l.* 1. *Codic. de vſucapione pro emptore*, quod cum in fœtu pecorũ non admittatur, ideo etiam ſi prægnantes oues venierint, adhuc bonæ fidei poſſeſſor fœtus efficiet ſuos *l. bonæ fidei* 47. *§. final. de adquirend. rerum domin.* notaui *ſuprà* §. 1. *num.* 38. ad quod iuris principium reſpexiſſe videtur Vlpianus *in dict. l. qui vas §. ancilla*, dum inquit partum ancillæ furtiuæ apud furem conceptum, & apud bonæ fidei poſſeſſorem editum furtiuum eſſe, & conſequenter vſucapi non poſſe.

Quæ tamen ratio non ſatis apta ad propoſitum 9
videtur ex eo quod qui in vtero eſt, antequam naſcatur habet quæ ſui commodi ſunt, & quoad ea pro nato habetur, ſecus vero quoad commodum alterius, *dict. l. qui in vtero* 7. & ita cum domini ancillæ vtilitas in hoc attendatur, partus non debet natus intelligi, vt domino antiquiori proſit, ne per vſucapionem ei ſubtrahatur, quod etiam notauit Fulgoſius, *in dict.*
*l. qui in vtero* 26. *numer.* 1. † Neque difficultatem diſ- 10
ſoluunt, qui exiſtimant cum Saliceto *ſuprà d. num.* 11. aliquod partus verſari commodum, ſiquidem poteſt eius intereſſe, dominium non mutare, ſed apud matris dominium manere; nam hæc infirma ſunt cum eodem modo, & potuit conſiderari eius intereſſe, ſi in vſucapientis dominio perſeueraret, & fortaſſe maius commodum. † Cum enim in domo eius natus ſit, 11
grandior affectio erit circa partum, propter educationis vim quæ amorem generat, vt ait Ariſtot. *lib.* 8. *Ethicor.* & ita in eis ſeruis manumittendis ob eandem rationem communis eſt conditio cum fratribus *in l. ſi minor.* 11. *& ſequent. l. alumnos* 14. *ff. de manumiſſ. vind.* ibi: *Satiſque eſt permitti eum manumitti, in quo nutriendo propenſiorem animum fecerint*, *l. in teſtamento* 38. *de fideicommiſſ. libertatibus, ibi, pater dilexiſſet.* Et congruit Statius *lib.* 2. *Syluarum*, qui in hoc argumento poſt multa dicta adiicit, *Quid referam altricum victos pietate parentes?* Notat Gothofred. *in l.* 1. *Codic. quæ res pignori.* Merillus *in expoſitione ad* 50. *deciſiones* Iuſtin. *in l.* 26. *Cod. de nuptiis numer.* 2. poſt Balduinum *in §. eadem lege numer.* 15. *Inſtit. quibus manumiſſ. non liceat.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos ex num.*
49. quos referre debebant. † Vnde obiter explicabi- 12
lis *l.* 1. *§. fin. ff. de obſeq. parentibus*, &c. vbi indignus eſt militia, qui patrem & matrem, à quibus ſe educatum dixerit,

dixerit, maleficos appellauit. Quod non eſt intelligendum de parentibus naturalibus, ſed de nutritoribus, nam ad quid erant illa verba neceſſaria *à quibus ſe educatum*, cum ſufficeret ad delictum, parentes eſſe? & de veris parentibus *in §. antecedenti*, loquutus fuerat I.C. vnde intelligendus eſt de nutritore, qui ob educationis morem pater dicitur. Sic loquitur etiam D. Hieronym. *epiſt. 1. ibi: ſecundus poſt naturalem pietatem pater nutritius.* Quam interpretationem me docuit D. Laurentius Ramirez *lib. 1. ad Martial epigram. 1. d. 1.* fuit tamen originalis Alciati *in l. fin. verbo matris* de in ius vocando, quem ſequitur Tiraquel. *ſupra numero 50.* & Coſta *in l. ſi ex cautione verbo ſeu doli numero 5. Codic. de non numerata*, licet ipſe non ſatis ei acquieſcat.

13 Neque quicquam proficiet dicere, quod cum mater remaneat antiqui domini, & partus acquiratur vſucapionem bonæ fidei poſſeſſori, ſequitur partum fieri deterioris conditionis, cum abducatur ab educatione matris, quæ eſt melior ex omnibus *l. 1. C. vbi pupillus educari* vbi Gothofred. & Menoch. *de arbitrariis*
14 *caſu 168.* † Nam hoc non eſt ſemper certum, cum cognati interdum præferantur, vt *in d. l. 1.* docemur, & notat Menochius *ſupra numero 9.* & ſimiliter præſumi poteſt pro domino vſucapiente vt in poteſtate ſua commodius educari poſſit partus. Facit etiam ſi ſerui participationem non habent Iuris Ciuilis, neque ab eo cogniti ſint *l. quod attinet 32. l. ſeruitutem 209. de reg. iur.* cum notatis à Petro Fabro, & Gothofred. *in l. 3. in fin. ff. de cap. minut.* quomodo ad effectus Iuris Ciuilis debent adduci, vt commodis
15 ipſorum leges conſulant. † Non debet etiam attendi, quod ita filius ſeparatur à matre, cuius amorem & affectum nullus vincit, vt notant relati à Tiraquel. *in l. ſi vnquam in præfatione numero 9.* Menochius *libro 4. præſumpt. 89 numero 49.* & Solorzano *de parricidiis lib. 2. cap. 1.* Quæ etſi tanquam naturalia attendi poſſent, *argumento l. quæſitum 12. §. vxores, 7. ff. de fundo inſtr. leg. quod ſi nolit. 31. § idem ait 6. l. plerumque 35. ff. de ædilit. edict.* vbi propter matrem partus retinetur ob pietatis
16 rationem. † Tamen leges illæ procedunt, quando plures ſerui vno pretio fuerunt venditi, vt ſi venierit comœdorum agmen vel chorus vt *in l. cum eiuſdem 34. l. ſi plura 36. l. ædiles, 38. §. fin. cum legibus ſequent. ff. de ædil. edict.* quo caſu cum non ſint plures venditiones, ſed vnica emptione vniuerſi ſerui empti videantur, ſi vnus ſit morboſus, omnes redhibentur *d. l. cum eiuſdem*, cuius rei exceptio proponitur, quando ob pietatis rationem durum videtur, vt mater à filio ſeparetur, vt *in dict. iur.* explicat Cuiac. *tractat. 6. ad African. in d. l. cum eiuſdem.* † Attamen in aliis caſibus con-
17 trarium videmus obſeruari, vt *in l. ſi prægnans 42. de euictionibus*, vbi matre remanente penes alium euincitur partus. Et ſi contrarium obtineret, ſequeretur ob eam rationem, nec partum vſucapi poſſe, qui conceptus & editus eſſet apud bonæ fidei poſſeſſorem, cum in eo caſu à matre quoque ſeparaetur, quod dicendum non eſt, vt obſeruauimus *paragrapho finali.*

18 Hic manet iam hæc inſpectio longe obſcura, itavt ſine ratione videantur I. Conſulti conſtituiſſe partum, qui dum mater contrectaretur, erat in vtero, furtiuum cenſeri. Sed re attentius conſiderata cogitabã, Iulianum *in d. l. qui in vtero*, veram rationem propoſuiſſe, quæ tamen præter omnes aliter meo videri explicanda eſt. Verum itaque eſt, partum cenſeri furtiuum, quando ancilla prægnans ſubripitur, quia tunc partus pro nato habetur, & cum per fictionem illam natus iam ſit, in bonis quoque cenſetur fuiſſe eius, qui matris dominus erat. Ita exprſsè docet Venuleius *in l. fin. §. non ſolum ff. quæ in fraudem credit.* inquiens, quod ſi debitor in fraudem creditorum alienauerit fundum pendentibus fructibus, & reuocata fuerit alienatio, tunc fructus reſtituendi ſunt, quia in bonis fuiſſe credentur fraudatoris, quod idem & de ancilla prægnante vendita dicendum exiſtimat, vt partus quoque reſtituatur, quia in bonis fuit. Congruunt notata *ſupra §. 2. numer. 49.* Vnde cum iam res aliena contrectetur, recte dicemus furti vitio affici partum, & ideo non poſſe vſucapi. † Neque obſtat 19
*d. l. qui in vtero 7. de ſtat. hom.* vbi Paul. tantum ait, partum, dum non eſt in vtero, haberi pro nato quoad ſuum commodum, quod vero attinet ad commodum alterius, tunc haberi pro nato poſtquam iam natus eſt, atque ita illo tempore cum naſcatur, credimus iam antea fuiſſe natum ex tempore conceptionis, & tunc prodeſſe domino retrotractione facta ad tempus illud, ſecundum quam in bonis ſuis eſſe exiſtimatur & ſimiliter contrectari, quo furtiuus iam erit. † Id- 20
que indicat Pap. *in l. iuſto 44. §. & ſi poſſeſſionis, ff. de vſucap.* vbi ait: quod ſi aliena ancilla prægnans ſit vendita bonæ fidei poſſeſſori, qui tempore traditionis bonam fidem habuit, poſtea autem tempore natiuitatis partus, ſciebat matrem eſſe alienam, vſucapi partum potuiſſe. Et reddit rationem, quia non inſpicitur tempus præſentis poſſeſſionis, ſed antiquioris traditionis, quo erat in vtero. Quod non poteſt procedere, niſi dicamus ex eo tempore haberi pro nato partum, & ſic ex tunc poſſideri, vt dixi §. 2. *num. 61.*
& dicam §. 4. † Neque exiſtimet aliquis ibi non 21
fuiſſe prægnantem ancillam tempore contractus, ſiquidem expreſsè conſtat ex illis verbis, *priuſquam eniteretur*, quæ denotant prægnantem fuiſſe tempore traditionis, aliàs ſi non eſſet tunc temporis in rerum natura, quomodo I. Conſultus dixiſſet, attendendum eſſe tempus traditionis? Fingitur ergo tempore comparatæ ancillæ natos & in bonis eſſe, quia iam conceptus erat, & ideo non cenſentur duæ poſſeſſiones pueri, ſed vnica tantum continua, nec tamen interrupta, vt *in l. 4. §. ſi antequam, de vſucap.*
† Quod confirmat Papin. exemplo ſerui captiui, vt 22
ſi eum bona fide emi, & captus ſit ab hoſtibus, captiuitate interrumpitur poſſeſſio *l. denique 19. cum aliis ff. ex quibus cauſ. maiores*, deinde ſi antequam rediret per poſtliminium, habui malam fidem, adhuc tamen vſucapiam, quia poſtliminium fingit ſeruum nunquam abfuiſſe ex mea poteſtate, ac proinde vna poſſeſſio cenſetur, itavt hæc quæ contingit poſt captiuitatem ſerui, retrotrahatur ad primam, & vnica videatur non continuata, ſed bona fides quæ principio prioris interuenit, ſufficiet in ſecunda. † Ex 23
quo dicendum eſt *in d. §. & ſi poſſeſſionis*, ſuperuenientem malam fidem, ante natiuitatem non obeſſe, vt partus vſucapiatur, ſiquidem vt dixi in bonis cenſetur fuiſſe à tempore anteacto, ſecus eſſet ſi mala fides ſuperueniret ante conceptionem, tunc enim noceret, vt recte notauit poſt Accurſ. Ioannes Fab. & Caſtrenſ. *numero fin. in l. ancillæ C. de furtis*, quos immerito reprehendit Pinel. *d. lib. 2. ſelect. cap. 1. numero 50. & 51.* † Ex eo quod antequam edatur partus non 24
poſſideatur, atque ita quælibet mala fides ſuperueniens ante inceptam vſucapionem debeat nocere, cum requiratur bona initio poſſeſſionis *l. vnica verſ. hoc tantum modo Cod. de vſucapione transform. & ad d. §. etſi poſſeſſionis*, reſpondet fuiſſe appoſita illa verba *priuſquam eniteretur*, gratia tollendæ maioris dubitationis, quaſi dicat, ſimplex ſcientia rei alienæ ſuperueniens poſt editionem nequaquam præiudicat partus vſucapioni. † Sed hoc aduerſatur menti Pap. *in d. §. & ſi poſſeſſionis*, qui ait, aliquando non inſpici cauſam præſentis poſſeſſionis, ſed antiquioris, vt in exemplo ſerui captiui clarius apparet, ex quo probat bonam fidem antecedentis poſſeſſionis ancillæ ſufficere iam concepto partu, vt quamvis nunc adſit

mala fides tempore natiuitatis eiuſdem, ſufficiat tamen quod tempore traditionis ancillæ adeſſet bona fides, quod non poteſt procedere, niſi dicamus in bonis puerum retro intelligi, cum iam eſſet tempore traditionis conceptus, ac proinde illam bonam fidem, quæ tunc adfuit, ſufficere. Si enim non intelligeretur puer antea in bonis, & conſequenter traditus cum bona fide, quomodo poterat vſucapi, ſiquidem tempore natiuitatis credebatur alienus, & aderat iam mala fides? Idque ſuadet exemplum ſubiectum ſerui captiui, qui antea poſſeſſus cum bona fide, ſi interrupta mox ſit per captiuitatem poſſeſſio, quo tempore iam adeſſet mala fides, attenditur præcedentis poſſeſſionis bona fides, non vero illa quæ poſt reuerſionem ſerui domino vſucapienti contingit.

25 † Nec obſtat *dict.l.4.§.ſi antequam, de vſucap.* vbi ſi antequam pariat ancilla cognoſcat bonæ fidei poſſeſſor, alienam eſſe, ait Paul. non poſſe vſucapi partum, ergo non inſpicitur tempus conceptionis. Reſpondendum etenim eſt, in illa ſpecie ancillam fuiſſe furtiuam, & ſi apud me concepit, & antequam peperiſſet, cognoui eſſe furtiuam, tunc non datur illa retrotractio, quia cum furtiua ſit eodem vitio affectus eſt partus, vt dicemus latius *in fin.*

26 Denique confirmat noſtram rationem Vlpian. *in d.l.ſi ego 11.§.partus D.de Publiciana*, qui ſcribit per partum ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei poſſeſſorem conceptum, etiamſi ab eo qui emit poſſeſſus non ſit. Quod procedit quando bonæ fidei poſſeſſor accepit à fure ancillam, quæ poſtea apud illum concepit, & ſic alij tradidit (ſic ſpeciem fingo cum Accurſ. ibi, *verbo poſſeſſus*, & Cuiac. in recitationibus ad illam legem) tunc ait, competere Publicianam huic ſecundo bonæ fidei poſſeſſori, quia intelligitur ex eo tempore, quo conceptus eſt, apud primum fuiſſe in bonis & ſic poſſideri, atque ideo etiamſi apud bonæ fidei poſſeſſorem concipiatur, licet nondum eum poſſederit.

27 Ex qua vera ratione deduco interpretationem ad *dict.l.qui vas §.ancilla, verſ. idem & in pecudibus*, vbi ſecundum interpretationem de qua *ſupra §.1.num.32.* egimus, verſus ille referendus eſt non ad vſucapionem, ſed ad furtiuitatem, vt ſcilicet dicat Conſultus, quod ſicut partus furtiuus eſt conceptus & editus apud furem, ita & fœtus apud eum conceptus & editus in bonis quoque cenſetur, contrectari intelligitur, *dict.l.fin.§.non ſolum, & §. Proculus Digeſt.quæ in fraud.iuncta leg.5.§.idem ſcribit ſi equam, de rei vindicat. & leg. 1.§.cum prædium pignori iuncta gloſſa, ibi verbo nunquam de pignoribus*, vnde vitio furtiuitatis affecti acquiſitionem effugiunt; nam cum fœtus ſint fructus, & dum pendent fructus, dicantur pars rei, *l. fructus pendentes 44. de rei vindic.* quemadmodum eues erant in bonis, ita & ſimiliter intelligantur fœtus vtero geſtati, & ſicut matres furtiuæ ſunt, eodem modo & fœtus.

28 † Vnde differentia hæc erit inter partum & fœtum, vt ille intelligatur eſſe in bonis, quia habetur pro nato, hic autem eodem modo intelligitur eſſe in bonis, quia pars ſit matris, iuxta *d. l. fructus 44.* Quæ interpretatio in odium furum ita accepta eſt, *argument.l.fin. §. fin. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat.§.ſic itaque diſcretis, Inſtit.de act.*

29 † In bonis autem res dicitur eſſe, quæ aliqua ratione in patrimonio noſtro ſit *l.1.de rer.diuiſ.* quemadmodum etiam res dotalis dicitur eſſe in bonis mariti *l.dotis 7.§.ſi res l.quamuis 75.D.de iur.dot.l. Lucius 11. § idem 4. D. ad municipalem*, cum aliis & res aliena ta eius, qui vim paſſus eſt *l.metum,9.§. licet D. de eo quod metus cau.* & denique rem in bonis habere intelligimur, quoties amittentes actionem habemus ad eius recuperationem *l.rem 52.de adq.rer. dom. l. bonorum 49.in fin.de verb.ſignificat.l.is qui 15.D.de reg. iur.* vbi docet P. Fab. & Schardus *de verbis iuris verbo in bonis.*

Sed hæc omnia videtur deſtruere difficile & tenebroſum eiuſdem Vlpian. reſponſum *in l. ſi aliena 10.§.Scæuola. D.de vſucap.* vbi Marcelli ſententiam refert ex Scæuolæ authoritate, qui tenebat quod ſi vacca apud furem vel furis hæredem conceperit, pariatque apud furis hæredem, non poterit vſucapi iuuencus venditus, quemadmodum neque partus ancillæ. Quam ſententiam Scæuola reprehendit ex eo quod partus poteſt vſucapi, cum non ſit pars matris, nempe ancillæ furtiuæ, aliàs enim ſi eſſet, nec ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem peperiſſet, vſucapi poterat. Ex quo apparet ſecundùm Scæuolæ ſententiam, quam videtur Vlpian. approbare non eſſe neceſſarium, vt conceptionis tempus inſpiciatur, an conceptus ſit partus apud furem, vel non, ſufficiet tamen ſi naſcatur apud bonæ fidei poſſeſſorem, quod etiam videtur aduerſari traditis ab ipſo Vlpian. *in d. §.ancilla*, vbi Marcelli ſententiam & doctrinam ſecutus videtur. 30

31 † Cuius rei difficultate valde torquentur omnium Interpretum ingenia, videlicet Caſtrenſis & Cujac. *in d.§. Scæuola, & lib. 15.obſeruat. cap.20.* Anton. Fab. *in dict.l.ſi ego §. partus cum ſeqq.* & alij relati à Genoa *in antinomia d.§ Scæuola pag.300.* Connanus *libro 3.comment.cap.15. numero 3.* DD.*in l. ancilla Cod.de furtis*, Benedict.Pinel.*dict.cap.1.num.6. & 10. cum aliis.* Donell. *libro 5. comment.cap.25.* vbi Oſuald. *littera C.* Gæddeus & alij *in l. partum 26. de verborum ſignificat.* ex quibus, quæ veroſimilia ſunt, hauriemus.

32 † In primis itaque certum eſt, Marcelli opinionem putantis partum eſſe matris partem, veram non eſſe, vt oſtendimus *ſuprà toto §. 2.* iuxta quæ non poteſt dici Vlpian. eiuſdem ſententiam approbaſſe, vt voluit Adrianus Pulueus *ad legem Attiniam cap.7.* Hotman.*libro 7.obſeruat.c.18.* Gothofred. *in dict.§.Scæuola*, & Cujac. *d. cap.20.* nam verius eſt Scæuolæ ſententiam fuiſſe expenſam ab eo contra Marcellum & conſequenter approbatam, quod indicat inſcriptio *l. partus 26.de verborum ſignific.* quæ deſumpta eſt *ex eod. lib. 16 .ad edictum Vlpian.* vbi eadem Scæuolæ ſententia refertur *libro 11.quæſtionum*, putantis partum non eſſe matris partem, iuxta quæ dicendum eſt, aut Vlpianum ſententiam Scæuolæ neceſſario approbaſſe, aut illam legem eſſe otioſam, quod non rectè difficultate oppreſſus aſſeruit Cujac. *ſuprà* in quo non minus labitur, quàm cùm dixit Marcelli & Scæuolæ ſententias propoſuiſſe Vipianum, non vero quid ipſe ſentiret aperuiſſe. Quo errore inuoluitur etiam Hotman. *dict.libro 7. obſeruat. cap.18.* & Anton.Fab. *d.l.ſi ego §.interdum de publiciana*, quos refellit Vulteius relatus à Genoa *d.antinomia num.17.& 18.*

33 Verius ergo dicendum eſt Vlpian. Scæuolæ ſententiam retuliſſe & approbaſſe, nam Marcellus diuerſam ſpeciem tractauit, de boue nempe, quæ apud furem vel furis hæredem concepit vel peperit, in qua dixit furtiuum eſſe iuuencum, neque vſucapi poſſe, quemadmodum neque vſucapi poterit partus. Quæ ſpecies longe diſtat ab ea de qua *in §. ancilla*, vbi de hærede furis nullum verbum protulit Vlpian. ſed totam de fure concluſit tractationem, & principaliter de partu egit, in quo vſucapionem admiſit, quam indiſtinctè negauit Marcellus, qui eam rationem ſuæ opinionis adiecit, quod partus ſit pars matris, quem Scæuola licet breuiſſimè reprehendit & confutat non ſolum circa partum, verum & circa fœtum, ſiquidem illa verba *ſe putare vſucapere poſſe & partum*, non ſolum denotant poſſe partum vſucapi, ſed & fœtum, cum dictio, *&* ſit coniunctiua *leg. ea tamen 46.de leg.3.* vide *lib.1.cap.7.numero 11.* quod tamen de fœtu dixit, accipiendum eſt attento caſu, quo iuuencus

iuuencus natus eſt apud furis hæredem, qui bona
fide, vt latius *infra* dicam, vendidit iuuencum bo-
næ fidei poſſeſſori. (Ita pono ſpeciem iuxta vltima
verba, ibi: *Nec ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem pepe-
riſſet*, quæ oſtendunt illum bonæ fidei poſſeſſorem
non agere *ibi* de fœtu acquirendo, (iuxta regulas
bonæ fidei poſſeſſoris de quo dixi §.1. *ſuprà*, ) ſed
de iuuenco, quem à non domino emit vſucapiendo;
atque ita ſecundum propoſitam Marcelli ſpeciem,
34 quæſtio fuit: † Si fur bouem ſubripuit prægnan-
tem, vel quæ apud eum concepit & peperit, vel
apud hæredem eius, ſi poſtea iſte hæres iuuencum
ſuum diſtraxerit, quærebatur, an vſucapi poſſet à
bonæ fidei poſſeſſore, qui emerat, non vero eius
matrem. Marcellus docuit non poſſe, quia eſſet
pars matris, quæ cum vitio furtiuitatis pollueretur,
ita etiam & iuuencus eius pars, quod etiam & in
35 partu militare tandem adiecit. † Scæuola tamen
hoc reprehendit, quoniam putauit in caſu propoſi-
to, vſucapi poſſe & fœtum, & partum, cum illa
Marcelli ratio vera non eſſet, quod ab abſurdo pro-
bat, dum inquit, quod ſi eſſet pars matris partus,
vſucapi minimè poſſet, etiam ſi naſceretur apud bo-
næ fidei poſſeſsorem. Quæ tamen traditio valdè
difficilis eſt, nam abſurdum quod Scæuola Marcello
obiecit, potius retorqueri poteſt contra ipſum, cum
omnino ſit certum, partum conceptum apud furem,
etiam ſi apud bonæ fidei poſſeſsorem edatur, fur-
tiuum eſſe, neque vſucapi poſſe, vt ex *ſuprà* adductis
eidentè patet & ex *dict.* § *ancillæ*, cum ſimilibus, at eo
caſu loquutum Marcellum nemo eſt qui non vi-
deat.

36 Hæc difficultas coëgit interpretes in diuerſas iu-
rare interpretationes, vt conſtat ex Accurſ. *in dict.* §.
*ancilla*, Aretino *in l. ancilla C. de furtis*, & aliis relatis
à Genoa *ſuprà num.* 19. qui cum Donello *d. libro* 5.
*cap.* 25. docet, Scæuolam ita eſse accipiendum, non
vt ſemper poſſit vſucapi partus ancillæ, quæ apud
furem concepit & peperit apud bonæ fidei poſſeſso-
rem, ſed eo caſu, quo concepit, & peperit apud
eundem bonæ fidei poſſeſsorem, quoniam eo argu-
mento vſus eſt Scæuola, vt probaret non eſse par-
tum rei furtiuæ partem. Quam ſolutionem tradidit
ante eos Accurſius *in dict. l. ancilla verbo cum etiam*,
Iacobus de Arenis *in d. §. Scæuola*, Connanus *lib.* 3.
*comment. cap.* 16. Robertus *lib.* 1. *lectionum cap.* 6. & re-
cepit Genoa *dict. num.* 9. (qui licet hanc interpreta-
tionem diuinatoriam iudicet, adhuc amplectendam
eſſe exiſtimat *num.* 21. tantæ ſuccumbens difficultati)
ſequitur Pinell. *d. lib.* 2. *c.* 0. 1. *num.* 22. & alij quoque
37 ei adhærent. † Quare idem Accurſ. *in d. l. ancillæ
verbo cum tamen*, *verſ. vel loquitur*, ſequutus à Bar-
tolo, & Saliceto *ibi numero* 8. Caſtrenſi *numero* 8.
*verſ. in vno tamen caſu*, (& ſi cum allegare deberet
*l. ſi alieni Digeſt. pro emptore*, ) & Alberic. *in dict.* §.
*Scæuola*, in ea eſt ſententia, vt exiſtimet Scæuolam
in vltimis verbis intelligi debere eo caſu, quo an-
cilla furtiua non apud furem concepit, ſed apud fu-
ris hæredem, peperitque apud bonæ fidei poſſeſso-
rem, in qua ſpecie ſi hæres furis bonam fidem ha-
buit, neque exiſtimauit ancillam furtiuam, ſed
ſuam eſſe, vſucapi partus poterit ab eo, qui bona
fide ab hærede emit, ancillam prægnantem, ſi ea-
dem bona fide perſeuerante apud ipſum pariat, nam
cum bona, vel mala fides non conſiſtat in iure, ſed
in facto *l. bona* 48. §. *in contrarium D. de acquirend.
rer. dom.* & ex opinione eius, qui poſſidet naſcatur,
rectè conſequitur hæredem furis habere poſſe bonam
fidem circa eam ancillam, quam defunctus, cui ſuc-
ceſſit, ſubripuerit.

38 Vnde moti multi viri docti in eam ſententiam in-
clinarunt, vt Scæuola accipiatur de ancilla, quæ non
concepit apud furem ipſum, ſed apud furis hære-
dem, qui cum habuerit tunc temporis bonam fidem,
illam ancillam in hæreditate repertam, & bona fide
poſſeſſam, prægnantem vendidit alij bonæ fidei poſ-
ſeſſori, apud quem peperit. In qua quæſtione, cum
non conceperit apud furem, neque vitio furtiuitatis
polluatur, ſecundum *ſuprà* traditas regulas, proce-
det eius vſucapio, indeque ait Scæuola, quod ſi par-
tus eſſet pars matris, neque vſucapi poſſet, etſi pepe-
riſſet apud bonæ fidei poſſeſſorem, & ita eueniſſe *in
d. §. Scæuola*, coniectari licet ex eo, quod Vlpian. *in
d. §. ancilla*, retulerit omnes difficultates, quæ circa
ancillæ prægnantis ſubreptæ partum occurrere poſ-
ſent, non autem tractauerit de partu concepto apud
furis hæredem, an furtiuus eſſet necne, & ideo vi-
debatur dicendum in alio loco illum articulum retu-
liſſe, at cum nullus ſit in iure locus, in quo egerit
Vlpian. de partu concepto apud furis hæredem, &
edito apud bonæ fidei poſſeſſorem, niſi *in dict. §. Scæ-
uola*, affirmare non dubitabimus, ibi hunc articulum
explicaſſe, præcipuè cum ius remaneret mutilum, ſi
rem adeo controuerſam indeciſam reliquiſſet, &
quæſtionem adeo principalem omiſiſſet, quando de
bonæ fidei poſſeſſore, & de fure ſatis tractatum eſ-
ſet, atque ideo cum *in dict. §. Scæuola*, Vlpian. de hæ-
rede furis loquatur, credere poſſumus ad eam quæ-
ſtionem magis, quam ad aliam reſpexiſse. † Huic 38
tamen opinioni repugnat apertè Vlpian. *in d. l. ſi ego §.
partus D. de publiciana, & in l.* 4. §. *ſi hæres D. de vſu-
cap.* vbi hæres furis quamvis ancillam furtiuam bona
fide poſſideat, non poteſt partus eius apud ſe con-
ceptos vſucapere, cum in vitia ſuccedat authoris *leg.
cum hæres* 11. *D. de diuerſis, & temporal. præſcript.* quam
explicat Donel. *libro* 5. *comment. cap.* 20. Ant. Fabr. *de er-
roribus decade* 76 *error* 9. & 10. Fachin. *libro* 1. *contro-
uerſ. cap.* 66. Pichard. *in §. diutina, Inſtit. de vſucap.* VVe-
ſenbech. *in paratit. ad titul. Digeſt. pro hærede numero
ſecundo.*

Sed difficultati reſpondere ſolent illius opinionis 39
aſsertores, argumentum hoc euincere, hæredem
furis non poſſe vſucapere partum apud ſe conce-
ptum, & editum, quia cum huic vſucapioni reſiſtat
mala fides, quam habuit defunctus, in cuius locum
hæres ſuccedit, & cuius perſonam induit, *l. cum à
matre* 14. *Cod. de rei vindicat. leg.* 3. *Cod. communia de
vſucap. cum aliis, auth. de iureiur. à moriente præſtito in
principio collat.* 5. ignoratione ſua vitium illud de-
functi non excludit, *dict. l. cum hæres*, docent *ſupra*
allegati, & Anton. Fab. *in l. ſi res* 7. §. *in hac actione* 12.
*& in dict. leg. ſi ego §. partus* 2. *de publiciana*, ac proin-
de mala fides defuncti, ipſi impedimento eſt, ne poſ-
ſit vſucapere. † Titulus *pro hærede*, tunc prodeſt 40
hæredi, cum teſtator vſucapere non poterat ex ea ra-
tione, quod nullum titulum habuit, non vero ex
eo quod malam fidem habeat, obſeruat Anton. Fab.
*in dict. §. partus*, nec titulo *pro ſuo* poterit vſucapere
hæres partum, quoniam obſtat ei mala fides de-
functi. Quæ omnia non habent locum *in dict.* §.
*Scæuola*, in quo non tractatur de vſucapione hære-
dis, ſed alterius bonæ fidei poſſeſsoris, cui hæres
furis vendidit ancillam à ſe poſſeſsam bona fide,
huic autem, cum ſit ſucceſſoris ſingularis, non
nocet mala fides authoris, docent DD. *ex l. an vi-
tium* 5. *ff. de diuerſis præſcr.* & cum partus hic con-
ceptus ſit apud bonæ fidei poſſeſsorem, ſcilicet
furis hæredem, & natus apud emptorem æque
bonæ fidei poſſeſsorem, non impedietur eius vſu-
capio.

Verum hæc mihi, etſi ſpecioſa videatur, non in 41
totum arridet expoſitio, quæ in eo primum pec-
cat, dum ait hæredem furis ancillam prægnan-
tem vendidiſſe, quæ poſtea peperit apud bonæ fidei
poſſeſsó

poſſeſſorem. Verius eſt, quæſtionem fuiſſe de iuuenco diſtracto ab hærede, nam ſi bos vel ancilla ſubrepta fuerit, & concepit, & peperit apud hæredem furis, hoc intenditur, an hic iuuencus, vel partus ab eo venditus, vſucapi potuiſſet ab emptore bonæ fidei poſſeſſore, idque indicat ille verſus *vſucapi ab hærede diſtractum iuuencum non poſſe, ſic inquit, quemadmodum nec ancilla partum.* In qua quæſtione Marcellus negabat vſucapionem dari, quoniam eſſet pars matris, Scæuola vero rationem reprehendit, in ea ſpecie vſucapionem admittens, tanquam non ſit pars rei furtiuæ. Quod non ſolum ad partum pertinet, vt dixi, verum & ad fœtum, qui tamen conceptus eſt, & editus apud furis hæredem poſtea vendentem.
42 † Item ſupradicta interpretatio admitti non poteſt hac ratione, ſi partus apud bonæ fidei poſſeſſorem eſſet editus, abſurdum quod Scæuola notat in finalibus verbis eſſet ridiculum, cum ratio eadem eſſet cum dicto hoc ſenſu: Ancilla fuit prægnans vendita ab hærede furis, quæ enixa eſt apud bonæ fidei poſseſsorem, in hac ſpecie poteſt vſucapi partus, quoniam ſi non vſucaperetur, illum ſequeretur abſurdum, quod quamvis apud bonæ fidei poſseſsorem peperiſset, vſucapi non poſset partus. Nonne ineptiſſima eſset Scæuolæ ratiocinatio? Hinc conſequenur, quod cum in abſurdo propoſito in vltimis verbis loquatur de eo caſu, quando ancilla peperit apud bonæ fidei poſseſsorem, euidens eſt, in antecedenti caſu diuerſam ſpeciem tractare, hæc autem eſt, quando apud hæredem furis concepit & peperit bos vel ancilla.

43 Quare ſi quid mei iudicij eſt, opinor in hac difficultate eſse dicendum, Marcellum ſuam ſpeciem propoſuiſse iuxta dicta *ſuprà numero* 33. & nullam differentiam conſtituiſse inter bouem aut ancillam, quæ concepit apud furem, vel apud furis hæredem concepit, & peperit, quoniam cum in ſua opinione eſset partus, vel fœtus pars matris, furtiuos quoque eſse exiſtimauit, ita vt ſi hæres vendiderit apud ſe conceptum, & editum, non poſset vſucapi, Scæuola autem eum notat affirmans hoc non poſse procede,re nam hæres etſi in vitia defuncti ſuccedat, poteſt habere bonam fidem, atque ita non contrectat, & ſic furti vitio non afficitur fœtus, vel partus, vt dictum eſt *numero* 37. *&* 38. Deinde aſserit non obſtare rationem illam, quod ſit pars matris, cum ſi vera eſset, ſequeretur vt ſi apud bonæ fidei poſseſſorem concepiſset, & peperiſset, neque etiam eo caſu vſucapi poſset, nam cum pars matris cenſeretur, durante vitio furtiuitatis in matre, etiam & in partu duraret, quantumvis apud bonæ fidei poſseſsorem
44 concepto, & edito. † Et hanc fuiſse mentem ratiocinationis Scæuolæ, quamvis tantum natiuitatis fecerit mentionem, non vero conceptionis, ex eo comprobo: Primò quoniam argumentum ab abſurdo ita concludit contra Marcellum, quod alias erit ineptum, nam ſi adaptat caſui, quo ancilla concepit, & peperit apud hæredem, alium ſimilem æquè difficiliorem ex bonæ fidei poſseſsoris iure petitum, debuit eodem themate retento adaptare, id eſt, quando concepiſset, & peperiſset apud bonæ fidei poſſerorem, in quo caſu Marcellus vſucapionem concederet: debuit itaque reſpondere iuxta caſum propoſitum, in quo concepit, perperit apud hæredem furis, ergo neceſsario exigitur, vt in vltimis verbis de conceptione, & natiuitate apud bonæ fidei poſseſsorem contingente, Scæuolam intelligamus. Cum itaque Vlpian. ſcribat Scæuolam putaſse, vſucapere poſse & partum, hoc debet intelligi in illo caſu à Marcello propoſito, quando concepit, & peperit apud furis hæredem ancilla, vel bos, cuius fœtum vel partum ab eo emit bonæ fidei poſseſsor. Vnde ſi adduxit abſurdum ex bonæ fidei poſſeſſore petitum, debuit in eodemmet caſu loqui Scæuola. Caſus autem eſt de conceptione, & natiuitate, vt dixi.

Secundò adſtruitur noſtra interpretatio non eſſe 45
nouum, vt I. Conſulti de natiuitate facient mentionem, & tamen conceptionem quoque comprehendant ſub verbo *parere* vel *naſci.* Ita probatur *in leg. Paulus* 29. §. *ſi mancipia in fine D. de pignoribus*, vbi ſi non diceremus conceptum fuiſſe, & natum partum apud emptorem, minimè procedere illa deciſio de natiuitate tantum loquens. Idem videmus *in l. ſi conuenerit* 18. §. *ſi fundus ff. de pignor. act. & in leg.* 1. *de Saluiano interdicto*, de quorum explicatione egi *ſupra* §. 2. *numero* 40. quemadmodum Paul. *in l.* 4. §. *de illo de vſucap.* de partu concepto & edito loquens, tantum meminit conceptionis, & eodem modo Iulian. *in l. qui ob pactionem* 19 *ff. pro emptore.* † Sed remouen- 46
dus eſt ſcrupulus, qui naſcitur ex ſpecie propoſita à Marcello, etiam & in vacca, quæ concepit apud furem. Cui reſpondetur illum in ſua opinione æquiparaſſe eos caſus, & quando concepit apud furem, & apud furis hæredem, & ob eam rationem dixit, non poſſe vſucapi iuuencum, quia ſecundum ſupradictam rationem non minus contrectatur in vno, quam in altero caſu. Sed id reiicit Scæuola ratione illa ab abſurdo petita, quod ſi pars eſſet partus, etiamſi conciperetur, & pateretur apud bonæ fidei poſſeſſorem, non poſſet etiam vſucapio procedere, quæ verba apertè indicant de hærede furis duntaxat loqui. Quæ interpretatio, dum alius meliorem non attulerit ſuſtineri poterit.

Rurſus ex *ſupra* tradita à nobis decidendi ratione 47
infero interpretationem ad *l. ancilla* 60. §. *Dig. de furtis*, quo loci Africanus ſcribit, ancillam fugitiuam, quemadmodum ſui furtum facere intelligitur, ita partum contrectando furtum facere. Quæ deciſio ea ratione procedit, nam quamvis natura non patiatur, vt *idem* ſit agens & patiens, *argument. l. ſi plures verſ. nam difficile D. de pactis l. depoſui* 38. §. *Stichus D. de peculio l. Stichus* 16. §. *fin. de peculio legato l. pupillus* 5. §. *item ipſe de authoritate tutorum, cap. fin. extra de inſtitut.* atque ita fur, & res furtiua idem eſſe non poteſt, nec ius Ciuile admittat, vt qui in alterius poteſtate eſt, illi furtum faciat *l. rem* 45. *de adquir. poſſeſſ.* vbi dicitur, quod ſicut fugitiuus poſſeſſione rerum alterum non poteſt interuertere, ita nec ſuam quidem, id eſt furtum ſui facere *l.* 1. § *per ſeruum* 14. *l.* 3. §. *Nerua* 13. *de adquir. poſſeſſ. l.* 1. *Cod. de ſeruis fugitiuis*, tamen ne fuga ſeruorum dominis ſit damnoſa, vt per vſucapionem, aut præſcriptionem dominis ſubtrahantur, introductum eſt, ſeruos fugitiuos cenſeri ſui furtum facere, ſicque tanquam res furtiuas vſucapi non poſſe *d. l.* 1. *Cod. de ſeruis fugit. l. fin.* §. *ſerui. D. de publican. l. ſerui* 17. §. *fin. de furtis l. fin.* § *ſane ſi ſeruus, ibi ſeipſum furatus Codic. de iis qui ad Eccleſiam*, docet Albericus, Salicet. & reliqui antiqui *in dict. l.* 1. vbi etiam Cujac. & Giſan. idem Cujac. *lib.* 17. *obſeru. cap.* 10. Anton. Fab. *in iuriſprud. titulo* 3. *princip.* 3. *illation.* 1. Duaren. *in dict. leg.* 1. §. *per ſeruum.* Oſualdus *ad Donel. libro* 3. *c.* 24. *littera D.*

Qua ratione attenta Iuſt. inter res quæ vſucapi 48
non poſſunt connumerat ſeruum fugitiuum *in* §. *ſed aliquando Inſtitut. de vſucap.* quem licet reprehendat Donel. *dicto libro* 5. *cap.* 24. ſatis defenditur ex ſupradictis, *& ex dict. l. ancilla.* Nam lege Fabia de plagio tenetur, qui ſeruum in fuga conſtitutum vendiderit, vel donauerit *l.* 2. *ff. de lege Fabia de Plagiariis l. in fuga* 6. *Codic. eodem*, vt ſerui à fuga deterreantur, ſi nec recipi à quoquam vel celari impune intellexerint, neque alteri acquiri titulo, vel authoritate iuſta, *l. ſeruos* 12. *Codic. de agricolis lib.* 11. & ideo non eſt mi-

rum,

rum, ſi ſeruum fugitiuum, qui ob vitium furti vſucapi non poteſt, rei ſacræ & homini libero æquipararet Imperator, qui alias in lege Plagij etiam æquiparantur *l. 1. & 4 ff. de lege Fabia* cum aliis. Ergo cum res furtiua cenſeatur, inuſucapibilis erit §. *furtiua Inſtit. de vſucap.* quod tamen non intelligas, vt verè committatur furtum, ſed vt rectiſſimè Giſan. *in d. l. 1.* vt furti tantum effectus ſequantur, quibus vſucapio excludetur.

49 † Quæ omnia locum habent, & quando ancilla furtiua concepit, vt quemadmodum ipſa propter fugam furti vitio afficitur, eadem quoque afficitur contrectatus ab eadem partus, ipſa autem propter fugam furtiua cenſetur, & partus propter contrectationem furis. Ita rectè docet Cujac. *tract. 7. ad African. in d. l. ancilla*, vnde ſicut ancilla ſubrepta ſi concepiſſet apud furem, partus vtpote furti vitio affectus non vſucaperetur *dict. leg. qui vas §. ancilla de furtis*, ita & eodem modo in fugitiua procedit, vt ſi apud aliquē bonæ fidei poſſeſſorem peuenerit partus *l. ſerui 7. §. fin. de furtis*, tanquam furti vitio affectus, & à fure contrectatus non vſucapietur iuxta ſupradicta.

50 Sed præter omnes contra hæc oppono difficilem ſpeciem *l. 1. § fugitiuum accipe, ff. de fugitiuis*, vbi Vlpian. ex Labeonis ſententia docet, non cenſeri fugitiuum ex fugitiua ancilla natum, atque ita recte potuit partus etiam à matre contrectatus vſucapi. Quam difficultatem Anton. Fab. *in ratio.* ibi ſic componit, vt ſeruus, qui partem habere non poteſt, ſequatur matris conditionem, quantum ad naturales qualitates, non quantum ad accidentales, quæ ex bonis, vel malis moribus oriuntur, indéque fugitiuus non naſci ſed fieri, & cum ſit cauſa accidentalis, nihil commune habet cum naturali, & natiuitate. Quæ interpretatio ſeipſam confundit, neque confutatione indiget, & litteræ illius iuris minime adaptari poteſt.

51 † Dicendum ergo exiſtimo, fugitiuum non cenſeri partum editum ex fugitiua ad hoc, vt qui eum celauit dicatur fur, & puniatur, cum alias qui celauit fugitiuum, ſit fur, & teneatur furti *leg. 1. in princip. Digeſt. de fugitiuis*, quia eo caſu habet, qui celat, animum interuertendæ domino poſſeſſionis, & lucrare vult ſeruum; de quo delicto agitur in illo titulo ob eamque cauſam ſeruus erro, qui alias differt à fugitiuo *leg. quis ſit 17. §. erronem, de ædil. edict. leg. fugitiuus 225. de verbor. ſignificat.* & ob id vſucapi poteſt, neque dicitur res furtiua (tradit Giſan. *in d. l. 1. in fin.*) tamen quod ad hoc, vt non celetur, fugitiuus intelligitur *in d. l. 1. § fugitiuum*, quia non minus improbitas celatoris in errone militat, ac in fugitiuo. At vero in nato ex fugitiua hoc non procedit. Ratio ea mihi videtur, nam cum pœna non debeat extendi *leg. cum quidam 19. de lib. & poſth. cap. odia. lib. de reg. iur. in 6.* reſtringenda fuit illa, vt in ea non comprehenderetur, qui celauit fugitiuæ natum, ſi quidem in eo non datur vera contrectatio, quæ eſt interuerſio poſſeſſionis *l. 1. §. Scæuola ff. ſi is qui teſtamento*, iunctis à nobis adductis *lib. 1. c. 7.* quam tamen non habuit dominus ancillæ fugitiuæ, & ideo non eſt cur queratur de eo, quod ſuum fugitiuum celauerit.

52 † Qua ratione appellatione fugitiui non comprehenditur natus ex fugitiua, ad hoc ſcilicet vt qui eum celauerit puniatur tanquam fur, ſed nihilominus fugitiuus cenſebitur ne vſucapiatur, & ne domino ſit damnoſa fuga matris *d. l. ancilla Codic. de furtis.* Secundo reſponde natum ex fugitiua non cenſeri fugitiuum, quia in tali attendi debet, quod initium fugæ mente concipiat *d. l. fugitiuus*, & quod ea mente concipiat *d. l. fugitiuus*, & quod ea mente diſceſſerit, vt ad dominum non rediret, *d. l. quis ſit*, hoc tamen in nato ex fugitiua cū non detur, fugitiuus non dicitur, quia ipſe illud propoſitū domini derelinquendi non habuit, neque mente tale quid concepit, & ideò fugitiuus non erit, vt in ædilitio edicto *d. l. quis ſit*: at vero cenſebitur furtiuus, quia à matre contrectatur, & ſic effugiet vſucapionem.

Vlterius ex ſupradicta ratione dimanat interpretatio ad Venuleium *in l. fin. D. de acquir. rer. dom.* quo loci ita ſcribit: *Si prægnans ancilla vſucapta, aut legata pariat, eius fieri partus cuius eſt ea cui, emeretur: non cuius tunc fuiſſet cum conciperet.* Difficilia ſane verba, & quæ nondum apertam reddunt Conſulti mentem, nam quo modo ancillæ partus, in quo attenditur conceptionis tempus *l. iuſto 44. §. etſi poſſeſſionis, de vſucap. dict. l. qui vas §. ancilla, dict. §. Scæuola*, cum vulgatis, non ſit eius cuius eo tempore fuit ancillæ, ſed eius qui tempore natiuitatis iam dominus erat? Secundo, dici non poteſt vſucaptam eſſe ancillam prægnantem, ſiquidem veteri iure ad vſucapionem requirebatur annus *princ. Inſt. de vſucap.* prægnans tamen nulla tandiu eſſe poteſt, vt poſt vndecimum menſem partum extendat. 53

† Et abſoluti atque perfecti partus tempus eſt ſeptem menſium, nouem, vel decem atque etiam vndecim, vt eleganter ex Plinio, Varrone & aliis docet Tiraquell. *in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit, num. 210.* Menoch. *de arbitrar. caſu 89.* Salomo & alij *in l. Gallus de lib. & poſth in princ.* vbi Pichar. *c. 4. ex n. 202.* Martin. del Rio, *ad Senec. in Theb. verſ. 535.* Cerda *Virg. Egloga 4.* in illo, 54

*Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.*

Et Andreas Lauren. *hiſtoria Anatomica libro 8. cap. 9. quæſt. 29. & 30.* & eruditus admodum D. Laur. Ramirez Regius meritiſſimò in rei dominicæ Senatu Conſiliarius, *in aureo Pentacont. lib. cap. 3.* † Quo argumento motus Cuiac. *lib. 4. ſententiarum, Paul. tit. 9. §. ſeptimo menſe*, expungit *in dict. l. fid.* verbum *vſucapta*, & reponit verbum *alienata*, ſimiliterque loco illius verbi *cui emeretur*, legendum cenſet *cum eniteretur*, quas lectiones ſequitur Gothofred. *in d. l. fin.* & vltimam probat Hotman. *lib. 9. obſer. c. 9.* poſt Haloandrum, verum primam lectionem rectè reprehendit Hotmanus *ſupra* & Giphan. *in d. l. fin.* & merito, quoniam ſine ea emendatione rectè poteſt mens I. Conſulti ſubintelligi. 55

Quare ad primam difficultatem reſpondendum eſt partum ante editionem nihil cenſeri, dum in vtero exiſtit, vt diximus §. 2. *num.* 4. cum aliis. Quapropter non poteſt ratione conceptionis ſibi eum vindicare dominus, qui eo tempore fuit ancillæ, id enim tempus expectatur, quo naſcitur, & eſt in rebus humanis, quo poteſt dominium eius acquiri. Ratio eſt, in hac lege agi (iuxta titulum ſub quo jacet) de modo acquirendi dominij, an quoad dominium partus expectari debeat tempus conceptionis, vel natiuitatis, & cum dominium non poſſit acquiri, niſi eius rei quæ exiſtat, licet conceptio attendatur in partu, quoad inchoandam vſucapionem circa bonam fidem, & quoad furtiuitatis vitium, vt *in d. iuribus*, non tamen habebitur pro nato, vt eius dominium intelligatur acquiſitum antequam naſcatur, quia ius debet fundari ſuper aliquo ente *l. quidam referunt, 14. verſ. eſſe enim. D. de iure codicill.* iuncta definitione dominij, quam docuit Bartol. & alij relati à Pichard. *in rub. num. fin. de rer. diuiſ.* & Donel. *libro 9. comment. cap. 8. & 9.* & ideò vt acquiratur partus vere natus eſſe debet, cætera autem quæ finguntur in dictis iuribus tendunt in tempus natiuitatis, & habent illam conditionem *ſi naſcatur*, *vt in d. l. qui in vtero l. 3. D. ſi pars hæredis*, quod in ancilla vendita; vel legata rectè procedit, nam teſtator qui eam legat, vel dominus qui vendit prægnantem, videtur velle, vt quomodocumque ſit ad emptorem, vel legatarium pertineat, *argumento l. ſi ancilla 63. de leg. 1. l. ſi quid 73. de* 56

*de leg.1.l.in bello* 12.§.*fin.de cap.iuncta l.non quocumque* 82.§.*Iulianus de leg.*1. *& l.venditor* 8.*D.de euictionib.* † Quoad alteram difficultatem, quam inducit verbum *vſucapta*, omiſso Cujac. & aliis qui receptam lectionem euertunt, vt reſpondeant Albericus & eo non relato Giſan.*in dict.l fin.*ſpeciem hoc modo confingunt, vt ſcilicet neceſſe ſit ponere *ibi* ancillam fuiſſe prægnantem, & per aliquot menſes poſseſſam eſse à venditore, eamque poſtea venditam alicui, emptorem poſſeſſionem à venditore cœptam compleuiſſe, mulierémque ab emptore vſucaptam poſtea partum ediſſe, quod in hærede poni poteſt, aliiſque acceſſione temporis vtentibus, *l. Pomponius*

58 13. §.1. *de acquirend. poſſeſſ.* † Quæ interpretatio difficultate non caret, quia ſi ille, qui ancillam poſſidebat, cum concepit, petit partum, quaſi ſufficeret tempus conceptionis, quod ita dubitatum fuit apud Iure Conſultum, quomodo poterit emptor, qui ab eo emit, contra eum allegare poſſeſſionis acceſſionem, quam habet ex venditoris perſona, contra ea, quæ notantur *in cap.1.de probat. l. qui accuſare,* 6. *Cod.de edendo l.nimis graue,* 7. *Cod.de teſtibus.* Neque *in dict.l.fin.* agitur de acceſſione temporis, ſed de dominio partus acquirendo, vt conſtat ibi *eius fiet partus*, quæ verba ex vſucapione matris dominium partus illico concedunt. Deinde, ſi emptor iam vſuceperat, ſequitur non potuiſſe venditorem partum petere quaſi bonæ fidei poſſeſſorem, neque quaſi dominum, cum iam quoque conſtabat ipſum non eſſe dominum, & ita non poterat ex aliquo titulo partum vendicare, præcipuè cum ipſe ancillam vendidit, quo caſu neſcio quo iure partum petat.

59 Vnde exiſtimo *in dict.l.fin.* venditorem non petiiſſe partum, ſed dominum ancillæ, qui tempore conceptionis in dominio ſuo eam habuit; vt indicat verbum *cuius* genitiui caſus, quod denotat dominum *l* 2.§.1. *D de religion.* obſeruat Menoch. *de præſumpt.lib.*1 *præſumpt.*16.*num.*7. poſtea autem prægnantem aliquo caſu amiſit, ita vt ad non dominum peruenerit, quo bona fide pro emptore eam vſucapiente, partum edidit, completáque vſucapione matris, non tamen partus, dominus qui eam vindicabat, dicebat partum ad ſe pertinere, quia tempore conceptionis ipſe dominus verè erat dominus ancillæ ipſius, & cum partus nondum eſſet vſucaptus, quamvis à matris vindicatione excluderetur, tamen partus ei concedendus erat. In quo caſu Venuleius ait partum non pertinere ad eum, qui dominus erat tempore conceptionis, ſed ad eum, qui dominus iam eſt ancillæ, ratio eſt, quia in partu nullum ius vnquam habuit antiquus dominus, neque iure dominij, quia erat in vtero, & ideo id fieri non potuit, iuxta *ſuprà* tradita *num.* 56. neque ratione poſſeſſionis, quia eodem modo antequam naſcatur non poterat poſſideri, *l.ſi ego* 11. §. *partus, D. de publiciana*, ibi, *poſſeſſus non eſt.* Et conſequenter excluditur, quamvis partus vſucaptus nondum eſſet, ſufficit quippe matrem iam eſſe vſucaptam, & eius antiquum dominum nihil iuris in partu habuiſſe, atque ita ex eo quod apud eum conceperit, non admittetur ad partum. Quæ mihi videtur genuina interpretatio I. Conſulti.

60 Vltimò infertur adeo partum apud furem conceptum, & editum, furtiuum eſſe iuxta *ſuperius* dicta in ratione decidendi, vt non poſſit vſucapi antequam in poteſtatem domini reuertatur, *l.ancilla, C.de furtis*, ratio non eſt in obſcuro, nam cum res furtiua ſit inuſucapibilis, §*furtiua cum vulgatis, Inſt.de vſucap.* diximus latè *lib.*2.*cap.*7. tunc furti vitium non purgatur, niſi in poteſtatem domini partus perueniat *l.*4. §.*quod autem, cum ſeq. D.de vſucap.l.ſi adducta* 10.*Cod. de furtis, l.ſciens* 7.*C.de vſucap. pro emptore.* Vnde cum fur partum apud ſe editum iam incipiat contrectare ſicut matrem, non ſolum furti tenebitur ratione matris, ſed etiam partus, cuius vſucapio non dabitur donec in poteſtatem domini perueniat. Contra autem eſſet ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem ederetur partus, qui apud furem conceptus eſt, tunc enim licet furtiuus cenſeatur quo ad impediendam vſucapionem, iuxta rationem *ſuprà* traditam: furti tamen ratio ceſſabit, vtpote deficiente in bonæ fidei poſſeſſore naturali contrectatione *dict. l.qui vas* §.*ancilla*, notat Pinell. *lib.*2. *ſelect. cap.*1. *num.*19. *&* 20. & Gothofred. *ibidem*, & ante eos obſeruat Angelus *ibi num.*2. & ideo *in dict.l.ancillæ,* vt fur teneatur partus nomine actione furti, requiritur, vt natus ſit in poteſtate, quia tunc datur eius contrectatio, quæ cum ſit fraudulоſa *l.* 1. *in fin. D. de furtis*, actionem furti producit, vt non ſolum ad matrem, ſed ad partum teneatur; at in bonæ fidei poſſeſſore cum fraudis & doli cauſa ceſſet, iure optimo furti actio contra eum non datur *in d.* §.*ancilla.*

## §. IV.

### De ancilla quæ vacuo vtero ſubrepta concepit, & perperit, apud bonæ fidei poſſeſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Diſſertatio de ancilla ſubrepta, quæ apud bonæ fidei poſſeſſorem concepit, & peperit, in qua ſpecie partus vſucapi poteſt*, & n.2.

3 *Ratio huius rei.*

4 *Quo titulo vſucapiatur partus à bonæ fidei poſſeſſore*, & n.3.& 6.

7 *Titulus* pro ſuo *quo poteſt vſucapi partus quomodo intelligatur.*

8 L. non ſolum 33.de vſucap.& l.ſi ego 11.§.idem. de publiciana, *interpretantur.*

9 *Explicatio* l.qui ob pactionem.9. & l. ſeruus.10. D.pro emptore.

10 *Introducitur tractatio* l.4. §. de illo. D. de vſucap. *cum dictis legibus.*

11 *Commendatur eorum iurium difficultas.*

12 *Proponitur Ben. Pinelli ad ea iura ſolutio, & refellitur*, & n.13.& 14.

15 *Adducitur declaratio ad* d.l.4.§. de illo, *quæ magis videatur plauſibilior* & n.16.

17 *Confirmatur ea interpretatio fundamentis ex* d.l. qui ob pactionem, *&* n.18. 19.& 20.

21 *Explicatio ad* d. l. qui ob pactionem, *iuncta vera dubitandi, & decid. ratione*, & num. 22. & 23.

24 *Obſcura ſpecies* l.ſeruus 10.D.pro emptore, *aperitur*, & n.25.26.27.& 28.

29 *Cur in* dict. l.ſeruus, & in dict. l. 4. §. ſi antequam de vſucap. *emptio dicatur celebrata*, & n.31.

30 *Permutatio generaliter omnes contractus comprehendit, & cum emptione multa habet affinia.*

32 *De altera difficultate tractatur, quæ eſt inter* d. l.4. §.ſed etſi, & §.ſi antequam pariat *cum* l.iuſto. 44. §. etſi poſſeſſionis, de vſucap. *&* n. 33. 34.& 35.

36 *Quare* in d.§.etſi poſſeſſionis, *inſpiciatur ad vſucapionem partus non initium poſſeſſionis, ſed cauſa antiqua traditionis.*

37 *An de Iure Canonico procedat deciſio* d. §. etſi poſ-ſeſſionis.

38 *Difficile Pomponij reſponſum* in l.4.D.pro ſuo *variè ornatur, & interpretatur.*

39 *Variis argumentis conuellitur Pomponius*, & numero 40.

41 *Pomponij doctrina ibidem inepta videtur, & Tribonianus negligens, quod eam in libris Pandectarum intexuerit*, & n 43.

42 L.Quod autem 42.de ſeruit.Vrban.

44 *Adducuntur explicationes* ad dict. l. 4. D. pro ſuo.

45 *Refellitur Benedict. Pinel.*ad dict. l.4. *interpretatio.*

46 *Communis alia Antiquorum traditur interpretatio*, & n.47.49.& 50.

48 *Declaratur* l.Clam poſſidere de adquir.poſſeſ. & n.54.

51 *Supradicta Antiquorum interpretatio aliquibus conſiderationibus difficilis redditur.*

52 *Donelli ſententia* ad d.l.4. reiicitur.

53 *In deſperata hac* l.4. *retinetur Antiquorum ſolutio, & ſatisfit difficultatibus in contrarium propoſitis, &* n.56.& 57.

55 *Reſpondetur ad* l.ſi de eo, §.ſeruum, D.de adquir. poſſeſ.

58 *Explicatio ad* l.ſi ego 11.§.interdum,D.de Publiciana in rem act.

59 *Retinetur vulgaris Florentinorum Pandectarum lectio illius.*

60 *Clauſula huius tractatus.*

HVcvsqve egimus de partu, qui propter furtiuitatis vitium, vel conceptione, aut natiuitate apud furem contingente vſucapi non poteſt. † Nunc autem remanet inſpectio,quan-
1 do fur ipſe ancillam ſubripuit non prægnantem,quæ poſt venditionem ab eo factam, apud emptorem, vel alium quempiam bonæ fidei poſſeſſorem concepit, & peperit. † Quo caſu certiſſima eſt iuris re-
2 gula vſucapi partum, etſi ex ancilla furtiua natum, potuiſſe. Quam regulam præter *l.3.C.de vſucap.pro empt. probat. l. qui vas* 48.*§.ancilla de furtis, l. ancillæ* 12.*C.eod.l.ſi aliena, §.Scæuola,l.non ſolum* 33.*de vſucap. l.ſi ego* 11.*§.partus de publiciana lib.5. titul.29. part.3.* explicant ſæpius allegati in ſuperioribus capitibus Albericus, & Salicetus *in dict.l.ancillæ.* Cujac.*lib.44. Digeſtorum Iulian. in dict.l.non ſolum.* Benedict. Pinel. *dict. lib.2. cap.1. num. 23.* Ratio autem dependet ex dictis *ſupra*, quod partus ancillæ furtiuæ non eſt
3 pars matris. † Vnde licet mater ſit illo vitio affecta, partus qui non exiſtit in poteſtate furis, nullo vitio furti afficitur, vtpote à fure non contrectatus, neque poſtea bonæ fidei poſſeſſor eum contrectat, neque ab alio contrectatum accepit, atque ita alienus tantum cenſetur, & ob id rectè vſucapi poterit, docet Cynus *n.7.* Alberic. *n.2.in d.l.ancillæ.* Cujac. & Benedict. Pinel. *ſupra.*

4 Sed quo titulo partus vſucapiatur à bonæ fidei poſſeſſore dubium eſt maximum, quod iura ipſa in hac parte ſatis contraria videantur, necnon etiam & DD. vt conſtat ex Cyn. *num.10.verſ.quæro ergo.* Bald. *num.11.& 12.*Alberic.*num.6.& 7.verſ. ſed quæro,* Saliceto *num.15.& ſeqq.in d.l.ancillæ,* Pinel. *d.cap.1.n.43.* Plures eo caſu ſine titulo partum vſucapi voluerunt, moti ex *l.quod vulgo 11.D.pro emptore.*Quem errorem damnat Petrus de Bellapertica *in d.l.ancillæ,*qui ſimiliter fallitur, dum ait ex duplici cauſa partum vſu-
5 capi, quem reprehendit Pinel.*ſupra num.42.* † Dicendum itaque eſt cum Accurſ. *in dict.l.ſi ego, §.partus, verſ. partum*, non vſucapi partum eo titulo quo mater vſucaperetur, ſi furtiua non eſſet, ſed titulo *pro ſuo* eo in caſu, quo vſucapibilis eſt *l. 2. & l. 4. D. pro ſuo*, vbi docemur vſucapi poſſe partum ancillæ furtiuæ titulo *pro ſuo*, non tamen *pro hærede vel emptore*, quo titulo mater quæſita fuerat. † Ra- 6
tio eſt: nam ad vſucapionem non niſi titulus immediatus poteſt proficere, ille autem, quo mater quæſita eſt, non eſt immediatus vſucapioni, imo neque mediatus, quia nemo dicet partum conceptum, & editum apud bonæ fidei poſſeſſorem poſt tempus, quo mater eſt acquiſita poſſideri eo titulo, quo mater poſſidetur, vt docet Pinel. *ſupra num. 39. circa finem.* † Titulus autem *pro ſuo* eſt, quando ad nos 7
pertinere exiſtimamus alicuius rei dominium *l.1. D. pro ſuo.* Hic aut eſt generalis, aut particularis. Generalis titulus ſolet concurrere cum aliis ſpecialibus verbi gratia, quando tractatur de vna, eademque re vſucapienda; puta ancilla, quæ furtiua non erat, vel alia qualibet re, tunc enim ſi res illa ex titulo emptionis, vel alio titulo ſit habita cum titulo quo habita eſt, concurrit ille titulus *pro ſuo* generalis, vt *in dict. l.1.* Specialis autem titulus eſt, quando tractatur de vſucapiendo eo, quod ex rebus alienis à nobis poſſeſſis natum eſt, quia tunc non poteſt concurrere alius titulus, niſi *pro ſuo* ſpecialis, qui datur ad partum vſucapiendum, quem ex cauſa poſſidemus, & noſtrum eſſe exiſtimamus, occaſione videlicet matris, cuius dominium nobis acquiſitum eſſe putamus. Atque ita titulus *pro ſuo*, (vt rectè aduertit Pinel. *ſuprà numero 46.*) non eſt quid extrinſecum, ſed qualitas quædam poſſeſſionis à nobis ipſis, id eſt, opinione noſtra orta, quæ ſi præcedat iuſta aliqua cauſa, reducitur ad legitimum titulum, & vſucapioni anſam præſtat, & ob id à Paulo dicitur ſpecies poſſeſſionis *in l. 2. Digeſt. pro ſuo.*

Neque in contrarium nos ire compellunt Iulian. *in l.non ſolum 33.de vſucap.* & eius aſſertor Vlpian.*in d.l.ſi ego 11. §.idem Iulian. de Publiciana*, qui docent partum ancillæ furtiuæ ex eodem titulo vſucapi debere, ex quo vſucaperetur mater ſi furtiua non eſſet. Quod etiam adſtruitur ex *l. non quocumque 8. §. Iulianus de leg.1. & l.ſi id quod 73. de leg. 2.* vbi partus ancillæ emptæ videtur habitus ex cauſa emptionis. Nam reſponderi ſolet cum Accurſ. *in dict. §.idem Iulian. verbo vſucapere*, quem ſequitur Bald. & Caſtr. *in l.ancillæ*, ex Plin. *dict.cap.1.numero 39. & 41.* illa verba *ex qua cauſa vſucapere poſſem, ex ea cauſa me vſucapere partum*, intelligenda eſſe, id eſt, quod ex cauſa ex qua poſſet matrem vſucapere, poſſet etiam vſucapere & partum, non vi tituli, ex quo mater habita eſt, ſed occaſione illius.Exemplum ſit: Emiſti ancillam furtiuam bona fide, ſtatim illam pro tua poſſidere cœpiſti, cum putares per emptionem fuiſſe tibi quæſitum dominium eius, inde ſi poſtea ancilla apud te conceperit, & pepererit, partum titulo *pro ſuo* poſſidere incipies, occaſione tituli emptionis, quo mater habita eſt, quæ occaſio ſi deficeret, non poſſes titulo *pro ſuo* poſſidere, & vſucapere partum, cum ille titulus *pro ſuo* non poterat proficere ad vſucapionem, ſi non præcedat aliqua cauſa, vel tolerabilis ignorantia *l.3. & 4. §.fin. & l.fin. D.pro ſuo,* iuncta *l.apud antiquos 21. §. cum igitur, C. de furtis,* vbi bonæ fidei poſſeſſor domini cogitatione furem poſſidet: præcedente ergo legitima, vel iuſta cauſa vel tolerabili errore, quo partum tuum eſſe exiſtimes, ex eo quod matrem eius bona fide emeris, merito dicetur partum hunc à te vſucapione acquiri poſſe, ex qua cauſa, id eſt, occaſione tituli emptionis, quo mater eſt empta. Ita interpretatur Accurſ.

Accurſ. illa verba *ex cauſa argumento l.* 1. §. *ex incendio, Digeſt. de incendio, & ruina*, vbi notat Bart. *in princ.* quod quamuis dictio *ex* denotet cauſam proximam, aliquando etiam ſignificat cauſam remotam, itaque titulus *pro ſuo*, naſcitur ex altero titulo; *pro emptore* tanquam à cauſa immediata, quia certum eſt occaſione ipſius emptionis partum haberi, quæ emptio ſi non interueniſſet, neque vſucapio proce-
9 deret, vt partus adquireretur. † Quomodo etiam interpretandum eſt, quod idem Iulianus ait *in l. Qui ob pactionem* 9. *& l. ſequent. Digeſt. pro emp.* poſſe dominum, qui à ſeruo ancillam pro libertate accepit, eius partum quaſi emptorem vſucapere. Intelligendus eſt Iulianus non vt quaſi titulo *pro empore* vſucapiat, ſed occaſione, & cauſa, quia quemadmodum emptio, & venditio inter dominum, & ſeruum in dicta ſpecie contracta fuit, & termini habiles ſint ſupponendi, dicendum eſt partum vſucapi titulo *pro ſuo*, cui cauſam ſeu occaſionem dedit illa quaſi venditio inter dominum, & ſeruum celebrata, docet Pinellus *ſupra numero* 45. qui rectè contra Accurſ. contendit *numero* 44. partum, ibi, non acquiri titulo *pro ſoluto*, ſed potius titulo *pro ſuo*, vt diximus. Neque noſtra doctrina eneruatur *ex dict. l. quocumque* §. *Iuliano* cum ſimil. Quibus reſpondebis cum eodem Pinello *numero* 38. illa iura loqui in partu ancillæ prægnantis venditæ, vt diximus §. 2. *num.* 57. quæ non dicunt partum eodem titulo oneroſo matris acquiſitum cenſeri, ſed potius dicunt non videri habitum ex cauſa lucratiua ad effectum petendæ æſtimationis, ſi partus eiuſdem ancillæ legatus eſt iuxta regulam; §. *ſi res aliena. Inſtit. de legatis*: vnde manifeſtè oſtendunt titulum matris non extendi ad partum.

10 Sed aduerſus *ſupra* propoſitam concluſionem obſtat Pauli locus difficilis *in l.* 4. §. *de illo Digeſt. de vſucap.* vbi etiam ſi ſim bonæ fidei poſſeſſor, & apud me concipiat, & pariat ancilla, adhuc tamen furtiuus cenſetur partus, ita vt eum vſucapere non poſſim: ſpecies ea fuit: Seruus meus pro libertate ſua ancillam, quam ſubripuerat, mihi dedit, ea apud me concepit, & peperit. Quæſitum eſt an vſucapere poſſim? Sabinus, & Caſſius non putarunt quoniam vitioſa ſerui poſſeſſio domino nocet. Quæ ſententia cum à Paulo recipiatur tanquam vera, in contrariam partem habet Iulianum *in d. l. qui ob pactionem* 9. *& l. ſeruus* 10. *Digeſt. pro empt.* vbi diſertis verbis in eodem caſu vſucapionem concedit; cui parti fauere quoque videtur ipſe Paul. *in l.* 2. §. *& ſiquid*
11 *non bona* 14. *Digeſt. pro emptore.* † Quorum iurium difficultas maxima eſt, & in ea Interpretes defatigantur, vt conſtat ex adductis ab Oſualdo *ad Donel. lib.* 52. 25. *litt. G* & Genoa *in eorum iurium antinomia pag.* 295. qui omnes magis diuinant, quam explicant, ideo nos eorum omittimus & referre, & refellere interpretationes. Neque audiendus eſt Anton. Fab. *in dict. l. ſi ego* §. *interdum de publiciana pag.* 532. ſuo more receptam lectionem in fruſta ſecans, & iam in hoc, iam in illo verbo carnificinam exercere, putat Sabini, Caſſij rationem ineptam eſſe, & tollenda eſſe illa verba *& hoc verum*
12 *eſt*, & verbum *diximus* † Quare verius rem attigiſſe videtur Pinell. *dict. capite primo, num.* 24. dum credit illa verba, *quia poſſeſſio, quam ſeruus vitioſè nactus ſit domino noceret*, ea ratione appoſuiſſe Paulum, quia ſcientia ſerui ſubtrahentis ancillam, & domino pro ſua libertate dantis præiudicat vſucapioni, per dominum, licet ignorantem, & bona fide poſſidentem inchoandæ, *argumento l. cum mancipium* 51. *Digeſt. de ædil. edict. l. hæres* 41. §. 1. *de vſucap. iuncta dict. l.* 2. §. *ſiquid non bona Digeſt. pro empt.* †
13 Verum hæc traditio ſuſtineri non poteſt, & hoc rectè procederet, ſi de vſucapione ancillæ tractaretur, quo caſu certum eſt, ſerui ſententiam domino præiudicare, at cum ipſe furtiuam non eſſe ſenſerit, rectè potuit dubitari, an partus apud eum conceptus vſucapi poſſet. Rurſus videtur non ob illam cauſam *in dict.* §. *de illo*, partum non potuiſſe vſucapi: quoniam idem admittit Paul. §. *ſed ſi vt ſeruum* ſtatim ſequenti, vbi etiam ſi non dederit ſeruus ancillam, ſed alius, vt ſeruus manumitteretur, eaque apud dominum conceperit, & pepererit, eodem modo ait Paul. dominum non poſſe vſucapere, ergo non ob eam rationem fuit quia ſerui
ſcientia domino noceret. † Neque ſimiliter ſuſti- 14
neri poterit, quod ipſe Pinellus ab aliquibus receptus *d. cap.* 1. *num.* 29. docet accipiendum eſſe *d.* §. *de illo*, eo in caſu quando quis ancillam à ſeruo pro libertate accepit, ſed cum ipſa ab eo bona fide poſſideretur, apud dominum concepit & antequam pareret cognouit alienam eſſe; tunc vero vſucapio partus merito denegatur, quia cum voluit incipere vſucapere, iam habebat malam fidem, quæ obſtat initio vſucapionis §. *diuina*, *Inſt. de vſucap.* & ineptè ſubiungeret Paul. *infra in verſ. ſi antequam pariat*, ſe dixiſſe poſſeſſorem bonæ fidei non poſſe vſucapere partum quando ante natiuitatem eius ſciuit alienam eſſe matrem, niſi intelligeret in præcedentibus dari malam fidem de nouo ortam ante partum editum, cum integer ille verſus ſit ſolum declaratiuus præcedentium, vt rectè intellexit poſt Accurſ. *ibi verbo conceperit.* Imola *ibidem*, & Cuiac. *in dict. l.* 4. §. *hæres.* Quæ interpretatio, etſi adaptanda ſit *ad* §. *ſed ſi vt ſeruum*, qui immediatè ſequitur, tamen ad §. *de illo* neſcio quomodo adaptare queat, neque Sabini, & Caſſij rationi, quæ longè diuerſa eſt, qui vſucapionem negant, *quoniam poſſeſſio quam ſeruus vitioſe nactus ſit, domino noceret*, ergo propter ſerui, poſſeſſionem vitioſam, magis quàm, quod propter malam fidem domini alienam poſtea ancillam eſſe cognoſcentis, vſucapio impeditur. Vlterius, cum *in dict.* §. *de illo*, propoſitus ſit ille caſus iam dictus, ſequitur §. *ſed & ſi*, in quo cum aduerſatiua illa *ſed* proponatur, diuerſum caſum ac *in* §. *de illo* præſupponere debet, hæc tamen diuerſitas non poteſt eſſe, niſi quia in vna parte dedit ſeruus, in altera liber, & in prima parte ſeruus poſſidere cœperat, in altera vero cognouit dominus eſſe alienam ancillam.

Quare dicendum eſt *in d.* §. *de illo* ancillam ſubre- 15
ptam à ſeruo ab eodemque poſſeſſam, apud dominum habuiſſe, dum pactio intercederet de libertate ſerui, quo tempore ipſa concepit, & poſtea tranſlatam in dominum peperiſſe, quo caſu apud dominum concepiſſe ait Conſultus, quoniam cum ſeruus quicquid acquirit, acquirit domino *princ. Inſtit. per quas perſ. nobis acquir. l. placet* 79. *de acquir. hær.* videtur in poteſtate etiam domini, & apud eum concepiſſe, & etiam fuiſſe quoque in poteſtate ſerui, qui videtur adhuc eam poſſidere, & non tradidiſſe domino, & quamuis eſſet ſeruus, adhuc eam in bonis videtur habere ex *l.* 4. *D. de manumiſſ. l. ſi tuis* 7. *Cod. de oper.*
*libert.* † Sed vt clarius id explicetur aduerte, quod 16
cum ſeruus ſubripuit ancillam, in eo caſu nihil eſt, quod domino tunc potuit acquirere, non dominium quod erat apud dominum ancillæ, neque item poſſeſſionem, quæ iniuſta cum ſit, domino per ſeruum non acquiritur, *l. quod ſeruus* 24. *D. de acquir. poſſ.* atque ita quamuis ancilla fuit apud dominũ ſerui, quãdo libertatẽ ſeruo imponebat, adhuc tamen non poſſidebat dominus ex ſupradicta ratione. Vnde & ſi dicat Conſultus apud eum concepiſſe, intelligẽdus eſt dum ſeruus eſſet in eius poteſtate, qui ante acquiſitã libertatem nondũ eam deſineret poſſidere, hocque ſigni-

ficat verbum *apud*, vt non plenam poſſeſſionem ſignificet *l penes 68. de verb ſignific.* vbi notat Gothofr.
17 † Quæ opinio etiam eo fundamento conſtipatur, nam cum Iulian. docet *in d. l qui ob pactionem cum l. ſeq.* in ea ſpecie ſi ancilla concipiat, & pariat apud dominum, vſucapi poſſe partum, quod *in d. § de illo*, negatur propter vitioſam ſerui poſſeſſionem; coacta ratione dicendum eſt, adhuc *in §. de illo pactionem*,
18 iam eo tempore ſeruum non poſſidere. † Neque reſpondebit qui dixerit eſſe in eadem ſpecie diuerſas Iuris Conſultorum ſententias: nam præterquam quod dici hoc non poteſt, videntur eorum rationes
19 diuerſam ſignificare ſpeciem. † Alterum fundamentum eſt *in d. §. ſed & ſi*, vbi dicitur concepiſſe apud dominum, verum ea ratione impediri vſucapionem, quoniam ante natiuitatem cognouit ancillam eſſe furtiuam, hæc ratio non militat *in §. de illo*: ergo alia ratio aſſignanda fuit, quæ ſit diuerſa ab iſta; nulla alia aſſignatur niſi illa Sabini, ergo loquitur in eo caſu, quando ſeruus fur attingit poſſeſſionem partus, & non ſolum matris, aliàs ſi fuiſſet ob vitioſam matris poſſeſſionem tantum, etiam *in d §. ſed & ſi*, propter eam impediretur vſucapio, propter vitioſam dantis ſerui poſſeſſionem, & *in d. §. ſed & ſi* propter
20 malam fidem accipientis. † Conſtat ergo *in d. §. de illo*, cum apud ſeruum furem concepiſſet, non eſſe mirum ſi à domino vſucapi partus non poſſit. Ratio autem dubitandi fuit, nam cum ſeruus quicquid acquirit, acquirat domino *d. princ. Inſt. per quas perſonas*, & ipſe ancillam per furtum habuiſſe videbatur dominus, & non ſeruus ancillam poſſidere, ſi quidem nondum acceperat libertatem, & cum dominus eſſet bonæ fidei poſſeſſor, & partum vſucapere potuiſſe dicere quis poſſet, verum vt cum dixi non potuerit acquirere dominium nec poſſeſſionem, licet apud ſe tempore conceptionis eſſet ancilla, adhuc tamen partus cum à ſeruo poſſideatur contrectatus eſt, cuius vitioſa poſſeſſio domino nocet: vnde quod dicit ad dominum concepiſſe intelligendum eſt, id eſt, dum ſeruus adhuc eſſet in poteſtate domini, qui cum ipſe nihil ſuum habere poſſit, quamvis poſſidebat ancillam videbatur quoque eſſe apud dominum. Quæ interpretatio licet non ita ornata atque defenſa tradita fuit ab Oſualdo *d lib. 5. Donel. cap. 25. littera G. in fin.* & fuit de mente Ioannis antiqui Gloſſatoris, quem refert Accurſ. *in d. l. ſeruus 10. D. pro emptore verbo vſucapere*, & Bart. *in d. §. de illo*, dum ait fuiſſe furem in poteſtate vſucapientis, quod tanquam ſpeciale in illo textu adnotarunt Alberic. & Angel. *ibidem.*

21 Quibus negotium non facit Iulian. *in d. l. qui ob pactionem 9. Digeſt. pro empt.* vbi videtur contrarium ſtatuere *in d. §. de illo*, cui ſolent reſpondere Imola, Albericus, Angel. & Cuman. in eiſdem iuribus, (quos & ſi non omnes laudauerit, ſequitur Pinel. *d. cap. 1. num. 27.*) in illa ſpecie ſeruum, qui domino pro capite ſuo ancillam furtiuam dedit, non furaſſe ancillam, ſed bona fide ab alio accepiſſe, & domino tradidiſſe, quo caſu inquit Angelus, domino non nocebit vitioſa ſerui poſſeſſio. Sed hoc minimè adaptari poteſt *d. l. qui ob pactionem*, vbi illa ratio poſſeſſionis vitioſæ ſerui alium ſenſum habet, vt diximus, neque furis poſſeſſio vitioſa ancillæ, nocet bonæ fidei poſſeſſori partum vſucapienti, etiam ſi ſeruus ipſe furaſſet, vt *in dict. l. ſeruus*; alias nunquam partus vſucapi poſſet, ſi quia mater vitioſe poſſeſſa eſſet, partus bonæ fidei poſſeſſori natus, & conceptus aliquid impediret ad vſucapionem; & iuxta eam interpretationem nulla ratio dubitandi erat, quod à ſeruo accepiſſet, vel alio bonæ fidei poſſeſſore, præterquam quod ſecundum tradita *num. praeced.* minimè hæc interpretatio admitti poterit. † Quare reſpondendum exiſtimo, 22
Iulianum tantum proponere, dominum poſſe vſucapere partum ancillæ, quam ſeruus ſubripiens eidem pro libertate ſua dedit. Hoc tamen quomodo debeat procedere, non aperit, ſiquidem in eo dubitatio non erat, certumque ſit iuxta adducta *num. 1. ſupra*, debere concipere, & parere ancillam apud bonæ fidei poſſeſſorem, qui vno, & altero tempore bonam fidem habeat. Ratio dubitandi fuit, quod cum ſeruus ſubripuit, videbatur domino nocere eius iniuſta poſſeſſio, & ſcientia ſerui ad vſucapionem impedimentum erat, *d. l. heres 43. §. 1. de vſucap. d. l. 2. §. vt ſi non bona D. pro empt.* † Ratio decidendi eſt, 23
quod cum non fuerit partus à ſeruo contrectatus, ſed dominus ancillam vacuo vtero acceperit, eueniet, vt vſucapere poſſit. Idque Iulianus tanquam certum ſupponit indiſtinctè ſcribens, procedere poſſe vſucapionem, quemadmodum quoque ſupponit, debere dominum eſſe bonæ fidei poſſeſſorem, cum aliter vſucapio locum non haberet *dict. l. non ſolum cum aliis*: neque ſcientia ſerui, & vitioſa eius poſſeſſio, quicquam obeſt, id enim obtinet in perſona ancillæ, ſi de ea vſucapienda tractaretur *dict. §. etſi non bona*; non vero quando tractatur de partu vſucapiendo à ſeruo non contrectato, de quo nos loquimur.

Difficilior eſt *dict. l. ſeruus 10. D. pro emptore*, vbi 24
vitioſa ſerui poſſeſſio domino non nocet, nam omiſſis antiquioribus quos ſequitur Pinel. *ſupra num. 18.* qui dicebant, ſeruum liberum iam factum ancillam tradidiſſe, quod falſum eſſe probatur ex verbis fin. *d. l. ſeruus*, ibi: *venditio inter dominum & ſeruum*, quæ innuunt, illam quaſi venditionem celebratam eſſe, cum ſeruus adhuc maneret. Et contemptis aliis coniecturis Gæddei *in l. partum 26. de verbor ſignificat. num. 11.* qui ait Paulum nouiorem eſſe Iuliano, & in veteri diſſenſione relicta illius ſententia adhæſiſſe Sabino, qui ait *& hoc verum eſt, in dict. §. de illo*, ſed *d. l. ſeruus*, poſitam eſſe, vt extaret indicium aliquod illius diſſidij, quod merè eſt nugari, & merito reiicitur ab Oſuald. *d. cap. 25. littera G.* Reſpondendum eſt igitur ex dictis *ſupra num. 15. in d. l. ſeruus*, concepiſſe ancillam poſtquam venit in poteſtatem domini, cum neque ſerui vitioſa poſſeſſio partum attigit, vt diximus accidiſſe *in d. §. de illo*, quod ipſa litera denotat, dum poſt dationem libertatis ait concepiſſe: quo caſu cum non ſit partus à ſeruo contrectatus, rectè procedit vſucapio. † De ratione autem dubitaui, quæ non 25
videtur congruere deciſioni, ſed ſeparata eſt, & diſtans ab ea, nam quid commune habet hæc traditio, *poteſt dominus vſucapere*, cum illa ratione quam reddit Iulian. *quia quaſi emptio celebrata eſt inter ſeruum, & dominum?* Et multò obſcurius hoc fiet, ſi cum Pinel. *ſupra num. 25. & 45.* dixeris Iulianum *ibi* voluiſſe aſſignare titulum, ex quo dominus ancillam poſſideat, vt ſcilicet poſſideat ex titulo habili ad vſucapionem, qui reſultat ex conuentione ſuper ſerua fugitiua, conuentio videtur accedere venditioni, & dum meminit tituli *pro emptore*, non eſt ad eum effectum, vt pro emptore vſucapiatur, ſed quia dominus habet titulum quaſi pro emptore reſpectu ancillæ, ex qua partus editur, quia videbatur non iuſto titulo habita & conſequenter non poſſe iuſte procedere titulum ad partum vſucapiendum, quod vt excludat, ait, quaſi emptionem fuiſſe celebratam. † Quæ inter- 26
pretatio videtur adiuuari ex *dict. l. 4. §. ſi antequam pariat.* ibi: *Initium vſucapionis intueri debemus, ſicut in rebus emptis placuit*, vt ſcilicet in ſupradicta ſpecie videatur contrahi quaſi emptio & venditio. Quæ etſi vera ſint in ſe, non aperiunt id quod quærimus, quomodo ſcilicet illa ratio quaſi venditionis extorqueat, poſſe dominum vſucapere, nam

propter

propter illam rationem *quod res ei abſit*, quilibet poſſet vſucapere, etiam malæ fidei poſſeſſor, cum ratio ita generalis ſit, vt vſucapio ancillæ propter eam non excludatur. Et altera ratio inepta videtur, ſi quis ſe poſſe vſucapere affirmaret, quia ex contractu emptionis accepiſſet, & falſum eſſet, ſi in illo caſu diceremus, ex titulo emptionis vſucapere, ex dictis *ſupra numero ſecundo.* Non latuit hæc difficultas Accurſ. *in dict. leg. ſeruus verbo namque*, qui ait, non eſſe rationem illam quare dicatur vſucapere, ſed quare videatur quaſi emptor, quod alto ſilentio omnes Interpretes retinuerunt.

27 Quare reſponderi poſſe ita dicebam, Iulianum ſatisfacere voluiſſe tacitæ obiectioni, quæ opponi poterat contra vſucapionem in illa ſpecie, quæ eſt, quod cum dominus à ſeruo ancillam accepiſſet, videbatur ſemper eam retinuiſſe in poteſtate ex eo tempore, quo ſeruus eam poſſederit, & conſequenter poſſeſſione ex perſona ſerui in dominum continuata, non poſſe bonæ fidei poſſeſſorem effici, neque vſucapere, quantumvis haberet bonam fidem, quæ ei non proficiebat, licet inter eos conueniſſet, vt pro libertate daret ancillam, cum ſeruus nihil dabat ex ſua parte, neque poterat habere, quod do-
28 mini non eſſet. † Cui dubio voluit Iulian. ſatisfacere illa ratione, *quod res domino abeſſet*, id eſt ſeruus, qui per libertatis dationem ei ſubſtractus eſt, & ſic contractus quidam emptionis interueniat, dum ſeruus præſtitit ancillam, & dominus libertatem. Quaſi diceret, rectè eum eſſe bonæ fidei poſſeſſorem, cum videatur emiſſe, neque poſſeſſionē, quam habet, eandem eſſe ancillam, quam habuit ſeruus, à quo (contractum celebrans) emiſſe videtur, vt diximus, *l. 4. de manumiſſ.* cum adductis *ſuprà numero decimo quinto.* Cuius rei ſignum eſt, quod *ei res abſit*, id eſt ſeruus, pro quo accepit ancillam, quam non poſſideret, niſi ita contractus ille interueniſſet, antequam ei non erat acquiſita ancillæ poſſeſſio, *dict. l. quod ſeruus 24. de acquirend. poſſeſſ.* ex quo deducitur eſſe bonæ fidei poſſeſſorem, & ideo vſucapere poſſe.

29 Sed reſtat inquirere circa ea iura cur quaſi emptionem celebratam fuiſſe in illo caſu afferat Iulian. & Paul. *in dict. l. 4. §. ſi antequam*, emptis rebus aſſimilet eam ſpeciem. In qua re opinor, quaſi emptionem genere quodam fuiſſe celebratam, non quia eo caſu interueniret, cum de nullo pretio conuentum fuit, quod de ſubſtantia emptionis requiritur, *§. pretium autem, de empt. & vend.* Connan. *libro 7. comment. cap. 6.* Gomez *2. tom. variar. cap. 2. numero 9.* neque fuit in pecunia numerata *l. 1. de contrahen. empt. l. emptionem 7. Codic. de rerum permutat.* cum alioquin conſtare non poſſit, quid pretium ſit, & quid merx, neque venditor in eo caſu ab emptore diſcernatur, quam ob cauſam emptio rebus non fit *l. pen. Codic. de rerum permut.* vnde dicendum eſt permutationem inter dominum, & ſeruum celebratam eſſe, vtpote quia vnus dedit libertatem, & alter ancillam *l. naturalis §. 5. l. etſi quidem cum ſequent. & §. ſed ſi dedi D. de
30 præſcript. verbor.* † Quo caſu cum permutatio ſit, & hæc proprio nomine careat, & eius appellatio generaliter omnes contractus comprehendat, vt tradit Bart. & Ang. *numero 2.* Iaſon. *numero 7. in l. iuris gentium de pactis* Cujac. *lib. 5. quæſt. Paul. in dict. §. etſi quidem*, vbi Meneſes *numero 3.* VVeſembech. *ad tit. de rer. permutat. numer. 1.* Vacon. *libro 1. declarat cap. 27. numero 8.* Berengar. Fernandez *in l. pacta conuenta cap. 3. numer. 43. de contrahend. emp.* Quia tamen multa habet affinia cum emptione *C. de rer. permutat. l. 2. D. eod. l. fin. D. ex quibus cau. in poſſeſſ.* notant Hotman. *lib. 19. epitomat. in Pandectas tit. 4. numer. 7.* VVeſen. *vbi ſupra
31 num. 2.* Ant. Gomez *tom. 2. var. c. 8. in fin.* † Emptionem fuiſſe celebratam genere quodam docet Vlpian. id eſt, quodammodo id negotium venditioni ſimile ac proximum eſt, vt explicat Cujac. *lib. 4. obſeruat. cap. 8.* nam in hoc caſu permutatio & emptio pari paſſu ambulant, vt *in d. l. 4. §. ſed etſi verſ. idemque fore.*

Nunc autem neceſſarium erit, vt explicemus al- 32
teram difficultatem, quæ remanſerat ex *d. l. 4. §. ſed etſi*, qui ex communi placito Accurſ., Cujac. & aliorum, quos ſequitur Pinel. *d. cap. 1. numero 29.* reſpondendum erit procedere, quando ancilla ab aliquo fuit pro ſerui libertate data domino, quo bona fide poſſidente, ancilla concepit, ſed antequam pareret, cognouit eam eſſe alienam, quo caſu denegatur vſucapio, quæ cum bonam fidem initio poſſeſſionis requirat *l. vnica Cod. de vſucap. transform. §. diutina, Inſtit. de vſucap.* tempore autem quo partus naſcitur, & incipit poſſideri, malæ fidei poſſeſſor eſt, atque ita excluditur. Quæ interpretatio probatur ex *d. §. ſi antequam*, qui perperam fuit ſeparatus à § *ſed etſi*, cum vnam incontinentemque habeat deciſionem. Nam cum dicat *ſi antequam pariat, alienam eſſe reſcierit emptor, diximus non poſſe eum vſucapere*, conſtat *in dict. §. ſed etſi*, ita caſum eueniſſe, ex vocula illa *diximus*, quam non referas *ad §. de illo*, ſed tantum *ad §. ſed etſi.* Et quamvis illa vox de magis ſeparata ſpecie videatur relationem facere, ſatis propriè manet relatio habita *ad §. ſed etſi*, cum interpoſitus verſus *demque fore*, alios caſus intromittat, quibus explicitis iterum ad emptorem, de quo fuerat loquutus redit.

Aduerſus quam veram traditionem inſurgit Pa- 33
pin. *in l. iuſtè 44. §. etſi poſſeſſionis D. de vſucap.* vbi ſcribit, quod ſi quis ancillam bona fide cœperit poſſidere, partum eius vſucapere poterit, quamvis antequam pareret, alienam eſſe cognouerit, cuius legis meminimus *ſupra §. 2. numero 6. & §. 3. numero 20. & ſequent.* ſed vltra ibi adducta, huic obſtaculo reſponde diſtinguendo inter ancillam furtiuam & alienam: furtiua eſt quæ vitio furtiuitatis afficitur, ita vt ſit inuſucapibilis, iuxta *dict. l. qui vas §. ancilla D. de furtis.* Aliena eſt, quando res non fuit à principio contrectata, ſed aliquo caſu peruenit in poteſtatem non domini *l. poteſt 36. de vſucap. §. furtiuæ verſ. ſed tamen, Inſtitut. eod.* in qua acquirenda neceſſaria eſt vſucapio, ſi ancilla furtiua eſt, & antequam pareret, furtiuam eam eſſe cognouit bonæ fidei poſſeſſor, eo in caſu non poterit partum apud ſe conceptum vſucapere, ex ratione de qua *ſupra dict. §. 3. numero 18.* iuxta quam ſpeciem procedit *dict. §. ſed etſi*, & *§. ſi antequam pariat.* Quod idem admittendum eſt, quando antequam conciperet ancilla aliena, cognouit eſſe alienam vt obſeruant DD. quos allegat Pinel. *ſupra numero 49. & verſ. & quod attinet*, (licet ab ea immerito diſcedat, vtpote quia non potuit ſe liberare à difficultate *d. §. etſi poſſeſſionis.*) Si vero cognouit ancillam alienam eſſe poſtquam iam conceperat, tunc rectè partus vſucapitur, etſi tempore natiuitatis erat in mala fide. Quo caſu procedit *dict. §. etſi poſſeſſionis*, in cuius ſpecie ponendum eſt, ancillam fuiſſe prægnantem emptam, nam fingitur tunc comparatæ ancillæ tempore natus *dict. leg. pen. de ſtatu hom.* † Neque conſiderantur duæ poſſeſſiones 34
pueri, vna tempore, quo fuit in vtero, altera vero tempore quo naſcitur, ſed tantum vna poſſeſſio, ita vt bona fides, quæ in ancillæ traditione interuenit, ad partum quoque porrigatur. Docuit Accurſ. *in d. §. etſi poſſeſſionis verſ. quod alienam*, quem ſequitur Cumanus *ibi numer. 1.* & eo non relato Cujac. *lib. 23. quæſt. Papin. dict. §. etſi, in fine* Donel. *lib. 5. comment. capit. 25. verſ. hic obſtat*, & Anton. Fab. *in dict. leg. ſi ego §. interdum de Publiciana pag. 531. in fin.* † Ra- 35
tio autem differentiæ eſt, quia in ancilla furtiua non

non tribuitur poſſeſſori, vt bona fides, qua cœpit
poſſidere matrem, proſit quoque ei, ad hoc vt vi-
deatur partum eadem fide poſſediſſe, idque factum
eſt odio furti, quod committere iam videtur, qui
adhuc retinet ancillam, quam cognouit eſſe ſubre-
ptam *argument dict. l. qui vas §. ancilla*, vbi cum actio
furti non habeat locum contra bonæ fidei poſſeſſo-
rem, à contrario danda eſt, ſi iam ſit malæ fidei poſ-
ſeſſor: at qui cognouit ancillam fuiſſe alienam tan-
tum, ideo partum vſucapiet, quia eodem iure vide-
tur eum poſſidere, quo & matrem, & ſicut eam vſu-
capere potuit, quamvis iam haberet malam fidem *l.
bona 48. §. in contrarium D. de adquirend. rer. dom. l. pe-
nult. D. pro empt.* ſic poſſet & partum, cuius vſucapio
rectè cœpta non interpellatur ob ſuperuenientem
malam fidem, tradit Donel. *d. cap. 15.* & Pinel. *dict.*
56 *numero 51. verſ. dum vero.* † Verum ego vellem, vt
ipſi explicarent illius ſingularitatis rationem, quare
*in dict. §. etſi poſſeſſionis*, non initium huius poſſeſſio-
nis inſpiciatur, ſed cauſa antiqua traditionis. Quam
difficultatem aſſignarunt Caſtrenſ. Imol. Cuman. &
Angel. *ibi* non tamen explicarunt. Dicendum ergo
eſt Papin. illic non coniungere poſſeſſionem partus
cum poſſeſſione matris, ſed tantum ait, bonam fi-
dem, quæ initio traditionis matris adfuit, inſpici ſo-
lere, & in poſſeſſione partus, vt poſſit vſucapi. Ra-
tio in eo videri eſt, quia cum bona fides inſpiciatur
initio traditionis, & tunc partus eſſet in vtero (vt
dixi) ad traditionem tunc factam videtur pertinere,
eodem modo, itavt quando mater tradebatur, & par-
tus quoque traditus videretur, *argument. l. fin. §. non
ſolum D. quæ in fraud. cred.* cum venditus cenſeretur
cum matre, eodemque iure quæſitus *l. ſi quod 73. D.
de legat. 2.* quo caſu bona fides, quæ traditioni adeſſe
neceſſe eſt *l. ſi is qui 15. §. fin. de vſucap.* & in partus
traditione adfuiſſe creditur cum toto illo tempore
durauerit matris continua poſſeſſio, quam etiam &
in partu poſt natiuitatem habet, vnde non eſt neceſ-
ſaria bona fides, ſed illa ſufficiet, quæ initio fuit
37 cum partum emiſſet ſimul cum matre. † Sed quo-
niam hac in parte Ius Ciuile erat iniuſtum, bonam
fidem duntaxat exigens initio vſucapionis, non ve-
ro reliquo tempore, quoad hunc articulum non po-
terit procedere Pap. deciſio attento Iure Canonico,
quo per ſingula momenta bona fides requiritur in
vſucapiente, itavt ſi ſuperueniat mala fides, vſucapio
interrumpatur *cap. fin. de præſcript.* (explicat Fachin.
*libro primo, controuerſ. cap. 63.*) Idque etiam iure no-
ſtro probatum extat ex *l. 54. tit. 5. part. 5.* vbi Greg.
alia ſimilia iura allegata, videndus Molina *de iuſt.
tomo primo, diſputatione 66.* Couarruuias *in reg. poſ-
ſeſſor. 2. part. §. vndecimo, per totum*, & ideo non po-
terit vſucapi partus, ſi ante impletam eius vſuca-
pionem poſſeſſor ancillam furtiuam vel alienam eſſe
cognouerit, neque intererit an furtiua ſit vel aliena,
vt obſeruat Pinel. *ſupra n. 52. & 63.*
38 Sed his omnibus aduerſatur Pomponij reſponſum
*in l. 4. Dig. pro ſuo.* Vbi ſi bona fide ancilla furtiua
empta ſit, eaque apud bonæ fidei poſſeſſorem con-
ceperit & pepererit, ſi procedente vſucapione par-
tus, matrem eius furtiuam eſſe cognouit, negat con-
tra Trebatium vſucapionem procedere, niſi ea diſtin-
ctio adhibita ſit, vt ſi ſcierit cuius eſſet ancilla, cer-
tiorem dominum faciat, aut ſi non poſſit, forte quia
aliquo impedimento detinebatur, vel ita abſens erat
dominus, vt certioratio ad eum non poſſet perueni-
re, tunc poterit vſucapere: ſin vero cum ſciret &
poſſet dominum certiorem facere, non fecerit, vſu-
capionem ait locum non habere. Quæ traditio vi-
detur aduerſari Paulo *in dict.* l. 4. §. *ſi antequam pariat,*
dum indiſtinctè docet initium, vſucapionis intuen-
dum eſſe, ſi cum iam vſucaperet emptor, cognoue-
rit alienam eſſe ancillam, atque ita valet vſucapio,
cum principio habuit bonam fidem, quæ iuxta or-
dinarias regulas vſucapionis tunc adeſſe debet, vt di-
ximus. † Quæ difficultas ſumme grauis eſt, & in 39
qua videntur I. C. apertè diſſidere, & Paulus Tre-
batij ſententiam amplecti videtur, quam reprobat
Pomponius, ſine ratione, vt opinor, cum etſi clam
poſſidere videatur, hoc procedit, & habet locum
quantum ad ancillam *l. ſi de eo 40. §. ſeruum D. de
adquirend. poſſeſſ.* non vero quoad partum, qui cum
ſemper poſſeſſus fuit bona fide *pro ſuo*, non poteſt di-
ci furtiuus, neque contractus, & conſequenter ne-
que clam poſſeſſus *l. clam poſſidere 6. verſ. non enim
Digeſt. de adquirend. poſſeſſ. l. 3. § final. Digeſt. quod
vi aut clam.* † Deinde mihi videtur infructuoſa 40
non ſolum illa certioratio, verum inepta, nam qua
ratione vſucapionem inducere vult, eadem vſucapio
nunquam effectum habebit, idque ex eo patet, ſi-
quidem monitus & certioratus dominus non ſolum
ancillam recuperabit, ſed etiam & partum nondum
vſucaptum, quod euenire facile poterit, nondum
tempore vſucapionis completo, & ita irrideri pote-
rit poſſeſſor, qui ipſe ſuo damno cauſam dedit. †
Quibus ita inepta apparet Pomponij traditio, vt 41
Tribonianus negligentiæ crimine coargui poſſit,
quod libris Pandectarum hoc caput intexuerit, quin-
nimo & ipſe Pomponius ignoranter ſane videtur in
eodem articulo pertractando ſeſe geſſiſſe. † Cui 42
non eſt inſolens, huiuſmodi reſponſa proponere, quæ
ſine ratione procedere videantur. Exemplum præſtat
*l. quod autem 7. Digeſt. de ſeruitut. Vrban.* ibi, *propter
naturalem motum arboris.* Quæ ratio inepta indicatur
à Baldo & Fulgoſ. *ibi*, quaſi nihil concludat ad id quod
adducitur, & ita in eius explicatione defatigantur
Caſtrenſ. Angelus, Cujacius & Anton. Fab. *illic.*
Connan. *libro quarto, comment. capite 2. numero ſexto,*
Radulph. Forner. *libro ſecundo, quotid. cap. 12.* Zoan-
net. *in reſtitut. ad Pandect. cap. 25.* Donellus *libro vn-
decimo, comment. cap. vlt.* vbi Oſuald. *littera E.* † Ve- 43
rum, quia *dict. l. 5. in libris Digeſtorum* collocata ex-
tat, & adhuc ipſe Pomponius cum Trebatij ſenten-
tiam perlegerit, nihilominus eam reprobauit, affir-
mare poſſumus hoc ſine ratione iuris non feciſſe, &
ideo neceſſe nobis erit eius mentem aſſequi & ape-
rire. † Et in primis Pinellus *ſupra ex numero 56.* exi- 44
ſtimat *in d. l 4.* bonæ fidei poſſeſſorem poſtquam co-
gnouit ancillam eſſe furtiuam, & tacet, contrecta-
re videri, cum furtum inuoluat clandeſtinitas *l. 1.
Digeſt. de furt. l. ancillæ 12. Cod. eod.* ibi, *ſi hanc cau-
ſam non ignorent.* Quod idem & ad partum produci-
tur, quando poſſeſſor clam retinet, ſciens ancillam
eſſe furtiuam, & ideo vt hoc vitium adimatur, ne-
ceſſariam eſſe certiorationem, qua tollitur clande-
ſtinitatis vitium, & ſtat titulus *pro ſuo*, & conſe-
quenter procedit vſucapio, quia quem cœpi iuſtè
poſſidere *pro meo*, dum titulus non remouetur, vſu-
capere poſſum, non obſtante ſimplici mala fide. Idem
eſt ſi non potuit dominum certiorare, quo caſu ſo-
lam malam fidem habere creditur, non autem ani-
mum clam poſſidendi, qui ſi poſſet, certioraret, &
ita manet titulus *pro ſuo*: ſi autem ſciuit & noluit,
clam voluit poſſidere; quæ poſſeſſionis qualitas tol-
lit qualitatem poſſeſſionis *pro ſuo.* † Sed hæc neſcio 45
an tollat difficultatem, qua inuoluitur Pomponius,
& in effectu nihil aliud addit Pinellus, niſi litteram
Pompi paraphraſi quadam ampliorem reddere, non
clariorem. Neque doctrina vera eſt, nam eo mo-
do ſequeretur, bonæ fidei poſſeſſorem ſemper ex
ſcientia rei alienæ effici contrectatorem, itavt ne-
queat vſucapere partum, quem prius bona fide poſ-
ſidere cœperat. Quod negat Paul. *in dict. §. ſi ante-
quam*, cui minimè ſatisfactum eſt. Deinde vellem à

Pinello

Pinello edoceri, quomodo poſſit titulus *pro ſuo* dari in vſucapiente, certiorato iam domino ancillæ, ſi titulus ille iam per malam fidem euanuit, qui alias eſt ita debilis, vt proueniat ab ipſius poſſeſſoris cogitatione. Neque ſi reſpondeat Pinel. quod etſi mala fides ſuperueniat, dum titulus non remouetur, locum habebit vſucapio, quidquam proderit, ſiquidem eo caſu, quoad eſt ſcientia rei alienæ, & dominus iam eſt certioratus, non poſſum ego poſſidere *pro meo*, quia iſte titulus conſiſtebat in mea ignorantia cum domini cogitatione poſſidebam *l. apud antiquos* 21. §. *cum igitur*, ibi, *bonæ fidei poſſeſſor domini cogitatione furem poſſidet Cod. de furtis*, quod cum iam deficiat deſtructo fundamento tituli, & titulus quoque non ſubſiſtit; & hæc interpretatio Pinelli non ſatis difficultatibus ſupra propoſitis reſpondet.

46 Quamobrem ab aliis receptior fuit illa, quam primus omnium tradidit Dynus & Iacobus de Aretio, quos refert & ſequitur Alberic. *in l. ancillæ n.6. C. de furt.* & tradit Odofred. *num. 5. verſ. etſi quæras*, vbi etiam Caſtrenſ. *circa fin.* & Salicet. *num.16.* Cuman. *in dict. l. 4. numero tertio, verſ. ſed tunc obſtat.* Qui aiunt diſtinguendum eſſe inter hos duos caſus, an poſſeſſor ſimpliciter cognouit ancillam eſſe alienam, cum reuera eſſet furtiua, vel an cognouit eſſe furtiuam. Primo caſu procedit vſucapio, ſi poſſeſſionis initium ſine vitio fuit, quia tunc non intelligitur celare, neque clam poſſidere. Secundo vero caſu quando cognouit eſſe furtiuam, tenebitur, vt vſucapio procedat, adhibere certiorationem, de qua *in dict. l.*4. aliter autem contrectare videtur ma-
47 trem & partum clam poſſidere. † Ratio differentiæ eſt, quoniam cum furtum ita odioſum ſit, ſequitur exinde, vt ſi celauerim furtiuam ancillam iam contrectare videar *dict. l. ſi de eo §. ſeruum*, cum iniuſta ſit ea poſſeſſio *l. commun.* 7. §. *inter prædones. Digeſt. comm. diuid.* conſequenter furtum committo, & mihi interdicitur vſucapio, iuxta regulam qua furibus rerum vſucapio interdicitur, quæ tamen vt pro-
48 cedat, ea ſolemnitas certiorationis introducta eſt, qua clandeſtinitatis vitium purgatum eſt. † Verum tunc obſtat *l. clam poſſidere*, ibi: *non enim ratio obtinendæ poſſeſſionis, ſed origo nanciſcendæ exquirenda eſt*, qua docemur eum qui cum clam non poſſideret, ſed iuſtam habuit cauſam poſſidendi, ſe celauerit, non videtur clam poſſidere, quia inſpicitur ſolum origo poſſeſſionis. Quod in ſpecie *dict. l.* 4. dicendum erat, cum à principio clam non poſſederit. Cui difficultati reſpondent poſt Accurſ. ibi *verbo obtinendæ* Duarenus *ibi*, & Cuiacius *tractat.* 7. *ad African. in dict. l. ſi de eo §. ſeruum*, vt Giphan. qui ex ſupradicta diſtinctione hanc rem ita temperarunt, vt *dict. l. clam* loquatur non de re furtiua, ſed de alio vitio poſſeſſionis, veluti ſi cognouit poſſeſſor, vel rem ad ſe non pertinere, vel ſe aliam iuſtam cauſam poſſidendi non habere. Quod caſu non poſſidet clam, nam alias ſequeretur vſucapionem interrumpi ex ſuperuenientia malæ fidei contra *l. vn. Codice de vſucap. transform.* cum vulgat.

49 † At *in dict. l.* loquitur Pomponius de re quam cognouit poſſeſſor eſſe furtiuam. Differentia eſt, quod ſingulare eſt hoc admiſſum in partu ancillæ furtiuæ, quæ cum non poſſet ab vllo poſſeſſore vſucapi propter odium furti, vix admiſſum fuit partum eius vſucapi, aut certè admiſſum non fuit ſine varia diſtinctione, & ſtrictius admiſſa eſt vſucapio partus illius, quæ ob furtum ipſa non erat vſucapibilis, & ita ſi cognouerit eſſe ancillam furtiuam, clam poſſidere videbitur poſſeſſor, licet alias non videatur clam poſſidere, qui cœperat bona fide.

† Neque obſtat quod non videatur alicuius eſſe 50
vtilitatis dominum certiorari, ſiquidem poteſt, (vt credibile eſt) partum nondum vſucaptum cum matre vindicare. Nam reſpondeo id eſſe introductum odio furti, vt dixi propter quod ſtrictiore iure vſi ſunt Conſulti, ita vt ægre admiſerint illam partus vſucapionem. Et quæri non debet poſſeſſor cum eo in hac re tam grauiter agi, cuius celatio malum deſignat animum rem alterius ſubtrahendi, quo poſſeſſione effecta clandeſtina, ſatis fuit, ſi ei concedatur adquiſitio partus, quando non potuit certiorare, vel quando dominus fuit negligens in repetenda ancilla & partu, quibus in caſibus eum potuit adquirere & effugere furti iudicium, quod ex eius mala fide & clandeſtinitate procedebat *l.* 1. *in princip. Digeſt. de fugitiuis*, *iuncta l. qui vas §. ancilla de furt.*

Verum hæc non explent animum meum, propte- 51
rea quod ea diſtinctio inter cognoſcere rem alienam vel furtiuam eſſe, nullo iuris fulcro munitur, imo apertè deſtruitur ex diſtinctione à nobis *ſupra* adhibita *numero* 33. *& ſequent.* ad interpretationem *dict. §. etſi poſſeſſionis*, *& dict. § ſi antequam.* Neque vera aut ſaltem probabilis aſſignatur ratio differentiæ, quare cum eſſet furtiua, ſi cognoui eſſe alienam, tunc poſſim vſucapere, non vero ſi vere cognoui eſſe furtiuam, cum plus in vno caſu debeat eſſe in re, quam in opinione, *argument. l. regula* 9. §. *qui ignorauit. de iuris & fact. ignor. leg.* 4. §. 1. *de manumiſſ. vind.* §. *ſi quis rem ſuam, de legat.* vbi Pichard. & Mynſinger. Donellus *libro* 8. *comment. capite vndecimo, in fin.* Morla *in empor. titul. de iuris dict. quæſtione vigeſima ſexta numero octauo*, neque malitia intrinſeca furti tollitur aut minuitur ex eo, quod ſciam rem eſſe alienam, cum ita in vno quam in altero caſu vigeat ſiquidem Paul. in ea ſpecie non concedit vſucapionem *in dict. §. antequam.* Secundò adhuc viuit difficultas *dict. l. clam* quæ cum generaliter loquatur, neſcio qua ratione rem alienam tantum comprehendere dicamus. Neque difficultatibus *ſupra* propoſitis *numero* 38. ſatisfactum manet, neque iuris certo principio, quo docemur vſucapionem non interrumpi, etiam ſi quis ex poſtfacto habeat malam fidem *dict. l.* 1. *vn. Codic. de vſucap. transform. l. bonæ fidei* 48. §. 1. *Digeſt. adq. rer. dom.* §. *diuina de vſucap.* nam etſi celauerit, non ex eo efficietur eius clandeſtina poſſeſſio *dict. l. ſi de eo §. ſeruum. Digeſt. de adquir. poſſeſſ.* aliàs autem diceremus vſucapionem non procedere, ſi aliquis intra conſtitutum tempus in malam fidem accidiſſet, quod eſt contra iuris regulas, quæ aiunt ſufficere initio adfuiſſe bonam fidem. † Non placet Do- 52
nelli ſententia *libro* 5. *comment. cap.* 25. *in fin.* qui ait *in dict. l.* 4. non interrumpi vſucapionem ob ſuperuenientem malam fidem, ſed quia non perſeuerat iuſtus titulus poſſeſſionis, nam vſucapiens prius poſſederat *pro ſuo*, qui titulus nunc deſinit, cum partum ſuum non eſſe cognoſcat. Sed iuxta hanc interpretationem ſequeretur, nunquam poſſe vſucapi partum ex ancilla furtiua editum, niſi titulus adſit, quod cum verum ſit, inpoſſibile eſt, quod titulus *pro ſuo* deficiat, niſi deficiat bona fides, vt dicemus.

Quibus ita confuſum manet ſupradictum Pom- 53
ponij reſponſum, vt de eius vero ſenſu deſperauerim, cum vix poſſit colore aliquo difficultatibus & conſiderationibus iam penſatis ſatisfieri, niſi retineamus ſuperiorem diſtinctionem *ſupra* explicatam, quam aliis fulcire neceſſe erit fundamentis, & difficultates *ſupra* conſideratas placare. Itaque inter res furtiuas & alienas ea differentia admiſſa

 eſt,

eſt, vt illæ non poſſint vſucapi, niſi adhibito mo-
deramine certiorationis, quia ſtrictius in eis vſuca-
pio procedit, & adhuc differentiam agnoſcamus in-
ter cognoſcere, an ſit res aliena vel furtiua. Cum
celo rem furtiuam, videor furtum approbare, &
quaſi coadiuuare, ſiquidem quantum in me eſt, vel
in me ad dominum perueniat, qui nulla cauſa rem
56 ſuam perdidit, niſi ex iniquitate furis. Sed cum ſcio
rem eſſe alienam, etſi celauero, nolo crimen in-
tendere, ſed exiſtimo aliqua rationabili cauſa ab
domino fuiſſe deperditam, & ne quod impendi in
eam, vel ne nummos quos in ea comparanda con-
ſumſi, deperdam, cœlo, non vt crimen approbem,
ſed ne damno efficiat, *argument. l. congruit.* 13. *Di-
geſt. de offic. Præſid.* ibi: *receptoreſque coercere ſine qui-
bus latro diutius latere non poteſt.* Vnde in celatione
rei furtiuæ crimen approbo, etſi rei alienæ cum
malitia non interuenerit *l. 1. Cod. de vſucap. pro
empt. l. ſi liberam,* 10. *Cod. quod cum eo*, nullum cri-
men foueo, & ita minor eſt malitia in vna quam
in alia ob idque in vna datur vſucapio, non in
54 alia. † Neque obſtat *d. l. clam.* ibi, *origo.* Cui reſ-
pondeo non agi ibi de vſucapienda re, ſed an quis
videatur poſſidere clandeſtine vel non, cum etiam
vſucapio ibi procedere non poterat, cuius initium
fuerat cum mala fide, ſiquidem poſtquam docuit
Iuris Conſultus *clam poſſidere* dici de eo, qui fur-
tiue ingreditur poſſeſsionem, ſequenti verſu de eo
loquitur, qui non furtiue ingreditur, vt *in dict. leg.
ſi de eo* §. 2. *&* 3. Quod etſi ſit cum ſcientia rei
alienæ, non tamen ex eo clam poſſidebit, *argu-
ment. l.* 4. §. *item ſi occupaueris*, *de vſucap.* & pro-
batur ibi, *aut aliqua ratione bonæ fidei*, quæ verba
comprehendunt non ſolum eum qui bona fide poſ-
ſidet, ſed in antecedentibus denotant eum, qui
mala fide poſſedit, dum tamen furtiue non ingre-
diatur, vel celet ne ei controuerſia moueatur *l.* 4.
*Digeſt. quod vi aut clam.* Quod patet, quia mala
fides mea non purgatur ex eo, quod dominus ſciat
me rem poſſidere, tamen eo caſu non clandeſtine,
55 vt *d.l.clam.*ibi, *ſciente aut volente eo.* † Rurſus non
facit contra nos quod *ſupra* conſiderauimus, *ex dict.
l. ſi de eo* §. *ſeruum.* Nam cum titulus *pro ſuo* depen-
deat à titulo principali, quo habetur ancilla *l. 1. &
2. Digeſt. pro ſuo*, ſi cognouero ancillam eſſe furti-
uam, & non certiorauero dominum, iam clam eam
poſſideo, quæ poſſeſſio clandeſtina deſtruit poſſeſ-
ſionem *pro ſuo*, quæ ſola cogitatione mea ſuſtine-
batur, & ita deſtruitur vſucapio, vt Pomponins
ratiocinatur *in d. l. 4. in fin.* In qua re tota ſpe-
cialitas huius iuris conſiſtit. Cæteræ vſucapiones,
& titulum habent & bonam fidem, hæc autem iam
per malam fidem non habet titulum *pro ſuo*, qui
ſola bona fide continebatur, atque ita iam poſſi-
det pro alieno, quæ poſſeſſio non producit vſuca-
pionem, *l. pignori* 13. *in princip. Digeſt. de vſucap.*
Ex hoc eſt, quod ait Pomponius *in dict. l.* 4. non
poſſe quem clam, & pro ſuo poſſidere, id eſt titu-
lum *pro ſuo*, non poſſe concurrere cum clandeſtina
poſſeſſione, & cum titulo vſucapionis ſemper per-
petuus eſſe debeat *l. ſi hominem* 19. *Digeſt. de vſu-
cap.* & titulus *pro ſuo*, dependeat à bona fide, eam
continuam eſſe oportere ea in ſpecie conſtat toto
tempore vſucapionis, vt titulus quoque ille perpe-
tuus ſit. Obſeruat Anton. Fab. *in l. ſi ego* 11. §. *in-
56 terdum Digeſt. de Publician.* † Neque infructuoſa
eſt certioratio hæc ad vſucapionem, imo aliquem
fructum habet, vt dixi *numero* 50. cum præter con-
ſiderata à Pinello *ſupra num.* 59. poſſit procedere
caſu iam conſiderato, & ita effugiet quoque furti
actionem, qui contrectare videtur per celationem,
vt inſinuatur *in d. l. qui vas* 48. §. *ancilla de fur. ibi,
ſed in hoc poſteriori caſu furti actio ceſſat*, vbi contra
bonæ fidei poſſeſſorem non datur actio furti, igitur
ſi malæ fidei poſſeſſor fuerit, & celauerit, furti te-
nebitur, *argument. l.1.in princip. Digeſt. de fugit.* dixi
*ſupra.* † Neque violatur illud iuris principium, de 57
quo *in d. l. vn. Cod de vſucap. transfor.* nam ita ac-
cepta eſt vſucapio in rebus furtiuis, vt ſtrictius in
eis procedatur, vt propter odium furti neceſſario
adhibeatur certioratio *d. l.* 4. Præcipuéque ita ac-
cepta eſt ea regula, quando propter malam fidem
non deſtruitur titulus, quo res illa poſſidetur, ve-
luti cum bonæ fidei emptor cognouit rem eſse alie-
nam, tunc enim etſi deficiat bona fides, manet ta-
men titulus *pro emptore*, aut alius quo ſuſtineatur
vſucapio, at in ſpecie *dict. l.* 4. non ſolum eua-
nuit bona fides, verum etiam & titulus, quibus
deficientibus non poteſt ſola poſseſſione retineri
vſucapio. Hæc plauſibiliora in tantæ rei perplexa dif-
ficultate videntur.

Hinc infertur interpretatio ad *d. l. ſi ego* 11. §. *in* 58
*terdum Digeſt. de Publicia.* vbi ad hoc, vt quis Pu-
bliciana agat pro vindicando partu, requiritur vt
actor neſciat eo tempore quo agit matrem eſse fur-
tiuam. Quem locum contorquet Cuiacius *in l.* 4.
§. *hæres Digeſt. de vſucap.* & pro illis verbis, *Si modo
eo tempore quo experiar furtiuam matrem ignorem*, legit,
*ſi modo eo tempore, quo & pariat furtiuam, &c.* Quam
lectionem ſequitur Anton. Fab. *in dict.* §. *interdum*,
quaſi ſufficiat, vt quis experiatur Publiciana, quod
tempore conceptionis, & partus habuerit bonam
fidem poſseſsor, licet tempore actionis non habeat,
*l. eum qui* 7. §. *pen. D. de Publicia*, vbi notat Accurſ.
*verb. ſed oportere.*

Sed adhuc tamen verior eſt recepta Florentiæ le- 59
ctio, quam tamen tuentur Pinellus *ſupra numero* 62.
& iuris ratio, cum ſcientia furtiuitatis, & mala fi-
nes tollat titulum *pro ſuo*, quo mediante partus
vſucapitur, ſublato tamen eo titulo poſſeſsor iam
vſucapere non poteſt: & ideo Publiciana agere ne-
quit. Vnde quamuis eo iudicio agat poſtquam cœ-
pit ab initio poſſidere bona fide etiam ſi iam ſit con-
ſtitutus in mala, *dict.* §. *penult.* iuncto Oſuald. *lib.*
20. *Donell. cap.* 8. *liter. R.* tamen in partu ſingulari-
ter hoc admiſsum eſt in *dict.* §. *interdum*, vt bona fi-
des tempore actionis adeſſe debeat, quia in aliis
cauſis, etſi aduenerit mala fides, nihilominus ta-
men poteſt quis vſucapere *dict. l. vn. Cod. de vſucap.
transf.* At vero in ſpecie noſtra, quando partus vſu-
capiebatur, Publiciana locum non habebit, ſi
mala fides aſit, quamobrem iam non poteſt
procedere vſucapio, iuxta notata *ſupra.* Quod
licet non ita explicat Pinellus *dict. numero vigeſimo-
ſexto.*

En iam En lector optime poſt ſeptem men- 60
ſes, (tot enim in hac materia conſumpſi,) par-
tus ancillæ perfectus *l. ſeptima* 12. *Digeſt. de ſtat.
homin.* En iam ancilla, quæ per tot ſæcula, non
ſolum debiles, verum & vix partus ediderat vita-
les, iam fœcunde noſtro labore obſtetricante, per-
fectos & iuſtos enixa qui lucem aſpiciunt. Bona
fide eos poſſide, & aſſiduitate continua euolue:
ſi enim ſpero, (habet enim ingenium ſuos par-
tus) veram vſucapionem eorum, id eſt multorum
iurium, non furtiuorum, mentem te conſecutu-
rum.

CAPVT

# CAPVT II.

De petitione hæreditatis generalia quædam. Exornatur variè tractatio *l. 1. C. de petit. hæred.* cum aliis multis ad eam rem ſpectantibus.

## SVMMARIVM.

1 *Petitio hæreditatis actio eſt, per quam hæreditatem noſtram petimus, & qualiter definiatur.*

2 *An hæc actio ſit Prætoria, vel Ciuilis,* & n. 18.

3 *Vindicatio eſt actio Ciuilis, etſi à Prætore concedatur.*

4 *Petitio hæreditatis dicitur vniuerſalis, quia per eam petitur corpus bonorum,* & n.5.

6 *An hæc petitio ſit actio realis, vel mixta. Oſtenditur eſſe mixtam,* & n.7.& 8.

9 *Belloni, Pichard. & aliorum argumentis contra hanc opinionem ſatisfit,* & n.10.& 11.

12 *An dentur verè mixtæ actiones?*

13 *Quid per verba* Petitorij iudicij *ſignificetur in definitione petitionis hæreditatis?*

14 *Actio hæc eſt bonæ fidei, & quid per hoc verbum intelligatur.*

15 *Qui hac actione petit, nullum ſuum ius deducit, ſed tantum vtitur iure defuncti.*

16 *An hæreditas hac actione petatur tanquam hæreditas iacens, vel tanquam patrimonium.*

17 *Differentia inter hanc actionem, & rei vindicationem.*

19 *An hæc actio detur contra titulo poſſidentem.*

20 *Ingreſſus ad diſputationem,* l. 1. Codic. de pet. hæred.

21 *Inſcriptio legis quomodo debeat ſcribi.*

22 *Retinetur littera vulgata* l.item veniunt §. præter. D.hoc tit.

23 *Cauſa Senatus Conſulti, quod de hæreditatis petitione factum eſt.*

24 *Fiſcus vtitur iure priuati, niſi ſpecialiter reperiatur priuilegiatus.*

25 *Quare in hac* l. 1. Codic de petit. hæredit. *petitio data fiſco, & an ſuccedat vt hæres,* & n. 26.

27 *Quod petitione hæreditatis conuentus debeat reſtituere.*

28 *Bonæ fidei poſſeſſor quis dicatur iuxta communem acceptionem.*

29 *Fructuum diuiſio in naturales, induſtriales & ciuiles.*

30 *An in petitione hæreditatis connumerentur vſuræ inter fructus.*

31 *Quare in petitione hæreditatis efficiatur, quis malæ fidei poſſeſſor ex tempore motæ controuerſiæ, & in rei vindicatione ex tempore conteſtationis,* & n.32.& 33.

34 *Examinatur Anton. Fabri ſententia, an inter petitionem hæreditatis, & reliquas actiones ſit aliqua differentia, & adducitur pro ea ex lege noſtra argumentum,* & n. 35.

36 *Conteſtationis tempus attendi debet quoad reſtitutionem fructuum attinet in hac petitione, licet malæ fidei poſſeſſor dicatur poſſidens ex tempore motæ controuerſiæ,* & n.37.& 38.

39 *Non eſt poſſeſſor malæ fidei ſtatim ille contra quem mouetur controuerſia,* & n.41.

40 *Intellectus ad* l. qui ſcit 25. §. bonæ fidei. D. de vſur.

42 *Quomodo procedat* l. ſed ſi lege 25 §. ſi ante D. de per hær.

43 *Bonæ fidei poſſeſſor illos fructus tenetur reſtituere ante litem, ex quibus locupletior eſt factus,* & n.55.46.& 54.

44 *Locupletior dicitur factus ille qui aliquid adquirit quod bona augeat.*

47 *Bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus extantes, ſiue naturales, ſiue ciuiles, in quo reprobatur Donelli ſententia,* & n.48.

49 *An teneatur ad reſtitutionem fructuum conſumptorum, ſiue induſtrialium ſiue ciuilium,* & num.51.

50 *Non intelligitur aſſumptum, quod in patrimonium conuerſum eſt.*

52 *Reprobatur qui quoad reſtitutionem fructuum conſtituebant differentiam inter iudicium vniuerſale & particulare,* & n.53.

55 *Interpretatio ad* l.ſi ipſa 18. D.de eo quod metus cauſ. n.56.57.58.& 59.

60 *Argumenta quibus Anton. Fab. intentat* in dict. l. ſi ipſa, *Tribonianiſmum ineſſe,* & numero 61.

62 *Defenditur, contra eundem vulgaris lectio, & probatur in actione* quod metus cauſa, *idem militare, ac in petitione hæreditatis,* & numero 65. & 67.

63 *An pretium ſuccedat loco rei in vniuerſalibus, vel in particularibus,* & n.64.

66 L.quod autem 7.§.vſque, & l.vxor 55. de donat. inter. *explicantur.*

68 L.ſi fructus C.de donat.inter.

69 *An quis locupletior intelligatur ex conſumptione fructuum, & quod tempus inſpiciatur, remiſſiuè.*

70 *Bonæ fidei poſſeſſor, qui res hæreditarias vendidit, ex pretio earum collectas vſuras non præſtat, niſi locupletior ſit factus.*

65 *Agitur de interpretatione* l.1. C. de his quibus vt indig. l.eum qui re D. eod. l.item veniunt 20. §. hæc aduerſus D. de petit. hæred. & n. 72. & 73.

74 *Tentatur veram conſequi horum iurium mentem, & præcipuè* d.l.1. & n.75.& 79.

76 *Et ad* l.item veniunt 20.§.hæc aduerſus, & n.77. 78. & 80.

81 *Ad* l.eum qui 18.de his quibus vt indig.cum d. l.1. & n.82.84.& 85.

83 *Reprobatur Anton. Fab. differentia inter eum, qui vindicat necem teſtatoris, & qui tacitam fidem dedit.*

86 *Explicatio* l.hæres 51.§.1. D. de petit.hæred.& l. neque 15.de vſur. & n.95.& 96.

87 *Fructus ante litem percepti augent hæreditatem, & eius nomine comprehenduntur. At qui poſt litem percipiuntur acceſſiones vocantur,* & n.88.90.91. 92.& 93.

89 L.non poteſt 23.de iudiciis *explicatur.*

94 *Interpretatio ad* l.illud 40. §. prædo. D. de petit. hæred.

97 *Iterum reuertitur ad* l. 1. Cod. de his quib. vt indig.

98 *Quomodo debeant computari vſuræ in petitione hæreditatis.*

99 *Vſuræ omni iure damnatæ cum ſint quomodo admittantur in hoc tractatu.*

100 *Explicatur lex noſtra & de practica huius actionis.*

1 PETITIO hæreditatis actio eſt in
rem *l. ſed ſi lege 25. §. petitio D. hoc tit.*
nā petitionis nomine actiones reales
ſignificantur *l. pecunia 178. de verborum
ſignificatione*, docet VVeſemb. *in pa-
ratit. hoc titul. numero ſecundo*, Pichard. *in §. actio-
num 28. quæſtione 30. numero ſecundo, Inſtitution. de
action.* Fab. *in ration. ad dict. §. petitio* Donel. *lib. 29.
commentar. cap. ſecundo.* Ea autem rem noſtram, id
eſt hæreditatem primus à poſſeſſore, hoc nomine,
quia rem poſſideat, *leg. regulariter 9. l. nec vllam 13.
§. final. l. ſequent. Digeſt. hoc titul.* non quia nobis ſit
obligatus, ſed quod poſſideat quod eſt proprium
actionum realium *l. vnica Codic. de alienatione iudicij*
probant DD. *in §. omnium, Inſtitution. de action.* &
Iaſon. *in rub. Codic. de inofficioſo teſtament.* Bald *in l. ſi
certis numero ſeptimo, Codic. de pactis* Ripa *in l. 1. §.
ſi hæres D. ad Trebellian.* Duennas *in reg. 8.* Tiraquel.
*de retractu lignagier. §. 8. gloſſ. 5. numero ſexto, & ſe-
quent.* Quapropter definitur, vt ſit *Actio ciuilis,
vniuerſalis, in rem, petitorij iudicij, bonæ fidei, qua
quis petit hæredem ſe declarari, hæreditatemque iure ad
ſe pertinentem, ab eo qui eam pro hærede poſſeſſoréve
poſſidet ſibi reſtitui.* Ita VVeſembec. *ſupra num. quar-
to*, quem ſequitur Pichard. *dict. quæſtione 30. numero
5.* de cuius diffinitionis ſingulis particulis breuiter
agere neceſſarium erit.

2 Dicitur autem *actio ciuilis*, quia ex Iure Ciuili deſ-
cendit, *l. 1. & ſequent. Digeſt. hoc titul.* item etiam ex
Senatus Conſulto, de quo *in l. item veniunt 20. §. pro-
inde ff. eodem*, cuius meminit *l. 1. Codic. de petit. hæred.*
vt *infra* dicemus, & licet proponatur in edicto Præ-
toris *l. 1. ff. ſi pars hæredit. petat.* nihil inde in contra-
rium deduces, vt ſit Prætoria cum & ſi à Prætore
non proponeretur, abſque eo valeret, & ad hoc vt
Prætoria eſſet actio ex iuriſdictione Prætoris intro-
ducenda erat §. *ſed iſtæ quidem 3. Inſtitution. de actio.*
Datur itaque actio à Prætore *in dict. l. 1.* à quo om-
nes actiones concedebantur, & impetrabantur, ob
eamque cauſam dicitur Prætor viua vox ciuilis iuris
3 *l. nam & ipſum 8. ff. de iuſt. & iur.* † Ita vindicatio
eſt actio ciuilis, Agellius *lib. 20. noct. Attic. capit. 10.*
quia nonniſi domino competit *l in rem 25. de rei vin-
dicat.* quem Prætor facere non poteſt §. *quos autem
Inſtitution. de bon. poſſeſſ.* & tamen à Prætore datur *l.
Prætor. 75. de rei vindicat.* notat Anton. Fab. *in dict. l. 1.
ff. ſi pars hæredit. petat.* VVeſembec. Pichard. *ſupra*, &
relati ab Oſuald. *lib. 29. com. Donel. cap. decimo ſexto,
littera A.*

4 Adiicitur in definitione *vniuerſalis*, quia per eam
petitur corpus bonorum & vniuerſitas in qua conti-
nentur plures ſpecies, diuerſa corpora & iura *l. 1. in
princip. ff. de rei vindicat. l. item videndum 18. §. fin. cum l.
ſequent. ff. hoc titul. § fin. Inſtitution. per quas perſonas cui-
que acquiritur.* Item fructus augent hæreditatem,
quod eſt proprium iuris vniuerſalis *l. item veniunt 20.
§. fructus D. hoc titul.* quemadmodum *dos*, eſt ius vni-
uerſale, ſimiliter & *peculium l. quod dicitur 5. D. de im-
penſis iuncta l. Quam Tuberonis 7. §. in peculio D. de
peculio l. peculium 65. de legat. 2. l. cogi 16. in princip. D.
ad Trebellian. l. rerum mixtura 30. de vſucap.* cum nota-
tis à Barboſa *in rub. D. ſoluto matrimon. 3. part. à nu-
mero tertio, cum ſequent.* Oſuald. *ad Donel. libro decimo
quarto, commentar. cap quarto, littera A.* Sic *hæredi-
tas*, vniuerſalis eſt quatenus eſt ſucceſſio in vniuer-
ſum ius defuncti *l. hæreditas 62. de reg. iur. l. nihil 24. D.
de verborum ſignificatione l. hæres 37. de acquir. hæred.* id
eſt corpus hoc bonorum, quod continet in ſe com-
moda & incommoda, iura & actiones *l. 3. in princip.
de bonor. poſſeſſ.* explicat Donel. *lib. 6. commentarior. cap.
primo, & ſecundo*, vbi Oſuald. DD. *in rub. de acquirend.*
5 *hæredit.* vbi Pichard. *numero quarto, cap. ſecundo.* † In-
telligitur autem hoc ius vniuerſale, vt res ipſæ ſub eō
contentæ, verè & realiter idem ſint cum ipſo nomi-
ne, qui ſubiiciuntur, ſi vero conſiderentur ſecundum
fictionem iuris, nomen illud differt ab ipſis rebus: fin-
gitur enim ius quoddam imaginarium, ſub ſe tan-
quam ſuperius continens omnia, quæ prædicto nomi-
ni ſubiiciuntur; ita Bartolus *in l. aut fac. § fin. numer.
tertio, de pœnis, per l. mortuo 22. de fideiuſſor. l. propone-
batur 76. de iudiciis dict. leg. rerum mixtura*, explicat
eleganter Barboſa *ſupra numero quarto*, atque ita hæ-
reditas verè conſiderata, nihil differt à rebus ipſis hæ-
reditariis, vt Seneca aſſerebat *lib 6. de benefic. cap. 5.* ir-
ridens noſtros I.Conſultos (vt fuit mos Philoſophis
ab eis diſſentire, Merillius *lib. 1. obſeru. cap. 1.*) At vero
conſiderata ſecundum iuris fictionem, id eſt tanquam
corpus quoddam repræſentans defunctum, certum eſt
multum à rebus ipſis hæreditariis diſcriminari Barbo-
ſa *ſupra numer. 9.* Pichard. *numero 4. & in rub. de hæredit.
inſtituen. num. 18. & ſeq.* de effectu autem huius inſpe-
ctionis *infra* latius agemus.

Vlterius ponitur in definitione, hanc actionem *eſſe* 6
*§. petitio.* quia tendit in ipſam hæreditatem, vt ait Pap.
*in l. pater 10. in fin. D. de captiuis l. ſin autem 27. §. ſed &
is de rer. vindicat.* atque ita cenſent omnes relati *ſuprà
numero primo*, ſed hanc traditionem non admittunt
laudati ab Oſuald. *lib. 19. Donel. cap. 12. littera A.* Cu-
iac. *lib. 10. obſeru. cap. 1. & in paratit ad titul. Cod. finium
regund. & libro 23. ad edict. Paul. in l. 1. D. eod. & in l.
1. D. hoc titul.* qui contendunt hanc actionem eſſe
mixtam, iuxta terminos, *l. actionis 36. §. mixtæ de obli-
gat. & §. quadam 21. Inſt. de action.* quibus fauet diffici-
lis *lex hæreditatis ſeptima inf. hoc tit.* Secundo familiæ
erciſcundæ actio dicitur mixta *in d. §. quædam*, at hoc
nulla alia ratione fit, niſi quia hæ præſtationes per-
ſonales ſunt in petitione per actionem familiæ erciſ-
cundæ, *l. item Labeo 22. §. pen. D. fam. erciſc.* & idem in
petitione contingit *d. § petitio*: ergo mixta eſt actio. †
In qua difficultate ſequuta eſt frequens traditio Con- 7
ſultorum, actionem realem hanc petitionem appel-
lantium, vt conſtat ex *d. iuribus.* Si in ſua natura con-
ſideretur, verè realis eſt, ſed quod perſonales præſta-
tiones habeat, id eſt pretiorum redactorum ex rebus
diſtractis à poſſeſſoribus, & quæ à debitoribus exa-
cta ſunt, *d. §. petitio*, perſonalis dicenda non eſt, & con-
ſequenter mixta, quoniam ad hoc neceſſarium erat,
vt participaret de ſubſtantialibus vtriuſque actionis,
tam realis quam perſonalis, quod non contingit in
hac petitione, cui per accidens eſt, vt habeat has præ-
ſtationes perſonales, cum principalis actio in rem ſit,
acceſſoria autem in perſonam. Ratio eſt, quia ſpecia-
libus in rem actionibus res certæ petuntur *leg. 6.
de rei vindic.* hoc tamen genus, id eſt hæreditas, exem-
pli gratia: Qui percepit centum aureos non debet
ipſam ſpeciem nummorum, quam accepit, ſed cen-
tum in genere, centum denique non poſſunt perire,
debentur vt genus, *l. 2. §. 1. D. ſi certum pet.* ſic neque
deſinere poſſideri, atque ita qui hac actione teneba-
tur, eas res à ſe nunquam amittit. Vnde ex natura
ipſius petitionis hæ præſtationes non deſcendunt, ſed
magis ex natura ipſarum rerum. Ita Donel. *d. lib. 19.
cap. 12. in princip.* Pichard. *d. quæſt. 30. numer. 10. & ſe-
quent.* Oſuald. *d. litter. A.* qui etiam multis modis co-
nantur reſpondere ad *d. l. hæreditatis*, ibi: *cum mixta
actionis perſonalis ratio*, ſtatuentes nullas mixtas dari
actiones, ſed omnes aut perſonales eſſe aut reales, de
qua traditione agunt Pichard. *d. § quadam num. 1.* An-
ton. Fab. *lib. 20. coniect. cap. 10.* & laudati ab Oſuald. *d.
lib. 19 cap. 2. litter. G.* † Sed ego multis hinc inde con-
ſiderationibus vexatus, difficultate huius legis op-
preſſus, cum nulla meo iudicio poſſit adaptari con-
grua ſolutio, cogor ire in contrariam ſententiam, &
affirmare hanc actionem eſſe mixtam. Quam ſen-

tentiam

tentiam tenet Bald. *numer.* 3. Caſtrenſ. Alberic. & Salicet. *in dict. l. hæreditatis* Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 1. §. 11. *num.* 6. *& ſequent.* & Fachin. *lib.* 11. *controu. cap* 62. & qui mouentur illius legis expreſſis verbis, ibi: *cum mixtæ perſonalis actionis ratio*, quæ ſignificant petitionem hæreditatis non poſſe præſcribi longo tempore, id eſt decennio vel bicennio inter abſentes *l. hæreditatem* 41. *C. in quibus conſ. ceſſat longi temporis l. licet* 8. *Cod. de iure deliber.* ea ratione, quia habet admixtam perſonalem actionem cum ipſa reali, idque etiam Imperator eleganter expreſſit ibidem *verſ. à cæteris*, indicans hanc actionem hæreditatis ſeparandam eſſe à cæteris tantum in rem actionibus: & ſi expendas illam voculam *tantum*, demonſtrat hanc actionem non eſſe tantum realem, ſed plus habere, quam cæteras, quæ ſolum ſunt reales; plus autem eſt, habere mixtam
9 perſonalem actionem. † Vnde excluditur argumentatio Belloni *lib.* 2. *ſupput. c.* 4. qui dicebat *in verſ. à cæteris*, poni exceptionem regulæ generalis, quæ erat vt actiones reales longo tempore præſcriberentur *l. fin. Codic. de præſcript. longi temporis l.* 3. *Codic. de his quæ vi* exceptionem tamen debere eſſe de regula, & ita hanc actionem eſſe realem. Cui reiecta reſponſione Oſualdus *d. c.* 2. *lit. A. in fine* dicendum eſt, hanc actionem exceptam eſſe à realibus tantum actionibus, quia præterquam quod vere realis eſt, hoc non eſt ſimpliciter
10 cum habeat admixtam perſonalem. † Neque obſtat conſideratio Pichardi aſſerētis, debere, vt aliqua actio ſit mixta, participare de ſubſtantialibus vtrius actionis quia hæc petitio iure participat, cum ipſa eadem actione petamus hæreditatem, quam alius poſſidet, item & quod ad dandum nobis obligatus eſt, *l. actionum genera* 25. §. *in rem D. de obl. iuncta l. ſed ſi* 15. §. *petitio D. de petit. hæred.* quod ſubſtantiale eſt vtriuſque
11 actionis, vt inſinuat Cuiac. *in l.* 1. *Digeſt. eodem.* † Neque negotium facit alia excogitatio quod res petatur vt genus, atque ita magis ex rerum natura, quam petitionis, huiuſmodi proueniunt præſtationes. Cui reſpondetur hoc eſſe falſum, quia ſi prouenirent ex natura rerum, eadem actione reali paterentur, vt fructus *l. item veniunt* 20. §. *fructus d. l. ſed ſi* §. *fin. cum legibus ſequent. hoc titul.* at hæ præſtationes non petuntur niſi perſonali *d.* §. *petitio.* ergo non ex natura rerum proueniunt, neque poſſunt peti vt genus, cum ad reſtituendas res aliquas conueniatur diuerſo modo, id eſt reali actione, & ad reſtituendas alias perſonali, *l. item Labeo* 22. §. *familiæ D. famil. erciſcund.* ibi: *familiæ iudicium ex duobus conſtat ex rebus atque præſtationibus, quæ ſunt perſonales actiones.*
12 † Neque aſſentior iis, qui exiſtimant nullas dari mixtas actiones, cum verius ſit contrarium ex *d.* §. *quædam*, quem à vulneribus Ant. Fab. *dict. lib.* 20. *coniect. cap.* 10. defendit Oſualdus *d. lib.* 19. *cap.* 2. *lit. G.* hanc ſententiam ſtabiliens, ex quibus conſtat petitionem hæreditatis vere realem eſſe, vtpotè principaliter in rem directa, ſed mixtam habere perſonalem actionem, propter præſtationes quas habet, *dict.* §. *petitio iuncto dict.* §. *familiæ.*

13 Rurſus in definitione dicitur *petitorij iudicij*, quia actor petit non ſolum ſibi res reſtitui quod habet commune cum cæteris poſſeſſoriis *l* 1. *verſ. reſtitutoria de interdictis*, ſed pronunciari hæredem, hoc eſt dominum, quemadmodum in rei vindicatione quod iudicium tunc competit, cum in rem actio eſt, & noſtrum reſtitui nobis poſtulamus, *l. qui petitorio* 36. *de rei vindic.* docent DD. *in l. naturaliter* § *nihil commune de acquirend. poſſeſſ.* Menoch *de recuperan. poſſeſſ. in prælud. numero* 7.

14 Apponitur etiam in definitione *bonæ fidei*, vt ſcilicet hæc actio communeretur inter eas quæ ſunt bonæ fidei, quarum meminit §. *actionum*, *Inſtitut. de actionibus*, quæ bonæ fidei dicebantur, vt notat Pich. *ibi quæſt.* 1. Oſuald. *d. lib.* 2. *cap.* 2. *lit. V.* quoniam in eis ſumma æquitas inſpicitur & iudici permittitur excedere ab iis quæ conuenta ſunt *l. quia tantundem* 7. *de negot. geſtis l quæro* 56. *D. locati l.* 1. *in fin. de obligat.* idcirco Prætor in eis dum cauſam committebat, adiiciebat clauſulam *ex bona fide.* obſeruat Duaren. *in l. iuris gen.* §. *& ideo D. de pactis*, Ræuard. *de author. prudentum cap.* 3. Couar. *in reg. poſſeſſor* 2. *part.* §. 6. *per totum.* Vnde cum ſit vniuerſale hoc iudicium, & augmentum & diminutionem patiatur, *dict. l. item veniunt* §. 1. *&* §. *non ſolum*, cum traditis à Gomezio *in l.* 45. *Tauri num.* 153. & quæ diximus *ſuprà num.* 3. certa formula concludi non potuit, neque inter ſtricti iuris iudicia connumerari, vti explicat Pichard. *d. quæſt.* 30. *num.* 14. ex VVeſemb. *ſupr.* Sed quæſtio eſt maximè controuerſa, an hæc actio ſit effecta bonæ fidei à Iuſtin. *in leg. fin. hoc tit. & in dict.* §. *actionum.* de qua idem Pichardus *vbi ſupra numero* 15. Anton. Faber. *lib.* 14. *coniect. capite* 18. *in l. quod ſi in diem* 16. *Digeſt. hoc titul.* Oſualdus *ſupra capite* 14. *lib.* 19. *litt. B.*

Vltimis itaque illis definitionis verbis *qua quis petit hæredem*, &c. docemur nullum ius dominij petentem in iudicium deducere, ſed iure defuncti vti, 15
peteretque res ab eo poſſeſſas quouis titulo *l. non tantum D. hoc titul.* docet ex aliis Pichard. *ſupra num.* 33. atque ita ſunt duæ partes huius actionis, & qua quis petit hæredem ſe declarari, & qua petit res ſibi reſtitui. Cuius rei cauſa eſt ius hæreditarium, quod agens habere intendit, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: *l.* 1. *& ſequent. Digeſt. hoc. tit.* quod ius poteſt habere etiam ſi ſit hæres hæredis, vt docet eleganter Iaſon. *in d.* §. *actionum num.* 109. *& ſeq.* Pichard. *num.* 20. † Sed difficultas eſt ſi poſt aditionem nulla 16
amplius eſt hæreditas, ſed patrimonium hæredis. Pichard. *de acquirend. hæred. cap.* 29. *num.* 22. quomodo petitur hac actione tanquam hæreditas. Cui difficultati ſatisfacere tentat Gomez *ſupra num.* 154. & Oſuald. *cap.* 12. *litt. B*, ſed mihi eorum ſolutiones non placent. Quare verius exiſtimo hæreditatem iacentem eſſe, cum intentatur hæc petitio, quoniam aditio ex parte poſſidentis nulla fuit, cum ei delata nunquam fuerat hæreditas *l. delata* 151. *de verb. ſign. l. is qui* 13. *de acquiren. hæred.* iuncto Oſuald. *lib.* 6. *Donel. cap.* 3. *lit. A*, Pichard. *de acquir. hæred. cap.* 9. non item ex parte petentis cum non ſit certum, an vere ſit hæres, & conſequenter an ei delata ſit nec-ne, *l. in totum* 76. *D. de reg. iur. iuncta l ſi debitor.* 42. *D. hoc tit.* idque patet ſiquidem prius petit, vt declaretur hæres, ergo non eſt certum delatam eſſe hæreditatem, & ea ratione petitur hæreditas, quæ in iure conſiſtit, & continet ſub ſe, vt ius vniuerſale omnes res hæreditarias, (quomodo intelligi poteſt *l. hæreditas* 50. *hoc titul. iuncta rub. ſub qua iacet l. regulariter* 9. *ibi: qui ius poſſidet l. nec vllam* 13. §. *fin. D. eod.* iuncto Oſuald. *d. cap.* 12. *littera N.*) Rurſus cum fructus qui percipiuntur, augeant ipſam hæreditatem ante litem conteſtatam, vt dicemus *infra numero* 86. *& ſequent.* ergo conſequens eſt hæreditatem eſſe iacentem, nam fructus eam non augent poſt aditionem iuxta *l. Centurio* 15. *de vulg. l. ita tamen* 27. §. 1. *verſ. ſed ſi quid ff. ad Trebellian.* not. Caſtrenſ. *in l* 6. *C. eod num. tertio*, Alex. & Cujac. *in l in fideicommiſſaria ff. eod.* & Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 7. *à n.* 37. Mantica *de coniect. libro ſeptimo, titulo decimo*, qui de hac re latiſſimè ait. Præterea hæc ſententia ſuadetur, quod non teneatur quis in libello explicare res hæreditatis, ſed ſimpliciter petere hæreditatem, vt docet Iaſon. *in d.* §. *actionum numer.* 115. & relati ab Oſualdo *d. lib.* 19 *cap.* 14. *littera D.* Paz *in praxi* 3. *tom. cap.* 6. §. 11. *numero* 5. Item pro hærede aut pro poſſeſſore poſſidet is à quo petitur hæreditas, vt accidit in rei *vindicat. d. l. regulariter l. nec vllam* §. 1. *ff. hoc titul.* pro

hærede

hærede poſſidere dicitur, qui putat ſe eſſe hæredem eius, de cuius hæreditate agitur *l. pro hærede* 11. *Dig. hoc titulo*, non vt hic titulus ſit *pro hærede*, qui prodeſt ad vſucapionem (de quo *in l.* 1. *& per totum D. pro hærede*, cum vetus hæres poſſidet aliquam rem tanquam hæreditariam, quæ eſſe non poteſt, quia non fuit defuncti) ſed datur contra eum, qui putat ſe hæredem eſſe, ſiue aliquam habere cauſam, ſiue nullam exiſtimandi Anto. Fab *in d. l. pro hærede* VVeſembec. *ſupra num.* 10. Gomez *num.* 161. Schifordeg. *libro ſecundo, tractat.* 28. *quæſt.* 6. pro poſſeſſore poſſidet, qui nullum titulum ſuæ poſſeſſionis allegare poteſt *dict. l. pro hærede* §. *fin. cum legibus ſequent.* cohæret enim hic titulus omnibus aliis, qui ex iure hæreditario conſequuntur *d. l. nec vllam* §. 1. docet Pichardus *numero* 20.

17 Ex quibus infero *primò* differentiam maximam eſſe inter hanc actionem, & rei vindicationem. Vindicatio, (de qua multa Oſualdus *lib.* 20. *cap. primo*,) non egreditur fines & terminos poſſeſſionis, quæ penes reum eſt, à quo nihil niſi ipſam rem poteſt vindicare actor: at petitio hæreditatis, quæ cum in iure conſiſtat, ſitque vniuerſalis, non poteſt demonſtrari. Item noſtra actio eſt bonæ fidei, vindicatio autem arbitraria, docet Anton. Fab. alias differentias congerens *in l. fin. autem* 27. §. *ſed de his de rei vindicat.* Adde tamen poſſe hæredem cumulare vindicationem cum petitione hæreditatis, quod quemadmodum intelligendum ſit, docet Gomez *ſupra numero* 159.

18 *Secundò*, infero petitionem hæreditatis eſſe, & prætoriam, quæ datur bonorum poſſeſſoribus, quos Prætor non minus tuetur, quamvis Ciuile hæredes per quam actionem tantundem conſequuntur, quantum ſuperiori ciuili conſequitur hæres *l.* 1. *&* 2. *ff. de poſſeſſoria hæreditatis petitione*, vbi docet VVeſembech. Antonius Faber Pichardus *ſupra numero decimo nono.*

19 *Tertiò* infero ad quæſtionem, an petitio hæreditatis detur contra titulo poſſidentem: de qua maximè controuertunt DD. vt conſtat ex Parlad. *libro primo, quotid. cap quinto*, Gomez *ſupra numero* 158. Couarrunias *in practicis cap.* 12. Oſualdus *d. lib.* 9. *cap.* 12. *littera V. & littera A a.* & Fachin. *libro primo, controuerſ. cap. quarto, & lib.* 11. *cap. quarto*, frequenter tamen in eam ſententiam itum eſt, vt non detur hæc actio contra titulo poſſidentem, quia agens hac actione fundat ſe ſolum ex titulo ſuo hæreditario, & poſſeſſione quam habuit defunctus, qui autem conuenitur, habet titulum, & poſſeſſionem, ergo merito poſſeſſor conuentus potentius ius habet, & conſequenter præferri debet, cum ipſe dominus præſumatur donec contrarium probetur docent Gomez & Oſuald. *vbi proximè.*

20 Diximus iam quæ ad cognitionem generalem naturæ huius actionis pertinebant; nunc autem lex noſtra proponit alteram huius actionis principalem partem, ſcilicet quæ veniant in petitione hæreditatis de qua conſtat Senatus Conſultum D. Hadriani temporibus factum, quod tranſcripſit Conſultus *in l. item veniunt* 29. §. *prætor ff. hoc titulo*, & meminit noſtra lex *in princip.*
21 † Cuius inſcriptio legi debet *Marcus Ælius Antonius*, vt ad Marcum Aurelium referatur, non vero ad Ælium Antoninum, qui alio nomine D. Pius appellatur, quod conſtat, quia Imperator hic auum ſuum Hadrianum appellebat, vt ſic intelligamus D. Pium fuiſſe filium adoptiuum Hadriani, Marcum autem Aurelium fuiſſe ipſius Diui Pij Antonini, vt nos docent facti Conſulares, & Spartian in Hadrian. & Ælio Vero Iul. Capitol. in Antonino, & Marco Genebrad. *lib.* 3. *Chronographiæ* Ræuar. 3. *variar. cap.* 10. Baronius *ann. Chriſti* 160. *tom.* 2. *annal.* & Horatius Torſellin. *lib.* 4. *epitome hiſtor. in M. Aurelio.*
† Sed & ipſius Senatus Conſulti verba *in* 22
*d.* §. *præter* ibi: *Maximus Princeps propoſuit*, cenſet eſſe emendanda Pithœus, & legendum eſſe *Maximus Pontifex, pater patriæ*, ne alias ſuperflua ſint ſequentia verba *complexus eſſet*, ſed optimè ea defendit Oſuald. *dict. lib.* 19. *cap.* 14. *littera X.* Cui adde eo loquendi genere vſum fuiſſe conſultum *in leg. qui ſolidum* 78. §. 1. *de leg.* 2. Quare autem ibidem quatuor Conſules nominentur, tradit Alciat. *lib.* 5. *parerg. cap* 10. Petrus Herodius *libro ſecundo, rer. iudicat. capite*, *titulo* 19.

Cauſa autem huius S. Conſulti fuit lex Papia de 23
caducis, de qua DD. *in l. vnica C. de caducis toll.* Iuſtus Lipſius *in notis ad Tacitum libro tertio, annal. ſchol.* 45. Balduin. *ad legem Iul. & Pap.* & alij quos plena manu congeſſi in Eunucho & *ſupra cap.* 5. *libro ſecundo*, nam cum fiſco Ruſtici hæreditas pateretur, quia fortè hæredes ſcripti ex parte mortui, aut incapaces effecti eſſent ante apertas tabulas, vt conſtat ad Vlp. *in fragment. tit.* 17. (vbi Cuiac. docet, & Anton. Fab. *in Rationali ad dict. l. item veniunt* §. *ait Senatus*) atque ita bona caduca fuerant iudicata, neceſſe fuit aduerſus eos, qui hæredes ſe eſſe dicebant petitione hæreditatis agere, quemadmodum eadem agitur ad bona vacantia conſequenda, notat Peregrinus *de iure fiſci libro quarto, titulo tertio, numero* 24. *& libro quinto, titulo primo, numero* 67. Petr. Gregor. *lib.* 8. *ſyntagm. cap.* 12. *numero quarto*, & probatur *in dict.* §. *ait Senatus*, de quo vide Cuiac. *lib.* 18. *obſeru. cap.* 24. Ant. Fab. *libro tertio, coniect. cap.* 16. Oſuald. *ſupra littera C.*
† Hoc tamen non ob fauorem fiſci parti- 24
cularem introductum eſt, ſicut alia priuilegia, quæ congerunt plures relati à Farinac. 1. *part. fragment. criminal. littera F. numero* 149 *pag.* 191. ſed quia ita euenit, & id in priuatorum cauſis locum habet, vt docet Caſtrenſ. *hic numero primo*, Chopus *de fructibus lib. ſecundo, cap. quinto*, & probat Vlpian. *in d.* § *ait Senatus*, iuncto §. *in priuatorum.* Ratio eſt, quia fiſcus ſemper vtitur iure priuati, niſi ſpecialiter reperiatur priuilegiatus, *l. quod* 37. *de iure fiſci l.* 6. *Codic. eod. lib.* 10. *l. idem* 12. *de compenſat.* cum aliis relatis à Peregrin. *de iure fiſci libro ſexto, titulo primo, numero primo*, Barboſa *in l.* 1. 2. *part. numero* 19. *&* 20. *ſoluto matrimon.* notat Caſtrenſ. *numero tertio*, Salicet. 2. Bellapertica *in princip.* hic Farinac. 1. *part. fragm. crimin. verbo fiſcus numero* 150. Giurb. *conſil.* 67. *numero* 14. Nec obſtat *l.* 1. *&* 3. *Cod. de compenſation.* vbi in priuato non habent locum, quæ in fiſco ſtatuta ſunt, nam reſpondendum eſt, illud verum eſſe, quando ſtatuitur vt ius ſingulare, ita vt ſi de illa ſingularitate non conſtet, ad ius commune recurratur, ita Baldus *hic numero ſecundo*, Decius *in l. in ambiguis D. de reg. iur.* vnde ſi dubitetur, an aliquo caſu priuilegiatus ſit fiſcus necne, in dubio contra ipſum eſt iudicandum *l. non puto* 12. *de iure fiſci*, cui adde Barboſam *in l.* 1. 2. *part. numero* 15. Gutierrez *de iuramento confirmat.* 1. *par. cap.* 16. *num.* 68. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 16. Farinac. *ſupra numero* 355.

Ex quo infertur ad Bartoli dictum relatum à Ca- 25
ſtrenſ. *hic numero ſecundo*, qui ait admiratum fuiſſe multoties, quomodo in ſpecie noſtræ legis petitio conceſſa fuerit fiſco, cum ſoleat dari vero hæredi. Pro cuius rei ſolutione dicendum eſt, fiſcum quaſi hæredem in bonis caducis, & vacantibus haberi, vt probatur *in l. in pari* 128. §. *primo*, *l. qui per ſucceſſionem* 294. *de reg. iur. l. filiusfamilias* 14. §. *qui inteſtatus* 2. *de leg.* 1. *l.* 2. *Codic. ad legem Iuliam de vi publica l. vnica* §. *hæc autem fin. Codic. de caducis toll.* ibi: *fiſcus autem no-*
*ſtrum ad caducorum vindicationem vocari, &c.* † Quæ 26
verba ita debent intelligi, vt quemadmodum ad coniunctum vel ſucceſſorem ab inteſtato bona cum

ſuo

ſuo onere deferuntur, ſic etiam in fiſco obſeruan-
dum eſt, *l.3.§. cum cauſa Digeſt. de iure fiſci l. cum fiſco
9. Digeſt. ad S.C. Sillan. l.3. & final. l. ex facto 17. §. ex
facto Digeſt. ad SConſultum Trebellian.* vbi Accurſ.
*verbo ſi alieno* hanc ſententiam defendit, quam ſe-
quitur Bartol. & reliqui *in l. inter eos 51. §. fin. de fide-
iuſſor.* Tiraquell. *in tractatu le mort. 2 part. declarat. 15.
numero* 20. & alij relati ab Oſualdo *lib. 9. Donel. cap. 1.
littera S.* Barboſa *in l. ſi conſtante §. fin. num. 4. & ſeq.*
26 *D. ſol. matr* Farinac. *d. litt. F. num.* 115. & 125. † Quæ
tamen intelligenda ſunt quando tanquam hæredita-
ria bona deferuntur in fiſcum, qui tunc agit peti-
tione hæreditatis, vt hic, & *in l. prædonis 46. ff. hoc
tit. l. 1. Codic. de iis quibus vt indignis.* Secus autem ſi
bona deferantur, tanquam priuati delinquentis, tunc
enim agit rei vindicatione, vt *in l. Imperator 43. D.
de iure fiſci*, notat Bart. *in l. defenſionis facultas num.* 6
*Codic. eod. titul lib.* 10. Corneus *conſ.* 324. *num.* 8. *lib.* 4.
quos ſequitur Farinac. *ſupra d. num.* 125. Ex quibus
iam patet, rectè SConſultum fiſcum ad petitio-
nem hæreditatis admiſiſſe, quæ datur ei, qui ſuc-
cedit, vel ex lege SConſulto *l. 1. hoc tit.* fiſcus autem
ex lege Papia ſuccedit, & ex Senatus Conſulto de
quo hic.

Ait lex, *VSVRAS vero pecuniarum.*

27 Quid petitione hæreditatis conuentus reſtituere
debeat exponit Imperator, docens poſſeſſorem bonæ
fidei condemnatum ad reſtituendam hæreditatem,
non teneri reſtituere vſuras, quas ex pretio rei hæ-
reditariæ venditæ collegit, nec item fructus, niſi
28 quatenus locupletior eſt factus. † Sed quia hæc de-
claratione egent, ideo præſuppono bonæ fidei poſ-
ſeſſorem ſecundum communem acceptionem eſſe, qui
ſcit rem quam poſſidet alienam non eſſe, quaſi bona
fides ſit ignorantia rei alienæ, illæſa conſcientia rei
alienæ, ita fere omnes quos refert Oſuald. *lib. 4.
cap. 24. littera D.* Gilken. *in §. ſi quis à non domino in
princ. numero 4. de rer. diuiſ.* Garcia *de expenſis cap. 23.
numero* 11. Anton. Fab. *de erroribus decade 14. err. 10. &
decade 16. err. 9.* Pichard. *in rub de vſucap. numero 4.*
Schifford. *lib. 3. ad Anton. Fab. tractu 22. quæſt. 7.* ita
hanc definitionem contra Cuiac. defendens, quam
fauet I.C. *in l. quam rem 38. de vſucap. leg. 2. §. ſeparata,
Digeſt. pro empt.* licet nouè vtramque ſententiam con-
iungere contendat Pichard. *in §. etſi in rem, n. 15.
inſtit. de officio iudicis*, ſed ignoro an potuerit.
29 Secundò propono fructuum diuiſionem in natu-
rales, induſtriales, & ciuiles veram eſſe, nam etſi
aliqui eam negent, admittendam iudico cum ab ipſis
Iuris Conſultis non abhorreat, vt conſtat ex Pichar-
do *vbi proximè numero* 8. & *in §. ſi quis omnimodo nu-
mero* 7. vbi Gilken *capit.* 6. Menoch. *de arbitrariis ca-
ſu* 210. Oſuald. *ſupra cap. 25. littera C.* quid autem ap-
pellatione fructuum veniat docet Gilken. *vbi ſupra
cap. 2. per totum.*
30 Dubium tamen eſt, an vſuræ inter ipſos connu-
merentur, & quamvis id videatur negari *in l. ſi vnus
67. §. 1. Digeſt. pro ſocio l. poſtulante 44. D. ad Trebel.
l. vſuræ 121. de verbor. ſignific.* quoniam ex ipſo cor-
pore non proueniunt naturaliter, ſed ex iure *l. ſi na-
uis 62. D. de rei vindicatione*, tamen in petitione hæ-
reditatis, pro fructibus habentur, *l. ancillarum 27.
leg. mercedes 29. & ſeq D hoc tit l. vſuræ 34. D. de vſuris
l. cum ſeruus 3. alias eſt apud Iulianum §. fructus de leg. 1.
d. l. item veniunt §. Papin. §. redactæ*, iuncta hac noſtra
lege, docet Gæddeus & reliqui *in d. l. vſuræ* 121. vbi
Cujac. & *lib. 18. obſeru. cap. 2. & lib. 7. quæſt. Pap. in l. 2.
de vſuris & lib. 20. in l. 3. & lib. 27. in l. 4. in fin. D. eod.*
Donell *libro 20. comment. cap. 4.* Gilken. *d. c. 2. n. 7.*
31 Tertiò ſciendum eſt in petitione hæreditatis ex
eo tempore effici quem malæ fidei poſſeſſorem, ex
quo non ſolum lis conteſtata eſt, ſed & poſt motam
controuerſiam, etiam extra iudicium, vel quam-
cumque denuntiationem factam ab hærede, vel ex-
traneo *l. ſed ſi l. 25. §. ſi ante litem l. ſi quid poſſeſſor 31.
§. ſicut autem l. Diuus 5. l. item veniunt §. præter in fin. &
§. petitam ff. hoc titul.* litem motam dicunt cum edita
eſt actio quæ tantum ſpeciem futuræ litis demon-
ſtrat *l. 3. Cod. de edendo* vbi DD. nihil intereſt, vnde
poſſeſſor hæreditatem eſſe alienam ſciat, ſed tantum
ſufficit, vt ſciat. Docet Donell. *dict. lib. 19. cap. 14.
verſ. atque hæc aduerſus.* Schiffordeg. *ſupra dict. q. 7.*
poſt Caſtr. Angel & reliquos *in d. §. ſi ante litem.*
In rei vindicatione, & in aliis actionibus contra 32
eſt, cum ex tempore litis conteſtationis non antea
mala fides æſtimetur, *l. certum 22 Cod de rei vindicat.
l. 4. §. poſt litem D. finium regund. d. l. & poſt litem 10. in
princip. & legibus ſeqq. D famil. erciſc. leg. 2. §. 1. l. videa-
mus 38. §. ſi actionem D. de vſuris l. ſi fundus 16. §. in-
terdum de pignor.* notat poſt Accurſ. *in d. §. ſi ante litem,
verbo cœpit.* Anton. Fab. *ibi* Donel. *lib. 20. comment. c. 5.
in fin.* Menchaca *quæſt. illuſt. cap. 80. num. 5.* Rationem
autem differentiæ DD. non videntur aſſequuti. Nec
placent mihi adductæ ad VVeſemb. *hoc titul. num.* 45.
qui falſo autumat hoc introductum eſſe contra ver-
ba Senatus Conſulti, cum tamen clarè id demon-
ſtret *d. §. præter in fine.* Nec admitto aliam rationem
Sichardi *hic num.* 9. & 10. qui affirmat hoc admiſſum,
quia iudicium eſt vniuerſale, quod etſi antea docuit
Accurſ. *Schol. fin.* Bald. & Caſtr. hîc non tollit difficul-
tatem, adhuc enim manet interrogatio, quare in
eiſdem iudiciis vniuerſalibus hoc à iure introductum
ſit, quas rationes confutat Oſuald. *ſupra dict cap. 14.
littera N.* ſed nullam adfert. † Quare eam eſſe ra- 33
tionem credo, quod ſit debilius, & infirmius ius
poſſeſſoris hæreditatis, idque facilius bona eius fides
deſtruatur, quæ ſolum illo muniebatur prætextu, vt
pro hærede aut poſſeſſore poſſideat *l. regulariter 9. l.
pro hærede 11. Digeſt hoc tit.* iunctis quæ diximus *ſupra
num. 15. in fin.* & cum nullum titulum præſtet, non eſt
mirum, ſi ſola denuntiatione corruat bona fides, cum
nullo iure fieri nequeat, vt qui hæreditatis petitione
conuenitur, vincat niſi per non ius actoris: at in
cæteris ſpecialibus petitionibus plerumque accidit,
vt poſſeſſor titulum habeat ſuæ poſſeſſionis, & ideo
facilè eueniet, vt vincat non tantum per non ius
auctoris, ſed etiam iure proprio. Neque obſtat ſi di-
cas poſſe etiam in rei vindicatione dari poſſeſſorem
ſine titulo *l. officium 9. de rei vindicat.* atque in ean-
dem debere militare rationem, quæ in petitione hæ-
reditatis: quoniam reſpondendum eſt, ſemper ius
præſumere: poſſeſſorem titulum habere, & ideo
non cogitur dicere pro qua parte dominus ſit *l. in
ſpeciali 73. D. de rei vindic, l. cogi 11. infr. hoc tit.* at in
petitione hæreditatis nunquam ius præſumit poſſeſ-
ſorem titulo muniri, vt diximus, & ideo facilius con-
ſtituitur in mala fide iuxta *ſupra* tradita. Quam ratio-
nem præſenſit Ant. Fab. *in § ſi ante litem & in l. alie-
nationis 13. D famil erciſc.* † Sed ipſe hanc diſtinctio- 34
nem non admittit, contendens differentiam nullam
eſſe inter petitionem hæreditatis, & reliquas actio-
nes, cuius rationes adeo graues mihi non videntur vt
à iuribus: expreſſis recedere auſim.
Sed vnum omiſit argumentum quo eius opinio 35
magis adiuuatur, quod præſtat noſtra lex, dum aſſe-
rit ex tempore litis conteſtationis malam fidem æſti-
mari debere, & ſic computandos eſſe ex eo die fru-
ctus, & vſuras. Cui difficultati reſpondet Accurſ. *hic.
n. 4.* Bald. Caſtr. 5. noſtram legem ſupplendam eſſe per
dicta iura, quia plerũque ita euenit, vt ſemper præce-
dat denũciatio Sic dicemus, vſuras & fructus legato-
rũ deberi ex die litis conteſtationis. *l. 1. & per tot. C. de*

vſuris & fructib.l.quæſit.91.§.fin.de leg.1.cum tamẽ certum ſit deberi ex die moræ, ſi qua mora conteſtationẽ præceſſerit, l.3.ff.de vſuris l.ſi quis bonor.23.ff.de leg.1. l.ſiquis ſeruo 84.l. Titia 87.§.vſuras de leg.2.leg 3.C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio. Ergo etſi aliqua denunciatio litis conteſtationem præceſſerit, dicendum eſt exinde poſſeſſorem factum malæ fidei, conſentit Oſualdus dict. capit. 14. littera N. in fine.

36 Verùm hæc interpretatio, etſi latius à me fuerit exornata, non tollit difficultatem, vt cuilibet intuenti facilè conſtabit. Quare in ea cogitatione erã, vt dicerem, quod attinet ad fructuum reſtitutionem tempus litis conteſtationis eſſe attendendum, cum noſter Imperator diſertè id demonſtret ibi: ex die conteſtationis computandos, ex quo tempore verè efficitur quis malæ fidei poſſeſſor, ſi ſequatur condemnatio; an vero ex die motæ controuerſiæ malæ fidei poſſeſſorem quem cenſeri, non ad effectum reſtituendi fructus, ſed ad illum, vt non poſſit aliquid ex hæreditate alienare. Ita apertè probat Iuris Conſult in l. Diuus 5.ff.hoc titul.l.2.infra, quod præcipuum eſt petitionis hæreditatis, vt ad impediendam diſtractionem rerum hæreditariarum non ſit neceſſaria litis conteſtatio, quæ in cæteris iudiciis etiam vniuerſalibus neceſſaria eſt l. 1. Codic. communi diuid.l.alienationes 13.ff.famil.erciſc.notat Anton.Fab.
37 & Cujac. in dict. l. Diuus. † Sed rationem nullam aliam proponunt, niſi quod ita centumuiralis iudicij authoritas fert [ad quod hæc actio pertinuit Oſuald.dict.l.19.cap.15.littera A.] in cuius præiudicium nihil fieri debuit, vt in dict.l. Diuus §.fin. indicat Vlpian. Quod ſi quæras huius rei aliam rationem, ad debiliorem bonam fidem poſſeſſoris hæreditatis referre poteris, vt ſupra numero 33. loquuti fuimus, quia non eſt mirum, deſtructa illa bona
38 fide, dolo cenſeatur facere, ſi diſtraxerit. † Quæ autem potuit eſſe cauſa, quare fructus inter motam controuerſiam, & litis conteſtationem perceptos non reſtituat, ſed ex die litis conteſtationis, cum tamen malæ fidei poſſeſſor antea dicatur? Ea mihi videtur, vt negligentia petitoris puniretur, qui negligens fuit in proponenda actione, & cuius potuit ad litis conteſtationem peruenire, argument. leg. mulier 22.§.ſi hæres D. ad Trebellian. ibi: fructus negligentia petentis percepti videntur. Non enim iure negligentia impunita remanſit, vt patet ex rationibus introducendæ vſucapionis in cap. vigilanti 5. extra de præſcript. quas exornat Petr. Gregor. libro 40. ſyntag. cap.11.num.2. Oſuald.ad Donel.libr 5.capit.30. littera C.

39 Nec alicui hæc noſtra ſententia ſcrupuloſa videbitur, ſi animaduertat, non omnem contra quem hæreditatis controuerſia mouebatur, eſſe interim malæ fidei poſſeſſorem, nam in dubio conſcientiam, quam illæſam habuerit, conſeruat, & bonæ fidei poſſeſſor cenſetur, ita probatur in l. illud 40. & in l. ſi bona 49. D. hoc titul. vbi poſt litis conteſtationem dicitur quis bonæ fidei poſſeſſor, etſi poſt eam indiſtinctè reſtituit fructus, id fit vi litis conteſtationis, quæ efficit, vt omnis cauſa reſtituatur, dict. l. illud l.præterea 20. de rei vindicat.leg.2.D.de vſuris, atque ita præſtatio non eſt in pœnam malæ fidei, ſed ex obligatione quaſi contractus iudicij accepti. †
40 Vnde interpretandum eſt reſponſum difficilè in leg. qui ſcit 25. §. bona fidei, ff. de vſuris, in cuius explicatione mirum eſt, quam anxie torqueantur Interpretes, videlicet Donel.libro 4.commentar.cap.24.vbi Oſuald.littera H.Pichard.in dict.§.ſi quis à non domino numero 8.& in d.§ ſed ſi in rem numero 71.de officio iud. Fachin.libro primo, controuerſ.cap.59. vt bonæ fidei poſſeſſoris intelligatur, id eſt præſumatur (ſic enim illa vox accipitur in l. 1. Codic. quando libelli Principi oblati,) quandiu fundus euictus non fuerit, id eſt, donec ſententia contra eum dicta non euincatur. Quod debet intelligi, vt percipere poſſit fructus inter moras litis, tametſi victus iudicio reſtituere debeat, tanquam in obligationem iudicati deductos, & exinde debitos. Explicat omnino videndus Oſualdus dicto libro 19. cap. 14. littera O. † Conſtat ergo ſe- 41
parandam eſſe malam fidem, in quam incidere dicitur bonæ fidei poſſeſſor poſt conteſtationem, ab ea quam initio prædo habuit, nam etſi dici ſoleat, poſt conteſtationem omnes eſſe prædones, d.l.ſed ſi lege §. ſi ante litem, hoc intelligendum eſt, vt quemadmodum prædones tenentur omnia reſtituere, quæ perceperunt, aut percipere debuerunt, vel dolo poſſidere deſierunt: ita bonæ fidei poſſeſſor ex tempore conteſtationis ſi condemnetur, vt diximus: qui ſequuta condemnatione quoad reſtitutionem talem faciendam, tanquam prædo cenſendus eſt atque ita ficta quædam datur mala fides ex eo tempore, quæ inducit fructuum reſtitutionem, docet Bart. in dict. l.illud, & in l.in æſtimat.51.(vbi Anton. Fab.) ff hoc titulo, Oſuald.dict. littera O. & notauit ante eos Accurſ in d.§.ſi ante litem, verbo cœpit verſ. nec quantum ad l. c. Diximus tanquam prædo, quoniam inter poſſeſſionem malæ fidei, & prædonem maxima eſt differentia, quam tradit Anton. Fab. de erroribus decade 26. errore 9. numero 20. & alij relati à Gaſpare Schifordeg.libro ſecundo, tractatu 28.circa medium. † Ex 42
quo cognoſcimus d. §. ſi ante litem, non parificare prædonem, & bonæ fidei poſſeſſorem poſt motam controuerſiam, vt teneantur ad reſtitutionem fructuum, ſed tantum vt non poſſint alienare, vel dolo deſinere poſſidere, dict. l. ſed ſi lege §. quod ait Senatus, & §.perinde, l.nec vllam 13.§.is autem, & §. item ſi quis dolo, ff. hoc titul.& id ſatis apertum eſt ex ipſo SConſulto in dict. l. item veniunt §. præter, verſ. item eos, cuius verba interpretabatur Vlpian. in d. §. ſi ante litem, ſecundùm quæ ab eo adiecta, accipienda ſunt eo ſenſu, vt non ſolum poſt litem conteſtatam, ſi dolo deſinunt poſſidere teneantur, vt ait S. Conſultum, ſed etiam & ante litem, poſt controuerſiam motam, atque ita condemnentur, tanquam ſi poſſiderent, quia dolus intelligitur etiam præteritus, id eſt qui præcedit litem conteſtatam, l. 1. §. non tantum, ff. depoſiti, & ſic æſtimatur ex tempore motæ controuerſiæ.

Cœpimus oſtendere bonæ fidei poſſeſſorem quo 43
modo teneatur ad fructuum reſtitutionem: videamus nunc quos fructus reſtituat ante litem conteſtatam. Et noſtra lex demonſtrat apertè, non teneri ad reſtitutionem vſurarum ex rebus hæreditariis venditis collectarum, nec etiam fructuum, niſi quantum ex eis locupletior eſt factus. Idem probat l.item veniunt, § præter, verſ.item eos l vtrum 23.ad dict.l.ſed ſi lege § conſulit 2.& §.adeo l ſi à domino 36.§.quo tempore, l. illud 40.in fin l.hæres 51 ff. hoc titul.l. 3. de condict. indebiti, facit l.naturaliter 13.§ fin.ff.eod l. in pupillo 47. de ſolut.l.3 §.fin. l.litis 37. de negot geſtis, iunctis aliis congeſtis à Gilchenio in d.§.ſi quis à non domino cap.7. num 1 & 85.& ibi Pichard. Donel.dict. lib. 4. & ſeq. Fachin. lib.1 controu. c.58.Schiford lib.2.tract.28 q.8. & tract.29.& 30 & à nobis ſup.c. 16 lib. 2. Sed quia hic fructuum articulus latiſſimus in iure exiſtit, ego ea duntaxat percurram, quæ ad noſtræ legis materiam peculiariter ſpectant: neque enim cordi eſt extra chorum ſaltare, & occaſione leuiter arrepta, in immenſam fructuum tractationem me conijcere, illudque ſemper attendo, vt quæ ab aliis rectè ſunt tractata non tranſcribam, niſi quatenus ad ea, quæ de nouo obſeruarim conducunt, ob eamque cauſam has noſtras elucubrationes obſeruat. titulo inſcripſi. † Locuple- 44
tior

tior itaque is dicitur factus, qui aliquid acquiſierit, quod bona eius augeat, *l. cum fundus* 31. §. *ſeruum ff. ſi certum petatur*, *l. ſi ſeruus* 24. §. *ſeruum de act. empt.* ſiue apud ſe illud habeat, vel in corpus patrimonij conuerſum ſit, *l. ſi ipſa* 18. *ff. de eo quod metus cauſa l. vxor marito* 55. *ff de donat. inter.* Donel. *dict. libro* 19. *capite* 14. *verſ. ſane ſi quomodo.* Schifordeg. *ſupra.* Pinel. *in l.* 2. 2. *parte capite* 4. *numero* 64. *& ſequent. Codic. de reſcind. vendit.* & alios referens Oſuald. *dict. capit.* 14. *littera* Q. Anton. Fab. 18. *coniectur. capit.* 2. Cuiac. *libro* 64. *ff.* Iulian. *in dict. l. ſi ipſa.*

45 † Si ergo locupletiores effecti non ſunt bonæ fidei poſſeſſores hæreditatis, id reſtituere non tenentur, in quo fauore ſpeciali ab ipſo SConſulto ſunt proſequuti, *dict. l. ſed ſi lege* §. *conſuluit.* Ratio fuit ne in totum damno afficiantur, & in hoc ſaltem melioris eſſent conditionis, quam prædones, quibus exæquari certe non debuerunt, cum nihil dolo faciat, qui bona fide tanquam ſuis rebus vti ſe exiſtimat, *dicto* §. *conſuluit verſ. quemcumque l. ſi quid* 31. §. *ſicut autem ff. hoc titul.*

46 † Quod quidem ante S. Conſultum obtinebat, ita vt quiſquid alienam hæreditatem nullo iure tenuiſſet, ſiue bona fide, ſiue pro prædone condemnabatur ad pleniſſimam reſtitutionem omnium, quæ percepiſſet, ſiue locupletior eſſet factus, ſiue non, quia nullo iure percepit, & bona fides ſola non poſſet ſufficere bonæ fidei poſſeſſori, ad adquirendos fructus, ſiquidem debebat habere bonum titulum, qui tamen deeſt hæreditatis poſſeſſori, diximus *ſupra numero* 15. *in fine*, & docet Schifordeg. *dict. tract.* 28. *quæſtione* 6. Quæ res cum poſſeſſoribus omnibus magnum afferret damnum, propterea quod ſolerent ij quibus hæreditas aliqua obuenit, lautius, (vt verba Conſulti vſurpem *in dict. l. ſed ſi lege* §. *ſi quis re*, quæ explicat Oſuald. *in dict. cap.* 14. *littera C.*) rebus ſuis abuti, occaſione hæreditatis, quam putabat ſibi delatam, & tanquam ditiores facti, maioribus ſumptibus ſeſe onerare, putauit S. Conſultum his conſulendum, obſeruat Anton. Fab. *in dicto* §. *conſuluit, & in dict. leg. illud*, 4. §. *prædo.* Schifordeg. *dicto libro ſecundo, tractatu* 30. *quæſtione ſecunda circa finem.*

47 Sed ſtatim duplex dubium occurrit, primum circa fructus extantes, ſecundum circa conſumptos. Et quo ad primum dicendum eſt, bonæ fidei poſſeſſorem fructus extantes teneri reſtituere, ſiue ſint induſtriales, ſiue naturales. Ita expreſſum eſt *in l. certum* 22. *Codic. de rei vindicat. l.* 4. §. *poſt litem ff. finium regund. l. quæſitum* 40. *in fine de acquir. rer. dom.* §. *ſi vero*, *Inſtitut. de officio iud.* quibus probatur bonæ fidei poſſeſſorem non teneri ad reſtitutionem fructuum conſumptorum; ergo tenebitur ad reſtitutionem extantium, atque ita ſi agatur petitione hæreditatis, extantes quidem veniunt in reſtitutionem vi actionis, non vero officio iudicis, (quoniam augent hæreditatem *d. l. ſed ſi lege* §. *fin. dict. l. item veniunt* §. *item non ſolum verſ. fructus autem*, vt dicemus latius *infra*,) quod neceſſe non eſt, cum actio ipſa ſufficiat, tradit Anton. Fab. *In dict.* §. item non ſolum, & *lib.* 4. *coniect. capite* 17. Gilxen. *in d.* §. *ſi quis à non domino capit.* 7. *num.* 59. Pinel. *d.* 2. *part. capit.* 4. *numero* 48. *&* 61. Cujac. *libro* 20. *ad edict. Paul. in l. ſi à domino* 36. §. *fin. de petitione hæred.*

48 † Et fere omnium concors eſt ſententia, vno excepto Donel. *in tractat. de fructibus capit.* 4. *& lib.* 4. *comment. capit.* 26. qui hanc veram ſententiam errorem appellat, & gloriatur ante ſe neminem illam infirmare conatum, ſed illius infirmas rationes euellit Gilxen *d. numero* 59. Fachin. *lib.* 2. *controuerſ. capit.* 57. *verſic. poſt hæc ſcripta*, & alij relati ab D. Franc. de Amaya, Obſeruat. Iuris. Schifordeg. *d. tract.* 30. *quæſt.* 3. quibus addes *l. vxor marito* 55. *de donat. inter.* vbi ſi vxor marito donauerit pecuniam, ex qua rem aliquam comparauit, etiamſi ſoluendo non eſt, inquit Paulus, poterit mulier reuocare donationem, ſi res extant: ergo pari modo idem de fructibus dici debet, comprobat *l.* 4. *titul.* 14. *part.* 6. verum eſt enim in iure, bonæ fidei poſſeſſorem ſola perceptione fructus acquirere *l. in pecudum* 28. *l. fructus* 45 *de vſuris l. bonæ fidei* 48. *cum aliis de acquirendo rer. dom.* docent *ſuprà* relati; ſed cum hoc diſcrimine, vt ſcilicet perceptione acquirat, at vero lucretur ſi conſumpſerit, *d.* §. *poſt litem*, iuncto *d.* §. *ſi quis à non domino verſ. & ideo ſi poſtea dominus*, &c. & tunc ſanè verum eſt fructus lucrari, cum alteri reſtituendi non ſunt Bart. *in l. ex diuerſo ff. de rei vind.* Couarr. *lib.* 1. *var. capit.* 3. Pinell. & alij *ſupra* Vultei. *libro* 1. *Scholaſticarum diſceptationum capit.* 20. Pichard. *in d.* §. *ſi quis à non domino numero* 15. Cujac. *lib.* 23. *quæſt. Pap. in l.* 44. *in fine principij de vſucap. & in l. non ideo* 66. *in fin. ff. de rei vindic.* Ex quo ſequitur extantes fructus eſſe reſtituendos.

Maior vero difficultas eſt, an fructus conſumptos teneatur reſtituere bonæ fidei poſſeſſor hæreditatis, ſi ex fructibus conſumptis locupletatus fuerit? 49
Quam quæſtionem tradunt plures laudati ab Schifordeg. *d. tract.* 30 *in princ. & quæſt.* 1. Gilxen *d. capit.* 7. *numero* 78. Fachin. *d. cap.* 58. & vere dicendum eſt, in petitione hæreditatis fructus perceptos quamvis conſumptos reſtituendos eſſe, ſi exinde locupletior ſit factus poſſeſſor. Quod aperte probat noſtra lex, vbi dicitur non eſſe cogendos bonæ fidei poſſeſſores fructus reddere, niſi ex his locupletiores extiterint: & Iuris Conſultus *in dict. l. illud* 40. §. *prædo ff. hoc titul.* qui bonæ fidei poſſeſſorem illos fructus ait reſtituere debere, per quos locupletior eſt factus.

Secundò facit regula iuris, qua docemur non intelligi abſumptum, quod in patrimonij corpore retinetur *l. idem ſeruandum* 72. *de leg.* 2. vnde quod in aliam rem conuerſum eſt, perinde eſt ac ſi in eadem ſpecie manſiſſet, & conſequenter ſi quid in rem noſtram conuerſum eſt, locupletiores nos reddit, *dict. l. ſi ipſa* 18. *ff de eo quod metus cauſa dict. l. vxor marito.* Atque ita reſtituentur fructus tanquam ſi extarent, cum lucrum adhuc extare videatur quod ſuum non facit bonæ fidei poſſeſſor *l. poſt.* 28. *ff. hoc titul.* 50
† Hoc verò tam de fructibus naturalibus, quam induſtrialibus, dictum accipi debet, quia ſi ex quibuſcumque locupletior ſit factus, ad reſtitutionem tenebitur, cum S. Conſultum ita eidem tribuat fructus, dum tamen non fiat locupletior, firmat Schifordeg. *ſupra quæſtione* 3. (vt ſic non admittas Sichardum *hic num.* 8. qui de naturalibus fructibus tantum teneri bonæ fidei poſſeſſorem exiſtimat.) Ratio eſt, nam cum hæc bona fides titulo deficiente, (vt diximus *ſupra num.* 33.) non ſit iuſta, ſed nuda, vtpotè nullo iure ſubnixa, non potuit tanto gaudere priuilegio, quanto gauderet bonæ fidei poſſeſſor titulo interueniente iuſto, vt puta *pro emptore, donato, aut legato d.* §. *ſi quis à non domino*, cum aliis, & ideo S. Conſulto modus quidam, & norma introducitur, quod attinet ad reſtitutionem fructuum, vt inſpiciatur an ſit locupletior factus, vel non bonæ fidei poſſeſſor. 51
† Quæ fuit vera ratio huius iuris introducendi, non vero alia quam tradunt DD. relati à Pinello *ſupra num.* 61. Suarez *in l.* 8. *tit. De las herencias num.* 38. *libro* 3. *for.* & Oſuald. *d. libro* 19. *capit.* 13. *littera B.* conſtituentes differentiam inter iudicium vniuerſale, quale eſt petitio hæreditatis, & particulare, quale eſt rei vindicatio, *l. venditor* 21. *D. de* 52

*de hæredit. vel actione vendita*, vt in illo ita ſit conſti-
tutum, quia hæreditas cum recipiat augmentum ex
fructibus *d §. item non ſolum verſ. fructus*, ideo illa pars
quæ cedit lucro repræſentatur, & includitur in
hæreditate, & licet conſumpta ſit, iudicatur idem
de eius pretio, vt quodammodo hæreditarium vi-
deatur, *l. Imperator* 70. *§. fin. Digeſt de leg. 2. l. & ſi rem*
22. *Digeſt. hoc titul.* & ſic non deficit actio ad peten-
dos fructus, quia ſolum fructus hæreditatem au-
gent, & ampliorem faciunt, quæ deficit in iudiciis
particularibus cum neque habeat fructus, neque do-
lo deſinat habere, & ideo quamvis locupletior in
eis ſit, adhuc reſtituere non tenebitur bonæ fide
poſſeſſor, ita Donel. *d. lib.* 19. *commentarior. cap.* 13.
53 *verſ. fructus quoque*, & *ibi* Oſuald. *vbi proximè.* † Sed
hæc doctrina non poteſt admitti, cum in bonæ fi-
dei poſſeſſore hi tantum fructus veniant in reſtitutio-
nem quaſi augmenta hæreditatis, per quos locuple-
tior factus eſt *d. l. illud §. prædo*, ergo talis reſtitutio
non eſt accepto ferenda quaſi augmento hæredita-
tis, ſed ipſius locuplatione. Deinde ex ea ſequere-
tur, bonæ fidei poſſeſſorem in hac petitione teneri
omnes fructus reſtituere, etiam ante litem conteſta-
tam etſi factus non ſit locupletior, quoniam ſi hæ-
reditarij fiunt, & augent hæreditatem, conſequens
eſt, vt eos reſtituat, cum hæreditatem reſtituere
teneatur.

Rurſus id reprobat §. *& ſi in rem, verſ. & ſi hære-
ditas*, *Inſtitut. de officio iudicis*, vbi idem procedit in
hæreditate, quod in ſingularum rerum petitione, vt
rectè animaduertit Schifordeg. *ſupra d. quæſt.* 2. *& q.*
54 2. *circa medium.* † Vnde conſtat nulla alia ratione
bonæ fidei poſſeſſorem ad fructuum conſumptorum
reſtitutionem compelli, ſi locupletior ſit, niſi quia
quos percepit S. Conſulti permiſſione factum ſit,
vt diximus *ſupra numero* 43. quod cum intendat ne
damnum patiatur poſſeſſor *d. §. conſuluit*, ita noluit
vt lucrum reportaret, *d. l. poſt leg.* 4. *D. depoſiti l. idem
quæro, §. ſed ſi pecuniam D. mandati*, ſed vt in eo ſta-
tu relinqueretur, tanquam ſi hæreditatem non poſ-
ſediſſet, id eſt, neque pauperior effectus, nec lo-
cupletior, *leg ex mandato* 20. *ff. de mandat.* nec ex hoc
ſequitur, prædonis, & bonæ fidei poſſeſſoris æquam
eſſe conditionem, quia reſpondetur æquam eſſe in
hoc, ne lucrum ex aliena hæreditate ſentiant, cum
vtrique ſit commune, nullum titulum habere, atta-
men bonæ fidei poſſeſſorem in eo antecellere, vt ſi
perceperit fructus non reſtituat, niſi ex eis locuple-
tior ſit factus, at malæ fidei poſſeſſorem in grauio-
rem cauſam reduci, cum omnes fructus reſtituere
teneatur *d. l. ſed ſi lege §. ſed fructus, l. fructus* 33. *de rei
vindicat.* cum adductis à Gilchen. *in §. ei verè à nu-
mero primo, Inſtitut. de rer. diuiſ.* & præcipuè à Do-
nel. *d. cap.* 14. *lib.* 19. *verſ. primum ergo, & verſ quod ſi bo-
næ fidei poſſeſſor.*

55 Ex quibus infertur interpretatio ad Iulianum *in
dict. l. ſi ipſa* 18. *ff. de eo quod metus cauſa*, vbi quis in-
telligitur locupletior factus, etſi res in aliam conuer-
ſa ſit. Pro cuius explicatione animaduerte, actio-
nem *quod metus cauſa*, dari in hæredem, vel ſucceſſo-
rem eius, qui vim intulit, quatenus ex illa re factus
eſt locupletior *l. videamus* 17. *ff. de eo quod metus cauſa
l. in hæredem* 5. *ff. de calumniatoribus*, vbi Anton. Fab.
*l. in hæredem* 27. *cum l. ſequent ff. de dolo*, quod intelli-
ge, vt ſi rem conſumpſerit, videatur locupletior
factus, & ad reſtitutionem tenebitur, vt in dictis
iuribus, iunctis aliis, quæ refert Schifordeg. *libro
primo, tractat.* 10. *quæſt.* 1. *&* 4. Pichard. *in §. non autem
numero* 50. *Inſtitut. de perpetuis, & tempor.* neque in
hoc diſtinguendus eſt hæres à bonæ fidei poſseſsore
( ſicut Accurſ. & Anton. Fab. exiſtimant, ) vt in il-
lo ſemper perpetua ſit actio, non vero in hoc. Nam
verius eſse *l. ſi ipſa*, loqui de hærede, collocatio ipſa-
rum legum disertè demonſtrant, & notat Cujac. *libro
primo, quæſt. Paul. in dict. leg. videamus.* Vt ſic fiat
differentia inter *conſumere, & interire*, hoc modo,
ſi hæres abutatur, & conſumat rem, quæ ad eum
peruenit, non liberatur, quia per eum factum eſt,
vt rem non habeat: quod de conſumptione accipi de-
bet, & eo caſu attento procedere *dict. l. videamus*, eius
ſeries clarè denotat. † Subſequitur poſtea *d. l. ſi ipſa*, 56
& quæſtionem ſubiicit; quid erit ſi ipſa res interie-
rit? Vbi aduerte emphaſin illorum verborum *ſi ipſa
res*, id eſt ſi perſonaliter interierit ante litem conte-
ſtatam, tunc non dicemus factum fuiſſe locupletem,
quoniam eo tempore, ſcilicet conteſtationis, quan-
tum ad hæredem peruenerit ſpectatur, *leg.* 20. *illo ti-
tulo*, & eo tempore rem non habuit, neque fecit quo-
minus haberet. † Neque obſtat quod Anton. Fab. 57
ait, diſtinguendum eſſe inter hæredem, & bonæ fi-
dei poſſeſſorem: nam contrarium eſt verius ex *d. l.
quod diximus* 16. *in princip. & in §. in hæredem ff. de eo
quod metus cauſa.* Vbi ait Conſultus, in hæredem, &
cæteros, in id quod peruenit ad eos, dari illam actio-
nem. Itaque æquiparat hæredem, & bonæ fidei poſ-
ſeſſorem, vt teneantur quatenus ad eos peruenit, ex
ratione tradita à Schiford. *d. tractat.* 10. *quæſt.* 1. *&* 4.
Pichard. *in d. §. non autem numero* 50. tenentur tamen ſi
locupletiores ſint facti. Locupletior itaque ſucceſ-
ſor dicitur, ſi ea res ex aliquo contractu in pecu-
niam conuerſa ſit, quo caſu non liberatur, quia om-
nino locupletior eſt, cum ex ea re ſibi parauit aliam
per pecuniam, & qui pretium habet, vel aliam rem,
ipſam principalem habere videtur *leg. quia qui pretio*
39. *ff. de vſufructu l. ſed ſi quis* 33. *& ſequent. de pecu-
lio l. ſed quod inde* 71. *de leg.* 2. † Item non videtur 58
quis rem amiſiſſe, ſi pretium habeat, vel loco eius
aliam rem ex permutatione nanciſcatur, *leg. idem* 72.
*de leg.* 2. vnde vti ſemel eſt res conuerſa in pecuniam,
vel aliam rem, non debet amplius expectari quis exi-
tus ſit. In qua re non debet admitti quod Accurſ.
( quem Bart. & reliqui ſequuntur ) dicebat, vt ſi ex
re à defuncto metu extorta aliam hæres nanciſcatur,
ex cauſa lucratiua teneatur, licet poſtea deperdat, non
vero ſi ex cauſa non lucratiua, quoniam vt rectè Cu-
iac. & Anton. Fab. *ſupra in d. l.* 18. notant, verba Iu-
liani indiſtinctè procedunt ibi, *ſi in pecuniam, aliám-
ve rem conuerſa ſit.* Ergo iudicat rem pro re, aut pro
pecunia datam.

Vtitur autem Iulianus ( *in d. l. ſi ipſa verſ. nam &* 59
*Imperator* ( exemplo ſimili ex Antonini conſtitutio-
ne, vt probet ſuam ſententiam, ſcilicet vt tenea-
tur hæres ſi in aliam rem conuerterit, ſicut in pe-
titione hæreditatis peti poteſt hæreditas à poſſeſſo-
re, qui licet eam iam non habeat, tamen pretium
rerum hæreditariarum apud ſe habet, & eo vtitur,
quia pretium intelligitur ſucceſſiſſe loco rei hæredi-
tariæ, & quodammodo ipſum hæreditarium factum,
*l. ſi & rem* 22. *ff. hoc titul.* ( vbi Accurſ. *verbo quia poteſt*)
neque videtur quis amiſiſſe quod in ſuum patrimo-
nium conuerſum eſt *d. l. idem* 72. *de leg.* 2. *l. pater* 23. *de
adim. legat.* † Sed in hoc exemplum irruit poſt Ac- 60
curſium *ibi verbo dicemus verſ. ſed de hac caue.* Anton.
Fab. *in ration. in d. l. ſi ipſa*, Tribonianum irridens, qua-
ſi totum hunc verſum ex ſuo capite intexuerit, ea ra-
tione, quoniam inter petitionem hæreditatis, & actio-
nem *quod metus cauſa*, differentia ſit, cum illa ratio,
vt pretium ſuccedat loco rei in iudiciis vniuerſalibus
locum habeat, quale eſt petitio hæreditatis, quę ſub ſe
habere poteſt multas ſpecies *d. l. ſi & rem*, & diximus
*ſup. n.* 4. non vero quod eſt ſingulare vt actio metus, at-
que ita non ſicut pretium redactũ ex re hæreditaria

poſſ

poſſit dicere hæreditarium ; idem de re per vim ablatam dicas , & pretium rei quod venditione redigitur , non tam ex re , quam ex negotiatione percipitur , *l. venditor* 22. *Digeſt. de hæredit. vel actione vendita* , quod comprobatur ex *l. qui vas* 48. *§.fin.ff. de furtis l.ſi mulier* 29. *de donat.inter l.idemque* 7. *§.fin. D.qui potiores cum aliis.* Quam differentiam plures admittunt , quos refert Oſuald. *dict. cap.* 13. *lib.*19.*litt.B.*& ſentit Cuiac. *in dict.l.videamus.* † Secundo ait Anton. Faber. quod in actione *quod metus cauſa* ſufficit rem per vim ablatam perueniſſe ſemel, quamvis non durauerit *in dict l.ſi ipſa.*at in petitione hæreditatis, ſi agatur contra bonæ fidei poſſeſſorem , ideo eſt , ne lucrum conſequatur : quibus rationibus alias addit Cuiac.*in dict. leg. videamus circa fin.*quod petitio ſit bonæ fidei , vt diximus *ſupra* , & actio quod metus cauſa ſtricti iuris , in quibus res æſtimatur tempore litis conteſtatæ , *l.*29. *D.de eo quod metus cauſa* , in bonæ vero fidei iudiciis tempore rei iudicatæ , *l.*3.*§.in hac actione D. commodati.l. ſi à domino* 36.*§.quo tempore D hoc tit.*cum notatis ab Schifordeg.*lib.*1.*tract.*15.*per tot.*

62 His & aliis difficultatibus Iulianus impetitur , ſed nihilominus tamen adhuc erit defendendus.Proponit ergo in ſpecie *dict.l.ſi ipſa* eam quæſtionem , an is ad quem res per metum extorta, iuſta ex cauſa , & bona fide peruenit , ſi ipſa res interierit naturaliter , locupletior intelligatur , vt conueniri poſſit actione *quod metus cauſa.* Et ait non teneri , quoniam non intelligitur ad eum perueniſſe neque locupletior factus , ex traditis à Donel. *libro* 16. *comment. capite primò* , Duaren. *in l. ſi ex legatis* 23. *Digeſt. de verb. oblig.* Anton. Faber. *lib.*26.*comment. cap.* 19. *verſ. ſequitur ſed etſi non culpa.* Morla *in emp. tit. de reb. cred. in præmiſſ. numero* 50. ſed ſi eam rem in pecuniam conuerterit , tunc omnino locupletiorem di-
63 cemus , & tenebitur , licet poſtea diſperdat. † Ratio eſt, nam pretium ſuccedit loco rei , ſicut in petitione hæreditatis , vbi bonæ fidei poſſeſſor tenetur, licet res hæreditariæ apud eum non ſint , in qua re æquiparantur actio *quod metus cauſa* , & alia quælibet particularis cum petitione hæreditatis , vt ſicut in illa locupletior intelligitur , & adhuc rem habet , qui vendidit vel permutauit ; ita & in hac : & hoc non ob id , quod iudicium ſit vniuerſale , ex cuius natura minimè tale prouenit , imo falſum eſt dicere indiſtincte in eo ſolum hoc admiſſum : & quamvis communis ſit hæc doctrina , vt ex Bart. & reliquis conſtat *in l. Imperator* §. *fin. de leg.* 2. Oſualdus *ſupra cap.* 12. *litt. B.* Anton Fab. *in dict. l.ſi ipſa* , Cuiac. *lib.* 8. *reſp. Papin. in l. vir.* §. *fin. de donat. inter.* Barboſa *in l. qua dotis* 34. *numero* 142. *Digeſt.ſolut. matrimon.*Gutierrez *libro* 3. *practic quæſt.* 77. *numero* 10. *& quæſt.*87. *per totam* , Molina *de primogen. libro* 4. *cap* 4.*numero* 24. *& ſequent.* adhuc tamen generaliter , & ſine diſtinctione eam non admitto , primo ex *leg. cum pater* 77.§. *dulciſſimis de leg.* 2. ibi : *Ex eiſdem facultatibus percepta pecunia , & in corpus patrimonij conuerſa non præſtabuntur, leg. Lucius* 88. *alias eſt Scæuola* 91. §. *inſulam Digeſt. eodem titul. leg. Labeo* 14 § *item ſi dominus de verbor. ſignific. leg. non vtitur* 38.§. *planè cum leg.ſeq.l. ſi vſuſructus* 35. §. *fin. Digeſt. de vſufructu* , *l. ſi donatæ* 36. §.1. *leg. vxor* 55.*l.ſi prædia* 58. *Digeſt. de donat.inter.* in quibus iuribus non attenditur an ſit iudicium vniuerſale , vel non , vt pretium ſuccedat loco rei.

64 Secundò facit , dotem eſſe quoddam vniuerſale, ex Barboſa & aliis relatis *ſupra numero* 3. atque ideo pretium in eius locum ſuccedere debuiſſe . verum tamen hoc non contingit , quando ex dotali pecunia res comparatur , *l. ex pecunia* 12. *Codice de iure*



*dot.* ( iunctis quæ ad eius interpretationem cum *l.res* 54. *Digeſt.eod.*congerit Anton. Fab *lib.*5 *coniect.capit.* 9. & Gilk.*in l. ad probationem* 21. *numero* 4. *Codice de probat.* ) Nec hoc argumentum effugiet , qui cum multis conſtituat differentiam , an ſit pecunia , vel res dotalis , nam eidem ſatisfacit Barboſ. *in rub.* 3. *part. numero* 73.*Digeſt.ſolut. matrimon.* qui multa quæ ad hanc partem pertinent ſuo more congerit eleganter.

Vltimò facit , quod cum Iulianus tractauerit *in* 65
*dict. l.ſi ipſa* , an locupletior ſit factus qui rem metu extortam vendidit , proponit exemplum petitionis hæreditatis , quia in vtraque actione cum agimus an quis locupletior ſit , ſolum inſpicitur an aliquomodo ſit factus , & cum in effectu locupletior ſit , ſiue rem habeat ſiue pretium , non eſt mirum ſi Conſultus eadem ſimilitudine vſus fuerit , in qua eadem ratio vigebat. † Quod eleganter ſuadetur ex *l. quod* 66
*autem* 7. §. *idemque* , & præcipuè ex *leg. vxor marito* 55.*Digeſt.de donat. inter* vbi Paul. ſcribit , quod ſi vxor marito ſuo donauerit pecuniam , ex eaque maritus aliquam rem emit , ſi res extat , poterit agere ad rem vindicandam , quatenus ex ea maritus fuit factus locupletior , etſi ſoluendo non ſit , quia non quærimus , inquit , quid deducto ære alieno marito ſuperſit , ſed quid ex re mulieris maritus poſſideat, quem locum explicat Cuiac. *libro ſexto* , *quæſt. Paul. ibi* , & Anton. Faber. *dict.lib.*5. *cap.*9.Barboſa *dict.* 3.
*part. rubricæ numero* 85. *& ſequent.* † Cum ergo ſo- 67
lum inſpiciatur in propoſito , quid ex re metu extorta poſſideat hæres , *in dict. leg. ſi ipſa* ad hoc vt locupletior ſit , non eſt incongruum , ſi eiuſdem rei in petitione hæreditatis exemplum ſubiecerit Iulianus , in quo eadem admittuntur. Atque hæc mihi veriora videntur , ne cum interpretis munere fungimur iura demoliamur,vt Ant. Fab.plerumque ex ſuo more facit.

Secundo ex ſupradictis infertur interpretatio ad 68
*l.ſi fructus Codice de donat. inter.* vbi poſtquam conſumpti ſunt fructus , ( in quibus valida eſt donatio inter coniuges *l de fructibus* 17. *de donat. inter.* Pinel. *in l.* 2. 2. *parte Codice de reſcind. capite* 4. *numero* 48. & nos egimus *capit.* 16. *libro* 1. ( inſpicitur an locupletior ſit , qui ex coniugibus accepit , vt valeat donatio , vel non : quoniam eatenus reuocatur , quatenus recipiens locupletior eſt *l. ſi ſponſus* 1. §. *conceſſa donatio l.cum hic ſtatus* 32. §. *quod ait oratio l. ſi cum mulier* 50. *de donat. inter.capite fin. extra eod. titul.* cum late adductis à nobis *libro* 2. *capite* 10. *in princip.* & iis quæ ad eius loci explicationem notat Schiford. *dict. tract.* 30. *quæſt.*4. *& de difficult.l. Me & Titium* 32. *Digeſt. ſi certum petat* Donel. *lib.* 4. *comment. cap.* 25. erit conſulendus , ad quos hæc remittimus , ne diſputationis noſtræ cancellos tranſilire videamur , neque aliorum paginas tranſcribere.

Tertiò infertur ad aliam quæſtionem ſupradictæ 69
longe affinem , an ex conſumptione fructuum locupletior quis intelligatur in dubio , de qua videndus eſt omnino Schifordeg. *dict. l.*2. *tractatu* 29. *per totum* , Pinellus *dict. capit.* 4. *numero* 64 & relati ab Oſualdo *cap.* 14. *littera Q.* qui de modo probandi locupletationem agunt , & præter eos Sforcia *de reſtitutione* 1. *parte quæſtione* 36. *articul.* 10. Trentacinq. *libro* 2. *practic. reſolut. titul. de minor. reſolutione* 3. Alia item quæſtio poterat interſeri , quo ſcilicet tempore inſpiciatur , vt factus locupletior dici poſſit bonæ fidei poſſeſſor , de qua Anton. Fab. per text. ibi *in d.l.ſi à domino* 36. §. *quo tempore D.hoc titul.*Oſuald.*d.cap.*14.*littera X.*Donel.*lib.*27.*comment. cap.*9.

70 Nunc autem neceſſe eſt vt diſpiciamus de vſuris,
quarum Imperator noſter in præſenti meminit, do-
cens quod ſi poſſeſſor bonæ fidei res hæreditarias
vendiderit (quod non de fructibus venditis intelligas,
ſed de corporibus ipſis hæreditatis) ex pretio earum
collectas vſuras minimè præſtabit, niſi quatenus lo-
cupletior ſit. Ita ſcribit etiam Vlp. *in d. l. item veniunt,*
*§. hac aduerſus verſ. cæterum, & §. ait Senatus, cum §§.*
*& legibus ſeqq. D. hoc tit.* Ratio eſt, quoniam ſicut
diximus *ſupra*, bonæ fidei poſſeſſor ſolum præſtat
illud, per quod lucrum acquiſiuit, *d. l. ſed ſi lege, §.*
71 *conſuluit & d. l. poſt, d. l. illud §. in bonæ fidei.* † Sed
obſtat locus difficilis *in l. 1. Cod. de iis quibus vt indi-*
*gnis*, in quo Imperator Seuerus ad Celerem ſcri-
bens, videtur in poſſeſsoribus malæ fidei id ipſum
conſtituiſſe, quod Senatus & lex noſtra in bonæ
fidei poſſeſsore iam conſtituerat, nam ſi malæ fidei
poſſeſſores res ex hæreditate diſtraxerint, ex tem-
pore motæ controuerſiæ vſuras inferre tenentur,
idque & Papin. probat *in leg. eum qui 18. D. de his*
*quibus vt indignis.* Quæ difficultas adeo grauis eſt
non ſolum noſtris interpretibus; verum etiam Vl-
piano ipſi *in d. §. hæc aduerſus*, qui cum huius epiſtolæ
meminiſſet exiſtimauit, ne cum Senatus Conſulto
Seueri epiſtola pugnare videatur, ſic eam interpre-
tari, quaſi ad eas tantum res pertineat quas diſtrahi
expediebat, quod hæreditatem onerarent magis,
quam fructui eſſent, vt ſic deterior fiat prædonis,
quam bonæ fidei poſſeſſoris conditio.

72 Verum hæc Vlpiani interpretatio dura quidem &
commentitia videtur Anton. Fab. *in d. verſ. cæterum,*
cum generaliter loquatur epiſtola *in d. l. 1.* & faciat
deteriorem conditionem malæ fidei poſſeſſoris, quam
eſſet antea, ponatúrque in arbitrio petitoris, quam
computationem facere velit, vtrum ipſius rei, &
fructuum, vel pretij, & vſurarum, *argument. l. Græcè*
*8. §. idem Iulianus, D. de fideiuſ.* Deinde, quoniam
Seueri epiſtola generaliter non loquitur de malæ
fidei poſſeſſore, ſed de hærede non vindicante
necem defuncti, qui licet bonæ fidei poſſeſſor
non ſit, attamen nec prædo dici poteſt, cum
verè hæres fuerit. Quam coniecturam iterum
exagitat Anton. Fab. *in l. hæres 51. §. 1. circa fin. D. hoc*
*titul.*

73 Quibus conſiderationibus adiici poteſt alia, ſcili-
cet hanc epiſtolam Papinianum diuerſimode intel-
lexiſſe *in d. l. eum qui ff. de his quibus vt indignis,* dum
ait, Seuerum benignè hoc decreuiſſe, vt citra di-
ſtinctionem temporis non deberentur vſuræ. Nec
mihi opinio Anton. Fab. probatur, qui ait Seueri
reſcriptum, de quo *in d. l. eum qui*, malè à Cujacio
confundi cum illo, de quo *in d. l. 1.* nam pro Cujacio
facit primo æquiparatio vtriuſque caſus qui coniun-
gitur *in titul. Cod. de his quibus vt indign.* iuncta *l. hæ-*
*redem 17. l. ei 20. & ſeq. ff. eod.* nam ſicut qui in frau-
dem legis tacitam fidem accommodat, non videtur
bonæ fidei poſſeſſor *in dict. l. eum:* ita etiam & qui
inultam necem teſtatoris reliquit; & quemadmo-
dum ab vno auferuntur fructus, ita & ab alio. Se-
cundo facit *dict. l. eum qui*, ibi: *exemplo bonorum fiſco*
*vindicatorum:* quæ verba non de eodem caſu taciti
fideicommiſſi intelligi debent, ſed de alio ſimili, hic
autem nullus alius, niſi quem epiſtola comprehendit
Seueri *in d. l. 1.*

74 Quare in tanta difficultate tentandum eſſe arbi-
tror, vt Seueri epiſtolam *in dict. l. 1.* intelligamus
procedere, iuxta ſententiam Pap. ex Principis be-
nignitate, in gratiam hæredum fiſco ſuo non fa-
uentis, vt indicat etiam *d. leg. 1. in fin.* ibi: *ſatis eſt,*
quod idem eſt ac ſi humanum indicaret, vſurarum
ſemiſſium ſolutione contentum ſe præbere, tanquam
ſi fiſci eſſent debitores, *l. cum quidam 17. §. ſi debitores*
*de vſuris l. fin. Cod. de vſuris fiſcalibus lib. 10.* nam apud
bonos Principes deterior ſolet eſſe fiſci conditio,
quam priuatorum, vt de Traiano docet Plinius *in*
*Panegyrico*, & de Marco Aurelio Iulius Capitol. *in*
*eo*, & Aurelius Victor *in Iuliano*, & confert Alcia-
tus *emblemate 146.* vbi Minoës & Caſſiodorus *lib. 1.*
*variar. epiſtol. 22. & l. 14 titul. 5. part. 2.* Quod præſen-
ſit Accurſ. *in dict. leg. 1. verbo poſt motam*, ibi, *vel dic*
*hoc ſpeciale.* † Rationem autem ſpecialitatis docet 75
Caſtrenſis *ibi num. 6.* ſcilicet quia etſi hæres malæ
fidei poſſeſſor exiſtimetur, adhuc eſt verus hæres, &
dominium rerum habet *l. ex facto 43. § fin. de vulg.* li-
cet tanquam ab indigno ei poſtea auferatur hæredi-
tas. Ita poſt Accurſium *in l. his conſequenter 18. §. 1.*
*verbo non pertinere Digeſt. famil. erciſc.* docet Pere-
grinus *de iure fiſci libro 2. titul. 2. numero 7.* Farinac.
*prima part. fragment. criminal. littera F. numero 16.*
*& tomo quarto criminal. quæſtione 120. numero 27.*
*& 52.* Plaza *de delictis cap. 21. numero 44.* Me-
noch. *conſil. 501. num. 13. & 48. & conſ. 537. num. 16.*
*vol. 6.* Suarez *allegatione 18. num. 10.* & vere poſſeſſor
malæ fidei non fuit, vt probant illa verba: *nec enim*
*videtur fuiſſe*; quæ denotant fictionem, & ideo
æquum fuit, vt mitius cum eo ageretur, quam cum
vero prædone, aut malæ fidei poſſeſſore: quis enim
non fateatur meliorem eſſe debere conditionem eius,
qui verus eſt hæres, licet ei tanquam ab indigno
auferatur hæreditas, quam illius, qui nec hæres eſt,
nec bonæ fidei poſſeſſor? † Et quamvis magis vi- 76
deatur vrgere Vlp. *in dict. §. hæc aduerſus, verſ. cæterum,*
expenſus *ſupra* ab Antonio Fabro, attamen ſi eum
bene relegas, inuenies non conuenire cum eodem:
nam *verſ. niſi forte, in d. §. hæc aduerſus*, non eſt refe-
rendus *ad verſiculum ſed Imperator*, vbi meminerat
illius epiſtolæ, ſed ad principalem deciſionem, vbi
agebat de poſſeſſore malæ fidei, qui ſciens hæredi-
tatem ad ſe non pertinere diſtraxit. Et cum explica-
ret illam partem Senatus Conſulti, de quo *in §. præ-*
*tor* eiuſdem legis, *in verſ. hi qui ſe hæredes exiſtimant,*
in qua agebatur de bonæ fidei poſſeſſore, qui res
diſtraxit hæreditatis, Iuris Conſultus caſum adaptat
omiſſum de malæ fidei poſſeſſore, atque ita ſolum
adduxit epiſtolæ authoritatem, ad comprobationem
ſuæ ſententiæ, non autem aduerſus eam, neque
etiam vt explicaret epiſtolam, quæ alias ſuæ ſenten-
tiæ minimè aduerſabatur, ſed magis fauebat. †
Iuxta quæ mens Vlpiani fuit proponere eam quæ- 77
ſtionem, quod ſi malæ fidei poſſeſſor rem diſtraxit,
quid teneatur ſoluere in petitione hæreditatis, &
reſpondet non pretia rerum, ſed res, & fructus
debere reſtituere, vt *in dict. leg. item veniunt. §.*
*quid ſi poſt petitam*, ſicut idem conſtituerat in malæ
fidei poſſeſſoribus epiſtola Seueri, quoniam Senatuſ-
conſultum de illis loquutum eſt, qui ſunt poſſeſſores
bonæ fidei, à quibus ait non eſſe vſuras exigendas
ex pecunia ab eis redacta ex pretio rei. Quod om-
ne intellige ante petitam hæreditatem, nam poſt
eam ſi res ſteriles, & quæ onerabant hæreditatem,
vendidit, habet petitor electionem, an res & fru-
ctus petat, an pretium, & vſuras, quod idem con-
firmatur *inferius in dict. §. quid ſi poſt*, vbi ſi poſt li-
tem conteſtatam vendiderit res ſteriles, datur eadem
electio, in qua nulla iniquitas eſt, quin potius ten-
dit in poſſeſſoris vtilitatem, qui aliàs ſi vendidiſſet,
ad res & fructus tenebatur, in caſu autem præſenti
quando ſteriles erant, melior eius eſt conditio, cum
amplior fiat reſtituendi facultas, vtpotè quia electio
datur petitori, & ita malæ fidei poſſeſſor adiuuatur,
ſiquidem res diſtraxit, quæ inutiles erant. † Et ſe- 78
cundùm hunc ſenſum, quem tradit Accurſ. *in dict.*
*§. quid ſi poſt. verbo petita verſ. vel melius diſtingue.*
tantum abeſt, vt Vlpianus Seueri epiſtolam in illo

caſu

caſu accipiat, quin potius longè alia fuerit eius mens, & ſi coniectari licet, alios caſus comprehen-
79 diſſe Seuerum in illa epiſtola exiſtimo. † Quoniam
*in dict.l* 1. non ait res eſſe reſtituendas & fructus, vt *in d §.hæc aduerſus*, ſed pretium, & vſuras; neque item *in dict.l.*1. eſt locus computationi, & electioni, de qua *in d. §.hæc aduerſus*, vbi verè non de ſpecie *d.leg.*1. ſed de petitione hæreditatis loquitur Conſultus. Qui ſi de ea loqueretur non petitoris nomine, quod conuenit petitioni noſtræ vſus eſſet, ſed fiſci, & plerumque hæc electio in hoc tractatu dari ſolet vt conſtat ex *l. ſi à domino* 36.*§.ſi prædo D. hoc titul.* vbi ſi prædo ſeruum pluris vendidit, & mortuus eſt, datur electio petitori, vt iuſtum pretium petat, vel omne illud, quod ab emptore accepit ipſe prædo.

80 Sed vt nihil intactum relinquamus, ſi verum fateri liceat, diu me torſit Vlpian. *in d. §.hæc aduerſus*, & *in d. §. quid ſi poſt*, qua ratione differentiæ motus, ſupradictam electionem conceſſerit poſt motam controuerſiam, vt poſſit petitor vel res vel pretium, vel fructus, & vſuras quærere, non vero ante petitam hæreditatem, cum eo tempore minor eius culpa intelligi potuit, quam poſt conteſtationem, quo tempore melius erat reſtituere. In qua difficultate licet cum trepidatione reſpondeo, quod cum regulariter ad hæreditarias res reſtituendas ſit obligatus, & ad fructus, qui tunc hæreditatem augent, vt dicemus *infra*, non eſt cur petitori detur priuilegium electionis, ſed quod petat hæreditatem, id eſt, res ſuas, & fructus ordinario iuris modo, ad quas poſſeſſor malæ fidei tenetur, quia dolo deſiit poſſidere, *dict.l.item veniunt §. ait Senatus* 17.*& § reſtituere ff hoc titul.* ita vt ſi voluerit pretium perſoluere non liberetur, ne alias prædo pari conditione gaudeat, ac ſi eſſet bonæ fidei poſſeſſor, vt ratiocinatur Anton.Fab.*in dict.§.reſtituere:* at cum res ipſæ ſteriles ſunt, & quæ onerant hæreditatem, non debuit imputari malæ fidei poſſeſſori, quare res diſtraxit, imo fauetur ei, cum dolus deſiit, vt electioni ſit locus, & non vt antea teneatur ad res ipſas, quas vendidit reſtituendas, ſed amplior ſit reſtitutionis facultas, *argument.dict.l. ſi à domino* 36. *§.ſi prædo*, vt quamvis videatur conuenientius electionem dari ipſi reo, an res vel pretium debeat reſtituere, cum actor alias eligere poſſit, quid vellet petere; id credo factum, vt tolleretur
1 iuramentum in litem, de quo in *d.§.reſtituere.* † Neque item obſtat *d. l. eum qui, de his quibus vt indignis*, quia ponderatio *ſuprà*, conficta *num.*70. *& ſeqq.* ad rem non facit, propterea quod in longe diſſimili caſu loquitur Pap. *ibi:* illi autem eſt quando fructus ſunt venditi, an debeant reſtitui cum vſuris: in qua re diſtinguit tempus ante, vel poſt motam controuerſiam, deinde ait Seuerum decreuiſſe, vt non ſoluantur fructuum vſuræ, quoniam diſtinctionem temporum *ſupra* dictam noluit admittere ex benignitate, atque ita conſtat, non poſſe Papinianum explicare diſſimilem caſum. Neque obſtant illa verba *exemplo bonorum &c.* Quia referenda ſunt ad immediatè ſequentia, ſcilicet vt bonæ fidei poſſeſſor non exiſtimetur, qui tacitam fidem dedit de reſtituendo incapaci, ſicut ille à quo bona auferuntur propter necem inultam teſtatoris qui eodem modo malæ fidei poſſeſſor eſt.

82 Ex quibus iam apparet grauiſſima contrarietas inter *d.l.*1.*C.de his quibus vt indig.& d.l.eum qui*, nam Seuerus diſtinguit tempus motæ controuerſiæ à tempore antecedenti, vt ſoluantur vſuræ, at *in dict.l.eum qui*, Papin. ait Seuerum benignè diſtinctionem hanc temporum non admiſiſſe. Quæ difficultas à nemine quem legerim cognita eſt præter vnum Ant. Fab. *in l.hæres* 51. *§.*1. *circa medium ff. hoc titul. & de error. pragm. deciſione* 38. *error.* 10. & ſanè obſcurum eſt, nam eodem modo exiſtimatur malæ fidei poſſeſſor, qui neglexit necem teſtatoris, ac ille, qui tacitam fidem dedit *dict. l. eum qui*, ibi*: quod bonæ fidei poſſeſſor non videtur:* & *in dict. l.* 1. ibi *: Neque enim bonæ fidei poſſeſſores videntur fuiſſe,iuncta l.* 1. *in princ. de iure fiſci*; & eodem modo à fiſco indigni iudicantur *dict l.eum qui ibi exemplo bonorum*, & conſtat ex *titul. ff.& C.de iis quibus vt indignis.* Item qui tacitam fidem dedit, peioris conditionis debuit exiſtimari, quam alter, & ſeuerius puniri, cum repugnantibus legibus aliquid facere, intrinſecè peius eſt, quam præcipientibus aliquid omittere, & poteſt hoc facere non ex malitia, vel ſcientia, vt *in l. hæredem* 17 *ff.de iis quibus vt indignis dict.l.*1.ibi,*ſcientes:* at in altero caſu nulla excuſatio eſt, vt patet, fraudat enim legem, & eludit, & quocumque modo præſumitur fraus *l.*3.*de probat l.fin. D. de ritu nupt.* ibi: *Siquidem palam fecerit leuius, ſi vero clam hoc commiſerit, grauius punitur: palam delinquentes maiori pœna excuſantur, clam committentes, vt contumaces plectun-
tur.* † Ex quibus non admitto Anton.Fab. ſenten- 83
tiam *ſuprà*, qui vt hanc difficultatem diſſoluat, varias differentias inter vnum, & alterum caſum conatur inferre, vt ſcilicet grauius, & odioſius ſit factum eius, qui non vindicatur necem defuncti, quam eius qui tacitam fidem interpoſuit, licet *in dict. errore* 10. *numero* 4. id ex nulla iuris ratione, quæ hanc diuerſitatem inducat, ſed ex ſola benignitate affirmat fuiſſe conſtitutum. Neque rurſus ferendus eſt Cujac *lib.*2.*reſponſor.Papin.in dict.l.hæres* 51.*§.*1.*in fin.* qui ait coarctandam eſſe *d.l.*1 iuxta Vlpiani interpretationem, de qua *in d. §.hæc aduerſus*, vt in rebus ſterilibus accipiatur: quæ ſententia non poteſt conuenire dictis *ſuprà n.* 76. præterquam quod diuinatoria videtur.

In hoc dubio enucleando diu ſuperſedi, difficul- 84
tate ſatis vexatus, circa quam vellem libentius alium ducentem audire, quam docere: ſed conſiderata vtriuſque loci ſeriè animaduertebam, non eſſe contrarios Seuerum, & Papinianum, qui *in d.leg.eum qui* ait, quod ſi aliquis in legis fraudem tacitam fidem accommodauerit, (quod prohibitum eſt toto *titul.C. de delatoribus lib.*10.*D.& Cod.de iis quibus vt indignis, l.*1*.l.*3*.l.in fraudem l.cum tacitum D. de iure fiſci*, cum aliis relatis in Farinacio *prima parte fragment. crimin. verb. fiſcus num.*75.*& ſeq.* Peregrin.*de iure fiſci lib.*3. *titul.*1.*num.*5.*& titul.*19. Cujac. *lib.*9.*reſp. Pap. & lib.* 13.*& lib.*15.*in l.*3.*de probat. & in dict.l hæredem, & in l.hæres D de his quibus vt indignis.* Anton.Fab. *dict. errore* 10. Petr.Gregor. *lib.*47.*Syntagm.cap.* 1, *num.*4. Gomez *in l.*9.*Taur num.*22.) fructus tenetur reſtituere etiam eos, quos ante litem percepit, quia malæ fidei poſſeſſor eſt, poſt motam vero controuerſiam ſi antea fructus vendidit, eorum pretium ſoluturum eſſe cum vſuris; ſed Diuum Seuerum ex benignitate, nulla temporis diſtinctione adhibita, fructus duntaxat ſine vſuris ſoluendos eſſe decreuiſſe; quod idem *in d. l.*1. animaduertitur in principio, vbi dicitur h... cogendos fructus integros reddere in quo m... ...ficultas eſt, cum citrà diſtinctionem temporis ... iubentur, id eſt, ſine diſtinctione, an fru...us percepti ſint ante, vel poſt litem, atque ita quoad hanc patrem Pap. & Seue-
rus conueniunt. † Difficultas autem eſt maior *in* 85
*verſ. ex hæreditate*, qui ſequitur: ſed ſi rectè eum perpendas, diuerſum caſum inuoluit, quem omiſit Papin. *in dict. l. eum qui*, Imperator quando hæres poſt motam litem res aliquas hæreditatis vendidit, vel à debitoribus pecuniam exegit, quo caſu vſuras eſſe reddendas ſtatuit, & ideo multo diuerſus eſt à

præcedenti in principio, vbi fructus ſunt reſtituendi ſine diſtinctione ( vt Papin. dicebat qui tantum de fructibus venditis, non de rebus loquitur ) & hoc ex benignitate, cum aliàs ad vſuras ſecundum iuris regulas teneatur *dict. l. eum qui iuncta noſtra lege in fine*, vbi ſoluuntur vſuræ pretij rerum ante litem venditarum, de cuius ratione mox dicemus. At *in verſ. ex hæreditate*, res ipſæ fuerunt venditæ poſt litem, quas cum vſuris reſtituere tenetur ( vbi aduerte dictionem *autem*, quæ eſt aduerſatiua, & includit differentiam in facto ) quod non ſolum obtinere in rebus hæreditariis voluit Seuerus, verum & in fructibus in hæreditate inuentis, de quibus non agit in principio, neque de eorum venditione, neque etiam Papin. *in d. l. eum qui verſ. ſed diuus*. Hi autem fructus inuenti in hæreditate ſi vendantur, etiam & vſuras eorum inferunt, quemadmodum ſi cæteræ res hæreditariæ vendantur, quoniam eodem modo, ac illæ, huiuſmodi fructus ſunt partes hæreditatis, & ne alias, cum videret malæ fidei poſſeſſor à ſe res eſſe euincendas, in damnum fiſci res, & fructus diſtraheret, cum ſit verè dominus, vt dixi *numero* 75. poſtea grauiori iudicio cum emptore ageremur *l. neque* 15. *§. ſi quis ſciens D. hoc titul.* Vnde cum mala fide & dolo talis venditio fuerit facta, vtpotè poſt litem conteſtatam, ratio expoſtulat, vt reſtituat cum vſuris ſemiſſibus, quia mala fides efficit, vt tanquam verus debitor exiſtimetur *l. cum quidam* 17. *§. ſi debitores D. de vſuris.* Quod autem benigniter decreuit Seuerus apud Papin. *in dict. verſ. ſed diuus*, non fuit circa hos fructus repertos in hæreditate, ſed circa illos quos perceperat hæres ſuo labore, ſiue ante, vel poſt litem conteſtatam, quos apud ſe retinuit, non vendidit, neque de venditione nullum verbum eſt, imo ſi ille verſus coniungatur verbis ſequentibus, conſtabit clarius non eſſe venditos, ſed tantum eos in vſu habuiſſe, & ideo benignè conſtituit Imperator, vt fructus duntaxat debeantur, non vero pretiorum vſuræ, cum in hoc caſu nullus dolus ſicut in cæteris animaduertatur. Quæ interpretatio, ſi non arrideat, dum melior occurrat, ſuſtinenda eſt, & huic coniungenda alia quam trademus *infra numero* 97.

86 Verum huic reſolutioni obeſt Pap. idem *in dict. l. hæres* 51. *§.* 1. *ff. hoc titul.* quo loci monet fructuum poſt litem conteſtatam perceptorum vſuras non eſſe ſoluendas, quod etiam comprobat Paul. *in l. neque* 15. *de vſuris*, & noſter Imperator. ibi: *vſuras pretij rerum ante litem venditarum.* Pro quorum iurium explicatione animaduerto cum Anton. Fab. Cuiac. *in d. §.* 1. *& lib.* 2. *reſp. Papin. & lib.* 16 *reſp. Paul. in dict. l. neque*,

87 & Donel *lib.* 19 *commentar. cap.* 14. † differentiam eſſe conſtituendam inter fructus ante litem conteſtatam perceptos, & eos, qui poſt eam percepti ſunt. Primi augent ipſam hæreditatem, & tanquam eius partes intelliguntur, & conſequenter tanquam hæreditas *d. l. item veniunt §. fructus d. l. ſed ſi lege §. fin. l. illud* 40 *§. prædo ff. hoc titul. l. in falcidia* 9. *ff. ad leg. falcid.* Donel. *ſupra cap.* 13. *& lib.* 7. *cap.* 25. *&* 26. Schiford. *d. lib.* 2. *tractat.* 30. *quæſt.* 1. Sichard. *in l.* 2. *num.* 11. *Codic. hoc titul.* Cujac. *in dict. l. in falcidia ſub lib.* 19. *quæſt. Papin.* Barboſ. *in rub.* 2. *part. à num.* 61. *ff. ſolut. matrimon.* Ratio eſt, quoniam eſt hæreditas eſt nomen vniuerſale, vt diximus *ſup. n.* 4. Quod augmentum & diminutionem recipit, vnde ſi contingat vendi fructus, poſſunt recipere acceſſiones vſurarum, & ſi eos in vſu habuerit poſſeſſor, eorum pretia ſine vſuris reſtituere ſatis eſt *d. leg. eum qui*, ſiquidem vſuræ non ſunt fundorũ vel fructuum, ſed pecuniæ, vt in præſenti, & ſemper ex poſſeſſoris negotiatione, magis quam ex hæreditate percipiuntur, *l. ſi nauis* 62. *ff. de rei vindicat.* & corpora ipſa fructuum in iudiciis vſuras non recipiunt, ſed pretia, in quibus vſura fructus eſt. †

88 Fructus vero qui poſt litem conteſtatam præcipiuntur, iam non augent hæreditatem, ſed dicuntur eius acceſſiones, atque ita non deducuntur in petitionem hæreditatis vi ipſius actionis, imo officio tantum iuris tanquam illius acceſſorij cenſentur, *dict. l. neque l. ædiles* 25. *item ſciendum D. de ædil. edict l. qui per colluſionem* 49 *§. fin. D. de action empt.* Quod ſecus eſt in petitione ſpeciali, in qua fructus ante litem percepti non inſunt iudicis poteſtati, id eſt, non intelliguntur petiti re petita explicant Barboſ. *ſupra num.* 61. & Cujac. *in dict. l. neque.* † Vnde interpretationem 89 accipit I. Conſultus *l. non poteſt* 25. *D. de iudiciis*, vbi traditur non poſſe videri in iudicium veniſſe, quod accidit poſt acceptum iudicium, vt ſcilicet intelligatur omnia, quæ poſt litem accidunt ad officium iudicis pertinere, nam actio hæreditatis propoſita ea comprehendere iam non poteſt, & ideo hi fructus non niſi tanquam acceſſiones præſtantur, & conſequenter officio iudicis ex quibus vſuræ non ſoluuntur, ne ſcilicet daretur acceſſio acceſſionis & commodum commodi *l. fin. Codic. de vſuris l.* 2. *§. ſi indemnitas D. de adminiſtr. rer. ad ciuit* quia cum fructus poſt litem percepti, iam non inſunt actioni, atque ideo nec petiti intelliguntur, ſed accedunt officio iudicis & acceſſionis, alia acceſſio eſſe non poteſt, ne alias procederetur in infinitum. Quod in fructibus accipiendum eſt. Neque obſtat *l.* 4. *ff. hoc titul.* de cuius intellectu vide Gomez *in l.* 45. *Tauri num.* 165. *in fin. cum ſequent.* Couarruuias & alios relati à Barboſ. *in d. l. non poteſt*, *num.* 24. *de iudiciis*, Cujac. *in l.* 1. *ff. hoc titul. circa fin.* Donell. *lib.* 19. *cap.* 14. *in princip.* Oſualdus *littera D.* † Nec dicat aliquis, poſt litem conte- 90 ſtatam non debuiſſe fieri deteriorem conditionem actoris *l. non ſolet* 86. *ff. de reg. iur.* cum fiat melior eo caſu, quando vſuræ, quæ ante litem fructuum perceptorum non debebantur, ex die conteſtationis, debentur vt hic. Fieret autem deterior conditio, ſi vſuræ quæ cœperint ante litem conteſtatam, eædem poſt litem non currerent, vel ſi fructus ante conteſtationem debiti, deſinerent poſt eam eſſe debiti, quod non ita eſt *l.* 3. *in princip. l. lite* 35. *ff. de vſur.* † Quæ omnia locum habent tam in bonæ quam in 91 malæ fidei poſſeſſore ( vt rectè Cuiac not. *in d. l. hæres §.* 1. In quo articulo Ioan. Martin. & Azo diuerſi fuerunt, vt ſcribit Caſtrenſ. *ibi* ) qui poſt litem conteſtatam pares ſunt *l. ſed ſi lege §. ſi ante litem*, iuncta noſtra lege, vbi eo die, quo litem conteſtatus eſt, malæ fidei poſſeſſor exiſtimatur, & ideo incipit amittere priuilegium, quod habuit, ne ſcilicet vltra quam locupletior eſt factus, condemnetur, & ideò *in dict. l. neque* ait Paul. quaſi malæ fidei poſſeſſori fructus condici. Quapropter cum myſterio I. C. in *d. §.* indiſtinctè loquitur, non faciens mentionem bonæ 92 aut malæ fidei poſſeſſoris. † Neque mihi placet opinio Accurſ. *in dict. §.* 1. quam defendit Anton. Fab. ibi, vti exiſtimemus Papin. de bonæ fidei poſſeſſore tantum loquutum fuiſſe. Nam rationes ab eo adductæ non obſtant, cum idem in malæ fidei poſſeſſore admiſerit *in dict. l. eum qui*, ( quam de malæ fidei poſſeſſore intelligendam eſſe nemo dubitat ) vbi ait poſt motam controuerſiam, pretia fructuum antea percepta eſſe reſtituenda cum vſuris, ergo non poſt ea percepta, id eſt poſt litem conteſtatam. Non obſtat dicere cum Fabro *in d. l. eum qui*, excepiſſe Papin. eum qui tacitam fidem dedit propter reſcriptum Diui Seueri, cum ſi Conſultus rectè perpendatur, de malæ fidei poſſeſſore loquitur, & quid dicendum eſſet in quolibet ſimili reſpondet, vt ſcilicet poſt litem vſuræ pretiorum non debeantur, vt *in dict. §.* 1. † 93 Neque item obſtabit, non eſſe ſpectandam in prædone conteſtationem vt in mala fide conſtituatur,

qui

qui non ex die venditionis, vt bonæ fiei poſſeſsor, ſed ex tempore perceptionis teneatur. Diuerſitas quippe hæc nihil ad rem facit, cum ſolum euincat argumentum, vt prædo ad maiores vſuras teneatur, quam bonæ fidei poſſeſsor, quia ſoluit ex die perceptionis, ſed non euincit ex hoc ſequi, vt ſoluat poſt litem. Maiores autem vel minores vſuræ non obſtant, cum etiam bonæ fidei poſſeſsor ad nullas teneatur ſi locupletior factus non ſit, vt *in præſenti.*

94 Vnde interpretor *l. illud* 40 §. *Prædo. D. hac titul.* vbi dicitur prædonem fructus ſuos non facere, quia augent hæreditatem, ideóque eorum quoque fructus præſtare debere: bonæ fidei poſſeſſorem eos tantum reſtituere quaſi argumenta hæreditatis, per quos locupletior eſt factus. Quæ traditio ita intelligenda eſt, quaſi velit dicere Paul. prædonem reſtituere teneri omnes fructus, & fructuum fructus, hoc eſt vſuras pretij, cum vſura ſit fructus pecuniæ, & hoc quaſi augmenta hæreditatis quæ ſcilicet his aucta eſt, ergo de fructibus perceptis ante litem conteſtatam accipiendus eſt Conſultus, non vero poſt eam, cum iam eo tempore fructus non augeant, & ſemel petita hæreditas, à quo tempore petita eſt, iam non poteſt recipere augmentum vel diminutionem, quia quale quid eſt cum petitur, tale datur *l. 2. D. de vſur* cum traditis ad eius explicationem *ſupra cap.* 1. §. 2. *numero* 55. Neque formula actionis, per quam petitur *hanc hæreditatem meam eſſe aio*, poteſt comprehendere fructus poſtea perceptos ſiquidem verbo *hanc* non poſſumus demonſtrare, quod eo tempore perceptum non eſt, & hoc modo Papin. *in dict.* §. 1. dixit fructus, qui hæreditatem auxerunt, ad differentiam fructuum perceptorum poſt litem, qui augent condemnationem. Accedit quod cum *in d. §. prædo*, parificetur prædo cum bonæ fidei poſſeſsore, qui debet reſtituere quaſi augmenta hæreditatis fructus, ex quibus locupletior eſt factus, conſtat de tempore ante litem conteſtatam agi, poſt eam autem non attenditur an ſit locupletior, vt in noſtra lege, *in verſ. poſt litem,* vnde euincitur *dict.* §. 1. eſſe intelligendum tam de bonæ quam de malæ fidei poſſeſſore. Quam ſententiam poſtea ſibi contrarius tenuit Accurſ. *in dict. l. neque, verbo litem,* & Donell. *dict. cap. 14. verſ. ſed videndum.* † Ex quibus producuntur intellectus *ad*
95 *dict. leg. neque*: vt habeat locum quando fructus fuerunt venditi, & in pecuniam redacti *leg. 4. de pactis dotal. iuncta dict. l. eam qui.* Corpora autem ipſa fructuum nunquam recipiunt vſuras, & ita rectè dicitur fructus, qui acceſſerunt officio iudicis (id eſt perceptos poſt litem motam) alias acceſſiones non recipere, id eſt vſuras, quia acceſſio acceſſionis dari non poteſt, ſicut non datur vſura vſurarum, vt dixi *leg. improbum fœnus* 20. *Codic. ex quibus cauſ. infam. l. fin. Codic de vſur. rei iud. l. placuit* 29. *D. de vſur.* † In ſecunda autem parte loquitur
96 Paulus de poſſeſſore malæ fidei particularis, qui percepit ante conteſtationem, in quam non veniunt fructus, nec iudicis poteſtati inſunt, vt in hæreditatis petitione, notat Barboſ. *ſupr. d. num* 61. Quia fructus non augent rem certam & determinatam, qualis eſt fundus, & ideo qui fundum petit, hos fructus non petit, vnde peracto iudicio, & conuicto poſſeſſore, certum eſt condici eos fructus *condictione ſine cauſa*, vel ex iniuſta cauſa *l. 3. Cod. de condict. ex leg. l. 1. § fin ff. de condict. ſine cauſ.* condictio quippe eſt actio ſtricta, in quam non veniunt vſuræ, niſi ſtipulatæ *l. Titius de præſcript. verb.* & ideo in condictionem fructuum præteritorum, qua intenditur contra malæ fidei poſſeſſorem, qui in proprietate victus eſt, non veniunt vſuræ, quia non ſunt deductæ in obligationem, docet Cujac. *l. neque, & in d.* §. 1.

Secundo interpretor *dict. l. 1. Cod. de his quibus vt* 97
*indig.* vbi poſt litem conteſtatam in petitione hæreditatis præſtantur vſuræ fructuum poſt litem venditorum. Difficultas ſanè ardua, vtpote à nemine, diſcuſſa, nam Cujac. *in dict.* §. 1. *circa fin.* eam non ſoluit neque Anton. Fab. *ibidem, & in decad.* 38. *error.* 10. Sed meo iudicio verè dicendum eſt, quod cum hæredi à quo aufertur hæreditas, omne emolumentum auferatur ex D. Pij reſcripto *in l. cum quidam,* 17. §. *in tacito ff de vſur.* & hoc remiſſum fuerit à Seuero ex benignitate, vt diximus *ſupra num.* 8. Poſtea *in verſ. ex hæreditate*, ad ius commune iterum redit, vt ſcilicet emolumentum omne auferatur, quando poſſeſſor poſt litem vendidit res hæreditarias, vel fructus in hæreditate repertos: quo caſu noluit ſupradicta benignitate vti, quia cum poſt motam controuerſiam hæres debitor cenſeatur, *argument. l. fiſcus 6. ff. de iure fiſc.* vtpote quod malæ fidei poſſeſsoris, aut prædonis loco habeatur *l. prædonis 46. ff. hoc titul.* ad ſemiſſes vſuras condemnatur, quas debitores fiſci ſoluere ſolent *dict. l. cum quidam §. debitores.* (Semiſſes autem vſuræ ſunt, ſi pro centum aureis, ſingulis annis ſex præſtentur, vt docet Briſſon. *de verb. iur. verbo ſemiſſes,* Duaren. *ad titul. de vſuris cap.* 3. & And. Schottus *lib. 5. obſeruat. cap.* 32.) eſt certè quod hæredi imputetur, cur poſt conteſtationem diſtraxerit res hæreditarias, quas ſciebat ad fiſcum pertinere, & ideo ratio expoſtulat, vt diutius teneatur, *argument. l. ancillarum* 27. ibi, *aut poſt petitam*, *l. in æſtimationibus* 48. *ff. hoc titul.* videnda ſunt, quæ dixi *ſupra num.* 85.

Sed quomodo debeant computari vſuræ inſpectio 98
neceſſaria eſt. Itaque dico, *leg. 12. tab.* olim cautum fuiſſe ne quis excederet vnciarum fœnus, vt refert Tacit. *lib. 6. Annal.* ibi: *Nam primò duodecim tabulis ſancitum, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletium agitaretur. Deinde rogatione tribunitia ad ſemuncias redacta.* Poſtea autem cum grauiores & duriores vſuræ exercerentur, (vetus illo æuo vrbi funebre malum) modus earum definitus eſt à Iuſtin. *in Leos* 26. §. 1. *Cod. de vſur.* docet Gaſpard. Roderic. *de annuis reddit. lib. 3. quæſtione* 4. *à num.* 36. Duaren. *ad titul. de vſur. cap.* 3. Cujac. *in l. conſtitutionibus* 20. *Codic. de vſur.* Petr. Gregor. *lib.* 22. *ſyntagm. cap.* 3. *numero* 17. & 18. & *cap.* 4. atque ita computabuntur hæ vſuræ iuxta taxam *dict.* §. 1. vel ſecundum modum propoſitum *in l. fin. Codic. hoc titul.*

Verum cum omni iure vſuræ damnatæ ſint, ne- 99
que hodiè in toto orbe Catholico debeantur, vt notant DD. per *cap. 1. & cap. debitores 6. de iureiurand.* Nauarr. *in c. 1. 14. quæſtione* 3. Petr. Gregor. *dict. cap.* 3. Couarru. *lib. 3. variar. cap.* 1. Gutier. *de iurament. confirm. prima part. cap. 2. & lib. 2. canon.* 18. Azor. 3. *tom. moral. lib. 5. tractat de vſur. cap.* 1. Molin. *de iuſt. & iur. tom. 2. diſputat.* 303. *& ſequent.* Spino. *de teſtament. in rub. 13. part.* Pichard. *in §. actionum quæſt.* 8. *de action.* Rodrig. *d. quæſt.* 4. & Morla *in emp. tit. de rebus cred.* 8. *quæſt.* 25. ſed dubitari poteſt, an aliquo modo deciſio huius legis noſtræ circa vſuras ſuſtineri poſſit, ita vt præter ſortem principalem fructuum, aut pretiorum aliquid magis debeatur. In quo dubio tenendum cenſeo, ex capite, vſurarum minimè poſſe aliquid exigi, licet contrarium dicendum ſit, quando ex ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis aliquid petitur, nam hoc caſu ſi petatur vſura per modum eius quod intereſt; Iure Canonico permittitur, vt docet Gutier. *d. cap. 2. numero* 23. Couarru. 3. *variar cap.* 4. Barboſ. *in l. de diuiſione* 5. *à num.* 13. *D. ſolut.*

*ſolut. matrim.* Molin. *ſupra diſputat.* 314. Atque ita noſtra lex practicari poterit, vt dum loquitur de vſuris, ad rationem intereſſe res reducatur, dum modo coram iudice liquidetur, vt docent Pichard. *d. qu.* 8. *num.* 35. Roderic. *d. quaſt.* 4. *num.* 81. & fuſius *qu.* 5. *per tot.*

100 Denique ait noſter Imperator non ſolum poſt litem conteſtatam fructus præſtandos, qui percepti ſunt, (quod indiſtinctè de omnibus fructibus intellige *l. poſt quod* 18. *ff. hoc titul.*) verum & qui percipi poterant *l. fructus* 33. *l. ſi nauis* 62. *D. de rei vind. l. domum* 5. *Cod. eod. d. l. ſed ſi lege* §. *ſed & fructus l. generaliter* 78. *de reg. iur.* §. *& ſi in rem, verſ. & ſi hæreditas, Inſtit. de offic. iudic.* Quid autem hæc verba ſignificent, explicant Anton. Fab. *in d. l. fructus*, Gilchen. *in* §. *ſi vero ex num.* 3. *de rer. diuiſ.* Pichard. *in d.* §. *& ſi in rem. num.* 67. De practica huius actionis videndi Gomez *in d. l.* 45. *Taur. num.* 165. Couar. *in pact. cap.* 12. & libellum Hiſpano ſermone lege apud Paz *in prax.* 1. *tom. cap.* 6. §. 11. Villadiego *Politica fol.* 128. Hæc circa hanc legem auditoribus meis dictabam, cum primum hanc Iuſtinian. Codicis cathedram ſum adeptus.

# CAPVT III.

## De variis ſterilitatum cauſis, quæ remiſſionem mercedis colonis præſtare ſolent. Redigitur in amicitiam ius Pontificium & Ciuile.

### SVMMARIVM.

1 *Omnia mortalibus non ſine magno labore contingunt.*
2 *Nihil eſt maioribus periculis magis obnoxium, quam ſegetes & plantæ.*
3 *Cauſa quæ magis eaſdem lædunt.*
4 *Vis maior quæ ſit?* & n. 5.
6 *Locuſtæ & ſimiles meſſium deuaſtationes, peſtilentiæ ſunt cauſa,* & n. 7. & 8.
9 *Quæ ſit labes* in l. ex conducto 15. §. ſi vis D. locat. *Quid vredo, rubigo & lues,* & numero 10.
11 *Sterilitatis cauſam præbet incurſus hoſtium, bellum, aggreſſura latronum.*
12 *Ob ſupradictas cauſas concedendam eſſe remiſſionem penſionis colono æquum eſt.*
13 *Quæ ſit vera ratio, quare concedatur eis in cauſis remiſſio,* & n. 14 & 15.
16 *Adducitur difficultas* cap. propter ſterilitatem de locato, & d. l. ex conducto §. ſi vis, verſ. ſi qua tamen.
17 *Quæ ſint interna & externa damna?*
18 *Qui de difficultate horum iurium ſcripſerint & ſolutiones Card. Cuiac. & aliorum,* & n. 19. 20. 21. & 22.
23 *Explicatio quæ magis ad ea iura videtur conuenientior,* & n. 23. 25. 27. & 28.
26 *Expenditur ſententia Saliceti.*

1 NIL ſine magno labore naturam quidquam dediſſe mortalibus rectè dixit Horatius *libro* 1. *Sat.* 9. Extorſit id primi parentis noſtri peccatum, cui in dictum illud funeſtiſſimum, *In ſudore veſceris pane tuo, & ſpinas & tribulos germinabit tibi*
2 *terra.* † Quapropter nihil videtur in rebus magis obnoxium, neque quidquam eſt maioribus calamitatibus, periculiſque magis expoſitum, quam ſegetes & plantæ. Plerumque enim vidimus certum illud Ouid. 1. *Metam.*

*Sternuntur ſegetes, & deplorata colonis.*
*Vota iacent, longique periit labor irritus anni.*

Omneque (vt conſiderat D. Chryſoſt. *tom.* 5 *homil.* 9.) quod in rebus eſt, habet aliquid quo corrumpi poſſit, ac lædi, ſingulis quibuſque corporibus variæ morborum ſpecies inferunt corruptelam, frugibus autem & meſſibus nihil eſt quod non lædat, ita in eas deſæuiunt tribuli, lappæ & reliqua id genus, Auctore Plin. 18. *c.* 17. ſicut inter homines ſæuiſſimi morbi, ad quod alluſit Virg. *libro* 1. *Georg. verſ.* 150.

*Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos*
*Eſſet rubigo ſigniſque horreret in aruis*
*Carduus, intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua,*
*Lappæque tribuliqne interque nitentia culta.*
*Infelix lolium, & ſteriles dominantur habenæ.*

Nec minori elegantia Ouidius *lib.* 5. *Metamorph.*

*——Primis ſegetes moriuntur in herbis,*
*Et modo ſol nimius, nimius modo corripit imber,*
*Syderáque & venti nocent, auidéque volucres*
*Semina iacta legunt, lolium, tribulique fatigant*
*Triticeas meſſes & inexpugnabile gramen.*

† Sæpeque vidimus perire ſegetes imbribus, im- 3
modicis pluuiis, fluminum inundatione, Solis ardoribus, vredine, chaſmate, frigore, ſiccitate, incendiis, aliiſque innumeris caſibus, quos perſtringit Vlpian. *in l. ex conducto* 15. § *ſi vis*. & Caius *in l. ſi merces* §. *vis maior. ff locati.* & Rex Alphonſus *in leg.* 22. *tit.* 8. *part.* 5. † Quæ iura primo loco tanquam ge- 4
neraliorem, & quæ alias comprehendit calamitates, enumerant *vim maiorem.* Quæ etiam dicitur caſus, fatale damnum, caſus maior, vis magna, vis tempeſtatis, *in l. verum* 11. §. *ſi locupleti Dig. de minor. leg. ſi vt certo*, §. *quod vero D. commod l. ſi quis de man.* 9. §. *Iulian. l. ſi fundus* 33. *in fin. D. locat. l.* 3. *D. de fund. inſtr l. fluminum* 24. *l. Seruius* 4. *D. de damn. infect. l.* 1. §. *is vero. de obligat. cap. reuertimini* 65. 16. *quaſtione* 1. Cœli vitium vocat Imperat. *in l. licet* 8. *C. de locat.* & Summ. Pontif. *in cap. propter ſterilitatem eodem tit. in Decretal.*
† Hanc vim maiorem Græci θεῖαν appellarunt, id 5
eſt, iram diuinam, quod non ab hominibus, ſed admirabili Dei quadam potentia infertur, & cœlitus demiſſa eſt, ex ſpeciali ira Dei, vt Theophraſtus ait, quem refert Alciat. 2. *pratermiſ. in d.* §. *vis maior,* & poſtea Budæus *in annot. ad illum* §. Ad idque ſpectat Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. *circa fin. Duo genera* (inquiens) *eſſe cæleſtis iniuriæ meminiſſe debemus, vnum quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque ſimilia intelliguntur, quæ cum acciderint* vis maior *appellantur. Publica hæc & magnæ differentia à prioribus aliis rubiginem, aliis vredinem appellantibus, aliis vero ſterilitatem.* Sic etiam Cicero *libro* 2. *de inuent. Fortunæ vim* dixit his verbis, *Caſus eſt cum demonſtratur aliqua fortunæ vis voluntati obſtitiſſe, vt cum Lacedæmoniis lex eſſet, vt hoſtias niſi ad ſacrificium redemptor præbuiſſet capitale eſſet, cum ſacrificij dies inſtaret, in vrbem ex agro cæpit agere, tamen ſubito magnis commotis tempeſtatibus fluuius ita magnus & vehemens factus eſt, vt eo traduci victima non poſſent.* Ouidius quoque *Iouis iram* vocauit *lib.* 15. *Metamorphoſ. in fin.* vbi gloriatur ſui nominis famam non interituram, etſi ferrum, ignis & vetuſtas, *& Iouis ira* contra niterentur.

*Iamque opus exegi, vt neque Iouis ira, nec ignes,*
*Nec poterit ferrum, neque edax abolere vetuſtas.*

Et ita rectiſſimè *Iouis iram* exponit ibi Raph. Regius, id

id eſt ſæuam calamitatem, tempeſtatem, fulmen. Conducit Horat *lib. 2. od. 17. & in epod. od. 7.* vbi mortem & caſum *acriorem vim* nuncupat. Ciceron. pro Plantio Senec. *lib. 4. de benefic cap. penult.* Theophraſt. Columel. quos referunt Alciat. *lib. 2. prætermiſſ. in d. §. vis maior,* vbi etiam Budæus *in annot. ad Pandect.* Petr. Gregor. *lib. 36. ſyntagm. cap. 25. num. 3.* Hotman. Schar. *de verbis iur. verbo vis maior*, idem Hotman. *lib. 4. obſeru. cap. 16.* Donell. *in l. 6. Cod. de pignor. act.* Gothofred. *in dict. §. vis maior*, vnde ſub ea voce comprehenduntur omnes ſterilitatum ſpecies, quæ ſecundæ naturæ vices fructus ſolent corrumpere, & remiſſionem mercedis aut penſionis colonis præſtant, quæ etiam appellantur *caſus fortuiti*, de quibus Caroccius *tract. de loca. titul. de caſibus*, Martin. Del Rio *in l. contractus cap.* .. *& 22. de regul. iur.* vbi etiam Petr. Fab. Medices *de caſib. fortuit. prima part. quæſtione 12.* Donell. *ſupr.* Gregor. *lib. 21. ſyntagm. cap. 12.*

6 Pertinent etiam ad hanc vim diuinam graculorum, ſturnorum & locuſtarum cohortes, quæ peſtes dicuntur agrorum *dict. §. ſi vis l. excepto 18. in fin. C. de locat. dict. l. 22. p. ibi ò por aues ò por langoſtas ò otros guſanos que los comieſſen.* ſturni & graculi volitant gregatim, agroſque depopulaut. Plin. *lib. 10. cap. 14.* Cujac. *lib. 5. obſeru. cap. 26. & in l. certi iuris poſt med. C. de locat.* Gothofred. *ſupr.* Cerda *ad illud Virg. 1. Georg. nihil improbus anſer. num. 23.* ita Deorum vocantur à Plin. *lib. 11. cap. 36.* tradunt Ludouic. Viues *ad D. Auguſt. de ciuit. Dei cap. 43. lib. 16.* Abulenſ. *lib. 7. Paralip. cap. 7. quæſt. 32.* Stuchius *lib. 2. antiquit. conuiual. cap. 9.* Arias Montan. *de Arcano ſerm. c. 78.* & Simon Maiol. *in diebus Caniculat. colloq. 1. & 5.* Locuſtarum autem maiora ſunt damna, vt indicat Imper. *in d. l. excepto,*

7 ibi, *edaci locuſtarum pernicie.* † Dicta eſt locuſta quaſi loca vrens, quia omnia depaſcitur & deuaſtat, & ita *Iudic. cap. 6.* exercitus hoſtium omnia deſtituens inſtar locuſtarum eſſe dicitur, & inter alias maledictiones, quas Dominus comminatur populo *Deuteronom. cap. 28.* locuſtas promittit, facit *dict. cap. reuertimini,* De his ita loquitur Plin. *dict. cap. 39.* ibi, *Diraque meſſibus contegunt nube multa contacto adurentes,*

8 *omnia verò morſu erodentes.* † Vnde præter certam ſterilitatem, periculum etiam peſtilentiæ adferunt; docet Oroſ. *lib. 5. hiſtor. cap. 11.* Iulius Obſequens *de prodigiis cap. P. Plantio, & M. Fulu. conſ.* refert Menoch. *de recuper. rem. 12. num. 36.* Montan. *in Ioël. cap. 2.* Maiol. *ſupr.* Durantius *lib. 2. variar. cap. 10.* ex quo non eſt mirum, ſi locuſtarum pernicies inter cauſas ſterilitatis ponatur *in dict. iurib.* quemadmodum inter caſus inopinatos & inſolitos, Menoch. *ſupr. num. 36. & de arbitr. caſ. 80. num. 9.* Valaſc. *de iur. emphyt. q. 27. numero 25.* Quo autem ſumptu & impenſis locuſtæ capi & occidi poſſint, tradit Auendan. *in cap. Præt. ſecunda part. cap. 10. num. 26.* Mexia *de taxa pan. concluſione 5. numero 41.* Bobadil. *libro 5. polit. cap. 4. numero 41.* Villa Diego *in politic. cap. 5. §. 30. & 32. & 72.*

9 Sequitur *in d. §. ſi vis, ſed ſi labes facta ſit*, cui conſonat *l. fin. D. locat. l. licet 8. Cod. eod.* ibi, *ſi qua lue tempeſtatis: & l. 1. Cod. de iur. emphyt.* ibi, *emerſerit clades.* Quod de hiatu terræ, ſeu chaſmate accipiunt Briſſon. Pratei. & reliqui, quos refert Schard. *de verb. iur. verbo labes ex dict. l. verum §. ſi le . pleti l. cum res 47. §. fin. de legat. 1.* ſed in contrarium eſt Budæus *in d. §. ſi vis,* (quem allegat etiam Cujac. *lib. 15. obſeruat. cap. 27. & tract. 8. ad Afric. in l. 35. D. locat. & in l. certi iuris, verſ. quæritur, Cod. eod.* Cotta *in memorab. verb. labes,*) qui poſtquam ſupradictam interpretationem tradidit, vt labes ſit agri confidentia, ſeu ruina quando ſolum ſubſidet in vaſtam voraginem quod videtur ſignificare Symmach. *lib. 6. epiſtol. 7.* Deinde mutat ſententiam & litteram & loco *labes* reponit *Tabes*, quoniam de terræ hiatu poſtea agit Conſultus. Quem explicat Cujac. de ſoli fragore, quando ruina non venit ex imo, ſed ex ſummo, veluti ſi mons decideret, vel ſi ex fundo vicino cruſta, lapſa ſit. Verum omnes reiicit Gothofred. *in l. fin. de locat.* qui *labes* de vi ventorum incautè, vt credo accipit. Præter omnes autem exiſtimo, eam vocem, genericè ſumptam ſignificare omnem morbum, quo ſegetes & plantæ ſolent langueſcere & areſcere, ſicut homines aliquo morbo conſumpti. Plin. *lib. 17. c. 24.* iuxta illud Virg. *lib. 3. Æneid. verſ. 137.*

*——Subito cum tabida membris,*
*Corrupto cæli tractu, miſerandáque venit.*
*Arboribus ſatiſque lues & letifer annus:*
*Arebant herbæ & victum ſeges ægra negabat.*

† Cuius generis ſpecies ponit Conſultus, quæ ſunt 10
*uredo*, quando frigore læduntur arbores & vineæ, cuius contrarium eſt *Solis feruor*, ſiue *rubigo*, quæ fit ex rore concreto vel putrefacto, qui in ſpicam receptus, & non excuſſus, ſed tale factus à Sole ſpicam exurit, frugum præcipuum vitium, & maximè notum agricolis, idiotiſmo noſtro dicitur *Annublar ſe el trigo*, de eo præter Plin. *ſupr.* Columel. *lib. de arboribus cap. 13.* tradunt Gaſpard Sanchez *in Ioëlem Prophetam cap. 1. numero 12.* Demſter. *ad Roſin. lib. 4. antiquit. cap. 7. circa fin.* Gothofred. Budæus & alij *ſupra*, Scaliger *in Theophraſt. lutes autem tempeſtatis* vocatur *in d. l. licet*, quando vi tempeſtatis, ventorum pluuiæ aut fluminum plantæ, arbores aut ſegetes læduntur, vel ſi flumen agros inundet, vel incendium conſumat, vel terræ motus deſtruat, *d. l. fluminum §. Seruius D. de damn. infect.* Symmach. *d. epiſt. 7.* Plin. *lib. 8. epiſt. 17.* docent Menoch. *de recuper. rem. 12. ex numero 22.* Boſſius *de remiſſion. merced. conduct. numero 103.*

Hæc de vi maiori, ſeu de vi diuina: humana quoque ſolent non minores aliquando euenire calamitates, à quibus ſterilitates frugum oriuntur, vtputa ſi incurſu hoſtium deuaſtetur ager, vel ab eis occupetur *d. §. ſi vis l. in rebus 18. D. commod. l. perinde 34. D. locat. l. cum vnus 12. §. fin. D. de reb. auth. iud. poſſeſſ. l. 2. § is vero de oblig. & act.* Menoch. *ſupra num. 41.* & Boſſius *numero 104.* idem erit ſi belli cauſa ager incultus relinquatur, neque coli poſſit aliquo tempore, docet Valaſcus *de iur. emphyt. quæſt. 27. ex num. 13.* Caſtillo *lib. 3. quotid. cap. 3. numero 37. 59. & 61.* Boſſius *ſupr.* vel ſi exercitus præteriens per laſciuiam aliquid abſtulerit, *d. §. ſi vis l. ſi pendentes 27. §. ſi quid verſ. ergo, D. de vſufruct. l. 2. C. de paſcuis publ. lib. 11.* Caſſiodor. *lib. 4. variar. epiſt. 36.* vel aggreſſura latronum ſegetes deuaſtentur *l. damnum 12. C. de locat. l. perinde 34. D. eod. dict. l. in rebus l. inter 26. §. non omnia D. mandat.* explicant Fulgoſ. *in l. ex conducto numero 1. D. locat.* Cujac. *libro 26 obſeru. cap. 32.* Morl. *in emp. titul. de locato quæſtione 1. numero 14.* † Quibus & aliis caſi- 12
bus cum ſegetes ſint expoſitæ, vnde facile euenire poſſit ſterilitas, quæ magno incommodo afficiat colonum, qui prædium conduxerat, vt ſuis neceſſitatibus fructibus ſubueniret, ne *ſupra* damnum ſeminis & laboris amiſſi, mercedem præſtare cogeretur, non ſine ratione Imper. *in l. licet C. de locat. & Pontif. in cap. propter ſterilitatem eod.* ſtatuerant ſterilitate ex cauſis ſupradictis contingente concedendam eſſe colono remiſſionem penſionis, ſi aliorum annorum vbertate nequeat fieri compenſatio. Quod etiam comprobat Vlpian. *in d. §. ſi vis,* cum aliis illius legis Caius *in d. §. vis maior l. 22. titul. 8. part. 5.* explicant *in dictis iur.* DD. & alij quos recenſet Morl. *titul. 10. quæſt. 1. in princ.* Pichard. *in §. actionum, quæſt. 7. n. 42. Inſt. de act.* Valaſc. *d. quæſt 27. per tot.* Gall. *lib. 2. pract. obſeruat. 23.* Doctiſſ. & excelſi ingenij & iudicij vir Greg.

Gregor. Lopez, Madera in ſuprema Curia meritiſſimus Regius Conſiliarius *animaduer.c.16.* Menchac. *controuer. vſufruct.lib.3.cap.54.* Carrocius *de locat.tit. de remiſſ.merced.* Boſſius *ſupr.* Anton.Fab. *in Cod. Fabrian.in titul.de locat. & de erroribus decad.* 8. *error.*8. Molin. *de iuſtit. 2.tom. diſputat.*495. Caſtillo *libro* 3. *quotid.ex num.*19.*cap.*3. & Cened.*collect.*116. *ad Decretal.*

13 Qua autem ratione hæc iuris traditio innitatur, nondum eſt in comperto, vt conſtat ex Bartol.& Salicet *in d.l.licet*, Caſtrenſ.*in d.§.ſi vis numero* 5.& aliis relatis à Pinell.*in l.2.Cod.de reſcind. prima part. cap.*3. *numero* 21. Martin. Del Rio *in d.l contractus cap* 21. *de regul.iur.* Morl. *d.quæſtione* 1. *numero* 6. Gomez 2. *tom.var.cap.*3.*numero* 13. Conn.*lib.*7.*comment. cap.*11. *num.*13. Donell *lib.*13. *comment. cap.*7. Madera *ſupra numero* 2. Qui variè huius rei rationem inueſtigarunt, quorum dictis in his ſcholis minimè adquieſ-
14 cunt viri Docti, neque ego. † Sed eorum quoque omiſſa ratione ſemper exiſtimaui veram rationem aſſignaſſe Alexand.Imper. *in d l.licet*, ibi, *iuxta bonam fidem.* Nam cum contractus locationis ſit bonæ fidei *§.actionum Inſtit.de act.* vbi not. Pichard. *quæſtione* 1. & vltro citroque obligatorius, *l. iuriſgentium* 7. *D. de pact.* & in quo negotium mutuum geritur cum alter alteri obligetur propter eam mutuam & reciprocam obligationem, & præſtationem vnuſquiſque aduerſus alterum deſiderat, vt res ſibi ex bona fide geratur, & omnia ſecundùm æqui bonique regulas fiant, vt quod quiſque in alio deſiderat, & ipſe teneatur exhibere *l.1.D.quod quiſque iur.* & hoc quod docet *l.bona fides* 31. *D.depoſit.* Itaque cum hic contractus iuxta bonam fidem procedat, id eſt æquitatem contineat, & æqualitatem *l.& ſi quis* 14. *§. hæc actio ff.de religioſ.l.ſi mandauero* 22 *§.Iulianus D. Mandat.l.2.§.1.ff.de precar.* natura æquum eſt, vt colonus, qui fundum à te conduxit, vt inde fructus perciperet, & ea mente ad penſionem ſoluendam ſe obligauit, quod ſi nulli percipiantur abſque propria culpa, ſed fatali, & maiori vi, vt eidem remittatur ſolutio, nam vt ait Caſſiod. *libro* 4. *variar. epiſt.* 8. & 50. ibi, *Æquum eſt, vt agrorum fructibus enudatis ſubleuentur onere tributariæ functionis, quod fieri debere pietas acquieſcit, vt quantum poſſeſſor laborauit, vtilitas ſubleuetur, quatenus menſurata conferatur quantitas beneficij, dum modus integer cognoſcitur læſionis, repugnante ſiquidem natura qualibet cedit induſtria, nec prodeſt laboris ſtudium impendere, qua vbertas loci non cognoſcitur adiuuare.* Hucque reſpexit I. Conſultus *in d. §.ſi vis* ibi, *ne vltra damnum ſeminis amiſſi mercedes præſtare cogatur.* & *d. l.*22. *p.* ibi *Caguiſſada coſa es, que como el prierde la ſimiente el ſennor prierde la renta.* Quod maximè conuenit æquitati illi naturali, & bonæ fidei, quæ in contractu locationis deſideratur, & ideo iuſtiſſime, ne contractus claudicet, ad remittendam penſionem dominus compellitur, cum ſeruanda ſit illa æqualitas *leg.* 1. *ff. de Inſtit.act.*

15 Vnde ſicut in ſterilitate remiſſionis damno afficitur dominus, ſic etiam in vbertate nimia, quæ nulla induſtria coloni prouenerit augeri debet & penſio. *l.ſecundum naturam ff.de regul iur.* nam damni & lucri ſolet à pari procedere ratio *l.vn. §.pro ſecundo C. de caducis §. illud. Inſtit. de Societat.* alias duplici damno dominus vexaretur, quod ſanè eſſet iniquum *arg. l.ſi non fuerit* 95.*§.fin.ff.pro ſocio*, cùm iis quæ notant Fachin. *lib.*2. *contr. cap.*95. & Lara *de Capellan. lib.*1. *cap.*15.*per totum.* Ita tenuerunt Accurſ.*in d.§. vis maior.* vbi Bart.& alij. Panormit.*in d.cap.propter.* Gomez. *d.cap.*3.*num.*18. Sichard.*num.*1.*&* 2.*in dict.l.licet*, Madera *ſupra cap.*11. *num.*13. Quidquid in contrarium nitantur Caſtrenſ. *num.*6. Fulgoſ.*in d.§. vis maior.* Pinell.*d.cap.*3.*num.*34. Cuia.*lib.*26.*obſeru cap.*33. Valaſc. *d. quæſtione* 27. *num.fin.* Molin. *d. diſputatione* 495. Qui vix ſatisfacere poterunt doctrinæ *ſupra* adductæ.

Ex quibus infero interpretationem ad iura diffi 16
cillima, & quæ adhuc ſine pace videntur pugnare *in d.l.ex conducto §. ſi vis verſ. ſi qua tamen ff. locat.* & *in d.cap. Propter ſterilitatem Decret eod. tit.* Quæ tamen in internis damnis, quæ intrinſeca violentia rem afficiunt nulla extrinſecus adueniente, cauſa cum loquantur Vlpian. *in d. verſ. ſi quæ tamen*, hoc damnum colonis minimi prodeſſe ad remiſſionem affirmat, contrarium ſtatuente Pontifice *in d. cap. propter, verſ. ſi vel vitio rei.* † Interna autem damna 17
ſunt, veluti in animalibus mors, *d. l. in rebus*, *l.contractus* 23.*de regul.iur.* in rebus inanimatis, ſi vinum coacuerit, frumentum putreſcat, ſi fruges nimia vbertate ſilueſcant, vel laſciuiant, (vt Seneca ait *epiſt.*39) terra hiatus faciat, areſcant plantæ, explicant Donel. *in l.*6. *D. de pign. act. ex num.* 5. Budæus *in d.§.ſi vis, pag.*327. † Huic difficultati vt ſatisfa- 18
ciant Hoſtienſ.Ioan. Andre & Imola *in d.cap propter* Bart. Caſtr.& Fulgoſ.*ſupra* Pinel.*in l.*2. *C.de reſcind.* 1.*p.cap.*3.*num.*23. Valaſc.*d. quæſt.*27. *num.*39. Morla *d.tit.de locat.quæſtione* 1.*num.*15. & 16. Cujac.*lib.*26. *obſeruat.cap.*32. D.Gregor. Madera *animaduer.cap.*16. *numero* 8. & alij relati à Cened. *ſupr. d collect.*116. nihil non tentant. † In primis admitti non de- 19
bet Cardinalis qui *in dict. cap. propter*, addendam eſſe negationem exiſtimat, & legendum *NON vitio rei.* † Minuſque eſt recipiendum quod Cujac. 20
ait, Pontificem ſcilicet aliud mente concepiſſe, & aliud ſcripſiſſe ſcribentem, & ita legi debere *vitio cœli.* Nam ſi vitio cœli ſterilitas contigiſſet, ad quid nulla culpa in colono deſideraretur? † Vnde Ber- 21
nard *in d. cap propter* & Imola *numero* 7. quos ſequitur Gregor. *in d.l.*22.*tit.*8.*part.*5.*gloſſ fin.* diſtinguunt inter vitia rei, quæ cura, & labore coloni potuerunt reparari, & ea quæ nullo modo poſſunt, vt in iis damnum coloni non interueniat, in illis vero contra ſit: de quibus accipiendus eſt Conſultus *in d.verſ.ſi qua tamen*, quia damnũ illud magis culpa ſua, & negligentia prouenerit, cum potuerit auertere raucas, vermiculationes, cæteraſque herbas exitiales, contra quas runcatio inuenta eſt; ſiquidem ſi ipſe herbas, quæ ſegetes ſuffocabant curaret extrahere, apud nos eſt *eſcardarias*, ſterilitas non ita noceret. Vel ſi vinum coacuerit, (quod de vino pendente, non calcato, neque in doliis poſito accipe, ſed quando vuæ erant pendẽtes, quæ ita exaſperauerint, vt matureſcere non poſſint, hac ſignificatione quæ ſub voce *vinum* continẽtur, vt cũ Cujac *ſupr.* omnes notant) quia cum vitio ſoli id accidat, & colonus potuerit præuidere, ſibi imputet. At Pontifex de eo vitio agit, quando nulla culpa coloni interceſſit, neque vlla eius induſtria effici potuit, quominus ſterilitas non contingeret. † Quæ interpretatio non ſatis explicat diffi- 22
cultatem, quia de culpa coloni nulla mentio eſt *in d.verſ.ſi qua tamen*, & quod vinum acidum fiat, nulla quoque negligentia coloni conſiderari poteſt, etiamſi iam collectum, quamvis eo caſu remiſſionem non poſſit petere, vt diximus. At vero ſi vuæ penderent, quis neſcit, quod ſi exaſperauerint, vel coacuerint, ita vt de earum prouentu nihil adquireretur, veram eſſe ſterilitatem? *argument.d.§.vis verſ.ſed ſi vredo*, quam non induceremus ſi culpa coloni accidiſſet, tunc enim & in maioribus caſibus teneretur *d l.*1.*§.is vero de obligat. d. leg.ex conducto §. cum quidem D.locati*, vbi propter vetuſtatem vinearum non datur remiſſio, ſibi autem imputet, qui vineam eam, quam ſciebat iam infructiferam fieri, conduxit, *argument.l.ſine* 22.*D.de negot.geſt.* ſicut eo-

dem

dem modo imputare ſibi debebat, qui fundum ſaxoſum, aut peſtilentem locaſſet, qualis deſcribitur *in leg. penult. D. de rebus eorum, & in l. 4. Cod. de ædil. act.* Itaque ſi male, aut intempeſtiue fundum coluit, vel ſua culpa vuas nimis ſero collegit, quæ ob id putrefactæ ſunt; vel ſi fructus negligenter cuſtodiuit ab auibus, tunc remiſſionem non accipiet *l. ſi merces 25. §. conductor, & §. culpa. D. locat. dict. cap. propter leg. 2. titul. 8. p. 5.* Valaſc. *ſupra num. 39.* Carroccius *tit. de remiſſ. merced. n. 6. & ſeq.* Molin. *d. diſp. 495. verſ. ſecundus euentus.*

23 His itaque reiectis interpretationibus, exiſtimarem & iure Canonico, & Ciuili certum eſſe, ſterilitatis cauſam committi, quando damnum ex ipſa re oritur, nulla culpa coloni interueniente, veluti ſi pecora, quæ conduxeris moriantur *d. l. contractus*, vel ſi vuæ ita aſperæ prodierunt, vt minimè ad fructum proſint, quem morbum *cruditatem* vocat Plin. *lib. 17. hiſt. cap. 24. num. 7.* vel ſi viribus, aut oleis ſcabies contingat, vel inareſcant, de quibus infirmitatibus multa apud Plinium, & noſtrum Hiſpanum Herreram *libro 2. de Agricultura cap. 15.* His caſibus abſque dubio eſt, ſterilitatem, & conſequenter remiſſionem dandam eſſe; quia huiuſmodi vitia naturalia, & interna non minus inducunt ſterilitatem, ac accidentalia, & extrinſeca, quæ ex
24 cauſis *ſupra* ſcriptis proueniunt. † Vnde Pontificem loquutum de eo vitio, & morbo interno conſtat, in quo nulla culpa coloni interueniret. Dixit autem elegantiſſimè, *ſine culpa coloni*, quia licet morbus ex ipſamet re potuit oriri, cauſari quoque potuit ex culpa ipſius coloni: veluti ſi pino, aut palmæ auferatur cacumen, vel ſi in vinetis male ſe geſſerit, vel negligenter, vt probat Herrera *lib. 3. cap. 29.* & Plin. *dict. cap. 24.* ibi, *Vitibus morbus peculiaris eſt articulatio, tribus de cauſis, vna vi tempeſtatum, altera culturæ imperitia læſis*, & poſtea, *Et culpa vinitorum colentium, cum perſtringuntur, aut circumfoſſor iniurioſo ictu verberauit, vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices, corpus deſquamauit. Eſt & quædam confuſio*
25 *falcis hebetioris.* † Ex quibus iam patet Doctiſſimum Pontificem Gregorium IX. non ſine myſterio requirere ad ſterilitatem, quæ ex ea ipſa re oriatur, vt ſine culpa coloni contingat, cum alias hæc vitia ex eius imperitia, culpa, aut negligentia prouenire poſſent, vt ait Senec. *libro ſecundo, de benefic. cap. 11.* his verbis, *Perdet agricola quod ſparſit, ſi labores ſuos deſtituit in ſemine, multa cura ſata producunt ad ſegetem, nihil inde fructuum peruenit, quod non à primo*
26 *vſque ad extremum æqualis cultura perſequitur.* † Vnde declaranda eſt ſententia Salicet *in dict. l. licet*, & aliorum quos ſequitur Morla *dict. quæſtion. 1. numero 13. & ſequent.* Qui dicebant remitti penſionem, quando ſine culpa coloni fructus fuerunt ſubrepti; nam ſi eos abſtulerint cum pendentes erant, tunc admitterem dictam ſententiam, quaſi deperditi eſſent caſu fortuito, ſi vero iam collecti fuerint, non erit danda remiſſio. Quemadmodum ſi ſterilitatis caſus euenerit fructibus iam collectis *l. ſi apes 26. §. fin. ff. de furt. l. ſi fructuarius 13. D. Quibus mod. vſusfruct. iuncta l. ſi eius 78. de rei vindic.* vbi Anton. Fab. tradunt Valaſc. *ſupra dict. quæſtione 27. numero 50.* Molin. *dict. diſp. 495. verſ. tertius euentus.* Caroc. *ſupra num. 9.* poſt Caſtrenſ.
27 *in dicto §. ſi vis numero 1.* † Iuxta quam doctrinam procedet Vlpian. *in dicto §. ſi vis, verſ. ſi quæ tamen*, qui generaliter non eſt accipiendus, ſed tantum ſecundum ſubiectum exemplum, *Si vinum coacuerit*; in qua ſpecie rectè ait, coloni damnum eſſe: tunc enim, cum iam eſt vinum collectum, ſi acidum fiat, non debet ſterilitas intelligi, etiam ſi vitium ex ipſa re oriatur. Vnde quod Iure Conſultus ait, damnum eſſe coloni, duntaxat accipi debet de vino quod coacuerit, vt ibi clauſula finiatur, & puncto adiecto altera incipiat, *in verſ. ſi raucis*, vſque *ad verſ. mercedes agri*, &c. vt quod de labe dictum eſt, idem & de herbis, & raucis dicatur, & vna ea omnia oratione complectantur, vt ſic non de vitio intrinſeco prouemente ex culpa coloni intelligatur, ſed de vi maiori extrinſecè orta, vt ibi præſenſit Gothofred.
† Quam ſententiam veram eſſe his conſideratio- 28
nibus oſtendo, quoniam ſi herbis, aut raucis ſegetes corrumpantur, non poteſt hoc vitium dici natum ex re, ſed externum, ſicut vredo, aut rubigo, & reliquæ aliæ calamitates, de quibus *ſupra*, & patet ex Prophet. Ionæ *cap. quarto.* Quæ enim differentia poteſt dari inter corruptionem ſegetum prouenientem ex raucis, aut herbis, an ex vredine, quæ etiam corrumpit ſicut rauca? & ita omnia æquiparantur *in l. 22. titulo 8. parte 5.* & licet poſſet dici colonum in culpa eſſe, quod herbas non ſubſtulit, vel raucas, impoſſibile id eſt multoties, cum raucæ ſint vermes, quæ in radicibus naſcuntur, vt ait Plin. *lib. 17. cap. 18.* Cotta *in memorab rauca*, Herrera *libro 3. de Agricult. capite 16. verſ. y es mucho de procurar.* Deinde expendo dictionem illam *ſed &*, quæ non eſt aduerſatiua ad ius, ſed ad factum iuxta doctrinam Accurſ. *in l. 2. verb. ſed & fortius ff. ne quis eum cui in ius*, quam ſequitur Bartol. *in l. ſed & ſi 25. de pet. hær.* atque ita idem quod de labe ait, damnum coloni non eſſe, idem ſignum eſt locum habere, quando raucis, & herbis ſegetes corrumpantur, cum non minus eo in caſu amittatur ſemen, ac quando labes facta ſit.

Denique non video, quæ differentia eſſe poſſit inter caſum, quando ſegetes raucis, & herbis corrumpuntur, vel quando labes facta omnem fructum tulerit, ſiquidem in vtroque idem euenerit, id eſt, vt nulli fructus percipiantur. Itaque iuxta hanc inſpectionem cum in diuerſis ſpeciebus loquantur hæc iura, minimè dicemus contraria extitiſſe. Cæteras autem quæſtiones, quæ hic poterant exagitari, & ad praxim pertinent, *ſupra* dicti Auctores iam laudati latè tractant, nos ob id omittimus.

---

## CAPVT IV.

## NILVS.

### Siue *ad L. unicam Cod. de Nili aggeribus non corrumpendis* commentarius.

### SVMMARIVM.

1 *Ægyptus Africæ, vel Aſiæ an ſit pars, & licet pluuia careat non ob id ſterilis.*
2 *Nilus Ægyptiacæ fertilitatis cauſa*, & numero 6.
3 *Nilus inter maxima orbis flumina connumeratur.*
4 *Nilus Ægyptum totam irrigat, & quo tempore*, & num. 9.
5 *Nilus quam ob cauſam dictus imbrifer.*
7 *Putei diſpoſiti in Ægypto, vt vel ſterilitas vel fertilitas anni cognoſcantur.*
8 *De cauſis Niliacæ inundationis remiſſiuè.*
10 *Vlpianus* in l. 1. §. Ripa de fluminibus *explicatus.*
11 *Ripa fluminis quæ?*
12 *Nilus ſuo incremento conturbat limites agrorum Ægypti.*



D. Franc. de Amaya, Obſeruat. Iuris.

13 *In Ægypto de iure alluuionis multæ lites* ad l. 2. & 3. C. de alluuion. *&* n. 14.

15 *Propter vim aquarum ex Nili incremento prouenientium, neceſſe fuit Ægyptum aggeribus præmunire.*

16 L. pen. ff. de extraordin. crimin. *explicat.* & n. 31. 32. 33. & 36.

17 *Lectio noſtræ legis quæ ſit verior.* & numero 18. & 19.

20 *Aggeres qui ſint,* & n. 41. & 42.

21 *Diſquiſitum de ratione huius conſtitutionis.*

22 *De interdicto aquæ pluuiæ arcendæ*, & numero 23.

24 *Delictum leuius, vel grauius eſt ex loci circumſtantia.*

25 *Quare tam ſeuere puniantur ruptores aggerum.*

26 *Ægypto Nilo inundata Imperij maximum damnum,* & n. 30.

27 *Frumentatio omnis olim ex Ægypto*, & numero 34.

28 *Frumentaria largitio Romæ antiquiſſima*, & numero 29.

37 *An pœna huius legis extendenda ſit ad ruptos aggeres aliorum fluminum*, & numero 38. & 39.

40 L. 2. C. de immunit. nem. conced. lib. 10. *explicat.*

43 *Quomodo puniantur in præſenti conſortes eorum, qui aggeres rumpunt.*

44 *An auxiliator, & conſcius eadem pœna puniatur,* & n. 45.

46 L. is qui opem 34. de furtis l. ſacrilegij 6. §. is autem ff. peculat. *explicantur.*

47 *Quid ſit ſinum præbere furanti* in dict. §. is autem, *&* n. 48. & 49.

50 *Quare appoſita ſit ignis pœna in præſenti.*

51 *Littera huius legis aliter ſcripta in Codic. Theodoſian. explicatur, & quæ fuerit Inſulæ Oaſes.*

1 ÆGYPTVS nobilis inter Africam, & Aſiam adiacens prouincia, cuius tam ſacri, quam profani, tam antiqui, quam recentes ſcriptores plurimum meminerunt. Præcipuè Strab. *lib.* 27. Solin. *cap.* 35. Plin. *libro* 5. *capite* 9. Mela *de ſitu orb. capite* 9. *libro* 1. Diod. Sicul. *libro* 1. *hiſtor. Biblioth. capite* 30. D. Hieronym. *de locis Hebraic. in Act. Apoſt.* Ioan. Leo in Africa, à quo multa deſumpſit Marmol. *libro* 1. *deſcript. Africæ capite* 18. & Ioan. Laurent. Anania *in ſua Mundi fabrica*, Ortelius *in ſuo Theſaur.* Maginus, Boter. & ferè infiniti qui Africæ partem hanc eſſe cum Ptolomæo verius cenſent. Cum pluuia careat, & raro cœleſtibus imbribus irrigetur (Herodot. *libro* 2. Senec. *libro* 4. *quæſt. natur. cap.* 1.) non eo ſterilis, neque infœcunda fuit, ſed vt Claudian. ait *Epigr.* 4.

*Et quæ ſine nube ferax, imbréſque ſerenos*
*Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti.*

Et tantò aliis vberior, & fertilior, vt vix in orbe cum ea vlla alia poſſit comparari, Plin. *libro* 18. *capite* 10. Diodor. *dict. cap.* 30. & Ægeſipp. *lib.* 2. *de excid. Hieroſolym. cap.* 9. qui de ea ita loquitur, *Ægyptum abundantem opibus ſuis, nec indigentem pluuiæ cœleſtis; quæ ſibi imbres generat, & plurimarum vbertates creat, & cum ſit feruentior omnibus, ſola non quæritur de ſiccitate, & quod nulli alij loco ſuppetit, alit irriguo ſuas meſſes. Nauigatur in arenis, nauiga-*
2 *tur per ſata, vbi pluuia naſcitur.* † Huius fertilitatis cauſam eleganter reddiderunt Seneca *dicto capite* 1. & Plin. *libro* 18. *capite* 18. nam ibi, *Nilus fluuiorum omnium orbis celeberrimus, coloni vice fungens, euagari incipit per campos, qui arenoſo, & ſitienti ſolo aquam inducit, & terram, & cum turbulentus fluat, omnem in ſiccis, atque humidis locis fœcem relinquit, & quidquid pingue ſecum tulit, arentibus locis allinit, iuuatque agros duabus ex cauſis, & quod inundat, & quod oblimat; ita vt quidquid non adit, ſterile & ſqualidum iaceat*, Indeque Nilus dictus, ſi Seruio credimus *ad Virgil.* 4. *Georg.* quaſi nouum limum trahens, quod & probat Heliodor. *libro* 9. *hiſt. Æthiop.* & ex eo Goropius Becan. in hocque mira eſt eius natura, quod cum cæteri amnes terras euiſcerent, Nilus tanto cæteris maior, nihil excedit, neque abradit, imo vires adiicit, vnde à Virg. *lib.* 9. *Æneid. verſ.* 31. pingue vocatur flumen.

——*Aut pingui flumine Nilus.*

& *lib.* 4. *Georg. verſ.* 291. *de eo.*

*Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.*

Ob idque Ægyptij tantum ſuo Nilo tribuebant à quo ſperabant non ſolum ſubſidia, ſed etiam ornamenta vitæ. Vnde apud eos pro Deo habitus eſt, vt docet Rupertus *in Geneſ. lib.* 3. *cap.* 26. & alij Patres relati à Lorino *Pſalm.* 104. *verſ.* 29. Hinc ortum habuit inſolens verbum fatui Regis Pharaonis apud Ezechiel. *cap.* 29. *verſ.* 3. ibi, *Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus eſt fluuius.* Quaſi diceret, cum à domeſtico flumine omnia mihi proueniant, non eſt cur ab irato Deo quidquam metuam, cum eripere non poſſit perpetuos vſus, quos à flumine Nilo capio, ita eleganter interpretatur Sanchez in illo loco. *Fluminum* quoque meminit Propheta, quia Nilus ipſe in varias ſecabatur foſſas, per quas aqua deducta, arua irrigabat, vt dicam *infra numero* 32.
† Eſt autem Nilus inter maxima orbis flumina ma- 3
ximus, vt ait Ant. Gel. *libro* 10. *noct. Attic.* 7. omnium fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum eſt, fluunt, maximum eſſe Nilum conſentiunt (ſi excipias noui orbis Marannonem, & fluuium de la Plata, quos Nilum ſuperare affirmant Ouiedo, Anania, & alij) & ob id non hyperbolica Poëtices elocutione *magnum* eum appellauit Virg. *libro* 3. *Georg.* De eo multa Auctores *ſupra* dicti. Senec. *libro* 5. *quæſtion. nat. capite* 7. Claud. *de Nilo epigram.* 4. Pier. *libro* 46. *Hierogl. & lib.* 34. *cap.* 4. Rader. *ad Mart. Amphit. Epigram.* 3. vbi etiam D. Laur. Ramirez vir impenſe doctus, Barthius *ad Claud. Epiſt.* 4.

Hunc ergo nobiliſſimum amnem natura extulit 4
ante humani generis oculos, & ita diſpoſuit, vt eo tempore inundaret Ægyptum, quo maximè vſta feruoribus terra vndam altius traheret, tantum hauſura, quantum ſiccitati annuæ ſufficere poſſit. Poſt varias itaque peragratas prouincias & regiones, per totam diſcurrit Ægyptum, & dextra leuáque amplectitur, & irrigat vniuerſam. Venit ergo incrementum Nili, vt ait Plin. *libro quinto, cap. nono,* noua Luna, quæque poſt ſolſtitium eſt, ſenſim modicéque Cancrum Sole tranſeunte, abundantiſſimè autem Leonem, & reſidit in Virgine eiſdem in quibus accreuit, modis, in totum autem reuocatur intra ripas in Libra centeſimo die, velut ait Senec. *ſupra* ante exortum Caniculæ augetur mediis æſtibus vltra æquinoctium. Ad idque alludit Lucan. *libro* 10.

*Hunc vbi pars cœli tenuit, quæ mixta Leoni*
*Sidera ſunt Cancro, rapidus qua Syrius ingens*
*Exerit & varij mutator circulus anni*
*Ægoceron, Cancrumque tenet, cui ſubdita Nili*
*Ora latent.*

&

& Tibull.*lib.*1.*Eleg.*7.

*Qualis & arentes cum findit Syrius agros.*
*Fertilis æſtiua Nilus abundet aqua.*
*Te propter nullos, tellus tua poſtulet, imbres.*
*Arida, nec pluuio ſupplicat herba Ioui.*

Cuius verſum vltimum Seneca *ſupra* fortè memoria
lapſus Ouidio attribuit, vt Mur.*ibi*, & Achilles Sta-
5 tius *dict.Eleg.*7.annotarunt diligenter. † Inde Nilus
dicitur à Martiali *lib*1. *Epigramm.* 61. *Imbrifer*, quod
Ægypto ſit loco imbrium cœleſtium, vel vice im-
6 brium fungatur. † Eiuſque aquæ vis per ſpatioſam
Ægypti planitiem latè diffuſa, ea fœcunditate graui-
dat, & ſemina ita adaugeat, vt cum centeſimo fru-
ctum reddat, teſte Plin.*lib.*18.*cap.*16. Quamobrem
Ægypti fertilitas maximè celebrata ab antiquis.Plin.
Iun. *in Panegyr.* ibi, *Ægyptus alendis augendiſque ſe-
minibus ita gloriata eſt, vt nihil imbribus, cœloque debe-
ret, ſiquidèm proprio ſemper amne perfuſa, nec alio ge-
nere aquarum ſolita pingueſcere, quàm quas ipſa diuexe-
rat, tantis ſegetibus induebatur, vt cum feraciſſimis ter-
ris quaſi nunquam ceſſura certaret.* Vnde tradunt hi-
ſtorici ex vno grano quadraginta germina edi, Plin.
*lib.*18.*cap.*10.& ita aqua Nilorica fœcundas muliéres
reddi, vt multæ ex vno vtero ſeptenos progenerent
idem Plin.teſtis eſt *lib.*7.*c.*3.poſt Hippocrat..*de partu
ſeptimeſtri*, & Paul.noſter *in l.*3.*ff. ſi pars hæredit. pet.*
7 ibi, *multas Ægyptij vno vtero ſeptenos.* † Proinde &
ſterilis annus, vel fertilis erat, provt Nilus magnus
influxit, aut parcior. Quod vt facilius agnoſcere-
tur, per puteos menſuræ notis deprehenduntur au-
ctus eius. Iuſtum incrementum eſt cubitorum decem
& ſex: minores aquæ non omnia rigant, ampliores
detinent tardius recedendo. Hæ ſerendi tempora ab-
ſumunt ſolo madente, illæ non dant ſitiente. Vtrum-
que reputat prouincia, in duodecim cubitis famem
ſentit, in tredecim etiamnum eſurit, quatuordecim
cubita hilaritatem afferunt, & quindecim ſecurita-
tem, ſexdecim delicias, verba ſunt Plin. *lib.*5.*cap.*9.
Cui adiunges Diod.*lib.*1.*hiſtor.cap.*36. qui inundatio-
nis tempore ait, vulgus negotiis ruſticis exſolutum,
feriis indulgere, & aſſidue epulari, & vt facilius in-
crementi veritas cognoſcatur, tradit ſpeculam quan-
dam Nili à Regibus in Memphi extructam eſſe, vbi
menſura eius exactè cognita huius negotij curatores
per litteras ad vrbes huc illuc miſſas ſignificant,quot
cubitis, & digitis fluuius aſcenderit, & quando de-
crementi fecerit initium. (Quæ ſpecula Niloſcopus
vocatur à Botero in ſuis Orbis relationibus, à Mar-
mol autem dicitur idiomatè incolatum Miquias, id
eſt, menſuræ *lib.*1. *Africæ c.* 22.) ita populus de reci-
procatione amnis edoctus ſolicitudine & metu li-
beratur, & eueſtigio quanta frumentorum copia
8 ſit futura omnes prænoſcunt.† De huius incremen-
ti Nilotici cauſis, & de eius fluminis capite diſpu-
tarunt antiqui, quos conſulas, & Rader.& Ramirez
*ſupra*, Scaliger. *in Cardanum exercitat.* 47. Coimbri-
cen. *in Meteora tractat.* 9. *cap. decimo*, Cornel. de
Lapide *in Exod. cap.* 9. *circa fin.* & an hic Nilus ſit
ille Geon. (de quo *Geneſ.cap ſecundo*,) qui ex Para-
diſo dimanat, vide præter Ioſeph. *libro primo, an-
tiquit.cap. primo*,S. Hieronym.*de locis Hebraic.* S.Am-
broſ.*de paradiſo cap.tertio*, S Auguſt.*in Geneſ.libro* 18.
*cap. ſeptimo*, Pererium *in Geneſ.cap.ſecundo*, vbi etiam
Cornel.de Lapid.& alij Forcat *in penu cap.*14.*poſt me-
9 dium.* † Hac autem Nili inundatione tota Ægyptus
obruitur præter habitationes: hæ namque in natura-
libus quibuſdam cumulis ſeu aggeribus ſitæ ſunt,
tam vrbes maximæ, quam vici, quæ à longe inſula-
rum ſpeciem præbent. Ita Strabo *d.lib.*17. conſentit
Diodor *ſupra*, adiiciens: Et quia campeſtris eſt hæc
terra vrbeſque, ac oppida, & villæ agreſtium in
cellibus manu congeſtis iacent, Cycladum inſularum
aſpectum repræſentant. Inde beſtiarum terreſtrium
pleræque ſi ab amne intercipiantur ſuffocatæ pe-
reunt, ſin ad ſublimia effugerint incolumes manent:
pecudes igitur reſtagnationis tempore in pagis,& ma-
palibus pabulo ad hoc præparato aluntur.Cuius inue-
ti auctor fuit Seſoſtris,ſi fides Diod. *d.c.*57. *d.lib.*1.vt
inſurgente fluuio tutos ibi receptus homines, & ani-
malia capeſſerent.† Ad quod incrementũ Nili alluſit 10
Vlp. *in leg.*1.§. *Ripa ff. de fluminibus*, iis verbis, *Ripa
autem ita diffinietur id, quod flumen continet natura-
lem rigorem curſus ſuitenens. Cæterum ſi quando vel
imbribus, vel mari, vel qua alia ratione ad tempus
excreuit, ripas non mutat. Nemo denique dixit, Ni-
lum, qui incremento ſuo Ægyptum operit, ripas mu-
tare.* Ex quibus patet ripas Nili eas eſſe cenſen-
das, quæ eum continent, quando poſt inundatio-
nem ad naturalem ſui curſum, ſeu menſuram redie-
rit. Nam cum adauctus eſt, ripas non mutat, ſed
violento impetu, & tyrannide opprimit iuxta illud
Horat *lib.*1.*od.*2.

*Vidimus fluuium Tyberim, retortis*
*Littore Hetruſco violenter vndis*
*Ire.*

† Ripa autem eſt, diffiniente Conſ. quæ pleniſſi- 11
mum flumen continet, id eſt, qua flumen, cum ple-
niſſimum eſt, alluit *l.* 3. § *Ripa de fluminib.*§. *riparum
Inſtit.de rer.diuiſ l.litus* 96.& 112.*de verbor.ſignificat.*
not.Forcat.*dial.*86 Bald.*numero ſecundo*, & reliqui *in
d.*§. *riparum*, & Cæpolla *de ſeruitut. ruſtic. cap.*36. †
Hinc deinde notabis, quod cum Nilus incremento 12
ſuo limum adiiciat terræ, & eum ſubinde prioribus
terris apponat, maximopere omnium prædiorum
conturbat limites, ita vt per alluuionem agri aliquan-
do minores, ditiores, aut ampliores efficerentur,
nam terra flumine commota, & facies eius limo ob-
ducta, aliquando huic prædio accreſcit, aliquando
illi cui malo remedium adhibitum eſt Geometriæ,
& Arithmeticæ ſtudiis, vt ait Diod.*lib.* 1. *hiſt. biblio-
thec.cap.*81. ea ratione adiecta, *Nam quia fluuius quo-
tannis egreſſus, variè agros transformat, multas omnis
generis controuerſias inter vicinos de limitibus excitat,
quas exacte dirimere non facilè eſt, niſi Geometra pe-
ritia veritas oſtendatur.* Cuius rei quoque meminit
Strabo *d.lib.* 17. his verbis, *Opus enim fuit tam dili-
genti, ac ſubtili locorum diuiſione, propter continuas fi-
nium confuſiones, quas Nilus auctus efficiebat, nunc
addendo, nunc adimendo, nunc immutando figuras, &
ſigna quædam releuando, quibus proprium diſcernitur ab
alieno: unde ab iis Geometriam ortum credunt habuiſſe.*
† Quapropter de iure alluuionis complures, & 13
frequentes fuerunt quæſtiones, vt conſtat ex *l.* 2.
& 3. *Codic. de alluuionibus*, vbi in Ægypto, hi quo-
rum agri minores vel deteriores facti ſunt, rele-
uantur, vt qui ſuum deplorant amiſſum patrimo-
nium, pro qualitate & quantitate eius, quod in
cenſu poſſident, publicis penſitationibus reſpon-
deant. Cui adiicitur *l.* 3. ſtatim ſequens, ita quod
per alluuionem Nilus agro addidit tuo, fiat tuum,
vt à fiſco vindicari non poſſit, nec credatur quid ſe-
paratum ab agro principali. † Cum natura alluuio-
nis ea ſit, vt quod eius cauſa agro meo adiectum eſt, 14
iure gentium meum efficiatur *l.adeo* 7.§.1.*l. ergo* 30.
§.*alluuio D.de adquired.rer. dom.* §. *præterea l.de rer. di-
uiſione l.*26. *tit.* 32. *part.* 3. Ad quod ius multæ leges
ſpectant *l.idem* 34.*de rei vindic.l. item*9.§.*huic de vſu-
fruct. l. ſi locus* 14. *D. quemadmodum ſeruitut. l. ſi
fundus* 16. *in princip. de pignorib. l. ſed etſi* 15.*de eui-
ction.l.ſi ego* 11. §. *quod tamen, ff.de Publician.l quod
in rerum* 24. §. *ſi quis, de leg.* 1. *l. ſæpè* 16. *de legat.* 3.
*l. ſi patronum* 34.§. *idem eſt ff. de bon. liber. l. in agris.*

26. *de acquir. rer. dom. l. 2. Digeſt. pro ſuo.* Explicant late relati à Barboſa *in l. 1. 7. part. num. 20 D ſol. matrim.* à Pichard. *in d. §. præterea* Conn. 3. *comment. c. 5.* Oſuald. *ad Donell. lib. 4. capit. 27.* Petr. Gregor. *lib. 10. ſyntagm. c. 8.* Fachin. *lib. 2 contr. cap. 6.* Gipha *in l. locus 12. Digeſt de adquirend. rer. dom.* Anton. Fab. *in l. ſi ager. 23. Digeſt. quibus modis vſusfruct.* idem Oſuald. *lib. 5. cap. 11. littera C.* idem Pichard. *de adquir. hæret. cap. 29. numero 4.* qui de alluuionis iure latè agunt. † Vnde (vt ad noſtræ inſpectionis filum redeamus) propter vim late ſeſe effundentium Nili aquarum, magnis præmunire Ægiptum molibus & aggeribus neceſſarium fuit, & omnium optime & elegantiſſime probauit Magnus Hieronymus *libro 9. in cap. 30. Ezechiel.* vbi Dominus per Prophetam, comminatur Ægypto iuxta verſionem Septuaginta, *Et in Dioſpoli erit ſciſſura, & diffundentur aquæ.* Ad quæ verba adiicit eximius Doctor, *Moris autem Ægyptiorum eſt, propter inundationem Nili, excelſos aggeres conſtruere ad Nili ripas, qui ſi cuſtodum negligentia, vel nimia aquarum magnitudine rupti fuerint, ſubiacentes campos nequaquam rigant aqua ſed opprimunt atque populantur. per quod ſignificatur, ſit Chaldæorum exercitu occupādam Ægyptum, quomodo inundantibus Nili aquis, & ſupra modum creſcentibus operiri ſolet, atque corrumpi.* Idem probatur ex Diodor. *d. lib. 1. cap. 9. dum his (ait) illi occupati tenentur, Nilus ſub Canis ortum ruptis aggeribus magnam Ægypti partem inundatione ſubmerſit, adeo vt omnes propè homines diluuio abſumerentur. Hercules autem ardua ſemper molitus ruptura voragines obturauit & fluuium intra priſtinas aluei ripas coërcitum auertit.* Et poſt, *Oſiris ad Æthiopiæ fines progreſſus fluuium vtrimque aggeribus excepit, ne exundationis tempore plus quam expediat ſtagnet, ſed per ſtructas quaſdam fores leniter quantum opus foret aqua committeretur.* Alios autem aggeres ſtruxerunt Seſoſtris & Bochoris Ægypti reges, damnatis in eo opere laborantibus. Diodor. *ſupra cap. 57. & 65.* & Iuſtin. *lib. 2. Ægyptum autem quæ tot regum, tot ſæculorum cura, impenſaque munita ſit, & aduerſum vim incurrentium aquarum tantis ſtructa molibus, tot foſſis conciſa, non poſſe videri hominum vetuſtate vltimam, quæ ſiue ex aggerationibus regum, ſiue Nili trahentis limum terrarum*
16 *recentiſſima videatur.* † Quod etiam luculenter demonſtrauit Vlpian. *in leg. penultim. Digeſt. de extraord. crimin.* Ita inquiens, *In Ægypto qui chomata rumpit vel diſſoluit (hi ſunt aggeres, qui quidem ſolent aquam Niloticam continere,) æque plectitur extra ordinem & pro conditione ſua, & pro admiſſi menſura.* Notat. ibi Budæus & Gothofred. Cujac. *in paratil. C. hoc titul. & hic.* Magius *lib. 1. miſcellan. capit. 10.* Dalecampius *ad Plin dict. lib. 5 cap. 9.* Forcat. *in penu. iur. capit.* 14. cuius verba appoſuit Schard. *de verb. iur.*
17 *verbo Nilus.* & Pancirol *lib. 2. var. capit. 240.* † Qui valde torquentur circa receptam lectionem huius noſtræ legis, nam in vulgatis eſt ita ſcriptum, *Nili vlla fluenta*, vt *in Codic. Theod. lib. 9. tit. 32.* Græci autem Azo, Haloand. & alij legunt *valla fluentis.* Primam lectionem tuentur Cujac. & Pancirol. quod lex de his vallis ſeu aggeribus non loquatur nominatim, de quibus eſt titulus conſcriptus, ſed tacitè, hoc ſenſu: Vt ſi quis ruptis aggeribus Nili, qui aquam continebant intra duodecimum cubitum, id cum incrementum Nili nondum exceſſit, & antequam perueniret ad duodecimum cubitum, ſi vlla fluenta deriuauerit ad ſuum prædium id eſt ſi vſurpauerit vllos riuulos apertis aggeribus ante id tem-
18 pus, viuus exuratur. † Veriorem ego agnoſco lectionem; *valla fluentis*, quam retinent Magnus *d. cap. 10.* & Gothofred. *hic* & Prateius *de verbis iur. in aggeres*; ſic enim littera legis cum ipſo titulo conueniet congruentius, ferendum autem non eſt, vt titulus aliud contineat, quam eius ſubiecta lex, *argument. l. Imperator 16. Digeſt. de in diem addict.* Tum etiam & maxima pœna eſſet, & delicto grauior, ſi propterea quod quis riuulos ad ſuum deflexiſſet fundum cremaretur, cum ex hoc facto minimè imperij
ſecuritas appeteretur. † Neque obſtat verbum *vſur-* 19
*pauerit* quo Cujacius innititur, nam reſpicit ad eius acceptionem, quæ ſignificat antiquam poſſeſſionem interrumpere, *leg. 2. & 5. D. de vſucap. l. 2. Cod de præſcript. longi temp.* ibi, *interruptam*, & ſic erit ſenſus iuxta epigraphen: ne quis valla & aggeres Nili diſ-
rumpat, niſi viuus velit exuri. † Sunt itaque ag- 20
geres lapidum, terræque coaceruatio, fixis palis, vel ingentibus iactatis lapidibus vi vndarum cohibendæ oppoſita, *l. impenſa 14. D de impenſis leg. 1. § fin in fin. D. de aqua pluuia.* Sic Statius *lib. 9. Thebai. de Iſmeno fluuio* ait.

*Inſiluere vadis magnoque fragore ſolutus.*
*Agger & aduerſæ latuerunt puluere ripæ.*

Et paulo poſt,

*Iamque ſuper ripas vtroque extenſior ibat*
*Aggere.*

Vnde exundante Nilo tantum intra duodecim cubitos, cum fames tunc portenderetur, multi cupiditate capti ne prædia ſua areſcerent, ſiquidem aqua vix poſſet ſufficere, ſolebant aggeres rumpere, vt abundantius irrigarentur, ex quo facilè euenire poterat, vt Ægyptus tota inundaretur, ſicut in Belgio ſi rum-
perentur *las excluſas y Diques.* Quos ipſi ſic appellant. 21

Duplicem autem huiuſce rei propoſuerunt rationem Honorius & Theodoſ. & propter reuerentiam vetuſtatis, & propter ſecuritatem Imperij. Prima alludit ad interdictum aquæ pluuiæ arcendæ, vbi ſem-
per vetuſtatis habetur conſideratio. † Quæ tunc ha- 22
bet locum, quando opere manufacto id agitur, vt aqua pluuia aliter flueret, quam fluere ſolet, & ſic damnum metuo ex eo opere à vicino facto, & actio ſtatim ac opus factū eſt, competit vt reſtituatur opus ne aqua pluuia mihi noceat *l. 1. §. 1. & toto tit. D. de aqua pluuia*, docent Cujac. *lib. 49. ad edictum Paul. in princip. D. illo tit.* VVeſemb. *in parat. eod* Petr. Greg. *lib. 4 ſyntagm. cap. 17.* Cæpolla *de ſeruit. ruſtic cap. 5. & cap. 37.* Duar. *ad tit. de aqua pluuia*, Donell. *libro 15. comment. cap. 47.* In qua re conditiones agrorum debent inſpici, iuxta leges agro dictas, vel agrorum naturam aut vetuſtatem *d. l. 1. §. fin. l. fin. ff. de aqua pluuia* Aggenus *lib. 2. limit. agr. vetuſtas longi temporis per-*
*mutat conditionem agrorum.* † Itaque ſi agger qui erat 23
in fundo vicini fuit ab ipſo vicino deiectus, ita vt aqua mihi noceat, tunc eius auertendæ gratia locum habet actio *d. l. 2. §. Caſſius, & §. item Varus d. leg. §. 1. cū ſeq. l. quod Princ. pes 23. §. 1. ff. de aqua pluuia.* Vnde eodem modo ad exemplum illius actionis introducitur in hoc particulari delicto, vt quemadmodum in actione operis deſtructi teneretur reficere damnum, in hoc
tamen caſu ignis pœnæ ſubijciatur. † Eſt enim ple- 24
rumque in conſideratione locus, ex quo admiſſum delictum, vel grauius vel leuius cenſetur *cap. ſicut dignum 6. in princ. extra de homicid.* & more prouinciarum coertionem maiorem vel minorem ſolet admittere, vt *Scopeliſmus* in Arabia, de quo crimine Vlp. *in l. aut quædam 9. ff. de extraordin. crim.* Petr. Crinit. *lib 8. de honeſt. diſcip. cap. 10. l. aut facta 16. §. locus ff. de pœnis.* Sic in Africa grauius puniuntur meſſium incenſores, in Myſia vitium *d. l. aut facta §. euenit*, nam vt eleganter ait Æmylius Probus *in princ. lib.* de vita Imperatorum: *Non eadē omnibus ſunt honeſta & turpia, ſed omnia maiorum inſtitutis iudicantur, pro morum & locorū diuerſa ratione*, & delictum grauius cēſetur ſi in ciuitate committatur *d. l. aut facta §. locus* Caball. *reſol. crim caſ. 97 num. 12*

num 12. Tib. Decia. *crim. tom. 2. lib. 6. cap. 32. num. 5.* & obſeruat Petr. Gregor. *lib. 3. ſyntagm. c. 6.* & ideo in libello accuſationis locum delicti eſſe declarandum docent plures laudati ab Azeuedo *in l. 4. tit. 2. num. 7. lib. 4. recopil.*

25 Sed vnde tam grauis in ruptores molium & aggerum punitio, neceſſarium eſt vt exponamus, quam rem ſignificarunt Impp. ibi, *Securitatem ipſius Imperij appetierint.* Quæ verba non tantum ad Imperium Ægypti referri debent, ſed ad vniuerſi Imperij prouincias. (Notanda eſt vox *ipſius*, quæ & emphaſim continet demonſtratiuam *l. 2. §. deinde 9.* ibi, *neceſſitas ipſa ff. de origin iur. l. Imperatores 34. ff. de iure*
26 *fiſc.* ibi, *ipſe te pœnæ ſubdidiſti.*) † Ratio eſt, quia ſic Ægypto vel meſſibus ſaltem inundatis in magnam tenderet Imperij perniciem, cum Romanum Imperium ſine Ægyptiorum frumento ſuſtentari non po-
27 terat. † Frumentatio omnis eo tempore ita inſtituta fuit, vt fundum & fundamentum haberet in Ægypto. Ex qua omne frumentum, quo Romanum Imperium ſuſtentabatur, exportari conſueuit, vnde *Orbis horreum* Ægyptus dicta, vt latè probo *in comment. ad tit. C. de frument. vrbis Conſtantin. lib. 11.* ſic apud Claud. *de bello Gildon. verſ. 57.* Roma ait,

*Tot mihi pro meritis Lybiam, Nilumque dedere,*
*Vt dominam plebem, bellatoremque Senatum*
*Claſſibus æſtiuis aleret, geminóque viciſſim.*
*Littore, diuerſi complerent horrea venti.*

Et Rutilius Numatian. *lib. 1. itinerar. ad Romam.*

*Æternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet,*
*Altricémque ſuam fertilis orbis alat.*

Eoque pertinent verba Tiberij apud Tacit. *libro 3. annal.* ibi, *At mehercule nemo refert, quod Italia externæ opis indiget, quod vita populi Romani per incerta maris & tempeſtatum quotidiè voluitur, ac niſi prouinciarum copiæ, & dominis & ſeruitiis & agris ſubuenerint, noſtra nos ſcilicet nemora, noſtræque villæ tuebuntur.* Quæ verba repetiit *lib. 12. annal.* ibi, *Nec nunc in fœcunditate laboratur, ſed Africam potius & Ægyptum exercemus, nauibuſque & caſibus vita populi Romani permiſſa eſt.* Plin. in Panegyr. ad Traian. *Percrebuerat antiquitus, vrbem noſtram niſi opibus Ægypti ali, ſuſtentarique non poſſe. Superbiebat ventoſa & inſolens natio, quod victorem quidem populum paſceret, quodque in ſuo flumine, in ſuis manibus vel abundantia noſtra vel fames eſſet. Refudimus Nilo ſuas copias, recepit frumenta, quæ miſerat deportatáſque mer-*
28 *ces reuexit.* † Populo itaque Romano frumentaria largitio antiquiſſima fuit, & ferè ſemper conciliandæ plebis gratia [vt ex Liuio *lib. 1.* Plin. *lib. 18. cap. 7.* tradunt Lipſius *lib. 1. elect. cap. 8. & lib. 2. de magnit. Roman. cap. 10.* Caſaubon. ad Sueton. in Aug. *cap. 42.* vbi Beroal. & Torrent. Decian. *2. tom. crim. lib. 7. c. 22.* Bobadilla *lib. 3. polit. cap. 3. ex num. 10.* & nos latè de hac re [ſi Deus faxit] *in titul. Codic. de frum. vrb.*
29 *Conſt.*] † Adeoque frequens & communis, vt plerumque deficiente frumento populus tumultuaret, quo morbo vrbs illa plerumque vexata eſt, quemadmodum legimus apud Sueton. *in Claud. cap. 18.* & Oroſium *lib. 7.* in arctiore annona ob aſſiduas ſterilitates detentum fuiſſe Imperatorem in medio foro ab turba, conuitiiſque ac ſimul fragminibus panis ita inſtratum, vt ægrè euadere valuerit. Quod etiam & narrat Tacit. *libro 12. annal.* Nam vt ait Lucanus, *neſcit plebs ieiuna timere*, & eleganter Caſſiodor. *lib. 4. epiſt. 5.* ibi, *Ex inopia ſolent populi conturbari, fames totum ſolet contemnere, vt ſuam neceſſitatem poſſit expellere, neceſſitas moderamen non diligit, neque ieiuni populi leges poſſunt obſeruare.* Conferũt Sueton. *in Aug. c. 25.* & quæ nos dicemus *in tit. C. de frument.* Alex. *lib.*
30 *11.* † Hinc maxima cum ratione conſtat, Imperatores adeo grauiorem combuſtionis pœnam impoſuiſſe ei, qui contra Imperij ſecuritatem talia perpetrauerit, cum omne genus pœnæ remedij loco ſit; teſte Seneca *lib. 1. de ira cap. 16.* & hæc certum eſt euentura quia ruptis aggeribus Ægyptus poteſt facile inundari, ſiquidem ſolum ipſum planum eſt, & campeſtre, vt tradit Diodor. *d. lib. 1. cap. 36.* Nilus vero altior eſt terra, vnde ſi tempore inundationis aggeres rumperentur totius prouinciæ inundatio, indeque grauiter fameſceret Imperium deficiente Ægypti prouentu, quo fere per quatuor anni menſes totum ſuſtentabatur. Ægeſipp *lib. 1. de excid. cap. 9.* ſic legimus apud Diod. *libro 18. Biblioth. cap. 35.* aliquando rupto aggere Nili Perdiccæ exercitum fuiſſe totum ſuffocatum, vnde *ſecuritas* hic non tam pro tranquillitate ponitur, vt voluit Budæus, quem ſequitur Duard. *libro 2. diſp. cap. 22.* quam pro firmitate, ſalute, vtilitate.

Sed obſtat huic noſtræ legi Vlpian. *in dict. l. penult.* 31
*ff. de extraordin. crimin.* vbi extra ordinem punire docet eum, qui *chomata*, ſeu Nili aggeres ruperit, inter quæ iura, vt amicitia ingerant, Cæpol. *de ſeruit. ruſt. cap. 37. numero 7.* Magius *dicto cap. 10.* Forcatul. *dicto cap. 14.* & Gothofred. *hic*, diſtinguunt inter aggeres, quos quis in ſuo prædio priuatim habet, vt aquam ex Nilo prouenientem in eo contineat, de quibus loquitur Vlpianus: & inter aggeres altiſſimos, qui ita ſunt diſpoſiti, ne vrbes & villas obrueret, de quibus Imperatores in hac lege: in illis imponitur effractori extraordinaria pœna, in his autem, vtpotè, quia grauius eſt delictum, pœna ignis.

Verum hæc leuia ſunt, nec poterunt admitti, nam 32
in dictis iuribus de priuatis aggeribus verbum nullum eſt, neque etſi inueniretur, grauius damnum non erat, quoad ſecuritatem Imperij attinet. Neque inundationis tempore aggeres priuati quidquam emolumenti vel damni afferre poterant, illi tum eſſent in foſſis quæ frequentes erant per totam prouinciam quibuſque Nilus ſciſſus commerciis deſeruiebat, vt Strabo tradit, & ex Deuteron. conſtat *c. 11.* ibi, *Terra ad quam ingrederis non eſt ſicut terra Ægypti, vbi in hortorum morem aqua ducuntur irriguæ, ſed de Cœlo expectans pluuias.* Vnde delictum in eo caſu nullum erat, vt ſic tanta pœna caſtigaretur, contra *cap. vt afferamus 24. quæſtione 5. authent. omnes*
*Codic. commun. de ſucceſſio.* † Quare verè dicendum 33
eſt principio nullam pœnam introductam fuiſſe, ſed hoc crimen adeo ſpeciale extraordinariè fuiſſe coërcitum, prout iudici qualitas eius videbatur lenior vel grauior. Poſtea autem noſtra lege ſpe-
cialem pœnam aſſignatam. † Quia poſt tranſlatum 34
Conſtantinopolim imperium ferè omnis prouentus, & frumentatio ex Ægypto exportabatur, Conſtantinus equidem, vt patet ex Metaphraſte in Paulo Conſtant. Patriar. octuaginta millia panum quotidie pauperibus elargiebatur, poſteaque ad populum alendum ſtatutus fuit domatim panem coctum ad publicas neceſſitates ſubleuandas dare, vt conſtat ex *l. 8. & 9. Codic. Theod. de annon. ciuilib.* Suidas *verbo Palatini, & l. 1. & ſeq. Codic. de frum. vrb. Conſtant. lib. 11.* vbi ego, *& l. 2. Codic. de annon. ciuil. eod. lib.* ob idque cum ex Alexandria & Ægypto deduceretur *l. nauarchorum 6. Codic. de nauicular. lib. 11.* & renunciatum eſſet Conſtantino Diuum Athanaſium interminatum non ſe miſſurum ab Alexandria frumentum, eum in exilium dedit Socrates *libro 3. hiſtor. cap. 8.* Quin & tempore Iuſtiniani frumenti 800. Miriades Medinnorum Conſtantinopolim mittebantur, id eſt octo, [vt vulgus loquitur] milliones. Ita latiſſimè conſtat ex edicto
13. Iuſtiniani. † Vnde cum omnis fere illatio fru- 35
menti

menti ex ea prouincia fieret, neceſſe fuit attentius animaduertere in damnum, quod ex ſimili delicto Imperio euenire potuiſſet, ſiquidem pœnæ pro temporum varietate ſolent augeri vel diminui *l. 4. ff. de incendio.* Menoc. *de arbitr. quæſt.* 83. *num.* 1. & id innuitur ab Impp. in noſtra lege, ibi, *Poſthac*, quaſi antiquam pœnam, quæ nondum certa erat, certam & determinatam faciant, & vt non ſolum puniant

36 delinquentes, ſed conſcios & conſortes. † Denique quæri poterit, quid *in dict. l. pen.* ſint *Diacopi.* Erant autem incilia quædam, ſiue aditus in aggeribus, per quos aqua facilius, & ſine metu inundationis, tempore incrementi in arua influere poſſit. Quod idem ſignificauit Diodor. *d. lib.* 1. *c.* 19. ibi, *Sed per ſtructas quaſdam fores leniter quantum opus foret aqua immitteret.* Quas nunc Flandri, vt dixi *excluſas* vocant.

37 Ex quibus infero ad traditionem quam poſt Accurſ. pertractarunt Cynus & Alber. an eadem pœna locũ habere poſſet in aliis fluminibus, ſi in eis aggeres poſiti ramperentur, vt in Pado apud Ferraram, qui ſubiectis aggeribus ripas munitas habet, ne eis diſiectis terram inundet. In qua re etſi Cyn. & Angel. pœnam de qua in hac lege etiam ad illud flumen extendant. Ego aſſentior Petro antiquo Gloſſographo, qui in contrariam iuit ſententiam. Nam rationes *ſupra* aſſignatæ minimè poſſunt aliis congruere fluminibus, neque pœna à lege ſtatuta in caſu particulari poteſt extendi etiam ad caſum ſimilem. Etſi autem extenſio detur, quando eadem militat ratio *l. illud* 32. *ff. ad leg. Aquil.* tamen hæc frumentationis ratio nunquam concurrere poteſt, & lex huiuſmodi eſt exorbitans à iure communi, iuxta doctrinam Farinac. 1. *part. fragm. litt. E. verbo extenſio numero* 120. & ideo nunquam extendenda eſt, ſed imò reſtringenda *l. quod vero* 24. *l. ius ſingulare*, 16. *ff. de leg.* 1. *cap. quæ à iure* 38. *de regul. iur. lib.* 6. docet Caſtrenſ. *conſ.* 14. *in fine lib.* 1. Barboſ. *in l. ſi conſtante num* 72. *&* 74. *ff ſolut. matrim.* Farinac. *d. num.* 120. *& ſeq.* etiamſi ſit eadem ratio, vt ait *gloſſ in cap. in fidei verbo inquiſitionis lib.* 6. *de hæretic.* & probatur *in cap.* 3. *iuncta gloſſ. verbo prorogamus lib.* 6. *de Regular.* Præterquam quod leges pœnales odioſæ ſunt, & ſtricti iuris, neque habent locum niſi in caſibus à iure expreſſis *l. cum quidam* 17. *ff. de cond. & demonſtr. l. & ſi quis* 14. *§. Diuus ff de Religioſis*, explicant Peralta *in l.* 3. *§. qui fideicommiſſum, num.* 88. *ff. de hæred. inſtit.* Decius *in l. factum* 155. *§. in pœnalibus, ff. de reg. iur.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam verbo reuertatur, num.* 303. *& ſeqq.* Didac. Perez *in Rub. titul.* 9. *lib.* 8. *Ordinam. in fin. verſ. quando ergo*, & Farinac. *dict.* 1. *part fragm. verbo extenſio, num.* 144. *& ſeqq.* & id in noſtra lege clarè probatur, ibi, *ſi quis poſthac per Ægyptum.*

38 † Quaſi in aliis Prouinciis contra ſe habeat, ſi caſus eueniſſet, nam hæc pœna ſolum habet locum in eo, qui in Ægypto aggeres ruperit. Et ideo doctrina Petri & Cyni, quam refert Tiraquellus *in l. ſi vnquam verb. libertis num.* 45. & Oſuald. *ad Donellum libro* 1. *capite* 14. *littera A.* Qui exiſtimabant, quod quando in pluribus caſibus eadem eſt ratio, tunc ea ipſa decidi omnes caſus, non quidem per extenſionem, ſed ſicut genus comprehendit ſpecies *l. ſemper de regul. iur.* at quando rationes ſunt ſpecie differentes, ſimiles tamen, tunc fit extenſio per quandam progreſſionem de termino ad terminum, in noſtro caſu non procedit. Nam cum ratio legis mens illius dicatur, non poteſt ſimilis adæquari caſus, in quo ex ruptione aggerum totum conturbetur Imperium.

39 † Vnde quamuis in ripis Padi ſit neceſſaria aggerum munitio, non ita in eo caſu dabitur eadem ratio, vt inundetur integra Prouincia, & ex ea ſecuritas Imperij ſeu Regni periclitetur, atque ita nõ habebit hæc pœna ignis locum, ſed aut ſtatuti, vel alia arbitria, vel furcæ, provt admiſſi criminis qualitas exegerit.

Neque pro Cyno poteſt induci *l.* 2. *Cod. de immun. nemi. conced libro* 10. vbi omnes per Bithyniam tenentur ad publici aggeris refectionem, qui tamen cum non ſit in Ægypto, conſtat iam omnes aggeres fluminum ita eſſe in Republica neceſſarios, ſicut in Nilo, cum ad eorum refectionem teneantur omnes poſſeſſores nemini immunitate conceſſa, & hoc non ſolum in Bithynia, ſed etiam in qualibet prouincia, ergo in quacumque qui aggeres deſtruxerit tenebitur eadem pœna ignis, de qua hic, ſiquidem munitio aggerum fluminum vbique neceſſaria eſt, vt docent Reouff. *num.* 1. & Plat. *in dict. l.* 21. † Huic 41 enim reſpondendum eſt, non loqui de fluminibus, nec quæ Bithyniam præterfluunt, ſunt ſimiles Nilo, ſiquidem Plin. *lib.* 6 *cap. fin.* vbi eorum meminit, nihil de talibus aggeribus tradidit. Eſt igitur publicus agger *in dict. leg.* 2. *via publica*, quam vocamus *caminos reales.* Inde nomine ſortito, quia ſolebat exaggerari, vt imber deflueret, quemadmodum accipitur apud Virgilium *lib.* 5 *Æneid. verſ.* 274. iuxta Turneb. *lib.* 11. *c.* 6.

*Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens.*
*Ærea, quem obliquum rota tranſiit, aut grauis ictu,*
*Seminicem liquit ſaxo, laceruumque viator.*

Docet D. Iſidor. *libro* 15. *ethymol. cap fin.* qui ait aggerem ſignificare viam lapidibus ſtratam apud nos *calzadas.* † Cogũtur itaque poſſeſſores ad repara- 42
tionem viæ publicæ, & in eiuſmodi contributionibus nemo excuſatur, vtpotè cum in eo publica vtilitas contineatur *l. ad inſtructionem* 7. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. non minus, extr. de immunit. Eccleſ.* cum aliis notant latè P. Gregor. *lib.* 3. *de Repub. cap.* 7. Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 3. *à num.* 2. Ceuall. 4. *tom. quæſt.* 897. *num.* 617. Florez de Mena *lib.* 2. *var. quæſt vn.* §. 4 *per tot. maximè num.* 215. *& ſeq.* Sayrus *lib.* 3. *Theſau. caſ. conſcien. c.* 34 *ex n.* 2. relati à Cened. *col.* 153. *ad Decretal.* Queſad. *diuerſ. d. c.* 4. *n.* 13.

Sed quantum ad conſcios & conſortes huius cri- 43
minis minor pœna ſtatuitur; deportatio tantum, ſed ſine ſpe veniæ. Quod vtique difficile videtur, cum in grauiſſimis & atrociſſimis criminibus, quale iſtud eſt, conſcij, & conſortes eadem pœna afficiuntur. Vt in parricidio *l. ſi ſciente* 7. *D. ad leg. Pomp. de Parric.* §. *alia deinde, de publ. iud.* in crimine Maieſtatis *l. quiſquis* 5. §. *id quod Codic. ad leg. Iul. Maieſt.* cui adde Farinac. 1. *part. crimin. quæſt.* 15. *numero* 69. *in raptu Virginum l. vn.* §. *ne igitur &* § *pœnas autem Cod. de rap. virg.* Farinac. 4. *tom. crim. quæſt.* 144. *num.* 34. cum aliis, quæ congerunt DD. *per tex. ibi in cap.* 1. *de officio iud. de legat.* quo loci refertur illud Paul. *ad Rom. ibi, Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.* & Bart. Angel. *in l. is qui opem.* 34. *D. de furt. & hic*, vbi etiam Alberic. Maſcardus *de probat. concluſione* 159. Menochius *de arbitrat. caſ.* 349. Iul. Clar. § *fin. quæſt.* 90. vbi Baiar. & alij quos plena manu congerit Farinac. 4. *tom. crim. quæſt.* 30 † Qui omnes illam exagitant quæ- 44
ſtionem, an auxiliator & conſcius eadem pœna qua principalis teneatur & in foro pœnitentiali. Nauarr. *in Enchirid. cap.* 11. Leſſius *de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *cap.* 13. Reginal. *libro* 16. *prax. pœnitent. titul.* 2. *num* 3. Qui in ea limitatione conſentiunt, quando lex aliter voluit puniri opem, ſeu auxilium præſtantes, & participes & aliter principales reos, provt *in præſenti & in dict. leg. vn. Codic. de rap. virg.* vbi Salicet. *numero* 14. Farinac. *ſupra numero* 48. Maſcard. *num.* 25. Menochius *num.* 19. Quomodo ſunt accipienda iura,

ra, quibus hic cruciantur Cynus & Albetic. videli-
cet *l. 3. §. is qui autor. Digeſt. ad leg. Corn. de ſicar. l. is*
*cuius 14. D ad leg. Iul. de adult. l. Sacrilegij 6. §. is au-*
*tem Dig. ad leg. Iul. Procul* cui obſtat *l. is qui opem 34.*
*de furt.* in quibus ita hæret Cynus *hic*, vt aſſerat ſe
45 neſcire quid dicat. † Tu vero mecum reſponde re-
lictis varijs diſtinctionibus, quas tradit Angelus *in*
*præſenti* & *in dict. leg. is quis.* Quod cum lex pœnas
decernat ſpecialiter ſuper aliquo crimine, ſemper
illam proponit, quæ iuxta arbitrium rationis delicto
congruentior videtur, itavt nulla alia eius pœnæ
ratio reddi poſſit, niſi quia ſufficiens eſt legi viſa
adſcripta pœna. Neque in his, quæ ſunt de iuſtitia
poſitiua aliqua ratio reddi poteſt, quare hæc vel alia
aſſignata fuerit, ſed quia ſic placuit, vt notat Ac-
curſ. *in leg. 1. §. pueritiam verbo ratus D. de poſtulando*,
quem laudant & exornant Iaſon *in rub. de lib. & poſt-*
*hum. numero fin. & in §. actionum numero 17. de action.*
Ripa *in l. 1 de interdictis numer.* 18. Gomez *in reg. de*
*trienn. poſſeſſ. quæſt. 1. & de infirm. reſign. quæſt.* 16. ſic
etiam in tempore vſucapionis & in teſtamentariis te-
ſtibus, vt cenſet Forcat *dial. 14. num. 7.* Vulteius *in §.*
*poſſunt 5. numer. 27. Inſtitut. de teſtament.* etſi Oſualdus
*libro ſexto, Donel. cap. ſeptimo, littera E.* grandiora
myſteria in ea re deprehendat numerum ſepte-
narium.
46 Verum adhuc ſibi videntur repugnare illa iura *in*
*d. l. is quis opem, & in d. l. ſacrilegij §. is autem*, vbi
qui opem præſtat furto, tenetur furti nec manifeſti
nomine, ſi vero ſinum furanti præbuerit, tenetur
tanquam fur manifeſtus. Sed differentia eſt, reli-
ctis quæ de furto opem ferentibus tradit Pichard.
*in § interdum 11. Inſtitut. de obligatione*, quæ ex de-
licto eum, qui opem furanti dedit, furem nec ma-
nifeſtum cenſeri, quia cum furtum manifeſtum ſit,
quando cum ipſa re furtiua inuenitur fur, ipſe autem
qui opem præſtat, rem non contractauerit, quam-
vis furti teneatur, non vero itavt fur manifeſtus ſi-
cut qui homicidio opem præſtitit, tenetur de homi-
cidio, non vero eſt homicida verè & propriè, vt
docuit poſt Accurſ. Bartol. *in dict. l. is, qui opem*, &
47 Angelus *in præſenti.* † At contra erit quando furan-
ti *ſinum præbuit*, vt *in d. l. ſacrilegij §. is autem*, quæ
verba non ſatis explicata manent. In primis Budæus
*in annot. ad pandect. in l. qui teſtamentum 27. de probat.*
per illam legem interpretatur *ſinum præbere*, id eſt
furem occultare, tracta metaphora ab his, quæ ha-
bemus in ſinu, quæ occulta ſunt, & non videntur,
iuxta illud Tertullian. *de fuga*, ibi, *Sub tunica & ſi-*
*nu, quod aiunt, vt furtiuo*, & Diuus Ambroſius *epi-*
*ſtol. 51. ad Felicem*, ibi, *Nolui in ſinu, quod aiunt, ab-*
*ſcondere, ſed aliis demonſtrare volui*, & ita in prædi-
candi ſignificatione *ſinus*, nomen accipi docet Lip-
ſius in Tacit. *libro ſecundo, hiſtor.* ad illud, *additis pe-*
48 *cuniis per occultos aut ambitioſos ſinus.* † Quæ inter-
pretatio mihi non placet, nam vt Cujacius ait, Bu-
dæus non rectè calluit Ius Ciuile; quomodo quæſo,
qui occultauit, potuit dici fur manifeſtus, & pœna
quadrupli condemnari contra Iuſt. *in §. furt. de obl.*
*quæ ex delicto.*
Neque rurſus aſſentior Pancirolo *libro ſecundo,*
*Theſau. cap. 134.* qui *furanti ſinum præbere*, ait eſſe ſe-
curitatem exhibere, ſeu furem tutum facere ad fu-
randum, ex D. Gregorio *lib. 14. moral. cap. 33.* qui ad
illud 19. Iob, *Repoſita eſt hæc ſpes in ſinu meo*, adiicit
*nihil nos habere certius credimus, quā hoc quod in ſinu ha-*
*bemus, in ſinu ergo ſuo ſpē repoſitā tenuit, quia vera certi-*
*tudine de ſpe reſurrectionis præſumpſit.* Sed hæc explica-
tio planè reiicitur, cū minimè poſſit dici tunc opem
ferentem, propter ſecuritatem furi præſtitam, eſſe
49 furem manifeſtum. † Quare aſſentior Gothofred.
*in d. §. is autem*, qui ſinum præbere interpretatur, id
eſt, partem veſtimenti laxiorem, quæ ſolebat in hu-
merum reiici pecuniæ ſcilicet, vel alterius rei ſuſci-
piendæ furi accommodare, Hiſpane, *recoger loque*
*el ladron ec haba por la vintana, ô por otra parte, en la*
*falda, de la capa*, quia *ſinus*, eſt pars togæ, vt Tur-
nebus docet *lib. 7. aduerſar. c. 7.* & P. Fab. *lib. 1. ſemeſt. c.*
22. Vnde veſtes ſinuoſæ quia replicantur *los pliegues*
*del veſtido*, Virg. *lib. 1. Æneid.*

*Nodoque ſinus collecta fluentes.*

In ſinum enim condebant veteres, quæ ſecum por-
tabant. Petronius *in Satyrico*, ibi, *Ego quoque ſinum*
*meum ſaxis onerabo, vt quotieſcumque cœperis à te exire,*
*ſanguinem tibi à capite mittam.* Item in ſinu reporta-
batur ſeu condebatur pecunia Martial. *liro quarto,*
*epigram. 5.*

*Poſtquam bis decies tribuit Dea cæca, ſinum-*
*que*
*Ruperunt nummi, factus es ecce pedes.*

Et Ouid. *lib. 1. amor. eleg. 10.* cum nudum dixiſſet amo-
rem adiicit.

*Quid puerum Veneris pretio præſtare iubetis?*
*Quo pretium condat, non habet ille ſinum.*

Iuxta quam interpretationem, cum res furata apud ſi-
num præbentem inueniatur, fur manifeſtus cenſebi-
tur, præcipuè cum è collo pendebat veteribus cru-
mena, vt patet ex Plauto *in Truculent. action. 3. Scen. 1.*
*verſ. 7.*

*Homo crumenam ſibi de collo detrahit.*

Indéque in ſinum demitteretur, vnde ſinus frequens
mentio in condenda pecunia Apul. *lib. 8.* ibi, *Stipes*
*æreas, imo vero & argenteas multi certatim offerentibus,*
*ſinu recepere propatulo.* Propertus *libro ſecundo, eleg.*
*decima ſexta.*

*Semper amatorum ponderat illa ſinus.*

Videndi Paſſeratius ad locum Propert. & Taubman.
ad locum Plaut. & politiſſimi ingenij vir Caſp. Barth.
*lib. 54. aduer. c. 26.*

Denique vt huius diſputationis clauſulam abſol- 50
uamus, notandum eſt pœnam combuſtionis appoſi-
tam fuiſſe aggerum corruptori, prout in aliis atrociſ-
ſimis criminibus ſolet imponi, de quibus poſt Salicé-
tum hîc, & Gothofr. ait. Ea percurrere ad rem noſtram
minimè duxi neceſſarium, ſolum ad aperiam Impp.
noſtros ſtatuere eo loco flammis eſſe delinquentem
tradendum, in quo aggeres ruperit, quod ſemper fieri
à iure conſueuit, vt puniendus ſit eo loco vbi deliquit
*l. capitalium 28. §. famoſos ff. de pœnis l. ſi cui 7. §. idem*
*Imperator, de accuſ. l. fin. ff. de noxal. auth. qua in prouin-*
*cia C. vbi de crim. agi oport.* Symm. *lib. 9 epiſt. 123.* notat
Bald. *in præſen.* quod ſit propter grauitatem criminis,
in maioremque eius deteſtationem, & terrorem alio-
rum Ant. Gom. *tom. 3. var. c. 13. n. 35.* & relati à Bobadil.
*lib. 2. politica c. 13. n. 65. in fine lit. E. & c. 16 n. 154.* Con-
ſcij autem, & complices deportatione afficiuntur. †
Antea legebatur lex noſtra, vt conſtat ex C. Theod.
*lib. 9. tit. 32.* ibi, *Conſciis, & conſortibus eius Oaſenæ de-* 51
*portationi conſtringendis.* Vt notat Pancirol. *d. lib. 2. cap.*
240. qui ex Ptolemæo *lib. 4. Georg. c. 5.* duas Oaſes in
Ægypto ponit, de quibus etiam Niceph. *lib. 14. c. 35. &*
*36. & lib. 9. c. 29.* & Vlp. *in l. relegatorum 7. §. eſt quod-*
*dam ff. de interdi. l. fin. §. 2. C. de pœnis.* Oaſis hæc erat
infeſta culicibus, & muſcis grandioribus vt ex Græ-
cis interpretibus probat Gothofred. *in d. tit.* Verum
hæc deportatio, de qua hic, non erat ordinaria ſi-
cut alia, quæ nunquam ſpem reſtitutionis exclude-
bat *l. intercidit 59. de cond. & demonſtr. l. 2. & 3. D. de*
*ſentent. paſſ. l. generalis 7. l. ſi pater 9 cum aliis C.* eodem
diximus *lib. 1. cap. 12.* ſed in maiorem deteſtationem
delicti ſupplicandi remedium in præſenti adimitur.

## CAPVT V.

### MAIVMA.

Siue in L. vnicam Cod. de Maiuma lib. 11. extemporalis Recitatio.

### SVMMARIVM.

1 *Introductio ſermonis.*
2 *Diſputationis partitio. Inuocatio Diuina, & memoria D. Fundatoris.*
3 *Imp. Arcadius, & Honorius quandiu vixerint, vnde orti.*
4 *Verba noſtræ legis, concluſio, & iura ſimilia.*
5 *Inquiritur circa explicationem vocis* Maiuma.
6 *Qui fuerint Mimi & hiſtriones, vnde dicti.*
7 *De Mimorum obſcœnis motibus ex Lactantio, & aliis.*
8 *Hiſtriones infames cenſentur.*
9 *Mimi aliquando ſerui* ad l. 6. §. irritum D. de iniuſt. rup.
10 *Reprobatur Pennæ interpretatio ad noſtram legem.*
11 *Proponitur alia interpretatio Rebuffi & de ludo Maiarum, & reprobatur,* & numero 12.
13 *De ludis Floralibus, & quomodo agerentur & an de eis hæc lex loquatur,* & n. 15.
14 *Catonis ſeuera maieſtas.*
16 *Expenditur* l. 1. C. de Paganis.
17 *Admiratio noſtrorum Antanagoniſtarum.*
18 *Suidæ opinio de Maiuma proponitur, & reiicitur,* & n. 19.
20 *Vera huius ludi origo, imago & actiones.*
21 *Alia coniectura proponitur de hoc ludo deducta ex Nuptiis menſe Maio prohibitis.*
22 *Maiumæ ſpectaculum Matrimonij ſpeciem habuiſſe variis coniecturis ſtatuitur,* & numero 23.
24 *Suaſionibus D. Chryſoſtomi Maiumæ ludus ſublatus.*
25 *De ratione huius legis, & quam neceſſaria ſit Reipublicæ honeſtas.*
26 *Mala quæ ex inhoneſto ſpectaculo oriuntur, & exempli vis maxima,* & n. 27.
28 *Clerici ab ſpectaculis remoti.*
29 *Noua inuentiones cantilenarum, & ſaltationes Reip. portendunt mutationem.*
30 *Lupercales ludi ab Auguſto ſublati.*
31 *De inhoneſto pubertatis examine ad multorum iurium explicationem,* & n. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. vſque ad 45.
46 *Explicatur* l. 1. C. de expenſ. ludor.
47 *Pecunia à teſtatoribus relicta ad ludos celebrandos.*
48 *Murorum refectio maximè priuilegiata.*
49 *Lege Regni noſtri obſcæna verba publice dicta fuſtibus excitantur.*
50 *Libros Poëtarum laſciuientis lectionis non eſſe in rep. admittendos varie probatur.*
51 *Lacedæmonii Archilochi libros à ſua ciuitate exterminarunt.*
52 *Ouidius ob artem amandi ſcriptam in exilium datus.*
53 *Viros doctos non decet lectio librorum turpium.*
54 *Picturas laſciuas prohiberi neceſſarium.*
55 *Æneas Carthagine pictura commotus.*
56 *Cæſar Alexandri imagine in lacrymas prorupit.*
57 *Charea adoleſcens in libidinem pictura incenſus.*
58 *An comœdiæ noſtræ licite gerantur.*
59 *Qui de ea quæſtione agunt.*
60 *Comœdiarum actum non poſſe eſſe peccaminoſum, ſed indifferentem late probatur.*
61 *Nullus tenetur omnes occurſus mulierum euitare.*
62 *Choreæ ex ſua natura licita.*
63 *Qui iurauit vſuras ſoluere, tenetur ad iuramentum.*
64 *Ludi, & licita delectationes in rep. neceſſaria.*
65 *Humana vita otio indiget,* & n. 66.
67 *Comœdia an ſint eliminandæ à Rep.*
68 *Satisfit Patrum locis qui ſpectacula reprehendunt.*
69 *An Taurorum agitatio licita ſit, & vnde originem traxerit.*
70 *Gladiatorum ſpectaculum qui primus ſubſtulit.*
71 *Taurorum ludus à Theodoſio extinctus.*
72 *Deteſtatio agitationis Taurorum.*
73 *Agitatio hic à Pio V. interdicta.*
74 *Qui eam probauerint.*

Legem hanc ex tempore explicandam ſuſcepi in petitione Cathedræ Voluminis Iuſtin. ann. 1621. Et quamvis audaciam meam temeritatis nota inurerent etiam doctiſſimi, quod deſperatum hoc reſcriptum elegiſſem, annuit Deus humilibus, & me voti compotem fecit. Euaſi Deo auſpice, & vehementer plaudente Academia. Petierunt plures, compulerunt, vt quod tumultuarie meditatam, tumultuarie typis darem. Parui, & relectionem in lucem emiſi ſub auſpiciis Illuſtriſſimi Domini D. Garſiæ de Haro, & Auellaneda noſtri Collegij quondam alumni, Academiæ Doctiſſimi Clementinarum Anteceſſoris, Pinciani Conuentus primùm Senatoris, dein Regij ordinum, poſtea in ſupremo Caſtellæ, interiorique Cameræ digniſſimi Conſiliarij, purpurea Calatrauenſis militiæ Cruce inſigniti & Comitatus de Caſtrillo hæredis. Nunc autem iterum ex ſecunda cura limatior prodiit *Maiuma* pluribus mendis, quæ currente prelo deciderant caſtigatis. Reliqua eodem ſtylo, & modo retinentur, aliqua adduntur. Et quamvis cuiuſdã Sycophãtæ in alieno libro ingenioſi, aut potius calumnioſi fas erat reſpondere frigidiſſimæ vellicationi, tamen genus vltionis eſt grandius more magnæ feræ catulorum latratus ridens exaudire. Verum ad rem deueniendo in Academia dicebam:

QVEMADMODVM ij, qui poſt varias perpeſſas calamitates, vt aduerſariorum iniurias effugiant, ſolent, ad aliquem potentem, cuius fauore ſecuri reddantur ſe conferre: Sic ego, Auditores nobiliſſimi, poſt tot indignantis fortunæ procellas, totque ſævientis fati tempeſtates, vt væſanientem infelicitatis meæ ventum, quo demergor, euadam, & vt ex tam tenebricoſo labyrintho, ſalebroſoque gurgite 1

gurgite diſputationis erepto, digna tanto loco mihi contingat oratio, ad vos tanquam ad tutiſſimum aſylum confugio, tanquam ad optatum portum. Quæ enim alioquin vires adeò tenues tot impetitæ caſibus, tot diſcriminibus laceſſitæ? Quin ingenium ne quidem in iure mediocriter inſtructum ſi beneuolentiæ veſtræ non adſtaret humanitas? Ea enim noſtræ actionis nauiculam leuiter impellente, pericula tanta, & infames ſcopulos Acroceraunios difficultatum incolumis prætereuheham: ſcopulos, inquam, quos diſputanti mihi hodierna luce proponit ſorte heſterna ſignata deciſio *in l. vnica Codic. de Maiuma*
2 *lib. 1.* † Cuius vt telam felici pectine percutiam, hunc ad vnguem ſeruaturum ordinem polliceor. Prius noſtrorum Imperatorum verbis in medium iactatis, ſummariam extorquebo enunciationem, quam multis imbribus conſtipatam variorum Doctorum albentem fabam adiicientium ſequetur concurſus. Deinde luculenter de natura huius ludi diſſeremus, quo veluti in via noſtri legis rationi munietur appoſite, vt ex ea ad multa ſcitu digna, vtilitate non minori tractatio deducatur. Interim adſis Sanctiſſima Trinitas, Sol ſine ortu, & occaſu, per huius loci tenebroſas caligines euntem dirige ſeruum, clara præpandens lumina menti.

*Tuque ô pulchra ſemper diua, tu ſola labori.*
*Sis præſens, & captos præſenti numine curſus*
*Dirige, & infirmam rege per vada cærula puppim.*

Voſque ô Mecænates mei Sanctiſſime Auguſtine, Seraphice Franciſce, Beatiſſima Anna, fauoris veſtri ſpiret aura, luceat, vt ſic hæc noſtra actio optatam clauſulam conſequatur. Quidquid dixero cedat in nobilem recordationem, ac memoriam illius quondam Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Principis Domini, ac Domini mei Dom. Didaci Ramirez de Haro, Regum Catholicorum Ferdin. & Eliſab. Protoſacerdotis, eorumdemque ad Maximilianum Imperat. & Philippum I. Legati, Pintiani conuentus præſidis, Aſtoricenſis Melacitanæ, ac tandem Conchenſis ampliſſimæ Eccleſiæ digniſſimi Antiſtitis huius noſtri Collegij maioris D. Iacobo Zebedæo ſacri erectoris, atque fundatoris; cuius inſigniis licet immeritus cohoneſtatus incedo.

3 His ita de more peroratis, Arcadius, & Honorius Auguſti Imperatores fratres ambo Theodoſij maioris filij, noſtræ Gentis cum Traiano, & Hadriano æternum decus, quo nomine Hiſpania eleganti commendatur encomio à Pacato *in Panegyr. ad Theodoſium*, & Claudian. *de laudibus Serenæ*, dum aſſerit cæteras prouincias Imperio Romano ſua tributa perſoluere. Hiſpaniam verò nouum genus vectigalis, id eſt, Auguſtos:

*Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris.*
*Vox humana valet?*
*Principibus fœcunda piis, tibi ſæcula debent.*
*Traianum: ſeries his fontibus Ælia fluxit,*
*Hinc ſenior pater, hinc iuuenum diademata fratrum.*
*Namque aliæ gentes, quas fœdere Roma recepit*
*Aut armis domuit, varios aptantur in vſus*
*Imperij.*
*Sola nouum Latiis vectigal Iberia rebus*
*Contulit Auguſtos.*
*Hæc generat, quæ cuncta regant.*

Hi inquam, qui Imperium Romanum ſubiere circa annum Chriſti 395. (vt docet Caſſiodor. *in Chronico*, vbi Cuſpinianus, Paulus Diacon. in Eutrop. Hiſtor. Tripart. Marcell. Nicephor. *lib. 13. cap. 1.* Hotman. *in particula hiſtoriæ iur. anno 383.* Genebrard. *in Chronologia lib. 3. ſæculo 4. iuxta fin.* Onuphr. *in Chron.* Baron. *tom. 5. annal. anno Chriſti 395.* inter alias quæ ad publicum Reipublicæ ſtatum propoſuere ſanctiones [quas in hoc Voluminis libro ſparſas nobis dedit Tribonianus] hanc ad mores componendos ſpectantem præcipuam condidere in hæc verba. † *Clemen-* 4
*tia noſtra placuit, vt Maiuma prouincialibus lætitia reddatur: ita tamen vt ſeruetur honeſtas, & verecundia caſtis moribus perſeueret.* Quæ talem diſputandam hac luce præbent concluſionem: *Maiuma antea prohibita, iterum conceditur, modo ſeruetur honeſtas & verecundia.* Eam in ſpecie probant, *l. 1. 2. & Cod. Theod. de Maiuma*, in ratione conuenit, *l. vt profanos 4. Cod. de paganis, l. 1. & 4. cum aliis ſupra de ſpectaculis, l. 1. ſupra de Gladiatoribus, l. penult. infra de curioſis, l. ex damni 40. ff. de damno infect. l. magiſtros ſupra de profeſſor. & medicis, l. ſcire oportet 21. § fin. ff. de tutor. & curat. l. filius, 5. ff. de condit inſtit. l. ſemper 197. de regul. iuris, leg. adoptiuus, 14. § vnde. ff. de ritu nupt. l. fin. Cod. quando tutor vel curat. §. 1. Inſtit. Quibus mod. tutel. finit.* Explicant, licet breuiter, & ſuſpenſa manu præter ordinarios hìc, Alciat. *lib. 5. parerg. cap. 5.* Pancirolus *lib. 2. theſaur variar. cap. 253.* Baronius *dict. tom. 5 annal. anno Chriſti 399. pag. 61.* breuiſſimè Alphonſ. de Mendoça *quæſtione 9. quodlibet numero 13.* Rationem noſtræ legis [licet eius non meminerint] Tiraque. *in libro 16. connub à num. 30.* Petr. Gregor. *lib. 15. Syntagm. cap. 5.* & Dom. Ferdinand. de Mendoça *de confirm.* Concil. Illiberit. *libro 3. capite 51.* exornarunt.

Sed antequam vlterius progrediamur, ne per 5
ignota diuagetur noſtra oratio, prius tanquam ſolidum fundamentum erit, huius ludi Maiumæ naturam inueſtigare. In qua re ſi interpretes conſulas Barr. Plateam Luc. de Penna, Iacob Rebuff. nihil deduces, imò nec inuenies, nec dux mihi alius ad hoc iter. Primus hanc viam ingrediens nemini viſam, meo remigio rem gero. † Et in primis Penna 6
autumat hoc ludi genus *Mimiam* dictum, à genere ludi, quem faciunt hiſtriones, & mimi, qui corporales aliorum motus repræſentant, & variis geſtibus hominum mores, & vitia ridiculè imitantur, vt hodiè motiones, & ludiones in principum aulis. Hiſtriones dicti ab *Hiſter*, Tuſco verbo, vel oppido, vbi primi inuenti. Roſin. *lib. 5.* Roman. *antiq. cap. 6.* Mimi à Græco *verbo μιμέομαι*, quod imitari ſignificat, vt auctor eſt Diomedes relatus à Beroaldo in Suetonij Cæſare *cap. 39.* Vnde dicti *hypocritæ*, ſiue *ſimulatores.* Idem in Nerone *cap. 24.* D. Iſidor. 18. *ethymol. cap. 48.* Demſter. ad Roſ. *ſupra.* Illos eleganter depingit Caſſiodor. *lib. 1. epiſtol. 20. & libro 4. epiſt. vltim.* ita inquiens: *Pantomimo igitur cui à multifaria imitatione nomen eſt, cum primum in ſcenam plauſibus inuitatus aduenerit, adſiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi: tunc illa ſenſuum manus, oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam literis edocet intuentis aſpectum, in illáque leguntur apices rerum & non ſcribendo facit, quòd ſcriptura declarauit. Idem corpus Herculem deſignat, & Venerem fœminam repræſentat, & marem, Regem facit & militem, ſenem reddit, & iuuenem, vt in vno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos.* Talis fuit Tymele illa vxor Latini Pantomimi (à Martiali celebrati, *lib. 9. Epigr 29.*) cuius actione mimica plurimum fertur delectatus Domitianus, vt demonſtrat idem Mar. *lib. 1. Epigr. 4.*

*Qui Thymelen ſpectas deriſoremque Latinum.*
*Illa precor fronte carmina noſtra legas.*

Quam maritus illi propter delatores timens ſubmiſſam dediſſe mordet Iuuenal. *Satyr. 1.*

*——Et à trepido Thymele ſubmiſſa Latino.*

† Quanta autem hiſtrionum, ſiue mimorum fuerit 7
in

in actionibus obſcœnitas, colligere licet ex Lactant. *lib.* 6. *de vero cultu cap.* 20. ita referente; *Histrionum quoque impudiciſſimi motus quid aliud niſi libidines docent? Quorum eneruata corpora & in muliebrem inceſſum, habitúmque mollita, impudicas fœminas inhoneſtis geſtibus mentiuntur. Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus diſciplinam, qui docent adulteria dum fingunt, & ſimulatis erudiunt vera?* Item D. Cyprian. *libro* 2. *epiſtol.* 2. ibi, *Tunc delectat in mimis turpitudinum magiſterio, vel quid domi geſſerit recognoſcere, vel quid gerere poſſit audire.* Ouidius quoque id docuit,

*Scribere, ſi fas eſt, imitantes turpia Mimos.*

Conferunt Saluian. *de gubern. Dei, libro* 6. D. Auguſt. *de ciuitate Dei libro* 1. *cap.* 32. Tertullian. *in Apolog. cap.* 38. *& lib. de ſpectacul* cum aliis relatis à Ferdin. Mend. *dict. cap.* 51. Tiraquel. & aliis *ſupr.* & eleganter
8 Dorleanus *ad Tacit. ann. libro* 4. *pag.* 452. † Quam ob cauſam noſtris legibus inter infames connumerantur, *l.* 1. *ff. de his qui notan. infam.* ibi: *Qui artis ludicræ, pronunciandive cauſa in ſcenam prodierit,* coniuncta *l.* 2. § *ait prætor eodem titul.* ibi, *Ait prætor, qui in ſcenam prodierit, infamis eſt, ſcena eſt, quæ ludorum faciendorum cauſa quolibet loco vbi quis conſiſtat moueatúrque ſpectaculum ſui præbiturus, &c. l. penult. Cod. eodem titul. cap. definimus* 4. *quæſt.* 1. *cap. maritum* 33. *diſtinct. cap. pro dilectione de conſecr. diſt.* 2. *l. Mima* 4. *C. de Epiſcop. audient. l.* 4. *Cod. de ſpectacul. libro* 11. *l. ſi libertus* 27. *ff. de oper. libert. Nouel.* 115. *cap.* 3. *verſ. cauſas* docet Rœuard. 2. *var. cap.* 11. Petr. Faber *ſemeſtr. c.* 12. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 34. *numero* 6. Mendoça *dicta quæſt.* 9. alter Mendoça *libro* 3. *de confirmat.* Con. Illib. *libro* 3. *cap.* 58. & alij relati ab Oſuald. *libro* 8. *comm. Donel. cap.* 7. *littera A,* Demſter. *ad Roſin. in Paralip.*
9 *libro* 5. *antiquit. cap.* 6. † Nec mirum hoc, cum plerumque fuerunt ſerui, vt conſtat ex *l. Titius* 43. §. *fin. ff. de actio. empt.* vbi de ſeruis agens, ſubiicit Iure Conſult. *Veluti ſi ponas agitatorem factum fuiſſe Pantominum, euictum eſſe eum, qui minimo pretio veniit, &c.* Quo pertinet *l.* 6. § *irritum ff. de iniuſto rupto.* ibi: *Vel ſi maior annis ſeſe venundari paſſus ſit ad actum gerendum, vbi* actus ſignificat motum corporis, vnde *actuoſi* hiſtriones dicti. Oſuald. *libro* 2. *comment. Donel. cap.* 9. *lit. K,* alias ille §. obſtaret, cum non niſi ad pretij participationem homo liber vendi potuiſſet, §. *penult. cum vulgat. Inſt. de iure perſon.* cum notat. ab Anton. Fab. *in iuriſprud. tit.* 3. *princ.* 4. *illat.* 3. Connan. 2. *comment. cap.* 1. *num.* 6. Ameſcua *de poteſtat. in ſe ipſum lib.* 2. *c.* 17.

10 Verum etſi hæc Pennenſis interpretatio latius à me exornata, in ſe vera ſit, tamen adaptari noſtro propoſito non poteſt. *Primò*, quia aliud eſt Maiumæ lætitia, aliud Hiſtriones, qui illam actitabant; quemadmodū differt fabula à ſcenicis, & editoribus, Poëtæ, qui comœdias compoſuere ab iis, qui eas agebant. Itē & Thymelici, qui modulos in fabularum actionibus faciebant, id eſt muſici, *l.* 4. *in princ. D. de his qui not. infam. l. Septitia de pollicitat.* Scaliger. *lib.* 1. *Poët. cap.* 19. qui aliàs non erant infames cum illas rerum fœditates vocumque obſcœnitates, & motuum turpitudinem non exercuerint. Oſuald. *d. cap.* 7. *litt. A,* Atque ita videretur ſublatus vſus hiſtrionum, hac lege, quod tamen non conuenit eius litteræ, neque intentioni Imperatorum, qui ludum Maiumæ ſublatum iterum reſtituunt honeſte celebrandum, nec de hiſtrionibus aut Mimis non loquuntur. Quod etiam ſuadet *l.* 2. *C. Theod. hoc tit.* ibi, *Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum reſtrictione triſtitia generetur. Illud vero, quod ſibi nomen procax licentia vindicauit, Maiumam fœdum ſpectaculum denegamus.* Et *Secundò*, quia hic non agitur de mimis, ſed de Maiuma, non de Mimia, quæ vox nullibi reperitur in iure, neque in probato aliquo auctore.

Quare ſuccedit alia interpretatio Rebuffi hic, 11 quam recepit ille, qui ad rubricas huius voluminis lucernam appoſuit extinctam ſanè, ſine oleo, ſine luce, & Mendoça *dict. q.* 9. *num.* 13. & ferè omnes, qui antiquitatis nondum ſalutarunt penetralia, vt ſcilicet, *Maiuma* appellata ſit (vtor eorum verbis) feſtiuitas quædam, quæ olim Kalendis Maij celebrabatur, nam quædam puella exacte ornata ac veſtibus pretioſis induta ponebatur in curru, frondibus, & floribus pleno, quæ vocabatur Regina, erántque aliæ puellæ circunſtantes illi miniſtrantes, atque eam comitantes in loco publico, quæ à tranſeuntibus pecuniam expoſcebant, tamen quia habebant colloquium cum eis, ex quo inhoneſtas, & impudicitia reſultabat, per aliquod tempus huiuſmodi feſtiuitas fuit vetita: quæ ideo Maiuma dicebatur, quia ſingulis annis in menſe Maio fiebat, quo tempore arbores pullulant, & homines floribus, frondibuſque lætantur. Quare hæc feſtiuitas puellarum erat, quæ in hunc vſque diem multis in locis frequentatur, vt apud nos: *Quando las muchachas pidem para la Maya.* Hæc ſupra dicti. † Sed nec pro- 12 bare audeo, cum non ſatis explicetur noſtra lex, quæ agit de ſpectaculo fœdo, atque procaci, vt *in dict. leg.* 2. *Cod. Theod. hoc tit.* *Secundò* in hoc ludo turpiſſima facta interueniebant, quæ non apparent ex eo; quod puellæ à prætereuntibus pecuniam ſuæ reginæ expoſtularent. *Tertiò*, cum prouincialibus hæc lætitia reſtituatur denotari videtur puellas illam non exercuiſſe, ſed homines, *argum. l. prouinciales* 190. *D. de verbor. ſignificat.* vbi Geddæus, & Brechæus. Denique quia nullo auctoris claſſici teſtimonio *ſupra* dicti ſuam munierunt ſententiam.

Ex quo plures in eam iurarunt, vt exiſtiment no- 13 ſtram legem intelligi debere, & apertè loqui de ludis Floralibus. In qua ſententia fuit Greg. Girald. *in hiſt. Deor. ſyntagm.* 1. *pag.* 40. & videtur in eam inclinare Schardus de verbis iuris, verbo *Maiuma.* Mouentúrque ex eo quod hi ludi ad cultum Deæ Floræ fuerint inſtituti, fœdi ſanè penituſque caſtis oculis auribuſque, & cogitationibus merito excludendi. Celebrabantur autem 4. Kalend. Maij, quoniam eo tempore arbores efflor eſcerent, ad inſtarque magnitudinem fructus accedere viderentur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 29. Varro *de re ruſt. libro* 1. *cap.* 1. Ouid. *idē lib.* 5. *faſtor.* Macrob. *lib.* 1. *Satur. cap.* 3. Alexand. ab Alexand. *lib.* 6. *Genial. cap.* 8. Roſinus *libro* 2. *antiq. cap.* 20. & *libro* 5. *cap.* 15. His ludis fœminas, quæ vulgato corpore quæſtum faciebant, denudari, & pudendis obſcœniſque inuelatis per luxum, & laſciuiam currere, & impudicos iocos agere moris erat, grauiter docet Lactant. *lib.* 1 *diuin. inſt. cap.* 20. ibi, *Celebrantur illi ludi cum omni laſciuia conuenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum laſciuiam, quibus obſcœnitas omnis effunditur, exuuntur etiam veſtibus populo flagitante meretrices, & in conſpectu populi vſque ad ſatietatem impudicorum hominum cum pudendis motibus detinentur.* Quo etiam reſpexit Mart. *libro primo, epiſt.* 36.

*Quis Floralia veſtit, & ſtolatum*
*Permittit meretricibus pudorem?*

Conſueuerántque ædiles cicer, fabas, & alia miſſilia plebi ſpargere, leporéſque, & capreas aliáque mitia animalia ludis admittere. Perſius *Saty.* 5.

*—Cicer ingerere large*
*Rixanti populo, noſtra vt Floralia poſſent,*
*Aprici meminiſſe ſenes.*

Vbi

14 Vbi Cornutus (ſiue is ſit ſiue alius) id notauit. † Hos ludos cum olim Cato ſpectaret, Pop. Romanus Catoniana maieſtate commotus erubuit poſtulare, vt mimæ nudarentur. Quo cognito è theatro diſceſſit, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret; quem abeuntem ingenti plauſu populus eſt proſecutus, vt refert Valer. Maxim. *lib. 2. cap. de Maieſtate*, & Martialis noſter *in epiſtola ſoluta oratione lib. 1. præfixa* illic: *Epigrammata illis ſolum ſcribuntur, qui ſolent ſpectare Florales, non intret Cato theatrum noſtrum, aut ſi intrauerit ſpectet.* Item *epigram. 3.* eiuſdem libri, quod primo loco ex Raderi coniectura reponi debebat.

*Noſſes iocoſæ dulce cum ſacrum Floræ,*
*Feſtoſque ludos, & licentiam vulgi:*
*Cur in theatrum Cato ſeuere veniſti,*
*An ideò tantum veneras, vt exires?*

15 Quæ interpretatio etſi pluribus placuerit, mihi non arridet, nam quamvis Conſtantini tempore frequentaretur hic ludus, vt coniectari licet ex eo, quod contra eum ſcripſerit Lactantius *ſupra*, & D. Auguſtinus *lib. 6. de ciuitat. Dei*, Tatianus aduerſus gentes, illius æui auctores, adhuc tamen credo Chriſtiana noſtra religione inualeſcente ſublatum fuiſſe, itavt Arcadij, & Honorij ætate iam in deſuetudinem abierit. † Neque etiam credendum eſt piiſſimos, &
16 religioſiſſimos principes talia ſpectacula permiſiſſe, cum *in l. 4. Codic. de pagan.* ita loquantur, *Vt profanos ritus iam ſalubri lege ſubmouimus, ita feſtos conuentus ciuium, & communem omnium lætitiam non patimur ſubmoueri. Vnde abſque vllo ſacrificio, atque vlla ſuperſtitione damnabili exhiberi populorum voluptates ſecundum veterem conſuetudinem, miniſtrari etiam feſta conuiuia quando exigunt publica vota decernimus.* Ex qua conſtat peſſimo exemplo Imperatores noſtros extinctæ jam gentilitatis memoriam iterum in lucem vocare voluiſſe non eſſe credendum. *Secundò*, quia cum hoc ſpectaculum Florale in eo ipſo conſiſteret, vt fœminæ meretrices nudarentur, & in verbis obſcœnis ad populum iactandis, quo modo ergo honeſtas, & verecundia perſeueraret? *Tertiò*, quia de Floralibus nullum verbum hîc, ſed de Maiuma, neque poterit quis verè affirmare Maiumæ lætitiam eandem cum Florali habuiſſe naturam.

17 Hæc alij, licet pede dubio & trepidanti, neque immeritò, nullius enim veſtigia premunt, ſed veluti Cimerij inanes vmbras captant.

*Tantum æui longinqua valet turbare vetuſtas.*

Quod fuit in cauſa, vt Antagoniſtæ noſtri ita in admirationem raperentur, cum hanc legem à cæteris ſelegi explicandam tanquam ſi ſolis currum moderare, vel æthiopem aliquem album reddere, aut ipſam noctem illuſtrare vellem.

18 Vnde vt è tenebris reconditæ antiquitatis, hæc noſtra deciſio ſolem ſuum & ſua ſydera agnoſcat, cum Suida ab Alciato & aliis qui melius ſentiunt recepto conſtituunt aliqui, Maiumæ ludum menſe Maio per actum fuiſſe, quo nobiliores vrbis Oſtia Tyberina maritimæ ciuitatis delati in vndis ludentes aqua ſe inuicem aſpergebant. In prouinciis autem, qui ad mare vel ad flumina habitabant, ipſi tunc ludum exercere cœperunt obſcœniſſimum ſanè, atque indecorum. Docet Alciat. *lib. 5. paterg. cap. 5.* (qui alias auctoritates in id detorquet, ſed & ipſi diſplicent) Gregor. Giral. *in hiſtor. Deor. ſyntagm.* 17. Pancirolus *d. cap. 253. lib. 2. theſau.* Spiegelus relatus ab Schard. *verbo Maiuma* Benedict. Curtius *ad arreſta amor. atr. 5.*

19 † Sed adeò breuiter & ſtrictim huius ludi imaginem proponunt, vt eius naturam contemplari non ſinant, imò ſuſpectus eſt mihi Suidas: quoniam vt Baronius *ſupra* conſiderat, & Hotmanus *de verbor. tur. verbo Maiuma*, mirum eſt nullam eius ludi in Ouidij faſtis, neque in Romanis Kalendariis mentionem fieri, & menſis Maius non ita aptus erat, vt nudi in vndis luderent: quippè frigora miteſcunt, non receſſerunt.

Vnde his & aliis inſuper habitis interpretamentis 20
cum eodem illuſtriſſimo Baronio, & Hotmano dicendum eſt huiuſmodi ludum originem traxiſſe à Maiuma nobili Gazæorum portu in Palæſtina, cuius meminit Nicephorus *lib. 8. cap. 33. & lib. 10. cap. 4. & lib. 12. cap. 47.* vbi templum Veneris fuit, cuius ſimulacrum impudiciſſimum noſtrorum Impp. ætate adhuc extabat, vt memoriæ prodidit Marcus Diaconus de rebus geſtis S. Porphyrij Epiſcopi Gazenſis, cuius vitam retulit Metaphraſtes, 20. die Februarij. In quam ſententiam inclinat Gothofred. *hîc* & Pancirol. *ſuprà*; additque Hotmanus *Maiumam* Syriacum vocabulum nobis aquam ſignificare, vnde fortaſſe Suidas ad aquæ aſperſionem reſpexiſſe credo, vt diximus *num.* 18.

Quæ ſententia ſi tibi non arriſerit cum naturam 21
ludi non declaret, in ea coniectura perſiſto, vt exiſtimem inter alia ſpectacula, antiqua illud menſe Maio celebratum fuiſſe (vnde Maiuma) non à Romanis vel Conſtantinopolitanis, ſed tantum in prouinciis, vt denotat verbum *Prouincialibus* noſtræ legis coniuncta *l. 190. de verborum ſignificatione*, origo autem illa fuit, quod cum antiqui Ethnici nuptias eo menſe celebrare prohibebant, vt docet Ouid. *lib. 5. Faſtor.*

*Menſe Maio, malas nubere vulgus ait.*

Et latè Tiraquell. *in l. 5. connub. numero* 14. Alex. Neapolit. *lib. 4. cap. 10. & lib. 2. cap. 5.* Roſinus *lib. 5. antiquit. cap. 37.* Connan. *lib. 8. commentarior. cap. 3.* Briſſonius *de*
*ritu nupt. pag. 5.* † Introductum eſt, vt nuptiarum 22
repræſentaretur ſolemnitas, & inter mimos & meretrices contraherentur matrimonia in theatris per luxum, quæ ad viuum repræſentabantur, itavt lectus in orcheſtra, id eſt loco illo vbi ſaltator agere poſſet, aut duo inter ſe diſputare, vt ex diuo Iſidoro docet Demſter. ad Roſin. *lib. 5. cap. 10.*) apponeretur quo conſummabatur adulterium. Quo modo intelligo D. Cyprian. *lib. 2. epiſt. 2. ad Donat.* vbi numerans ſpectaculorum abominationes, adulteria ad viuum repræſentata demonſtrat, *In theatris quoque conſpicies quid tibi, & dolori ſit & pudori, de inceſtis horror antiquus expreſſa ad imaginem veritatis actione. Adulterium diſcitur dum videtur, lenocinante ad vitia publica auctoritatis malo, &c.* In quibus verbis nota illa, *expreſſa ad imaginem veritatis actione*, & illa, *adulterium naſcitur dum videtur.* Clarius autem Diuus Chryſoſtomus id expreſſit *tomo primo, homil. de David. & Saul. §. cui titulus periculoſum eſſe adire ſpectacula*, ) quam contra hoc ludi genus condidiſſe auctor eſt Baronius *(ſupra)* vbi ſolum contra vxoratos loquitur, dum ait, *Non metuis, non expaueſcis, dum oculis, quibus illic lectum, qui eſt in Orceſtra ſpectas, vbi deteſtandi adulterij fabula peraguntur, iiſdem hanc ſacram menſam intueris? Dum iiſdem auribus audis, & ſcortum obſcœnè loquens & Prophetam? An non ſunt hæc vitæ ſubuerſio, & coniugiorum corruptela? Cum enim ſpectaculis illis diſſolutior ac melior, laſciuiorque omniſque pudicitiæ hoſtis factus domum redieris, vxoris aſpectus minus erit iucundus qualiſcunque illa fuerit, ſiquidem inflammatus illa concupiſcentia, quam in ſpectaculis hauſiſti, & ab illa ſpectatione, quæ te dementauit captus ſobriam & modeſtam vxorem deſpicis, &c.* Quo loci demonſtratur matrimonij ſpeciem propoſitam, dum lectus ſternitur, & fœda libidine adulterium peragitur, cuius ſpectatione coniugatus deſpicit propriam ſponſam, ob quam cauſam illum repræhendit.

Neque hoc mirum videatur, ſiquidem Amphi- 23
theatro

theatro is fuit luſus, vt cum fabula *Atys* ageretur, ita ad viuum agitari ſolebat, vt homo introduceba tur, quem vere caſtrabant, ſicut etiam Herculis Oræi alter, qui repræſentabat tragœdiam, viuus ardebat. Id eleganter probat Tertullian. *In Apologet. cap.* 15. his verbis, *Vidimus aliquando caſtratum Atym, illum Deum ex Peſſinunte, & qui viuus ardebat Herculem induerat.* Sic Plin. à Turnebo correctus *lib.* 16. *aduerſ. cap.* 12. ibi, *Roſtra Herculis tunicati Oeteo habitu Romæ torua facit, ſentienteque ſuprema in tunica.* Et de quodam fictitio Scæuola, qui in Amphitheatro dextram foco iniectam ſpectantibus Romanis exuſſit, mentio eſt elegans apud Matial. *lib.* 8. *epigr.* 30. *& lib.* 10. *epigr.* 25. notat Ludou. Cerd. *in notis ad Tertul* & Rader. *dict. locis* Mart. & Ramirez *ad Mart. Amphitheatr. ep.* 5. *& ſeq.* Sed quod attinet ad obſcœnitates theatrales populo ipſi exhibitas locus eſt luculentiſſimus Tertull. *de ſpectacul. cap.* 17. ibi, *Ipſa etiam proſtibula, publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur, plus miseræ tamen præſentia fœminarum quibus ſolis latebant, per quæ omnis ætatis, omnis dignitatis ora tranſducuntur. Locus, ſtipes, elogium etiam quibus opus non eſt prædicatur. Taceo de reliquis ea quæ in tenebris delitescere decebat, ne diem contaminarent. Erubeſcat Senatus, erubeſcant ordines omnes illæ pudoris ſui interemptrices, de geſtibus ſuis ad lucem, & populum expaueſcentes.* Ecce in theatro pronunciabatur publice à præcone cella cuiuſque meretricis, locus aſſignabatur, ſtipes ſiue quæſtus & elogium, ſiue laus formæ, vt inuitarentur libidines, vide Rom. *lib.* 4. *ſingular. capite* 10. Nota verbum *taceo* quod indicat enorme aliquod & horroris plenum: hoc non aliud niſi publicus coitus, notat quoque Lipſius *lib.* 1. *elect. cap.* 11.

23 Non minus diſerte noſtra hæc coniectura adſtruitur ex eodem Chryſoſtomo 1. *tom. homil.* 9. *in Matth. in fine*, quam Antiochiæ habuiſſe, vt fœdum hoc vigebat ſpectaculum ſatis conſtat ex homilia ſequenti, vbi eodem argumento vtitur contra vxoratos, *Non eſt noſtrum aſſidue ridere, ſed eorum potius, & earum quæ ſpectantur in theatris. Quibus iam igitur oculis cernis domi coniugem, quam ibi in perſona alterius tantæ vides iniuriæ ſubiacere? Quomodo autem non rubore ſuffunderis, quoties vxoris recordaris, quando eundem ſexum tam fœde ibi videris publicatum? Neque vero opponas mihi, quod iam quidquid ibi ſit, imitatio ſit locorum, non etiam veritas rerum, etenim ſimulatio iſta multos adulteros fecit. Non enim iſtud accipias, quia meretrix nuda eſt, ſed quia natura ipſa idem eſt corpus coniugis & meretricis. Quoniam igitur te pacto deinceps aſpiciet vxor à tali fornicatione redeuntem? Quemadmodum ſuſcipiet, & alloquetur atque à tali ſpectaculo captiuum, ſeruumque redeuntem mulieris fornicantis.* Ergo ex ſupradictis conſtat Maiumæ ludum eò tendiſſe, vt adulteria perpetrarentur ſub matrimonij ſimulati ſpecie: alias enim cur Diuus ille os aureum, tam animoſe contra coniugatos arma capiebat? Quod etiam ſuadetur ex illis verbis, *quod imitatio ſit iocorum*, quæ denotant per [illegible] lum matrimonium contractum, ſed reliqua fœda [illegible] itauere. Similiterque animaduertes illa verba [illegible] *que opponas mihi, quod iam quidquid ibi ſit, &c.* quibus edocemur noſtram legem effeciſſe, ne illa adulteria vere perpetrarentur, ne-
24 que ita obſcœne, ſed pudice & caſte. † Quia eodem tempore ſuaſionibus magni illius Eccleſiaſtæ Imperatores moti Maiumam prohibuere, licet poſtea noſtra lege fuerit reſtituta cum illa condirione, vt ſeruetur honeſtas, & verecundia caſtis moribus perſeuerer. Id eſt, celebrarentur nuptiæ, ſed abſque libidine. Verùm cum procliue ſit genus humanum ad deteriora, vt facilius ſit à voluptate ſe penitus abſtinere quam ea conceſſa intra honeſti limites continerі, adhuc iterum atque iterum declamabat ille. Nam quam fœda fuerint huiuſmodi ſpectacula ex eo conſtat, quod Iulianus ille impius Chriſtianæ fidei abiurator Antiochenis probro obiecit in Miſopogone, quod in Maiumæ ferias, pecunias effunderent, & à ſacrificiorum impenſis abſtinerent. † Et 25
ideo Imper. huic ludo amputatis inhoneſtis permiſſionem dedere, ne alias obſcœnitatibus & turpitudinibus inquinaretur populus. † Expedit enim Rei- 26
publicæ, vt honeſtas ſemper in oculis hominum obſeruetur. Ex inhoneſto autem & laſciuo ſpectaculo nulli alij fructus, quam incenſa quædam ad libidinem cupiditas oriri ſolet, vt eleganter ſuadetur ex Diu. Cyprian. & Chryſoſt. iam laudatis D. Bernard. *de conuerſ. ad Cleric. cap.* 2. D. Aug. *tom.* 10. *hom.* 21. D. Baſil. *de legend. lib. gentil.* Tertul. *de ſpect. c.* 17. *& per totum.* Clement. Alex. *lib.* 3. *Pædag. c.* 1. ita adiiciente, *prohibeantur ſpectacula quæ nequitiæ verbiſque obſcœnis temere profuſis vana ſunt. Quod enim turpe factum non oſtenditur in theatris? Qui autem ex vitio, quod in ſe eſt delectationem aliquam acceperunt euidenter domi imagines imprimunt, &c.* Nec minus ſeuere & ſancte Saluian. *libro* 5. *de prouiden.* ibi, *Talia ſunt, quæ fiunt in theatro, vt ea non ſolum dicere ſed etiam recordari aliquis ſine pollutione non poſſit: alia quippe crimina ſingulas ſibi ferme in nobis vendicant portiones, vt cogitationes ſordidæ animos, vt impudici aſpectus oculos, vt auditus improbi aures, ita vt cum ex his vnum aliquid errauerit, reliqua poſſint carere peccatis: in theatris vero nihil eorum reatu vacat, quia & concupiſcentiis animus, & auditu aures, & aſpectu oculi polluuntur. Itaque in illis imaginibus fornicationum omnis omnino plebs fornicatur, &c.* † Cuius rei ea eſt ratio: nam exemplo 27
nullum acrius hortamentum eſt, & vt Quintiliani verbis vtar *libro* 5. *cap.* 11. potentiſſimum ad perſuadendum. In rem veluti præſentem animum inducit, facta oſtendit, ſuadet, incitat, languidiorem erigit, & laqueos parat etiam prudentioribus rei geſtæ, aut vt geſtæ commemoratio & ſpectatio, à qua difficile eſt ſeſe liberare, imo in caſſes incidunt homines exemplo irretiti; & vt ait Iuuenal. *Satyr.* 14.

*—Velocius & citius nos.*
*Corrumpunt vitiorum exempla.*

Sic Seneca noſter *epiſt.* 7. ibi, *Nihil eſt tam damnoſum bonis moribus, quam in aliquo ſpectaculo deſidere. Tunc enim per voluptatem facilius vitia ſubrepunt. Quid me exiſtimas dicere? Auarior redeo, luxurioſior, imo verò crudelior quam inter homines fui*, & infra *Vnum exemplum aut luxuriæ, aut auaritiæ multum mali fecit.* Quod idem agnouit Ouid. 2. *de Triſt. in medio.*

*Vt tamen hoc fatear, ludi quoque ſemina præbent.*
*Nequitiæ.*

Et libro primo de Arte, iuuenes adhortatur laſciuientis animi & ingenij Poëta,

*Sed tu præcipue curuis venare theatris.*
*Hæc loca ſunt voto fertiliora tuo.*
*Ille locus caſti damna pudoris habet.*

Vnde Ariſtot. *libro* 7. *Politic.* admonet ita eſſe cuſtodiendos iuuenes, vt nec dicant, vel audiant malum, vel turpe aliquod, quia ex dicere vel audire turpe de facile fit. Ita eleganter Iuuenal. *Satyr.* 14.

*Nil dictu, fœdúmque viſu hæc limina tangat,*
*Intra quæ puer eſt, procul hinc, procul inde puellæ,*
*Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti.*

Et Caſſiodor. *libro* 7. *epiſt.* 10. Tribunum voluptatum exhortatur [erat autem hic voluptatibus plebis præfectus, vt *in l. vlt. Cod. Theod. de ſcenicis*, qualis à Tiberio inſtitutus apud Sueton. *in eius vitæ capite* 42.] vt quamvis artes ludicræ honeſtis moribus ſint remotæ,

motæ, tamen ita ſcenicos teneat, vt honeſtas imperet inhoneſtis, caſtitatémque diligat, cui ſubiacent proſtitutæ, vt magna laude dicatur virtutibus ſtudere, qui voluptatibus miſcebatur. Adducunt plura Tiraquel. *in dict. l. 16. connub. n. 35.* Petr. Gregor. *libro 35. ſynt. cap. 5.* Azeued. *in l. 5. tit. 10. libro 8. recopil.* Ferdin. Mendoza *dicto libro 3. de confirm.* Concil. Illiber. *cap. 51.* noſtérque Doctiſſ. Anton. Pichard. *in §.*
28 *iuris præcepta, num. 14. de iuſt. & iure.* † Quamobrem Pontifices & Concilia clericos ab huiuſmodi ſpectaculis remouerunt, vt conſtituitur *in cap. cum decorem, cap. clericis, extra de vita & honeſt. cler. cap. vnic. libro 6. eod. cap. donare, 86. diſt. cap. his igitur, 23. diſt. cap. penult. 34. diſt. quia vt ait D. Auguſt.* talis conuenit cura ſinceritatis illis qui exhibent officia ſacrorum, qualia ſunt ſacramenta ipſa. Mores autem graues in ſpectaculis quis requirat? Ad circum neſciunt conuenire Catones, quales clerici ſunt, vt Caſſiodori verba detorqueam, *libro 1. epiſt. 27.* conducunt tradita à Mendoza *lib. 2. Concil. Illiberit, cap. 52. in*
29 *principio.* † Adeò exhorruerunt leges Eccleſiaſticæ ſpectacula, ſanctíque omnes Patres contra ea inſurrexerunt, vt omnium malorum ſeminarium deſtrueretur, ex quo tot mala oriuntur, adeo vt cantus ſolum, & canendi varij ſoni in eis adhibiti turpiter, atque indecore, mutationem Reipublicæ portendant, vt ex Platone *libro 4. de Rep.* Cicer. *libro 2. de legib.* probat Mendoza *dict. lib. 3. c. 51. in fin.*

30 Ex qua vera ratione noſtræ legis primo infero rectè Auguſtum teſtante Suetonio (*in eo cap. 31.*) dum pudori conſultum voluit Lupercales ludos celebrari prohibuiſſe. Erant autem ludi Pani Deo ſacri ab Euandro inſtituti, vt docet Dionyſ. *lib. 1.* quibus adoleſcentes nudi, incincti pellibus per luxum & laſciuiam vrbem cum multa obſcœnitate circumagebant menſe Februario, qualiter demonſtrat Prudent. *in Romano Martyre,*

*Quid illa turpis pompa? nempè ignobiles*
*Vos eſſe monſtrat, cum Luperci curritis*
*Quem ſeruulorum non rear viliſſimum,*
*Nudus plateas ſi per omnes curſitans,*
*Pulſet puellas verbere ictus ludicro.*

Videndi de his ludis Seruius, & alij Interpretes Virgilij *ad illud 8. Æneid.*

*Hinc exultantes Salios, nudóſque Lupercos.*

Ouid. 2. *Faſtor.* Valer Maxim. *lib. 2. c. 1.* Alex. ab Alex. *lib. 4. genial. cap. 12.* Roſin. *lib. 3. Antiquit. Roman. cap. 12.* vbi Demſter. & Turneb *lib. 7. aduerſar cap. 3.* Pallerat. *in Propert. lib. 4. eleg. 1.* ad illud, *Vnde licens Fabius.*

31 Secundo infertur non minori ratione Iuſtinianum inhoneſtam illam inſpectionem antiquitus in agnoſcenda maſculorum pubertate vſurpatam ſuſtuliſſe, *l. fin. Cod. quando tutores vel curatores eſſe deſinant:* cuius mentio fit etiam *in principio Inſt. quibus modis tutela finitur,* his verbis, *Pubertatem autem veteres quidem non ſolum ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant. Noſtra autem maieſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum exiſtimans benè putauit, quod in fœminis etiam antiquis impudicum viſum eſt, id eſt, inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam in maſculos extendere, &c.* notat Biſciola *lib. 10. horar. ſubceſiu. cap. 20.*

32 Sed hanc inhoneſtam inſpectionem nunquam toleraſſe Romanos pluribus oſtendit Iacob. Ræuard. *lib. 4. variar. cap. 10.* quem ſequitur Schard. *de verb. iur. verbo puberes,* & alij relati ab Oſuald. *lib. 3. Donel. c. 14. lit. E,* Erycius Putean. *amœnitat. hum. diatrib. 1. pag. 83. & ſeq.* & ante eos videtur tenuiſſe Magius *libro 1. Miſcell. c. 2.* cum nuſquam Auctores, qui puberes definierunt, eiuſmodi obſcœnæ inſpectionis meminerint.
33 † Et quamvis *in l. minor 32. ff. de minoribus.* Paulus aſſerat ex aſpectu corporis minorem probaſſe legitimam ætatem [qua Caſſianorum opinio fuit, vt refert Vlpian. *in fragm. tit. de tutel.* & Connan. *lib. 9. comm. c. 4. n. 9.* Eman. Coſta *in cap. ſi pater, verbo, impuberes.* Bened. Pinel. *lib. 2. ſelect. cap. 4. num. 7*] non de impudica inſpectione, ſed de vniuerſi corporis figura, aut diſpoſitione ad procreandum idonea intelligendum eſſe docet. Receptámque fuiſſe Proculeiorum ſententiam probat ex Tertull. *de Virgin. velan.* ibi, *Tempus etiam Ethnici obſeruant, vt ex lege naturæ iura ſua ætatibus reddat. Nam fœminas quidem à duodecim annis, maſculos verò à duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis non ſponſalibus aut nuptiis decernentes.* Ex quo loco ait Ræuard. manifeſto conſtat Proculeiorum ſententiam in vſu fuiſſe. Illi enim ex annis, id eſt annorum numero, non ex habitu corporis puberem indicabant, vt Tribonianus ſuo rudi & illiterato principi perſuaſit.

Hæc tamen Ræuardi audacia admittenda non eſt: 34
de eo enim veriſſimum P. Fabri iudicium, *lib. 3. ſemeſtr. c. 6.* acutum eum magis, quam in iuris prudentia ſolida exercitatum vocantis, quod etiam agnoſcit Oſuald. *lib. 3. Donell. c. 7. lit. A.* † Cui rogo credere debemus 35
Imperatori aſſerenti ſuo tempore inhoneſtam inſpectionem in vſu fuiſſe, an Ræuardo id neganti ſine certa ratione, neque fundamentis? Hanc autem Imperatorum tempore, & Iure-Conſultorum adhuc viguiſſe expreſsè docet Gordian. *in l. 4. C. Qui teſt. facer. poſſ.* ibi, *licet vigoris nondum emerſiſſent veſtigia.*

Volebat legitimus hæres impugnare teſtamentum 36
ex eo, quod etſi frater egreſſus eſſet quatuordecim annos, nondum tamen vigoris emerſerant veſtigia. Quæ autem hæc veſtigia, niſi lanugo illa prima pubeſcentibus à natura conceſſa circa partes, quibus homo à fœmina ſecernitur? Si autem certa ætas ad teſtamenta condenda legibus præfinita eſſet, quæ ratio dubitandi ibi ſupereràt? imo illa verba, *licet vigoris non emerſiſſent veſtigia,* otioſa indicarentur † Quemad- 37
modum *in l. à qua ætate, ff. de teſtam.* vbi Vlpian ait, *verius eſſe quarto decimo anno teſtamentum poſſe condere maſculos.* Ergo ſi verius eſt, nondum erat lege certa definitum, ſed adhuc opinionibus locus erat, vt agnoſcit Coſta *ſupra n. 7.* Quod & in alimentis admiſſum non eſſe docet IC. *in l. Mela 14. §. 1. D. de alimen. leg.* vbi relictis alimentis vſque ad pubertatem, debebuntur vſque ad 18. annum, *quia inquit, non eſt inciuile hoc tempus ætatis ſpectari, etſi generaliter pubertas non ſic definiatur.* Quæ ratio denotat non eſſe definitum in iure, an pubertas eo tempore incipiat, vel non.

Deinde expendo aliud eiuſdem Vlpian. reſponſum 38
*in l. 4. ff. de in litem iuran.* vbi docet poſſe pupillum in litem iurare *ſi pubes ſit,* quaſi pubertas poſſit in pupillari ætate aduenire, ergo ante 14. annum. Ergo inſpectio illa in honeſtate tempore huius IC. vigebat: nam ait quod ſi pupillus inſpectus apparet, in litem iurare non poſſit, quomodo autem hæc inſpectio fieri poterat, niſi vt Iuſt. docuit? vt eleganter tradit Benedict. *ſupra n. 18.*

Rurſus ſi hæc inſpectio non admittitur, non poteſt 39
intelligi quod tradit Paulus *in l. ſi dies 21. D. quando dies legat. ced.* ibi, *At ſi incerta ſit dies, quaſi cum pubes erit, cum in familiam nupſerit, cum magiſtratum inierit, niſi tempus conditione obtigit, neque res pertinere, neque dies legati cedere poteſt, vbi diem pubertatis* vocat incertam, quemadmodum incerta eſt dies *cum nupſerit, cum magiſtratum inierit,* ergo non erat eo tempore definita ætas annorum quatuordecim, ſed attenditur dies incerta, quando pubes appareat, atque ita ſpectabitur natura. Quam legem in concordiam rediges, cum *l. ſi quis legata 54. de cond. & demonſt.* ex tradit. à Pinello *ſupra num. 22.* † Facit etiam, quia verbum *pubes* 40
ſignificat lanuginem illam primo naſcentem circa illa quæ nominare pudet. D. Iſidor. *in cap. pubes*

*de deſponſ. impub.* ita *pubeſcere* ſuauiſſimè dixit Plin. *lib.4.* pro *floreſcere*, cum ſit veluti flos ætatis iam radiantis iuuentutis. Sic apud Poëtas *iuuentus florens, & floreſcere dicitur.* Atque ita ſi quis excedat quartum decimum annum, ſi tamen pili nondum emerſerint, impubes dicitur, vt apud Cæſar. *de bello Gallico lib.6.cap.5.* ibi, *Qui diutiſſimè impuberes permanſerint maximam inter ſuos ferunt laudem.* Et Iul. Pol. *lib.3.ſentent.tit.de teſtam* ait, *ſpadones eo tempore teſtamentum facere poſſunt quo plerique pubeſcunt, id eſt,*
41 *decimo octauo anno.* † Quo etiam pertinet *l. Eunuchis Cod. qui teſtam. facere poſſ.* vbi conceditur Eunuchis factio teſtamenti, quia ea ratione prohibebantur cum nunquam pubeſcerent, vt eleganter docet Duaren.*ad tit de teſtam. cap.qui teſtam.facer.poſſ.verſ. ſuperius*, & alij relati ab Oſuald.*6.comm.c.5.littera P*, & nos latius ad eam legem notabimus *cap. inferiori num.19.* Vlterius id docet Seru. *ad illud Virgil. lib. 7. Æneid.*

*Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.*

Dum ait, non eſt iteratio, ſed ſecundum ius loquutus eſt, in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis ætas probatur. Sic Statius *libro 1. Achilleid.*

*——Et expleto teneri iam fine pudoris*
*Virginitas matura toris, annique tumentes.*

Et apud Claudian.*libro 1. de Rapt.Proſerp acerba virgo* dicitur, cui iam lanugo effloreſcebat, nondum tamen apta ad matrimonium docet Pontan. & Cerda *ad Virgil.*

42 Vlterius expreſſis verbis hanc inhoneſtam inſpectionem refert Quintilianus *declamat.279.* ibi, *Poſtea nudari filium, atque in conſpectu iudicum conſtitui coegiſſet atque interrogaret, an ille maritus eſſet, qui fieri pater non poſſet. Puto nondum habebat mariti dolorem.* Nec eſt prætermittendum ad Vallem Egeriæ ad 16. ab Vrbe lapidem propè oppidum Cinthianum templum fuiſſe Fortunæ, ad quod virgines viripotentes conuenire ſolebant, quas templi Sacerdos nudatas inſpicere conſueuerat, vt vitia corporis indicaret, tradit Blondus *lib.1.de Roman.triumph. in fin.* quod congruit cum ſententia Platonis *lib. 11.* Etſi enim hæc inſpectio inhoneſta ſit, non tamen ita
43 publica erat, ſed cum decore & verecundia. † Sicut apud nos ad cognoſcendam impotentiam, vel frigiditatem, vel virginitatem mulieris circa cauſas matrimonij, *l.1.D.de ventr.inſp. cap.propoſuiſti, cap. cauſam matrimonij de probat. cap. fraternitatis cum aliis de frigid. & malef. cap. puberes de deſponſ.impub.* tradit Petr.Gregor *libro 48.ſyntagm.cap.10.in princip.* Gutier. *in auth.Sacramenta puberum, num.4. & ſequent.* Thom. Sanchez *de Matrim. lib 7. diſput.108. & ſeq.* Doctéque, vt ſolet reliqua eruditus Baſilius de Leon *de im-*
44 *pedim.matrim.cauſ.27.quæſt.1.cap.6.§.2.* † Neque adeò pudicos exiſtimet Ræuard. fuiſſe Romanos, cum animaduertere deberet apud eos viliſſimas, impudicaſque conſuetudines viguiſſe. Omitto Tyberium impotentiſſimum libidinum aſſertorem, qui puellis nudis miniſtrantibus cœnabat. Spurciſſimumque & infamem Heliogabalum curru nudis puellis vectum. Priapum nudum & inuerecundiſſimum; fœminas cum viris publicè inhoneſtéque luctantes, & vindemiatum tempore nefandos ludos habitos, vt commemorant Suetonius & Lampridius. Demſt. *libro 2. ad Roſin.cap 20.* Alexand. ab Alexand. *libro 6. genial.*
45 *cap. 19.* † Neque Ræuard. adiuuat Tertul. cum in eo loco potius legem naturæ ſpectari tradat, & poſtea ad id quod frequentius accidere ſolebat reſpiciat: nam vt Macrob. ait *lib.5.cap.6.in ſom.Scipio.* poſt annos his ſeptem ipſa ætas neceſſitate pubeſcit, idque etiam fatetur ipſe Iuſtin. non ſolum ex annis requiſiiſſe antiquos, ſed vt ex habitu corporis pubertas æſtimaretur, quomodo intelligo *l.3.C.ſi minor ſe maiorem dixerit*, vbi ex adſpectu & aliis probationibus ætas comprobatur. Atque ita omnes Interpretes accipiunt Imper. vt conſtat ex *ſupra* laudatis, & P.Gregor.*lib.9. ſyntag. cap.7.num.5.& ſeq & lib.42.cap.22. num.13.& 15.* Menoch.*de arbitrar lib.2.caſu 58.* Ant. Fab.*in iuriſprud tit.22.princ.2.* Gilchen.*in leg.4.C.qui teſt.* Pichard.*in §.1. Inſt.quibus non eſt permiſ.* Hornal *Dialogo de Barba in princ.* licet ad Tertul. locum reſponderi poſſit ipſum in plerîſque fuiſſe Stoicum, Stoici autem, vt refert Plutarch. *de Placit. Philoſoph. c.24.* pubertatem 14. anno æſtimabant, quos ſequuti ſunt Proculeiani notat Metillus *libro primo, obſeruat. cap.22.*

Tertiò ex *ſupra* ad noſtram legem aſſignata ratio- 46
ne colligitur iure optimo Diocletianum & Maximianum decreuiſſe *in l.1.C.de expenſ.ludor. lib.11.* pecuniam, quæ ad ludorum celebrationem relicta erat, in murorum refectionem conuerti à Præſide prouinciæ
potuiſſe. † Solebant autem teſtatores legata relin- 47
quere ciuitatibus, vt munera, id eſt ludi vel ſpectacula celebrarentur, vt conſtat ex *l. Publius 36. D. de condit.& demonſtr.l.122.de legat.1.l.mortuo 49.§.fin.de legat.2.* Iuſt. Lipſ.*lib.1.Satur.cap.7.& 8.in fin.* Dorlean. *in Tacit.1.annal.pag.67.* Quod alias niſi conſulto Principe non licebat *l.1. D.de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. l.2.ſupra de frumento Vrb.Conſtant.l.1.l.2. infra de excoctione & tranſlat.milit.annon.* Et quamvis id DD.ve-
lint ea ratione procedere: † Quod murorum refe- 48
ctio ſummis afficiatur priuilegiis ex traditis ab Interp.*in cap.2. & in cap.non minus extra de immunit.Eccleſ.* Gutier.*lib.1.pract.quæſt.3.* Ceual.*4.tom.comm.contr. com.quæſt 897.à num.617.* Sayro *lib.3. theſaur. caſ.conſcientiæ cap.34* Petr.Gregor.*lib 3.de Repub..cap.7.* Adhuc mihi videtur noſtra ratione fundari, ſiquidem ludorum finis, luxuriæ fauentis magnificentia eſt, vt verbis Plinij vtar *lib. 7. cap. 25.* Atque ita noſtrum Traianum ſtatuiſſe refert Plinius *lib.4 epiſtol.ad Sempronium Ruffum*, his verbis, *Gymnicus Agon apud Viennenſes ex cuiuſdam teſtamento celebrabatur. Hunc Trebonius in duumviratu tollendum, abolendúmque curauit. Negabatur ex auctoritate publica feciſſe, egit ipſe cauſam. Cum ſententiæ rogarentur, dixit Mauricus non eſt reſtituendum Viennenſibus Agona, adiecit, vellem etiam Romæ tolli poſſet, placuit Agona tolli, qui mores Viennenſium infecerat.* Ita ſentit Bobadilla *in Polit.lib.5.cap.4. numero 21.* & circa ſupradictam deciſionem conſule *leg.4.Digeſt.de adminiſtr. rer. ad ciuit. l.16. de vſufruct. legat.l.ciuitatibus 122.de legat.1.* & de præcipua quæſtione Laram *de Capellan.lib. primo, cap.decimo quarto, per tot.*

Quartò conſtat ex dicta ratione quam ſancte no- 49
ſtris patriis legibus prohibitum fuerit *in leg.5. tit.10. lib.8. Recop.* Ne quis noctu, diúque per vias aut plateas obſcœna verba dicere audeat, qui ſecus fecerit, centum fuſtium ictibus ſubiicitur, & per annum in exilium datur. Quæ lex adiuuatur antiquiſſima illa Romuli, quam retulit Tiraquel.*ſupra num.32.* & Bald. *ad leges Rom.c.9.* quæ ita concipiebatur, *Ne quis præſentibus fœminis obſcœna verba facito.* Et Ariſtot. *lib.7. Polit c 17.* ait ita, *Omnino obſcœnitas verborū per legiſlatorem exterminanda eſt de ciuitate, ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur, & turpe facere.* Atque ita iure optimo Hiero ille Syracuſarum tyrannus Epicharmum Poëtam comicum mulcta affecit, quod vxore eius præſente laſciuiæ quidpiam protuliſſet, vt ex Plutarch. refert Tiraquel.*dict.n.32.* & Pichard. præceptor eximius *in §.iuris præcepta,n.11.cum ſeq. de iuſt.& iure.* Bobadil.*lib.2.Polit.c.13.n.64.*

Quintò non minus ex dictis ſuadetur libros Poë- 50
tarum, & aliorum, qui laſciuis argumentis, ſententijs amatoriiſque turpibus hiſtoriis, aut ver-

bis petulantioribus vtuntur, quique magis libidini, quam pudori indulgent, cuiuſmodi ſunt ſpurciſſimum Petronij Arbitri ſatyricon, multaque Iuuenialis, & Horatij loca, complura Ouidij, & Martialis, multorúmque etiam noſtra tempeſtate erumpentium, à iuuentute à Republica funditus exterminanda eſſe, quemadmodum fecere viri docti atque pij. Nam Matthæus Raderus Martialem ſuum euirauit, & Poëtam alias petulantem pudicum Reipublicæ litterariæ dedit (licet cum indignatione aliorum, qui hæc minus honeſte lugent.) Sic nonnulli auctores libros amorum ab ſe compoſitos exuſſerunt, vt fecit Picus Mirandula, Franciſcus Petrarcha, Taſſus, Ronſardus, refert Ioan. Lorinus *in Act. Apoſt cap.* 19. *verſ.* 19. Vt enim Scipio ille Æmilianus ſcorta omnia, quæ caſtra ſequebantur, militeſque effœminabant, apud animoſam illam Numantiam abſtulit, vt ait Valer. *lib.* 2. *cap.* 2. ita his voluptuoſæ, obſcœnæque dicacitatis locis ſummotis ſcholarum caſtra, caſta permanebunt. Apage Chriſtianis auribus, & piis laſciuam illam licentiam. Quid enim eſt?

*Nam caſtum decet eſſe pium Poëtam*
*Ipſum verſiculos nihil neceſſe eſt.*

Quo ſe excuſat Catullus, & Plinius ſeuerus alioqui vir *libro* 4. *epiſt. ad Paternum.* Item & Martialis, *lib.* 1. *epiſt.* 4.

*Laſciua eſt nobis pagina, vita proba.*

Imo vtraque eadem, ſpurca & turpis, vtrumque malum. Bona arbor nunquam malos fert fructus, & vt Baptiſta Mantuanus in eos retorquet.

*Si tibi vita proba, laſciuáque pagina multos.*
*Efficis inceſtos, in veneréemque trahis.*

Præterea quia argumenta talium epigrammatum, aut locorum, re ipſa terreſtria ſunt, & vt ita dicam materialia, repunt humilia, vtpote quæ ab vſu amorum non ſe diſgregant, neque ſe erigunt, & perfectionem amantium amplectuntur, ſed res ipſas effundunt ſine ſpiritu, & Poëtica elatione, ſed abiectè humi incedunt, atque ita ſecundum Poëtices artem, & præcepta admitti non debent, ſed paſtoritia fiſtula exſibilanda, quanto magis ſecundum mores, qui ex impudica lectione liuorem contrahunt turpitudinis, vt agnouit Ouidius ipſe, ſe excuſans, quod artem compoſuerat turpiſſimam *libro* 2. *de Triſtib.*

*Nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni*
*Ad delinquendum doctior eſſe poteſt.*
*Quodcumque attigerit (ſi qua eſt ſtudioſa ſiniſtri)*
*Ad vitium mores inſtruet inde ſuos*
*Perſequar inferius (modo ſcilicet ordine ferri)*
*Poſſe nocere animis carminis omne genus.*

Et illud Eccleſiæ lumen, ſplendidiſſimum, ingenio non minus quam ſanctitate clarum. D. Auguſt. *lib.* 1. *Confeſſion. cap.* 16. ibi, *Non omnino per hanc turpitudinem verba iſta commodius diſcuntur, ſed per hæc verba* (ſcilicet verſus) *turpitudo iſta confidentius perpetratur. Non accuſo verba quaſi vaſa electa atque pretioſa, ſed vinum*
51 *erroris quod in eis nobis propinatur.* † Vnde prudentiſſimè Lacedæmonios Archilochi petulantiſſimi Poëtæ libros è ſua ciuitate exportari iuſſiſſe littera-
52 rum monumentis tradit Valer. *lib.* 6. *cap.* 3. quod inuerecundis ac libidinoſis ſententiis referti eſſent. † Item ſumma ratione Ouidium ab Auguſto in Pontum relegatum fuiſſe quod Artem amandi mores corrumpentem ſcripſiſſet, vt ipſe fatetur *lib.* 3 *de Ponto eleg.* 3. *& lib.* 2. *Triſtium, eleg.* 1. & tradit Cioſanus, & reliqui in eius vita, licet ob filiam Auguſti ſub Corinnæ nomine amatam in exilium miſſum multi affirment.

53 Non nego tamen viros Doctiſſimos nuda illa nequitia Poetarum nihil offendi, ſed iocis delectari, vrbanitaéque capi, ita vt in animo, neque in moribus magis labem relinquant, quam in flumine veſtigium cymba, ſed ſicut Sol ipſe ſpurciſſima loca perluſtrans non inquinatur, ita & purus animus & pudicus. Agnoſco, & annuo. Sed vt Ouidius *ſupra* inquit,

*Non ideò debet pelago ſe credere, ſi qua*
*Audet in exiguo ludere cymba locis.*
*Igne quid vtilius? ſi quis tamen vrere tecta*
*Comparat, audaces inſtruet igne manus.*

Quiſnam fructus ex hac lectione, niſi otioſæ menti parare laqueos? quoniam, vt Clemens *ſupra* ait, *Qui ex vitio, quod in ſe eſt delectationem aliquam acceperunt euidentes domi imagines imprimunt.* Cumque ſit natura hæc ad vitia quam ad virtutes pronior, non eſt ducenda ad illos ſcopulos, ne temere illiſa à Sirenibus ſuffocetur, vt docet Ribera ad Micheam, *cap.* 1. *à num.* 62. Sermo noſter de libris hæreticorum non eſt, nam abundamus exemplis, & conſtitutionibus Eccleſiæ vt exurantur, has enim peſtes quilibet Catholicus aufugit, auerſatur, horreſcit. Præcipuéque Hiſpani diuina bonitate, & S. Inquiſitionis paterna prouidentia ab huiuſmodi lectione longe abſumus, vide Lorinum *ſupr. d. verſ.* 19.

Denique infero eodem modo prohibendas eſſe 54
picturas laſciuas, quibus ad libidinem inſpicientes facilius incenderentur. Sic Propert. *lib.* 3. *eleg.* 6. eleganter ait:

*Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas,*
*Et poſuit caſta turpia viſa domo.*
*Illa puellarum ingenuos corrumpit ocellos.*
*Nequitiæque ſuæ noluit eſſe rudes.*

Mouet enim pictura vehementer affectum. Sicque 55
Virgilius clanculum doctus, vt Macrobius ait, Æneam picturam belli Troiani in pariete Carthagine, fixo obtutu contemplantem in lachrymas prorumpentem introducit *lib.* 1.

*Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo*
*Reginam opperiens dum quæ fortuna ſit vrbi,*
*Artificúmque manus inter ſe, operúmque labores*
*Miratur, vidit Iliacas ex ordine pugnas,*
*Belláque iam fama totum vulgata per orbem*
*Conſtitit, atque animum pictura paſcit inani.*
*Multa gemens largóque humectat flumine vultum.*

Celebratione etiam dignum eſt illud Iulij Cæſaris 56
facinus, quod ex intuitu picturæ Alexandri natum refert Suetonius *in eo cap.* 7. Qui de Tyberio quoque *cap.* 43. tradit cum iam ſenio laboraret, frigeſcetèrque in Venerem, vt deficientes libidines excitaret, cubicula plurifariam diſpoſita tabellis laſciuarum picturarum habuiſſe. Quare *Sextæ Conſtantinopolitanæ Synodi celebratæ in Trullo, canone* 100. prohibitum extat, ne quis picturas huiuſmodi habere audeat, his verbis: *Oculi tui recta adſpiciant, corporis enim ſenſus ſuam facile in animam effundunt. Picturas ergo, quæ oculos perſtringunt, & mentem corrumpunt, & ad turpium voluptatum mouent incendia, nullo modo deinceps imprimi iubemus.*

Neque miretur quis hanc religioſam circumſpe- 57
ctionem, cum viderit Chæream adoleſcentem apud Terentium in Eunuchum qui ex tabula qua depingebatur Iouis, & Danaës concubitus in libidinem exarſit: ad quem locum alluſit D. Auguſt. *libro* 1. *Confeſſion. cap.* 6. grauiſſimè hæc adnotans, *Ita vero non cognoſceremus verba hæc: imbrem aureum, & gremium, & fucum & templa cœli, & alia verba quæ in eo loco ſcripta ſunt: niſi Terentius induceret nequam adoleſcentem proponentem ſibi Iouem ad exemplum ſtupri, dum ſpectat tabulam quandam pictam in pariete, vbi inerat pictura hæc Iouem quo pacto Danaæ miſiſſe aiunt in gremium quondam imbrem aureum fucum factum mulieri: & vide quemadmodum ſe concitat ad libidinem quaſi cœleſti magiſterio.* Con-

grunnt Plaut. *in Aſinar. act. 4. ſcen. 1.* Feſtus *in voce*
*Oſcum.*

Vnde ſequitur explicanda illa inſpectio an licitæ
58 ſint Comœdiæ noſtræ, & ſcenica ſpectacula, ita vt
ab hiſtrionibus impune peragi poſſint, & intereſſen-
tes à peccato ſint immunes. Quam quæſtionem pro
dignitate tractare tempus non ſinit, inſtar iam ho-
rologium, & aliam non minus elegantem, & fre-
quentem de Taurorum agitatione prætermittere no-
luiſſem. Breuiter itaque dicendum eſt, quod etſi
ſancti Patres ſpectacula auerſentur, horreſcant, &
fugienda eſſe conſtanter admoneant, vt conſtat ex
59 *ſupra* à nobis relatis. † Et ex laudatis à Mendoça *d.*
*quæſt.* 9. P. Gregor. *dict. libro 39. cap. 5. num.* 20 Cened.
*collect.* 41. *ad Decretal.* Bobadilla *libro 5. polit. cap.* 4.
*num.* 20. *& ſeq.* Guzman. *in tract. del honeſto trabajo,*
*diſcurſo 6. §. 3.* M. Anton. Camoſ. 1. *part. microcoſm.*
*dialog.* 12. Riber. *ſuper Michæam cap. 1. à num.* 62.
Marian. *de ſpectacul.* Critana *in confeſſionario tertia part.*
F. Ioſeph de Ieſu Maria *libro 4. de caſtitat. cap.* 16.
Pineda *in Agricult. Chriſt. prima part. dialog.* 15. Ri-
badeneir. *de tribulat. libro 2. cap.* 11. iunctis quæ ho-
rum ludorum originem tradit Demſter. *ad Roſin. lib.* 5.
60 *cap.* 6. † Nihilominus tamen cum Doctiſſimo Men-
doça, autumo hoc ſpectaculorum actum non eſſe
peccaminoſum, ſed ſua natura indifferentem, vt do-
cuit S. Thom. 2.2. *quæſt.* 168. *art.* 2. Quod ea ratione
ſuadetur, quoniam illa ars ex ſua natura non eſt
ad malum ordinata & ideò mala non eſt, *c. de occiden-*
*dis* 23 *q.* 5. licet ex accidenti ab hominibus in malum
poſſit vſurpari.

61 Secundò, quia nullus tenetur præſcindere occa-
ſionem generalem peccandi, quæ oritur ex arte vel
officio, cuius poteſt eſſe licitus vſus, Nauar. *in cap.*
*negotium de pœnit. diſtinct. 5. num.* 8. Alioquin autem
quis teneretur omnes occurſus mulierum ita euitare,
vt neque ad ſacra, neque ad alias res publicas licitas
accedere licuiſſet? Quod tamen Ouid. præuidit *lib.* 2.
*de Triſtib.*

*Peccandi cauſam, quam multis ſæpè dederunt,*
*Martia cum durum ſternit arena ſolum,*
*Tollatur Circus, non tuta licentia circi eſt,*
*Hic ſedet ignoto iuncta puella viro.*
*Cum quædam ſpatientur in hac, vt amator eodem*
*Conueniat, quare porticus vlla patet;*
*Quis locus eſt templis anguſtior? hac quoque vitet.*
*In culpa ſi qua eſt ingenioſa ſuam.*
*Omnia peruerſas poſſunt corrumpere mentes,*
*Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.*

62 Tertiò, quia Choreæ, quæ in lætitiis, nuptiis,
diebuſque feſtis celebrantur in quibus mulieres cum
iuuenibus commiſceri ſolent, poſſent fieri, cum pec-
cato multis modis, quos referunt Caietan. & alij re-
lati ab Azor. 3. *tom. moral. libro 3. cap.* 26. & tamen licitè
fieri poſſe contendit, quia ex ſua natura illicitæ non
ſunt, ſed tantum ex aliquo accidenti, vel circumſtan-
63 tia. † Quemadmodum ſolet dici de eo, qui iurauit
vſuras ſoluere, *in cap. debitores de iureiur.* nam valet
iuramentum cum habeat materiam licitam, & in
eius obſeruatione nullum ſit peccatum, quamvis de-
tur in præſtatione, *cap. etſi Chriſtus, verſ. quamvis,*
(vbi Panormit. *num.* 8. *& in cap. cum contingat num.* 6.
*&* 7.) *de iureiurand.* Selua *de iureiurand. prima part.*
*quæſtione 3. numero* 7. Pariſius *conſil.* 97. *numero* 74.
*libro* 1.

64 Deinde facit, quia conuenit vt in Repub. licitè
ludi celebrentur tanquam antidotum, & medicina
contra huius vitæ mala, & miſerias. Nam vt ele-
ganter Cicero ait, 2. *Philip.* ibi, *Homines quamvis in*
*rebus turbidis, tametſi modo homines ſunt interdum ani-*
*mis relaxantur, ne ex nimia reſtrictione triſtitia genere-*
*tur.* Quod etiam demonſtrat *l. 2. Cod. Theodoſ. de Ma-*
*iuma*, & noſtra lex ibi, *lætitia reddatur iuncta leg.* 4.
*Cod. de paga. leg. 1. & 5. Cod. de ſpectac. hoc lib.* quia
quemadmodum corpus indiget quiete, ita animus
honeſta delectatione iuuatur. † Humana quippe vita 65
ita compoſita eſt, vt ad ſui conſeruationem neceſſe
ſit, vt labori à tergo ſit otium, & poſt hoc ille ſe-
quatur, ita vt conſertis manibus alter alterius onera
ſupportet, ne animus continua, & ſeria meditatione
fatigetur, & corpus continuo labore hebeſcat, &
langueat. Sic multi prudentiſſimi, ſeuerique viri
poſt defatigatum labore corpus vel ſtudiis, aut aliis
occupationibus animum, ſolebant honeſtis ludis,
delectationibus operam dare, vt de Auguſto narrat
Suetonius *in Auguſt. c.* 71. *&* 83. & de Mutio Scæuola
egregio Iure Conſulto narrant Auctores pilæ ludo ſe
exercuiſſe: de Mecœnate Horatius, de ſe Plinius Iu-
nior *in Epiſtolis præcipuè lib. 5. epiſt. 3. & lib. 8. epiſt.* 21.
† Quo reſpexit prudentiſſimus Romanorum, Hiſpa- 66
norum primus Seneca noſter *de Tranquillitate, cap.* 3.
*& cap.* 15. his verbis: *Neque in eadem intentione æqua-*
*liter retinenda mens eſt, ſed ad iocos reuocanda. Cum*
*pueris Socrates ludere non erubeſcebat, & Cato vino*
*laxabat animum, curis publicis fatigatum, & Scipio*
*triumphale illud & militare corpus mouit ad numeros.*
*Danda eſt remiſſio animis, meliores, acrioreſque requieti*
*ſurgent. Vt fertilibus agris non eſt imperandum, cito*
*enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas, ita*
*animorum impetus aſſiduus labor franget. Vires recipient*
*paululum reſoluti, & remiſſi. Naſcitur ex aſſiduitate*
*laborum animorum hebetatio quædam, & languor. Ne-*
*que ad tanta hominum cupiditas tenderet, niſi natura-*
*lem quandam voluptatem haberet luſus iocuſque quorum*
*frequens vſus omne animis pondus eripiet. Multum in-*
*tereſt remittas aliquid an ſoluas Legum conditores feſtos*
*inſtituerant dies, vt ad hilaritatem homines publice co-*
*gerentur, tanquam neceſſarium laboribus interponentes*
*temperamentum, &c.* Cui calculum præbet D. Thom.
*ſupr.* Viuald *in candelab. aureo 3. part. cap.* 18. Medina *in*
*Codic. de reſtit. quæſt.* 11. Emanuel. Rodrig. *in Summ.*
*verbo communion, c. 105. concl.* 14. & Mariana *de ſpectac.*
*cap.* 14. & Annæus Robert. *libro quarto, rer. iudic.*
*cap.* 15.

Verùm non admitto Mendoçæ, & aliorum Do- 67
ctiſſimorum virorum opinionem aſſerentium hiſtrio-
nes, & repræſentationes funditus eſſe exterminandas
à republica. Nam ſi pudice, & provt honeſtati, &
caſtis moribus decet comœdiæ gerantur, ſine laſciuis
geſtibus, atque moribus, ſine ſaltationibus in libidi-
nem excitantibus, ſed ita, vt ſeruetur honeſtas & ve-
recundia caſtis moribus perſeueret; item ſi argumen-
ta comœdiarum conueniant decori, & Chriſtianæ
circumſpectioni, ſi ſint procul à turpitudine; excitent
audientium animos in pietatem, doceant quomodo
calamitates, pericula aduerſitates æquo animo feren-
dæ fraudes vitandæ: rerum humanarum inconſtan-
tiam, vanitatem detegant: neque mulieres habitu
virili indutas introducant, opinor maximè Reipubli-
cæ neceſſarias eſſe. Nam vt ferè in propoſito grauiter
Caſſiodor. ait, *lib. 3. variar. epiſt.* 51. ibi, *Hæc nos foue-*
*mus neceſſitate populorum imminentium, quibus votum*
*eſt ad talia conuenire dum cogitationes ſerias delectantur*
*abiicere. Paucos enim ratio capit, & raros probabiles*
*oblectat intentio, & ad illud potius turbo ducitur, quod*
*ad curarum remiſſionem conſtat inuentum. Expedit inter-*
*dum deſipere, vt populi poſſimus deſiderata gaudia conti-*
*nere.* Docet Bobadilla, & Camos *ſupr.* † Neque Sancto- 68
rũ auctoritates *ſupra* adductæ, & aliæ relatæ à Briſſon.
*de ſpectac.* à propoſito nos diuellunt, quæ non loquũtur
de his ſpectaculis, qualia hodiè apud nos frequentan-
tur, ſed de peruerſis illis, & abominandis, *ſupra* à nobis
relatis, quæ præter turpitudines, idololatriæ genus
quoddã ſolebant admittere, quapropter fideles ab eis

peragen.

peragendis ſub excommunicatione arcebantur, & cum fidem ſuſciperent eis ſe non adfuturos in Baptiſmo promittebant, vt ex Tertulliano *de ſpectac. cap.*4. & aliis probat Ferdinand. Mendoça *de confirmando Concil. Illiberit. lib.* 3. *cap.* 51. Sed quia huius non eſt temporis tam ample, & ſi è quæſtionem hanc pertractare, ſat ſit fundamenta indicaſſe, auctores retuliſſe, ad aliam pergamus.

69 Quæ non eſt minor vtilitate. An ſcilicet Taurorum agitatio licita ſit, rectéque & ſine peccato celebretur. Quem articulum latè diſcutiunt plures laudati à Cenedo *collect.* 13. *ad Decret. num.* 3. Nauar. *in Man cap.* 15. *num.* 18. Salzedo *in praxi*, Bern. Diaz *cap.*74. Marian.*ſupr.* Alcozer *de Ludo cap.*53. *concluſ.* 1. *&* 2. Gutierrez *libro* 1. *canon. cap.* 7. Guzman. *ſupr. diſcurſ.* 5. Ioan. de Roa *in Apolog. quæſtione* 5. Ioan. Garcia *de Expenſ. cap.* 21. *num.* 19. Parlad. 2. *quotid. cap.*7. & in primis partem illam, quæ hoc ſpectaculum damnat, fouent ſequentia. Primò D. Chryſoſt. *homil. in* 15. *Geneſ.* ibi, *Sed dices inquiens, quale peccatum eſt videre equos currentes? Si volueris omnia prudenter diſcere, quæ ibi fiunt, inuenies nihil abſque ſathanica operatione fieri. Non enim videntur ſoli equi currentes, ſed & clamores, & multi intempeſtiui ſermones audiuntur.* Secundò, quia hic ludus ab Ethnicis per manus acceptus. Cum Taurorum in Circo frequens fuerit venatio, in qua agitabantur, feriebantur, occidebantur. Trebellius Pollio *in Galienis*, ibi: *Cum Taurum ingentem in arenam miſiſſet, exiſſétque ad eum feriendum venator, neque perductum decies potuiſſet occidere coronam venatori miſit, & muſſitantibus cunctis ille dici iuſſit Taurum toties non ferire difficile eſt.* Primus omnium hunc ludum Romæ exhibuiſſe dicitur Iulius Cæſar, licet ante apud Theſſalos frequentatus fuerit. Quam ob cauſam prout hodiè apud nos moris eſt eorum nobiliores equitantes tauris inſultabant. Ita Plin. teſtatur *libro* 8. *hiſtor. cap.*45. de Tauris loquens: *Vidimus de imperio dimicantes; & ideo demonſtratos rotari cornibus cadentes excipi, iterumque reſurgere modo iacentes ex humo tolli, bigarumque etiam curſu citato, velut aurigas inſiſtere. Theſſalorum gentis inuentum eſt equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Primus id ſpectaculum dedit Romæ Cæſar Dictator.* Sic in vetuſto denario apud Vrſinum *de famil. Roman. pag.* 140. Cæſaris caput impreſſum videtur, & in altera parte taurus concitatus ac furens, quo id ſpectaculum indicatur. Apud Sueton. *in Claud.* 21. legimus Claudium inter cætera ſpectacula edidiſſe *Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia Circi agerent, defeſſos inſilirent, & ad terram cornibus detraherent.* Vnde imitandi non ſunt, qui non ſolum beſtiarum efferata crudelitate gaudebant, ſed & hominum, apud eos enim gladiatorium munus cruentiſſimum, & ſupra omnem barbariem cum
70 iſto commune, & æquale fuit. † Quouſque illud Conſtantinus ſuſtulit *in l. vnic. ſupr. de Gladiator.* quam latè explicat Briſſonius *de ſpectac. fol.* 37. Iuſt. Lipſ. bonarum litterarum Antiſtes, *lib.* 1. *&* 2. *Saturn.* P. Faber *libro* 2. *ſemeſt. cap.* 10. *&* 11. Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum, libro* 2. *cap.* 11. Roſin. *libro* 5. *antiq. Rom. cap.* 24. vbi Demſter. P. Gregor. *libro* 39. *ſyntag.*
71 *cap.* 5. *numero* 18. † Hunc autem ludum extinxiſſe Theodoſium Magnum conſtat ex Prudent. *libro* 2. *contra Symmach.* dum Honorium eius filium alloquitur,

*Accipe delatam tua dux in tempora famam,*
*Quodque patri ſupereſt, laudis ſucceſſor habeto:*
*Ille vrbem vetuit taurorum ſanguine tingi.*

72 Nec ſanè minus crudele hoc ſanguinolentum ſpectaculum cum tanto non ſolum corporum, ſed (quod maximè dolendum) animarum periculo diu admiſſum. Occiditur animal homini laborum comes. Occiduntur homines, vt experientia ſæpè vidimus, & tantus melior, & fortior indicatur ſi plures homines occiderit, *& lacerentur cum circunſpicientium voluptate*, vt ait Saluian. *de prouidentia:* quare quis ludos appellet eos, ex quibus crimina oriuntur, vt ait Iuſt. *proœmio digeſtorum* §. *illud vero.* Vnde in huiuſce ludi deteſtationem Chriſtiane, & animoſe irruit Hiſpanus ille Chryſoſtomus Sanctus Thomas de Villanoua *concione* 2. *de S. Ioan. Baptiſtæ circa fin.* in hæc verba, *Certè quis tolleret beſtialem illam, & diabolicam conſuetudinem Hiſpaniæ noſtræ de Tauris exagitandis? Quid beſtialius quam ſtimulare brutum, vt homines laniet? O dirum ſpectaculum! ô ludum crudeliſſimum! Vides fratrem Chriſtianum ſubito à beſtia laniari, & non ſolum vita corporis, ſed & vita animæ priuari, & delectaris & voluptatem capis? Quantò ſtudio laborauerunt Sancti Doctores, vt ſpectacula atrocia, & obſcœna ab Eccleſia remouerent: factum eſt hoc ſola Hiſpania ritum hunc gentilitium obſeruauit in diſpendium animarum, & non eſt qui redarguat, & prohibeat. Ego autem, etſi ſcio quod non proderit, faciam quod debeo, vt animam meam liberem. Itaque denuntio vobis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod omnes qui hoc agitis, vel conſentitis, vel non prohibetis cum poſſitis, non ſolum mortaliter peccatis, ſed eſtis homicidæ. Nec ſolum vos, ſed & ſpectatores non ſunt omninò tuti à mortali, quamuis eos non audeam condemnare*, congruit Caſſiodor. *libro* 5. *epiſtol.* 42. ibi, *Actus deteſtabilis certamen infelix cum feris velle contendere, quas fortiores ſe non dubitat inuenire. Sola eſt ergo in fallendo præſumptio, vnicum in deceptione ſolatium. Qui ſi feram non mereatur effugere, interdum nec ſepulturam poterit inuenire. Adhuc ſuperſtite homine perit corpus, & antequam cadauer efficiatur, truculenter aſſumitur. Hunc ludum crudelem ſanguinariam voluptatem, religionem impiam, humanam feritatem Athenienſes primi ad ciuitatis ſuæ perduxere culturam. Itur ergo ad talia, quæ refugere deberet humanitas. Primus fragili ligno confiſus currit ad ora belluarum, & illud quod cupit euadere magno impetu videtur appetere. Ille inuitat exitiabilem feram, & niſi periclitatus fuerit,*
*nihil vnde viuere poſſit adquirit, &c.* † Quibus & 73
aliis rationibus motus Pius V. Pont. Opt. Max. Motum ſanctiſſimum edidit anno 1567. quo hoc immane ſpectaculum grauiſſimis pœnis coërcuit, licet poſtea ad petitionem Philippi II. Regis noſtri à Gregorio XIII. anno 1575. reuocatus fuerit. Quod deplorant Gregor. Lopez *in leg.* 57. *titul.* 5. *part.* 1. Auendan. *in cap. prætor. ſecunda part. cap.* 10. *num.* 12. Marian. *de ſpectac.* Nauarra *de reſtit. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 300. & Parlad. *ſupr.* & eleganter & ſeuerè Mariana *de ſpectac. c.* 24. *&* 25.

Contrariam vero ſententiam, quæ has taurorum 74
agitationes frequentari poſſe, & licitas eſſe docet, tenuerunt plures ex noſtratibus, præcipuè Medina, *in Codic. de reſtitut. quæſtione* 21. Spin. *de teſtament. gloſſ.* 2. *numero* 27. Roa *in apolog. quæſtione* 5. Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum libro* 2. *cap.* 11. & alij relati à Gutierrez *dict. cap.*7. moti multis nec inefficacibus fundamentis, & contrariis ſatisfacientes. Huc peruenerat noſtra oratio, ſed cymbali ſonus horam peractam eſſe demonſtrauit. Vlterius non progredimur, quia tantum contenti fuimus ea referre, quæ intra viginti quatuor horarum ſpatium è variis Auctorum viridariis inſtar apis libare potuimus.

## CAPVT VI.

### EVNVCHVS.

Siue in Conſtantij Imp. A. ſcriptum, quod extat in *l. Eunuchis V. C. Qui teſtamenta facere poſſunt*, ſolemnis diſſertatio.

### SVMMARIVM.

1 *De ampliſſima poteſtate* leg. 12. tabul. *conceſſa teſtatoribus* ad l. verbis 120. de verb. ſign.
2 *Leges que illam poteſtatem reſtrixerunt.*
3 *Reſtricta ea lex Iure Conſultorum interpretationibus.*
4 *Querela inofficioſi teſtamenti quo iure introducta.*
5 *Quare alienus poſthumus prohibitus inſtitui.*
6 *Eunuchi interpretatione Prudentum à teſtamentaria factione excluſi.*
7 *De ratione huius prohibitionis diſquiritur.*
8 *Eunomiani heretici qui fuerint.*
9 *Impugnatur Cuiacij explicatio ad hanc legem.*
10 *Quo tempore vixit Eunomianorum Secta.*
11 *Cuiacij alia expoſitio de principum cubiculariis*, & n. 14.
12 *Cubicularii principum ſpadones.*
13 *Eutropius Eunuchus Arcadij cubicularius.*
11 *Nomen Eunuchus aliquando nomen officij magis quam vitij.*
16 *Explicatur* l. 4. Codic. de Præpoſit. ſacri cub. lib. 12.
17 *Solemnitates manumiſſionum remiſſiuè.*
18 *Libertatis aſſequendæ modus per cubiculariorum aſſociationem.*
19 *Recepta proponitur ad noſtram legem interpretatio, & reijcitur*, n. 20.
21 *Iure Conſultorum de pubertate diſſenſio, & quid in teſtamentis*, & n. 23.
22 *De ſoni diſputatione inter eoſdem habita.*
24 *Quo tempore mares caſtrari ſolebant.*
25 *Vera ratio cur eunuchi prohiberentur teſtari.*
26 *Romanis maxima cura ſobolis.*
27 *Cœlibes pœnis affecti etiam ante legem Papiam.*
28 *Eunuchiſmus odioſus ſemper propter ſterilitatem.*
29 *Eunuchi dicti ſteriles.*
30 *Eunuchi apud Hebræos infames*, & n. 43.
31 *Cœlibatus odio ita proſecutus, vt nec capere ex alieno teſtamento, nec teſtamentum facere poſſent cœlibes.*
32 *Orbi, qui matrimonio contracto liberis carebant pœnis affecti.*
33 *Ratio maior notæ, & pœna in Eunuchis, quam in orbis militabat, licet par eiſdem fortuna*, & n. 34. & 35.
36 *Mors Romana gladio incumbere.*
37 *Eunuchi occurſus ominoſus.*
38 *Eunuchi cum vituperatione dicti ſemi viri, tertium genus hominum.*
39 *Claudianus explicatus contra Barthium.*
40 *Ouidius exornatus, & interpretatus.*
41 *De Sacerdotibus matris Deorum.*
42 *De Gallis fanaticis Vlpiano lux prelata.*
44 *Si quis ſeſe caſtrauerit irregularis efficitur*, & n. 45.
46 *Origines ſe caſtrans improbatus ab omnibus, & aliis eius imitatores ab Eccleſia expulſi.*
47 *Apud Romanos Eunuchi ignominioſi & infames, & ab officiis prohibiti.*
48 *Priſcis maxima admiratio fuit Eunuchus Conſul.*
49 *Eunuchi potentiorum libidini deſeruiebant.*
50 Vlpianus in l. 3. §. alio D. ad legem Cornel. de ſicar. *explicatus.*
51 *Libido fœminarum etiam in Eunuchos.*
52 *Eunuchi turpes.*
53 *Titus Imperator vellicatus ob Eunuchorum comitatum.*
54 *Hominum caſtratio interdicta à Domitiano, Hadriano, Conſtantino, & aliis*, & num. 55. & 56.
57 *Ex alieno teſtamento capere honoris plenum, & ideo eunuchi capere prohibebantur, & cum teſtamento decedere*, & n. 58.
59 *Plauto lux*, & n. 61.
60 *Adulterij pœna caſtratio, & teſtimonij dicendi prohibitio.*
62 *Caſtratio ſupplicij genus crudeliſſimum.*
63 *Conſtantius eunuchis maximè addictus teſtandi facultatem conceſſit.*
64 *Ratione probatur, merito fuiſſe eunuchis datam teſtamenti factionem*, & n. 68.
65 *Eunuchi puerorum cuſtodes Pædagogi, ianitores, & primarum litterarum magiſtri*, & n. 66.
67 *Plinius explicatus.*
69 *Agitur de interpretatione* l. ſed eſt 6. de liber. & poſth. & n. 70. 71. 72. 76. 77. & 79.
73 *Expenditur* l. 4. D. eodem,
74 *Propter ſpem aliquando ſuſtinetur actus inualidus.*
75 *Explicatus Paulus.*
78 *Bonorum poſſeſſio etiam ex teſtamento nullo conceditur.*
80 *Ius teſtandi à principe impetrari ſolitum, ſicut ius trium liberorum.*
81 *Principis beneficium latiſſimam habet interpretationem.*
82 *Diſpenſatio à principe facienda inter impoſſibilia cenſetur.*
83 *Intellectus* leg. 2. §. illud. D. de adoptionib. & num. 85.
84 *Adoptio naturæ imago.*
86 *Verbum non accipitur aliquando pro nondum.*
87 *Interpretatio* l. ſin autem 7. Dig. de ædil. edict.
88 *An caſtratus ſit morboſus.*
89 *Ex caſtratione mutatur habitus corporis & temperamenti.*
90 *Ex caſtratione multos interiiſſe auctoritate & ratione probatur.*
91 *Eunuchum imperfectum eſſe dicebant Proculiani.*
92 *Quare per caſtrationem eunuchus ſit pretioſior* ad l. ſi ſeruus 27. §. & ſi D. ad l. Aquil. & num. 96.
93 *Eunuchis commiſſa matronarum cuſtodia & domorum gubernatio.*
94 *Pædagogia quæ.*
95 *Explicatur* l. quæſitum. 12. §. ſi inſtructum 32. D. de fund. inſtruct.
97 *Spado an poſſit excuſari à tutela, & de eius ratione.*
98 *Ratio dubitandi & decidendi ad* leg. 1. Cod. de excuſat. tut. & n. 99.
100 *Morbus ſontibus qualis?*

CVm ex noſtræ Academiæ legibus Iuris profeſſores qui per biennium Cathedris adeptis inſeruierunt publicam (quod aiunt) facere debeant repetitionem. Ego im

in Codicis Iuſtiniani Cathedra iam ferè
per triennium verſans , pro noſtris dictu-
rus , inter alia iuris loca hanc ſterilem eu-
nuchorum tractationem illuſtrandam an-
nis ſuperioribus ſelegi , & è vetuſtatis
tenebricoſo ſinu in lucem extraxi. Pla-
cuit omnibus diſſertatio , & doctiſſimorum
virorum plauſu inuitatus , auditorumque
aſſidua expoſtulatione coactus eam typis de-
di ſub patrocinio Illuſtriſſimi , Doctiſſimique
Domini D. Illefonſi de Cabrera Calatra-
uenſis equitis clariſſimi , ſupremi , interioriſ-
que Regij Conſilij Senatoris meritiſſimi.
Nunc autem *Eunuchus* , noſter in lucem ite-
rum prodit , & quamvis adhuc imberbis , &
imbellis viribus & corpore præſtantior, nam
plura addidi , omnia recenſui , & aliis auxi.
Tu lector eunuchum audi.

1 LEGE 12. Tabularum ampliſſima
poteſtas circa condenda teſtamenta
data fuit illis verbis : *vti quiſque le-
gaſſet ſua rei : ita ius eſto.* Quæ re-
cenſet Pomponius *in leg verbis* 120.
*de verborum ſignificatione*, Vlpian. *in
leg* 1. *D. ad leg Falcid. & in fragment. tit.* 11. §. 14. Inſti-
nianus *in principio Inſtitutione de l. Falcid.* Auctor Rhe-
ctor ad Herenn. ſiue is ſit Cicero , ſiue Cornificius
*libro* 1. & Gothofred. *in fragment.* 12. *tabularum tit.* 19.
& explicant præter Gæddeum. Cujacium , & alios
*in dict. leg.* 20. Petrus Fab. 3. *ſemeſt. cap.* 24. Donellus 8.
*commentarior. cap.* 1. Balduinus *ad leges Romuli cap.* 26.
Ræuard. *ad eaſdem cap.* 18. noſter doctiſſimus Præce-
ptor Anton. Pichardus *in diſputat. de mora* , *num.* 202.
*& in principio de leg. Falcid.* qui alios retulit , & Sigo-
nius *libro primo* , *de iure antiquitat. Rom. cap. duo-
decimo.*

2 Verum poſtea coanguſtata eſt & reſtricta , vel
legum , vel auctoritate iura conſtituentium , veluti
lege Voconia , Falcidia , Furia , Ælia Sentia , & ſi-
milibus , de quibus Vlpianus , *in fragm. tit.* 1. & 28.
*dict. principio de l. Falcid.* §. *eadem lege* , *Inſtitutione qui-
bus manumittere non licet* , Connan. 2. *commentarior. c.* 5.
Cujac. *ad fragment.* Vlpian. *dict. titul.* 1. §. *penult.* Anton.
Fab. *in iuriſprud. tit.* 5. *princip.* 1. *illat.* 7. & *titul.* 6 *princ.* 8.
Donel. *lib.* 8. *capit.* 22. vbi Oſualdus , & *libro* 9. *cap.* 2.
*littera B.* † Item , & auctoritate IureConſultorum
3 ( ſic explicanda ſunt illa verba Pomponij , *Iura con-
ſtituentium* , § *reſponſa* , *de iure naturali, leg. ſi furioſi* 25.
*Codic. de nup. l. nulla* , *Codic. de Procul. l. quoties* 12. *Codic.
de quæſtionibus.* ) † Reſtricta etiam fuit : vt in querela
4 inofficioſi teſtamenti , ſi credimus Fulgoſ. *in l.* 2. *nu-
mero* 3. *de inofficioſo teſtamento* , Ræuardo *de auctoritate
prudent. num* 12. Balduino *ſupra.* Quod magis conſta-
bit cum moribus populi inductam eſſe alij affirment,
quos refert noſter Pichardus *in principio Inſtitutione
de inofficioſo* , *numero* 10. Donel. 19. *commentar. cap.* 4.
hanc autem populus non alia ratione introduxit, niſi
ex Prudentum prius habita diſputatione , & à popu-
lo amplexa , ſicut alia , quæ moribus dicuntur in iu-
re introducta , *leg.* 2. *D. de vulg. l. more* 8. *de feriis* , *leg.
mores de Iuriſdictione* , *leg. mora* 8. *D. de adquirenda he-
reditate* , *l. libertinus* 3. *de ritu nupt. leg. de quibus* 32. *de
leg. l. cum Prætor, D. de iudiciis* Vlpian. *tit.* 11. § *moribus*,
alias enim quomodo color ille non ſanæ mentis
quæſitus fuiſſet, niſi ex prudentum ratiocinatione.
Idque comprobari poteſt ex *leg.* 1. *Dig. de donat. inter.*
vbi moribus dicitur interdicta donatio inter coniu-
ges , & tamen Halicarnaſſeus *lib.* 3. legem fuiſſe ſcri-

bit , notat Hotom. *obſeruat. cap.* 4. *in fin.* † Sic quo- 5
que in poſthumo alieno non inſtituendo ea ratio ad-
miſſa ab eiſdem fuit , quoniam dum in vtero eſt, in-
certa reputetur perſona , & non homo , ſed quædam
ſpes animantis , *principio de bonorum poſſeſſione* , §. *poſt-
humo* , *iunct.* § *incertis*, *Inſtitut. de legat. & l.* 2. *ff. de mort.
infirm.* tradunt DD. *in l. Gallus in principio de liber. &
poſtum.* † Vnde cum ab ea facultate ampliſſima te- 6
ſtandi multi fuerint excluſi , quos nominatim retulit
Iuſtinian. *in titul. quibus non eſt permiſſum facere te-
ſtamentum* , & Tribonianus multas ad id ſpectantes
propoſuerit conſtitutiones in hoc titulo , & ſub titu-
lo de teſtamentis , inter eos [ interpretatione, vt cre-
do Prudentum ] eunuchus fuit connumeratus , & à
teſtamenti factione repulſus vſque ad tempora Impe-
ratoris Conſtantij qui illud permiſit ex noſtra lege
priuilegium , vt eunuchi cæterorum exemplo vltima
elogia condere potuiſſent. Sed , qua ratione prohi-
bitio hæc fuerit introducta difficilè ſanè eſt tradere.
Viam ingredimur aſperam , & in qua vix alicuius
poſſumus calcare veſtigium, ſed Deo auſpice præeun-
dum eſt , & inacceſſa hæc referenda.

In primis itaque ſalibus & nugis Accurſij hîc
exulare iuſſis Cuiac. qui familiam ducit *in paragrah.
ad hunc titulum*, eam fuiſſe ſcribit rationem. † Quo- 7
niam Eunomianis hæreticis mos fuit viros emaſcula-
re , & ob impietatem criminis eis modo data , modo
adempta eſt faciendi teſtamenti facultas *l. Eunomia-
nis, Codic. Theod. de hæreticis* , nam Arciadius eos latè
vexauit , *l.* 23. & 36. *Codic. Theod. de hæreticis* & Theo-
doſius *in l.* 7. *Codic. Theod. ne ſanctum baptiſma iteretur*,
refert Baron. *tom.* 4. *anno Chriſti* 395. *numero* 6. & 396.
*numero* 10. indéque eiſdem adempta hac lege reſti-
tuitur. † Quæ traditio omnino falſa eſt , nec conue- 8
nire poteſt noſtræ legi , quæ generaliter & indiſtin-
ctè de eunuchis loquitur , ſub quorum nomine Eu-
nomiani non comprehendebantur , nam eorum error
magis in Arrianiſmum tetendit , quàm in caſtratio-
nem, vt poſt Ruffin. *libr.* 1. *hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 5. Theo-
dorit. *libro* 5 *tripart. cap.* 43. tradit Bernard. de Lucem-
burg. *de hæreticis littera E.* Petr. Gregor. *lib.* 33. *ſyntag.
cap.* 8. *numero* 10. Pancirolus *libro* 2. *variarum capit.* 175.
& nouiſſimè Iacob. Gualterus *in tabula chronograph.
ſtatus Eccleſiæ ſæculo* 4. *cap.* 17. † Deinde quia Eu- 9
nomius Auctor illius Hæreſis viguit ſub Arcadio an-
no 400. vt iidem commemorant auctores : quomo-
do ergo Conſtantius potuit ſua conſtitutione id præ-
uidere anno 337. quo imperare cœpit ? Scio etiam
ſectam quandam eunuchorum hæreticorum fuiſſe,
vt refert Epiphanius *hæreſi* 58. cuius fuiſſe auctorem
Originem inſinuat Euſebius , & docet Baronius *to-
mo tertio* , *anno* 250. *numero* 5. attamen hæc eo anno
cœpit. Quin etiam certum eſt , vt *infra* dicemus in
eunuchorum gratiam [ quibus maximè fuit addictus
Conſtantius ] hanc conſtitutionem editam fuiſſe. †
Vnde ipſe Cuiacius *in l.* 6. *de lib. & poſthum & lib.* 14. 10
*obſeruat. cap.* 24. proprius ait hanc conſtitutionem in-
telligendam de Principium cubiculariis , qui ſpado-
nes fuerunt & eunuchi , *l.* 4. *Codic. de præpoſ. ſacri cubi-
culi libro* 12. ibi , *Et hac omnia volumus cuſtodiri* , *cum
ſponte ſua quis dederit eunuchum ſacri cubiculi miniſterijs
adhæſurũ.* † Caſtratis enim cubiculariis olim vſos fuiſ- 11
ſe Imperatores , ſicut apud Turcas hodie moris eſt,
referunt hiſtoriæ apud quas huius rei plurima men-
tio , vt præter D. Gregor. Nazianzen. & D. Athanaſ.
*infra* referendos docet Ammian. *lib.* 14. Claudian. *lib.* 1.
*in Eutrop.*

*Militia eunuchi nunquam progreſſa cubile.*

Hoc ergo ſeruos fuiſſe probatur ex *d. l.* 4. & ex Clau-
diano vbi proximè. † Qui Eutropio illi notiſſimi 12
nominis eunucho , qui cubicularius & Conſul fuit
Arcadij Imperatoris tempore , vt tradit Socrates

*libro nono, tripar. capit. quarto*, Baronius *tomo quinto, ann.* 395. ſæpius ſeruitutis notam inurit his verbis,

*——Libyæ ſi diſcis arenas*
*Eutropij nominabis heros,*
*Nudatus quoties medicum dum conſulit emptor.*
*Omnes pœnituit pretij, venumque redibant.*

His ergo conceſſum eſt priuilegium, vt etſi ſerui, poſſent tamen ob ſacri cubiculi honorem exemplo omnium facere teſtamentum.
14 † Hanc tamen interpretationem, etſi antea præſenſerit Anton. Auguſtinus *lib. 3. emendat. cap.* 5. non probo, eamque reſpuit Oſuald. *lib. 6. Donelli cap. 5. littera P.* quoniam etſi caſtratos cubicularios Imperatores in vſu habuerint:
15 † Tamen aliquando *Eunuchus*, magis eſt nomen officij quam vitij, quod variis litterarum probare poſſumus monumentis; ſic Putiphar Pharaonis eunuchus dicitur, *Geneſ.* 37. & 39. id eſt Regij cubiculi cuſtos Princeps aulæ, cum caſtratum non fuiſſe innuat habuiſſe vxorem. Vnde Chaldæus pro *eunuchus*, vertit *rabba*, id eſt, Princeps, Satrapa, ita ex Procopio Gennadio docet Cornelius à Lapide *dict. cap. 37. verſ.* 36. Pereius, *ibi diſputat.* 9. Martinus del Rio *ad Senec.* Hypolit. 3. *part. verſ.* 910. Pet. Gregor. 3. *ſyntagm cap. 2. num.* 32. ſic Daniel & eius ſocij eunuchi vocantur id eſt aulici, quamvis non fuerint exſecti, ita docente Maldonato, & aliis laudatis à Cornelio *ſuper Daniel. cap. 1. verſ.* 3. Gaſp. Sanc. *in prolegomen. ad eum, cap. 2. num.* 8. & ita eunuchus iuxta Syriacam originem interpretatur *Præpoſitus*, vel *lecti cuſtos*, tradit Lorinus *in Actis Apoſt. cap. 8. verſ.* 27.
16 † Nec obſtat *dict. l.* nam etſi daremus ibi eunuchis ſeruis teſtamentariam factionem concedi, minimè poſſet conuenire cum noſtra lege, cum illius fuerit auctor Leo Imperator, qui floruit ſub anno 472. ſi fides danda Contio in faſtis Caſſiodoro, Genebrardo, & Onuphr. in Chronologiis, at noſter Conſtantius, vt diximus, multo ante vixit.

Rurſus falſum eſt, quod ex *dict. leg.* 4. voluit probare Cujacius, cum potius Leo ibi libertatis imponendæ quendam modum introduxerit, ſcilicet vt ſi quis ſeruus in ſacrum cubiculum fuerit donatus, poſtquam fuerit cæteris cubiculariis adſociatus ad libertatem rapiatur ratio fuit, quoniam proprium eſt maieſtatis principalis, vt non famulorum, ſicut priuatæ conditionis homines, ſed liberorum honeſtis vtantur obſequiis, quod idem tradit Iuſtinian. *in leg. fin. Cod. qui milit. poſſint lib.* 12. ibi: *Cui enim ferendum eſt homines à noſtra manu donationes accipientes adhuc inter ſeruos haberi, & fortè cum ſuis dominis noſtram*
17 *purpuram adorantes?* † Cum autem ad impoſitionem libertatis multæ ſolemnitates requirantur, quas ſedulo commemorat Donel. *libro 2. comment. cap.* 15. Pet. Fab. 2. *ſemeſtrium cap.* 20. & alii relati ab Oſualdo *dict.*
18 *cap. 15. littera B. & ſequentibus.* † Tamen in libertate quam conſequitur ſeruus traditus in ſeruitutem Principis non requiritur alius actus, niſi ſolum aſſociatio cubiculariorum, nam Principis præſentia omnem ſupplet ſolemnitatem, *l. omnium, Cod. de teſtamentis*, & in conſequentiam quoque conſequutæ libertatis datur eis, vt poſſint condere teſtamenta, quæ omnia extendit ad eunuchos, qui ſacri cubiculi miniſteriis donati ſunt, ſcilicet vt poſſint ſi ſeruierint conſequi libertatem & teſtari; non tamen ex hoc ſequitur eunuchos ſeruos fuiſſe, & ob cubiculi Principis miniſterium eo priuilegio affectos, vt etſi ſerui, adhuc tamen poſſent facere teſtamentum, quod æquè contrariatur litteræ, & menti Leonis *in dict. leg.* 4. qui *Nouella ſua* 60. caſtrationem inhibuit conſtituens, quod ſi ſeruus caſtraretur, ex hoc in libertatem reuocaretur.

Quare totius ferè causæ conſenſu recepta eſt alia 19
ratio, quam tradidit idem Cujacius *in d. l.* 6. in quam iurarunt Gothofred. & Gilchen. *hic*, Duaren. *in paraphraſ ad titulum de teſtamentis, Codic qui teſtamenta facere poſſunt, verſ. ſuperius.* Oſualdus *ad Donellum dict. libro 6. cap. 5. littera P.* & nos etiam eam inſinuauimus *cap. ſuperiori, ex num.* 40. ſcilicet, quod lex puberibus tantum teſtamenti factionem permiſit *l. 4. Codic. hoc titul. l. 5. ff. eodem, § præterea, Inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, cum traditis ibi à Pichardo, & Gilchen. *in dict. l.* 4. cum autem eunuchi nunquam pubeſcant, non videntur habere teſtamenti factionem, vt indicat Paulus *lib. 3. ſententiarum tit.* 4. §. 2. ibi, *Spadones eo tempore poſſunt facere teſtamentum, quo plerique pubeſcunt, id eſt anno* 18. Nam cum nondum eſſet ad pubertatem definita ætas, vt notaui *in dict. cap. ſuper num.* 35. & ex aſpectu corporali probaretur, cum eunuchi ex habitu corporis ſemper reputarentur impuberes, conſequenter teſtari non potuerunt.

Verum hæc interpretatio, etſi mihi aliquando ar- 20
riſerit, nunc re maturius conſiderata non placet. *Primò*, quia ſequeretur mulieres quoque teſtari non potuiſſe, etſi enim pubeſcant (vt contra Vulteium, & alios defendit Oſuald. *lib. 9. Donel. cap. 14. litter. C.*) tamen cum, vt Cujacius ait, non fuerit definita ætas pubertatis, & inſpectio illa inhoneſta, qua pubertas cognoſcebatur, de qua Iuſt. *in princip Inſtitut. quibus modis tutel. fin.* non fuerit in fœminis admiſſa, vt dixi, mulieres tanquam perpetuo impubeſcentes non poſſent teſtari, quod tamen falſum eſt. † *Se-* 21
*cundò*, nam etſi inter Proculianos & Sabinianos circa tempus pubertatis maxima orta fuerit diſſenſio, vti refert Vlpian. *in fragmentis titul.* 11. §. *fin.* Iuſt. *in d. principio*, tamen quod attinet ad teſtamentum obtinuit ſententia, vt quatuordecim anni in maribus, & duodecim in fœminis ſufficerent *l. 5. de teſtament.* iunctis notatis à Duaren. *ad titulum de teſtamentis in princip.* Gothofred. *in l. fin. Cod. quando tutores vel curatores eſſe deſi.* Meril. *lib. 1. obſeruat. cap.* 14. & 22. Oſuald. *lib. 3. Donel. cap. 14. littera A. & ſequentibus*, Pichard. *in d. § præterea num.* 6. quibus non eſt permiſſum. † Quo- 22
ties enim aliqua dubitatio oriebatur inter I. C. inſtituebatur fori diſputatio, & quidquid poſt varias controuerſias verius videbatur, id obtinebat, & tanquam ius receptum obſeruabatur, *l. vetus* 68. *de vſufruct. leg. penultim. ff. de leg.* 1. tradit Ræuard. *in l. 1. de regulis iuris.* † Inde cum maximè fuerit controuerſus 23
articulus hic, verius obtinuit, vt pubertas in teſtamentis ex annorum numero, non ex aſpectu æſtimaretur, vt indicat Vlpian. *in dict. leg.* 5. & *in princ. in dict. leg.* 4. Ex quo fit, vt etiam eunuchi, vtpotè deficiente illa ratione poſſent teſtari ſaltem plenæ pubertatis tempore, etſi hæc conſtitutio ſuperflua videbatur.

Deinde non rectè procedere videtur Cujac. nam 24
poſſet euenire, vt mares non caſtrarentur, niſi poſt decimum ſextum vel vigeſimum annum, qua ætate probaret in aliquo negotio puberem eſſe. Quod ita contigiſſe, vt caſtratio ea ætate fieret, apertè docet Iuuenalis de enuchis loquens *Sat.* 6.

*——Cum iam calida, & matura iuuenta*
*Inguina traduntur Medicis*
*Ergo ſpectatos, & iuſſos creſcere primum, &c.*

Sed hoc caſu non poſſet eunuchus à teſtamentaria factione arceri. Denique conſidero, quod ſi vera eſſet Cujacij ratio, eunuchi non tanquam prohibiti teſtari exiſtimandi erant, ſed tanquam omiſſi à lege: at prohibitos fuiſſe probat noſter Imp. ibi, *liceat faceat*: ergo antea prohibitione legis. Nec fauet Cujacio Paulus *vbi ſupra*, loquens in ſpadonibus, qui maximè differunt ab eunuchis, vt *infra* dicam.

Difficilis

Difficilis ſanè iam facta videtur hæc inueſtigatio,
25 cum vix prohibitionis huius poſſit cauſa conſiderari.
Ego tamen exiſtimabam prohibitos eſſe eunuchos
26 teſtari ob ipſorum odium. † Nam cum ſemper Ro-
mani proli, ſoboliqne procreandæ maximum ſtudium
impenderint, quod non ſolum lege Julia, & Papia
introductum eſt (de qua ex Suetonio *in Auguſto ca-*
*pite* 34. Dione *libro* 56. Tertullian. *in Apolog.* Tacito
*libro* 3.*ann.* tradunt multa Iuſtus Lipſius *libro* 2. *varia-*
*rum lect.cap.*1.*& in notis ad Tacitum ſcb.*45. vbi etiam
Dorleanus Pamel *in notis ad Tertullian.ſupra cap.*4.*nu-*
*mero* 52.Duarenus *libro* 1.*diſputat. cap.*40. Connan.8.
*comment.cap.*1. Roſin.*libro* 8. *ant cap.*16. Balduinus *ad*
*leges Iuliam & Papiam*; Ameſcua *de poteſt.in ſeipſum,*
*libro* 1.*cap.*4.*num.*8.*cum ſequentibus*, & aliis quos con-
ſulto omitto, neque enim in re vulgari immorari
licuit) verum & ab Alexandro Magno factitatum
referente Iuſtino *libro* 12. *hiſtor.* & à primo Vrbis
exordio conſuetudine receptum eſſe Ita teſtatur Au-
guſtus apud Dion. *libro* 56. *hiſtor.* in oratione contra
cœlibes proferenda lege Iulia, & Papia, *Ita ab initio*
*cum Romanorum eſſet perquam exiguus numerus, nu-*
*ptiis ſtudentes, liberoſque procreantes, non virtute mo-*
*do, ſed multitudine hominum omnes mortales ſuperaui-*
*mus*, & poſt, *Conſiderate vero an non ſummam iram*
*iure Romulus auctor noſter concepturus ſit, & qui cum*
*eo fuerunt, ſi expendant ſe alienas virgines rapuiſſe ſe*
*bello prolem quæſiſſe: enim vero patres noſtri, & bellum*
27 *contra Sabinos pro nuptiis geſſerunt.* † Sic etiam Ca-
millus & Poſthumius Cenſores eos, qui ad ſenectu-
tem cœlibes venerant, æra pœnæ nomine in æra-
rium deferre iuſſerunt, quod mariti, & patris nomi-
ne vacui vixiſſent, vt tradit Valer.Max.*libro* 2.*cap.*4.
*in principio*, ea ratione adiecta, *Natura vobis quem-*
*admodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit, parenteſ-*
*que vos alendo, nepotum nutriendorum debito alligaue-*
*runt, item igitur, & nodoſam ſoluite ſtipem vtilem poſte-*
28 *ritati numeroſæ.* † Quo effectum eſt, vt eunuchiſ-
mus fuerit ſummopere exoſus, & auerſatus, vtpotè
quo generatio, liberorúmque procreatio impedie-
batur, quibus Reſpublica hominibus repletur, in
quo maxima eius ſalus conſiſtit *leg.*1 *ff. ſolut. matrim.*
*l.cum ratio*, *§.ſi plures de bon. damn l. hoc modo* 64. *in*
*fin. ff. de condit. & demonſtr.* quia cum per caſtratio-
nem inſtrumenta generationis ſibi auferrent, neque
ad matrimonium apti, neque ad procreationem ſuf-
ficientes, reputabantur iuxta illud Claud. *in Eutrop.*
*lib.*1.*verſ.*50.

*——Vno ſub ictu.*
*Eripit officium patris, nomenque mariti.*

29 † Vnde ſteriles dicebantur eunuchi, Martial. *lib.*3.
*epig.*91. de Cybeles ſacerdotibus agens, qui caſtrati
erant, vt *infra* dicemus.

*Hoc ſteriles cenſere viri.*

Et *lib* 9.*epig.*9.

*Ne faceret ſteriles ſæua libido viros.*

Et Atys à Gallis excisus ſic virilitatem ſuam plorat
his verbis apud Catul.*in Aty.*

*Ego mei pars, ego vir ſterilis ero.*

Et elegantius Claudianus *dict. libro* 1. *capit. fin. de*
*Eutropio,*

*—— Aut quæ connubia prolem,*
*Aut frugem laturus ager? quid fertile terris*
*Quid plenum ſterili potuit ſub Conſule naſci*
*Eunuchi ſi iura dabunt?*

Indéque Varro apud Nonium *in L. Mauia, & ver-*
*bo eunuchare* non illepidè dixit, *Si qui patriam, ma-*
*iorem parentem extinguit, in eo eſt culpa: hoc facit pro*
*ſua parte qui ſe eunuchat.* Et Columella, *libro* 3. *de re*
*ruſtica, cap.*12.& ex eo refert Alex.& Alexan.*libro* 1.
*genial. cap. decimo*, ſurculos, qui nihil attulerunt
fructus ſpadones vocat, id eſt ſteriles: necnon &
Diuus Baſilius *infra* referendus *genus cum ipſa genera-*
*tione ferro damnatum*, vocat eunuchos. Quod ele-
ganter confirmat Leo Imperator, *Nouell.de pœna ca-*
*ſtratorum*, his verbis, *Atque à naturæ mutilatione*
*abſtineri æquum ſit, quamobrem non ita faciant homines,*
*ſed tanquam vtilitatem quandam iſtiuſmodi aduerſus ge-*
*nerandi vim inſidias reputantes membra quæ homini na-*
*ſcendi cauſam ſuppeditent, lancinent, & creaturam aliam*
*quam qualis creditoris ſapientiæ placuerit, in mundum*
*introducere contendant.*

Hinc apud Hebræos eunuchi reputabantur infa- 30
mes, vt *infrà* dicam, vtpotè ſteriles ad propaga-
tionem ſeminis Iſraël, vt conſtat *Lucæ cap.*1. & pro-
bat Diuus Hieronym. *ſuper cap.*56. *Iſaiæ.* Et populus
Gentilis eunuchus dicitur, id eſt, ſterilis pietatis, &
religionis, quomodo intelligunt ſancti Patres illud
*Iſaiæ, cap.*56. *Et non dicat eunuchus, ecce ego lignum*
*aridum*, obſeruat *ibi* ex D. Hieronym.Cornelius, &
alij *ibidem.* † In cuius rei confirmationem adduco, 31
quod cum cœlibatus ferme ob eandem rationem
adeò probroſus habitus fuerit, & ignominia nota-
tus, ex teſtamento capere non poſſent, niſi intra
centum dies legi paruiſſent contrahentes matrimo-
nium, Vlpian.*in fragment.titul.*13.*l.*1. *Codic.de infirm.*
*pœn.cœlib.*Valer.Max.*lib.* 2.*cap.*4.Crinit. *de honeſt.diſ-*
*putatione* 14.*cap.*5.notat Caldaira *libro* 4.*variar.cap.*3.
Lipſ.*ſupra* Pichard *in §.ſeruus autem num.*14.*de hæred.*
*inſtitut.*Oſuald.*ad Donel.* 2.*cap.*5.*littera* D.Gothofred.
*in notis ad Vlpian.dict.titul.*13. *littera* F. Quinetiam,
& quod ſeuerius fuit nec potuerunt facere teſtamen-
tum, vt mihi probat Sozomenus *lib.*1.*hiſtoriæ tripart.*
*cap.*9.*vlt.*de Conſtantini legibus agens, quibus honor
noſtræ religionis fuit amplificatus, quoad cœlibes
attinet, hæc verba adducit, *Apud Romanos fuit lex*
*à* 25 *anno habentes vxores prohibens à priuilegiis haben-*
*tium coniuges, ſed & alia multa iubens, vt nihil de te-*
*ſtamento lucrarentur. Qui vero filios non habuiſſent*
*medietatem relictorum ſibimet amittebant. Poſuerunt hæs*
*leges antiqui volentes Romam eſſe numeroſam. Videns*
*igitur Imperator idcirco male tractari eos, qui propter*
*Deum virginitati, & ſine liberis eſſe ſtudebant legem po-*
*pulo propoſuit vniuerſo, quatenus æqualibus priuilegiis*
*fruerentur, qui ſine coniugibus, & liberis erant: ſed*
*etiam amplius habere ſanciuit eos, qui in continentia vir-*
*ginitate degebant licentiam eis præbens maſculis, fœmi-*
*niſque licet ætate minoribus teſtamentum facere contra*
*communem legem.* † Item orbi qui matrimonio con- 3
tracto liberis carebant eadem ignominia notabantur:
ita vt ſolidum capere non poſſint. Tertullian.*de Mo-*
*nogam.cap.*16.ibi: *aliud eſt ſi apud Chriſtum legibus Iu-*
*liis agi credunt, & exiſtimant cœlibes, & orbos ex teſta-*
*mento Dei ſolidum capere non poſſe.* Notat Pamel. *ibi,*
*& in libro ad vxorem cap.*1.ad id alluſit, *Tu modo, vt*
*ſolidum capere poſſis hoc mea admonitionis fideicommiſ-*
*ſum.* Cujacius *ad Vlpian. titul.*14.*&* 16. Balduin.*ad le-*
*gem Iul. & Pap.*& reliqui *ſupra.* † Hinc colligitur, 33
maiori cum ratione eunuchos debuiſſe maioribus af-
fici pœnis, qui illa aptitudine, & ſpecie non ſolum
matrimonij potiundi, ſed liberos procreandi priuari.
ſteriles erant. † Sic in eadem ignominia cœlibes, 34
& orbos fuiſſe cum eunuchis colligere licet ex Sue-
tonio *in Claudian.cap.*16. ibi, *Plus notare conatus ſuo*
*maiore dedecore innoxios reperit, quibus cœlibatum aut*
*orbitatem obiicerent, maritos patres ſe probantibus, &*
*qui ſibimet ferro vim intuliſſe arguebatur, illæſum corpus*
*veſte depoſita oſtentante.* † Quæ vltima verba ad eunu- 35
chos referenda exiſtimo: nam cum argueretur aliquis
quod ſibimet excidiſſet virilia, oſtenſa ea parte cor-
poris illæſa à nota cenſoria liber euaſit. (Sic acci-
piendus eſt Suetonius, non de eo qui ſe occidere
voluiſſet.) † Nam non afficiebatur ignominia, qui 36
gladio incubuiſſet cum ea mors Romana diceretur,
vt

vt probat Martial.*libro 1.epigramm.79.* & ex Apuleio
& aliis. Dorleans *in nouis cogitat. ad Tacitum libro 5.
ann.pag.515.* quibus adiicio Vlpian.*in l.ſi quis 6.§.eum
verſ.quod ſi quis, D.de iniuſto rupt. leg. 3.§.ſi quis au-
tem, D. de bonis eorum qui ante.* Vbi eorum qui ſibi
manus intulerunt tædio vitæ aut iactationis cauſa te-
ſtamenta valent. Gothofred.*in dict.l.3 §.ſi quis*, Me-
rillus *libro 1.obſeruat.cap.23* quod non eſſet ſi infamia
notarentur, *argumento leg. in cui 18. de teſtament. &
dict.l.6.§ irritum*, notat Ameſcua *de poteſtate in ſeip-
37 ſum libro 1.cap.23. per totum.)* † Quamobrem adeò
exhorruerunt Romani eunuchos, & caſtratos vt eo-
rum occurſus ominoſus reputaretur, & inauſpicatus
quaſi mali aliquid portendens: *de Eutropio* Claudia-
nus *ſupr.*

*——Cum pallida nudis.*
*Oſſibus horrorem dominis præberet imago,*
*Decolor, & macies occurſu læderet omnes,*
*Aut pueris latura metus, aut tædia menſis,*
*Aut crimen famulis aut procedentibus omen.*

Lucianus in eunucho, *Imo hoc hominum genus non ſo-
lum ab eiuſmodi contubernio ſecludi oportere, verum ab
ipſis etiam ſacris, & ab omnibus publicis cœtibus eiici
oſtendens inauſpicatum quoddam, & occurſu infauſtum
ſpectaculum fore, ſi quis manè domo egreſſus vel videat
eiuſmodi quidpiam.* Notat Brodæus *libro 4. Miſcella-
nearum cap.1.* Barth. *in notis ad Claudian. in dict. libro*,
38 & Demſter.*in Paralip.ad Roſin.libro 3.cap.8.* † Hinc
probro affecti & notati, & cum vituperatione dicti
*Semiuiri, tertium genus hominum, inter fœminas & ma-
res, nec fœminæ, nec viri.* Seneca *epiſt.* 119. Deorum
Matris Sacerdotes qui ſe caſtrare ſolebant ita vocat.
Et Mart.*libro 3.epigramm.91.* ſemiviri gregem, & ſe-
miuiros Phryges, *libro 9.epiſt.21.* Lucian. *ſupra. At-
que hac de re multis verbis diſſerebat, affirmans eunu-
chum, neque virum eſſe, neque mulierem, ſed quiddam
vtrinque compoſitum, & conflatum, planéque monſtrum
ab hominum natura ſpecieque alienum.* Quæ fuit ſenten-
tia Alexandri Imperatoris, qui, vt refert Lampri-
dius *in eo num.23.* ibi, *Eunuchos tertium genus homi-
num eſſe dicebat.* Nec deſunt quoque Sancti Patres,
qui in eos irruerunt. D.Gregor.Nazianzen.*in Ma-
nodia in D.Baſilij vita de eunuchis impij Valentis Impe-
ratoris* agens, *Hi cubicularij ipſius erant, genus admo-
dum molle, tantum impietate aduerſus Deum fortes, viri
namque ſunt inter mulieres ad eas cuſtodiendas, mulie-
reſque inter viros ad omnia obſcœna facienda.* & D. Ba-
ſilius *cap.87. ad Simpliciam* ibi, *Si vero teſtibus opus
eſt non ſiſtentur ſerui, neque ignominioſum illud ac per-
nicioſum eunuchorum genus, hoc inquam, nec fœmineum,
nec maſculinum, inſaniens, inuidioſum, & Zelotypum,
& quod amplius dicendum eſt, cum ipſa ſtatim generatio-
39 ne ferro damnatum.* † Congruit eleganter Claudian.*d.
lib.1.in Eutrop.*

*Alter quos pepulit ſexus nec ſuſcipit alter.*
*Exẽcti veneris ſtimulos, & vulnera caſti.*
*Mixta duplex ætas inter iuuenemque ſenemque——*
*Nil medium.*

Vbi decorè, & pulchrè dixit *Nil medium*, nam cum
omnia animantia duobus cenſeantur generibus, eu-
nuchi medium nihil habent, & in neutro ſunt ſexu
vt apud Herodotum *libro* 8. dicebat Hermotimus
Xerxis eunuchus. Medium tamen inter puerum,
& ſenem obtineat Eutropius, quia ex vna parte ca-
nus, vt ipſe Claudianus *libro* 2.docet in prologo, re-
præſentabat ſenem, ex alia imberbis iuuenem, at-
tamen cum eſſet eunuchus nil medium obtinebat, ſic
enim intelligo animoſum Poëtam, non cum Barthio,
qui ad omnes eunuchos illud referebat, cum eunu-
chus iuuenis non poſſet eſſe inter ſenem, & iuue-
40 nem. † Ouidius quoque ad id alluſit inter cæteras im-
precationes aduerſario caſtrationẽ deuouens, *in Ibim.*

*Attonituſque ſeces, vt quos Cybeleia mater
Incitata ad Phrygios vilia membra modos
Deque viro fias nec fœmina nec vir, vt Atys,
Et quatias molli tympana rauca manu.*

† Quibus diris Gallos Cybeles deorum matris ſa- 41
cerdotes ſubaudit, nam eis virilia erant abſciſſa, ita
dicti à flumine Phrygiæ, cui nomen eſt Gallus, quod
qui ex eo bibiſſent furere inciperent, donec ſe ea
parte priuarent, docet Feſtus *lib. 7.verbo Gallus.* Ouid.
*libro 4. Faſtorum*, Strab. *libro* 10 *Geograph.* Apuleius
*libro 8.Metamorph.* Lucian.*in Dea Syria.* Plin.*lib* 11.
*cap.*49. D.Auguſt.*libro 7.de Ciuitate cap.24.* Quod non
enſe ſolum factitaſſe conſtat, ſed herbis aliquando
emaſculabantur, & aliquando ſilice, aut teſta. Plin.
*libro 35.cap.*12. Iuuenal. *ſatyra 6. verſu 512. cum ſe-
quenti*, obſeruat D. Laurentius Ramirez *ad Mart.
libro 3.cap.*81. Roſin. *libro 3. antiquitat. cap.27.* & ad
eum Thom.Demſter. *libro 2. cap.6.* † Alij autem ſibi 42
vim non inferebant, ſed caput huc illuc diabolico
ſpiritu iactantes contorquenteſque furibundi, & fa-
natici, faſtu quodam mentis perciti vagari ſolebant,
vt ait *ſupra* D. Auguſtinus, quò reſpexit Vlpia-
nus *in leg. prima, §. apud Viuianum, Dig. de ædilitio
edicto*, ibi: *Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput
iactaret.* Quem locum explicat alius Lampridij *in
Heliogabalo, cap.7.* ibi: *Matris etiam Deum ſacra
accepit, & adeò debacchatus eſt, vt iactaret caput in-
ter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi deuinxit, & om-
nia fecit quæ Galli facere ſolent.* Explicuit Briſſonius
*lib.2.antiquit.cap.13.* Budæus, & Gothofred.*in dict.§.
apud Demſter.vbi proximè.* Et ita accipiendus eſt La-
ctantius *libro 1.de falſa religione cap.21.* ibi, *Non mi-
noris*, inquit, *inſaniæ iudicanda ſunt illa ſacra, in qui-
bus homines ſuis ipſi virilibus litant: amputato enim ſexu,
nec viros nec fœminas faciunt.*

Ex quibus *primò* infero eunuchos adeò Infames 43
reputatos apud Hebræos, vt ad ſacerdotium aſcẽdere
ſint prohibiti *Deuter.cap.23.* ibi: *Non intrabit eunu-
chus attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro
Eccleſiam Domini.* Quod propter impedimentum
matrimonij contrahendi factum ait *ibi* Abulen.*in
princip.* Nec ſolum eunuchiſmum auerſabatur lex
Moyſis in hominibus, verum etiam in animalibus,
quæ offerenda erant Deo, vt indicat *Leuitici cap.22.*
ibi: *Omne animal quod vel contritis, vel truncis, vel
ſectis ablatiſque teſticulis eſt, non offeretis Domino.* Et
inter alia mala, quæ Dominus comminatur *apud Iſa-
iam cap.39.* Regi Ezechiæ ita ait: *Ecce dies veniet, &
auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & de filiis tuis,
qui egredientur ex te quos genueris tollent, & erunt eu-
nuchi in palatio Regis Babylonis.* Sic etiam intelligunt
Sancti Patres illud eiuſdem Prophetæ *cap. 56.* ibi:
*Hæc dicit Dominus eunuchis, Qui cuſtodierint Sabba-
thum ea dabo eis in domo mea, & in muris meis lo-
cum, & nomen melius.* Vt cum litteraliter, (vt
aiunt,) de eunuchis naturalibus loquatur,
ſpontaneos, & ſpirituales comprehendat, vbi
notanda illa verba, *nomen melius*, quæ denotant
antea in probro, & ignominia fuiſſe. † Sic etiam 44
in lege gratiæ, & Eccleſia Catholica ſi quis abſci-
derit ſemetipſum, & virilia ſibi amputauerit, tan-
quam homicida ſui à clericatus adeptione repellitur,
*vt Canone 21. Apoſtolorum* cauetur, & inuenitur
*in cap. 4. cap. ſiquis pro ægritudine 55. diſtinct. cap. ex
parte 5. extra de corpore vitiatis*: Nam quemadmo-
dum homicida ad ſacros ordines aſcendere non va-
let, *cap.4 cum ſequentibus 50. diſt.cap. fin. de tempor.
ordin.cap. ſicut dignum §. fin. & fere per totum extra de
homicidiis, leg.12.tit.7.partita* 1. Pœnitentiale Rom.
*tit.1.cap.16.* Rabanus *lib. pœnitentium cap.15.* Concil.
Turon. Primum *cap.7.* Bracaren. Secundum *cap.78.*
*Toletan.11. cap.6.* Ita & qui membrum abſcidit, &

mutilauit

mutilauit *cap. in Archiepiſcopatu, de raptor. Clementi ſi furioſus, de homicidio*, quia in membri abſciſſione demitur pars vitæ, vt ait Baldus *in l. reos numero quarto, Cod de accuſationibus*, Soto *in* 4. *ſententiarum. diſtin.* 15. *quæſt.* 1. *articulo* 3. *concluſ.* 4. Suarez *tom.* 5. *diſput.* 44. *ſect.* 2. *num.* 3. *&* 4. Quo reſpexit D. Chryſoſtomus *homil.* 63 *ſuper Matthæum*, ibi, *Qui ſe abſcindit, quæ homicidarum ſunt præſumit, præcipuéque maius delictum videtur cum ſe caſtrauerit, quia maiori periculo mortis ſe obiicit.* Et euidentiori vt ait Iuſtin. *Nouella* 142. *de his qui eunuchos faciunt in principio*, ibi: *Quia nec ſic quidem à tam impia actione temperatur, ſed in tantam multitudinem hoc flagitij genus excurrit, vt ſæpè numero à multis vix pauci euadant incolumes, vſque adeò, vt quidam ex iis, qui ſeruati fuerunt, depoſuerint è nonaginta ægrè tres ſeruatos eſſe.* Adicit, & alias rationes Baldus *in leg.* 1. *Codic. de eunuchis, & in dict. l. reos*, quas recenſet Ameſcua *de poteſtate in ſeipſum, libro* 1. *cap.* 9. *num.* 11. *cum ſequentibus.* Farinacius *de de-*
45 *lictis tom.* 4 *quæſt.* 128. *num.* 32. † Vnde efficitur talis irregularis, ita vt abſque diſpenſatione non poſſit ad ſacros ordines aſcendere, nec promotus eos miniſtrare, quia inimicus Dei, creationis, naturæ, quæ exiſtit: quæ verba eleganter poterunt explicari ex traditis à Leone *Nouella* 60. & Abulenſi *in Matth. tom.* 5. *c.* 19 *q.* 91.

46 Quare Origenis factum, qui vt honeſtius viueret, imprudenter ſe caſtrauit, ab Eccleſia damnatum eſt, vt refert Baronius *tom.* 3. *Annal. anno* 230. *num.* 5. poſt Euſebium *libro* 6 *cap.* 13. & ita Demetrius Alexandriæ Præſul eum ab Eccleſia repulit, & D. Athanaſ. *epiſtol. ad Solitarios*, Leontium Arrianum Epiſcopum, qui ſe caſtrauerit ſimiliter increpat, & duo Monachi Ægyptij, qui Origenem imitati ſeſe abſciderunt, communione fuerũt priuati, & à nemine Orthodoxorũ Antiſtitum peruagãtes orbem recepti, fuerunt ſed eiecti ab omnibus, vt refert Baronius, & Ameſcua *ſupra*, tradunt multa in propoſito Couarruuias *in Clementina ſi furioſus in principio à num.* 6. *de homicid.* Petrus Gregor. *libro* 7. *ſyntag. cap.* 2. *numero* 16. *&* 30. Petr. Plaça *de delictis libro* 1. *cap.* 24. *numer.* 29. *&* 12. Ameſcua *de poteſtate in ſe ipſum dicto libro* 1. *cap.* 9. *num.* 19. qui de hac re multa referunt, & quomodo ſit accipiendum illud Euangelicum Matth. *capit.* 19. *Et ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum*, de cuius explicatione poſt reliquos Patres videndus Abulenſis *ſupra quæſtione* 86. *cum ſequentibus.*

47 *Secundò*, infero eunuchos apud Romanos ignominioſos, & infames fuiſſe, quod probatur ex D. Baſilio *dicta epiſtol.* 87. *ad Simpliciam*, ibi: *Nec ignominioſum illud eunuchorum genus, &c.* & Mamertin. *in Panegyrico Iuliani* id ſatis inſinuat, & quam infamis, & abiecta fuerit eunuchorum conditio his verbis, *Vix pauci extiterunt quorum virtutibus deferretur, cæteri perditiſſimum quemque ex aulicis frequentabant, vti quiſque per artes turpiſſimas Imperatori acceptiſſimus videbatur, nec vires quidem, ſed mulierculas exambibant, nec fœminas tantum, ſed ſpadones quoque, quos à conſortio humano extorres, ab vtroque ſexu aut natura origo, aut clades corporis ſeparauit: ita præclara illa veterum nomina ſordidiſſimum quemque, & improbiſſimum adulabantur.* Qua credo ratione Senecam Mecœnatem vellicare *epiſtol.* 114. quod bellis ciuilibus ſtrepentibus ſpadonibus comitatus ambularet in publico. Item & Marc. Anton. ingratum in Dictatorem ſuum, & Romam quam ita lacerauit, vt quæ pleriſque vrbibus libertatem reddiderat, ipſa tributum ſpadonibus penderet, *libro* 5. *de benefic. cap.* 16. Et Lucianus in Eunucho, eos à Philoſophiæ ſtudio arcendos, & remouendos eſſe opinatur. Quemadmodum Theodoſius ſua conſtitutione ab omnibus interdixit officiis, vt Suidas retulit, ſic & Alexander Imperator, referente Lampridio *in eo num.* 23. eunuchos de miniſterio ſuo abiecit, & cum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuiſſet, ad certum numerum eos redegit, nec quidquam in palatio curare voluit niſi balnea fœminarum, cum pleroſque eunuchos rationibus, & procurationibus præpoſuiſſet Heliogabalus ac illis, & veteres ſuſtulit dignitates. Verba ſunt Lampridij in Alexandro, & poſtea ita ait *num.* 66. ibi, *Eunuchos neque in conſiliis, neque in miniſteriis habuit qui ſoli Principes perdunt, dum eos more gentium aut Regum Perſarum volunt viuere qui à populo amiciſſimum Principem ſemouent qui internuncij ſint.* Qui poſtea adiicit Conſtantinum eos ab ſe ablegauiſſe, & domeſticis neceſſitatibus cum intellexiſſet eos peſtem eſſe reipublicæ mancipaſſe. Sic etiam, & Miſithæus ille Gordiani ſocer doctiſſimus vir ad eum ſcripſit his verbis epiſtolam, referente Capitolino *in Gordiano* 3. ibi, *Euaſiſſe nos grauem temporum maculam, quæ per ſpadones, & per illos qui tibi amici videbantur.* Eodem modo conſtat ex vita Sanctæ Sabæ reiectos à conſortio Monachorum eunuchos, & Imperatorem eunuchum creari nefas eſſe Euagrius ait
*libro* 4. *cap.* 2. † Quæ turpitudinis cauſa maximam 48
admirationem inter priſcos concitauit, cum Eutropium eunuchum ad Conſulatus auguſtiſſimum faſtigium aſcendiſſe viderent, vt indicat Claudianus *in Conſul. Manlij Theodori verſ.* 265. ad id reſpiciens,

—— *Non hic violata curulis*
*Turpia non Latios inceſtant nomina faſtos.*
*Fortibus hæc conceſſa viris, ſoliſque gerenda*
*Patribus, & Romæ nunquam latura pudorem.*

Ita enim pro monſtro habitum eſt, vt eunuchus ſummam hanc attigerit dignitatem, vnde & merito idem Poëta *lib.* 1. *in Eutrop.*

*Omnia ceſſerunt eunucho Conſule monſtra*
*Heu cœli, terreque pudor.*

Docet latè ex Sozimo *libro* 5. *hiſtor.* & aliis Baronius *tom.* 5. *anno* 399. *num.* 4. & ideò Marcellinus Comes *in Chroni.* ita ait, *Eutropius omnium ſpadonum primus atque vltimus Conſul fuit.* Quæ denotant magnum quidem dedecus illius ſæculi magnumque vulnus
Romanæ maieſtati impreſſum fuiſſe. † Accedit vi- 49
tæ fœdiſſima conditio cum potentiorum libidini deſeruiſſe eunuchos varia antiquorum monumenta teſtentur. Seneca *epiſt.* 95. ibi, *Tranſeo puerorum infœlicium greges, quos poſt conuiuia, aliæ cubiculi contumeliæ expectant.* Martial. *lib.* 9 *Epig.* 7.

*Non puer auari ſectus arte mangonis.*
*Virilitatis damna mœret erepta:*
*Nec quam ſuperbus computet ſtipem leno,*
*Dat proſtituto miſera mater infanti.*

Et *epig.* 9.

*Tanquam parua foret ſexus iniuria noſtri,*
*Fœdandos populo proſtituiſſe mares.*

Quintilianus *libro* 5. *inſtit. cap.* 12. ibi, *Mancipiorum negotiatores forma puerorum vtilitate exciſſa lenocinantur. Neque id ſerio ſpecioſum fieri putabo, quod ſi naſceretur monſtrum erat, libidinem iuuet ipſum effœminati ſexus mendacium.* Quod non ſolum in ſeruis locum habuit, verum & in liberis hominibus, quod maximè mirandum, vt cum verborum pondere tradit Iuuenalis *ſatyra* 10. *verſu* 300.

*Præterea caſtum ingenium, vultumque modeſtum*
*Sanguine feruentem tribuat natura benigna.*
*Larga manu (quid enim conferre poteſt plus.*
*Cuſtode, & cura natura potentior omni?)*
*Non licet eſſe viros, nam prodiga corruptoris*
*Improbitas ipſos audet tentare parentes.*
*Tanta in muneribus fiducia! nullus ephebum.*

*Deformem*

*Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus.*
*Nec prætextatum rapuit Nero loripidem.*

Quod etiam innuit Vlpian. *in leg. 3. §. alio verſ. qui*
50 † *hominem, D. ad l. Corneliam de ſicar.* dum lege Corne-
lia prohiberi ait, ne quis hominem libidinis cauſa ca-
ſtrare audeat, cuius rei etiam meminit Paulus *lib. 5.*
*ſent. tit. 23. §. 7.*

51 Neque his limitibus illius ſæculi corruptiſſimi
improbitas ſeſe continuit, nam etiam, & mulierum
adeò etiam excreuit libido, vt ſeruos vel alios pue-
ros pulchriores caſtrare procurarent (vt ſic non de-
clinarent à Semirami Babylonis regina, quæ prima
hanc iniuriam humanæ naturæ inferre auſa eſt) vt
ſine partus metu ſuos infames peragerent concubi-
tus, quod Martialis mordet *libro 6. Epigram. 62.* quem
hic honeſtas ſilentio compreſſit, & *dict. Epigram. 7.*
*libro 9.*

*Tibi ſumme Rheni domitor, & parens orbis,*
*Pudice princeps, gratias agunt vrbes,*
*Populos habebunt, parere iam ſeclus non eſt.*

Et *lib. 9. c. 2.*

*At prius, ô mores! & ſpado mœchus erat.*

Non minori elegantia Iuuenal. *Satyra ſexta*
*verſ. 368.*

*Sunt quas eunuchi imbelles, & mollia ſemper*
*Oſcula delectent, & deſperatio barbæ,*
*Et quod abortiuo non eſt opus.*

Et paulo poſt,

*Conſpicuus longe cunctiſque notabilis intrat*
*Balnea, nec dubie cuſtodem vitis, & horti*
*Prouocat à domina factus ſpado, dormiat ille*
*Cum domina!* ——

† Quam ob cauſam ab Horatio dicuntur turpes *li-*
*bro 1. Od. 37.* vbi Cleopatram introduxit,

*Contaminato cum grege turpium*
*Morbo virorum* ——

52 Et Iuuenalis *Satyra 2. verſ.* 110. de Romanorum
ſceleribus agens, ait inter eos nec pudorem in
verbis inueniri, ſicut apud Gallos Cybeles ſacer-
dotes.

*Nullis verbis pudor, aut reuerentia menſæ.*
*Hic turpis Cybeles, & fracta voce loquendi.*

† Sic etiam ſuſpecta maximè fuit Titi Auguſti libi-
53 do, vt ait Sueton. *in eo cap. 7.* propter exoletorum, &
ſpadonum gregem. Et Imperator Alexander opti-
mus Princeps, vt ait Lampridius *in eo num. 34.* eunu-
chos quos Heliogabalus in turpibus conſiliis habe-
bat, donauit amicis. † Quæ lues cum ita ſerperet,
54 tantumque inualuiſſet portentoſa illa libido, Domi-
tianus Imperator iure pudicus Princeps à Martiali
ob hanc cauſam dictus, caſtrari mares vetuit, ita
docentibus Sueton. *in eo cap. 7.* Xiphilino, Euſebio,
& Caſſiodoro *in chronic.* & Ammiano Marcel. *li-*
*bro 18. num. 8.* Ad quod alluſit Martialis *dict. libro 9.*
*Epigramm. 2. & lib. 9. Epigramm. 7. & 9.* conſtitutioque
Hadriani *in l. 4. §. idem, D. ad legem Corneliam de ſica-*
*riis*, vbi cum Hadrianus ait *conſtitutum eſt, ne ſpado-*
*nes fierent*, referendum eſt ad Domitiani edictum,
vt rectè *ibi* agnoſcit Gothofred. † Poſtea autem cum
55 id per deſuetudinē aboleretur, Imperator Hadrianus
pœnas auxit, vt *in dicto §. idem*, animaduertimus,
cauitque ne ſeruum, liberúmve inuitum, ſinentém-
ve caſtrare aliquis auderet. Quod ſi aduerſus hoc
edictum fieret, medico, qui exciderit, capitalis ſen-
tentia fuit impoſita, & ipſi, qui ſe ſponte exciden-
dum præbuerit, item & qui ſeruum caſtrandum tra-
diderit, *l. is qui 6. ff. ad legem Corneliam de ſicariis.* †
56 Quod poſteriori ætate innouauit Conſtantinus
Magnus *in l. 1. & 2. Cod. de eunuchis*, pœna capitis in
reos ſtatuta. Et Iuſtinianus, & Leo Imperatores, il-
le *Nouella 142. de his qui eunuchos faciunt*, hic *Nouel-*
*la 60. de pœna caſtratorum.* Vltimóque noſter Alphon-
ſus *in l. 13. titul. 8. part. 7.* eandem pœnam tranſcripſit.
Obſeruant Cuiacius ad titulum *Cod. de eunuc.* Biſſon.
*libro 2. ſelect. cap. 21.* Don. Laurent. Ramirez ad Mart.
*libro 2. Epigrammat.* 60. Petr. Plaça *de delictis libro 1.*
*cap. 24.*

Tertiò deduco, quod cum ex alieno teſtamento 57
capere olim maximo in honore haberetur, quantum-
libet modicum ſupremo morientium iudicio relin-
queretur, *l. Iulianus 26. ibi, honore proprio omiſſo, ff. ſi*
*quis omiſſa cauſa, l. 3. §. hoc autem*, ibi: *Non enim quæ-*
*rimus cui acquiratur, ſed cui honor habitus ſit, ff. de le-*
*præſtand.* vbi ex Cicerone & aliis probant Gotho-
fred. & Oſuald. *ad Donel. libro 6. cap. 19. littera A.* Spa-
dones tamen non potuerunt, quemadmodum nec
facere teſtamentum, ita nec ex eo capere, vt proba-
tur ex Valerio Maximo *libro 7. cap. 7.* vbi cum qui-
dam Surdini libertus Gennutium eunuchum hære-
dem inſtituiſſet, eum ab hæreditate repulit Prætor,
quòd diceret Gennutium amputatis ſui ipſius genita-
libus corporis partibus, nec virorum, nec mulierum
numero haberi. † Similiter etiam cum veteres ho- 58
nori maximè ducere ſolerent cum teſtamento dece-
dere, *l. pater 28. ff. de rebus auct. iud. §. 1. Inſtitut. quibus*
*manumiſſ. non licet l. & quibus 6. de interrog. action.* no-
tant Mynſinger. & Balduinus, & cæteri *in dicto §. 1.*
& Ciceronis probant auctoritate, hic honor eunu-
chis fuit denegatus, vt indulgentia noſtræ legis cla-
rè innuit. † Et elegantius ſuadetur ex Plauti faceti 59
facetiſſimo loco in Curculione actu primo principio
vbi introduxit Palinurum ſeruum Phædromo iuueni,
dominoque ſuo conſulentem, vt à mulieribus nu-
ptis, matroniſque abſtineat, redditque rationem his
verbis,

*Ita tuum conferto amorem ſemper, ſi ſapis.*
*Ne id quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro.*
*Semper curato ne ſis inteſtabilis.*
*Quod amas, ama teſtibus præſentibus.*

† Quem locum, vt enucleemus, obſeruo, inter alias 60
pœnas adulterij caſtrationem fuiſſe, vt variis bono-
rum auctorum teſtimoniis probat Briſſonius *ad legem*
*Iuliam de adulteriis verbo viro deprehenſam domi ſua.*
Demſter. *in Paralip. ad Roſin. libro 8. antiquitat. ca-*
*pite 24.* Ramirez *ad Martial. libro 2. Epigram. 60.* Fuit
etiam, & alia pœna, vt adulterij crimine damnatus
teſtimonium ferrè non poſſet, *l. qui teſtamento 20. §.*
*mulier, de teſtamentis*, qui autem ferre teſtimonium
prohibitus eſt, nec facere teſtamentum poteſt, *l. is*
*cum 18. l. cum lege 6 de teſtament.* notat Gothofred. *per*
*tum ibi in l. ob carmen. littera L. Digeſt. de teſtibus*,
Pichardus *in §. teſtes num. 41. de teſtamentis*, poſt Con-
nan. *lib. 9. comment. cap. 5. num. 2.* Hotoman. & reliqui,
*verbo inteſtabilis.* Quibus præſuppoſitis Poëta ludit in
æquiuoco, id eſt, fuge à nuptarum concubitu, ne ſi
deprehendaris à marito fias inteſtabilis, id eſt ne ca-
ſtreris, (quoniam eunuchi non poterant nec ferre
teſtimonium, nec teſtamentum facere.) Quod amas
inquit, ama teſtibus præſentibus, id eſt mulieres
quarum aſſequutione conſerues tua virilia. Ita ferè
loquitur idem Plautus *in Milite glorioſo, actu vltim.*
*circa finem*, vbi Pyrgopolynices captus in domo
Periplectomenis ſenis qui ſe maritum fingebat, iu-
betur vapulare, & pœnas pro mœcho luere, iube-
turque coquus cultrum adducere, vt genitalia militi
abſcindat, plorat miles, & excuſationem parat di-
cens,

*Viduam eſſe cenſui, atque ita ancilla conciliatrix*
*dicebat mihi,*

Periplectum. *Iura te nociturum eſſe homini de hac re*
*nemini,*
*Si te ſaluum mittimus venereum nepotulum.*

Pyrgopol. *Iuro per Venerem, & Martem me nociturum*
*nemini,*

Quod

*Quod hic hodie vapulo, ſed mihi id aquè factum arbitror.*
*Etſi inteſtatus non abeo hinc, benè agitur pro noxia.*
Peripl. *Quid ſi id non faxis?*
Pyrg. *Vt viuam ſemper inteſtabilis.*
Car. *Ergo des minam auri nobis.*
Pyrg. *Quamobrem?*
Car. *Saluis teſtibus.*
——*Vt te hodie hic amittamus, &c.*

61 † Quem locum debeo doctiſſime, & omnigena eruditione mirum in modum exculto viro Ioan. Aguilario olim ſemperque Præceptori meo bonorum litterarum Antiquariæ inclytæ meæ patriæ Doctori, cuius nomen hic ſilentio inuoluere nefas putaui, tum ob Magiſtri memoriam, qui me reddidit meliorem, vt ille iuuenis Aquilius dixit *in l. Aquilius de donat.* tum vt ſuum domino reſtituerem, videndus quoque Langlæus *lib.8. ſemeſt. c.7.*

62 Vltimo infero adeò fuiſſe caſtrationem crudeliſſimum ſupplicij genus reputatum, vt in magnis criminibus mortis vicem ſubierit apud Conſtantinopolitanos Imperatores, qui præcipuè hanc pœnam in perduellionis reos exercuerunt, & quos ab imperatorio culmine deiectos occidere potuiſſent, in eos caſtrationem decernebant, vt de Heraclio narrat Zonaras 3. *tom. Ann. in Phoca*, qui Phocam ſuperatum caſtrari iuſſit. Sic & Michaël Imperator à Leone Armenio in inſulam relegatus Theophilactum filium Imperialibus acclamationibus honeſtatum virilibus detractis habuit in deportatione comitem, vt memoriæ prodidit idem Zonoras in Michaële. Cui coniungendum eſt quod ſcriptum reliquit Euſebius *libro 8. hiſtor.* Galerium, & Maximinum in Paleſtina nouo tormentorum genere aduerſus Chriſtianos ſæuientes caſtratos ipſos in metallum dediſſe, vide Cerdam *in aduerſar. c.128. n.17.*

63 Sed cum hic ſtatus eſſet eunuchorum (vt filum noſtræ diſputationis recolligamus) Imperator Conſtantius eos ab hac infamia liberauit, quia plurimum apud eum & gratia, & fauore valuerunt, vt docemur ex Ammiano Marcel. *libro 14. hiſtor.* & Diuo Athanaſio *epiſt. ad Solitarios*, his verbis: *Eodem & cæteros ſpadones prouocat, plerique enim apud Conſtantium vel potius omnes eunuchi ſunt, omniaque apud illum poſſunt, & ſine illis nihil erum ibi agitur.* Et poſtea: *Lex vetuit eunuchos in Concilium Eccleſiaſticum aſſumi, atque illi nunc Eccleſiaſticorum iudiciorum Principes reputantur, & quod ipſis videtur Conſtantius iudicat. Quis iſta narranti fidem habebit? ſpadones, quibus domorum gubernacula vix creduntur, illos nunc Eccleſiis dominari?* Et Diuus Nazianzenus *de laudibus Heronis*: ibi, *Ij prætereà qui nec virorum, nec mulierum numero cenſendi ſunt, quorum magna erat apud eum (Conſtantium) auctoritas & potentia.* Huiuſce rei cauſam tradit Baronius 3. *tom. anno Chriſti 337. n.10.* ex Ruffino *libro 1. hiſtor. cap.11.* Eunuchorum ſcilicet opera Conſtantini obitum vſque ad Conſtantij aduentum fuiſſe ſilentio ſuppreſſum, vt ſic melius ſuum confirmaret contra fratres Imperium. Quo munere delinitos eis inter alia priuilegia, hanc teſtandi dedit indulgentiam.

4 Quæ etſi occaſione illius ſeruitij fuerit indulta, adhuc ratione non caruit, cum inter eunuchos quamplurimi fuerint & bello, & literis inſignes, vt Phauorinus ille magnus Philoſophus temporibus Hadriani (refert Spartianus *in Hadriano num. 15.*) cuius eſt nobilis apud A. Gellium mentio, & Narſes Iuſtiniani glorioſus dux, cuius apud hiſtorias eſt nobilitata memoria. Valerianus quoque ſpado natus fortiſſimus bellator apud Ammian. *libro 27. num. 22.*

Origenes Adamanthius, & Dorotheus, de quibus multa in Eccleſiaſticis hiſtoriis. Item & ille Creſcens Reginæ Candacis eunuchus, qui, vt Diuus Hieronymus *in catalogo Eccleſiaſticorum ſcript. vita 6.* docet, Apoſtolus fuit Æthiopiæ, vide Ioan. Lorinum *in Act. Apoſt. cap.8. verſ.27.* & Nereus, & Achilleus Eunuchi Martyres ſanctiſſimi. Baron. *in not. ad Martyrol. 12. Maij.* 65 † Fuerunt quoque puerorum cuſtodes, & Pædagogi, vt teſtatur Mart. *lib.3. epig.57.*

*Et Pædagogo non iubente, laſciui*
*Parere gaudent villico capi lati,*
*Et delicatus opere fruitur eunuchus.*

Quem locum variè accipiunt *Douza, Raderus, & Ramirez.* Mihi eorum interpretationes non placent, miſſamque facio Dorleani aliam ad Tacitum *libro 4. ann.* aientis hoc ita, quod turi ſpecioſi nutriebantur adoleſcentes, ex quibus fiebant ſpadones. Potius meum propoſitum firmo, capillatos pueros fuiſſe quis ignorat? Martialis *lib.10. epig.62.*

*Ludi magiſter parce ſimplici turbæ.*
*Sic te frequentes audiant capillati.* Laſciuos vocat pueros, id eſt ludentes *trauieſos, iuguetones*, ſonat apud nos, quemadmodum ipſe vocat hœdos, *lib.3. cap.39. & libro 1. epig.45. Laſciuos leprorum curſus;* & Horatius hederam laſciuam, & *lib.1. Sat.3.*

——*Vellunt tibi barbam*
*Laſciui pueri.*

Parebant igitur pueri (etiam non iubente Pædagogo) villico in opere rurali, quod proprium eſt puerorum. Sed de hoc alij. 66 † Fuerunt quoque eunuchi educatores, & primarum litterarum magiſtri. Plato *libro tertio de legibus*, qualis filiorum Temiſtoclis Sicinus teſte Herodoto *libro octauo quales B. Eugeniæ, Sancti Proteus & Hyacinthus*, Viuardus 11. Septembr. Ianitores & cubicularij principum, vt dixi *ſupra*, & fide eorum multoties experta habuerunt ex illis cuſtodes corporis ſui quamplures Principes, vt Cyrus teſte Xenophonte *lib.7.* Cyrip. Pharao *Geneſ. cap.39. & 40.* Aſſuerus, *Eſther. cap.1.* & Ochus Rex Perſarum Diodoro Sicul. *lib.6.* Iulianus Eutherium eximiæ fidelitatis eunuchum, cui omni ex latere peritia parem, nequelegiſſe ſe neque audiiſſe ſcribit. Fuereque Principum Conſiliarij, quique faciem eorum viderent. Heſter. *cap.1. & 2.* Ammia, *libro 16.* Vnde Herodotus *in Vrania*, ſcriptum reliquit apud omnes barbaros pretioſiores fuiſſe eunuchos, & cæteris honoratiores. *Nam pueros*, inquit, *quos forma præditos coëmerant, eos caſtrabant, ductóſque aut Sardis, aut Epheſum magna pecunia venundabant, apud barbaros enim pretioſiores eunuchi ſunt, quam qui non ſunt caſtrati in omni genere fidei gratia, atque vt alios per multos.* Cui congruit. Vlpian. *in l.27. §. etſi puerum 28. D. ad legem. Aquil.* tradens per caſtrationem effectum fuiſſe puerum pretioſiorem, de cuius illuſtratione latius *infra* agam *num.92.* 67 † Indeque ob id Plin. dixit *libro 13. cap.4.* apud Perſas regnauiſſe eunuchos, quia apud Reges plurimum habuerunt auctoritatis, & Tacit. 6. *ann.* ſcribit non deſpectum nomen Eunuchorum apud Barbaros vtroque potentiam habuiſſe. 68 † Denique facit quia æquum fuit ne tantis iniuriis ſupponerentur afflicti, cum ſit crudelitatis genus vltra illam naturæ iniuriam velle deſæuire, & vulnus ſauciato geminare, *argum. l. tam dementis 19 Cod. de Epiſcop. audien. l. omnes 32. §. præterea, Cod. de Epiſcop. & Cleric. l. omnes 13. Cod. de pœnis. l. Diuus de offic præſid. cap penult de cleric. ægrot.* vbi Gloſ. quibus adiungendus Caſſiodor. *libro 2. epiſtol. 21. & lib. 4. epiſtol. 7.* Cum multi potuerint effici ſpadones, aut propter infirmitatem, aut vim illatam, quod ſemper

per magis credendum eſt, vel ob aliquem fortuitum
caſum, vel quia ita nati ſunt, quo caſu lex videre-
tur accuſare naturam, cur integrum hominem non
produxerit, vt in alio propoſito dixit Iuſtinian *in l.4.*
*Codic.de libert.præter*, & in illis crimen proprium nul-
lum fuit, quod tantam cladem dedecoris ſupplicio
dignam effeciſſet, vt circa adoptandi facultatem eu-
nuchis concedendá notauit Leo Imperator *Nouel.26.*
inquiens, *Reiicit illos, ( lex, ) qui lethalia paſſi ſunt,*
*quorum tamen ( quòd iniuria affecti, generandique fa-*
*cultate priuati ſint) miſereri par erat.*
69 Verum his omnibus obſtare videtur Vlpian. *in l.*
*ſed eſt quæſitum 6.ff.de libert. & poſthum* vbi tanquam
certum ſupponit ſpadonem, & eunuchum potuiſſe
facere teſtamentum. Qui cum tradat poſſe ſpado-
nem ex ſe naſciturum poſthumum inſtituere cum
poſſet generare, caſtratum verò non poſſe, quia in
eo aptitudo generandi non ſit, indicat non fuiſſe du-
bitatum an poſſet teſtari, de quo quæſtio nulla, im-
mo certum erat *l.4. D. de teſtament.* ſed an poſſet in-
ſtituere poſthumum, alias autem ſi teſtamentum fa-
cere non poſſet, ad quid Iuliani Proculum ſequen-
tis neceſſaria erat auctoritas? Vnde innuit Vlpian.
caſtratum etſi non poſſet poſthumum inſtituere, alios
70 tamen potuiſſe. † Cui difficultati ( quam nemo vi-
dit: nam cum de ea lege longè ageret Caldas *de no-*
*minat.Emphyt.quæſt.14.ex num.21.*nec vllum verbum
de hac difficultate protulit ) non ſatisfaciet qui dixe-
rit cum Gothofred.*in præſenti*, & Cuiacio *in d. lib. 6.*
caſtratos olim potuiſſe facere teſtamentum, non ta-
men cæterorum exemplo, ſed diuerſimodè, id eſt
cum decimum octauum annum attigerint iuxta do-
ctrinam Pauli *libro 3.ſentent. titul.* 4.§.2. quod hac le-
ge remittitur, & iubentur teſtari. Nam in noſtra le-
ge indiſtinctè dicitur *Eunuchis liceat facere teſtamen-*
*tum.* Quod clarius denotat antea non potuiſſe. De-
inde ſubiicit Imperator, vt poſſint exemplo omnium
componere poſtremas voluntates, quod non ad æta-
tem, ſed ad facultatem relinquendi, vel ex teſta-
mento, vel ab inteſtato referri debet: verbi gratia,
ſi ab inteſtato moriturus per fideicommiſſum hære-
dem grauauerit, §. *præterea cum aliis de fideicommiſſ.*
*hæredit. iuncta leg.1.§.ſed ſi filius, de leg. 3.* Vel pone
vt in poſthumo alieno, qui etſi ex teſtamento non
poſſit hæres inſtitui, legitimus tamen eſſe non pro-
71 hibebatur *l.penult.ff.de leg.1.* † Pro huius difficulta-
tis explicatione conſtituo cum Alciato *in d.leg.ſpado-*
*num 128.de verborum ſignificat.num.1.* Anton. Auguſt.
*d.libro 3.cap.5.* Petro Gregor. *d libro 7.cap.2.num.27.*
Caldas *ſupra num.25.* Merillo *libro 1. obſeruat.cap.25.*
Morla *in emp. titul. de legibus quæſt. 11.num.27. & ſe-*
*quentibus.* Spadonis nomen generale eſſe, quod com-
prehendit omne eunuchorum genus, & Thlaſias, ſci-
licet quibus teſtes ſunt fracti, & Thlibias, qui at-
tritos eos habent, *l.ſpadonum 128.de verborum ſigni-*
*ficat. l.hi quoque ff. ad legem Corneliam de ſicariis*, &
caſtratos quibus abſciſſa eſt ea pars corporis, necnon
etiam ſpadones, qui membris quidem ſunt integris,
& incorruptis, ſed naturæ vitio quodam infecti, vt
ait Theophilus *in §.ſed & illud, Inſtitut. de adoptioni-*
*bus*, generare non poſſunt ex ratione tradita à Gale-
no *in vſu part.libro 15.*& Barboſa *in leg.1.ff.ſoluto ma-*
*trimonio 1.part. num.91.* verum vel ex Dei beneficio,
aut naturæ in dies vires ſumentis indulto, aut Me-
dicinæ arte poteſt hoc vitium infœcundi ſeminis ſu-
ſtolli, hic tamen poteſt matrimonium contrahere,
*vt in dict.l.6.& in l.ſi ſerua 39.§.ſi ſpadoni ff.de iure do-*
*tium, l.alumnos, 14.§. final. de manum vindicat.* facit
*l.2 §.illud l.adrogato 40.§.final.de adoption.* Caldas *dict.*
*quæſt. 14. numero 27. & ſequent.* At vero quibus ab-
ſciſſa eſt ea pars, & ferro diminuta, ob id caſtrati
dicti, id eſt caſte nati quales ſunt eunuchi vtroque
teſte carentes, hi minimè contrahere potuerunt, vt
*in dict.iuribus* notat Alciatus *in dict.l.ſpadonum num.4.*
*& ſequent.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 7.diſ-*
*putat. 92. ex num.17.* Barboſa *ſupra num. 93.* atque ita
declarauit Sixtus V. Pont Maxim. *in motu proprio edito*
*anno* 1587.quem referunt Gutierrez *lib.1. can.c.16.* &
Sanchez *d.n.17.*
Vnde patet mens *dict.legis 6.* in qua ſpado poteſt 72
poſthumum inſtituere ſicut, & adoptare, quia etſi
generare facilè non poſſit, tamen poterit euenire, vt
impedimento ſublato aliquando valeat, & rectè cre-
datur facta poſthumi inſtitutio. Quæ fuit doctrina
Theophili *ſupra*, qui de adoptione loquens ait, pro-
pter ſpem ſanitatis adoptionem ab eis factam valere.
Cui congruit Galenus *d.libro 15. de vſu part.* docens
ſpadones propriè dici, quibus meatus ſeminis con-
tortus eſt, vt ſemen quod in virgæ flexibus hæret
ferri prorſus nequeat, idque comprobari ipſa cura-
tione, ſi quidem vinculo illo abſciſſo generant, at-
que ita matrimonium contrahebant, vt conſtat
ex ſupradictis, & tradit Iuuenal. *ſatyra prima,*
*verſ.22.*

*Cum tener vxorem ducat ſpado.*

Et ideò tanquam ex vxore ſuſcipienda poſſunt poſt-
humum ex ſe naſciturum inſtituere, ratio eſt, quia
omnis maſculus poteſt poſthumum ex ſe naſciturum
inſtituere, ſiue iam maritus ſit, ſiue nondum vxorem
duxerit, *l.4.de liber. & poſthum.* † Quod tamen ex 73
iuris ratione procedit, qua licet talis inſtitutio non
videretur admittenda, quia poſthumus neque in re,
neque in ſpe ſit: vnde videtur ea inſtitutio inutilis,
vtpotè fundata ſuper non ente, *argumento l. eius qui*
*41.verſ. nam ſi nominatim, ff.de rebus creditis, l.quidam*
*referunt 14 verſ.eſſe enim, de iure codicillorum*, tamen
admiſſa eſt à Iure Conſulto, cum cenſeatur collata
in tempus habile, ſcilicet quo conceptus, & natus
fuerit poſthumus, *l. in tempus 62. de hæredibus inſti-*
*tuendis*, & ideò tacitam conditionem habet, ſi na-
ſcatur poſthumus, *l.1.in fine de condit. & demonſtr. l.*
*quod in rerum 24. in principio de leg.1.* notat eleganter
Fachin *4.controuerſ.cap.89. & 90.* Menochius *de præ-*
*ſumptionib. 21.*& Pichardus *in lectione ad legem Gallus*
*in principio numero 37. & ſequenti.* † Solet enim iu- 74
re admitti, vt propter ſpem ſuſtineatur actus, qui alias
valere non poterat, *l. intercedit 59.l.eum qui 104.ff.*
*de condit.& demonſtr.l. Statius 48.§.final.de iure fiſci,*
vbi legatum adſcriptum ei, qui poſtea in inſulam
fuit deportatus non intercidit, quia poteſt reſtitui,
vt *in l.de ſentent. paſſis*, & hoc inſinuat Conſultus *in*
*dicta l.4.* ibi: *Et qui nondum vxorem duxit poſtea ma-*
*ritus effic.* Quod præcipuum eſt in noſtro caſu, vbi
cum rectè contrahere poſſit ſpado, ei non eſt impe-
dimentum ſterilitas, quæ poteſt remediis adhibitis
auferri, & ideò vt ait Paulus *in l. ſi quis poſthumos 9.*
*ff.de liberis, & poſthumis*, ibi, *Natura magis in ho-*
*mine generandi, & conſuetudo expectanda eſt quam tem-*
*porale vitium, aut valetudo propter quam abducatur*
*homo à generandi facultate.* Atque ita cum cauſæ *ſu-*
*pra* poſitæ locum non haberent in ſpadone, condere
potuit teſtamentum, & ſimiliter inſtituere ex ſe na-
ſciturum poſthumum. † Indéque Iure Conſultis mi- 75
nimè inter ſe conſentientibus circa pubertatis tem-
pus Paulus plenam pubertatem in ſpadone requiſi-
uit *libro 3.ſentent. titul. de teſtamentis, verſ. ſpadones.*
Ita eum accepit Antonius Auguſtinus *dicto capite*
*quinto*, nam non prohibebatur ſpado teſtari ſicut
caſtratus.

Ex ſuperioribus orta fuit dubitatio à Proculo agi- 76
tata, an poſthumum inſtituere poſſet caſtratus,
quæ ſane quæſtio primo aſpectu nugatoria videtur,
&

& ineptiæ plena, vt rectè ait Duaren. *ad titul. de liberis, & poſthumis cap. tertio, ſub rubrica, qui poſthumos inſtituere poſſunt*, qui tamen animaduertit, ſcopum Conſultorum illum fuiſſe oſtendere teſtamentum ſtatim nullum eſſe, in quo poſthumus inſtitutus eſt à caſtrato, ab eo ſcilicet qui liberos procreare non poteſt, nam cum fundamentum teſtamenti ſit inſtitutio hæredis, *§. ante hæredis, Inſtitut. de leg.* cum traditis ab Anton. Fab. *libro 14. coniectur. cap. 20.* Donello *libro 6. commentar. cap. 11.* Petro Gregor. *libro 42. ſyntagmat. cap. 9. numero quinto*, Anton. Pichardo *in §. in primis numero 7. de fideicommiſſ. hæredit.* Caſtratus qui inſtituit poſthumum non videtur hæredem inſtituere, ergo etiam ab initio nullum eſt teſtamentum, cum ex eo certum ſit per rerum naturam naſci non poſſe filium. Hæc tamen interpretatio non eneruat difficultatem: hoc eſt quod quærimus, ſi eunuchis adempta erat teſtamenti factio ante noſtram legem, cur Proculus eam inſtituit inueſtigationem, an caſtratus poſthumum poſſet ſcribere hæredem? † In quo abſtruſo iuris loco dum melio-

77 ris iudicij ingenia meliora excogitent, placebat, maximam habuiſſe dubitandi rationem Proculi ſententiam: nam etſi certum eſſet eunuchum non poſſe teſtari, tamen adhuc dubium erat quis eunuchus diceretur prohibitus, an caſtratus ob laſciuiam, vel neceſſitatem, vel ob ſterilitatem quia non poſſet facilè generare, vel quia impotens eſſet, vel ineptus, vel quia cum vno teſte natus, *l. qui cum vno 4. Dig. de re milit. l. 6. de ædil. edict. cum aliis.* Vnde poſt teſtamentum factum probatio erat neceſſaria, qua impugnaretur illud teſtamentum, tanquam factum à prohibito. † Quod non deſtituitur exemplo. Prætor bo-

78 norum poſſeſſionem concedit ſcriptis hæredibus, etiam ex illo teſtamento, in quo filius eſt præteritus, & ſolum inſpicit figuram teſtamenti, vt ad multorum iurium explicationem obſeruat Pichard. *in princip. Inſtitut. de exhæred. libert. numero 37. ita in l. filio 17. de iniuſt. rupt.* ex æquitate ſuſtinetur ſi filius præteritus non contradixerit, (de cuius explicatione conſule Anton. Fab. *de error. deciſ. 13. error. 3. & libro primo, coniect. cap. 19. & libro 9. cap. 14.* Oſualdo *ad Donell. libro 6. cap. 13. littera C.* Coſta *in §. & quid ſi tantum 1. part. numero 77.* Cujac. *libro 5. Reſpon. Pap. in d. l. 17.*) facit *l. 4. Codic. h. t. & l. 5. § ſancimus 17. Cod. de teſt. l. qui ex liberis 11. §. teſtamento, ff. de ſecund. tab.* Valuit ergo teſtamentum de facto, cum illud vitium fuiſſet ita intrinſecum, vt cerni facilè non poſſet, quod colligi videtur ex Sueton. *in Claudian. cap. 16.* ibi, *Plus notare conatus magna inquiſitorum negligentia, ſed ſuo maiore dedecore innoxios reperit, quibus cum cœlibatum, aut orbitatem obiiceret, maritos patres ſe probantibus*, quæ verba laudauimus *ſupra.* Sic etiam apud Val. Max. *dict. libro 7. cap. 7.* Genutij eunuchi inſtitutio valuit de facto, ſed poſtquam compertum eſt eunuchum eſſe, à Prætore repulſus eſt. Inde autem dubitatum fuit à Proculo, an illa ſpes, quam in ſpadone admiſerunt Caſſius, & Labeo etiam, & in caſtrato admittenda eſſet, itavt, & propter eam teſtari, & poſthumum inſtituere poſſet. Quod negauit, quia cum caſtratus eſſet, nec poterat inſtituere, quia ſterilitas ei impedimento erat, tempore deficiente aptitudine illa generandi, quæ in ſpadone animaduertitur, propter quam, & inſtituere poſthumum, & matrimonium contrahere non prohibebatur, *d. l. ſi ſerua 39. §. 1. ff. de iure dotium.* Hoc autem in caſtrato non inuenitur cum ipſe priuatus ſit aptitudine illa, & impedimentum non ſit temporale, & per caſtrationem impediatur teſtari, & ita cum myſterio Vlpian. non adduxit ſterilitatis rationem, ſed ſolum dixit vſum ita ferre, vt non poſſit inſtituere poſthumum.

*D. Franciſc. de Amaya, Obſeruat. Iuris.*

Quod ſi hæc tibi non arriſerint. Proculi ſenten- 97
tiam verius accipio in eo, qui cum eunuchus eſſet, & conſequenter non poſſet teſtari, ius teſtamenti faciendi ex Principis indulgentia fuit conſecutus. †

80 Quod fieri conſueuiſſe teſtis locupletiſſimus eſt Paulus *in l. ex facto 43. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* ibi: *Qui habebat mutum impuberem impetrauit à principe, vt muto ſubſtituere ei liceret* Vlpian. *in l. 3. §. idem 2. ff. de bonis libert.* ibi, *Idem etſi à principe liberam teſtamenti factionem impetrauit*: & Imper. Iuſtinian. *in l. ſi quando 35. in princip. Codic. de inoffícioſ. teſt. leg. obſides 11. de teſtament. iuncta l. ſed ſi 32. de iure fiſc. l. quart. Codic. ad S.C. Tertyll.* quibus adde doctiſſimum Gregor. Maderam *animaduer. libro ſing. cap. 18.* & Pichard. *in §. final. Inſtitut. quibus non eſt permiſ. num. 16.* facit *leg. prima ff. ad municip. & l. 2. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco public.* & quæ tradit Connan. *libro ſecundo, commentar. cap. 2.* Fueruntque apud Imperatores frequentiſſimæ huiuſmodi poſtulationes, quibus iuris laxatio introducebatur, vt poſt legem Papiam orbi, & cœlibes *ius trium liberorum*, petere conſueuerunt, vt à tutela excuſarentur, *Inſtitut. de excuſat. tutor.* vt in albo decurionum æquaretur pater orbus filios habenti *l. in albo 10. Codic. de decur. libro 10.* vt poſſent ſolum capere ex hæreditate, vel legato, hæredes ſcribi iuxta illum vulgatiſſimum Iuuenalis locum *ſatyra 9. verſ. 87.*

*Iura parentis habes, propter me ſcriberis hæres*
*Legatum omne capies, &c.*

Huiuſque priuilegij mentio extat multis in locis quos latè recenſet Rader. *ad Mart. libro ſecundo, epigram. 6. ipſi 63.* Ramirez *ibidem epigramm. 91.* Duaren *libro 1. diſputat cap. 40.* Gothofred. *in l. 1. Codic. de iure liber.* & alij etiam quos plena manu congeſſi *ſupra num. 26.* iuxta quæ Proculus *in dicta leg. 6.* illum caſum pertractat, in quo certum eſſet caſtratum factionem habere teſtamentariam, ille autem non potuit eſſe alius, niſi quando id impetrauerat ex Principis beneficio (quod vt dixi frequens erat.) Qua in ſpecie quæſitum eſt an poſſet poſthumum inſtituere, videbatur

81 ita dicendum. † Cum beneficia principalia latiſſimam habeant interpretationem *l. 3. D. de conſtitut. princip. cap. dilect. 6. de donatio*, cum traditis ab Eguin. Barone *ibi*, Anton. Fab. *in Iuriſprud. titul. 2. princip. 8. illat. 1.* Morla *in emporio titul. 8. quæſt. 1. per tot.* Thom. Sanchez *libro 8. de matrimon. diſput. 1. num. 4.* Duaren. *ad titul. de conſtitutione cap. 3.* Sed ea ratione minimè obſtante Proculus aſſeruit caſtratum eo in caſu non poſſe ex ſe naſciturum poſthumum inſtituere, quoniam, vt ait Iuſtinian. *in dict. l. ſi quando*, ibi, *Si talis conceſſio imperialis proceſſerit per quam libera teſtamenti factio conceditur, nihil aliud videri principem concedere, niſi vt habeat legitimam, & conſuetam teſtamenti factionem. Neque enim credendum eſt Romanum principem, qui iura tuetur huiuſmodi verbo totam obſeruationem teſtamentorum velle euerti* Congruit *d. l. 2. §. ſi quis à principe*, & quod circa illius exornationem obſeruant Couarruuias *libro 3. variar. cap. 6. num. 6.* Pinellus *in rub. Cod. de reſcind. 1. part. cap. 2. num. 7.* Mendoça *de pactis libro 1. cap. 5. num. 44. cum ſequentibus.* Cum ergo ius ſemper imitetur naturam, [vt poſtea dicam,] & per rerum naturam impoſſibile ſit caſtratum generare poſſe, rectè Proculus docet non poſſe poſthumum inſtituere, etſi à Principe ius condendi teſtamenti impetrauerit. † Neque obſtabit ſi ob- 82
iicias hoc non debuiſſe à Proculo tractari, quoniam diſpenſatio legum, quæ à Principe fit, cenſetur impoſſibilis, & ideò non eſt adducenda in diſputationem, vt notant D.D. laudati à Thom. Sanchez *de matrimon. libro 5. diſput. 5. num. 5. & 12. ex l. cum ſeruus 39. alias ex l. apud Iul. § conſtat, verſ. ſi verò delegatis primo.* Nam huic ſcrupulo reſpondeo Imperatorum

tempore huiuſmodi impetrationes fuiſſe frequentiſſimas, vt probat Anton.Auguſt.*de legibus cap de lege Papian & inſinuat dict.l.1.Cod.de iure liber.* & Vlpian. *in fragm.titulo 6.* §.1. vbi tradens aliquando virum,& vxorem ſolidum capere poſſe, etiamſi orbi eſſent, inter alios caſus connumerat, *ſi ius liberorum à principe impetrauerint*, & Matres hoc trium liberorum iure ad legitimam filiorum hæreditatem admittebantur ex Senatus-Conſulto Tertulliano § *poſtea Inſt de Senatus Conſulto Tertullian. & in dicto* §. *ſi quis à principe*, de eo quod laxato iuris rigore à principe conceditur, agit Iure Conſultus. Quibus ergo adducor, vt credam ea in ſpecie locutum Proculum: nam cum indiſtinctè dicat non poſſe poſthumum hæredem inſtituere, neque ſterilitatis mentionem faciat, vt in ſuperiori ſpadonis ſpecie, certum efficitur de eo loqui qui alias potuit teſtari ob indulgentiam principalem. Quæ interpretatio [cum de ea difficultate latè diſſeruiſſemus] placuit magis Nobiliſſimo viro Doctiſſimoque I. Conſult. D. D. Didaco de Arce Reynoſo, noſtri Conchenſis Collegij meritiſſimo alumno, & Salmanticenſis huius Academiæ Legum Anteceſſori Primario, & ideò in hoc tenebricoſo loco mihi plauſibilior videtur.

83 Ex qua inter caſtratos, & ſpadones differentia deſcendit intellectus ad Caium *in l. 2. §.illud ff. de adoptionibus, & lib.1.Inſtit.titul.5.§.ſpadonis*, & Iuſtin. *in §.ſed & illud Inſtit. eodem*, qui tradunt ſpadones, qui non poſſunt generare, adoptare poſſe, non vero caſtratos, quod confirmat Modeſtinus *in l. adrogato 40 §.fin.ff eo.* Cuius traditionis ratio in obſcuro latet: nam ſi ſpadonibus, qui generare non poſſunt permittitur adoptio, eadem & caſtratis permittenda erat, cum ſpado nihil amplius habeat quam caſtratus. Vterque ſpe, & aptitudine generandi priuatus exiſtit, & Caius id indicat illis verbis *quod & hi qui generare non poſſunt, quales ſunt ſpadones*, ergo non loquitur de iis, qui etſi non poſſint, tamen & ſpe potiundi matrimonij non deſtituuntur, vt *in d. l.6.*

84 † Quinimo ex alio capite augetur difficultas, nam ſi adoptio procedit ſecundum naturæ regulas, qua non poteſt filios habere qui generare non poteſt, *l. adoptio 16 ff.de adopt.* §. *minorem Inſtit.eodem*, vnde à Caio vocatur adoptio *naturæ imago, & ſimilitudo quædam*, obſeruant Mercerius *libro 2.opin.cap.8.* Anton. Fab.*in iuriſprudent.titul.10.princip.3. & princip.4.illation.11.* Inde ſequitur ſpadonem non poſſe adoptare cum generare non poſſit. At quemadmodum pro monſtro eſt, vt maior ſit filius quam pater, ita & monſtroſum eſt, vt qui generare non poſſit, habeat filium. Non enim debet plus eſſe in fictione, quam in veritate *l.filio quem pater 23.ff.de liber. & poſthum.l. fideicommiſſum 76. de condit. & demonſtrat.* Quibus rationibus nihil reſpondet Hotoſcius *ibi* neque Duaren.*ad titul.de adopt.cap.9.* neque Connan. *lib. 2. comment.cap.15. numero 9.* firmans nullam fuiſſe cauſam, cur in ſpadonibus aliud quam in caſtratis ſtatueretur. Quod tamen cauſam habuit, vt dicemus *inferius*.

85 Balduino ergo *in dicto § ſed illud*, Antonio Fabro *in iuriſprudent.titul.10 princip.1.illation.6. & princip.4. illation.3.* & Pacio *centur.1.quæſtion 32.*Caldas *de Nominat Emphyteut. quæſtion. 14. numero 18.* aſſentior, qui verius arbitrantur Caium & Iuſtin. loqui de ſpadone, qui non poteſt generare non propter vitium, ſeu impedimentum naturale, & perpetuum, ſed temporarium, & accidentale, quoniam in adoptante requiritur potentia, non quæ ſtatim poſſet peruenire ad actum, ſed quæ poſſet quandoque in actum reduci, quia naturale vitium nocere plus debet, quam accidentale, *l. ſi quis poſthumos in princip. ff. de lib. & poſthum.* Idque videtur colligi *ex l. Pomponius 6. ff. de ædil. edict.* vbi cum dicat ſpadonem morboſum non eſſe ſicut illum, qui vnum habet teſticulum, ſubiicit *qui etiam generare poteſt*, in qua clarè docet poſſe ſpadonem generare, cum dictio *etiam* ſit ampliatina, & aliquando ſumatur pro *quoque*, vt Grammatici ſæpius annotarunt. In quam interpretationem libentius inclinor, quod eam viderim probatam à Doctiſſimo Clariſſimoque viro D. Matthia Gonzalez de Sepulueda Regio in Prætorio Granatenſi Conſiliario, qui inter cætera ingenij ſui non inter moritura monumenta, dum in his Scholis plures Cathedras moderatur, Anthinomias iuris eleganti luculentáque methodo colligens dicta iura ſic explicauit. Atque ita illa verba, *quod & hi qui generare non poſſunt, quales ſunt ſpadones*, poſtea intelligi debent,id eſt actualiter generare non poſſunt, licet poſſint. † Verbum illud *Non* accipiendum eſt 86
pro *Nondum*, quemadmodum hæ voces promiſcuè vſurpantur, vt *in l.cum fidei 9.D.de fideicommiſſ.libert.* ibi, *vt nondum debeas præſtare fideicommiſſum*, id eſt *non debeat*, vt explicauit Cujac. *libro decimo quinto, obſeruat. cap.5. & lib.19.quæſt.Papin. in l.peto, §.fratre, Digeſt. de legat. 2.* concinitque illud Virgilij *libro 6. Æneid.*

*At Phœbi nondum patiens immanis in antro.*

Vnde etſi ſpado nunc non poſſit generare, adhuc ſpes eſt, quæ tamen in caſtrato apertè deficit,& ideò ille adoptare valet, hic vero minimè,cum ſecundum naturam vnus poſſit aliquando generare, alius autem nunquam: ratio fuit teſte Leone Imperatore *nouella 26.* ibi, *Nam quos natura ad generandum non idoneos agnouit, hos neque lex tali beneficio eſt affectura, l.2.tit.16.p.4.* Idque ſignificat Vlpian. *in l.Pomponius 6.§.fin. D. de ædilit. edict.* vbi comparatur ſpado cum eo qui vnum habet teſtem,quia in eo aptitudo generandi apertè animaduertitur. Sed hæc omnia ſuſtulit Leo *dicta nouel. 26.* qua permiſit caſtratis adoptare, reddita eius rei eleganti ratione: *Eunuchis, inquiens, liberorum adquiſitio quæ per legem fit, eſt neceſſaria, eoque magis quod vna hac ratione, vt patres ſint conſequantur, itaque liberorum miniſterio ipſis frui contingat quod inhumanum eſſet, ſi quod genitalibus priuati ſint, inſuper etiam priuarentur. Sed quemadmodum cui vocis vſus ademptus eſt, quæ linguæ munia ſunt per manum adimplere, & qui ſermonem labris fundere nequit per ſcripturam ad ordinandas res ſuas procedere non prohibetur, ita neque qui quod genitalibus priuati ſunt, liberos non habent, horum indigentiam alio modo compenſare vocandum eſt.*

Secundò ex ſupradictis infertur interpretatio ad 87
Paulum in *l.ſin autem 7. D.de ædil. edict.* Quo loci cum ex ædilium edicto teneantur, qui mancipia vendunt certiores facere emptores quid morbi vitij rei ſit *l.1.ff. illo tit.* quærit Conſultus, an ſi ſeruus caſtratus venditus ſit, tanquam morboſus poſſit redhiberi. In qua re videbatur dicendum morboſum non eſſe, quoniam ſpado non eſt morboſus, ſed ſanus *d.l. Pomponius* §.*fin.* & mulus etſi caſtretur, neque vitij neque morbi quidquam habere videtur, cum neque de fortitudine detrahitur eius, neque de vtilitate, vt probat. Vlp.*in l.ædiles 38.§.ſed enim, D. de ædilit. edict.* † Sed his non refragantibus Paulus 88
ait *in d.l.ſin autem* ſpadonem, cui tam neceſſaria corporis pars penitus abſit, id eſt caſtratum morboſum eſſe iuxta diſtinctionem traditam *ſupr.num.71.* Cuius traditionis nullus, quod ſciam aſſignauit rationem, quam petendam eſſe exiſtimo ex medicæ artis principiis, iuxta quæ, teſtes cum ſint procreationis organa, procreationeque ſola conſeruetur ſpecies, partes principales dicuntur, & fortaſſe ea ratione tãto corde præſtantiores,quanto ſpecies eſt indiuiduo nobilior.† Maxima ſanè & penè incredibilis eſt eorum vis non modo

modo ad fœcunditatem, ſed etiam ad temperamenti habitus ſubſtantiæ propriæ,& morum alterationem. Et ideo in eis alterum innati coloris fontem ſtatuit Galenus *lib.* 1. *de ſemine*, & velut lares ſocumque contineri vult, quo vniuerſum corpus incaleſcit. Hincque in Ægyptiis Hieroglyphicis, vt Regem ipſis ademptum, totaſque eius vires tractas ſignificarent, caſtratum pingebant. Temperies quoque immutatur, & ex calida in frigidam fit conuerſio ſtatim eunuchis, nec ſolum habitus verum & propriæ ſubſtantiæ, nec non morum & ingenij, vt docet Arabs Auenzoar relatus ab Andræa Laurentio *libro* 7. *de hiſtoria Anatomica cap.*7. *quæſt.*1. ibi, *In eunuchis, inquit, prætenuem vocem audimus, malos agnoſcimus mores, rationis ſunt peſſimæ, nec ferè inuentus eſt aliquis exactus bonæ legis, aut intellectus non diminuti*: congruit Ariſtoteles *libro* 3. *de hiſtoria animalium cap.*1. *& lib.*1. *de generatione animalium cap.*4. docens maximè conducere teſtes ad robur cordis, & ita illis exectis totius habitus, & temperamenti mutatio contingit, laxatis quippè habenis, & quaſi exſoluto cordis robore. Quapropter vt credo, Paulus noſter eam partem corporis neceſſariam appellauit *in dict. l. ſin autem*, & Baldus *in l.*1. *Cod. de eunuch. numero* 2. non immerito dixit omne animal excepto homine per caſtrationem in melius reddi, quod innuit Vlpian. *in dict. leg. ædiles*, §. *ſed enim*: nam homo abſciſſa virilitate mollior, debiliórque
80 redditur, & infirmior. † Imo accerrimo hoc dolore non paucos interiiſſe tradit Iuſtinian. *in Nouella* 142. *de his qui eunuchos faciunt in princ.* ibi, *Vt è multis vix pauci euadant incolumes, vſque adeo vt quidam ex his, qui ſeruati fuerunt ſub noſtro aſpectu depoſuerint ex nonaginta ægre tres ſeruatos eſſe.* Ratio eſt, nam calor omnis ad virilem virtutem vna cum membris abſcinditur teſte Luciano in Eunucho, & ideò non ineleganter Claudian. *lib.*1. *in Eutrop. verſ.*51. *de caſtratione Eutropij* diſſerens ait,

*Ambiguus vitæ iacuit penituſque ſupremi*
*In cerebrum ſecti traxerunt frigora nerui.*

91 † In quam ſententiam iurarunt omnes Proculiani, qui Stoicos ſecuti tenebant eunuchos imperfectos eſſe, vt firmat Lucian. *ſupra*, indéque Labeo exiſtimauit eunuchum eſſe morboſum, ita obſeruauit Agellius *lib.*4. *noct. Attic.cap.*2. inquiens, *De eunucho quidem quæſitum an contra edictum ædilium videretur venundatus, ſi ignoraſſet emptor eum eunuchum eſſe. Labeonem reſpondiſſe aiunt redhibere poſſe quaſi morboſum.* Ratio autem Labeonis, vt ipſe Agellius notauit, erat, *Quod morbus ſit habitus cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum eius facit deteriorem, ſed morbum alius in toto corpore accidere, alias in parte corporis.* Quæ verba mire conueniunt cum *dicta leg. ſin autem*, vbi non de ſpadone ſeu debili ad generationem loquitur Iure Conſultus *vt in* §. *anteced.*

92 Contra hæc tamen licet vera ſint iaculum videtur contorquere Vlpian. *in l. ſi ſeruus* 27. §. *etſi puerum* 28. *D. ad legem Aquiliam*, vbi per caſtrationem puerum effici pretioſiorem diſertè reliquit ſcriptum. Quod videtur confirmare Iuſtinian. *in l. vltima in fine principij, Cod. communia de legatis, & l* 1. §. *ne autem quantitas* 2. *Cod. de communi ſeruo manumiſſo.* Vbi in eligendis ſeruis legatis, & pretiis eorum conſtituendis eunuchi cæteris ſeruis pluris æſtimantur. Sed huic difficultati, & Vlpianus ipſe Achilleo more, & vulnus inflixit, & ſanauit: nam reſpondendum eſt cum eo, ædilitium edictum reſpexiſſe rei corpus an ſit, vel non morboſum, vel aliquod habeat vitium, quod corpus debilius, vel deterius reddat, ſecundum quod non poteſt negari, quin eunuchus non ſit morboſus, vt diximus. At ſi attendas eunuchorum apud antiquos miniſteria, officia, & occupationes pretioſiores cæteris ſeruis exiſtimabantur. Quintilian. *declamat* 340. ibi, *Quam multa facere poſſit aduerſus puerum mango iratus? Aut illi fortaſſè pretium exciſa virilitate producet*, & Claudian. *libro* 1. *in Eutrop. verſ.*45.

*Aduolat Armenius certo mucrone reciſos.*
*Edoctus mollire mares, damnóque nefandum*
*Aucturus pretium* ——

† Huiuſmodi miniſteria erant matronum cuſtodia. 93
Ammian. *libro* 16. ibi, *Eunuchi fieri ſemper acidi, carentes neceſſitudinibus cæteris acerrimi ſunt matronarum cuſtodes.* Obſeruat Alciatus *in l. ſpadonum* 128. *de verborum ſignificatione.* Petr. Gregor. *dict. l.*7. *ſyntag. cap.*2. *num.*10. & ita vocatos eunuchus ait Epiphan. *libro* 2. *contra hæreſes.* Quod beneuoli eſſent, & fidem didicerint ſeruare maritis. Præfectique fuerunt balneis mulierum lautiorum Lamprid *in Alexand. ſupra* laudatus. Monilia ſeruabant dominarum, veſtes, gemmas, ſtratum muniebant, crineſque pectere, & delicatorum vultus motis hinc inde volucrum pretioſarum plumis ventilare ſolebant, eleganter Claudian. *d. lib.*1. *verſ.*105. *de eunucho Eutropio.*

*Pectebat dominæ crines, & ſæpè lauanti.*
*Nudus in argento limpham geſtabat alumnæ,*
*Et cum ſe rapido feſſam proiecerat, æſtu*
*Patricius roſeis pauonum ventilat alis*

Et *inferius verſ.*416.

*Præfecti ſed adhuc gemmis veſtique dabantur*
*Cuſtodes, ſacróque adhibere ſilentia ſomno*
*Militia eunuchi nunquam progreſſa cubile.*
——*Secreta monilia ſeruent,*
*Ornatus curent Tyrios.*

Martialis *lib.*3. *epigr.*82.

*Et æſtuanti tenue ventilet frigus,*
*Supina praſino concubina flabello.*
*Fugatque muſcas myrtea puer virga, &c.*

Notant docte Fluuius Vrſinus *ad librum Petri Ciaconij de Triclinio Romano.* Barthius *ad Claud. d. lib.* 1. Dorleanus *ad Tacit. lib.*4. *fol.*448. & Don Laurent. Ramirez *ad Mart. d. epigram.*82. Domorumque gubernacula eunuchis credebantur, vt colligere licet
ex *Diuo Athanaſio ſupra.* † Ad quæ & alia quæ 94
laudati Auctores commemorant multorum fuit caſtratorum puerorum familia *Pædagogia* dicta, apud nos inde diducto vocabulo *Pages*, vt primus obſeruauit Cujacius relatus ab Dorleano, & Turnebus *libro* 8. *aduerſ. cap.* 9. Lipſ. *ad Tacit. libro* 15. *annal.* Pancirol. *libro* 2. *variar. cap.*88. † Ad idque reſpexit Se- 95
neca *epiſtol.*123. & Iur. Conſult. *in leg. quæſitum* 12. §. *ſi inſtructum* 32. *D. de fundo inſtruct.* ibi, *ſi inſtructum fundum legaſſet, & pædagogia quæ ibi habebat, vt cum ibi veniſſent præſto eſſent in Triclinio.* Quæ verba reſpiciunt morem cœnantium, qui ſi quando ad vrinam vrgerentur, matellas è manu Pædagogiorum poſcebant digitis pro voce crepantibus Mart. *d. epigr.*82.

*Digiti crepantis ſigna nouit eunuchus.*
*Et delicatæ ſciſcitator vrinæ.*

Ob quas cauſas eunuchum pretioſiorem vocaſſe Vlpianum credo potius quam quod in deliciis haberentur, vt exiſtimauerat Ant. Aug. *d. libro* 3. *emend. cap.* 5. *in fin.* & Caldas *ſupra numero* 33. in quam rem aduoco Vopiſcum in Aureliano, eunuchorum modum pro ſenatoriis profeſſionibus ſtatuit, idcirco quod ad ingentia pretia perueniſſent. Ex quibus patet quod ſi inſpicias corporis habitum, eunuchus morboſus erat, ſi vero diuitum, & opulentiorum affectionem pretioſior, idque Vlpianus ipſe indicauit *in d.* §. *etſi puerum*, cum ex ſententia Viuiani agi poſſe docet ex edicto ædilium tanquam puero iam reddito morboſo, v.g. ſi venditor poſt contractum celebratum puerum caſtrauerit, atque ita tradiderit.

96 † Dubitabilius tamen eſt quæ actio *in quadruplum* ſit quam cum ſupradicta coniungit Vlpian. Accurſ. *ibi* quem ſequitur Anton.Fab.*in ration. ad dict. §. etſi puerum*, accipit de titulo *ſi quadrupes pauperiem fe-ciſſe dicatur.* Quod falſum eſt, quia illa actio non datur in quadruplum, vt ipſe Anton. Fab. agnouit. Qui tandem ad ordinarium reſecationis remedium confugit, autumatque illa verba, *in quadruplum* tollenda eſſe. Sed hoc miſerorum refugium eſt. Quare dicerem ad actionem *vi bonorum raptorum*, illa verba referenda eſſe, quæ in quadruplum eſt, *leg.1. D. de vi bonor. rapt. princ. Inſt. eodem*, vbi Pichard. & datur quoties per vim aliquid fit ita, vt dominus rem amittat vel res ipſa corrumpatur, ſcindatúrve vel frangatur *leg.2.§.1.iuncta leg.4 §.loquitur 9. & ſeq.D. vi bonor.rap.& l. Marcel.9.de verbor ſignific.* quæ mirè conueniunt cum caſtratione, nam ſi quis fortè ſeruum alicuius caſtrauerit per vim abductum, tunc poterit dominus ex illa ratione in quadruplum condemnare aduerſarium, cum per caſtrationem ſeruus ſit deterior factus. Quam ſententiam cum poſt primam editionem aperirem Matriti Illuſtriſſimo Clariſſimóque Iure Conſulto Domino Melchiori de Molina Regio in ſuprema Curia, interiorique Conſilio Senatori integerrimo iuris prudentiæ parenti, & noſtri æui miraculo, probauit vir doctiſſimus, quo auſpicio ſpero quemlibet rectè ſentientem in eam quoque iuraturum.

97 Vltimò ex dictis *ſupra* deſcendit iure reſpondiſſe Imper. Seuerum, & Antoninum ſpadonem non habere excuſationem à tutela *in l. ſpadonem 15. in princ. D de excuſation.tutor.* Sed quæ fuerit huius iuris ratio dubitandi, non ſatis eſt cognita Anton. Fab. *in iuriſprudent. tit.24. princip.1. illat.9.* eam reddit quod ſpado qui verus pater eſſe non poteſt propter vitium, & impedimentum corporis, nec patris vicem gerere videatur, quomodo gerit quiſquis tutor eſt. Sed cum nihil habeat commune facultas generandi cum facultate adminiſtrandi res pupillares non debemus eum ob id excuſare. Quæ ratio non videtur cum re conuenire, quia excuſatio ex illo defectu eſſet planè ridicula: & tutor vt adminiſtret conſtruitur, non vt
98 patrem agat. † Rectius ſenſit Cujac.*in dict l.ſpadonem*, qui verbum illud *ſpado*, non de ſpadone qui generare aliquando poteſt, ſed de caſtrato ſpecialiter accipiendam putat. Cauſa excuſationis erat, quod caſtratus ſit morboſus, vt dixi, & ſoleat admitti excuſatio ob aduerſam valetudinem, *l.non ſolum 10.§. fin. cum l.ſequent.l.poſt ſuſceptam 40. l penult.§. fin.de excuſation §. item propter 8.Inſtitut.eod.l.vnic Cod.qui morbo.*

99 † Qua ratione non obſtante Imperatores decreuerunt caſtratum excuſandum non eſſe: quoniam etſi verum ſit ipſum morboſum eſſe, tamen ad excuſationem tutelæ morbus talis eſſe debet, vt facultatem rerum gerendarum adimat, & qui impedimento ſit quo minus ſuis rebus tutor ſupereſſe poſſit, *dict.leg. non ſolum §.fin. cum aliis l. 2. tit. 17. part. 6.* Debilitas namque corporis etſi in caſtrato detur, adhuc tamen non eſt impedimentum, quod à rebus ſuis adminiſtrandis arceat, & abducat, *arg. leg. 2. §. quem ita verſ.corporis, ff.de vacatio.muner.* notat Balduin.*in dict. §. item ſi propter numero 2.* Menochius *de arbitrar. caſ. 60.* faciunt notata ab Azeuedo *in l. 6. ex num.7. tit.5.libro 3.& in l.4.tit.9. eod.lib. numero 5. & in l 8. tit.4.libro 6.recopilat. num.5* iuxta quæ procedunt iura *in l.iudex 46. ff.de iudiciis, & in lege quæſitum 60.*
100 *ff.de re indicata.* † Vbi morbus ſonticus remittit iudicandi neceſſitatem, & diem litigantibus, morbus autem ſonticus dicitur latius quilibet morbus cuique rei nocens, *l.morbum 113.de verborum ſignificat.* & ita vocatur *ſonticus*, quod ſit nociuus habita relatione ad negotia, *leg.4.§.fin. & l.fin. de ædilit. edict.* notat Cujac. *2.quæſtion.Paul.in dicta l.46. & lib.5. ff.Iuliani in dict.l.60.& in dict.leg.113.*Briſſon.& Schar.*de verb. iur.verbo morbus*, & Balduin.*ad leges Romul. cap.41.ex num.3.* Ex quibus conſtat quod cum morbus eunuchi magis tendat in debilitatem corporis, quam in aliquod aliud impedimentum, rectè conſtitutum fuit non habere excuſationem. Hæc in tam ſterili ſterilium ſpadonum materia congeſſimus, & ex vetuſtatis tenebricoſo ſinu extraximus. Si quid dignum laudis inueneris, Lector, gloriam redde totam Deo Opt. Max. à quo omne datum optimum. Sin vero minus rectè cogitatum, ſcriptum, dictum labenti ingenio humano veniam præſta.

---

# CAPVT VII.

## Libertatis fauore ius ſtrictum multoties inſuper habitum ad explicationem *l. in teſtamento* 38.*ff.de fideicom. liber.* Extrahuntur in lucem varia iura.

### SVMMARIVM.

1 *Libertas fauore digniſſima.*
2 *Quare libertas ita ſit priuilegiata.*
3 *Quare ſeruus in maleficiis liber reputetur*, ad l.4. ff.de oblig.*cum aliis.*
4 *Stoici libertatem maximè commendabant. Solos ſapientes liberos credebant.*
5 *Inducitur tractatio* l. in teſtamento, de fideicom. liber.
6 *Argumenta contra eandem.*
7 *Communis DD.interpretatio.*
8 *Antonij Fabri emendatio*, & n.9.
10 *Vera mens* dict. l. in teſtamento *inueſtigatur*, & n.11.12.13.
14 L.Paullus 35.de fideicom.liber.*explicatur.*
15 *Reprobantur Anton.Fab.argumenta.*
16 L.Antonius 42.de fideicom. liber. *intelligitur cum aliis.*
17 *Illuſtratur & exornatur* l. penult. D. de probat. & n.18.19.
20 *Tractatur difficultas* l. ob pecuniam 81. de furtis cum l.4.§.fin.D *ad l.Iul. Pecul.*& n.21. & 22. & ſeq.

LIBERTATI tantum à maioribus impenſum eſt, vt nihil magis cenſerent fauore dignius *l.libertas 122. ff.de regul. iur.* adeo vt eius fauore, & occaſione plerumque iuris ſtricti rigores inſuper haberentur *l. lege 24.ff.de manumiſſion.l.ſi ita 6.cum lege ſeq. ff. de manumiſſ.teſtam.l.4.§ item 6.ff.de ſtatulib. l.inter pares 38.ff. de re iudicat.l.Quoties 20. ff. de regul. iur. l. generaliter 24.§.ſi quis ſeruo, ff de fideicommiſſ.liber.* cum aliis infinitis, quæ congerunt Ræuard. *in dict. leg.122. & in l.32.de regul.iur.* vbi P.Fab.*ib.*noſter Pichard.*in princ. Inſt.de eo, cui libert.caut.num.19. & de nobilit.commun. num.92.* Merill. *lib.1. obſeruat.cap.15.* † Ratio natu- 1
ralis eſt, quoniam propenſior debet eſſe liberalitas in calamitoſos, vt ait Cicer.*2.de offic.* Præcipuè cum quoad ius naturale attinet omnes homines ſint pares, neminem, vt ait Seneca, natura fecit liberum, neminem ſeruum, impoſuit fortuna hæc nomina *l. quod attinet 32. ff. de Reg. Iur.* & iſtos quos ſeruos vocamus ex iiſdem ſeminibus ortos eodem frui cœlo atque ſpirare, viuere, & mori certum eſt, Seneca ita teſtante *epiſt.47.* & Epicteto *diſſert. 13. Non*

recordabe

*recordaberis quis ſis, & quibus imperes? nonne natura fratres? nonne à Ioue oriundis?* Natura ergo communis eam indulgentiam videtur extorquere, vt hanc violentiam ei illatam auferant piiſſime Legiſlatores. *Corpore ſunt ſerui adſcripti dominis, mens autem ſui iuris, quæ adeo libera, & vaga eſt, vt ne ab hoc quidem carcere cui incluſa eſt, teneri queat quominus impetu ſuo vtatur, & comes cœleſtibus exeat. Corpus itaque eſt, quod domino fortuna tradidit, hoc emit; interior illa pars mancipio dari non poteſt. Ab hac quidquid venit liberum eſt.* Verba ſunt Senecæ *libro 3. de benefic. cap. 20.* †
3 Ad quam liberam poteſtatem naturalem reſpicientes I. C. dixerunt ſeruos obligari naturaliter, quod factum ex quadam animi libertate conſtat, & ſolum eſt exemptum ab illa iuris gentium oppreſſione. Indéque quoad delicta ſerui tanquam liberi reputantur, & eodem modo, ordine, & ritu Iudiciorum
4 cauſæ capitales peraguntur. † Quomodo procedit *l. ſerui 14. ff. de obligat. l. Hos accuſare 12. §. ſi ſeruus de accuſat.* docent Rauard. *in dict. leg. 32. de Reg. Iur.* Con. *libro 2. cap. 3. numero 6.* Cum igitur Stoici natura omnes liberos eſſe putarent, fauebant maximopere libertatibus. Ipſi enim ſolos ſapientes liberos cenſebant, cæteros ſeruos reputabant, obſeruat eleganter Iuſt. Lipſ. *libro 3. Manuduct. ad Stoicam diſſert. 12.* à quo miror omiſſum luculentum Perſij locum Satyra 5. Horum ergo Philoſophorum ſectæ ſummè debitos fuiſſe Conſultos, & Imperatores conſtat ex iis, quæ tradit Merillus *libro primo, capite 2. & dict. cap. 15.*

5 Quo attento procedit elegans & pium Alexandri Imperatoris, (vt credo,) reſcriptum, quod refert Paulus *in leg. in teſtamento 38. Digeſt. de fideicommiſſ. libertat.* vbi quidam alumnæ ſuæ libertatem dedit, & fideicommiſſa, grauatis ad id filiis, quos hæredes inſtituit, ſed cum teſtamentum imperfectum eſſet, filij ab inteſtato omnia egerunt. Quæſitum eſt de libertate, & fideicommiſſo, & interloquutus eſt Imperator ea deberi. Verum hæc pro-
6 nunciatio difficilis eſt ſequentibus. † Nam ex teſtamento imperfecto libertas minimè debetur, niſi aut ſimpliciter ab omni hærede fuerit relicta, vt in ſpecie *l. eam quam 14. Codic. de fideicom. l. ſi pater 47. §. final. de fideicommiſſ. lib.* iunctis quæ ad eius explicationem congerunt *ibi*, Cujac. Donell. & Giph. Goueanus *libro primo, lection. cap. primo*, Pichardus *in §. in primis numero 9. & ſequent. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæredit.* Fachin. *libro 6. controuerſ. cap. 97.* Azeued. *in l. 1. titulo quarto, libro quinto, recopil. ex numero 113.* vel ſi à legitimo hærede ſit repetita *l. 2. Codic. de fideicommiſſ. libert. l. 1. Codic. de teſtament. manumiſſ. l. ex teſtamento 29. Codic. de fideicommiſſ.* Et quamvis libertas deberetur, non tamen ex ea deduci poſſet argumentum ad fideicommiſſum *leg. Antoninus 42. Digeſt. de fideicommiſſ. libert. l. penult. Digeſt. de probat.* niſi iure codicillorum valere teſtator voluerit *l. ſi iure 11. Codic. de teſtament. manumiſſ.*
7 † Neque ſatisfacies ſi dixeris cum Iaſon. *in l. non dubium numero 9. Codic. de teſtament.* Giphan. *verſ. octaua, affertur*, Donel. *numero 11. in dict. leg. eam*, Cujac. *in l. ex ea ſcriptura Digeſt. de teſtament.* Pichardus *in dict. in primis numero 22.* quod cum pater inter liberos teſtatur, voluiſſe creditur apponere clauſulam codicillarem, vt tradunt Menoch. *de præſumpt. libro quarto, præſumpt. 11. ex numero 16.* Mantic. *de coniect. libro primo, titulo 9. numero quinto, & 6.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo ſecundo, numero 32.* qui
8 omnes ita intelligunt, *dict. l. in teſtamento.* † Verum in contrarium eſt Anton. Fab. *de error. deciſ. 36. err. 1.* qui hanc doctrinam falſam eſſe probare contendit, præterquam quod minimè *in dict. l. in teſtamento*, agitur de clauſula codicillari, nec quidem verbum eſt ad id ſpectans. † Nec ferendus eſt idem 9
Anton. Fab. *ſupra deciſ. 35. error. 7. numero 10.* qui *in dict. l. teſtamento* ait, libertatem fuiſſe directam, vt probat ex illis verbis *alumnæ ſuæ libertatem, & fideicommiſſa dedit*, cum ſi ipſa quoque libertas fideicommiſſum data eſſet, ſcribendum erat *libertatem per fideicommiſſum, & alia dedit.* Neque etiam, (ait,) de fideicommiſſis pecuniariis apud Imperatorem quærebatur, quia nec de iis ratio quærendi, & dubitandi vlla erat: quæ nec erant adhuc præſtita neque vllo iure deberentur, quia nec libertas ex teſtamento illo imperfecto, vel competeret ipſo iure, vel debita dici poſſet, vt ad eam præſtandam hæredes vllo iure tenerentur ſi nondum præſtita probarentur, & eam ob cauſam illa verba, *& ideo fideicommiſſa ei præſtanda*, inepta prorſus eſſe autumat; & merito delenda, quoniam malum ſit argumentum de libertate ad fideicommiſſum pecuniarium *l. Paulus 35. Digeſt. de fideicommiſſ. liber.* & ideò concludendum eſſe exiſtimat, non eſſe præſtanda fideicommiſſa ab hæredibus, qui non ſuccedunt ex teſtamento inutili, in quo fideicommiſſa relicta ſunt, neque rogati fuerunt ab inteſtato.

His tamen, & aliis deletis ad *dict. l. in teſtamento*, 10
DD. interpretationibus, & diſſectionibus: Vera mens imperatoris dependet ex ſuperioribus, cuius deciſio procedit ſpeciali fauore libertatis, & perſonæ, cui relicta eadem erat, quæ alumna perhibetur fuiſſe teſtatoris, inquam tanquam in filiam cadit affectio, & dilectio, ex iis, quæ tradimus *libro ſecundo, cap. 5. numero 27. & 28.* vnde non eſt mirum, ſi pietas filiorum ab Imperatore inducatur vt ſorori pene ſuæ, & quam pater loco filiæ habuit, & libertatem, & fideicommiſſa præſtent. Euicit id coniectura voluntatis, ex affectione illa ducta, qua motus Imperator ibi decreuit fideicommiſſa quoque deberi, ad quod cum neceſſaria fuerit Principis pronunciatio, certum eſt in contrarium eſſe iuris principia, nam cognitio imperatoria niſi in arduis non adhibeatur *l. Æmilius 38. ff. de minor. l. cum mater 28. ff. de inofficioſ. teſt.* [quam explicant poſt Cujac. Fab. & reliquos *ibi*, Donel. Giphan. & Gilken. *numero 15. in authent.* ex cauſa *Codic. de libert. preter.* Connan. 9. *commentar. cap. 8. numero 10.* Oſualdus *ad Donel. libro 6. cap. 13. littera G.*] *l. final. ff. de hæredit. inſtitut. l. Moſchi 47. ff. de iure fiſci*, quarum cognitionum [quæ *Decreta* quoque vocabantur] ſex libros fecit Paulus Imperalium ſententiarum, ſiue Decretorum, vt animaduertitur *in dict. ll. & in l. quadam 41. ff. famil. ercíſcund. l. final. Digeſt. de iure patron.* † Neque ab hac ſententia rectè in noſtris 11
Scholis receſſerunt aliqui, qui minus rectè aiunt, illa verba *dict. l. in teſtamento, fideicommiſſa ei præſtanda*, non inducere neceſſitatem præſtationis, ſed tantum pios filios debere dare fideicommiſſa, ſicut libertatem præſtiterunt. Sic enim inutilis eſſet illa Imperatoris cognitio, ſi tantum in voluntate filiorum poneretur, an vellent præſtare, vel non fideicommiſſa, & verbum *debuiſſe*, obligationem non præſupponeret, & ſic lex de nihilo ſeruiret. † Ita- 12
que verius dices, *in dict. l. in teſtamento*, alumnam illam poſtquam à filiis manumiſſa fuit, contra filios egiſſe ad fideicommiſſum petendum, cui ex parte filiorum oppoſitum fuit de nullitate teſtamenti, atque ita non dediſſe ei libertatem ex aliqua obligatione, ſed tantum ex ſua beneuolentia, cum res ad inteſtati cauſam eſſet deuoluta. Ipſa dicebat ex cauſa fideicommiſſi accepiſſe libertatem, quaſi filij fuiſſent à patre rogari ab inteſtato non ſolum dare libertatem, verum & fideicommiſſa. † Huic dubio 13
reſpondit Imperator, quod etſi pater nihil ab inteſtato petiiſſet, cum tamen filiorum pietati maximè

conueniat religioſiſſimè voluntati parentum obtemperare, apud eos tantum valet honeſtas, quantum apud alios neceſſitas, *nam bonis hæredibus intellexiſſe voluntatem pro iure eſt*, vt eleganter ait Plin. *libro* 4. *epiſtol.* 10. ibi, *Quod ſi ius inſpicias*, [ inquit *alibi libro* 5. *epiſtol.* 7. [ *irritum, ſi defuncti voluntatem, ratum & firmum eſt. Mihi autem defuncti voluntas*, [ *vereor quam in partem Iure Conſulti, quod ſunt dicturus accipiant* ] *antiquior iure eſt.* Cui coniecturæ anſam præſtat dilectio patris erga alumnam, item & fauor libertatis, quæ cum libertatem euicerint, etiam, & fideicommiſſa conſequenter præſtanda eſſe inducunt, *argument. leg.* 2. *Codic. de fideicommiſſ.* cum ſub vna conceptione non minus dederit libertatem, quam fideicommiſſa, atque ita ſi libertas valet, & rectè eam fuiſſe quaſi ex teſtamento manumiſſam pronuntiatur, eodem modo ſequitur valere debere fideicommiſſa, ne vna determinatio teſtatoris diuidatur, & pro parte valeat, & pro parte non, *argument. leg. ius*
14 *noſtrum, de Reg. Iur.* cum vulgatis. † Non obſtat *dict. l. Paulus*, quia non dicitur ibi non valere argumentum de libertate ad fideicommiſſum, ſed tantum eſſe differentiam inter legatam rem alienam, quam meam exiſtimo, & inter datam libertatem alieno ſeruo, quem exiſtimabam eſſe meum, primo caſu non valet legatum *leg. cum alienam* 10. *Codic. de legat.* Secundò autem valet fauore libertatis. Non autem ex hoc euinces, quod ſi ei cui dedi libertatem, dedi fideicommiſſum, non videar illud dediſſe.
15 † Ex quo ſequitur iam decipi valde Anton. Fab. dum *ſupra* putat directam fuiſſe libertatem *in dict. l. in teſtamento*, alias etenim illa minimè congrueret titulo ſub quo iacet, neque eſſet neceſſarium, vt alumna à filiis manumitteretur §. *directa Inſtitut. de ſingul. reb.* neque Imp. pronunciaret, rectè eam manumiſſam, cum contrarium ſit competere directam libertatem, & manumitti nam primo caſu efficeretur orcina liberta teſtatoris, ſecundo autem hæredis *l. hi quibus* 17. *Codic. de fideicommiſſ.* docent Pichard. *in* §. *qui autem, Inſtitut. de ſingul. reb.* Oſuald. *libro* 2. *Donel. c.* 15. *littera A. & libro* 8. *cap.* 2. *littera N.* & cum quæſitum eſſet ab Imp. an ex fideicommiſſi cauſa fuerit manumiſſa, conſequens eſt, verba illa *pios filios debuiſſe manumittere*, de fideicommiſſaria libertate eſſe accipienda, vt ſic ſententia Imperatoris dubio correſpondeat. Neque adiuuant Fabrum illa verba *libertatem, & fideicommiſſa dedit*, nam cum ſub verbo *dedit*, vtraque res ponatur, certum eſt de fideicommiſſo loqui non delegato ex regula *l.* 4. *D. de vulgat.* Præterquam quod ita in fideicommiſſaria liberta te loquuntur I. C. *l. ſi filius* 32. §. *l. fideicommiſſa* 46. *in princip. l. ſi pater* 47. §. *ſi Sticho, & §. cum ſub conditione cum aliis D. de fideicom. libert.*

16 Reſtat tamen vt aliis iuribus ſatisfaciamus, *dict. l. Antoninus*, non obſtat, quia non ibi militat ratio effectionis, & pietatis quæ induxit, vt fideicommiſſum præſtaretur *in dict. l. in teſtamento*, ideo tantum confirmatur libertas ob ſui fauorem, docet Padilla *in dict. l. eam quam numero* 52. vbi etiam Giphan. & Donel. *num.* 11. *ad dict. leg.* 2. *& l. ſi iure cum aliis.* Reſpondeo iure communi, & regulariter hæreditate ex teſtamento non adita libertatem ex eo teſtamento non valere niſi teſtator voluerit, vt quovis modo præſtetur quod ex coniecturis pietate adiutis colligitur, vt *in dict. l. Antoninus*, vbi valet libertas, quia ea coniectura motus eſt Imperator, quod teſtator dederit ſeruo libertatem non ſolum à primo, verum & à ſecundo hærede, quomodo ſatis videbatur caviſſe, vt ſeruo daretur libertas, & cum repentino euentu ea ſit defraudatus, cum ambo hæredes incontinenti deceſſiſſent, eiuſdem caſus iniquitatem pie ſuo reſcripto temperauit Antoninus, vt quamvis fideicommiſſo fraudetur, non tamen careat libertate.

Difficilior eſt deciſio Labeonis *in dict. leg. penultim.* 17
*De probat.* nam ab omnibus ita deſerta eſt, vt nec Accurſius quidem gloſſam addiderit, nec mirum, ſiquidem Contius affirmat illam legem ſubreptitiam eſſe, & ab omnibus probatis Codicibus abeſſe, verum cum in omnibus libris reperiatur, & iuris elegantiſſimam diſputationem habeat, Labeone indignam non reputo, neque noſtro labore.

Species eius fuit, ſerua intentabat liberam debe- 18
ri pronunciari in quæſtione libertatis contra hæredem, verbi gratia, ſui domini probationem afferebat, ea erat, à domino ſibi relictum fuiſſe fideicommiſſum in teſtamento, & alimenta ſibi, vt nutrici præſtita fuiſſe, quoniam cum in ipſa eadem ratio affectionis detur, ſicut de alumna *ſupra* dicebamus, quemadmodum ibi conſequitur libertatem, & fideicommiſſa: ita in hac ſpecie. Si enim alumna diligitur, quia haberi videtur loco filiæ eodem modo, & nutrix videtur haberi loco matris *l. ſi collectaneus* 13. *D. de manumiſſ. vindicta, leg.* 1. §. *final. D. de obſequiis*, iunctis iis quæ ad illius explicationem adduxi *ſupra cap.* 1. §. 3. *num.* 12. quibus adde Laram de Cordona *in l. ſi quis à liberis* §. *etſi impubes num.* 42. *D. de liber. agnoſ.* Et ſicut miles ſeruum cui legatum adſcribit manumiſiſſe eum videtur *l. Lucius* 40. §. 1. *ff. de militari teſtamento l. ex his* 7. *Codic. eodem leg.* 2. *Codic. de neceſſariis hæredibus Authent. vt liberti de cætero quæ eſt Nouel.* 78. *cap.* 2. 4. *verſ. ſi enim.* Ita eodem modo in pagano dicere debebamus fauore libertatis, vt *in dict. l. Antoninus iuncta l. tractabatur* 14 *ff. de milit. teſt.* Præcipuè cum alimenta ei reliquerit vt nutrici, quæ indicant voluiſſe vt frueretur libertate, quia ſi in ſeruitutes nutricem manere voluiſſet, neceſſaria non videbantur, cum à ſuo domino aleretur. Quæ etiam coniectura admitti debuit propter coniunctionem, quæ præſumitur in alumno, & nutrice §. *iuſtæ Inſtitut. quibus manumiſſ. non lic.* iuncto Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo ſuſceperit num.* 33. Lara *ſupra num.* 49. Surdus *de Aliment titul.* 6. *quæſt.* 18. *numero* 7. *&* 8. & fauor quoque libertatis id admittit, quæ eſt cauſa pia, & ideo de alimentis ad eam valere debuit argumentum *leg. Mela* 14. *de aliment. leg.* Surdus *ſupra titul.* 9. *quæſt.* 3. *num.* 1.

Hæc pro ancilla illa nutrice facere videntur: ve- 19
rum in contrarium eſt Labeo aſſerens eam probationem ſufficientem non eſſe, neque ex iis coniecturis poſſe accipere libertatem. Et in primis fideicommiſſum non poteſt valere ſine eo quod libertas quoque data ſit *leg.* 4. *Codic. de legat. leg. planè* 34. §. *ſi coniunctim leg. quæſitum* 91. §. 1. *l. ſi minor* 102. *D. de legat.* 1. *obſeruat.* Oſuald. *in Donel libro* 8. *cap.* 6. *littera E.* Donel. & reliqui *in dict. leg. Codic.* 7. *de teſtament. milit.* & cum à teſtatore de libertate nulla mentio facta eſſet coniectura in Paganis eius dationem non inducit. In milite autem creditur dediſſe omnem facultatem ſeruo, vt legato frueretur, *argument leg.* 2. *ff. de iuriſdict.* non in pagano, cum, & ſi reliquiſſet ſeruum hæredem nulla libertatis mentione facta, eam non conſequeretur propter hæreditatem *leg. penultim. Codic. de Neceſſ. hæredit.* §. *inſtitut. quibus manumit.* tradidimus *ſupra libro* 1. *cap.* 15. & tamen plenior eſt hæreditatis honor quam legati. Neque obſtat *d. leg. Antoninus*: quia ibi conſtabat teſtatorem reliquiſſe libertatem, quam & ſi iniquitas mortis hæredum videbatur inutilem reddere, adhuc eam tuetur Imperator, & conſequenter voluntatem teſtatoris. At vero *in d. leg. penultim* minimè relicta eſt libertas, neque de voluntate teſtatoris conſtat. Alia autem alimentorum coniectura eodem modo corruit, quia, & ſi præſumptio eſt pro dilectione alumni, ea ceſſet, quando nul-

lam libertatis mentionem fecit, ſed tantum alimentorum, & vt dixi, expreſſa mentio libertatis neceſſaria erat. Alimenta vero ſolent plerumque relinqui etiam ſeruis, qui & ſi ſint incapaces capiendi legatum, in cauſa alimentorum admittuntur *l. ſeruos* 17. *D. de aliment. leg. l.ſeruo* 103.§.1.*D.de legat.* 1. docet Lara *in l. ſi quis à libertis* § *vtrum* 12. *de lib.agnoſc.* & Surd. *de aliment.*
20 *titul.* 8. *priuil.* 7. *per tot.* † Sed pro colophone libri, & capitis ( in variarum enim campo ſpatiari libuit ) addere conſtitui duorum difficilium iurium inter ſe diſſentientium concordiam, illa ſunt *l. ob pecuniam* 81.*D.de furtis, & leg.*4 § *fin. D ad leg. Iul. Peculat.* vbi in hac re multorum anxietatem, vellem fœlicior eſſe in eius nodi diſſolutione. Quæſtio fuit inter Iure-Conſultos. Marcianum & Papinianum, an re ſubtracta de Ciuitate committatur furtum vel crimen peculatus. Papinian.*in dict. leg.*81.furtum eſſe, Marcianum *in dict.* §. *final.* peculatum pronunciat. Diſſenſus hic multum ſtudij, ſudoriſque exhibuit, vt conſtat ex relatis ab Oſuald *libro* 15.*Donell. cap.*29. *littera H* & Gothofred.*in dict.* §. *fin.* A quibus recepta eſt illa interpretatio (omiſſa Alciat. *libro primo, diſputat. cap* 4.emendatione, quam negligunt Cujac. *lib.*1. *reſpon. in dict. leg.* 81. Duarenus *lib.*2.*diſputat. cap.*26. ) vt crimen peculatus tunc admittatur, cum publica pecunia intercipitur, *leg.*1.*&* 3.*D.ad leg.Iul. pecul.* Publica autem accipitur, quæ eſt Populi Romani, *l bona* 15.*cum l.ſequent. D. de verbor. ſignificat.* vnde ſubripiens pecuniam alicui Ciuitati, non tenetur crimine peculatus, quia publica pecunia non eſt, vt in dictis iur. & ita eo attento loquitur Papin. Verum Principum conſtitutionibus cautum eſſe, vt locum habeat crimen peculatus, etiam in Ciuitatibus, quaſi ipſo iure ita non fuerit. Quam interpretationem etiam noſtri vtraque manu recipiunt.

21 Sed vereor, ne non ſit vera, quia *in dict.* §. *fin.* non igitur de pecunia Vrbis Romæ, ſed de re Ciuitatis, ad quam ſi vera eſſet ſolutio, non debuit extendi crimen peculatus. Neque ratio aliqua ſpecialitatis redditur, quare cum ipſo iure furtum committeretur, vt *in dict. leg.* 81. conſtitutiones Imperatorum illud extendunt, & volunt committi peculatum. Deinde, quia cum Papin. vixerit multo poſt tempora Traiani & Hadriani, qui floruit anno Chriſti 119. & ſequentibus, Papinianus autem ſub ætate Caracallæ, à quo fuit occiſus anno 213. vt ex faſtis Contij & aliorum deprehenditur, videbatur maximè negligens, cur non appoſuerit, quod ex conſtitutionibus introductum erat, & in vſu habebatur.

22 Quare ego in alia omnia eo, exiſtimóque diſtinguendum eſſe, inter furtum commiſſum de pecunia Ciuitatis, aut de re Ciuitatis; vt in pecuniæ ſubtractione committatur furtum, in re autem crimen peculatus. Hoc confirmant ipſi Conſulti, cum Papinianus loquatur in pecunia, Marcianus vero de re.

23 Ratio diſcriminis ea eſt, nam etſi ciuitates priuatorum numero haberentur *l. cum qui* 16. *Digeſt. de verborum ſignificationibus*, hoc tamen procedit reſpectu vrbis Romanæ, vt inſinuat *l.bona* 15. *Digeſt. de verborum ſignificationibus*, non vero reſpectu ciuium, quibus res ciuitatis publicæ ſunt *l. inter. D. de verborum ſignificat titul. Cod. de adminiſtratione rerum publicarum libro* 11. vbi de rebus ciuitatum, non vero de Republica Romana tractatur, vt dicemus *in titul. Cod. de Republ* docent Alciatus, Cujac. & alij *in dict. l.bona, & libro* 19. *obſeruat. cap.* 14. Barboſa *in leg.* 2.§.*legatis ex num.*82. *de iudicii*, Oſualdus alios referens *lib.* 4. Donellus *cap.* 4. *littera A.* Vnde ex conſtitutione committitur in rebus ciuitatum, quia cum illud ad res publicas pertineat, vt inquit Feſtus, res ciuitatis publicorum numero habentur, & ideo in eis rebus illud committi voluerunt conſtitutiones. Quod ad pecuniam earum non fuit extenſum, vt etiam publica cenſeretur in hoc caſu propter motum celerem pecuniæ *argument l ſi quis* 40.*D.de Religioſ. l.id veſtimentum* 25.*de peculio l. fundi* 17.§.*Labeo D.de action.empt.l.ſi fundus* 44.*D de legat.*3. iunctis iis quæ congeſſi *libro* 1.*cap.* 16. *numero* 21. *&* 22. † Neque 24
obſtat quod *in leg.* 1. *& dict.l.*4.*in princ. illius titul. ad leg. pecul.* publicæ pecuniæ fit mentio, in cuius ſubtractione committitur peculatus crimen: nam ea pecunia non eſt ciuitatum, ſed Romanæ Reipub. Vel dic pecuniam aliam eſſe publicam, veluti quæ theſauri aut præſidij cauſa habetur, ( vt *in l. ſi vxori* 39. §.1.*D.de auro & argent. leg.* iunctis quæ dixi ad eius explicationem *dict.cap* 16 *numero* 35. *& ſequent.* quæ æquiparatur cæteris rebus ciuitatum, quæ permanſuræ ſunt ) & inter pecuniam, quæ non ita ſeruatur, ſed ad vſus quotidianos ciuitatum habetur, in illa dabitur peculatus, in hac vero furtum, quia non ita publica cenſetur. Neque mihi obiicias pecuniæ & rei verbum eſſe generaliſſimum, vt & pecuniam & rem comprehendat. *leg.*1. *D. ſi certum pet. l.rei* 5.*l. eum ſtipulamur* 97.*l.pecuniæ* 178. *D.de verb. ſignificat.* cum aliis. Nam id habet locum, quando lex vel conſtitutio vel diſpoſitio eo verbo vteretur tantum, vt *in leg. Balliſta* 32.*cum ſequent. D.ad S.C.Trebellian.* diuerſum tamen eſt quando particulariter de re loquatur, & differentiam conſtituat. Quod animaduertitur *in dict.l.*4. vbi cum IC. in principio loquatur de pecunia, *& in ſeqq.* §§. de ea diſputatione agat, tandem *in* §.*fin.* particulariter agit de re Ciuitatis, & cum ad id dictionem *ſed*, quæ eſt aduerſatiua, poſuerit, diuerſum caſum à ſuperioribus videtur attexuiſſe. Atque ita diuerſimodè accepiſſe in hoc articulo pecuniam & rem. Quam interpretationem licet non ita, neque hoc modo animaduerſam præſenſiſſe exiſtimo Petr.Fab. *lib.*1. *ſemeſtr. cap.*22. Verum iam receptum canere, & vela colligere licet. Liceat mihi, bone lector, eiſdemmet verſibus affari te, quibus affatur Ouidius *lib.* 3.*de Ponto eleg.fin.*

*Da veniam ſcriptis, quorum non gloria nobis,*
*Cauſa, ſed officium vtilitaſque fuit.*

Hæc

*Hæc duo Capita huic editioni in Lectoris gratiam adiecimus, quæ Auctor ſuis auditoribus dictauit Salmanticæ, dum Voluminis Cath. munere fungeretur, antequam ad Regium Granatenſe Prætorium eueheretur.*

## CAPVT VIII.

De Senatus-Conſulto Silaniano. Difficile Marciani reſponſum *in l. ſi ſequens gradus 15. D. de Senat. Conſult. Silanian.* luce donatur, & varia iura eius tit. è tenebris eruuntur.

### SVMMARIVM.

1 *Quo tempore fuerit S. Conſultum Silanianum, & à quo nomen duxerit.*
2 *Eius capita plura. Proponitur primum.*
3 *Agitur de altero capite contra eum qui hæres ſcriptus non vindicat necem teſtatoris.*
4 *Ratio SConſulti huius,* & n. 5. & 6.
7 *Quomodo in conſcientia poſſunt inimici perſequi.*
8 *Agitur de ſpecie noſtra legis, an hæres in ea adierit vel non?* & n. 9. & 10.
11 *Qua ratione fiſcus præferatur in hæreditate ſubſtituto,* & n. 14.
12 *Expenditur* l. penult. D. de ininſto rupto.
13 *Adducitur axioma, Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te.*
15 *Auctores qui dixerunt in noſtra ſpecie hæredem repudiandum eſſe eiiciuntur.*
16 *Inuentum ad pœnam non cedit in præmium alterius.*
17 *Explicatur* l. ſororem Codic. de his quibus vt indign.
18 *Interpretatio* l. Lucius 9. de iure fiſci.
19 L. bis conſequenter 18. §. 1. D. famil. erciſc.
20 *An in hoc SConſult ſit neceſſaria aditio vel apertura teſtamenti.*
21 *Adhibetur diſtinctio in hac contrarietate,* & n. 22. & 23.
24 *Interpretatio* l. fin. tit. *&* n. 25.
26 *Et* leg. 3. C. de his qnibus vt indign. & leg. cum f. atres C. eodem & l. eius §. fin. de iure fiſc. *&* nuin ſeq.

1 SENATVS Conſultum Silanianum Auguſti temporibus factum Dolabella & Silano Coſſ. (vnde ſicut alia nomen duxit) videtur indicare *l. in cognitione 13. hoc tit.* vbi SConſulti cuius mentio *ibi* fit (quo tempus accuſationis præfinitur, contra hæredes qui ante ſeruorum quæſtionem tabulas teſtamenti aperuerunt eius qui à familia necatus diceretur) poſterius fuit hoc noſtro ſiquidem illud factum eſt Tauro & Lepido Coſſ. qui poſt Dolabellam & Silanum ſequenti anno Conſules fuerunt, vt refert Baron. *anno Chriſti* 12. *&* 13. & notat in propoſito Cujac. *lib. 2. obſeru. c.* 18. Gothofred. *in Rub. hoc tit. in not. ad Tacit lib.* 14. *ann.* Pancirol. *lib. 2. var. c. 63.* & noſter Hiſpanus Doctiſſ. Anton. Auguſt. *de legib. & SConſult. verb. Silanianum.* Etſi ego opinor libera republica hoc ſancitum eſſe, licet non ita ample & diſerte, nam cum Neronis tempore aduerſus ſeruos ex hoc SConſulto ageretur, ait Tacit. *d. lib. 14. id veteri ex more fieri, & lib. 2. ann. Vetus SConſultum* vocat, quod & Lipſium quoque animaduertiſſe poſtea reperi *d. lib. 2. annal.* ad illa verba, *Veteri SConſulto quæſtio in caput domini prohibebatur,* idque aliquibus Ciceronis locis confirmat ſcribendus eſt Ioan. Igneus *in præfat. ad hunc titulum,* qui ſe diſcruciat quomodo Silanianum nomen oriri potuit à Silla, & anxiè inquirit qua ratione potuit optimum hoc SConſultum à peſſimo illo homine condi. Cum tamen Silanianum non à Silla, ſed à Silano Conſule nomen duxerit, Silanorumque familia clariſſima fuerit, vt conſtat ex Plin. *lib.* 18. *hiſtor. nat. cap.* 3. & ex Andrea Schotto *de familiis Roman.* Mirandum quoque eſt de Duaren. qui *in part. ſru. ad hunc tit.* ignorare ſe fatetur auctorem eius SConſulti.

2 Continebat hoc SConſultum plura capita. Primum vt occiſo domino de illius familia publica quæſtio haberetur, vt ſerui qui ſub eodem tecto exiſtentes, auxilium domino ferre poterant & non tulerunt, vltimo ſupplicio afficiantur *leg. 1. §. hoc autem D. hoc tit.* Tacit. *lib. 14. ann.* ibi, *Pedanium ſeruus interfecit, cæterum, cum vetere ex more familiam omnem quæ ſub eodem tecto manſit, vetat, ad ſupplicium agi oporteret, & lib. 3. annal. Piſo cum ſe à mortis Germanici purgaret crimine, offerebat familiam, reos & miniſtros in tormenta flagitabat.* Quæ loca de hoc SConſulto ſunt accipienda, & Caſſiodor. *lib. 1. epiſt.* 19. ibi, *Cuncta quidem iure deteſtamur ſcelera & omne quod iniquum eſt, clemens execratur auditus.* Quis enim ferat in domeſticis præſidiis locum fuiſſe periculis? *& ibi inuentum dulcis vitæ exitum, vnde naſci debuerat defenſionis auxilium? & ideo præſenti iuſſione mandamus vt in famulos qui Stephanum dominum ſuum plectibili ſcelere trucidantes inhumatam quoque reuerentiam eius funeris adiecerunt legum diſtrictione reſecetis.* Hoc SConſultum poſtea ampliauit, SConſult. Neronianum, ſeu Piſonianum cuius meminit idem Tacit. *lib. 13. ann.* his verbis, *factum eſt SConſuit. vltioni iuxta & ſecuritati, vt ſi quis à ſuis ſeruis interfectus eſſet, ii quoque qui teſtamento manumiſſi ſub eodem tecto manſiſſent inter ſeruos ſupplicia penderent, dict. leg. 1. § ſerui 4. & § idem 13. D. hoc tit.* Ob hanc cauſam diuerſimodè appellatur à Paullo *lib. 3. ſentent. tit. 5. & in l. SConſult. 8. D. hoc tit. & in rub. hoc tit.* dicitur Claudianum à Nerone qui Claudius quoque dictus eo anno cum Piſone Conſul fuit, vt docent Vertran. & Lipſ. *ad locum Tacit. ſupra,* & Pancirol. *d. c. 63.* Gothofred *ſupra,* idque videtur ſignificare Vlpian. *in d. l. 1. in princ. hoc tit.* ibi, *ideo SConſulta introducta ſunt de publica quæſtione à familia necatorum habenda.*

3 Alia capita recenſet Duaren. *in hoc tit.* Nos illud proſequemur quod noſtro propoſito magis congruum. Id fuit, Ne quis hæres inſtitutus ab eo qui occiſus eſt, hæreditatem adire poſſit antequam vindicauerit necem teſtatoris, aliter autem ſi publicauerit, ſi recitauerit, aperueritve teſtamentum, vel adierit hæreditatem, aufertur ab eo hæreditas tanquam ab indiguo & in fiſcum redigitur, *l. ſi quis*

*in*

*in graui* 3.§.*quoad cauſam* 18.*cum aliis l.S.Conſulto* 8.§.*fin.l.cum fiſco* 9.*l.Caius* 22.*l pen.& fin.ff.hoc tit.l.hæreditatem* 17.*cum ll.ſeqq ff.de his quibus vt indign.l.*1.*l.minoribus l.*5.*& ſeq.C.eod.l.*1.*l.cum mortem* 27.*l. eius* 29. §.*fin.ff.de iure fiſci l.*1. *C vbi cauſæ fiſc.l.*13.*tit.*7.*p.*6. Explicant præter ordin.hoc, *& in d iur.* & Igneum *hic.* Plaza *de delict.lib.*1.*c.*39. Peregrin.*de iure fiſc.lib.*2.*tit.* 5. Thuſcus *verb.fiſcus concl.*393.*& ſeq.* Gomez 3.*tom. var.c.*3.*n.*53.Spino *de teſtam.gloſſ.*22.*ex n.*18. Boſſius *in prax tit.de his quibus vt indign.*Farin.1.*p fragm crim. littera F.verb.fiſc.n.*47.*&* 1.*tom prax.crim tract.de accuſat q.*13.*n.*7. P. Greg.*lib.*42.*ſyntag.c.*14.*n.*2. *& lib.*38.*c.*1.*n.*16. Noſter Anton.Pichard.*de vulg.ſubſt.cap.* 16. *n.*14.Oſuald *lib.*6. *Donel.c.*24 *littera M* Cujac.*lib.*18.*obſeru.c.*6.*& libro* 6. *Reſp. Papin.in l.*4.*&* 21.*hoc tit.& lib.*16.*Reſp. Paul in d.l.Caius.*

4 Ratio huiuſce rei non eſt in obſcuro neque vna, vt præſenſit Igneus *hic n.*7 *&* 32.Nam cum teſtator hæredem inſtituerit, omniumque bonorum ſuorum dominum reliquerit, æquum eſt vt ipſe eius necem vindicet, & in hoc gratus exiſtat benefactori, qui etſi hac ratione non excuſet iam illam mortem, ſaltem tamen hæres erga benemerentem defunctum officium adimplere tenetur, cum ingrati animi vitium ſit ſemper ſugiendum, vt docuimus latè *ſupra libro* 2.*c.*6.*toto*, & ita ſi omiſerit ſeu neglexerit vindicationem quaſi iam accepti beneficij immemor priuandus erit hæreditate, & iure optimo ab eo ablata fiſco applicatur, qui hæredem indignum pronunciat, vt lucro & honore inſtitutionis careat qui obligationis ſuæ obliuiſcitur *d. leg. Caius* 22. *hoc tit.*ibi *mortem ingrata hæredis.* Nec minus etiam punitur negligentia eius, prout in aliis caſibus ſolet accidere in quibus negligentia punitur, vt notaui *lib.*2.*c.*7.*n.*6.quod videtur docuiſſe Marcian.*in leg.* 2.*ff de his quibus vt indign.*ibi *per negligentiam facit l ſi mulier* 22.§. *ſi hæres, Digeſt. ad Trebellian. leg. final. in fin. Codic. de annal. excep.*

5 Alia fuit ratio, nam cum ſit cupiditas radix omnium malorum, adeoque vehementer afficiat homines vt plerumque neque vllus ab alio ſecurus exiſtat, potuit eſſe aliqua præſumptio contra hæredem, qui ſi non occidit vt citius lucrifaceret hæreditatem, ſaltem aſſenſum præbuit facientibus. Quæ præſumptio ex eo magis violenter efficietur, ſi neglexerit ita vindicationem necis teſtatoris, & quando hæc deficiat, non poterit hæres ſe defendere ab alia, ſcilicet quod negligat vindicationem propter commodum ſuum & lucrum, ne alias familia ſeruorum careat, ſi huius edicti ſeueritate puniantur, vt indicare videtur Conſultus *in l.* 3.§ *non tantum ff.hoc tit.*ibi, *ne hæres propter compendium ſuum familiæ facinus occulta-*
6 *ret* † Rurſus cum Reipublic expediat ne delicta maneant impunita, *leg.ita vulneratus* 51.*ff ad leg. Aquil. l.ſi operis* 14.*C.de pœnis, cum aliis vulg.l.*1.*tit.*1.*libro* 8. *Recop.*vbi Azeued *n.*63 Cum nulla domus ſecura eſſe poſſit niſi periculo ſui capitis cuſtodiam domini ſerui præſtent, ideo introductum eſt de publica quæſtione familia habenda [ *l.*1.*ff.hoc tit.*vbi latè Ioan. Igneus] hanc autem debet concupire hæres, vt publica coerceantur delicta, & punitio exerceatur, vt occiſoribus ſupplicium ſit, & aliis cedat in exemplum *l.quicunque* 8.§.*vniuerſi* 3.*ibi, & in pœnam ſuam & in aliorum coerceantur exemplum C.de hæreticis, l.ſi quis* 20 *in fin. C de furtis.* Obſeruat Pichard.*in* §.*vnde illud* 8. *n.*6. *Inſt.de obligat. quæ ex delict.* Hincque inductum eſt hoc Senatus Conſulto, ne hæres adeat hæreditatem antequam ſupplicium ſumat de morte defuncti, alias publicabuntur bona iuxta iura *ſupra* relata, *& l.neceſſario* 5.§.*non alias ff.hoc tit.*ſic enim defunctus vindicem habebit *l.*1.*ff de iure fiſci l. Papinianus* §.*meminiſſe ff.de*
7 *inoffic.teſtam.*† Et hæres quoque dicitur bene facere, ſi vindicauerit necem, ſi dimiſſo odio egerit actione iniuriarum *c.& qui emendat.*45.*diſt.c.de occidendis* 23.*q.*5. Tenemur enim odium remittere, ſed non iniuriæ ſatisfactionem *c ſi quis contriſtatus* 90.*diſt.*De odio prohibitio eſt, nam Chriſtus Dominus præcepit dilectionem inimicorum, vt ſimus filij Patris cœleſtis, Lucæ *c.*6.*c.cum in lege* 23 *q.*4.*c inter verba* 11.*q.*1. facit Eccleſiaſt. *c.*28. At de perſecutione iniuriæ nulla eſt prohibitio, nam ex licentia impunita magna audaciæ hominum ad maiora ſcelera daretur libertas, vt in ſpecie probat Pontifex *in c.* 2. *de homicidio lib.*6. *docet gloſſ.in d.cap ſi quis contriſtatus verb. ſatisfaciente.* Azor.2. *tom. moral. lib.* 12. *c.*3. *verſ. dubia quæſtionis.* Molin.*de iuſtit.tom.*3.*diſput.*715.*n.*8.Petr.Greg.*lib.*38. *ſyntag.c.*1.*n.*6 *& ſeq* Leſſius *de iuſt.& iur.lib.*2.*cap.*47.*dub.*4.*ex num.*21.

Ex quibus iam noſtræ legis quæſtioni aditus ape- 8
ritur. Quare ſcilicet ſubſtitutus contra fiſcum intendebat in hæreditate præferri. Nam cum hæres non vindicauerit necem teſtatoris, non eſt mirum ſi ab eo ablata hæreditate ſubſtitutus velit prius vocari quam fiſcus. Subſtitutus verò ea ratione fundabat ſuam intentionem, quod hæreditas non eſſet adita, atque ita fiſcus remanebat excluſus, cum aliter non poſſet aliqua ratione id prætendere *l. neceſſarios* 5. §. *non alias ff.hoc tit iuncta l.poſt aditam C de impub.*Præcipuè cum ſi ſatis eſſet contra hæredem agere qui teſtamentum aperuit, *l.*3.§. *quoad cauſam* 18. *l. in cognitione* 13. *ff. hoc tit.* hoc non oberit, nam quemadmodum ſi plures eſſent hæredes inſtituti & vnus eis inuiſis aut ignorantibus aperuerit teſtamentum, non amittunt portiones ſuas, ita & in ſubſtituto dicendum erat quod in cohærede docet Calliſtratus *in l. fin. hoc tit.* cum ſubſtitutionis ius potentius ſit *l. ſi quis hæres* 35 *ff.de adquir.hær. leg.*2.§.*ſi duo ff de contra tabul.*cum traditis à D. Mel. de Valentia *illuſtr. tract.*1.*c.* 2.*n.*3. *& ſequent.*

Adhuc tamen verius tuendum eſt in hac ſpecie 9
hæredem adiiſſe hæreditatem, nam cum fiſcus eam ab eo auferat vt indigno, certa eſt aditio, nam adhuc hæres remanet, etſi ab eo auferatur commodum hæreditatis, quod probo ex *leg.eum qui* 18.*D.de his quibus vt indign.* ibi, *exemplo bonorum fiſco vindicatorum.* Quæ verba de noſtro caſu intelligenda ſunt, & ex *l. ex facto* 43.§.*Iulius ff.de vulg ſubſtit.*iunctis quæ tradidimus *ſupra hoc libro c.*2. *n.*82.*& ſeq.* Rurſus, quia omnia iura ita dicunt auferendam ab hærede tanquam ab indigno hæreditatem, ſi adierit antequam vindicauerit necem teſtatoris *l.* 3. §. *tantum* 29.*l.neceſſarios* 5.*l. Senatus* 8.*in fin.ibi, qui deliquerunt in adeundo D. hoc tit l.* 3 §.*fin.ff.ad S.C.Trebel.ibi, ante quæſtionem de familia habitam l.* 3.*C.de his quibus vt indign.* ibi, *priuſquam quæſtio de ſeruis haberetur.* Paul.*lib.* 3. *ſent.in princ.* ibi, *hæres ante habitam quæſtionem adire non poteſt.* Ergo minimè dicetur indignus hæres antequam adierit non vindicando, quoniam ſi repudiaſſet vel non adiiſſet, fiſcus nulla ratione contra eum ageret, *arg. l.pretia rerum* 63.*verſ ſed nec hæreditatem ff. ad Falcid.* cum hæredi nihil eſſet quod potuiſſet imputare ſi hæreditatem noluiſſet *d. l. neceſſarios* §. *non alias.* Atque ita hanc ſententiam tenent plures relati à Pichard. *d.c.*16.*n.*17.Fachin *d.lib.*4.*c.*64.Corraſ.*in l.poſt aditam C.de impub.n.*50.Ioan. Igneus *hic n.*1. † Qui in id ex- 10
pendit noſtræ legis illa verba *an prior hæreditas*, quoniam hæreditas non dicitur teſtatoris poſtquam iam eſt adita, ſed hæredis qui per aditionem eam conuertit in proprium patrimonium, §.1.*inſt. de hæredit. qual.*docet Pichard.*in lect.de acquir. hær c.*29. *n.*22. & nos diximus *ſupra lib.*2.*c.*17. *n.*2. alias enim ſi adita non eſſe, minimè diceretur prior hæreditas, ſed defuncti. Neque etiam poſſet fieri vt ob culpam hæredis ſubſtitutus iniuria afficeretur, *argument. l. Papi-*

*nianus*

*nianus* 8.§ *meminiſſe de inoffic. teſt.* ibi, *cæterum ſi id rogatus fuerit reſtituere non debet iniuria fieri.* Notat Duaren.*ad tit. D. de vulgar.cap.* 10 *verſ. hæc quæſtio.* Fachin. *d. c.* 64. neque pœna diceretur affici hæres, cum pœna ſupponat culpam ex traditis à Barboſa *de axiomat. verbo pœna n.*1.

11 Hinc conſtat fiſcum contra hæredem indignum agere & ſubſtitutum excludere, nam etſi ſubſtitutus vindicauerit necem teſtatoris, & ideo videbatur dicendum ſuccedere debere. Quæ fuit ratio dubitandi, tamen fiſcus præfertur, quia ob multam mortem ex negligentia hæredis quæſitum eſt ius fiſco in hæreditatem, qui aſſumens hæredis locum ſubſtitutum
12 excludit. † Cuius rei exemplum ſit quod deducitur ex *l.penult. D. de iniuſto rupt.* in qua ſi poſthumus à primo gradu ſit exhæredatus, à ſecundo præteritus; ſi vnus ex primis inſtitutus decedat, ſubintrat & inuadit locum illum & in eo ſe conſtituit ad excludendum ſubſtitutum, vt ad illius legis explicationem obſeruarunt Duaren. *lib.*2.*de iure accreſcen.c.*16. Ant. Fab.*lib.*8.*coniect.cap.*20.*in princ.* Valent. *d.tract.cap.*2. *num.*8. *& ſeq.* Cui exemplo aliud annecti poteſt deductum ex *l.Statius Florus* 48.§.*Cornelio D.de iure fiſci*
13 *cum additis ſupra lib.*1.*c.*16.*tit.max.num* 35. † Itaque ſubſtitutum excludit, quia ſcilicet admiſit,& fiſcus excludit hæredem qui fuit indignus iuxta illud axioma, *ſi vinco vincentem te, à fortiori vincam te, l.de acceſſionibus* 14. § *etſi mihi verſ. nam qui me D. de diuerſ. & temp. præſcript.* de quo poſt Bart. & reliquos *per text. ibi, in l.Claudius* 17.*D.qui potiores*, vide Donel. *in l. aſſiduis,Cod qui potiores*, & Barboſ. *de axiomat iur.verb.*
14 *vincens* 226. † Vnde etſi ſubſtitutus veniat ex voluntate teſtatoris, & ita admitti poſſit, quia hæredis loco ſit ad vindicandam mortem teſtatoris *l.portiones* 21.*D.de his quibus vt indign.* (ita vt ſi ſeruus hoc officium exequatur, adipiſcitur libertatem *l.*3.§.*virum l. ſi ſeruus* 12.*D.hoc tit.l.*1.*C.pro quibus cauſ. ſeruus*,) tamen adhuc non adquirit hæreditatem, quoniam voluntas teſtatoris quoad ſubſtitutionem attinet, tunc habet locum quando qui primo gradu vocatus eſt hæres,non erit. Quod duos caſus continet ſi non poterit vel noluerit hæres eſſe ex doctrina Bart *in l.*1. *de vulgari n.*13. quam ſequuntur omnes *ibi*,& relati à Pichard.*ad illum tit.c.*6.*ex num.*1. & ab Oſuald. *lib* 6. *Donel.cap.*24. *lit.N* At cum in noſtra ſpecie,vt diximus, hæres ſcriptus adierit & adhuc hæres maneat poſtquam & hæreditas à fiſco ablata eſt, *d.l.ex facto*, § *Iulius de vulgari d.l.eum qui* §. *bonis de his quibus vt indign verſ.nec aliud*,non eſt mirum ſi ſubſtitutus excludatur à fiſco. Neque ad exemplum ſerui admittetur,cum res multo diuerſa ſit, nam ſeruus admittitur vt ſic fides eorum erga dominos augeatur, ſubſtitutus vero non debet ex pœna inſtituti commodum
15 reportare,vt nunc audiemus. † Ex quibus patet non recte Bart *in l.*1.*n.*26 *de vulg* & congeſtos à Pichard. *ſupra c.*16.*n.*9. & à Barboſ. *in l.ſi ab hoſtibus* 11.§.*fin. num* 21.*D ſolut.matrim.* Donel *in l.poſt aditam Cod de impub num.*7. Duar. *ad tit.de vulg c.*10 *verſ.alia igitur quæſtio*,Fachin.*lib.*4.*controuerſ. c.* 64. poſuiſſe ſpeciem vt hic credatur hæres repudiaſſe hæreditatem, nam
16 ſatis hæc opinio ex ſupra adductis videtur falſa.†Ratio autem quare fiſcus præferatur ſubſtituto, quam adducit Marcianus ex Papiniani auctoritate ea eſt, quod *pœna vnius præmium alterius eſſe non debet*, nam cum hæres non vindicauerit, ſed ſubſtitutus, videbatur applicanda hæreditas ei hæredum qui officium illud adimplerit, & ita additio quaſi non facta cenſenda.Sed nihilominus certum eſt quod cum lex voluerit punire hæredem negligentem, talis punitio non cedet in præmium alterius, quia lex tantum intendit punire, non vero præmia proponit, & inuentum ad pœnam non tendit ad præmium etſi excluditur ſubſtitutus ex dicta ratione quam in aliis articulis vſurparunt IC. *in l.item ſi cui* 14.§.*Tædius D de eo quod metus l.ex hoc* 3. §. *planè D. de eo per quem factum l.*3.§.*ſi ex furtiua D.de peculio l.*3.§.1.*de tributor. l.ſi ab hoſtibus* 11.§.*ſi vir D.ſolut.matrim.*& ita tenent plures, quos refert Peregrin.*de iure fiſci lib.* 2 *tit.* 2. *num.*27.

Quo attento procedit deciſio *l. ſororem* 10. *Codic. de his quibus vt indign.* vbi ſi ſoror necem fratris vindicauit, non ob id aufert ab vxore fratris hærede ſcripta hæreditatem, ſi ipſa negligens fuerit in necis vindicatione,propterea quod etſi vindicet, non conſequitur in præmium quod alias erat punitio hæredis. 17

Vnde infero interpretationem ad Ægid.Modeſtini reſponſum *in l.Lucius Titius* 9 *ff.de iure fiſci* Vbi cum mulier potionaret maritum,ſeu veneno necaret eum, hæres qui exiſteret poſthumo filio, à ſorore mariti accuſata eſt,& ait IC.quod ſi mulier moriatur antequam ſententia data ſit & litem perſequatur, ſanè bona ſcelere quæſita ad fiſcum pertinere. Quæ tamen rectius debebant pertinere ad ſororem, vtpotè poſthumi amitam,quæ ab inteſtato ſuccedebat remota vt indigna poſthumi matre. Quæ difficultas quam nullus ibi mouet (etſi latè eam legem interpretentur Barboſ.cum multis, quos refert *in l.ſi ab hoſtibus*, 11. §.*fin.ex num.*27.*D.ſolut.matrim.*& Chaldas *in l.ſi curatorem verb ſua facilitate num.*22.*Cod.de in integrum reſt.* Peregr. *de iure fiſci lib.* 2. *tit.*3.) ex ſupradictis facilè diluitur, nam etſi ſoror egerit contra vxorem, adhuc tamen vt indigna pronunciata mulier, quia de veneficio conſtabat turpiter ab ea quæſita hæreditas,fiſco vindicatur,quia non debet cedere ſorori in præmium accuſationis quod in pœnam criminoſæ fuit introductum. Vnde cum iam mater poſthumi legitimam habeat hæreditatem, eius amita non poteſt admitti, etſi obtineat in accuſatione, quia illa bona ſcelere quæſita ſunt vxori, & quod in pœnam fiſcus aufert, non debet auferre in præmium ſoror iuxta rationem 18
noſtræ legis † A qua etiam dependet *l.his conſequenter* 18 §.1.*D.de famil.erciſc.*vbi inter hæredes familiæ erciſcundæ iudicium non eſt de morte teſtatoris,non vt Anton.Fab.*ibi* exiſtimat,qui à fiſco poſtulante, & ſuam intentionem probante hoc ius ad cauſam diuidendæ hæreditatis non pertinet. Neque Gothofredus, qui omnibus hæredibus competere ius vindicandæ necis, non vero vni attribui exiſtimat: ſed quia nullum commodum poteſt ad cohæredem peruenire cum hærede vt indigno pronuntiato ad fiſcum pertineat. 19

Secundò infero ad hoc vt huic SConſult.locus ſit, neceſſarium eſſe vt hæres adeat ante quæſtionem de familia habitam, ſuppliciumque ſumptum, vel mortem vindicatam, vt probatur *in d. l. neceſſarios* 5.§.*non alias l.*3.§.*non tantum D hoc tit.l.*13. *tit. part.*6 Sed obſtat quod ſatis ſit aperire teſtamentum antequam quæſtio habita ſit,ita vt non ſit neceſſaria aditio, ſed ſufficiat apertio,*l.*3.§.*quoad cauſam* 8.*l.in cognitione* 13. *l.ſi antequam* 23 *l.leg.*25.§.1.*&* §.*ex hoc l.fin.D.hoc tit. l.ſi ea* 3.*Cod.de his quibus vt indign.* vbi tantum ſufficit apertura tabularum, vt ab hærede auferatur hæreditas, ſi antea non vindicet necem teſtatoris. Quam ſententiam tenuit Duaren. *ad hunc titul.* §.7.*cap verſ. ſed quæſtio eſt ex alio capite.* Cujac. *lib.* 8. *obſeru.cap.*6. Azonis ſecutus opinionem ſcribit hæredem poſſe adire vel miſcere ſe hæreditati & aperire teſtamentum antequam vlciſcatur necem teſtatoris. In quam ſententiam adducit *l.eius* 29.§.*fin de iure fiſc. d. l. eum qui* 18.§ *bonis de his quibus vt indign. l. cum fratrem* 9. *C.eod.* vbi id apertè videtur confirmari. † Sed in hac opinionum varietate adhibenda eſt diſtinctio, quam etiam videntur ſecuti Azo.*in rub. Cod. de his quib. vt indign.* 20 21

*indign.n.* 3.& Bart.*in d.l.in cognitione n.*4. licet Accurſ. in alia omnia eat *in eadem lege ſchol.*1. Nam certum eſt dominum vi adhibita occiſum eſſe aut à familia aut in domo ſua, vt *in l.*1.§. *vbi- vique* 20. *cum ſeqq. iuncto princ.*& tūc dicemus hæredem non poſſe teſtamentū aperire ſeu recitare ante quæſtionem de familia habitam. Ratio eſt, quia vt Cujacius ait, ne ſeruis teſtaméto manumiſſis competat libertas ante quæſtionem familiæ, & neceſſe eſſet de liberis hominibus neglecta eorum libertate ſupplicium ſumi. Sed hoc falſum credo, quoniam etiamſi manumiſſi ſint, de eis ſupplicium ſumitur tanquam ſi ſerui fuiſſent *l.* 3.§. *de his* 16.*hoc tit.*

22 Verior ratio eſt quæ proponitur à I.C.in eadem *l.* 3.§ *non tantum* 29.ne hæres propter compendium familiæ facinus occultaret, vt diximus *ſupra*, & vt metu ab aditione hæreditatis impediretur cum iure antiquo, niſi tabulæ apertæ eſſent, hæreditas non poſſet adiri *l.* 3.§.*eleganter. l cum fiſco* 9.*ff.hoc tit.l vn.*§.1.*C. de caducis toto tit ff.quemadmod.teſtam.aper.*& ideo hæres qui aperuit teſtamentum, pœna centum aureorum, non vero hæreditatis, priuatione mulctabatur *d l.lege* 25.§.*fin.ff.hoc tit.* Nam in minori delicto quale erat apertura tabularum, non debebat grauiori, & duplici pœna affici hæres, id eſt & priuatione hæreditatis, & multa centum aureorum, qua non afficitur hæres quando adit hæreditatem, cum inhumanum eſſet, vt is qui nihil commodi conſequi poteſt vltra aureorum pœnam, publicatione bonorum & is qui grauius peccaret adeundo plecteretur, publicatione tantum bonorum. Ita rectiſſimè conſiderauit Hugolinus antiquus iuris interpres, quem ſequitur Accurſ.*in d.l.in cognitione*, reprobata Azonis, & Ioannis ſententia, qui contrariæ opinionis erant, vt docet Igneus *in d.l.in cognitione n.*5.10.24. 26. *&* 27.

23 † Secunda pars diſtinctionis eſt, quando teſtator occiſus eſt ab extraneo non in domo ſua, ſed extra, in qua nulla ſeruorum culpa aut negligentia potuit conſiderari, quo caſu Azo *ſupra n.*10.& Cujacius eius aſſecla volunt hæredem poſſe adire hæreditatem, etiam ante necis vindicationem, ego vero credo verius hoc caſu in teſtamenti apertura non delinquere hæredem, ſed in aditione, & ita ſi adierit antequam vindicet, tunc dabimus fiſco ablationem bonorum, vt in dictis iuribus, & docet Bart.*in d.l.neceſſarios* §.1. *& in d.l.in cognitione*, & Caſtrenſis *in l.*3.*C.de his quibus vt indign.*

24 Hac admiſſa diſtinctione, neceſſe eſt contrariis iuribus reſpondere, & in primis grauiter repugnat *d.l. fin.hoc tit.* vbi dicitur ex apertura teſtamenti facta ab vno ex cohæredibus cæteros non amittere portiones ſuas, ergo ille qui aperuit amittet, etſi conſequitur propter aperturam amitti hæreditatem. Cui difficultati ſatisfaciunt Hugolinus *ſupra* relatus, & Accurſ. *in d.l.*3.*C.de his quib.& in l.*3.§ *fin.ff.ad Trebel.verſ.aperuit, & in d.l in cognitione*, vbi Bart.Angel. Roman.& Igneus *n.*29.Caſtre.& Alex.*in d.l.*3. *C. de his quib.*in illa lege non ſolum teſtamentum fuiſſe apertum, ſed & aditam hæreditatem Quod præter eos probo ex illis verbis, *non amittunt ſuas portiones*, quæ denotant hæreditatem iam aditam, *l.non videtur* 83.*ff.de reg.iur.* cū priuatio præſupponat habitum iuxta multa iura à Gothof.*in d.l.*83 relata quare cum adita fuerit hæreditas ab hæredibus, non debent puniri qui culpa carent, *arg.l.de pupillo* 5.§.*ſed ſi vnus ff.de noui oper.nunt.l. non debet* 74.*ff de reg.iur.l.cum ſolus* 68 *de adquir.hær.*

25 Ex quo ſequitur, quod ſi cohæres neglexit queſtionem proponere, licet altero implente adhuc ad illius portionem admittiti fiſcus *l.fraudati* 8.§.*fin.ff.de Publician.l ſi ita fuerit* 3 *ff de manum.teſt.l.ſi plures C.de cond. inſer.* nō enim dabitur eo in caſu ius accreſcēdi, ſed ius nō decreſcendi, vt notat Igneus *hic n.*9.*& ſeq.*



Eodem modo debet explicari *d.l.*3.*C.de his quib.vt indign.* vbi eadem pœna locum habet ob aperturam teſtamenti quæ ob non vindicatam mortem. Nam dicendum eſt cum Accurſ.ibi, quem ſequuntur Bald. Caſtrenſ.& Salicet.aditam quoque fuiſſe hæreditatem poſt apertum teſtamentum. Quod ita probatur, quoniam ſi occiſio facta eſt extra domum, tunc non eſt periculum ſi aperiat, dum tamen non adeat, ſi vero in domo eueniente nece aperiat, cētum aureorum pœna mulctatur, dum tamen vlterius nihil fecit, attamen quæ *in d.l.* 3.adiuit quoque poſt aperturam, ideo ei aufertur hæreditas Hoc tamen dupliciter probatur. Primò, quia filij fuerunt hæredes qui aperuerunt, in quibus non eſt neceſſaria aditio *l.in ſuis* 14.*de ſuis, & leg.* ſed tantum ſufficit exiſtentia. Secundò, quia cum ad procuratorem ſuum cauſam remittat Imperator, conſtat iam eſſe certam aditionem, ex *l.*1.*Cod.vbi cauſ. fiſc.* quæ ita eſt explicanda, & de ea agit Igneus *in d.l. in cognitione hoc tit.n....* 26

Rurſus non obſtat *l.cum fratrem* 9.*C.de his quib. vt indign.* quia reſpondendum eſt loqui, quando occiſores defuncti ignorantur, tunc enim impunè adire poteſt hæreditas, ſiquidem cum clam, & veneno necatur, non debet eſſe hæreditas in pendenti, donec conſtet de occiſoribus, quia occiſus dicitur de eo qui necatur per vim aut cædem vt iugulatus, præcipitatus, fuſte aut lapide percuſſus, non vero clā, & veneno interimitur *l.*1.§.*occiſus ex* 17.*& ſeq l.propter* 22.*hoc tit.* notat Accurſ.*ibi, verb.non vetantur*, quē ſequitur Bald. Salicet.& reliqui.† Denique non obſtat *dict.l.eius qui* 29.§.*fin.D.de iure fiſci.* Nam ibi non tractatur, an poſſit vel non poſſit adiri hæreditas ante vindicationem mortis, ſed non reſuſcitari actiones aditione confuſas, quando poſt aditam hæreditatem non defendit mortem defuncti: hoc tamen intelligendum eſt eo caſu quo poſſit adire, vt *in d.l. cum fratrem*, vel quando ignorauit necatum fuiſſe teſtatorem, tunc enim recte poterit adire. 27 28

## CAPVT IX.

Difficilis Pauli ſpecies *in l.Sempronius Attalus* 26.*ff.de vſufruct. legat.* aperitur, explicatur noue, & multa de vſusfructus legati ceſſione adducuntur, quæ adhuc lucem non viderant.

### SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus quare morte extinguatur.*
2 *Species noſtræ legis.*
3 *Satisfit rationi dubitandi eiuſdem*, & n.5.
4 *Vſusfructus cauſalis dicitur, & formalis.*
6 *Quid operetur ceſſio vſusfructus legati in ſpecie noſtra. Proponitur difficultas.*
7 *Quare vſusfructus cedat ab adita hæreditate ſicut libertas.*
8 *Vſusfructus debitus ad hæredem tranſit cum nondum ſit conſtitutus.*
9 *Diſſidium Africani* in l.qui vſumfructum 36. §. ſi ſtipulatus, & vſufr.*cum Paulo hic*, & n.10.& 11. & n.24.
12 *Explicatur difficilis Vlpiani locus* in leg. 1.§.ſi tibi fundus ff.quibus modus vſusfructus amitt. *&* n.13.& 20.
14 *Queritur Auctor de Scholæ Salmantina malis ſuffragatoribus.*
15 *Cuiuſdam anteceſſoris interpretatio adducitur, & reiicitur*, & n.16.
17 *Vera* ad d.§.ſi tibi adducitur, *mens*, & n.18.

19 *Expenditur* d.l.1.in princ.ff.quib.mod s *in proba-
tiones veræ interpretationis.*

21 *Aperitur Pauli noſtri vera ratio dubitandi , & de-
cidendi* , & n.ſeq.

1 VSVSFRVCTVS morte extinguitur vſu-
fructuarij §.*finitur inſt.de vſufructu*,cum
aliis *ibi* adductis à Pichardo *n.* 1. *&* 2.
Donel.*lib.*10.*com.c.*17. Barboſa *in l.vſu-
fructu* 58.*n.*4.*ff.ſol.matr.*Morl.*in emp.tit.
de ſeruit.q.* 1.*n.*16. Caſtil.*de vſufr.c.*61. P.Fab.*lib.* 1. *ſe-
meſt.c.*8.*&* 9. Ant.Fab.*de error.decad.*9.*err.*1. Quoniã
vt ait I. C.*in l.*3.§ *final.ff.quibus mod.vſufruct.amitt.*ius
fruendi morte extinguitur ſicuti omnia quæ per-
ſonæ cohærent , id eſt , quia id id ius tale eſt quod
in fruendo,& faciendo conſiſtit, vnde recte infertur
morte extingui,& ad hæredes minimè poſſe trãſire,
nam ea quæ ſunt facti,perſonam non egrediuntur, §.
*ſed cum factum inſt.de ſtipul.ſeru.l.quia tale* 13.*ff.ſol.mat.
l.non ſolum* 8 §.*tale de liber.legat.l.qui hæredi* 44.*de con-
dit.& dem.* & cum vſusfructus ſit ſeruitus perſonalis
*l.* 1. *de ſeruit.* cum perſona extingui debet, ita docent
poſt Bart. Caſtrenſ. & alios antiquos Donel.*d.c.* 17.
Con.4.*com.c.*6.*n.*3. Hotman. & Pichard.*in d.*§.*finitur.*

2 Ex hoc principio pendet ſpecies quam hic tractat
Paulus in qua Sempronius grauauit ſuum hæredem,
vt fundum detracto vſufructu daret Caio poſt decen-
nium:ita vt proprietas poſt decennium illud inciperet
eſſe Caij , & vſusfructus apud hæredem remaneret.
Mortuo hærede ante decennium priuſquam dies le-
gati veniſſet , quæſitum eſt an morte hæredis finitus
fuerit ille vſusfructus , adeo vt poſt decennim hæres
hæredis teneatur præſtare plenum fundum , plenam
proprietatem quaſi morte vſufructuarij conſolidatam
cum vſufructu. Cui dubio reſpondet Paulus hunc
vſumfructum minimè poſſe perire morte nec capitis
minutione.Huius rei eam eſſe rationem ait,quod dies
huius legati ceſſit ſtatim, & nondum mortuo primo
hærede *l.*5.*in princ l.ſi dies* 21.*ff.quando dies leg.l vn.*§.
*cum igitur C.de caducis.* Ex quo efficitur vt deberi in
cipiat legatum,licet ante tempus non poſſet peti *l.cre-
dere diem* 213.*de verb.ſign.*vnde cum vſusfructus ante-
quam conſtituatur nihil ſit *l.*3.*de vſufructu l. in omni-
bus* 18.*ff.de ſeruit.l.*1.*in fin.de ſeruit. ruſtic.*cum addu-
ctis à Caſtillo *de vſufruct.cap.*8 *n.*18. *& ſeq.& c.*9.*n.*3.
neque ſit factum hæredis, vtpotè cum non ſit ſepara-
tum à proprietate dato,ſcilicet legatario dominio,re-
tentoque apud hæredem vſufructu poſſe quod nondũ
fuit factum iure ſeruitutis, aduenientéque die legati;
conſequens eſt dicere,perire non poſſe,quod nondum
fuit factum hæredis ex vulgari regula iuris qua do-
cemur non videri deſiiſſe illum habere, qui nunquã
habuit cum priuatio præſupponat habitum , *l.non vi-
detur* 83.*l.quod quis* 174.§.1.*l.non poteſt* 208.*de reg.iur.*
docet Ariſt.*lib.*4.*Metaph.*quemad.id adducit Pet.Fab.
*in d.l.* 3.Pichard.*in* §.*ſeruus n.*2.*de c.dim.*Bart.*per text.
ibi,in l.decem* 116.*de verb oblig.*Gothofred.*in l.Titio* 96.
*de cond.& demonſt.*& Cujac.*in præſenti.*

3 Neque obſtat ratio dubitandi quam Paul.adducit,
quod cum dies huius vſusfructus cedat,ſtatim conſe-
quenter debebitur,ac proinde ad hæredem tranſmitti
potuit obligatio hæc ex teſtamento nata eius legati
nomine vnde eueniebat , & vſumfructum eius fundi
ſtatim ad hæredem pertinere,atque ita perimi vſum-
fructum ſuperueniente hæredis morte. Nam reſpon-
det I. C. deberi legatum relictum in diem certum ad
hoc tantum vt tranſmitti poſſit ad legatarij hæredem,
non autem , vt ſtatim ante diem proprietatem faciat
legatarij,& vſumfructum hæres conſtituat in ſua per-
ſona,cum interim non ſit fructuarius , ſed pleno iu-
re dominus,habeatque vſumfructum, non iure ſerui-
tutis,ſed iure dominij qui cauſalis à Doctoribus dici-
tur : † Id eſt ille quem habet dominus , cum econtra 4
ille qui verè dicitur vſusfructus *formalis* appelletur,
vt ad multorum iurium explicationem docet Caſtil.
*de vſufr.c.*1. Oſuald.*ad Donel.lib.*10.*c.*2.*lit.E.* † Vnde 5
mortuo hærede hæres eius ante diem legati eodem
modo eſt pleno iure dominus,& poſt diem ab eo de-
ducitur vſusfructus,& nuda proprietas legatario præ-
ſtabitur. Hæcque eſt reſponſio Paul.ad argumentum
quod contra attulerat,& explicat Cujac *hic.*

Sed ex alio capite difficilis redditur Pauli traditio, 6
ſcilicet,quod cum hoc legatum vſusfructus ceſſerit in
perſona primi hæredis , hæc ceſſio in vſufructu non
operatur effectum ordinarium , vt poſſit ius legati in
hæredẽ tranſmitti,nam cum perſona vſufructuarij ex-
tinguitur,*l.vnic.*§.*libertatibus C. de caducis l.*5.*l.ſi habi-
tatio ff.quando dies leg.*cum ſit ſeruitus perſonalis,& vi
perſonæ cohæreat,vt dixi,& ſic ad hæredes tranſmitti
non poſſit *l.Stichus* 20.§.*Titia de alimen.leg.l.Titiæ* 19.
*de ann.leg.*ſed tantum operatur illa ceſſio,vt debeatur
vel adquiratur,vt docet Bart.& omnes *in l.*3.*ff.de ſer-
uit.leg.*quem ſequuntur Cujac.*ibi* Coſtalius *in l.* 1. *ff.
quando dies vſusfruct.leg.*& alios referens Caſtillo *ſupra
c.* 8. *n.*7. *&* 8.& ratio eſt, quia repugnat tali ceſſioni
natura vſusfructus *l.*2.*&* 3.*ff.quando dies leg.coniuncta
l.*5.§.1.*eod.tit.* Vbi dicitur quod ſi poſt diem ſint lega-
ta relicta,ſimili modo ac in puris cedit dies,niſi fortè
fuit id legatum quod ad hæredem non tranſit,vt pu-
ta ſi vſusfructus ſit poſt annum relictus.Ex quibus vi-
debatur ceſſionem ſpectandam non poſſe,cum nullius
effectus ſit, ſiquidem non poteſt tranſmitti ad hære-
dem , neque ipſa quidem ſpes ad vſumfructum, cum
eodem modo per mortem finiatur actio pro vſufructu
conſtituendo competens, ſicut vſusfructus iam con-
ſtitutus *l.qui vſumfructum* 36.§.*ſi ſtipulatus verſ.ſin au-
tem,iuncta gloſſ.ibi.ff.de vſufruct.* facit *l.ſi eum* 10.§. *qui
iniuriarum ff.ſi quis caut.*

Ob quam rationem vſusfructus cederet ab adita 7
hæreditate:nam à morte teſtatoris dicitur,*in l.*1.§. *dies
ff quando dies vſufruct.* & ea ratione libertas cedit ab
aditæ hæreditatis tempore eodem modo ac vſusfru-
ctus *d l.vnic.*§.*libertatibus C.de caducis l.apud Iulianum*
11.§.*vtrum verſ.cum igitur ff ad Trebel.l.teſtamento* 25.
*ff.de manum.teſtam.*quia cum libertas perſonæ cohæ-
reat,non poteſt ad hæredem tranſmitti,& ideo fruſtra
eius dies cederet à tempore mortis *l.* 3. *ff. quando dies
leg.ced.*

Quæ difficultas grauiſſima videtur , & eo maior 8
quod à nemine non ſolũ explicata,ſed nec cognita.Et
ego licet non habeam cuius veſtigia ſequi poſſim,pro
ingenij copia præſtabo quod magis ad hãc rem diffi-
cilem aperiendam conducere videtur.Exiſtimo itaque
rectè ratiocinatum Paulum,nam verum eſt vſufructu
ceſſionem non operari effectum tranſmittendæ ( ad
quod inducta eſt ceſſio)ſed tantum effectum debendi:
Attamẽ argumentum haberet locum quãdo vſusfru-
ctus conſtitutus erat in perſona legatarij , non vero
quando tantum debebatur ei , & nondum conſtituto
vſufructu(nondum enim dies venerat)deceſſerit,tunc
enim ad hæredem hæredis pertinebit , quia nondum
erat primi hæredis , in cuius perſona non poſſumus
dicere deſinere quod nondum cœperat , neque radi-
catum erat , quare cum pendeat hæc obligatio vſus-
fructus,quando moritur primus hæres,ita tranſibit ad
hæredem eius, cum ſit effectus alter ceſſionis debitio
ſiue obligatio,licet peti non poſſit ante tempus;& cũ
hanc obligationem, & debitum relinquat in ſua hæ-
reditate,certum eſt hæredi adquiri. Vnde hæc ceſſio
cum non operetur niſi tantum obligationem,hinc eſt
quod non à morte teſtatoris , ſed ab aditione cedat ,
quod exprimitur *in d.l.* 5.§.1 *iuncta l.*3.*D. quando dies
leg.* † Neque obſtat obſcurum Africani reſponſum 9
*in l.qui vſumfructum* 36.§.*ſi ſtipulatus,verſ.ſin autem D.*

*de*

*de vſufruct.* vbi ſi promiſit quis fundum detracto vſufructu, & ante traditionem fuit mortuus, quæritur an hæres promiſſoris plenam proprietatem vel fundum ſine vſufructu debeat tradere, & Anton. African. quod ſi non fuit actum, vt in perſona hæredis conſtitueretur vſusfructus, hæres plenum fundum præſtabit, quia ipſa eſt natura vſusfructus, vt ſibi ſoli videatur promiſſor reſeruaſſe vſumfructum *l. ſtipulatio 38. §. ſi quis ita 10. de verb. obligat.* quia ea quæ ſunt perſonalia, nec ſua natura ad hæredem tranſeunt, non facile comprehendunt perſonam hæredis, ex quo deducit idem eſſe admittendum, quando vſusfructus legatus eſt ab hærede vt in præſenti, cum in eo caſu de eo detrahendo ſenſerit etiam in perſona hæredis, tunc dicemus de primo tantum cogitaſſe, vt docet quoque Paul. *in præſenti verſ. ſed his caſibus*, ne alioquin proprietas in perpetuum inutilis remaneret ſemper abſente vſufructu, cum etiam vlterior hæres primi teſtatoris ſit hæres *l fin. C. de hær. inſtitut. l. antiquitas 14. Cod. de vſufruct.* & inde ſi cum in perſona primi hæredis cœpiſſet vſusfructus, non tranſiret in hæredem hæredis, ſed conſolidaretur cum proprietate quam habet legatarius, ita & multo minus vſusfructus qui in eius perſona non cœpit, ad hæredem ſecundum pertinebit, vt idem Paul. docet *hic in verſ. ſed his caſibus.* Africanus autem ideo ait manifeſtius hoc ſe habere in legatis quam in ſtipulationibus quia ſolemus in ſtipulationibus tam hæredibus noſtris cauere quam nobis *l. ſi pactum 9. de probatio. leg. ſciendum 70. de verborum ſignificatione.*

10 Quapropter videtur Africanus rectius reſpondiſſe (dum ait multum referre in his ſpeciebus, qua mente vſusfructus exceptus ſit) quam Paulus, qui poſtquam dixit hoc pendere ex ceſſione legati vſusfructus, poſtea adiicit *in verſ. ſed his*, de ſententia teſtatoris quærendum. Si enim teſtatoris ſententia attenditur, ad quid ceſſionis diſpoſitio, præcipuè cum in dubio dicere debeamus cum Africano mentem teſtatoris eſſe vt ad ſecundum hæredem vſusfructus non tranſeat? Atque ita nunquam in dubio dabimus iuxta hanc diſtinctionem ſecundi hæredi vſumfructum, cũ ſemper præſumendum ſit teſtatorem de primo hærede ſenſiſſe, etſi conſtat ſecundum eſſe admittendum, tunc voluntas teſtatoris, non vero ceſſio vel conſtitutio efficiet, vt ad ſecundum tranſeat, *d. l. ſtipulat. 8. § ſi quis ita de verb. oblig.*

11 Sed reſpondendum videtur Paulum rectè excepiſſe à ſua ſententia teſtatoris voluntatem quæ potior in hac re erit quam iuris ratio *l. voluntas 7. Cod. de fideicommiſſ.* vbi Accuſ. Itaque quæ I.C. *in principio* dixit, procedunt ſecundum iuris diſciplinam, & artis principia, niſi probetur aliam fuiſſe teſtatoris voluntatem, nempè vt ne plus ſecundus hæres habeat quam ſi primus vſumfructum iure ſeruitutis iam habere cœpiſſet, quo caſu hæres ſecundus nihil habebit primo mortuo, & conſequenter plena proprietas legatario dabitur. Vnde fiet ſicuti qui vſumfructum habet eum non tranſmittit ad hæredem, ita eodem modo non tranſmittet in hoc caſu illam ſpem habendi ex voluntate teſtatoris quæ plerumque eſſe præſumitur, vt *in dict. §. ſi ſtipulatus*, verum in caſu dubio ſecundum iuris regulas quas tradit Paulus hic, res definienda erit.

12 Verùm adhuc non videtur tutus I. C. noſter ex traditione Vlpian, *in l. 1. §. ſi tibi fundus D. quibus mod. vſusfruct. amitt.* vbi ſi fundus tibi legatus eſt ex die & grauatus ſis mihi vſumfructum reſtituere, quæritur an ſi capite diminutus ſim antequam dies adueniat quando tibi fundus tradendus eſt, vſusfructus extinctus ſit, ita vt non poſſit mihi saluus eſſe. In quo dubio ait I.C. benignè receptum fuiſſe valere vſumfructum, quia ante diem legati cedentem capitis minutio interuenit. Quæ deciſio grauibus opprimitur difficultatibus Prima quia non erat neceſſarium recurrere ad benignitatem, quia alias diceremus ſtricto iure vſumfructum extingui, etiam antequam conſtitutus factus eſſet legatarij contra Paulum noſtrum illic, *ſed vſusfructus nondum eſt hæredis*, & facit *l Titio 96. ff. de cond. & demonſt.* ibi, *quia conditio nec initium accepit.* † Nec 13
ſatisfacies ſi dixeris ſolere dici pertinere vſumfructum, etiamſi nec cœpit pertinere, *l. 3 §. deſinere Dig. vſusfruct. quemad. caueat.* Quia illud habet locum iuxta terminos *d. §. deſinere*, quando ſcilicet vſusfructuarius cautionẽ fructuariam propoſuit antequam competeret vſusfructus, verbi gratia, ſi legatarius erat conditionalis, & conditio ignorata eſt ab hærede, vt ponit Accurſ. quem ſequitur *ibi*, Ant. Fab. Quo caſu ſi capite minuatur, reſtituere tenebitur, *l. 1. §. habet D. illo tit.* etſi ad eum non pertinuit vſusfructus, quoniam deſinere pertinere dicemus, etſi non pertinuit, idem erit etiamſi nec cœperit pertinere, quamvis legatus ſit: ergo cum legatus erat, & non pertinuit, dicendum eſt hoc procedere iuxta caſus ſupradictos.
† Suauius ſe gerit quidam in his ſcholis, qui ait 14
*in d § ſi tibi*, fuiſſe conſtitutum vſumfructum ex integro, & vtiliter (verba ſunt eiuſdem, quem Patres illius ſcholæ ſemper me ſpreto in petitionibus Cathedrarum præpoſuerunt dignum ingenium illuc indicãtis, vt omnes antecelleret, ô tempora, ô mores! ſed quãdo Midæ auribus Apollini non fuit prælatus Marſyas † Ex integro itaque ait ille & vtiliter quoniam 15
dies de quo *ibi* ſiue certus ſiue incertus legatario fundi propoſitus fuit, vſusfructus autem vſufructuario purè. Vnde ſicut dies appoſita hæredi non impedit vtilem ceſſionem legatorum, ſed ſolum legatum mora ſuſpẽditur, ita nec dies legatario appoſita impedit ceſſionem, & vſusfructus conſtitutionem, licet contrariũ ex benignitate fuerit receptum. Nam cum præſtatio vſusfructus mora ſuſpenditur, non videtur cum effectu conſtitutus, quod ſenſit quoque Antonius Faber. Hæc ille facundiſſimus, & omnium præmiorum Acamiæ digniſſimus. † Verum hoc interpretamentum 16
falſum omninò eſt, quia minimè fuit conſtitutus vſusfructus in perſona vſufructuarij futuri nec quidem potuit Ratio eſt euidens, nam tibi dandus erat fundus poſt tempus, & poſtquam dominus eſſet factus, grauatus remanebis reſtituere vſumfructum mihi. A quo nempè ante tempus conſtitui potuit ei qui nec potuit petere ante diem legati cedentem? & contra principia iuris diceremus ceſſionem efficere conſtitutionem vſusfructus. Cedere etenim eſt deberi *l. cedere diem de verbor. ſignificat.* conſtitui vero vſusfructus eſt cum inducitur in fundum legatarius, & dominus patitur, vt vtatur fruatur, *l 3. verſ. dare D. de vſufructu l. 1. §. fin. D. de ſeruit. ruſt.* & ideò ſi meo caſu conſtitutus iam eſſet, nulla æquitate fieri poterat quominus extingueretur *d l. 1. in princ. & § ſeq iuncta lege noſtra*, ibi, *ſed vſusfructus nondum eſt hæredis, & ideò capitis diminutione perire non poteſt.*

Quare in hac graui difficultate ego dicerem ad 17
benignitatis rationem in ea ſpecie recurrere neceſſe fuiſſe, quoniam propter capitis diminutionem perſona vſufructuarij mutata eſt, ita vt alia credatur *l. cum quis 38. in princ. D. de ſolut.* vbi ſi adiectus ſolutioni capite minuatur, vel minima vt adoptione vel media vt deportatione, aut maxima vt in metallum datione, rectè ei non ſoluitur, quia ait African illa ſtipulatio habet illam conditionem *ſi in eadem cauſa maneat §. item ſi adhuc 11. verſ. & huic ſimile Inſt. de mandato*, quæ fuit ratio quare capitis diminutione intercidat vſusfructus *d. §. finitur inf. de vſufr.* vbi Pich. *d. l. 1. in princ. D quib. mod. vſufr.* vbi Ant. Fab. & Don. *lib. 10. com. c. 17.* & ibi Oſuald. *lit. F.*

18 Vnde cum iam per ceſſionem vſusfructus debeatur
eius perſonæ,licet non ſit conſtitutus ( nam ceſſione
ex die in perſona legatarij proprietarij iam ceſſerat,
euenit vt ſic in vſufructuario quoque videbatur de-
beri, vt noſter Paul. inſinuat illis verbis *mouet enim
me)* videbatur dicendum hãc obligationẽ vſusfructus
poſt tempus illud conſtituendi extinctam eſſe, cum
iam non ſit ea perſona quæ fuit tempore ceſſionis &
debitionis, nam ſi fuit ſeruus pœnæ effectus vel de-
portatus etiam eſt reſtitutus alius homo creditur, vt
latè probaui *ſup lib.1.cap 12 num.10.*& probatur *in l.
ex facto 17.§ ex facto.5. D.ad Trebel.* ibi quaſi ab alio
non prodeſſe, & congruit eleganter Senec. *lib.4. de
benef. cap.35.* ibi, ( *Omnia eſſe debent eadem quæ fue-
runt cum promitterem, vt promittentis fidem teneas.* †
19 Quare ad benignitatis rationem confugere neceſſe
fuit, quia vt diximus, non eſt iam nunc illa per-
20 ſona cui ante debere cœperat vſusfructus. † Id ſe-
cles *d. l. 1.* diſerte notat, cum enim in principio do-
cuiſſet Vlp.vſumfructum capitis diminutione amitti,
adiicit *in* §.1. hoc ita accipiendum ſi conſtitutus ſit
vel nondum ceſſerit eius dies vel adita ſit hæreditas.
21 † Poſtea arguit ſublatenter *in d. § ſi tibi*, ergo ſi ca-
pitis diminutio interuenit poſt ceſſionem quæ euenit
in perſona proprietarij, ſtricto iure intelligitur ex-
tinctus quatenus debebatur ex *ſupra* dicta ratione,
Benignitas tamen facit vt non intelligatur ceſſionem
accidiſſe, neque cœpiſſe deberi vſumfructum. Sic
intelligo illa verba *quaſi ante diem cedentem.* Ratio eſt,
nam cum ceſſio hæc in eius fauorem introducta eſt,
vt ei deberetur & compos fieri poſſit legati, vt no-
tat Hotman *lib.4. obſeru. c.9.* non debet in eius dam-
num retorqueri *l.quod fauore 6. C.de legibus cum vulg.*
& ideo interueniente capitis diminutione intra tem-
pus legato fundi inſertum videtur ex benignitate
dici poſſe nondum ceſſaſſe & diminutionem interue-
niſſe ante ceſſionem. Qua interpretatione efficienti,
vt ei ſaluus ſit vſusfructus, qui ipſo iure non amit-
titur capitis diminutione interueniente ante ceſſio-
nem, vt in *d.l.1.§.1.*

22 Huic tamen interpretationi obſtat lex noſtra *in
verſ. ſed vſusfructus* vbi videtur docere Paullus ad
hoc vt capitis diminutione,vel morte vſusfructus ex-
tinguatur, neceſſarium eſſe vt conſtitutus ſit, vnde
ſequitur obligationem extingui non debuiſſe, cum
ſolum extinctio conſtitutionem reſpiciat,non obliga-
tionem, Cui difficultati reſpondebis I. C. *in verſ. mo-
uet enim*, pro ratione dubitandi poſuiſſe extinctam
eſſe obligationem vſusfructus conſtituendi, vt in *d.
§. ſi tibi*, quia legatum erat iam debitum per ceſſio-
nem *l. ſi dies 21. D. quando dies leg.* & ideo mortuo
hærede vſumfructum, id eſt obligationem vſusfru-
ctus ad hæredem non tranſire cum ſit extincta. At
*in verſ. reſpondi*, defendere conatur hanc obligatio-
nem vſusfructus non eſſe extinctam,ſed ad hæredem
tranſire. † Neque obſtare ait *in d.verſ.reſpondi*,quod
dies ceſſerit, & ſic obligationem, nam hoc ita pro-
cedere docet quando hæres iubetur dare poſt certum
tempus, quia tunc ceſſit dies in perſona legatarij. At
in noſtro caſu id non admittitur,cum debitio illius
vſusfructus quam operatur ceſſio, conſiderari non
poteſt in hærede qui non poteſt habere vſumfru-
ctum, niſi quando iam eſt præſtitum dominium fun-
di,& ideo cum interim pendente die legati dominus
ſit & vſusfructus & fundi,& legatarius nihil habeat
perire non poteſt, neque morte neque capitis dimi-
nutione,quod nondum habuit,id eſt nec vſusfructus,
cum non ſit conſtitutus nec obligatio,cum nihil ope-
retur ceſſio ante diem, vt ita deberetur, quia non
erat perſona legatarij qui deberet, quod tamen ex-
tinguere poterat minutio aut mors.

Et ob id *in verſ.idem euenit*, æquiparat hunc caſum 23
cum illo, quando non in diem, ſed ſub conditione
relicta fuit proprietas & pendente conditione, hæ-
res cui legatus erat vſusfructus deceſſerit, tunc ete-
nim ab hærede hæredis incipit deberi vſusfructus,
cuius perſona ſpectatur, non vero primi hæredis,
quod alias non fieri poſſet cum conditionalis dies
non cedit ſtatim, ſed poſt exiſtentiam conditionis
*l.5.§.ſed etſi 2.D.quando dies leg.cum vulg.*& iuxta hæc
ſatis claræ manent rationes dubitandi & decidendi
Pauli, in quibus ſatis ſubtiliter denotat ad hæredem
hæredis tranſire vſumfructum,ita vt dicamus incipe-
re deberi à ſua perſona,non vero à primo hærede,cui
nihil debitum fuit, quod æquiparatio diei conditio-
nalis cum noſtra ſpecie ſatis denotat ceſſionem nihil
effeciſſe ex ſupradicta ratione. † Qua attenta non 24
erit Paullo contrarius Africanus *in d. l.cum vſumfru-
ctum 36.§.1.de vſuſruct.* cuius *ſupra* meminimus *n. 9.*
cum vterque conueniant in vnam ſententiam, ſiqui-
dem Paullus *in verſicul. ſed in his*, aſſerat ſententiam
teſtatoris eſſe attendendam.

# INDEX

# INDEX

## Rerum & Verborum locupletiſſimus, Quæ in hoc opere continentur.

*Prior Numerus Paginam, Poſterior verò Numerum marginalem deſignat.*

### A

*Abſumptum.*


ABSVMPTVM non cenſetur quod in patrimonio conuerſum eſt. pag. 581 num. 50

*Academia.*

de Academiis Hiſpaniæ diſſertum quoad Magiſtros arceſſendos. 289.44

Academiarum gradus inducti ad exemplum coronarum Athletis conceſſarum. 382.29

Academia quarum gradus immunitatem præſtant. ibid.30

Academiæ Salmanticenſis laus. ibid.33

*Accretio.*

quando Accreſcat ſocio pars ſocij, excluſo fiſco. 118.5

per Accreſcendi ius an pars vacua accreſcat ſocio in ſpecie noſtra. 119.8

Accreſcendi ius non habet locum in contractibus, ſecus in donatione Principis. ibid.9

*Accuſator.*

Accuſator qui ex iuſta cauſa prouocatus accuſauit, excuſatur à calumnia, ſi non probet, remiſſiuè. 107.34

*Actio, Actor, Actus.*

Actio Pauliana quare introducta. 9.10.11

Actiones quæ contra nos ſunt, ſola negligentia aduerſatiorum præſcribuntur. 34.22

Et traditur ratio. ibid.23

Actio iniuriarum quomodo poſt litis conteſtationem computetur in bonis. 43.14

Actio vt contra hæredes competat, an ſit neceſſaria litis conteſtatio, & condemnatio. ibid.15

de Actione in rem vtili. 67.54.55

Actio realis & perſonalis quoad conueniendum hæredem differunt. 144.93

ex parte Actoris quando eſt aliena præſumptio legis, ea habetur pro fundamento donec reus probet contrarium. 11.36

Actores qui dicantur in hac lege. 172.1

Actores plerumque olim fuêre ſerui. ibid.2

quando Actus incidit, de quo Iudex non eſt inſtructus, periti adhibendi. 15.15

Actus clam geſtus non nocet quando conſtat de veritate contraria. 111.38

per Actum vnicum non perdi priuilegium, ſi ei ſit contrarius. 352.22

ex Actu quem quis non facit iure ſuo, nullum ius adquirit. 402.32.33

Actiones mixtas in iure dari contra Anton. Fab. probatur. 577.12

Actiones neque ab hæredibus aut contra hæredes incipiebant. 492.33

Actio ingrati, an apud Romanos locum habuerit. 501.4

Actus inualidus aliquando ſuſtinetur propter ſpem. 616.74

Actus non debet operari vltra intentionem agentis. 427.13

Actus ſemel perfectus ſemper valet, etſi ad eum caſum deuenerit à quo incipere non potuit. 498.47

*Adæratio.*

Adærare, quid ſit. 218.2

*Addictio.*

Addictionis & adiectionis differentia. 52.17

*Additio.*

quando Additur aliquid, vel detrahitur alicui rei, efficitur res noua. 141.142.65.78

Et quid in te augmentata. 142.79

*Adiacentia.*

Adiacentium nomine quid veniat in præſenti. 98.21.22

Adiacentia domus, aut fundi quæ, & an vinum ſub eo nomine comprehendatur. ibid.25

*Adiectio.*

de Adiectionibus remiſſiuè. 52.16

Adiectio & addictio differunt, remiſſiuè. ibid.17

*Adoleſcens.*

Adoleſcens inuitus accipit curatorem in litem. 453.2

Adoleſcentia parum ſibi conſtans, & fragilis. 452.4.& 5

*Adoptio.*

Adoptio naturæ imago. 618.84

Adoptare poſſunt ſpadones, non caſtrati. ibid.85

de Adoptione ex tribus matibus. 309.44

Adoptatus cenſetur ciuis eſſe loci in quo erat ciuis pater adoptans. 331.66.67

*Adſcriptitius.*

Adſcriptitiorum conditio vnde originem traxerit. 266.1

Adſcriptitius, colonus, cenſitus, & inquilinus, remiſſiuè. ibid.2

Eorum natura & conditio. ibid.3.4.5.6.7

# Index Rerum,


Adſcriptitius ſeruus an poſſit quis effici per pactum. 446.27

*Adulterium.*

Adulterij pœna caſtratio, & teſtimonij dicendi prohibitio. 614.60
Adulterium mulierum deteſtabilius eſt, quam hominum. 456.59

*Aduocatio, & Aduocatus.*

Aduocationis fiſcalis dignitas. 167.22
Aduocatus ex officij neceſſitate, remiſſiuè. 106.29
in Aduocatos Ammiani inuectiua. 197.9
Aduocatus poteſt eſſe Decurio. 254.45
de Aduocati officio plura congeruntur, an ſit nobile. 393.& ſeq.87.88

*Ædificium.*

Ædificiorum magna cura fuit Romanis, ne vrbs deformaretur ruinis. 141.73

*Ædiles.*

Ædilium officium, quale ædilatus in municipiis à Decurionibus geri ſolitus. 304.4

*Ædilitium edictum.*

Æditij edicti diſpoſitio ne quis canem, aut belluam haberet, quæ poſſet nocere,& de feritate leonum. 369.28

*Ægyptus.*

Ægyptus cuius Orbis pars ſit. 592.1
Maxima abundat fertilitate. ibidem, & ſequent. 2.& 6
Nili inundatione ne obruatur, magnis aggeribus munita. 594.15
Si inundaretur, in maximam tenderet Imperij perniciem. 595.26
*Ælius Antoninus* Imper. à noſtris IConſult. D. Pius vocatur. 578.21
Ab Hadriano adoptatus. ibid.
Pietate, & modeſtia . . ignis. 431.69

*Æneas.*

Æneas Carthagine pictura commotus. 605.55

*Æquitas.*

Æquitas hîc quid. 176.14

*Ærarium.*

Ærarij & fiſci differentia. 6.10.12
Conſtitutio Auguſti de coniungendo Ærario cum fiſco. 6.14
de Ærario publico & priuato explicantur varij Auctores,& quid in eis continebatur. ibid.15.16. 7
in locum Ærarij ſucceſſerunt ſacræ largitiones, & quæ illæ fuerint. 7.18
Ærarium eiſdemmet priuilegiis gaudebat, quibus & fiſcus. ibid.19

*Æs.*

Æs alienum repertum in hæreditate diuiditur inter hæredes pro portionibus hæreditariis. 144.91
Et de ratione diſſertum, deducta ex repræſentatione defuncti. ibid.92
Æris nomen generale, pro quavis pecunia ſumptum. 225.1
Æris natura commodior ad monetam. ibid.2
Quis primus in Ære monetam cuderit. ibid.

*Æſtimatio.*

Æſtimatio, aut diſpoſitio rei attenditur iuxta tempus, quo imponitur tributum à teſtatore, vel contrahentibus. 214.20

*Ætas.*

Ætas ex annorum numero & habitu corporis probatur. 603.31.& ſeq.

*Ager.*

Agrorum publicatio. 155.23
Agri limitati qui dicantur. ibid.25
Agri limitanei niſi à militibus limitaneis occupari poterant, capitali pœna ſtatuta contra eos qui milites non eſſent. 157.46

*Agger.*

ad Aggeris & ſimilium munerum reparationem omnes adſtringuntur. 203.1
Agger publicus quid in præſenti, plenè diſcutitur. ibid.2
Vnde dicatur. ibid.3
De quibus Aggeribus lex noſtra accipienda ſit. ibid.4
Aggerum in Ægypto ruptores, quare pœna ignis coërceantur. 595.25
Si conſortes habeant quomodo puniantur. 395 43
Qui ſint Aggeres. 394.20

*Aggreſſura.*

Aggreſſura latronum præbet cauſam ſterilitatis colonis. 592.1

*Agricola, & Agricolatio.*

Agricolæ poſſunt compelli tempore ſationis, vel vindemiæ currus & iumenta præſtare ad victualia conuehenda. 216.43
de Agricolationis æſtimatione apud priſcos Romanos. 266.1
De priuilegiis & fauore Agriculturæ. 268.17
*Agri* militibus ſolebant aſſignari in præmium militiæ. 433.90

*Alcaidia, & Alcaidius.*

Alcaidia non inducit præciſam nobilitatis probationem, ſed tantùm inducit præſumptionem, contra quam probatio locum habet. 281.66
Alcaidius, de Præfecto arcis. 280.53

*Alfonſus Rex.*

Alfonſi XI. Regis factum refertur. 281.65

*Alguacellus.*

Alguacellus qui falsò aſſerit ſe mandatum habere ad capiendum, eſt grauiter puniendus. 33.18

*Alienatio.*

in Alienandis rebus Eccleſiæ debent adeſſe cauſæ. 314.10
Alieni facti promiſſio inutilis eſt. 530.10
Alienata in fraudem creditorum reſcinduntur actione Pauliana. 558.53

*Alimentum.*

Alimenta relicta nutrici, an inducant libertatis dationem. 622.18
Alimentis relictis vſque ad pubertatem, debentur vſque ad 18. annum. 603.37

*Allectio.*

Allectio quæ ſit. 330.& ſeq.57.63
Allectio alio ſenſu accipitur pro dignitatis delatione. 331.59
Allectio eſt quando aliquis recipitur in vicinum ab vniuerſitate. ibid.64

*Alluuio.*

Alluuionis ius in Ægypto frequens. 393.13

*Alumnus.*

Alumnæ libertate, & fideicommiſſis datis, etſi teſtamentum ſit nullum, debentur. 621.5.cum aliis.
Alumni appellatio interdum ad liberos, interdum ad ſeruos producta. 497.27

*Amor.*

Amantes omnia largiuntur, vnde Amor nudus. 516.6
Amor coniugalis perpetuus, & conſtans. ibid.9
Amor maternus cæteros antecellit. 562.15
Amor paupertatis filius. 516.7
Amor prodigus, & liberalis. ibid.6

*Ancilla.*

Ancillarum fructus, qui dicantur. 551.44
Ancillam furtiuam eſſe cognoſcens, vt poſſit vſucapere partum, dominum debet certiorare. 554.55
Ancilla pignorata, partus in eadem cauſa eſt. 556. 40.& ſeqq.


Ancilla

Ancilla precario conceſſa, depoſita, aut commodata, an & partus ſit in eadem cauſa. 555.32. & ſequentib.
Ancilla vacuo vtero ſubrepta, ſi concipiat, & pariat apud bonæ fidei poſſeſſorem, partus eſt vſucapibilis. 568.1
Vide verb. *partus.*
Ancilla vendita, ſi euincatur partus, venditor non tenetur de euictione. 553.15
*Ancus Martius.*
Ancus Martius Roman. Rex à populo creatus. 427.21
*Androlepſia.*
Androlepſia quæ fuerit apud Græcos. 260.37
*Anguſtiæ.*
Anguſtiæ temporis libertati non nocent. 522.21
*Animoſitas.*
Animoſus homo quis dicatur. 141.74
*Annonæ.*
Annonæ vtilitas commendatur, & eius ratione ſeruus poteſt accuſare. 116.11
Annona, vnde dicta. 131.1
Annona quid ſignificet in ſingulari, & plurali numero. ibid.3.4
Annonaria collatio quid fuerit, & annonaria cauſa. ibid.5.6
Prouinciæ pro cuiuſque fertilitate Annonariam collectionem faciebant. ibid.7
Annona militaris quæ diſtribuebatur inter milites, à prouincialibus conuehebatur in exercitum pro vicinitate poſſeſſionum. 145.2
An ſoluere plus debeat remotus, quàm propinquus in hac ſpecie. ibid.3
Annonæ præbitio magis afficitur priuilegiis. 213.14
*Annus.*
Annorum quæ cohærentia ſit neceſſaria, vt locus ſit noſtræ legi. 180.10.11.12.13
Græci ſuos Annos computabant ex ludis Olympiacis. 380.13
Annus luctus ſemper eſt viduis continuus, & currit etiam ignoranti. 437.16
*Annum* à maritis vxoribus concedebatur, vt ſe ſuamque familiam alerent. 518.32
*Antapocha.*
Antapocha, quid ſit, & qualis eius natura. 174.5
*Antiocheni, Antiochia.*
Antiocheni ſpeciali priuilegio ſequebantur matris originem quoad decurionatum. 273.52
Antiochia Syriæ nobiliſſima ciuitas. ibid.53
*Antiochus.*
Antiochus, de quo mentio in præſenti, quis fuerit. 218.3
*Antiquaria vrbs.*
Antiquaria ciuitas patria auctoris laudatur, & agitur de priuilegio immunitatis ab omnibus tributis ei conceſſæ ab Ioanne II. Rege Caſtellæ, ob egregium virtutis facinus. 159.6
*Antiquitas.*
Antiquitatis nomine quid contineatur. 158.47
*Annulus.*
de Annulorum vſu. 309.47.48
*Apocha.*
Apocha quid ſit, & quomodo differat ab acceptilatione. 174.1.2
Apocha nomen peregrinum, quid apud nos ſignificet. ibid.3
Quo in ſenſu accipiatur hic Apocha. ibid.6
Apocha vt ſit ſolemnis, quomodo facienda. 176.6
poſt receptam Apocham rationes non ſunt reddendæ. 178.1.2
Vbi de ratione. ibid.
Exceptio quæ reſultat ex Apocha, impedit litis ingreſſum. ibid.3
Et ſi ſit exceptio non numeratæ pecuniæ, obiici non poterit. ibid.& 179.10
In fiſco antequam detur Apocha ſolutionis, facienda eſt ſolutio. ibid.4
Qui etiam annorum Apochas habet, non tenetur iurare ſe ſoluiſſe. 180.7.8
Apocha ſolutionis amiſsâ ſufficiet ad probationem liber rationum publicarum. 232.2.4
*Appellatio.*
Appellatio cur non ſuſpendat ſententiam excommunicationis. 536.1
Cauſam deuoluit, & ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo. ibid.2
*Aqua.*
Aquæ pluuiæ arcendæ interdictum. 594.22.23
De his qui Aquam equis ſpargunt. 388.48
Qui hi fuerint inueſtigatur. 389.49
de *Aquilifero* Regis, ſeu Capitaneo generali, & de eius qualitatibus. 281.61.62
*Arbitrium.*
Arbitrio alterius relictum non inducit obligationem. 486.2
*Arca.*
Arcas plures fuiſſe remiſſiuè oſtenditur in qualibet dignitate. 172.2
Quæ fuerit Arca largitionum, & arca fiſcalis. 199.11
Ex vna Arca mutuabantur res in alterius commodum. ibid.12
*Archiſynagoga.*
de Archiſynagogis Iudæorum expenditur Vopiſci locus difficilis contra caſum bonum. 401.24
*Arena.*
Aliquando virtutis oſtentandæ gratia multi in Arenam deſcendebant, & cum beſtiis depugnabant, & præmiis honorabantur. 366.11.12
in Arenam qui deſcendebat ob mercedem, fiebat infamis. 367.15
in Arenarium ludum damnati modò dicti *Venatores beſtiarij & arenarij*, & de eorum differentia quantum ad eos conficiendos. ibid.17.18.19
*Argentum.*
Argento *quod domi meæ erit* legato quid contineatur. 473.35.& ſeq.
*Argumentum.*
Argumentum de libertate ad matrimonium valet. 437.15
De morte naturali ad ciuilem. 455.8.9
De toto ad partem quomodo valeat. 554.24
*Arma.*
Arma & litteræ integram habent ſimilitudinem. 381.28
*Arrha.*
Arrharum nomine promiſſum quis probare teneatur excedere taxam legis Tauri. 231.18.20
*Ars.*
de Arte magica nonnulla. 126.11
Artem magicam omni iure damnatam, & apud omnes nationes deteſtatam, oſtenditur. ibid.12
Artes viles & mechanicæ quæ cenſeantur iure noſtro. 427.8
*Aſecreta* quis fuerit tempore Caroli Magni. 254.40
*Aſpectus.*
Aſpectus corporis ad probationem ætatis. 603.35
*Athleta.*
Athletæ nomen quid ſignificet, & quot ludos exercuerint. 378.2
Athletis victoribus magna præmia propoſita ex Tertulliano. 379.7
Inter præmia præcipuum fuit corona, & ex qua arbore fieret. ibid.8

Qui

Qui fuerint potiores ludi in quibus ſeſe exercebant Athletæ. 378.4
Athletarum ludi, aut certamina ſacra dicta, cur. 379.10.11.13
Athletæ & qui in ſacris certaminibus deſeruiebant, infamia non notabantur. 387.38

*Attentatum.*

Attentatum eſt quando poſt appellationem aliquid Iudex mandauerit. 536.3

*Athenienſes.*

Athenienſes delicta per ignorantiam commiſſa puniebant. 438.4

*Athilicinius.*

Athilicinius IC. primus Auctor, vt ſeruus proprius ſine libertate inſtitui poſſet. 468.18

*Athys.*

Athys in repræſentatione ad viuum caſtratus. 547.22.

*Attinia lex.*

Attinia lex quando & ad quid condita. 505.2

*Auctio.*

Auctio publica fiebat haſtâ in foro poſitâ. 53.2
Eius ſolemnitatis origo vnde. ibid.3
Auctionis & haſtæ fides quanta ſit. 55.15

*Auditor.*

Auditores Regis qui cognoſcunt per viam violentiæ, non incurrunt cenſuram Bullæ. 35.37
Auditores regij, Iudices criminales, Regij fiſcales, & Iudices ordinarij, Inquiſitores ſancti Officij non poſſunt deſeruire per ſubſtitutum. 275.4.5.6.
Maior honos attribuitur Auditoribus ex maiori honore fiſcali ab eis exhibito. 302.38

*Augmentum.*

res Augmentata quemadmodum dicatur vt Augmentum afficiatur onere reali, vel hypotheca. 143. & ſeq. 81.82.83.84.
Idem ius dandum eſſe in Augmento, quod in diminutione. 220. & ſeq. 17.18.51.32.33.34.35.37.& 38.
Diuerſa ratio militat in Augmento ac in diminutione, de ea differentia. ibid.19.22.& 29

*Auguſtus.*

Auguſtus regiam poteſtatem paulatim inuaſit. 427.22.& 24
Dominum appellari ſemper exhorruit. 431.66
Ei diuini honores exhibiti. ibid.
Veniam legis Voconiæ impetrauit à Senatu. 434.97.
Eius præcipua cura circa matrimoniorum frequentationem. 495.7

*Auctoritas.*

*Auctoritatis* verbum quo vſa eſt lex Attinia, quid verè ſignificet. 506.4

*Aura.*

Aura popularis & acclamatio vulgi negligenda. 286.25

*Aureus, & Aurum.*

Aureus & ſolidus quanti æſtimarentur. 225.5
de Auri argentique luſtralis præſtatione, remiſſiuè. 362.49
Auri coronarij collatio prohibetur. 398.1
Aurum coronarium vnde dictum. ibid.2
de Auro coronario à Iudæis præſtito Patriarchis ſuis. 401.25.26
Quare in præſenti non cogantur prouinciales pendere Aurum coronarium. 402.31
Aurum obryzum quid fuerit. 408.26
Et vnde originem traxerit. ibid.27
Aurum coctum & coquendum quod fuerit. ibid.28

*Aurifodina.*

Aurifodinæ & argenti fodinæ & cæteræ venæ metallorum, cenſentur fundi partes. 128.30.31
& quid de iure noſtro. ibid.33

*Auxiliator.*

Auxiliator, & conſcius, an eadem pœna puniantur, ac principalis delinquens. 596.45

*Axioma.*

de Axiomate illo, *Fruſtra precibus impetratur, quod à iure conceditur,* remiſſiuè. 170.53

## B

*Baptiſmus.*

Baptiſmo ciuitas acquiritur, & origo. 272.47.

*Baratarìa.*

de Baratariæ crimine, & quomodo pœna horum criminum tranſeat ad hæredes. 44.22.23.24

*Barbarius.*

Barbarius quis fuerit, & de quæſtionibus quas mouerunt Iureconſulti eius occaſione. 305.12
An fuerit verè prætor Barbarius. ibid.13.18
An communis error populi fecerit liberum Barbarium cùm eſſet ſeruus. 306.19
Probatur vera ſententia, quæ firmat Barbarium non fuiſſe liberum, & refertur factum Perpennæ. ibid.21.22
Quare valuerint decreta Barbarij. ibid.24
Ad multas quæſtiones in foro interno & externo pertinet *l. Barbarius.* ibid.25

*Baro.*

Barones poſſunt præſcribere ius bonorum occurrentium. 95.37
Barones non poſſunt imponere ſubditis operas, neque ab eis quidquam exigere, neque præſcriptio eis ſuffragabitur. 198.17
Barones an poſſint imponere operas ſubditis ſuis. 403.43

*Beneficium.*

Beneficium Principis decet eſſe manſurum. 219.6
in Beneficiis Principis ſolet intelligi clauſula, *ſi preces veritate nitantur.* 309.53

*Beſtia.*

Beſtiis obiiciebantur nocentes, & ſcelerati, & ſerui vel cum eis depugnabant. 366.7
Serui vendebantur, vt cum Beſtiis depugnarent, explicata aliqua iura. ibid.8
Homines liberi conducti vt cum Beſtiis pugnarent, infames efficiebantur. ibid.9
Differentia inter damnatos ad ludum venatorium, vel ad Beſtias ibid.10
Dabantur in præmium virtutis ei, qui cum Beſtiis congrediebatur, varia munera. 367.14
Ex variis orbis partibus feræ ad hoc ſpectaculum conquirebantur. ibid.12
Admiranda de variis ferarum in arenam miſſionibus. 368.23
Ad feras conquirendas neceſſaria erat Principis permiſſio. 369.36
Duces limitanei ſolebant feras ad Principem tranſmittere, & quomodo eæ Romam veherentur. 374.79
Feræ non poterant per multum temporis immorari, & cur. ibid.80

*Bicolyta.*

Bicolytæ qui ſint, & locorum ſeruatores ad Iuſtinianum. 410.12

*Bona.*

Bona alicuius ſi publicentur ſtatu integro manente, non ex hoc prohibetur alia adquirere. 77.34
Et de differentia publicationis factæ cum deportatione, vel integro manente. ibid.34.35

Bona paterna hodie filiis reſeruantur in omnibus criminibus, quæ iure Digeſtorum confiſcationem habebant. ibid.& ſeq.33.38.39.41

Bona patris filiorum legitima, præter quintum. 81. 62.

Bona vacantia quæ. 90.1

Fiſcus non compellitur facere inuentarium Bonorum vacantium. 92.12

An Bonis vacantibus fiſcus quibus præferatur, an affines eum excludant, an tutor in bonis vacantibus pupilli, & diſquiritur de ratione. 94. 29. & 30.

An excludant fiſcum in Bonis vacantibus vxor, vel maritus, & quid hodie de iure regio. 95. 31. & 32.

Ciuitates non habent ius vindicandi Bona vacantia. ibid.34.

An domini vaſallorum habeant ius vindicandorum Bonorum vacantium, remiſſiuè. ibid.36

Ciuitates & Barones, poſſunt præſcribere ius Bonorum vacantium. ibid.37

Fiſcus à Bonorum huiuſmodi vindicatione excluditur præſcriptione. ibid.39

Vide *Succeſſio.*

de Bonis illis quæ oberrant, & apud nos dicuntur *moſtrencos* remiſſiuè. ibid.40

In noſtra ſpecie prius ſunt diſcutienda Bona filij, quàm patris.

Bona ſemper tranſeunt in fiſcum cum ſua cauſa. 458. 36.

Bonorum poſſeſſio filiofamilias delata amittitur intra legitimum tempus. 441.1

Quare amittatur parte ignorante. 442.7

Non datur incapaci. 464.30

Contra tabulas reſpe[ctu] iudicij, & diſpoſitionis reſciſſoria eſt, manente tamen teſtamento. 477. 26

Etiam ex teſtamento nudo conceditur. 617. 78

*Bonæ fidei* poſſeſſor, & ſi dominus non ſit, pro domino habetur. 510.5

An lucretur omnes fructus. 540.3

Aliquando non facit fructus ſuos. 541.14

Quo titulo partus ancillæ furtiuæ vſucapere poſſit. 568.4.& ſeq.

Quis dicatur iuxta communem acceptionem. 579.28.

Fructus illos reſtituit ante litem, ex quibus eſt locupletior factus in petitione hæreditatis. 580. 43.& ſeq.

Fructus extantes reſtituit. 581.47

An teneatur ad conſumptos. ibid.49

Res hæreditarias vendens ex pretio earum collectas vſuras non preſtat, niſi quatenus locupletior eſt. 583.70

*Breues.*

Breues qui dicantur. 161.8

Breues quadrimenſtrui qui ſint. 174.10

*Brutus.*

Bruti ſententia de partu ancillæ fructibus non annumerando. 545.2

*Bule.*

*Bule* quid ſit. 235.11

Et quid *in bulem legi.* ibid

*Bulgarus.*

Bulgari cum Martino ſententia de poteſtate Principis. 430.49

*Burgi.*

Burgorum origo vnde. 156.38

C

*Caſarianus.*

Cæſarianus quis dicatur, remiſſiuè. 31.1

*Calculatio, Calculator, Calculus.*

Calculatio an retractetur ob modicum errorem. 19. 53.54.

Calculatorum auctoritas & poteſtas. 17. 30. & ſeqq.

Calculatores quo caſu habeant aliqualem iuriſdictionem. 18.41.42

Vide *Tabularij.*

Calculi error intra quod tempus retractari poſſit. 19. 59.

*Calendæ.*

Calendæ Ianuarij maximè celebres apud Romanos, vota eo die nuncupata, & alia ſacrificia. 404. & ſeq.1.5.6.

Calendis Ianuarij omnia captabantur, & conuiuia inſtituebantur ritu gentilico, quam ob rem apud Chriſtianos malè audiebant. 405.8.10

Primo die Calendarum Ianuarij ieiunium ſolemne apud Chriſtianos olim inſtitutum. ibidem 9.

*Calendarium.*

Calendarium quid ſit. 471.15

Quid continea. ibid.16

*Calligula.*

Calligula portentum generis humani. 426.10

ei à Senatu ius Imperij datum. 428.24

*Camera.*

Camera pro fiſco. 7.21

*Canon.*

Canon quid ſit. 186.1

& quare ſumatur pro ſolutione penſionis. ibid.

Canonicarij qui ſint. ibid.2

Canones largitionales in præſenti qui. 187.10

Canon, ſeu collatio in largitionum titulos exſolui quid fuerit. ibid.13

Canones titulorum qui. ibid.14

*Cantilenæ.*

Cantilenæ & ſaltationes nouæ reipublicæ portendunt mutationem. 603.29

*Capacitas.*

Capacitas non minus requiritur ad adquirendam ſeruitutem ex teſtamento, quam ex ſtipulatione. 465.21.

*Capio.*

Capere ex alieno teſtamento honoris plenum. 614. 57.

Capere de iure noſtro nemo poteſt niſi cum mandato iudicis & de tali mandato conſtare debet per ſcripturam. 33.15.16

*Capitatio.*

Capitatio quod tributum fuerit remiſſiuè. 317. 22.

*Capite* damnatus vel in metallum, capite non minuitur dum pendet appellatio. 538.13

*Capitularius.*

Capitularij qui fuerint, & de variis Capitulariis. 363.58.

*Captiuus.*

Captiuus, an fingatur deceſſiſſe præambula hora captiuitatis. 481.4

Quæ in hoc ſit verior ſententia. ibid.7

Reuerſus non ante recuperat libertatem, quam fines noſtros attingat. ibid.9

ſubſtitutio ab eo facta filio, & reliqua ad id ſpectantia. ibid. cum n.ſequent.

# Index Rerum,


*Carcer.*

Carcerem iniuſtè in carceratus an poſſit frangere, & ſi timeatur de morte ſibi iniuſtè inferenda, poſſit cuſtodes occidere. 33.& ſeq. 19. 20. 22. 23. & ſeqq.

Proponitur caſus qui de facto euenit in Carceris effractione, an illum confrigens incurrat excommunicationem Bullæ in Cœna Domini. 34. 26.

Expenduntur verba Bullæ, quibus excommunicatio introduci videtur, & adducuntur alia fundamenta. ibid. 28.

Adſtruitur pars quæ excommunicationem incurſam negat, & agitur de voce *quomodolibet*. ibid. 29.

Oſtenditur in dicto caſu non eſſe violatam iuriſdictionem Eccleſiaſticam. 35.30

An propter impeditam ſententiæ executionem incurratur excommunicatio. ibid.31

Carcer poteſt infringi propter notoriam iniuſtitiam, non ſolùm à reo, ſed & à cognatis. ibidem 39.

de Carceris pœna. 165.6.

Carcer ad continendos, non ad puniendos homines inuentus. 166.11

Variæ Carcerum ſpecies remiſſiuè recenſentur. 166. 11.

Carcer cuſtodiæ introductus, non ob pœnam, etſi de iure Canonico & regio loco pœnæ ſoleat dari. ibid.18.19.

Carceris propria definitio. ibid.20

Reprobatur communis tradita à Bartolo. ibid.

Carcer qui dicatur horribilis. 167.22

quo ſenſu dicatur Carcer mala manſio ab Vlpiano, explicantur multa loca, & diſſeritur de equuleo. ibid.23.24.25.

*Caſſiodorus.*

Caſſiodori ætas. 369.33

*Caſtellanus.*

Caſtellanus, aut arcis præfectus, quatenus de delicto ſubſtituti teneatur. 280.50.& ſeqq.

Caſtellanus poteſt ſubſtituere in caſtelli tutelam hominem nobilem abſque metu proditionis. ibid. 54.

Defenditur *legem partita 6. tit.* 18. *part.* 2. non requirere præcisè vt Caſtellanus ſit nobilis. ibid. 57.

*Caſtellum.*

Caſtellorum origo vnde. 278.38

Caſtella limitrophia non ſunt danda niſi naturalibus Regni. 158.48

*Caſtrenſis Palat.* quis fuerit. 1181

*Caſtratus.*

Caſtratus, an ſit morboſus. 618. 88

Ex caſtratione mutatur habitus corporis, & temperamenti. 619.89

multi ex ea interierunt. ibid.90

Vide reliqua verbo *Eunuchus.*

*Caſus.*

Caſus mortis, an ad ſimiles ſit protrahendus. 455. num.2.

*Cauſa.*

Cauſa naturalis præfertur accidentali. 450.5

Cauſæ ex quibus læſæ ſegetes inducunt ſterilitatem. 588.n.3

de Cauſa lucratiua. 177.18

*Cautio.*

Cautio Muciana non potuit præſtari legitimis heredibus. 524.n.37

Cautiones præſtantur in venditionibus, quibus de vitiis, aut morbis rei emptæ admonentur emptores. 529.1

*Cato.*

Catonis ſeuera majeſtas. 601.14

*Cælebs.*

Cælibes pœnis affecti ante legem Papiam 611.27

Odio proſecuti, vt nec capere poſſent ex alieno teſtamento, nec quidem teſtari. ibid.31.

*Cæſar.*

Cæſar Alexandri imagine in lachrymas prorumpit. 605.n.56.

*Cœnans.*

Cœnantes, ſi quando ad vrinam vrgerentur matellas digitis petebant. 436 95

*Cellarium.*

Cellarium ſalarij & res cellarienſes quid. 230.8

*Cenſitus.*

de Cenſito. 266.2

*Cenſura.*

Cenſuram Bullæ non incurrunt Regis Auditores qui cognoſcunt per viam violentiæ. 40.37.

*Cenſus.*

in Cenſibus fructuariis an augeatur, vel diminuatur penſio. 219.13

*Centenarius.*

Vide *Ducenarius.*

*Centumviri.*

Centumviri ſub haſtâ indicabant. 51.6

Centumviri, vel dumviri qui fuerint priùs. ibid.8

*Centum* anni cenſentur longiſſimum vitæ ſpatium. 522.n.19.

*Certamen.*

in Certaminibus ſacris coronati ciuilium numerum habebant vacationem. 379.9

Victor eſſe in Græciæ certaminibus tantum honoris fuit, vt compararetur cum Romano triumpho, aut conſulatu. 380.15

*Ceſſare.*

Ceſſante ratione legis, ceſſat eius diſpoſitio. 475. num.8

*Cherea.*

Cherea adoleſcens in libidinem pictura incenſus. 605.n.57.

*Chartularius.*

Chartularij vnde, & qui dicti. 190.2

& qui fuerint ſub Imperatoribus iunioribus Conſtantinopolitanis. ibid.3

Priuilegium ne curſus publici oneri ſubiiciantur Chratularij. ibid.6

& quid fuerit comprehenſum in eo. ibid.

& de eius ratione. 191.9

*Chirographum.*

Chirographo à teſtatore remiſſo debitori tota obligatio remiſſa cenſetur. 533.9

Chirographum, & ſecuritas eodem ſenſu dixerunt leges noſtræ. 174.4

*Chorea.*

Choreæ ex ſua natura licitæ ſunt. 606.62

*Cicero.*

Ciceronis locus de conſule quodam ſex horarum. 293.71

*Circumuentio.*

Circumuenire ſe, naturaliter licitum eſſe quomodo accipiendum ſit. 207.13.14

*Citatio.*

Citationis defectus eſt inſanabilis. 133 8

*Ciuis, & Ciuitas.*

Ciues poſſunt compelli frumenta vendere tempore neceſſitatis. 214.21

Ciues tempore neceſſitatis poſſunt compelli vendere victualia. ibid.22

An poſſint compelli vendere viliori pretio. ibid. 23. 24.25.30

Ciuis, & Ciuitas quid ſit. 326.1


vnde

vnde dicatur. ibid.2
Et an qui diu peregrinatur, conſtituat partem ciuitatis. ibid.
non omnes qui in vrbe degunt ſunt ciues. ibid.3
Ciuem facit adoptio, alle&tio, natiuitas, manumiſſio, incolatus, domicilium. ibid.4
Magiſtratus, & officialis dicitur ciuis illius ciuitatis, quam regit. 361.61
Ciuis quis poteſt fieri per priuilegium Principis. ibidem 65
Adoptatus cenſetur ciuis eſſe loci in quo eſt ciuis pater adoptans. ibid. 66.67
Si ſtatuto caueatur ne aliquis niſi ciuis admittatur ad officia publica, an decennium ſit neceſſarium. 336.114
Receptus in ciuem, ei debent competere omnia iura quæ cæteris præſtantur. 537.121
Receptus in ciuem non habet neceſſe habitare maiori parte anni perſonaliter. 338.130
Ciuitates non habent ius vindicandi bona vacantia. 95.34
Ciuitates poſſunt præſcribere ius bonorum vacantium. ibid.37
Ciuitates iure Hiſpano non poſſunt imponere colle&tas vltra tria millia marapetinorum. 145.9
Ciuitates an iure communi habuerint ius colle&tarum. 146.11.12
Ciuitas quoque quæritur alle&tione. 330.57
ciuitatis Romanæ ius olim rarò datum populis, & exteris, & ab eis magno ambitu concupitum. 333.79
Parciſſimè illud dedit Auguſtus, Claudius vendit, & magna pecunia emi cœpit. ibid.80.
Vide *Origo*, *Vrbs*.
Ciuitates priuatorum numero habebantur. 443.23.

*Clam.*

Clam poſſidere an videatur, qui cum iuſtam haberet cauſam poſſidendi, celauit. 573.48

*Clarigatio.*

de Clarigatione antiqua Romanorum, remiſſiuè. 260.36

*Clariſſimus.*

Clariſſimi titulus ſenatorum proprius. 360.36

*Clauſula.*

Clauſula, *Vti eſt*, quid in teſtamento importet. 96.4
ſub Clauſula *Integro ſtatu*, veniunt pecora, & mancipia, & dotes prædiorum, & quæ ſint, explicatur, item etiam continentur ſeruitutes, & quomodo conſiderentur partes fundorum. 98.17
Clauſula, *Si ſine hærede deceſſerit*, quomodo excludat fideicommiſſarium. 120.22.23
Clauſulæ quibus cognoſcitur iniungi miniſterium perſonale. 311.7
Clauſula, *Motu proprio*. 59

*Clauſura.*

Clauſuræ quæ ſint. 149.39

*Clericus.*

pro Clerico ſe falsò gerens punitur arbitrariè. 304.7
Clericus ſi venetur, an quod cœperit faciat ſuum. 372.65
Clericis quare interdi&ta venatio. 373.68
quæ illis permiſſa. 372.61
Clericus ſi fuerit hiſtrio, remouetur ab officio. 387.36
Clerici ab ſpe&taculis remoti. 602.8.

*Codex.*

de Codicis compoſitione. 1.2
quare hi tres libri ab aliis diſſe&ti. ibid.3
de eorum vtili 2.4
difficultate. ibid.5
qui eos ſcripſerint. 3.6
Au&tor quantum laboris impenderit in his commentariis. ibid.7
reddit rationem ſcriptionis. 4.8
*Cohecho* Hiſpanum verbum vnde originem traxerit, reprehenduntur illi, qui linguam noſtram ab exteris vocibus deducunt. 44.21

*Cohortales.*

Cohortales, qui fuerint. 191.5

*Collatio.*

Collatio anniuerſaria quæ ſit in lege noſtra, & anniuerſarium continet eandem diſpoſitionem ac maioratus. 224.54
Collatio an habeat locum inter diuerſo iure ſuccedentes. 477.24
Inter emancipatos non dabatur. 475.6
A prætore introdu&ta. 474.1
Quæ fuerit cauſa eius introdu&tionis. 475.2.& ſequent.

*Colle&ta.*

à Colle&ta tempore neceſſitatis impoſita non erunt exempti Eccleſiaſtici. 148.26
an colonus, vel inquilinus teneatur ſoluere Colle&tas debitas ratione rei condu&tæ. 217.53.54
& quid in decimis. ibid.55
Ciuitates à iure Hiſpano non poſſunt imponere Colle&tas vltra tria millia marapetinorum. 145 n.9
An ciuitates iure communi habuerint ius Colle&tandi. 146.11.12
An deficientibus bonis Reipublicæ poſſit imponi Colle&ta ex generalitate. 323.28.29
Colle&ta poterit fieri ſine Regis licentia in caſu litigij, cum eo, qui ſe Nobilem eſſe prætendit. ibid. 30

*Collegium Conchenſe.*

Collegij Maioris Conchenſis encomium. 209.33
laudatur eius fundator. ibid.
referuntur eorum Collegarum nomina, qui in Collegio erant tempore quo au&tor eius præbendam adeptus eſt. ibid.

*Colonia, & Colonus.*

Coloniæ multiplicem ob cauſam dedu&tæ apud Romanos. 26.3.4.7.& 10.
Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ ciuium Romanorum. 27.20.21
Colonia libertinorum quæ fuerit. 28.22
Colonus perpetuarius quis in l. congruit 4. de locat. præd. 56.30
an Colonus, vel inquilinus teneatur ſoluere colle&tas debitas ratione rei condu&tæ. 139.53.54
& quid in decimis. 140.55
Quare Colonus propter ſterilitatem petere poſſit remiſſionem penſionis. 222.42.43.44
de Colono. 266.2
Colonis quæ cauſæ ſoleant præſtare remiſſionem mercedis. 587.3
Quare detur remiſſio. 589.12

*Comes, & Comitatus.*

de Comite rerum priuatarum, & de eius officio. 101.9
Comes vnde dicatur. ibid.
Idem ac Procurator Cæſaris, Rationalis nuncupatus, de eius cura. ibid.
Perfe&tiſſimi titulo decoratus. ibid.
ad Comitum curam quæ pertinuerint. 101.14
Comites rerum priuatarum quas ſolemnitates debent adhibere in incorporatione rerum, quę fiſco vindicantur. ibid.15

Comes ſacrarum largitionum quis. 193.3
& quæ eius cura. ibid.
& quomodo vocatus. ibid.5
Comites ſacrat.largit.vtebantur adminiſtris,qui dicebantur Palatini. 189.1
de Comite ſacrarum largitionum Orientis. 191.10
de eius iuriſdictione. ibid.
& an differat à Comite Orientis. ibid.11
Comites, vel alij domini vaſſallorum, qui habent titulum Marchionatus, aut Ducatus, ſi Decuriones fiant alicuius ciuitatis, an prælationem habeant contra Aquiliferos, vel alios Decuriones.291.& ſeq.63.64.65
de ſacro Comitatu Principis, contra Accurſium.ibidem.
Comitatus in præſenti quis, & quare dictus ſacer. ibid.
Comitatus quid ſit. 374.78
*Commune, & Communio.*
*Quod commune eſt, meum eſt*, quomodo intelligendum. 63.20
an neceſſaria ſit vtilitatis cauſa vt procedat hoc priuilegium. 64.21
Communio ſolet excitare diſcordias. 62.11
*Comœdia.*
Comœdiæ noſtræ, an licitè gerantur. 606.58.& ſeq.
*Compenſatio.*
Compenſatio an habeat locum de vna natione in aliam. 71.16.17
& de eius ratione. ibid.18.19
*Computatio.*
Computatio erronea. 18.43
de Computationum praxi, remiſſiuè. 20.69
*Conatus.*
Conatus in delictis nocet, etſi non ſequatur exitus. 436.8.
*Concubina, & Concubinatus.*
Concubina Clerici ſi capiatur non ſeruata forma Concilij Trid. ſi petat relaxationem à carcere, & non obtineat, Senatores declarabunt vim facere Eccleſiaſticum. 169.49
Iudex Eccleſiaſticus ad capiendam Concubinam, & eam pœnis temporalibus afficiendam, debet ſeruare formam Concilij Tridentini, quod adſtruitur latiſſimè. 170.51.52.53.54.56
Concubinatus eſt mixti fori, ita vt de eo cognoſcat iudex qui præuenit. 169.50
*Condemnatio.*
Condemnari ſolet etiam ille, qui ex redditibus regalibus aliquid ſubtrahit, etſi moriatur ante accuſationem. 45.25.26
An ſit ſufficiens Condemnatio in publicis iudiciis vt contra hæredes actio detur, etiamſi defunctus appellauit. ibid.30.31.32
Quid dicendum quando non erat condemnatio præſcripta, ſed tantùm concluſum in cauſa, & an pari paſſu ambulet eſſe concluſum, vel latam ſententiam. 46.33.34
Et an quando reus eſt confeſſus & conuictus, ſi moriatur, teneantur hæredes. ibid.35
*Condictio.*
Condictio furtiua ex maleficio deſcendit. 47.50
Condictio furtiua in ſolitum competit contra heredes. ibid. & ſeq.51.52.54
Condictionem furtiuam non dari contra hæredes in ſolidum, ſed quatenus ad eos peruenit, & idem ius obtinere in actione rerum amotarum.48.54.55 56.& 57
*Conditum* quid ſignificet in præſenti. 205.12.13
*Conditio.*
Conditio, *vt monumentum ædificent* vnde euenerit. 444.8
A monumento non recedendi ſeruitutem inducit. 445.11.
*Si à monumento non recedat*, quare habeat locum in libertinis, non in ingenuis. ibidem n. 13. & 14.
*Dum Capua erit.* 446.62
Si ſine liberis intelligitur, ſi in eadem cauſa manſerit. 459.10
Impoſſibilis teſtamento adſcripta nullius eſt momenti. 521.1
Vitiat obligationes ibid.2.
Quæ dicatur impoſſibilis. ibidem n. 4. & 523.29
De ea cui natura eſt impedimentum quominus exiſtat. 521.5
Impoſſibilis de facto. ibid.8.& 12
Quæ perplexitatem continet ibid.& ſeq. num. 9. & 27.
Ex euentu. 523.50
Poſſibilis reputata à teſtatore. 525.1.& 2.
*Si filia viuet, ſi ſeruum manumiſerit* longè diſputat. inter I.C. 526.4.& ſeq.
Poteſtatiua impleri non poteſt niſi poſt mortem teſtatoris. 527.14
Regitur à voluntate teſtatoris. 446.30
Eius verba naturaliter ſunt intelligenda. 459.5.& 460.16
*Confeſſus.*
Confeſſus in iure habetur pro condemnato, etiamſi fictè confiteatur. 46.36.37.38
*Confiſcatio.*
Confiſcationis pœna quando imponitur ipſo iure, an ſtatim perdatur dominium, vel ſit neceſſaria ſententia. 48.& ſeq.57.58.59.60.61.62.63
Confiſcandi ius non competit ciuitatibus, quia priuatorum loco habentur, niſi à Principe tale ius conſequantur. 95.35
in Confiſcationem non veniunt iura conditionalia,& quomodo hoc procedat. ibid.36
An veniant in Confiſcationem bona adquiſita poſt commiſſum delictum condemnatione nondum ſequuta remiſſiuè. ibid.33.37
*Coniux.*
Coniugum amicitia ita ſtricta eſt, vt obliuiſcantur parentes. 516.5
*Conſenſus.*
Conſenſus in electione filij, etſi non ſit expreſſus, obligat patrem. 275
*Conſiſtorium.*
Conſiſtorium quid ſit. 299.11
*Conſtantinopolis.*
Vide *Roma.*
*Conſtantius.*
Conſtantius Imperator eunuchis maximè addictus, teſtandi eis facultatem conceſſit. 615.63
*Conſtitutio.*
Conſtitutio Auguſti de coniungendo ærario cum fiſco. 6.14
Conſtitutiones, de quibus agit Zeno Imp. quæ agunt de prædiorum venditione, non verò de aliis contractibus, affertur duplex ratio quæ veriſimilior apparet. 318.47
Conſtitutio Zenonis Iuſtiniani conſtitutione ſublata eſt. 319.50
*Conſuetudo.*
Conſuetudo debet eſſe rationabilis. 469.26
Doctori de Conſuetudine aſſerenti non creditur. 130.47
Conſuetudo Imperatorum alios aliorum dignitate ornandi

ornandi ob præmium ſeruitij & laboris. 360.37 38.39

*Conſul, Conſularis, Conſulatus.*

Conſul vnde dictus. 283.1

Conſules ſupremam & Regiam poteſtatem habuiſſe probatur contra Carrançam. ibid.3

Quare duo conſtituti ſint Conſules. ibid.4

Conſulum creatio ad populum, poſtea ad Principes ſpectabat. 284.9

Conſules pro accepto conſulatu gratias Principi agebant, & ipſis laudes dicebantur panegyricis. 285.14.15

Conſules in ſenatu primi ſententiam dicebant, & quomodo hoc intelligendum ſit. 292.66

Ciceronis locus facetiſſimus de Conſule quodam ſuffecto ſex oratum. 293.71

Conſules de nouo creati annum aperiebant, & quid hoc fuerit. 404.2

Ornamenta & inſignia Conſularia, Trabea purpurea, ſella curulis, ſcipio eburneus & faſces. 283. & ſeq.6.7.& 8

Conſulatus quare in Romana vrbe admiſſus. ibidem 2

in Conſulatu adipiſcendo grandior ætas requiſita, & de legibus annariis remiſſiuè. ibid.5

Conſulatus elogia ex variis auctoribus. 284.12

Conſulatus non niſi petentibus datus, ob ingentes largitiones quas impendebant. 285.16

Latè de eorum munificentia diſſeritur. ibid. 17

Conſulatum maiorem dignitatem fuiſſe, quàm patriciatum, oſtenditur. 29157.59

de Conſulatu ordinario, honorario & ſuffecto, & in quo diſtinguitur vnus ab alio. 292.69

de Conſulatu honorario quæ iuris loca mentionem fecerint. 293.72

*Conteſtatio.*

Conteſtationis tempus attenditur in petitione hæreditatis quo ad reſtitutionem fructuum. 580. 36

*Contractus.*

Contractus regulantur iuxta tempus quo celebrantur. 220.21

*Contradictor.*

Contradictor legitimus quis ſit ne bona vacantia fiant, & etiam in poſſeſſione hæreditaria, ex edicto Diui Hadriani. 102.19.20

*Contrecto.*

*Contrectare* verbum in diffinitione furti quid ſignificet. 512.2

*Contributio.*

Contributiones quomodo fiant in conſiliis ciuitatum, remiſſiuè. 145.9

*Conuocatio.*

Conuocatio debet fieri in curia, & tempore conſueto. 243.11.12

*Corona.*

Coronæ vt præſtaret vacationem, reportandæ erant in tribus certaminibus. 380 14

de Coronis datis iis, qui Imperatores ſalutabantur. 398.2

Triumphaturis oblatæ Coronæ aureæ, & quibus de cauſis. ibid.3

Primæ Coronæ ex lauro, poſtea ex auro. 399 n.5

Coronæ aureæ oblatæ Principibus gratulationis cauſa. ibid.6

Nec ſolùm Coronæ aureæ offerebantur, ſed aurum ipſum, quod videtur in tributi genus deflexiſſe. ibid.7

An hoc autem fuerit tributum, vel oblatio voluntaria. ibid 8.9.10.11

Coronarum vſus apud Romanos frequentiſſimus, remiſſiuè. 401.28

Coronas iactas fuiſſe in Deorum puluinaria religionis gratia, oſtenditur. 40292

*Creditor.*

Creditor etiam inuito debitore pignus vendere poteſt, ſi ei non ſoluatur. 21.2

Creditores priuatos fiſco præferri in pœnis. 73. & 74 1.2

Creditores an ſi agant contra fiſcum in prælatione ſummariè agendum ſit. 48.89.90

Quomodo fiſcus ſatisfacere debeat creditoribus. ibid.91

*Crimen.*

ex Crimine defuncti non tenentur hæredes, niſi condemnatio ſecuta ſit viuo eo. 42.2

Crimina alia ſunt publica, alia priuata, ſeu iudicia. 44.16

de Criminibus, vbi lex non infamat, ſed ſententia 430.20.21.22.24

Crimen exterius demonſtratum per conatum, ſubditur legi humanæ. 4369

*Cruenta.*

Cruenta, de domina apud Ciceronem. 52.12

*Curator.*

Curatores operum publicorum. 210.2

Curator ſemper datur inuito. 451.15

Furioſi, an ſit eiuſdem naturæ ac tutor pupilli. 449. 4 & ſeqq.

Idem, an adminiſtret res & corpus eius 451 14

Eius nomen adoleſcentibus maximè odioſum. ibidem 1.

Petentibus tantum datur. 451.13.& 14.

Quomodo differat minoris, & furioſi. 450. num. 11

*Curia, & Curialis.*

Curia eſt ſenatus inferiorum vrbium. 234.2

Curiæ ad exemplum Romani ſenatus inſtitutæ. ibid. 3.4

Curiales, pro Decurionibus. ibid.1.

*Curioſus.*

de Curioſis, & ſtationariis. 409.4

& quatenus differant ab Irenarchis. 410.5

Curioſi modò ſublati, modò admiſſi. ibid.9

*Curſus.*

de Curſu. 479 6

*Cuſtodia.*

Cuſtodia Principum communis omnium gentium 357.12.


## D


D*Acianus*, Præſes Hiſpaniæ, & Galliarum. 194 17.

*Damnum.*

Damna interna & externa, quibus afficiuntur plantæ, quæ ſint. 590.17

*Dardanarius.*

Dardanarij legibus noſtris prohibentur, & qui officia publica adminiſtrant, ſi comparant vt clarius vendat, puniuntur. 117.12

*To Debet* inducit præciſam neceſſitatem, ſubſtantiam & eſſentiam. 280.52

*Debitor, & Debitum.*

Debitor ſi agat contra emptorem quando creditor non eſt ſoluendo, cur teneatur pretium refundere cum vſuris. 22.11.12.13

quæ actio competens dicatur vt emptor conueniatur à Debitore eo in caſu. ibid.14

& quid ſit interdictum fraudatorium. ibid 15

expenditur alia ratio Neotericorum. ibid.16
& reiicitur. ibid.17.& 18
vbi de ea reſtitutione agitur, quæ competit ex tit. ex quib. cau.maior. ibid.
contra emptorem competere in integrum reſtitutionem generalem, quæ naſcitur ex fraude & iuſtitia cauſæ, probatur. ibid.19
aduersùs Debitorem propter pignus competit actio pignoratitia in ſpecie huius legis. ibid.22
contra Plateam probatur valuiſſe hîc venditionem. ibid.23
Debitor cui debeat ſoluere cùm rem auocat in hoc caſu. ibid.& ſeq.25.51
Debitor non poteſt efficere vt creditor accipiat inuitus particularem ſolutionem. 62.9
Debitor ſi oſtendat duas liberationes, an præſumatur bis ſoluiſſe, & ſi appareant plures vnius quantitatis confeſſiones, præſumantur plura debita. 235.13.14.15.16.17.
contra æquitatem naturalem eſt pro alienis Debitis moleſtari, & ratio exornatur. 257.2.3
Debitor pignus creditori ſubripiens fur eſt. 513. n.5
Qui rem creditori ſubripuit, ſi poſtea eidem ab alio ſubripiatur, an habeat furti actionem.ibid 10.& ſeq.

*Decedens.*

Decedens non electa ſepultura, ſepelitur in parochia, in qua viuus percipiebat Sacramenta. 17

*Decemprimatus.*

Decemprimatus dignitas. 359.29
Decemprimatus priuilegium conceſſum laborum cauſa. 360.31

*Decima.*

Decimæ gregis, quæ paſcitur in diuerſa parochia, cui debeantur. 473.34.

*Declaratio.*

Declarationes Cardinalium ad Concilium quomodo ſint accipiendæ. 170.59
Declaratio nihil de nouo addit, ſed tantùm exprimit quod dictum fuerat. 108.9

*Decreſcendi ius.*

Decreſcendi ius non habet locum in contractibus. 120.15

*Decretum.*

Decretum quid ſignificet. 313.1
& vnde deſcendat. ibid.
bona Eccleſiarum, & minorum vt vendi poſſint, neceſſarium eſt Decretum, & cauſa. 314. 6.7
Decretum pronuntiandum eſt viua voce, non de tabella. 317.31
Decreti eiuſmodi interpoſitio hodie non vſitatur in rebus Decurionum vendendis. 319.53
Decreta olim latinè ſcripta. 399.6
Decreti interpoſitio non minus adhibendarum prædii Decurionum vendendis, quàm in rebus ciuitatum. 319.1
an iure noſtro ſufficiat Decreti interpoſitio ad venditionem rerum Conciliorum, vel ſi neceſſaria licentia Regis. 319.2
quid dicendum de his terris quæ dicuntur *Valdios*. ibid.3
Decreta quæ ex Principis cognitione emanabant, in acta referebantur, & quæ ſint acta. 356.3

*Decurio, & Decurionatus.*

Decuriones vnde nomen traxerint. 234.1
& inde etiam Curiales. ibid.
Decuriones patriæ ſuæ ſenatores. 23 .5
Decuriones dicti Summates, Primates, & Principales. ibid.6.7.8.
Decuriones eligebantur, vel ſuccedebant ſuis patribus. ibid.9
& quomodo fiebat electio. ibid.10.11
Decuriones ad ſubeundum illud munus coacti, & latitantes extrahebantur, & pœna cauſa Chriſtiani facti Decuriones. ibid.16
vt curiam fugerent Decuriones deſerebant patrias, & à nuptiis abſtinebant. ibid.19
cauſæ quibus curias refugere tentabant Decuriones. 236.20
Decuriones ſi Clerici fierent coacti transferre bona ſua in alium. ibid.21
Decuriones peſtes populorum, Leonis conſtitutione tolluntur. ibid.22
de decurionibus noſtris breuis tractatio. ibidem 23
Decuriones ſolemniter conuocari debent ad electionem faciendam. 241.5
& quid *ſolemniter* ſit. ibid.
& quid ſit in vſu. ibid.6
actus eſt nullus ſi Decurionum vocatio non ſit ſolemnis in rebus magni momenti. ibid.7
de cauſis quibus excuſabantur Decuriones electi à nominatione. 247.55
& prima de ætate, & de ſenectute. ibid.56
expertes litterarum poſſunt eſſe Decuriones, & ex eo non excuſantur. 249.69
tabelliones non poſſunt eſſe Decuriones. 250. n.1
diſſeritur de ratione, & an fuerit tabellionatus olim & hodie officium vile, & à ſeruis exercitum. ibidem 5
an olim fuerint Decuriones ſimul Tabelliones, & eadem gauderent autoritate. 252.21
Decuriones ſine licentia Magiſtratus non poſſunt ad curiam Principis, quod & in variis caſibus locum obtinere oſtenditur. 254.2.3
Decurio non poteſt rus habitare, & quid iure regio ſtatuatur circa abſentiam Decurionum. 255. 5.6
Azeuedi opinio circa abſentiam Decurionum expenditur. ibid.7
Decurio an poſſit cogi ſuſcipere legationem, & de diſpoſitione legum noſtrarum quæ de ambaſiatis Decurionum loquuntur. ibid.10
Decuriones de nouo electi non tenentur pro mala geſtione ſuſceptoris à prædeceſſoribus electi. 257.1
Decuriones non poſſunt deſeruire per ſubſtitutos. 274.1.3
& cur. ibid.2
Decuriones, qui cum legatione mittuntur ad curiam Regis, quomodo eligendi ſunt. 278.34
quomodo poſſint vindicare ſalarium talis Legati, etiam in foro conſcientiæ. ibid.35.36
Decuriones qui fideiuſſores approbarunt qui illo tempore erant idonei, non tenentur de inopia ſuperuenienti. 280.56
Decuriones pœnis, & quæſtionibus plebeiorum non ſubduntur, niſi à Præfecto prætorio. 295. 17
Decuriones non poſſunt prædia ſua vendere ſine decreto iudicis. 313.2
de ratione huius prohibitionis. 314.3.4
de ratione quare fuerit introducta ſolemnitas decreti. ibid.11
Decuriones an poſſint ſumere cenſum reſeruatiuum ſine licentia Regis, remiſſiuè. 319. 4. n.5
an Decuriones poſſint in conſulto Principe attento noſtro iure regio conſtituere ſalarium. 322.19

proponitur

proponitur vera reſolutio, omiſſis quæ obſcurè tradunt DD noſtri. ibid. 20
Decuriones non poſſunt ſalarium dare, niſi conſulto Principe, & cur. 321. 15. 16
Decuriones poſſunt conſtituere ſalarium Syndico & Aduocato, & ei quem mittunt tempore neceſſitatis ad coëmptionem frumenti. 322. 22. 23. 24
& denique in omnibus caſibus in quibus publica vertitur vtilitas, aut iuſta neceſſitas. ibid. 25
Decuriones non poſſunt paſcua publica limitibus claudere. 337. 120
pupilli olim ſolebant creari Decuriones, & quomodo hoc fieret. 348. 45
Decurionatus odio plenus apud antiquos. 235. 14
Item, & oneribus, quæ ſigillatim connumerantur ibid. 15. 17
Decurionatus, & tutelæ quoad patris conſenſum differentiæ. 240. 32. 33. 34. 35
Decurionatus eſt honor, & dignitas. 250. 2
de Decurionatu infanti dato, ſententia Rod. Suarez quomodo intelligenda. 308. 38
& probatur ante tempora Conſtantini infantes creari Decuriones conſuetum fuiſſe. ibid. 39
de prohibitione libertorum à Decurionatu. ibidem 40
de Decurionatus dignitate, & an infames ad illam aſcendant. 394. 93. 94

*Defenſio.*

de Defenſione vitæ, & bonorum, plura remiſſiuè. 32. 11

*Defunctus.*

Contra Defunctos ſententia pronuntiari non poteſt. 43. 5

*Delatio, Delator.*

Delatoris ius quod habet ad pœnam, an ſit conſiderabile, ante condemnationem. 83. 80. vide *Offenſus.*
Deferre quid ſit, quid Delator. 103. 1. 2
Delatoris nomen olim execrabile, à malis principibus affecti præmio, à bonis, pœna. ibid. 3. 4
de Delatoribus qui ſcripſerint. ibid. 6
Delatorum nomen in aliud honeſtius commutatum, inde dicti Curioſi frumentarij Irenarchæ, & Quadruplatores, explicanturque hæc nomina. 104. 7. 8. 9. 10. 11
Delatio legibus fuit reſtricta ad certum modum, & quis Delator dicatur in noſtro titulo. ibid. 12
Perſonæ quæ Deferre non poſſunt. ibid. 13
Regius fiſcalis ex legibus noſtris non poteſt ad accuſationem proſilire ſine Delatione ab alio facta, & de variis pœnis Delatorum. ibid. 14. 15
de Delatoribus in ſyndicatu. 105. 19
Qui excuſentur à pœnis contra Delatores ſtatutis, & priùs agitur de eo, qui ex neceſſitate officij detulerit ad exornationem *l. 2. infrà h. titulo.* ibid. 20 21
à Pœnis contra Delatores ſtatutis eximitur qui ſuam defenſionem magis attendit, quàm alterius accuſationem. 106. 30
is qui ſe Detulit fiſco, an reportet tertiam partem eius quod reſtituere promiſerat, vel dimidium. 113. 57
Aliud requiſitum vt rectè fieri poſſit Delatio. 114 64
Qui ſe Detulit in criminibus, mitiùs eſt puniendus. ibid. 65.
Coram pro iudice fiebant Delationes; remiſſiuè. 150. 7
in his criminibus Regius fiſcalis poteſt procedere abſque Delatore. 1169

*Delegatio.*

Delegatio quid ſit. 145. 2

*Delictum.*

Delicta morte quare extinguantur. 43. 6. & ſeq. & 9
quæ Delicta ipſo iure habeant annexam confiſcationem, & latè diſcutitur de crimine ſodomiæ circa confiſcationem contra filios. 79. 46. 47. 48. 49 50
& negatiua omiſſa pars quæ facit pro filiis defenditur. 80. 52
Delinquentes non poſſunt teſtari de bonis confiſcatis ex l. 4. Taur. 79. 51
Delinquens in officio debet grauiter puniri, & officio priuari, atque ſententia ſi appelletur non habet effectum ſuſpenſiuum appellatio. 168. 30. 31
Delinquens in officio, etſi non citetur, poteſt condemnari. ibid. 32.
Delicta per ignorantiam commiſſa cenſentur inuoluntaria. 437. 2
Grauiora ſunt, vel leniora ex loci circunſtantia. 594. 14
Delinquens non videtur pœnæ conſentire. 456. 13

*Deportatio.*

Deportatio, & diuortium æquiparantur. 460. 24
In locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit. 455. 3
Quatenus differat ab aliis pœnis. 358. 16. & 19
Deportatus alius homo creditur. 459. 2
Grauatus onere fideicommiſſi donec naturaliter moriatur, non admittitur vocatus. ibidem 10. & 12.
Inſtitui non potuit. ibid. 9
Pro mortuo habetur. 455. 4
Quandiu viuit eſt capax bonorum. 457. 13
Deportationis pœna in deſuetudinem abiit, & in eius locum ſucceſſit damnatio ad triremes. 212. 4
de Deportatorum conditione plura. 95. 28. 29. 30. 31. 33

*Depoſitarius.*

Depoſitarius, aut ſequeſter non priuat ſua poſſeſſione poſſeſſorem. 246. 40

*Didrachma.*

Didrachma quod pendebant Iudæi ex lege Dei quale fuerit. 400. 20

*Dies.*

Dies auſpicalis quid apud Mamertinum. 405. 4

*Differentia.*

Differentia inter petitionem hæreditatis & rei vindicationem. 578. 17
Et inter actionem quod metus cauſa. 582. 60

*Difficile.*

Difficile, & impoſſibile quatenus differant. 522. 13

*Dignitas.*

Dignitatis nomen nunquam moritur. 434. 108
Dignitas comitiua qualis ſit. 253. 5
Dignitates habere non poſſunt qui ſunt ex vltimis negotiatoribus. 392. 76
Conuenit vt ad Dignitates admittantur Nobiles & illuſtres. ibid. 77
Viles perſonæ Dignitates poſſunt obtinere quando eſt penuria hominum, vel viles artes per ſe non exerceant. ibid. 78. 79
Spurius an admittatur ad dignitates. 395. 97

*Digreſſio.*

Digreſſio Auctoris de Romano Imperio contra Oſualdum. 433. 87

*Diſcuſſio*

# Index Rerum,


*Diſcuſſio.*

Diſcutere, Diſcuſſor, & ſimilium verborum ſignificatio. 229.1
Diſcuſſores rationes fiſcales diſpungebant. ibidem 2
Diſcuſſor quare dictus rationalis. ibid. 3
Corripi locus de Diſcuſſoribus. ibid.4
Diſcuſſores munere ſuo functi fiebant Comites. ibidem 7
coram quo debet proponi querela eius, qui ſentit ſe granatum ab iniquo Diſcuſſore, & quomodo probanda eius iniquitas. 231.13.14.15.16

*Diſpenſatio.*

de Diſpenſatore Principis. 13
de Diſpenſatione quæ fit à Sum. Pontifice in radice matrimonij, remiſſiuè. 248 63
Diſpenſatio à Principe facienda inter impoſſibilia connumeratur. 617.82

*Diuortium.*

Diuortia Romæ frequentiſſima. 481.36.& ſeq.
Mala, & bona gratia facta. ibid.37.& 482.44
Eorum pœna. 481.41

*Doctor.*

Doctorem ſe mentiens, vel Clericum, qua pœna teneatur. 265.30
Qui falsò ſe pro milite geſſerit, vel pro Doctore, vel pro Clerico, punitur arbitrariè. 304. n.7
An peccet qui cùm eſſet incapax, ſcienter ſe promoueri ad Dignitatem paſſus ſit, & quid facere teneatur. 305.8
Inuehitur in eos qui horrent vocari Doctores. 382.32

*Domeſticus.*

Domeſtici & Protectores differunt. 357.10
de primis Domeſticis. 369.29

*Domicilium.*

de Domicilio conſtituendo diſputatio. 331.69
Domicilium quid ſit, & quare ſub laris appellatione comprehendatur in præſenti. 332.70
Domicilium à DD. conſideratur in triplici differentia, naturale, commune, & accidentale. ibidem 72
Incipit tractari de originali, adducunturque effectus huius Domicilij. ibidem 73.74.75.76. 77
de Domicilio communi, ſeu patria communi, & de Roma quæ eo nomine vocitata ab auctoribus. ibidem 78
Tractatus de Domicilio accidentali, quomodo conſtituatur. 334.98
Sola voluntas, vel deſtinatio ſola, aut animus non conſtituit Domicilium niſi cum ea factum concurrat, id eſt, habitatio. 336.99.100
Animus eſt neceſſarius ad Domicilium conſtituendum, & ſic ſtatur declarationi incolæ. ibid. 101
Cùm ad conſtitutionem Domicilij requiratur decennium, non poteſt admitti arbitrium iudicis ad declarandum, an minori tempore contractum ſit. 336.109
Domicilium poteſt haberi ſimul & eodem tempore duobus in locis. ibid.111
Domicilij conſtituti effectus recenſentur, & primus eſt vt incola non poſſit conueniri ampliùs in loco à quo diſceſſit. ibid.112
An cum per Domicilium quis fiat ciuis & vicinus, ſtatim gaudeat priuilegiis eius loci, in quo habitat. ibid.113
cum diſtinctione reſoluitur. ibid.115

*Dominium.*

Dominium an amittat reus capitalis criminis. 13.56
Pœna confiſcationis quando imponitur ipſo iure, an ſtatim perdatur Dominium, vel ſit neceſſaria ſententia. ibid.57.58.59.60.61.62.63
Dominium ſaltem vtile ex emphyteuſi, & locatione an transferatur ad longum tempus, & de diſtinctione dominij vtilis, & directi. 67.50 & 51

*Dominus.*

Domini vaſallorum an poſſint habere fiſcum, remiſſiuè. 7.25
Domini vaſallorum an habeant ius vindicandorum bonorum vacantium, remiſſiuè. 95. 36
Boni Principes domini reuerentiam fiſco prætulerunt. 97.14
Dominus quando teneatur de delicto ſerui, aut famuli quem in officio præpoſuit, remiſſiuè. 241 43
Domini vaſallorum qui cogunt ſubditos ad ſua molendina ire, nullum ius habent niſi præſcriptione muniantur. 402.35
Et quomodo hoc procedat. ibidem & ſequent.36. 40
Dominos tale ius magis per violentiam occupare, quàm aliquo legitimo modo, oſtenditur. 403.37. 38.39
Dominus mundi cur ſe appellauerit Antoninus Imperator. 431.79
*Dominus* verbum an protectionem, vel verum dominium ſignificet. 431.70
Dominus D. Didacus Ramirez de Haro Collegij Maioris Conchenſis fundator. 505.52

*Domus.*

Domus vel fundi nomine non continentur res, quæ ibi ſunt, & quæ amoueri poſſunt. 96. 5. & 7
Domo relicta cum onere maioratus, non continentur res magni valoris. 97.11
de iure reuocandi Domum, remiſſiuè. 333 87

*Donatio.*

in Donatione non habet locum euictio, niſi promiſerit. 9.15.16.17.18
Donatio perfecta quæ dicatur hodie. 10.22
Donatio ſi fiat reſeruata facultate diſponendi de certa quantitate commiſſo delicto, an fiſcus præferatur donatario in ea. 14.64
de Donationibus Regis Henrici, & an in eis habeat locum lex noſtra. 124.50.51.53
An lex noſtra habeat etiam locum in Donationibus, factis à Principibus inferioribus qui recognoſcunt ſuperiorem. ibid.54
Donatio quare non fuerit comprehenſa ſub appellatione venditionis. 317.36
Reprehenditur ratio communiter recepta inter Donationem, & venditionem. 318.39
Donatio an ſit contractus nominatus vel innominatus. 490.16
Inter coniuges prohibita Iure Canonico & Ciuili. 515.1
De prohibitionis ratione. ibid.2
Quo iure introducta. 516.10
Oratione Seueri confirmata an cenſeatur, quæ habuit traditionem. ibid.12
Etſi vero prohibita, non prohibetur quominus poſſeſſio naturalis non tranſeat in donatarium. 540.10

*Dos.*

Dos dicitur ius vniuerſale. 429.35
Eius cauſa maximis affecta priuilegiis. 490.5
Licet in eis magis attendatur matrimonij conſeruatio. ibid.6


Confeſſata

Confeſſata. 520.45
Dotis magis attendentes quantitatem, quam vxoris qualitatem notantur. 490.17
Traditum eius cauſa vt nuptiis ſequutis in eam conuertatur, donatore ante nuptias mortuo, an transferatur in maritum. ibid. 13. cum ſeqq.
Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, quomodo id intelligatur. 49.67.69
Dotes filiarum iure noſtro taxatæ. 408.34

*Ducenarius.*

Ducenarij, centenarij & ſexagenarij qui dicantur, hac lege variè diſcuſſum. 161.2.3.4.5.6

*Duumuiratus.*

Duumuiratus ſanctæ fraternitatis, an in relectione neceſſariò fieri debeat, nullo reluctante, vel an ſufficiat maior pars eligentium, reiicitur opinio Azeuedi, & explicantur aliquæ leges Regni. 346. n.23.24

*Dux.*

Duces militum limitaneorum vocati *Præpoſiti*, *Duciani*, & eorum officium *Ducatus*. 153.7
Ducum noſtrorum origo vnde prouenerit, & Marchio vnde dictus, exploditur Ambroſij de Morales etymologia. ibid. 8.9
Duces limitanei ſolebant feras ad Principem tranſmittere. 374.79

## E

*Eadem.*

EAdem res ſecundum diuerſos reſpectus, diuerſimode cenſetur. 448.15

*Eccleſia, & Eccleſiaſticus.*

Eccleſia Theſſalonicenſis à capitatione excipitur. 160.8
Eccleſia ſolet antequam puniat priùs admonere peccatores. 170.55
Eccleſiarum & minorum bona vt vendi poſſint, neceſſarium eſt decretum & cauſa. 353.6.7
Eccleſiaſticus ſi laicum capiat, non inuocato brachio, poterit in regia curia pronuntiari vim facere. 169.43
Eccleſiaſticus ſi non obſeruauerit formam Concilij, etiamſi præueniat per capturam, poterit ſæcularis cognoſcere, & redditur ratio. 171.60

*Educatio.*

Educatio affectionem generat. 561.11

*Electio.*

Eligendi facultas datur inter fiſcum & mulierem, ſe deferentem in portionibus quibus diuiditur hæreditas. 114.63
Quis dicatur inimicus mulieris, & fiſci, & occultator geſtorum. ibid. 66
Eligens indebitè condemnatur in expenſis. 249 71
Longa conſuetudo in Electionibus officialium attendenda. 243.9
Electio officialium non poteſt fieri abſque iudicis auctoritate. ibid. 10
Electio conciliorum circa quæ officia verſetur olim & hodie. ibid. 13
Præſides Ordinibus remittebant Electionem ſuorum officialium. ibid. 14
Electus certiorari debet vt poſſit vel acceptare, vel reclamare propoſita appellatione. ibid. 15.16
Electus ſi appellet à nominatione, quid debeat probare, & quid in tutela, remiſſiuè. ibid. 17
Rixæ & lites oriuntur hodie ex Electionibus officiorum. ibid. 18
Cuilibet de populo competit Electionis impugnatio. ibid. 19
Electi, quorum electioni alij contradicunt dum lis pendet, an poſſint exercere ſua officia. ibidem n.20.
Electum pendente lite non poſſe exercere officium. 244.23.24.27.
Electus impeditus per obiectiones ſibi oppoſitas, ſi interim elabatur tempus, etſi poſtea confirmetur, non poteſt exercere officium. ibid. 25.26
Electio facta à Concilio Decurionum an ſit actus extraiudicialis, ita vt in ea non detur attentatum. 245.33.34
Electi contra quos appellatio interpoſita ſit, ſi poſtea vincant iam elapſo anno ſui officij, an poſſint facere electionem de officialibus anni incipientis. ibid. 36.37.
Et quid ſi annullata ſit Electio qui debeant eligere, an qui nulliter elegerunt, an vero depoſitarij qui ſequeſtratum habuerunt officium. ibid. 38.39
Electio quæ non ſortitur effectum conſummatum, non tollit eligenti ius iterum eligendi. 246. 43. n.44.
Baldi doctrina aientis, eum qui eſt in poſſeſſione, Eligere debere, quomodo accipienda, agitaturque de iure ſequeſtri quantum ad poſſeſſionem. ibid. 48
Eligendi ius alicui commiſſum vt eligat ſucceſſorem in maioratu, aut Capellania, an ſit tranſmiſſibile ad hæredes, explicantur & Conciliantur varia IC. reſponſa & Doctorum opiniones. 276. 17.18. 19.20.21.
Eligendi facultas an expiret in primo nominato, vel an tranſeat ad ſucceſſores. 277.22.25
E quibus coniecturis cognoſcatur, an voluerit concedere electionem ſolum in vna perſona. ibid. 24.25
Princeps eo ipſo quòd incapacem Eligit, videtur cum eo diſpenſare. 307.29
Examinaturque hic articulus. ibid. 30.31.32
Quid quando aliquis eſt incapax iure naturali. ibid. 33
*Embola* quid ſit. 216.41
*Emeritum* quid fuerit, & de differentia inter emeritum & præmium. 351.6.7

*Emancipatus.*

Emancipati filij Iure Ciuili incogniti. 475.3
Emancipatus emancipato fratri conferre non tenebatur. 474. & ſeq.

*Emphyteuſis, & Emphyteuta.*

in Emphyteuſi conceſſa à Principe poſſeſſores domini fiunt. 67.55
in Emphyteuſi duobus conceſſa, an pars deficiens pertineat ad ſocium, vel ad dominum rei. 119. & ſeq. 14.17
de Emphyteuſi ad feudum valet argumentum. 120. n.16.
de Emphyteuſi parenti & filiis conceſſa. ibid. 17
de Emphyteuſi, aut feudo duobus à Principe conceſſo. ibid. 18
in Emphyteuſi perempta re, vel diminuta, an minuatur onus, & an ſit neceſſarium, vt vltra octauam partem diminuatur. 211.26.27.28
Emphyteuta qui minus ſoluit per errorem, an cadat à iure ſuo. 19.57

*Emptio.*

Emere, nec vendere quis non cogitur. 323.10
qui Emerit à Decurione, priuatur pretio quod pro re dederit, & cui applicetur. 315.16.17.18.19

*Enſis.*

Enſis, aut gladius inſigne Præfecti prætorio. 296.11

*Enunciatio.*

Enunciatio quæ ex hac lege colligitur. 161.7

Enunciatio quæ ex huius legis ſerie colligitur. 108.5

*Epiſcopus.*

Epiſcopus an poſſit habere fiſcum. 7.25

Epiſcopus non habet armatam militiam, aut familiam, & reſpondetur fundamentis Martæ. 168. 36.

Epiſcopo abſente in longinquis, Capitulum debet adminiſtrare, ſi Vicarius moriatur, vel per regiam potentiam è regno eiiciatur, refertur quæſtio de facto. 278.279.40.41

refertur caſus in quo Epiſcopus multatur ob inobedientiam ſui Vicarij prouiſionibus Cancellariæ, cùm ipſe Vicarius bona non haberet. 279. 45.

*Epiſtola.*

Epiſtola formalis quo ſenſu dicta. 435.109

*Eques.*

contra Equitem militaris Ordinis, an debeat dari Pragmatica Regis Henrici ſi caſu ab aliquo deferatur contendens eſſe plebium. 281.67

Equites ordinum militarium an ſint verè religioſi. 340.15

*Equuleus.*

de Equuleo latè diſſeritur. 167.23

*Equus.*

Equo vendito debetur ſella, & frænum. 556.37

*Erogatio.*

omnes Erogationes antiquorum ob inanem auræ popularis gloriam factas oſtenditur, & quantum antiqui plauſui vulgi inhiarint. 286.22.23.24

*Error.*

Error quando præſumatur interueniſſe, vt annulletur actus. 18.40

Error rationum ſententia iudicis confirmatur. ibid. 45.46.47.

refellitur Error interpretum exiſtimantium errorem communem ius facere. 306.20

Error vt communis ſit qualis eſſe debet. 307.27

*Ethnicus.*

Ethnici more gentilico Diis ſuis aureas pateras conſecrabant. 407.22

*Eudæmon.*

Eudæmon à Publicanis direptus querelam proponit apud Imperatorem. 431.75

*Euectio.*

Euectio in curſu publico quid ſit, eius dandæ facultas non erat, niſi in Principe & Præfecto. 296. 18.19

*Euictio.*

Euictio non habet locum in donatione, niſi promiſerit. 9.15.16.17.18

de Euictione quem tenet actio, eundem agentem repelli certum eſt. 70.10

An fiſcus in duplum, vel in ſimplum teneatur de Euictione, remiſſiuè. 72.32

*Eunomiani.*

Eunomiani hæretici in quem errorem inclinarent, & quandiu vixerint. 609.8.& ſeq.

*Eunuchus.*

Eunuchi à teſtamenti factione excluſi. 609.6

Apud Hebræos infames. 611.& ſeq.30.& 43

Apud Romanos ignominioſi. 612.47

Eorum occurſus ominoſus. ibid.37

Dicti ſteriles. 611.29

Semiuiri, tertium genus hominum. 612.37

Turpes. 614.52

Eis cur prohibita teſtamenti factio. 611. 25. & ſeq.

Aliquando eunuchus eſt nomen officij, & miniſterij. 610.15

Conſul olim factus Imp. Romanum in admirationem rapuit. 613.48

Capere non poterant ex teſtamento. 614.57

Conſtantius Imperat. eis conceſſit teſtamenti factionem. 615.63

Qua ratione. ibid.64.& 68

Potentiorum libidini deſeruiebant. 613.49

Quinetiam & fœminarum. 614.51

Puerorum fuerunt cuſtodes Pædagogi Ianitores, & Magiſtri. 615.65

Proculiani eos cenſebant imperfectos. 619.91

Quare per caſtrationem cenſerentur pretioſi. ibid. 91.& ſeq.

Matronarum cuſtodia, & domorum gubernacula eis commiſſa. ibid.93

Eunuchiſmus odioſus ſemper propter ſterilitatem. 611.28

*Eutropius.*

Eutropius eunuchus Arcadij Imperatoris cubicularius. 609.15.

*Exactio.*

Vide *Tributum.*

Exactor quis ſit propriè, & quo ad hunc titulum. 160.1.2

Exactores & publicani idem ſunt. ibid.3

Exactio prius fuit penes publicanos, deinde ad Præſides & iudices prouinciarum pertinuit. 161.5

Exactorum varia nomina tum apud antiquos, tum apud nos. ibid.6

Exactorum officium non cenſetur ſordidum. 162.7

Exactores ſi vltra formam & modum dolo aliquid plures exegerint, puniuntur tanquam fures. 163.18.

Exactorum ſæuitia damnatur in colligendis tributis, & oſtenditur quantum Princeps attendere debeat ne ſubditi vexentur. 164.1

deteſtatio noſtrorum Exactorum. 166.9

*Exceptio.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contra apocham de æquitate canonica. 179.10

*Excommunicatio.*

Excommunicandi facultas cui committitur, non datur facultas vices ſuas alicui committendi. 276.15

Excommunicatio appellatione non ſuſpenditur. 535.5

Eius rei ratio cum ſeqq. Separatur ab aliis ſententiis, quia ſtatim ac dicta eſt ſecum trahit executionem. 539.22

Excommunicatus etiam appellans denuntiari poteſt, & priuari fructibus beneficij. ibid.24

*Executor.*

Executori qui ad bona vacantia occupanda mittitur, ſi literas regias non oſtendat, reſiſti impunè poterit. 31.1

*Exemptus.*

Exemptus ſi permittat ſe ſcribi in matricula plebeiorum, & non reclamauerit, præiudicat ſibi. 351.15

*Explicatio.*

Explicatio hæreditatis genus improbioris furti. 509 10.& ſeq.

Vbi etiam de eo crimine agitur, an excludat vſucapionem. ibid.

## F

*Familia.*

Familiæ ſplendor à maſculis prouenit. p. 499. n.51.

*Fides, Fideicommiſſum.*

Fideicommiſſa ad neceſſitatem iuris redacta quam vim habuerint. 484.4

Vnde nomen traxerint. ibid.n.1.& ſeqq.

Poſſunt relinqui ab inteſtato. 487.8.9

Fidem

Fidem tacitam interueniſſe de reſtituendo incapaci. 111.31.32.34.& 35
Omnis ſubſtantia huius delicti conſiſtit in accommodatione hæredis, qua præſtat fidem de reſtituendo. ibid.36
An hæres qui tacitam Fidem accommodauit, poſſit in conſcientia retinere hæreditatem, an vero teneatur reſtituere. 112.47.48.49.51.& 55
Quare hæredi qui tacitam Fidem interpoſuit, irrogetur deportatio. 114.67

*Fideicommiſſum.*

Fideicommiſſi taciti tota vis & ſubſtantia conſiſtit in interpoſitione fidei. 110.22

*Fideiuſſio, & Fideiuſſor.*

de Fideiuſſione indemnitatis. 314.7.8
ſi Fideiuſſores iudicum temporalium moriantur ante ſententiam condemnatoriam, an teneantur hæredes eorum. 47.43.44.& 45
Quatenus teneantur hæredes ſi lis non ſit conteſtata, & quomodo detur actio quatenus ad eos ex delicto peruenit. ibid.47
Hoc in caſu, an hæredes teneantur in ſolidum, an tantùm in id quod ad eos peruenit. ibid.48

*Filius.*

Filij an ſint creditores in legitimam. 13.60.61
votum commune omnium parentum vt Filios relinquant hæredes. 77.35
Filius viuo adhuc patre exiſtimatur dominus ſuorum bonorum ad plures effectus. ibid.36
bona paterna Filiis reſeruantur hodie in omnibus criminibus quæ iure Digeſtorum confiſcationem habebant. ibid.& 78.37.38.39.41
Filius in bonis paternis an verè ſit creditor, an fictè. ibid. 42.43.
Filij, ſi confiſcentur patris bona, non amittunt ſuam legitimam, niſi expreſsè à lege priuentur. ibid.44.45.
Iure noſtro omnia bona patris ſunt legitima Filiorum, præter quintum. 81.62
An viuo patre poſſint Filij agere contra dotem inofficioſam, & quando contra fiſcum ad recuperationem legitimæ. 80.57.58.59
an Filij ſint creditores in legitima. ibid. & ſeq. 60. & 61.
Directum illud quòd quæ ſpeciali nota digna ſint, niſi ſpecialiter de eis fiat mentio, neglecta cenſeantur, quomodo adducatur quoad priuandum hæreditate paterna Filium Sodomitæ. 81.64
ſententia priuans Filios Sodomitæ hæreditate paterna, eſt nulla. ibid.66
Hodie ſunt incapaces iure noſtro Filij Clericorum, adduciturque Motus Pij V. quo eadem incapacitate afficiuntur, etiam nepotes, quamvis ſint legitimi. 115.68
Filiusfamilias Decurio creatus conſenſu patris, obligat patrem, & eius hæredes. 237.2
Filius quare matris, & non patris conditionem ſequatur, hic in dubium reuocatur. 167.8
Filius ſemper ſequitur familiam, honores & dignitates paternas, conditionem verò & ſtatum maternum. ibid.10.11
Filius quare in hac l.ſequatur matrem. ibid. 13.15. & 16.
Filius ex patre nobili & ancilla ſuſceptus, an gaudeat nobilitate paterna, latè diſcutitur, parſque affirmatiua defenditur contra Carrançam. 270. 30.31.32.33.& 36.
Filiorum appellatione continetur ex ancilla ſuſceptus. ibid.34.
de Filio naturali Ant.Fabri traditio. ibid.35
Filius conceptus ex ancilla propria, cum qua potuit contrahi matrimonium, eſt filius naturalis. 271.37.
de Filiis hæreticorum. 389.53
Filiusfamilias non potuit contrahere matrimonium Iure Ciuili abſque parentis conſenſu. 440.7
Excluſus à bonorum poſſeſſione poteſt ex alio capite ſuccedere. 443.17
Hereditatem non poteſt repudiare in præiudicium patris. 441.2
Iure antiquo nulla bona propria habuit niſi eſſet miles. 541.6
Ingratus contra parentem iterum eius poteſtati ſubditur. 501.12
Dies agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis ei non ſolum currunt à die ſcientiæ, verum & à die quo potuit patrem certiorare. 442.13
Nam poteſt patri nocere, etſi prodeſſe poſſit. 441. 3.& 442.9
Quare poſſit petere bonorum poſſeſſionem patre ignorante, non vero adire hæreditatem. ibid.10
Olim non potuit facere teſtamentum. 484.39
Nec item codicillos. 541.17
Filij in deportatione ſuſcepti non ſunt legitimi. 460.16
Nec faciunt deficere conditionem *ſi ſine liberis*. 459.14.
Patris dicuntur pars. 554.20
Pro delicto paterno puniuntur. 504.47
Iniuſti, qui dicantur. 440.7

*Fiſcella.*

Vide *Fiſcus.*

*Fiſcina.*

Vide *Fiſcus.*

*Fiſcus.*

Fiſcus, fiſcella & fiſcina vnde originem traxerint, & quid propriè ſignificetur. 5.& ſequent.4.5. & 6
Tempore Caroli Magni fiſcus vno ſenſu ſolebat accipi. 6.7
Fiſci etymon quod Accurſ. & alij antiqui tradiderunt, vt fiſcus ſemper ſit diues, & ſoluendo,remiſſiuè. ibid.8.9
Fiſci & ærarij differentia. ibid.10.12
Conſtitutio Auguſti de coniungendo ærario cum fiſco. ibid.14
Fiſci appellatione an contineatur patrimonium priuatum Principis. 7.20.
Fiſcus apud nos hodie vocatur Camera, & qui redditus ſub ea cogantur. ibid.21
iura Fiſcalia intelliguntur de regalibus eſſe. ibidem n.24
Fiſcum an poſſit habere Epiſcopus. ibid.25
An domini vaſſallorum, remiſſiuè. ibid.
Fiſcus iure communi vtitur quando non reperitur priuilegiatus ſpecialiter. 10.25.28
Si fiat donatio reſeruatâ facultate diſponendi de certa quantitate commiſſo relicto, an Fiſcus præferatur donatario in ea. 14.64
Fiſcus an trahat cauſam ad ſuum iudicem. 23.29.30. & ſeqq.
Fiſcus an exiſtat ſemper ſoluendo, & prius ſit excutiendus, quàm eius fideiuſſor. ibidem 33.34. & 35
Fiſci compendium contemnere boni Principis eſſe. 27.14
Fiſcum ante diem agere, nec petere poſſe probatur. 37.7
Fiſcus ſi ſit vſufructuarius partis rei, an poſſit rem diſtrahere, ad vtramque partem diſcutitur, & probatur negatiua. 64. 22. & ſequent. & 19

Fiſcus plures ſtationes habebat, & quæ ſint hæ, & vnde dictæ. 70.1.2.3.4.6.7

Fiſcus an in duplum, vel ſimplum teneatur de euictione, remiſſiuè. 72.32

Fiſcus agens ratione delicti agit de lucro captando contra debitorem, etſi habeat ius prælationis, regulariter poſtponitur. 74.3

Fiſco ita erit fauendum, vt nihil pro eius vtilitate contra ius admittatur. ibid.10

Fiſcus an habeat in pœnalibus tacitam hypothecam. 75.14.15.16

Fiſco agendi contra bona Sodomitæ obſtant filij quaſi creditores. 80.55.56

Fiſcus an præferatur creditori qui ex pœna creditor eſt, vel è contra. 8 .68

induſtria Fiſcalis electa eſt à Principe,& ſic non ſuppletur ab alio eius abſentia, etiamſi adſit fiſci Aduocatio officialis. 86.10.11

Fiſcus an gaudeant in aliis cauſis priuilegio minoris, vt poſſit in integrum reſtitui, remiſſiuè. 89. n.38

Fiſcus quando occupat bona vacantia, an ſuccedat iure hæredis, vel iure proprio. 91.7.8

Fiſcus non compellitur facere inuentarium bonorum vacantium. 92.12

Fiſcus ſuccedere intelligitur quaſi hæres, cùm ab eo fideicommittatur. ibid.13

Fiſco attento iure regio non tenetur ad legatorum præſtationem. 94.17

Regij Fiſci patroni cùm ex neceſſitate officij accuſent, non condemnantur de calumnia, neque in expenſis. 105.22

Fiſci patronus an condemnetur in expenſis ſi per calumniam egerit. ibid.23

vt Fiſco locus ſit, an requiratur ſola accommodatio fidei, & an ſit neceſſaria traditio hæredis, ad leg.3.Codic.ad leg.falcidiam. 112.39.40. 41.42

Fiſci ius quatenus priuatorum pactis lædi poſſit. 137. 36.37.38.39.40 41.

Fiſcus an habeat fundatam intentionem ex ſuis rationibus. 162.10

Fiſcalis regius an poſſit incarcerare, etſi non habeat iuriſdictionem. 171.62

Ad conuehendas ſpecies Fiſcales, & curſum publicum peragendum, ſolebant prouinciales præbere omnia neceſſaria. 198.16

Fiſcus an expenſas factas pro capiendo delinquente recuperet, remiſſiuè. 256.9

officium Fiſcalis inuentum fuit ab Hadriano Imperatore. 298.4

Fiſci patroni eligebantur ex numero Aduocatorum ibid.6

Quid ſit eligi patronus Fiſci ex formula forenſi. 299.7

ad Fiſci patronatum aſſumpti homines grauiſſimi,& doctiſſimi. ibid.8

Fiſci patronus ſtrenas accipiebat à manu Principis. ibid.9.

Aliud priuilegium Fiſcalis vt poſſit offerre Principi duos domeſticos. 300.17

Expenduntur alia priuilegia Fiſcalis remiſſiuè. ibidem 18

Fiſci patronatum ſeminarium maiorum dignitatum fuiſſe probatur exemplis. ibid.19

de Fiſcalium auctoritate ex noſtris legibus, quæ deſumitur ex perpetuitate dignitatis, & repræſentatione regni. ibid.21

Fiſcalis aduocatio dicitur dignitas. ibid.22

Adducitur locus Heſther de eo, quem Rex honorare cupit, & applicatur ab auctore honori regio Fiſcali exhibendo. 301.31

Et de veſte conceſſa Auditoribus & Fiſcali, vt à cæteris ſecernantur. ibid.32

Fiſcalis Regem ipſe ſolus repræſentat, Auditores verò collegiatim. ibid.33

Fiſcalis dicitur de conſilio Regis. ibid.34

Fiſcalis dicitur eſſe de corpore ſenatorum, & vnum cum eis componit corpus. 302.36

Fiſcus cum ſubditorum damnis non debet locupletari. 434.76

Eius bona eodem priuilegio gaudent ac priuata Principis ſubſtantia. 433.89

Niſi ſpecialiter reperiatur priuilegiatus vtitur iure priuati. 578.24

Succedens in bonis vacantibus, an ſuccedat vt hæres. ibid.26

*Finis.*

Finium motores qua pœna teneantur. 438.10

*Florales ludi.*

Florales ludi quomodo agerentur. 600.13

Cum magna turpitudine celebrabantur. ibid.13

*Flumen.*

Flumina, & littora iure gentium ſunt publica. 372. 58.

*Forma.*

Forma à lege inducta neceſſariò eſt obſeruanda. 30. 39.

Quid dicatur pro forma requiri in lege. ibid. n.40.

Forma mandati quatenus eſt præcisè obſeruanda. ibidem 41.

de Forma leg. 12. titul. 6. libro 5. Recopilat. ibid. n.42.

*Fratres tertij Ord. S. Franc.*

Fratres tertij Ordinis S. Franciſci an gaudeant immunitate tributorum. 265.29

*Fructus.*

Fructus quomodo poſſint vſucapi. 551.41

Ex prædio pignorato percepti tacite intelliguntur in eadem cauſa eſſe. 556.41

Donati inter coniuges. 540.7

Diuiſio in naturales, induſtriales, & ciuiles 579.29

Eorum quam latè pateat tractatio. 540.2

Percepti ante litem conteſtatam augent hæreditatem, poſt litem verò acceſſiones vocantur. 586.87

Pendentes quo ſenſu dicantur pars fundi. 558.52

Fructuum, & partuum iure Hiſpano æqualis eſt conditio quoad adquiſitionem. 551. 45

*Frumentum.*

Frumentaria largitio olim Romæ antiquiſſima. 595 n.28.

Tota ex Ægypto ibid.27

Frumentum corruptum vicinis ciuitatum à Decurionibus vendi poſſe, damnata traditio Bobadillæ, & Alfari. 209.30

Frumenti duæ peſtes, pluuia, & vetuſtas. 210.3

De neceſſitate Frumenti in Caſtella orta. 213. n.6

Frumento nihil ad vitam eſt neceſſarium magis. ibidem 9

Pauperes tempore careſtiæ poſſunt iudicem adire, vt cogat diuites ad Frumenti erogationem, item & pauperes. ibid.17.18

Compelli ciues Frumentum vendere tempore neceſſitatis. 214.21

Reſpublica poteſt compellere ciues mutuare pecuniam ad comparationem Frumenti. 215.31

etiamſi ſint Nobiles, vel Clerici. ibid.32

& quomodo hoc in Clericis procedat. ibid.33

Frumentum claſſibus in Romam aduectum ſcaphis per hoc flumen deferebatur. 216.47

Frumentaria largitio Romanis frequenter in vſu. 206.3.
de Frumentaria lagitione publicè ciuibus facta. 208. 22.23.24.

*Fundus.*

Fundus affectus onere reali ad quemcumque vadat, tranſit cum ſuo onere, etiamſi ſit perſona Eccleſiaſtica, vel ipſa Eccleſia, & ea opinio vt veriſſima adſtruitur contra Mattam. 134.14
Fundo inſtructo legato quid contineatur. 548. 25. & ſeq.
Fundo cum inſtrumento. 472.32
*Et cum iis quæ ibi ſunt cum moriar.* ibid.23.& 474. 46.cum ſeq.
An fundo legato cum inſtrumento vinum debeatur. ibid.46.& ſeqq.

*Furtum.*

Furti definitio. 512.1
Committitur non ſolum in re aliena, verum & in propria. ibid. 3
Vt fiat, non eſt neceſſe vt res ſit aliena, ſed ſufficit quod ſit ratione iuris alicuius. 513.6

G

*Gades.*

Gades inſulæ Hiſpaniæ. 470.1

*Gallia.*

Galli Deæ matris Sacerdotes fanatici, & eunuchi. 612.41.& 42
Galliæ per Vicarios gubernabantur tempore Præfectorum prætorio. 194.18
Gallia an fuerit caput Præfecturæ, & ſedes. 196.29 30.& 31

*Gentes.*

Gentium variæ mutationes. 26.6.& 7

*Gladiator.*

de Gladiatorum ludo remiſſiuè, & à quo penitus fuerit ſublatus. 373.77
Gladiatorum funeſtum ſpectaculum quis ſuſtulerit. 607.70.

*Glebalis functio.*

Glebalis functio, & follis, ſenatorum onus.361.44 45.46.& 47.

*Gradus.*

Gradus Academiarum inducti ad exemplum coronarum Athletis conceſſorum. 382.28

*Gracia, & Gracus.*

Græcia antiqua, de qua in præſenti, quæ fuerit. 380.19
Græci annos computabant ex ludis olympiacis. ibid.17

*Gymnici ludi.*

Gymnici ludi qui. 379.12

*Grammaticus.*

Grammatici perſonam primam imperatiui cur omiſerint. 433.92

*Grex.*

Gregis verbum aliquando ad homines refertur. 547. n.19

H

*Habeo.*

H*Abere* verbum in lege Papia quem ſenſum habeat. 498.42

*Habilitas.*

Habilitas extremorum requiritur in fictionibus tranſlatiuis. 439.5
Habilitas parentum quo tempore ſpectanda, vt legitima dicatur proles. ibidem cum ſequentibus.

*Habitatio, & Habitator.*

de Habitatione in duobus locis. 337.126
Habitator ſi non fecerit aliquam declarationem, ex qua cognoſcatur animus habitandi, ſufficiet decennium ex quo animus cognoſcitur. 335.104

*Habitus.*

Habitus militaris non eſt dignitas. 340.14
ex militari Habitu oritur qualitas honorifica. 341. 18.

*Hadrianus.*

Hadriani Imperatoris egregia ſententia. p. 495. n.10.

*Haſta.*

Haſta inſigne Imperij non ſolùm apud Romanos, ſed apud alias nationes. 51.4.5
Centumuiri ſub Haſta iudicabant. ibid.6
Haſta an fuerit inſigne magiſtratus. ibid.9
Venditio publica ſemper exercebatur Haſtâ in foro poſita. ibid.10
Haſta pro auctione publica vſurpatur. 52.11
Haſta domina, cruenta, triſtis, cur. ibid.12
Haſtæ verbo intelligimus hodie locum in quo plus licitanti res addicuntur. ibid.13
Haſtæ verbo quid in noſtro titulo concipiatur, & quæ huius tituli intentio. ibid.14
Haſtæ, & auctionis fides quanta ſit. ibid.15
Quomodo debitor oneretur ad probandum ſolemnitates iuris in Haſta non interueniſſe, cùm ſit probatio negatiua. 55.18

*Hercules.*

Hercules in tragœdia ad viuum repræſentatus. 601. 22.

*Heres, Hereditas.*

Hereditas an petatur actione petitionis hereditatis tanquam hereditas iacens, vel tanquam patrimonium heredis. 577.16
Eius aditio efficit vt bona illa fiant proprium patrimonium heredis. 542.2
Pendente aditione dicitur domina. 429.39
Quare hereditati non fiat furtum. 506. 12. & ſeq.
Seruo inſtituto pretioſior quam ſerui libertas. 469. 33
Hereditatis petitio, vide *petitio.*
Hereditaria res furto ſubtracta poteſt vſucapi 506.8
Heres grauatus reſtituere ſine reddito non reſtituit partus ancillarum. 546.6
Teneturque imputare in quartam fructus perceptos ante diei aduentum in fideicommiſſo conditionali. ibid.13
Vnde dictus. 468.7
Heres nullus potuit inſtitui niſi qui eſſet ciuis Romanus. 28.25
Deportati quia non erant ciues Romani, Heredes inſtitui non poterant. ibid.26
Metœci ea ratione Heredes eſſe potuerunt, quia lege non vetabantur, & quomodo hoc ſit intelligendum. ibid.27
Liberti Latini, & Iuniani, etſi ciues Romani non eſſent, Hæredes exiſtere potuerunt. ibidem n.29
Heredes non teneri ex crimine defuncti, niſi condemnatio ſecuta ſit viuo eo. 42.2
Heredes delinquentis vt teneantur, neceſſe eſt vtilis ſit conteſtata cum eo. 43.1011
Heres qui tacitam fidem non accommodanit, ſed incapaci bona præſtat, iudicatur indignus, & examinatur hic articulus. 110.24
Teſtator poteſt grauare Heredem ne deducat

quartam Trebellianicam, remiſſiuè. 112. numero 50

Cautelæ quibus ritè poſſint Heredes inſtitui incapaces. 115.69

Sub nomine Heredis qui veniant. 120. 20. & 21

Heredis appellatione an veniant heredes ab inteſtato in ſpecie noſtra. 122.37

Heredes debitoris cenſus qui pro indiuiſo poſſident rem hypothecatam, recognitionem facere tenentur. 144.94

Heredes patris de decurionatu poſt eius mortem à filio adoptato non tenentur. 240.38

Si rogatus ſit Heres manumittere, cuius originem ſequatur ſeruus, an heredis, vel defuncti rogantis. 330.56

Hereditas iacens cenſetur domina rerum quæ fuerunt defuncti, & multum differt à bonis vacantibus. 91 & ſeq. 6. & 28

de Hereditatis cretione, remiſſiuè. 93.23

Orbus & vxor ex lege Papia ſolidam Hereditatem non capiebant. 110. & 114.27.60

*Hidalgus.*

Hidalgus an de priuilegio poſſit admitti ad ordines militares, & confraternitates, & alias res quæ deſiderant nobilitatem. 311.71.72.73

Satisfit argumentis in contrarium, & an verba ſtatuti ſtrictè ſint interpretanda. ibid.74

Vide *Nobilis*.

*Hiſpanus.*

Hiſpani noui homines dicti à Liuio, cur. 28. n.23

Hiſpanus, qui ſe contulit in Franciam, ſi ibi liberos ſuſceperit, an eos habeat vt naturales huius regni, expenditur lex Regni contra doctiſſimum Barboſam. 329. 39. 40. 41. & 42.

Hiſpaniæ noſtræ Ius Ciuile non abhorret à ſolidiſſima iuriſprudentia. 525.25

*Hiſtrio.*

Hiſtriones vnde dicti. 599.6

infames ſunt. 600.8

de Hiſtrionibus quid. 387.35

Clericus ſi fuerit Hiſtorio, remouetur ab officio. ibid.36

Reprehenditur conſuetudo Nobilium Hiſtriones amantium. ibid.37

*Hippocentaurus.*

Hippocentaurus an ſit in rerum natura. 521.6

*Homicidium.*

De eo qui ſe occidit vel tædio vitæ, vel ob aliam cauſam quomodocumque, contra eius heredem agere poteſt fiſcus. 50.73.74

Bona ſe occidentis quomodo capiat fiſcus iure Regio l. 8. tit. 23. libro 8. Recop. & quomodo explicetur. ibid.75.76

*Homo.*

Hominum caſtratio interdicta à Domiciano, & Imperatoribus. 614.54. & ſeq.

Procreatio Reipublicæ maximè neceſſaria. 490.4

Qui vitam longiſſimam habuerunt. 522. 18. & 26.

Homo ex ancilla furtiua editus vt poſſit adquiri neceſſaria eſt vſucapio. 545.5

Liber ab hoſtibus redemptus in re pignoris manet redemptori obligatus. 534.16

In pignus dari non poteſt. 446.24

Non eſt in fructu, & quare. 545.3

Propter humanæ naturæ dignitatem non venit in alterius rei acceſſionem. 517.14

*Honeſtas.*

Honeſtas reipublicæ maximè neceſſaria. 602.25

*Honor.*

Honoris iactura magis timetur, quàm mors. 58. n.21

Honor quid. 542.1

Honor, & munus quomodo differant. ibidem n.2.

Honores non ſunt continuandi in vna domo, vel perſona. 543.1.2

Apud Romanos data eſt vacatio Honorum. 344. n.5

*Honorarium.*

Honorarium pro introitu præſtabant Decuriones nouiter creati. 235.13

*Honoratus.*

Honorati in præſenti qui ſint. 233.2

*Horreum.*

Horreum vnde dictum. 204.1

Quid ſit. ibid.2

Horrea frequenter apud antiquos fuerunt in vſu. ibidem 3

de Horreorum differentia. ibid.4

Horrea depoſita in munitiſſimis ciuitatibus ad militum alimoniam. ibid.5

ex Horreis depromebantur ſpecies quæ militibus erogabantur. 205.8

Nec ſolùm ad militum annonam deputabantur Horrea, ſed & ad populorum ſuſtentationem. ibid.9

Horrea publica & fiſcalia. ibid.10

Comes Horreorum, ſeu curator Horreorum, quale officium. ibid.11

Horreis huiuſmodi qualia ſint apud nos ſimilia, adducuntur aliquæ leges nouæ Recopilationis, & auctorum noſtrorum auctoritates, remiſſiuè. ibidem 15

Horreorum publicorum cura iniungitur Præſidi, 210. n.1.

De neceſſaria cura Horreorum inſpiciendorum. ibid.2

Horrea intra & extra vrbem. 472.25. & 26

In eis pretioſiſſima recondebantur. ibid.

*Hoſtis.*

Hoſtium incurſus ſterilitatis cauſam præbet. 589. n.11.

*Humana* vita otio indiget. 606.65. & ſeq.

*Hydraula, & Hydraulicum.*

Hydraula quid ſit ex Accurſio, & antiquis. 363. n.1.

Hydraula eſt qui organum moderatur quod aqua ſonum reddit. ibid.2

de Hydraulico. 364.4

Organi Hydraulici inuentor quis fuerit. ibid. n.5.

Varia ſpectacula in theatro fiebant de Hydraulica machina. ibid 6

In conuiuiis adhibebantur Hydraulica organa. ibidem 7

*Hyperbole.*

Hyperbole figura quæ ſit. 488.23

*Hypotecha.*

Iure regio an detur ius tacitæ Hypothecæ fiſco ad intellectum l. 9. tit. 3. part. 5. 75. 18. 19. 20. 21. & ſeq.

Reiiciuntur auctores, qui ad Hypothecam tacitam fiſco competentem requirunt quòd ſit pœna certa. 76.23

in re Hypothecata cum pacto de non alienando quæ ad Eccleſiam deuenit, ſi executio petatur, an adeundus ſit iudex Eccleſiaſticus, vel ſæcularis. 136.31.32.33

## I


*Iacens.*

IAcente hereditate ſi aliquid ſubripiatur, non committitur furtum, ſed crimen expilatæ hereditatis. 506.11

*Ignauia, Ignorantia.*

Ignauia quid in præſenti ſignificet. 263.13

Ignorantia iuris non excuſat. 435.1

Quid ſit. ibid.2

Non eſt actus voluntarius. ibid.3

Punitur quando voluntas committendi delictum adfuit, etſi per ignorantiam aliter committatur. 438.7.

*Immixtio.*

Immixtionem rei corruptæ cum incorrupta & puta, iniquiſſima eſt. 206.4.5.6.& 7

*Immunitas.*

Immunitas, immunis, quid ſignificent. 198.1

Immunitas ſolùm præſtatur à Principe. 199.2

Nullus ex priuatis poteſt Immunitatem concedere, niſi Princeps. ibid.3

Immunitas ſemper eſt contra publicam vtilitatem. ibid.4.5.

Pœna ignis imponitur tabulariis qui alicui profiteantur Immunitatem. ibid.6

Immunitatis natura ſemper odioſa, & ideo reſtringenda. 200.20.21

Immunitatis priuilegium generale non extenditur ad incogitata. ibid.22

Immunitatis priuilegium poſteris, & deſcendentibus conceſſum, an comprehendat tantùm eos, qui ex maſculis, vel qui ex fœminis naſcuntur. 201. n.24

An ſtatuto effici poſſit vt in exemptione, vel priuilegio Immunitatis comprehendantur tam maſculi, quam fœminæ. 202.32

An priuilegium Immunitatis conceſſum deſcendentibus, competat etiam fœminis nuptis. ibidem 35

An ciuitas poſſit ſine licentia Regis concedere alicui Immunitatem, ad vtramque partem examinatur. ibid.36.37.38.39.40

Ciuitas poteſt concedere Immunitatem quando non reſiſtit ius, vt Doctoribus litterarum & Medicis, vel officiali admodum neceſſario, & quando extitit in quaſi poſſeſſione immemoriali talia concedendi. ibidem & ſequent. 41. 42. & 43.

An poſſit ciuitas dare Immunitatem propter bene merita. 203.44

Immunitas duodecim liberorum cauſa competens, an competat etiam fratri, qui cum fratre eos liberos habente viuit. 347.28

*Imperator.*

de Imperatore Iuſtiniano. 1.1

Imperatores ſolebant adſidentibus Conſultis indicare. 356.1

Imperatorum conſuetudo alios aliorum dignitate ornandi ob præmium ſeruitij & laboris, & de ratione. 360.37.38.39

Imperator, an ſit totius mundi dominus. 433.88

Cum dicitur reſcribere quomodo intelligatur. 435 107.

Imperatores Arcadius, & Honorius quo tempore vixerint. 599.3

Qui voluerint dij appellari. 431.67

Solebant aſſiſtentibus Iure Conſultis iudicare. 458 n.39.

*Imperium.*

Imperij Hiſpani laudatiuncula. 7.23

Imperium Romanum quam latè patuerit. 199.1

Imperij Romani limites quomodo aſſignati, & quam ob cauſam. 356.2.3

Recenſentur limites Imperij Romani, & quot legiones habuerint. ibid.4

τὸ *Impreſſio* quid ſit, & quid ſignificet in præſenti. 175.8.

*Incarceratio.*

Incarcerare ſæcularem non poteſt Iudex Eccleſiaſticus, niſi priùs inuocato brachio auxilij iudicis laici. 168.35

Incarcerare an poſſit regius fiſcalis, etſi non habeat iuriſdictionem. 171.61

*Incola.*

Incola quid ſit. 16.& ſeq.9.10.11

Incola quid ad interpret. l. pupillus, §. incola, de verbor. ſignificat. & l. idem 12. §. fin. de excuſat. tut. ibid.

Incola quis fuerit. 514.7

inter Incolam, & originarium differentia. ibid.9

*Indictio.*

Indictio quid ſit. 148.30.31

Indictio annorum vnde originem ſumpſerit. ibid. n.31.

*Infamia, & Infamis.*

Infamia quæ ſit, & quomodo diffiniatur à Doctoribus. 383.3.4.

de Infamia iuris & facti differitur, & de vtriuſque natura. ibid.5.6

an detur Infamia facti, quæſtio elegans. 384.7.10

Infamia grauiſſima pœna. ibid 9

defenditur contra Donellum dari Infamiam facti. ibid.10

Infamia facti an naſcatur ex opinione vulgi. ibid.15.

Referuntur caſus, in quibus Infamia incurritur, non expectata ſententia. 386.26

Infamia quam incurrit mulier nubens intra annum luctus. ibid 27

Infamia lenonis. ibid.28

Qui in ſcenam prodit quæſtum inde facturus, notatur Infamia. 387.33

de Infamia proueniente ex iudiciis famoſis per ſententiam iudicis. 389.54

Et quæ ſint hæc iudicia. ibid. & ſeq.55.56.57.58. 59.60

Vt ex his iudiciis Infamia incurratur neceſſaria eſt ſententia iudicis. 390.61

Quomodo Infamia purgetur, vt infamis poſſit ad honores aſcendere. 395.101.101

Infames excluſi à Decurionatu. 249.70

Infames ad honores aſcendere prohibentur in multis iuris partibus. 383.1

Infames reiiciuntur à poſtulando, accuſando, teſtificando. ibid.2

inueſtigatur ratio, quare Infames arceantur ab honoribus. 385.16.17.18

Infamis an poſſit eſſe arbiter. 394.92

Infamis repellitur ab honoribus, & dignitatibus, & feudo, & ab iis actibus, vel miniſteriis, quæ ſunt iuris publici. 395.98.99.

de Infamibus ab officio iudicis remouendis. 394.90. & 91.

Infamia iuris, & facti. 440.cum ſeq.

Ea afficiebatur quæ intra annum luctus nubebat. 437.13.

Infamis eſt qui duas ſimul habet vxores. 436.10

*Infans.*

Infantes qui ſint. 453.10

Eis curator non datur. ibid.19

*Ingratus.*

Ingrati animi vitium deteſtatur. 500.1

An ingrati actio fuerit conceſſa iure Romano. 501.4.
Pœna ingrati à quo inuenta. ibid.13

*Inquilinus.*

de inquilino quid dicatur. 266.2

*Inſpectio.*

Inſpectio matronarum circa cauſas matrimonij. 603 34. & ſeqq.

*Inſinuatio.*

Inſinuationem quoties lex requirit in aliquo actu, diſpoſitio facienda eſt coram iudice. 176.19.20
Et quid hodie de iure pàrtito vigeat,& de praxi inſinuationis. 177.21
Inſtitutio ſerui illius, qui poſt mortem meam naſcetur valet. 461.1

*Inſula.*

Inſula quare non habeat alluuionem. 155.16

*Interuallum.*

Interualla quæ ſint. 341.5

*Irenarcha.*

Irenarchæ qui fuerint. 409.1
quare dicti *Pacis præfecti* apud D. Auguſtinum, & leges C.Th. ibid.2
vnde originem traxerit hoc munus. ibid.3
Irenarchæ à quibus nominabantur. 410.8
Recenſetur diuerſum ius. ibid.
Irenarchus modò ſublatos, modò admiſſos, item & Curioſos, probatur aliquibus locis. ibidem n.9.
Irenarcharum munus cui officio comparari queat.ibidem 13

*Irregularis.*

Irregularis efficitur qui ſe caſtrauerit. 612.45

*Iſthmus.*

Iſthmij ludi. 379.12

*Iudæus.*

Iudæi an fuerint infames. 590.62
Et multa de Iudæis ſub Romanorum æuo, traduntur. ibid. & ſeq.63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70 71. & 72.
Iudæi poſt excidium Hieroſolymitanum tributum didrachmaticum ſoluebant ſuo Patriarchæ, ad explicationem l. Iudæorum 17.C.de Iudæis. 400. & ſeq.18.22.25.

*Iudex.*

Iudices dati, & arbitri qui. 17.38.39.40
Iudex tandiu talis reputabitur, quandiu erit iuſtus, & legum formam conſeruat. 32.5
Iudex quando iuſtitiæ modum excedit, priuatus cenſetur, & poterit reſiſti. ibid.10
Iudex laicus ſi dederit auxilium Eccleſiaſtico, poterit ab eius impertitione appellari. 169. 44. 47. & 48.
Iudex ſæcularis ad exhibendum brachium cognoſcit de meritis actorum Eccleſiaſtici. ibid.45.46
Iudices ſi violauerint priuilegia, non puniuntur niſi priuilegiati eos interpellent,vt priuilegia ſua conſeruent, quod & in cauſa nobilitatis procedit. 191 13.14.
Iudex omittens punitur, ac ſi commiſiſſet. 192.17
Iudices & prouinciarum rectores comparare,vel vendere non poſſunt, remiſſiue. 217.53
Iudex qui in cauſa ſummaria delinquit, ſummariè erit conueniendus. 230.8
de Iudicibus *de comiſſion o peſquiſidores.* 259.18
præſentia Iudicis omnem præſumptionem metus, aut doli excludit. 314.12
Iudex ordinarius fundat de iure. 340.13
Iudex non debet eſſe clementior lege, & an poſſit moderare pœnam à lege ſtatutam. 386.23
*Iul. Paullus* decretorum Imperalium compilator. 356 num.2.

*Iulia, Iulius.*

Iuliæ Caracallæ matris infame reſponſum. 426.10
Iulia & Papia lex vide *lex.*
Iulius Cæſar abſens priuilegio Conſul creatus. 429. n.43.

*Iureconſulti.*

Iure Conſultos vſi fuerunt figuris Grammaticorum. 361.41.
Iure Conſulti aliquando mentem magis quam verba legum ſequuntur. 477.28
An vſi fuerint figurato modo loquendi. 488.23. & ſequent.
Aliquando nomina impropriant. 498.38
Solent regulas generaliter concipere, etſi in multis fallant. 488.24
Quod æquius eſt decernere ſpreto iuris rigore. 491.38
Eis frequens eſt verborum tranſpoſitio. 489.34
Habebant diſputationes quoties aliqua dubitatio erat. 610.22
Maximè decertarunt circa eam ſtipulationem *ſanum eſſe, furem non eſſe.* 529 4
Et circa illas conditiones *ſi filia viuet, ſi ſeruum manumiſerit.* 526.4.& ſeq.
Similiter circa inſtitutionem ſerui proprij ſine libertate. 468.9
Prætori exequendum proponunt, quod ex mente Legis eſt. 485.49
Eorum officium, & munus. ibid.52
Variæ ſententiæ, & ſectæ. 472.29.& 545 2
Et circa eas diſputatio. 485.52

*Ius.*

Iura fiſcalia intelliguntur eſſe de regalibus. 7.4
Ius reuocabile multoties in iure attenditur & conſideratur, & adducuntur exempla. 83.81
Ius quærendum & in ſpe competens, non poteſt tollere Princeps. ibid.82.83.87
Et quando poſſit. 84.88
Ius municipum quid. 114.59
Iuris ſtudioſi, & iuris periti in libris Pandectarum qui ſint. 334.14.15

## L

*Labarum.*

LAbarum, inſigne inter vexilla Romana. 358. n. 20.
De eius forma, adoratione, & veneratione. ibidem 21
Hoc nomen *Labarum*, vnde originem traxerit inquiſitum, coniectatur eſſe nomen Hiſpanum.ibidem 22
Ab Auguſti temporibus hoc vexillum in caſtris Romanis receptum, & dictum *Cantabrum.* 359. n.23

*Labes.*

Labes, & lues quid ſignificent. 589.9

*Labor.*

Titul. de præpoſitis Laborum, an rectè accipiendus ſit de labaro, defenditur vulgata lectio, & detegitur incuria Triboniani. 359. 24. 25. 26.27
Laborum Præpoſiti qui fuerint in aula Principum. ibid.28
Laborum Præpoſiti habuerunt eandem immunitatem, quam ſenatores. 361.43.50

*Lacedæmonij.*

Lacedæmonij Archilochi libros à ſua ciuitate exterminarunt. 604.50

*Lacus.*

Lacus quare non habeat alluuionem. 175.26

Lanzas

*Lanzas* Hiſp. de ſeruitio quod Proceres, & titulati viri Regni exhibere tenentur. 143. 85. & ſequentibus.

*Lapis.*

Lapides finales qui ſuſtulerit qua pœna afficiatur. 438.10

*Lares.*

de Laribus diis nonnulla. 332.70.71

*Largitio.*

ſacræ Largitiones ſucceſſerunt in locum ærarii, & quæ fuerint. 7.18

Largitiones Principum duæ, ſacra vna, & altera priuata. 186.4

Labente Imperio Comites ſacrarum Largitionum dicti Præfecti ærarij. ibid.6

In quo conſiſtebant Largitiones huiuſmodi. ibidem 7

In quo differebant Comites ſacrarum Largitionum, & rerum priuatarum. ibid.8

Explicaturque vtriuſque officij natura. p. 187 n.9

Largitiones Conſulum interdum à Principibus contractæ, interdum adiutæ. 286.20

Et interdum modus impoſitus. ibid.21

*Lectio.*

Lectio recepta librorum iuris religioſe eſt retinenda. 450.9

*Legatio, Legatus.*

ad Legationem, vel ambaſiatam, vt loquuntur practici, an Decurio compelli poſſit. 348.37

Vacatio biennij datur Legatione functis. ibid. n.39

Quare in hac vacatione propter Legationem vel ambaſiatam minus tempus ſufficiat, & de transmarina legatione. ibid.40.41

Fiſcus attento iure regio non tenetur ad Legatorum præſtationem. 27

de Legatis qui de ciuitatibus mittuntur ad curiam Regis, vel Cancellarias. 347.31.32.33

*Legatiuum* quid ſit. 348.38

*Legatum.*

Legatum relictum marito non valet ſi extortum ſit precibus importunis. 214.27

Legatum ab hærede ſeruo relictum domino valet, non è contra. 466.14

Hoc *in vrbe Roma, in patria Gadibus* quid contineat. 470.7

Eius & fideicommiſſi iure antiquo differentiæ. 486.6

Quæ à Iuſtinian. fuerunt poſt ſublatæ. 487.11

Non niſi ex teſtamento valet. ibid.8

*Poſt mortem meam* non valet. 491.32

Legati appellatione fideicommiſſum continetur. 488.5

Eorum exæquatio quæ fuerit. 487.12

Tres actiones pro legato, pro fideicommiſſo vna tantum competebant. ibid.7

Seruo legato relicto inſpicitur, an ſeruo legari id poſſet ſi liber eſſet. 462.8

Non efficitur inefficax propter manumiſſionem ſerui. 465.13

Legatum viæ ſeruo ad domini fundum relictum inutile eſt. 465.3

Si ſeruo legatum relinquatur potius attenditur perſona ſerui, quam domini. 466.23

Si ſuperficiei legatum ſit cuius in ſolo eſt, valet, 533.5.

Legatum quo ſenſu dicatur libatio hæreditatis. 536.31.

Legari alicui poteſt res ſua, ſi defunctus in ea aliquod ius habeat. 533.6

*Lenocinium.*

Lenocinium, & meretricatus differunt. 386. 31. & 32

*Leo.*

Leonum occidendorum facultas data quomodo intelligenda ſit. 369.31

*Lex.*

Legis 2. C. de reſcind. vend. remedium an potuerit intentari à debitore. 29. 33. 39. & ſeqq. & 24. 44. & 45

eius Legis remedium an fuerit cognitum ante Diocletianum. ibid.40

Remedium huius Legis an habeat locum in ſubhaſtatione publica. ibid.42

dict. lex. 2. an in dolo, vel in læſione pretij fundetur. ibid.43

Dolus an dederit cauſam contractui in hac ſpecie. ibid.46.47.48

Leges pœnales non extenduntur ad cauſam Scholaſtici Salmanticen. 35.36

Leges ciuiles non poſſunt inducere præſcriptionem cum peccato. 38.21

Lex ex iuſta cauſa poteſt terminum conſtituere intra quem quis agat, aut excludatur, vt in iure exequendi. 39.25

Legum correctio vitanda, & quomodo hoc intelligatur. 130.44.50

Lex ſemper præſumit pro iudice, & plurimum ei defert, & ob id eius arbitrium plurimum valet in taxatione patrimoniorum. 176.11.12

Lex quoties requirit inſinuationem in aliquo actu, diſpoſitio facienda eſt coram indice. 194. 19. & 20.

Lex vbi fundatur in præſumptione, transfert onus probandi in aduerſarium. 182.31.32

Lex quando aliquid prohibet ſi actum non annullat, valebit mero iure. 335.25

Lex Regni quæ de Decurione nominato loquitur, an accipienda ſit quoque de Decurionibus nominantibus. 299.11.12

Legis Viſelliæ auctor inueſtigatur. 308.41

Legis Viſelliæ deciſio non eſt in vſu, & quid apud nos obtineat circa libertos, & filios hæreticorum. 310.58

quoties Lex aliquid pro forma requirit, debet ſpecificè adimplere. 314.9

Lex Iulia inhibet rem vxoris hypothecare. 317. n.38

L. 19. titul. 3. libro 1. Recopilat. prohibet alienigenas, & exteros obtinere beneficia. 328. n.33

de prohibitione Legis Viſelliæ. 391.75

de Legibus ſumptuariis quibus luxus cohibetur. 408.32

Lex ſi commune commodum ferenda. 426.6

In ratione debet conſiſtere. 427.12

Lex Regia, vide *Regia.*

Legum regimen quid ſit apud Suetonium. ibid. n.22.

Legibus ſolui qui dicebantur. 429.44

An ſit eis ſolutus Princeps. 433.91

Lex eſt communis reipublicæ ſponſio. 439.11

Quare dicatur coërcitio delictorum quæ ſponte vel per ignorantiam contrahuntur. 437.1.& ſeq.

Leges caducariæ, an eſſent pœnales. 434.101

Legem quam quis aliis dixit, ipſe debet ſibi dicere. ibid.98

Lex quomodo diffiniatur à Chryſippo. 432.78

Lex naturæ immutabilis. 429.44

Legis in verbis id dicitur eſſe, quod ex eius mente deductum eſt. 477.28

Lex Cornelia de non concedendis priuilegiis. 429.44

De captiuorum teſtamentis. 481.1.& ſeq.
Ea non ſolum procedit in captiui hæreditate, verum & in illis, quæ ex eius teſtamento peruenerint. 484.19.& ſeq.
Et an confirmet ſubſtitutionem pupillarem. 485 n.57.
Lex Iulia & Papia de maritandis ordinibus vnde originem habuerit, & de eis multa. 495. 3. cum ſequent.
Chriſtianis maximè exoſæ. 496.13
Poſt eas matrimonium ex affectu pendebat. ibid. 19.& ſeq.
Earum beneficium denegatum patrono, quæ ignominioſam duxit libertam. 500 64
eadem Lex Papia cauſa S.C. de petitione hæreditatis. 578.23.
Lex Lætoria quid cauerit. 451.2.& 13
Lex duodecim tabul. de furioſi curatione. 449.1

*Legitimus.*

Legitimi efficiuntur filij per ſubſequens matrimonium. 419.1.& ſeq.
Hoc tamen ſi habilitas parentum ad contrahendum aderat, vel tempore conceptionis aut natiuitatis. ibid.4

*Liberalitas.*

Liberalitas debet eſſe propenſior in calamitoſos. 620 n.2.

*Liberatio.*

Liberationis legatum debitori relinqui poteſt. 533.1 & ſeq.

*Liber, Libertas, Libertus.*

Libertas directa an ſit, vel fideicommiſſaria, quæ vtilitas videatur. 447.6
Libertatis fauor maximus. 444.3.& 610.1
Eam ob cauſam remittitur cautio Muciana. 444.2
Libertas quæ contingit ex tutelæ datione. 449.16
An per legatum vel contractum poſſit infringi. 446 23.
Eius præſtatio magnum beneficium. 501.7
Omnibus rebus anteponenda. ibid.8
Conſequebatur per cubiculi Principis aſſociationem. 610.18
Seruo alienato contra prohibitionem teſtatoris an competere poſſit. 525.42
Liber non intelligitur qui ab aliquo loco non poteſt diſcedere. 445.19
Libertæ, & patroni matrimonium validum erat. 494 n.1.
Liberti ingrati in ſeruitutem rediguntur. 501.11
Ad id patronis data licentia. ibid.5
Eorum maximè potentia effecit, vt Traianus ius daret eos reuocandi in ſeruitutem. ibid.15
Ingratitudo ex multis cauſis æſtimatur. 503.26
Liberti an ſit aliqua obligatio in patronum. 502 n.18.
Quando dicantur ingrati iudicis arbitrio relinquitur. 503.27
Qui patrono obſequium non præſtiterint, vt ingrati condemnantur extra ordinem. ibid.33
Eorum filij etiam in ſeruitutem reuocantur. 504 42.& 50
*Libri* hæreticorum comburendi. 605.52
Poëtarum inhoneſtæ lectionis non ſunt in Republica admittendi. 604.50
Turpes non decent viros graues. 605.53
de Librorum mercatorum fide. 162.10.11.16
Libri fiſci debent exhiberi ad probationem ſolutionis quando apocha amiſſa ſit. 163.14.15
Quo in caſu ſit admittenda Alfari traditio. ibidem 7
Liber rationum dictus *Polypticus.* 232.3
Liber debet exhiberi non ſolùm à priuato, verùm & à fiſco, & quid hodie procedat de iure regio. ibidem 6
Liber rationum quare exhibeatur in præſenti. ibidem 7
Libertatis vindiciæ. 31
Liberti Latini, & Iuniani, etſi ciues Romani non eſſent, hæredes exiſtere potuerunt. 28.29
de Libertorum prohibitione à decurionatu. 309. n. 40.
Liberti quantum poterint apud Principes. ibid.42.43. 44.45
Liberti ad honores admittebantur ſi ius aureorum anulorum impetrauerint. ibid.46
Impetrato annulorum aureorum vſu, quid patronis relinquebatur in perſona Libertorum. ibidem 50
De altero beneficio principali, quo natalibus reſtituebantur Liberti. ibid.51
Iuſtinianus ſuſtulit omnem conditionem Libertorum. 310.55
Liberti an excluſi fuerint à militia. 392.74
Liberti an fuerint infames. 394.89

*Limenarcha.*

de Limenarchis. 410.7

*Limitrophus.*

Limitrophi fundi qui dicantur. 152.13

*Lintearius.*

Lintearij qui. 374.2

*Lis.*

Lis quando in criminalibus dicatur conteſtari. 43. 12.13
Lite ordinata in cauſa libertatis is qui litigat pro libero habeatur in pluribus cauſis. 244.51

*Littera.*

Litteræ Imperatorum ſacræ, cur. 241.2
Litteræ, & arma habent magnam ſimilitudinem. 28.

*Locatio.*

de Locatione ad longum tempus. 56.31.32
Locatio ad longum tempus, & emphyteuſis comprehenditur alienationis nomine, & transfertur ex eis contractibus poſſeſſio, & dominium vtile. 56.45
Locatio ad longum tempus, & emphyteuſis conſiſtat, etiamſi nihil præſtetur ſtatim, & ex eis non transfertur dominium, & non differunt in ſubſtantia. ibid.47.48.49
Veteres in quinquennium conſueuerunt Locare. 67.51
Quare ſub nomine alienationis comprehendatur Locatio ad longum tempus. ibid.56
Quid in praxi tenendum in eo articulo. ibid. n.57
Quando fiſcus ad breue tempus Locat, remiſſiuè. 68.58

*Locuples.*

Locupletior factus quis dicatur. 580.44
An ſit factus quando res in aliam conuerſa ſit. 582 n.55.

*Locus.*

quis Locus, quæve poſſeſſio dicatur vicinus, aut proximus, ſeu remotus. 5
Locorum ſeruatores apud Iuſtinianum qui. 410. n.12
Locumtenens correctoris an poſſit terminos viſitare, examinatur ſententia Bobadillæ, & reiicitur. 275. 10.11.12.13

*Locuſta.*

an Locuſtæ exterminandæ ſint expenſis colonorum, vel dominorum, attenta lege Recopilationis. 140. n.57

Locuſtarum pernicies. 589.6
Vnde dictæ. ibid.7
Adferunt peſtilentiam. ibid.
Quorum ſumptu ſint capiendæ. ibid.8

*Lucrum.*

Lucri, & damni non eſt par cauſa, & qui agit de lucro, non ita priuilegiatus exiſtit. 74.4

*Luctus.*

de Luctu. 379.5

*Ludus.*

Ludi Circenſes, cura fuit Decurionum, item & curſus publicus. 235.18
de Ludis Circenſibus qui ſcripſerint. 256.1
De expenſis in his Ludis celebrandis facta, de pompa, & ſolemnitate. ibid.2.3.4
Magnis ſumptibus huiuſmodi Ludi celebrabantur. ibid.5
Ciuitates, & priuati pecuniam ad eorum celebrationem ſolebant conferre. ibid.6
de Ludis Romanorum remiſſiuè. 317.30
de Ludo gladiatorum, remiſſiuè. 374.77
Et à quo fuerit penitus ſublatus. ibid.
Ludi, in quibus ſeſe exercebant athletæ, potiores qui. 378.4
Ludi Gymnici. 379.12
Ludi Gymnici, Numæi, Iſthmij, & Pythij. ibidem 12.
Ludi & licitæ delectationes in Republica ſunt neceſſariæ. 606.64
Lupercales ludi ab Auguſto ſublati. 603.30

*Lucius Cornelius.*

Lucius Cornelius Balbus Gaditanus primus exterorum qui Romæ Conſulatum adeptus. 470.2

*Luſtratio.*

Luſtrationis vox quid ſignificet *in dict. l.4.*& quid ſit luſtrare. 157.41.42.43

M

*Macedones.*

Macedones contra ingratos actionem dabant, ex Seneca. 500.2

*Macrobius.*

Macrobius Præfectus prætorio Hiſpaniarum contra Gutherrium, defenditurque contra eum Lazius. 194.14.15.16

*Magiſtri.*

Magiſtri militum poſt ætatem Conſtantini omne ius in milites obtinuerunt. 155.28
de Magiſtro militum. 295.15.16

*Magiſtratus.*

Magiſtratibus magna debetur obedientia, itavt qui eis reſiſtit, Deo reſiſtere dicatur. 32.6
qui Magiſtratui maledixerit, grauiter eſt puniendus, quod & ad inferiores miniſtros pertinere probatur. ibid.7.8.9
Magiſtratus dicitur ciuis illius ciuitatis, quam regit. 331.61

*Magnates.*

Magnates poſſunt prohibere venationem. 371. n.49.

*Maioratus.*

Maioratus natura eſt perpetua. 277.22

*Maja.*

Majarum ludus. 600.11

*Majuma.*

Majuma quis ludus. 599.1
Eius origo, imago, actiones veræ. 601.20
Variis coniecturis probatur ſpeciem habuiſſe turpiſſimi matrimonij. ibid.22
D.Chryſoſtomi ſuaſu de medio ſublata. 602.24

*Maleficium.*

Maleficia ex voluntate diſcernuntur. 436.6

*Mala fides.*

Malæ fidei poſſeſſor non ſtatim cenſetur ille contra quem mouetur controuerſia. 580.39

*Mancipium.*

Mancipia ruſtica quam ob cauſam vendi prohibita, refertur Cuiacij ratio, & reiicitur, & admittitur Pennæ vera. 319.51.52

*Manſio.*

Manſio hîc quid. 197.8
de Manſionibus in quibus milites expeditionis tempore manebant. 211.11

*Manumiſſio.*

Manumiſſio eſt veluti altera natiuitas. 330.55
Manumiſſiones inſtitutæ à Conſulibus. 405.11
Manumiſſionis ſolemnitates. 610.17

*Marcellus IC.*

Marcellus Iuriſc. tenuit partum eſſe matris partem. 552.5.
Contra quem Scæuola contrarium defendit. 553 n.12.

*Marchio.*

Marchio vnde dictus. 153.8.9

*Marcus.*

Marci, & Commodi conſtitutio circa libertatem ſeruorum. 455.12
*Mares* quo tempore caſtrarentur. 610.24

*Maritus.*

Maritus an ſit bonæ fidei poſſeſſor in fructibus ſibi ab vxore donatis. 540.9
In fructibus naturalibus eſt malæ fidei poſſeſſor. 541.12.
Maritus an ſortiatur originem ratione mulieris. 328 n.31
Maritus eſt vxoris caput. 339.5
Priuilegium conceſſum Marito ratione alicuius artis, aut officij, quantumvis perſonalis, competit etiam & vxori. 341.19

*Martyres.*

SS. Martyres beſtiis obiecti. 367.20

*Mater.*

Mater quare attendatur in conditione partus. 268. n.18.
Mater punita tanquam infanticida. 554.28

*Matrimonium.*

Matrimonium à filio contractum abſque conſenſu patris dicebatur iniuſtum. 440.8
talis Matrimonij qui effectus. ibid.10
An diſſoluatur deportatione. 459.4.& 460.18
Dum deportatio durat, etſi retineatur, non erit legitimum. ibid.16.& ſeqq.
Dicitur diuini humanique iuris communicatio. 480.20.
Iure Canonico valet contractum inter ſeruos. ibid. 26.& 499.48.
Iniuſte & contra leges factum non diſſoluebatur. 497.35
Quare non contineatur in poſtliminio. 480.14
Et captiuitate interrumpatur. ibid.19.& ſeq.
Captiuitate interrupto mulieres captiuorum nubere non poterant. 524.33
Reipublicæ maximè conuenit. 440.16
Semper eſt perpetuum. 498.44
in Matrimonio parochi, & teſtium præſentia. 43. 44.
Quis Parochus aſſiſtere debet Matrimonij celebrationi, an originis, vel domicilij. 356. n.116.

*Medicus.*

Medici Archiatri qui ſint, & de medicinæ commendatione. 322.21

*Membrum.*

vt Membra capiti non conueniant recceſt improportionata. 302.37

*Menſor.*

Menſoris officium, & Collegium Menſorum, quæ fuerint. 209.31

Dicti etiam *Caudicarij, & Portuenſes.* ibid.

*Mercator.*

de Marcatoribus, & de Prætoribus ciuitatis. 335. 110.

Mercatoribus quinquennij vacatio conceſſa. 344. num.7

*Merx.*

Merces corruptas commixtas cum incorruptis an vendere licitum. 207.8

Deceptio qua aliquis vendit rem deterioratam & commixtam, eſt illicita, & contra conſcientiam. ibid.9

Quando error eſt in materia, an valeat venditio ſicut ſtipulatio. ibid.10

*Metœci.*

Metœci qui ſint in hac lege. 26.2

Quare huiuſmodi Metœci, ſeu tranſlati poterant de rebus ſuis diſponere. 27.12. & ſeqq.

Metœci ob quam rationem compelluntur vendere prædia tempore migrationis, & an pœnæ cauſa, vel ob adminiſtrationem migratio hæc contigit. ibid.15.16

*Metrocomia.*

Metrocomia quid ſit. 316.21.23

*Miles, & Militia.*

Milites limitanei, Ripartenſes, Ripenſes quomodo diſtinguantur à legionariis. 152.5.6

Militibus limitaneis agri aſſignati vt ſic ardentiùs militarent, cùm ſua defenderent. 153.10.12

Milites limitanei vtuntur priuilegiis aliorum militum. 156.32

Militibus limitaneis quare prohibeatur alienatio agrorum. ibid.35

Milites limitanei à tributo immunes, & numerantur alia priuilegia circa fundos limitrophos. ibid.36

de Militibus intra officia continendis. 198.13.14

pro Milite falſo ſe gerens punitur arbitrariè. 304. n.7.

Miles illius loci dicitur, in quo ſtipendia meret. 331.62

de Militibus veteranis, & de eorum priuilegiis & immunitatibus in præmium militiæ conceſſis. 350 3.& 4.

De ratione quare veterani Milites affecti fuerint præmiis. 351.8

Per viginti annos militare debebat Miles vt præmium conſequeretur. ibid.9

de triplici miſſione Militum. ibid.12

de militibus ignominiæ cauſa ab exercitu dimiſſis. 389.51

Militiæ præmium. 155.24

Milites ſolent plerumque in iure duarum perſonarum vice fungi. 543.14

*Mille.*

Mille paſſus numerantur à continentibus ædificiis, non à muris. 470.10

Milliarium quid ſit. ibid.

*los Millones* quod genus tributi fuerint apud nos, & quomodo hodie imponantur. 148.37

*Mimus.*

Mimi qui fuerint? Vnde dicti, eorumque laſciui motus. 599.6.& ſeq.

*Minor.*

Minor quis eſſe poteſt reſpectu dignitatis, & maior reſpectu adminiſtrationis, & è contra. 291. n.58

*Miſſa.*

Miſſarum onus an creſcat, vel decreſcat, propter augmentum, vel diminutionem, & in aliis ſimilibus quæſtionibus. 220.11.12.45

*Miſſilia.*

de Miſſilium & pecuniarum ſparſione penè incredibilia. 285.18

rixæ ob Miſſilia colligenda plerumque ad vulnera, & cædes populum coëgit. 287.26

Iuſtiniani & Leonis Philoſophi de ſparſione conſtitutiones. ibid.27

*Monachus.*

in Monachos paganorum & hæreticorum rabies. 262.3

Monachi, vel qui cœtibus Monachorum ſeſe adiungebant, maximè differunt. 263.9

*Monarchia.*

Monarchia cæteris principatibus præſtat. 427.17

*Monaſterium.*

Monaſterium an poſſit haberi loco filij. 121.26

*Monteros de Eſpinoſa* qui. 358.14.15

*Moriſcorum* expulſio à Philippo III. facta laudatur. 27.18

DD. Chriſtop. de *Moſcoſo.* regij Conſilij fiſcalis laudatur. 340.12

*Moſtrencos* Hiſp. de bonis illis quæ oberrant. 95.40

*Monumentum.*

Monumenta tectoriis, & porticibus vallata. 444.6

*Morbus.*

Morbus ſonticus quis. 610.100

Remitti litigantibus diem, & iudicandi neceſſitatem. ibid.

*Mors.*

Mors Romana gladio incumbere. 612.36

*Muciana cautio.*

Muciana cautio quæ. 444.1

*Mulier.*

de Muliercula illa quæ dicitur aſcendiſſe ad ſummum Pontificatum. 306.16

Mulier non ſequitur originem paternam ſi contrahat multitudinem, ſed ſequitur domicilium mariti. 328.26

Mulier ita ciuis cenſetur eius loci vbi eſt maritus, vt comprehendatur ſtatuto loquente de ciuibus. ibid.28

idem erit ſi Mulier fuerit vidua, vel ſponſa de præſenti. ibid.29.30

Mulieres participant de honore, vel dedecore maritorum, & eorum radiis coruſcant. 339.6

Mulier nupta Nobili quemadmodum ipſe torqueri non poteſt, ita nec ipſa. 340.7

Mulier illegitima cenſetur legitima nupta legitimo & nupta militi eius priuilegiis gaudet. ibid.8.9

Mulier Clerici coniugati habet ea priuilegia quæ habet maritus. ibid.10

idem de vxore familiaris ſancti Officij. ibid. 11. & 23.

quæſtio in Magno Conſilio agitata refertur, An mulier Equitis militaris ordinis in criminalibus ſit conuenienda apud iudices mariti. ibid.12

probatur latè Mulierem in cauſis criminalibus ſequi forum viri. ibid.16

Priuilegium quod habet Mulier ratione mariti retinet in viduitate, inquiritur eius rei vera ratio. 341.24.25

Mulier nobilis quæ nubit viro plebeio, efficitur plebeia, niſi ſit Regina, aut Duciſſa, vel ſimilis, quia in his caſibus vel in iure expreſſis nobilitas vxoris, aut dignitas communicatur marito. 342. 27. Vide *Vxor.*

Mulier captiui tenetur pœna diuortij ſi nubat intra quinquennium. 481.35
Proprio ſeruo ſe commiſcens qua pœna teneatur. 499.55.
Quæ intra annum luctus nubebat infamis erat. 437.13.
Cum dote facilius nubit. 490.8
Mulierum omnes occurſus euitare nemo tenetur.606 n.61.
Sine dotibus apud aliquas nationes nubebant.490 num.8.

*Mundus.*

Mundi dominus quo ſenſu dicatur Imperator. 431 71.& ſeq.
Mundum immenſum eſſe Romani cenſuerunt. 432 n.82.

*Municipium.*

Municipium, & municeps quid ſit. 323.2
Municipia habebat & ſuos magiſtratus, ſenatus. 324.5
in Municipiis orti etſi eſſent ciues Romani, non habuerunt tamen ſplendorem, ſicut Romani.ibidem 6

*Munus.*

Munus tabulariorum. 14.2
Quoties in ciuitate non reperiuntur idonei ad Munus publicum, ex alia erunt adducendi. 188. num.7
Idem de tutore erit dicendum, & in erogatione eleemoſynæ, ſi non adſint pauperes. ibidem 8. & 9.
Munus quid. 342.1
Munus, & honor quomodo differant. ibid.n.2
Munera aut ſunt patrimonialia, perſonalia, aut mixta. ibid.3
Horum quædam ſunt temporalia, quædam perpetua. ibid.4
de Munere publico, vtilitate & auctoritate remiſſiuè. 346.25
Frater an propter fratrem habeat vacationem Munerum, quia multi propter alios habent quod ex ſua perſona habere nequeunt. ibid.26. & 27.
Munera ciuilia & publica, quæ ſint, quare ita dicantur. 350.1

*Murus.*

Murorum refectio maximè priuilegiata. 604.48

*Mutuum.*

Mutans in refectionem ædificij habet ius prælationis. 141.& ſeq.66.80
in Mutuo an ſufficiat reddere rem quæ non ſit eiuſdem bonitatis. 227.16.17.18.19
Et ſi munus argenteos accepi, & æreos reddo, an ſatisfaciam obligationi. ibid.20
in Mutuo quomodo ſit ſolutio facienda vt ſatisfiat obligationi. ibid.21.26
Si conueniatur de ſoluenda moneta in argento, aut auro, non poteſt ſolui alia, niſi conuenta, & de ratione. 228.33.34
Quid hodie procedat attenta noua Pragmatica Regis noſtri. ibid.& ſeq.36.37

*Mygdonius.*

Mygdonius quo anno vixerit, & quare ad eum dirigatur lex in præſenti. 118.1

N

*Nemei ludi.*

NÆmei ludi qui. 379.12

*Natales.*

Natalium duplex reſtitutio, prima quando quis reſtituebatur ingenuitati, qua omnes naſcebantur ab initio. Altera qua reſtituuntur ad ingenuitatem quam omnes ingenui ſolent habere. 309. & ſeq.52.54
an Natalium reſtitutio extingueret ius patronatus. 310.56
Nullus præter Principem poteſt Natalibus reſtituere. ibid.59
Princeps non poteſt aliquem Natalibus reſtituere in præiudicium tertij. ibid.61
An cum cauſa poſſit. ibid.62
Natalibus reſtitutus, ſeu diſpenſatus vt nobilis ſit, cum eſſet plebeius, an poſſit admitti ad omnes illas res quæ veram nobilitatem deſiderant. ibidem 64.65

*Naturalis.*

Naturalis huius regni an cenſeatur ad effectum obtinendi beneficium qui ſe contulit in Franciam, & ibi habitationem habet. 328.32.34
An natus per tranſitum cenſeatur Naturalis eius loci, in quo natus eſt. 329.43.44.45.46.47.48.49.50.51.52.53
Naturales filij faciunt deficere conditionem *ſine liberis.* 459.6

*Naufragium.*

Naufragio inuentum, an poſſit vſucapi. 508.28

*Nauicularius.*

de Nauiculariorum obligatione tacita. 140.59
Nauiculariis & mercatoribus quinquennij vacatio conceſſa. 344.7

*Nauigium.*

Nauigia armandi poteſtatem leges noſtræ concedunt. 216.40

*Nauis.*

Naues claudicariæ quæ olim dictæ. 217.48
Lege Iulia repetundarum prohibebantur Senatores habere Nauem. ibid.52
Nauis confiſcatur, ſi in ea aliquid contra prohibitionem imponatur. 561.3

*Neceſſitas.*

ex Neceſſitate officij qui facit, melioris conditionis cenſetur eſſe quàm ex voluntate. 105.24
Necceſſitas cogit facere quæ aliàs non ſolent, & plura de eius imperio & coactione. 213. 11.12.13
Tempore Neceſſitatis compelli ciues frumentum vendere. 214.21
Ciues tempore Neceſſitatis poſſunt compelli vendere victualia. ibid.22
An poſſint compelli vendere viliori pretio. ibid. 23.24.25.& 30.
Ea quæ fiunt ex Neceſſitate, non comprehenduntur in generali legis diſpoſitione. 217.48

*Negligentia.*

Negligentia in iudice magnum crimen. 158.1
Negligentia iudicis quomodo puniatur etiam legibus noſtris. ibid.3
Non ſolùm punitur iudex Negligens in amiſſione ſalarij, verùm & intereſſe, & damno. ibidem 4
Temperantur ſupradicta, ſi modica fuerit Negligentia. ibid.5

*Negotiatores.*

ex Negotiatoribus vltimi non poſſunt habere dignitates. 392.76

*Nemo.*

Nemo poteſt ſibi ipſi imperare. 433.92

*Nepos.*

Nepos emancipatus coniungitur cum nepote in poteſtate, vt portionem habeat. 476.19

*Nilus.*

Nilus inter maxima Orbis flumina connumeratur. 592.3

# Index Rerum,

Ægyptum irrigat totam, & quo tempore. ibid. num.4.
Quam ob cauſam dictus imbrifer. 593.3
De cauſis inundationis. ibid.8
Suo incremento conturbat limites Ægypti. ibid. n.12.

*Nobilis, & Nobilitas.*

Nobilis in officij adminiſtratione aliis non nobilibus eſt præferendus. 209.32
Nobiles qui habitant in oppidis de Behetria, tenentur ad contributionem tributorum cum cæteris plebeiis. 312.75
An idem dicendum ſit de hominibus qui Nobiles ſunt per priuilegium, proponuntur diuerſæ lites quæ in hac Curia Pintiana circa hanc dubitationem oriuntur. ibid.76.77
Nobilis ad quem ruſticus munera deferebat iure familiaritatis, excluditur ſi prætendat ius aliquod. 402.34
Pendente lite Nobilitaris, etſi ex lege regni contribuat, tamen officia nobilitatis poteſt exercere. 245.32.
An conſuetudine effici poſſit vt quis maternam Nobilitatem ſequatur. 273.58
Defenditur affirmatiua pars contra Bartol.& alios antiquos. ibid.59
Conſtitutio quæ eſt iuris poſitiui alia conſtitutione immutari poteſt. ibid.60
Nobilitas in priuilegiato non poteſt eſſe naturalis, ſed accidentalis. 311.66
Nobilis, ſeu Hidalgus *de ſangre* quantum differat à Nobili de priuilegio. ibid.67
an Nobilitas poſſit eſſe quid naturale, ſeu ſubſtantiale. ibid.68
Nemo ſe poteſt Nobilitare. ibid.70
de Nobilitate ſanguinis & priuilegij. 393.82.83 84.& 85.
Nobilitas ſemper eſt præferenda. 496.23
*Non* verbum aliquando accipitur pro *nondum* in iure. 618.86.

*Notarius.*

de Notariis Principum quos Secretarios vacamus,& de eorum honoribus apud omnes nationes. 253. 37.38.39
An mitiùs ſit puniendus Notarius qui priuatus officio confecit inſtrumentum. 395.90

*Notus.*

Notus & ignotus differunt. 31.2

*Nundinæ.*

ad Nundinas euntibus magna priuilegia conceduntur, remiſſiuè. 260.31

*Nuptiæ.*

Nuptiæ ingenuorum ciuium cum libertinis prohibebantur. 496.18
Menſe Maio celebrari piaculum erat. 601.21

# O

*Oaſes.*

OAſes inſula deportationibus aſſignabatur. 598 n.51.

*Obligatio.*

Obligatio naturalis liberti non metitur iuxta regulas ciuiles. 502.23
Continetur in poſtliminio licet proueniat ex contractibus qui ſunt facti. 480.25
in Obligationibus indiuiduis ſinguli in ſolidum tenentur, & quando plures rem ſubtrahunt, pro parte non reſtituunt ſed totam rem. 48.53
Obligatio ſtupratoris etſi ſit alternatiua, non habet effectus electionis. 50.70.71

*Odioſum.*

Odioſa ſunt reſtringenda. 10.26

*Obſcœnum.*

Obſcœnitates maximæ in theatris. 601.22
Obſcœna verba legibus Regni fuſtibus expiantur. 604.49.

*Obſequium.*

Obſequia debentur patronis à libertis,& ea quæ ſint. 503.28.

*Obtineo.*

Obtinuit verbum rem deciſam apud Conſultos ſignificat.

*Offenſus.*

Offenſum & delatorem ante ſententiam nullum maius habere vnum ac alterum. 83.79

*Officialis.*

Officiali noto non poſſe reſiſti, quia portat inſignia ſui officij. 31.3
Quando licita ſit reſiſtentia contra Officialem qui excedit in officio, vel officium. 32.12
Officialis creatus an nutum, vel voluntatem domini, non poteſt ſine cauſa remoueri, remiſſiuè. 20.
de Officiali errore Accurſij, antiquorum aufugiente, cuius expenſis reuocandus ſit in officium 193.8
Officialem poſſe ſubſtituere ſuo loco alium. 277.26 27.28.29.30.31.
Officialis dicitur ciuis illius ciuitatis, quam regit. 331.61
Propter magnam induſtriam, & probitatem Officialis poterit repeti Officium. 345.18
Adducitur aliud ſtatutum Collegij Conchenſis. ibid.19
Etiam ſi magna ſit hominum penuria, non poterunt eligi impuberes. ibid.20
an Decuriones populorum poſſint iterum eligere Officiales, qui eo anno fnierunt. ibid.21

*Officium.*

Officium Procuratoris Cæſaris. 14.3
Quo tempore fuerit inſtitutum, & auctum. ibidem 4.
Officium ſumitur aliquando pro ipſis officialibus. 172.3
Officium fiſcalis inuentum ab Hadriano Imper. 248. n.1
Officium Tribuni militum. 308.34
iteratio Officiorum fieri poterit vel ex neceſſitate,aut voluntate. 344.8
& quomodo fiat ex voluntate. ibid.9
Officium poteſt continuari in eadem perſona quando non eſt copia vicinorum, ſi magna eſſet officij tenuitas. 345.12.17
Refertur ſtatutum Magni Collegij Conchenſis Salmanticenſis Academiæ. ibid.15
Quid dicendum de oppidis vbi officia diuiduntur inter Nobiles, & plebeios. ibid.14.15.16
Latè diſſeritur de ratione ob quam iteratio Officiorum non eſt in republica permittenda ſine interuallis. 3.4
An vilia Officia opprimant nobilitatem, itavt propter eorum exercitium amittatur. 393. n.81.
Officium Aduocati an ſit nobile. ibid. & ſequent.87. & 88.

*Omne.*

Omnia mortalibus non ſine magno labore contingunt. 587.1
Omnia Principis eſſe quo ſenſu dicantur. 433.89

*Onus.*

Onera magna quibus olim grauabantur Senatores. 359.30.

*Operæ.*
Operæ quomodo vocentur à Paulo *diurnum officium* 197.3
Operarum diuiſio in officiales, & fabriles. ibid. num.4
Quo in ſenſu Operarum nomen in præſenti ſumatur. ibid.5
Quapropter Operas non teneantur collatores præſtare. ibid.6
Operas ſubditis imponere Barones nequeunt, &c. 198.17
De his qui Operas ſuas locabant, vt cum beſtiis depugnarent. 362.50
Operas ſubditis imponere an Barones poſſint. 403. n.43.

*Opinator.*
Opinatores qui ſint, & opinio. 160.4
de Opinatoribus, vnde dicti, Palatinis ſimiles. 173.6

*Optio.*
Optio quid in noſtra lege ſignificet maſculino genere. 171.62

*Oppidanus.*
de iure illo Oppidanorum quod dicitur in Granatenſi curia *de la Poblacion.* 24

*Oratio.*
Oratio Antonini Imperatoris de donationibus coniugum. 516.11
An poſt eam ſit neceſſaria traditio in eiſdem donationibus. ibid.12

*Orbis.*
Orbis domini dicti Imperatores. 431.68
Orbis Romanus quis. 432.83
Aliquando ſumitur pro Imperio, ſeu ditione. ibid. n.86.

*Orbus.*
Orbus & vxor ex lege Papia ſolidam hereditatem non capiebant. 110.27.30
Orbi qui matrimonio contracto liberis carebant pœnis afficiebantur. 611.32
Eiſdem cum eunuchis par fortuna, & infamia. ibid. n.34.

*Organum.*
Organorum muſicorum duplex genus. 363.3
Vide *Hydraula.*

*Origenes.*
Origenes ſe caſtrans ab omnibus reiectus. 613.46

*Originarius, & Origo.*
Originarius & incola differunt. 9
de Origine propria & paterna, quæ earum attenditur. 326.6
Quoties ſit mentio loci Originis, de quo ſit intelligenda, de paterna, an de propria. ibidem num.7
Filij maternam Originem non ſequuntur, niſi ſint ſpurij, vel filij murilegulæ, & in aliis caſibus, & quæ in expoſito. 327. 16. 17. 18. 19. & 20.
filij Originem patris ſequuntur, non verò aui. ibidem 21.
Mulier non ſequitur Originem paternam ſi contrahat matrimonium, ſed ſequitur domicilium mariti. 328.26
An maritus ſortiatur Originem ratione mulieris. ibid.31.
Alius modus adipiſcendæ Originis proponitur, quæ cauſatur ex manumiſſione. 330.54

*Oſualdus.*
Oſualdus reprehenſus. 433.87

*Ouidius.*
Ouidius ob artem amandi in exilium datus ab Auguſto. 605.52

P

*Pactum.*
Pactum ſi ſit inter ementes vt poſſeſſor fundi non teneatur, ſed venditor, adhuc tamen poſſeſſor conuenietur ratione tributi. 237.54
Pactum de non morando in aliqua ciuitate, an ſit validum. 445.21
Et de non migrando de ea. 447.35

*Pædagogia.*
Pædagogia quæ. 619.94

*Paganus.*
Paganorum, & hæreticorum in Monachos rabies. 261.3

*Palatinus.*
Palatini qui. 289.1
Eorum officium quod. ibid.2
Et quanta eorum rapacitas. ibid.3

*Palinodia.*
Palinodiam recantantes an teneantur præciſè dicere ſe mentitos. 30.43

*Panis.*
Panis coctus quando cœperit diſtribui loco frumenti populo Rom. 208.25
Pani cocti diſtribuendi auctor Conſtantinus. 209. n.26.
Panes gradiles ciuilis, & fiſcales qui olim fuerint. ibid.27
*Papia lex.* Vide *lex.*

*Par.*
Par in parem non habet imperium. 433.92

*Parochus.*
qui Parochus debeat aſſiſtere matrimonij celebrationi, an originis vel domicilij. 336.116

*Pars.*
an Pars legitima cenſeatur, qui accuſat tanquam vnus de populo, vel denunciat, vel detulit de crimine, de cuius pœna ſibi lucrum quærendum eſt. 82.73.
Pars in proſecutione delicti quis, an etiam & qui agit ad commodum à lege applicatum accuſatori. ibid. & ſeq. 74.75.76.77.78.84
Et an poſſit facere pacem. 83.86

*Particarij.*
Particarij qui. 374.4

*Partus.*
Partus conditionem matris ſequitur. 22
Partus ſequitur ventrem. 504.43
Partus ancillæ an ſit in fructu inter veteres fuit maximè controuerſum. 545.1
Ancillarum dotalium conſtante matrimonio editus, an communicetur inter coniuges iure noſtro Hiſpano. 551.46
Partus ancillæ furtiuæ poterit vſucapi ſi concipiatur apud bonæ fidei poſſeſſorem. 552.1
An cenſeatur pars matris. ibid.2. & ſeqq.
Cur requiratur ad eius vſucapionem, vt concipiatur, & edatur apud bonæ fidei poſſeſſorem. 560 n.1. & ſeq.
Dum eſt in vtero dicitur pars viſcerum matris. 552.4.
Et quomodo id intelligatur. 554.25
Eo tempore habetur pro nato cum de commodis ipſius agitur. 561.9. & 562.18
Editus, & conceptus apud furem non poteſt vſucapi, niſi in poteſtatem domini reuertatur. 567 n.60.
Perfectus quot menſes habere debeat. 556.54

*Paſcua.*
in Paſcuis depaſcendis pari conditione cenſendi ſunt tam pauperes, quàm diuites. 177.29

# Index Rerum.


Paſcua publica limitibus claudere non poſſunt Decuriones. 337.120
Proponitur ſententia noſtrorum affirmantium ad Paſcuorum ius neceſſariam eſſe habitationem, expenditurque *l.9.tit.28.p.3.* ibid.123
An qui in vico habitant alicuius ciuitatis, poſſint vti vtilitate Paſcuorum quæ habet ipſa ciuitas cui ſubiacent, remiſſiuè. 338.134

*Pater.*

Pater regulariter non tenetur pro filio. 237.1
Pater, cùm conſentit filium in Decurionem creari, videtur fideiubere. ibid.3
Contrà in emancipato, & quando non adeſt fauor reipublicæ. ibid.4
Pater quando conuenitur pro filio, debent priùs excuti bona filij. 241.40
an Pater cùm aſſenſit tutelæ filio delatæ an habeat locum deciſio noſtra. ibid.41
Pater quando teneatur de delicto filij, vel dominus de delicto ſerui, aut famuli quem in officio præpoſuit; remiſſiuè. ibid.43
Pater duodecim liberorum excuſatur à muneribus decurionatus, & ſimilium. 248.65.66.68
Pater in generatione eſt principium actiuum, & an neceſſarium ſemen fœmineum in generatione. 267.9
Pater an teneatur pro filio minore ſeptennio qui Decurio creatus eſt. 348.42
Patris, & filij vnicum eſt teſtamentum quando ſubſtituit pupillariter eidem, licet duæ ſint hæreditates. 483.14

*Patria.*

in Patriam amor magnus, & patriâ carere triſtiſſimum. 27.13
De amore erga Patriam remiſſiuè. 255.8
à Patria paterna nobis originem ducimus. 272 num.45

*Patriarcha.*

de Patriarchis Iudæorum diſſeritur, & recondita multa euulgantur. 401.23
an Patriarchæ nomen apud Gentiles fuerit cognitum. ibid.24

*Patrimonium.*

Patrimonium priuatum Principis, an contineatur appellatione fiſci. 7.20

*Patritiatus, Patritius.*

de Patritiatus dignitatis origine. 290.48
Patritiatus dignitas ſub iunioribus Imperatoribus cœpit eſſe nomen dignitatis. ibid.49
Patritiatus primùm à Conſtantino inſtitutus. ibidem num.50.
Patritiatus antepoſitus conſulatui, & Præfecturæ Prætorio. ibid.51
an Patritiatus dignitas maior fuerit conſulatu. 291 num.56.
de Patritiis Romanis. 290.48
Patritij patria poteſtate liberabantur, accepta ea dignitate ex Iuſtiniano. ibid.52
Patritij dicti Patres Imperatorum. ibid.53
Patritij nomen honoris cauſa conceſſum Regibus & Imperatoribus. ibid.54
In quo Patritia dignitas conſiſtebat. 291.62
Patritiis cum plebeis connubium prohibitum. 496 n.17.
Patritiatus dignitas ſumma apud priſcos. ibid.

*Patronus.*

Patrona cum liberto non potuit contrahere matrimonium, & de eius rei ratione. 499.49
Patronus an teneatur præſentare à die ſcientiæ vel vacationis. 453.3
Cum liberta ſi contrahat matrimonium, captiuitate non ſoluitur. 480.17.21
Contra libertos ingratos agit, etſi pro libertate nummos accipiat. 503.35
Qui libertam duxit vxorem nulla præſumptione tenetur ſicut patrona. 499.57

*Pauper.*

Pauperes ne plus grauentur attendi debet, & ne potentiores eos vexent. 266.4.5
Pauperes tempore careſtiæ poſſunt iudicem adire, vt cogat diuites ad frumenti erogationem, item & pauperes. 213.17.18

*Peccatum.*

Peccata per ignorantiam commiſſa puniuntur. 438 n.9.
Peccatum omne ſemper dicitur eſſe voluntarium. ibidem n.2.

*Pecus.*

Pecudes vt furtiuæ cenſeantur quid inſpiciendum. 551.40.

*Pecunia.*

Pecunia præſidij, vel theſauri cauſa poſitâ quæ ſit. 471.17.& ſeq.
Data ea conditione, vt mea ſit cum Seius Conſul factus ſit, an mea fiat ſi poſt mortem donatori contingat Conſulatus. 527.44.& ſeq.
Pecuniæ priuatorum in templis ſeruatæ. 6.11
Vna pecunia poteſt ſolui pro alia, quando creditor nullum patitur damnum, etiam eo inuito. 219.10.
Pecuniæ virtus in quo conſiſtat. ibid.12

*Penſio.*

Penſio augetur, vel diminuitur, propter augmentum, vel diminutionem ſuperuenientem. 219. num.10.
An in cenſibus fructuariis augeatur, vel diminuatur Penſio. ibid.13
Re diminuta pro parte, vel in totum perempta, pro parte, vel in totum moderatur Penſionis onus quod, & in annuo cenſu admittitur. 220. 23.24.
Penſio exceſſiua ad iuſtum modum reducenda quando fructus beneficij ſunt diminuti. 221.30

*Perfectiſſimatus.*

Perfectiſſimatus, & aliæ dignitates titulo tenus conceſſæ, quod dicebatur fieri per allectionem, ſeu priuilegium. 360.33.34.35

*Periculum.*

τὸ Periculum quid ſignificet. 12

*Peritus.*

Periti adhibentur, quando incidit actus de quo iudex non eſt inſtructus. 15.15
Quando mouetur lis ſuper aliqua re, in qua neceſſarij ſunt Periti, quot adhibeantur. ibidem n.16.
Quando non adeſt copia Peritorum in arte, vnus an ſufficiat, refertur, & reprobatur. 16. 20. & 21.

*Permutatio.*

de Permutatione quid dicatur. 318.49
Permutatio omnes contractus comprehendit. 571 n.30.

*Perſa.*

Perſæ contra ingratos dabant actionem. 500.2

*Perſona.*

Perſonarum duarum quis vice fungitur. 106.27
Mutata Perſona mutatur rei qualitas, quomodo intelligatur. ibid.

*Petitio.*

Petitio hæreditatis actio eſt in rem. 576.1
An ſit actio ciuilis vel Prætoria. ibid.2
An ſit actio mixta vel realis. ibid.6.& ſeq.
Petitorij iudicij quare dicatur. 577.13
Et vniuerſalis. 576.4


Sitne

Sitne bonæ fidei. 577.14

Qui ea agit nullum ius deducit, ſed tantum vtitur iure defuncti. ibid.15

Ea conuentu quid teneatur reſtituere. 579.27

Efficitur conuentus malæ fidei poſſeſſor ex tempore motæ controuerſiæ. ibid.31

*Pertinentiæ.*

Pertinentiarum appellatione quid comprehendatur in lege noſtra. 98.21

Pertinentiæ licet in duplici modo conſiderentur, reiicitur ea diſtinctio, & omnes in conceſſionem Principis veniunt, etiamſi ſint molendina, & alia huiuſmodi. ibid.22.23.24

*Philoſophus.*

Philoſophi antiqui virtutem profitentes, multis vitiis & nefandis irretiti, ex Iuuenali, & Martiali & & aliis. 264.17.18.19.20

Philoſophi vt verè eſſent Philoſophi, contemnere debebant diuitias. ibid.22

Philophi ſe armatos eſſe contra fortunam iactabant. 265.26.

Philoſophorum patientia vna, & ficta. ibidem num.27.

*Pictura.*

Picturæ laſciuæ ſunt prohibendæ. 605.54

*Pigneratio, & Pignus.*

Pigneratio quid ſit, & qua ratione fuit introducta. 261.38

Pignus vendere etiam inuito debitore poteſt creditor, ſi ei non ſoluatur. 21.2

Qualiter talis venditio debeat fieri vt valeat. ibid.3

An neceſſarium ſit vt inter contrahentes paciſcatur de vendendo Pignore. ibid.4

Pignoris venditio non valet ſi ſolemnitas iuris in ea non interuenerit, ita vt dominus poſſit rem vindicare non reddito pretio. ibid.6.8

an Pignoris datio comprehendatur venditionis nomine. 65.37.38.40

Prohibitus emere non eſt prohibitus accipere in Pignus, nec prohibitus vendere non eſt prohibitus in pignus dare. ibid.39

Vide *Creditor.*

Pignore debitori legato ſolum ius pignoris legatum eſt, non debiti principalis. 533.7

Pignus poteſt mortis cauſa liberari. 534.17

Eius ius remitti poteſt à muliere debito manente. ibid.18.

Talis remiſſio quid fructus producat. 535.27

Pignus an differat ab hypotheca. ibid.30

Pignoris furtum à debitore creditori factum. 513.5 & ſeq.

*Piſcatio.*

Piſcatio in loco publico an interdici poſſit. 371.57

*Placere.*

*Placet* verbum quid ſignificet apud Iuſtin. & alios. 427.12.

*Plumbatæ.*

Plumbatarum flagellum quod fuerit olim, explicantur varij loci tum auctorum, tum noſtri iuris. 165.2.3.4

*Plobacion.* Hiſp. de iure quodam oppidanorum. 259. n.24.

*Pœna.*

Pœna confiſcationis quando imponitur ipſo iure, an ſtatim perdatur dominium vel ſit neceſſaria ſententia. 13.57.58.59.60.61.62.63

Pœnas inductas vt homines non ſolùm puniantur, ſed etiam emendentur, & non quia peccatum, ſed ne peccetur, oſtenditur. 43.7.8

Regulariter contra hæredes Pœna pecuniariæ locum non habent, niſi lis ſit conteſtata, & condemnatio ſecuta cum ipſis reis in delictis publicis, & de ratione. 45.27.28

Pœna quando imponitur ipſo iure, an ex delicto ſine litis conteſtatione ab heredibus poſſit repeti pœna. 46.39.40

Et an neceſſaria ſit ſententia declaratoria delicti. ibid.41.42

Vbi tractatur quando heredes tenentur exonerare conſcientiam defuncti in his quæ debet ex delicto. ibid.

Pœnam ſtupri transfert mulier ad ſuos heredes, vel tanquam intereſſe, vel tanquam pœnam delicti. 50.71

de Pœna *del deſperx y omecillo.* 84.91

Pœna non debetur ante condemnationem. 113. num.52.

Pœna imponentium noua vectigalia tam de iure communi quàm noſtro. 153.14

Pœna quæ iure noſtro regio conſtituitur contra eximentes incarceratos. 5

Pœna quare maior imponatur in l. miſſi, de exact. trib. quàm in leg. neque ſacratum, de can. largit. titul. cùm ſit idem delictum. 176.7

hodie de iure regio quid. ibid.8

de Pœna iudicis negligentis. 192.15

Pœna ignis. ibid 15.16

Pœna contra eos, qui in re ad quam eliguntur, malè ſe gerunt, & quomodo grauati ab eiſdem querelam proponerent. 235.9.10

deteſtatio Pœnarum *de cercania*, quæ in pluribus oppidis iniunguntur eis qui damnum non dederint. 261.34.

Pœna leg.4. titul. 3. libro 8. Recopilat. contra hæreticos appetentes dignitates, vel officia publica. 309.6.

Pœna non affert immunitatem, exornatur hæc concluſio. 394.95

Pœnales quo ſenſu hîc dicantur. 166.16

*Poëſis, Poëtæ.*

Poëſis laudes. 376.1

Poëtæ & quare non habeant immunitatem. ibid.2

Poëtæ quare immunitate non iuuentur. ibid.2

Adducuntur ſententiæ Cuiacij, A. Fabri & aliorum, & quæ videtur verior, proponitur. ibid. 4. & 5.

*Pondus.*

Ponderum genus in hac lege quid ſit. 165.5

*Populus.*

*Populus* vox quomodo accipiatur. 428.35

Populus Romanus quomodo dicatur legem conſtituere. 429.38

An potuerit concedere priuilegia. ibid.43

Populus non poteſt excommunicari. ibid.42

*Poſſeſſio, & Poſſeſſor.*

Poſſeſſio aliquando ſumitur pro prædio. 470.5

Amittitur quoties ſi velimus eam repetere non poſſumus. 480.13

An ſit neceſſaria ad rationem furti. 508. 20. & ſeqq.

Eius cauſa an mutari poſſit à poſſidente. 488.13 & 19.

an Poſſeſſionis detur interruptio in præſcriptione immemoriali, remiſſiuè. 403.41

Bonæ fidei Poſſeſſor non ante fructus lucratur, quàm à ſolo ſint ſeparati. 301.35

Poſſeſſoris hereditatis ius debilius eſt quam cæterorum. 579.33

# Index Rerum,

*Poſſibilitas.*

Poſſibilitas eſt neceſſaria ad inducendam fictionem. 439.2.

*Poſtliminium.*

Poſtliminij introducendi ratio. 479.2

Eius fictio quo iure inuenta. ibid. 3

An eo contineatur matrimonium. Vide *Matrimonium.*

*Poſthumus.*

Poſthumus cenſetur pars viſcerum matris. 462.5

Alienus prohibitus fuit inſtitui. ibid. 6. cum ſequent.

Potuit ei fideicommiſſum relinqui. 463.17

Suus, & alienus quis. ibid.21

Quare alienis prohibebatur inſtitutio. 609.5

Agnatione poſthumi ruptum teſtamentum reconualeſcit, ſi viuo patre decedat. 541.20

*Poteſtas.*

*Poteſt* verbum quomodo ſoleat accipi. 452.10

Poteſtas ante Principum creationem pertinuit ad populos. 427.15

Abſoluta non eſt in Principe. 429.46.& 48

*Præcedentia.*

Præcedentia Conſulum & aliorum in dignitate conſtitutorum. 287.28

Conſul præferebatur alteri qui fuiſſet priùs renunciatus. ibid.29.30.

An ſeniori danda ſit antiquitas & Præcedentia. ibid.& ſeq.31.32.34.35.36.37.

An ſit præferendus qui literis & nominis celebritate pollet, doctori qui ſit antiquior in gradu ſi contingat acciri in aliqua Academia. ibid.33

Defenditur contra Hotomanum pars negatiua. 288.38.39.40.41

quoad Præcedentias & honores ſemper attendenda eſt conſuetudo, & exemplar Conſilij ſupremi.289. 40.& 41

Explicatur quomodo hoc intelligendum ſit. ibid.42

*Præco.*

Præco ante Præfectum prætorio. 291.20

*Præda.*

Præda antequam in præſidia hoſtium perducatur recuperata priori domino reſtituitur. 483.9

*Prædo.*

Prædones quatenus differant à bonæ fidei poſſeſſore. 581.45

Et multis in locis. ibid.

*Prædium.*

Prædia conceſſa militibus limitaneis ab Alexandro. 430.61

Prædium ſeruiens vt à ſeruitute liberetur, non eſt neceſſarium aliquod factum eius, qui prædij eſt dominus, ſed ſufficit negligentia alterius. 38. n.18.

Prædia quando ſunt obligata, obligatio ea ita comitatur, vt quocumque vadant ſequatur. 133. n.2.

Seruus realis dicitur Prædio deberi, non perſonæ, & ideo libellus nomine prædij concipiendus, ſi ſeruitus petatur. ibid.3

Poſſeſſores ratione Prædij non ſolùm tenentur ad tributa quæ nunc debentur, ſed & ad præterita quod etiam extenditur ad heredes, qui tenebuntur etiam reipſa legata. ibid.4.6.7

Prædij poſſeſſor tenetur præſtare decimas debitas à prædeceſſore. 154.10

Idem erit dicendum in penſione, & in Poſſeſſore maioratus, & in tertio poſſeſſore rei emphyteuticæ. ibid.11.12

Vbi tractatur an idem admittatur quando ſit recognitio cenſus. ibid.15

Leges, & conſtitutiones quæ de Prædiis Decurionum vendendis latæ ſunt, de venditione propriè, & ſtrictè ſumpta loquebantur, & ſic non poterant extendi ad alios contractus, & redditur ratio.318. 44.& 45.

*Præfectura, & Præfectus.*

Præfectura prætorio in quatuor diuiditur ab Conſtantino. 296.22

de Præfecto Auguſtali. 184.12

Præfecti prætorio Magiſtratum in quatuor diuiſit Conſtantinus, ſingulis prouinciis conſtitutis eius vicariis. 193.5

Et de eorum poteſtate. ibid.6

de Præfecto prætorio Galliarum. ibid.9

Præfectus Galliarum fuit etiam Præfectus Hiſpaniarum. ibid.& ſeq.10.12

Præfecti Orientis, & Præfecti per Illyricum qui fuerunt, & quas prouincias regebant. 194.11

Præfecti prætorio erant in Comitatu Principum, non verò in prouinciis. 195. 19. 20. 21. 22. & 23.

Præfectus prætorio Galliarum nullam habuit iuriſdictionem in Vicarios Hiſpaniarum. ibid.24

An iure noſtro ſeptempartito in arcis Præfecto requiratur nobilitas ſanguinis, examinatur. 280. num.51.

Præfectus arcis nobilis, cur. ibid.53

de Præfecti prætorio dignitate, & officio qui ſcripſerint. 293.1

De origine huius dignitatis, & progreſſu. ibidem 2.3.

Locus Caſſiodori expenditur, quo clariùs depingitur natura huius dignitatis. 294.4.5

Præfecti carpento vſi, & qualis fuerit hæc Prærogatiua. ibid.6

Præfecti legem condere potuerunt, quia hæc dignitas ab Imperatoria parum diſtabat. ibid.7

Præfectus adorabatur ſicut Princeps, & de adorationis ritu. ibid.8

Releuabat tributis prouincias. ibid.9

à Præfectorum ſententia non appellabatur, ſed ſupplicabatur. ibid.10

Et quid ſit vice ſacra iudicare. ibid.11

Quod priuilegium fuerit Præfectorum verbo ſententiam dicere. 295.13

Præfectus prætorio non ſolùm tractabat res ciuiles, ſed & militares vſque ad Conſtantinum, qui eam dignitatem diuiſit, & fecit Magiſtrum militum. ibid.14.

Præco ante Præfectum prætorio admonens omnes vt de via cederent, vel caput aperirent. 296. num.20.

Enſis, aut gladius inſigne Præfecti prætorio. ibidem 21.

de Præfecto vrbi tractatus. 297.23

Præfecti vrbi munus, & poteſtas. ibid.24

An ſecunda fuerit dignitas poſt Imperatorem. ibidem 25.

Probatur fuiſſe tertiam poſt Imperatorem. ibidem 26.

Præfectus vrbi habebat ſub ſua diſpoſitione Præfectum annonæ, breuis eius dignitatis relatio. ibid. 29.

*Præmium.*

Præmiorum commoda quæ ſint. 381.20.21

Præmia liberos ſuſcipientibus propoſita. 452.11

Præmium, & pœna duo remedia ad Reipublicæ conſeruationem. 490.1

Præmio, & pœna homines ad matrimonia contrahenda allecti. ibid.2

*Præpoſitus.*

*Præpoſitus.*

Præpoſitorum varia genera. 357.17
Qui fuerint Præpoſiti laborum. ibid.18.19
Præpoſiti laborum verè qui. 360.41

*Prærogatiua.*

ob Prærogatiuam triennij multa in iure concedi ſolent. 180.4
An quod de triennio dicitur, extendatur ad nouem annos, & proponitur ſpecies. 181.18.19.& 20.
An deciſio noſtra obtineat in eo, qui ſingulis ſex menſibus tenetur ſoluere. ibid.21.21
Quid in conſignatione, aut diſpoſitione pecuniæ tribus annis facta. ibid.24.25

*Præſcriptio.*

in Præſcriptione contra fiſcum quantum temporis requiratur. 39.19
Concordia inter dicta iura quæ de Præſcriptione contra fiſcum agunt, fit difficilis ex §.res fiſci,Inſt. de vſucap 40.33.35
Præſcriptionis, & vſucapionis diuerſa natura, & qui eam explicent, remiſſiuè. ibid.34
Ciuitates, & Barones poſſunt Præſcribere ius bonorum vacantium. 95.37
Præſcriptio immemorialis neceſſaria eſt in adquirendis iuribus, quæ ſpecialiter Principi ſunt reſeruata. 146.16
Præſcriptio immemorialis habet vim tituli conceſſionis, & priuilegij. ibid.17
Præſcriptio immemorialis poteſt interuenire in adquirendis iuribus regalibus minoribus, ſed in maioribus ſemper excluditur. 147.25

*Præſens.*

Præſens aliquando ſumitur pro futuro. 467.25

*Præſes.*

Præſides, an habuerint facultatem deportandi. 538.20.& ſeq.

*Præſtatio.*

ex Præſtatione continua an inducatur obligatio in futurum. 182.33
Antonij Fabri, & aliorum opinio refertur, negantis ex diuturna Præſtatione induci obligationem. 183.35.
Proponitur Auctoris ſententia. ibid.36

*Præſumptio.*

Præſumptionem habens, non dicitur probare, & quomodo hoc accipiendum ſit. 180.6
Cùm lex in Præſumptionem fundetur, transfert onus probandi in aduerſarium. 182.31.32
Præſumptio eſt contra mulierem, quæ ſeruo ſuo coniungitur. 499.54.& ſeq.

*Prætor, & Prætura.*

de Prætoribus ciuitatis. 336.110
Prætoriæ cohortes vnde dictæ. 357.11
Et milites Prætoriani qui fuerint. ibid.
Prætura fungi quid ſit apud Vlpianum. 306.23
Prætorum poteſtas circa ſuppletionem, emendationem, & correctionem Iuris Ciuilis. 462. num.12.

*Precarium.*

Precarium, & depoſitum quatenus differant in quæſtione. An partus habeatur in eadem cauſa cum matre. 556.39
Res quæ antea fuerat violenter poſſeſſa,poteſt precario concedi. 510.3.& ſeq.

*Pretium.*

Pretium iuſtum quale ſit. 214.26.& 27
Pretioſius plerumque cedit viliori. 469.32
Pretium an ſuccedat loco rei. 473.44

*Primas.*

Primates, de Decurionibus. 435.7

*Princeps.*

Princeps licèt ſit legibus ſolutus, non eſt ſolutus legibus æquitatis, & honeſtatis. 70.11
Non eſt honeſtum, neque verecundum Principi contractus à ſe geſtos in contrahentium damnum retractare. ibid.12
Princeps non eſt legibus contractuum ſolutus. ibidem 13.
Princeps nihil ſtatuit cum damno tertij, etiam in indulto generali. 79
Principis beneficium latiſſimè interpretatur. 96.3 & 5.
Princeps ſi concedat fortalitium, an conceſſa videantur munimenta. 97.13
Parladorij ſententia reiicitur, qui exiſtimabat donationem Principis de bonis vacantibus eſſe ſtrictè interpretandam, & de intellectu l.1.infr.de petit. bonor.vac. ibid.14.15.17
Quæ per importunitatem conſequuntur, videntur conceſſa ſine voluntate Principis. ibid.16
Boni Principes domini reuerentiam fiſco prætulerunt. 117.14
An ſuprema iuriſdictio Principis, quæ ei competit ratione ſupremæ poteſtatis, poſſit aliquo tempore præſcribi. 147.21
Princeps ob publicam vtilitatem poteſt auferre ſubdito res proprias, & quæ fuerit cauſa in l. Lucius, D.de euict. ibid.19.20
Princeps tenetur ad conuentionem cum ſubditis celebratam obſeruandam,& aſſignatur eius ratio. 159.2.& 3.
Princeps non poteſt reuocare priuilegia indulta ratione contractus. ibid.4
Quod extenditur etiam & ad priuilegium exemptionis ſubditis conceſſæ, vt aliquod oppidum inhabitent. ibid.5.7
Princeps eſt fons & principium honorum. 300. n.23.
Præcipua dignitatis huius prærogatiua conſiſtens in ſeſſione, expenduntur que regiæ ſchedulæ ordinationum Cancellariæ Granatenſis. ibid. 24. 25 & 26
Princeps non poteſt aliquem natalibus reſtituere in præiudicium tertij. 310.61
Princeps eo ipſo quod incapacem eligit,videtur cum eo diſpenſare. 307.29
Princeps quando motu proprio aliquid concedit,non cenſetur eſſe inuerecunda petitio, & ſic non annullatur conceſſio. 363.59
Princeps an poſſit interdicere venationem,remiſſiuè. 370.42
Principes ſpectacula ſolebant edere, & cur. ibidem n.41.
Princeps poteſt illud quod eſt commune in priuatum vſum transferre. ibid.45.46
Princeps non tam ob ſuam, quam ob publicam vtilitatem creatur. 426.1
Quatenus differat à tyranno. ibid.2
Status publici tutor eſt. ibid.3
Publicus dicitur parens. ibid.5
Statuere debet quod iuſtum ſit. ibid.7.& 8
Abſque tyrannide nonniſi à Republic. inſtituitur. 427.16
An poſt legem Regiam habuerit maiorem poteſtatem quam populus. 428.30.31
An bonorum ſubditorum habeat dominium. 430 n.50.
An dicatur dominus rerum quoad protectionem. 431.70

An ſit legibus ſolutus. 433.91. & 434.100
Quo ſenſu dicatur legibus ſolutus. ibid.103
Non ſubeſt legibus, ſed eſt in legibus. 433.92
Ex dictamine rationis ad legis obſeruantiam tenetur. ibid.93
Principis beneficium latiſſimam habet interpretationem. 617.81
Principi quæ voluntas debet eſſe ad legem condendam. 427.31
Eius placita per epiſtolam, & reſcripta emiſſa. 435 106
per Principis ſalutem iurans ſi peierauerit, fuſtibus cæſus. 434.102

*Principalis.*

Principales, de Decurionibus. 235.8

*Priuatio, Priuatus.*

Priuationem non inducit quod lege cautum non eſt. 28.18
Priuatus in pœnis præfertur fiſco. 455. 5. & 456 n.16.

*Priuilegium.*

de Priuilegio fiſci opinio Alfari examinata. 74. n.9.
Priuilegium ne curſus publici oneri ſubiiciantur chartularij. 190.6
Et quid fuerit comprehenſum in eo. ibid.
Et de eius ratione. 191.9
Priuilegium exemptionis { de Bellico. de Anreolis, de Antonia Garcia, de los de Valderas, y Symancas. } 202. 33. 34
de Priuilegiis & fauore agriculturæ. 168.17
Priuilegium Præfectorum verbo ſententiam dicere quod. 295.13
an Priuilegium communis patriæ datum Curiæ Regis cenſeatur quoque conceſſum Regiis tribunalibus Cancellariæ Granatenſis, & Villiſoletanæ. 334.90.91
proponitur tanquam verior negatiua ſententia, & oſtenditur hoc Priuilegium conceſſum ratione perſonæ regiæ. ibid.92
doctrina Pereyræ expenditur, an Luſitanus, qui in Luſitania contraxit, poſſit Madriti conueniri tanquam in patria communi. ibid.93
Referuntur & refelluntur eius fundamenta, & proponitur verior ſententia. ibidem 94. 95. 96 & 97
Priuilegium an amittatur per actum contrarium. 351 n.14.
Expenduntur iura quibus probatur per actum Priuilegio contrarium non amitti Priuilegium. 352 16.17
per actum vnicum Priuilegio contrarium non perdi Priuilegium. ibid.22
Vnus, aut duo actus Priuilegio contrarij, an extinguant Priuilegium, vel an ſit cum eis neceſſarium, & interueniat tempus. 353. 28. & 29.
Quantum temporis neceſſarium ſit, vt cum actibus Priuilegio contrariis derogetur eidem, & præſcriptio introducta cenſeatur. ibid.30
Quomodo intelligatur perimi Priuilegium de non faciendo, vel de faciendo, & quomodo in conſcientia procedat. 354.33.34
Priuilegia Procuratorum regiæ maieſtatis, & de eis, qui dicuntur Monteros de Eſpinoſa. 358.14 & 15.
Et quomodo domeſticis aſſimilentur. ibid.16
Priuilegium decemprimatus conceſſum laborum cauſa. 360.31

*Procurator.*

Procuratoris Cæſaris officium. 14.3
Quo tempore inſtitutum & auctum. 15.4
Procuratores Cæſaris aliquando vicem Præſidis agebant. ibid.5
Quid ſit Procuratio in iure Canonico. 222.36
Procuratoris officium an vile ſit. 253.35.36
Procuratores Cæſaris ab initio res fiſci peragebant. 298.5

*Profeſſio.*

Profeſſio hîc quid. 368.25

*Promotor.*

Promotor fiſcalis creatus à iudice an ſuppleat vicem regij fiſcalis, ita vt cum eo lis incepta & peracta ſuſtineatur. 85.7
Refertur caſus de facto in Granatenſi curia. 86 n.9.

*Protector.*

Protectores qui fuerint. 357.8
De eorum officio & munere. ibid.9
Protectores & domeſtici in quo differant, alij Equites, alij pedites. ibid.10
Protectorum immunitates & priuilegia. ibid.13
Protectores à quibus muneribus liberi fuerint. 362 n.51.
Aliæ leges quæ de immunitate Protectorum agunt, aſſignantur remiſſiuè. 363.59.60

*Proteſtatio.*

de Proteſtatione nonnulla adducuntur, & quomodo ius proteſtantis conſeruetur, diſtinctione breui reſoluitur. 354.42.43
Qui egerint de Proteſtatione, remiſſiuè. 355 n.44.

*Prouincia.*

Prouincia proxima quæ dicatur, remiſſiuè reſoluitur eſſe attendendam loci & regionis conſuetudinem. 188.10
Si Theſaurarius expendat pecuniam, quomodo puniendus. ibid.11
Prouinciæ etſi haberent præfectum prætorio, Vicarium habebant, vt de Italia & Africa. 194 n.13.

*Pubertas, Pubes.*

Pubes quid ſignificet. 603.40
Pubertas an deprehenderetur ex annis, vel ex inhoneſta inſpectione. ibid.31.cum ſeq.
In pubertate definienda IConſultorum diſſenſus. 610.21

*Publicanus.*

Publicanus ſi plus exigit, aut damnum facit, poteſt contra ipſum agi vel furti, vel damni, vel vi bonorum raptorum. 163.19
Nec ſolùm iis pœnis plectitur Publicanus, ſi plus exigat, verùm & in duplum damnatur, & peræquatur in quadruplum. 164.21
Publicani apud omnes exoſi, tum propter crudelitatem, tum propter violentias & rapacitatem. 165 7.8.10
Publicani qui ſint. 431.72
An ad publicanos res ex naufragio captæ pertinerent. ibid.& 432.75

*Publicatio.*

Publicatio bonorum ita accipitur ſi deducatur æs alienum. 456.16
Publicatio bonorum habet tacitam conditionem, ſi æs alienum deducatur. 74.5

*Pugilatus.*

de Pugilatu quid veniat dicendum. 378.5

*Pulueraticum.*

Pulueraticum quid ſit. 409.37

*Pupillus.*

Pupilli olim ſolebant creari Decuriones. 348. n.43.
Quomodo hoc fieret. ibid.
Pupillus furioſus non accipit curatorem ex l. 12. tab. ſed tutorem. 450.6
Ei non datur curator niſi petat. 452.17
Non poteſt iurare in litem niſi pubes ſit. 603. n.38.

*Purpurarius.*

Purpurarij qui. 374.3
*Pythij* ludi. 379.12

## Q

*Quæſtiones.*

Quæſtio, An ſi non conſtet patrem antequam contraheret cum fiſco, donaſſe filiis, quia inſtrumenta non declarant, vtpotè eodem die confecta, fiſci ius anterius, vel poſterius iudicetur. 78.40.41.42.43.44.
Proponitúrque verior reſolutio. ibid.& ſeq.45.46. 47.48.50.
Quæſtio de donatione facta alicui, & filiis ſuis, qui ex ſecundo matrimonio naſcantur, cùm tamen ex primo filium haberet, an vno mortuo tota donatio ad ſuperſtitem pertineat, excluſo fratre primi matrimonij. ibid.49
Quæſtio, An ſi aliquis poſtuletur reus quòd virginem corruperit, & pendente lite mulier quæ honoris reſtitutionem poſtulat, decedat, adhuc teneatur reus poſt mortem mulieris. 49. 64. & 66.
Quæſtio, An fiſcus rem communem poſſit locare, vel dare in emphyteuſim diſcutitur. 66. 44. & 46.
Quæſtio, An fiſcus teneatur ad præſtationem legatorum quæ defunctus reliquit, cuius bona vacantia ſunt, examinatur. 163.14
Fulcitur pars affirmatiua, & negatiua. ibidem 15. & 16.
Probatur ſententia quæ denegat legatorum præſtationem, & ſatisfit argumentis contrariæ. ibid. 17. 18. & 19.
Quæſtio de ſtatuto quo præmium proponit occidenti bannitum, an habeat locum in occidente ad ſui defenſionem. 106.32.33
Quæſtio mouetur ſatis difficilis, An ſi teſtator legauit vxori, & poſt mortem voluit reſtitui ſuis filiabus, vna decedente pars ad heredem mortuæ pertineat, an totum ad ſuperſtitem filiam. 97. 45. & 46.
Quæſtio, An onus reale quo afficitur prædium afficiat quoque melioramenta. 140. 141. 60. 67.68. & 69.
Quæſtio ad l. teſtium facilitatem 18. Cod. de teſtibus. 182.28
Quæſtiones variæ excitantur. ibid.34
Quæſtio in vſu frequens de reductione cenſuum perpetuorum. 223.46
Quæſtio, An qui centum in auro, vel argento recipit, poſſit ſoluere in ære, vel alia minuta moneta. 226. 10. 11. & ſequentibus & 13. 14.
Quæſtio, An qui prius creatus eſt Licentiatus, quam Titius, ſi priùs ipſe Titius creetur, Doctor præferendus ſit Titio, cùm Doctor creatus eſt. 289. num.45.
Quæſtio, An Hiſpanus, qui ſe contulit in Franciam, poſſit obtinere beneficia. 328. 35. & ſequentibus.
Quæſtio elegans & difficilis, An ſi aliquis recipiatur in vicinum in populo qui habet communionem paſcuorum cum alio, noniter acceptus vicinus admittatur tanquam quilibet de populo, non obſtante quòd in duobus locis vicinus exiſtat, oſtenditur poſſe quem duobus locis eſſe vicinum. 336. n.118.
Quæſtio difficilis, An qui iuxta pragmaticam de Cordoua per viginti annos tributum non ſoluit, & ſic habet ius completum, illud perimat per actum contrarium. 354. 35. 36. 37. 38. 39. 40. & 41.

*Quæſtor.*

de Quæſtoris officio quid proponatur. 298.8
*Quæ Romæ ſunt* ſi legentur, quid eo legato contineatur. 471.23.& 24.

*Qualitas.*

Qualitas admittens, vel excludens aliquem, debet adeſſe tempore aduenientis iuris. 289.46

*Querela.*

Querela ius inofficioſi teſtamenti quo iure introducta. 609.4
*Quidquid* ſeruus ſtipulatur, perinde eſt ac ſi dominus ſtipularetur. 466.20
*Quidquid in patria Gadibus poſſideo*, quid contineat. 470.11.& 471.14.
*Quis* aliquando habet per alium quod per ſe non poteſt. 464.33.& 475.12
*Quod* metus cauſa actio quatenus differat à petitione hereditatis. 382.60

*Quinquertium.*

de Quinquertio, & quinquennali certamine. 378. num.3.

*Quintilianus.*

Quintilianus, & Seneca Conſules, vnus ſuffectus, alter honorarius. 293.70

*Quintus Mutius Scæuola.*

Quinti Mutij Scæuolæ authoritas. 66.42
*Quomodolibet* ſumptio. 54.29

## R

*Rabula.*

de Rabulis forenſibus. 345.18

*Rationes.*

Rationum error ſententia iudicis confirmatur. 18.45. 46.47.
Rationes ſemel expunctæ non ſunt reiterandæ. 178. num.5.
Quod non erit admittendum ſi errore, fraude, aut negligentia, dolo, vi, aut metu fuerint factæ, & quomodo procedat, traditur Curiæ deciſio. ibid.6.7
Quid dicendum in tutore, vel curatore, & quando in quietatione interuenit iudicis decretum, vel iuramentum. ibid.8

*Rector.*

Rector prouinciæ nequit priuato remittere quod tributi nomine debuerit. 149.40
Rectoris, aut exactoris remiſſio tributi quid operetur. ibid.41
Rector ciuitatis punitur ſi proponat officialem minus idoneum. 210.7
Et quid de iure regio. ibid.
Rector ciuitatis ſi acceperit mutuum in opus publicum, tenebitur ſucceſſor, aut ciuitas. 258. n.9.

# Index Rerum,


*Regalia.*

Regalium diſtinctio in maiora & minora, & quæ ſint hæc. 147.22.23.24

*Regia lex.*

Regia lex quæ fuerit. 427.19.& ſeq.
Vnde nomen fuerit ſortita. 428.23
An fuerit tyrannica. ibid.24.
Quo anno lata. ibid.25
Ea non fuit in Principem tranſlata vt quidquid vellet faceret. 429.45

*Regula.*

Regula quòd vbi res deuenit ad caſum à quo non poteſt incipere, actus vitiatur, quomodo intelligatur, & de quæſtionibus quæ inde reſolutionem habent, & quare maior ætas requiritur in tutelæ excuſatione, quàm in decurionatu. 61.62 & 63.
Explicatur ea iuris Regula quæ in re communi facit meliorem conditionem prohibentis. 337.128 129.

*Relaxatus.*

Relaxati ſub fideiuſſore comprehenduntur in indulto generali Principis tanquam incarcerati. 167 n.21.
*Releuare* quid ſit. 218.

*Remiſſio.*

in Remiſſionibus publicis Impp.ſolebant chartas concremare. 39.28
Remiſſio penſionis an concedatur colonis, ſi res interno damno adficiatur. 590.16.& ſeq.

*Renunciatio.*

Renunciatio generalis fortuitorum non comprehendit inſolita, remiſſiuè. 201.23

*Repetunda.*

de Repetundarum crimine quoad hunc tractatum. 50.20

*Repreſſalia.*

Repreſſaliæ quæ ſint, & an ſint prohibitæ. 260 n.35.
Repreſſaliæ auctoritate publica fieri poſſunt. 261 n.39.
de Repreſſaliis decretis à Rege noſtro contra Francigenas. ibid.40

*Res.*

Res & actiones fiſcales quoad præſcriptionem, differunt, & de eius ratione. 38.16.17
Socius ſine conſenſu ſocij in Re communi nihil poteſt, & plura de re communi. 61. & ſequent. 1. 2. & 3.
Res vi poſſeſſa ſicut furtiua vſucapi non poteſt. 510 n.1.
Res eſſe in bonis quid ſit. 563.29
Amiſſa non videtur ſi in eius locum pretium, vel alia res ſuccedat. 582.58
Fiſcus poteſt Rem communem ex ſpeciali priuilegio vendere inuito ſocio. 62.4
Hoc priuilegium fiſci procedit, ſiue res habeat commodam diuiſionem, ſiue non, contra Martini opinionem. 63.15.18
Referuntur alia priuilegia fiſci circa Res cum aliis communes. 62.5
Qua in ratione fundetur huiuſmodi priuilegium fiſci, & de controuerſia Bulgari, & Martini circa poteſtatem Principis in Rebus ſubditorum. ibid. 6.& 7.
Ob vtilitatem publicam introductum probatur vt fiſcus Rem communem vendere poſſit, & in quo conſiſtat talis ratio. ibid. & ſequent. 8. 10. 13. & 14.
Rei diuiſio poteſt fieri non ſolùm per partes naturaliter ſeparatas, verùm & per confuſas, & quæ per intellectum conſpiciantur magis quàm materialiter. 63.16.17
Socius non poteſt inuito altero ſocio imponere ſeruitutem in Re communi. 65.32
Fiſcus poteſt remittere ſeruitutem, vel vſumfructum communem. ibid.33
Fiſcus an poſſit hypothecare Rem communem ſicut poteſt vendere, & an ſi eam rem habeat obligatam cum alio, poſſit liberare. ibidem 34. & 35.
Rem communem an poſſit fiſcus donare, & quid de iure regio, & de ratione tractatur. 68. 59.60. 61.63.
An quoque poſſit fiſcus Rem permutare. ibidem num.62.
Rerum pupilli, & fiſci diuiſio quoad adminiſtrationem. 71.20.21
Quomodo fiat incorporatio Rerum vacantium quæ fiſco adiiciuntur. 100.1.2
Rerum diſpoſitionem committebant Imperatores adminiſtris, deinde eam confirmabant. 219 num.4.
Non eſt abſonum in iure vt eadem Res diuerſo modo cenſeatur. 310.57
in Rebus Eccleſiæ alienandis debent adeſſe cauſæ. 314.10.

*Reſcriptum.*

Reſcriptum impetratum contra legis prohibitionem præſumitur per importunitatem conceſſum. 224 n.56.
Reſcripta impetrata vt ſeſe à decurionatus oneribus quis ſubtraheret, vacuantur. 272.48
Et quare & quatenus ciuitatis immunitas valida de eo ſit. ibid.50
Reſcripta quæ immunitatem à decurionatu concedunt quomodo valere poſſint. 273.51

*Reſpublica.*

Reipublicæ portendit interitum Principem legi imperare. 434.99
Eius intereſt, vt minor ætas adiuuetur. 449 n.17.

*Reſtitutio.*

Otioſa redditur diſputatio Bar. & aliorum, an Reſtitutio in integrum, de qua hîc, ſit intelligenda ſecundum tempora Antonini, vel Iuſtiniani, in l. fin. Codic. de temp. in integr. reſt. 87.21

*Reus.*

Reus capitalis criminis an amittat dominium. 13 n.56.

*Rex.*

Rex & Regia tribunalia ſi non haberent extraiudicialem mulctam, inutilis eſſet cognitio per viam violentiæ, agitúrque remiſſiuè de multis Clericorum à ſæculari iudice faciendis. 279.46

*Rhenus.*

Rhenus flumen limes erat Imperij. 153.12.&430.58 cum ſeq.

*Richomeres.*

Richomeres quis fuerit. 399.12

*Riparienſis.*

Riparienſes milites qui. 430.60

*Roma.*

Roma, commune domicilium. 332.78
Roma quare fuerit patria communis. 333.84
idem quod de Roma dictum, obtinebat in Conſtantinopoli. ibid.85
de Roma quod diximus, vt ſit communis patria, idem admittendum eſt in Curiis & Comitatibus Regiis quorumlibet Regnorum, vt apud nos Matritum, & de ratione. ibid.88.89


vrbs

vrbs Roma in trigintaquinque tribus diuerſa, quarum vni adſcriptus debebat eſſe ciuis Romanus, vt poſſet percipere liberalitates Principis, itavt manumiſſi ſi tribum non haberent, non poterant illas percipere. 381.23.24.25
Roma continentibus ædificiis finitur. 470.6.& 8
More humanarum rerum lapſa, non quia Pontificis ſedes effecta. 433.87
Romæ homines prouinciarum frequentes negotiandi cauſa. 470.3.& 4
Belli Ciuilis tempore pauci homines in ea inuenti. 495.2
Romana reſpublica prius Regibus, deinde Conſulibus, poſtea ab Imperatoribus gubernata. 427. n.18.
Roman. Imperium Orbis caput. 432.80
Romanis moribus maximæ turpitudines inerant. 604. n.44.
Romanæ vrbis elogia. 432 81
Virtutis laudatio. 482.1
Romani ſummè ſuperſtitioſi. 434.102.
Eis connubium non fuit licitum niſi cum ſuis ciuibus. 496.14.& ſeq.
Maxima cura ſobolis. 610.23

*Romulus.*

Romuli leges exoluerunt poſt exactos reges. 417. num.21.

*Rubigo.*

Rubigo quam cauſam ſterilitatis præbeat. 589. num.10.

*Ruptor.*

Ruptores aggerum Nili pœna ignis coërcentur. 595. n.25.
Et an ea pœna extendi poſſit ad alia flumina. 696. 37.& ſeq.

## S

*Sacerdos.*

SAcerdotes quare non poſſint eſſe Tabelliones. 252.23.24.
Sacerdotes prouinciæ Syriarcha, Alytarcha qui fuerint. 344.10.11

*Sacramentum.*

de Sacramento militari. 351.11
*D. Sahagun* Salmanticenſis laudatur. 244.29

*Salarium.*

Salarium vnde dictum. 320.2
Quid ſit. ibid.3
Mercedis nomine nuncupatum apud auctores. ibidem 4.
Annonaria commoda quare dicatur, explicatur Capitolinus. ibid.5
Nomine Salarij quid contineretur ex Vopiſco. 321.7
Salarij nomine contenta pecunia. ibid.9
Salaria conſtituta viduis & athletis. ibid.10
Philoſophis, & Profeſſoribus litterarum, & de ratione. ibid.11
Item & magiſtratibus, & Eccleſiis. ibidem 12. & 13.
De obligatione conſtituendi Salaria in qualibet republica bene ordinata. ibid.14
Cur Decuriones in præſenti non poſſint Salarium dare, niſi conſulto Principe refertur ratio petita ex re quæ in commune poſſidetur. ibid. 15.16.

*Salgamum.*

Salgamum quid ſignificet diſcutitur. 197.11.12
τὸ *Salus* ſumpta pro bono publico. 369.33

*Saluianum interdictum.*

Saluianum interdictum quando competat. 557.43

*Scena.*

in Scenam prodiens inde quæſtum facturus, notatur infamia. 387.33
quæ fuerit Scena in theatro, & quid in ſcenam prodire. ibid.34

*Scholaris.*

de Scholari qui in loco ſtudiorum per decennium habitauerit ad l.2.ſup.hoc tit. 335.105
Quid de his Scholaribus quid dicuntur *Paſantes*. ibid.106
An in decennio ad conſtituendum domicilium Scholaris computandum ſit quinquennium quo operam dedit Iuriſprudentiæ, & an in aliis id ſit admittendum. ibid.107.108
Scholaſticorum vox hîc quid. 197.8

*Scientia.*

Scientiæ litterarum nobilitant. 382.31

*Scipio.*

Scipio Africanus priuilegio ædilis,factus. 429.43

*Scriba.*

Scribarum officium apud Græcos honorificentius, quàm apud Romanos. 250.8
Expenditur locus Tertulliani, quo probatur Scribas non fuiſſe ſeruos. ibid.9
Item & alius Plutarchi & Suetonij. ibid.10
quæ fuerint Scribarum decuriæ apud Suetonium. ibid.11
Scribarum nomen apud Romanos, ſcribas diuerſos comprehendebat. 253.34

*Scriptura.*

Quoties ad probationem actus,ſeu diſpoſitionis lex requirit Scripturam, non poterit probatio fieri per teſtes. 177.23.25
in emphyteuſi requiritur Scriptura. ibid.24
Quuomodo procedat ea doctrina de diſpoſitione legis requirentis Scripturam ad probationem. ibidem 26.
In ſpecie noſtræ legis ſolutio facta fiſco probanda eſt per Scripturam. ibid.27
Quid dicendum erit quando inter partes conuentum eſt de Scriptura facienda, & ſimilibus quæſtionibus, remiſſiuè. ibid.28

*Secretarius.*

Secretarij regij ſi munera accipiunt ipſo facto ſine ſententia declaratoria, remanent condemnati. 47.43
de Secretariis, & eorum honoribus apud omnes nationes. 253.37.38.39
Secretarij Principum magna reuerentia digni. 254 n.41.
τὸ *Secundum* eſt demonſtratiuum. 142.35

*Securitas.*

Securitas & chirographum eodem ſenſu dixerunt leges noſtræ. 174.4

*Seges.*

Seges pro multitudine & denſitate, metaphoricè. 364.4
Segetes & plantæ multis periculis expoſitæ. 588. n.2.

*Senatores.*

Senatores lege Iul.repetundarum nauem habere prohibiti. 217.52
Onera magna quibus olim grauabantur Senatores. 359.30

*Senatuſconſultum.*

Senatuſconſultum Velleianum non ſuccurrit mulieri donanti. 317.37
Senatuſconſultum de petitione hereditatis. 578.22 & 25.

# Index Rerum.

*Senectus.*

Senectus grauiſſimis affecta priuilegiis. 247.57

Et quomodo excuſet à muneribus. ibidem 58.59 & 60.

De aliis excuſationibus, veluti de morbo perpetuo, podagra, cæcitate, ſurditate laborantibus. 248.64

*Sententia.*

Sententiam pronunciari non poſſe contra defunctos. 37.5.

Sententia priuans filios Sodomitæ hæreditate paterna eſt nulla. 81.66

Sententia omnem finem imponit controuerſiæ, & ita à iudice denuo immutari non poteſt. 85.1. & 2.

Si contra fiſcum iudicatum eſt, intra triennium poteſt retractari Sententia. ibid.3

Quomodo ſupradicta traditio ſit accipienda. ibidem 4.

Aduocati fiſci præſentia neceſſaria eſt quando fertur Sententia, & plura de Aduocato fiſcali. ibid.5.& 6

Sententia an retractanda ſit contra Eccleſiam, vel minorem lata, ex defectu Aduocati. 86.13

Sententia contra fiſcum lata retractatur ſi omiſſum ſit inſtrumentum, vel de nouo ſit repertum, & quid de iure regio. ibid.14.15

Et an habeat locum in republica & Eccleſia. ibidem 16

Et etiam in priuato. ibid.17

Quomodo intelligendum ſit hoc priuilegium fiſcale de retractione Sententiæ, & in quo differat à iure reſtitutionis quæ ad eumdem effectum conceditur priuato. 87.18

Quis ſit effectus eius differentiæ retractare Sententiam per actionem, vel per reſtitutionem. ibidem 19

Adducitur lex noua Philippi III. qua prohibetur in integrum reſtitutio contra Sententias reuiſionis, aut aliud quodcumque remedium, & tractatur an ea lege ſublatum ſit priuilegium noſtri tituli. ibid.20

Sententia lata contra fiſcum eſt nulla, cùm de fraude, vel præuaricatione iudicis, aut Aduocati fiſcalis conſtat. 88.22

Et quid de arbitro, diſcutitur. ibid.23

An Iudex corruptus poſſit cognoſcere de ea nullitate, quæ ob id infirmat Sententiam. ibidem n.25.

Sententia ſi feratur teſtibus pecunia corruptis, vel per falſa inſtrumenta, valet, etſi veniat poſtea reſcindenda. ibid.26

An fiſcus in criminalibus poſſit vti remedio huius legis, & retractare Sententias. ibid.27

Latè fundatur competere fiſco ius retractandi Sententiam in criminalibus, & competere in eis reſtitutionem. ibid. & ſeq.28.29.36.37

Iure regio partit. conceditur reſtitutio à iudice, neque eſt neceſſaria conceſſio Principis in criminalibus. 89.35

Sententia lata ſuper furto an ſecum trahat executionem. 248.12

Sententiæ quæ infamiam irrogant an poſſint comparari cum excommunicatione. 537.14

*Seneca, & Quintilianus* Conſules, vnus ſuffectus, alter honorarius. 293.70

*Separatio.*

Separatio creditorum quibus in caſibus concedatur. 542.1.

Vt detur contra creditores hæredis quomodo conſiderantur bona. ibid.4

Creditorum Caſtrenſium an danda ſit contra creditores Paganos in bonis peculij Caſtrenſis filijfamilias militis. ibid.7

Separatorum ſeparata debet eſſe natura. 561.5

*Sepulchrum.*

Sepulchra olim ita ampla, vt habitationes continerent. 444.6

Eis cuſtodes adhibiti. ibid.10

*Sepultura.*

Sepultura, non electa decedens ſepelitur in parochia, in qua viuus percipiebat Sacramenta. 336. num.117

*Sequeſter, & Sequeſtratio.*

Sequeſter, aut depoſitarius non priuat ſua poſſeſſione poſſeſſorem. 246.41.45.51.51.53.54

Sequeſter, aut depoſitarius poteſt eligere, ſeu præſentare. ibid.

Sequeſtratio neceſſaria non aufert poſſeſſionem litigantibus. ibid.50

*Serenitas.*

Serenitatis nomen proprium, ſupremi Principis epitheton. 190.1

*Seruitus, Seruus.*

Seruitus quomodo dicitur eſſe contra naturam. 361. n.44.

Serui conditionales qui in præſenti. 85.4

Seruus actor quis. 72.30

Seruus actor ſi vendatur, retrahi poteſt ab altera ſtatione fiſcali. ibid.& 31

Seruus, vel filiusfamilias tacitè rogati reſtituere incapaci, excuſantur à pœna noſtræ legis. 129. n.56.

Et quatenus ſuperioris mandatum excuſet. ibidem.

Quot Serui, tot hoſtes. 116.1

Serui non poſſunt eſſe delatores in capita dominorum.ibid.2.

Idem ius in libertis militaſſe probatur. ibidem num.3.

Ratio huius iuris. ibid.4.5

Excipiuntur aliqua crimina, in quibus permittitur Seruo dominum accuſare, vt in crimine maieſtatis. ibid.6

Idem eſt in crimine hæreſis. ibid.7

Et in peccato Sodomiæ, & falſæ monetæ. ibid. 8.10.

Ita prohibetur Seruus accuſare dominum, vt pœna mortis afficiatur eo ipſo tantùm quòd accuſat. 117.15

De eo Seruitio quod apud nos *Lanzas* vocatur, quod Proceres & titulati viri Regi exhibere tenentur. 143.85.86.87.88

Et an Epiſcopi & Prælati ad id teneantur. ibidem 89.

Et traditur Principem ſemper circa hoc tributum eſſe antiquiorem creditorem. ibid.90

Serui qui fuerint publici. 252.26

Serui à decurionatu obtinendo, & aliis dignitatibus obeundis arcentur, & de ratione. 304.2. & 3.

Seruus qui ad decurionatum, vel aliam dignitatem aſcendit, punitur. ibid.5

in Seruo, vel in incapace, quem populus, vel Princeps talem eſſe non ignorant, quid. 307. num.28.

Seruus prædialis quomodo conſideretur ius prædio inhærens. 311.69

Seruorum miſera conditio, vt nec nomen haberent. 310.55.

Seruitutis ſpecies eſt, ne ab aliquo loco recedere liceat. 443

Seruitus

Seruitus ad prædium an poſſit ſeruo relinqui vel ipſe eam ſtipulari. 464.1
Quæ contingat liberto ob ingratitudinem an comprehendat filios. 504.50
Seruus à ciuitate manumiſſus non fit libertus ſingulorum. 428.34
Adſcriptitius, & metallarius quis. 445.12
Cenſetur domini inſtrumentum. 461.3
Ea lege venditus vt manumittatur, elapſo termino liber fit. 454.12
Quoad ius ciuile nihil eſt. 461.2.4
Proprius hodie etiam ſine libertate hæres inſtitui poteſt, licet antea non poterat. 467.1.7
Proprius quis dicatur. ibid.2.6
Sine libertate inſtitutus heres iam erit poſt Iuſtinianum, & quidem neceſſarius. 469.33
Voluntarius tamen erit ſi ante mortem manumittatur à domino. ibid.34
Proprium nomen non habuit, ſed ex laſciuia domini illud accipiebat. 501.9
Multis expoſitus ſupplicijs, & vitæ diſcriminibus. ibid.10
Furtiuus ſi furi furtum fecerit an cum domino ſerui fur habeat actionem. 514.20
Fugitiuus quare numeretur inter res, quæ non poſſunt vſucapi. 565.48
Fugitiuus non cenſetur ſi ex ancilla fugitiua natus ſit. 566.50
Erro, etſi regulariter non dicatur fugitiuus, cenſetur ita, quoad hoc vt non celebretur. ibidem n.51.
Quomodo dicatur obligari naturaliter. 621.3
Stipulatio ab eo facta cenſetur tanquam ſi dominus feciſſet. 466.19.20
Carcere perpetuo poteſt contineri. 445.20
Tutor nominatus an conſequeretur libertatem olim maximè dubium. 448.10.& 468.15
Nihil eſt quoad inſtitutionem niſi recipiat capacitatem à domino. 461.2
An qui datis Titio nummis vt eum emeret,& manumitteret, poſſit vt ingratus accuſari à Titio. 504.41
Eo generaliter legato heres non tenetur promittere *ſanum eſſe*, licet venditor teneatur. 531.19.& ſequent.
Si ei legetur præter capacitatem domini, inſpicitur an ſi liber eſſet, potuiſſet adquirere. 465.8.cum ſequentib.
Seruo prædium habenti quomodo dicatur poſſe relinqui ſeruitus. 467.24
Pluribus ſeruis venditis redhibito vno, cæteri redhibentur. 562.16

*Seſſio.*

ex Seſſione æquali data fiſcali conſequenter cætera quæ ad reuerentiam omnimodam pertinent conceſſa videntur. 301.27
Plus honoris confert Seſſio cum alio, quàm ſalutatio. ibid.28
Expenduntur in id aliqua iura ad propoſitum conducentia. ibid.
*Sexagenarij*, vide *Ducenarij*.

*Siluester I I.*

Siluester I I. Summus Pontifex defenſus à calumnia hæreticorum. 357.8

*Sincura.*

Caſus de facto refertur, & quid deciſum in Curia Pintiana circa Sincuram, & ius patronatus Regni Galliciæ, in condemnatione facta ad reſtituendum ius patronatus cum annexis, an comprehenderetur annexorum nomine Sincura, ſeu ius percipiendi decimas. 99. 30.& ſeq. vſque in fin.

τὸ *Si quis, & quicumque*, quare comprehendat fœminas, & neceſſaria fuerit extenſio, & declaratio Traiani. 62

*Sinus.*

Sinum præbere furanti quid ſit. 597. num. 47. & ſequent.

*Sitonia.*

Sitonia, Sitocomia, quid ſignificent in præſenti, quid etiam Sitonicus. 212.2.4
An in hac lege agatur de munere Sitoniæ. ibidem num.5

*Socius.*

Socius ſi ciuiliter moriatur, an pars ſocio adquiratur, & quomodo procedat argumentum de morte naturali ad mortem ciuilem. 123. 42. 43. & 44.

*Sodomia, & Sodomita.*

Sodomitæ crimen latè diſcutitur circa confiſcationem contra filios. 79.46.47.48.49.50
Et negatiua omiſſa pars quæ facit pro filiis, defenditur. 80.52
filij Sodomitæ eximuntur infamiæ paternæ, & quid id operetur. ibid.91.53
Sodomiæ, & maieſtatis crimen non in omnibus æquiparatur, licet quoad probationem pari paſſu ambulet. ibid.54
Fiſco agenti contra bona Sodomitæ obſtant filij quaſi creditores, ex deciſione noſtri tituli. ibidem 55.& 56.
Sodomita an poſſit poſt mortem accuſari. 81. num.65.

*Solarium.*

Solarium quid ſit. 139.49

*Solidus.*

Solidi 72. quem valorem habuerint. 407. & 408. 24.30. 24.30
Quare petantur in præſenti Solidi, qui ſint auri puri. 408.29
Cur in hac oblatione quæ erat voluntaria, taxata fuerit ſumma ibid.31
Septuaginta duo Solidi quem valorem habuerint.ibidem 30.

*Solutio.*

Solutionem qui tenetur probare, concludenter probare tenetur. 179.2
an Solutio, de qua hîc, poſſit probari non per apochas, ſed per teſtes. 182.26.27
Ei qui dicit ſe Soluiſſe, incumbit onus probandi, remiſſiuè. 232.12

*Soror.*

Soror dicitur finis familiæ. 499.52

*Spado.*

Spadones Principum cubicularij. 609.12

*Spectaculum.*

Spectacula Principes ſolebant edere vt populum ſibi gratum haberent, & conciliarent ob impenſam in ludos voluntatem populi Romani. 370. num.41.
Spectacula ferarum à Conſtantino ſublata, poſt multa ſæcula retenta. 373.73
Pamelij opinio reiecta circa huius ludi celebrationem poſt Conſtantinum. ibid.74
poſt Spectaculum ferarum frequentatum tempore Iuſtiniani, & Imperatoris Henrici ſecundi. ibidem 75.
Oſtenditur paulatim in deſuetudinem abiiſſe. ibidem 76.

*Spurius.*

Spurius an propter ſocium fiat capax. 347. 29. & 30.
Spurius an admittatur ad dignitates. 97

*Statio, & Stationarius.*

Stationum nomen quod hodie vſurpatur in Eccleſia, vnde originem ducat. 70.5

omnes Stationes fiſcales, etſi diuerſæ ſint, vnum Principem repræſentant. 136.14

Qua actione experiri poterit vna Statio contra aliam, & refertur quæſtio de facto. ibid.15

Stationarij qui fuerint. 167.27

Stationarij quare nequeant habere carcerem. 167.28

Vide *Curioſi.*

*Statutum.*

Statutum Italiæ examinatum, quo cauetur vt ſi damnum contingat viatori, teneantur ſoluere vicini & proximi pagani. 260.27.28.33

Statutum Collegij Conchenſis circa puritatem ſanguinis Collegarum. 505.52

*Sterilitas.*

Sterilitatis cauſam præbent incurſus hoſtium, bellum, & alia. 589.11

*Stilus.*

de Stilo curiæ, & quomodo ſit obſeruandus, remiſſiuè. 102.21

*Stipendium.*

Stipendia quo in ſenſu accipiantur in aliquibus legibus. 351.10

*Stipulatio.*

Stipulatio *ſanum eſſe, furem non eſſe*, in ſeruorum venditionibus adhibita. 529.1.2

De ea magnum inter IC. diſcrimen. ibid.4

An ea fuerit vtilis. 530.11

An inutilis. 529.6

Stipulatio an eſſet inter modos faciendæ donationis. 520.47

Ad hoc inſtituta, vt vnuſquiſque adquirat quod ſua intereſt. 466.21

Cum ſit à ſeruo non inſpicitur eius perſona, ſed domini. ibid.15

*Stoici.*

Stoici maximopere fauebant libertatibus. 621.4

Partum dum eſt in vtero maternorum viſcerum partem iudicabant. 552.2

*Strena.*

Strenas dare conſueuerunt Imperatores Conſiſtorianis Comitibus, id eſt, ſuis Conſiliariis. 299.10

Strenæ quæ fuerint, & vnde dictæ. 406.14

de Strenarum commercio tum inter priuatos, tum cum Principe. ibid.15.16

Strenæ datæ non ſolùm apud Romanos, verùm & apud alias nationes. ibid.452.18

de Strenarum remiſſione, ex Nouella Maioriani. 409.37

*Strictum.*

Stricta iuris ratio propter humaniorem rationem neglecta. 469.27.& ſeq.

Et propter libertatem. 620.1.cum ſeq.

*Studium.*

Studia litterarum apud ſolos Monachos fuêre poſt tempora Imperatorum. 165.28

*Subhaſtatio.*

in Subhaſtione præſentia Procuratoris Cæſaris requiſita. 54.11

Explicantur aliqua iura quæ hoc Præſidi attribuunt, & quæ fuerit differentia inter hos magiſtratus quoad fiſci cauſam. ibid.

Requiritur etiam in hoc actu vt citetur debitor. ibid.12.

Solemnitas de qua hîc pro forma, cùm requiratur, ea deficiente cenſetur actus geſtus cum mala fide. ibid.13

Et hæc præſumptio malæ fidei eſt iuris, & de iure. ibid.14

Quos fructus teneatur reſtituere malæ fidei emptor in caſu horum iurium. 55.15

Vide *Venditio.*

*Subſtitutio.*

Subſtituere ſuo loco alium poteſt officialis. 277.26. & ſeqq.

Qui illuſtrem dignitatem ſunt conſequuti, poſſunt curiæ deſeruire per Subſtitutum, & referuntur dignitates illuſtres ad interpretationem noſtræ legis, ibi, *Hi verò.* 278.32.33.34.35

Subſtituens an teneatur de exceſſibus & delictis ſubſtituti, & de ratione. ibid.34.44

Subſtitutus vbi poni poteſt, talis ſubſtitutus debet habere eaſdem qualitates, quas habebat ſubſtituens. ibid.37

Subſtitutus legitimè conſtitutus, gaudet omnibus priuilegiis ſubſtituentis. ibid.38

Subſtitutus in caſu abſentiæ datus cenſetur in caſu mortis. 279.42

Subſtituens non tenetur de delictis ſubſtituti, quando non voluntariè, ſed ex neceſſitate, vel ex mandato ſuperioris ſubſtituit. ibid.47

Subſtituens non tenetur de exceſſu ſubſtituti quando adhibuit debitam diligentiam. 280.49

Caſtellanus, aut arcis præfectus, quatenus de delicto Subſtituti teneatur, explicatur latiſſimè. ibid. 50.& ſeqq.

Caſtellanus poteſt Subſtituere in caſtelli tutelam hominem nobilem abſque metu proditionis. ibid. n.54.

Quare l.7. tit. 18. p.2. requirat in Subſtituto Caſtellani, vt ſit nobilis. 281.63.64

Subſtitutio facta impuberi ab eo qui captus deceſſerit, impubere mortuo legitimum excludit. 463 n.13.

Pupillaris an habeat locum in eo qui viuo patre ſui iuris fiat. 464.16

*Succeſſio, & Succeſſor.*

Succedit fiſcus ex lege Iulia Caducaria deficientibus omnibus qui habent ius ſuccedit. 90.21

Succeſſio fiſci in bonis vacantibus pertinet ad regalia. ibid.3

Fiſcus quando occupat bona vacantia an Succedat iure heredis, vel iure proprio. 91.7.8

Proponitur diuerſarum ſententiarum concordia, & diſtinctio inter modos varios Succedendi. ibidem 9.

de Succedendi modo à fiſco per annihilationem perſonæ. ibid.10

Succedere fiſcus dicitur in bonis vacantibus per occupationem, & ipſo iure dominium in illum transfertur. 91.11

Succedere fiſcus intelligitur quaſi heres cùm ab eo fideicommittitur. ibid.13

Succedens in officio non ſuccedit in obligationibus prædeceſſoris. 257.4

Qui in decurionatu Succedit, non repræſentat prædeceſſoris perſonam. ibid.5

Succedens de nouo non ſoluit debita contracta, neque ciues noui ſoluere debebunt collectas veteres. 258.6.

Succeſſor in officio, vel dignitate an teneatur ex mutuo contracto à prædeceſſore. ibid.7

Rector ciuitatis ſi acceperit mutuum in opus publicum, tenebitur Succeſſor, aut ciuitas. ibid.9

Succeſſor in maioratu an teneatur ad debita prædeceſſoris. ibid.11

Succeſſor in Regno an teneatur ad debita prædeceſſoris. ibid.12

Succeſſor in maioratu an teneatur ſtare locationi, remiſſiuè. 259.17

*Sulpitij Seueri* hiſtoria de Voluentio Proconſule Hiſpaniarum,& de Præfecto Galliarum ad ſe cauſam Priſcillianorum ex Hiſpania reuocante. 395.26 & 27.
*Summates*, de Decurionibus. 235.6

*Superindictum.*

de Superindicto. 148.33
ad onera regni ſubleuanda cum ingruit neceſſitas poteſt petere Rex Superindictum. ibid.34
Superindicta pendere ex nutu Principis oſtenditur. ibid.38.
Vide *Tributum.*

*Suus.*

Si heredes filijfamilias dicti,& bonorum paternorum domini. 475.4
*Syneneton* quid ſit in l.1.Th.de public. comparatione. 213.7

T

*Tabella.*

TAbella quid ſignificet. 317.31

*Tabellio.*

Tabelliones poſſunt eſſe Decuriones. 250.1
Probatur latè Tabellionum officium eſſe honeſtum, ex Caſſiodoro. ibid 6.7
Tabelliones clariſſimi titulo decorati. 251.12
An deberent eſſe iuris periti. ibid.13
In prohibitione emptionis comparatur Tabellio cum maioribus iudicibus. ibid.16
Tabelliones ad Decurionatum aſpiraſſe. ibidem 17. 18.& 19.
Tabelliones an ſerui fuerint, ad l.fin.C.de ſeru.reip. man. 252.27.28
Error eorum qui exiſtimabant Tabellionem eſſe ſeruum publicum, conuincitur. ibid.28
Tabellio, & Tabularius differunt. 253.33
Tabelliones noſtri an admitti poſſint ad reipub.adminiſtrationem. 254.42
Tabellionum deteſtatio. ibid.43
Tabelliones non poſſunt eſſe Aduocati, & de ratione. ibid.44
Tabellionum officium an ſit nobile, remiſſiuè. 89.

*Tabularius.*

Tabulariorum munus. 14.2
Tabularij, ſeu calculatores admittuntur vt teſtes. 15. & ſeqq.12.14.25.34.& ſeqq.
Et de eorum fide multa. ibid.& n.ſeqq.
Et an ſit exequenda declaratio peritorum.ibidem n.15.
Tabularij adnotatio ſi non oſtendatur, exactori licitè reſiſtere poteſt debitor, & adducitur *l.2.tit.19. lib.6.Recop.* 162.7
de Tabulariorum cura in exigendis ſpeciebus ad ſacras largitiones pertinentibus, & quot fuerint in ſingulis prouinciis. 188.3
de Tabulariorum fraude in potentioribus à tributis ſubleuandis. 199.8
Qua ratione Tabularius hîc pœna ignis afficiatur, & de pœna ignis in aliis criminibus. 200.14 15. & 16.
Tabularius, & Tabellio differunt. 253.33

*Tacitè*

Tacitè aliquid relinqui quomodo dicatur. 107.2
huius rei origo deducta eſt à lege Papia. 108.3
an Tacitè vel non, in formulis, de quibus hîc, videatur rogatus heres. ibid. 5.6.7.8.10.11.12.13.14.15.& 16.
Seruus, vel filiusfamilias. Tacitè rogati de reſtituendo incapaci, excuſantur à pœna noſtræ legis, & quatenus ſuperioris mandatum excuſet. 113.56

*Talio.*

de Talionis pœna, & an hodie ſit in vſu.104.& ſeq. 16.17.& 18.
Teſtis falsò deponens punitur pœna Talionis diſquiritur de ratione. 135.19

*Tarquinius.*

Tarquinius Romanorum Rex ſocero ob regnum mortem intulit. 428.21

*Taurus.*

Taurorum agitatio an licita ſit. 607.69
Vnde originem traxerit. ibid.
Quis primus in ludum tauros exhibuerit. ibidem n.69.
à Theodoſio hic ludus extinctus. ibid.71
Agitatio Taurorum deteſtatur. ibid.72
à Pio V. interdicta, & poſtea noſtris conceſſa à Gregorio XIII. ibid.73
Qui probent licitas eſſe has agitationes. ibidem n.74.

*Temonarium.*

Temonarium onus quod genus fuerit tributi. 362.52. & 56.
Proponuntur diuerſæ ſententiæ, & veroſimilior aſſignatur. ibid.53

*Templum.*

Conſtantinus Imp. Templa paganorum ſeueris legibus ſuſtulit. 401.27

*Tempus.*

ante Tempus petens rem amittit, etiamſi ſit fiſcus, cùm in hoc non habeat priuilegium. 37.2.3.4.
Iure Digeſtorum qui ante Tempus petebat, poterat rurſus agere. 38.13
Tempus an ſit modus inducendæ obligationis. 183. n.37.
Temporis mentio in lege vel diſpoſitione, an ſit intelligenda de tempore vtili vel continuo. 453. & ſeq.
Tempore continuo dies currunt etiam ignorantibus. ibid.2.
Tempus intra quod poſſit agnoſci bonorum poſſeſſio. 442.12.

*Teſſera.*

Teſſera frumentaria quæ fuerit. 228.28

*Teſtatio, & Teſtator.*

Teſtari non poſſunt delinquentes de bonis confiſcatis, ex l.4.*Taur.* 79.51
Teſtatoris dicentis ſe debere incapaci, profeſſio videtur in fraudem legis fieri. 109.20.21
Teſtator poteſt grauare hæredem ne deducat quartam Trebellianicam. 112.50
Teſtandi ampliſſima poteſtas fuit L.12.tabul.patribus filiusfamilias conceſſa. 609.1
Poſtea reſtricta legibus, & prudentum interpretatione. ibid.
Teſtandi ius à Principe impetrari ſolebat. 617.80
Teſtamenti factio inutilis eſſet niſi à lege confirmaretur. 492.35
Teſtatores ſolebant pecuniam relinquere ad ludos celebrandos. 604.47

*Teſtimonium, Teſtis.*

Teſtimonium debet eſſe in ore duorum, vel trium. 16.17
Teſtis ſemel deponens punitur pœna talionis. 19

*Theſaurus, & Theſaurarius.*

Theſaurus quid ſit, eius diffinitio, etymon & ratio ineſtigatur. 125.2.3.8
Theſauri nomine aliquando abutuntur Conſulti pro re & pecunia quæ in poteſtate habetur. ibidem 4.5.6

# Index Rerum,


Theſaurus dicitur donum Dei, vel fortunæ. ibid.7

Theſaurus an dominum habere deſierit, reprobatur Donelli ſententia. 126.9

Quid ſi pecunia recenter ſit depoſita. ibid.10

ad Theſauros inueniendos ſolent Magi vti dæmonis inuocatione. 126.13

prohibentur in inuentione Theſauri magica ſacrificia, qualia hæc fuerint. ibid.14

Ratio quare inuentio Theſauri prohibeatur mediante Magia, & de vana eius illuſione. 117.16

Theſaurus magicis artibus repertus adquiritur fiſco. ibid.17

An in foro conſcientiæ poſſit retineri Theſaurus magica arte repertus, & an lex noſtra ſit pœnalis. ibid.18.19.20.21

Quis dicatur locus ſuus ad hoc vt adquiratur Theſaurus, & an vſufructuarius faciat ſuum ſi repererit. ibid. 22.23

An emphyteuta, qui inuenit Theſaurum, faciat ſuum. 128.24

Et quid de domino directo. ibid.25.26

Quid de maioratus poſſeſſore. ibid.27

Et quid in loco pignorato. ibid.28

An poſſit vti remedio l.2. C. de reſcind.vendit.ob Theſaurum in re vendita repertum ab emptore, & quid in vena metalli. ibid.29.32

An in adquiſitione Theſauri neceſſariò debeant interuenire & inuentio, & apprehenſio. ibid.34

Quare conſentiente domino ſi aliquis inueniat Theſaurum, nihil adquirat. 129.37.38.39.40

Si in loco Eccleſiæ inueniatur Theſaurus, ad quem pertineat. 130.45.46

Quid de iure regio hodie procedat in inuentione Theſauri. ibid.49

De eo qui vſurpat contra domini fundi voluntatem Theſaurum inuentum, qua actione teneatur. 131.52

ſi Theſaurarius prouinciæ, cui facienda erat ſolutio, abſens ſit, aut mortuus, proximioris prouinciæ theſaurario facienda erit. 188.6

*Theſaurienſis.*

Theſaurienſes qui fuerint. ibid.4

*Theſſalonica.*

Theſſalonicenſis Eccleſia à capitatione excipitur, & ob quam cauſam. 160.8

*Thymelicus.*

Thymelicorum quale fuerit munus. 387.39.& ſeqq.

*Tiberianus.*

Tiberianus quis fuerit, & quale eius munus in hac lege. 155.27

Tiberianum fuiſſe Proconſulem Hiſpaniæ, & in ea diſpoſitione, de qua in hac lege edidiſſe coniectatur, & quæ fuerit hæc diſpoſitio. 155.29.30

*Tiberis.*

Tiberis fluuius vnde dictus. 215.46

Flauus quare nuncupatus. ibid.

Et à quibus eleganter deſcribatur. ibid.46

Auguſto maxima cura Tiberis repurgandi. 217.50

*Tiro.*

De præſtatione Tironum. 362.54

Et quatenus diſtet hoc tributum à temonario. 363 56.57.

*Titulus.*

Titulus, *de priuilegio fiſci*, & *de iure Reipublicæ*, quid differant. 7.26.27

Titulum rei apponere poteſt fiſcus. 100.5

Titulus quid ſit? Quidque per id ſignificetur. 101 4.& 5

Titulus vnde dictus. ibid.6

Et de more Hebræorum titulos ædibus inſcribendi. ibid.7

Vela ad Martyrum fores appenſa Tituli vocabantur. ibid.8

Tituli in hac lege qui ſint, & eius intentio. 208.1

*Titulus* pro cauſa & ratione præſtationis. 135.24

Tituli, de conditis in publicis horreis, inſcriptio emendatur. 205.14

Titul. *Ne ruſticani ad vllum obſequium*, exornatur. 198.15

*Titus.*

Titus Imperator vellicatus ob ſpadonum comitatum. 614.53

Titulus *pro ſuo* quid ſit. 568.7

*Traditio.*

Traditio non poteſt fieri totaliter in donationibus, quæ in annuo conſiſtunt. 474.28

An ſit neceſſaria in donationibus inter coniuges poſt orationem Antonini. 516.13

Traditionis genus non triplex, ſed duplex. 520.48

*Traianus.*

Traiani tempore fiſcus ſemper victus, non priuatus. 432.77

*Trium* liberorum ius à Principe impetrabatur. 617.80

*Tranſactio.*

Tranſactio an retractetur prætextu erroris calculi. 18 50.51.52

*Tranſlatus.*

Tranſlatis quare concederetur vt poſſent hæredes exiſtere ſuis parentibus, ratio dubitandi. 386.19 24.27.& 31

*Tribonianus.*

Triboniani incuria in lege noſtra ſub titulo de immunitate collocanda, proponiturque eius integra. 199 10.11.12.13

Tribonianus de Atheiſmo impiiſſimo accuſatur à pluribus, & ob id aiunt legem noſtram in Codicem induxiſſe. 262.6

*Tribunus.*

de Tribuni officio militum. 307.34

*Tributum.*

Tributum quid ſit, & vnde dictum. 131.8

Tributi nomen ſe habet generaliter & ſpecialiter. ibid.9

plures Tributorum ſpecies, remiſſiuè. 132.10

Tributorum indictio ſpectat ſolùm ad Principem. 145.5

Tributa, ſolùm pertinent ad Principem, cùm ſint de ſummo Imperio. ibid.6

Ius imponendi Tribut. poteſt præſcribi. 146.15

An ſit neceſſaria cum præſcriptione conceſſio Principis ad adquirendum ius Tributorum. ibid.19

Vbi de auaritia publicanorum. 147.20

Reprobatur eorum ſententia, qui dicebant, Tributa non eſſe de Regalibus. ibid.26

ad Tributorum conſtitutionem requiritur iuſta cauſa, & publica neceſſitas. ibid.27

Domini vaſallorum & ſimiles non poſſunt imponere Tributa, neque hoſpitia, aut donatiua à ſubditis exigere. 148.28

de Tributo quod dicitur ſuperindictum. ibidem n.33.

Notatur aliquorum opinio circa materiam Tributorum. ibid.35

Tributa iure gentium & cum ipſis Regibus introducta. 149.1

Rector prouinciæ nequit priuato remittere quod Tributi nomine debuerit. ibid.40

Quid operetur Rectoris, aut exactoris remiſſio Tributi. ibid.41

Omnes tenentur ad ſolutionem Tributorum, ordinariorum & extraordinariorum, & quæ ſint hæc. ibid.2


Ratio

Ratio quare Imperator hîc vocet ordinariam hanc collationem. ibid.3
Reſcriptum in quo immunitas à muneribus ordinariis conceditur, non valet. 150.4
Expenduntur leges noſtræ Regni reſtringentes priuilegia exemptionum. ibid.5
Princeps abſque peccato non poteſt concedere exemptionem à Tributis. ibid.6
Non valet reſcriptum quo alicui conceditur vt minus ſoluat, quàm quod ſoluere debebat, & quomodo hoc intelligatur. ibid.7
Si tamen de Principis certa volantate conſtet, vires obtinebit tale reſcriptum. ibid.8
Iure regio quomodo fiat exactio Tributorum, remiſſiuè. 164.22
Tributorum exactio quomodo indiceretur à Principe Præfecto prætorio. 193.1
deſcriptio Tributorum fiebat initio cuiuſque anni. ibid.2.
exactio Tributorum apud nos fit quotannis circa ciuium facultates. 196.32
Hodie iure noſtro Tributa ſoluuntur in quacumque moneta. 221.32
Fratres tertij Ordinis ſancti Franciſci an gaudeant immunitate Tributorum. 265.29
Quid erit dicendum quando remiſſio Tributi fiat pauperi. 43
De eo Tributo apud nos dicto *ſeruicio Real.* remiſſiuè. 409.37
Vide *Exactio.*

*Triremis.*

ad Triremes damnatio. 211.4
*Triſtis*, de domina apud Propertium. 59.2

*Turpitudo.*

Turpitudinem ſuam allegans non debet audiri. 514. n.16.

*Tutela, Tutor.*

Tutela in ſeruilem perſonam non cadit. 447.2.& ſeq.
Eius definitio exornatur. ibid.1
Ab ea non ſunt immunes ſpadones. 620.97
Excuſationem præſtat ille morbus qui facultatem rerum gerendarum adimit. ibid.99
Tutor etiam inuito pupillo datur. 452.13
Tutela, & decurionatus quoad patris conſenſum differunt. 240.32.33.34.35
Tutela teſtamentaria, & datiua quoad obligandum patrem differunt. 240.37
Tutor, vel curator, aut teſtamenti executor, qui rem vendidit, non tenetur de euictione. 114.25
Tutor, aut curator etſi teſtamentum agnoſcat, & reportet legatum, rectè poterit pupilli nomine de inofficioſo contra illud agere. ibid.26
quomodo Tutor authoritatem præſtare debeat. 233. n.22,
Tutor etſi proponens aliquem adminiſtrationi excuſetur, tenetur per ſe inſpicere ædificia. 210.6

V

*Valens Imper.*

VAlens Imperator Catholicæ Religionis, & Monachorum infeſtiſſimus hoſtis. 262.1.5
Valens maximis cruciatibus, & martyriis Monachos coëgit lege lata militare. ibid.4

*Vectigal.*

Vectigalia noua, nec vetera augere nullus poteſt, præter Principem. 145.7
Vectigalia noua quæ ſint. ibid.8
Pœna imponentium noua Vectigalia tam de iure communi, quàm noſtro. 146.14

*Velum.*

Vela ad Martyrum fores appenſa remiſſiuè.

*Venatio, & Venator.*

Venatio duplex, arenaria & vulgaris, & vnde dicta, 366.1.2.
Quale fuerit ſpectaculum Venatio. ibid.3
Deteſtatio eius ludi ex Tertulliano, & Seneca ibidem 4.
Venationis nomen apud IC. & auctores Latinos frequens.
Quare dicatur munus, & de origine huius ſpectaculi. ibid.6
de Venatione inſtituta propter belluam quæ regioni noceret. 369.35
Venatio iure naturali permiſſa, & multo magis belluarum. 370.39
An Princeps poſſit Venationem interdicere, remiſſiuè. ibid.42
Venatio iure naturali non fuit præcepta, ſed permiſſa, & quomodo hoc procedat. ibid.43
Ciuitas poteſt facere ſtatutum ne animalia tali tempore capiantur. 371.47
Magnates poſſunt prohibere Venationem, & quid de priuato an peccet prohibendo. ibid.48.49
Capta ex Venatione prohibita an ſint in conſcientia domino reſtituenda. ibid.50.51.52
An poſſit interdici Venatio, vel piſcatio in loco publico. ibid.57
Clericus ſi Venetur, an quod ceperit faciat ſuum, agitúrque de interdicta clericis venatione. 372.65
Venationis vtilitas & laudes. ibid.66
Quare Clericus ſit interdicta Venatio, & de eius deteſtatione. 373.68.69.70
Venatio quæ fit ex cauſa neceſſitatis, vel ſanitatis, Clericis non eſt prohibita. ibid.71
Venatoris nomen quo ſenſu in legibus his noſtris accipiatur. 368.21
Ad feras cappeſſendas Venatores inſtitutos variis locis ſtabilitur. ibid.24

*Venditio.*

Venditio celebrata cum debita ſolemnitate, dolo tamen emptoris gratia minori pretio res diſtracta fuit, actione pignoratitia in id quod intereſt tenetur creditor, non verò emptor, niſi in aliquibus caſibus. 21.9.10
Venditionem an poſſit retractare œconomus Eccleſiæ qui rem nulliter alienauit, & aduersùs proprium factum venire. 23.16
Vendi quando res dicatur gratia emptoris, & quando per fraudem. 24.49
An ſi emptor in hac ſpecie velit pretium ſupplere, id facere poſſit. ibid.50
Venditio publica ſemper exercebatur haſtâ in foro poſita. 51.10
Ex venditione facta à fiſco dominium verè transfertur. 64.30
Quæ ſolemnitates debent interuenire in Venditione à fiſco facienda hac in ſpecie, & an fides de pretio habenda ſit, & cui dandum pretium. 68.64. & 65.
Qua actione aget ſocius contra fiſcum pro partis ſuæ pretio. ibid.66
Socius ſi velit rem emere, erit præferendus aliis emptoribus. 69.67
An debeatur gabella de parte ſocij quam vendit fiſcus. ibid.68.69
An hoc priuilegium fiſcale competat Eccleſiæ. ibidem 70.
Contra iuſtitiam eſt Vendere rem vitioſam eo pretio, quo venderetur, ſi vitium non haberet. 208.17.

# Index Rerum,


Venditio rerum Decurionum ita procedit ſi cauſæ coram iudice proponantur, & cum eis fiat. 314.8

Appellatione Venditionis quid in hac prohibitione comprehendatur, oſtenditur latè comprehendi donationem licèt in hiſt. l. 3. videatur permitti. 317.32.

Et proponitur ea difficultas. ibid. 34.35

de Venditionibus imaginariis. 318.40.41.42.43

Venditor re euicta ad intereſſe tenetur. 530.23

*Venundare.*

Venundare an quis ſe poſſit. 446.26

*Verbum.*

Verba legis, *qui iuſſu Principis*, &c. explicatur. 26.8

Et de tranſlatis in alias vrbes ob coactionem Principis, vel ſponte. 27.11

Verba, *fa... his, quæ vtiliter*, &c. explicantur. ibidem 17.

Verb *quomolibet.* 34.29

Verba Bullæ quæ de canonibus ſacris, & decretis Conciliorum loquuntur explicita. 35.32.33.34

Verborum *remitto, & permitto*, vſus promiſcuus. 44.17.18.19.

Verba *vtilitatemque rationum* in l. 2. de fid.& iur. explicantur, & defenditur lectio vulgaris contra Cujacium. 60.66

Verba, *ſi bona fide eſſet addicta*, in l.1.C.ne fiſcus rem quomodo accipiantur. 71.28

Verba, *ſicut itaque in ſortis quantitate, ita in triplo*, &c. leg. vnic. C.pœnis fiſcal. explicantur. 82.70. & 71.

Verba *integro ſtatu*, in donatione poſita, quid contineant. 96.& ſeq.2.29

Verba illa legis, *ſine ſceleratis ſacrificiis, aut alia arte legibus odioſa*, explicantur, & de arte magica aliqua adducuntur. 126.11

Verborum, *carcer pœnalium*, tentatur explicatio.166.12.14.

Verba rubricæ, *de deſcriptionibus curialium*, explicantur. 174.7.8

Verba, *de diſtributionibus ciuilibus*, quid velint. ibid. 9.10.

Verba, *per ſingulos ordines*, in noſtra lege poſita explicantur contra Valenzuelam. 175.9

Verba, *& ex eorum fuerint receptæ ſententiis*, explicantur. 176.10

Verba, *& deſcriptio euidentibus documentis*, emendata, & eorum intellectus. ibid.15

Verba legis noſtræ, *manifeſta geſtorum aſſertione patefecerit*, explic. 182.29.30

Verba, *vt pro viginti libris*, explicantur. 226.6

Verba, *ne caſu amiſſa ſecuritate*, explicantur, contra Valenzuelam. 232.7.8.9.10

Verba, *nec valeant ſpecialiter*, in l.ex empto, Cod. de decurionibus quomodo accipienda. 272.47

Verba d.leg. laudabile, *noſtræ ſerenitatis manu puncti*, &c. quid ſignificent. 299.12

Proponuntur variæ emendationes, & explicationes. ibid.& ſeq.13.14.15

Expenduntur verba illa ſchedulæ, *que los fiſcales tengan mucha autoridad.* 301.29.30

Verba legis, *ita enim fiet vt nec immoderatus*, explicantur. 315.14.15

*Verſus.*

Verſus, *hoc etiam*, illuſtratur. 176.13

*Veſpaſianus.*

Veſpaſianus effecit vt didrachma, quod Templo ſoluebant Iudæi, Ioui Capitolino ſolueretur. 417.n.17.

Veſpaſiani liber de Plebiſcitis, & Senatus-Conſultis. 429.44.

*Veſpillo.*

Veſpillones qui ſint. 532.23

Quare in edicto ædilium promittebatur ſeruum non eſſe veſpillonem. ibid.24

*Veſtes.*

Veſtes nigræ in luctu adhibitæ. 437.17

Veſtes lugubres iure noſtro in funeribus taxantur. 408.34.35.

*Veſtiarij.*

Veſtiarij qui ſint. 374.1

*Via.*

ad Viarum publicarum reparationem omnes tenentur. 203.5

Conuenit publicæ vtilitati Vias reficere, & purgare, & munire. ibid.6.7

*Vicarius.*

de Vicariis præfecti prætorio, remiſſiuè. 145.4

de Vicariis Præfectorum prætorio. 193.3

Et qui fuerint, & quale eorum officium. ibid.

de Vicario Hiſpaniarum. ibid.7

Vicarij Prouinciarum habuerunt ſacrum auditorium, & quid ſit ſacrum auditorium. 195.25

Vicarius, ſeu locumtenens Rectoris ciuitatis habet iuriſdictionem ordinariam, & vna perſona cum eo cenſetur. 211.9

*Vicinus.*

Vicinus qui ex repartitione ſe ſentit grauatum, poterit iudicis officium implorare, vt ab eo tollatur grauamen. 231.11.12

*Vidua.*

Vidua quæ caſtè vixerit, gaudet priuilegiis mariti. 306.26.

Vidua intra annum luctus non nubit abſque infamia. 437.12.& 13

Eiuſque parens ſi intra eundem annum eam maritauerit infamis eſt. ibid.14

*Vindicatio.*

Vindicatio, etſi à prætore concedatur, eſt actio ciuilis. 576.3.

Ea conuentus efficitur malæ fidei poſſeſſor ex tempore conteſtationis. 579.32

*Vis.*

Vis maior quæ ſit. 587.4.& ſeq.

*Vitium.*

Vitium furtiuitatis, & violentia ſemper afficit rem ne poſſit vſucapi. 510.2

Purgatur ſi deueniat in poteſtatem domini. ibid.

Idem erit ſi res precario concedatur ei qui vim intulit. ibid.3

*Vltima Voluntas.*

in Vltimis voluntatibus fit lata interpretatio. 96.4

Voluntas committendi delictum ſpectatur, non exitus. 436.10

*Voluentius.*

Voluentius vltimus Proconſul Hiſpaniarum. 196.28

*Voconia lex.*

Voconia lege quid contineretur. 434.97

*Voluptas.*

Voluptas pro ludo, ſeu ſpectaculo. 396.34

*Votum.*

Votorum oblatio quæ. 406.19

Votorum oblationem quare Impp. coarctauerint in præſenti. 407.20

*Vrbs.*

Vrbis, ſeu ciuitatis appellatione an veniat territorium 98.19.

Vrbs vnde dicta. 470.6

*Vredo.*

Vredo quæ cauſa ſit ſterilitatis. 589.10

*Vſucapio.*

Vſucapio interrumpitur captiuitate. 479.4


Quare

Quare non reſtituatur poſtliminio. ibid 5.& 6
Rei furtiuæ lege 12.tabul.prohibita,& poſtea lege Attiuia. 505.1
Titulum immediatum ſemper requirit. 568.6
Partus ancillæ furtiuæ qua ratione admittitur. Vide *Partus*.
Vſucapi an poſſit quod ex naufragio expulſum.508. n.28.
Vſucapionis & præſcriptionis diuerſa natura, & qui eam explicent, remiſſiuè. 40.54

*Vſufructuarius, & Vſusfructus.*

Vſufructuarius non poteſt ratione partis retrahere rem communem, ex iure regio. 64.25
Vſufructuarius in re tantùm habet ius incorporale, ibid.26
Vſufructuarius non poteſt ſine proprietario ſeruitutem imponere. ibid.27.28
Vſufructuarius tenetur ad onera & tributa ſoluenda. 139.48
Vſusfructus in multis pars dominij cenſetur, & quomodo hoc intelligatur. 64.23.24.31. & ſeqq.
Vſufructus magis pertinet ad accidens, quam ad ſubſtantiam. 467.4
Eſt imago quædam dominij. ibid.5
Vſusfructuarius an poſſideat. 509.31

*Vſura, Vſurarius.*

Vſuræ an connumerentur inter fructus in petitione hæreditatis. 579.30
Omni iure damnatæ. 587.99
In petitione hæreditatis quomodo debeant computari. ibid.
Lege 12.tab.excedebant vnciarum fœnus. ibid.98
Qui iurauit eas ſoluere tenetur ad iuramentum. 606.63
de Vſurariis, an infames ſint. 589.52

*Vtilitas.*

Vtilitas publica verſatur in conſeruatione compendij fiſcalis. 158.2

*Vulgus.*

Vulgus monſtrum cæcum & mobile. 384.8

*Vxor.*

Vxor, & maritus an excludant fiſcum in bonis vacantibus. 95.31.32
Vxor ſolidam hæreditatem non capiebat ex lege Papia. 110.27.60
Vxorem ducere quæ formula apud antiquos. 328.27
Vxores militum qua ratione poſſint gaudere priuilegiis eorum. 341.21
Vxor Clerici coniugati an gaudeat foro clericali. ibid.22
de Vxoribus familiarium ſanctæ Inquiſitionis quid. ibid.23. Vide *Mulier*.
Vxor eſt nomen dignitatis. 497.34

## X

*Xyſtici.*

XYſticorum munus, & officium, & qui ibidem *agitatores*. 388.41

## Z

*Zaleucus.*

ZAleuci memorabile exemplum. 434.98

*Zanchæ.*

Zanchæ. de calceis Imperatori propriis. 374.4

*FINIS.*